

HVGONIS
DE SANCTO CHARO,

S. Romanæ Ecclesiæ Tituli S. Sabinæ

CARDINALIS PRIMI ORDINIS

PRÆDICATORVM

TOMVS SECVNDVS,

In Psalterium vniuersum Dauidis Regis, & Prophetæ.

OPVS ADMIRABILE, OMNIBVS CONCIONATORIBVS, ac Sacræ Theologiæ Professoribus pernecessarium:

IN QVO DECLARANTVR SENSVS OMNES, LITERALIS SCILICET, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, maxima cum studentium vtilitate.

EDITIO VLTIMA PRÆ CÆTERIS RECOGNITA ET EMENDATA.



LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXIX.

CVM APPROBAT. ET PERMISSV.

REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI D. HVGONIS DE S. CHARO, SACROSANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ TITVLI SANCTÆ SABINÆ

Cardinalis primi de Ordine Sancti Dominici, in Postillam super Psalterium.

PROLOGVS.



GREDIMINI filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Verbum est Salomonis filij Dauid *Cant.* 3. d. Et dirigitur ad omnes Clericos, magis ad Theologos, maximè ad Religiosos. Ipsi enim dicuntur filiæ Sion, ob amoris priuilegium, & contemplationis fastigium. Etenim non filij, sed filiæ dicuntur genere fœminino, non propter sexus infirmitatem, sed propter prolis fœcunditatem, quam debent habere in doctrina vera, in operatione bona, in conuersatione sancta. Debent nihilominus insistere speculationi. Sic enim interpretatur, Sion, id est, speculatio. Quæ in tribus consistit, scilicet, in labore inquisitionis, in deuotione orationis, in silentio contemplationis. In primo quæritur sponsus. In secundo rogatur. In tertio tenetur inuentus. In primo loquitur sponsus sponsæ. In secundo sponsa sponso. In tertio dantur oscula, & iunguntur amplexus. Sicut dicitur *Cant.* 3. b. Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam. Sed quia sponsus adhuc stat post parietem, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, antequam oscula dentur, vel iungantur amplexus, necesse est egredi. Quod attendens filius Dauid, exclamat, & dicit: Egredimini filiæ Sion, & egredimini sapienter. Est enim egressus malus, & est egressus bonus. Egressus malus tripartitus est, id est, de veris ad erronea, de permanentibus ad caduca, de honestis ad turpia. Primo egressu egreditur quis à Deo, secundo, à proximo, tertio, à seipso. A Deo, per superbiam. A proximo, per auaritiam. A seipso, per luxuriam. Primus est hæreticorum. Secundus cupidorum. Tertius voluptuosorum. De primo dicitur *Cant.* 1. c. Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum, id est, subditos tuos erroneos iuxta dogmata hæreticorum. Secundo egressu egressus est Iudas, *Ioan.* 13. c. Qui cupiditate ductus, abijt, & vendidit Dominum suum. Tertio egressu egressa est Dina, *Gen.* 34. a. Quæ inuenta, corrupta est à Sichem, filio Emor. Hic egressus ducit in Babylonem, in regionem dissimilitudinis, vbi non possunt hymni Dauidici decantari, sicut scriptum est *Psalm.* 136. Quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena? Vos igitur filiæ Sion, quæ vultis hymnos, siue Psalmos Dauidicos decantare, quærite alium egressum, qui ducit in Ierusalem, vbi licet, & decet hymnos Dauidicos decantare. Hic est egressus bonus, qui tripartitus est sicut & malus. Primus est egressus de carne ad spiritum. Secundus est de natura ad ea quæ sunt suprà naturam. Tertius, de mundo ad cœlum. De carne ad spiritum fit egressus, per cordis contritionem. De natura ad ea quæ sunt supra naturam, per diuinæ legis meditationem. De Mundo ad cœlum, per corporis, & animæ dissolutionem, seu etiam per contemplationem. In primo egressu, est dolor, & labor. In secundo, decor, & sapor. In tertio, gloria, & honor. In primo reducimur de inuio ad viam, de tenebris ad lucem. In secundo deducimur de virtute in virtutem, de mansione in mansionem. In tertio educimur de labore ad requiem, de exilio ad patriam. In primo siquidem egressu egredimur de Ægypto. In secundo progredimur per desertum. In tertio egredimur de deserto, & ingredimur terram promissionis. Hæc enim est triplex dieta, de qua dicit Moyses *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocauit nos, eamus viam trium dierum in solitudinem. Primus egressus, & prima dieta, ducit in statum pœnitentiæ. Secundus egressus, & secunda dieta, ducit in statum iustitiæ. Tertius egressus, & tertia dieta, ducit in statum gloriæ, vel ad minus contemplationis diuinæ. Primus est status incipientium, secundus proficientium, tertius profectorum, seu peruenientium. In hoc triplici statu decantantur Psalmi Dauidici vtiliter, & decenter. Primam quinquagenam decantant incipientes in primo statu. Secundam cantant proficientes in secundo statu. Tertiam cantant perfecti, seu peruenientes in tertio statu. Vnde prima quinquagena terminatur in Psalmo pœnitentiæ, scilicet, *Psalm.* 50. Miserere mei Deus: cuius versus vltimus in iustitiam terminatur: Vnde dicit: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, &c. Diximus siquidem, quod statum pœnitentiæ sequitur status iustitiæ, incipit autem à beatitudine, quia beatitudo finis est pœnitentiæ, medium iustitiæ. Secunda quinquagena terminatur in Psalmo pœnitentiæ pariter, & rigoris, scilicet, *Psal.* 100. Misericordiam, & iudicium, per quæ deletur omnis iniquitas, sicut dicitur *Prouerb.* 16. a. Misericordiâ, & veritate redimitur iniquitas. Vnde & vltimus versus secundæ quinquagenæ dicit: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Tertia quinquagena terminatur in laudem spiritualem: Vnde dicit *Psalm.* 150. Omnis spiritus laudet Dominum, quod commune est peruenientibus, & perfectis. Sic ergo prima quinquagena, inchoat: secunda, promouet: tertia, consummat. Prima, ponit fundamentum: secunda, erigit parietes: tertia, superponit tectum, & sic consummatur ædificium spirituale. In primo egressu, & prima dieta, quæritur Rex Salomon, id est, Christus. In secundo rogatur, vt diximus: sed in tertio, videtur & tenetur. Igitur egredimini filiæ Sion, primo, & secundo, & tertio egressu, & videte Regem Salomonem in diademate suo, sicut promisit, *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt. Videtur autem Salomon in Mundo, videbitur in Iudicio, videbitur & in Regno. Prima visio est misericordiæ: secunda iustitiæ: tertia gloriæ. Vnde *Beatus Bernardus* dicit: Iesus Christus in exilio visus est paruus, & amabilis, in iudicio magnus, & terribilis, in Regno videbitur magnus, & laudabilis. In qualibet visione ipse est Dauid. In prima siquidem fuit Dauid, id est, manu fortis, quia tunc debellauit aëreas potestates. In vltima erit Dauid, id est, vultu desiderabilis, quia ipse est in quem Angeli desiderant prospicere, vt dicitur 1. *Petr.* 1. c. In media erit vtrumque, id est, manu fortis, & aspectu desiderabilis. Manu fortis, ad reprobos, vultu desiderabilis, ad electos. Istis siquidem terribiliter intonans, dicet *Matth.* 25. d. Ite maledicti in ignem æternum. Illis suauiter loquens, dicet: Venite benedicti patris mei, percipite Regnum. Egredimini ergo filiæ Sion, primo egressu, & videte Regem Dauid in mundo paruum amabilem, & amate in prima quinquagena. Egredimini secundò, & videte Regem Dauid in iudicio iratum, & terribilem; & timete, & hoc in secunda quinquagena. Egredimini & tertiò, & videte Regem in Regno magnum, & laudabilem, in tertia quinquagena. De primo visu dicit *Baruch.* 3. d. In terris visus est. De secundo *Zachar.* 12. c. Aspicient ad me quem transfixerunt. De tertio in *Psalm.* 101. Ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua. Primò quidem visus est in diademate quo coronauit eum mater sua, id est, B. Maria in conceptione coronâ carnea coronauit, & nouerca in Passione coronauit coronâ spinea, videlicet Synagoga, & Pater in Resurrectione corona gloriæ. Dies autem primæ coronationis dicitur dies desponsationis,

Speculatio in tribus consistit.

Egressus duplex.

Christus quomodo hic visus est, & quomodo videbitur in Iudicio.

De triplici coronatione Iesu.

sationis, & lætitiæ, quia in eo tam gloriosè nupsit humana natura, quod gloriosius nubere non potuit, sicut idem Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et Hester facta est, Regina. Propter quod dicit Dauid *Psalm.* 143. Deus canticum nouum cantabo tibi; in psalterio decachordo psallam tibi. Canticum nouum dicitur, quia de re noua, id est, de Verbi incarnatione, de incarnati Verbi natiuitate, de nati Verbi mundana conuersatione, de eiusdem Passione, de eiusdem sepultura, de eiusdem descensu ad Inferos, & captiuorum liberatione, de illius Resurrectione, de eiusdem Ascensione, de sancti Spiritus missione, & de eiusdem Aduentu ad Iudicium, quæ sunt decem chordæ, de quibus agit Dauid in hoc libro: Propter quod dicitur psalterium decachordum: Et etiam, quia in eo traditur doctrina decem præceptorum, quorum intelligentia & operatio suauem faciunt melodiam, sicut dicitur *Eccl.* 40. c. Tibiæ, & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. Ex iam dictis patet, quis sit auctor huius libri, scilicet, Dauid, manu fortis, & aspectu desiderabilis, secundùm quod inuitamur ad studium lectionis simul, & operationis. Materia libri, est Christus integer, id est, caput, & membra: sponsus, & sponsa: Christus, & Ecclesia, cum suis conditionibus, siue proprietatibus. Intentio Prophetæ, est in Adam deformatos ostendere reformatos in Christo, per fidem decem priorum chordarum, & per operationem posteriorum. Modus agendi talis est, Paucus est in verbis, multus in sententia: Quandoque loquens de capite per se: Et hoc tribus modis, modò secundùm diuinitatem, modò secundum humanitatem, modò secundùm transumptionem, attribuens capiti quod est membrorum. Quandoque loquitur de membris per se, nunc de Apostolis, nunc de Martyribus, nunc de Confessoribus, nunc de Virginibus, nunc de Anachoretis, nunc de Prælatis, nunc de continentibus, nunc de coniugatis, nunc de bonis, nunc de malis. Quandoque loquitur simul de capite, & de membris. Partitus est liber in tres partes, id est, in tres quinquagenas, secundùm triplicem statum hominum. Omne enim genus hominum hic pascitur & docetur. In prima quinquagena pascuntur incipientes, pane hordeaceo. In secunda proficientes pane triticeo. In tertia perfecti siue peruenientes, pane similagineo. Primus panis est iumentorum, secundus hominum, tertius Angelorum. Diuiditur etiam in quinque distinctiones, sed tamen vnus est liber, propter finis, & intentionis, & materiæ vnitatem. Vnde *Aug.* In triplicato autem quinquagenario, triplicis peccati remissio, id est, cordis, oris, & operis, & ipsa Trinitatis vnitas designatur, quæ totum hoc operatur. Sunt autem versus bis mille ducenti sex. In quo numero triplex perfectio demonstratur. Prima est senarij quæ pertinet ad pœnitentes. Secunda centenarij, quæ pertinet ad proficientes. Tertia est millenarij, quæ pertinet ad peruenientes. Binarius geminam significat charitatem, quæ totum informat. Vnde dicitur in versu:

Ioan. 1. b.
Esther 26.
Materia libri
Intentio Prophetæ.
Modus agēdi.
Partitio libri.

Tres quinquagenas cantat Dauid ordine Psalmos.
Versus bis mille, bis centum sex canit ille.
Vt sis perfectus gemino formatus amore.
Incipiendo, progrediendo, perueniendo.

Versus.

Titulus talis est: Incipit liber Hymnorum, siue Psalmorum siue Soliloquiorum Cuius compositionem, & rationem diximus in Proœmio. Vnde notandum, quod sicut in tabernaculo Moysi duplex fuit tentorium. Vnum in in introitu atrij, per quem erat ingressus ad Tabernaculum. Aliud in introitu Tabernaculi, per quem erat ingressus in Tabernaculum, & vtrumque quatuor coloribus textum, vt dicitur *Exod.* 38. Ita ad hunc modum compositor huius libri, duplex fecit proœmium, quasi duplicem ingressum, vnum ad librum, alium in librum. Et vtrumque continet in se quatuor, quasi quatuor coloribus distinguatur. Primum proœmium, quod est ingressus ad librum, continet causam nominis, id est, quare liber iste Psalterium, vel Soliloquium dicatur. Et rationem quantitatis, id est, quare tot Psalmos, id est, centum quinquaginta contineat. Et causam distinctionis, id est, quare in tres quinquagenas distinguatur. Et causam frequentationis, id est, quare plus cæteris prophetiis prophetia Dauid in Ecclesia frequentetur. Et dicitur proœmium illud ingressus ad librum, non in librum, quia his cognitis parum de sensu, & continentia libri nobis aperitur. Secundum proœmium, quod est ingressus in librum, similiter continet quatuor, scilicet, titulum, materiam, intentionem, & modum agendi. Et hoc dicitur ingressus in librum, quia his cognitis ea quæ in libro sunt aliquatenus elucescunt. Sed oritur quæstio, cùm Dauid dicatur, & sit eximius Prophetarum, quare apud Hebræos non inter Prophetas, sed inter agiographa computetur. Hebræi siquidem biblam diuidunt in tres partes, scilicet, in legem, Prophetas, agiographa. Legem dicunt quinque libros Moysi. Prophetas, octo scilicet. Iosue, Iudicum, Samuel, id est, duos primos Regum, Malachim, id est, duos vltimos Regum, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, duodecim Prophetas. Nouem agiographa, scilicet, Iob. Paralipomenon, Psalterium, Esdram, Esther, tres libros Salomonis, Danielem. Omnes alios libros vocant apocrypha, scilicet, Tobiam, Iudith, Ecclesiasticum, Sapientiam, Machabæos. Ad hoc sciendum, quod Propheta pluribus modis dicitur, scilicet, inspiratione, officio, consuetudine. Propheta inspiratione dicitur, cui Deus inspirando reuelat secreta, seu futura, sic Daniel, sic Dauid, sic Isaias, sic & Ieremias fuerunt Prophetæ. Officio Propheta est, cui fit reuelatio futurorum, & mittitur ad prædicandum illa futura sibi diuinitus reuelata: Hoc modo non fuit Dauid, aut Daniel Propheta, quia neuter missus fuit ad prædicandum populo futura. Consuetudine Propheta dicitur, qui habet vsum, & consuetudinem, secundùm quod Amos excusando se dixit 7. d. Non sum Propheta, id est, non habeo vsum, & consuetudinem prædicandi, licet haberet officium, & inspirationem. Quia igitur Dauid, & Daniel non habuerunt officium prædicandi, ideo apud Hebræos non ponuntur inter Prophetas. His visis, quia triplex genus hominum hic reficiendum est, & ideo triplex panis necessarius est, vtamur consilio Saluatoris, & eamus ad amicum, & dicamus ei: Amice, accommoda mihi tres panes, quia amicus meus venit de via, & non habeo quod ponam ante ipsum: *Luc.* 11. a. Quia certè ducentorum denariorum panes non sufficiunt his, vt vnusquisque modicum quid accipiat. *Ioan.* 6. a. Sed ipse qui in fractione panis cognitus est: *Luc. vlt.* e. Qui de quinque panibus, & duobus piscibus, id est, lege, Prophetia, & Psalmis, quinque millia hominum satiauit. *Ioan.* 6. b. Frangat nobis panem istum Dauidicum, vt cognoscatur à nobis, & multipliciter, vt satiemur ab ipso: Et sic splendidum in panibus benedicent labia multorum, vt dicitur *Eccl.* 31. c. id est, ipsum Dei Filium, qui doctrinam quasi Prophetiam effundit: *Eccl.* 24. d. Cui est omnis laus, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Prologus Auctoris.



PROLOGVS SANCTI IERONYMI *Presbyteri in Psalterium incipit.*

Psalterium Romæ dudum positus emendaram, & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis ô Paula, & Eustochium scriptorum vitio deprauatum, plusque antiquum errorem quàm noua emendationem valere, cogitis vt veluti quodam nouali scissum iam aruum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, æquum esse dicentes, vt quod crebro malè pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo, tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque, vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est, vel obelos, vel asteriscos, & vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quæ impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi: Vbi autem stellæ similitudinem perspexerit, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem, qui simplicitate sermonis à L X X. interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis, & studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore qui vel inuidiâ vel supercilio malint contemnere videri præclara, quàm discere, & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

Prologus S. Ieronymi in Psalterium explicit.

REVEREN

REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI, D. HVGONIS DE SANCTO CHARO.

Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, Tituli Sanctæ Sabinæ, Cardinalis primi de Ordine Diui Dominici:

Poſtilla ſuper librum Hymnorum, ſiue Pſalmorum, vel Soliloquiorum Incipit.

EXPOSITIO PSALM. I.



BEATVS vir qui non abiit,&c.] Pſalmus iſte titulum non habet, quia titulus eius non ponitur in Prologo, ſcilicet, libri Soliloquiorum, nec eſt, nec inuenitur in Hebraica veritate. Pſalmus iſte titulus eſt huius libri, & ideo dicitur infra *Pſalm.* 39. In capite libri ſcriptum eſt de me, &c. Intentio Prophetæ eſt, vt informet nos Deo. Hoc autem fit per virtutes, eorum finis eſt beatitudo. Ideo à beatitudine incipiens, dicit [Beatus vir, &c.]

Beatitudo autẽ conſiſtit in ſex.
- In immunitate à peccato triplici, ſcilicet.
  - Operis. Qui non abiit operando, in conſilio impiorũ.
  - Cordis. Et in viâ peccatorum non ſtetit.
  - Oris. Et in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit.
- In bona voluntate. Sed in lege Domini voluntas eius.
- In meditatione legis diuinæ. Et in lege eius meditabitur, continuè, ſcilicet, die ac nocte.
- In bona operatione. Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Sed quia nihil valet opus ſine diſcretione, addit. Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.
- In bona locutione. Et folium eius non defluet, id eſt verbum non deorſum fluet.
- In perſeuerantia. Et omnia quæcunque faciet ſemper proſperabuntur, per perſeuerantiam & profectum.

Eſt beatitudo.
- Viæ.
  - Siniſtræ. Affluentia temporalium, *Pſalm.* 143. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.
  - Dextræ, ſcilicet, gratuita. *Matth.* 5. a. Beati pauperes ſpiritu.
- Patriæ, *Luc.* 14. d. Beatus qui comederit panem in Regno Dei.

Ad hanc beatitudinem exiguntur decem quæ habentur in ordine.
- Vitare, Plangere, Non publicare } Peccatũ
  - Futurum, *ibi*: Qui non abiit in conſilio impiorum.
  - Præteritum, *ibi*: Et in via peccatorum non ſtetit.
  - Præſens, *ibi*: In cathedra peſtilentiæ non ſedit.
- Velle bonum, Scire bonum, Poſſe bonum, Opere exequi, Diſcretio, Modeſtia verborum, Patientia } Ibi
  - In lege Domini voluntas eius.
  - Meditabitur die ac nocte.
  - Erit tanquã lignum quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarum, gratiæ.
  - Fructum ſuum dabit.
  - In tempore ſuo.
  - Et folium eius non defluet.
  - Omnia quæcunque faciet proſperabuntur, quia per patientiam etiam aduerſa reputantur proſpera.

Nota ſtatum { Pœnitentium, Proficientium, Perfectorum. Item quia Pſalmus iſte eſt titulus huius libri totius, ideo hic oſtenduntur tria de quibus agitur in hoc libro, ſcilicet, ſtatus pœnitentium, ſtatus proficientium, ſtatus perfectorum. Status pœnitentium notatur *ibi*: [Beatus vir, & cætera.] Et quia, vt dicit *Gregorius*, in pœnitentia ſunt duo neceſſaria, ſcilicet, committenda relinquere, & commiſſa deflere: Pœnitentia enim, vt ait idem *Gregorius*, eſt commiſſa flere, & flenda non ampliùs committere. Ideo dicit: [Beatus vir qui non abiit] à Deo in regionem diſſimilitudinis, peccata peccatis addendo, *Ieremiæ* 2. g. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. [In conſilio] id eſt, ad conſilium [impiorum] hoc ſuggerentium. De quibus *Iob* 21. b. Conſilium impiorum longè ſit à me. Hoc eſt, quantùm ad illud *Gregorij*, flenda non ampliùs committere. Sed hoc non ſufficit, ſi in his quæ commiſit remaneat, vnde hoc remouet ſubdens: [Et in via peccatorum] quam iam intrauerat, [non ſtetit] ſed per pœnitentiam reuerſus eſt. Hoc eſt illud *Gregorij*, commiſſa flere. Quod manifeſtat conformando voluntatem voluntati diuinæ, vnde ſequitur: Sed in lege Domini voluntas eius.

Secundus ſtatus eſt proficientium, qui notatur, *ibi*: [Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt, &c.] quod, ſcilicet, ſemper creſcit dum eſt in vigore iuuentutis.

Tertius ſtatus eſt perfectorum, qui notatur, *ibi*: [Et folium eius non defluet:] Quia, vt dicitur *Iacob.* 3. a. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Agit etiam in hoc libro de pœnâ malorum, & gloriâ bonorum, & remouet à malis ſtatum pœnitentiæ, ideo dicit: [Non ſic impij, non ſic] quia mali non fugiunt conſortium malorum, nec conformant voluntatem ſuam voluntati diuinæ. Item remouet à malis ſtatum proficientium, cùm dicit: [Sed tanquam puluis] qui ſterilis eſt, [quem proijcit ventus à facie terræ:] Ecce inconſtantia contra perſeuerantiam. Item remouet à malis ſtatum perfectorum, *ibi*: [Ideo non reſurgunt impij in iudicio.] *Sap.* 3. b. Iudicabunt ſancti nationes, &c. ſupple, non impij, 1. *Cor.* 2. d. Spiritualis homo iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Ad vltimum ponit cauſam glorificationis bonorum, *ibi*: [Quoniam nouit Dominus] id eſt, approbauit, [viam iuſtorum.] Poſt ponit cauſam damnationis malorum: [Et iter impiorum peribit] ſcilicet, quia viam eorum non nouit, id eſt, non approbauit Dominus. Et notandum quod tripliciter exponitur Pſalmus iſte, Ad literam de Iudæis, qui contra voluntatem Dei deſcenderunt in Ægyptum, *Ierem.* 13. c. Item allegoricè exponitur de Chriſto. Moraliter verò de viro iuſto. De primo ergo dicit. *Tripliciter exponitur Pſalmus.*

INCIPIT LIBER HYMNORVM.

SIVE PSALMORVM, vel Soliloquiorum.

PSALM. I.

BEatus *a* vir *b* qui non abiit in cõſilio *c* impiorum

a Beatus vir, &c. In conſilio impiorum] Iudæorum, qui deſcenderunt in Ægyptum. *Iſa.* 30. a. Væ filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me, qui ambulatis vt deſcendatis in Ægyptum. Sed fuerunt illorum tria genera, quidam enim ex eis deſcenderunt in Ægyptum, & ibi manſerunt: Quidam deſcenderunt & redierunt: Quidam alios intrare coëgerunt. Primum remouet à iuſtis, *ibi*: [Qui non abijt] Secundum, *ibi*: *Ad literam de Iudæis.*

Δ Non ſtetit

Allegoricè exponitur hic Pſalmus de Chriſto. *a* Beatus vir, &c.] Et iuſtum eſt, vt ab ipſo incipiat liber iſte, & in ipſo terminetur, *ibi*: Omnis ſpiritus laudet Dominum: Ipſe enim eſt principium, & finis. *Apocalypſ.* 1. b. & *vltim.* c. Ego ſum alpha & omega. Et commendat eum Propheta tripliciter. Primò, vt Imperatorem, *ibi*: [Beatus vir, &c. Secundò, vt viatorem, *ibi*: [Et in via peccatorum non ſtetit.] Tertiò, vt doctorem, *ibi*: Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit.] Commendat eum de tribus, ſcilicet, à ſcientia, à bona vita, à ſana doctrina. De primo dicit: [Sed in lege, &c.] De ſecundò, [Et erit tanquam lignum.] De tertio dicit, [Et folium eius, &c.] De primo dicitur. *a* Beatus vir, &c.] *Prou.* 29. b. Princeps qui libenter audit verba mendacij, *Alleg. de Chriſto. Commendatio Chriſti. Alia Commendatio.*

Δ omnes mini-

Moraliter exponitur de viro iuſto. *a* Beatus vir, &c. Impiorum] trium inimicorum, noſtrorum, mundi, carnis, & dæmonum. Conſilium carnis eſt quærere voluptates. *Eccl.* 18. d. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ſuas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Hoc eſt conſilium ſenum contra Suſannam. *Dan.* 13. b. Commiſcere nobiſcum. Per Suſannam quæ lauabat ſe in pomerio, ſignificatur anima fidelis, quæ in ardore pœnitentiæ ſe la- *Moraliter de viro iuſto.*

& in *a* via peccatorum non stetit, & in *b* cathedra pestilentiæ non sedit. *c* [Sed in lege Domini voluntas eius, & in *d* lege eius *e* meditabitur *f* die ac nocte. Et erit *g* tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod *h* fructum suum *i* dabit in *k* tēpore suo.

Δ [Non stetit] Tertium, *ibi*: [Non sedit] Tales acquieuerunt legi Dei. Vnde dicit. [Et in lege, &c.] *Deut.* 17. d. [Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum. [Et erit tanquam lignum, &c.] Vnde ad literam de illis qui descenderunt in Ægyptum, dicit *Ier.* 17. a. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

Δ Et folium

Alleg. A Omnes ministros habet impios, *Psalm.* 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. *Eccl.* 10. a. Secundùm iudicem populi, sic & ministri eius 2. *Reg.* 8. d. Iosaphat qui interpretatur Domini iudicium, erat consiliarius Dauid. De hoc *Bern.* ad Eugenium Papam. Non dico sanum, dolentem latera. De secundo dicitur. *a* Et in via peccatorum non stetit.] Sicut illi de quib. *Exod.* 15. b. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine. Christus autem in hac via non stetit, *Psal.* 18. Exultauit vt gigas ad currendam viam. *Ier.* 14. b. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator, &c. De tertio. *b* Et in cathedra pestilentiæ] vel derisorum, alia litera [non sedit] *Marc.* 1. c. Erat docens eos quasi potestatem habens, non sicut Scribæ, & Pharisæi, *Ier.* 3. c. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientiâ & doctrinâ. Et dicitur cathedra pestilentiæ tribus modis. Errorem docendo, vt hæretici. Ad malum incitando, vt falsi Christiani. Malum exemplum præbendo, vt mali Prælati. De hoc *Ierem.* 42. c Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram, & extendam manum meam super te. Sicut in *Psal.* 54. Extendit manum suam in retribuendo. *Apoc.* 9. a. Ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol & aër. *c* Sed in lege, &c. Hic, vt dictum est, commendatur à tribus, s. scientiâ, vitâ, doctrinâ A scientia, *ibi*: [Sed in lege] *Deut.* 17. d. Postquam sederit in solio Regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine. Hoc est contra Prælatos nostros, 2. *Parai.* 23. c. Dederunt in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum Regem. *d* Et in lege eius] *Prou.* 8. d. Beatus qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie *e* Meditabitur,] *Eccl.* 14. d. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.

Cathedra pestilentiæ dicitur tribus modis.

f Die ac nocte] in prosperitate, & in aduersitate, *Isa.* 21. d. Si quæritis, quærite. *g* Et erit tanquam lignum, &c.] Hic commendatur à bona vita. Lignum cognoscitur per fructificationem. Sed antequam ferat fructum, oportet quòd plantetur. Plantatus autem fuit filius Dei, quando vnitus est humanæ naturæ, *Iacob* 1. d. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras, & sic fructificauit, *Prou.* 3. c. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, id est, sapientiam. *Apoc.* 2. b. Qui vicerit, dabo ei de ligno vitæ, *Ezech.* 17. g. Tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem, scilicet, beatam Virginem.

h Quod fructum suum] id est, carnem esibilem. *i* Dabit] in cœna. Hunc fructum folia præcesserunt, s. agnus typicus, quia legalia præcesserunt Sacramenta nouæ legis, *Isa.* 4. a. Et fructus terræ sublimis. Vel fructum, missionem Spiritus sancti, *Ioan* 16. b. Nisi ego abiero, & cætera.

k In tempore,] scilicet, Passionis.

A Et folium

Moral. * uat. Senes. sunt caro, & sensualitas, quæ dicuntur senes. ab effectu. Hoc est consilium Vagaonis. *Iudith.* 12. c. Dixit Holofernes ad Vagaonem Eunuchum. Vade & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Et post subditur: Intrauit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella intrare ad Dominum meum. Holofernes, interpretatur infirmans vitulum saginatum, & significat Diabolum, qui saginatos pinguedine charitatis, infirmat. Vagao, interpretatur ipsa vallis æstuans, & significat carnem desideriis æstuantem. Iudith, interpretatur confitens, vel glorificans, & significat spiritum, *Psalm.* 150. Omnis spiritus laudet Dominum. Item consilium Mundi est multiplicare diuitias, spoliare innnoxios, vindicare iniurias proprias. De hoc 3. *Reg.* 12. b de consilio adolescentium. *Gen.* 49. a. In consilium eorum non veniat anima mea. Item consilium Diaboli est appetere dignitates. Hoc est consilium Achitophel. 2. *Regum* 17. a. Et interpretatur ruina fratris, *Eccl.* 37. b. A consiliario magno serua animam tuam. *Eccl.* 23. a. Domine pater dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu, & consilio illorum. Propter hæc ergo dicit: [Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.] Sequitur.

a Et in via peccatorum non stetit.] De hac via dicitur *Eccles.* 21. b. Via peccantium complantata est lapidibus, & in finem illorum Inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis. Et in *Psalm.* 34. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum. *Greg.* in Moral. Via peccatorum tenebrosa est, & lubrica, vt scilicet, per tenebras quò ire debeant non videant, & si videant, in via propter lubricum stare non valeant.

b Et in cathedra pestilentiæ non sedit.] Ad literam, pestilentia est herbarum corruptio, quæ totum gregem pascentem corrumpit, & contaminat: Et significat malum exemplum, malam doctrinam, prauum iudicium. In cathedra ergo pestilentiæ sedent mali Prælati, doctores falsi, iudices iniqui. De malis Prælatis, prauum exemplum præbentibus: *Matth.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundùm verò opera eorum nolite facere. Et *Oseæ* 5. a. Laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Thabor. De falsis doctoribus: *Ezech.* 13 b. Erit manus mea, id est, vindicta, ait Dominus super Prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium, in consilio populi mei non erunt, & in scriptura populi mei non scribentur, nec in terra Israel ingredientur, & scietis quia ego Dominus, eò quod deceperint populum meum. Et *Isa.* 9. c. Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, longæuus & honorabilis, ipse est caput, & Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et de iniquis iudicibus *Ezech.* 13. d. Violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt. *Dan.* 13. a. Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum meum. De his tribus dicitur *Mich.* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant.

c Sed in lege Domini voluntas eius] vt velit quod scriptum est in ea, & quod prohibitum est non velit.

d Et in lege eius meditabitur die, ac nocte] vt sit animal ruminans, quod solum mundum erat in lege, *Leuit.* 11. a.

g Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum] gratiarum, lacrymarum, *Isa.* 6. d. Erit in ostensionem, sicut Terebinthus, *Iob* 29. c. Radix mea aperta est secus aquas. *Iob* 8. b. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Sed quia crescens sic in virtutibus, debet etiam fructificare in operibus. Ideo sequitur.

h Quod fructum.] boni operis, *Matth.* 3. c. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur. Nota singula verba, [Fructum] non solùm germen cogitationis, aut florem propositi, aut folia verborum [suum] in se, scil. non tantùm in aliis, *Mat.* 16. d. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? *Isa.* 66. c. Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? *i* Dabit] voluntariè faciet, non coactè, 2. *Corinth.* 9. b. Non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus, *Matth.* 10. b. Gratis accepistis, &c.

k In tempore suo.] Tempus vniuscuiusque ad operandum, est præsens vita. *Ioan.* 9. a. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox quando nemo potest operari. *Eccl.* 9. c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud Inferos, quò tu properas. Tunc enim non erit tempus dandi, sed recipiendi, 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal iudicis, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. Dicit enim Dominus in *Psal.* 74. Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. *Eccl.* 20. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Vel potest dici [Fructum suum dabit in tempore suo.] contra hypocritas, qui non dant opera, sed vendunt pro pretio humanæ laudis. *Matt.* 6. a. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam [Et in tempore] non [suo] quia modò non est tempus recipiendi, vt diximus, sed dandi *Eccl.* 20. b. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, odibilis est homo huiusmodi.

* Item

a Et folium eius non defluet] id est, quæcunque dicta fuerunt de talibus,non erunt irrita.

Allegoricè. A Et folium eius,&c.] Istud allegoricè exponitur de Christo [Folium eius]id est, verbum.

b Non defluet]id est,non cadet à veritate per mendacium. *Ioan.* 17.c. Sermo tuus veritas est.Itē nec ab vtilitate.*Ez.* 47.c. Non defluet folium ex eo,id est, verbum,& fructus eius non deficient id est, vtilitas. *ibid.* Fructus eius in cibum,& folia in medicinam. Item nec

al.† decidet. *al.*† fecerit.

Et a folium eius non b † defluet, & c omnia quæcunque † faciet prosperabuntur. Non sic d impij e non sic,sed f tanquam puluis g quem proiicit ventus h à facie terræ: i Ideo non resurgent impij in k iudicio ,

à necessitate. Vnde de illo poterat dici illud Samuelis. 1. *Reg.* 3. d. Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Item nec à virtute,vel efficacia. *Is.*55.d. Verbum quod egredietur de ore meo,non reuertetur ad me vacuum.Item nec ab intentione.*Ps.*88. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.

c Et omnia quæcunque faciet.prosperabuntur.]contra *Ier.* 15.c. Væ mihi mater mea,vt quid genuisti me virum rixæ virum discordiæ in vniuersa terra?Ergo ipse fuit in aduersitate, non ergo quæcunque faciet prosperabuntur.Solut. huius habetur in *Is.*55.d. Prosperabitur in omnib.ad quæ misi illum, scil.ad redimendum genus humanum; patiendo tribulationes.

Moral. * Item similiter exponitur moraliter de viro iusto.

a Et folium eius,]i.verbum.

b Non defluet] id est, non erit otiosum.*Gr.*Otiosum verbum est, quod caret aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis. Sic ergo non defluet , sed erit aliis vtile. Vnde *Ezech.*47.c. Fructus eius erit in cibum, id est, bona opera & folia eius,id est,verba ad medicinam.Et nota quod in quibusdam defluunt fructus , id est , opera & folia,id est, verba, scilicet in malis. *Ioan.* 3.d. Qui de terra est,&c. *Isai.*29.a. Humiliaberis, de terra loqueris. In quibusdam verò fructus,& non folia , scilicet in Theologis. Item folia non defluunt in æstate , sed in hyeme. Sic & multi sunt qui bona verba habent in prosperitate,sed mala & defluentia in aduersitate.

Concordia Ps. cum Euangelio. c Et omnia quæcunque faciet] Ecce fructus. [Prosperabuntur.] *Rom.*8.e. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum , his qui secundùm propositum vocati sunt sancti. Possunt hæc quæ hic dicuntur de B. viro , concordari eis, quæ dicuntur *Mat.*5.a. Beati pauperes,&c.

Beati
- Pauperes spiritu. Hoc est [Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum]dicentium. *Pr.* 1. b. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis,sortem mitte nobiscum,&c.
- Mites,qui libenter dimittunt iniurias. Hoc est [in via peccatorum non stetit.] Non enim exire potest de via peccatorum,qui non dimittit.*Mat.*6.b Si non dimiseritis.&c. *Ec.*28.a. Relinque proximo tuo nocenti te,& deprecanti tibi peccata soluentur.
- Qui lugent. Hoc est [& in cathedra pestilentiæ non sedit]Secundùm *Gl.* i.non dedit aliis exemplum peccandi,sed pœnitentiæ,& lugendi peccata.
- Qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Hoc est [Sed in lege Domini voluntas eius quantum ad effectum esuriētem[Et in lege eius meditabitur]quantum ad intellectum sitientem.
- Misericordes. Hoc est [tanquam lignum quod plantatum est secùs decursum aquarum.
- Mundo corde : Hoc est[quod fructū suum dabit in tēpore suo.]Bonus homo de thesauro,sc.cordis profert bona.*Mat.*12.c. Item *Mat.*6.c. Si oculus tuus, id est, intentio cordis fuerit simplex,totum corpus tuum lucidum erit,id est, opus.
- Pacifici.Hoc est[Et folium eius]id est,verbum[non defluet]*Prou.*17.c.Qui dimittit aquam,caput est iurgiorum.*Iac.*3 a.Lingua modicum membrum est,& magna exaltat.
- Qui persecutionem patiuntur,&c.] Hoc est [Omnia quæcunque faciet prosperabuntur] per patientiam , quæ facit aduersa prospera. *Act.*5.g. Ibant Apostoli gaudentes.&c.

d Non sic impij &c.]Secunda partitio huius Psalmi.Suprà ostendunt quæ faciunt hominem beatum , hic autem ostendit quæ faciunt hominem peccatorem miserum.Primum est inconstantia,ariditas, sterilitas,quod notatur ibi [Tanquam puluis.

Secundum est amissio primæ resurrectionis in præsenti & dignitatis iudicandi in futuro,quod notatur ibi, [Ideo non resurgunt.

Tertium est amissio consortij iustorum , quod notatur ibi [Neque peccatores in consilio iustorum.] Dicit ergo [Non sic impij, &c.]

Primò considerat virum iustum immunem ab omni peccato.Secundò, bonum in se. Tertiò vtilem aliis. Duo prima remouet à peccatoribus, & ideo dicit bis: Non sic impij, non sic.

Tertium autem non remouet, quia vt dicit *Gr. sup. Ez.* Impius iusto viuit. Et *Iud.* 3.a. Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit; vt erudiret in eis Israelem, &c. [Non sic]ergo [impij] quantum ad immunitatem peccati, quia vt dicitur *Pr.*5.d.iniquitates suæ capiunt impium,& funibus peccatorum suorum constringitur.

e Non sic,]quantum ad secundum, quia impij non meditantur in lege Domini. *Pr.*18.a. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris , quæ versantur in corde eius. *Ec.*21.c. Audit luxuriosus,& displicebit ei.*Gr.*Quod vitia resecat,auditum malorum grauat.*Rab.*super historias.Qui fastu mundi superbiunt , præconia veritatis audire non possunt.

f Sed tanquam puluis] sicut dictum est. hic notantur tria sub vno membro, quæ faciunt hominem miserum.

Primum est inconstantia, quia sicut puluis est leuis,& mobilis,& incompactus,sic peccator. *Ec.*27.b. Stultus vt Luna mutatur.2. *Thes.* 2. a. Non citò moueamini à vestro sensu. *Prou.*15.b Cor stultorum dissimile erit. .Secundùm est ariditas. *Psalm.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Tertium est sterilitas *Ier.*48.a. Eritis sicut myricæ in deserto. Hæc tria in peccatore opponuntur tribus quæ prædixit in viro iusto. Inconstantia & leuitas contra hoc quod prædixit : Plantatum. Ariditas contra hoc quod prædixit : Secus decursus aquarum. Sterilitas contra hoc quod dixit:Dabit fructum. Hæc tria ergo notantur in primo,quæ faciunt hominem miserum. *Tria faciunt hominē peccatorem miserum.*

g Quem proiicit ventus]tentationis. *Ps.* 35. Expulsi sunt , nec potuerunt stare: *Iob* 1.d. Ventus vehemens irruit à regione deserti.

h A facie terræ] viuentium, vt eam iam per recordationem non videat.*Dan.*13 a.Exarserunt in concupiscentia eius,scilicet Susannæ senes , Ecce ventus. Et auerterunt sensum suum,& declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum: Ecce proiectio à facie terræ viuentium. Sed de iusto dicitur *Deut* 33.d. Oculi Iacob in terra frumēti,vini,& olei.*Gen.*49.c. Isachar asinus fortis,accubans inter terminos, vidit requiem,quod esset bona,& terram quod optima, & supposuit humerum ad portandum.Isachar interpretatur memorans Dominum.

Termini malorum,pœna æterna;bonorum vita æterna.

Inter hos habitat timendo & sperando. Videt requiem æternam,quod sit bona , & terram viuentium , quod sit optima,& ideo supponit humerum ad portandum iugum Domini:Sed non sic impij.

Vel [A facie terræ,]corporis;de qua *Gen.*3.c. Terra tua generabit tibi spinas & tribulos[Proiicit]vt eam non cognoscat , sed spinas eius delicias æstimet. *Iob* 30.a. Esse sub sentibus delicias computabunt.

Sed in inferno sentient puncturam istarum spinarum,id est pœnam peccatorum. *Greg.* Momentaneum est quod delectat,æternum quod cruciat. Vel,A facie terræ,id est, à stabilitate Ecclesiæ.

De qua *Eccl.*1.a.Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. [Proiicit] vt iam non sit de Ecclesia meritò , etsi fortè numero. Respectus primæ terræ in nobis amorem accendit. Respectus secundæ , timorem incutit.

Respectus tertiæ , erubescentiam inducit. Sed ventus tentationis proiicit peccatorem à facie,id est, à respectu terræ huius triplicis, ne per amorem , aut timorem , aut pudorem retrahatur à peccato.

Hæc enim tria solent homines retrahere à peccato

Hic est funiculus triplex , qui si habeatur , difficilè rumpitur,*Ec.*4.c.

i Ideo non resurgunt, &c.] Hic, vt prædictum est, notatur secundum , quod facit peccatorem miserum. Dicit ergo (Ideo non resurgunt) à peccato *Eph.*5.d. Surge qui dormis, & exurge à mortuis , & illuminabit te Christus. k Impij in iudicio] triplici, scilicet , vt ipsos iudicent in præsenti, 1. *Cor.* 11. d. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. *Aug.* Ascende tribunal mentis , adsit ratio iudex , conscientia accusatrix , & timor carnifex. Vel [in Iudicio] id est , in pœna , in præsenti,qua Dominus punit,& malos & bonos.1.*Pet* 4.d. Tēpus est,vt incipiat iudiciū à domo Dei.Vel,in iudicio externæ examinationis,vt iudicent cū Christo,sicut perfe-

fecti. Et sic sumitur strictè. *Mat.* 19.d. Sedebitis & vos super sedes duodecim Tribus Israel. *Is.* 3.c. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui.

Moraliter.

a Neque peccatores in consilio iustorum.) Hic notatur tertium quod facit peccatorem miserum, scilicet amissio consortij iustorum. *Is.* 14.e. Quasi cadauer putridum non habebis consortium. *Apoc.* vlt.c. Foris canes & venefici & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Contra quos dicitur in *Ps.* 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Secundùm istam expositionem, eosdem accipimus, impios & peccatores. Secundum aliam expositionem possumus ita distinguere [Non resurgent impij, id est, infideles, qui Christianæ militiæ characterem non habuerunt. (Non resurgent] dico, in iudicio) id est, ad hoc vt iudicentur, quia qui non credit, iam iudicatus est. *Ioan.* 3.c. (Neque peccatores] id est, falsi Christiani, resurgent ad hoc vt iudicent (In consilio iustorum.) Quod iudicium bene vocatur consilium iustorum, quia nihil ibi nisi rectitudinis erit.

a neque peccatores in consilio iustorum. *b* Quoniam nouit Dominus viam *c* iustorum, & *d* iter impiorum peribit.

PSALM. II.

Quare† *e* fremuerunt *f* gen-

al. † vt quid.

Nota quadruplex erit Iudicium.
- Primæ auctoritatis, quod erit totius Trinitatis.
- Principalis administrationis, quod erit solius filij. *Ioan.* 5.d. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudiciũ dedit filio.
- Assessionis, quo Sancti iudicabunt cum Domino *Mat.* 19 d. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Israel.
- Comparationis, quo Regina Austri, & minus mali iudicabunt magis malos. *Mat.* 12 d. Regina Austri surget in iudicio cũ generatione ista, & condẽnabit eã.

præter hæc est Iudiciũ.
- Præscientiæ, *Ioan.* 3.c. Qui non credit, iam iudicatus est.
- Condemnationis, *Ioan.* 3. b. Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.
- Discretionis. *Ioan.* 2.e. Nunc iudicium est mundi.
- Discussionis 1. *Cor.* 11.g. Si nosmetipsos diiudicaremus, &c.
- Tribulationis, 1. *Pet.* 4.d. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.
- Disceptationis *Ioel.* 3.a. Congregabo eos in valle Iosaphat.

Duplex hominum ordo futurus est in Iudicio.
- Electorum
  - Quidam iudicabunt, & non iudicabũtur, vt Apostoli, & Apostolici viri.
  - Quidã iudicabuntur, & non iudicabũt, & saluabuntur, vt mediocriter boni.
- Reproborum
  - Quidam nec iudicabunt, nec iudicabuntur, vt infideles.
  - Quidam non iudicabunt, sed iudicabuntur, vt cæteri mali.

Et verè peccatores non resurgent ad iudicandum, sed iusti.

b Quoniam nouit Dominus] per approbationem.

c Viam iustorum.]

Approbat Dominus viam iustorum propter 7. causas
- Primò quoniam munda. *Ps.* 17. Impolluta via eius. *Is.* 14.f. Scopabo eam in scopa terens.
- Secundò, quia lucida. *Pr.* 4. Semita iustorum quasi lux splendens.
- Tertiò, quia delectabilis. *Pr.* 3. c. Viæ eius viæ pulchræ.
- Quartò, quia secura. *Pr.* 3. c. Semitæ illius pacificæ.
- Quintò, quia plana *Pr.* 4 b. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis.
- Sextò, quia recta. *Is.* 40.a. Rectas facite semitas Dei nostri.
- Septimò, quia expedita. Vnde super illum locum. *Mat.* 19 d Ecce nos reliquimus omnia, &c. dicit B. *Bern.* Rectè Petre, & non ad insipientiam tibi, quia currentem sequi non poteras oneratus. Vnde 4. *Reg.* 3.c. Elias ascensurus in cælum, dimisit pallium suum, id est, temporalia.

Propter ergo ista [Nouit Dominus viam iustorum] per approbationem.

Omnia quidam nouit per scientiam, sed non per beneplaciti approbationem. Viam enim impiorum sic non nouit. Vnde sequitur.

d Iter impiorum peribit] quia Dominus illud non approbat, sed reprobat.

Reprobat Dominus iter impiorum propter septem causas.
- Primò, quia inquantum est *Psalm.* 9. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.
- Secundò, quia tenebrosum. *Pr.* 4.e. Via impiorum tenebrosa.
- Tertiò, quia contristabile & asperum est. *Ecc.* 21. b. Via peccantium complanata lapidibus, & in finem illorum Inferi. *Sap.* 5.b. Ambulauimus vias difficiles.
- Quartò, quia timidum, & periculosum. *Pr.* 22. a. Arma & gladij in via superbi.
- Quintò, quia tortuosum. *Ps.* 11. In circuitu impij ambulant. *Ecc.* 10.c. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere.
- Sextò, quia diabolus ambulat cum eis. *Ps.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini, scilicet, malus, persequens eos.
- Septimò, quia impeditum est. *Iob* 18 b. Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat, tenebitur planta illius laqueo.

EXPOS. PSALM. II.

Psalm. exponitur tripliciter ad literam

Quare *e* fremuerunt gentes, &c.] Titulus, Psalmus David. Psalmus iste tribus modis exponitur, scilicet, ad literam, Allegoricè, Moraliter. Ad literam autem exponitur à Iudæis, duobus modis: Quidam enim dicunt, quod Psalmus iste est pars præcedentis, & exponunt illum de Iudæis qui redierunt à captiuitate Babylonis. Alij vero dicunt istũ Psalmũ vnum Psalmum esse per se, & exponunt illum de Dauid. 2. *Reg.* 5.c. Audierunt Philistæi quod vnxissent Dauid in Regem super Israel, & ascenderunt vniuersi, vt quærerũt Dauid. Et propter hoc dicit Dauid de illis [Quare, &c.] Allegoricè autem exponitur de Christo.

Allegoricè.

e Quare fremuerunt] Titulus, Psalmus David. Esdras in foribus Psalmorum titulos, quasi quasdam claues ad intelligentiam sequentium apposuit. Psalmus iste in ordine Psalmorum secundus, in titulo est primus. Vnde *Act.* 4. dicitur primus secundum *Gl.* huius tituli, non tamen in textu Actuum dicitur expressè, quod sit primus Psalmus. In hoc Psalmo agitur de Regno Christi, & æterna eius generatione. Et est sensus tituli. Psalmus iste dictus psalmus à psallim, quod est tangere, quasi à decachorda mandatorum impletione. Dauid Prophetæ, id est, Christi. Dauid enim interpretatur manu fortis, vel aspectu desiderabilis, & Christus manu fortis est, qui debellauit aereas potestates. Non manu armata, vt dicit B. Bern. sed clauis confixa. Non equo residens, sed in Cruce pendens. Et ipse est in quem desiderant Angeli prospicere. 1. *Pet.* 1.c. sic bene sequitur Psalmus iste præcedentem, in quo egit Propheta de beatitudine. Christus autem via est ad beatitudinem. *Ioan.* 14.a. Ego sum via, &c.

Propheta ergo videns quosdam contradicturos nomini Christi, & regno in admirationem prorumpit, dicens: Quare fremuerunt gentes, &c.] tripartitus autem est psalmus iste.

In prima parte ponitur malorum increpatio, ibi: Quare fremuerunt) in secunda fidei instructio, ibi: Ego autem]

In tertia morum informatio, ibi: Et nunc Reges,) prima pars diuiditur in quinque partes.

In prima parte ostendit culpæ immanitatem, ibi Quare frem.] In secunda parte, culpæ causam, ibi: Dirumpamus.) In tertia culpæ pœnam, ibi. Qui habitat.)

In quarta determinat tempus pœnæ, ibi. [Tunc loquitur.]

In quinta determinat modum pœnæ, ibi, [In furore, &c.] Et notandum, quod à tribus generibus hominum persecutus est Christus, scilicet, à minoribus, ibi. Quare, &c.] A maioribus, ibi: Astiterunt Reges à mediocribus, ibi: Et principes.] Item passus est triplex genus persecutionis, scilicet, oris, ibi: Astiterunt,] Minorum autem à quibus passus est, duo fuerunt genera, scilicet, milites Romani, & milites Iudæorum. In primis increpat crudelitatem, & consilij peruersitatem, dicens: Quare fremuerunt &c.] more ferarum, sine ratione. *f* Gentes,] id est, gentiles scilicet, Romani milites, qui Christum crucifixerunt: In aliis increpat stoliditatem, & fraudulentiam, subdens. *Moraliter.* A Et populi

e Quare fremuerunt.] Moral. potest exponi de viro iusto. Et notantur hic tria quæ infestant hominem iustum, videlicet, peccata, mundus, diabolus. Dicit ergo sic. [Quare fremuerunt gentes] id est, peccata septem criminalia, quæ per septem gentes designãtur, quæ eiiciendæ sunt de ter-

* ra nostra

Allegor. A *a* Et populi] id est, Iudaei, à polis, quod est pluralitas, quia plures fuerunt quàm gentiles, [Quare] repete. *b* Meditati sunt inania] tribus modis. Primum fuit, quod cogitabant, quod Christus non esset promissus in lege. *Ierem.* 8. c. Miluus in cœlo cognouit tempus suum: Turtur & Arundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Secundum, quia credebant quod facerent eum descendere in Infernum. *Psalm.* 87. Æstimatus sum cum descēdētibus in lacum.

Meditatio Iudaeorum inanis tribus modis.

23. q. 4. c. non inuenitur, &c. si Ecclesia.

al. † abiiciamus.

tes, & *a* populi *b* meditati sunt inania. *c* Astiterunt *d* Reges terrae, & *e* Principes *f* conuenerunt in vnum, *g* aduersus Dominū, & aduersus Christū eius. *h* Dirumpamus vincula eorū, *i* & † proiiciamus

Tertium, quia crediderunt per mortem eius, famam eius cessare. *Ierem.* 11. d. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs. Et nonne haec inania?

Est autem in homine vanitas quintuplex, scilicet
- Cordis, vt hic. Et in *Psal.* 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. *Ierem.* 17. b. Prauum est cor hominis, & inscrutabile.
- Oris, *Psalm.* 11. Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximum suum.
- Operis. *Isa.* 1. g. Fortitudo vestra sicut stipula, & opus vestrum sicut scintilla, & vtrunque succendetur, & non erit, qui extinguat. *Isa.* 59. a. Telas aranearum texuerunt.
- Essentiae, *Iob* 14. a. Quasi flos egreditur & conteritur, &c.
- Cupiditatis temporalium, *Eccles.* 1. a. Vanitas vanitatum, &c. *Ierem.* 2. a. Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt

In maioribus autem redarguit iudicij peruersitatem, subdens:

c Astiterunt] cum mora deliberandi.

d Reges terrae] id est, Rex, scilicet Herodes, sub quo passus est Christus. Et est syllepsis, plurale pro singulari. Vel [Reges] id est, Herodes, qui occidit paruulos, & alius Herodes filius eius, sub quo passus est Christus. Et hic est manifesta prophetia de Passione Christi.

Astatio autem est quadruplex.
- Impugnantium, vt hic: Et *Iob.* 1. b. Astitit Sathan inter filios suos.
- Confortantium, *Act.* 12. a. Ecce Angelus Domini, &c.
- Ministrantium, *Dan.* 7. c. Millia millium assistebant ei.
- Regnantium, *Psal.* 44. Astitit Regina à dextris tuis.

In mediocribus verò redarguit obstinatam conspirationem, subiungens:

e Et Principes,] scilicet, Pilatus, Caiphas, & Annas. Isti, inquam, cum Regibus illis. *f* Conuenerunt in vnum] id est, in vnam prauam voluntatem. Est autem vnio multiplex.

Vnio
- Malorum, *Dan. vlt.* e. Congregati sunt Babylonij quasi vir vnus ad Regem, &c.
- Bonorum, *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. *Ps.* 132. Ecce quam bonum, &c.
- Beatorum, *Matth.* 8. b. Venient ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in Regno cœlorum,
- Damnatorum, *Matth.* 13. f. Colligent de regno eius omnia scandala.

1. Ioan. 2. d. *g* Aduersus, &c.] quia qui contradicit filio, contradicit & patri. Sequitur:

h Dirumpamus vincula eorum] Hoc potest legi primò in persona Christi, sic: Ipsi conuenerunt aduersum me. Sed ô vos Apostoli [Dirumpamus vincula eorum] id est, minas & blanditias eorum. *i* Et proiiciamus, &c.] quo nos volunt ligare. Vel sunt verba ipsorum Iudaeorum. Et ita continua. Ipsi Principes conuenerunt aduersus Christum, dicentes [Dirumpamus, &c. [Et vt praelibauimus, hic notatur causa culpae Iudaeorum, qui conuenerunt aduersus Christum. Quae duplex fuit. Prima inobedientia, vnde dicunt [Dirumpamus vincula] id est, prohibitiones & praecepta eorum, scilicet, Christi & Apostolorum. *Ierem.* 2. d. A saeculo confregisti iugum meum, rupisti vincula, &c. Secunda causa, est superbia, de qua subdit [Et proiiciamus à nobis iugum ipsorum] id est, legem Christi, & suorum, cui nos volunt subiugare. Postea ponit duplicem pœnam, quae sequitur ex his duobus.

A Qui habitat *Moral.*

* ra nostra, & omnino extirpandae. *Deut.* 7. a. Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingredieris, & deleuerit coram te gentes septem, percuties eos vsque ad internecionem. Hae fremunt aduersùs iustum, cùm eum per tentationem incutiunt. *a* Et populi] id est, mundani. *b* Meditati sunt inania] *Sap.* 2. a. Dixerunt impij apud se cogitantes non rectè. Et postea sequitur: Vbique relinquamus signa laetitiae nostrae, quoniam haec est pars nostra, & haec est sors nostra. Opprimamus iustum pauperem, & non parcamus viduae, &c. Sequitur:

c Astiterunt, &c.] Per Reges, & Principes Daemones signantur. *Iob* 41. d. de Diabolo dicitur: Ipse est Rex super vniuersos filios superbiae. *Ephes.* 6. b. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, supple tantùm; sed aduersùs Principes, & Potestates, aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum. Primi hostes, scilicet peccata, blandiuntur. Secundi saeuiunt: tertij, decipiunt. Sed nota, quod ponit sub quaestione, dicens: [Quare, &c.] Et respondet alibi *Psal.* 62. Ipsi verò in vanum quaesierunt animam meam, quia licet multae sint tribulationes iustorum, tamen de his omnibus liberat eos Dominus. Vndè alibi dicit *Ps.* 45. Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus. Refugium à peccatis, quae sunt fugienda. Virtus in tribulatione mundanorum sustinenda per patientiam. Adiutor contra Diabolum, cui resistendum *Iac.* 4. b. Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Et hoc faciunt. *g* Aduersùs Dominum] Ad Dominum pertinet creatio, ad Christum recreatio. Aduersus Dominum faciunt, cùm bona creationis nobis auferre nituntur. Aduersus Christum, cum bona recreationis nobis subtrahere moliuntur. Aduersus Dominum ergo faciunt, vulnerando nos in naturalibus. Aduersus Christum, spoliando nos gratuitis. Vel aliter, vt notemus combinationes quas ibi reperimus, quae sunt gentes, & populi, Reges, & Principes, Dominus & Christus, vinculum, & iugum, irrisio & subsannatio. *Aliter.* Gentes frementes, populi inania meditantes. Gentes frementes sunt motus carnales. *Psalm.* 78. Deus venerunt gentes in haereditatem tuam, polluerunt Templum sanctum tuum, id est, cor hominis. Hos debet sibi ratio subiugare. *Iosue* 17. c. Filij Israel subiecerunt sibi Chananaeos, & fecerunt sibi tributarios. Hi benè dicuntur fremere, quod est brutorum & irrationalium. Populi inania meditantes, sunt illecebrae saeculares, quibus tentatur homo de habendis diuitiis, & mundi vanitatibus. *Thren.* 1. a. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Hi benè dicuntur meditati inania. *Eccl.* 1. *a* Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde, &c. De his gentibus, & populis dicitur simul *Isa.* 1. a. Vae genti peccatrici, populo graui iniquitate. Sed quare hoc contra virum iustum? Frustra, quia sicut dicitur *Iob* 39. c. procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. Per Reges terrae, intelligitur deliberatio rationis. Per Principes, qui Regibus subsunt, & obediunt, consensus ipsius rationis. Hi consurgunt aduersus Dominum, quando deliberatione habita peccato consentitur. *Eccl.* 10. c. Vae tibi terra cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt. Quod fit, cùm homines motus recipiunt, & in ipso ortu tentationis consentiunt. E contra *Psalm.* 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terrae. Sed sicut in Ecclesiaste subditur, Beata terra cuius Rex nobilis, & cuius Principes vescuntur in tempore suo; ad reficiendum, & non ad luxuriam. Sequitur:

g Aduersus Dominum, &c.] Aduersus Dominum pugnant, qui naturalibus abutuntur in contumeliam eius: Aduersus Christum, qui gratuitis abutuntur. Hoc duplex bellum signatur *Iob* 38. c. Nunquid aspexisti, quae praeparaui in tempus hostis in die pugnae, & belli? Quia enim pugna cum pugnis fit, impugnantium Deum per abusum naturalium rectè pugna dicitur. Bellum autem est abusus gratuitorum. De quo *Osea* 12. a. Ephraim fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat. Oleum in Ægyptum fertur, cùm de gratuitò aliquid suum quaeritur. Vnde *Greg.* Aduersus Christum bellum gerit, qui pro bonis gratuitis lucrum quaerit. Sed nos quid faciemus contra haec omnia? Quod sequitur faciamus.

h Dirumpamus vincula eorum, & caetera.] Est vinculum cupiditatis, & iugum timoris. Vinculum, est amor malè accendens, quo trahimur ad illicita. Iugum, est timor malè humilians, quo reprimimur, & retrahimur ne faciamus vtilia. [Dirumpamus ergo vincula.] *i* Et

* proiiciamus

mus à nobis iugum ipſorum. *a* Qui habitat in cælis *b* irridebit eos, *c* & Dominus ſubſannabit eos. Tunc *d* loquetur ad eos in ira ſua, *e* & in furore ſuo conturbabit eos. *f* Ego autem *g* conſtitutus ſum Rex *h* ab eo *i* ſuper Sion *k* montẽ ſanctũ eius *l* prædicans *m* præceptũ † eius.

Allegoricè. A *a* Qui habitat,&c.] Sic continua,ipſi, voluerunt Chriſtum in morte detinere,& iugum eius à ſe abijcere. Sed [Qui habitat in cælis,]id eſt,in ſanctis animabus, & Angelis. *b* Irridebit eos] Quod impletũ eſt,quando Chriſtus præſentibus cuſtodibus, & neſcientibus reſurrexit. Hæc fuit prima pœna.

b Et Dominus ſubſannabit eos] quãdo eos diſperdet, & venundabit per Romanos. Hæc fuit ſecũda pœna. *Irriſio Iudæorum.* Minor irriſio fit bucca, & quodam cachinno; maior fit rugato naſo, & contracto. *al. † ipſius.* Vtraque deriſit Dominus Iudæos minori, quando ſurrexit: Maiori, quando eos diſperſit & vendidit,& quotidie deridere facit,quando à Sanctis eos derideri facit Sed eſt antopropatos, id eſt, humana propaſſio quia ſubſannatio & huiuſmodi,non cadunt in Deum.

d Tunc loquetur,&c.)Hic ponit tempus pœnæ, tunc, id eſt,quando eos diſperdet [loquetur ad eos in ira ſua] per Prophetas,& ſcripta eorum. *e* Et in furore,&c.]in futuro. Vel totum poteſt legi de futuro,ſic [Tunc,] id eſt,in illo notabili die, ſcilicet, die iudicij [Loquetur ad eos in ira ſua]dicendo: Surgite mortui. Quod verbum erit aſperum malis,& ſuaue bonis.Et in furore ſuo]quando cum eis diſceptabit, dicens:Eſuriui,& non dediſtis mihi manducare. *Mat.25.c.*Quod verbum erit aſperius malis,tunc, inquam[conturbabit eos]ſubiungendo: Ite maledicti in ignem æternum, *Mat.25.d.* Quod verbum erit aſperrimũ malis.Sed iuſtus ab auditione mala non timebit, quæ erit quando dicetur: ſurgite mortui.Neque à peiori, quæ erit quando dicetur: Eſuriui, &c. Neque à peſſima ſcilicet, Ite maledicti, &c.

Moral. * proiiciamus à nobis iugum ipſorum] Sicut monet Dominus per *Iſ.52.a.*Ieruſalem conſurge,ſcilicet.de ſub iugo timoris; ſolue vincula colli tui.Et *Iſ.58.b.*Diſſolue colligationes impietatis ecce vincula; ſolue faſciculos deprimentes,ecce iugũm. Et nota, quod quidam ſoluunt vincula, quidam rumpunt quidam præſcindunt. Soluunt qui peccata confitentur. De quo id quod prædiximus. *Iſ.58.b.* Diſſolue colligationes.&c.Rumpunt,qui ad arctiora ſe transferunt. Vnde *Gr.*ait: Putaui me detineri inter eos corpore, ſed detentus ſum mente.Et tunc contulit ſe ad clauſtrum. *Pſ.115.* Dirupiſti vincula mea,id eſt,rumpere me feciſti. Et ideo ſacrificabo tibi hoſtiam laudis in clauſtro. Hoc enim eſt officium clauſtralium,ſcilicet,laudare Deum. *In Prol.Biblia c.1.* Præſcindunt, qui ad arctiſſima ſe conferunt, vt Ægyptiaca, & quidam Eremitæ, qui more pecorum herbis viuebant. *Iero.* Et hærenti in ſalo nauiculæ, funem magis præſcinde, quam ſolue. Sequitur. *a* Qui habitat in cælis,]id eſt, Dominus. *b* Irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos] In irriſione faciem noſtram hilarem oſtendimus, in ſubſannatione eam difformamus. Tunc ergo malos irridebit Dominus,quando benignam faciem bonis exhibens, nollet malis miſereri. Vnde *Greg.*ſuper illud *Iob 9.c.* Et non de pœnis innocentum rideat. Ridere Dei, eſt humanæ afflictioni nolle miſereri. Tunc autem ſubſannabit eos,quando terribilem faciem eis oſtendens,diſceptabit cum eis:de his duobus. *Prou.1.c.* Ego quoque in interitu veſtro ridebo,& ſubſannabo,cũm vobis,quod timebatis aduenerit.

Alleg. A Ego autem conſtitutus ſum,&c.] Hic eſt ſecunda partitio huius Pſalmi,in qua commendatur Chriſtus.

Primò,à Regia dignitate.ibi Ego autẽ cõſtitutus ſũ Rex. Secundò à loco: ibi, ſuper Sion.

Tertiò ab officio,ibi,prædicans,&c.] Quartò à generis nobilitate:ibi.Dominus dixit ad me,] Quintò ab æternitate: ibi. [Ego hodie genui te.] Sextò,à potentia,& Regni amplitudine, ibi, Poſtula à me,&c.] Dicit ergo. Ego autem,&c.]Continuatio.Illi conturbabuntur.Ego autem) dicit Dominus cum pondere cuius iugum proiiciebant.

g Conſtitutus ſum Rex] ſecundum quod homo.

h Ab eo]i.à patre,cum quo ſum idem Rex ab æterno,ſecundum quod Deus. Rex dico. *i* Super Sion]i.ſuper primitiuã Eccleſiam de Iudæis: Sion dico.

k Montem ſanctum eius] quia primò radios ſuſcepit fidei primitiua Eccleſia de Iudæis.Vel ſuper Sion montem ſanctum eius, i. ſuper vniuerſalem ſanctam Eccleſiam, quæ mons dicitur propter eminentiam virtutum. De conſtitutione huius Regis: *Ierem. 23.a.*Ecce dies veniunt ,dicit Dominus,& ſuſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit Rex & ſapiens erit,&c. De monte iſto dicitur *Deut.32.g.* Aſcende in montem iſtum Abarim, & vide inde terram Chanaan quam ego tradã filiis Iſrael obtinendã.Abarim, interpretatur pertranſiens,& ſignificat Eccleſiã militantẽ quæ tranſire deſiderat ad triumphantem.Vnde oratur: *adueniat regnum tuum.*Inde contemplanda eſt terra Chanaã, i. Eccleſia triumphans.Chanaan enim interpretatur poſſidens domum,& ipſi iam poſſident domum patris,in qua manſiones multæ ſunt: *Io.14.a.* De qua dicebat Apoſtolus *2.Cor.5.a.*Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo non manufactam æternam in cælis. *l* Prædicans] & *Mat.6.b*

Moralit. *f* Ego autem,&c.]Hæc debet eſſe vox cuiuſlibet Prælati, & verè poſſet dicere [ego] cum pondere, quaſi præſtantior, ſicut dicitur de Saul,quando debet conſtitui Rex, *1.Reg.9.a.*Non erat vir de filiis Iſrael melior illo; ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.

Per humerum,operatio; per ſurſum contemplatio deſignatur, quia in vtroque debet alios ſuperare, qui aliis acquieſcit præeſſe. Vnde *Gr.*de prælato dicit:Præ cunctis ſit actione præcipuus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus. Qui hæc non habet,non poteſt ſignanter dicere; (ego)quia quaſi nullius ſubſtantiæ eſt.

Vnde *Iſ.22.e.*Vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam Præpoſitum templi, & dices ei. Quid tu hic,aut quaſi quis hic?

g Conſtitutus ſum,]id eſt,communi aſſenſu ſtatutus.Naſcendo enim non debet occidere matrem, id eſt, Eccleſiam per diſcordias, ſicut in partu Beniamin mortua eſt Rachel. *Gen.35.c.*

h Ab eo,]ſcilicet à Deo,vt etiam in illo conſenſu propter Deum,& inſpiratione Spiritus ſancti conueniant,non per violentiam,ſicut Ozias,qui voluit ſibi vſurpare Sacerdotium,& percuſſus de lepra, *1.Par.25.d.* Et ſicut Alchimus qui congregato exercitu venit in Ieruſalem, & mortuus eſt inteſtatus. *1.Mac.9.f.*

Item nec per ſanguinem,ſicut Abimelech, de quo *Iud.9.a.*dicitur, quod abierunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichen,& inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech,dicentes: Frater noſter eſt.

Item nec per ineptum ſeruitium,vt legitur in Ioſepho, quod poſtquam Romani adepti ſunt ſeruitium,vt legitur in Ioſepho,quod poſtquam Romani adepti ſunt Sacerdotium, vendiderunt illud, & ignis defecit in altari conſtitutus ſum) ergo (ab eo Rex) à regendo. *Act.20.f.* Attendite vobis,& vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo.Vnde conqueritur Dominus *Eze.34 b.*Non quæſierunt paſtores gregem meum,ſed paſcebant ſemetipſos,propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego ſuper paſtores,& requiram gregem meum de manu eorum.

i Super Sion)vt ſpeculetur. Hoc eſt officium Prælati, vt ſpeculetur,& denuntiet aduentum hoſtium. *Iſai.21.c.* Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum ſtans totis noctibus. *Ez.3.d.* Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.

l Prædicans] Hoc requiritur in Prælato. *Gr.* Si prædicare neſciat, Sacerdotium non vſurpet. *Agg.2 c.* Interroga Sacerdotes legem,&c.Nec ſola ſcientia, ſed ipſe actus prædicandi requiritur. Vnde non dicit ſciens prædicare, ſed prædicans. *Ez.3.e.* Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Vnde *Exod.29.f.* præcipitur, quod Aaron veſtiatur tunica hyacintina, in qua dependeant tintinabula aurea. vt audiatur ſonitus prædicationis,quando ingreditur, vel egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. Ibi dicit *Greg.* Sacerdos ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonus prædicationis non auditur,quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Non dicit prædicaturus ſed prædicans,vt non prius curam recipiat, quàm prædicare ſciat. Sicut multi faciunt qui curas recipiunt, & poſtea ad ſtudium veniunt; ſimiles ſtulto medico, qui in periculum ſuum curam reciperet ægrotantis ad mortem, & tunc primò veniret audire Phyſicam, & ægrotum relinqueret incuratum. Propter hoc dicitur *Prou.6.a.* Si ſpoponderis pro amico tuo, ſcilicet, curam recipiendo, defixiſti apud extraneum manum tuam,apud Deum,ſcilicet qui erit extraneus, exigendo rationem. Et poſtea ſubdit: Fac ergo quod dico tibi, fili mi, & temetipſum libera,diſcurre ad prædicandum,non ad ſtudium.Et propter hoc dicit:Feſtina,ſuſcita amicum tuum,id eſt,ſubditum in peccato mortuũ.Et quid debeat prædicare,ſubdit. *m* Præceptum eius]

* vt ſit

dicans] & ſupple, ibi ſum [prædicans præceptum eius, ſcilicet maximum, & ſingulare præceptum. ſcilicet præceptũ charitatis, *Matth.* 4. d. Circuibat Ieſus totam Galilæam prædicans Euangelium Regni. *Ezech.* 34. f. Suſcitabo ſuper eum Paſtorem vnum qui paſcat eos. Sed nonne plura præcepta Chriſtus prædicauit? Vtique: ſed omnia referuntur ad vnum, ſcilicet charitatis. De quo *Ioan.* 13. d. Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ, &c. Et in *Pſ.* 18. Præceptum Domini lucidum illuminãs oculos. *a* Dominus, &c. Continuatio. Verè ſum Rex ſuper Sion, quia ſum filius Patris conſubſtantialis [Dominus] enim, id eſt, Pater dixit ad me] Et quid dixit? Ecce *b* Filius meus es tu] Vocaliter legitur. Patet hoc dixiſſe de Filio. Et in Baptiſmo *Mat.* 3. d. Et in Transfiguratione. *Mat.* 17. a. [Dominus dixit ad me, &c.] i. Pater me genuit filium ſuum. Verbum enim cum dicitur, generatur, *Ec.* 24. a. Ego ex ore Altiſſimi prodij. Vel [Dixit ad me] id eſt, de me [filius es tu, ego hodie genui te.] Salomon *Prou.* 8. c. Antequam quicquam faceret, &c.

Dominus *a* dixit ad me, filius *b* meus es tu, *c* ego *d* hodie *e* genui te. *f* Poſtula à me, & *g* dabo tibi gentes *h* hæreditatem tuam & *i* poſſeſſionem tuam *k* termi-

Eſt filius
- Per naturam, vt quicunque carnaliter generatur ab alio.
- Secundùm legem vt apud Iudæos mortuo primogenito frater eius ſuſcitat ſemen de eadem vxore, qui generantis eſt naturalis filius, mortui verò legalis.
- Per adoptionem. *Rom.* 8. c Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei.
- Per nutrituram & opinionem, ſicut Chriſtus fuit filius Ioſeph. *Luc.* 2. g. dicit beata Virgo: Ecce Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.
- Per diſciplinam, vt Clerici magiſtrorum, & conuerſi ad fidem. 1. *Cor.* 4. d. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.
- Per ætatem, ſicut ſenes appellamus patres, & iuuenes filios. *Tob.* 7. d. dixit Raguel ad Tobiam iuniorem Benedictio ſit tibi fili mi.
- Per eandem ſubſtantiam, ſicut Chriſtus eſt filius Dei.

Et verè filius meus es tu.] Quia *c* Ego] notabilis perſona. *d* Hodie] id eſt, in tempore. *e* Genui] id eſt, creaui [te] ſecundum, quod homo in vtero Virginis. Sic exponitur de temporali Chriſti generatione. Sed diuinius exponitur de æterna ſic.

a Dominus dixit ad me, filius meus es tu, &c.] Nota quod non dixit, olim genui te, quia ſic videretur tota iſta generatio præteriiſſe. Nec dixit, hodie gigno te, quia ſic videretur recens eſſe. Competentius ergo dixit [hodie genui te] vt per hodie notaret generationem illam non præteriſſe, & per genui, non recenter inchoaſſe. Concordat. Ante Luciferum genui te, id eſt, ab æterno. Et eſt ſenſus [Hodie genui te] id eſt, ab æterno es mihi conſubſtantialis. *Mic.* 5. a. Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Et ideo ſecurè. *f* Poſtula à me] ſecundum quod homo mihi, ſcilicet, obediens. Tribus modis poſtulauit Chriſtus pro nobis, voce, opere, ſuæ humilitatis repræſentatione. Voce, cum dixit: Ego pro eis rogo. *Ioan.* 17. b. Opere, quando mortem ſuſtinuit. *Heb.* 9. d. Noui Teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Suæ humilitatis repræſentatione quotidie interpellat pro nobis cicatrices Patri oſtendendo. Vnde *B. Bern.* Securum habes acceſſum, ô homo ad Deum, habes ante Filium Matrem, Filium ante Patrem. Mater oſtendit Filio pectus, & vbera, filius oſtendit Patri latus & vulnera. Nulla poteſt eſſe repulſa, vbi tot occurrunt charitatis inſignia. [Poſtula] dico. *g* Et dabo tibi gentes] expulſis perfidis Iudæis. Et in hoc quod dicit [poſtula] & [dabo] innuitur, quod nulla erat gentibus facta promiſſio.

Chriſtus poſtulat pro nobis trib. modis.

Deus Pater dedit filio hæreditatem ad quatuor facienda.

h Hæreditatem tuam] inquantum Creator ſum, dabo tibi, inquantum creatura es. Tua enim hæreditas eſt, ſecundum quod Deus & mea ſicut hæreditas patris carnalis, eſt hæreditas filij per naturam, ſed non dicitur eius, donec detur ei à patre. Hæreditas dicitur ab hero, id eſt, Domino. Herus heri idem eſt, quod Dominus, quia in ea liber dominatur Vel dicitur ab hærendo, quia firmiter ei inhæret. Hanc hæreditatem dedit Pater Filio, ad quatuor facienda, ſcilicet ad excolendum eam aratro prædicationis. *Iſ.* 2. b. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Item ad impinguandum ſiue ſtercorandum conſideratione humilitatis ſtercoribus abundantiæ temporalis. *Luc.* 13. b. Fodiam circa illam, & mittam ſtercora. Item ad ſeminandum ſemine gratiæ & doctrinæ. *Iſ.* 30. e. Dabitur pluuia ſemini tuo, vbicunque ſeminaueris in terra *Jer.* 31. e. Seminabo domum Iſraël, &c.

Item ad purgandum, & ſarriendum ſarculo tribulationis. *Iſ.* 7. d Omnes montes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum, & veprium. Et *Iſ.* 28. f. Proſcindet & ſarriet humum ſuam. Sed ne iſta hæreditas videretur eſſe particularis, addit.

i Et poſſeſſionem tuam] quam zeles. *Ioël.* 2. d. Zelatus eſt Dominus terram ſuam. *k* Terminos terræ] ſcilicet dabo tibi. *Pſ.* 71. Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, id eſt, Apoſtolorum. Et omnes Chriſto acquiſierunt primò. Sed poſtea per Nicolaum, & Mahometum ipſi Orientales redierunt ad idola ſua. Vel [Terminos terræ] vocat remotos à Domino per diſſimilitudinem. *Iſ.* 26. c. Elongaſti omnes terminos terræ. Vel [Terminos] vocat illos in quibus amor terrenorum terminatur. *Pſ.* 134. Educens nubes ab extremo terræ. Et

A meritò

Moraliter de Prælatis.

* vt ſit ſermo non de truſis, ſed de diuinis. *Iob* 28. a. habet argentum venarum ſuarum principia Argentum, ſcil. prædicationis, habet principia diuinorum præceptorum. Vnde dicit auctoritas. Fœlix lingua, quæ neſcit niſi de diuinis componere ſermonem. Et ſi talis ſit, poteſt dicere, quod ſequitur.

a Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, &c.] Dixit inſpirando, & confidentiam præſtando in corde. *Rom.* 8. c. Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei.

b Filius meus es tu] per imitationem, *Ioan.* 8. e. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Quia Chriſtus antonomaſticè in ſe habuit illa quæ prædicta ſunt. Et ipſum debet imitari Prælatus, vt ſubditis confidenter dicat: Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. 1. *Cor.* 11. a. Et hoc eſt, quod ſequitur.

c Ego hodie genui te] Hodie,] id eſt, in hac luce, & exemplo conuerſationis tuæ [genui te] quæ lux eſt, *Mat.* 5. b. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. Et ita gignit Deus hominem, & facit ſibi filium. *Ier.* 3. f. Quomodo ponam te in filios, &c. Et poſtea reſpondet: patrem voca, & poſt ingredi non ceſſabis, imitando ſc. per bona opera.

f Poſtula à me] in oratione. Hoc enim debent Prælati facere pro ſubditis, vt quod minus verbis effecerunt, vel exemplis, per orationem ſtudeant obtinere. Aduocati enim ſunt, patroni ſunt, quorum propriè officio competit impetrare delinquentibus indulgentiam, negligentibus gratiam, laborantibus opem, proficientibus perſeuerantiam, mortuis vitam.

Vnde in *Leuitic.* 4. & 5. & 6. multotiens replicatur. Si peccauerit anima. Et hoc vel illud fecerit. Rogabitque pro eo Sacerdos, & dimittetur ei. Hoc eſt, quod dixit ad Aaron Moyſes, *Numer.* 16. g. Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum, & roges pro eis. Quod cum feciſſet Aaron, ſtans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.

g Et] ſi ita feceris [dabo tibi gentes] id eſt, ſæculares gentiliter viuentes.

h Hæreditatem tuam] quam diligenter excolas, eradicando vitia, & plantando virtutes. *Ier.* 1. c. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Euellas radicem malæ voluntatis de corde hominum, inducendo eos ad contritionem. Deſtruas ſtruem malæ locutionis, recipiendo ad confeſſionem. Diſperdas congeriem peruerſæ operationis, ad ſatisfactionem hortando & pœnitentiam iniungendo. Diſſipes ſepem prauæ conſuetudinis ad perſeuerantiam adiuuando Ædifices mores. Plantes fidem.

i Et poſſeſſionem tuam terminos terræ,] i. eos Religioſos in quibus finitur amor terrenorum per contemptum omnium, quæ ſunt in mundo.

De quibus 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Quod fit per tria vota religionis. De hoc *Iſ.* 45. c. Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt. Per laborem Ægypti, ſignificatur labor, qui eſt in procurando pec-

* catum

A meritò dabo] quia. a Reges eos in virga ferrea,]id est, in iustitia inflexibili. Et tanquam vas figuli confringes eos, id est, quicquid luteum, & testeum est in eis, purgabis. Et hoc modo legitur de eisdem personis. Vel ita distingue. a Reges eos] scilicet bonos. b In virga ferrea]id est, in inflexibili iustitia. *Jer.* 23.c. Faciet iudiciũ, & iustitiam in terra. c Et tanquam vas figuli cõfringes eos,] scilicet, malos in futuro. Et notatur in hoc facilitas ex parte confringentis, & irrecuperatio ex parte confracti. *If.* 33.e. Subitò dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, &c.

nos terræ. a Reges eos in b virga ferrea, & c tanquã vas figuli † confringes eos. Et d nũc e reges f intelligite, g erudimini qui iudicatis terram. h Seruite Do-

al. † conteres

11.q.4.c.si Ecclesia.

Moraliter.

* catum luxuriæ, qui per Ægyptum significatur, quia obtenebrat rationem. *Ps.* 57. Supercecidit ignis, luxuriæ, & non viderunt Solem, iustitiæ. Per negotiationem Æthiopiæ, concupiscentia oculorum, quæ semper vult negotiari & acquirere. Sabaim, interpretatur clamantes. Per viros sublimes Sabaim, significantur superbi, quibus dicit *Greg.* Inest clamor in locutione. Hæc ergo tria genera ad prælatum transeũt, quando hæc vitia relinquentes, eius voluntati se subijciunt, & sui sunt, quando non aspiciunt retrò *Luc.* 9 g. Sed in bono possidentur ab eo, & Deo, qui dedit, custodiuntur.

a Reges eos in virga ferrea.] Per virgam, significatur correctio. *Pr.* 13 d. Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit. In ferro sustentatio, quæ debet comitari correctionem. *Greg.* Iustitia vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. *Ps.* 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Gr.* Virga percutimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virgæ, quæ feriat, sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans. Et hoc est bene regere, sicut subdit *B. Gregor.* dicens: sit zelus, sed non immoderatè sæuiens; sit pietas, sed non plus, quam expedit parcens, vt dum se in arce regiminis, iustitia, clementiaque permiscet, is qui præest, corda subditorum terrendo demulceat, & tamen ad terroris reuerentiam demulcendo constringat.

Et sic [reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.] id est quidquid terrenitatis in ipsis perpendes.

Tertia pars quatuor regib. spiritualibus necessaria.

d Et nunc Reges intelligite, &c.] Tertia pars huius Psalmi, in qua ponitur moralis instructio. Et ostenduntur hic quatuor principaliter, quæ Regibus spiritualibus sunt necessaria.

Ad lit. de regibus.

Primum est intelligentia ad Deum, *ibi* [Intelligite.]

Secundum, eruditio in his, quæ sunt ad proximum, *ibi.* [Erudimini] Tertium, deuotum seruitium, *ibi.* [Seruite Domino.] Quartum, perpessio aduersitatum. Dicit ergo [Et nunc Reges intelligite. Hoc potest exponi ad literam de Regibus terrenis, vt dicat eis Christus, vel Propheta. [Et nunc] ô vos [Reges intelligite.] illum, scilicet Christum esse Regem constitutum à Deo, & quod data est vobis potestas ab ipso. *Sap.* 9.a. Audite ergo Reges, & intelligite, discite iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam à Deo data est vobis potestas, & virtus ab Altissimo. Nec turbemini, sicut Herodes, sed.

Mat. 2.a.

g Erudimini.] à Prophetis, vt sub eo sitis. Vel [erudimini] ab eo, vt non temerè dominemini, sed magis ei omnium Domino, & summo Regi seruiatis. Et hoc est quod sequitur.

h Seruite Domino in timore] timentes scilicet, illud. *Sap* 6.a. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Sed ne desperent, subdit: [Et exultate ei cum tremore,] sperantes cum eo regnare in futuro. *Iob* 36. a. Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens. Vel potest exponi moraliter de quolibet iusto se regente in via Dei, quia ita vocatur Rex specialiter. Continua sic. Ex quo omne luteum, & terrenum in vobis contritum est. Ergo.

Moral. de quolibet iusto.

d Et nunc] id est, cum tempus habetis, ô vos.

e Reges] qui vos regitis.

f Intelligite] opera Dei in vobis.

g Erudimini qui iudicatis terram,] id est, terrenitatem in vobis.

Erudimini] dico, quid ad alios operari debetis. [Intelligite,] vt boni theorici meditando, & conferendo. [Erudimini] vt practici, exercitando. *Psalm.* 13. & 52. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videret si est, intelligens, ecce primum; aut requirens Deum bene operando, ecce secundum. Intelligere pertinet ad contemplatiuos, erudire ad actiuos.

Tria debemus intelligere, videlicet præterita, præsentia, & futura. In duobus debemus erudiri, scilicet, in operibus misericordiæ, & in operibus iustitiæ. Debemus intelligere præterita quantum ad creationem, & recreationem nostram.

Debemus intelligere tria.

De primo *Ps.* 4. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus ipse fecit nos, & non ipsi nos.

De secundo *Thr.* 1. d. Attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Et *Heb.* 12.a. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersùs semetipsum contradictionem. Item debemus intelligere præsentia, quæ Dominus circa nos operatur.

Primò, vocando ad pœnitentiam.

Secundò, peccata dissimulando.

Tertiò nos in gratia conseruando.

De primo *Rom.* 2 a. An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.

De secundo *Sap.* 11. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. De tertio *Thr.* 3.c. Misericordiæ Domini est, quod non sumus consumpti. Item debemus intelligere futura, quomodo in Iudicio mali punientur, & iusti remunerabuntur. Hoc faciebat *Ier.* qui dicebat, Siue comedam, siue bibam, siue aliud quid faciam, semper videtur auribus meis illa vox insonare: Surgite mortui, venite ad iudicium. *Abac.* 2.a. Contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Sic ergo debemus intelligere præsentia, præterita, & futura opera Dei in nobis.

In primo apparuit eius magna misericordia. In secundo apparet eius longa patientia.

In tertio apparebit eius vera iustitia. Qui hæc nolunt intelligere, peribunt. *Iob* 4.d. Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt. De his tribus simul. *Deut.* 32.d. Vtinam saperent præterita, & intelligerent præsentia, ac nouissima prouiderent. Erudiri autem debemus, id est, extra ruditatem poni, exercitando nos in operibus iustitiæ delinquentes corrigendo, & operibus misericordiæ indigentibus subueniendo. 1 *Thess.* 5.c. Corripite inquietos, ecce iustitia; consolamini pusillanimes, suscipite infirmos; ecce misericordia.

Et signanter dicitur: [Reges intelligite, & erudimini, quia homo citò errat in regimine sui, nisi hæc duo habeat. *Psalm* 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, scilicet Adam, & ideo regimine amisso, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. Similiter qui non facit iustitiam, citò perdit regnum. *Isaia* 26.d. Quia non fecimus iustitiam in terra nostra, ideo non perierunt habitatores eius. Et Eli, quia non corripuit filios, abiectus est à Domino, & cadens de sella, mortuus est, & translatum est sacerdotium de domo eius, 1. *Regum* 3.c. Propter hoc dicitur, *Sap.* 1.a. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Similiter qui se non exercitat in operibus misericordiæ. *Eccl.* 10.b. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. *Psalm.* 108. Fiant dies eius pauci &c. Et subiungit causam: Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

De iustitia, & misericordia simul: *Prouerbiorum vigesimo* d. Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. Bene ergo dicit: [Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.] Sequitur.

Trib. de causis seruire debemus Domino.

h Seruite Domino, & cætera.] Seruire debemus Domino tribus de causis, videlicet, quia iustum est, quia honestum est, quia vtile est.

Iustum est, vt seruiamus ei, quia nos fecit, quia nobis seruiuit, quia nos emit, nos fecit. *Psalm.* 99. Seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exultatione.

Quare? Quia, scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & cætera. Et tantò deuotius debemus ei seruire, quantò nos digniores creauit, scilicet, ad imaginem, & similitudinem suam. *Gen.* 1.d.

Nobis seruiuit in tota vita sua, operans salutem nostram in medio terræ.

Isaia quadragesimo-tertio d. Seruire me fecisti in peccatis vestris. Et quantò vilius fuit istud seruitium scilicet, curare immunditias nostras, tantò deuotius

* debemus

*debemus ei seruire. Nos emit 1. *Cor.* 6. d. Empti enim estis pretio magno, &c. Et quanto pretiosiori pretio nos emit, tantò deuotius ei seruire debemus, 1. *Petr.* 1. c. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Item, secunda causa est, quia honestum est seruire tanto Domino. *Boëtius*. Cui seruire, regnare est, cuius agi frænis, summa libertas est. *Ecclesiast.* 23. d. Gloria magna est sequi Dominum. Tertia causa est, quia vtile est. *Ioan.* 17. d. Volo Pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. *Isa.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; serui mei bibent, & vos sitietis, &c. Dicit ergo [Seruite Domino] non Diabolo. 3. *Reg.* 18. d. Si Dominus est Deus, sequimini illum, si autem Baal, sequimini illum. Item [Domino] non Dominis, sed soli Domino. *Matth.* 6. c. Nemo potest duobus Dominis seruire. Vnde 1. *Reg.* 7. a. Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli. Sed oportet vt hoc seruitium fiat cum timore, ne per negligentiam deturpetur. Vnde subdit.

Moral. *Ioan.* 12. c

in *a* timore, & *b* exultate ei cum *c* tremore. *d* Apprehendite disciplinam *e* nequando *f* irascatur Dominus, & *g* pereatis de via iusta. Cùm *h* exarserit in breui ira eius. *i k* omnes qui confidunt in eo.

Psalm. Dauid cùm fugeret à facie Absalon filij sui.

PSAL. III.

l DOmine quid *m* multi-

a In timore] *Eccles.* 7. c. Qui timet Deum nihil negligit: Sed quia ex timore, nisi habeatur cum spe, & gaudio, nascitur desperatio: ideò addit.

b Exultate ei [*Psalm.* 85. Lætetur cor meum vt timeat Nomen tuum. Sed iterum ne spes & exultatio præsumptionem generet, addit.

c Cum tremore] *Gregor.* Spes sine timore luxuriatur in præsumptionem: timor sine spe degenerat in desperationem. *Zach.* 9. c. Exulta satis filia Syon: Satis dicit, non parum, vt desperantes, non nimis, vt præsumentes, sed satis, vt sperantes, & exultantes cum tremore. Duo erant in damnatis, scil. vermis malæ conscientiæ, & pœna corporalis gehennæ. *Isa. vltim.* g. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ad primum potest referri timor cordis, ad secundum tremor corporis.

d Apprehendite disciplinam] id est, aduersa. Duplex est disciplina, scilicet, eruditio per molestias, quæ græcè dicitur *παιδία*, pædia. De qua *Hebr.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem pacatissimum fructum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Item dicitur disciplina eruditio per doctrinam. De his duobus modis. *Psalm.* 17. Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. De prima ergo dicit [Apprehendite disciplinam] scilicet aduersitatum & correctionum. *Eccles.* 2. Omne quod applicitum tibi fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: Et subiungit statim causam. Quoniam igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Prouerb.* 3. b. Disciplinam Domini fili mi ne abiicias, neque deficias cùm ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus, corripit. Et dicit *Gloss.* Apprehendite aduersa quasi præsidium & munimentum. Vnde quidam. *Fortuna miserrima tuta.* Item *Gregor.* Quantò lignum fortius percutitur, tantò terræ cui inhæret magis infigitur. Et subiungit tres causas quare apprehendenda est disciplina. Prima, vt euitetur ira Dei, *ibi*.

Duplex disciplina.

Tres causæ quare disciplina sit appetenda.

e Nequando, id est, aliquando. *f* Irascatur Dominus] Non dubitauit Propheta de hac ira, quantum ad seipsum, sed dubitatiuè dixit quantum ad opinionem stultorum. Vel sic [Nequando irascatur Dominus] quia rarò in hoc sæculo irascitur, sed diu sustinet. Secunda est causa ne amittatur consortium Sanctorum in præsenti, *ibi*. *g* Et pereatis, &c.] id est, iustorum, scilicet de bona operatione nostra, ad peccatum declinando. *Grego*. Melius est ardere flamma febrium, quam vitiorum. Tertia causa est, ne incurratur æterna damnatio, & amittatur æterna beatitudo.

h Cùm exarserit in breui ira eius] quia breue est tempus, & tunc nihil erit patientiæ, quia non dabit tunc locum pœnitentiæ. *Isa.* 30. f. Ardens furor eius. Vel ideò dixit [In breui] quia in iudicio simul, non separatim omnia discutiet. Et tunc *i* Beati] erunt, non solum securi.

k Omnes qui confidunt in eo] id est valdè fidunt, id est, totam fiduciam ponunt in eo. E contrario maledictus erit qui confidit in homine. *Ierem.* 17. a. Nota, ira Dei accenditur in præsenti, ardet iam in animabus damnatorum, exardescet in futuro, in anima & corpore.

EXPOSITIO PSAL. III.

DOmine quid multiplicati sunt] Titulus: Psalm. Dauid, cùm fugeret à facie Absalon filij sui. Legitur 2. *Reg.* 15. quòd cùm Dauid fugeret à facie Absalon, consilio Achitophel irruit super eum in Ierusalem, & Dauid cum arca Domini nudis plantis exiuit de Ierusalem, & tunc secutus est eum Absalon, & capite eius per capillos ad arborem ligato, interfectus est à Ioab, quod intellexit Dauid accidisse sibi pro homicidio Vriæ, & adulterio Bersabeæ, secundum quod prædixerat ei Nathan 2. *Reg.* 12. c. Non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum. Huic historiæ alludit titulus, sed potiùs agit de significato quam de significante. Dauid enim Christum, Absalon Iudam significat. Absalon dicitur, quasi Abessalon, id est pax patris. Abba enim pater, salem pax interpretatur. Absalon persecutus est Dauid, ita Iudas Christum. Dauid fugit à facie Absalon, & Christus à Iuda cùm ascendit cum discipulis suis in montem orare, *Matth.* 26. d. Vel fugit à facie Iuda, cùm gratia Iudam deseruit. Et est Psalm. iste primus eorum qui breuiter agunt de Passione & resurrectione Christi. Et est sensus tituli talis: Psal. iste attribuitur Dauid, id est, Christo, qui hîc loquitur. Psal. dico agens de eo, quod figuratum est, cùm fugeret Dauid à facie Absalon, scilicet de fuga Christi à facie Iudæ, & de Passione, & resurrectione, quæ omnia in illa historia figurata fuerunt. Et sicut in alio Psalm. scilicet, Quare fremuerunt, fuit interrogatio increpationis, ita in hoc psalmo ponitur interrogatio admirationis? Propheta ergo in admirationem prorumpit, dicens [Domine quid multiplicati sunt] Et nota quod in primo Psalm. egit Propheta de beatitudine: In secundo de via ad beatitudinem: In hoc agit de eo, per quod est via ad beatitudinem, scilicet de Passione. Et diuiditur Psalm. iste in duas partes. In prima parte ponit partes oppositas à similitudine pugnantium. Secundò, finis rei ostenditur, id est, resurrectio? *ibi*: [Ego dormiui, &c.] Prima pars diuiditur in tres partes. In prima agit de persecutoribus. In secunda de persona adiuuantis, *ibi*: Tu autem Domine. In tertia de persona pugnantis, *ibi*: [Voce mea] In prima aggrauat persecutionem inimicorum: Primò ostendendo eos esse multos, *ibi*. Multiplicati sunt. Secundò crudeles, *ibi*: [Qui tribulant me.] Tertiò, detractores, *ibi*: [Multi insurgunt.] Quartò, inuitantes ad desperationem, *ibi*: Multi dicunt, &c.] Igitur vt prædiximus, Propheta in admirationem prorumpens ait [Domine] Deus pater.

Histor. *Mystic.* *Allegor.* *Diuisio Psal.*

m Quid multiplicati sunt] per adiunctionem inde. *Ps.* 118. multiplicata est super me iniquitas superborum.

ᐞ Qui tribulant me

l Domine quid multiplicati sunt, &c.] Moraliter potest exponi de quolibet iusto in tribulatione aliqua constituto, & dicente: Domine, quasi qui solus potes me liberare. *Moral.*

m Quid multiplicati sunt, &c.] scil. motus diuersarum tentationum. Et vtitur verbis competentibus, & secundum processum belli materialis, & etiam spiritualis, quod fit in tentatione. Primò enim colligitur exercitus. Secundò, aggreditur aduersarios. Tertiò, pugnat, minas inferendo. Ad primum pertinet quod dicit: Multiplicati sunt, &c. Ad secundum [Insurgunt.] Ad tertium [Multi dicunt, &c.] Sic habetur 3. *Reg.* 18. d. Misit Rex Assyriorum Thartam, & Rapsacem de Lachis cum manu valida in Ierusalem. Ecce collectio exercitus. Et sequitur ibi quomodo aggressi sunt: Dicit enim, quòd ascenderunt, & venerunt in Ierusalem, & steterunt iuxta aquæductum piscinæ superioris. De comminationibus sequitur: In quo confidis, vt audeas rebellare? Si dixeris, in Domino Deo nostro habemus fiduciam, &c. Ita in bello animæ primò colligitur exercitus malarum cogitationum, quas immittit Rex Assyriorum, id est, Diabolus. Et sunt in eo Principes Thartam qui interpretatur superfluus, & significat carnem, quæ non prodest quicquam. *Ioann.* 6. g. Et Rapsaces, qui interpretatur *Histor.*

* multum deosculans.

Vel sic. *l* Domine quid multiplicati sunt] quasi dicat, hoc est mirum, quòd mali me persequuntur, cum hoc sit eis laboriosum. *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt. Item cùm sit eis damnosum. *Psalm.* 61. Vsquequo irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos, scilicet ipsos. *Aliter. Moral.*

* Item cùm sit

l Domine quid multiplicati sunt, &c.] Potest autem totus iste Psalm. legi in persona Ecclesiæ, secundum *Glos.* Sed notandum, quòd Ecclesia triplicem habuit inimicum, & quartum expectat, scil. Antichristum. Primò habuit manifestos *Mystic. De inimicis Ecclesiæ. Psal. 96.*

iectos persecutores in tempore Martyrum. Secundò, fraudulentos hæreticos. Tertiò, fallos fratres. Prima fuit à timore nocturno: Sed

ϴ Ista depulsa est.

Allegor. a b Qui tribulant me] Ecce crudelitas. *Ier.* 12. b. Facta est hæreditas mea quasi Leo in sylua.

c Multi insurgunt, &c.] detrahentes, & falsum testimonium ferentes. *Matth.* 12. b. In Beelzebub, &c. *Psal.* 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, &c. vt in me vindicent, velut in latronem, & subuertentem legem, & prohibentem tributa dari Cæsari, & blasphemantem. *Luc.* 23. b.a. Insurgere est, ad vindictam: Consurgere, ad auxilium: Assurgere ad honorem.

a plicati sunt qui b tribulant me, c multi insurgunt aduersum me. d Multi dicunt animæ meæ, non e est salus ipsi in Deo eius. f Tu autem Domine susceptor meus es, g gloria mea, & h exaltans caput meum.

d Multi dicunt animæ meæ, &c.] Vt *Matth.* 27. e. Si filius Dei es, descende de Cruce. Et *Luc.* 23. e. Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac. Nota, quòd multiplicantur mali quadrupliciter, & boni quadrupliciter. Mali multiplicantur in numero. *Psalm.* 68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Item in temporalibus. *Psalm.* 4. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. *Iob.* 21. b. Bos eorum concepit, & non abortiuit, vacca peperit, & non est priuata fœtu suo, egrediuntur quasi greges paruuli eorum. Item in peccato: *Psalm.* 68. Appone iniquitatem super iniquitatem. *Isa.* 5. c. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. *Osea.* 4. a. Homicidium, & furtum, & adulterium, &c. Item in supplicio. *Psal.* 108. Induantur sicut diploide confusione sua. *Isa.* vlt. g. Vermis eorum non morietur, &c. Boni multiplicantur numero: *Isa.* 54. a. Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia plures filij desertæ, quàm eius quæ habet virum. Item in temporalibus. *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo, &c. Item in virtutibus: *Psalm.* 83. Ibunt de virtute in virtutem, donec videbitur Deus Deorum in Sion. In præmio. *Luc.* 6. f. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, &c. *Isa.* 60. a. Tunc videbis, & afflues, &c.

Quadruplex multiplicatio malorum.

Quadruplex multiplicatio bonorum.

f Tu autem Domine, &c.] Hic agit de persona adiuuantis, scil. Dei Patris, vt ostendat tria per quæ Deus Pater adiuuat Filium. Primum fuit vnio, *ibi*: [Tu autem Domine susceptor meus es,] id est, vnisti diuinitatem humanitati. *Psal.* 64. Beatus quem elegisti, & assumpsisti: Secundum fuit lætitia, qua Christus homo in Deum lætatur. *ibi.*

g Gloria mea] 1. *Mach.* 3. a. Iudas & fratres eius præliabantur prælia Israël cum lætitia. Tertium fuit contemplatio, in qua continuè fruebatur, *ibi.*

h Et exaltans caput meum] id est, mentem meam. Hoc autem est remedium contra tribulationes. *Prou.* 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ibi *Interl.* Facilè laqueos euadit in terris, qui oculos habet in cœlis. *Vnde Greg.* super principium *Iob* dicit: In alto mentem fixerat, & ideo hostis ad eum irrumpere non valebat.

Λ Voce mea, &c.

Moral. * multum deosculans, & significat Mundum, qui illos deosculatur, quibus prospera succedunt; sed deosculando tradit, vt Iudas. Istum exercitum videns, & sentiens vir pœnitens, timore tractus, sapienter ad Deum refugiens, dicit: Domine, quasi dicat, illud 1. *Paral.* 20. c. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus.

a Multiplicati sunt] In cogitatione: Et sic.

c Multi] id est, multiplicati insurgunt aduersum me in delectatione. Et

d Dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius] quod fit in feruore tentationis, quando à Deo procedit, quod reddit hominem pusillanimem, & quasi desperare eum facit quod non possit superare eam: Sicut in beato Benedicto, qui adeò vexatus fuit tentatione carnis, quòd deliberabat redire ad sæculum. Sic ergo] Domine, multiplicati sunt, qui insurgunt, & dicunt, &c.] Sed ad quid? Frustra multiplicati sunt, quia sicut dicitur *Machab.* 3. b. Facile est multos concludi in manus paucorum, & non est differentia in conspectu Dei liberare in multis, & in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Et propter hoc etiam in vanum insurgunt aduersùm me. Vnde ibidem sequitur: Nos verò pugnabimus pro animabus nostris. *Psal.* 26. Si consurgat aduersùm me prælium, in hoc ego sperabo. Et ideò frustra dicunt: Non est salus, &c. quia sicut ibidem sequitur. Ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram. Et contra hæc tria.

f Tu es susceptor meus] id est, refugium meum, ne mihi eorum multitudo possit nocere: Sicut homini qui in loco tuto & firmo se recipit, non potest nocere hostium multitudo: Et ideò frustra [multi sunt.] Iterum.

g Tu es gloria mea] dans mihi virtutem, & gloriam debellandi insurgentes aduersùm me. Et ideò frustra insurgent. Iterum. *Aliter Moral.*

h Tu es exaltans caput meum] retribuens mihi præmium pro victoria: Et idò frustra dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Sequitur.

Λ Voce mea, &c.

* Item cùm sit inhonestum. *Seneca.* Quid est sæuissimum homini: Ipse homo. Et notantur hic tres hostes hominis, scil. Mundus: vnde dicit.

a Quid multiplicati sunt. Item Dæmones, de quibus dicit. c Multi insurgunt] Multi enim sunt. *Apoc.* 9. c. Vigesies millies dena millia, audiui numerum eorum. [Insurgunt] *Iob.* 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Insurgunt autem sine causa. *Isa.* 52. b. Assur absque vlla causa calumniatus est eum. d Multi dicunt] Per hoc notantur carnis suggestiones, quæ dicunt homini.

e Non est salus ipsi, &c.] id est, non potes euadere quin cadas in peccatum. De istis dicitur: Nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Hi tres hostes Salomonis 3. *Reg.* 11. Primus fuit Adad, qui interpretatur testis, & significat Mundum, qui testis est suæ prauitatis. *Naum.* 3. b. Omnis qui viderit te, resiliet a te: Et *Greg.* Contemnendus esset Mundus iste, etiam si cuncta prospera haberet: Et cum tot aduersitatibus pulsat, cum tot calamitates ingeminat, quid aliud, quàm vt non ametur, clamat? Secundus fuit Razon, qui interpretatur mysticus vel sacrans, qui in suo casu mysterium nobis dedit, vt in sanctitate maneamus. Hic fuit princeps latronum: de quibus *Iob.* 19. b. Simul venerunt latrones eius, id est, Diaboli, & fecerunt sibi viam per me. Tertius fuit Ieroboam, qui interpretatur seruus diiudicandus, & significat carnem: de qua *Prou.* 29. c. Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem: Et ideò est diiudicandus per disciplinam. *Eccl.* 33. d. Seruo maliuolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet.

f Tu autem Domine susceptor meus es] vt Medicus, qui ægrum suscipit in curam. *Psalm.* 118. Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam. Item vt aduocatus ad defendendum causam. *Isa.* 38. c. Domine vim patior, responde pro me. g Gloria mea] dando strenuitatem conscientiæ in præsenti. 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. h Et exaltans caput meum] dando gloriam in futuro.

* Voce mea, non *Mystice.*

ϴ ista depulsa est in patientia Martyrum. Secuta est alia, quæ fuit à sagitta volante in die: Et hæc remota est in sapientia sanctorum, Augustini, Ieronymi, Hilarij, & cæterorum. Et secuta est tertia, scil. falsorum fratrum, quæ est à negocio perambulante in tenebris. Et hæc est peior alijs. Vnde de ea dicitur *Isa.* 38. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Quarta persecutio conflabitur ex his tribus. Hæc erit à Dæmonio meridiano. Dicit ergo Ecclesia.

a Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me] scil. Tyranni, hæretici: Et præter hos multiplicatos. c Multi insurgunt aduersum me] Scilicet, falsi fratres. d Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius [Vnde alibi: Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? *Psal.* 41. Infideles dicunt voce, sed falsi fratres opere, quod peius est. Sed contra tales vnicum est remedium, dicere quod sequitur.

f Tu autem Domine susceptor meus es] Vnde alibi: Misit de summo, & assumpsit me. Primò suscepit per causam, quando naturam nostram assumpsit. Secundò per effectum, scil. in Baptismo quando de filiis iræ facti sumus filij Regni. Tertiò, fracto pacto baptismi, suscipit per pœnitentiam ad profectum. Quartò suscipit ad perfectum in gloriam. *Ioan.* 14. a. Accipiam vos ad meipsum. Et verè es susceptor meus, quia & *Psal.* 17.

g Gloria mea] Vnde *Galat.* 6. d. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.

h Et exaltans caput meum] id est, Christus, qui est caput Ecclesiæ. Vel caput, id est, mentem, & rationem, more natantis in aqua: Ecclesia enim est Arcturus, qui semper vergitur, sed non immergitur. Hæc est nauicula Petri fluctuans inter procellas, sed non submergitur. Et quia exaltauit.

ϴ Voce mea quantum

Alleg.

A a Voce mea, &c.] Hic agit de persona pugnantis, cuius [illegible] oratio est. Et ostendit orationem suam esse [illegible] cùm dicit, [Voce] Vox enim hominum est, [illegible] irrationalium animalium. Item ostendit eam [illegible] liberam, cùm dicit [Mea] Et rectam, cùm dicit [Ad Dominum] Et deuotam cùm dicit [Clamaui] Item fructuosam, cùm dicit: [Et exaudiuit me. Debet enim oratio esse discreta, sicut patet per hoc, quod dicit *Amos* 5. g. Aufer a me tumultum carminum tuorum.

Oratio qualis esse debeat.

a Voce mea ad b Dominum c Clamaui, & d exaudiuit me de monte sancto suo. e Ego dormiui, & † f soporatus sum, & g exurrexi, quia Dominus h suscepit me. i Non timebo k millia populi circumdantis

Item libera. *Gregor.* Illa vox Deum in tribulatione non inuenit, quæ eum in prosperitate contempsit. Item directa. *Psalm.* 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Item deuota. *Psalm.* 17. Clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. † *Augustin.* Qui indeuotè orat, iudicium sibi postulat. Hic autem clamor potiùs fit corde, quam ore. Clamor tamen oris valet ad pigritiam excutiendam, & ad exemplum. Vnde & Dominus in Passione voce magna clamauit: Heli, Heli, &c. *Matthæi* 27. f. *Hebræorum* 5. b. In diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad Deum cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Talis enim oratio meretur exaudiri. Vnde subdit.

Al. † *Auctoritas.*

d Et exaudiuit me de monte sancto suo, id est, de meipso, qui sum mons in vertice montium, *Isa.* 2. a. Christus enim Deus exaudiuit se hominem. Vel de monte sancto suo, id est, de iustitia sua, secundùm *Gloss.* Item de monte sancto suo, id est, de misericordia, quæ dicitur mons, quia misericordia omnes virtutes excedit. Et nota, quòd Christus dicitur mons vt hic: Et *Daniel.* 2. g. Lapis excisus de monte sine manibus. Item virtutes dicuntur montes. *Luc.* 1. d. Exurgens Maria abiit in montana. Item Apostoli. *Psalm.* 120. Leuaui oculos meos in montes. Et alibi, Fundamenta eius in montibus sanctis. Item montes dicuntur Dæmones, 2. *Regum* 1. d. Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos, quia de cætero ros gratiæ super ipsos non descendet. Item montes dicuntur superbi. *Psalm.* 96. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini. Item & hæretici. *Psalm.* 103. Inter medium montium pertransibunt aquæ. Item duo Testamenta dicuntur montes. *Zachar.* 6. a. Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium. Item nota, quòd clamor quandoque dicitur vox oris tantùm. 3. *Regum* 18. e. dixit Elias Sacerdotibus Baal: Clamate voce maiore, &c. Quandoque intentio cordis, quo Susanna tacens clamabat: *Daniel.* 13. e. Quandoque clamor dicitur causa clamoris. *Genes.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Genes.* 18. c. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est.

Multiplex acceptio montis. Psal. 86.

Clamor quid dicatur.

* a Voce mea] non alienâ tantum. Contra quosdam qui semper petunt orationes aliorum, & ipsi nec orant, nec faciunt, quare impetrare aliquid mereantur. Similes illis qui noluerunt venire ad nuptias, sed dicebant: Rogo te, habe me excusatum: *Luc.* capit. 14. d. Similiter contra quosdam, qui nunquam voce sua clamant in Ecclesia sua, sed tantum voce vicaria. b. Ad Dominum] qui omnia potest dare. In hoc notatur fides, in qua oratio debet fundari. *Iacob.* 1. a. Postulet in fide nihil hæsitans.

Aliter Moral.

c Clamaui] in hoc notatur feruor, ex quo debet procedere oratio. Sic clamabat Moyses tacens: *Exod.* 14. d. quando dictum est ei: Quid clamas ad me? & Susanna, *Daniel.* 13. sicut dicitur in *Gloss.* Et talem orationem exaudit Dominus. Vnde subdit: Et] Dominus [exaudiuit me, &c.] Sequitur.

e Ego dormiui] somno Passionis, id est, mortuus fui: Et dicitur mors Christi somnus, quia breuis fuit. *Ierem.* capit. 3[illegible] e. Quasi de somno suscitatus, & somnus meus dulcis fuit mihi, quia placuit mihi passio. Similiter mors Sanctorum *Ioann.* capit. 11. b. somnus dicitur: Et sicut homo post somnum melior, & fortior surgit, sic Christus post mortem melioratus secundum humanitatem, & glorificatus surrexit. Et hæc dormitio Domini significata est *Genes.* capit. 2. d. Quando dormiuit Adam, & de latere dormientis formata est Eua. Sic & Christo dormiente in morte, de latere eius [illegible] matio Ecclesiæ exiuit, scilicet, Sacramenta. Item hoc significatum est *Genes.* cap. 28. c. in dormitione Iacob. Postea ostendit præmia mortis eius. Primum [illegible] sepulchro, de quo subdit.

Mors [illegible] qua [illegible] eum [illegible]

Figura.

f Et soporatus sum] in corde terræ. Vel secundùm aliam literam: Somnum cœpi. Secundum fuit in resurrectione, de quo dicit. g Et exurrexi] tertia die. *Psalm.* 138. Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Tertium fuit immortalitas, de quo sequitur.

h Quia Dominus suscepit me] quasi merito surrexi. [Quasi Dominus pater suscepit me in eandem gloriam. *Psalm.* 118. Suscipe seruum tuum in bonum: Hoc fuit in Ascensione. Christus dormitauit ante Passionem, dormiuit in Passione, euigilauit in Resurrectione, & semper vigilauit. *Ierem.* cap. 1. c. Virgam vigilantem ego video. Et quia [Dominus suscepit me.

al. † *somnum cœpi.*

i Non timebo] Hic notatur quartum præmium Passionis, scilicet immunitas ab hostibus: Et hoc est [Non timebo] de cætero.

k Millia populi circumdantis me:]

A Pendentem in Cruce.

e Ego dormiui, &c. e Moraliter potest exponi de contemplatiuis. Ego dormiui in contemplatione, in qua sensus ligantur, & ab actibus suis suspenduntur. *Cant.* 5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat.

Moral.

f Et soporatus sum] id est, detentus in contemplatione. Multi dormiunt qui non soporantur, sed statim euolat contemplatio. *Dan.* 2. a. Vidit Nabuchodonosor somnium, & somnium eius fugit ab eo. Sed soporatur, qui in ea detinetur, & quando euigilat, citò reobdormit. Detineri & soporari volebat sponsam sponsus, dicens *Cant.* 8. a. Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Duo autem sunt genera contemplationis. Primum est circa humanitatem Christi, vt circa Incarnationem, Passionem, & huiusmodi. Secundum est circa diuinitatem. De primo dictum est [Ego dormiui, &c.] De secundo sequitur.

Duo genera contemplationis.

g Et exurrexi] ad Diuinitatem, scilicet, contemplandam. Ad hoc enim oportet, quòd anima exurgat; & supra se ascendat. *Thren.* 3. d. Leuauit se supra se, in mentis excessu: Quod fit cum affectus ad id aspirat, & id odorat, & prægustat, quod ratio comprehendere non potest. Et hoc non potest homo, nisi Dominus trahat eum. *Cant.* 1. a. Trahe me post te. Vnde sequitur.

h Quia Dominus suscepit me.] De hac duplici contemplatione. *Canticor.* 8. a. Læua eius, id est, illa quæ circa humanitatem facta sunt, sub capite meo, quasi puluinar, & dextera illius, id est, diuinitas, amplexabitur me, trahendo ad superiora. Et tunc.

i Non timebo, &c. [In contemplatione enim quasi * In turre habitat.

e Ego dormiui] vel aliter moraliter, vt in præmissis verbis notetur simul contemplatio & actio. Ego dormiui & soporatus sum in contemplatione, vt dictum est. g Et exurrexi] ad actionem. *Cant.* 7. d. Egrediamur in agrum & commoremur in villis, manè surgamus ad vineas. Et Et hoc feci. h Quia Dominus suscepit me in curam. Vnde in prædicta auctoritate cantici, sequitur: *Ibi*, Dabo tibi vbera mea. Et propter hoc. i Non timebo millia populi circumdantis me. Quando enim egreditur homo ad * actiuam tunc

Aliter Moral.

Θ a Voce mea] quantum ad meipsum. c Clamaui] quantum ad proximum. d Et] ita exaudiuit me de monte sancto suo, id est, de Christo, vel de sua iustitia. Et quare sit ei clamandum, subiungit dicens. e Ego dormiui] peccando.

Mystice.

g Et exurrexi,] per gratiam. h Quia Dominus suscepit me] per pœnitentiam. Et nota, quod est somnus naturæ, somnus culpæ, somnus gratiæ, somnus gloriæ. Somnus naturæ, communis est nobis cum brutis: De quo dicitur.

De somno multiplici.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.

Et iste potest esse somnus culpæ, si modum excedat. De somno culpæ dicitur. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Apostolus 1. *Thessal.* cap. 5. b. Qui dormiunt, nocte dormiunt. De somno gratiæ, *Cant.* cap. 5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat. Et in *Psalmo* 67. Si dormiatis inter medios cleros. De somno gloriæ dicitur *Act.* cap. 7. g. quòd Stephanus obdormiuit in Domino. Et modicum plora mortuum tuum, quia dormit in Domino. Sequitur.

Psal. 79.

Eccles. 22.

i Non timebo millia populi, &c.] Continuatio quia

Alleg.

a Pendentem in Cruce. *Thren.* 3. a. Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. Sed quia hæc omnia habuit Chriſtus a Deo, ideò orat pro illis, & maximè pro reſurrectione, ſubdens. *a* Exurge Domine] id eſt, fac me exurgere a morte. Quòd planius exponit. *b* Saluum me fac, &c.] ſcilicet, à morte ſuſcitando, *Pſalm.* 15. Non derelinques animam meam in Inferno. nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem, id eſt, putrefactionem. Sed quoniam non eſt perfecta liberatio, niſi confundantur inimici, & exaltentur amici: ideò poſtmodum oſtendit duplicem confuſionem inimicorum. Prima eſt per captiuitatem: de qua dicit. *c* Quoniam tu percuſſiſti.] Continuatio: Non timebo millia populi, &c. [Quoniam tu percuſſiſti] per Titum & Veſpaſianum. *d* Omnes aduerſantes, &c.] ſcilicet, Iudæos. Vel [Percuſſiſti in præſenti in anima, in futuro in anima, & corpore. Secunda confuſio eſt per oppreſſionem cordis: De qua ſubdit. Dentes peccatorum, &c.] id eſt, maledica verba eorum in irritum deduxiſti, quod magna confuſio fuit eis. Vel dentes peccatorum contriuiſti inciſiuos, ſcilicet Principes, vt Herodem, Pilatum & Caipham, & alios. Nota quod dentes dicuntur Principes malorum, vt hic. Item raptores dicuntur dentes *Iob.* 29. c. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illorum auferebam prædam. Et hi ſunt dentes inciſiui, qui prædam capiunt. Molares ſunt conſentientes raptoribus, qui captam comedunt: Item dentes dicuntur detractores. *Pſalm.* 56. Dentes eorum arma, & ſagittæ. Item dentes dicuntur. Expoſitores ſacræ Scripturæ. *Cant.* 4. a. Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. *f* Domini eſt ſalus, &c.] More Pſalmorum, qui agunt de Paſſione, incepit à triſtitia, & terminatur in lætitia. Continuatio: Non ſunt timendi peccatores, quia Domini eſt ſalus, non illorum. *h* Benedictio tua] ſcilicet dexteræ, quæ gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro: Et eſt hic metaplaſmus, mutatio perſonæ, quod ſæpè fit in pſalmis.

Duplex confuſio.

Dentes dicuntur multipliciter.

me, *a* exurge Domine, *b* ſaluum me fac Deus meus. Quoniam *c* tu percuſſiſti *d* omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, *e* dentes peccatorum contriuiſti. *f* Domini eſt ſalus, &. *g* ſuper populum tuum *h* benedictio tua.

In finem Pſalmus cantici Dauid. IV.

CVm *i* inuocarē *k* exaudi-

Moral.

* In turre habitat homo. *Iob.* 17. a. Libera me Domine, pone me iuxta te, &c. Et ſupra dictum eſt: Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum: *Prouerb.* 1. b. Non timebo ego millia populi circumdantis me, ſcilicet, tentationum, delectationum, & huiuſmodi, quia guſtato ſpiritu in contemplatione, deſipit omnis caro. Et vt in eo proficiam. *a* Exurge Domine] i. Exurgere me fac. Et ita. *b* Saluum me fac in præſenti à culpa, in futuro à pœna. * actuam, tunc inſurgunt tentationes. Vnde dicitur *Geneſ.* 19. b. quod illi mali homines circuibant oſtium Loth: Tamen quantumcunque confidat homo, debet Dominum rogare, alioquin præſumptio eſſet. Vnde ſubdit.

Aliter Moral.

a Exurge Domine, &c.] ſubiungit tria, quæ debet quilibet facere in oratione ſua. Primum eſt gratiarum actio, *ibi*. *c* Quoniam tu percuſſiſti, &c.] Secundum eſt non præſumere de ſuis viribus, ſed potius deſperare: Quod notatur *ibi*.

Tria quæ debemus facere in oratione.

g Et ſuper populum tuum, &c.] Quaſi, non derelinquis ſperantes in te. Sic orauit Ioſaphat 2. *Paralip.* 20. b. dicens: Nonne tu Deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Iſrael, & dediſti Abrahæ, &c. Ecce primum. De ſecundo ſubdit: In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ ruit ſuper nos. De tertio addit: Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt ad te noſtros oculos dirigamus.

Myſtic.

⊕ Dominus ſuſcepit me] ergo non timebo millia populi circumdantis me, id eſt, per[ſecuto]rum, hæreticorum, falſorum fratrum. *a* Exurge Domine] id eſt, fac me exurgere a vitiis. *b* Saluum me fac Deus meus] ne conſentiam illis. Et hoc facies.

c Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa] tyrannos, hæreticos.

e Dentes peccatorum contriuiſti] id eſt, Principes eorum: Quoſdam per pœnitentiam, quoſdam per punitionem, vt Herodem, Caipham, & alios. Iti conteruntur. Sed. *f* Domini eſt ſalus.] Et hoc cantet Eccleſia, & oret, vt ſit ſupple. *g* Super populum tuum benedictio tua] gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.

EXPOSITIO PSAL. IV.

CVm inuocarem exaudiuit, &c.] Titulus [In finem Pſalm. cantici Dauid.] Iſtud ad literam exponitur de Dauid, ſed melius eſt, vt myſticè exponatur.

Myſtic.

Finis dicitur
- Conſumptio, vt cùm dicitur: Finita eſt candela.
- Conſummatio, vt cùm dicitur: Finita eſt domus.
- Chriſtus. *Pſalm.* 118. Omnis conſummationis vidi finem.
- Plenitudo temporis. *Galat.* 4. a. Cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.

Tituli ſenſus eſt hic. *Pſalm.* iſte dirigens nos in finem, id eſt, Chriſtum: qui eſt finis in præſenti ad iuſtitiam, in futuro ad gloriam, eſt Pſalm. cantici: Quaſi poſt mentis lætitiam inuitat nos ad bonam operationem. Et eſt propriè Pſalmus, muſici inſtrumenti ſonus: Canticum verò humanæ vocis ſonus. Quandoque igitur, ſicut dicit *Gl.* cantabatur illo muſico inſtrumento ante Arcam Domini: quandoque præcinebat pſalmus tantùm, & quandoque præcinebat pſalmus, & ſequebatur canticum, & tunc dicebatur canticum pſalmi, vt per genitiuum intelligatur præcedens; quandoque fiebat econuerſo, & tunc dicebatur pſalmus cantici, ſcilicet, conſecutiuus. Et hoc totum myſticum eſt: Quandoque enim in iuſtis præcedit bona operatio, & ſequitur mentis lætitia, quandoque econuerſo. Quod facere in pſalmis ſæpe inſtruimur, vt in hoc: Quia primò agit de mentis lætitia. Secundo de operatione bona, *ibi* ſcilicet, Sacrificate ſacrificium, &c.] Quod ſequatur aliquando lætitia mentis bonam operationem, habetur ex *Pſal.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Quod bona operatio ſequatur, dicit *Greg.* amor Dei magna operatur, ſi eſt, ſi autem renuit operari, amor non eſt. Inuitans ergo nos Propheta ad prædicta duo, dicit [Cùm inuocarem, &c.] Supra inſtruxit nos Propheta in fide. Sed quia, vt dicitur *Iacob.* 2. d. Fides ſine operibus mortua eſt. Ideo in hoc Pſalmo inuitat nos ad operandum. Et eſt pſalmus iſte tripartitus. In prima parte inuitat nos Propheta ad lætitiam mentis, *ibi*, [Cum inuocarem.] In ſecunda ad bene agere, ſiue intelligere, *ibi*, [Et ſcitote.] In tertia ad bonam operationem, *ibi*, [Sacrificate.] Agens ergo de lætitia ſpirituali, quæ conſiſtit in cultu Dei, redarguit idololatras, & inuitat nos ad colendum Deum. Et hoc multis de cauſis eſt faciendum. Prima eſt; quia facilis eſt ad indulgendum: Vnde dicit: [Cùm inuocarem exaudiuit me.] Secunda eſt, quia eſt facilis ad dandum, *ibi*, [Deus iuſtitiæ meæ] ſupple dator. Tertia, quia eſt facilis ad protegendum, *ibi*, [In tribulatione dilataſti mihi, id eſt, liberaſti me. Dicit ergo.

Diuiſio Pſalmi.

Quare debemus colere Deum.

i Cùm inuocarem,] id eſt, intus habitum per gratiam, ad amplius habendum vocarem. Quidam eum vocant, nec intus habitum, nec habendum, vt fures, & peccatores, qui eum orant, vt habeant facultatem explendi nequitias ſuas. Alij eum vocant, non intus habitum, ſed habendum, vt quidam qui ſub Deo peccant, & tamen à priſ lacrymis non recedunt. Nec dico, quòd per merita talium gratia infundatur eis, ſed per aliorum, qui iam intus Deum habent. De quibus *Ioel.* 2. g. Omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Hic notatur, vt diximus, quod Dominus facilis eſt ad indulgendum. *Iſaiæ* 65. d. Antequam clament, ego exaudiam. *Pſalm.* 33. Aures eius in preces eorum. Sed nota, quòd illos exaudit qui inuocant, id eſt, intus vocant, vt diximus: quidam enim extra vocant Dominum, qui vocant eum pro temporalibus: Et tales non exaudit Dominus, quia non petunt ad ſalutem. *Oſeæ* 5. b. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient. Et ideò debemus inuocare, id eſt, intrò vocare, ſcilicet, pro ſpiritualibus. *Io.* 16. e. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

Qualiter Deus diuerſimodè inuocetur.

k exaudiuit] id eſt, ex meritis audiuit, vel extra merita, vel ad exitum audiuit, vel extra petitum audiuit, vt Zachariam *Luc.* 1. a. cui datus eſt filius. Et de Salomone, cui datæ ſunt diuitiæ, & gloria. Et nota, quod exaudiuit Deus quoſdam quantùm ad votum tantùm, vt Dæmones, *Matth.* 8. d. Mitte nos in porcos. Quoſdam quantùm ad votum, & meritum, & non quantùm ad exitum, vt ſanctos patres petentes vitam æternam, quos exaudiebat quantum ad votum & meritum, quia concedebat eis, & in limbo ponebat eos, ſed non quantum ad exitum, quia non ſtatim euolabant. Quoſdam quantum ad votum, & meritum & exitum, vt modernos iuſtos, qui ſtatim euolant.

Diuerſimodè Deus exaudit ...

Deus iuſtitiæ meæ

[Exaud]iuit me Deus *a* iustitiæ meæ, in *b* tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, *c* & exaudi *d* orationem meam. Filij *e* hominum *f* vsquequo † *g* graui corde, *h* vt quid diligitis *i* vanitatem, & quæritis *k* mendaciũ? Et *l* scitote quoniam † *m* mirificauit Dominus Sanctũ suum: Dominus *n* exaudiet

[illegible] meæ. Intransitiuè potest legi, id est, [illegible] pœ. Vel transitiuè, iustitiæ meæ dator, [illegible]or, protector, remunerator. Vel secundum [illegible] literam legitur in secunda persona. Exaudi[illegible] exaudiuit, est vera & melior litera. Vnde fami[illegible] sub metaplasmo a quo sit exauditus, subdit. *b* In [tribu]latione dilatasti [mihi.] Hoc penes charitatem attenditur, quæ in bonis flatu tribulationis [dil]atatur, sicut carbo ex flatu magis succenditur, & sicut aurum sub malleo magis dilatatur. *Gregor.* Ignis flatu premitur, vt crescat. *Psalm.* 9. Dum superbit impius, incenditur pauper. Sed sunt quidam, qui tam paruam habent charitatem, quod ad modum candelæ ad flatum tribulationis extinguuntur.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cit.

[Bonum] tribulationis.

Dilatat autem tribulatio multis rationibus. Prima est, quia bonam conscientiam augmentat, *Rom.* 5. a. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. *Gregor.* Tantò spes in Deum solidior surgit, quantò quis pro eo grauiora sustulerit. Secunda ratio est, quia augmentat charitatem, quæ habet naturam ignis, qui augmentatur ex flatu. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? *Isa.* 54. d. Ecce ego creaui fabrum, id est, persecutorem, sufflantem in igne prunas. Tertia est, quia causam angustiandi, id est, peccatum remouet. *Sap.* 3. b. Tanquam aurum in fornace probauit illos. *Prouerb.* 25. a. Aufer rubiginem de argento. Quarta, propter coronam, quam ex tribulatione expectat patiens. *Iob.* 29. c. Sicut palma multiplicabo dies. Item *Greg.* Consideratio præmij, minuit vim flagelli. 2. *Tim.* 4. b. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, &c. Et nota, quòd triplex est dilatatio in bono, & triplex similiter in malo, scilicet, cordis, oris, operis. De dilatatione cordis, & oris, 2. *Cor.* 6. c. [Os] nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. De dilatatione operis. *Psalm.* 17. Dilatasti gressus meos, &c. Ista dilatatio significata est per deambulatoria Ezechielis in Templo. Similiter triplex est dilatatio in malo. Cordis, cùm quis cogitat varia & multa. *Ecclef.* 10. b. Proiecit in terra intima sua. *Osea* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Oris. *Psalm.* 34. Dilatauerunt super me os suum. *Et alibi*: Sepulchrum patens est guttur eorum. *Ierem.* 9. a. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Operis quando per campos ruit de peccato in peccatum. Hoc fuit significatum 4. *Reg. vlt.* b. quando Rex Nabuchodosor effodit oculos Sedechiæ in Reblatha, & filios eius occidit. Reblatha interpretatur multa hæc. Et ideò dicitur *Eccles.* 11. b. Non in multis sint actus tui. Et quia, quantumcunque dilatatus sit, eget Dei misericordia, vt dicit *Gregor.* quia semper sumus in miseria, semper indigemus misericordia. Et *alibi*: Cito donum perditur quod a largitore non custoditur: Ideò subdit.

De triplici dilatatione, & in bono, & in malo.

Psalm. 5.

c Miserere mei, & exaudi] id est, ad exitum meæ voluntatis audi.

d Orationem meam] de bonis adipiscendis.

e Filij hominum, &c.] Hic increpat malos: Primò à diuturnitate peccandi, *ibi*: Graui corde. Secundò de vana dilectione, *ibi*: [Vt quid diligitis vanitatem:] Tertiò de curiosa sollicitudine, *ib.*: [Et quæritis mendacium. Dicit ergo: Filij hominum, id est, rationalium, vnde magis culpandi sunt, quia sic peccant. Vel [Filij hominum, id est, primorum parentum, non Dei, id est, imitatores eorum, non Dei. Vos inquam, estis.

g Graui corde] *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me, inundauerunt aquæ super caput meum, dixi, perij. Et

f Vsquequo] eritis, quasi dicat, nimis diu estis. *Ierem.* 30. c. Quid clamas super contritione tua; Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, &c. *Et* 31. d. Vsquequo delitiis dissolueris [filia] vaga? Item *Ierem.* 2. g. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Nota quod est grauitas criminis [illegible] corporis, mortis. Prima, est culpæ, vt hic. Secunda pœnæ. *Sapient.* 9. c. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Tertia est gratiæ.

[illegible]

Psalm. 34. In populo graui laudabo te.

h Vt quid diligitis] id est, voto amplexamini.

i Vanitatem] id est, Idola vana, vel terrena ista, quæ nihil habent soliditatis, sed tantum vanitatem. *Gen.* 1. a. Terra erat inanis, & vacua. *Ierem.* 4. f. Aspexi, & ecce Carmelus desertus. *Sap.* 5. b. Transierunt omnia tanquam vmbra. *Bern.* Temporalia si aliquid soliditatis haberent, replerent. Quod expressius manifestat, cum subiungit.

k Et quæritis mendacium] id est, temporalia: Quæ dicuntur mendacium multis rationibus. Prima est, quia promittunt securitatem, & soluunt timorem. *Iob.* 15. c. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, semper insidias suspicatur. *Psalm.* 88. Posuisti firmamentum eius formidinem. *Seneca.* Videt pauperem, & suspicatur furem; videt diuitem, & æstimat prædonem. Secunda, quia promittunt satietatem, & soluunt esuriem, quia:

Temporalia dicuntur mendacia multis rationibus.

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.

Ouidius fastorum.

Eccles. 5. b. Auarus non implebitur pecunia. *Ioan.* 4. b. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. *Ecclesiast.* 5. c. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur bonis. *Prouerb.* 13. d. Iustus comedit, & replet animam suam. Tertia, quia promittunt delectationem, & pungunt: Vnde Dominus vocat ea spinas. *Matth.* 13. c. *Iob.* 30. b. Esse sub sentibus delitias computabant. Quarta, quia promittunt honorem, & soluunt opprobrium. *Psalm.* 122. Opprobrium abundantibus, & despectio superbis. *Isa.* 30. a. Fiducia vmbræ Ægypti erit in ignominiam. Quinta, quia promittunt libertatem, & inducunt seruitutem. *Seneca.* Minor est, quam seruus, qui seruos timet. *Matth.* 6. d. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Sexta, quia promittunt beatitudinem, & faciunt miserum. *Luca* 6. d. Væ vobis diuitibus. Propter has rationes dicuntur diuitiæ mendacium. Vnde *Hierem.* 8. b. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. *Ecclesiast.* 34. c. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia. *Osea.* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum, tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.

l Et scitote, &c.] Secunda pars: Et est hîc diapsalma, id est, diuisio psalmi. Sympsalma, est coniunctio plurium vocum. Hebræus habet, sela; quod sonat fœliciter; vel semper: Sed Septuaginta transtulerunt, diapsalma. Vbi ponitur diapsalma: Hebræi faciebant quoddam silentium in psalmis cantandis, sicut modo facimus ante lectiones legendas. Et est proprietas diapsalmatis, nouitas materiæ, & non continuare præcedentibus sequentia. Continuatio enim, siue relatio sæpe fit in psalmis ad mentem Prophetæ: Vt in hoc versu: Et, *ibi*: Fundamenta eius. Et *ibi*: Factum est verbum Domini, &c. Dicit ergo [Et scitote] ô filij hominum. Vel sine continuatione, sicut exigit diapsalma [Et scitote.

Psalm. 86. Reg. 1. a. Deus Pater Christũ mirificauit octo modis.

m Quoniam Dominus] Pater [mirificauit Sanctum suum, scilicet, Christum, qui est Sanctus Sanctorum, id est, mirabilem fecit, octo modis, scilicet, in Conceptione. *Ierem.* 31. d.

Creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Ibi *Interlin.* gremio vteri sui. *Isa.* capit. 4. a. In die illa apprehendent septem mulieres virum vnum. Item in natiuitate, quia portâ clausâ exiuit. *Ezech.* cap. 44. a. Porta hæc erit clausa principi intranti, & exeunti. Vnde significatur per radium Solis, qui intrat per vitrum sine corruptione eius: Et per radium stellæ, qui oritur ab ea sine eius corruptione. Item in prædicatione. *Ioann.* cap. 7. g. Nunquam sic loquutus est homo. *Marc.* cap. 1. c. Erat docens eos quasi potestatem habens. Item in Passione, vel tribulatione, sustinendo. *Isa.* cap. 50. c. Posui faciem meam, vt petram durissimam. Item in morte elementa mutando. *Luca* cap. 23. f. Sol obscuratus est, & petræ scissæ sunt. Item in Resurrectione, cum celeriter resuscitando. *Psalm.* 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Item, quia clauso sepulchro exiuit. Item in Ascensione, faciendo eum ascendere cum triumpho. *Isa.* cap. 63. a. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Et propter hoc dicitur in *Isa.* cap. 9. b. Vocabitur nomen eius admirabilis. Propter quod dicit *Psalm.* 97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et ipse qui hoc fecit, scilicet, Deus.

n Exaudiet me cum, &c.] de requie æterna danda quasi sic, & vos exaudiet, si similiter clamaueritis. Sequitur.

Triplex permissio. a Irascimini, &c.] Quasi, si vultis [illegible] audiri irascimini, & nolite peccare, id est si surgat primus motus iræ, nolite peccare consentiendo in corde, vel ad effectum perducendo in opere, vel diu retinendo. Quod necessitatis est, permittit; quod culpæ est, prohibet. Sed triplex est permissio. Non prohibitio, sustinentia, & indulgentia. Venialia permittuntur, id est, sustinentur. Minus bona permittuntur, sicut indulgetur monachis infirmis, siue debilibus vesci pinguibus. Post iræ culpam remouet dolum, subdens.

al. † In nobis. b Quæ dicitis, &c.] supple dicit in ore, vt sit idem in corde, & in ore, vt non sitis de illis de quibus dicitur: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: *Isa.* 29. d. & *Matth.* 15. a.

me cum clamauero ad eum. a Irascimini & nolite peccare, quæ dicitis in b cordibus vestris, & c in cubilibus vestris d compungimini. e Sacrificate sacrificium iustitiæ, f & sperate in Domino, g multi dicunt, quis h ostendit nobis bona? i Signatum est † super nos k lumen vultus tui

c Et in cubilibus vestris] id est, in conscientiis vestris.

d Compungimini] de peccatis vestris. Vel aliter.

Aliter. Ira duplex. a Irascimini. Nota, duplex est ira. Ira quæ fit per vitium, & illa extinguit oculum. Et ira quæ fit per zelum, & hæc illuminat oculum, sed ad tempus turbat, vt collyrium, vt postea limpidiorem reddat. Est ergo sensus, Irascimini vobis ipsis, propter peccata vestra: Et amplius nolite peccare: & ita est præceptio. De hac ira, *Prou.* 16. b. Indignatio Regis, nuncius mortis. *Psalm.* 29. Ira in indignatione eius, &c.

b Quæ dicitis, &c.] id est, de his quæ tractatis in corde per spirituales nequitias, quæ etiam Deus nouit.

c Et in cubilibus vestris] id est, de his quæ voluitis in carnalibus delectationibus. De his inquam omnibus.

d Compungimini] per pœnitentiam. Cor peccatoris, siue conscientia appellatur cubile, quia cubilia ferarum sunt; sic & corda peccatorum receptacula sunt Dæmonum, *Isa.* 35. c. In cubilibus in quibus prius habitabant dracones, id est, Dæmones, per peccatum, viror calami, & iunci orietur, id est, fortitudo operum, & virtutum. In calamo enim quo scribitur, bonæ operationis exemplum designatur, quæ more calami debet esse alta in facti magnitudine, sed vacua in facientis reputatione. In iunco autem quo domus ornari solent ad decorem, virtutes significantur. Et sicut tam calamus quam iuncus in aquis crescit, sic tam opera, quam virtutes à gratia habent ortum, & incrementum.

De duplici sacrificio iustitiæ. Exod. 12. b. Num. 9. b. e Sacrificate sacrificium, &c.] Tertia pars: Et est diapsalma, quod aliquid nouitatis indicat; quia deposito veteri homine, nouum iubet induere. Vnde dicit: sacrificate sacrificium iustitiæ, quia iustum est, vt homo mactet se in eo in quo deliquit: Et ideo dicit sacrificium iustitiæ. Duplex est sacrificium iustitiæ. Primum est iustitiæ inchoatæ, scilicet, pœnitentiæ: Vnde in Pascha torrebantur spicæ, & comedebatur agnus paschalis cum lactucis agrestibus: *Leuit.* 23. Secundum est perfectæ iustitiæ, ad quod significandum, nouos panes offerebant in Pentecoste: *Leuit.* 23. Vnde Magdalena, quæ prius lauit pedes Domini: *Luc.* 7. f. postmodum vnxit caput eius: *Matth.* 26. a. Vnde etiam *Psalm.* 120. dicitur: Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Primò, debemus comedere panem doloris, vt postmodum comedamus panem exultationis.

Differentia inter sacrificium & holocaustum. Et nota quod dicit sacrificium, non holocaustum. In sacrificio enim quædam pars pecoris Domino offerebatur, quædam verò Sacerdoti reseruabatur: In holocausto verò totum comburebatur. Qui ergo partem de suo offert, sacrificium facit, qui verò totum, & omne suum offert Deo, holocaustum facit. Ad sacrificium omnes tenentur, ad holocaustum solum perfecti, & claustrales: Et ideò dicit sacrificium, non holocaustum. Sacrificate ergò sacrificium iustitiæ, id est, macerationem carnis offerte. *Rom.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora

Sacrificium [illegible] [illegible] ad [illegible] sacrificium veteris legis. vestra hostiam viuentem, scilicet, per fidem: sanctam, per spem: Deo placentem, per charitatem. Vel sacrificium iustitiæ, id est, bona opera, *Psalm.* 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Quod, scilicet, magis placebat Deo quam matutinum. Vel sacrificium iustitiæ, id est, sacrificium Altaris, per quod Deus satisfecit pro nobis. *Psalm.* 49. Immola Deo sacrificium laudis. Vel sacrificium iustitiæ, id est, quod debemus Deo offerre in sacrificium. Et sicut antequam fieret sacrificium de animali, multa fiebant circa illud, sic debet fieri in corde. Primum est, quod segregabatur animal, ita debet cor segregari ab omni illicito. *Eccles.* 2. a. Deprime cor tuum, & sustine. 2. *Paral.* 20. a. Iosaphat se totum contulit ad rogandum Dominum. Secundò ligabatur, ita & cor debet ligari à conscientia. *Ezech.* 4. b. Ecce circumdedi te vinculis, & non te conuertes a latere tuo in latus aliud. *Genes.* 22. b. Colligauit Abraham Isaac. Tertium est, quod debet cor excoriari, sicut victima excoriatur, hoc fit per confessionem. Hoc significatum fuit *Iudith* 10. a. vbi dicitur, quod Iudith exuit se vestimentis viduitatis suæ. Iudith interpretatur confitens. Vestimenta viduitatis, sunt peccata. Et nota, quod quantò pellis subtilior est, tanto difficilior est ad excoriandum; sic subtiliora peccata, scilicet spiritualia, difficiliora sunt ad confitendum. Et sicut caput animalis difficilius excoriatur, quam alia membra, sic clerici, & litterati, & Prælati, difficilius aliis excoriantur per confessionem. Et sicut anguilla quæ habet lubricam pellem, vix potest teneri ad excoriandum, sic quidam clerici, qui lubrici sunt, & mobiles, vix possunt in confessione excoriari. De hac excoriatione *Iob* 2. b. Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Pellem, scilicet peccati, pro pelle virtutum. Et sicut in excoriatione animalis viui est dolor, aliter enim crederetur animal esse mortuum: sic & in confessione debet esse dolor, aliter crederetur esse mortuus in peccato. Quarto debet lauari cor sicut victima lauabatur, & hoc lacrymis pœnitentiæ. *Isa.* 1. c. Lauamini, mundi estote, &c. *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Postea diuidebatur hostia per frusta, sic & cor debet diuidi, vt scilicet, modo fleat pro peccatis, modo gaudeat pro misericordia Dei. *Eccles.* 3. a. Est tempus flendi, & est tempus ridendi. *Leuit.* 1. b. Detractaque pelle hostiæ, artus in frusta concident. Quintum est, quod debet poni super altare. Basis altaris est fides. *Hebr.* 11. a. Sine fide impossibile est placere Deo. Fossa quæ cineres recipit, est humilitas: Craticula est spes. Postea debet cremari igne charitatis: De quo *Leuit.* 6. b. Ignis in altari semper ardebit. Ex his omnibus concludit.

f Et sperate] quasi [Sacrificate, &c.] Et sic, [Sperate in Domino.] Quod bene conuenit, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex meritis proueniens. Sed quia multi contradicunt huic spei, & bonos volunt ab ea retrahere, præmunit nos subdens. *Spes quid.*

g Multi dicunt] id est, mali: De quibus *Eccles.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus. h Quis ostendit nobis bona] ista de quibus speratis. *Sapient.* 1. c. 2. Non est qui agnitus sit reuersus ab Inferis. *Gregor.* Carnalium mentes bona pensare non valent, nisi quæ carnaliter vident. Sed posset eis dici, quod Christus agnitus est reuersus ab Inferis: Et Lazarus multa de pœnis Inferni retulit. Et quia ipsa ratio nobis indicat bona illa, quæ Antonomasticè dicuntur bona, quasi ista quærentibus respondendo subiungit. i Signatum est super nos] id est, in superiori parte nostri, i. in anima, k Lumen vultus tui.] i. luminosus vultus tuus, i. ratio. *Eccles.* 17. a. Posuit oculum ipsorum super corda illorum. Vultus Dei dicitur ratio, quia sicut per vultum homo homini assimilatur, & homo cognoscit hominem, ita per rationem similes sumus Deo, & Deum cognoscimus. Vel potest legi transitiuè sic: Vultus Dei, dicitur ratio: Lumen huius vultus, est gratia, quia sicut moneta est informis, donec Imago Regis ei per cuneum imprimatur, ita ratio nostra deformis est, donec per gratiam Dei illustretur. Ratio enim est imago creationis: sed gratia Dei est imago recreationis. Ratio Deum imitatur ex natura, sed quod imitatur, habet ex gratia. Istud lumen signatum est super nos. *Ephes.* 1. c. Signati estis Spiritu promissionis sancto. *Ephes.* 4. g. Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis. Quidam autem sigillati sunt tantùm exterius, vt hypocritæ, sed boni interius in corde. *Cant.* 8. B. Pone me, vt signaculum super cor tuum. Vel vultus Dei, dicitur essentiæ vnitas, & trinitas personarum, iuxta quæ sumus consimiles Deo. Similes sumus ei quantum ad essentiam, quia sicut Deus æternus, ita & nos perpetui. Et quantum ad trinitatem personarum, quia similes sumus Patri per memoriam, Filio per intelligentiam, Spiritui sancto per dilectionem. Vel vultus Dei, est Crux Christi, cuius signaculum nobis impressum est in Baptismo, & quotidie debemus imprimere. Vnde legens Euangelium, Crucem facit super librum, & in fronte, & in ore, & in pectore, quasi dicat, hic est liber Crucifixi. Crucifixum non erubesco, crucifixum prædico, crucifixum credo. Et quia ex hac significatione lætatur homo spiritualiter,

[illegible] *a* Dedisti] licet, ex hoc.
b [illegible] in corde meo] non extra in vanis [illegible] gloria [illegible] ab intus. Sed illi multi, qui dicunt [illegible] nobis bona, externis gaudent in hoc scilicet, [illegible]

Domine, *a* dedisti lætitiam † in *b* corde meo. A † *c* fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. In *d* pace in *e* idipsum † *f* dormiam & *g* requiescam. Quoniam *h* tu Domine singulariter in spe † constituisti me.

In finem pro ea quæ consequitur hæreditatem.

PSAL. V.

i Verba mea † *k* auribus percipe Domine, *l* intellige clamorem meum. *m* Intende voci † orationis meæ: Rex meus, & Deus meus. Quoniam *n* ad te orabo Domine *o* manè exaudies vocem

c A fructu frumenti, [illegible], &c.] scil. numero possessionum, [illegible]arum, & [illegible], curarum, & [illegible]marum. *Exod.* 5. [illegible] spersus est populus per omnem terram Ægypti, ad colligendas paleas, id est, temporalia. Et dicit [A fructu, &c.] quia in his putant esse fructum, id est, consummatum bonum. Vel secundum aliam litteram: [A tempore frumenti, &c.] id est; a temporali frumento, vino, & oleo. Nota etiam quod dicit sui, quod [illegible]dum est ad quodlibet illorum trium, vt dicatur [Sui vini] ad differentiam illius de quo dicitur. Et calix meus inebrians, quàm præclarus est! Et *Zach.* 9. d. Vinum germinans virgines. [Sui olei] ad differentiam illius de quo dicitur: Impinguasti in oleo caput meum. [Sui frumenti] ad differentiam illius de quo dicitur, Et adipe frumenti satiat te. Ita ipsi multiplicati sunt, & ponunt fructum, & finem suum ista temporalia. Sed ego, dicit iustus, alium finem intendo, hunc scilicet.

d In pace] pectoris.
f Dormiam] in præsenti.
g Et] in futuro requiescam, id est, perfectè quiescam in pace æternitatis. Quæ pax est.
e In idipsum] id est, inuariabilis, & immutabilis. Pax præsentis temporis non est in idipsum, quia sæpe variatur & mutatur. Et in hoc versu notantur quatuor quæ sunt in fructu iusti. Primum est tranquillitas, *ibi* [In pace] *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, id est, dabo, sicut dicit ibi *Gl. Ps.* 147. Qui posuit fines tuos pacem. Secundum est immutabilitas, *ibi* [In idipsum] Et per hoc notatur communio Sanctorum. Tertium est contemplationis suauitas, *ibi* [Dormiam] *Cant.* 5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat. *Eccl.* 5. c. Dulcis est somnus operanti. Quartum est omnis laboris exclusio, *ibi* [Et requiescam] *Apoc.* 14. c. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Ad vltimum totum attribuit Domino.
h Quoniam tu Domine] Quasi dormiam, & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me, id est, constituisti me in spe vnius rei. Et hoc singulariter, non multipliciter. De qua vna re *Psal.* 26. Vnam petij à Domino. *Luc.* 10. g. Vnum est necessarium. Vel sic puncta [Quoniam tu Domine singulariter] id est, qui es singularis Dominus, quia vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma [In spe constituisti me.] Hoc non mutatur. Prima expositio melior est.

EXPOSITIO PSALM. V.

Verba mea, &c.] Titulus. In finem pro ea, quæ consequitur hæreditatem. Legitur *Gen.* 21. quod Abraham habuit filium Isaac, de libera Sara: Habuit, & Ismael, de ancilla Agar. [illegible] filius ancillæ persequebatur filium liberæ. In qua persecutione Sara intellexit spiritualem persecutionem, & dixit: Eiice ancillam, & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Per ancillam, & filium suum, intelligitur Synagoga, quæ Ecclesiam persequitur, quæ non est consecuta hæreditatem sacræ scripturæ. *Matt.* 21. d. Auferetur a vobis Regnum Dei. [illegible] hæreditatem æternam. Vnde in persona Iudæorum [illegible] tur Ieremias, *Thren.* 5. a. Hereditas nostra versa est ad alienos. Per liberam, & filium eius, intelligitur Ecclesia, quæ plures filios gignit per gratiam quàm per naturam. Et eiecto filio ancillæ, id est, Synagogæ, filius liberæ, id est, Ecclesiæ, manet in domo in æternum. *Ioan.* 8. [illegible] [illegible] sensus tituli [illegible] dirigens nos in finem, id est, in [illegible] scriptus [illegible] consequitur hæreditatem æternam, hæc est Ecclesia. *Psal.* iste tripartitus est secundum Cassiodorum. In prima parte ostenditur per quæ acquiritur hæc hæreditas, *ibi* [Verba mea] In secunda pertit auxilium contra impedimenta quæ eam impediunt, *ibi*: [Domine deduc.] In tertia ostendit, quæ sit hæreditas, *ibi*: [& lætentur.] Primum ergo est, per quod acquiritur hæc hæreditas, scil. oratio. Vnde docet nos orare Ecclesia exemplo suo dicens, Verba mea, &c. Nota quod primò ostendit orationem suam esse multiplicem, *ibi*: [Verba mea.] Secundò intentam, *ibi* [Intellige clamorem meum] Tertio deuotam, *ibi* [Intende voci orationis meæ.] Quarto perseuerantem, *ibi* [Quoniam ad te orabo Domine.] Quintò efficacem, *ibi*: [Exaudies vocem meam.] Hæc ergo sigillatim videamus. *i* Verba mea, &c.] Ostendit orationem suam esse multiplicem, per hoc quod dicit in plurali verba. Et hoc necessarium est, cùm homo multas habeat infirmitates. Quia vt dicit *Ier.* Non sanat oculum quod sanat calcaneum. Dicit ergo: O Domine verba mea, id est, oris psalmodiam. *k* Auribus percipe] id est, præsentia tuæ Maiestatis. Et est antropopathos. Aures enim non sunt in Deo secundum quod Deus. Et dicit auribus pluraliter, quia Deus duas habet aures, scil. interiorem qua dicitur audire, quando dat bona spiritualia: Et exteriorem, qua dicitur audire, quando dat bona temporalia. Et quia verba oris non prosunt, nisi adsit clamor, & intentio cordis, addit. *l* Intellige clamorem] scilicet, cordis potius, quam oris. Sicut clamabat Moyses tacens: *Exod.* 14. d. Et Susanna, *Dan.* 13. c. Et hoc habetur ex vi verborum, quæ ponit. Dicit enim auribus percipe verba, intellige clamorem meum. Vocalis enim clamor aure percipitur, spiritualis intelligitur. Nec solum intellige, vel audi, sed etiam. *m* Intende] quod plus est, voci orationis meæ. Hic ostendit orationem suam esse deuotam. Et nota quòd hic notantur, quæ concurrunt in vera oratione, scil. ipsa vocalis psalmodia. Sed hæc non est oratio, sed potius carmen, vel narratio, nisi quod profertur in ore, versetur in corde. Vnde dicitur *Amos* 5. g. Auferat a me tumultum carminum suorum. Et ideo secundo necessaria est cordis applicatio. Item, etsi sit vocalis psalmodia in ore, & etiam versetur in corde quantùm ad intellectum solum, non potest rectè dici oratio, sed potiùs lectio. Vnde tertiò necessaria est ibi cum intellectu affectus deuotio. Quantum ad primum dicit [Verba mea, &c. Quantùm ad secundum [Intellige, &c. Quantum ad tertium [Intende, &c. Et est oratio, pius affectus mentis, in Deum tendens, plerumque ne pigritetur, in vocem prorumpens. In hac diffinitione notantur illa tria, sed retrogrado ordine, secundum, scil. quod magis Deo placet: Plus enim Deo placet affectus deuotio, quæ notatur *ibi*: Pius affectus, &c. quàm intellectus applicatio, quæ notatur *ibi*: In Deum tendens. Et plus placet Deo cordis applicatio, quàm vocum prolatio, quæ notatur *ibi*: Plerumque in vocem prorumpens. Et ponit hic tria alia verba, scil. Domine, Rex, & Deus. Domino debetur timor: Regi, honor, Deo amor. Ad timorem Domini pertinet vocalis laudatio. *Psal.* 21. Qui timetis Dominum laudate eum. Ad honorem Regis spectat intellectus applicatio. *Prou.* 14. d. Acceptus est Regi minister intelligens. Ad amorem Dei pertinet affectio. Item per hoc, quod est hic trina oratio, scil. [Percipe, &c. Intellige, &c. Intende, &c.] notatur quod in fide Trinitatis est orandum. *Iac.* 1. a. Postulet in fide nihil hæsitans. Quæ Trinitas notatur in illis tribus verbis [Domine, Rex, Deus. Per Dominum, intelligimus Spiritum sanctum: Per Regem, Filium: Per Deum, Patrem. Ad Dominum, & Regem, & Deum dirigit orationem suam, quasi ad totam Trinitatem dirigendam. Et licet dicat, & Domine, & Rex, & Deus, quæ plura nomina sunt, non tamen dicit, percipite, vel intelligite, &c. sed percipe, &c. In quo notatur vnitas essentiæ & pluralitas personarum. Et ideò rectè ter ponitur, & singulariter ponitur sicut ibi: Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus. Vnde *Ioan.* 10. f. dicit Christus: Ego & pater vnum sumus; per hoc, quod dicit, sumus, elidit errorem Sabellij. Per hoc quod dicit, vnum, elidit errorem Arrij.
n Quoniam ad te orabo Domine] Hic ostendit orationem suam esse perseuerantem. Continuatio, Benedico: Intende voci orationis meæ, quoniam ad te vnum habendum, non temporalia, orabo perseueranter, etiam si semel, vel plures repulsus fuero. *Col.* 4. b. Orationi instate. *Luc.* 11. a. Si perseuerauerit pulsans. Et post: Petite & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulsate, scilicet, perseueranter, & aperietur vobis. *Iob.* 13. c. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Et ideò sequitur.
o Mane exaudies vocem meam] Hic ostendit orationem esse efficacem: Et notabiliter dicit [mane] ad litteram, tunc enim præcipuè est tempus orationis.

Deus dicitur habere duas aures. *Psal.* 66.
Tria concurrunt in vera oratione.
Quid sit Oratio.
Fructus iusti quadruplex.

> meam. *a* Manè *b* astabo tibi, & *c* videbo, *d* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. † *e* Neque habitabit iuxta te malignus, *f* neque permanebunt iniusti *g* ante oculos tuos. Odisti *h* omnes qui operantur iniquitatem, perdes *i* omnes, qui loquuntur men-

Mane sex modis accipitur.

Vnde *Aug.* Turpe est Christiano, si radius Solis eum inuenerit ociosum in lecto. Sed possunt assignari sex manè, vt ita loquar. Est enim [manè temporis, sicut iam exposuimus. De quo *Gen.* 1. a. factum est vespere, & manè dies vnus. Est etiam manè hominis, quod est duplex, scil. manè hominis viridis, & non florentis, quod est in pueritia: Et manè hominis florentis, quod est in adolescentia. *Psal.* 89. Manè sicut herba transeat, manè floreat & transeat: Vespere decidat, induret & arescat: Quod dicitur de misero homine, qui aliquando in pueritia transit in peccatum, vel in mortem aliquando cùm viret, & floret, scil. in adolescentia; aliquando peruenit vsque ad vesperum, scil. senectutem, & necessario cadit in mortem, durescit in cadauer, arescit in puluerem. In hoc manè eundum est, & operandum. *Eccl.* 11. c. Manè semina semen tuum. Est manè † pectoris, quod est inchoatæ fidei: De quo potest exponi, quod hic dicitur: Manè astabo tibi. Item est manè Dominicæ Resurrectionis, in quo resurrexit Dominus. *Psalm.* 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nam in Vespere Passionis, Apostoli flebant, sed in manè Resurrectionis fuerunt in gaudio. *Ioan.* 20. c. Gauisi sunt discipuli viso Domino. Item est manè mundialis prosperitatis, *Psal.* 91. Ad annunciandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Per manè scil. prosperitatis, & per noctem aduersitatis. *Isa.* 21. c. Venit manè, & nox, si quæritis, scil. manè prosperitatis, quærite, scil. in nocte aduersitatis, vel econuerso. Et in hoc manè orandum est, maximè ne prosperitas extollat in elationem. Item est manè æternitatis, de quo dicitur secundùm vnam expositionem: † Manè astabo tibi. Orietur vobis timentibus Nomen meum Sol iustitiæ. Iuxta hunc modum in septimana singulis feriis cantantur in laudibus Matutinalibus singuli psalmi, in quibus ponitur hoc nomen manè, vel eius æquipollens. Feria secunda cantatur. Verba mea: In quo ponitur: Manè exaudies vocem meam. Feria tertia cantatur: Iudica me Deus. In quo ponitur: Emitte lucem tuam. Quod æquipollet huic voci manè. Feria quarta cantatur: Te decet: In quo ponitur: Exitus Matutini: Quod æquipollet illi similiter. Feria quinta cantatur: Domine refugium. Vbi dicitur: Manè sicut herba transeat. Feria sexta cantatur: Domine exaudi: Vbi dicitur: Auditam fac mihi manè misericordiam tuam. In Sabbato cantatur, Bonum est confiteri Domino: Vbi dicitur: Ad annunciandum manè misericordiam tuam. Dicit ergo, Manè exaudies vocem meam. Manè, scil. temporis, id est, cito, vel etiam in ortu gratiæ.

al. † Non

al. † peccatoris.

al. † manè exaudies vocem.

Malach. 4. *a.*

Vt in præsenti Psal. 42.

Psal. 64.

Psal. 89.

Psalm. 142.

Psal. 91.

Notantur bona sequentia orationem.

Mystic. Gratia infusio dicitur manè multis de causis.

a Manè astabo, &c.] Sup. ostendit qualis sit eius oratio. Hîc autem ostendit, quæ bona sequantur ex oratione: Primum, est iuge seruitium Dei. Secundum est cognitio veritatis. De primo dicit [Manè] id est, per totam noctem aduersitatis vsque ad manè releuationis. Manè enim iungit noctem, & diem, in quo notatur, quod & nocte, & die orat Ecclesia.

b Astabo tibi] id est, coram te stabo paratus ad seruitium. Vel mysticè [Manè] signat infusionem gratiæ, in qua homo debet astare Deo, sicut prædictum est. Vnde *Isa.* 26. b. De manè vigilabo ad te. *Eccl.* 39. a. Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Deum, qui fecit illum. Et dicitur infusio gratiæ manè propter multas causas. Prima est, quia in manè fugiunt latrones, sic in infusione gratiæ fugiunt Dæmones. *Exod.* 14. f. Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce Dominus respiciens super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum: Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et *Iob.* 24. c. Si subitò apparuit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Secunda ratio est, quia feræ tunc se abscondunt, id est, prauæ cogitationes. *Psal.* 103. Ortus est Sol, & congregatæ sunt, & in cubilibus suis reuertentur. Item *Psalm.* Posuisti tenebras & facta est nox, &c. Tertia est, quia sicut manè alleuiantur infirmitates, sic in ortu gratiæ tentationes mitigantur. *Isa.* 38. c. Sperabam vsque ad manè. *Iob.* 8. a. Si diluculo consurrexeris ad Deum & Omnipotentem fueris deprecatus, si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, &c. Quarta, quia manè cantant aues; sic in ortu gratiæ titetur contri-

Ibidem.

tionis, *Cant.* 2. c. Vox turturis audita est in terra nostra. Item Philomela lætitiæ. *Iob.* 38. a. Vbi eras cum me laudarent astra matutina? Quinta, quia manè excitantur homines à somno corporis. *Cant.* 7. d. Manè surgamus ad vineas. Et hoc significatum est 3. *Reg.* 19. a. quod Angelus excitauit Eliam dormientem. Sexta est, quia tunc se præparat homo ad benè operandum. *Psalm.* 103. Exibit homo ad opus suum, &c. *Rom.* 13. d. Hora est iam nos de somno surgere. Septima, quia tunc surgunt homines à suis lectulis, id est, carnalibus desideriis, *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui, & non inueni, surgam. Octaua, quia tunc expelluntur tenebræ ignorantiæ. *Iob.* 17. c. Rursus post tenebras spero lucem. Nona, quia tunc incipiunt homines præparare ad prandium. Vnde dicitur *Exod.* 16. c. quòd filij Israel manè colligebant manna. In hoc ergo manè, id est, in ortu gratiæ astabo tibi paratus ad seruitium. Astare autem tria notat, scilicet, munditiam, erectionem, perseuerantiam. Astans enim non iacet in immunditia, nec curuatur ad terrena, nec flectitur a statura: Sic bonus minister Domini debet esse mundus. *Isa.* 52. d. Mundamini qui fertis vasa Domini. Item erectus. *Psalm.* 122. Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum, &c. Ita oculi nostri, &c. Item stabilis. *Matt.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, &c. *Cant.* 7. a. Statura tua assimilata est palmæ, quæ scilicet, semper permanet in virore.

22. q. 5. c. 22.

Astare tria notat.

c. Et videbo] Hic notatur secundum quod sequitur ex oratione, scilicet cognitio veritatis. Et benè dicit primo, astabo per iuge seruitium.] Et postea [videbo] per intellectum, quia ex primo sequitur secundum. *Ecclesiastic.* 1. d. Fili concupiscens sapientiam, id est, si concupiscis sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. *Psalm.* 118. A mandatis tuis intellexi. Postea, in serie huius primæ partis vsque in finem, ostendit quæ scire, & cognoscere debeamus, scil. malum, vt fugiamus; bonum, vt appetamus. Malum est, quod Deo displicet, de quo dicit primò, videbo, id est, cognoscam.

d Quoniam non Deus volens, &c.] id est, quoniam tu es Deus propriè, id est, inuariabilis. Nam.

——stabilisque manens, das cuncta moueri.

Boetius de consol. lib. 3. metro 9.

[Deus] inquam non volens iniquitatem, id est, mortale peccatum, contrarium æquitati. Est quædam iniquitas, quam Deus approbat, id est, quædam inæqualitas vitæ, vt in claustralibus, qui quandoque descendunt ad actiuam prædicando, confessiones audiendo, & huiusmodi. De qua *Eccl.* 42. c. Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Postea autem diuidit iniquitatem, in peccatum voluntatis, omissionis, locutionis, operis. De peccato voluntatis dicit. *e* Neque habitabit iuxta te malignus,] id est, qui malum vult proximo, in præsenti per gratiam, nec in futuro per gloriam. de peccato omissionis dicit. *f* Neque permanebunt iniusti] id est, qui bona opera non fecerunt.

Diuisio iniquitatis.

g Ante oculos tuos] id est in beneplacito. Vel aliter possunt legi isti duo versus a manè generalis resurrectionis, quando incipiet æternitas. *b* Astabo tibi] pro meritis recepturus. 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: &c. Et tunc plenè.

c Videbo, quoniam non Deus, &c.] id est, quòd non placet tibi iniquus. *Sap.* 14. b. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius. *e* Neque] tunc habitabit iuxta te malignus, immo proiicietur in tenebras exteriores. Vnde *Isa.* 26. b. Secundum aliam literam: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Vbi nos habemus, Domine exaltetur manus tua, vt non videant.

Aliter.

f Neque] etiam tunc permanebunt iniusti ante oculos tuos, qui hic misericordiam habere potuerunt. Sequitur *h* Odisti omnes, qui operantur iniquitatem] hoc est de peccato operis: de peccato locutionis subdit.

i Perdes omnes qui loquuntur mendacium] Postea subdiuidit peccatum operis in duo. In peccatum, scilicet, quo nocetur proximo apertè, & in peccatum quo nocetur ei occultè. De primo dicit] Virum sanguinum] De secundo dicit [& dolosum] Dicit ergo [Odisti omnes qui operantur iniquitatem] Contra *Sap.* 11. d. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti, ergo falsum est hoc. Odisti omnes, &c. Sol. Deus non odit naturam, sed vitium: Vnde sic expone. [Omnes qui operantur] iniquitatem operantur. Nec est illud *Sapien.* contrarium: Nihil odisti eorum, quæ fecisti, quia sic intelligitur: Non odisti naturam, quam fecisti, sed vitium quod non fecisti.

Vel

dacium. *a* Virum sanguinum, & *b* dolosum abominabitur Dominus, *c* ego autem in *d* multitudine † misericordiæ tuæ: *e* Introibo in domum tuam, *f* adorabo *g* ad Templum sanctum tuum in *h* timore tuo. *i* Domine deduc me in *k* iustitia tua propter *l* inimicos meos, *m* dirige in conspectu tuo † viam *n* meam. Quoniam non est in *o* ore eorum veritas, cor *p* eorum vanum

Vel [...] id est solum, quia est duplex odium, scilicet odium affectus, & odium effectus. Odio affectus non odit Deus. Vnde *Leuit.* 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Sed [...] odio effectus: De quo est illud intelligendum [Odisti omnes qui operantur, &c.] Sed contra, *Psal.* 115. Omnis homo mendax. Solut. Est mendacium quod est peccatum mortale, de quo hoc intelligendum. Perdes omnes, &c. Et est mendacium quod est veniale, de quo intelligitur illud: Omnis homo mendax. Sed ad sciendũ quod mendacium sit mortale, & quod veniale, notanda est distinctio *Aug.* qui ponit octo genera mendaciorum. Primum mendacium est, quod fit in doctrina Religionis, vt Christum non esse passum, vel natum, vel cætera, quæ sunt contra articulos fidei. Secundum est, quod nulli prodest, & alicui obest, vt mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali. Tertium, quod prodest alicui, ita vt obsit alteri, vt mendacium testis in causa pecuniaria. Quartum est, quod fit sola mentiendi fallendique libidine, quasi sine causa, & vtilitate. Quintum est, quod fit placendi cupiditate, vt mendacium adulationis. Sextum, quod nulli obest, & prodest alicui ad euitandum periculum pecuniæ, vt si quis sciat pecuniam alicuius iniuste tollendam, & vbi sit, se nescire mentiatur. Septimum, quod nulli obest, & prodest alicui ad euitandum periculum personæ, vt si mentiatur nolens perdere hominem ad mortem quæsitum. Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest, vt aliquid tueatur ab immunditia corporali, vt si volenti corrumpere virginem, mentiatur eam esse coniugatam. A magistris autem fit trimembris diuisio: Quia mendacium, aliud est perniciosum, aliud officiosum, aliud iocosum. Sub pernicioso continentur quinque genera primæ distinctionis. Sub officioso tria vltima. Iocosum est, quod fit ioco, & non fallit, scit enim, cui dicitur, caussa ioci dici. Secundùm *Aug.* omne genus mendacij est peccatum, sed mendacium perniciosum, id est, quidquid continetur in quinque generibus primæ distinctionis, est mortale: Officiosum verò, & iocosum, secundùm omnes est veniale. Sed in hoc est opinio, quia quidam dicunt, quòd officiosum est maius peccatum, quàm iocosum. Alij dicunt contrarium. In homine autem perfecto dicunt quidam, & bene, quòd tam officiosum, quàm iocosum veniale sit. Quidam autem dicunt, sed malè, quòd officiosum semper est mortale in homine perfecto.

Octo genera mendaciorum.

a Virum sanguinum, &c.] Vir sanguinum est, qui apertè nocet proximo, vt homicida. Vnde prohibitus fuit Dauid, ne ædificaret domum Domino, eo quòd multum sanguinem effudisset, 2. *Reg.* 7. a. Et hoc etiam recitat ipse Dauid 1. *Paral.* 28. a. Item raptores, & huiusmodi prædatores dicuntur viri sanguinum, *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Nota, sanguis dicitur peccatum. *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. Dicitur etiam sanguis sensualitas. *Matt.* 16. c. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi. Dicitur etiam affectus carnalis. *Mich.* 3. d Qui ædificatis Sion in sanguinibus. Dicitur etiam amaritudo pœnitentiæ. Vnde *Aug.* Sic est pœnitendum, vt quidam sanguis animæ per oculos effluat.

b Et dolosum] qui occultè nocet. Hæc duo, scilicet [virum sanguinum, & dolosum] possunt referri ad ista duo, quæ præcedunt, scilicet [Qui operantur iniquitatem] hi sunt viri sanguinum. Et [qui loquuntur mendacium] hi sunt dolosi. Hæc duo non fuerunt in Domino, de quo dicitur *Isa.* 53. c. quòd iniquitatem non fecit, nec dolus fuit in ore eius. Et ideò bene dicitur, quòd virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. In præsenti subtrahendo eis gratiam, & etiam ipsos ostendendo non esse dignos vita præsenti. *Psal.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et in futuro, exules faciendo eos a Regno iustorum. Exhæredati enim vocantur abominati. Ita illi eiicientur.

c Ego autem] Hic ostendit primò causam efficientem huius introitus, cum dicit. [In multitudine misericordiæ tuæ.] Postea ostendit quò intrabit, cùm dicit [In domum tuam.] Item ostendit, quid ibi ingressus faciet, cùm dicit [Adorabo ad Templum sanctum tuum] in: [In timore tuo. Dicit ergo.

e Introibo in domum tuam] cœlestem. Non meis meritis. Sed *d* In multitudine misericordiæ tuæ,] id est, in multa misericordia tua. *Threnor.* 3. c. Misericordiæ Domini est, quòd non sumus consumpti. Vel [in multitudine misericordiæ tuæ] id est, cum multitudine hominum misericordia tua saluatorum [Introibo in domum tuam,] id est, in Ecclesiam triumphantem, vt lapis in ædificium. Nota, quod est domus Dei inferior & superior, interior, & exterior, anterior, & posterior. Inferior est Ecclesia militans. *Ps.* 25. Domine dilexi decorem domus tuæ. Hanc intramus per Sacramentorum perceptionem. Superior est Ecclesia triumphans: De qua *Psalm.* 121. In domum Domini ibimus. Hanc intramus per contemplationem in præsenti, per præmij adeptionem intrabimus in futuro, vt *Matth.* 25. b. Intra in gaudium Domini tui. Interior est conscientia: De qua *Psalm.* 100. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Hanc intramus per ipsius discussionem. Exterior, est corpus nostrum. *Iob* 4. d. Qui habitant domos luteas. In hanc intramus per vanitatis nostræ circumspectionem. *Naum* 3. c. Intra in lutum. Anterior est sacra Scriptura. *Psalm.* 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. Hanc intramus per frequens studium, & iugem meditationem. Posterior est Synagoga, quam intramus considerando eius fatuitatem. *Matt.* 23. d. Relinquetur vobis domus vestra deserta.

Domus Dei multiplex.

Al. iter meum.

f Adorabo] id est, totam voluntatem, & intentionem meam inclinabo, & laudabo.

g Ad Templum sanctum tuum] id est, ad Christum, in quo plenitudo Diuinitatis inhabitat. *Coloss.* 2. b.

h In timore tuo] scilicet reuerentiæ, quæ erit in patria. *Psal.* 18. Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. Vel potest legi de statu præsentis vitæ.

g Adorabo, &c.] quasi introibo in domum tuam cœlestem: Et interim adorabo ad Templum sanctum tuum, id est, iuxta illud orabo, id est, in ingressu Templi tui cœlestis per spem. Vnde alibi dicit: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini, scilicet cœlestem, ibimus. Et posteà subdit: Stantes erant, scilicet, cum hæc dicerentur, pedes nostri, id est, affectus, in atriis tuis Ierusalem, scil. per spem, & desiderium. Et licet ita sperem, tamen non præsumam. Et hoc etiam faciam, in timore tuo, id est, te timendo, qui es custos, & collator virtutum, iudex & ponderator operum. *Iob* 9. d. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. *Gloss.* dicit: Omnia opera, etiam bona. Et ibi dicit. *Greg.* Sancti omne quod agunt metuunt, dum considerant ante quem iudicem stabunt: Considerant enim mala, quàm districtè iudicet, & bona, quàm subtiliter penset.

i Domine deduc me, &c.] Hæc est secunda pars, in qua petit auxilium Domini contra impedimenta. Et petit duo, scilicet, vt Dominus sit deductor illius, ibi, Domine deduc. Item, vt sit ductor illius, ibi. Dirige in conspectu tuo. Continuatio. Supra dixit [Introibo, &c.] Sed ne impediar: [Domine deduc me] id est, de bono in melius fac me proficere.

k In iustitia tua] id est, in præceptis iustitiæ tuæ. Vel in iustitia tua, id est, secundùm iustitiam tuam, qua pœnitentes recipis, & si punis, non tuum malum infers, sed eos sui malis relinquis. Non in iustitia hominis, qui malum pro malo reddit, & suum malum inferendo, malo voto malum vindicans, prior efficitur malus. [Deduc] dico.

l Propter inimicos meos] scil. Dæmones confundendos, & amouendos, vel homines corrigendos.

m Dirige in conspectu tuo] id est, in conscientia, vbi tu vides.

n Viam meam] id est, opera, vel voluntatem qua itur ad Deum. Vel [Viam meam] id est, præcepta vel pœnitentiam, quæ præcipua via est nobis inter alias vias. Hic dicuntur duo, scilicet: deduc & dirige. Primum pertinet ad bona opera. Secundum ad bonam intentionem. Simile, *Exod.* 33. c. Si non tuipse præcedas nos, ne educas nos de loco isto. Et postea ostendit, quod necesse est, quòd Dominus deducat, & dirigat viam propter inimicos: Quia sunt mendaces: Vnde subdit.

o Quoniam non est in ore eorum veritas. Item quia vani sunt: Vnde addit.

p Cor eorum vanum est] Istud est causa præcedentis. *Greg.* Quòd leuis conscientia concipit protinus lingua leuior prodit. *Idem*: Qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. Et *Matt.* cap. 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. Item quia sunt adulatores: Vnde subdit:

q Sepul-

a Sepulchrum] quod scil. carnes corrumpit, ita adulatores blanda adulatione ad se trahunt homines, & ubi assimilando deuorant, quibus mortuis ipsi sunt sepulchra. *Isa.* 3. c. Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. *Greg.* Mortuus mortuum sepelit, quando peccatorem aggere adulationis premit. Item quia sunt detractores, vnde addit. o Patens] ad cadauera, scil. peccatorum recipienda, & foetorem emittendum, per detractionem. *Prou.* 23. c. Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorũ, qui conferunt carnes ad vescendum. *Seneca.* Non refert, vtrum isti detractores superiùs vel inferius intonent, quasi dicat, ita foetent verba eorum, sicut stercora eorum. Propter hoc ergo dicit: Sepulchrum patens est guttur eorum. Item quia dolosi sunt: Vnde subdit.

Al. † inamaricauerunt.

est. a Sepulchrum b patens est guttur eorum, c linguis suis dolosè agebant, d iudica illos Deus. e Decidant à cogitationibus suis, secundum f multitudinem impietatum eorum g expelle eos, quoniam † h irritauerunt te Domine. Et i lætentur omnes qui k sperant in te, in l æternum exultabunt, m & habitabis in eis. Et n gloriabuntur in te omnes qui diligunt o nomen tuum, quoniam p tu benedices q iusto. r Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

In finem Psalmus Dauid pro octaua. VI.

c Linguis suis dolosè agebant] id est, non solùm dolum loquebantur, sed etiam ad effectum dolos suos perducebant. *Iere.* 9. b. Vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur, docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. *Eccl.* 28. c. Beatus qui tectus est a lingua nequam. Nota, quod detractores comparantur aliquando sepulchro, vt hic, quia verba fœtida proferunt, & denudant peccata aliorum. *Num.* 19. c. Vas quod non habuerit operculum, immundum erit. Item aliquando comparantur scabronibus, quia deserunt flores, & super stercora resident, id est, virtutes aliorum, & bona opera tacent, peccata loquuntur, & ruminant. *Deut.* 7. c. Mittam ante eum scabrones. Item comparantur Hienæ, quia sicut Hiena extrahit corpora mortuorum de sepulchris, & comedit, sic & isti peccata hominum. Vnde *Ierem.* 12. c. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ibi alia littera habet: Nunquid spelunca Hienæ. Item comparantur Miluo, qui semper circuit extalia, & huiusmodi quæ comedit, sic detractores peccata. Et sicut Miluus est auis querulosa, sic detractores. *Isa.* 34. Illic congregati Milui alter ad alterum. Item comparantur muribus, de quibus 1. *Reg.* 5. c. dicitur, quod mures rodebant extales Philisthinorum, ita detractores peccata aliorum.

Detractores comparantur sepulchro, & multis speciebus animalium.

d Iudica illos] Quasi ita detrahunt, & dolosè agunt, sed tu Deus, iudica illos, i. puni. Hoc dicit non liuore vindictæ, sed zelo iustitiæ. Vel prophetia est de pœnis illorum sic [Iudica] id est, iudicabis, id est, punies.

e Decidant, &c.] Hic ostendit, quod eorum damnatio, & pœna erit in tribus. Primò in casu a prosperitate. Vnde dicit: Decidant à cogitationibus suis, i. frustrentur a cogitatione, & spe sua, qua sperabant, & cogitabant de longa vita, & sanitate, & diuitiis. *Psalm.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Secundò, in pœna æterna, quod notatur ibidem, secundum aliam lectionem. Decidant in pœnam à cogitationibus suis, id est, propter cogitationes suas prauas. Tertiò in amissione vitæ æternæ. Vnde subdit.

f Secundùm multitudinem impietatum eorum] id est, peccatorum.

g Expelle eos] ab hæreditate, vt qui magis peccauerunt, longius expellantur, & profundius cadant in lacum Inferni. Simile *Apoc.* 18. b. Quantùm glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum, *Isa.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam. Postea subiungit meritum damnationis, dicens.

h Quoniam irritauerunt] id est, ad iracundiam prouocauerunt, [te ô Domine] Alia littera habet, amaricauerunt, id est, te qui dulcis es in te, sibi peccando amarum fecerunt. Vnde dicit *Ier.* n. Quicquid mali patimur, vitij nostri est, qui dulcem Deum vertimus in amarum, & cogimus sæuire nolentem: *ex* [illegible]

Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox:
Quique dolet quoties cogitur esse ferox.

Deut. 32. c. Ipsi prouocauerunt me in eo qui non erat Deus, &c. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, &c.

i Lætentur omnes, &c. Hæc est terra pacis, in qua agit de æterna hæreditate, quæ erit beatitudo Sanctorum. Continuatio. Ita illi expellentur, at iusti gaudebunt; Sicut dicit *Isa.* 65. c. Serui mei gaudebunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis. Hoc est, [Et lætentur omnes. *Isa.* 61. c. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis.

k Qui sperant in te] quia ex spe sequitur lætitia spiritualis. *Rom.* 12. c. Spe gaudentes. Et meritò: Quia. l In æternum exultabunt] non ad horam, sicut mali. Vnde *Iob.* 20. a. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Ideo autem exultabunt. m Et] i. e. quia habitabis in eis, quod erit ipsum gaudium eorum. Vnde *Psal.* 3. Tu es gloria mea. 2. *Cor.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur. n Et gloriabuntur in te omnes] in futuro per speciem. o Qui diligunt nomen tuũ] i. Filium. De hoc nomine dicitur *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Nota, quod in hac serie ponit tria præcipuè, de quibus lætabuntur iusti. Primum est æternitas gaudiorum, *ibi*: In æternum exultabunt. Secundum est securitas, *ibi*: Habitabis] Tertium est gloriæ copiositas, *ibi*: [Et gloriabuntur.] Hæc tria, *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &c. Hoc autem totum non sibi, sed gratiæ attribuit, subdens.

Tria de quibus lætabuntur iusti

p Quoniam tu benedices,] in futuro, benedictione gloriæ. q Iusto,] cui benedixisti in præsenti benedictione gratiæ. *Ps.* 131. Viduam eius, id est, Ecclesiam, benedicens benedicam. Sed quoniam, vt dicit *Greg.* cito bonum perditur, quod à largiente non custoditur, subdit.

r Domine tu coronasti] i. circumdasti, nos vt scuto bonæ voluntatis tuæ, i. bona voluntate præueniente, & subsequente quasi scuto quod protegit hominem contra ictus. Item in hoc quod dicit [scuto] & [coronasti,] notatur quod bona Dei voluntas in præsenti est nobis scutum & protectio, in futuro erit corona, & gloriatio. Et notandum, quod multiplici scuto circundat & protegit nos Dominus, scil. scuto fidei, contra errores. *Ephe. vlt.* c. In omnibus sumentes scutum fidei, 1. *Ioan. vlt.* a. Hæc est victoria quæ vincit Mundum, fides nostra. Item scuto patientiæ. 2. *Par.* 9. legitur quod Salomon fecit ducentas hastas, & trecenta scuta. Et in hoc quod plura fuerunt scuta, quam hastæ, innuitur, quod promiores debemus esse ad patiendum, quam ad vindicandum. Tamen aliqui libri habent sexcentas. Item scuto eleemosynarum, *Eccl.* 29. c. Eleemosyna super scutum potentis & super lanceam, aduersus inimicos tuos pugnabit, *Prou.* 22. b. Victoriam & honorem acquirit qui dat munera. Item scuto memoriæ Passionis eius, *Thren.* 3. g. Dabis eis scutum cordis laborem tuum, i. Passionem tuam, 1. *Pet.* 4. a. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Item scuto verbi sui, quod dicitur scutum, *Prou.* 30. a. Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se. Item scuto sacræ doctrinæ, *Cant.* 4. b. Turris Dauid ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Turris Dauid est Ecclesia, Clypei sunt auctoritates Sanctorum Patrum. Item scuto exemplorum Sanctorum, 2. *Reg.* 1. d, Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium. Gelboe, interpretatur volutatio, vel decursus, vel aceruus pulueris, aut aceruus pluuiarum, & significat diuites, qui volutantur in diuitiis & delitiis. Super tales non venit gratia Dei: Et abiiciunt clypeum fortium, id est, exempla Sanctorum. *Ios.* 8. f. dicitur quod Iosue non contraxit manum quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai; Et interpretatur vultur, vel deuorator, vel vita vallium, & significat peccatores.

Scuto multiplici protegit nos Dominus.

EXPOSITIO PSALM. VI.

Domine ne in furore tuo, &c. Titulus. *In finem Psalmus Dauid pro octaua.* Supra egit Propheta de hæreditate æterna. Sed quia timet expelli ab ea, ideo præmittit. Et propter hoc sequitur Psalmus iste, qui est primus pœnitentialium Psalmorum. A timore enim concipitur pœnitentia: Sicut dicitur *Isa.* 27. d. A timore tuo Domine concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Octaua dicitur, tempus aduentus Domini ad iudicium. Dixerunt quidam post septem millia annorum incepturum esse octauum millenarium resurgentium. Sed quia non est nostrum nosse tempora, vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate: Etsi sciamus quantum temporis à principio Mundi fluxerit, non tamen scire possumus, quantum vsque ad finem fluxurum sit. Totius ergo dicitur octaua dies iudicij, non quia post septem millia annorum, sed quia post hanc vitam, quæ septem diebus voluitur, incipiet. Vel

Octaua quare dicatur tempus iudicij. q. Act. 1. a.

peracto

peracto septenario humanæ vitæ, qui constat ex quaternario, qui pertinet ad corpus, quia constat ex quatuor elementis, & subiicitur quatuor temporibus, scilicet veri, æstati, autumno, hyemi, & ex ternario, qui pertinet ad animam propter triplicem vim, rationabilem, concupiscibilem, irascibilem, quæ diligit Deum sub hoc ternario, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Est autem psalmus iste primus septem pœnitentialium, qui septem sunt, quia quicquid in septenario huius vitæ committitur,

Matth. 22. d.
al. † ira tua.
al. † furore tuo.

a Domine ne in † b furore tuo arguas me, c neque in † ira tua corripias me. d Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, e sana

eorum psalmodia habita contritione, dimittitur. Et est sensus tituli Psalm. iste dirigens nos in finem, id est, Christum, est Dauid, id est, cuiuslibet pœnitentis, scriptus pro octaua, id est, pro timore octauæ. In Psalmo isto sunt quatuor partitiones. Primo ponit præmium, in quo captat beneuolentiam ex iudicis potestate, & petit misericordiam ex sui infirmitate, & facit deprecatoriam confessionem, quæ non valet apud sæcularem, sed apud cœlestem Iudicem, apud quem accusatio est excusatio. Secundò exponit ærumnas pœnitentis, *ibi*: Laboraui. Tertiò ostendit se correctum, vt separetur à malis, *ibi*: Discedite à me. Quartò, pro inimicis conuertendis orat, *ibi*: Erubescant, &c. In prima parte in persona pœnitentis captat Propheta beneuolentiam à persona iudicis, *ibi*: Domine. Secundò petit ne damnetur, *ibi*: [Ne in furore, &c.] Tertiò ne puniatur in Purgatorio, *ibi*: [Neque in ira, &c.] Quartò petit misericordiam contra multiplicem infirmitatem, quæ impedit hominem, ne conuertatur ad Dominum, *ibi*: Miserere mei Domine. Et opus est, Quoniam infirmus sum. Quintò, petit gratiam quæ sanat, *ibi*: Sana me Domine. Sextò, ostendit triplicem infirmitatem suam. Prima est carnis, *ibi*: Quoniam infirmus sum.] Secunda est superioris partis rationis, *ibi*: Quoniam conturbata sunt ossa mea] Tertia est inferioris partis rationis, *ibi*: Et anima mea turbata est valdè. Septimò, petit auxilium accelerari, *ibi*: Sed tu Domine vsquequo? Octauò, petit perfectam conuersionem, *ibi*: [Conuertere Domine] efficaciter. Nonò, petit liberationem ab instantia tentationum, & à stimulis carnis, *ibi*:] Et eripe animam meam.] Decimò, petit perfectam sanitatem, *ibi*: [Saluum me fac] Ad vltimum ostendit, quòd misericordia Dei est causa efficiens prædictorum, *ibi*: Propter misericordiam tuam. Et ostendit opportunitatem faciendi prædicta, *ibi*: [Quoniam non est in morte, qui memor sit tui.] In persona ergo pœnitentis in iudicio timentis argui orat Ecclesia dicens, O a Domine] potens. b Ne in furore arguas me] id est, in iudicio, quando furiosus apparebis ne punias me. c Neque in ira tua corripias me] Idem repetit: in Græco enim idem est furor & ira. De hac ira *Psalm. 2.* Cùm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Et *Matth. 3.* b. Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira. Tunc autem arguet Dominus cùm dicet: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. *Matth. 25.* d. Vel diuersificetur. Furor est grauior ira. Furiosus erit itaque Dominus in iudicio damnandis, non quod furor cadat in eum, sed quia illi effectum tanquam furoris sentient. Iracundus erit illis quos Purgatorium emundabit. Illa tamen pœna quamuis sit breuis, maior erit omni pœna quæ in via possit haberi. Vel per iram intelligi potest ignis, qui præcedet ante iudicium. *Psalm. 96.* Ignis ante ipsum præcedet. Ab vtraque pœna petit pœnitens liberari, dicens: Domine ne in furore tuo arguas me, id est, ne conuincas me, vt æterno supplicio punias, quo punientur qui in hoc fundamento fidei deceslerunt. Neque in ira tua corripias me, id est, non in Purgatorio vrat, quo vrentur qui secum lignum, fœnum, stipulam deportauerunt: Sed hic vre, hic seca, sicut dicit *August.* Vnde *Greg.* dicit, Sancti præsentem pœnam lucrum putant, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Idem: Iustus hic debet atteri, vt in iudicio purgatus mereatur inueniri. Timenda est autem dies Iudicij propter multa. Primum est, quia apparebit Dominus tanquam furibundus. *Malach. 3.* a. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? *Psalm. 89.* Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? *Iob. 14.* c. Quis mihi tribuat, vt in Inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus? Ibi dicit *Greg.* quòd mali mallent esse in inferno, quàm videre Christũ iratum, *Apoc. 6.* d. Dicent montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniã veniet dies magnus iræ ipsorum: Et quis poterit stare? Secundum est, quia omnes creaturæ pugnabunt contra insensatos, & damnatos, *Sap. 5.* d. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Et in eodem post: Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos. Tertium est propter commotionem, & perturbationem elementorum, *Isa. 24.* d. Confractione confringetur terra, agitatione agitabitur terra, &c. *Ioel. 3.* c. Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. *Isa. 29.* b. Eritque repentè confestim à Domino exercituum in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis, & erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium gentium. Quartum est, quia qui modò percutit virga, tunc percutiet gladio. *Iob. 19.* d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Item *Iob. 26.* d. Cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri; *Apoc. 1.* d. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat, *Isa. 27.* a. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & forti, & graui super Leuiathan. Quintum est, propter districtam iustitiam eius, quæ non poterit aliquo modo flecti muneribus. *Soph. 1.* d. Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die furoris Domini. *Prou. 6.* d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Sextum est, propter incertitudinem salutis, *Eccl. 9.* a. Nemo scit vtrum odio an amore dignus sit. Septimum propter insufficientiam meritorum, *Rom. 8.* d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Octauum, propter paucitatem electorum. *Matt. 20.* b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Nonum est propter reuelationem peccatorum. *Matt. 10.* c. Nihil opertum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. *Ieron.* Peccata quæ hic non delentur per pœnitentiam, in iudicio reuelabuntur: Et hæc erit maxima confusio peccatorum, *1. Cor. 4.* a. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Propter hoc dicitur *Apoc. 16.* c. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. *Ierem. 29.* f. Ego sum testis, & iudex. Decimum propter amissionem æterni gaudij, *Isa. 26.* b. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Vndecimum, propter recordationem peccatorum. *Psal. 129.* Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. Duodecimum, propter maledictionem æterni iudicij, *Matt. 25.* d. Ite maledicti in ignem æternum. Decimumtertium propter subtilitatem inquisitionis, *Sophon. 1.* c. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Decimum quartum, propter irreuocationem sententiæ. *Psalm. 88.* Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Decimumquintum, propter accusationem creaturarum. Vnde *Bernard.* Venient ante tribunal Iudicis, & aduersus eos audietur clamor eorum, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata. Decimumsextum est, quia Omnipotens erit Iudex, nec timebit aliquem, *Exod. 15.* a. Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius. *Sap. 6.* b. Potentes potenter tormenta patientur, non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam. Decimumseptimum est, quia Sanguis Christi clamabit contra peccatores, *Isa. 26.* d. Reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos. *Heb. 12.* f. Sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quam Abel. d Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum] Mira allegatio, infirmitatem ponere causam miserendi, cùm Medico sæculari nummi soleant ostendi causa medendi. *Aug.* Argumentum pietatis, est ostensio infirmitatis. Nam qui Medico infirmitatem ostendit, & nullum munus, pietatem in Medico ostendit. Pietatem ergo iudicis allegans in ostensione suæ infirmitatis, dicit, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Est multiplex infirmitas, scilicet, naturæ, *Gen. 3.* d. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Item pœnæ. *Psalm. 37.* Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, *Iob. 6.* a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Item culpæ, vt hic: Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. Item consuetudinis. *Psalm. 30.* Infirmata est in paupertate virtus mea. *Seneca*: Non est locus remedio, dum vitia mores fiunt. Item fidei, *Roman. 14.* a. Qui infirmus est, olus manducet. Item gratiæ, *2. Cor. 11.* g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Item conscientiæ perturbatæ. *Psalm. 67.* Pluuiam voluntariam segregabit Deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti eam, *2. Cor. 12.* c. Virtus in infirmitate perficitur. Istæ duæ infirmitates vltimæ sanant alias.

e Sana me Domine] tua medicina. Et opus est.

a Quoniam conturbata sunt ossa mea] id est, omnes virtutes, vel vires animæ, à priore statu per tentationem Diaboli

Partitio Psalmi.

Luc. 3. b

Infirmitas multiplex.

Diaboli. *Iob.* 30.d. Ossa mea aruerunt præ caumate,id est, præ nimio feruore tentationis. *Ps.* 101. Ossa mea sicut cremium aruerunt [Conturbata,id est, ex toto turbata. Vel, conturbata, id est, tecum turbata,& Dei, & hominis cooperatione sustentatur homo. Nota quod septem sunt quæ sanant,& purgant peccatores, quæ etiam tanguntur in *Gl.* Primum est Baptismus. *Ioan.*3.a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in Regnum Dei. Secundum est eleemosyna. *Eccl.* 3. d Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Tertium est martyrium. *Aug.* Omnia falce martyrij resecantur. *Iac.*1.b. Beatus vir qui suffert tentationem, &c. Quartum est conuersio fratris errantis. *Iac. vlt.* d. Si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. *Ier.*15.d. Si conuerteris, conuertam te. Quintum est remittere in se peccanti. *Luc.* 6. f. Dimittite, & dimittetur vobis. *Eccl.*28. a. Relinque proximo tuo nocenti te,& tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Sextum est fletus & satisfactio. *Matt.*5. a. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Septimum est perceptio Corporis Christi. *Ioa.*6.e. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. *b* Et anima mea turbata est]id est, superior pars rationis à priori statu turbata est, ita quod Martha non est frequens circa ministerium, nec Maria præsidet ad contemplandum Deum. Vnde addit [Valde.] *d* Sed tu Domine vsquequo] differs auxiliari & sanare, quasi quare non statim sanas? Amanti enim nihil satis festinatur. Sed Dominus differt sanare vt crescat desiderium. Vnde *Greg.* Desideria dilatione crescunt. Item vt gratius sit donum. *Senec.* Quod gratum vis haberi, ratò effice. Item melius sapiunt quæ pluris emuntur. Item vt melius custodiatur illatum. Vnde *Aug.* Facilitas veniæ parit incentiuum delinquendi. Item vt purgetur cor. Vnde *Greg.* Differens cruciat, & cruciando purgat. Item vt consideretur grauitas morbi. *Greg.* Cùm se expedire nititur, tunc veraciter conspicit, quam duris nexibus retinetur, vel sic ab isto loco. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum] id est, anima mea infirmatur, & iustitiam sustinere non potest. A quo reatu [sana me.] Et hoc.

Nota septem quæ sanant, & purgant peccatores.

Al. † erue.

Quare Dominus differat exaudire.

> me Domine, quoniam *a* conturbata sunt ossa mea. Et *b* anima mea *c* turbata est valde, sed *d* tu Domine vsquequo. *e* Conuertere Domine, & † *f* eripe *g* animam meam, *h* saluum me fac *i* propter misericordiam tuam. Quoniam *k* non est in morte qui memor sit tui, in *l* Inferno autem quis confitebitur tibi? *m* Laboraui in *n* gemitu meo *o* lauabo per *p* singulas noctes lectum meum, *q* lacrymis meis stratum meum rigabo.

a Quoniam conturbata sunt ossa mea]id est, vires animæ ad pœnitentiã conturbantur. *b* Et anima mea] id est,ratio, *c.* Turbata est valde] ad pœnitentiam. Ergo & *d* Tu Domine vsquequo] differs sanare & veniam dare. Velocitas enim mora est expectanti. Sed Dominus differt propter causas quas supra diximus. *e* Conuertere Domine] mihi iam conuerso, vt ampliùs conuertar. Vel [Conuertere] id est,fac me conuerti. Vel [Conuertere] ab ira & vindicta ad misericordiam. Dominus conuertit se ad Petrum. *Luc.* 22. g. Conuersus Dominus respexit Petrum. *f* Et eripe] quasi cum violentia. *g* Animam meam.

In alio latere folij.

Eripe animam {
- Hærentem per delectationem. *Psalm.* 118. Adhæsit pauimento anima mea. Et alibi. Adhæsit in terra venter noster.
- Infixam per peccati iterationem. *Psal.* 43. Infixus sum in limo profundi.
- Ligatam per consuetudinem. *Osea* 4.d. Ligauit eum spiritus in alis suis. *Iob.* 18. b. Immisit in rete pedes suos, &c.
- Detentam per desperationem vel contemptum. *Luc* 11.c.

Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet, cùm autem fortior superuenerit, vniuersa arma eius aufert, &c. *Seneca.* Auellenda sunt quæcumque cor laniant, quæ si auelli non possunt, etiam cor cum ipsis auellendum est. *h* Saluum me fac] non propter mea merita. Sed *i* Propter misericordiam tuam] Ad *Tit.*3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit. *Thren.*3. c. Misericordiæ Domini multæ quod non sumus consumpti. Et opus est vt sanes, quia post hanc vitam non est locus veniæ. Vnde subdit.

k Quoniam non est in morte qui memor sit tui.] In morte, id est, post mortem ad literam *Eccl.*11. b. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Et in *eodem* 9.c. Quodcumque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos. *Ec* [illegible] 7. d. Ne demoreris in errore impiorum, ante mortem [illegible] re, à mortuo quasi nihil perit confessio. Vel in mor[illegible] ti. *Prou* 18. a Impius cùm in profundum peccato[rum] venerit, contemnit.

l In inferno autem quis confitebitur tibi] quasi dicat, nullus, qui [in] Inferno nulla est redemptio. *Isa.*38.d. Quia non Infernus c[on]fitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam. *m* Laboraui] Secunda pars in qua enumerantur ærumnæ & pœnæ pœnitentis, quæ consistunt in sex. Primò, in satisfactionis labore, *ibi.* [Laboraui.] Secundò, in cordis contritione, *ibi* : [In gemitu meo.] Tertiò, in lacrymarum effusione, *ibi* : [Lauabo, &c. Quartò, in bonorum operum vbertate, *ibi* : [Rigabo, &c.] Quintò, in timoris anxietate, *ibi* : [Turbatus est à furore oculus meus.] Sextò, in peccatorum c[on]fessione, *ibi* : [Inueteraui, &c.] Dicit ergo : Laboraui. Primò notã, quòd duplex est labor, corporalis & spiritualis. Corporalis quandoque est malus, vt qui fit ex auaritia : Vnde Poeta :

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Spiritualis, alius spiritualis corporalis, alius spiritualis tantùm. Spiritualis corporalis, est labor pœnitentiæ, & prædicationis : Et ideò dicitur spiritualis, quia fit pro eis quæ sunt spiritus. Spiritualis tantùm, est labor contemplationis, quia in spiritu fit, & pro spiritu. De labore pœnitentiæ hic agit, dicens : Laboraui, scilicet, vigilando, ieiunando, orando,& huiusmodi. *Rom.*6.d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibite membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. *Galat.*5. d. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Nec solùm debet esse labor exterior, sed etiam interior : Et hoc est.

n In gemitu] *Ier.* 6. g. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctumque amarum. *Mich.* 4. c. Dole & satage quasi parturiens. *Psalm.*37. Rugiebam à gemitu cordis mei. *o* Lauabo] aquis lacrymarum. *August.* Lacrymæ lauant peccata, quæ pudor est confiteri. *Ier.* 4. d. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt saluus fias. *Isa.*1.e. Lauamini, mundi estote.

p Per singulas noctes lectum meum.] Ad literam. *Threnor.*1. a. Plorans plorauit in nocte : Contra Hypocritas, qui flent de die, vt videantur ab hominibus.

Contra quos dicit *Seneca* : Deo, non hominibus gratias offeramus.

q Lacrymis meis stratum meum rigabo] quod maius est. Lauare enim est, quantum ad superficiem : Rigare verò quantum ad intima. Vel sic : Lectus, voluptas peccati : Stratum cumulus peccatorum. Et est sensus ; Lauabo per singulas noctes, id est, per singula peccata : Lectum meum, id est, voluptatem, sicut lauatur sordida cutis ne macula maneat. *Thren.* 2. f. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem. [Lacrymis meis stratum meum rigabo] id est, cumulum peccatorum per imbrem lacrymarum,vt inde crescat noua messis virtutum. Vel lectus est conscientia, quæ quibusdam est quies, quibusdam tormentum : Stratum autem est sensualitas. Et est sensus, Lauabo per singulas noctes lectum meum] id est, mundabo conscientiam flendo singula peccata : Lacrymis meis stratum meum rigabo, id est, sensualitatem. [Rigabo] id est, fertilem faciam. *Ecclesiast.* 24. d. Dixit, rigabo hortum plantationis, & inebriabo partus mei fructum. *Numer.*24. a. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui. Contrarium minatur Dominus peccatoribus *Isa.*1. g. Cùm fueritis veluti hortus sine aqua. Nota quòd sunt lacrymæ compunctionis. *Psalm.*41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Item compassionis. *Hierem.*9.a. Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lacrymarum, &c. Item deuotionis, hoc est irriguum superius, & inferius, quod dedit Caleph Axæ, filiæ suæ. Irriguum superius, sunt lacrymæ pro dilatione patriæ : inferius, pro incolatu huius miseriæ. Item cupiditatis: Vnde illud.

Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.

*Isa.*24. a Luxit & defluxit in terram. Item adulationis : Iuuenalis :

——Flet, si lacrymas conspicit amici.

30. dist. c. si quis diaconus.

Pœna & ærumnæ pœnitentis consistunt in sex.

Nota de duplici labore.

Horat. lib. 1. Epistolarum.

De multiplicibus lacrymis.

Iud.1.c.

Iuuenalis 13. satyra.

Ouidius

Ouidius: *Vt flerent oculos erudiere ſuos.*

Iuuenal.3. ſatyra. Ouid. de remediis lib. 2.

Item gaudij, *Tobiæ* 11. c. Tobias maior occurrit obuiam filio ſuo,& oſculatus eſt eum, cum vxore ſua,& fleuerunt ambo cum gaudio. Item præſentis afflictionis. *Thren.*1. a. Plorans plorauit in nocte, &c. Item æternæ damnationis, *Matth.* 22. b. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

al. † in omnibus inimicis meis.

a Turbatus eſt † à *b* furore oculus meus, *c* inueteraui † *d* inter omnes inimicos meos, *e* Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam *f* exaudiuit vocem fletus mei. *g* Exaudiuit Dominus deprecationem meam, Dominus *h* orationem meam ſuſcepit. *i* Erubeſcant, & *k* conturbentur † *l* vehementer omnes inimici mei, † *m* conuertantur & *n* erubeſcant *o* valde velociter.

al. † non habet *al.* † vehementer. *al.* † confundentur.

In finem Pſal. Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi filij Gemini. V I I.

Triplex Dei furor. Gen. 3.

a Turbatus eſt, &c. oculos meus,] id eſt, oculus mentis. *b* A furore,] ſcilicet, ab ira contra peccatum. Furioſus enim enim debet eſſe homo contra peccata. Vel aliter: Triplex eſt furor Dei. Primus fuit in Adam quando dixit ei: Adam vbi es, & expulit eum de Paradiſo. Secundus eſt quo dat malos in reprobum ſenſum. Tertius eſt, quando tradentur reprobi in æternum ſupplicium. Et eſt ſenſus: Turbatus eſt oculus meus, ſcilicet mentis: A furore, exercitato in Adam. Vel à furore, quo dantur mali in reprobum ſenſum. Vel a furore, quo tradentur mali in æternum ſupplicium, id eſt, à timore illius furoris. Vnde *Iob.* 26.c. Columnæ cœli contremiſcunt. *Ieronym.* Quoties diem Iudicij intueor, toto corpore contremiſco. *Abac.*3. Audiui, & conturbatus eſt venter meus, &c. Et benè dicit, turbatus, per debitum timorem, non extinctus per deſperationem. Et qui hic non turbatur, in futuro extinguetur, quando mittetur in tenebras exteriores, *Matth.*22. b. Nec mirum ſi oculus turbatur: Quia.

c Inueteraui,] membrum factus veteris hominis per peccatum. *d* Inter omnes inimicos meos,] ſcilicet, vitia, & Dæmones, & malos homines. *Baruch* 3. b. Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorum es, inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in infernum? Et qui ſic peccauit, & inter peccata diu manſit, non eſt mirum ſi turbatur à furore, qui ſuperueniet peccatoribus. Benè autem dicitur homo inueterari per peccatum, propter multas cauſas. Vna eſt, quia ſicut ſenes amittunt viſum, ſic peccatores amittunt ſpiritualem viſum. *Pſa.* 39. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Item *alibi*: Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. *Eccl.* 12. b. Tenebreſcent videntes per foramina. Item amittunt dentes, ſic peccatores dentes dilectionis. *Eccl.*12. b. Otioſæ erunt molentes in minuto numero. Econtra dicitur de Moyſe, *Deut.* vltim. c. Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt. Item virtutem guſtandi amittunt, ſic peccatores ſpiritualiter: Vnde dixit Berzellai ad Dauid, 2. *Regum.*19. f. Octogenarius ſum hodie, nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarum? Item auditum amittunt ſenes, ſic peccator. *Eccl.* vltim. b. Obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Et Berzellai dixit: Nunquid poſſum audire vocem cantantium? Item amittunt odoratum, *Ezech.* 23. d. Naſum tuum præcident. Econtra *Gen.*27. d. ſenſit Iſaac fragrantiam veſtimentorum Iacob. Item fiunt tremuli, ſic peccatores, *Eccl.* vlt. b: Excelſa timebunt, & formidabunt in via. *Pſalm.*13. Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor. Item infatuantur, ſic peccatores, *Rom.*1.d. Dedit illos in reprobum ſenſum, 1. *Cor.*14.d. Nolite pueri effici ſenſibus. Item ſunt propè finem. *Heb.*8.d. Quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Item pleni ſunt rugis, ſic peccatores, *Iob.*16.b. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me. Item immundi ſunt, nullus autem immundior peccatore, *Deut.*32. a. Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus. *Apoc.* vlt. c. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Peccatores aſſimilantur ſenibus propter multas cauſas.

e Diſcedite à me, &c.] Tertia pars, in qua Propheta in perſona pœnitentis oſtendit ſe eſſe correctum, & ideo petit liberari à malis, dicens: Diſcedite a me, in præſenti, animo, etſi non loco, omnes qui operamini iniquitatem. Vel de futuro poteſt legi, Diſcedite, id eſt, diſcedetis in generali diſceſſione, quando ſtatuet Dominus oues à dextris, hœdos autem à ſiniſtris, & dicet: Ite maledicti in ignem æternum, *Matth.*25.d. In via eſt tantum particularis diſceſſio, ſiue ſeparatio à malis, quæ triplex eſt: Ad cautelam, ad medicinam, ad ſuperbiam. Ad cautelam, quando ſeparamus nos a Mundo, ſicut clauſtrales, *Geneſ.*12.a. Egredere de terra tua, & de cognatione, & cætera. Ad medicinam, quando falce Eccleſiaſticà ſeparamus malos ab Eccleſia, vt ſpiritus eorum ſaluus fiat, 1. *Corinth.*6.b. Ad ſuperbiam ſeparabant ſe Pharisæi ab aliis, *Luc.*18.b. Non ſum ſicut cæteri hominum. Dicit ergo: Diſcedite à me, & cætera. 1. *Corinth.*15.d. *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* *Eccleſ.*13.a. Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. *Seneca*: Potiùs videndum eſt cum quibus edas, quàm quid edas. Et ideo, Diſcedite. *f* Quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei,] id eſt, fletum meum pro voce, ſcilicet, compunctionem pro commiſſis, qui fletus, vel compunctio eſt vox in aure Dei, quia vt dicitur,

Triplex diſceſſio, ſiue ſeparatio.

Interdum lacrymæ pondera vocis habent.

*Iudith.*8.b. Indulgentiam eius cum lachrymis poſtulemus. Ibi interlin. quæ pondera vocis habent. Cœpit orare cum lachrymis. Ibi *Gloſ.* Oratio Deum lenit, lachryma cogit. Hæc vngit, illa pungit. *g* Exaudiuit Dominus deprecationem meam,] de malis amouendis.

h Dominus orationem meam ſuſcepit,] de bonis & virtutibus adipiſcendis, quæ duo neceſſaria ſunt, quia egreſſus vitij virtutum operatur ingreſſum. Ter dicit, Dominus, ad denotandam Trinitatem.

Quomodo orandum ſit pro inimicis.

i Erubeſcant, &c.] Quarta pars, in qua orat pro inimicis, optans eis multa neceſſaria ad ſalutem. Primum eſt erubeſcentia exterior. Vnde dicit, Erubeſcant, ſcilicet de malis actibus. De qua dicit *Greg.* Per exteriorem erubeſcentiam interiorem corrige culpam. Hic eſt lapis quo percuſſus eſt Goliat in fronte, 1. *Reg.*18.f. *Eccl.*4.c. Eſt confuſio adducens gratiam, *Ier.*31.d. Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, confuſus ſum, & erubui. Secundum eſt timor, quod notatur *ibi*.

k Et conturbentur,] ſcilicet, timore. Hic eſt Angelus, qui ſcilicet deſcendebat in piſcinam, & mouebatur aqua, *Ioan.*5.a. Tertium eſt contritio, quod notatur *ibi*.

l Vehementer omnes inimici mei.] Non enim vehementer, ſed parum turbatur, qui vſque ad contritionem non mouetur. Quartum eſt conuerſio, *ibi*. *m* Conuertantur.] *Iſa.*31.c. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. Quintum eſt erubeſcentia: Vnde ſequitur.

n Et erubeſcant,] intrinſecùs. *Ezech.*43.c. Oſtende domui Iſraël Templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt. Et petit hoc fieri intensè, dicens:

o Valde,] & cito, *ibi*: Velociter, *Eccl.*5.c. Non tardes conuerti ad Dominum. Vel poteſt totum legi de futuro ſic; Propheta videns in ſpiritu finem malorum, dicit.

i Erubeſcant,] id eſt, erubeſcent in futuro maximo rubore dicentes: Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, &c.

*Sap.*5.*a*

k Et conturbentur,] id eſt, ſimul turbabuntur in anima, & corpore, nec leniter, ſed. *l* Vehementer omnes inimici mei,] qui modo ſunt inimici, ſed tunc non nocebunt. Et cùm deſperare de iudicio cœperint. *m* Conuertantur,] id eſt, conuertentur à lætitia Sanctorum in confuſionem, Repetit.

n Et erubeſcant,] id eſt, erubeſcent. Vel primum dicit, erubeſcant, propter erubeſcentiam exteriorem, quæ erit quando peccata ſua omnibus manifeſta erunt. Secundum propter erubeſcentiam conſcientiæ remordentis. Et hoc.

o Valde velociter,] quia cito veniet repentina calamitas, & ſubitus interitus, *Prou.*1.d. *Sap.*6.a. Horrende, & cito apparebit vobis.

EXPOSITIO PSALM. VII.

DOmine Deus meus in te ſperaui.] Titulus: [In finem Pſalmus Dauid, quem cantauit Domino pro verbis Chuſi filij Gemini.] Legitur 2. *Regum.*17. quòd Abſalon conſilio Achitophel perſecutus eſt Dauid, quem Dauid fugiens nudis plantis exiuit de Ieruſalem: Et Chuſi, qui erat amicus Dauid, tranſiuit ad Abſalon, vt pia, & neceſſaria proditione reuelaret Dauid, quæ Abſalon moliretur aduersùs eum, & mandauit Dauid vt de campeſtribus fugeret, ne caperetur ab Abſalon, & tamen præualuit Dauid, & Achitophel ſe ſuſpendit in figuram Iudæ, qui laqueo ſe ſuſpendit, quoniam conſilium quod de Dauid improuisè occidendo dederat, mutatum eſt conſilio Chuſi. Huic hiſtoria videtur alludere titulus: Sed potiùs agit de ſignificato, quàm de ſignificante. Achitophel interpretatur ruina fratris: Chuſi, ſecretum, vel ſilentium: Gemini, dexter. Per Achitophel intelligitur Iudas, qui tradidit

Hiſtoria. *Alleg.*

fratrem suum, id est, Christum, qui frater dicitur, vt *Ioan.*20. d. Vade ad fratres meos, &c. & illud *Rom.*8. f. Primogenitus in multis fratribus. Per Chusi ergo filium Gemini, id est, consilio suæ secreto Dei, quo sacramentum Incarnationis occultabatur, Dauid, id est, Christus, ruinam fratris, id est, scelus Iudæ conuertit in misericordiam. Hoc secreto excæcata est Synagoga, & plenitudo gentium intrauit, & postea excæcatis gentibus, Israel saluus erit. Hæc duo secreta nobis sunt occulta. Vnde Apostolus *Rom.*11. d. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Sed primum secretum nobis est manifestum, scilicet, Incarnatio, Iudæis verò occultum. Est ergo

*Rom.*11. *d.*

al. † erue.

Domine *a* Deus *b* meus in *c* te speraui, *d* saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & † *e* libera me. *f* Nequando rapiat *g* vt Leo *h* animã meam dũ nõ *i* est qui redimat, *k* neque qui saluum faciat. *l* Domine Deus meus si *m* feci istud, si est *n* iniquitas in manibus meis. Si *o* reddidi retribuentibus mihi mala, *p* decidam † *q* meritò ab *r* inimicis meis *s* inanis.

al. † ergo.

sensus tituli, Psalm. iste dirigens nos in finem Christum, est Dauid, id est, cuiuslibet fidelis, quem decantauit Domino, id est, ad honorem Domini, pro verbis Chusi filij Gemini, id est, dexteræ, scilicet, Dei, à quo propitio & dextero, processit illud silentium, id est, secretum. Et nota quod duplex est silentium, bonum & malum. Est bonum silentium studij, de quo *Isa.*8. b. Aquæ Siloe vadunt cum silentio. Item silentium pacis, *Apoc.* 8. a. Factum est silentium in cœlo. Fuit autem malum silentium ante Christi Passionem. Tunc enim fuerunt auditores, sed non doctores. Fuit autem silentium huic contrarium, scilicet, quando fuerunt doctores, sed non auditores, id est, obedientes. In medio istorum venit Christus, *Sapient.*18. c. Cum medium silentium continerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, &c. Quinque sunt partitiones. Primò petit liberari à persecutionibus. Secundo petit, vt gloria Resurrectionis Christi subueniat, *ibi*: Exurge Domine. Tertiò agit de iudicio regressi, *ibi*: Dominus iudicat populos. Quartò metu futuri iudicij terret, *ibi*: Deus iudex. Quintò læta conclusio ponitur de confessione laudis, *ibi*: Confitebor. Potest autem *Psalm.* iste ad literam exponi de Dauid, vt scilicet, loquatur Dauid in persecutione illa Absalonis constitutus.

Duplex est silentium.

Partitio Psalmi.

Mystic.

Sed quia hoc planum est, circa mysterium intendamus, quia in præcedenti Psalmo egit Propheta de pœnitentia, & Pharao contemptus surgit in scandala, vt dicit *Gloss.* super Exod. Ideo petit Propheta hic in persona fidelis, generaliter liberari à persecutionibus Dæmonum: Vnde captans beneuolentiam à persona iudicis commendat eum à potentia, *ibi*: Domine. Item à benignitate, *ibi*: Deus meus. Et subiungit meritum, *ibi*: In te speraui, & ideo saluum me fac. *Zach.*8. c. Conuertimini ad munitionem vincti spei. Et ostendit, quòd triplici necessitate petit liberari. Primò propter multitudinem hostium, *ibi*: Ex omnibus, &c. *Psal.* 68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Secundò, propter crudelitatem eorundem, *ibi*: Nequando rapiat vt Leo. Tertiò propter defectum auxilij, *ibi*: Dum non est qui redimat. Dicit ergo: O *a* Domine.] per potentiam.

b Deus meus.] per creationem. Vel sic, Domine, per redemptionem. Tunc enim Dominus noster fuit, quando nos ita carè emit. Deus, per creationem. Meus, per saluationem. Tunc enim verè noster erit, quando nobis erit omnia in omnibus. Vel, Domine, quantum ad futuri iudicij potestatem, *Psalm.*9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Deus, quantum ad creationem. Meus quantum ad recreationem. *c* In te speraui.] non in alio. *Eccles.*2. c. Nullus sperauit in Domino, & confusus est. *d* Saluum me fac ex omnibus persequentibus me,] scilicet, vitiis, Dæmonibus, & malis hominibus. *e* Et libera me,] liberum faciendo, scilicet, dando Spiritum sanctum, quia vbi spiritus Domini, ibi libertas, 2. *Corinth.* 3. d. *f* Nequando,] id est, ne aliquando. *g* Rapiat vt Leo animam meam,] scilicet, Diabolus, qui tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, 1. *Petr.*5. c.

*Coloss.*3. *b*

Diabolus dicitur Leo propter nouem.

Nota, quòd Diabolus dicitur Leo propter multa. Primò propter superbiam. *Iob.*41. d. Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ. Secundò, propter fortitudinem. Vnde *Iob.* 41. d. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret. Tertiò propter atrocitatem. *Ierem.*6. f. Crudelis est, & non miserebitur. Quartò propter audaciam. *Iob.*41. c. Non fugabit eum vir sagittarius. Vnde ex nimia audacia præsumpsit Dominum tentare. *Matth.*4. a. Quintò, quia est horribilis. *Abac.*1. b. Horribilis & terribilis est. *Ioelis* 2. b. Sicut populus fortis præparatus ad prælium, à facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam. Sextò, propter velocitatem. *Abac.*1. c. Velociores lupis vespertinis. Septimò, propter fœtorem, *Iob.*41. b. De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atque feruentis. Octauò, quia naturaliter timet leo gallum album, & ignem, sic Diabolus Prædicatorem, qui dicitur gallus. *Prou.*30. d. Gallus succinctus lumbos. Item timet ignem, *Matt.*8. d. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei, venisti huc ante tempus torquere nos? Nono, quia quando ægrotat, quærit simiam & comedit; sic Diabolus hypocritas, qui sicut simiæ, bonis in exterioribus se conformare volunt. Hoc significatum est 3. *Reg.*10. d. quod classis Salomonis deferebat de Tharsis simias.

De pœn. dist. 2. *§. opponetur.*

h Animam.] Non curat Diabolus de corpore. *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Vnde *Greg.* Nihil se fecisse æstimat, cùm animam non sauciat. Et nota, quòd iste plus curat de anima, quàm de corpore. Vnde *Senec.* Contemptus sui corporis certa libertas est. Et *Greg.* Debilitatio hostis, confortatio ciuis. *i* Dum non est qui redimat.] peccata tollendo, nisi tu qui proprio sanguine redemisti. *Isa.*43. d. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates. *k* Neque qui saluum faciat,] vitam donando, nisi tu qui vitam resurgendo reparasti. *Isa.*43. c. *l* Domine Deus meus, &c.] Hic ponit meritum, quia innocens, & patiens. Ad literam dicit Dauid: Quæ sequuntur accidant mihi. *m* Si feci istud,] id est, si merui, quòd filius meus persequeretur me.

Ad literam.

Vel mysticè Iustus sic dicit (Nec est execratio, vel obsecratio, sed prædictio) Domine Deus meus si feci istud, id est, quodlibet mortale peccatum, quia, istud, pronomen generale est, & quodlibet potest demonstrare. Vel, Si feci istud, id est, peccatum superbiæ, quod causa significantiæ per pronomen significatur, quia est maximum: Sicut dicitur: Quisquis fuit ille Deorum, id est, maximus. Vnde *alibi*: Emundabor à delicto maximo, id est, superbia. Vnde & dicitur radix omnium malorum. *Ecclesiastic.* 10. b. Initium omnis peccati superbia: Duabus de causis. Vna, quia Angelus cecidit per illud. Alia, quia sicut radix difficillimè euellitur, ita hoc vitium. Quia etiam de aliis virtutibus, immò etiam de sua opposita virtute, scilicet, humilitate, nasci solet. Vnde dicit *Gregorius*: Valde cauendum est vitium, quod de victoria surgit vitiorum. Et *alibi*: Magna virtus est humilitas, quâ palliari petit superbia ne vilescat. Si feci istud. Ideo etiam dicitur, non illud, quod demonstrat rem remotam: sed, istud, quod demonstrat rem proximam. Et nota, quòd non dicit, si feci superbiam, sed, si feci istud, & hoc propter vilitatem ipsius superbiæ, quæ non est digna nominari. [Feci.] Nota hoc, quia plus est facere, quam esse: Et sicut supra ostendit suam triplicem necessitatem, ita hic ostendit, vel prætendit triplex meritum. Primò humilitatem suam hic, Si feci istud, supple mihi malè accidat. Secundò, ostendit suam innocentiam, subdens. *n* Si est iniquitas in manibus meis,] id est, crudelitas, vel etiam, aliquod mortale contrarium æquitati in operibus meis. Tertiò, prætendit suam patientiam dicens.

Mystic.

o Si reddidi, &c.] Nota quòd quadruplex est lex: Carnis, mentis, Diaboli, Dei. Lex carnis, est voluptas: Mentis, æquitas: Diaboli, iniquitas: Dei, charitas. Lex carnis, est mala pro malis reddere: Lex mentis, bona pro bonis: Lex Diaboli, mala pro bonis: Lex Dei, bona pro malis, quam ipse dedit *Matthæi* 5. g. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Is est ergo sensus: Si reddidi, &c. id est, si processi secundùm legem carnis.

p Decidam, &c.] Simile *Iob.*31. a. Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, &c. Nota, quòd patienter sufferre ab his quibus aliquis nocuit, magnum est: Ab his, quibus non nocuit, maius: Ab his, quibus profuit, maximum. Quod hic innuit de se: Si reddidi retribuentibus mihi mala: quasi dicat, ego retribui primò bona, & ipsi econtra mala. Et, si ego reddidi, &c. Decidam, &c. *Iob.* 31. c. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui, quòd inuenisset eum malum: *Prou.*25. c. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi aquam bibere, prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Et enumerat hic quinque pœnas. Prima est seruitus, ex hoc quod vincitur à Diabolo, *ibi*: Decidam, superatus.

q Meritò,] id est, iustè, *r* Ab inimicis meis.] 2. *Petr.*2. d. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Secunda est euacuatio ab omni bono, *ibi*: *s* Inanis.] *Luc.*1. e. Et diuites dimisit

misit inanes. Tertia est instantissima tentatio Diaboli, *ibi*: *a* Persequatur inimicus, &c.] Persequitur autem duobus modis Diabolus peccatorem, scil. difficultatem benè operandi ingerendo, & delectationem in peccatis proponendo, *ibi*: *b* Et comprehendat.] Et hæc est quarta pœna, scil. illaqueatio. De primo *Ps.* 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia, id est firmamentum, vel firmitas benè operandi. De secundo *Num.* 25. a. quòd de consilio Balaam mulieres Moabitides deceperunt filios Israel.

a Persequatur inimicus animam meam & *b* comprehendat, & *c* cóculcet in terra vitam *d* meam, & *e* gloriam meam in *f* puluerem deducat. *g* Exurge Domine in *h* ira tua, & *i* exaltare in finibus inimicorum meorum. Et *k* exurge Domine Deus meus in *l* præcepto quod mádasti, & † *m* synagoga populorum *n* circundabit te. Et *o* propter hanc in *p* altum *q* regredere, *r* Dñs iudicat populos.

Al. † congregatio.

Quinta est vilificatio per iterationem peccati, *ibi*: *c* Et conculcet in terra,] id est, in amore terrenorum. *d* Vitam meam,] id est animam meam. *Eccl.* 9. b. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Prætereuntes, sunt Dæmones, qui dicunt *Isa.* 51. g. Incurua te vt transeamus. *Iob* 18. c. Calcet super eum quasi Rex interitus, id est Diabolus. Sexta est dissipatio imaginis Dei in homine. Vnde sequitur, *e* Et gloriam meam,] id est rationem meam, secundum quam factus sum similis Deo. Et in hoc est gloria mea. Hanc inquam gloriam. *f* In puluerem deducat,] id est in vanitatem, & in nihilum. In hoc sensu accipitur *ibi*: Tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. Sed quia non feci, non deducet. Attende, quòd duo suprà optat fidelis, dum dicit: Decidam, &c. Optat enim sibi casum, si hoc fecit, & inimicis suis statum. De iustitia optat sibi ruinam, de charitate illis bonum: Desiderat enim de iustitia deorsum cadere per separationem, & sic illos stare, vel sursum ferri. Inanis, id est sine substantia boni & veritatis, & ordinis: In terra enim est vanitas, in cœlo substantia: Vnde *Ps.* 38. Et substantia mea apud te est: Ergo in inferno maxima inanitas. Quod autem sequitur: Persequatur, &c. potest legi, vt sit determinatio huius casus. Persequatur, per suggestiones. Comprehendat, per consensum. Conculcet, per actum. Et gloriam meam in puluerem deducat, per consuetudinem, inimicus, id est Diabolus: de quo *Matth.* 13. d. Inimicus homo hoc fecit, id est Diabolus, qui dicitur homo non ratione naturæ, sed ratione qualitatis, vel ab homine deuicto. Gloriam, est gloria creationis, 1. *Cor.* 11. b. Vir est imago, & gloria Dei. Item gloria recreationis, 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Item gloria vanitatis, *Ioan.* 5. g. Quomodo potestis credere, qui gloriam abinuicem quæritis? Item gloria veritatis, *Psal.* 144. Gloriam Regni tui dicent: & de qua hic. Item nota, quòd est puluis materialis, de quo *Genes.* 3. d. Puluis es, & in puluerem ibis. Item est puluis culpæ. *Isa.* 65. d. Serpenti puluis panis eius. Et est puluis pœnæ, de quo hic. Et est puluis gratiæ, de quo *Cant.* 3. c. Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? *g* Exurge Domine, &c.] Hæc est secunda pars, in qua petit vt gloria resurrectionis Christi subueniat. [Continuatio, quasi dicat, si hoc quod *supra* dixi, fiat: Exurge, id est veni in carnem, qui videris dormire. Sed videtur quod deberet differre: Descende, per Incarnationem. Vnde *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Item *Ioan.* 3. b. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Solutio. Ascensio eius per Incarnationem, fuit eius manifestatio, sicut est de aurora, *Isa.* 19. a Ascendet Dominus super nubem leuem, *h* In ira tua,] id est, appare in carne contra inimicos. Sed videtur quòd malè exponatur hoc de primo aduentu, qui non fuit in ira, sed in misericordia, secundus autem erit in ira. Solutio. In ira dicitur aduersus Diabolum, non aduersus homines. Vel dicitur propter incredulos, quibus incarnatio non profuit, secundùm quod dicit *Aug.* Magna est ira Dei, quando medicina versa est in venenum, de qua *Eccl.* 43. Medicina omnium in festinatione nebulæ. Primò ergo petit liberari à malis supradictis per Incarnationem Christi, cùm dicit: Exurge in ira, &c. Secundò petit dilatationem Regni Christi, cùm subdit.

Supra 1.

Supra proximo versu.

Gloria multiplex.

Puluis multiplex.

i Et exaltare in finibus inimicorum meorum.] In finibus, id est in terminis, *Luc.* 11. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet: Si autem fortior eo superuenerit, & vicerit eum, vniuersa arma eius auferet. *Gen.* 22. d. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Sed quia nihil profuisset eius Incarnatio, nisi Dominus resurrexisset. Ideò tertiò petit resurrectionem, *ibi*. *k* Et exurgere Domine Deus meus,] a mortuis. Et nota, quòd ter dicit in hoc Psalm. Domine Deus meus, vt notetur Trinitas: Et hic tertio loco ponitur, q. d. virtute Trinitatis, exurge. *l* In præcepto quod mandasti,] id est merito humilitatis, quam implesti in passione obediendo Patri vsque ad mortem. Et hoc est præceptum quod mandauit Dominus, sc. humilitas, quod ipse primus impleuit, & ideò in eo, id est merito illius resurrexit, *Phil.* 2. a. Humiliauit semetipsum, factus obediés vsque ad, &c. Propter quod & Deus, &c. Vel potest etiam hoc quod dicit: Exurge in præcepto, &c. de Incarnatione exponi, sicut dixi: Exurge in ira, &c. id est, manifesta te in carne. Sed qualem? Humilem. Et hoc est: Exurge in præcepto humilitatis. Quod mandasti, *Matth.* 11. d. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et nota differentiam inter præceptum, & mandatum. Lex noua præcipit quasi præsentialiter, sed vetus mandat quasi absens. Est ergo sensus: Exurge in præcepto, & id est humilis appare, & quòd aliis præcipis, imple, *Isa.* 53. a. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, &c. *m* Et synagoga,] hoc potest referri ad primam lecturam sic: Exurge in præcepto, &c. id est resurge: Et sic, synagoga, id est congregatio populorum credens te verum Deum esse: *n* Circumdabit te,] id est, colliget se ad te, *Isa.* 2. a. Eleuabitur super colles, calcando mortem in Resurrectione: Et fluent ad eum omnes gentes per fidem. Vel secundùm secundam lecturam sic: Exurge in præcepto, &c. id est, appare humilis in humanitate, si facis quod aliis præcipis, & prædicas. Et ex hoc, Synagoga populorum circumdabit te: Quidam amando, secundum illud *Isa.* 60. a. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Quidam persequendo, & contemnendo, secundùm illud *Iob* 16. c. circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos. Quartò, petit Ascensionem, subdens. *o* Et propter hanc,] Synagogam scil. *p* In altum,] id est in cœlum. *q* Regredere,] scil. propter vtilitatem eius, *Ioan.* 16. b. Expedit vobis vt ego vadam: si enim, &c. *Mich.* 2. d. Ascendet pandens iter ante eos. Ecce duæ vtilitates, scil. missio Spiritus sancti, & præparatio viæ. Regredere, *Psal.* 8. A summo cœlo egressio eius, & occursus, &c. *Ioan.* 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem: Ecce regressio. Primò enim Dominus descendit in carnem, & sic fecit quasi lineam, & cùm ascendit, aliam, & vnum angulum. Iterum descendet, & ascendet, & sic erunt quasi tres anguli, in quo Trinitas notatur. Nota quod est triplex regressio Domini. Vna corporalis, quâ ipse regressus est resurgendo, & ascendendo. Regredi enim est, vt ait Cassiodor. ire per viam qua venerat. Duæ spirituales. Vna quæ pertinet ad bonos, qua ipse regreditur ad tempus se subtrahendo, vt omnipotétem, & incomprehensibilem se esse ostendat, & vt magis desiderium accendat. *Cant.* 6. b. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Et 8. d. Fuge dilecte mi, &c. Alia quæ pertinet ad malos, qua ipse regreditur, se ab illorum notitia subtrahendo. Vel sic: *g* Exurge Domine in ira tua,] contra homines, id est irasceris eis ne te intelligant, & ita te crucifigant. Vnde ait, *i* Et exaltare in finibus inimicorum meorum,] id est, altus ab eis efficere, vt te non intelligant. Vnde etiam addit: *k* Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti,] id est, in humilitate altus esto. Et quia humilis eris, non intelligent te, vnde crucifigent. Et quia in te non credent Iudæi, qui te crucifigent, credent in te gentes. Vnde addit. *m* Et synagoga populorum,] id est Ecclesia gentilium. *n* Circumdabit te,] credendo, *o* Et propter hanc, id est, quia ista iterum te offendet. *p* In altum regredere,] id est, redi ad synagogam Iudæorum, & desine intelligi à gentibus, quia excæcato pariete de gentibus, omnis Israel saluus fiet per prædicationem Eliæ, & Enoch, & tunc Dominus veniet iudicare. Vnde addit. *r* Dominus iudicat populos,] quod etiam primæ expositioni benè competit: Quia in Ascensione dictum est Apostolis, *Act.* 1. b. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet. Ideo postquam dixit de Ascensione, In altum regredere, subdit de Iudicio: Dominus iudicat populos. Et est hæc tertia pars, vbi agit de iudicio regressi, id est Christi, de cuius regressione supra dictum est: Et hoc est, Dominus iudicat, id est iudicabit populos, id est omnes, viuos & mortuos, *Isa.* 3. d. Stat ad iudicandum Dominus, &c. Quod iudicium non timens perfectus audet dicere. *a* Iudica me Domine, &c.] Non autem loquitur

Differentia inter præceptum & mandatum.

Domini regressio triplex.

Aliter.

loquitur hic pœnitens, qui ſuprà dixit: Saluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Sed perfectus adeptâ iuſtitiâ dicit: Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, in bonis faciendis. *b* Et ſecundum innocentiam meam,] id eſt, in malis fugiendis. Sed videtur hic malè petere duabus rationibus. Primò, quia petit iudicari. Vnde *Amo* 5. e. Væ deſiderātibus diem Domini. Secundò, quia petit iudicari ſecundum iuſtitiam ſuam. *Iob* 25. b. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. *Iſa.* 64. c. Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. Sol. ad primum, Væ deſiderantibus ex præſumptione, & non ex ſpe, ſicut iſte deſiderat. Ad ſecundum: Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius, ſupple ex ſe, ſed ex gratia. Et ideo ſubdit hic. *c* Super me, quaſi dicat, hæc iuſtitia, & innocentia ſunt ſuper me, id eſt, non ex me, ſed à Deo, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum, *Iac.* 1. c. Et quia ante Iudicium conſummata erunt peccata Amorrhæorum, de quibus *Gen.* 15. d. ideo addit.

a Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum *b* innocentiam meam *c* ſuper me. *d* Conſummetur nequitia peccatorum, *e* & diriges iuſtum, *f* ſcrutans corda, & *g* renes Deus. *h* Iuſtum † adiutorium meum à Domino, *i* qui ſaluos facit rectos corde. *k* Deus Iudex *l* iuſtus, *m* fortis, & † *n* patiens, † *o* nunquid iraſcetur per ſingulos dies. Niſi † *p* conuerſi fueritis, *q* gladium ſuum † vibrabit,

d Conſummetur nequitia peccatorum,] quia iuſtum eſt, vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, *Apoc.* vlt. c. Vt iam veniat iuſtum iudicium, quia non minus peccant qui præcepta Dei contemnunt, quàm qui Chriſtum crucifixerunt. Et magis peccant qui Chriſto detrahunt ſedenti ad dexteram Patris, quàm qui crucifixerunt eum in terris. Nota, quod eſt conſummatio ſecundum veritatem Scripturæ: Vt *Eccl.* 43. d. Conſummatio ſermonum ipſe eſt. Et conſummatio operationis, quæ fuit in Domini Paſſione. *Io.* 19. f. Conſummatum eſt. Et eſt conſummatio in malo: & hæc erit, quando homo nequiſſimus ſe faciet credi Deum, de qua addit hic: Conſummetur, &c. Vel, Conſumetur, alia litera, id eſt, annihilabitur. Sed interim. *e* Diriges iuſtum,] quia impius viuit pio. Diriges, id eſt, rectum facies amouendo gibboſitates, & aſperitates. *Greg.* Peccata proximorum, frixoria ſunt iuſtorum. *Aug.* Non permittit Deus in republica fieri malum, niſi ex eo eliciatur bonum. Et quia iſta directio latet homines propter hypocriſim, addit.

f Scrutans corda,] id eſt, quid quiſque cogitet. *g* Et renes,] id eſt, quid quemque delectet. Et in hoc notatur diſtrictio Iudicij, quaſi dicat, Dominus iudicat hoc modo, ſcrutans corda, & renes, id eſt, cogitationes, & delectationes, *Ierem.* 11. d. Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, & *Prou.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius, ſpirituum enim ponderator eſt Dominus. *Sophon.* 1. c. Scrutabor Ieruſalem in lucernis. Sed ſi Dominus ita diſtrictè ſcrutatur cogitationes, & affectiones, quid ergo de conſenſu, & opere, & conſuetudine, & contemptu? Et nota, quod qui ſcrutatur, ad diuerſa fertur, per quod notatur operum & circumſtantiarum conſideratio. Contra. *Ier.* 17. b. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Sol. Inſcrutabile eſt homini, non Deo.

h Iuſtum adiutorium meum à Domino.] Duo ſunt medicinæ genera: Vnum eſt ad ſanitatem quærendam, de quo pœnitens ſuprà egit. Alterum eſt ad ſanitatem conſeruandam, de quo perfectus hîc agit. Et eſt ſenſus: Iuſtum adiutorium, &c. id eſt, iuſtè conſeruat medicina ad ſalutem quam iam fecit.

i Qui ſaluos facit rectos corde,] id eſt, rectè cogitantes. Et nota, quod in hac ſerie poteſt notari triplex gratia. Primò proficiens, per hoc quod dicit: Diriges iuſtum. Secundò conſeruans contra tentationes, per hoc quod dicit: Saluos facit, &c. Item nota quod eſt triplex adiutorium Dei. Vnum ante pugnam, vt præparemur ad eam ſumendo arma. De quibus *Eph.* 6. c. Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. Et eſt adiutorium Dei in pugna, vt viriliter dimicemus & vincamus. Vnde in *Pſalm.* 34. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. Eſt tertium adiutorium poſt pugnam, vt adepto triumpho coronemur. *Pſalm.* 5. Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. De ſecundo adiutorio dicitur hic, quaſi non tantum dirigas, ſed iuues. Et dicitur iuſtum, quia ſolus Deus eſt adiutor. Item quia ex promiſſis & meritis, & quia adiuuat ſeruum, & etiam filium. Qui ſaluos fecit à culpa per gratiam, à tentatione per augmentum gratiæ, à pœna in gloria. Item per hoc quod dicit: Facit, notatur creatio. Per, ſaluos, recreatio. De quibus duobus *Iſa.* 43. b. Ante me non eſt formator Deus, ecce creatio. Et poſt addit: Abſque me non eſt ſaluator, ecce recreatio. Rectos corde, non tantum ore, ſicut multi, *Pſal.* 57. Si verè vtique iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra, quaſi dicat, cor habetis curuum in terram ad faciendum iniquitates, & diligendum vanitatem, non rectū in cœlo ad contemplandum æquitatem, & amandum bonitatem, ſicut *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. Nec mirum ſi ſalui fiunt recti corde, quia in tuto habitant, id eſt, in cœlo in Deo. *Phil.* 3. d. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. *Et Greg. ſuper Iob* 2. In altum mentem fixerat, & ideo ad eum inimicus irrumpere non valebat. Sunt enim recti corde, vt Aquila, quæ reuerberatis oculis intuetur Solem. De qua dicit *Iob* 39. d. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus.

k Deus iudex, &c.] Quarta pars, in qua terret metu futuri Iudicij, & ponit quatuor, quare iudicium timendum eſt. Primum, quia iudex omnia ſciet. Vnde dicit: Deus iudex, non homo, qui decipi poteſt, ſed Deus, qui omnia ſcit. Vnde *ſu*. Scrutans corda, & renes Deus. Secundum eſt, quia iuſtus erit, nec poterit corrumpi. Vnde dicit:

l Iuſtus.] *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Hæc duo ſæpè corrumpunt iudices. Vnde prohibentur. *Deut.* 16. d. Non accipias perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Tertium eſt fortitudo iudicis, quia quod iuſtè iudicauerit, potenter, & fortiter exequetur. Vnde addit.

m Fortis,] quia non poteſt impediri ab executione. *Iob* 9. b. Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt. Et poſt: Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. Quartum eſt patientia eius. Vnde dicit:

n Patiens,] quia non ſtatim punit, ſed nos ad pœnitentiam expectans vſque ad diem vltionis ſuſtinet. *Sap.* 9. d. Diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Eccleſiaſtic.* 5. b. Altiſſimus eſt patiens redditor. Et ideo ipſa eius patientia timenda eſt malis, quia eo ipſo quod expectauit eos Dominus ad pœnitentiam, & conuerti noluerunt, diſtrictius iudicabuntur, & duriùs punientur. *Threnor.* 1. e. Vocauit aduerſum me tempus. *Rom.* 2. a. An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei. *Gregor.* Tanto in iudicio diſtrictiorem iuſtitiam exhibebit, quanto in præſenti maiorem patientiam exhibuit. Et probat per effectum quod patiens eſt, ſubdens.

o Nunquid iraſcetur per ſingulos dies,] quaſi dicat, non. Vel alia *litera*: Non iram adduces per ſingulos dies, quod magis propriè dicitur, quia non in ipſo eſt ira quâ punit, ſed in Angelis malis, quibus punit, ſed non quotidie. Et nota quòd ira Dei dicitur punitio eius per gehennam, quæ timenda eſt, de qua loquitur hic. Item ira Dei dicitur inflictio pœnæ temporalis, quæ appetenda eſt. De qua *Ezech.* 16. e. Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius, quòd eſt ſignum reprobationis. Cùm verò ſic iraſcitur, ſignum eſt dilectionis, 2. *Machabæorum* 6. c. Etenim non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium. Nota, quòd in hoc verſu in Chriſto oſtenduntur eſſe quatuor virtutes Cardinales: Prudentia, per hoc quod dicit, Iudex. Ad prudentiam enim pertinet diſcernere, & iudicare, Iuſtus, ecce iuſtitia. Fortis, ecce Fortitudo. Patiens, ecce Temperantia. Quæ etiam in quolibet iudice requiruntur. Prudentia, ne decipiatur. Iuſtitia, ne flectatur. Fortitudo ne terreatur. Patientia, ſiue Temperantia, ne impetu ducatur, vel ad iram moueatur. Ne autem credatur iſta patientia Dei eſſe ex remiſſione, addit. *p*. Niſi conuerſi, & cæt.] dum ipſe patiens eſt. Conuerſi, dico, ad eum per pœnitentiam, qui auerſi eſtis per malitiam ab eo.

q Gladium ſuum vibrabit,] id eſt, Chriſtum in iudicio, qui dicitur gladius à diuidendo. *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium, veni enim ſeparare hominem aduerſùs patrem ſuum, & filiam aduerſùs matrem ſuam, & nurum, & cæt. id eſt, à mundano & car-

nali

De pœn. d. 2. c. opponitur, vltra med.

al. † dirige.

De pœn. d. 1. c. nunquid, Ne ſe ſe vac. c. 1. in princ.

al. † auxiliū.

Triplex conſummatio. Item eſt etiā conſummatio ſeculi. Heb. 9. g. Nunc autē ſemel in conſummationem ſeculorū. Item conſummatio ſanctorum. Eph. 4. c. Ad cōſummationem ſanctorum, &c. Item conſummatio iuſtitiæ. Sap. 15. a. Noſſe te conſummata iuſtitia eſt. Item conſummatio operum. Eccl. 38. c. Cor ſuum dabit in conſummationem operum. Item conſummatio gratiæ. Apocal. 20. b. Donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima, quæ eſt in præſenti per gratiam. Secunda erit in futuro per gloriam. Item conſummatio dilectionis perfecta. Io. 17. d. Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum. Item conſummatio gloriæ. Heb. 11. g. Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.

al. † longanimis.

al. † non irā adducens.

al. † conuertimini.

al. † vibrauit.

Propter quatuor extremū Iudicium eſt timendum.

Duplex ira Dei. Quatuor virtutes Cardinales eſſe in Chriſto oſtendit. Iſtæ virtutes eſſe debent in quolibet iudice.

Chriſtus dicitur gladius.

nali amore. Iſte gladius in primo aduentu tectus fuit vagina noſtræ mortalitatis, ſed in ſecundo veniens in Maieſtate, & gloria coruſcabit. Vel gladius vibratus, dicitur comminatio pœnæ gehennalis, quæ gladius dicitur *Iob* 19. d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum eſt gladius, & ſcitote eſſe iudicium, *Deutero.* 32. f. Gladius meus deuorabit carnes, id eſt, carnales homines. *Iſa.* 27. a. In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti. Sed multi non timent hanc vibrationem. *Iob* 41. d.

a arcum ſuum tetendit, & *b* parauit illum. Et in *c* eo parauit *d* vaſa mortis, *e* ſagittas ſuas *f* ardentibus † *g* effecit. *h* Ecce parturit iniuſtitiam, *i* concepit † dolorem, & *k* peperit iniquitatẽ.

al. † operatus eſt.
al. † laborẽ.

Deridebit vibrantem haſtam. Hoc eſt ſecundùm Gregor. comminationem pœnæ æternæ non metuet [vibrabit] *Iſa.* 9. Adhuc manus eius extenta. *Deut.* 32. f. Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea. *Zach.* 9. d. Exibit vt fulgur gladius eius. Et ne hoc videatur eſſe proditio, ſubdit.

a Arcum ſuum tetendit:] Arcus eſt ſacra Scriptura. *Iob* 29. d. Arcus meus in manu mea inſtaurabitur. Arcus in manu, eſt Scriptura in operatione. Arcum in manu tenet, qui quod intellectu percipit, operatione perficit. Hunc arcum tetendit, quando vetus Teſtamentum per nouum adimpleuit, & eius duritiam inclinando emolliuit.

Arcus dicitur ſacra Scriptura.

b Et parauit illum] quando per Expoſitores explanauit. In arcu enim ſunt duo. Lignum, & chorda. Chorda quæ eſt mollis, eſt nouum Teſtamentum. Lignum eſt duritia veteris Teſtamenti. Tunc autem dicitur arcus tendi, quando mollis chorda trahit, & flectit lignum. Tunc autem parari dicitur, quando ſagitta aptatur chordæ, & ligno, quaſi ſtatim emittenda. Hoc autem fit per Expoſitores, qui ſententias, & comminationes ſacræ Scripturæ, veteri, & nouo concordantes, & ex eis prodeuntes citò venturas declarant. Sententiæ enim & comminationes ſunt ſagittæ. De qua paratione. *Pſalm.* 17. Reuelata ſunt fundamenta Orbis terrarum. Et alibi. *Pſalm.* 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus. Hoc autem fecit & Chriſtus, quando vetus per nouum non deſtruxit, ſed temperauit. *Matth.* 5. b. Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Et nota quòd eſt arcus exterior, & interior, inferior, & ſuperior. Exterior eſt ſacra Scriptura, de quo hic agitur. Et hic tenditur à Deo, vt dictum eſt, & emittit ſagittas prædicationis, & comminationis, vt dictum eſt, quibus ſagittantur peccatores. Vnde *Iſa.* 13. d. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficient. Medi interpretantur menſuratores, & ſignificant Prædicatores, qui menſurant triticum Domini. *Luc.* 12. f. Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram? Qui Prædicatores, ad literam, nec argentum quærere, nec aurum velle debent, ſed ſolum profectum animarum. 2. *Cor.* 12. e. Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Et ſagittis comminationum interficere debent paruulos, id eſt, primos motus in auditoribus. Arcus interior, eſt bona intentio. De quo *Pſalm.* 17. Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. *Gloſſ. ibi*, id eſt, dediſti mihi infatigabilem intentionem bonorum operum. Hic tenditur ab homine iuſto, & emittit ſagittas bonorum operum, quibus ſagittatur Diabolus. De quo poteſt exponi illud *Iob* 29. d. Gloria mea, ſcil. conſcientiæ, ſemper innouabitur, & arcus meus, id eſt, bona intentio, in manu mea inſtaurabitur, id eſt, in operatione confirmabitur. *Matth.* 12. c. Bonus homo de bono theſauro profert bona, quaſi dicat, bonas ſagittas de bona pharetra. Arcus inferior, eſt dolus, & inſidiæ malorum. De quo *Pſalm.* 45. Arcum conteret, & confringet arma. Hic tenditur à Diabolo, & emittit ſagittas perſecutionis. Vt patet ad literam in Beato Sebaſtiano, quem ſagittauerunt iniqui. Et de omnibus Martyribus dicitur ad *Hebr.* 11. g. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, &c. *Pſalm.* 63. Subitò ſagittabunt eum, & non timebunt. Arcus ſuperior, eſt rigor iudicij. *Iob* 20. d. Fugiet arma ferrea, & incidet in arcum æreum. Hic à Chriſto homine tenditur, & emittit ſagittas mortis. *Matth.* 25. d. Ite maledicti in ignem æternum. De primo autem de quo hic loquitur, ſubdit.

Arcus quadruplex.

c Et in eo parauit, &c.] id eſt, in ſacra Scriptura diſpoſuit hæreticos futuros, qui ex Scripturis malè expoſitis venenant & occidunt animas. Vel.

d Vaſa mortis] id eſt, quædam obſcura loca Scripturæ, vnde mors eſt in ipſis hæreticis. *Pſalm.* 106. Errare eos fecit in inuio, & non in via, permiſſiuè. Vel [Vaſa mortis:] id eſt, comminationes quo ad malos, & quo ad hæreticos. Vel [Vaſa mortis:] id eſt, Apoſtolos, qui occaſionaliter ſunt vaſa mortis, ſecundùm illud 2. *Cor.* 2. d. Aliis ſumus odor mortis in mortem.

e Sagittas ſuas,] id eſt, auctoritates ſacræ Scripturæ de dilectione Dei acutas, *Cant.* 4. c. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. Alia litera, vulnerata charitate ego ſum. *Pſalm.* 119. Quid detur tibi, aut quid, &c. Et reſpondet: Sagittæ potentis acutæ.

f Ardentibus,] charitate auditoribus.

g Effecit,] id eſt fecit, vt ſint eis vtiles. Vnde ardens ſponſa dicit *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Vel [Sagittas effecit ardentibus,] id eſt, ad hoc vt arderent homines igne charitatis. *Luca* 12. f. Ignem veni mittere in terram, &c. Vel [Ardentibus Prædicatoribus: Sagittas ſuas, id eſt, verba prædicationis, ſecundùm quod dicit *Gregor.* in eo quòd vitia feriunt, malè viuentium corda transfigunt. Effecit, vt proficerent, *Eccleſiaſt.* 48. a. Surrexit Elias, quaſi ignis, quia verbum ipſius quaſi facula ardebat. 2. *Reg.* 1. d. Sagitta Ionathæ, id eſt, Prædicatoris ardentis, nunquam abiit retrorſum. Ionathas interpretatur donum Columbæ, & charitas donum eſt Spiritus ſancti.

h Ecce parturit iniuſtitiam, &c.] Suprà dixit, quòd Dominus parauit vaſa mortis, vnde poſſet quis dicere, quòd Dominus eſſet auctor mortis, & peccati. Hoc remouet hic dicens: Ecce, quaſi in euidenti eſt, quod non Deus, ſed homo, quia homo concepit. Sic ordina: Concepit, malum concupiſcendo, parturit, conſentiendo, & machinando, parit, opere perpetrando.

i Concepit dolorem,] id eſt, appetitum temporalium, in quo eſt dolor, quia eſt labor in acquirendo, timor in poſſidendo, dolor in amittendo. Vnde dicuntur ſpinæ *Matth.* 13. c. Iſtum dico dolorem concepit ad ſuggeſtionem Diaboli. Et dicit, concepit dolorem, vt ſic ipſo verbo inuitet ad fugam peccati, & vt ſignificet peccatum non poſſe expiari, niſi per dolorem. Parturit iniuſtitiam, id eſt, maximo labore niſus eſt efficere. *Ierem.* 9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt, *Iſa.* 57. d. Cor impij quaſi mare feruens.

k Et peperit iniquitatem,] malè operando: Et nota differentiam inter iniuſtitiam, & iniquitatem: ſicut enim iuſtitia eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt, & æquitas quantum ſuum eſt: Sic iniuſtitia eſt auferre quod ſuum eſt, iniquitas quantum ſuum eſt. Sed nota quòd primò dicit, parturit, & poſtea dicit, concepit, vt per huius literæ inordinationem, ſignificetur inordinatio peccati. Dicit enim *Auguſt.* quòd ex præpoſteratione literæ, notatur tranſgreſſio. Nota quòd eſt conceptio bona, quæ eſt à timore Domini. *Iſaia* 26. d. A facie tua Domine, vel timore, ſecundùm aliam literam, concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Eſt & conceptio mala, quæ eſt prima concupiſcentia, & eſt à Diabolo, quæ corrumpit animam, & impręgnat. Sed nota ordinem, ſcil. quomodo anima concipit peccatum à Diabolo, quia primò alloquitur animam per ſuggeſtionem. *Iudith.* 12. c. Non vereatur puella intrare ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius. *Gen.* 34. a. Sichem Dinam blanditus deliniuit. Contra quod dicitur *Prou.* 2. b. Conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur, id eſt, à Diabolo. Secundò, amplexatur, rationes inducendo. *Prou.* 7. d. Irretiuit eum multis ſermonibus, &c. Tertiò deoſculatur per delectationem. *Prou.* 27. a. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis, id eſt Diaboli, vt ibidem dicit *Interlin.* Hoc ſignificatum fuit 2. *Reg.* 20. c. vbi Ioab dixit Amaſæ: Salue mi frater, & tenuit manu dexterâ mentum Amaſæ quaſi deoſculans eum: Porrò Amaſa non obſeruauit gladium quem habebat Ioab, qui percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terram, & mortuus eſt. Ioab interpretatur inimicus, & ſignificat Diabolum, qui ſub ſpecie oſculi interficit animam. Quartò commiſcetur ei per conſenſum. *Sap.* 3. c. Fœlix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto. Quintò, concipit anima per propoſitum, & deliberationem peccandi. *Oſea* 9. c. Gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. *Sap.* 3. d. Ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Sextò, parturit in procuratione peccati, ſicut dicitur hic: Ecce parturit iniuſtitiam. *Iſaia* 37. a. Venerunt filij vſque ad partum, & non eſt virtus pariendi. *Geneſ.* 3. c. In dolore paries, &c. Septimò, parit in operis expletione. 1. *Reg.* 4. d. dicitur, quòd audita morte Phinees, incuruauit ſe,

Differentia inter iniuſtitiã & iniquitatẽ.

Conceptio duplex.

Quomodo anima concipit peccatum à Diabolo.

Hiſtoria.

ſe vxor eius, & peperit Icaboth. Per Phinees intelligitur Prælatus, per vxorem eius, fidelis anima, quæ audito peccato Prælati, incuruat ſe ad exemplum eius, & parit Icaboth, qui interpretatur, cecidit gloria, vel tranſlata eſt gloriatio : & ſignificat peccatum. Octauò lactat eum duobus vberibus, ſcilicet ſpe redeundi, & comparatione aliorum. *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos, *Iob* 3. b. Cur lactatus vberibus? De primo vbere *Soph.* 2. d. Vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari. De ſecundo *Eccleſ.* 32. c. Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundùm voluntatem ſuam inueniet comparationem. Nonò, in peccato roboratur propter ſatisfaciendi timorem. *Pſalm.* 13. Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor. Decimò ablactatur in peccati defenſione. *Iob* 41. a. Corpus eius, id eſt, Diaboli, quaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſeſe prementibus. Vndecimò, deportatur, & deducitur per iactantiam. *Iſa.* 3. b. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt.

al. † labor.

a Lacum aperuit, & *b* effodit eum, *c* & incidit in foueam quam fecit. *d* Conuertetur † dolor eius in *e* caput eius, & in *f* verticem ipſius *g* iniquitas eius deſcendet. Confitebor *h* Domino, ſecundùm *i* iuſtitiam eius, & *k* pſallam *l* nomini Domini *m* Altiſſimi.

In finem Pſalmus Dauid pro torcularibus.

PSAL. VIII.

DOmine *n* Dñs *o* noſter,

a Lacum aperuit : &c.] Hic dicit tria, contra tria prædicta, ſcilicet concepit, parturit, peperit. Illa tria prædicta referuntur ad culpam, hæc tria referuntur ad pœnam, ſcilicet, aperuit, effodit, incidit. Et ideo eſt hic recta ordinatio, ſupra non, quia in pœna eſt ordinatio, in culpa non. Dicit ergo, Lacum aperuit, ſupple Inferni, concipiendo.

b Et effodit eum] id eſt, ampliauit parturiendo.

c Et incidit in foueam quam fecit] pariendo. Quod per ſimile dicitur, quia ſicut ille qui cadit in foueam quam fecit, in hoc punitur in quo volebat alium lædere, ita qui facit peccatum, priùs ſibi nocet, & qui fraudem facit alij, priùs patitur damnum innocentiæ, quam alius pecuniæ. De hoc lacu dicitur *Zach.* 9. c. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. Vel lacum appellat ipſum peccatum. Propter multa enim dicitur peccatum lacus. Primò, propter obſcuritatem. *Pſalm.* 42. Collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſæculi. Secundò, propter profunditatem. *Pſalm.* 129. De profundis clamaui ad te Domine. *Eccleſ.* 51. a. De altitudine ventris Inferi, ſcilicet liberaſti me. Tertiò, propter fœtorem. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Quartò, propter exeundi difficultatem, *Prou.* 2. d. Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertuntur, nec apprehendent ſemitas vitæ. Iſtum lacum aperit homo, quando incipit peccare. Effodit, quando peccata multiplicat. Incidit in foueam, quando moritur in peccatis.

Peccatum dicitur lacus propter multa.

d Conuertetur dolor eius.] Continuatio. *Suprà dixit*: Concepit dolorem, & ideo conuertetur dolor eius : id eſt, appetitus ille qui dolor dicitur, vt ſupra dictum eſt.

e In caput eius,] id eſt, in mentem eius, quando pro eo punietur. *f* Et in verticem ipſius,] id eſt, in rationem.

g Iniquitas eius deſcendet,] id eſt, æterna pœna pro iniquitate. Ratio enim maximè punietur in Inferno, quia duplici pœna, igne, & verme. De quibus *Iſaiæ vlt.* g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Caro autem tantùm igne. Eſt enim quaſi regula, quòd maximum maximè punietur. *Sapien.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur. Rectè autem per verticem ratio deſignatur. Vertex enim, vt dicit Caſſiodorus, dicitur, eo quod capillos dextera læuaque vertat, & officium rationis eſt diſcernere. Propriè autem dicitur, conuertetur, &c. Peccatum enim ab interiori exteriùs egreditur, quia primò à corde. *Matth.* 15. b. A corde enim exeunt cogitationes malæ. Pœna autem è conuerſo ab exteriori ad interius ingreditur. Et ideo dicit hic de pœna, conuertetur, &c. Sed cùm vertex, & etiam ratio ſint in ſummo, videtur quòd malè dicat, in verticem ipſius, &c. ſed deberet dicere, aſcendet. Solutio. Per hoc innuit naturam peccati, eo quòd in peccato ratio cadit, & ſubmittit ſe ſenſualitati, cui deberet præeſſe. Spiritualiter autem hic notatur modus damnationis malorum Prælatorum, quia, Conuertetur dolor in caput Eccleſiæ, ſi malè præeſt : Et in verticem ipſius, id eſt, in Prælatum : Iniquitas, id eſt, pœna pro iniquitate eius, deſcendet. Prælatus enim caput, & vertex eſt Eccleſiæ. Et hic non ſolum pro ſuis, ſed pro peccatis aliorum punientur. Vnde *Numer.* 25. a. Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua, &c. Et iratus Dominus dixit ad Moyſen : Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis. Et, vt prætactum eſt, benè dicit : Deſcendet in verticem, quia tunc mali Prælati, qui modò ſunt ſuprà alios in honoribus, tunc erunt infimi in cruciatibus. Vnde dicitur *Oſeæ* 10. c. Congregabuntur ſuper eos populi. Ecce quòd infimi erunt, quando corripientur, id eſt punientur, propter duas iniquitates ſuas. Duas enim iniquitates habet malus Prælatus, propter quas punietur, propriam, ſcilicet quam geſſit, & ſubditorum quam non correxit. Et hic modus damnationis eorum habetur ab ipſo Domino dicente, *Iſaiæ* 22. e. Vade & dic ad Sobnam Præpoſitum Templi, &c. Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus, ſcilicet pedes ſurſum, & caput deorſum, ſecundùm illud *Iſaiæ* 14. d. Veruntamen ad Infernum detraheris in profundum laci. *Hieron.* Vnde incepit peccatum, inde ſupplicium: qui fuerunt primi in populis, primi punientur in pœnis.

h Confitebor Domino.] Quinta pars, vbi pro his omnibus promittit ſe laudare Deum. Et oſtendit materiam laudis, *ibi* : Secundùm iuſtitiam. Et modum, *ibi* : Pſallam. Et finem, *ibi*: Nomini Domini. Et cauſam, *ibi*. Altiſſimi. Dicit ergo, Confitebor Domino, confeſſione laudis, non peccati. Non enim ſunt hæc verba pœnitentis, ſed perfecti.

i Secundùm iuſtitiam eius,] id eſt, propter iuſtitiam, qua iuſtos protegit, & malos punit. Et non ſolùm confitebor ore, ſed

k Et pſallam] opere, quia vox ſine opere non placet. Nec ad gloriam meam, ſed

l Nomini Domini,] id eſt, ad honorem nominis Domini, 1. *Cor.* 10. g. Omnia in gloriam Dei facite. Et iuſtum, quia *m* Altiſſimi.] *Luc.* 2. b. Gloria in altiſſimis Deo.

EXPOSITIO PSAL. VIII.

DOmine Dominus noſter.] Titulus. [In finem Pſalmus Dauid pro torcularibus.] Senſus huius tituli talis eſt. Pſalmus iſte dirigens nos in finem, ſcilicet Chriſtum, eſt Dauid Prophetæ, ſcriptus pro torcularibus, id eſt, conſtitutionibus Eccleſiæ, ſignificatis per torcularia, quia ſicut in torculari ſunt duo, ſcilicet vinum, & acinum, & ad vltimum vinum reponitur in cellario, & acinum extra proiicitur : Sic & in Eccleſia ſunt boni, & mali, quos in fine ſeparabit Dominus, & reponet bonos in cellaria ſua, ſicut dicitur *Cant.* 1. a. Introduxit me Rex in cellaria ſua : Mali verò foras mittentur. *Apoc.* 22. *in* c. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, &c. Et recto ordine in hoc Pſalmo agit de conſtitutione Eccleſiæ, poſtquam in præcedenti Pſalmo egit de Chriſti Paſſione, in qua fundata eſt Eccleſia, ſecundùm quod dicit *Auguſtin.* Dormit Adam, vt fiat Eua, moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia. Hæc eſt ergo principalis materia huius Pſalmi, ſcilicet conſtitutio Eccleſiæ, & tamen cum hac agit de exaltatione Chriſti ſecundùm duas naturas. Intentio eſt confutare errorem Iudæorum dicentium Deum tantum in Iudæa notum eſſe, ſicut tangitur in *Gloſſ.* Et loquitur Propheta qui in vltimo verſu præcedentis Pſalmi promiſerat ſe laudaturum Deum, *ibi* ſcilicet : Confitebor, hic autem ſoluit promiſſum, laudans eum, & dicens : Domine Dominus noſter, &c. Duæ ſunt partitiones. In prima commendat eum ab operibus excelſis, & maieſtate. In ſecunda ab exaltatione humanæ naturæ, *ibi* : Quid eſt homo. In prima parte primò commendat eum à potentia, *ibi* : Domine. Secundò à largitate, *ibi* : Dominus noſter. Tertiò ab excellentia cognitionis eius, *ibi* : Quam admirabile. Quartò à dilatatione cognitionis, *ibi* : In vniuerſa terra. Quintò oſtendit cauſam excellentiæ, & dilatationis & cognitionis eius, ſcilicet Aſcenſionem Domini, *ibi* : Quoniam eleuata eſt. Sextò oſtendit per quos facta eſt dilatatio, quoniam per ſimplices, & idiotas, *ibi* : Ex ore infantium, &c. Septimo & octauo loco oſtendit duo quæ ſecuta ſunt, ſcilicet confuſio Iudæorum, *ibi* : Vt deſtruas, &c. Et conuerſio Gentium, & quorundam Iudæorum, in quibus conſtituta eſt Eccleſia, *ibi* : Quoniam videbo, &c. dicit ergo : Domine, &c. O Domine omnium per potentiam, & creationem, ſupple qui es *o* Dominus noſter,] per cultum,

Partitio Pſalmi.

tum & recreationem. *a* Quam admirabile eſt nomen tuum] ſupple in infinitum. *b* In vniuerſa terra] non in Iudæa tantum, ſicut dicebat Iudæus. *Ieronymus* autem ſic legit: Nomen tuum eſt admirabile, proprium nomen. Vnde *Iſa. 9.* b. Vocabitur nomen eius admirabile, conſiliarius, &c. Et illud admirabile repete: Quam admirabile eſt in vniuerſa terra, quaſi dicat in infinitum. Dicit etiam *Ieronymus*, quod vbi habemus Domine, Hebræus habet nomen Domini Tetragrammaton ineffabile. Et vbi habemus Dominus noſter, Hebræus habet Adonai.

al. † defenſorem.

quam *a* admirabile eſt nomen tuum in *b* vniuerſa terra. Quoniam *c* eleuata eſt *d* magnificentia tua ſuper *e* cœlos. Ex *f* ore infantium & lactentium *g* perfeciſti laudem propter *h* inimicos tuos, vt *i* deſtruas inimicū & † *k* vltorem

Myſtic.

Myſtice, vt ſuprà diximus, cùm dicit *n* Domine,] commendatur à potentia, & creatione omnium, quia Omnipotens eſt in ſe, debemus ei timorem; quia Creator noſter eſt, debemus ei honorem. De his duobus *Malach.* 1. b. Si ego pater ſum, vbi honor meus, & ſi Dominus ego ſum, vbi timor meus? Et benè ei debemus honorem, in quantum creator, quia in creatione hominem honorauit in tribus. In eo quòd eum fecit cum deliberatione. Vnde dicit: Faciamus hominem, non ſicut alias creaturas. Dixit, & facta ſunt. Secundò, in eo quòd eum fecit ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Tertiò in eo quòd eum præpoſuit omnibus creaturis. Vnde dicitur *Geneſ.* 1. d. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis vniuerſæ terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. Timorem autem ei debemus inquantum eſt omnipotens, ſicut dicit Dominus *Matt.* 10. d. Eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

Quare Deo debeamus timorem, & honorem.

o Dominus noſter.] In hoc, vt tactum eſt, commendatur à largitate, quæ maximè apparuit in recreatione, vbi verè Dominus omnium noſter fuit. *Iſa.* 9. b. Filius datus eſt nobis. *Ioan.* 3. b. Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Et in hoc verbo notatur largitas Dei in quatuor. Primò, quia dicit Deus *Pſal.* 51. Qui bonorum noſtrorum non eget. *Iob* 35. b. Si peccaueris, quid ei nocebis? Porrò ſi iuſtè egeris, quid ei donabis? Secundò, quia dicit Mundum, qui indignus eſt. *Matt.* 5. g. Qui facit Solem ſuum oriri ſuper bonos, & malos. Tertiò in hoc quod dicit, vnigenitum. *Rom.* 8. f. Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quartò, quia dicit daret, non venderet, vel accommodaret? *Iob* 28. b. Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.

Largitas Dei notatur in quatuor.

a Quam admirabile eſt nomen tuum.] Nomen Domini, filius Patris eſt. *Iſa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Item poteſtas. *Ioan.* 5. f. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, teſtimonium perhibent de me. Item, fama, *Cant.* 1. a. Oleum effuſum, nomen tuum: Admirabile eſt nomen, Filius propter humilitatem. *Philip.* 2. a. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens. Vnde loquebantur Moyſes, & Elias tanquam admirantes de exceſſu eius, quem completurus erat in Ieruſalem, *Luc.* 9. d. Admirabile eſt nomen: poteſtas, propter operum magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem. *Pſalm.* Mirabilia opera tua. Admirabile eſt nomen, fama: propter dilatationem. *Pſalm.* 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum.

b In vniuerſa terra.] Eſt terra viuorum, ſcilicet, cœlum. *Pſalm.* 141. Portio mea ſit in terra viuentium. Et *Iſa.* 15. c. dicitur de bonis. Quibus ſolis data eſt terra. Et de malo ſubditur: Non mittet in terra radicem ſuam. Et eſt terra mortuorum, ſcilicet, Infernus. *Iob* 10. d. Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum, &c. Eſt terra morientium, & viuentium, ſcilicet, Mundus iſte. In omnibus his eſt nomen Domini admirabile, quia in cœlo, ſecundùm illud *Iſa.* ſexageſimotertio, a. Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra; Eſt & admirabile in Inferno, ſecundùm illud *Pſalm.* 23. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Et eſt admirabile in Mundo. *Matth.* ſeptimo d. Admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Et *Mar.* 6. a. Admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia; Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur, &c.

De triplici terra.

In terra viuorum, eſt ſumma felicitas.
In terra mortuorum, ſumma infelicitas.
In terra morientium, & viuentium, proſperitas, & aduerſitas.

c Quoniam eleuata eſt.] Continuatio. Admirabile eſt, &c. Et ecce in quo, præcipuè, ſcilicet, in Aſcenſione.

d Magnificentia tua.] O Pater, id eſt, Filius tuus per quem magnificatus es, & quem magnificaſti. *Ioan.* 13. d. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Et ita per hoc quòd dicit, magnificentia, notatur in Chriſto vtraque natura. Notat enim actionem, & paſſionem ſecundum quod homo magnificatus, & clarificatus eſt à Patre, ſecundùm quod Deus clarificauit, & magnificauit Patrem. Hæc magnificentia eleuata eſt in Aſcenſione, ſecundùm illud *Abacuc.* 3. c. Sol & Luna ſteterunt, &c. Alia *litera*: Eleuatus eſt Sol, id eſt, Chriſtus, & Luna, id eſt Eccleſia, ſtetit in ordine ſuo.

e Super cœlos ad literam. Vel ſuper cœlos, id eſt, Apoſtolos, & viros ſpirituales, qui dicuntur cœli multis rationibus.

Apoſtoli & viri ſpirituales dicuntur cœli.
- Quia ſunt alti, *Philip.* 3. d. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. *Iob* 7. c. Suſpendium elegit anima mea, &c.
- Quia ſemper voluuntur, & nunquam retrocedunt. *Philip.* 3. c. Poſteriorum oblitus, ad anteriora me extendo. *Ezech.* 1. d. Animalia ibant, & non reuertebantur. E contrario mali facti ſunt retrorſum, & non in ante. *Ierem.* 7. c.
- Quia licet moueantur, nunquam tamen laſſantur. *Iſa.* 40. g. Current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.
- Quia mouentur ordinatè. 1. *Cor.* 14. g. Omnia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant. *Iob* 38. d. Nunquid noſti ordinem cœli, &c.
- Quia ab eis deſcendit pluuia doctrinæ. *Iſa.* 45. b. Rorate cœli deſuper. *Deut.* 11. b. Ne claudat Dominus cœlum, & pluuiæ non deſcendant.

Vel ſuper cœlos, id eſt, ſuper omnes rationales creaturas, Angelicas, ſcilicet, & humanas, 1. *Pet.* 4. d. Profectus in cœlum ſubiectis ſibi Angelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus. Vel ſuper cœlos, id eſt, Scripturas, quia excedit eloquia omnium Scripturarum quæ dicuntur cœli, quia celant diuina ſecreta, & quandoque reuelant. *Iſa.* 34. a. Complicabuntur ſicut liber cœli.

f Ex ore infantium, &c.] Hoc ad literam factum eſt, quando pueri Hebræorum cum ramis palmarum obuiam Chriſto venerunt, cantantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, *Matt.* 21. b. Vnde Dominus contra Iudæos murmurantes propoſuit hunc verſum, dicens: Num legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem, propter inimicos tuos confundendos. Vnde dixit eis *Luc.* 19. f. Si hi tacuerint, lapides clamabunt.

i Vt deſtruas inimicum.] Phariſæum, Iudæum.

k Et vltorem] id eſt, æmulatorem legis Moſaicæ. *Gal.* 1. c. Abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. Vnde alia litera habet, defenſorem.

Myſticè. *f* Ex ore infantium, & lactentium,] id eſt ſimplicium, qui ſugunt duo vbera, quæ ſunt duo Teſtamenta: de quibus *Cant.* 6. b. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. *Myſtic.*

g Perfeciſti laudem,] id eſt, perficies. Hoc impletum fuit, quando Apoſtolos viros ſimplices miſit Dominus prædicare: & impletur quotidie, quia tales ſimplices conuertunt animas ad Deum. 1. *Corinth.* 1. c. Placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. *Iſa.* 32. a. Cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur, & planè. *h* Propter inimicos tuos,] conuertendos quoſdam, & quoſdam confundendos. Inimici Domini, ſunt ſuperbi. *Pſal.* 73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Ipſi enim Dei gloriam, de qua *Iſa.* 48. b. Gloriam meam alteri non dabo: volunt auferre illi. *Iob* 15. c. Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt: Cucurrit aduerſus Deum erecto collo. Item inimici Dei ſunt, Mundi amatores, de quibus dicit *Iac.* 4. a. Quicunque voluerit amicus eſſe huius Mundi, inimicus Dei conſtituitur.

i Vt deſtruas inimicum & vltorem] id eſt, Antichriſtum, qui antonomaſticè dicetur inimicus Dei, & propter ſuperbiam, de qua 2. *Theſſ.* 2. a. Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in Templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Et propter amorem Mundi, quem ipſe maximè habebit. Vltor autē dicitur Antichriſtus, quia propter peccata hominum, exigentibus peccatis veniet. *Iob* 34. d.

Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi: propter, ergo dicit finem generalem, & propinquum, vt destruas, dicit finem specialem, & remotum. Vel, inimicum, appellat Antichristum, & complices eius, vltorem vero dicit Herodem, qui pueros interfecit. *a* Quoniam videbo] Continuatio. Dico, perfecisti laudem, & verè perficietur, Quoniam videbo, intellectu fidei, dicit Dauid in Prophetæ persona, vel in persona electorum.

Matth. 2. c.

al. † quas

> *a* Quoniam videbo *b* cœlos tuos *c* opera digitorum tuorum: *d* lunam, & *e* stellas † quæ *f* tu fundasti. *g* Quid est homo quod *h* memor es eius, aut filius *i* hominis quoniam *k* visitas eum? *l* Minuisti eum *m* paulo *n* minus ab Angelis, *o* gloria & honore *p* coronasti eum, & *q* constituisti *r* super opera manuum,

b Cœlos tuos,] id est Apostolos, de quibus *Iob* 26. d. Spiritus Domini ornauit cœlos, scilicet, in die Pentecostes. Cœlos dico, qui sunt.

c Opera digitorum tuorum] id est, totius Trinitatis. *Isa.* 40. c. Qui appendit tribus digitis molem terræ, id est, opere Trinitatis stabiliuit. Et signanter dicit Apostolos, non solum opera Dei, vel opera manuum Dei, sed digitorum. Sunt enim opera Dei communia, omnes creaturæ, de quibus solum dixit, & facta sunt. Opera vero manuum eius quasi specialia sunt homines & Angeli. Opera autem digitorum eius quasi singularia, & discreta, sunt Apostoli, in quibus fuit maxima gratia, & discretionis distributio. Per digitos enim discretio designatur.

d Lunam] id est, Ecclesiam vniuersalem, quæ à Sole Christo illuminatur. *e* Et stellas] id est, singulas Ecclesias, vel quaslibet fidelium animas. *f* Quæ tu fundasti.] Et hoc supra te ipsum, quia sicut dicitur 1. *Cor.* 3. c. nemo potest aliud fundamentum ponere præter id quod positum est, Christus Iesus. Ipse enim est fundamentum fundamentorum, id est, Apostolorum, qui etiam dicuntur fundamenta, *Eccl.* 26. d. Fundamenta æterna super petram solidam, id est, super Christum fundamentum.

Myst. Nota de quinque digitis Dei, qui faciunt homines cœlestes.

Mysticè. *a* Quoniam videbo.] Cœli dicuntur viri spirituales, vt supra dictum est, qui sunt opera digitorum Dei. Deus enim habet quinque digitos, per quos facit homines cœlos, id est, cœlestes. Primus est pollex, qui habet duos articulos, siue duas iuncturas, per quod significatur fortitudo, quæ consistit in duobus, scilicet, patientia aduersorum, & constanti aggressione arduorum. Secundus est index, qui habet tres articulos, per quem prudentia designatur, quæ consistit in tribus, scilicet, in memoria præteritorum, & in circumspectione præsentium, & in prouidentia futurorum. *Apoc.* 4. c. Animalia in circuitu, & intus plena erant oculis. Tertius est medius, habens tres articulos, per quem designatur iustitia, quæ consistit in tribus, in obedientia prælatorum, in subsidio parium, in castigatione inferiorum. Quartus est medicus habens tres iuncturas, per quem significatur temperantia, quæ consistit in tribus, scilicet, in sobrietate victus, & habitus, & in continentia affectus, & in modestia incessus, & gustus. Quintus est auricularis, habens tres articulos, & significat humilitatem, quæ consistit in tribus, scilicet, in intellectu, in affectu, in exteriori conuersatione. Hic digitus humilitatis dicitur auricularis, quia & aperit intellectum. *Prouerb.* 11. a. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Et quia aperit aures Dei, vt nos exaudiat. *Eccles.* 35. c. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Horum quinque digitorum sunt opera cœli, id est, viri spirituales. *g* Quid est homo, &c. Secunda pars, in qua agit de liberatione generis humani, & exaltatione humanæ naturæ. Vt autem gratior appareat liberatio, primò ostendit miseriam liberati, quia vt dicit *Greg.* tunc misericordiæ Dei in nobis multæ ostenduntur, cùm nostræ miseriæ ad memoriam reuocantur. Et ideò ostendens hominis miseriam, dicit: Quid est homo, scilicet, peccator. Despectiuè & cum graui accentu pronunciandum est, quasi dicat, vile quid est. Sic quærit admirando, & postea subdit causam admirationis. *h* Quod] tu, scilicet, memor es eius, mittendo. *i* Aut filius hominis,] id est, qui innouat vitam suam, deposita vetustate. Quid est, repete. Distinguit inter hominem, & filium hominis. Nam non omnis homo est filius hominis, cum omnis filius hominis sit homo. Adam namque est homo, sed non est filius hominis. Nomine ergo hominis intelligitur quicunque portans imaginem veteris hominis, scil. Adæ, de quo gratia pariente nascitur nouus filius hominis portans imaginem cœlestis hominis. Quid est homo, inquam. *k* Quoniam visitas eum.] Non solum memor es eius, vt absentis & procul positi, sed visitas eum, vt præsentem, qui prope est per vitæ munditiam. Et ideo visitas eum, 1. lumine vultus tui illustras. Vel, per hominem intelligitur generaliter quilibet homo, per filium hominis, Christus. Vt dicatur: Quid est homo quilibet, quàm miser, & vilis. Quòd memor es eius: hoc non mutatur, aut filius hominis, id est, virginis, scil. Christus: Quid est, repete, id est, quantus. Et est cum maximo pondere pronunciandum. Quoniam visitas eum: hominem. Et hoc per eum, scilicet, quando Verbum caro factum est.

Aliter.

Quid est homo.	Fragilis.
	Breuis vitæ.
	Putridus.
	Fœtidus.
	Imbecillis ad resurgendum.
	Vanus.
	Vanior.
	Vanissimus.
	Seruus Diaboli.

Moral.

Moral. *g* Quid est homo,] id est, cum sit tam fragilis. *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Item tam breuis vitæ. *Iac.* 4. d. Quid est vita vestra? Vapor est ad modicum parens. *Psal.* 36. Tanquam olera herbarum citò decident. Item putridus per internam corruptionem. *Iob* 25. b. Homo putredo, & filius hominis vermis. Item fœtidus per peccatum. *Ioan.* 11. c. Quatriduanus enim est, iam fœtet. Item imbecillis est ad resurgendum. *Psal.* 77. Spiritus vadens, & non rediens. Item vanus in opere. Vanior in sermone. Vanissimus in cogitatione. *Psal.* 38. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Item seruus Diaboli per peccatum. *Ier.* 16. c. Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. *Ioan.* 8. e. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. *h* Quod memor es eius.] Filium incarnando, quia ante Incarnationem videbatur oblitus hominis. Vnde in persona antiquorum Patrum dicitur in *Ps.* 12. Vsquequo Domine obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuam, id est, filium à me? Et in alio loco *Ps.* 105. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui, id est, in filio, &c. Quare autem oblitus esset, determinat *Isa.* 33. b. Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum. Et ex hoc sequitur: Proiecit ciuitates, non reputauit homines. *i* Aut filius hominis, quoniam visitas eum.] Dominus visitauit nos in Incarnatione, vt medicus ægrotum. Quod significatum fuit. *Gen.* 37. c. vbi Iacob misit filium suum Ioseph de Hebron in Sichem, vt visitaret fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. Per Iacob intelligitur Deus Pater: per Ioseph Filius, quem misit Deus Pater de Hebron, quod interpretatur visio sempiterna, in Sichem, quod interpretatur humerus, vt, scil. visitando fratres suos; labores sustineret: & inuenit eos in Dothaim, quod interpretatur defectus, & significat Mundum, in quo Dominus visitauit fratres suos, *Luc.* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto. Item Dominus in præsenti visitat per gratiæ infusionem, vt amicus amicum. *Apoc.* 3. d. Ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et hæc visitatio significata est *Exo.* 3. c. vbi præcepit Dominus Moysi, vt fratres suos visitaret in Ægypto. *Psal.* 105. Visita nos Deus in salutari tuo, id est, in filio. Item visitabit nos in morte, vt Doctor. *Psal.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorũ. Item visitabit nos in iudicio, vt iudex. *Soph.* 1. c. Scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis. In his ergo supradictis manifestè ostenditur benignitas Dei erga nos. Postea autem sequitur de humilitate Christi. *l* Minuisti eum] id est, filium hominis, scil. Christum, id est, passibilem, & mortalem fecisti: Et in hoc minor fuit Angelis, non tamen simpliciter minor: Vnde subdit. *m* Paulo minus ab Angelis,] id est, valdè parum. Quoniam humilitatem Passionis secuta est gloria Resurrectionis. Vnde subdit. *n* Gloria, immortalitatis.

De visitatione Dei quadruplici.

o Et honore] sedendi ad dexteram Patris. *p* Coronasti eũ] id est, Christum. Et est differentia inter gloriam & honorem, quia gloria est in se ad alios: Honor in se ab aliis. Per coronasti notatur, quòd æterna est gloria, & honor. Vel, Gloria & honore coronasti eum, id est, vniuersalis Ecclesia, quæ est quasi corona Domini. *Iob* 27. d. Cùm sederem quasi Rex circunstante exercitu, eccc corona. *Isa.* 49. e. Viuit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris. Vniuersalis enim Ecclesia corona est continens quatuor lapides pretiosos, quibus munitur & defenditur & decoratur. Primum lapidem habet Ecclesia in anteriori parte, scil. Reges, & Principes, qui defendunt eam ab inimicis visibilibus. Secundum in posteriori parte, scil. Sacerdotes, & religiosos, qui orationibus suis defendunt eam ab inimicis inuisibilibus. Tertium à dextris, scil. prædicatores, & doctores, qui defendunt eam ab hæreticis, & erroribus. Quartum, à sinistris, agricolas & viatores, qui defendunt eam ab

Differentia inter gloriam & honorem.

Ecclesia est corona habens in se quatuor lapides.

abesurie, & fame. Vnde *Psalm.* 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. *q* Et constituisti eum] id est, æternaliter statuisti. *r* Super opera manuum tuarum,] id est, super omnes creaturas, *Colos.* 1.b. Primogenitus omnis creaturæ. Nota quòd tria data sunt homini. Primò, Deus creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam. Secundò, benedixit ei. Tertiò, dedit ei præesse cæteris creaturis. Similiter Christo homini primò data est humiliatio, quæ notatur per, Minuisti. Secundò, benedictio, quæ notatur per, Coronasti. Tertiò, datum est ei præesse, quod notatur per, Constituisti, &c.

tuarum. *a* Omnia subiecisti sub pedibus eius, *b* oues, & *c* boues *d* vniuersas, *e* insuper & pecora campi. *f* Volucres cœli, & *g* pisces maris, qui *h* perambulant semitas maris. *i* Domine Dominus noster quam admirabile

a Omnia subiecisti, &c.] Contrarium videtur supra: Minuisti, &c. Solut. Hæc duo dicuntur secundum diuersas naturas, quia secundùm corruptionem minor fuit Angelis, secundùm spiritum non. Item istud videtur superfluũ quod dicit: Omnia subiecisti; cùm suprà dixerit: Constituisti eum super opera manuum tuarum. Idem enim videtur esse. Solutio. Licèt idem sit in subiecto, diuersum tamen est in ratione. Primum enim dicitur secundùm rationem superpositionis. Benè ergo dicit: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Pes dexter Christi, est diuinitas, sinister, humanitas. Sub his enim sunt omnia. *Quid sint pedes Christi.* Vnde *Ps.* 109. Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Quod enim infirmum est in Christo, est maius omni creatura; secundùm illud 1. *Cor.* 1.d. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Postquam dixit: Omnia subiecisti, subdiuidit. *b* Oues,] id est simplices. *Ioann.* 10.c. Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et Petro dictum est, *Ioan. vlt.* Pasce oues meas. *c* Et boues,] scil. Prælatos, & Prædicatores in agro Domini laborantes, & triturantes. De quibus dicitur *Deuter.* 25.a. Non alligabis os bouis triturantis in area fruges tuas, id est grana à paleis diuidentis, scil. bonos à malis. Ille alligat, qui impedit Prædicatores ne prædicent, & qui falsum crimen eis imponit, vel qui eis victui necessaria non ministrat. In quo sensu videtur Apostolus hanc auctoritatem inducere, 1. *Cor.* 9.b. Prædicatores autem dicuntur boues propter quatuor. *Prædicatores dicuntur boues propter quatuor.* Primò propter ruminationem, id est meditationem Scripturarum. *Leuit.* 11.d. Animal quod non ruminat immundum est. Propter hoc præceptum est *Exod.* 25.b. quòd vectes semper essent in annulis ad portandam Arcam. Secundò, propter vngulæ scissionem, id est, discretionem in agendis & discernendis. *Ezech.* 1.b. Planta pedis eorum, vt planta vituli. Tertiò, propter incessus maturitatem. *Orig.* Virtus lenta, vitium impetuosum. Et super illum locum *Matth.* 26.g. Summus Sacerdos scidit vestimenta sua, dicit *Aug.* Exterior motus indicat, quod interiùs nulla stabilitate subsistat. Quartò, propter multi laboris tolerationem, *Iob* 5.b. Homo natus ad laborem. *d* Vniuersas,] hoc dicit in fœminino, vt notetur fœcunditas. Vnde *Greg.* sic exponit: dicendo, boues, notatur fortitudo laboris, subiungendo, vniuersas, fœcunditas prolis. *e* Insuper, & pecora campi,] insuper, ad notandam diuersitatem inter bonos, de quibus prædixit, & damnandos, de quibus subiungit: Et pecora campi, id est, luxuriosos vagantes per campos † licentiæ. *al. † luxuriæ.* Vnde Cain occidit Abel in campo, *Gen.* 4.b. *f* Volucres cœli, id est superbos. In persona quorum dicitur *Isa.* 14.d. Ascendam in cœlum, &c. *g* Et pisces maris,] id est curiosos, & cupidos huius mundi. *h* Qui perambulant semitas maris,] etiam ad literam. Vel mysticè, quia semper sunt in amaritudine. Ecce hic commemorantur illa tria vitia. 1. *Io.* 2.c. Omne quod est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Et nota quod cùm numerat malos, dicit eorum loca, scil. campi, cœli, maris. Hæc enim sunt tria elementa, in quibus habitant Dæmones, & non in igne, quia non in lucido. Campus, latitudo voluptatum, ibi habitant luxuriosi. Cœlum, altitudo dignitatum, ibi habitant superbi. Mare, amaritudo diuitiarum, ibi habitant auari. Bonorum autem locum non dicit, eo quòd nondum determinatus est nobis. Vt autem ostendat initium, & finem ad Deum referendum, in fine dicit quod in principio dixerat. *i* Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.] Ipse enim est principium & finis, *Apoc.* 1.b. & *vlt.* c. Ego sum Alpha, & Omega. Et ex hoc dicitur Psalmus iste periodalis, qui à quo incepit, terminat. Ita & nos qui à Deo processimus, si recessimus, ad eum redeamus, qui est Alpha, & Omega. Periodales autem *Psalm.* 102. & 103. Psalmi, quidam repetunt in fine totum versum, vt hic. Quidam tantum partem versus: vt, Benedic anima mea Domino, &c.

est nomen tuũ in vniuersa terra.

EXPOSITIO PSALM. IX.

Confitebor, &c. Titulus: In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. *Alleg.* Supra egit Propheta de constitutione Ecclesiæ, hic agit de regimine eiusdem occulta sapientiâ Dei facto: propter hoc intitulatur de occultis filij. Et est sensus tituli talis: Psalmus iste dirigens nos in finem Christum, est Dauid Prophetæ scriptus pro occultis filij, id est pro occulto aduentu Christi in carnem, qui occultatus fuit Iudæis cæcatis, & profuit Gentibus: *Roman.* 11.c. Cæcitas ex parte contigit in Israël, vt plenitudo Gentium intraret: Et pro occulto eius iudicio, quod incipit a domo Domini, 1. *Petr.* 4.d. Quo scilicet in præsenti purgat bonos, & iustos, conuertit pœnitentes, excæcat reprobos contemptores. Et dicit, occultis, ad differentiam manifestorum. Erit enim adhuc manifestus aduentus in Maiestate, & manifestum Iudicium, *Matth.* 16.d. quando reddet vnicuique secundùm merita. Sed hic agit Propheta, non de manifestis, sed de occultis, vt dictum est, quæ sunt materia huius *Psalmi* principaliter, inquantum aduentus Christi humilis est contra Antichristum, & inquantum occultum Dei iudicium, ea quæ fiunt in Mundo disponit, & regit. Vnde intentio eius est, monere vt non credamus Mundum regi casu, vel fato, sed iudicio Dei iusto. Modus talis est, quia quinque sunt partitiones. *Partitio Psalmi.* In prima Propheta lætus de eo quòd aduentu Christi destruitur cultura Diaboli, laudat Dominum. In secunda fideles vocat ad collaudandum, *ibi*: Psallite Domino, &c. In tertia finem malorum venturum peccatoribus, cum Antichristo prædicit, *ibi*: Conuertentur peccatores. Quartò, mala tempore Antichristi futura pertractat, *ibi*: Vt quid Domine. Quintò, orat iudicium maturari, vt mala Sanctorum finiantur, *ibi*: Exurge Domine. Propheta ergo lætus de destructione cultus Diaboli in aduentu Christi dicit: *k* Confitebor tibi,] id est, laudabo te. *l* Domine:] Ecce confitetur potentiam. Et in sequenti serie ostendit quòd perfectè laudabit, dicens. *m* In toto corde meo.] Et quòd vniuersaliter. *n* Narrabo omnia mirabilia tua.] Et quòd hilariter, *ibi*: Lætabor. Et vehementer, *ibi*: Et exultabo in te. Et opere, *ibi*: Psallam. Postea ostendit quo fine laudabit, *ibi*: Nomini tuo, id est, ad honorem nominis tui. Et quare, *ibi*: Altissime. Propter hoc ergo dicit: Confitebor, id est tecum fatebor, quia quod homo confiteatur, hoc habetur à Domino. Vel confitebor, id est, cum aliis fatebor, scilicet confessione laudis, & peccati. Et hoc: Tibi Domine in toto corde meo, non in parte, vt ille de quo dicitur *Psalmo* 48. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. Et post confessionem, Narrabo aliis, omnia mirabilia tua. Quasi, confitebor intra: Narrabo extra, omnia mirabilia tua. Sed hoc videtur falsum, eo quòd mirabilia sua sint infinita, sicut suprà dicitur: Quam admirabile est nomen tuum! Vbi dicit *Glos.* quòd infinitè. Solutio. Dicit hic omnia pro generibus singulorum. Et suprà dixit, infinitè pro singulis generum.

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid. IX.

Confitebor *k* tibi *l* Domine in *m* toto corde meo, narrabo *n* omnia mirabilia tua.

A Lætabor, & exultabo.]

Moraliter. k Confitebor, &c.] Hoc debet dicere quilibet fidelis, & præcipuè Prædicator. *Moral.* Et notantur hic quatuor necessaria Prædicatori, *Quatuor necessaria Prædicatori notantur.* scilicet quòd sit mundus à peccato. Vnde dicit: Confitebor peccatum tibi. *Psal.* 50. Quia tibi soli peccaui. *m* In toto corde meo.] Hic notatur, quòd ex contritione præcedente debet exire confessio, quasi non solùm in ore, sed in corde, scilicet dolente de peccato. Et hoc in toto, non dimidio, *Ioëlis* 2.c. Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Secundùm est officij executio, quod scil. congruè sequitur post confessioné. Vnde dicit primò: Confitebor, & post: Narrabo, prædicando. Vnde *infra*: Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas, & cætera, & alibi *Psalm.* 87. Nunquid narrabat aliquis in sepultura, id est, in peccato mortali misericordiã tuam? & alibi *Psal.* 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam, & assumis testamentum meum per os tuum? *Glos.* pollutum. Alioquin non credetur ei, *Eccl.* 22.a. Musica in luctu, id est, in peccato mortali, importuna narratio. Tertium est deuotio, quæ notatur cùm subdit.

*Lætabor, &c,

Allegor. A a Lætabor, & exultabo:] quasi cum humilitate faciam. *Eccl.*35.b. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas, id est opera tua. b In te,] in quo est vera lætitia. *Philip.*4. a. Gaudete in Domino semper. *Psalm.*70. In te cantatio mea semper. c Psallam:] id est operabor.

d Nomini tuo,] id est, ad honorem nominis tui. Vnde *Leuitic.* 3. c. præcipitur, vt cauda Domino offeratur, id est, finalis intentio. e Altissime,] quasi iustè psallam nomini tuo, quia tu es altissimus. Vel, Altissimè, aduerbialiter.

a Lætabor, & exultabo in b te, c psallam d nomini tuo e altissime. In f conuertendo inimicum g meum h retrorsum, i infirmabuntur, & k peribunt a facie tua. l Quoniam fecisti iudiciũ m meum n & o causam meam, p sedisti q super thronum r qui iudicas iustitiam. ſ Increpasti gentes, & t periit impius, u nomen eorum x delesti in † æternu, & y in sæculũ sæculi. Inimici defecerunt a frameæ

Moral. * a Lætabor, & exultabo:] Et hæc necessaria est, quia qui non ardet, non incendit. Vnde petit *Psalm.*62. in persona prædicatoris. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et sic labiis exultationis laudabit os meum prædicando. Quartum est, vt quod ore prædicat, opere adimpleat. Quia, sicut dicit *Gregorius*, loquentis auctoritas perditur, cum vox opere non iuuatur. Et propter hoc sequitur.

c Psallam,] non ad vanam gloriam, sed nomini tuo Altissime. Sequitur lætitiæ, & laudis causa.

f In conuertendo,] id est, dum tu conuertisti.

g Inimicum meum,] id est Diabolum. De quo *Matth.*13.d. Inimicus homo hoc fecit.

h Retrorsum.] Hoc fecit Dominus in sua Passione, quia Diabolus qui ante Passionem præcedebat quasi dux mortis, modò conuersus est retrorsum, ablata sibi potestate. Ad quod significandum, Draco in duobus primis diebus Rogationum, præcedit Crucem. In tertio autem die quasi Christo iam passo, & resuscitato, præcedit Crux, & sequitur Draco. Et in conuertendo istum inimicum retrorsum.

Duplex manus Diaboli. i Infirmabuntur.] Dæmones amissa manu trahente, facti manci. Ante enim habebant duas manus, scilicet impellentem, & attrahentem; in Passione autem Domini amiserunt manum trahentem, & debilior facta est manus impellens.

K Et peribunt à facie tua,] id est propter præsentiam filij tui. Vel, à facie, id est ab animaduersione iudicij, *Iob* 13.c. Et tunc à facie tua non abscondar. Vbi dicit *Glos.* animaduersione. Vel in bono, sic. i Infirmabuntur,] supple peccatores *Aliter.* ad malum faciendum, & sic erunt potentes ad bonum. Est enim infirmitas duplex, sicut confusio, de qua *Eccl.*4.c. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam, 2. *Cor.*12.d. Cùm infirmor, tunc potens sum. Et *Psal.*15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.

k Et peribunt,] id est vita. *Prouerb.*12.a. Verte impios, & non erunt, supple impij. Vnde *Galat.* 2. d. Viuo ego, iam non ego. Inimicus ergo Domini, id est peccator, vt fiat amicus, debet conuerti retrorsum à peccato, relinquendo illud. *Isa.*31.d. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. Et debet infirmari in desiderio Mundi, in quo prius fortis fuit, vt fiat fortis in amore Dei. *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Sic infirmatus erat Beatus Vincentius, quando dicebat tyranno. Plus videbis me posse dum torqueor, quàm possis ipse qui torques. Vnde & postmodum coactus fuit tyrannus clamare: Vincimur. Et debet perire, non solùm infirmari, sed & mori, sicut illi quibus dicit Apostolus *Coloss.* 3.a. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et hoc fiet; A facie tua, id est pro facie tua, id est pro facie, id est cognitione tua, secundum quod dicitur *Isa.*26.d. A facie tua concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. *Psalm.*79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. l Quoniam fecisti iudicium meum.] Continuatio. Dixi, In conuertendo, &c. Et hoc patet, Quoniam fecisti iudicium, quo Christus iudicatus est à Pilato, esse m Meum,] id est mihi vtile. *Isa.* 53. b. Liuore eius sanati sumus. Et *Prouerbiorum* 20. d. Liuor vulneris absterget mala. n Et:] etiam fecisti.

o Causam,] quam Christus egit contra impios, & Diabolum, esse meam, id est mihi vtilem, non Christo, quia bonorum nostrorum non eget. Sic nautæ dicunt bonum ventum esse suum, quia est eis vtilis. Istam causam Christus aduocatus noster suscepit pro nobis agendam. Diabolus enim habebat causam contra hominem, imò tenebat eum captiuum, & allegabat longam præscriptionem, & chirographum decreti datum à Domino, scil. Quacunque die comederis, morte morieris, *Gen.*2. c. Et in hoc casu compulsus est homo clamare ad Dominum: Domine vim patior, responde pro me. Vnde *Ier.* 11.d. Tibi Domine reuelaui causam meam. Et Christus aduocatus causam susceptam fecit esse nostram, quia fecit nos obtinere in causa. *Isa.38*

Sequitur. p Sedisti.] Vel, sedes dico, quia fecisti iudicium meum, & causam meam. Et hoc potuisti Deus Pater, quia sedisti, vel sedes. q Super thronũ,] *Al.† sæculi.* id est animam Christi, quæ est triclinium Trinitatis. Si enim anima cuiuslibet fidelis dicitur sedes Dei, quanto magis anima Christi? Vnde *Psal.*102. Dominus in cœlo parauit sedem suam, id est cœlesti viro, scilicet Christo.

r Qui iudicas iustitiam, scilicet quasi Christus pro humano genere moreretur. Sed hoc non videtur esse iustum, cùm Christus mortem non meruerit? Sed potest dici quòd iustum fuit, id est collatiuum iustitiæ, quia ex morte eius secuta est nostra iustitia. Vel sic, vt dirigatur sermo ad Christum.

Aliter. l Quoniam fecisti iudicium, &c.] id est, quia pro me iudicatus es, & punitus iniustè, ideo iustè accepisti iudicij potestatem. Pater enim omne iudicium dedit Filio. *Ioan.*5. d. Et hoc est quod dicit: Quoniam fecisti, &c.

p Sedisti,] vel sedes super thronum qui iudicas, id est iudicabis in fine. r Iustitiam.] Iustè enim iudicabit. Vel, iustitiam nostram, non solùm iniustitiam. *Psalm.*74. Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ipse enim etiam bona opera discernet, quia, sicut dicitur *Isa.*64.c. Omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ. Et *Gregor.* Omnis nostra iustitia ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, & sordet in districtione iudicis, quod æstimatione fulget operantis. Et possunt hîc notari octo causæ, quare deuictus est Diabolus, de quo suprà dictum est: In conuertendo, &c. Prima causa est, quia patienter sustinuit iudiciũ Prælati, vt dictum est *ibi*: Quoniam fecisti iudicium meum. *Octo causæ quare deuictus sit Diabolus.* Secunda causa est, quia obtinuit in causa contra Diabolum, *ibi*: Et causam meam. Tertia causa est, quia in omnibus fuit obediens Deo Patri, *ibi*: Sedes super thronum, ô Pater, *al.† sedisti.* id est quiescis super animam Christi obedientis. Quarta causa est, quia iudicabit contra Diabolum, *ibi*: Iudicas iustitiam. Quinta est increpatio peccatorum, per se, & per Apostolos. Vnde subdit: ſ Increpasti gentes,] id est peccatores gentiliter viuentes, *Matth.*3.b. Geminina viperarum, *Luc.* 3. b. quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? *Naum* 1.a. Increpans mare, & exsiccans illud. Sexta est † conuersio *al.† cõfusio.* ipsorum peccatorum, de qua subdit.

t Et periit impius.] Iuxta illud *Prouerb.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Septima est perfectio eorum, de qua addit.

u Nomen eorum,] id est impiorum.

x Delesti, id est, malitiam eorum in qua nominati erant. Vnde *Psal.*15. Nec memor ero nominum eorum per labia mea, *Isa.*14.f. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem, & germen. Nomen id est malam infamiam, reliquias, id est, memoriam ad delectandum, & refricationes, progeniem, id est, malam consuetudinem, germen, id est malam voluntatem. Octaua causa est eorum perseuerantia. Vnde dicit, Deleuisti, &c. non ad horam, sed in æternum.

y Et,] pro, id est: in sæculum sæculi. Et propter omnes istas causas,

a Frameæ, id est gladij, vel enses. z Inimici,] id est Diaboli, defecerunt. Dicitur autem frameæ, pluraliter, quia *Diabolus duos habet gladios.* Diabolus duos habet gladios: Prosperitatem, & carnalem delectationem: de quibus *Ezech.*21. b. Gladius exacutus est, & limatus. Bis dicit gladius, propter gladium, qui est prosperitas, & gladium, qui est carnalis delectatio. Et subiungit *Ezech.* Vt cædat victimas exacutus est, vt puniat æterna pœna: Vt fulgeat, limatus est, per transitoriam delectationem. Stulti verò considerant splendorem, & non attendunt mucronem, sicut puer accipit gladium, & scindit se. Vnde *Gregorius*: Fulget quod delectat, latet quod cruciat. Propter hoc monet *Ecclesiasticus* 21. a. Quasi à facie Colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum. Coluber à facie blanditur, & significat delectationem, sed caudâ pungit, & significat pœnam æternam, quæ inde sequitur. Et hoc est quod sequitur: Si accesseris ad illa, & cætera.

Dentes

Dentes enim Leonis quod tenent, firmiter tenent, & lacerant, ſic pœna æterna. Et etiam de hoc gladio, iterum Ezech. 21. d. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati. Limati ad fulgendum, acuti ad cædem. Iſte enim gladius penetrat omnes ſenſus. Illæ frameæ defecerunt in finem, id eſt quando tentati conſiderant finem tentationum, id eſt, pœnam æternam, quæ latet. Apoc. 18. b. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Et Gregor. Dum culpa blandiri inchoat, ad quem interitum mens trahatur, neceſſe eſt agnoſcat.

in a finem, & b ciuitates eorum deſtruxiſti. c Periit memoria eorum d cum † ſonitu, e & Dominus in æternũ permanet. f Parauit in iudicio † g thronũ ſuũ, & ipſe h iudicabit Orbem † terræ in æquitate, i iudicabit populos in iuſtitia. Et k factus eſt l Dominus refugium m pauperi, n adiutor in o opportunitatibus in p tribulatione.

Al. † ſtrepitu.

Al. † ſedem ſuam.

Al. † terrarũ.

Vel a In finem,] id eſt, in conſiderationem finis vitæ noſtræ, Eccl. 7. d. Fili recordare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Deut. 32. d. Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Vel, in finem, id eſt, in conſiderationem finis temporalium, Iob 1. d. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. 1. Tim. 6. b. Nihil intulimus in hunc Mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus, &c. Vel, in finem, in conſiderationem finis corporis noſtri, quia eſca vermium erimus. Eccl. 10. b. Cùm morietur homo hæreditabit vermes, ſerpentes, & beſtias. Vel, in finem, id eſt, in conſiderationem finis Mundi. 2. Petr. 3. c. Cùm hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet nos eſſe in ſanctis conuerſationibus, &c. Vel, in finem, id eſt in Chriſtum, qui eſt finis omnis conſummationis, Num. 21. c. Quicunque reſpiciebat ſerpentem, ſanabatur, 1. Petr. 4. Chriſto igitur paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. Vel, in finem, id eſt, in conſiderationem illius finis ad quem creati ſumus. Non enim ſumus creati, vt coruus, vel porcus. Prouerb. 1. b. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Gloſ. Facilè laqueos euadit in terris, qui oculos habet in cœlis. b Et ciuitates eorum deſtruxiſti,] ſcilicet colligationes, & munitiones impiorum, in quibus Diabolus regnat. Pſalm. 136. Accipiant in vanitate ciuitates ſuas. Has, inquam, ciuitates deſtruxiſti, expellendo Diabolum, & eos Dei ſeruitio ſubiugando. Sicut volebat facere Paulus Rom. 6. b. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore; vt obediatis concupiſcentiis eius, ſed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, &c. Vel, Ciuitates eorum, id eſt impiorum, quæ ſunt tres in Regno Diaboli, id eſt in hoc mundo, ſcilicet auaritia, luxuria, ſuperbia, 1. Ioan. 2. c. Omne quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Hæ ſignificant paruulas tres ciuitates, quas ædificauerunt filij Iſrael Pharaoni, videlicet Phiton, & Rameſſe, vt habemus Exod. 1. b. Et tertia fuit † On, quod interpretatur ciuitas Solis, vt ibidem dicitur ſecundum tranſlationem LXX. Phiton interpretatur os abyſſi, vel os profundum, hæc eſt cupiditas, quæ non poteſt impleri, Eccleſ. 14. b. Inſatiabilis eſt oculus cupidi. Eccleſ. 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Rameſſe interpretatur commotio tineæ. Per tineam quæ de veſte naſcitur, & eam conſumit, ſignificatur carnis illecebra, quæ de carne naſcitur, & eam conſumit, non ſolùm in futuro in gehenna, ſed etiam in præſenti, quia qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. 1. Cor. 6. d. Per ciuitatem Solis, ſignificatur ſuperbia, quæ ſemper lucere & apparere appetit. Has tres ciuitates deſtruxit Chriſtus, veram paupertatem amplectendo, auſteram, & duram vitam gerendo, & omnem humilitatem exhibendo. Vnde nos monet ad hæc tria, Thren. 3. c. Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſynthij & fellis. Vt memoria paupertatis Chriſti, in nobis deſtruat ciuitatem Phiton, id eſt cupiditatem. Memoria tranſgreſſionis, qua ſe non ſolùm humiliauit, ſed etiam exinaniuit, deſtruat ciuitatem Solis, id eſt ſuperbiam. Memoria verò abſynthij & fellis, deſtruat ciuitatem Rameſſe, id eſt omnem delectationem carnis. Et propter hoc dicitur Ierem. 48. d. Relinquite ciuitates, ſcilicet illas tres, & habitate in petra, ſcilicet in Chriſto, per iugem memoriam illorum trium, quæ præmiſſa ſunt.

Tres ciuitates in regno Diaboli.

Al. † Heliopolis.

Has ciuitates Chriſtus deſtruxit.

c Periit memoria, &c.] Continuatio. Verè deſtruxiſti, ita quod periit memoria eorum, id eſt peribit in fine.

d Cum ſonitu,] ſcilicet, tubæ. De quo 1. Corinth. 15. g. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Vel, Cum ſonitu, illo ſcilicet, quo intonabit Dominus: Ite maledicti in ignem æternum. Sophon. 1. c. Erit in die illa vox clamoris a porta piſcium, & vlulatus a ſecunda. Vel, periit, in præſenti, memoria eorum, id eſt [illegible] malitiæ eorum, perit apud Deum ne eos p[illegible] in bono ſcilicet, confeſſionis & contritionis, [illegible] Quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Vel, cum ſonitu, Dæmonum inſultantium, & perſtrepentium. Cum enim conuertuntur peccatores, inſultant & inſurgunt Dæmones. Iſa. 9. a. Omnis violenta prædatio cum tumultu. Hoc ſignificatum eſt Marc. 9. d. vbi immundus ſpiritus iuſſus a Domino exire ab Homine obſeſſo, exclamans, & multùm diſcerpens eum, exiuit ab eo. Et Ezech. 3. c. Aſſumpſit me ſpiritus & audiui poſt me vocem commotionis magnæ. Vel in malo.

Matt. 25. d.

c Periit memoria eorum.] Ad literam, cum ſonitu, campanarum, & planctus, quia ſicut ſonitus ille citò tranſit, ſic memoria eorum citò deletur. Prouerbiorum 10. b. Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet. Sed econtrario.

Aliter.

e Dominus in æternum permanet.] Eſt æternum, quod nec habuit principium, nec habebit finem, vt Deus. Eſt æternum quod habuit principium, ſed non habebit finem, vt ignis æternus. Et æternum quod habuit principium, & habebit finem, vt vita præſens, de qua dicitur, quia homo peccauit in ſuo æterno, id eſt in ſua vita, meritò puniet eum Deus in ſuo æterno. Æternum enim dicitur, quaſi æuiternum. f Parauit in iudicio, &c.] Quaſi Dominus permanet in æternum in ſe ipſo, ſed ad alios iudicandos, parauit in iudicio, quo iudicatus eſt. g Thronum.] id eſt iudiciariam poteſtatem, quia ex eo, quod iudicatus eſt, acquiſiuit ſibi iudiciariam poteſtatem. Philip. 2. b. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi Nomen quod eſt ſuper omne nomen. Iſta autem poteſtate iudiciaria vtetur. Vnde ſequitur.

Æternum triplex.

h Et ipſe iudicabit Orbem terræ in æquitate,] id eſt, habitatores Orbis terræ, reddendo ſingulis digna meritis.

i Iudicabit populos in iuſtitia. Hoc eſt expoſitio præcedentis. Iſa. 11. a. Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ.

h Iudicabit Orbem terræ.] Moraliter per Orbem terrarum ſignificantur Prælati, qui alios continent. Sap. 6. a. Præbete autem vos qui continetis multitudines. Qui debent habere & oſtendere ſignum maximæ perfectionis, quod in Orbe notatur propter rotunditatem. Per populos, ſubditi. In hoc ergo quod dicit Prælatos iudicari in æquitate, & ſubditos in iuſtitia (cùm iuſtitia ſit reddere vnicuique quod ſuum eſt. Æquitas vero ſit reddere, & quod ſuum eſt, & quantum ſuum eſt) notatur, quòd diſtrictius iudicabuntur Prælati, quam ſubditi, quoniam, vt dicitur Sap. 6. Exiguo conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Ne autem nimis terreat ſeueritas iudicantis, ſubiungit de benignitate expectantis.

Moral.

k Et factus eſt, &c.] Interim.

l Dominus refugium,] ne noceat incurſus inimici. Prou. 18. b. Turris fortiſſima Nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur.

m Pauperi,] ſpiritu, id eſt humili, Pſalm. 33. Humiles ſpiritu ſaluabit. Vel, pauperi ad literam, id eſt egeno. Et in hoc notatur verus amor Dei. Quia, vt dicit Gregorius, cùm quis in proſperitate diligitur, incertum eſt, an perſona, an proſperitas diligatur. Sed cui pauperi factus eſt Dominus refugium? nunquid omni; Determinat Ieronymus, dicens: Victus tenuis, & cultus aſperior, & arctiora Chriſtianæ religionis inſtituta, non faciunt verum Chriſtianum. Hunc ſcito eſſe, qui nec ſperat, nec concupiſcit. Nec ſolùm eſt refugium contra mala vitanda, ſed

n Adiutor.] In bonis agendis.

o In opportunitatibus.] Hoc referendum eſt, & ad refugium, & ad adiutorium, id eſt, in his in quibus opportunum eſt, es refugium, & adiutor. Et illa ſunt præcipuè tribulationes. Vnde addit:

p In tribulatione.] Vnde Eccleſiaſtic. 35. d. Specioſa Dei miſericordia in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. Vel ſic, Adiutor in opportunitatibus] vt ſuprà [In tribulatione,] id eſt per tribulationem. Gregorius: Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Et quia talis adiutor es.

a Et

Et a sperent in te † b qui † nouerunt nomen tuũ, quoniam non c dereliquisti quærẽtes te Dñe. d Psallite Domino qui e habitat in f Sion, g annunciate h inter gẽtes † i studia eius. Quoniã k requirens sanguinem eorũ † l recordatus est.

a Et sperent in te;] non in sæculo, vel aliquo alio. b Qui nouerunt, &c. scilicet Iesum, id est saluatorem. De quo *Act. 4. c.* Non est aliud nomen sub cælo quo oporteat nos saluos fieri. Et meritò sperandum est. c Quoniam, &c.] secundùm illud *Eccl. 2. c.* Nullus sperauit in Domino, & confusus est: quis permansit

Al. † omnes.
Al. † cognoscunt.
Psal. 21.

in mandatis eius, & derelictus est? Sed contrarium videtur, *ibi*: Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Ad hoc dicendum est, quod triplex est derelictio, scilicet gratiæ, pœnæ, culpæ. Gratiæ,

Psal. 80.

vt hic. Pœnæ, vt *ibi*: Deus Deus meus quare me dereliquisti. Culpæ, vt *ibi*: Dimisit eos secundùm desideria cordis eorum, &c. Et nota hic tres virtutes Theologicas. Sperent, per spem. Qui nouerunt, per fidem. Quærentes te, per charitatem. d Psallite Domino, &c.] secunda pars, vbi inuitat fideles ad laudandum Deum. Continuatio. Dominus non derelinquit quærentes se. Ergo ô vos quos quærentes non derelinquit, psallite Domino. Psallere est modulari cum quodam instrumento, quod dicitur Psalterium, quæ modulatio fit tactu manuum. Psallit ergo, qui cum exultatione, & iucunditate mentis bonum operatur. Et hoc debet fieri hilariter, quia hilarem datorem diligit Deus, *2. Cor. 9. b. Eccles. 35. b.* In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. In hilaritate sanctifica decimas tuas Domino, id est, ad honorem Domini. *Matth. 5. b.* Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Vel, Domino, id est, propter Dominum habendum, & amorem ipsius. Et meritò psallendum est ei, qui habitat in sanctis. Vnde dicit. e Qui habitat,] per gratiam. f In Sion,] id est, in Ecclesia militante, vel triumphante. Interpretatur enim Sion speculum, vel specula: quantum

1. Cor. 13. d.

ad primum significat Ecclesiam militantem. Nunc enim videmus per speculum in ænigmate. Quantùm ad secundum, significat Ecclesiam triumphantem, quia specula in altum ponitur, & in ea videtur res à longè, sic in Ecclesia triumphante. *Psalm. 90.* Altissimum posuisti refugium tuum. A longè autem vident ibi, quia beatæ animæ vident in speculo multa futura. Nec solùm per opera, sed etiam per verba laudare Deum debemus. Vnde sequitur. g Annunciate] prædicando. Et nota ordinem: Prius est psallendum, quam annunciandum. Vnde prius dixit, Psallite, & postea, Annunciate. Vnde *Gregorius.* Ille vberes fructus suæ prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit. *Act. 1. a.* Cœpit Iesus facere, & docere. *Psalm. 118.* Os meum aperui, & attraxi spiritum. Et notatur in hoc natura lupi, qui primo aperit os suum pedibus suis, antequam apprehendat ouem. Sic Prædicator debet aperire os manibus, id est operibus bonis, vt sic attrahat Spiritum sanctum, & incorporet peccatores simplices in corpus Ecclesiæ: & sic erit magnus coram Deo & hominibus. *Matth. 5. c.* Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum. Et quibus debeat fieri prædicatio, subiungit.

h Inter gentes, id est, inter gentiliter viuentes. *Matth. 9. b.* Non est opus valentibus Medico. Et *infra*: Non veni vocare iustos, sed peccatores. *Isaia 21. d.* Occurrentes sitienti ferte aquam, non dicit ebrio, sed sitienti. Vnde *Gregorius*: Væcordem se asserit, qui hortis sitientibus in flumine aquam spargit. Sequitur quid sit prædicandum.

Multa studia Domini.

i Studia eius.] Multa fuerunt studia Domini. Primum fuit studium pictoris. Formauit enim nos ad imaginem, & similitudinem suam, *Genes. 1. d. Eccles. 38. c.* Cor suum dabit in similitudinem picturæ, & in gloria sua perficiet opus. Magno enim studio & diligentia formauit nos Deus. Vnde quasi studens, & deliberans, ait: Faciamus hominem, & cætera. Non sic de aliis, de quibus tantum dixit, & facta sunt; Fiat lux, & facta est lux. Secundum studium eius fuit venatoris. Venatus est enim nos per se, & per

Gen. 1. 2.

alios. Vnde *Genesis 27. a.* dixit Isaac ad filium: Tolle arma tua, & pharetram, & arcum, & egredere foras: Cúmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam. Isaac, id est, Deus pater, dicit hoc Filio. Per arcum significatur prædicatio, per pharetram scientia sacræ Scripturæ, per feras, peccatores. *Ierem. 16. c.* Post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum, quia oculi mei super omnes vias eorum. In montibus enim & collibus, & cauernis solent feræ habitare. In monte notatur superbia, in colle, lubricum carnis, in cauerna petrarum, auaritia propter dolositatem, quæ est in acquirendo, & duritiam in retinendo. Et de his tribus peccatis debent venatores, id est, prædicatores extrahere peccatores.

Tertium studium fuit piscatoris. *Iob 40. d.* An extrahere poteris Leuiathan hamo? Hamus fuit Christus, in quo fuit esca, siue vermis humanitatis. *Psalm. 21.* Ego sum vermis, & non homo. Et

Al. † mirabilia.
Al. † memoratus.

ferrum Deitatis, quæ virtute sua domat corda lapidea, sicut ferrum cætera metalla. Hoc hamo captus est Leuiathan, quia videns vermem, & volens eum deuorare, captus est ferro, quod non aduertebat. Volens etiam hoc studium continuari post mortem suam, reliquit studentes in hoc artificio. *Ieremiæ 16. c.* Ecce ego mittam eis piscatores multos, & piscabuntur eos. *Micheæ vltim. d.* Velut reptilia terræ turbabuntur de ædibus suis. Tangit hic, quod faciunt piscatores, quia quando iaciunt rete, pulsant aquam in fundo, & turbant, & sic pisces saliunt in rete, & capiuntur. Similiter peccatores oportet aliquando turbari per ægritudinem, vel amissionem bonorum, vel etiam per terrorem pœnarum infernalium, & tunc conuertunt se, & saliunt in rete prædicatoris, parati facere secundùm consilium eius, & sic extrahuntur, & facit illos Deus de malo egredi, sicut ratum de horreo.

Quartum studium est aucupis, *Iob 40. d.* Nunquid illudes ei quasi aui? Auceps enim sibilat, & tunc venit auis, & capitur. Sic Deus sibilat per aliquam delectationem, vel inspirationem interiorem, quam ipse dat, vt capiat nos vinculis pœnitentiæ, vel religionis, *Amos 3. b.* Nunquid cadet auis in laqueum absque aucupe? Et sic est, quod auis dum capta est, libenter se solueret, & effugeret, sed cum videt se non posse, sustinet, & postmodum domestica fit. Sic est aliquando homo, qui de nouo intrauit religionem, & professus est, primò datur ei religio, & aliquando vellet exire, si honestè posset, sed cùm sentit se voto astringi, sustinet, & paulatim incipit ei religio placere, & fit domesticus Dei.

Quintum studium est pugnantis, *Prou. 24. a.* Cum dispositione initur bellum, *Iosue 8.* legitur, quòd Iosue cæpit per insidias Regem Hai, & suspendit illum in ligno gemino, id est, in cruce facta de duobus lignis. Ita fuit quod Iosue sibi simulauit fugam, & illi de Hai secuti sunt, & sic capti fuerunt. Hai interpretatur vita vallium, & significat peccatum, quod est humilis, & sordida vita. Dominus simulat fugam alicui peccatori, dum est in prosperitate, & exponit eum tribulationibus, & aduersitatibus, tunc videtur Dominus fugere ab eo. Ille autem insequitur orando, consilium quærendo a bonis, & tunc capitur, & ad pœnitentiam inclinatur, & suspenditur in ligno gemino, id est, pœna de commissis, & omissis.

Sextum studium est sophisticè disputantis. Conclusit enim Diabolo. Proposuit; Ego sum homo, Diabolus intulit, non ergo Deus. Sic quidam præsumentes de sua scientia ex propositionibus Dei falsas inferunt conclusiones. Propositiones Dei, sunt facta eius, ex quibus multi volunt concludere, & vaticinari futura. Sed tandem videntes contrarium accidere, inscitiam, & stultitiam suam recognoscunt. Et ita concludit eis Dominus, & quasi victos ad pœnitentiam reducit. *Iob 5. c.* Qui apprehendit sapientes in astutia eorum.

Septimum studium est custodis, ne capiatur ciuitas, vel castrum, vel ne fures asportent racemos; *Isa. 5. a.* Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit illam. Et *Isa. 62. b.* Super muros tuos Ierusalem constituisti custodes, scilicet Angelos & Prælatos. Ista septem studia debemus annunciare. Primum est pictoris, vt formet. Secundum venatoris, vt siluestres homines conuertat. Tertium piscatoris, vt submersos in luto peccati extrahat. Quartum aucupis, vt leues & inconstantes laqueis pœnitentiæ illaqueet. Quintum pugnantis, vt Diabolum deuincat. Sextum sophisticè opponentis, vt illi concludat. Septimum custodis, ne quod habet, amittat. Sed posset quis dicere, quomodo annunciabimus, quotidie mortificantur, qui annunciant. Respondet. Securè annunciate, & nolite timere eos, qui corpus occidunt, *Matth. 10. d.* k Quoniam,] ipse, requirens sanguinem eorum, id est vindictam pro effusione sanguinis eorum qui annunciant. l Recordatus est] ipsorum occisorum

vindi

vindicando sanguinem, & eos glorificando. Nota quod tribus modis requirit Dominus sanguinem. Ab homicida requirit sanguinem, id est, vindictam pro sanguine. Vnde Gen.4.b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Requirit etiam à Principibus, qui non tuentur eos, quia posse prohibere, & non prohibere malum, consentire est. Requirit etiã sanguinem animarum à Prælatis, i. peccata, cum ex eorum negligentia pereunt subditi. Vnde Apostolus Act. 20. f. Mundus ego sum à sanguine omnium. Ezech.3.c. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et per hoc quod dicit [Requirens] notatur iteratio, quasi in præsenti quærit, & in futuro iterum requiret. Et [Quoniam] ita [requirens, &c.] patet quod. *a* Non est, &c. Psal.21. Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationẽ pauperis. Eccl.35.c. Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet, non despiciet preces pupilli. Et quis sit clamor subiungit. *b* Miserere, &c.] Et notantur hic quatuor. Primò captat beneuolentiam propter propriam naturam, quia creatura. Et benè notatur per mei, quod est pronomen significans merè substantiã. Substantia autem omnis à Deo est. Sap.11.d. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Item captat beneuolentiã à dominatione Dei, cum subiungit. *c* Domine] qui potes, & debes seruis misereri. Sap. 11. Misereris omnium, quia omnia potes. Tertiò, propter propriam humilitatem, cum dicit. *d* Vide humilitatem meam] Eccl.35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur, & non descendet donec Altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit. Quartò propter crudelitatem inimicorum, ibi. *e* De inimicis meis. Thr.1.d. Vidi afflictionem Dñe, vidi afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Exod.3. b. Populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus. [Vide] inquam, humilitatem meam, supple æstimabilem de inimicis meis, quia dicit Gl. de superbia inimici æstimatur humilitas patientis. [Vide inquam tu, cuius aspectus auxilium est. Et hoc est. *f* Qui exaltas me de portis mortis] Quæ plures sunt.

Dominus tribus modis requirit sanguinem.

non *a* est oblitus clamorem pauperum. *b* Miserere mei *c* Domine, vide *d* humilitatem meam *e* de inimicis meis. *f* Qui exaltas me de portis mortis, vt *g* annunciem † *h* omnes laudationes tuas in *i* portis filiæ Sion. *k* Exultabo † in salutari tuo, *l* infixæ sunt gentes in † *m* interitu quem fecerunt. In † *n* laqueo isto *o* quem absconderunt, *p* comprehensus est pes eorum. *q* Cognoscetur Dñs *r* iudicia faciens, in *f* operib. manuum suarum *t* comprehensus est peccator.

al. † vniuersas laudes.
al. † super salutare quũ.
al. † corruptione quam.
al. † muscipula ista quã occultauerunt.

Aliæ.

Per quas ingreditur mors, scil. quinque sensus. Ier.9.f. Ascendit mors per fenestras vestras, ingressa est domos vestras. Vnde monet Isa.25. d. Vade populę meus, intra cubicula tua, claude ostia tua super te. De his portis exaltatur homo spiritualia sectando.

Per quas itur ad mortem, peccata mortalia. Ps.106. Appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Vnde orat Ecclesia. A porta Inferi, &c. Et de istis exaltatur homo per peccati abominationem. Illi enim qui non abominantur peccatum, non exaltantur, sed deiiciuntur in peccatum. Quæ ducunt ad mortem, scil. Diaboli ministri eorum. De quibus, Matth.16.c. Et portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. Ps.106. Portas æreas, & vectes ferreos confregit. De his portis exaltatur homo tentationibus viriliter resistendo. Iac.4.b. Resistite Diabolo, & fugiet à vobis.

Quæ tegunt mortem, sc. Hypocritæ. Vnde Iob 41.a. Portas vultus eius quis aperiet? Sicut enim ostium quandoque clauditur, ne ea, quæ sunt in domo videantur. Sic vultus Hypocritæ clauditur, ne spurcitia conscientiæ eius videatur, quia si aperiretur ostium eius, multa enormia viderentur. Ezech.8.d. Fili hominis fode parietem, & cum perfodissem, apparuit mihi ostium vnum, & dixit ad me, ingredere & vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Eph.5.c. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. De his portis exaltatur homo, bona sinceriter operando. De his ergo exaltat Dominus, & ad quid, subdit. *g* Vt annunciem] prædicando. Priùs enim oportet ab eis exaltari, & obseruari, quam prædicet homo. Vnde Gregor. Qui carnalibus actibus incubat, vitam aliorum instituere volens, necesse est vt erubescat. Et alibi idem. Sordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent. *h* Omnes laudationes tuas] id est, omnia opera laudabilia. Vel vt omnes meæ annunciationes sint laudes tuæ. Et hoc. *i* In portis filiæ Sion] ego, scil. existens, & existentibus in illis [Annunciem, &c.] Filia Sion, est Ecclesia triumphans. Portæ eius multæ sunt. Porta enim est B. Virgo, de qua Ezech.44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam. Hæc est, de qua cantamus in hymno. Fœlix cœli porta. In hac stare debemus per iugem meditationem, & iuge seruitium. Item porta est Ecclesia Militans. Genes.28.d. Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli. In ista stare debemus per concordiam, & vnitatem. Item portæ sunt Angeli. Vnde Psalm. 23. Eleuamini portæ æternales. In his stare debemus per sanctitatis eorum imitationem. Item portæ, sunt dies iudicij. Prouerbiorum vltim.d. Laudent eam in portis opera sua. In istis stare debemus per diei Iudicij frequentem recordationem, & propriæ conscientiæ diiudicationem. 1. Corinth. 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Prouerbiorum 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Item portæ sunt virtutes. Prouerbiorum vltim.c. Nobilis in portis vir eius. Exod. 32. f. Ite & redite de porta vsque ad portam, id est, de virtute in virtutem. Psalm.83. Ibunt de virtute in virtutem. In istis stare debemus per bonorum operum executionem. Item portæ sunt Prælati. Isa.60. d. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Et Isai. 54. c. Ponam portas tuas in lapides sculptos. Non enim debent solum pingi per scientiam, sed & sculpi per exemplum bonæ vitæ, vt dicant cum Apostolo Gal. vltim. d. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. In istis stare, & eis assistere debemus, eis debitam reuerentiam, & obedientiam exhibendo. Item portæ sunt Sacramenta Ecclesiæ, scilicet, Baptismus, Pœnitentia, &c. Psal.99. Introite portas eius in confessione. In his debemus existere ea credendo, & humiliter suscipiendo, & debitè reuerendo. Et quia ita exaltas me. *k* Exultabo in salutari tuo] id est, in Christo, qui est salutare tuum, & nostrum. Tuum, quia à te missus est; nostrum, quia ad nos missus est. [Ego exultabo] sed gentes non. Quia. *l* Infixæ sunt gentes] id est, gentiliter viuentes. *m* In interitu quem fecerunt, id est, in peccato quod fecerunt sibi ad interitum. Prius determinauit de bonis, quæ fiunt iustis in præsenti, hic subiungit de pœna reproborum in præsenti. Prima pœna est obduratio. Vnde dicit, Infixæ sunt, per obdurationem, & obstinationem. Psalm.68. Infixus sum in limo profundi. Soph.1.c. Visitabo super viros defixos in fæcibus suis. Secunda pœna est illaqueatio in peccato. Vnde dicit.

n In laqueo isto] notato, scil. consuetudinario, id est, in fraudulento consilio, quod fecerunt ad capiendum alios. Iob 18. b. Præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos. *o* Quem absconderunt] id est, sub quodam prætextu iustitiæ abscondere voluerunt. Osee 13.c. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum eius.

p Comprehensus est pes eorum] id est, malus affectus eorum. Pes animæ est amor, qui si prauus est, dicitur cupiditas, qua inclinantur ad terrena, vel libido, qua inclinatur ad carnalia. Si rectus est, dicitur charitas, & tunc erigitur ad æterna. Illi absconderunt laqueum, sed frustra. Quoniam. *q* Cognoscetur Dominus] hic in præsenti à Sanctis. Et sic cognito Domino, laqueum fugient, & euadent. Prou.1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ibi Glo. Facilè euadit laqueos in terris, qui semper habet oculos in cœlis. *r* Iudicia faciens] occulta. Occulto enim Dei iudicio comprehenduntur illi in laqueis quos abscondunt, & iusti euadunt. Vel de futuro legitur, sic. Ita infixæ sunt gentes, nec Deum volunt cognoscere modò, sed ipse cognoscetur esse Dominus, iudicia faciens in die iudicij, vel in die mortis, vel in die tribulationis. In his enim tribus facit, vel faciet Dominus iudicia, & ostendet se esse Dominum. Et quid iudicabit Dominus, subdit.

f In operibus manuum suarum, &c.] quia sicut dicit Apostolus. 2.Cor.5.b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Et boni recipient bona, mali vero mala. Et hoc est.

t Comprehensus est peccator,] in operibus manuum suarum. Ieronym. Vnusquisque peccans secum portat funes, vincula, tormenta, vnde sustinet mala. Prouerb. 5. d. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

a Conuertantur, &c.] Tertia pars. Continuatio. Secundum quod præcedens legitur de præſenti. Cognoſcetur Dominus in præſenti à bonis, qui iudicia eius patienter ſuſtinent; ſed peccatores qui dantur in reprobum ſenſum, conuertentur in infernum, id eſt, in mortiferam delectationem. Vel de pœna futura legitur. Dixit ſupra. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Sed quia ſtipendia peccati mors. Ergo, [Conuertantur, &c.] Ad literam, & prædicit hoc, non optat, nec dicit peccantes, ſed peccatores, ſcilicet, ſecundum habitũ. Per hoc, quod dicit, Conuertantur, innuit conuerſionem ſecundum corpus, & animam. Et qui ſunt illi peccatores oſtendit, ſubdens.

a Conuertantur peccatores in Infernũ, omnes b gentes quæ obliuiſcuntur Deum. Quoniam c non in finem obliuio erit pauperis, d patientia pauperum e non † peribit in finem. f Exurge Domine, non † g confortetur h homo

al. † periet in æternum.

al. † præualeat.

b Omnes gentes, &c.] ſummam ſapientiam. Hunc obliuiſcitur omnis, qui mortaliter peccat. *Greg.* Quem rapit iniquitas, Infernus abſorbet. Sed hæc obliuio non cadit in virum ſanctum. *Ier.* 2. f. Nunquid obliuiſcitur virgo ornamenti ſui, & ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ, populus verò meus oblitus eſt mei? Hæc virgo, eſt anima incorrupta, cuius ornamentum eſt ſumma pulchritudo. Similiter ſponſa eſt anima Deo coniuncta. Faſcia pectoralis, ſumma ſapientia, cuius non obliuiſcitur hæc ſponſa. e Quoniam non in finem, &c.] Continuatio. *Supra dixit.* Non eſt oblitus clamorem pauperum. Et verè. Quoniam non in finem, &c. Vel ſic. Ita obliuiſcuntur Deum, ſed Deus obliuiſcetur eorum, licet hic magni nominis ſint, pauperum vero, qui hic nullius nominis ſunt, non obliuiſcetur, quia eorum nomina ſcripta ſunt in cœlis. Et hoc eſt, [Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.] Tertio modo, & melius continuari poteſt ſic. Conuertantur peccatores in infernum. Quare? Quoniam non in finem, &c. quaſi dicat, ideo punientur, quia oppreſſerunt hic pauperes, quorum non in finem erit obliuio apud Deum. Eſt autem multiplex paupertas. Videlicet neceſſitatis. *Matth.* 26. a. Pauperes ſemper habebitis vobiſcum. Item ſimulationis, vt faciunt trutanni, qui exterminant facies ſuas, vt videantur hominibus propter penuriam ieiunantes. *Mat.* 6. b. Hæc eſt hypocriſis eorum. Item cupiditatis, ſicut ſunt diuites. *Seneca.* Non qui parum habet, pauper eſt, ſed qui plus cupit. *Prou.* 13. a. Eſt quaſi diues cum nihil habeat. *Apoc.* 3. d. Tu dicis, quia diues ſum, & nullius egeo, & neſcis, quia tu miſer, & miſerabilis, & pauper, & nudus. *Ieron.* Auaro deeſt tam quod habet, quam quod non habet. Item tolerantiæ, ſicut in ſtultis egentibus, qui dolent & grauantur de ſua paupertate. De hac *Pſ.* 48. Simul in vnum diues, & pauper. Et Philoſophus. Paupertas eſt odibile bonum. Item eſt paupertas æternæ calamitatis. *Eccl.* 18. d. Memento neceſſitatem paupertatis in die diuitiarum, ſcil. illam quam patientur mali in Inferno. Neceſſitatem vocat, quia non poterit ſubleuari. Item paupertas voluntatis. *Matth.* 5. a. Beati pauperes ſpiritu. Et hæc eſt duplex, paupertas ſpiritus, & paupertas rerum. Paupertas ſpiritus, hæc eſt humilitas. Paupertas rerum eſt duplex. Abiectionis, & ſubiectionis. Abiectionis, vt homo nudus Chriſtum nudum ſequetur. De qua *Ieron.* Victus auſterior, cultus abiectior, & cætera Chriſtianæ religionis inſtituta, non faciunt verum Chriſtianum. Hunc ſcito verum Chriſtianum, qui nec habet, nec concupiſcit. Paupertatem ſubiectionis habent illi, qui non amant diuitias quas habent, ſed benè diſpenſant. De qua *Poeta.*

Et mihi res, non me rebus ſupponere conor.

1. *Cor.* 7. f. Qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Eius ergo qui pauper eſt altero iſtorum duorum modorum, quæ vtraque paupertas eſt ſpiritus, non erit obliuio in finem, vel in fine, licet modò videatur Dominus obliuiſci eos. Et poſſumus aſſignare ſex cauſas quare amplectenda, & diligenda eſt iſta paupertas ſpiritus. Prima eſt, quia facit hæredem Regni cœlorum. *Matth.* 5. a. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Et dicit, eſt, non, erit; vnde notatur habitudo in præſenti. Secunda cauſa eſt, quia dat certam experientiam de amicis. *Sen.* Propter hoc vnum amanda eſt paupertas, quia vultus ſodalium ambiguos, id eſt, qui priùs erant ambigui, oſtendit. Et *Greg.* Cum quis in proſperitate diligitur, incertum eſt an perſona, an proſperitas diligatur. *Prou.* 19. a. Diuitiæ addunt amicos plurimos; à paupere autem, quos habuit, ſeparantur. *Seneca.* Mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi, prædam ſequitur turba hæc, non hominem. Vnde dicitur *Eccl.* 20. b. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius, qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Tertia eſt, quia ille in quo erant omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, vt habetur *Col.* 2. a. hanc ſibi elegit. Vnde 2. *Corinth.* 8. b. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam egenus propter vos factus eſt, cùm eſſet diues, vt illius inopiâ vos diuites eſſetis. Ideo dicit Apoſtolus *Hebr.* 12. a. Deponentes omne pondus, ſcilicet diuitiarum, & circumſtans nos peccatum, curramus per patientiam ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem confuſione contempta. Et ibi dicit *Auguſt.* Omnia bona terrena contempſit, vt ea eſſe contemnenda monſtraret; omnia mala terrena, quæ ſuſtinere præcipiebat ſuſtinuit, vt in iſtis non quæreretur fœlicitas, nec in illis timeretur infœlicitas. Quarta cauſa eſt, quia amotis curis, & ſollicitudinibus temporalibus, anima liberiùs intendit Deo. Vnde *Gregor.* Cor humanum opibus, & libertate diſſoluitur, paupertatibus, & ærumnis ad ſeipſum intus colligitur. Et *Matth.* 13. c. Sollicitudo ſæculi, & fallacia diuitiarum ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur. Ibi dicit *Beda.* Diuitiæ ſtrangulant guttur mentis, nec bonum deſiderium in cor intrare ſinunt. *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire ſomno contemplationis. Quinta cauſa eſt, quia pauperum eſt Dominus ſollicitus. *Pſalm.* 39. Ego autem mendicus ſum, & pauper, & Dominus ſollicitus eſt mei. Sicut mater quæ habet duos pueros, ſollicita eſt de infirmo, ſic eſt Dominus de pauperibus, quia hic non habent conſolationem. *Matth.* 5. a. Beati qui lugent, ipſi enim conſolabuntur. Econtrario. Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. *Luc.* 6. d. *Iſaia* 66. a. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum. *Pſalm.* 21. Oculi eius in pauperem reſpiciunt. Sexta cauſa eſt, quia reuocat Deum ad memoriam. *Pſalm.* 21. Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum. Per contrarium *Oſea* 13. b. Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

Multiplex paupertas.

Amplectenda eſt paupertas propter ſex cauſas.

d Patientia pauperum, &c.] Non dicit, paupertas, vel fides, vel huiuſmodi, quia patientia pauperis maximè digna eſt remuneratione, eo quod raro inuenitur, & cum difficultate ſeruatur patientia in paupere. Et illam maximè reſpicit Dominus, quia ſpirituum ponderator eſt Dominus. *Prouerbior.* 16. a. Nec quid, ſed ex quanto detur attendit. *Prouerbior.* 16. d. Melior eſt patiens viro forti.

e Non peribit in finem] id eſt, in æternum. Vel [in finem] dicit per ſimile. Cùm enim dicitur alicui petenti, expecta vſque in finem, ſignum eſt, quod reſeruetur ei aliquid magnum. Sicut dicit eleemoſynarius, quando vult aliquibus pauperibus melius prouidere in eleemoſyna quàm aliis, præterit illos, & dicit, expectate vſque in finem. Similiter facit Dominus, modò præterit pauperes, & dat diuitibus diuitias temporales, ſed pauperibus reſeruat ſpirituales. Et ſi patienter expectent, melius remunerabuntur, quàm iſti diuites. Quia ſicut dicitur *Prouerbior.* 20. c. Hæreditas ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit. Sicut patuit in diuite, *Luc.* 16. g. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. Propter hoc monet *Iſai.* 28. d. Qui crediderit non feſtinet, ſcilicet, accipere hic temporalia, ſed expectet vſque in finem. Quia vt dicitur *Iſaia* 64. b. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti, non feſtinantibus ad temporalia iſta, ſed expectantibus non temporalia, ſed te, qui eris omnia in omnibus.

f Exurge Domine] Loquenti de fine ſæculi, incidente in memoriam aduentu Antichriſti, quaſi territus exclamat, optans futurum Iudicium. Continuatio. Non peribit patientia pauperum, & vt non pereat. [Exurge Domine] ſcilicet, venire ad iudicium. Et non eſt contra illud *Amos* 5. f. Væ deſiderantibus diem Domini, quia hic petit ex compaſſione. Væ autem deſiderantibus ex præſumptione & ſuperbia. Et ſic in aduentu tuo fiat, vt

g Non confortetur] ſuper bonos.

h Homo] purus, non Deus, id eſt, Antichriſtus quaſi humum ſapiens. Hoc dicit ad confeſſionem ipſius Antichriſti, qui mentietur ſe eſſe Deum. 2. *Theſſ.* 2. a. Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Deus [Non confortetur] id eſt, non continuet ſuam fortitudinem. Parum enim durabit. *Matth.* 24. b. Niſi abbreuiati fuiſſent dies, non ſalua fieret omnis caro,

caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Non durabit enim niſi per tres annos,& dimidium. *Dan.*12.c.Vſquequo finis horum mirabilium ? Et reſponſum eſt. Per tempus & tempora, & dimidium temporis. Sed interim antequam exurgas. *a* Iudicentur,] id eſt, puniantur ab eo.

a iudicentur *b* gentes *c* in conſpectu tuo. *d* Conſtitue Domine *e* legiſlatorem *f* ſuper eos, vt *g* ſciant gentes *h* quoniam homines ſunt. Vt *i* quid Domine † receſſiſti longe, *k* deſpicis in *l* opportunitatibus in † tribulatione. *m* Dum ſuperbit impius incenditur pauper, *n* comprehenduntur in † *o* conſiliis quibus cogitant. *p* Quoniam laudatur peccator in *q* deſideriis animæ ſuæ, & † *r* iniquus *ſ* benedicitur. † *t* Exacerbauit Dominum *u* peccator, ſecundùm *x* multitudinem iræ ſuæ non † *y* quæret: *z* Non eſt Deus in conſpectu eius † *a* inquinatæ ſunt viæ illius in *b* omni tempore.

al. † diſceſſiſti.
al. † tribulationibus.
al. † cogitationibus.
al. † vtiniqua gerit.
al. † Irritauit.
al. † exquiret
al. † contaminantur.

Vel [Iudicentur] id eſt, iuſto iudicio in peccatum præcipitentur ab eo.
b Gentes] id eſt, geniti tales, id eſt, malè credentes. *Ioan.* 3.c. Qui non credit, iam iudicatus eſt, &c. Hoc eſt autem iudicium, quia lux, ſcilicet, veræ fidei, venit in Mundum, quam attulit Chriſtus, & Apoſtoli & Prædicatores. Et dilexerunt homines magis tenebras infidelitatis, quàm lucem fidei. Et ideo iuſtè tales excæcati, & in tenebris ambulãtes, præcipitabuntur in peccatum, 2. *Theſſ.* 2. c. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Et hoc totum.
c In conſpectu tuo. O Domine] quia te non latebit. Et verè ita erit, ideo.
d Conſtitue] id eſt conſtitues, id eſt conſtitui permittes propter peccata eorum. *Iob* 34.d. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.
e Legiſlatorem] id eſt Antichriſtum, qui prauam legem afferet, quæ peruertet eos.
f Super eos,] id eſt, in onus. Et hoc permittes.
g Vt ſciant gentes] per experientiam.
h Quoniam homines ſunt] ſcilicet, fragiles, & ſtulti, qui punitorem ſuum receperunt. In proſperitatate poſitus non cognoſcit ſe homo, ſed in aduerſitate. *Ierem.*6.b. Erudire Ieruſalem, &c. Secundùm aliam tranſlationem. Per omne flagellum erudieris Ieruſalem. Vnde & Alexander dixit adulatoribus ſuis. Vos dicebatis me eſſe filium Iouis, & Deum, ſed iſtud vulnus, quod habeo probat me eſſe hominem. *i* Vt quid Domine, &c.] Diapſalma. Quarta pars. Propheta videns preſſuras quibus affligentur Sancti tempore Antichriſti, quærit quare Dominus hoc permittat, dicens, [Vt quid Domine receſſiſti longè] ſcilicet, à bonis. Hoc autem quærit, vt ſoluat, & ſic ſimplices doceat. Vnde ſubdit. *k* Deſpicis] id eſt, ad modum deſpicientis te habes. *l* In opportunitatibus,] id eſt, opportunè dimittens eos, ſupple in tribulatione. Vel, [Deſpicis] vt ſupra [in opportunitatibus in tribulatione] id eſt, in opportuna tribulatione. Quæ opportuna, & vtilis eſt multis de cauſis. Prima eſt, quia purgat. *Sap.*3.b. Tanquam aurum in fornace probauit illos. *Gregor.* Quod fornax auro, quod flagellum grano, quod lima ferro, hoc facit tribulatio viro iuſto. *Gregor.* Ignem tribulationis admouet, vt in nobis vitiorum rubiginem purget. Secunda eſt, quia roborat. *Eccl.*27.a. Vaſa figuli probat fornax. Sed in fornace alia dirumpuntur, & crepant, alia verò ſolidantur. *Gregor.* Pœna interrogat ſi quis in aduerſitate poſitus, Deum veraciter amet. Tertia eſt, quia humiliat. 2.*Cor.*12.b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c. *Gregor.* Dum aduerſitate humilitas proficit, proſpera eſt aduerſitas, quæ ab elatione cuſtodit. Quarta eſt, quia impellit ad Deum, *Pſalm.*15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. *Gregor.* Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Quinta eſt, quia lætificat, *Act.*5.g. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. *Gregor.* Mira diſpenſatione dum exteriùs Deus affligit, interiùs reficit. Sexta cauſa eſt, quia dum bonos perſequuntur mali, inflammantur boni ad dilectionem Dei. Vnde ſubdit.

Tribulatio vtilis eſt multis de cauſis.

m Dum ſuperbit impius, &c.] *Exod.*1.c. Quanto opprimebantur filij Iſraël, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. *Pſalm.*91. Iuſtus vt palma florebit. Natura eſt palmæ, vt quantò magis in radice atteritur, tantò magis creſcat. Dicit [dum ſuperbit impius] Antichriſtus, & complices eius, qui omnes in glutino iniquitatis ſunt, ſicut omnes iuſti in glutino charitatis ſunt vnus. De hoc impio. *Iſa.* 11.b. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et 2. *Theſſal.* 2. b. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. [Dum] inquam [ſuperbit impius, incenditur] pauper ſpiritu, id eſt, purgatur. Vel [incenditur] amore Dei, ſicut pugil inflammatur dum pugnat. Sed ipſe & complices eius.
n Comprehenduntur] quaſi quibuſdam vinculis.
o In conſiliis] id eſt, per conſilia quibus cogitant, ſcilicet, comprehendere Sanctos, & ita proprio gladio interficiuntur, ſicut Goliat, 1.*Reg.*17.g.
p Quoniam laudatur] Continuatio. *Supra* dixit, quod ſuperbit impius, hic oſtendit, quare ſuperbiat, & aſſignat quinque cauſas. Prima eſt adulatio, de qua dicit. Quoniam laudatur, &c.] Et nota quod triplex eſt adulatio. Prima eſt, quando bonum, quod habet aliquis ab alio, ſupra id quod eſt extollitur. Alia eſt, quando bonum, quod non habet, ei attribuitur. Tertia eſt, quando malum, quod facit fouetur, & dicitur eſſe bonum, & hæc eſt deterior. Et de hac dicitur, [Quoniam laudatur peccator] id eſt, Antichriſtus, qui Antonomaſtice dicitur peccator, vel etiam quilibet de complicibus ſuis. Et nota, quòd licet in opere peccare maius ſit quam voluntas, tamen maius peccatum eſt laudare hominem in voluntate peccandi, quàm in ipſo facto. Et ideo aggrauando dicit.

86. diſt. c. donare.
Quare ſuperbiat impius.
Adulatio triplex.

q In deſideriis animæ ſuæ.] Deſiderium Antichriſti erit, vt credatur eſſe Deus. De hac adulatione. *Prou.*1. b. Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.
r Et iniquus] id eſt, Antichriſtus dicitur peccator in Deum, iniquus in proximum. In Deum peccabit deſiderio, in proximum facto.
ſ Benedicitur] quaſi Deus, id eſt, laudatur à palponibus malè faciendo, vt dicant illud Poëticum.

Exeat aulam, qui vult eſſe pius.

De talibus, ſcilicet, adulantibus, & cui adulantur, dicitur *Ezech.*13.b. Ipſe ædificabat parietem, ipſi autem liniebant luto abſque paleis. Qui ædificat parietem, ponit lapidem ſuper lapidem, ita peccator, peccatum ſuper peccatum. Et adulatores liniunt luto, id eſt, faciunt exteriùs apparere bonum, ſed hoc ſine paleis, id eſt, ſine aliqua veritate. Sicut enim paleæ mixtæ luto faciunt tenax temperamentum, quo paries linitus firmiter ſtat. Sic veritas rei cum apparentia exteriorum, ſtabilem facit rem apud Deum, & homines. Sed non ſic in iſtis, quia non ſubeſt veritas: *Iſa.*3. c. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Faciunt enim ſicut Ioab, qui Amaſam occidit, dum mentum eius quaſi oſculaturus eum teneret, 2. *Reg.* 20. c. Et Abner ſibi occurrentem, loquens ei in dolo, 2.*Reg.*3.c. Et per hoc.
t Exacerbauit Dominum,] id eſt, ad iracundiam prouocauit.
u Peccator,] id eſt, Antichriſtus, & quilibet fautor eius. Similiter de Herode. *Act.*12.g. qui ſibi vſurpauit diuinitatem, & interfectus eſt, percutiente eum Angelo Domini. Et adeo exacerbauit, quòd.

Antichriſtus quare ſuperbiat in Deum.

x Secundùm multitudinem iræ ſuæ] ſcilicet, Dei.
y Non quæret] eum Deus, id eſt, non puniet eum in præſenti corrigendo, & ad gratiam vocando. Hoc eſt quærere Dei. *Luc.*19.b. Venit filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. Et hæc eſt ſecunda cauſa quare ſuperbit, ſcilicet, quia non corripitur. Vnde *Eccleſiaſt.*8.b. Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Tertia cauſa eſt, quia non attendit bonitatem Dei, & gaudia cœleſtia. Vnde ſubdit.
z Non eſt Deus in conſpectu eius,] vt ipſum & bona ſua oculo fidei, vel intellectus reſpiciat, & oculo affectus, vel charitatis appetat, *Oſea* 5.a. Viuemus in conſpectu eius. Quia qui ſic illum duobus oculis reſpicit, ſpiritualiter viuit. *Abac.*2.a. Iuſtus ex fide viuit, ſcil. formatâ per charitatem. Et hoc, ſcil. quòd [non eſt Deus in conſpectu eius] patet per hoc, quod ſequitur. Quia.
a Inquinatæ ſunt viæ illius] per peccatum. Et ſicut dicitur *Sap.*1.a. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Viæ eius ſunt cogitationes, opera, & voluntates.
b In omni tempore] vitæ ſuæ. Vel reſpectu omnium temporum, quia in nullo fuit tanta malitia, quanta in ipſo erit. Vel, [In omni tempore] ſcil. præſenti, præterito, & futuro. Vnde de præſenti, ſubdit. [Auferuntur, &c.] De futuro, [Dominabitur.] De præterito, [Dixit enim, &c.

a Auferuntur iudicia tua. Quarta causa quare superbus erit, est quia non considerabit pœnam infernalem, quæ sibi, & peccatoribus reseruatur. Vnde dicit † Auferuntur iudicia tua] quibus in præsenti iudicas occultè, & in futuro iudicabis manifestè. *b* A facie eius,] id est, à mente & memoria eius.

a Auferuntur iudicia tua à *b* facie eius, *c* omnium inimicorum suorum *d* dominabitur. *e* Dixit enim in corde suo, non *f* mouebor à generatione *g* in generationem *h* sine malo. *i* Cuius maledictione os *k* plenum est, & *l* amaritudine, & *m* dolo, sub *n* lingua eius labor, & dolor. *o* Sedet *p* in insidiis cum *q* diuitibus in *r* occultis, vt *f* interficiat innocentem. *t* Oculi eius in *u* pauperem respiciunt, *x* insidiatur in † abscondito *y* quasi Leo in spelunca sua. *z* Insidiatur vt rapiat † pauperem, rapere pauperem *a* dum attrahit eum. In *b* laqueo *c* suo *d* humiliabit eum, † *e* inclinabit se, & *f* cadet † cum domina

De pæn. dist. 1. c. si enim vero liberi.
al. † occulto velut Leo in cubili suo.
al. † innocentem.
al. † muscipula sua.
al. † inclinabitur.
al. † dum dominabitur.

Et sic non timebit. Prius remouit fidem ab eo, quæ est principium virtutum, & charitatem, quæ est perfectio ipsarum. Et sic per consequens omnem virtutem amouit ab eo, *ibi*: Non est Deus in conspectu eius. Hic autem cum dicit, [Auferuntur, &c.] remouet timorem, qui est principium donorum, & sic remouet ab eo virtutes & dona. Quinta causa est dominium eius, de quo dicit. *c* Omnium inimicorum suorum dominabitur] quia prosperabitur in cunctis, & solus regnabit. De quo dominio *Apoc.* 13. a. Vidi bestiam ascendentem de mari, habentem capita septem, & cornua decem. Hæc bestia est Antichristus. Septem capita, quæ habebat, sunt vniuersitas Regum, & Principum quos subiectos habebit, vel timore, vel bello. Sed obiici potest. Omnes electi erunt inimici Antichristi, ergo dominabitur eorum, & sic nullus saluus erit. Sol. *d* Dominabitur] voluntate, sicut Christus vult omnes saluos fieri. Vel [Dominabitur] corporum, non animarum. *Iob* 9. c. Terrà data est in manus impij.

e Dixit enim] Continuatio. Quasi quis quæreret, qualiter veniet ad tantam potestatem? Ecce quia. Dixit in corde suo, id est, cogitabit, non dixit ore, quia verba dulcia dicet ad alliciendos homines. Et quid dixit.

1. Tim. 2. b.

f Non mouebor, &c.] id est, dominium meum non extendetur de gente ad aliam gentem, nisi multis mala inferam. Vel aliter, Non mouebor à generatione, &c.] id est, fama mea celebris non transibit ad posteros sine malis artibus. Sicut legitur, quod quidam Romam incendit, & ductus est ad Augustum Cæsarem. Qui quæsiuit ab eo, cur hoc fecisset. Et respondit, vt fama eius sic transiret ad posteros. Legitur etiam, quod quidam in Germania factus est hæreticus, vt insignis, & famosus haberetur. Vel sic, [Non mouebor à generatione] mortali.

g In generationem] immortalem.

h Sine malo] id est, sine malis artibus. Putabit enim se per malas artes venturum de terra in cœlum cum corpore, sicut attentauit Simon Magus. Vel sic, [Non mouebor, &c.] id est, semper viuam, & regnabo. Et addit Propheta, Sine malo, quasi dicat, viues quidem, sed non sine malo, quia viues in morte æterna. Nec mirum si ita dicet, quia malitia plenus erit. Cuius malitiam prosequitur, dicens.

De Antichristi malitia.

i Cuius maledictione, &c.] quasi dicat, ex superbia, de qua prædictum est, faciet hæc mala quæ sequuntur. Primò blasphemia. Vnde dicit? [Cuius os maledictione] id est, blasphemiis. k Plenum est.] *Dan.* 11. f. Aduersùs Deum Deorum loquetur magnifica, & Deum patrum suorum non reputabit. Et *Apocal.* 13. b. Datum est ei os loquens magna, & blasphemias. Secundò comminabitur bonis. Vnde dicit.

l Et amaritudine] id est, amara comminatione. Et incautos decipiet. Vnde sequitur.

m Et dolo] id est, verbis dolosis, & promissis. Et vt hæc faciat, multum laborabit. Vnde sequitur.

n Sub lingua eius labor] quasi subditus, id est, vt quod dicet, & comminabitur, & promittet, executioni mandetur, laborem magnum sustinebit, *Ier.* 9. b. Docuerunt linguam suam loqui mendacium. vt iniquè agerent laborauerunt. *Greg.* Dum fallacia suum vt tueri cogitur, duro labore fatigatur. Et quia non semper poterit facere ad libitum suum, dolebit. Vnde addit. Et dolor. Item per hoc, quod dicit, sub lingua, & non dicit in lingua, innuit quod hoc occultum erit. *Iob* 20. b. Cùm dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. *Greg.* In lingua, & non sub lingua malum esset, si loquens malitiam aperiret. Ideo dicit [Sub lingua eius labor, & dolor.] Labor ex parte corporis, dolor ex parte animæ. Et meritò, quia labor promissus fuit Adæ, cui dictum est, *Gen.* 3. c. In laboribus comedes. Et dolor fuit promissus Euæ. Cui ibidem dictum est. In dolore paries, *Prou.* 16. d. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit per viam non bonam, qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua, perficiet malum, *Prou.* 26. d. Labiis suis intelligitur amicus, cùm corde tractauerit dolos, quando, &c. Et sequitur quomodo laborabit ad perdendos bonos. *o* Sedet] moram faciens.

p In insidiis] sicut latro. *q* Cum diuitibus] quos ipse ditabit, vt cupidos diuitiarum ad se conuertat. Non dicit, quod sedeat cum pauperibus, quia sicut nulla participatio iustitiæ ad iniquitatem, 2. *Corinth.* 6. c. Ita nulla est participatio pauperis ad diuitem. *Eccles.* 13. a. Quid communicabit cacabus ad ollam? Et hoc faciet. *r* In occultis] Hypocrita enim erit, nec se insidiatorem dicet, sed potius saluatorem se esse simulabit. Et hoc fine faciet ista. *f* Vt interficiat innocentem] faciendo eum nocentem. Christus econtrario, vt viuificet. *Ioan.* 3. b. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet Mundum, sed vt saluetur Mundus per ipsum. *t* Oculi eius] Continuatio. Licèt sit pessimus, vt prædictum est, tamen volet assimilari Christo, qui respicit pauperes. *Isa. vlt.* a. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, &c. Et ideo dicit, Oculi eius, id est, Antichristi.

u In pauperem respiciunt] quasi miserendo, & compatiendo, ita faciunt hypocritæ. Sed licèt simulet misericordiam, nihilominus tamen & crudelis, & nequam erit. Vnde addit.

x Insidiatur in abscondito] vt quomodocunque noceat, quia sicut dicitur *Isa.* 10. b. Ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum. Et modum nocendi subiungit. *y* Quasi Leo in spelunca sua,] id est, vult nocere per violentiam, & per fraudem. Quasi Leo, quantum ad violentiam, *Thren.* 3. b. Vrsus insidians factus est mihi Leo in abscondito. Ibi *Gloss.* His duabus bestiis, omnis sæuitia Diaboli monstratur. [In spelunca sua] quantum ad fraudulentiam, quia Antichristus tres persecutiones, quæ diuersis temporibus fuerunt in Ecclesia, scilicet, stragem Martyrum, conflictum hæreticorum, seductionem falsorum fratrum, conflabit in vnam persecutionem. Et ideo maior erit illa tribulatio omnibus aliis. *Matth.* 24. b. Erit tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio Mundi vsque modo, neque fiet. Vnde *Amos* 5. f. Quomodo si fugiat vir à facie Leonis, & occurrat ei Vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu super parietem, & mordeat eum Coluber. Per Leonem, qui ferox est, & superbus, significatur tyrannica persecutio. Per Vrsum, qui infirmus est capite, & durissima pelle tegitur, significantur hæretici, qui infirmitatẽ capitis, id est, mentis infidelitatem patiuntur, & duri, & incorrigibiles sunt. *Prou.* 28. c. Leo rugiens, & Vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. Per Colubrum mordentem in domo, domesticus inimicus, scilicet, falsus frater. Ad quid autem insidietur, aperit Propheta, subdens.

z Insidiatur vt rapiat pauperem] per violentiam. Et [insidiatur] repete [rapere pauperem] per fraudulentiam.

a Dum attrahit eum] blanditiis, & promissis. De quibus promissis, subdit. *b* In laqueo, &c.] Laqueus iste, est fœlicitatis, & diuitiarum promissio, quæ sunt laqueus, 1. *Tim.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. *c* Suo] id est, qui sibi fit, id est, ad voluntatem suam. Vel, Suo, id est, qui sibi fit ad illaqueandum eum.

d Humiliabit eum] scil. pauperem, quia quantùm ipse in temporalibus diuitiis, & honoribus extolletur, tantũ pauper contemnetur. Vel, Humiliabit, id est, sibi subiiciet, quãtum ad illos quos peruertet. Hic est enim Draco, de quo dicitur in *Apoc.* 12. a. quòd cauda eius trahebat tertiã partem stellarum cœli, quia multi conuertentur ad eum, etiã de iis, qui stellæ cœli, id est, boni priùs erãt. Ecce iam dixit Propheta, quomodo Antichristus ad alios se habebit, postea subiũgit quomodo se habebit in seipso. Vnde dicit. *e* Inclinabit se] ad delitias, & voluptatẽ carnalem. *Eccl.* 47. c. dicitur ad Salomonem. Inclinasti femora tua mulieribus. *Psalm.* 13. & 52. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et alibi *Psalm.* 16: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Sed tandem.

Cadet cum dominatus fuerit pauperum] quia cum extulerit.

lerit se non solùm super pauperes, sed & supra omne, quod dicitur aut colitur Deus, vt dicitur, 2. *Thess.* 2. b. Tunc dicetur ei, fulminare, & ita fulminatus cadet. Quia sicut ibi. 2. *Thess.* 2. b. dicitur. Interficiet eum Dominus Iesus spiritu oris sui. Sic ambitiosi. *Ps.* 72. Deiecisti eos dum alleuarentur, &c. *Iob* 30. c. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens allisisti me validè. *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt, esto in illis, &c. 1. *Petr.* 5. b. Neque, vt dominantes in cleris. Et hoc totum proueniet Antichristo ex defectu fidei. Quod innuit Propheta subiungens.

tus fuerit pauperum. Dixit enim in *a* corde suo, *b* oblitus est Deus, *c* auertit faciem suam ne videat in finem. *d* Exurge Domine Deus & *e* exaltetur manus tua, ne *f* obliuiscaris pauperum. † *g* Propter quid irritauit impius Deum, dixit *h* enim in corde suo, *i* non requiret. *k* Vides quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. *l* Tibi derelictus est pauper, † *m* orphano tu *n* eris adiutor. *o* Contere brachium *p* peccatoris, & *q* maligni, † *r* quæretur peccatum illius, & *s* non inuenietur.

al. † in finem.
al. † iram.
al. † pupillo.
al. † requiretur delictū eius, nec

a Dixit enim in corde suo] id est, apud se, non palā. *b* Oblitus est Deus] me punire. Et ita. *c* Auertit faciem suam ne videat in finem,] id est, ne in extremo iudicio puniat. Vel, Ne videat in finem, id est, in istud extremum elementum, scilicet, terram, quasi dicat, Deus non curat temporália ista, nec ea, quæ fiunt in terra, sed tantùm cœlestia, & ea, quæ fiunt in cœlis: Et complectitur hic tria tempora, scilicet, Præteritum, cùm dicit, oblitus est Deus. Præsens, cùm dicit, auertit faciem. Futurum, cùm dicit, ne videat in finem. Contra primum. *Eccl.* 24. c. Memoria mea in generationes sæculorum. Contra secundum. *Prou.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius. *Iob* 37. a. Subter omnes cœlos considerat, &c. Contra tertium dicitur *supra*. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.

d Exurge Domine Deus] Quinta pars, in qua sub voce nauiculæ Petri inter procellas fluctuantis, scil. Ecclesiæ laborantis maximè tempore Antichristi, quasi Dominum in naui dormientem suscitans exclamat. Exurge Domine Deus, à somno quo videris dormire, cùm sinis pauperes tribulari. *Ps.* 77. Excitatus est tanquam dormiens Dominus. Excitatur autem clamore pauperum. *Ps.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Exurge, ergo quasi de somno. Insurge, ad vindictam. Consurge, ad auxilium.

e Et exaltetur manus tua,] id est, monstretur potentia tua in iudicio. *Isa.* 2. c. Exaltabitur Dominus solus in die illa, quia dies illa Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, &c. Et loquitur hic per simile, cùm dicit. Exurge, & exaltetur manus tua, sicut quando aliquis vult aliquem verberare fortiter, exurgit, & manum leuat, vt fortius possit percutere.

f Ne obliuiscaris pauperum] sicut putant impij. Vnde *suprà*. Dixit in corde suo, oblitus est Deus. *Isa.* 49. d. Nunquid potest obliuisci mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Videns autem Ecclesia se in illo iudicio liberandam, exultat, & persecutori insultat dicens.

g Propter quid irritauit impius Deum,] id est, Antichristus, & complices eius persequendo Sanctos, id est, quid profuit ei tanta mala facere? *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in his in quibus nunc erubescitis? Et hoc modo legendo notat hæc præpositio, propter, causam finalem. Potest autem aliter legi, vt notet causam impellentem, vt sit sensus. Propter quid, id est, quid mouit eum, vt ista faceret? Et subdit quid fuit, scilicet, præsumptio. *h* Dixit enim in corde suo,] id est, cogitauit. *i* Non requiret] Deus ista, quæ facio. *Vnde sup.* Auertit faciem suam, &c.] Potest autem & hoc quæri de quolibet peccatore. Propter quid irritauit impius Deum, vt quæratur de causa finali, & de causa impellente. Et primò de finali. [Propter quid, &c.] quasi pro nihilo, quia pro peccato, quod multis de causis abominandum, & contemnendum est, videlicet, quiá vilissimum est. *Ezech.* 18. g. Quare moriemini dómus Israel? quasi pro nihilo, scilicet, pro peccato, quod nihil, & vilissimum est. Vnde Philosophus. Si scirem Deos ignosci turos, & homines ignoraturos, adhuc dedignarer peccare. Item, quia sordidum est peccatum. *Deut.* 32. a. Peccauerunt ei non filij eius in sordibus. Item, quia parum durat. *Greg.* Momentaneum est, & leue, quod delectat, æternum est, quod cruciat. Item, quia laboriosum. *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis,

Peccatum abominādum multis de causis.

ambulauimus vias difficiles. *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt. *Et Greg.* Vigiliis, & cruciatibus cruciatum merentur æternum. Vel, Propter quid. Secundo modo; vt quærat, quæ fuit causa impellens ad peccatum, quasi dicat nulla, quia hostis est debilis. Vnde *Ieron.* Debilis est hostis, qui non potest vincere, nisi volentem. Item nihil potest eum cogere ad peccatum. *Sen.* Res humanæ in bono sunt, nemo, nisi suo vitio fit miser. Omitte excusationem, nemo peccat inuitus. Et *Aug.* Peccatum adeo est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. Item homo habet præsidium Angelorum. *Ps.* 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Item habet ipsum Deum in auxilium. *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. 1. *Cor.* 10. c. Fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. Cùm igitur peccatum sit ita detestandum, vt prædiximus, & debilis sit hostis, & Dei, & Angelorum habeamus auxilium. [Propter quid irritauit impius Deum: dixit enim in corde suo, non est Deus, requirens scilicet ad vindicandum, & ita hoc fit ex defectu fidei, quia si quis timeret pœnam gehennæ, & crederet præmia patriæ, nunquam peccaret mortaliter. Vnde *Orig.* Si cuius causa periclitatur, consulit iura, & Legisperitos; si quis infirmatur, consulit Medicos ne moriatur, sed non consulit Sacram Scripturam ne puniatur. Et quare facit hoc? Quia credit ista, illud vero minimè. Et tamen dicitur *Isa.* 8. d. Cùm dixerint vobis quærite a Pythonibus, & à diuinis, qui student incantationibus suis, nunquid non populus a Deo quæret visionem pro viuis, & mortuis? quasi dicat ita, ad legem magis, & ad testimonium impius irritat Deum, sed Deus prospicit, quòd veniat dies eius. Et hoc est.

k Vides quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Quod sic construe. Vides vt, id est, quomodo tradas eos in manus tuas, scilicet Antichristum, & seruos eius ad puniendum. Et hoc, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, quem sanctis in via intulerunt. Hoc est, quod *suprà* dixit. Sub lingua eius labor, & dolor. Vel sic secundum *August.* interrogatiuè. Vides, id est, videndo dissimulas, quia tu times laborem nimium pati in puniendo. Hoc est, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt, id est, si tradas eos in manus tuas ad puniendum. Dolorem dicit quantùm ad iram interiorem. Laborem quantùm ad opus vindictæ exterius. Est ergo sensus. O Domine nunquid impunita dimittes scelera eorum, vt ipsi dicunt, eo quòd timeas in puniendo laborare, & irasci more hominum? Absit. Ostensa à Propheta Dei iustitiâ, quam exhibebit puniendo malos, agit de eius misericordia, quam exhibet bonis. Et hoc duobus modis, protegendo à malo, & adiuuando in bono. Et hoc est.

l Tibi derelictus est pauper, vt eum protegas. Ecce primum. Et lege discretiuè, & cum pondere, quasi tibi qui talis es. De secundo subdit.

m Orphano tu,] non alius.

n Eris adiutor,] ad bonum faciendum. Orphanus est, cui pater Mundus, & mater concupiscentia mortui sunt. De quibus *Ezech.* 16. a. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethea. Amorræus interpretatur amaricans. Hic est Mundus qui multis amaritudinibus, & doloribus suos afficit. Cethea interpretatur tenebrescens, & signat carnem, siue carnalem concupiscentiam, quæ lumen rationis absorbet, & obtenebrat. *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, concupiscentiæ, & non viderunt Solem iustitiæ. Moraliter, versus iste Prælatorum est.

Moralis

l Tibi derelictus est pauper, &c. Vnde de malis conqueritur Dominus *Isa.* 1. f. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Quomodo autem adiuuat pauperem subdit.

o Contere brachium,] id est fortitudinem.

p Peccatoris,] id est, Antichristi, qui dicitur per excellentiam peccator quantùm ad se.

q Et maligni, quantùm ad proximum. Et verè conteres, quia.

r Quæretur peccatum illius,] id est, iudicabitur de peccato suo, & peribit. Vnde addit.

s Et non inuenietur, quia peribit proiectus in tenebras exteriores. *Matth.* 25. c. *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Vel sic: Quæretur peccatum illius, vtrum adhuc necessarium sit ad purgationem iustorum. Et non inuenietur, quia non erit necessarium, purgata Ecclesia, sicut lima non est necessaria ferro planato. Et nota, quòd multis modis accipitur brachium in Scriptura. Dicitur enim brachium potētia, sicut hic. Dicitur etiam brachium

Nota brachiū multis modis dicitur.

bona intentio. Pſ. 17. Poſuiſti, vt arcum æreum brachium meum. Item Chriſtus dicitur brachium. Iſai. 53. a. Brachium Domini, cui reuelatum eſt. Item dicitur fortitudo corporalis. Iob 18. c. Conſumat brachia illius primogenita mors. Primum brachium eſt conterendum. Secundum appetendum, & deſiderandum. Tertium eſt exaltandum. Quartum non eſt curandum. Quia ſicut dicitur in Pſ. 146. Non in tibiis viri benè placitum erit ei. *a* Dominus regnabit.] Continuatio. Ille cum ſui peribit, ſed Dominus, id eſt, Chriſtus. *b* Regnabit,] id eſt, innoteſcet eſſe Rex illis defunctis. 1. Cor. 15. c. Cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Regnabit dico non ad horam, ſed in æternum. *c* Et] pro, id eſt, in ſæculum ſæculi. Vos autem *e* Gentes] id eſt, geniti tales, ſcilicet, filij iræ, & gentiliter viuentes.

a Dn̄s *b* regnabit in æternum, *c* & in ſæculum ſæculi. *d* peribitis *e* gentes de terra illius. *f* Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum *g* audiuit *h* auris tua. *i* Iudicare *k* pupillo, & humili: vt non *l* apponat vltra *m* magnificare ſe homo ſuper terram.

In finem Pſalm. Dauid.

PSAL. X.

IN *n* Dn̄o confido, quomodo dicitis *o* animæ meæ *p* tranſmigra in montē *q* ſicut paſſer

d Peribitis de terra illius,] id eſt, Chriſti. De qua in Pſ. 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et Gen. 49. c. Iſſachar aſinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quod eſſet bona, & terram, quod optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum. Iſſachar interpretatur vir mercedis, & ſignificat illos, qui mercedem æternam intantum diligunt, vt ſe illi quaſi matrimonio coniunxerint, cogitatione, & auiditate ei adhærentes. Aſinus contentus eſt viliſſimo pabulo, ita & ipſi, accubantes inter terminos, id eſt, neque in corpore, neque extra corpus. Iob 7. c. Suſpendium elegit anima mea. Vidit oculo intellectus, contemplando, & oculo affectus, prælibando. Requiem æternam. Et notat hic duo, in quibus totum gaudium. Paradiſi conſiſtat, ſcil. defectus omnis mali, vnde dicit; Requiem. Et abundantia omnis boni, vnde dicit; Terram quæ, ſcilicet afferet fructum omnis boni. Et ideo dicit. Vidit requiem quod eſſet bona, & terram, quod optima. In his autem.

De ſaluandis quatuor notantur. *f* Deſiderium pauperum] Hic agit de ſaluandis, in quibus quatuor notantur. Primò, impletio deſiderij, cùm dicit: Deſiderium pauperum. Secundò, facilitas exaudiendi, cùm dicit; Præparationem. Tertiò, remuneratio, cùm dicit; Iudicare pupillo, id eſt, remunerare, ſicut meruerunt. Quartò, ſecuritas præmij, ibi: Vt non apponat vltrà. Dicit ergo. *f* Deſiderium pauperum] quo dicitur iudicij deſiderabant propter mala, quæ ſuſtinebant, exaudiuit Dominus.

Deſiderium iuſt. in tribus conſiſtit. Deſiderium autem viri iuſti in tribus debet conſiſtere, quia tria debet conſiderare, videlicet, vt ſit in ſe mundus a peccato; vt ſit vtilis proximo, vt ſit deuotus Deo. Vnde dicitur Prou. 11. d. Deſiderium iuſtorum omne bonum. Omne diſtribuit inter illa tria, teſte Mich. 4. c. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid Dominus quærat a te: vtique facere iudicium. Ecce primum, quia iudicium hominis ſe iudicantis in contritione, & confeſſione, mundat à peccato. Prou. 20. b. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Et diligere miſericordiam. Ecce ſecundum. Et ſollicitè ambulare cum Deo tuo. Ecce tertium. Et propter hæc tria poteſt homo dici vir deſideriorum, ſicut Daniel, *Dan. 7. f.* ſed non niſi à Deo debent hæc deſideria peti. Pſ. 37. Domine ante te omne deſiderium meum. Et *h* Auris tua] id eſt, clementia tua. Et eſt metaplaſmus. *g* Audiuit præparationem] id eſt, cor eorum præparatum ad ſeruiendum tibi, vel ad recipiendum te, ſicut in Templo. Duobus autem modis præparatur, ſcil. remouendo ſordes vitiorum, & admouendo pulchra ornamenta, & amœna virtutum, & operum. De his duobus Pſ. 107. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Ad hoc mone-*Cor duobus modis præparatur.* mur 1. Reg. 7. a. Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli. Eccl. 18. c. Ante orationem præpara animam tuam. *i* Iudicare,] quaſi dicat, audiſti iudicare, id eſt, in hoc exaudiſti, vt iudices.

k Pupillo, & humili,] acquiſitiuè, id eſt, proferas ſententiam pro illo, qui ſimul eſt pupillus, cui pater Mundus crucifixus eſt, & humilis, qui, ſcil. mundo crucifixus eſt. Gal. 6. d. Mihi Mundus crucifixus eſt, & ego Mundo. Pupillus enim, & non humilis eſſet ſi quis de eo, quod mundum contempſit, ſuperbiret. Vel, [Iudicare,] paſſiuè, [pupillo, & humili,] quia reuera ad profectum pauperum, & humilium iudicatus eſt. *l* Vt non apponat homo, ſcilicet, Antichriſtus prauus homo.

m Magnificare ſe ſuper terram,] ſcilic. Eccleſiam. Item. Vt non apponat vltra magnificare ſe homo, quicunque, ſuper terram. Vnde Aug. O pellis morticina quid tenderis? O ſanies fœda, quid inflaris? Princeps tuus humilis, & tu ſuperbus, caput humile, & membrum ſuperbum. Et dicit idem Aug. Erubeſce homo eſſe ſuperbus, Deus humilis effectus eſt. Eccl. 10. b. Quid ſuperbis, &c.

EXPOSITIO PSALM. X.

IN Domino confido.] In præcedenti Pſ. egit de perſecutione bonorum tempore Antichriſti futura. Hic autem agit de perſecutione bonorum, quæ eſt a membris Antichriſti, ſcil. hæreticis. De quibus 1. Ioan. 2. c. Nunc Antichriſti multi ſunt. Titulus. In finem Pſal. Dauid. Hoc ſæpe ſupra expoſitum eſt. Intentio pſalmi eſt docere reſi-*Partitio Pſalmi.* ſtere hæreticis. Modus bipartitus eſt Pſal. Primò agit de hæreticis, qui Catholicos ad ſuam prauitatem volunt conuertere. Secundò, oſtendit, quæ bona dabit Deus bonis: & quæ mala inferentur malis, ibi. Iuſtus autem quid fecit. In prima parte vtitur Propheta ordine præpoſtero, priùs oſtendit quid reſpondendum ſit hæreticis, quam quid ipſi dicant. Propheta loquens in perſona cuiuſlibet fidelis contra hæreticos pugnantis, primo ſcutum confidentiæ aſſumit dicens. *n* In Domino confido.] Qui eſt ſpes ſalutis meæ. Eph. vlt. c. Ex quo ergo ſic. Confido in Domino, quomodo, ô vos hæretici. *o* Dicitis animæ meæ, id eſt, mihi. *p* Tranſmigra in montem,] id eſt, ad nos, qui ſumus magni, & literati. Et debes tranſire, quia es. *q* Sicut paſſer,] id eſt, pennatus virtutibus, & ſic blandiuntur Catholicis.

Moral. Moraliter, hoc debet dicere vir iuſtus cùm tentatur præcipue de vana gloria, vel ambitione. *n* In Domino confido,] qui eſt ſpes mea, præter quem nihil aliud volo, quem expecto, non mundani, non elati, de quibus Phil. 3. d. Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, vnde etiam ſaluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ. Hoc ſignificatur Iud. 9. b. vbi oliua noluit deſerere pinguedinem, nec ficus dulcedinem ſuam, nec vitis vinum, vt inter ligna promouerentur.

Iuſtus debet confidere in Domino. Debet autem iuſtus confidere in Domino pluribus de cauſis. Primò, quia homo eſt ſuus, ſcil. Dei poſſeſſio, vel ſeruus. Pſ. 118. Tuus ſum ego, ſaluum me fac. Item quia non ſolùm poſſeſſio, aut ſeruus, ſed filius. Pſ. 88. Pater meus es tu, Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ. Item quia potens eſt Deus. Pſ. 88. Potens es tu Domine. Item, quia miſericors, & verax. Pſ. 85. Multæ miſericordiæ, & verax. Confidendum eſt ergo in Domino. Non in Mundo. Iſa. 36. b. Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum iſtum, ſuper Ægyptum, &c. Non in carne Ier. 17. a. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. Ideo dicitur de Eccleſia, vel fideli anima. Cant. 8. b. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto huius miſeriæ, delitiis virtutum affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Ex quo igitur ſic. *n* In Domino confido, quomodo dicitis,] quaſi dicat fruſtra.

o Animæ meæ tranſmigra in montem,] ſuperbiæ, vel ambitionis. Et notandum quod dicit: Dicitis animæ meæ, non dicit mihi, quia Diabolus non curat multum, quod homo exaltetur exterius, dummodo conſentiat, & appetat inferiùs in corde.

Vir iuſtus comparatur paſſeri. *q* Sicut paſſer.] Ecce quid dicunt ſuggeſtiones prauæ, quibus hic loquitur vir iuſtus. Meritò tu debes tranſire, quia es ſicut paſſer, id eſt pennatus virtutibus, & operibus bonis. Comparatur autem vir iuſtus paſſeri propter multa. Primò, quia vt paſſer, vir iuſtus eſt modicus per humilitatem. Greg. Studium ſanctorum eſt humilia de ſe ſentire. Item leuis, per temporalium abiectionem. Hieron. Tu onuſtus auro arbitraris te Chriſtum ſequi. Cautus, per ſui ſollicitam cuſtodiam. Apoc. 4. c. Animalia plena erant oculis ante, & retrò. Item habitans in petra per iugem meditationem Dominicæ Paſſionis. Cant. 2. d. Veni amica mea in foraminibus petræ. Pſ. 83. Etenim paſſer inuenit ſibi domum.

Alleg. * Quoniam ecce peccatores

Poteſt autem totus iſte Pſalmus legi in perſona Chriſti in Paſſione poſiti, vt dicat Chriſtus.

n In Domino confido.] Ergo ô vos Iudæi.

o Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem,] id eſt ad cæremonias legis. Quod ſi facerem, eſſem.

q Sicut paſſer,] id eſt, inſtabilis. Confido inquā in Domino.

A Quoniam ecce peccatores,

A *a* Quoniam ecce peccatores] Propheta conuertens hic ſermonem ad Catholicos, exponit quare dixerit, quod prædixit, ſcilicet, [In Domino] quaſi dicat ideò dixi hæc. Quoniam ecce peccatores,] id eſt, hæretici *b* Intenderunt arcum] id eſt, ſacram Scripturam ad ſe diſtorſerunt, i. ad voluntatem ſuam exponendam ſumpſerunt, vt vos inde decipiant. Vnde addit. *c* Parauerunt ſagittas ſuas,] id eſt, verba venenoſa, &

al. † tetenderunt.

al. † obſcura Luna.

Quoniam *a* ecce peccatores † *b* intenderunt arcum, *c* parauerunt ſagittas ſuas in *d* pharetra, vt *e* ſagittẽt in † obſcuro *f* rectos corde. *g* Quoniam, quæ perfeciſti *h* deſtruxerunt, *i* iuſtus autẽ *k* quid fecit? Dominus in Templo ſancto ſuo, Dñs in cœlo *m* ſedes eius.

acutas ſententias, & argumentationes ſophiſticas. *d* In pharetra] id eſt, in abſcondito. Et hoc. *e* Vt ſagittent in obſcuro] id eſt, in ambiguis Scripturæ, quia obſcuritate Scripturæ decipiunt minores, eam prauè exponendo. Vel [In obſcuro] id eſt, in ſimplici ſenſu, quia ſimpliciores decipiunt. *f* Rectos corde.] *Prou.* 3. d. Cum ſimplicibus ſermocinatio eius, ſcilicet, illuſoris, de quo præmittit *ibi*: Abominatio Domini omnis illuſor, id eſt, hæreticus, qui illudit eis, quos decipit. Vel alia litera. In obſcura Luna. Luna eſt corpus globoſum, vt quidam dicunt, cuius medietas eſt obſcura, & alia luminoſa. Et quando pars luminoſa ad nos vertitur, incipit nobis apparere, donec tota videatur. Et dum iterum conuertitur, obſcura pars incipit apparere, donec tota nobis auferatur luminoſa. Hoc eſt Eccleſia, quæ ex carnali parte eſt obſcura, ex ſpirituali vero luminoſa. Et hæc pars quandoque apparet hominibus, quandoque latet, quia ſoli Deo nota eſt. Alij dicunt, quod Luna non habet lumen, niſi a Sole, ſed quando Soli propinqua eſt, non

De obſcuratione Lunæ.

illuminatur ex parte noſtra, & ideò non apparet nobis, quando vero recedit à Sole, nobis corniculata incipit apparere. Et hoc congruit Eccleſiæ, quæ totum lumen ſuum habet a Sole iuſtitiæ Chriſto. Sed nota, quod Luna tribus modis fit obſcura. Per eclipſim, per interpoſitionem nubium, & finitis menſium decurſibus. Quod triplici ſtatui Eccleſiæ congruit, quia in tempore perſecutorum fuit cruentata, fraude hæreticorum rubiginoſa, corruptione falſorum fratrum lutoſa. Et eſt ſenſus. Vt ſagittent in obſcura Luna, id eſt, in Eccleſia cruentata, rubiginoſa, lutoſa. Nota, quod ſacra Scriptura dicitur arcus, à quo eliciuntur bonæ ſagittæ. Vnde, Sagittæ potentis acutæ. Et etiam malæ ſagittæ, ſicut hic dicitur. Parauerunt ſagittas ſuas. Nec mirum, quia bono odore moriuntur mali. Dicitur etiam ſagitta, & pharetra. Vnde verſus.

Pſal. 129.

Verſus.

Se pharetra, ſe ſe iaculo, ſéque vtitur arcu.

Quod autem eos per ſacræ Scripturæ authoritates decipiunt, non eſt a vitio Scripturæ, ſed ab eorum vitio. Et hoc patet.

g Quoniam, quæ perfeciſti,] id eſt, Scripturas, vel mandata. *h* Deſtruxerunt,] ipſi hæretici, quantum in eis fuit malè exponendo, & peruertendo. Vel, Quæ perfeciſti, id eſt, minores in Eccleſia, à quibus laudem maximè perfeciſti in Eccleſia. Iuxta illud *Pſal.* 8. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Iſtos inquam, [deſtruxerunt,] in quantum potuerunt, quia eos, qui lacte fidei, & ſimplicis doctrinæ nutriendi erant, hæretici aculeis prauorum dogmatum necauerunt. Iſti hoc faciunt. *i* Iuſtus autem,] id eſt. Chriſtus. Et eſt ſecunda pars Pſalmi. Chriſtus dicitur iuſtus Antonomaſticè, qui & alios iuſtificat. *k* Quid fecit,] id eſt, quid faciet? Et reſpondet, quia reddet bona bonis, & mala malis. Et primò dicit, quod bonos in ipſis habitando ſanctificat. Vnde dicit. *l* Dominus omnium per potentiam, & creationem, eſt [in Templo ſancto ſuo,] id eſt, in quolibet iuſto per culturam, & gratiam. 1. *Cor.* 3. c. Neſcitis, quia templũ Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et *ibid.* Templum ſanctum Dei eſt, quod eſtis vos. Dominus. Hæc dictio abſolutè ponitur, vt locum habeat ſequẽs relatio, ſicut ibi: Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, *m* Sedes eius] eſt in cœlo ſpecialiter. Vel, In cœlo ſedes eius, id eſt, in anima fideli, vt faciat eam cœlum, id eſt, ſecreta ſcientem. Dicitur autem anima templum Dei multis rationibus. In templo Deus adoratur, ſimiliter in anima fideli. *Matth.* 6. a. Intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito. *Ioan.* 4. d. Venit hora, & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate. Item ibi offeruntur ſacrificia, ſimiliter in anima fideli, vel in corde. *Pſ.* 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. Item in templo ſunt cruces intus, & extra, ita in anima debent eſſe cruces per memoriam Paſſionis, & externis per imitationem. *Cant.* vlt. b. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper bra-

Pſalm. 121.

Quare anima dicatur templum Dei.

chium tuum. Hoc ſignificatum fuit *Exod.* 12. vbi præcepit Dominus quod linirent ſanguine agni ſuperliminare, & vtrunque poſtem. Per ſuperliminare, intelligitur ratio, quæ debet liniri per memoriam Dominicæ Paſſionis. Per vtrumque poſtem, id eſt, per duos poſtes, iraſcibilis, & concupiſcibilis. Vnde iraſcibilis propter memoriam Dominicæ Paſſionis debet informari ad ipſam imitandum per pœnitentiam, concupiſcibilis ad amandum. Item in templo reponuntur reliquiæ Sanctorum, ſic anima fidelis debet ſemper recolere exempla ſanctorum. *Gregor.* Facta præcedentium recolamus, & grauia non erunt, quæ ſuſtinemus. Hoc ſignificatum fuit quando Ioſeph præcepit fratribus ſuis, vt deferrent ſecum oſſa eius. *Gen.* vlt. d. Per oſſa ſignificatur memoria eius, quæ erat ei vtilis, vt imitarentur opera eius. Ideo dicitur *Eccl.* 46. c. Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo, quod fit cum recolentes vitam eorum, animantur ad imitandum eos. Vnde *Exod.* 28. b. præcepit Dominus, vt ſummi Sacerdotes deferrent nomina duodecim filiorum Iſrael in rationali, & ſuperhumerali. Per rationale, quod ſupra pectus erat, intelligitur, quod debemus habere memoriam. Per ſuperhumerale, quod debemus imitari opera. Item in Templo ſit aqua benedicta, quæ fugat Dæmones, ita in Templo ſpirituali noſtro debet eſſe aqua lacrymarum, qua fugatur Diabolus. Quod ſignificatur *Iob* 2. d. vbi dicitur, quod non audebant ei amici eius aliquid dicere, quia videbant dolorem eſſe vehementem. Hi amici Diaboli ſunt, qui ſe ſimulant amicos, vt decipiant. Hi non audent ad eos accedere, quos vident eſſe in amaritudine lacrymarum. Vnde 3. *Reg.* 18. g. mandauit Elias Achab. Iunge currum, ne occupet te pluuia, ſc. lacrymarum. Et ſtatim fugit Achab, per quem ſignificatur Diabolus. Sed nota, quod in aqua iſta benedicta debet poni ſal diſcretionis. Vnde 4. *Reg.* 2. d. Eliſæus poſuit ſal in aquis Iericho, id eſt, in lacrymis, quæ fluunt pro defectu miſeriæ noſtræ. Et ibi ponitur ſal, ne degenerent in deſperationem, vel ne ibi excedatur. Sicut plerunque contingit, præcipuè religioſis nouiter conuerſis, quod ſuggerit aliquando Diabolus, vt eos per nimias abſtinentias, & vigilias, & lacrymas diuinis obſequiis inutiles, & imbecilles reddat. De quibus conquerebatur *B. Bern.* dicens. Qui autem inhiberi non poterant, & in ſpiritu vehementi ad omnia ferebantur, poſt ad tantam ignauiam deuenerunt, vt ſecundum illud *Gal.* 3. a. Cum ſpiritu cœperint, nunc carne conſumentur, quam turpe iniere fœdus cum ſuis corporibus, quibus ante crudele indixerant bellum! videas proh pudor! importunè quærere ſuperflua, qui prius neceſſaria obſtinatiſſimè recuſabant. Item in templo erat menſa propoſitionis, altare thymiamatis, & candelabrum cum ſeptem lucernis. Ita in anima fideli debet eſſe menſa, id eſt refectio ſacræ Scripturæ. *Ier.* 31. f. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Ibi eſt altare thymiamatis, id eſt, fides, quod præcipitur fieri de lignis Sethim. *Ex.* 30. *a.* ſc. de artic. fidei, qui ſunt incorruptibiles. Candelabrum ductile eſt cor ductile per patientiam. Septem lucernæ in eo, ſunt 7. dona. Item anima dicitur cœlum, quia de illa Dominus intonat minis. *Eccl.* 43. b. Vox tonitrui eius aſpirabit, id eſt, aſpirare ad cœleſtia faciet terram, id eſt, terrenos. Item de illa coruſcat per iuſtitiam, quia nullus illi fulmini poteſt reſiſtere. *Pſ.* 143. Fulgura coruſcationem, & diſſipabis eos. Item de illa pluit exteriorem lacrymarum effuſionem. *Pſal.* 67. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ. In hoc autem, quod dicit Propheta, Dominus in Templo, Domino attribuit quicquid ibi fit. *Iſa.* 26. c. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Vnde dicitur *Rom.* 8. e. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt, poſtulare nos facit. *Sap.* 4. c. Gratia Dei, & miſericordia in Sanctos eius, & reſpectus ſuper electos illius. Nec ſolum inhabitando ſanctificat bonos, ſed protegendo cuſtodit. Vnde dicit.

Anima dicitur cœlum.

* Oculi eius in pauperem

A *a* Quoniam ecce peccatores] id eſt, Iudæi. *b* Intenderunt arcum] id eſt, Scripturam, ad literam, quæ occidit, expoſuerunt. *c*. Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra,] id eſt, traditiones ſuas. Et hoc. Vt ſagittent in obſcura Luna, id eſt, in Synagoga peccatoribus plena. Sagittent, dico.

f Rectos corde] faciendo eos proſelytos.

g Quoniam, quæ perfeciſti, id eſt, Chriſtum ſecundum quod homo. *h* Deſtruxerunt] crucifigendo, dicendo eum eſſe legis deſtructorem. Vel, Quæ perfeciſti, id eſt, mandata tua, deſtruxerunt, propter traditiones ſuas.

i Iuſtus autem, Chriſtus. *k* Quid fecit] *Exce.*

l Dominus in Templo ſancto ſuo. Dominus in cœlo ſedes eius] id eſt, verbum in homine, vel filius hominis in cœlo.

* a Oculi eius in pauperem respiciunt,] ei miserendo & eum protegendo. *Psalm.33.* Oculi Domini super iustos. Sicut oculi matris sunt super puerum ne cadat, & si ceciderit, vt eum releuet. Vnde alibi in *Psal.31.* In via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Tertiò, confirmat eos per doctrinam verbi Dei. Vnde addit.

a Oculi eius in b pauperem respiciunt, c palpebræ eius d interrogant filios hominum. e Dominus interrogat iustum, & impium, f qui autem diligit iniquitatem g odit animã suam, h pluet super i peccatores laqueos, k ignis, & l sulphur, & m spiritus procellarum n pars calicis eorum. Quoniam o iustus Dominus, & p iustitias q dilexit, r æquitatem vidit † vultus eius.

In finem Psalm. Dauid pro octaua.

c Palpebræ eius,] id est, apertio, & opertio Sacræ Scripturæ, vel ipsa duo testamenta, quæ dicuntur palpebræ, quia modo se aperiunt, modò claudunt nostro intellectui.

d Interrogant filios hominum,] id est, iudicant, & discernunt, quia boni de occulta scriptura non fatigantur, sed exercentur. Nec de manifesta extolluntur, sed confirmantur. Mali vero econuerso faciunt. *Prouerb.* 2. a. Si quæsieris sapientiam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Vel, Interrogant, id est, ostendunt nobis defectum nostrum, sicut magister discipulo, quando interrogat eum, & nescit respondere. Ad hoc significandum fecit Moyses *Exod.* 38. a. labium, siue mare æneum, quod idem est, de speculis mulierum. Mare æneum est Sacra Scriptura, in qua videmus maculas nostras & defectus. *Iacob 3.* d. Si quis auditor est verbi, & non factor operis, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, id est, in Sacra Scriptura. Confirmat etiam Dominus bonos per disciplinam, & probat. Vnde sequitur.

e Dominus interrogat iustum, & impium,] id est, per tribulationes probat quis est iustus, vel impius. Vnde *Gregor.* Pœna inflicta interrogat, si quis in prosperitate positus Deum veraciter amet. *Sapient.* 2. d. Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Vel, Interrogat, id est iudicat conscientias eorum. Et sic interrogando inuenit. Quod.

f Qui diligit iniquitatem,] id est, peccatum. Nam peccatum est iniquitas. 1. *Ioan.* 3. b. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Et peccatum est iniquitas.

g Odit animam suam,] odio effectus, id est facit ac si odiret eam. Ostenso quid faciat bonis, ostendit consequenter quid faciat malis in præsenti. Vnde dicit.

h Pluet] scilicet, per nubes, id est, prædicatores, siue sint pseudo veris falsa admiscentes, siue etiam boni prædicatores.

i Super peccatores laqueos.] Nubes enim istæ pluunt imbrem doctrinæ. Et doctrina pseudo prædicatorum laqueus est, quia decipiunt auditores, & illaqueant in peccatis. *Ier.5.f.* Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes, ponentes laqueos, & pedicas ad capiendos viros. Et ipsa doctrina bonorum fit laqueus peccatoribus, qui peccatis suis exigentibus malè intelligunt. Vnde 2. *Cor.* 2. d. Aliis sumus odor mortis in mortem. *Isa.* 8. c. Et erit in sanctificationem, & in laqueum, & in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel.

k Ignis,] concupiscentiarum.

l Sulphur,] id est, fœtor malorum operum.

m Et spiritus procellarum,] id est, tumultus mentis in præsenti, vel pœna gehennæ in futuro.

n Erunt pars calicis eorum,] id est, mensuræ pœnæ eorum. Calix enim est vas in quo liquor mensuratur antequam propinetur ad bibendum. Et vt notet plures pœnas esse, non dicit quòd hæc sint calix, sed pars calicis. Vel sic potest legi.

Moraliter. Moraliter.

Tres laquei peccatorum. h Pluet,] id est, plui permittet.

i Super peccatores laqueos,] tres, scil. diuitiarum, voluptatum carnalium, & honorum. De primo *Psalm.* 56. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam ad terrena. Et 1. *Timoth.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. De secundo *Eccl.* 7. d. Inueni mulierem amariorem morte, quæ laqueus venatorum est. Vnde *Prouerb.* 6. d. Mulier viri pretiosam animam capit. Ecce malus laqueus. De tertio *Psalm.* 141. In via hac qua ambulabam absconderunt superbi, scilicet Dæmones, laqueum mihi. Et *alibi.* Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium. Ibi *Glos.* in quem incidit superbus Adam. *Psal.90.* De his tribus simul dicitur *Isa.* 24. c. Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit, qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam, & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. Per formidinem significantur diuitiæ, quia semper faciunt timere. *Iob* 15. c. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum sit pax, ille semper insidias suspicatur. Vnde *Seneca.* Videt pauperem, & suspicatur furem, videt diuitem, & æstimat prædonem. Per foueam, luxuria. *Prouerb.* 23. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena. Per laqueum significatur propriè superbia, quæ aues, id est, pennatos virtutibus aliquando capit. Quia, vt dicit *August.* superbia bonis operibus insidiatur, vt pereant. Sed qui his tribus laqueis se capi permittent, econtrario tripliciter punientur. Vnde addit.

k Ignis,] scilicet, gehennæ ad domandam duritiam auaritiæ.

l Sulphur,] pro fœtore luxuriæ.

m Spiritus procellarum,] ad exsufflandum puluerem gloriæ mundanæ.

n Pars calicis eorum. *Isa.* 24. b. Amara erit potio bibentibus eam. Vel per hæc quatuor possunt notari quatuor incommoda quæ sequuntur ex peccato. Primum est, quòd homo in peccato non potest facere opus meritorium vitæ æternæ. Vnde dicit. *Nota quatuor incommoda, quæ sequũtur ex peccato.*

h Pluet super peccatores laqueos,] vt illaqueentur ita quòd non possint mereri. *Prou.* 7. d. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Secundum est, quod bona, quæ ante fecerat, mortificantur. Vnde dicit. [Ignis] *Ioel.* 1. d. Ad te Domine clamabo, quoniam ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Idem *Ioel.* 2. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, id est, antequam intraret peccatum. Et post eum, id est postquam intrauit, solitudo deserti. *Iob* 21. b. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Tertium est infamia. Vnde addit. [Sulphur.] *Prouerbiorum* 10. b. Memoria iusti cum laudibus, nomen autem, id est, fama impiorum, putrescet, id est, putrida, & sic fœtida erit. Quartum est remorsio conscientiæ. Vnde dicit, Spiritus procellarum: quia in conscientia, quæ sibi contraria est quasi tempestas. *Isaia* 57. d. Impij, quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Vel, Laqueos, dicit, quantum ad consensum peccati. Ignis, quantùm ad ardorem, & appetitum implendi. Sulphur, quantùm ad ipsius defensionem.

o Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit.] Continuatio. Supra posuit, quæ bona dabit Dominus bonis, quæ mala habebunt mali. Et hæc omnia faciet Dominus iuste. Vnde dicit. Quoniam iustus est Dominus, solus per naturam.

p Et iustitias,] quas ipse in bonis creauit, id est, ipsos iustos.

q Dilexit.] *Ierem.* 9. g. Ego Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi. Et ex hoc, quod diligit iustos, illuminat eos. Vnde sequitur.

r Æquitatem vidit vultus eius] vel, facies, id est, æquitas visa est in notitia eius, quasi dicat, illis quibus innotescit, & quos diligit, æquitatem ostendit: Quia vnctio docet eos de omnibus, 1. *Ioan.* 2. d. Vel sic. Æquitatem vidit vultus eius, quantùm ad duo præmissa, scilicet, quod innotescit bonis, & non innotescit malis, quia hoc æquitas est.

A a Oculi eius,] id est, patris. *Allegor.*

b In pauperem respiciunt,] id est, in Christum resuscitando. Vel, In pauperem, id est, in genus humanum propter quod passus est.

c Et palpebræ eius,] id est, apertio, & opertio cœlorum, id est, mors Christi, & resurrectio, quæ fidelibus cœlum aperiunt, infidelibus vero claudunt. Hæ inquam, palpebræ.

d Interrogant filios hominum,] id est, probant vt Apostolos. Cætera non mutantur.

EXPOSITIO PSAL. XI.

Saluum me fac.] Titulus. In finem Psalmus Dauid pro octaua.] In præcedentibus Psalmis agebatur de persecutionibus Diaboli, & Antichristi, & hæreticorũ, & de pœnis eorum. Vnde Propheta, vel fidelis anima videns in spiritu omnes istos hostes, & considerans

pœnas

pœnas eorum iam dictas, petit vt saluetur ab his in die iudicij, vt pereat mundi vanitas, & veniat promissa veritas. Est ergo sensus tituli. *Psalm.* i. tractatus iste, qui dicitur *Psalm.* quia monet nos ad benè operandum, dirigens nos in finem, est [Dauid] Prophetæ, loquentis hic in persona viri iusti, factus, vel habitus pro octaua, i. pro die Iudicij, qui quòd sit octaua, & quare, plenè determinatum est *sup.* 6. *Psalm.* Hanc desiderat, vt ab his malis liberemur, & vt gloriam habeamus. *a* Saluum me fac.] Modus. Duæ sunt partitiones. Primò petit ab his liberari. Secúdò, ostenditur Christus à Patre missus contra mala sæculi, *ibi*: Propter miseriam. Timés ergo Propheta, vel

Partitio Psalmi.

al. † habet vana.

† Proximus dicitur multis modis.

al. † apud nos.

P S A L. XV.



a SAluum me fac Domine, quoniam *b* defecit *c* sanctus, quoniam *d* diminutæ sunt veritates à filiis hominum. *e* Vana locuti sunt vnusquisque *f* ad proximū suum, *g* labia dolosa in *h* corde, & corde locuti sunt. † *i* Disperdat Dominus vniuersa *k* labia dolosa, & *l* linguam magniloquam. *m* Qui dixerunt, *n* linguam nostram *o* magnificabimus, *p* labia nostra † à nobis sunt, *q* quis noster Dominus est? *r* Propter mise-

vir iustus propter magnitudinem periculi, exclamat. O Domine saluum me fac, ideo timentem, & clamantem. *b* Quoniam defecit] quantùm ad paucitatem, quia pauci sunt Sancti inter tot malos. *c* Sanctus] i. sanguine tinctus, i. fragiles sumus ab hæreticis, Martyres à Tyrannis, odio si à falsis Christianis, Mundus ab Antichristo. Vel, Defecit Sanctus, quantum ad opinionem quorundam, qui dicebant nullos esse Sanctos. Vnde Elias 3. *Reg.* 19. b. Domine altaria tua suffoderunt, & Prophetas tuos occiderunt, & ego relictus sum solus. Et Dominus dixit, non, quia ego reseruaui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal. Vel, Sanctus, i. Christus, qui est Sanctus, i. sanctificans, & sanctificatus. Sanctificans, secundum quod Deus, quia alios sanctificat; sanctificatus, secundum quod homo à Patre. Vel, sanctus Spiritus, qui vbique est per essentiam, defecit, quoad esse per gratiam, quia in paucis est hoc modo. Vnde addit. *d* Quoniam diminutæ sunt,] quia creuit eorum falsitas, vna sola est veritas, s. Deus cuius participatione multæ sunt veritates in hominibus. Secundum hoc in versu isto notamus tria, humilitatem petentis, & duas causas petitionis. Humilitatem petentis, cùm dicit. Saluum me fac, q. d. non possum ego me saluum facere. *Ps.* 77. Spiritus vadens, & non rediens. *Os.* 13. c. Perditio tua Israel, est ex te, supple, tantummodò ex me auxilium tuum. Domine, quia Deus es; homo enim non potest me saluum facere. Vnde in *Ps.* 48. Frater non redimet homo. Frater Christus non redimet inquantum homo, quia in quantum homo frater est, & purus homo. Redimet? q. d. non. Et ideo dicitur *Ier.* 17. a. Maledictus, qui confidit in homine. Item Mundus non potest. *Psal.* 32. Fallax equus ad salutem, i. Mundus qui dicitur fallax, quia deficit in necessitate. Hic est enim baculus arundineus confractus Ægyptus, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. *Isa.* 36. b. Tu ergo, Domine, qui solus potes, saluum me fac, salute exteriori corporis, & interiori animæ, s. gratia, & superiori, s. gloria. Et hoc peto. Quoniam defecit. *Mic.* 7. a. Periit sanctus de terra, Et hæc est prima causa petitionis, s. defectus sanctitatis in affectu cum effectu. *Ps.* 52. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Benè autem dicit, defecit Sanctus, qui s. increpet asperis, deterreat minis, consulat blandis, inuitet promissis, informet exemplis, instruat doctrinis, defendat factis, adiuuet moribus. Secunda causa est defectus veritatis in intellectu. De quo dicit. Quoniam diminutæ sunt. Pluraliter loquitur, vt comprehendat triplicem veritatem. Veritatem iustitiæ, quæ deficit per luxuriam, veritatem doctrinæ quæ deficit per superbiam. De hac triplici veritate *Ioan.* 16. c. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Istæ autem veritates sunt diminutæ, aut penitus defecerunt modò propter abundantiam contrariæ falsitatis. Vnde *Os.* 4. a. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Veritas iustitiæ, misericordia vitæ, scientia doctrinæ. *Mic.* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant. Et hoc est contra veritatem iustitiæ. Et Sacerdotes eius in mercede docebant. Et hoc est con-

Tria notantur in hoc versu.

Psal. 13.

De triplici veritate.

tra veritatem vitæ. Et Prophetæ in pecunia diuinabant. Et hoc est contra veritatem doctrinæ. *e* Vana locuti sunt] Continuatio. Verè [diminutæ sunt, &c.] ad decipiendum, quod deterius est. *Ier.* 9. b. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Et hoc est primum, quod ponit hic, per quod diminuitur veritas. Vana loqui dicitur tripliciter. [Vana locuti sunt] i. inutilia. Vnde *Greg.* Sermo vanus vanæ mentis est nuncius. Item, vana, i. superflua. *Prou.* 14. c. Vbi plurima verba, ibi frequenter egestas. *Greg.* Tantò Diabolus facilius animum superat, quantò magis contra eum per multiloquium pugnat. Item vana, i. de vanis, s. de temporalibus. *Isa.* 29. a. Et erit, quasi Phytonis de terra vox tua, & de humo mussitabit eloquium tuum. *Ioan.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur. *f* Ad proximum] primæ Natiuitatis conditione, consanguinitate, beneficij exhibitione, fidei identitate. His enim omnibus modis dicitur proximus. *Luc.* 10. f. Quis videtur tibi fuisse proximus illi, qui incidit in latrones? Vbi *Aug.* Nomine proximi accipitur omnis homo. *Leu.* 19. d. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, i. omnem hominem inquantum homo est. Secundum per quod diminuitur veritas, est dolositas. Vnde Emphaticè loquendo dicit. *g* Labia dolosa.] i. toti in labiis. Sicut dicitur. Dauus est ipsum scelus. *Eccl.* 21. d. In ore fatuorum cor eorum. *Apoc.* 9. d. Potestas equorum in ore eorum est. *h* In corde, &c.] duplici corde, i. aliud habent in corde, & aliud in ore prætendunt. *Iac.* 1. b. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Verbum ex corde debet procedere, & cùm aliud loquuntur ore, & aliud habent in corde, constat eos habere duplex cor. Loquuntur quidam in corde, & corde, vt dolosi quorum cor aliud dicere, vel facere cogitat, & aliud dictat esse dicendum, & faciendum. Quidam in ore, & ore, vt garruli. Quidam corde tantum, vt Moyses. *Exod.* 14. d. Et Susanna, quæ tacens clamabat. *Dan.* 13. e. Quidam corde, & ore, vt Prædicatores, qui & ad laudem prædicandam, & proximum excitandum. 1. *Cor.* 14. c. Psallam spiritu, psallam & mente, prorumpunt in voce. Ita dolosè loquuntur. Sed *i* Disperdat Dominus] Et potest legi in bono, vel in malo. In bono, vt sit optatiuum sic, Disperdat Dominus, non ipsos, sed dolositatem linguæ per gratiam, secundum illud *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Vel in malo sic. Disperdat Dominus, i. diuersimodè perdet. k Labia dolosa.] Et est prædictio tantum, non optatio. *Iob* 40. d. Fune ligabis linguam eius, s. Diaboli. Tales sunt lingua Diaboli. *Apoc.* 16. b. Commanducauerunt linguas suas præ dolore. *l* Et linguam] Lingua dicitur magniloqua propter duo, s. propter iactantiam, & propter arrogantiam. De quibus subdit per ordinem. *m* Qui dixerunt] sic *n* Linguam nostram] iactando, i. nostra opera, & dicta laudando. Hoc enim est iactare facta, vel dicta sua laudare. Contra, quod dicitur *Prou.* 27. a. Laudet te alienus, & non os tuum. Vnde de Pharisæis dicitur. *Matth.* 23. a. Dilatant philateria sua, & magnificant fimbrias suas. Non dicit. Deum. *o* Magnificabimus] sed [linguam nostram.] Quod etiam faciunt illi, qui verba subtilia loqui conantur, vt sapientiores videantur. Qui, vt dicit *Ieron.* obducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas, de sacris literis philosophantur. Et comminatur eis Dominus per *Isa.* 19. b. Confundantur omnes, qui operantur linum plectentes, & texentes subtilia. Sancti vero econtrario non linguam suam, sed Deum magnificant. Vnde *Isa.* 24. c. In doctrinis glorificate Dominum. 1. *Reg.* 2. a. Nolite multiplicare loqui sublimia. *Eccl. vlt.* d. Dominus dedit mihi linguam mercedem meam, in ipsa laudabo Dominum. *Iob* 38. d. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus? Ibi *Gloss.* Fulgura de nubibus exeunt, sic mira opera ex Sanctis Prædicatoribus ostenduntur. Vadunt fulgura cùm Prædicatores miraculis coruscant, & superna reuerentia auditorum corda transfigunt. Reuertentia vero dicunt, adsumus, cùm non sibi, sed Dei virtutibus tribuunt quicquid se fortiter egisse cognoscunt. *Eccl.* 1. b. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur.

p Labia nostra à nobis sunt.] Ecce arrogantia, qua sibi attribuunt bonum, quod habent, quasi à se habeant. Contra quod dicitur 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod non accepisti, &c. *Greg.* Qui bona accepta sibi arrogant, de donis Dei contra Deum pugnant.

q Quis noster Dominus est?] quasi dicat, nullus, id est, nihil scimus de Domino. Simile *Iob* 21. b. Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei?

r Propter miseriam inopum.] Secunda pars. Continuatio. Ita

Vana loqui dicitur tripliciter.

Loquentium diuersitas.

Ieronymus in Prologo Bibliæ, cap. 6.

Ita dicunt mali,& hoc maximè diuites.Vnde *Pr.*30.b.Diuitias ne dederis mihi ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus? Sed non pauperes hoc dicunt. Et ideo. *e* Dicit Dominus, Pater.
a Propter miſeriam inopum] ſupple tollendam.
b Et genitum pauperum] hoc exigentem. Et in hoc tangit cauſam, quaſi meritoriam, i. deſideria, & ſuſpiria iuſtorum de aduentu Chriſti in carnem. *Iſa.*64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes. *Cantic.*1. a. Oſculetur me oſculo oris ſui. *Exod.* 4. d. d. Mitte Domine quem miſſurus es.

a riam inopum, & *b* genitum pauperum, *c* nunc *d* exurgam dicit *e* Dominus. *f* Ponam in ſalutari, *g* fiducialiter *h* agam in eo. *i* Eloquia Domini eloquia *k* caſta, *l* argentum *m* igne examinatum *n* probatum terræ *o* purgatum *p* ſeptuplum. *q* Tu Dñe *r* ſeruabis nos, & *ſ* cuſtodies nos, à *t* generatione hac in *u* æternum.

Et dicitur pauper quaſi parum habens in pera. Inops vero, qui ſine ope amicorum eſt. Vel pauperem, & inopem eundem intelligatis, pauperem, ſcil. ſpiritu, qui ſe parum, vel nihil habere reputat, & inopem, qui nullum amicum in Mundo habere æſtimat.
c Nunc,] id eſt, tempore gratiæ. De quo 2. *Corinth.* 6. a. ecce nunc tempus acceptabile.
d Exurgam] à cœlo, & in filio apparebo. Quare non dicit, deſcendam de cœlo? Sol. Quia qui aſcendit, & eleuatur, meliùs videtur. Vnde dicit [Exurgam] in Filio dicit Pater, id eſt, apparebo, & cognoſcar per manifeſtationem viſualem, quæ fuit in Incarnatione filij. Quomodo autem exurget, vel quid exurgens faciet, ſubiungit.
f Ponam in ſalutari] id eſt, in Chriſto. Et eſt illud [in] finale. [In ſalutari] id eſt, in Chriſto ad ſalutem humani generis. Vnde *Iſa.*61. a. Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me vt mederer contritis corde. Vnde cùm dicitur. [Ponam in ſalutari] ſupplendum eſt conſolationem pauperum. *Iſa.*51. a. Conſolabitur Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius. Idcirco autem dicit. [Ponam.] Nec determinat quid, ne diceret diminutè. Non enim poterat ſufficienter, & perfectè dicere.
Quia vt dicitur *Ioan.*3. d. Non eſt datus Chriſto ſpiritus ad menſuram. Et *Coloſſ.* 2. a. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Et *in eodem* b. In ipſo inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter.
g Fiducialiter] id eſt, potenter verbo, & facto, *Luc. vlt.* c. Qui fuit vir Propheta potens in opere, & ſermone.
h Agam in eo] ita quòd nihil poterit ei reſiſtere, quia opera teſtimonium perhibent ei. Vnde dicit *Ioan.*5. f. Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me.
i Eloquia Domini.] Supra locutus eſt Pater, promittens ſe miſſurum Filium. Quia verò inter opera Filij opus præcipuum fuit eius prædicatio. Vnde dicit *Iſa.* 61. a. Ad annunciandum miſit me. Et *Mar.* 1. d. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt ibi prædicem, ad hoc enim veni. Ideo Propheta hic commendat verba prædicationis Chriſti. Et commendat ea, primò ab auctoritate, cùm dicit.
Commẽdatio verborũ prædicationis Chriſti. [Eloquia Domini] quaſi dicat, non Ariſtotelis, aut Iuſtiniani, vel aliorum, ſed Domini. Et dicit bis, [eloquia.] Quia duplex eſt Chriſti locutio. Interior, & exterior, ſcilicet, literalis, & ſpiritualis. *Ezech.* 2. d. Liber erat ſcriptus intus, & foris. Secundò commendat ea à caſtitate, cùm dicit.
k Caſta.] Et dicuntur eloquia Domini caſta multis modis. Primò, quia docent caſtitatem ſpiritualem. Vnde *Iaco.* 3. d. Sapientia, quæ deſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, &c. Item quia non proſtituuntur pro lucro tempo- *Eloquia Domini dicuntur caſta.* rali. Vnde *Iſa.*55. dicit Chriſtus. Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac, id eſt, ſacram Scripturam, quæ inebriat vt vinum, & nutrit, vt lac. Cum dicit; Abſque argento excludit quæſtum. Cùm addit; Abſque vlla commutatione, excludit fauorem. Neutrum debet quæri in prædicatione *Matth.* 10. b. Gratis accepiſtis, gratis date. Sola vita æterna debet inde quæri. Hoc ſignificatum fuit *Gen.*25. a. vbi Abraham largitus eſt munera filiis concubinarum, & filio Saræ dedit terram hæreditatem ſuam. Sara eſt Sacra Scriptura, concubinæ ſunt aliæ ſcientiæ. Item quia eſt ſine admixtione falſitatis, vel adulterinæ expoſitionis. 2. *Corinth.* 2. d. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei. Item, quia facit animas caſtas, etiam corporali caſtitate. *Zachar.*9. d. Quid bonum eſt eius, & quid pulchrum eius niſi frumentum electum, & vinum germinans virgines, i. germinare faciens, hoc eſt ſacri eloquij. Item, quia exigitur in Prædicatoribus caſtitas. Hoc ſignificatum eſt *Exod.* 28. a. vbi præcipitur, quod parentur filiis Aaron tunicæ lineæ, & Balthei. In lino propter candorem, ſignificatur munditia. In Baltheis, maceratio carnis, quæ debet eam reſtringere ne laſciuiat. Vnde *Luc.* 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti. Item commendat eloquia Domini à dulcedine, cùm dicit.
l Argentum.] Argentum enim dulciter ſonat. *Pſalm.* 18. Dulciora ſuper mel, & fauum. Ibi dicit *Gloſſ.* Eloquia aperta in nouo, & operta in veteri Teſtamento dulcius ſapiunt palato fidei, quàm faucibus carnis mel. *Eccl.* 40. a. Tibiæ, & pſalterium ſuauem faciunt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis. Vnde præcepit Dominus Moyſi, vt faceret duas tubas argenteas, quibus conuocare poſſet multitudinem. Hæc ſunt duo teſtamenta. De *Num.* 10. a. his duobus, quæ prædiximus, ſcilicet, de munditia Prædicatorum, & dulcedine eloquiorum. *Iob* 27. c. Argentum innocens diuidet. Quartò commendat à puritate, cùm dicit.
m Igne examinatum.] Igne, ſcil. Spiritus ſancti. *Pſal.*118. Ignitum eloquium tuum vehementer. *Prou.* 30. a. Omnis ſermo Dei Clypeus ignitus. *Prou.* 25. a. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Quinto à ſpiritualitate, cùm dicit.
n Probatum terræ] id eſt, à terrenitate. Et ponitur genitiuus pro ablatiuo more Græco. Et dicitur.
o Purgatum] à terra, quia non promittunt terram, ſed cœlum, & quia docent deſpicere terram, & quia tractantes ea, debent eſſe purgati à terra. *Gregor.* Ignominioſum valde eſt ſub eius ſtatus ſpecie gloriam mundi, & diuitias quærere, in quo debet alios ad contemptum temporalium prouocare. *Iſa.* 13. d. Suſcitabo ſuper vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint. Sexto à perfecta purgatione, cùm dicit.
p Purgatum ſeptuplum] id eſt, perfectè. Septenarius enim numerus eſt perfectionis. Vel [Septuplum] id eſt, per ſeptiformem Spiritum. De quo *Iſa.* 11. a. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, &c. Vel [Septuplum, id eſt, ſeptempliciter, vt intelligatur ſpecialiter de ſermone Domini habito in monte. *Matth.*5. a. vbi ſeptem ponit beatitudines, ſeu virtutes, ſcil. paupertatem, manſuetudinem, luctum, miſericordiam, iuſtitiam, munditiam, patientiam, quæ purgantur per ſuſtinentiam perſecutionis. Vnde octaua beatitudo ſeu virtus retorquetur ad quamlibet de ſeptem, vt dicatur. Beati pauperes ſpiritu, ſi perſecutionem patimur propter iuſtitiam, & ſic de aliis, & ita ſeptempliciter purgatur eloquium.
q Tu Domine ſeruabis nos.] Hic oſtendit vtilitatem eloquiorum Dei, quaſi dicat, ita ſunt caſta, & bona eloquia tua. [Et tu Domine] non noſipſi.
r Seruabis nos, per tua eloquia. *Pſal.* 36. Lex Dei eius in corde ipſius. Ibi *Gloſſ.* Lex in corde cuſtodit à laqueo. *Prou.* 4. a. Ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei, nec dimittas eam, ſcilicet, ſapientiam, & cuſtodiet te. [Seruabis] dico a malo.
ſ Et cuſtodies,] in bono. Et hoc neceſſe eſt, quia vt dicit *Gregorius*, citò bonum perditur, quod à largiente non cuſtoditur. *Ioann.* 17. b. Ego ſeruaui eos in nomine tuo, ſcilicet, à malo: Ecce primum. Quos dediſti mihi cuſtodiui, & nemo ex his periit niſi filius perditionis. Ecce ſecundum, *Iſa.*21. c. Cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte: Hic eſt Samaritanus, id eſt, cuſtos, qui miſericordià motus alligauit vulnera ſauciati. *Luc.* 10. f. Vnde cùm dictum fuiſſet ei *Ioann.* 8. f. Samaritanus es tu, & dæmonium habes: ſe Samaritanum eſſe tacendo concedens, reliquum negauit dicens; Ego dæmonium non habeo.
t A generatione hac,] id eſt, in generatione hac mortali.
u In æternum] id eſt, ſemper. Vel cuſtodies nos ducendo [à generatione hac] mortali. In æternum] id eſt, in æternam beatitudinem. *Pſalm.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. *Abacuch.* 3. d. Super excelſa deducet victor, id eſt, Chriſtus, in Pſalmis canentem. Sequitur.
a In circuitu.] Concluſio eſt præcedentium, breuiter continens, quid vtriſque fiat, quaſi dicat, nos cuſtodies. Sed impij ambulant, id eſt, in labore temporalium. Sicut enim ille, qui ambulat in circuitu, ſemper eſt quaſi in principio motus ſui, & ſemper habet ad *Quomodo impij in circuitu ambulant. Pſalm.* 82.

ambulan

ambulandum, sic isti semper habent circa quod negotientur. *Psalm.* 82. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Hoc significatum est *Iud.* 16. c. quoniam Philistei cum comprehendissent Sãsoné, statim eruerunt oculos eius, & clausum in carcere molere fecerunt. Et 1. *Reg.* 25. c. dicit Abigail ad Dauid.

in *a* circuitu impij ambulant, secundùm *b* altitudinem tuam *c* multiplicasti filios hominum.

In finem Psalmus Dauid.

PSAL. XII.

d VSquequo Dñe obliuisceris me in finem, vsque quo *e* auertis faciem tuam à me?

Anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu, & circulo fundæ. Quia sicut in funda voluitur petra, & citò, & subitò eripitur, sic isti voluuntur circa temporalia sua, & subitò moriuntur. Sicut ille, qui cogitabat intra se dicens. *Luc.* 12. c. quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos, &c. Et statim sequitur. Dixit illi Deus, Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ parasti, cuius erunt? Et *B. Bern.* addit. Et, qui parasti cuius eris? Item isti voluuntur ad modum puerorum, qui rotant se, & circumeundo turbant se, & cadunt subito: ita isti rotantes se, & turbantes circa temporalia, subitò ruunt in peccatum. Item qui ambulat in circuitu non ingreditur, ita isti non ingrediuntur intelligentiam sacræ Scripturæ, siue doctrinæ. *Genes.* 19. c. Sodomitæ circumeuntes domum Loth percussi sunt cæcitate, ita vt ostium inuenire non possent. Loth interpretatur vacans, & benè signat bonos Theologos, qui Deo intendunt, quorum domus est sacra Scriptura. *Psal.* 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. Sed hodie posset dici de multis, Christo. Ecce mater tua, & fratres sunt, & debent esse Prælati, & omnes Curati, qui Christum in mentibus simplicium adhuc paruulum lactare debent lacte simplicis prædicationis, sicut mater, & ei debent suscitare semen, sicut fratres. Sed multi ex his hodie temporalibus intenti, & implicati foris stant, quia sacram Scripturam intelligere non possunt. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, 1. *Cor.* 2. d. *Eccl.* 7. d. Deus creauit hominem rectum, ipse autem miscuit se infinitis quæstionibus. Sed tu Domine.

b Secundùm altitudinem, .] i. in virtutibus quibus ad te ascenditur. Sicut dicitur in *Psalm.* Ibunt de virtute in virtutem, &c. In virtutibus dico. *c* Multiplicasti] non in auro, & argento, vel vino, & frumento, sicut illi, de quibus dictum est *sup.* A fructu frumenti, &c. Vel, Secundum altitudinem, id est, secundum, quod decet te altum. Multiplicasti, i. bonis spiritualibus, quia magnos magna decent. Vnde *Esther* 1. b. dicitur, quod vinum abundans, & præcipuum ponebatur, vt magnificentia Regia dignum erat. Et nota, quod est altitudo Diuinitatis. Vnde in *Psalm.* Nolite extollere in altum cornu vestrum. Et est altitudo profunditatis consiliorum Dei. *Rom.* 11. d. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Item est altitudo prosperitatis humanæ. *Psalm.* Ab altitudine diei timebo. Item nobilitatis. De qua *Isa.* 2. d. Incuruabitur in die illa altitudo virorum. Item intelligentiæ. De qua hic. Et in *Psalm.* Accedat homo ad cor altum. Nota etiam, quod triplex est multiplicatio, scilicet in numero, in præmio, in merito. Multiplicatio in numero, est secundùm promissionem Abrahæ, *Genes.* 33. c. Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli. In præmio secundum altitudinem Dei. i. sicut decet cum altum. Et multiplicatio ista est, quia super merita datur. *Luc.* 6. f. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Meritum verò tribus modis accipitur. Quia meritum aliquando notat dignitatem, secundum quod dicitur, quod Beata Maria meruit portare Dominum, i. digna fuit, non tamen ita digna, quod potuisset conqueri, si non fuisset Christus natus de ea. Aliquando autem notat plenitudinem sanctitatis, ita quod iniustè ageretur cum illo qui meruit, si remanente illo merito, non daretur ei præmium, vt cùm aliquis meretur Regnum cœlorum plenitudine virtutum, & operum, scilicet per multa bona. Aliquando autem notat tantum rei euentum. Vnde illud in benedictione paschalis cerei. O fœlix illa culpa, quæ tantum ac talem meruit habere redemptorem, quasi benè cessit culpæ illi, vel potiùs culpabili illi, qui tantum ac talem habuit redemptorem, scilicet Christum.

Psalm. 83. *Psalm.* 4. *Multiplex altitudo.* *Psalm.* 74. *Psalm.* 55. *Psalm.* 63. *Triplex multiplicatio.* *Meritum tripliciter accipitur.*

EXPOSITIO PSAL. XII.

d VSquequo Domine] Titulus. *In finem Psal. Dauid.* Titulus patet per prædicta. In hoc Psalmo ostenditur quantus fuerit ardor, & desiderium antiquorum desiderantium primum Christi aduentum. Et Mysticè ostenditur desiderium modernorum desiderantium secundum aduentum, quod desiderium, qui habet, Mundum non amat. Hæc scil. Charitas Christi est materia huius *Psal.* Quæ dicitur multipliciter. Scil. quam habuit. *Eph.* 2. a. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam quâ dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos. Et charitas, quam docuit, *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et charitas quam dedit. *Luc.* 12. i. Ignem veni mittere in terram. Intentione monet ad desiderium æternorum. Modus. Bipartitus est Psal. In prima parte exprimitur desiderium antiquorum Patrum quantùm ad primum aduentum. In secunda in persona cuiuslibet fidelis petit vt illuminetur, ne capiatur à laqueis Diaboli, *ibi:* [Respice, & exaudi me, &c.] Propheta ergo in persona antiquorum de dilatione primi aduentus primò conqueritur dicens. *d* Vsquequo Domine] Et fiat ibi modus. Obliuisceris me nunquid vsque in finem, id est, vsque ad tempus gratiæ in quo fines sæculorum deuenerunt. 1. *Corinth.* 10. c. Deus verò nihil obliuiscitur per scientiam. Sed dicitur hic obliuisci quia differt dare, sicut dicitur obliuisci peccata, quando non punit. *Ezech.* 18. e. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, vitâ viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. *e* Vsquequo] id est, præsentiam Filij tui. Et ita est conquestio antiquorum de primo aduentu. Sic, vt sit conquestio modernorum de dilatione secundi aduentus. Vsquequo? Erit hoc, vsquequo, i. vsque in diem iudicij, vel vsque ad mortem. *e* Et vsquequo] i. faciem gloriæ, vt videam facie ad faciem? De qua *Exod.* 33. c. Ostende mihi faciem tuam, *Psal.* Ostende faciem tuam, & salui erimus. Possunt autem assignari multæ causæ, quare antiqui Patres tantùm desiderabant aduentum Christi in carnem. Primò propter exaltationem humanæ naturæ: In cuius persona dicitur. *Thr.* 1. d. Vide Domine, & considera quoniam sum vilis. Sed exaltata est per Incarnationem. Vnde *Psalm.* Cum gloria suscepisti me, facta sum gloriosa, sicut mulier ignobilis sublimatur si contrahat cum nobili viro. Et ex hoc est, quòd omne peccatum post aduentum Saluatoris maius est, quam si ante fieret. Sicut ignominiosum esset de nobili si faceret aliquod vile, plus quam si ignobilis hoc faceret. Secunda causa est, vt liberarentur à limbo Inferni captiui. *Iob* 17. d. In profundissimum. i. in limbum Inferni descendent omnia mea; putasne saltem ibi erit requies mihi? Per Christum autem liberati sumus ab eo. *Zach.* 9. c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua. Tertiò propter depressionem Diaboli. *Ps.* 88. Humiliasti, sicut vulneratum superbum, i. minorasti potentiam eius. *Luc.* 11. c. Si autem fortior eo superuenerit, alligabit fortem, &c. Quartò, quia per aduentum Christi pacificatus est nobis Deus. *Iob* 9. d. Non est, qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum in ambobus. Istud, scil. non erat ante aduentum Christi. *Greg.* sic exponit. Manum posuit Christus in ambobus, quia & homini exempla benè operandi tribuit, & Deo in se opera quibus placaretur ostendit. Quintò, propter delectationem, quam sperabant habere in videndo, & audiendo ipsum, & cohabitando cum eo. *Matth.* 13. c. Vestri beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt. *Cant.* vlt. a. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? Foris visus est per humanitatem, & etiam deosculatus. *Cant.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui. Ideo iam ipso habito, dicit *B. Bernard.* Merito proinde somnia, & visiones non recipio, figuras, & ænigmata nolo, ipsas quoque Angelicas species fastidio, omnes quippe superat specie, & pulchritudine sua Iesus meus. Sextò, propter austeritatem legis amouendam. *Iob.* 9. d. Auferat à me virgam suam, id est, legis quâ puniebat duritiam. *Greg.* Eam Christus abstulit, & per mansuetudinem vias vitæ ostendit. Noluit vt Deus timeri, sed vt pater amari. Septima ratio est propter scripturarum apertionem. *Apoc.* 5. a. Non est inuentus, qui aperiret librum, & solueret signacula eius, nisi agnus, qui occisus est. *Iob* 38. b. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo,

Partitio Psalmi. *Psalm.* 79. *Rationes quare Patres veteris testamenti desiderauerunt aduentum Christi.* *Psalm.* 72. *Psalm.* 88.

culo, & ostendisti auroræ locum suum? Auroram vocat, quia sicut adueniente aurora recedunt tenebræ, sic adueniente Christo, recessit ignorantia Scripturarum. Et *Iob* 31. d. Quis enim tribuat adiutorem, vt desiderium meum compleat opus, & librum scribat ipse, qui iudicat. Vnde *Bern.* Quid enim hæc semiuerbia Prophetarum, iam Moysen non audio, impeditioris quippe linguæ factus est mihi. Isaiæ labia immunda sunt, Ieremias nescit loqui, quia puer est, omnes Prophetæ elingues fuit, ipse loquitur, quem ipsi loquuntur. Moderni vero secundum aduentum desiderant multis rationibus. Primò, quia

Exod. 4. c.
Isa. 6. b.
Ier. 1. b.

a Quamdiu ponā consilia in anima mea, dolorem in corde meo *b* per diem. Vsquequo *c* exaltabitur inimicus meus super me, *d* respice, & exaudi me Domine Deus meus. *e* Illumina oculos meos ne *f* vnquam abdormiam in

tunc exaltabuntur. *Sap.* 3. b. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis. *Sap.* 3. a. dicunt damnati. Quomodo computati sunt inter filios Dei. Secundo, quia tunc liberabuntur ab omni pœna. *Isa.* 25. c. Auferet Dominus omnem lacrymam ab omni facie, i. causam lacrymandi, vel pœnam. Tertiò, quia liberabuntur ab omni peccato. Vnde ibi dicit *Isa.* 25. c. Et opprobrium populi sui auferet Dominus ab vniuersa terra. Quartò, quia tunc eripientur à potestate diaboli. *Isa.* 11. b. Non nocebunt, neque occident in vniuerso monte sancto meo. *Naum* 1. d. Non adiiciet vt pertranseat in te Belial. Quintò, quia liberabuntur a seruitute corporis. *Psalm.* Educ de carcere animam meam. *Rom.* 8. d. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Sextò, quia tunc videbunt Deum facie ad faciem. 1. *Ioan.* 3. a. Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. 1. *Cor.* 13. d. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et ex illa visione sciemus omnem veritatem, nec indigebimus aliquo magistro. Tunc enim erunt omnes docibiles Dei. *Isa.* 54. d. Vnde *Ier.* 31. f. Non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum.

Psal. 141.

Marc. 12. c.

a Quamdiu ponam] scilic. diuersis, quæ facienda sunt in lege. Et dicit pluraliter. Consilia, quia tunc multa consilia necessaria, modò autem tantùm vnum, scil. Sequere me. Vnde *Luc.* 10. g. Vnum est necessarium. Vel alia *litera.* Remedia, vt dicit *Ier.* quia diuersa sacrificia erant in lege, vt sacrificium pro Principe, pro Sacerdote, pro priuata persona. Modò verò vnicum remedium. Vnde versus.

Pro multis vna, pro quotidie repetitis
Est oblata semel hostia vera Deus.

Et repete. *a* Quamdiu ponam] id est, de die in diem. Indeterminatio temporis notat continuationem doloris, quia per longam continuationem crescit anxietas. *Prouerb.* 13. b. Spes quæ differtur affligit animam. Nota quod propriè dicit, Ponam, quæ intelligit dolorem in corde, quod sentit. Vel potest legi in persona modernorum sic. Quandiu ponam, id est, quandiu ero in aduersis, vt necesse sit ponere, id est, inuenire dolorem in corde. Illud non mutatur, nisi quod in præcedenti expositione dicitur respectu primi aduentus, dicatur hic respectu secundi. Sic legitur interrogatiuè totum. Potest autem legi remissiuè, vt sit hoc, Quandiu ponam, responsio ad prædicta. Et est sensus. Vsque. Ecce, quandiu ponam, id est, dum ero in his aduersis, vt prædictum est. Et quandiu ponam, id est, quandiu dolere necesse erit pro peccatis propriis, pro alienis, pro dilatione patriæ, pro incolatu præsentis miseriæ. Pro his enim quatuor dolorem habere debet vir iustus. Et benè dicit. *b* Per diem] non per noctem, quasi dicat, hoc fit per diem, id est, per illuminationem gratiæ, quia tunc conteritur homo, quando illuminatur. *Ier.* 31. d. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, & erubui. *Gregor.* Quantò maioris gratiæ lumen quis recipit, tantò magis se reprehensibilem esse cognoscit. *c* Vsquequo exaltabitur] i. Diabolus, qui exaltatus erat tempore legis. Et ista est vox antiquorum. Tempore enim legis fortis armatus custodiebat atrium suum. *Luc.* 11. c. Sed superuenit fortior & fregit claustra eius. Vel sit vox modernorum, sic. Vsquequo exaltabitur, id est, Diabolus, qui multos in suam partem trahit, faciendo eos peccare mortaliter. Et tunc *Iob* 18. c. calcet super eum quasi Rex interitus, id est, Diabolus, qui mori facit hominem spiritualiter. Et *Iob* 20. d. vadent, & venient super eum horribiles, id est, Dæmones. Propter hæc incommoda petit, vt exaudiatur cum dicit. *d* Respice.] Et est hic secunda pars. Nota, quòd primò fecit Propheta in persona antiquorum quatuor quæstiones; hic autem facit quatuor petitiones, quia quatuor modis recordatus est Dominus nostri, scilicet per Incarnationem, & sic soluta est prima quæstio, scilicet hæc, vsquequo. Secundò, recordatus est nostri per fidei illuminationem, & tunc soluta est secunda quæstio, ista scilicet. Vsquequo auertis. Tertiò, per legis adimpletionem, scil. Euangelium, & sic soluta est tertia quæstio, scil. hæc. Quandiu ponam, quia in Euangelio dantur consilia. Quartò, per exaltationem sui in Cruce, & tunc soluta est quarta quæstio, scil. hæc. Vsquequo exaltabitur. *Ioan.* 12. e. Cùm exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum. Ideo quatuor sequuntur petitiones, quæ hæc quatuor petunt. Respice per carnis assumptionem, [& exaudi me. Illumina oculos meos] per gratiæ infusionem. Ne vnquam obdormiam, per legis impletionem. Ne quando dicat, &c. per Crucis exaltationem. Redde singula singulis. Dicit ergo primo [Respice] oculis misericordiæ. O Deus Pater per missionem filij tui in carnem. Et sic [exaudi me] hoc flagitantem. Et probat, quia potest exaudire. Vnde dicit, Domine, quasi potens. Et quia debet. Vnde dicit, Deus. Et quia vult. Vnde dicit, Meus. Et sic solues primam quæstionem. *e* Illumina oculos meos] interiores, ostendendo mihi veram lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. a. scil. Christum. Et sic solues secundam. *f* Ne vnquam obdormiam in morte] id est, moriar in literali legis obseruantia, quæ mors est. Vnde 2. *Cor.* 2. b. Litera occidit, &c. Et sic solues tertiam. Nequando dicat; Sed ego præualeam aduersus eum per mortem filij tui, & sic solues quartam quæstionem] scil. [Nequando dicat.] Illud etiam potest legi in persona modernorum, & cuiuslibet. [Respice] miseriam. [Et exaudi me] deprecantem. Et loquitur more trutannorum, qui primò ostendunt infirma sua, & per hoc petunt auxilium [Illumina oculos meos.] Est quidem duplex oculus, sc. interior, & exterior. Et sicut exterior est duplex, scil. sinister, & dexter, ita & interior duplex, sc. oculus cognitionis sinister, & oculus affectionis dexter. Oculus cognitionis obscuratur per ignorantiam, oculus affectionis per concupiscentiam. Illuminatur autem oculus cognitionis per scientiam, oculus affectionis per virtutem. Et quandoque illuminatur vnus oculus, sc. cognitionis, & alter obscuratur, sc. affectionis. *Num.* 14. a. dixit Balaam. Dixit homo, cuius obscuratus est oculus. Balaam interpretatur vanus populus. Qui cùm vanitatem huius sæculi quærit, habet oculum affectionis obscuratum. Fœdus enim iniit cum Naas, qui eruit oculum eius dextrum. 1. *Reg.* 11. a. dixit Naas. In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros. Naas interpretatur serpens, vel augurans, hic est callidus serpens. *Gen.* 3. a. qui auguratus est Euæ. Nequaquam moriemini, &c. Sed ad hanc obscurationem datur remedium. 1. *Reg.* 14. d. vbi dicitur, quòd Ionathas extendit summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Ionathas interpretatur donum columbæ, & significat illum in quo est donum gratiæ. Virga est rigor iustitiæ, cuius summitas est Euangelium, quod perfectam iustitiam docet. Vnde *Matth.* 5. c. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum. Fauus mellis est misericordia, quæ est in duabus naturis Christi figuratis per mel, & ceram; manum ad os conuertit, qui quod alios docet priùs facit. Et cum virga sibi fauum attrahit, qui per iustitiam, quam in seipsum facit, misericordiam Dei acquirit. Vnde *Ps.* 118. Feci iudicium, & iustitiam, &c. Et *alibi.* Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. Misericordia, sc. Dei miserentis, & veritas hominis se iudicantis, & de se iustitiam facientis. Et hoc modo illuminantur oculi Ionathæ. Ne vnquam obdormiam, id est, in peccato mortali. Et nota istam differentiam. Dormitat in morte, id est, peccato qui frequenter labitur, & frequenter resurgit. Dormit, qui cùm ceciderit, non resurgit. Obdormit obstinatus, qui peccatum suum defendit, nec de facili excitatur. Hæc tria notantur *Eccl.* 43. c. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit Crystallus ab aqua. Aqua dormitationem, glacies dormitionem, Crystallus obdormitionem significat. Hæc est triplex mors, sc. delectationis, consuetudinis, obstinationis. Quæ notatur *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. In lapsu notatur delectatio; in lacu, consuetudo; in lapide, obstinatio. Vel. In morte, id est, in peccato. De quo dicitur 1. *Ioan.* 5. d. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Vel, Ne vnquam obdormiam in morte] id est, ne pœnitentiam vsque ad mortem differam, & ita dormiam cum morte peccati

Quatuor modis est recordatus Dominus noster.

De dupl. oculo.

Psalm. 41.
Differentia inter dormitare, & obdormire in peccato.

cati in Inferno, vbi nulla est redemptio.

a Nequando dicat] id est, Diabolus. De quo *Matth.*13.d. Inimicus homo hoc fecit. b Præualui,] tentando c Aduersùs eum.] Inimicus iste primò impetit in suggestione, luctatur in delectatione, percutit in consensu, inclinat in actu, præcipitat in consuetudine, præualet in morte, quando, scilicet, homo moritur in peccato.

morte. a nequando dicat inimicus meus b præualui c aduersùs eum. d Qui tribulant me e exultabunt si f motus fuero, g ego autem in h misericordia tua speraui. i Exultabit cor meum in salutari k tuo, l cantabo Domino, qui bona m tribuit mihi, & n psallam o nomini Domini p altissimi.

In finem Psalm. Dauid.
XIII.

Dixit † q insipiens

al. † imprudens.

Et bene dicit. [Ne quando dicat] quasi gaudens & iactans se. Dæmones enim iactant se. Vnde 1. *Reg. vlt.* d. Philistæi victo Saule, caput eius miserunt per circuitum terræ suæ, ad iactantiam. Vnde in persona pœnitentis dicit *Mich.*7.b. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam, &c. Iram Domini portabo per pœnitentiam. Et quod lætentur dicit. d Qui tribulant me,] scilic. Dæmones. *Greg.* Quotidie nos inimicus impugnat, vt saltem tædio deiiciat. e Exultabunt.] Sicut enim gaudium est in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente. *Luc.* 15. b. Ita gaudium est Dæmonibus super vna anima peccatum perpetrante. Vnde illud Poeticum. *Nunquam risus adest, nisi quem fecere dolores. Prou.* 2. c. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde 2. *Reg.*1.d. dicit Dauid. Nolite annunciare in Geth, ne fortè exultent filiæ Philistiim, id est Dæmones, quia non solùm ille dæmon, qui suggerit peccatum alicui, gaudet si ille incidat, sed & omnes Dæmones gaudent. Vnde *Eccl.*18.d. Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, scil. Dæmonibus, vel mundo, carni, Diabolo. f Si motus fuero,] à loco proprio. Locus proprius animæ est Deus. Et sicut lapis non quiescit, sed premit humum tendens ad terram. Sic anima non quiescit, nisi in Deo. Vnde *Aug. in* 1. *lib. Confess.* Inquietum est Domine cor meum donec veniat in te. Item locus animæ est stabilitas virtutum. *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, i. superbia Diaboli, locum tuum ne dimiseris. Ita illi [exultabunt si motus fuero,] sed ego spero in te, quòd non mouebor. Et hoc est. g Ego autem,] discretiuè, q.d. non impij. *Greg.* Iniqui omnes qui districtionem iustitiæ non metuunt, in cassum sibi de misericordia blandiuntur. h In misericordia tua speraui,] quia misericordiæ Domini est, quod non sumus consumpti. *Thren.*3.c. In misericordia tua, non in potestate mea, quæ nulla est contra Diabolum. *Iob* 41.d. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei. i Exultabit cor meum.] Supra petierat, vt illuminaretur, vt sciret, & posset Diabolo resistere, & ne Diabolus de victoria habita de homine exultaret, modò hic ostendit quomodo Deus suos illuminat, & armat contra Diabolum. Scilicet, per tria, quæ sunt arma fortia, scil. per lætitiam spiritualem, per deuotam orationem, per bonam operationem. De primo dicit primò. [Exultauit cor meum,] non in Mundo, vel in temporalibus, vel vanitatibus, sicut faciunt mundani. De quibus *Iob* 21.b. Gaudent ad sonitum organi. *Osea* 9.a. Noli lætari Israel, noli exultare, sicut populi. k Sed in salutari tuo,] i. in Christo, qui ad hoc venit, vt saluet nos. Vnde, & vocatus est Iesus. *Matth.*1.d. Vocabis nomen eius Iesum. Et subiungit causam. Ipse autem saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et hæc lætitia est armatura contra Diabolum, quæ multùm roborat hominem, & confortat. Vnde dicit *B. Aug.* Vna est ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis. *Isa.* 30. g. Et in cytharis, & in tympanis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. *Prou.*17. d. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa. Et scitis, quod quando exsiccata sunt, homo non habet fortitudinem, & ideo necessaria est lætitia spiritualis. Hanc lætitiam multùm timent dæmones. Vnde 1. *Reg.*4. b. Cognouerunt Philistæi dicentes. Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes. Væ nobis. Non enim fuit tanta exultatio heri, & nudiustertius. Væ nobis. Secundum est oratio, vel laus Dei. Vnde addit. l Cantabo Domino,] i. laudabo eum. Et multùm valet hoc ad pugnandum, & expugnandum Diabolum. Vnde *Matth.*17.c. Hoc genus Dæmonij non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium. Et 1. *Mach.*16.b. dicitur, quod cum exclamassent sacris tubis, conuersus est Cendebeus in fugam cum exer-

Nota tria per quæ Deus suos armat contra Diabolum.

citu suo. Sacræ Tubæ, sunt sacra ora psallentium, & orantium. Ad quorum clamorem fugit Cendebeus, i. Diabolus. Et quare laudandus sit Deus, subdit. m Qui bona tribuit mihi,] id est, quia bona tribuit mihi. *Iac.*1.c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum, &c. Et dicit pluraliter [bona] quia sunt bona plura. Est enim bonum temporis, & bonum in tempore, & bonum supra tempus. Bonum temporis est temporalia. De quibus *Iob* 21.b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. Bonum in tempore, diuisiones gratiarum, virtutes, & dona Spiritus S. De quibus *Iob* 2.c. Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Bona supra tempus sunt bona gloriæ De quibus *Ps.*62. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Hæc omnia bona tribuit Dominus, & ideò meritò laudandus est. *Eccl.* vlt. c. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Tertium est bonum opus. De quo subiungit n Et psallam,] i. operabor. Psallere enim est manu tangere psalterium. Et hoc est necessarium ad repellendum Diabolum. Vnde *Ieron.* Semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum. Et *Matth.*12.d. quod cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem & non inueniens, dicit. Reuertar in domum meam priorem, & veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Licet mundata sit à peccatis scopis plurium confessionum, & ornata virtutibus, tamen quia inuenit eam vacantem, assumit audaciam, quod poterit intrare. Vnde sequitur, *ibi.* Et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et subiungit Propheta causam finalem operationis suæ. Vnde dicit.

o Nomini Domini,] id est, ad laudem, & gloriam nominis Domini. *Matt.*5.b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Et quare ad laudem ipsius subdit. p Altissimi.] Quia enim altissimus est, ideo laudari debet. *Luc.*2.b. Gloria in altissimis Deo.

EXPOSITIO PSAL. XIII.

Dixit insipiens. Tit. In finem Psalm. Dauid,] id est, Christi. Vel ipsius Prophetæ Dauid, qui loquitur hic in persona sua, vel Christi. Non oportet plus exponi de titulo, quia supra expositus est. In præsenti Psalmo egit de desiderio antiquorum patrum. In isto Psalmo ostendit, quod ille, qui tam desideratus erat à Iudæis antequam veniret, contemptus est ab eis quando venit. De quo conqueritur *Isa.*1.a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognouit me. Et *Ier.*8.c. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini, i. tempus in quo Dominus venturus erat iudicandus. Intentio Prophetæ est cõfutare Iudæos Christi contemptores. Modus. Tres sunt partitiones. In prima parte increpat Iudæos, & describit eorum malitiam. In secunda parte minatur iudicium, *ibi*: [Nonne cognoscent.] In tertia, prædicit cõuersionem Iudæorũ, *ibi*: [Quis dabit.] Et nota, quòd bis est iste Psalm. in Psalterio, ad significandum primò insipientiam Iudæorum, & postea Gentilium. Sic enim est duplex excæcatio, & duplex illuminatio. In primo aduẽtu excæcati sunt Iudæi, & illuminati sunt Gẽtiles, & in fine fiet econuersò. Exemplum est de Sole, qui illuminat de die vnum hemisphærium, de nocte alterum; hoc significatur *Ionæ* 3.c. per hederam, quæ vna nocte nata est, & vna nocte periit. Primò ergo increpans Iudæos, dicit. q Dixit insipiens,] quasi dicat, Iudæi desiderauerant aduentum Christi, sed cum venit. [Dixit insipiens,] id est, Iudæus. Verè insipiens quia veram sapientiam, i. Christum Dei Filium incarnatum non habens per fidem. [Dixit]

Partitio Psalmi.

A a In corde suo, quasi non.

Moral. q Dixit insipiens:] Hic reprehenditur peccator, Primò de peccato cordis in consensu, *ibi.* [Dixit insipiẽs.] Secundò, de peccato operationis, *ibi.* [Corrupti sunt.] Tertiò, de peccato consuetudinis, *ibi.* [Et abominabiles.] Quartò, de peccato omissionis, *ibi.* [Non est, qui faciat bonum, &c.] Primò igitur vocat peccatorem insipientem, quia veram sapientiam non habet, vt dicitur *Sap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit sapientiã, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Item, quia non sapiunt ei sapida. 1. *Cor.*2.d. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Item quia est stultus, qui modica delectatione se damnat. Vnde *Gregor.* Quid insanius, quàm pro momentanea delectatione æternis se mancipare suppliciis? Hic quando consentit peccato. [Dicit.]

Alleg. A *a* In corde suo,] quasi non palam, dicebat quandoque, sed detrahendo, & in corde non credendo. *b* Non est Deus.] Sic lege. Hic homo, non est Deus. *Ieron.* Non est mirum si negabant ipsum esse Deum, quia negabant ipsum esse Prophetam. Vnde *Luc.* 7. f. Hic si esset Propheta sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.

a In corde suo, non est *b* Deus. *c* Corrupti sunt, & *d* abominabiles facti sunt in † *e* studiis suis, non est qui *f* faciat bonum, non est vsque ad vnũ. Dominus de *g* cœlo prospexit *h* super filios hominum, vt *i* videat si est *k* intelligens

al.† affectionibus.

c Corrupti sunt.] Quasi ideo dixerunt. [Non est Deus.] quia corrupti sunt fermento infidelitatis. De quo 1. *Cor.* 5. b. Modicum fermenti totam massam corrumpit. Et per hoc. *d* Abominabiles facti sunt,] Deo, quia reprobauit eos. *e* In studiis suis,] id est, propter dolosas, & exquisitas machinationes, quibus studebant quomodo Iesum traderent, & occiderent. Vnde *Rom.* 1. d. Sed, quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. Vnde sequitur. *f* Non est, qui faciat.] Sed priùs notandum est hoc, quia cum de eisdem, Iudæis scilicet loquatur, primò dicit singulariter. Dixit insipiens. Et post addit pluraliter. Corrupti sunt. Et hoc significat, quia licèt plures sint personæ, vt notatur per pluralem numerum, tamen in hoc omnes conueniunt, quod dicunt. Non est Deus, quod per singulare notatur. Non est qui faciat. Quod dicit vsque ad vnum, potest legi exclusiue, vel inclusiue. Exclusiue sic. Non est, id est, nec vnus quidem est, qui faciat bonum inter illos. Inclusiue sic. Non est, id est, præter vnum, scilicet Christum. Et intellige bonum meritorium. Et secundum hoc, potest etiam legi vsque ad vnum neutraliter secundum *Ieron.* vt sit sensus. Non est, id est, licet faciant aliqua bona naturalia, vel de genere bonorum, non tamen faciunt vsque ad hoc, quod sint de vnitate Ecclesiæ, cæmento charitatis
Psalm. 62. coniuncti & compacti. De qua vnitate dicitur in *Ps.* Vnam
Eph. 4. b. petij. Et in vno cubito consummata est arca. *Genes.* 6. c. Et vnus sanabatur in piscina *Ioan.* 5. a. Et vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Quidam legunt hic, Corrupti sunt, vt sit pœna eis inflicta pro illo peccato. Corrupti sunt, i. destructi à Romanis. Et abominabiles facti sunt, apud omnes nationes.

Moral. * *a* In corde suo,] quia si bene, & firmiter crederet Deum esse punitorem malorum, & remuneratorem bonorum, nunquam peccato consentiret. Vnde *Greg.* Qui veram fidem habet de Deo, non cupit in his miseris fieri diues. Et ideo dicitur *Hebr.* 11. f. Sancti per fidem vicerunt regna, scilicet Regnum mundi, Regnum carnis, Regnum Diaboli. Et *ibid.* e. dicitur, Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Ecce, quod non dicebat. In corde suo. *c* Corrupti sunt,] per malum actum. Postquam enim homo peccauit per consensum, amisit bona gratuita. Vnde postea, quando venit ad peccatum operationis, corrumpuntur in eo naturalia. Vnde *Luc.* 10. e. de illo, qui incidit in latrones dicitur, quod spoliatus fuit, & vulneratus. Spoliatus gratuitis, vulneratus in naturalibus. Est autem duplex corruptio, scilicet, carnis, & spiritus. Et similiter duplex purgatio, scilicet, peccati carnalis. Et hæc facta fuit, per aquam in diluuio. *Gen.* 7. c. Et peccati spiritualis. Hæc erit per ignem. Sicut enim corruptio carnis abundauit tempore Noe, ita corruptio spiritus per infidelitatem, & superbiam, &c. abundabit tempore Antichristi. Qui vt dicitur 2. *Thess.* 2. b. Extolletur super omne, quod dicitur, aut colitur Deus, ita vt in Templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Ad hanc purgandam, veniet ignis ante iudicium.

Duplex corruptio, & purgatio.

Psalm. 99. *Psalm.* Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. 2. *Petr.* 3. c. Cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. *d* Et abominabiles,] per consuetudinem peccandi. *Ierem.* 2. g. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Et est duplex abominatio, carnis, & spiritus. De prima *Osea* 9. c. Intrauerunt Beelphegor, alienati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt. Secunda abominatio, quæ est spiritus, est iniustitia. De qua *Prouerb.* 20. b. Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominatio apud Deum. *e* In studiis suis] id est, in adinuentionibus peccatorum. Plus enim abominatur Dominus studiosam voluntatem peccandi, quam ipsum peccatum. Homines autem studiosi sunt, & modos nouos adinueniunt tam in peccato carnis, quam in peccato spiritus. De quibus prædiximus. Et in vtroque abominabiles sunt Deo. De peccato carnis dicitur *Ezech.* 8. Adhuc videbis abominationes maiores. Et sequitur. Cum perfodissem parietem, vidi, & ecce similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete. Per parietem significatur caro, quæ si perfoderetur, & apparerent peccata eius, videret Propheta, i. spiritualis homo similitudinem reptilium, &c. Per reptilia, quæ ventre feruntur, significatur peccatum gulæ, quæ similitudo est reptilium, quia semper cogitat gulosus de ventre, & præparatione cibi, & potus. Vnde *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est. Per animalium abominationem, significatur peccatum luxuriæ, quod reddit hominem brutum, & irrationabilem. Per idola depicta in pariete, significatur peccatum contra naturam & adinuentiones in peccato illo, quæ propter studiositatem depicta dicuntur, & propter naturæ contrarietatem idola. Idolum enim nihil est in rerum natura, nec habet aliquid ei simile inter naturalia. Sic Sodomitæ in rebus naturalibus nullum simile reperiunt. Si enim homo sit luxuriosus, reperit animal luxuriosum, scil. asinum, vel canem, vel equum, si crudelis est, Leonem, si cupidus, & rapax, lupum, & sic de aliis, sed in hoc vitio non sic. De peccato spiritus dicitur *Ier.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et postea dicit. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt, &c. Ecce studium, & abominatio. *f* Non est, qui faciat bonum.] Hic reprehendit eos de peccato omissionis. De quo *Ier.* 5. a. Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero eis, quasi dicat, non inuenietis. Sed sicut tenetur homo vitare malum, ita etiam tenetur facere bonum. Vnde dicitur *Prou.* 11. c. Manus in manu non erit innocens malus, id est, si teneat manum in manu. Ad literam, ita, quod nullum faciat malum nec bonum, non erit innocens. Et addit *ibi*. Semen autem iustorum saluabitur, quasi dicat, non saluabitur, sed semen iustorum, qui, scil. & à malo declinant, & etiam faciunt bonum. Vnde *Ps.* 33. Declina à malo, & fac bonum. Hæc enim sunt duæ partes iustitiæ, quarũ si altera desit homini, iustus non est. Sequitur. *g* Dominus de cœlo.] Continuatio. Supra dixit. Non est, qui faciat. Et hoc probat. Quia, Dominus, pater.

De peccato omissionis.

Alleg. *g* De cœlo prospexit,] mittendo Filium in carnem. *h* Super filios hominum,] id est, super Iudæos. Vel, Dominus, Christus. De cœlo, id est, de sinu patris. Prospexit super filios hominum, scil. Iudæos, vel quoslibet homines cùm missus est ad liberationem eorum, præcipuè Iudæorum, secundùm illud *Matth.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vel cœlum vocat humanam naturam ipsius Christi, vel sanctas animas. *Isa.* vlt. a. Cœlum mihi sedes. Per hoc, quod dicit. Super filios hominum, notatur dignitas humanæ naturæ, cui superpositus est, sicut caput corpori. *Eph.* 1. d. Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Et ideo bene dicit, Super filios hominum, & non super filios hominis, quia non supra se. Et ad hoc, prospexit, vt videat effectiuè, i. videri faciat. *i* Si est,] i. an aliquis est inter illos. *k* Intelligens Deum,] per veram fidem. *Isa.* 7. b. Si non credideritis, non intelligetis.

A *a* Aut requirens Deum

Moral. *g* Dominus de cœlo. Mor. potest hoc exponi, vt respõdeat hic Propheta tacitæ quæstioni, quam posset facere quis contra illud, quod supra dixit. Secundũ enim, quod supra dictum est, arguit Propheta peccatores de peccato quadruplici. Et posset ei aliquis dicere. Verum est, ita facimus, quid inde? Dominus in cœlo est, nos in terra, & ita non videt nos, secundùm quòd dicit de quibusdam. *Isa.* 29. c. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, &c. Contra hoc dicit hic, Dominus de cœlo, licet sit in cœlo.

h Prospexit super filios hominum,] licèt sint in terra. Quia sicut dicitur *Prou.* 15. a. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. *i* Vt videat si est intelligens,] diuinum iudicium per timorem. *Iob* 19. d. Scitote esse iudicium. *Ps.* 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat, &c.

* *a* Aut requirens Deum

Aliter. Moral. Posset etiã hoc [Dominus de cœlo, &c.] dici de Prælatis, & viris Ecclesiasticis, qui se reputare debent esse filios hominum, id est, rationabiles, & sapientes. Vnde dicitur *Ezech.* 3. d.

Alleg. a Aut requirens Deum] per bonam operationem. Et ita quærens, inuenit, quod. b Omnes] tam Iudæi, quam Gentiles. c Declinauerunt] a bono quantum ad se. d Simul inutiles] quantum ad proximum. Et ita. e Non est, qui faciat bonum, Expone, vt sup. Et hic nota, quod bis dicit hoc in Psalmo ... I. Non est vsque ad vnum. i. Christus, quia ille vnus est in duabus naturis.

a aut requirens Deum. b Omnes c declinauerunt, d simul inutiles facti sunt, non e est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. f Sepulchrum patens est guttur eorum, g linguis suis dolosè agebant, h venenum aspidum sub labiis eorum. i Quorum os maledictione, & k amaritudine plenum est, l veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Moral. a Aut requirens Deum per amorem. Et sic respōdet ei quod supra dixit. Dixit insipiens. b Omnes declinauerunt] peccando. Hoc est quod supra dixit. Corrupti sunt. d Inutiles, &c.] per consuetudinem. Abominabiles facti sunt. e Non est.] Hoc est quartum, quod supra dixerat. In quo notatur peccatum omissionis. Non dicit quærens, sed requirens, i. iterum, & iterum quærens, i. assiduè. Multi enim quærunt, qui non requirunt, qui vt dicitur, ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Propter hoc dicitur in Psal. 104. Quærite Dominum, & confirmamini, vt, s. firmi sitis in quærendo. Vnde addit. Quærite faciem eius semper. Et Isa. 21. d. Si quæritis quærite, conuertimini, & venite, q. d. si quæritis in prosperitate, quærite in aduersitate, & econuerso. Conuertimini, i. ex toto vertimini, &c. Ioann. 2. c. Conuertimini ad me in toto corde vestro.

Luc. 3. b

Aliter. Moraliter. ⊖ dicitur Ezech. 3. d. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. Antequam diceret, speculatorem dedi te, vocauit eum filium hominis. In quo notatur, quod speculatores Ecclesiæ, filij debent esse hominum, i. imitatores sanctorum quorum locum tenent. Vnde Psal. 57. Iustè iudicate filij hominum. Et quia supra dixit Propheta de minoribus. Non est. Hic dicit de maioribus. Dominus de cœlo, q. d. de minoribus illud dixi, sed nolo maiores corrigere, nec vitam eorum indagare, sed ipse, Dominus de cœlo, i. super Prælatos, & Clericos, vt videat si est illud quod docet Sap. 6. a. Audite Reges, & intelligite, discite Iudices finium terræ. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Et infr. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt fiet, &c. Qui hæc intelligeret, multum timeret. Dicit ergo. Si est intelligens, & sic timens Deum. a Aut requirens Deum] toto corde, Sap. 1. a. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate, cordis quærite illum, i. in toto corde, non duplici, non dimidio. Ecce de minoribus dixit. e Non est.] De maioribus autem dicit. Non est intelligens. Simile Ierem. 5. a. cum dixisset de plebe. Indurauerunt facies suas, & noluerunt reuerti. Subiungit. Forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula, iugum, scil. timoris, & vincula amoris, quia nec timent ipsum, vt Dominum, nec diligunt, vt patrem, Malach. 1. b. Si ego Dominus, &c. Possemus autem dicere hodie, quod sunt multi intelligentes, & non requirentes per vitam, intelligentes intellectu, non requirentes affectu. Hi sunt multi scholares, & literati, qui in Scripturis sacris intelligunt voluntatem Domini, sed eam opere adimplere negligunt. Sed vtinam illud intelligerent, quia seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis, Luc. 12. f. Et 2. Pet. 2. d. Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti. b Omnes declinauerunt] a via veritatis, quam intellexerunt in Scripturis. Ierem. 6. g. Omnes principes declinantes, i. sunt de numero declinantium, ambulantes fraudulenter. Et per hoc.

Contra bene intelligentes & malè viuentes.

d Simul inutiles] quia per scientiam, aut prædicationem suam non ædificant alios si delit vita bona, Greg. Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. e Non est de ipsis, qui faciat bonum, neutraliter. Vix est enim de intelligentibus istis, qui velit facere bonum vsque ad illud vnum, de quo dicit Dominus Luc. 18. c. & Marc. ... c. Adhuc vnum tibi deest. Vade, & vende omnia, quæ habes, & veni, & sequere me, s. nudus nudum, pauper pauperem, obediens obedientem. f Sepulchrum patens est guttur eorum.] Hic ostendit Propheta quomodo Iudæi peccauerunt in Christum, s. detrahendo ei. Vnde dicit. Sepulchrum patens est guttur eorum. Quia sicut sepulchrum patens paratum est ad accipiendum cadauera mortuorum, sic ipsi parati erant ad accipiendum malum verbum de ore eius, vel etiam malum factum ab eo. Vnde in pluribus locis Euangelij habetur, quod obseruabant eum. Sed quia non poterant eum capere in sermone, vel in facto, & sic sepulchrum eorum nullum cadauer ab eo recipiebat. Aliam proprietatem sepulchri patentis ostendebant, quia sepulchrum patens, licet nihil recipiat, tamen de corruptione, quam in se habet proximam aera inficit, ita isti ex malitia sua detrahebant Christo, & blasphemabant eum. Ioan. 8. d. Dæmonium habes. Item ei adulando. Vnde addit.

Alleg.

g Linguis suis dolose agebant.] Matth. 22. b. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Item odio irremediabili. Vnde subdit.

h Venenum Aspidum sub labiis eorum.] Insanabile enim est venenum Aspidis, sic eorum odium incurabile, Ier. ... c. Venenum ... draconum insanabile. Et comparantur Iudæi Aspidi, quæ sicut Aspis ne incantetur obturat vnam aurem terra, & aliam cauda. Sic Iudæi propter duo tenebantur ne crederent in Christum: Primum erat amor terrenorum, & Christus paupertatem prædicabat. Aliud; quia timebant ne Romani venirent, & tollerent locum, & gentem auferrent si homines in Christum crederent, vt dicitur Ioan. 11. f. Item falsum testimonium contra eum ferendo. De quo subiungit.

Iudæi comparantur aspidi.

i Quorum os maledictione plenum est.] Matth. 26. f. Cum multi falsi testes accessissent, nouissimè venerunt duo falsi testes, dicentes. Hic dixit; Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Item ei comminando. Vnde dicit. k Et amaritudine.] Item pronitate ad eum occidendum. Vnde sequitur.

l Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem] scilicet, Christi, & suorum. Hi tres versus, scil. duo prædicti, & tertius, qui sequitur, scil. Contritio, & infœlicitas, vt dicitur in Gloss. non reperiuntur in Hebræo, sed creduntur esse compacti ex verbis Prophetæ Dauid, & ex verbis aliorum Prophetarum, vel quod Apostolus eos inuenerit in edit. 70. Vnde eos contra Iudæos proposuit Rom. 3. b.

Moraliter, hic possunt notari quinque vitia linguæ. Est enim lingua impudica, quæ loquitur de luxuria, & spurcitia. De hoc dicit.

Moraliter Nota quinque vitia linguæ.

f Sepulchrum patens est guttur eorum.] Apoc. 9. d. De ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur. Ignis sunt verba, quæ inflammant ad luxuriam, Eccl. 9. b. Colloquium eius, scilicet, mulieris, quasi ignis exardescit. Sulphur significat fœtorem, qui ad literam est in peccato illo. Fumus, excæcationem, quia peccatum illud plus quam aliquod aliud excæcat, & absorbet rationem. Item est lingua dolosa, quæ notatur, ibi.

g Linguis suis dolose agebant] Ierem. 2. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Contra in Ps. 14. Qui non egit dolum in lingua sua. Et Isa. 53. c. dicit de Christo. Nec inuentus est dolus in ore eius. Item est lingua adulatoria. De qua intelligi potest quod sequitur.

h Venenum Aspidum sub labiis eorum.] Istud venenum facit hominem obdormire, & mori, Ier. 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes, id est, dulciter loquentes. Item est lingua detractoria, siue maledica, de qua subdit. i Quorum os maledictione.] Leuit. 19. c. Non maledices surdo. Surdo maledicit, qui absenti detrahit. Item est lingua magniloqua, scil. per iactantiam, vel comminationem. De qua dicit. k Et amaritudine.] De hac Isa. 5. g. Rugitus eius, vt Leonis. Animalia terrentur, & ad amaritudinem cordis ducuntur ad rugitum Leonis. Sic multi terrentur ad verba istorum magniloquorum. Prou. 28. c. Leo rugiens, & Vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperem.

l Veloces pedes] Supra reprehendit eos de peccato linguæ, hic autem de peccato operis. Pedes eorum, ad literam vel affectiones. Veloces ad effundendum, id est, perpetrandum, siue propalandum peccatum, quod dicitur sang... Ose. 4. a. Sanguis sanguinem tetigit Prouerb. 1. b. Pedes illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. Origen. Lenta est virtus, vitium impetuosum. Secundum illud Genes. 8. d. Sensus, & cogitatio humani cordis proni sunt in malum ab adolescentia sua. Nec est contrarium illud Ambros. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Quia est duplex tarditas. Vna quoad gratiæ inuitionem, & sic intelligit Ambros. Alia quoad operationem, & sic intelligit Origen.

Alleg.

* *a* Contritio, & infœlicitas.) Supra ostendit Propheta culpam Iudæorum, hic ostendit pœnam duplicem, quam passi sunt in præsenti, dicens, Contritio, quæ fuit facta per Titum, & Vespasianum. *b* Et infœlicitas.] quando venundati sunt vbique a Romanis. *c* In viis eorum] id est, pro viis eorum, scil. operibus malis. Vnde *Prou.* 1. d. Comedent fructus viæ suæ. *Isa.* 3. b. Væ impio, in malum retributio manuum suarū fiet ei. *d* Et] pro, quia. *e* Viam pacis non cognouerunt] id est, Christum, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego sum via. Vel aduentum eius, qui fuit via pacis, scilicet, ad faciendum pacem, 2. *Cor.* 5. d. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

a Contritio, & *b* infœlicitas in viis *c* eorum, *d* & viam, *e* pacis non cognouerunt, non est *f* timor Dei ante oculos eorum. Nonne *g* cognoscent omnes, qui *h* operantur iniquitatem, qui *i* deuorant † plebem meam, sicut escam panis. *k* Deum non *l* inuocauerunt

al. † populū meum, sicut cibū panis. *al.* † Dominum.

f Et non est timor Dei ante oculos eorum] quin Christum ipsum interficiant. Vnde *Matth.* 21. d. signanter dicit. Forsitan verebuntur filium meum, quasi dicat, non verebuntur. Vnde ibi sequitur. Et apprehensum eum occiderunt. Hanc pœnam, & causam pœnæ, quam Propheta assignat in hoc versu, determinauit ipse Dominus in Euangelio, *Luc.* 19. f. quando videns ciuitatem Ierusalem fleuit super illam, & dixit. Si cognouisses & tu. Et *infr.* Dies venient in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. eò quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Moral. Moraliter. De quibuscunque peccatoribus. *a* Contritio, & infœlicitas] id est, labor, & miseria. *c* In viis eorum] id est, peccatorum. Est enim in viis eorum labor, & dolor tam cordis, quam corporis. Vnde *Eccl.* 21. b. Via impiorū complantata lapidibus. Et *Sap.* 9. b. Vias difficiles ambulauimus, lassati sumus in via perditionis. Vnde *Greg.* Nihil laboriosius, quàm terrenis desideriis æstuare, nihil quietius, quàm in mundo nihil appetere. Israel enim accepit sabbatum in munere, Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Hæc est ergo contritio. Sed adhuc aliquid esset si per laborem istum magnam sibi fœlicitatem acquirerent. Sed non est ita, imò infœlicitatem acquirunt. Vnde sequitur. *b* Et infœlicitas.] Et hoc nomen infœlicitas, fœlicitatem priuat, & ponit miseriam. Est ergo. *c* In viis eorum contritio] quia in peccato fœlicitatem non inueniunt, & propterea miseri fiunt. *Prou.* 14. d. Miseros facit populos peccatum, quia serui fiunt Diaboli, & peccati, & inimici Dei. Vnde dicit *Aug.* O sæculum nequam, quod tuos beare sic soles amicos, vt Dei facias inimicos! Et licet ita contritio, & infœlicitas sint in viis eorum, non tamen reuertuntur ad Dominum per pœnitentiam. Et hoc est, quod sequitur. *d* Et viam pacis] id est, pœnitentiam, quæ ducit ad pacem. Vnde *Matth.* 4. a. Agite pœnitentiam, &c. non approbauerunt. Vnde dicitur *Ierem.* 5. c. Percussisti eos, ecce contritio; & non doluerunt, ecce impœnitentia. De qua expressiùs subdit Ieremias, Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Dicitur autem pœnitentia rectè via pacis, quia per pœnitentiam, & non aliter venit homo ad pacem Dei. *Psalm.* 24. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, scil. in hac via pœnitentiæ. Misericordia, scilicet, Dei remittentis peccatum, & veritas hominis confitentis ipsum. Iustitia, & pax osculatæ sunt, iustitia, scilicet, hominis se punientis, & pax Dei ipsum, vt filium, & amicum recipientis. Hæc est via trium dierum. De qua *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, vt sacrificemus Domino Deo nostro, &c. Prima dieta est contritio cordis, secunda est confessio oris, tertia satisfactio operis. Hanc ergo viam pacis non cognouerunt peccatores, de quibus *Iob.* 21. c. Qui dicunt Deo. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quis est Dominus vt seruiamus ei? Hæc autem omnia faciunt propter hoc, quod sequitur. Quia scilicet.

f Non est timor Dei ante oculos.] Vnde *Psalm.* 9. Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Timor enim Dei duo facit. Fugat peccatum, & vrget ad bonum. *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum. *Eccl.* 15. 2. a. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & timore, &c. *g* Nonne cognoscent omnes.] Secunda pars, in qua comminatur iudicium. Et pendet constructio vsque ad tertium versum, sc. Quoniam Dominus in generatione. Et loquitur hic Christus. Sic ergo construe.

Alleg. *g* Nonne cognoscent,] scilic. in futuro experimento tormenti, qui in præsenti cognoscere noluerunt scientia doctrinæ? Quid cognoscent? Quoniam Dominus in generatione iusta est, per gratiam, non in generatione praua Iudæorum, qui dixerunt *Matth.* 27. c. Sanguis eius super nos & super filios nostros, & ipsum occiderunt. De quorum peccato, quod causa est illis æternæ damnationis, interponit Dominus dicens.

h Qui operantur, &c.] i. non æquitatem, reddentes malum pro bono, me crucifigendo. Vnde dicit ex *Ioan.* 8. e. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Et *Ioan.* 10. f. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum me lapidatis. *Ier.* 18. d. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Nec solum Christum crucifixerunt, sed & Sanctos persecuti sunt. Vnde subdit. *i* Qui deuorant] s. Christianos seducendo, & occidendo, sicut escam panis. In hoc, quod dicit, deuorant, significat, quod cum magna auiditate quærunt mortem eorum. In hoc, quod dicit, sicut escam panis, notatur, quòd delectantur in illa. Vel, Sicut escam panis, i. quotidie deuorant, sicut esca panis quotidiè necessariò sumitur. *k* Deum] i. Christum. *l* Non inuocauerunt] i. intus vocauerunt, quasi non honorauerunt, vt Deum *Ioan.* 1. a. In propria venit, & sui, id est Iudæi ad quos mittebatur, eum non receperunt.

A Illic trepidauerunt.

Moral. Possunt autem hi tres versus legi non solum de Iudæis, sed & de omnibus malis hominibus sic. Supra dixit. *f* Non est timor Dei ante oculos eorum.] Et ex hoc est, quòd peccatis se exponunt, sed nonne punientur? Hoc est. *g* Nonne cognoscent omnes,] quasi dicat, imò cognoscent in futuro iudicio supplicio, quod hic cognoscere noluerunt. Vnde *Greg.* Oculos quos culpa claudit pœna aperit, *Iob* 27. d. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Vnde dicit *Gregor.* Diues post mortem oculos aperit, quia tunc videre cogitur, quod præuidere contempsit. *Num.* 34. a. Dixit homo cuius obturatus est oculus, qui cadens apertos habet oculos, *ibi Orig.* Impius post casum oculos aperit, quia quam malè gesserit, cognoscit. Et ponit causam vniuersalem, qua ita puniti cognoscent iudicium Dei dicens. *h* Qui operantur iniquitatem.] Et post subdiuidit sufficienter, quia omnis iniquitas, aut peccatum, vel fit in proximum, vel in Deum, vel in seipsum. De peccato in proximum dicit. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. De peccato in Deum subdit. Deum non inuocauerunt. De peccato in seipsum addit. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Primum est in opere, secundum in omissione, tertium in cogitatione. Dicit ergo. *i* Qui deuorant plebem meam] spoliando, detrahendo, occidendo. Verbum deuorandi, auiditatem demonstrat, in quo notatur maius eorum peccatum. *Mich.* 3. a. Qui violenter pelles eorum tollitis desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum qui comederunt carnem populi mei, &c. Hoc autem peccato præcipue peccant Principes terræ, & Prælati Ecclesiæ, & sub ipsis bedelli, & aduocati, & officiales. Vnde, & illud capitulum *Mich.* ad literam de ipsis legitur. Et nota, quod non dicit, qui deuorant substantiam plebis, sed dicit plebem meam, quia substantia pauperis vita eius est. Vnde *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Isti in crudelitate excedunt, & superant omnes bestias. Non enim alietus comedit alietum, neque canis canem, nisi esset vrgentissima fames. Et tamen miser homo hominem deuorat. *Isa.* 3. c. Vos depasti estis vineam meam, rapina pauperum in domo vestra, quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? *k* Deum, &c.] i. intus non vocauerunt per purā fidem, licet ore confiterentur, *Isa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorū longè est à me. Quidam enim Deum negant corde, vt in hac auctoritate dicitur. Quidam ore, vt Petrus negauit. *Mat.* 26. g. Quidam opere. De quibus *Tit.* 1. d. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Quæ tres negationes, in trina negatione Petri possunt significari. Ad veram ergo fidem necessaria est inuocatio cordis, oris, operis, sicut dicit *Gloss.* 1. *Cor.* 12. a. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu S. corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, *Rom.* 10. b. Et fides sine operibus mortua est. *Iac.* 2. d. hanc triplicem inuocationem innuit Dominus *Mat.* 7. c. dicens. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnū cœlorum, q. d. non omnis, qui dicit Domine corde, Domine ore, nisi dicat etiam Domine opere. Vnde addit. Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in Regnum Cœlorum. *Iœl.* 3. g. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, scilic. hoc triplici modo, saluus erit. *Math.* 15. a.

* *a* Illic trepidauerunt

Alleg. A • Illi trepidauerunt timore vbi non erat timor:] Timentes ne propter eum amitterent locum, & gentem: *Ioan.* 11. f. Modo resume sic. Nonne, inquam, cognoscent omnes qui prædicta faciunt.

• Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.] Hi sunt, qui timent aggredi pœnitentiam. *Pr.* 22. b. Dicit piger, Leo est in via, scilicet pœnitentiæ est nimia austeritas, in medio platearum occidendus sum, quasi dicat, morerer fame, & frigore, & huiusmodi si facerem pœnitentiam. Sed sine dubio ibi non est timendum: Quia vt dicitur *Iob* 6. c. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Pruina

Moral. De illis qui timent aggredi pœnitentiam.

al. † Deus

illic *a* trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quoniam † Dominus in *b* generatione iusta est, *c* consilium inopis *d* confudistis; *e* quoniam Dominus spes eius est. *f* Quis dabit *g* ex Sion salutare Israël. *h* Cum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, *i* exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

Psalmus David.

quæ nascitur ex terra significat pœnam temporalem. Nix quæ desuper cadit, significat pœnam æternam, quæ à Deo iniungetur peccatoribus, cùm dicet: Ite maledicti, &c. *Matth.* 25. d. Vnde *Iob* 26. d. Cùm vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Parua stilla est præsens pœna: Tonitruum est ista futura. Et propter hoc *Luc.* 12. a. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant: Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Hoc timebat *Iob*, qui dicit 31. c. Semper quasi tumentes fluctus super me Deum timui, & pondus eius ferre non potui. *Gloss.* Tumentes fluctus extremam potestatem dicit, quando comminatis omnibus elementis, supernus Iudex veniens finem omnium apportabit, quam Sancti quotidie expauescunt. Et pondus eius ferre non potui, quia qui extremi iudicij eius aduentum intenta mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet quantum non solum tunc videre, sed & nunc præuidere pertimescit.

Alleg. *b* Quoniam Dominus in generatione iusta.] Vt supra expositum est.

c Consilium inopis.] Datâ sententia damnationis, inuehitur Propheta in Iudæos. Et est legendum cum admiratione. Continuatio. Dominus in generatione iusta est: Et ô vos miseri.

d Confudistis consilium inopis.] id est, Christi qui non habuit vbi caput reclinet, *Matth.* 8. c. Consilium huius inopis, fuit humilis eius aduentus, quia proposito humilitatis, & paupertatis exemplo, dabat consilium similiter faciendi. Vnde dicit *Matth.* 11. d. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Hoc consilium confudistis, ô vos Iudæi quantum in vobis fuit, quia recipere noluistis. Sicut homo dicitur confundi, quando consilium eius contemnitur. Vnde *Psal.* 61. Consilium cogitauerunt repellere, id est, ex cogitatione deliberata repulerunt. Et hoc.

e Quoniam Dominus spes eius est,] id est, quia in solo Deo dicebat sperandum esse, vnde aggrauatur eorum peccatum, quia propter hoc magis reuerendus erat, & ipsi propter hoc magis contemnebant eum. Vnde dicebant *Matth.* 26. e. Confidit in Deo, liberet nunc eum si vult. *Sap.* 2. d. Tentemus, quæ ventura sunt illi, & sciemus, quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit cum de manibus contrariorum. *b* Quoniam Dominus in generatione, &c.] Hoc vt prædiximus coniungitur illi, quod prædictum est. Nonne cognoscent, &c. scilicet. Quoniam Dominus in generatione iusta est. Generatio iusta, est generatio iustorum. *Psalm.* 23. Hæc est generatio quærentium faciem Dei Iacob. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. In hac generatione est Dominus in præsenti per inhabitantem gratiam, & erit in futuro per superabundantem gloriam. Et hoc cognoscent reprobi quando in damnatione sua dicent, vt dicitur *Sap.* 5. a. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.

Moral.

Ioan. 1. *b.*

c Consilium inopis confudistis, &c.] Istud hodie multis potest dici: Inops iste Christus est; de quo 2. *Cor.* 8. b. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Huius consilium est amplecti voluntariam paupertatem. *Matth.* 19. c. Vade, & vende omnia; quæ habes, &c. & veni sequere me. Consilium istud multi confundunt, qui ei acquiescere nolunt dicentes. Non tenemur ad consilium. Verum est; sed nihilominus dedecus magnum Deo faciunt, qui de cœlo descendit in cœno carceris huius, vt eis consilium daret quomodo citiùs, & securiùs ad patriam remearent. Sed ipsi ingrati tanti beneficij consilium eius spernunt. Qui sunt autem illi, qui hoc præcipuè faciunt, ipsemet Christus dicit *Luc.* 7. e. Audiens omnis populus, & Publicani iustificauerunt Deum, baptizati Baptismo Ioannis. Pharisæi autem, & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis non baptizati Baptismo Ioannis. Per Baptismum Ioannis significatur ingressus religionis. Populus autem, & Publicani, id est, clerici minoris scientiæ, & peccatores, illi consilium Dei faciunt. Sed Pharisæi, & Legisperiti, id est, illi, qui sunt aliquantulum austeræ vitæ, quibus videtur, quod in bono statu sint, & illi, qui habent scientiam diuinæ Scripturæ disputant, quod non tenentur ad consilia; & ita de vita, & scientia sua præsumentes consilium Dei spernunt, quia vix de hoc sermonem audire volunt. Et qui nullo modo consilium vnius Episcopi præterirent, consilium Episcopi futurorum bonorum contemnunt. Vnde *Psalm.* 106. cum magno pondere dicit contra eos. Consilium Altissimi irritauerunt. Nota, Altissimi. Sed vnde hoc eis? Quia præsentes præbendas plus, quam futuras appetunt. Vnde benè *Psalm.* cùm dixit, Consilium inopis confudistis, adiungit.

e Quoniam Dominus spes eius est.] Spes vero eorum magis est in pecuniæ thesauris. Contra quod præcipit Apostolus. 1. *Timoth.* vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia. Hi nolunt esse discipuli Domini, qui Pontifex est futurorum bonorum, sed volunt esse discipuli Moysi, qui dat præsentia. Vnde dicunt cùm Pharisæis, *Ioan.* c. 9. f. Tu discipulus illius sis, nos discipuli Moysi sumus. Vnde *Exod.* 20. e. dicunt ad Moysen. Loquere tu nobis, & audiemus, promittendo temporalia; non loquatur nobis Dominus, scilicet, consulendo paupertatem.

f Quis dabit ex Sion salutare Israël.] Tertia pars. Continuatio. Vos ô Iudæi contempsistis eum, qui tamen venerat, vt saluaret vos, & in fine vos saluabit. Et hoc est. Quis, alius oriens. *Alleg.*

g Ex Sion, dabit salutare Israel? quasi dicat, nullus. Et est hæc dictio, Israel, genitiui casus, vel datiui. Per hoc, quod dicit, dabit, innuit, quod donum gratiæ fuit Incarnatio. Ex Sion, id est, ex Iudæis. *Ioan.* 4. c. Salus ex Iudæis est. Quod quidem erit.

h Cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ,] id est, cùm Diabolum captiuauerit, & damnauerit, scilicet, in fine Mundi. Et tunc.

i Exultabit Iacob, & lætabitur Israël,] quod idem est. Vel exultabit, exteriùs, lætabitur interiùs. Hic est manifesta prophetia de conuersione Iudæorum. De qua *Isa.* 10. c. Si fuerit populus meus Israel, quasi arena, reliquiæ conuertentur ex eo. Per Iacob significantur actiui, per Israel, contemplatiui. Vel per Iacob, status viæ, per Israël, status patriæ. In via enim oportet luctari, in patria videtur Deus non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem. 1. *Corinth.* 13. d. Et bene prius dicit Iacob, & post addit Israel, sicut & Patriarcha, primò vocatus est Iacob, & postmodum Israel, quia non erit Israel, qui priùs non fuerit Iacob. 2. *Tit.* 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. *Act.* 14. d. Per tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei.

EXPOSITIO PSAL. XIV.

Domine quis habitabit?] Titulus. Psalm. David. Titulus patet in præcedenti Psalmo. In fine egit de conuersione Iudæorum, quæ cum fiet, tunc habebit Ecclesia vnitatem perfectam. Et ideo in hoc Psalmo agit de vnitate Ecclesiæ Militantis, quæ significatur per tabernaculum, & de requie Ecclesiæ Triumphantis, quæ notatur per montem. Item, quia in præcedentibus Psalmis egit de apertè malis, videlicet de Antichristo, hæreticis, & Iudæis, quia sunt multi occultè mali, qui se reputant bonos, & ostendunt; & sic nescitur quis ad hanc vnitatem pertineat, & ad illam quietem perueniat, cum grana adhuc mixta sint cum paleis: Ideo Propheta, quasi Sacerdos stans ante propitiatorium; in parte prima quærit quis habitabit in hac vnitate, & quis requiescet in illa requie. In secunda parte ponitur responsum, ibi. Qui ingreditur sine macula, &c. Quærit ergo sic.

a O Domine,] qui potens es; quis habitabit, id est, in præsenti Ecclesia, in qua militatur contra mundum, contra carnem, contra diabolum? *Iob* 7. a. Militia est vita hominis super terram. Vnde & dicitur Ecclesia Militans, in qua etiam sicut in tabernaculo sumimus arma contra istos hostes, scil. Sacramenta. De quibus armis dicitur 2. *Cor.* 10. b. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem omnium munitionū. De hoc tabernaculo *Apocal.* 21. a Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.

Psalm. XIV.

al. † peregrinabitur. al. † Et.

a Domine quis † habitabit in tabernaculo b tuo, † c aut quis requiescet in d monte e sancto tuo: f Qui ingreditur sine macula, g & operatur iustitiā. h Qui loquitur veritatem in corde suo, i qui non egit dolum in lingua sua. k Nec fecit proximo suo malum, l & opprobrium non accepit aduersùs proximos suos. Ad nihilum m deductus est in conspectu eius malignus:

b Tuo,] dicit ad differentiam tabernaculi malorū. De quo *Iob* 8. d. Tabernaculum impiorum non subsistet. Quod sic exponit *Greg.* Dum vitæ fugientis amarores studiosè se in præsentibus constituunt, repente ad æterna supplicia pertrahuntur. Dicitur etiam Ecclesia præsens tabernaculum propter hoc, quod sicut quando aliquis est in tabernaculo, interponitur velamen inter ipsum, & Solem. Sic in Ecclesia Militante quantumcunque sit homo contemplator, semper inter ipsum, & verum Solem interponitur aliquid medium. Secundum illud 1. *Cor.* 13. d. Nunc videmus per speculum, & in ænigmate. Post habitationem tabernaculi, id est, post exercitium Ecclesiæ Militantis, erit quies in Ecclesia triumphante. Vnde post quæstionem. Quis habitabit, quærit, quis requiescet, dicens. c Aut quis requiescet, id est, in superna Ierusalem? De qua requie *Iob* 36. c. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine. Et nota ordinem literæ. Primò dicit, habitabit, & postmodum, requiescet. In patria enim erit & habitatio, & requies. In via autem est habitatio, & non requies, sed persecutio. Iuxta illud 2. *Tim.* 3. c. Omnes, qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. d In monte.] Æterna beatitudo dicitur mons, quia benè munita est contra hostes, & quia nihil interponitur inter ipsam, & verum Solem, & quia mons eleuatur à terra, & de terra, & super terram, ita illa beatitudo super vitam istam est, sed oportet, quod homo mereatur eam in hac vita. De isto monte dicitur *Isa.* 24. d. Erubescet Luna, & confundetur Sol cum regnauerit Dominus, scil. perfectè cum suis, qui erunt ibi in corpore, & anima. Erubescet Luna, id est, cupidus, & confundetur Sol, id est, gloriosus. e Sancto,] id est, confirmato, tuo, quia totum Domine à tua gratia est. Notandum autem quod multiplex est tabernaculum, & de quolibet potest legi, quod dicitur hic. Dicitur tabernaculum Synagoga. Vnde *Exod.* 25. d. Facies tabernaculum iuxta exemplar eius, quod tibi in monte monstratum est. Et, quis habitabit in eo? quasi dicat, difficile est. Vnde *Act.* 15. c. Hoc est onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. Et sicut tabernaculum ducitur de loco ad locum, ita Sacerdotium translatum est. Item tabernaculum dicitur parua domus. Et quis habitabit, quasi dicat, nullus. Omnes enim quærunt palatia. *Hebr.* 11. b. Abraham moratus est in terra repromissionis, in casulis habitando. Non inueniuntur palatia Patriarcharum, aut Prophetarum, sed malorum. Vnde Romæ inuenitur palatium Ouidij, & Neronis, & huiusmodi Tyrannorum, & leccatorum. Vnde *Ier.* 22. d. de Iechonia, qui dicit; Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa, &c. Item tabernaculum dicitur Beata Virgo. *Eccl.* 24. a. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et quis habitabit, quasi dicat, solus Christus carnem de ipsa sumendo. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit, &c. Vel. Quis habitabit, de ea confidendo, & spem suam in ea totam ponendo? B. *Bern.* Ille B. Virgo laudes tuas sileat, qui te fideliter inuocatam senserit in suis necessitatibus defuisse. In hoc tabernaculo debemus habitare quando pluuia tentationis imminet. *Prou.* vlt. b. Confidit in ea cor viri sui. Item tabernaculum dicitur corpus Christi. *Ps.* 18. In Sole posuit tabernaculum suum, id est, in ardore Passionis. Et quis habitabit, per dignam, & iugem Passionis recordationem, & imitationem? *Cant.* 2. d. Veni amica mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. *Isa.* 2. c. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris Domini. 2. *Cor.* 4. c. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes. Item tabernaculum Dei dicitur corpus nostrum. 1. *Cor.* 6. d. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus S. qui in vobis est? *Heb.* 13. b. Habemus altare de quo non habent potestatem edere, qui tabernaculo deseruiunt. Et quis habitabit in eo considerando infirmitatem, & fragilitatem suam. *Naum* vlt. c. Intra in lutum, & calca, & subigens tene laterem. Quod tunc fit, quando cogit carnem seruire spiritui. Item tabernaculum dicitur conscientia hominis. *Ps.* 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Et quis habitabit, per conscientiæ frequentem discussionem? *Iudic.* 5. c. Benedicta Iael in tabernaculo suo. Iael interpretatur expectans Deum. Hæc est fidelis anima, quæ omnia præsentia contemnens solum Deum expectat. Et est benedicta in tabernaculo conscientiæ suæ, quia omnis gloria eius ab intus. Sed pauci volunt ibi habitare. Vnde *Senec.* Nullus est cui non sit satius esse cum alio, quam secum. Item tabernaculum dicitur præsens Ecclesia, vt supra expositum est. Et de hoc propriè quærit Propheta. Domine quis habitabit, numero, & merito? Item dignè Sacramenta tractando, & recipiendo. *Psalm.* 44.

Decem virtutes necessaria cupienti habitare in tabernaculo Domini.

f Qui ingreditur.] Secunda pars, in qua Propheta doctus à Domino suæ quæstioni respondet. Quæ continet decem virtutes, i. effectus earum, quarum septem primæ pertinent ad perfectos, tres vltimæ ad imperfectos, per quas habitat homo in Ecclesia Militante: & tandem per easdem requiescet in triumphante. Hæc ergo enumerans dicit: Qui ingreditur sine macula, corporis, id est, sine mortali peccato. Hoc est primum quod requiritur. Vnde *Leuit.* 21. c. præcipitur quòd nullus habens maculam accedat ad ministerium Domini. Secundum est bona vita: Vnde subdit. g Et operatur iustitiam,] id est, bona opera. Hæc ergo duo, scil. declinare a malo, & facere bonum in hoc versu notantur. Et in *Act.* 10. e. In veritate comperi, quod non sit personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Tertium est veritas in sermone, de qua addit. h Qui loquitur veritatem,] non solum ore, vt scilicet, ex abundantia cordis os loquatur. Contra quod dicitur *Isa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Item in corde, vt priùs veniat sermo ad limam quàm ad linguam, & cor dictet, & lingua loquatur. Nota quod est veritas cordis sine duplicitate, veritas oris sine falsitate, veritas operis sine vanitate, & hæc est omnis, id est, perfecta veritas. De qua *Ioan.* 16. c. Docebit vos omnem veritatem. Quartum est, vt sibi, & proximo non noceat. Vnde subiungit.

Matth. 12. c. *Matth.* 25. a. *De perfecta charitate.*

i Qui non egit dolum.] Hoc est quando aliud est in ore, & aliud in corde ad decipiendum proximum. Vnde *Ps.* 11. In corde, & corde locuti sunt. *Ierem.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Et ne videatur esse meritum in negatione, legendum est affirmatiue. Qui non egit, id est, qui ex voluntate dimisit. Et in hoc versu excluditur omnis duplicitas. Per hoc enim quod primo dicit. Qui loquitur veritatem, notatur consonantia cordis, & oris. Per hoc, quod dicit secundo; Qui non egit, notatur consonantia operis, & oris, & sic omnis consonantia. Quintum est, vt proximo non noceat facto. Vnde sequitur.

k Nec fecit,] id est, habuit voluntatem non faciendi. *Isa.* 56. a. Beatus vir, qui facit hoc, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et vocatur hic proximus, sicut dicit *Glos.* omnis homo. Sextum est, vt non noceat proximo audiendo eius malum, vel detrahendo. Vnde subdit.

l Et opprobrium,] id est, non acceptauit illarum a se, vel ab alio. *Prou.* 10. c. Qui profert contumeliam insipiens est. Vel non accepit, neque in corde ad cogitandum, neque in ore ad loquendum, nec in aure ad audiendum.

m Ad nihilum, &c.] Supra dixit sex, quæ debent esse in homine, & si sint, fortis erit contra inimicum. De quo subdit. Ad nihilum deductus est in conspectu eius, qui prædicta facit.

n Malignus,] id est, Diabolus. Malignus enim dicitur a malo igne. 1. *Ioan.* 2. c. Scribo vobis iuuenes, quoniam vicistis malignum. Et hoc est septimum, scilicet, deiectio inimici, Vel, Malignus, id est, Mundus. 1. *Ioan.* vlt. d. Totus Mundus in maligno positus est. Vterque istorum deducitur ad nihilum in conspectu viri iusti. Diabolus per resistentiam. *Iacob.* 4. b. Resistite Diabolo, & fugiet a vobis. Mundus per contemptum. *Philip.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Vel sic, Malignus, id est, Diabolus, deductus est ad nihilum, quando proiectus est de Paradiso. Et hoc in

Multiplex est tabernaculū.

conspectu

conſpectu eius, id eſt, vt homo conſideraret caſum eius, & a continuo ſibi caueret. Vnde dicit ei Dominus Ezech. 28. e. Eieci te de monte Dei, & perdidi te o Cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, in terram proieci te ante faciem Regum, vt cernerent te. Vel, Malignus, i. Mundus, ad nihilum deductus eſt, vt homo conſideret, quod tranſit Mundus, & concupiſcentia eius. Vnde Naum 3. b. Ponam te in exemplum, & erit omnis, qui viderit te, reſiliet a te, & dicet, vaſtata eſt Niniue, id eſt, Mundus. Vel aliter poteſt exponi, vt iungatur ei, quod immediatè præcedit, ſic: Opprobriũ non accepit, id eſt, detractor deductus eſt ad nihilum, quia non audet detrahere coram ipſo, qui non recipit opprobrium dictum de proximo ſuo. Pr. 25. d. Ventus Aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam detrahentem. Hieron. Si deeſt auditor, deeſt & detractor. Vel, In conſpectu eius, quia in conſpectu boni viri, confunduntur mali malefacere. Vnde Iob dicit 29. b. Videbant me iuuenes, & abſcondebantur. Hæ ſeptem virtutes conueniunt perfectis. Tres, quæ ſequuntur communes ſunt perfectis, & imperfectis.

a timentes autem Dominum *b* glorificat. *c* Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, qui *d* pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & *e* munera ſuper † innocentem non accepit. *f* Qui facit *g* hæc, non † *h* mouebitur in æternum. *Tituli inſcriptio ipſi Dauid.*

al. † innocentes.
al. † commouebitur.
46. diſt. c. quoniam.
14. q. 4. c. ſi quis obliтus, & c. quoniam.

a Timentes autem Dominum.] Etiam initialiter, ſupple Dominus.

b Glorificat.] Eccl. 1. b. Timor Domini gloria, & glorificatio, & lætitia, & corona exultationis. Iſte timor non facit numerum inter illas decem virtutes, ſed eſt comes per ſingulos gradus eorum. Octauum eſt cauere à periurio. Vnde dicit. *c* Qui iurat proximo ſuo.] Vbi neceſſe eſt, nec deierat. Vnde ſequitur. *c* Et non decipit.] Leuit. 16. c. Non decipiat vnuſquiſque proximum ſuum. Non periurabis in nomine meo. Nonum eſt cauere ab vſura. De quo ſubdit.

d Qui pecuniam ſuam.] Leuit. 6. e. Mutuum date. Ezech. 18. b. Si ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ſupple vita viuet, & non morietur, &c. Vſuram enim deteſtatur Dominus propter multas cauſas. Prima eſt, quia vſura directè opponitur charitati. 1. Cor. 13. b. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non quærit quæ ſua ſunt. Ioſue 1. a. Omnem locum quem calcauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam. Per pedem ſignificatur charitas, quæ facit ſuum quicquid calcat. Vnde omnia facit communia charitas, vſura autem omnia appropriat. Secunda cauſa eſt, quia vſura eſt homicidium. Eccl. 34. d. Panis egentium, vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinum eſt. Tertia eſt, quia eſt furtum, licet curialiter. Exod. 20. c. Non facietis furtum. Aug. ibi. Furtum eſt attrectio rei alienæ inuito Domino. Quarta cauſa eſt, quia fœnerator comparatur Inferno. Abac. 2. b. Dilatauit quaſi Infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur. Et ſicut in Inferno nulla eſt redemptio, ſic in iſtis. Imo peiores ſunt Inferno, & Diabolo, quia quando Dominus deſcendit ad Infernum, Infernus, & Diabolus reddiderunt ea, quæ iniuſte detinebant, ſcil. animas iuſtorum. Et vſurarius quando Dominus viſitat eum per infirmitatem, vel prædicationem, vel huiuſmodi, nihil vult reddere. Vnde Iſa. 5. g. Tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit, qui eruat. Quinta eſt, quia nunquam dormit, ſicut Diabolus. 1. Pet. vlt. c. Vigilate in orationibus, quia aduerſarius veſter Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Iſa. 5. g. Non dormitabit, neque dormiet. Iob 30. c. Et qui me comedunt non dormiunt, id eſt, vſurarij, dicit pauper. Sexta eſt, quia nunquam habet treugas cum Domino, licet alia peccata aliquando habeant. 1. Mach. 2. d. de Antiocho dicitur, quod conſtituit aduerſus eos prælium in die ſabbatorum. Antiochus qui interpretatur ſilentium paupertatis, ſignificat fœneratorem, qui de paupertate ſilet. Hic Dominum omni die, & hora impugnat inceſſanter. Sed cùm homo colligens ligna die ſabbati lapidatus fuerit ex præcepto Domini. Num. 15. d. quid erit de iſtis? Crudeliores etiam ſunt Herode, qui Dominum die natiuitatis ſuæ non eſt perſecutus, ſed ipſi ipſa hora natiuitatis Domini eum perſequuntur. Septimum eſt, quia contraria eſt omni iuri diuino. Luc. 6. f. Date, & dabitur vobis. Item contraria eſt iuri vniuerſali. De quo Aug. Iudicium diuinæ poteſtatis eſt, quòd quælibet creatura cogitur ſeipſam dare. Item eſt contraria iuri naturali. De quo Matth. 7. b. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Octaua eſt, quia fœnus interficit miſericordiam, vnde & fœnerator miſericordiam non habebit. Noua ratio eſt, quia eſt Sodomia naturæ. Facit enim vt granum non ſeminatum creſcat, non mortificatum reuiuiſcat, dando duos modios frumenti pro tribus, vel huiuſmodi. Contra illud Ioan. 12. d. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Decima cauſa eſt, quia fœneratores ſunt incantatores. Faciunt enim tranſmutationes metallorum ſine aliqua percuſſione mallei. Faciunt enim de Turonenſi, Pariſienſem. Hi ſunt magi Pharaonis. Exod. 7. b. qui virgas, ſiue baculos in ſerpentes conuerterunt. Baculo ſuſtentatur homo, ita mutuo ſuſtentantur pauperes, & pupilli. Sed vſurarij conuertunt illud in ſerpentem vſuræ, quæ eos deuorat, & interficit. Vndecima ratio eſt, quia illas perſonas perſequuntur, quæ Deo familiariùs ſunt aſcriptæ, ſcilicet, pupillos, & viduas. Quia dicit Pſalm. 145. Pupillum, & viduam ſuſcipiet Dominus. Iob 22. b. dicitur fœneratori. Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti, propterea circumdatus es laqueis, & conturbabit te formido ſubita. Duodecima ratio eſt, quia fœnus contrarium eſt pœnitentiæ, quam Dominus iniunxit primo homini. Geneſ. 3. d. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Ipſi autem fœneratores non comedunt, niſi de ſudore alieno. Decima virtus, eſt cauere ab acceptione munerum. Vnde ſequitur vlt. e.

Vſuram Dominus deteſtatur multis de cauſis.

e Et munera ſuper,] id eſt, ad comprimendum, innocentem, non accepit. Prouerb. 17. d. Munera de ſinu, id eſt, occulte, impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Iob 15. d. Ignis, ſcilicet, cupiditatis in præſenti, & gehennæ in futuro, deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Ideo bonum eſt excutere manus ſuas ab omni munere, ſicut dicitur. Iſa. 33. c. Tandem ex omnibus prædictis concludit Propheta.

f Qui facit.] Non dicit, qui dicit, ſed qui facit. Quia, vt dicitur Rom. 2. b. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores. Apoc. 1. a. Beatus, qui audierit, & fecerit verba prophetiæ huius.

g Hæc,] id eſt, omnia prædicta. Quia dicitur Iacob. 2. b. Qui offendit in vno, factus eſt omnium reus.

h Non mouebitur in æternum,] id eſt, nunquam mouebitur. Simile Ioan. 13. a. Non lauabis mihi pedes in æternum. Mouetur, qui de ſtatu bono ad malum vadit, ſic Sancti nunquam mouentur. Vnde de ipſis dicitur. Occidi poſſunt, flecti nequeunt. Vel ſic; Qui facit hæc tria, ſcilicet, præcedentia vltima, licet non faciat illa ſeptem maiora præcedentia, non mouebitur in æternum, id eſt, finaliter, ſed per hæc tria perueniet ad illa ſeptem maiora, & ſic non mouebitur in præſenti a fide, nec in futuro ab æterna ſtabilitate. Pſalm. 54. Non dabis in æternum fluctuationem iuſto. Et tunc erimus ſimiles Deo, apud quem non eſt tranſmutatio, &c. Iacob. 1. c. Tunc implebitur illud 1. Io. 3. a. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Nota quod in Pſalm. plura tangit vitia linguæ, quam alterius membri. Et hoc eſt, quia vt habetur Iacob. 3. b. Lingua eſt vniuerſitas iniquitatis. Et in eod. a. Si quis in lingua non offendit, hic perfectus eſt vir. Eccl. 14. a. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo.

EXPOSITIO PSALMI XV.

Conſerua me Domine.] Titul. Tituli inſcriptio ipſi Dauid. Pilatus crucifixo Chriſto, titulum ſcripſit, ſcilicet, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Quod Iudæi videntes, dixerunt; Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Et Pilatus ait. Quod ſcripſi, ſcripſi; quæ verbi geminatio Regni Chriſti confirmationem notauit. Quod intelligens Eſdras per ſpiritum, hunc titulum appoſuit iſti Pſalmo. Eſt autem quidam titulus exequialis, quidam præconialis, quidam triumphalis. Exequialis, qui ſculpitur ſuper tumulos ad memoriam mortuorum. Præconialis, qui ſcribitur in portis ciuitatum ad laudem fundatorum. Triumphalis, qui ſcribitur in arcubus triumphalibus ad præconium triumphantium. Et talis eſt titulus iſte. Chriſtus enim morte ſua, Mundum, & Diabolum vicit. Et eſt ſenſus tituli talis. Tituli inſcriptio, id eſt, confirmatio Regni Chriſti ſignificata per illum titulum, attribuitur ipſi Dauid, id eſt, Chriſto. Quotieſcunque enim hoc pronomen, ipſe, additur Dauid, intelligitur non Dauid actualis, ſed Dauid ſpiritualis, id eſt, Chriſtus. Pſalmus iſte bipartitus eſt. In prima parte Chriſtus in ſe oſtendens veram hominis naturam, petit ſe, & ſuos inter pericula ſeruari. In ſecunda agit gratias de bonis ſibi ſuiſque collatus, ibi. Benedicam Dominum. Primò ergo dicit.

Ioan. 19. d.

Titulus triplex.

Partitio Pſalmi.

Alleg. a Conserua me,] id est, simul me cum meis serua. *Ioan.* 17. b. Pater serua eos quos dedisti mihi. Vel, Conserua, id est, continue serua. b Domine,] O Pater qui potens es. Et destruitur hic Pelagij hæresis, qui sibi bonum suum attribuebat, quia cùm Christus, qui caput est Ecclesiæ pro se orauerit, homo carnalis nihil sibi debet attribuere. Ad quod facit illud 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod non accepisti? Postea ostendit triplex meritum, scilicet, spei, cum dicit: Quoniam speraui. Confessionis, cum dicit. Dixi Domino, &c. Humilitatis, cum dicit. Quoniam bonorum meorum non eges, quasi dicat, ideo conserua, quoniam speraui in te, non in me. Est autem spes Christi, & spes puri hominis. Et hæc multiplex, scilicet, Spes veniæ, ex fide miraculorum. Spes gratiæ, ex fide promissorum. Spes gloriæ, ex fide mandatorum. Christi autem spes fuit ex scientia. Fides enim, & spes in Christo simpliciter non fuerunt, nisi quantùm ad ea, quæ fuit ex parte corporis, sicut est incorruptio, & huiusmodi. d Dixi Domino.] Ecce confessio. Dixi, voce, & opere. e Domino,] Patri. f Deus meus es tu.] Meus dico, inquantum homo sum, & vere. g Quoniam bonorum meorum non eges,] sed ego secundùm quod homo, & mei, egemus bonis tuis. Ecce humilitas. Et hæc est proprijssima ratio, quòd sit Deus, scilicet, quoniam nullo indiget, sed est perfectissimus, secundùm illud *Act.* 17. f. Non indigens aliquo cum ipse det vitam omnibus, & inspirationem, & omnia. Dare vitam, istud perfectissimum est. Qui enim dat vitam, dat & moueri, & esse, & non è conuerso. Ideo dicit *Dionys.* Ipse est substantiale bonum ad omnia extendens bonitatem, sicut Sol lumen non præeligens, sed per ipsum esse illuminans omnia.

Spes multiplex.

PSAL. XV.

a Conserua me b Domine quoniam c speraui in te, d dixi e Domino f Deus meus es tu, g quoniam bonorum meorum non eges, h Sanctis i qui sunt in terra eius, k mirificauit l omnes voluntates meas in m eis. n Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, o postea p accelerauerunt.

Moral. a Conserua me.] Sic etiam debet quilibet fidelis orare. O Domine conserua me, id est, cum aliis serua, id est, me, & alios serua, & per hoc facit orationem suam efficacem. Vnde *Greg.* Multum preces suas valere efficit, qui eas pro aliis effundit. Et alibi. Apud Deum perfectè peccata diluit propria, qui pie plangit aliena. Vel, Conserua, id est, cum aliis existentem serua, quia qui sunt cum aliis, facilius seruantur, & curantur, quia Dominus est cum eis. *Matth.* 18. c. Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et ex hoc videtur argumentari Salomon. *Eccl.* 4. c. Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum, habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Vel, Conserua, id est, mecum serua, ita, scilicet, quod ego ad hoc cooperer. 1. *Cor.* 3. c. Dei adiutores sumus. c Quoniam speraui,] quasi dicat, debes conseruare. Quoniam speraui in te. *Psal.* 30. In te Domine speraui non confundar in æternum. *Eccl.* 2. c. Respicite filij nationes hominum, & scitote quoniam nullus sperauit in eo, & confusus est. Probatio, quod speraui in te. d Dixi Domino,] corde, ore, opere, per veram, scilicet, fidem. Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Rom.* 10. b. Et fides sine operibus mortua est. *Iac.* 2. d. Quid dixi? f Deus meus es tu.] Et ex hoc, quòd ita dixi, id est, verè credidi, sequitur, quod speraui, quia fides generat spem. *Hebr.* 11. a. Fides est sperandarum rerum substantia. Probatio, quod Deus es. g Quoniam bonorum meorum non eges,] vt *sup.* expositum est. Vnde *Iac.* 1. a. Dat omnibus affluenter, & non improperat. Et benè, quia humor ascendit a trunco in ramos, & filius dicitur esse de patre. h Sanctis, qui sunt in terra.] In præcedenti versu orauit Christus, in isto dicit, quæ bona contulit ei Deus pater, scilicet. l Omnes voluntates,] id est, miras fecit, & ostendit. Et nota, quòd mutat personas à secunda in tertiam ad significandum in Christo duas naturas. Multæ sunt voluntates Christi, sed omnes referuntur ad duo, scilic. quod ipse voluit mori propter delicta nostra, & resurgere propter iustificationes nostras. Potest autem intelligi de quadruplici voluntate. Quadruplex enim est Christi voluntas. Deitatis est, qua quæcunque voluit fecit, quam mirificauit omnia quæ sunt faciendo. Voluntas Resurrectionis est, qua voluit mori, & resurgere, quam mirificauit Deo Patri vsque ad mortem obediendo. *Phil.* 2. a. Et diuinhomines sibi obedientes facit mori peccato, & resurgere per gratiam. Voluntas sensualitatis est, qua voluit non mori. Vnde dixit *Matt.* 26. d. Pater si possibile est, transeat a me calix iste, quam mirificauit se verum hominem esse ostendendo, & infinitatem nostram se veraciter assumpsisse. Voluntas compassionis est, qua compassus est peccatoribus. Vnde *Luc.* 19. f. Videns ciuitatem fleuit super illam, &c. *Osee* 6. c. Misericordiam volui, & non sacrificium. Quam mirificauit Deus etiam indignis compatiendo. Et quibus mirificauit ostendit dicens. h Sanctis,] non Iudæis aut Paganis. Vnde 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque gentibus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sanctis, scilicet.

Alleg.

Multa sunt voluntates in Christo.

i Qui sunt in terra eius,] id est, qui spem suam quasi anchoram in illa terra, quæ est eius, scilicet, in terra viuentium fixerunt, ne fluctibus huius sæculi submergantur. Non dico in terra, de qua dictum est Adæ. *Genes.* 3. c. Maledicta terra in opere tuo, sed in illa, de qua dicit *Ps.* 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et has voluntates miras fecit.

m In eis,] id est, intus in mente, non foris. Vel, In eis, id est, in profectu, & vtilitate eorum, qui eis obediendo, fiunt de terrenis cœlestes. Vel, In eis, id est, inter illos, qui hoc viderunt. Has voluntates, scilicet, moriendi, & resurgendi.

k Mirificauit.] Deus Pater, id est mirabiles ostendit in filio multis modis. Mirabile enim fuit, quod cùm esset diues, voluit fieri pauper. 2. *Cor.* 8. b. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis. Item quia cum semper esset in gaudio, pro nobis voluit pati. *Hebr.* 12. a. Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem confusione contempta. Item, quia pro nobis voluit reputari iniquus. *Isa.* 53. d. Et cum iniquis reputatus est. Item etiam, quia pro inimicis pati voluit. *Rom.* 5. b. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro nobis mortuus est. Item quia cùm vno solo verbo nos posset saluare, vt dicit *Psal.* 148. Dixit, & facta sunt, tamen tot, & tanta pro nobis sustinere voluit. Vnde *Luc.* 9. d. Moyses, & Elias dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Isa.* 28. f. Peregrinum est opus eius ab eo. Vnde de seipso dicit *Aug.* in lib. Confess. Non satiabitur illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salute generis humani. Hoc autem fecit, vt nos ad amorem suum maximè attraheret, & vitium ingratitudinis à nobis fugaret. Ingratus enim fuit homo beneficio creationis, quod sine pœna sua Dñs ei impenderat. Beneficium autem recreationis non sic. Vnde dicit *B. Bern.* Memento te, & si de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum.

De beneficio incarnationis, in quo Deus filium suum mirificauit.

n Multiplicatæ sunt infirmitates eorum.] *Supra* ostendit salutem Sanctorum, *ibi*. Mirificauit. Hic ostendit insufficientiam legis, vt ostendat non esse aliam viam ad salutem, quam per Passionem, vt sic acceleret homo ad Christum imitando Passionem eius. Dicit ergo. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,] scil. Iudæorum, id est, insufficientiæ legis multiplicatæ sunt duobus modis, scil. per ostensionem, & occasionem. De primo *Rom.* 7. b. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret; Non concupisces. De secundo *Rom.* 5. d. Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Vel sic. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, id est, afflictiones, quia sæpe captiuati sunt, & ita clamauerunt ad Dominum. Et hoc est. o Postea,] id est, post illa prædicta duo, vel post afflictiones. p Accelerauerunt,] ad Christum. A Postea ostendit

Moral. Moraliter, potest legi. n Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,] id est, tribulationes Sanctorum, vel etiam peccatorum. Et o Postea accelerauerunt,] ad Deum. *Greg.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Et in *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Vnde *Luc.* 14. e. dictum est. Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et postea dixit. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare. Tales enim, scilicet pauperes, & debiles, & huiusmodi, qui persecutiones multas patiuntur, compellit Dominus intrare ad cœnam cœlestis refectionis. Et ideo benè dicit. Accelerauerunt, quia huiusmodi tribulationes, & paupertates sunt quasi compendium citiùs veniendi ad Deum, & tales expediti sunt ad eundum. Accelerare autem debet homo, vt exeat de peccato, & ad Deum tendat per pœnitentiam, quatuor rationibus, scil. quia periculose conuersatur, quia ad magna vocatur, quia diu expectatur, ne forte excludatur.

Accelerare debemus ad Deum propter quatuor

*Periculose conuersatur

A Postea ostendit fructum Passionis spiritualem esse, non carnalem.

a Non congregabo conuenticula eorum,] id est, Synagogas. *b* De sanguinibus] id est, de ritu legalium, quia scilicet, non mihi placebunt propter sacrificia carnalia eorum. Vnde *Psalm.* 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.

c Nec memor ero nominum, &c.] sicut prius, vt quasi de peculiari populo dicam vltra. Hæc dices populo meo Israel, vel huiusmodi. Sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus erit illi, sicut dicitur *Act.* 10. e.

a Non congregabo conuenticula eorum de *b* sanguinibus. *c* nec memor ero nominum eorum, *d* per labia mea. *e* Dominus *f* pars hæreditatis meæ & *g* calicis mei, *h* tu es qui *i* restitues hæreditatem meam mi

⊖ Dominus pars hæred.

Moral. * Periculosè conuersatur homo præcipue peccator, qui possit dicere sicut dicit Dauid. 1. *Reg.* 20. a. Vno tantum gradu ego morsque diuidimur. Non enim est nisi vnus gradus, scilicet, mors corporis inter peccatorem, & mortem æternam. Boni etiam periculosè conuersantur. *Ezech.* 2. c. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum Scorpionibus habitas. Ad magna vocatur, scilicet, ad cœlestia gaudia, *Isa.* 64. a. Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Diu expectatur. Vnde *Sap.* 11. d. Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Rom.* 2. a. An diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Ne fortè excludatur, sicut fatuæ virgines *Matth.* 25. a. Ecce sponsus venit & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Vbi dicit *Gregor.* O si posset palatum cordis sapere, quantum dulcedinis habet: ecce Sponsus venit, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias: quantum amaritudinis: clausa est ianua. Ad hoc vltimum membrum, scilicet ne fortè excludatur, pertinet quod sequitur. (1.Cor.1.d.)

a Non congregabo, &c.] id est, non introducam eos ad nuptias cœlestes, si inuenero eos mortuos in sanguine peccati. De quo *Osea.* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit.

c Nec memor ero, &c.] quia non sunt scripta in libro vitæ, sed in terra. *d* Per labia mea.] Ad literam, in die Iudicij, quando vocabit electos. *Matth.* 25. c. Venite benedicti, &c. Et malis dicet. Non noui vos, discedite à me. Secundum quod ipse dicit *Luc.* 13. f. Cum intrauerit paterfamilias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare. Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis, &c. Istud autem propriè potest dici contra Prælatos nostri temporis. Non congregabo, &c. Sanguines enim dicuntur nepotes Prælatorum. Conuenticula dicuntur ipsi congregati in Ecclesia. Sed hos non congregat Dominus, id est, non facit congregationem in illam. Non enim intrant per ostium Christum. *Ioan.* 10. a. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Vnde *Abac.* 2. c. Væ qui ædificat Sion in sanguinibus. Christus fundauit Ecclesiam in suo sanguine, sed isti Prælati euertunt eam in suo. Vnde iam non sunt Vicarij Christi, sed aduersarij. Vnde *Psalm.* 82. Disperierunt in Endor, qui interpretatur fons generationis, id est, in carnalitate sua disperierunt. Et ideo sequitur. Facti sunt vt stercus terræ, id est, abominabiles Deo & hominibus. Tempore Apostoli caro & sanguis Regnum Dei possidere non poterant, sed tempore isto miserabili vix potest possidere Regnum Dei, id est, Ecclesiam, nisi caro & sanguis Prælatorum. Horum conuenticula non congregabit Deus in præsenti ad concordiam & pacem. Tales enim semper faciunt schismata & dissensiones in Capitulis: Nec in futuro ad gloriam. Et ita in sanguine Prælatorum perdit Dominus fructum sui sanguinis, quem effudit, vt congregaret dispersos. *Ioan.* 11. g. Christus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Et ex quo non congregabit eos, dispersdet. Vnde *Zach.* 11. d. O pastor & idolum derelinquens gregem. Nomina eorum sunt nepotes, in quibus nominantur, & memorantur post mortem. Sed ista memoria non est in benedictione, sed potiùs in maledictione, quia frequenter maledicuntur illi qui posuerunt eos in Ecclesia, in qua tot mala faciunt. (Matth.7.d.) (Contra Prælatos modernos.)

Alleg. *e* Dominus pars hæreditat. &c.] Continuatio. Ita non ero memor eorum, quia ad Deum non pertinent, in quem ego intendam, quia, Dominus, Pater, dicit Christus, est.

f Pars hæreditatis meæ] & meorum, id est, pars hæreditaria, vt legatur transitiue. Et est, pars, repete.

g Calicis mei] id est, iucunditatis meæ, quasi dicat, Dominus pascet & potabit nos. Vnde Christus dicit suis *Luc.* 22. c. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

h Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.] Nota quod est hæreditas quæ est Christi, & suorum, scilic. Deus Pater. Item quæ est Christi, & tandem erit suorum immortalium. Item quæ est Christi, & non erit suorum, scilicet genus humanum. De prima dicit. Dominus pars hæreditatis meæ. De secunda dicit: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi, secundùm vnam expositionem, id est, gloriam immortalitatis, quam in Adam perdidimus, sed in Christo in sua Resurrectione restituta est, & nobis in nostra restituetur. De tertia dicit *Psalm.* 2. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et hanc secundam dicit sibi restitui, non quia eam amiserit, sed nos. Et quod in nobis fit, in se dicit fieri propter indiuiduam vnionem capitis & membrorum. Hanc enim hæreditatem amiserunt primi parentes, per crimen læsæ Maiestatis, quia noluerunt esse sicut dij, *Genes.* 3. a. Vnde dicit *August.* Voluerunt rapere diuinitatem, & amiserunt fœlicitatem. Et quomodo facta fuerit Christo illa restitutio, subiungit. (De hæreditate Christi. 11.q.1.c.clericus.23.q.8.c.si mortem. De praeben. c. cum secundum.)

A Funes, id est, possessio (Aliter,)

Vel transitiue potest legi sic.

e Dominus est pars hæreditatis meæ, id est, bonorum qui sunt hæreditas Christi. Vnde *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. Et in *Psalm.* 32. Beata gens cuius Dominus Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. Huius hæreditatis est Dominus pars, id est, portio, quia boni aliud non quærunt. *Psalm.* 72. Pars mea Deus in æternum, id est, semper. Malorum autem est pars illa, de qua *Iob* 20. d. Hæc est pars hominis impij à Deo. Hæc est conclusio Capituli. Sed quæ sit illa pars, præmisit fere per totum Capitulum. Et parum ante finem dicit. Vadent & venient super eum horribiles, deuorabit eum ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo, &c.

g Et calicis mei] supple est, pars Dominus, id est, est merces Passionis meæ.

h Tu es] ô Deus pater.

i Qui restitues hæreditatem meam mihi] id est, gentes pro hæreditate, scilicet, genus humanum perditum in Adam. De qua hæreditate supradictum est. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.

⊖ Funes

* Et nota quòd versus iste, scilicet.

e Dominus pars hæreditatis meæ, &c.] proprius est clericorum. Vnde dicunt illum quando accipiunt benedictionem coronæ. Quasi dicerent, nolumus de cætero habere hæreditatem in terra, sed solum Deum. Vnde Aaron & Leuitæ non habebant partem inter filios Israel, quia Dominus erat pars eorum & hæreditas. *Numer.* 18. c. dixit Dominus ad Aaron. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Sed quia ad illam hæreditatem quæ Deus est, non venitur nisi per tribulationem, ne fortè aliquis nimis timeat tribulationem addit. (Moral.)

g Et calicis mei] quasi dicat Dominus etiam est pars calicis, id est, præsentis tribulationis. De quo calice *Matth.* 20. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Pars est dico, quia semper in tribulatione dat Deus aliquam consolationem. Vnde *Psalm.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Et *alibi Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Sed de reprobis dicitur: Ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum, secundum quod supra expositum est in loco suo. (Psal. 10.)

h Tu es, &c.] quasi dicat, non pœnitet si hæreditatem terrenam dimisi, quia tu es, ô Deus, qui restitues hæreditatem meam mihi. *Matth.* 19. d. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Et *Genes.* 15. a. Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua mecum magna nimis. Hoc dixit Dominus ad Abraham. postea quam dixerat. Egredere de terra tua, &c. *Genes.* 12. a. Sed posset aliquis dicere, quæ tibi vtilitas, aut quod lucrum dare hanc hæreditatem pro illa? Respondet quod multo melior est illa quam elegit, dicens

* Funes ceciderunt

Alleg. A a Funes] i. possessio mea benè limitata tractum est à limitante agrum. Hi inquam. Funes ceciderunt mihi in præclaris, id est, in cœlestibus vbi nihil est nisi præclarum, scilicet, immortalitas, impassibilitas, fruitio diuinitatis. In hoc autem quod dicit, b Ceciderunt notatur quod hæc hæreditas gratis datur. Est enim sensus. Ceciderunt] id est, contigerunt forte diuinæ electionis. Vnde *Act.* 1. d. Cecidit sors super Matthiam. c Etenim] probat quod dixit. In præclaris etenim hæreditas mea præclara est mihi, vt legatur, mihi discretiui, quasi dicat, non omnibus videtur præclara esse. Vt in *Psal.* 105. de quibusdam dicitur. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Et *Greg.* Carnalium mentes bona pensare non valent, nisi quæ carnaliter vident.

Al. emendauerunt.

hi. a Funes b ceciderunt mihi in præclaris, c etenim hæreditas mea præclara est mihi. d Benedicam Dominum qui e tribuit mihi intellectum, f insuper & vsque ad g noctem † h increpuerunt me i renes mei. k Prouidebam Dominum in l conspectu meo semper, quoniam m a dextris est mihi

Aliter. a Funes] huius hæreditatis, id est, diuisiones. b Ceciderunt mihi in præclaris] id est, in Sanctis, qui sunt præclari. Prosecutio. Etenim hæreditas mea, multitudo, scilic. Sanctorum, præclara est mihi, & si non hominibus, vt dicitur *Heb.* 11. g. Egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat Mundus.

Moral. a Funes ceciderunt, &c.] quasi dicat, ego habeo meliorem portionem. Melius est enim cœlum quàm terra, æterna quàm temporalia, Deus quàm mundus. Vnde frater *B. Bern.* dicit fratribus suis qui volebant religionem intrare, & ei hæreditatem terrenam dimittere, quod non erat ei bona illa partitio, quod ipsi haberent cœlum & relinquerent ei terram. *Luc.* 10. g. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Sed quia multi sunt qui hoc non attendunt, & ideo festinant ad hæreditatem præsentem. De qua *Prou.* 20. c. Hæreditas ad quam festinatur in principio, benedictione carebit. Necesse est dicere quod sequitur. c Etenim hæreditas mea, &c.] id est, præ omnibus clara est & pretiosa. Et sunt tria genera hominum, quibus ista hæreditas non est præclara. Et ideo non sunt digni habere eam, significati per tres, scilicet Esau, Ismaëlem, Absalonem, qui priuati sunt paterna hæreditate. Sunt enim qui plus volunt habere diuitias & delitias in præsenti, quàm expectare illam hæreditatem, & ideo se voluptati exponunt. Hi significantur per Esau. *Gen.* 25. d. Qui vendidit primogenituram suam pro lentis edulio, & comedit, & bibit, & abiit, parumpendens quod primogenita sua vendidisset. Ecce quod non erat ei præclara hæreditas sua. Alij sunt qui cessant à malo, & faciunt opera de genere bonorum, sed non amore patriæ, imò timore pœnæ, scil. timore seruili. Et his non est præclara hæreditas, quia ad eam non habent oculum. Et isti significantur per Ismaëlem qui perdidit hæreditatem. *Gen.* 21. b. Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Alij sunt qui bona faciunt amore patriæ, sed cùm fecerint, inde superbiunt & gloriantur. Hi significati sunt per Absalonem, qui sibi regnum & gloriam patris diu voluit vsurpare. 2. *Reg.* 15. a. Et suspensus mortuus est, & hæreditatem non habuit. *Exod.* 18. d. Hæc tria genera hominum perdunt hæreditatem, quia non est eis præclara. Sed Sancti non sic, qui significati per Naboth Iezraelitem 3. *Reg.* 21. a. cui fuit hæreditas sua intantum præclara, quod nullo modo voluit eam vendere Achab, sed dixit: Propitius sit mihi Dominus ne dem hæreditatem patrum meorum tibi, quasi dicat, hæreditas mea præclara est mihi, id est, præ omnibus alijs clara & dilecta.

Tribus generibus hominum non est hæreditas cœlestis præclara.

Alleg. d Benedicam Dominum, &c.] Secunda pars, in qua agit Christus gratias Patri pro bonis sibi & suis collatis, scil. de constantia Passionis, de Passione & Resurrectione, de consessu ad dexteram Patris. Dicit ergo: Benedicam, quasi hæreditas mea præclara est mihi. Et ideo, Benedicam Dominum Patrem in me & in meis. e Qui tribuit mihi] & meis, intellectum, quo ista hæreditas videri possit, & credi. Videri in patria, credi in via. Tamen Christus intellectum patriæ habuit in via, Sancti verò habent intellectum fidei, & in futuro habebunt intellectum rei. De qua *Isa.* 7. b. Nisi crediderītis non intelligetis. f Insuper] id est, super intellectum illum. h Increpuerunt me renes mei] id est Iudæi a quibus genitus sum secundum carnem. Vel, Renes, id est, contribules mei, increpuerunt me vsque ad noctem, id est, vsque ad mortem. Vel, erudierunt alia litera, me, scil. de morte, quia cùm Christus omnia sciret per scientiam, nondum tamen sciebat mortem per experientiam. Vnde dicitur *Hebr.* 5. c. Christus didicit ex his quæ passus est obedientiam. Et in *eadem* 4. b. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Et qui non tentatur, qualia scit? Vel sic. Renes mei, id est, inferior natura mea. Increpuerunt me vsque ad noctem, i. vsque ad passibilitatem carnis. Timebat enim caro Passionem. Ego autem in illa Passione. k Prouidebam Dominum] semper erectis oculis in cœlo, non in mundo. l In conspectu meo] id est in conscientia mea, quasi non tam oculis corporis quàm cordis: Et posset quæri quare dicat. Prouidebam in conspectu. Tale enim est, ac si diceret, vidi cras. Est enim prouidentia præuisio rerum præsentium. In hoc notatur status Christi qui in nullo alio est. Sic enim in Angelis est continua fruitio, licet mittantur, quia semper astant, & si ministrent, sic & in Christo fuit continua fruitio. Et secundum hoc fuit Dominus in conspectu eius, & quia missus fuit, sic prouidebat. Vel, Prouidebam, id est, prope videbam. Et merito prouidebam. m Quoniam à dextris est mihi] scilicet Dominus in fauore & propitiatione.

Eccl. 5 4. b.

A Ne commouear

Moral. Moraliter. Supra dictum est à viro iusto. c Hæreditas mea, &c.] i. præclaram esse intellexi, & ideo vt præclaram dilexi. Et dictum est, quia quibus non est sic præclara, amittunt eam, secundum quod etiam dicitur in *Iob* 4. d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Modò intelligens vir iustus, quantum vtilis sit ei ille intellectus, conuertit se ad gratiarum actionem pro eo dicens. d Benedicam Dominum qui] i. quia tribuit mihi intellectum, vt intelligam quæ & quam præclara sit illa æterna hæreditas. 2. *Corinth.* 3. b. Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et ideo regratiandus est de intellectu, quia si nec cogitare possumus, &c. multò magis, nec cognoscere, nec intelligere. Et ideo petit *Psalm.* 118. Da mihi intellectum. f Insuper & vsque, &c.] q. d. Benedicam Dominum non solum quia tribuit mihi intellectum, sed etiam quia ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ qui me humiliet, 2. *Corinth.* 12. b. Hoc est quod dicit.

i Renes mei] Ad literam, in quibus sedem habet incentiuum luxuriæ. h Increpuerunt me] delectationibus tentando. Vel, Increpuerunt, id est, reprehensibilem ostenderunt. Sicut qui alium increpat, ipsum reprehensibilem esse ostendit. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersùs spiritum. g Vsque ad noctem] i. vsque ad mortem, quia non est hic pax vsque post mortem. Vnde versus.

Pax erit hæc nobis semper dum vita manebit,
Cum pecore infirmo quæ solet esse lupis.

Vnde dicit *Ier.* Quocunque pergo mecum meum hostem porto. Vel secundum aliam litteram. Emendauerunt me renes mei. Vnde *Greg.* Dum nos vitia tentant proficientes in nobis virtutes humiliat. *Deut.* 7. d. Non poteris delere eas gentes pariter, ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ, i. motus superbiæ quæ omne bonum vastat. Vel, Erudierunt, alia litera. Vnde *Iud.* 3. a. Hæ sunt gentes quas dereliquit Dominus vt in eis erudiret Israelem, &c. Et propter huiusmodi pericula, ne aliquando tentationi succumberem. k Prouidebam Dominum, &c.] Hoc enim multum valet ad reprimenda carnis desideria. Vnde *Num.* 21. c ad aspectum serpentis ænei in palo leuati, i. Christi in Cruce affixi, sanabantur qui percussi erant à serpentibus, i. à carnis delectationibus. Et ne vincamur tentationibus, debemus Dominum prouidere tanquam inspectorem omnium quæ facimus & cogitamus vt erubescamus. *Prou.* 5. d. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus illius considerat. Et hoc retrahit a peccato. Vnde versus.

Cum quid turpe facis quod me spectanteruberes.
Cur spectante Deo non magis ipse rubes?

Item vt iudicem, vt timeamus, quia non solùm videt quod facimus & cogitamus, sed & districtè iudicabit. *Sap.* 6. a. Interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Et hoc similiter multùm retrahit à peccato. Vnde *Prouerb.* 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij id est, Christus, quem homo in corde suo statuit iudicem, intuitu suo dissipat omne malum. Item vt remuneratorem, vt speremus. *Apocal.* 3. d. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, &c. Et hoc etiam multum valet ad reprimendum motus peccati. Vnde de Moyse dicitur *Hebr.* 11 e quod magis elegit affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Aspiciebat enim in remuneratorem. Item vt auxiliatorem, vt confidamus. Vnde dicit. [Quoniam à dextris est mihi,]

a ne commouear,

Allegoricè. A a Ne commouear.] i. propter hoc non commouebor ego à ſtabilitate veritatis, & mei a ſtabilitate fidei. b Propter hoc,] ſc. quia ita fauet mihi Dominus, & protegit me. c Lætatum eſt cor meum,] internis in continua fruitione. d Et exultauit lingua mea,] externis promittendo aliis gaudium. Tunc enim eſt perfecta lætitia, quando gaudium quod conceptum eſt in corde profertur in ore. e Inſuper & caro mea,] ad litteram. f Requieſcet in ſpe] i. in fœlici expectatione Reſurrectionis, ſecundum quod dicitur. *Eccleſ. 44. c.* Corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt, i. in fœlici expectatione futuræ pacis. Dicit præteritæ. Lætatum eſt & exultauit. Futuræ autem dicit. Requieſcet. Et hoc ideo, quià lætitia cordis in Chriſto fuit perfecta, & lingua perfectum promiſit. Sed caro non fuit in perfecta quiete, vnde dicit. Requieſcet, i. iterum quieſcet poſt quietem animæ. *Iſa. vlt.* g. Erit ſabbatum ex ſabbato. Per, inſuper, diſtinguit inter ſtolam animæ & corporis. Eſt hic aperta prophetia de reſurrectione Chriſti & ſuorum, quia ſi caput ſurrexit, reſurgent & membra. Vnde ſequitur. g Quoniam non derelinques.] O tu Pater. h Animam meam,] vnitam Diuinitati, a carne depoſitam. i In Inferno.] ſcil. in Limbo dormiente corpore in ſepulchro, imò eam vnies corpori, & per eam animas Sanctorum ibi captiuatas liberabis. Et verè. Non derelinques animam meam in Inferno. Quia k Nec dabis ſanctum tuum,] i. e. corpus meum à te ſanctificatum. Hoc enim donum gratiæ eſt, non naturæ. l Videre corruptionem] i. incinerationem & putrefactionem in ſepulchro, quia Chriſtus non niſi per triduum quieuit in ſepulchro. Nec eſt contrarium illud. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem, vbi corruptio ſumitur non pro putrefactione, ſed pro liuore & flagellatione tantum. Et verè. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Quia m Notas mihi feciſti, &c.] i. humilitatem, per quam oportet hominem redire ad vitam, qui per ſuperbiam cecidit in mortem, quaſi dicat, merito humilitatis quam oſtendam in Paſſione, perueniam ad gloriam Reſurrectionis. Vnde *Phil.* 2. a. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. o Adimplebis me lætitia, &c.] cum ad dexteram tuam ſeſſurus aſcendero. Et p Delectationes] erunt mihi, in dextera tua, id eſt, in conſeſſu tuo. Et hoc. q Vſque in finem,] id eſt, perfectè & æternaliter.

a ne commouear. b Propter hoc † c lætatum eſt cor meum, & d exultauit lingua mea, e inſuper & caro mea f requieſcet in ſpe. g Quoniam non derelinques h animam meam in i Inferno, k nec dabis ſanctum tuum videre l corruptionem. m Notas mihi feciſti n vias vitæ, o adimplebis me lætitia cum vultu tuo, † p delectationes in dextera tua vſque q in finem.

al. † iocundatum. *Al.* † delectatio.

Oratio Dauid.

Moraliter. a Ne commouear,] quaſi paratus adiuuare. Et hoc etiam maximè valet ad reprimendum peccatum. *Pſal. 93.* Niſi Dominus adiuuiſſet me, paulo minus habitaſſet in Inferno anima mea. Et alibi. *Pſal.* 118. Adiuua me & ſaluus ero. b Propter hoc,] quia, ſcil. eſt à dextris meis. c Lætatum eſt cor meum, ſicut dicitur 1. *Reg.* 11. de viris Iabes Galaad, quod audito nuncio quod Saul veniret eis in auxilium, lætati ſunt, & ſumptâ fiduciâ dixerunt ad inimicos. Manè exibimus ad vos. Nota manè & poſt cordis lætitiam, quia ex abundantia cordis os loquitur. *Matth. 12. f.* d Exultauit lingua mea.] Vnde *Sen.* Garrula res eſt lætitia. e Inſuper & caro, &c.] id eſt, motus carnis, quæ concupiſcit aduerſùs ſpiritum, conquieſcent, vt non me nimis infeſtent. Sicut præliantes retrahunt ſe à prælio, quando vident magnum & fortius auxilium aduerſariis ſuperuenire, & cùm vident aduerſarios non timere, ſed deſuper veniente auxilio exultare. Vnde 1. *Reg.* 4. b. dicitur, quòd timuerunt Philiſtiim, quando Arca Dei venit in caſtra Iſraël, & dixerunt. Væ nobis, non enim tanta fuit exultatio heri & nudiuſtertius. Væ nobis, quis nos ſaluabit de manu Deorum ſublimium iſtorum. f Requieſcet,] dico, in ſpe, ſcil. reſurrectionis & glorificationis. Qui enim benè aduerteret, quòd pro peccato carnis non ſolum anima, ſed & corpus cruciabitur in gehenna; & econuerſo pro continentia carnis, non ſolùm anima, ſed & ipſa caro glorificabitur, de facili motus carnis refrænaret. Et hoc eſt. In ſpe. Et in qua ſpe? In ſpe geminæ ſtolæ. De ſtola animæ primo dicit.

g Quoniam non derelinques, &c.] Nota quod non dicit tantum, linques, vel relinques, ſed derelinques. Linquitur anima quæ labi permittitur, relinquitur quæ excæcatur, derelinquitur quæ in Infernum præcipitatur. Simile *Heb.* 2. a. Ne fortè pereffluamus. Homo fluit in lapſu, effluit in conſuetudine, pereffluit in damnatione. Hoc ergo dicendo, ſperat de ſtola animæ. Dicens autem quod ſequitur, ſcil. k Nec dabis ſanctum, &c.] ſcil. æternam, ſperat de ſtola corporis. m Notas mihi feciſti, &c.] in præcedenti verſu dicit ſe ſperare geminam ſtolam. Sed quia ſpes eſt vt dicitur certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis præcedentibus, Niſi enim præcedant merita, non eſt ſpes, ſed præſumptio, ideo hic oſtendit ſe habere merita, non tamen ex ſe, ſed ex gratia Dei dicens. Notas feciſti, id eſt, à te habeo quod ſcio. n Vias vitæ,] non tantum ſcientia cognitionis, ſed ſcientia experimenti. Nota quòd eſt via vita, & eſt via vitæ. Via vita eſt Chriſtus, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego ſum via, veritas, &c. Hæc via eſt per quam ſpargitur lux. Imò eſt ipſa lux. *Ioan.* 1. a. Erat lux vera, &c. De hac via dicit *Aug.* Hac via ambulas ſi Deum amas. Via vitæ triplex eſt. Prima eſt exemplum vitæ, ſ. opera Chriſti. De qua dicit *Aug.* Per me venitur, ad me venitur, in me permanetur. Secunda via vitæ, eſt probatio vitæ, ſcil. per flagella. *Prou.* 6. c. Via vitæ increpatio diſciplinæ. De qua diſciplina. *Hebr.* 12. c. Omnis diſciplina in præſenti videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis, per eam reddet iuſtitiæ. Ecce quòd eſt via vitæ. Tertia via vitæ eſt perfectio vitæ, ſc. mori pro Chriſto. *Prou.* 12. d. In ſemita iuſtitiæ vita. *Matth.* d. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Et econtrà eſt triplex detrimum. Has vias fecit Dominus notas. Primam fecit notam carnis aſſumptione. De qua dicit Thomæ, *Ioan.* 14. a. Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Secundam fecit notam miraculorum operatione. *Ioan.* 5. f. Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. Tertiam fecit notam mortis Paſſione. 1. *Pet.* 2. d. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Cùm ergo Dominus has vias vitæ notas fecerit, non eſt excuſatio tenentibus vias mortis. Qui dicunt Deo, recede a nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. *Iob* 21. b. Nolunt enim multi ſcire experimento, licèt multi ſtudeant ad ſciendum cognitione. De quibus *Gregor.* Ipſi ſibi verbis iudices & factis accuſatores fiunt. Et quia in via licet ſit gaudium iuſto, ſecundum quod ſupra dictum eſt; Lætatum eſt cor meum, &c. non tamen plenum eſt gaudium; quia multa ſunt de quibus dolent viri iuſti in via. Vnde *Prou.* 14. b. Riſus dolore miſcebitur. Gaudent enim dolendo, & dolent gaudendo. Vnde dicitur 1. *Eſdr.* 3. d. Non poterat quiſquam cognoſcere vocem clamoris lætantium & vocem fletus. Ideo de pleno gaudio quod erit in patria, ſubdit. o Adimplebis me lætitia,] quando ſc. dices mihi. Intra in gaudium Domini tui. *Matth. 25. b.* Et in hoc quod dicit. Adimplebis, notandæ ſunt compoſitiones præpoſitionum. *1. Cor. 15. d.* Non enim tantùm pleni erimus, ſed impleti, ſed adimpleti. Pleni erimus lætitia pro gloria proximorum, impleti pro gloria noſtrâ, adimpleti pro gloria Ieſu Chriſti. Et hoc notatur cùm dicit. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, i. filio tuo, quando facie ad faciem videbo eum, & cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nec dicit in vultu, ſed cum vultu. Angelos enim implebit in vultu, ſed homines cum vultu, propter conformitatem hominis ad Chriſtum. Et ex parte animæ, vt dicitur *Rom.* 8. f. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Et ex parte corporis, vt dicitur *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Ideò ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei. *Tit. 2. d.* Hic eſt verſus illius reſponſorij, & verè. Adimplebis me lætitia in patria. Quia p Delectationes ſunt, &c.] in æternitate, in patria. *Cant.* 8. a. Dextera illius amplexabitur me. Et dicit pluraliter, delectationes, quia vna erit delectatio magna in beatitudine proximorum, alia maior in delectatione propria, alia maxima in beatitudine Chriſti & totius Trinitatis. Et hoc non ad horam, ſed q Vſque in finem,] id eſt, in ſempiternum. *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius.

Est via vita & via vitæ. *Via vitæ triplex eſt.*

EXPOSITIO PSALM. XVI.

Exaudi, &c.] Titulus. Orat. Dauid. In præcedenti Pſalmo egit Propheta de beneficiis Paſſionis & Reſurrectionis Chriſti, ex quibus eſt plena iuſtificatio, ſicut habetur *Rom.* 4. d. Traditus eſt propter peccata noſtra,

& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. In hoc autem Pſal. orat pro eiſdem beneficiis, ad innuendum quod omnia habemus à Deo, & quod omnia ab eo petenda ſunt. Et ideo proponitur titulus. [Oratio Dauid] i. Chriſti capitis, adiuncta ſibi Eccleſia, quæ corpus eſt, & cuiuſlibet fidelis, quod membrum eius eſt corporis. Vnde Pſal. iſte exponitur duobus modis, ſ. de Chriſto, & de viro iuſto. Pſalm. iſte primus eſt eorum qui nomine orationis intitulantur. Et ſequuntur alij 4. ſc. Inclina Dñe. Domine refugium. Domine exaudi. Voce mea.

Al. † deprecationi meæ. *Pſal.* 85. *Pſal.* 89. *Pſal.* 181. *Pſal.* 141.

PSAL. XVI.

EXaudi *a* Dñe *b* iuſtitiam meã, *c* intende † deprecationem meam. *d* Auribus *e* percipe orationem meam, non in *f* labiis doloſis. *g* De vultu tuo *h* iudiciũ meum *i* prodeat. *k* oculi tui *l* videant † æquitatẽ, *m* probaſti cor meũ *n* & *o* viſitaſti *p* nocte, *q* igne me *r* exami-

Et eſt ratio quare ab oratione intitulantur, quia cum in aliis Pſal. oratio ſit interſerta, in his quinque eſt continua. Orauit autem Chriſtus non pro ſua, ſed pro noſtra vtilitate, vt nos ad orationem inuitaret. Sicut fleuit Lazarum, vt nos charitatem proximi habere doceret. Sicut in aliis factis ſuis omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Eſt autem Pſ. tripartitus. In prima parte orat Chriſtus ſecundum ſuam iuſtitiam exaudiri. Secundò petit à Iudæorum inſidiis liberari, *ibi.* [Ego clamaui.] Tertiò petit ſibi & ſuis bona tribui, & malis mala, *ibi.* [Exurge Domine.] Orans ergo Primò allegat iuſtitiam ſuam. Secundò, antequam ſpecialiter petat aliquid, generaliter petit vt exaudiatur in malis amouendis, *ibi.* [Intende, &c.] Tertiò, in bonis adipiſcendis, *ibi.* [Aurib. &c.] Quartò, ſpecificat orationem ſuam, *ibi.* [De vultu tuo.] Dicit ergo. *a* O Dñe,] Pater. *b* Exaudi iuſtitiam meam] i. me ratione iuſtitiæ, quæ dat efficaciam orationi. *Iac.* 5. d. Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. *c* Intende deprecationem meam,] quæ eſt de malis tollendis. *d* Auribus] clementiæ tuæ. *e* Percipe orationẽ meam,] quæ eſt de bonis adipiſcendis. [Orationem] dico, factam ſupple. *f* Non in labiis doloſis] ſed ſimplicibus. Quia ſicut dicitur *Iſa.* 53. c. dolus non fuit in ore eius. Sequitur ſpecificatio petitionis. *g* De vultu tuo] i. de illuminatione vultus tui, i. de beneplacito tuo. *h* Iudicium meum.] quo in præſenti ſeparo bonos à malis, merito, non loco, vel quo in futuro ego faciam generalem ſeparationem, hic profitetur filius ſe omne iudicium habere à Patre, vt habetur *Ioan.* 5. d. *i* Prodeat,] inſignis. Vel ſic, vt [iudicium] paſſiuè ſumatur. [De vultu tuo] i. ſicut tu vides eſſe ad vtilitatem Eccleſiæ, non ad voluntatem Iudæorum, qui nomen meum extinguere volunt. [Iudicium meum,] quo iudicatus ſum à Pilato, [Prodeat] i. exeat. *k* Oculi tui,] Domine, ſc. oculi memoriæ tuæ. *l* Videant æquitatem,] retribuendo mihi gloriam Reſurrectionis. Hæc eſt enim æquitas, vt ſicut in Paſſione humillimus omnium factus ſum, ita in Reſurrectione & Aſcenſione exalter ſuper omnes. *Phil.* 2. b. Propter quod & Deus exaltauit illum. Et oſtendit quod hoc meruit. *m* Probaſti cor meum, &c.] Nota, quòd duo facit tribulatio, obtenebrat & exurit. Et propter hoc vocatur hic nox & ignis. Nox, quia obtenebrat intellectum. Ignis, quia exurit affectum. Item differentia eſt inter probare & examinare. Probare quærit rationem facti, examinare ipſum factum. Ratio autem facti, magis cor tangit. Factum vero magis tangit corpus. Et ideo dicit, [Probaſti cor meum & examinaſti me,] quaſi non ſolum cor, ſed corpus. Sed quia vtrumque reputauit adeſſe ſibi ex viſitatione gratiæ Dei, inter illa duo mediam ponit viſitationem, cùm dicit, [Viſitaſti.] Dicit ergo, Probaſti] ô Domine pater, i. probatum oſtendiſti. [Cor meum] quod non eſt ira turbatum, non ſolùm ex facto paſſionis meæ quod crudeliſſimum fuit, ſed nec ex ratione, quæ iniuſtiſſima fuit. Hoc enim ſolet maximè turbare hominem, quando iniuſtè cruciatur. Et quod ita fuerit, dicitur *Iſa.* 53. c. Sicut ouis, quæ ſc. non iraſcitur, ad occiſionẽ ducetur, & quaſi agnus, ſc. innocens, coram tondente ſe obmuteſcet. Vere [probaſti,] non in proſperitate, vbi non cognoſcuntur corda, ſed in aduerſitate: *n* Et] i. quia. *o* Viſitaſti] ſc. cor meum. *p* Nocte,] tribulationis. Et] *q* Igne] id eſt, fornace ipſius Paſſionis. *r* Examinaſti me.] Et licet ſic ſubtiliter probatus & fortiter examinatus fuerim, tamen

Partitio Pſal.

Allegor.

Tribulatio dicitur nox & ignis.

Differentia inter probare & examinare.

A Non eſt inuenta

Moral.

*Moraliter.] Pſalmus iſte poteſt exponi de viro iuſto, vt oret ſic quilibet vir iuſtus. *a* Exaudi Domine, &c.] ad literam, quæ vocem habet apud Deum. Vnde *Iſa.* 1. e. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dñs. Et eſt apoſiopiſis, quaſi dicat, ſi non retribuam vobis, vel audiam vos deprecantes me. Et propter hoc dicit *Pſ.* 118. Feci iudicium & iuſtitiam, & ideo non tradas me calumniantibus me. Vel, [exaudi iuſtitiam,] quæ eſt ex fide, vel ipſa fides. Hanc enim exaudiuit Dñs. *Matth.* 17. c. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Vnde *Iac.* 1. a. Poſtulet in fide nihil hæſitans. Item *Abac.* 2. a. Iuſtus autem in fide ſua viuet. Vel, [Exaudi iuſtitiam,] quæ eſt in eleemoſyna. Vnde *Pr.* 18. c. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpatium ei facit. *Act.* 10. c. Exauditæ ſũt eleemoſynæ tuæ apud Deũ. Vel, Exaudi iuſtitiam] quæ eſt in carnis maceratione. Vnde *Ieron.* Ieiunia eſt oratio quam macies carnis non paſcit. *Eccl.* 35. Oratio humiliantis ſe, i. macerantis ſe, nubes penetrabit. *c* Intende deprecationem] i. e. intenſam precationem meam. *d* Auribus percipe.] Humano modò loquitur, quaſi ad hominem aures habentem loqueretur. Et dicit pluraliter [Auribus] propter aurem interiorem & exteriorem. Multi enim audiunt aure exteriori, qui non audiunt aure interiori. Vnde *Marc.* 4. b. Qui habet aures audiendi audiat. Et poſt. Vt audientes audiant & non intelligant. Qui ergo hic loquitur ad Deum modo humano, ſic dicit q. d. volo & peto vt attentè audias orationẽ meam, quæ eſt de bono adipiſcendo, vt prædictum eſt, ſicut deprecatio de malo amouendo. Vnde *Eccl.* 35. a. Deprecatio pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Sicut enim ſunt duæ partes iuſtitiæ, ſc. declinare à malo & facere bonum. Sic duplex eſt oratio, ſc. deprecatio, ad declinandum malum, & oratio ad conſequendũ bonum. Vnde in oratione Dominica, tres petitiones primæ; ſunt ad bonum conſequendũ, tres vltimæ ad malum tollendum, media autem eſt de mediatore Chriſto. *f* Non in labiis doloſis.] Labia ſunt doloſa, quando aliud eſt in ore, & aliud in corde. Sicut hypocritarum, de quibus *Iſa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et ideo dicit *Aug.* Cùm oratis hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Verſetur, inquam, quãtum ad intellectum, & ſic erit oratio intenta, & quantùm ad affectum, & ſic erit deuota. Propterea hoc dicitur *Sap.* 1. a. In ſimplicitate cordis quærite illum, ſc. vt intellectus & affectus ſimul ferantur in eum. Alioquin poteſt dici de illis qui hoc non faciunt. Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. *g* De vultu tuo. Hic petit vir iuſtus, vt det ei Deus gratiam iudicandi ſe in præſenti, ne in futuro iudicetur à Dño. Hoc eſt quod dicit. [De vultu tuo iudicium meum prodeat] i. à reſpectu tuo, actiuè vel paſſiuè. Actiuè, id eſt, reſpice me oculis miſericordiæ tuæ, vt me iudicem, ſicut reſpexiſti Petrum & ſe iudicauit. Vnde *Luc.* 22. g. Conuerſus Dñs reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Dñi, &c. & egreſſus foras fleuit amarè. Paſſiuè ſic, [De vultu tuo, &c.] id eſt, à reſpectu tuo, id eſt, fac vt ego reſpiciam te iudicatum, & ſic iudicem me, quia ſi in viridi hæc fuerunt facta, in arido quid fiet? *Luc.* 23. e. *Prou.* 11. d. Si iuſtus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? Vel etiam, [de vultu tuo,] quem & terribilem reprobis, & iocundum bonis oſtendes in iudicio, [Iudicium meum prodeat] id eſt, fac vt egò timore illius iudicij hic me iudicem. Vnde 1. *Cor.* 11. g. Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Hoc autem iudicium in duobus conſiſtit Primò, in diſcuſſione ſiue deliberatione, quod fit in contritione. Secundò, in ſententiæ prolatione contra ſeipſum, quod fit in confeſſione. Sed quia non ſufficit facere iudicium niſi etiam fiat poſtmodum iuſtitia, addit. *k* Oculi tui videant æquitatem,] ad literam. Vel, [Videant] id eſt, acceptent, [æquitatem] id eſt, iuſtitiam quam ſumam in ſatisfactione. De hac æquitate. *Rom.* 6. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

De appel.c. vt noſtrum. Vt Eccl. bene. c. vnico.

Al. † æquitates.

Differentia inter deprecationem & orationem.

Matth. 15. a.

Pſal. 77.

Iudiciũ ſuiipſius in duobus conſiſtit.

m Probaſti cor meum, &c.] Hic recolenda eſt differentia quæ dicta eſt ſuperius inter probare & examinare, & cætera quæ ibi dicta ſunt. Et poteſt ſic dicere vir iuſtus. [Probaſti cor meum,] probatum, ſc. feciſti, & oſtendiſti per contumelias maledicorum; quia ſicut dicit *Gregor.* qualis quiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat.

r Examinaſti me,] non ſolum cor, ſed & corpus. *q* Igne] id eſt, per iniurias & fortes perſecutiones malefactorum. De qua examinatione *Eccl.* 2. a. In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurũ & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. De his duobus, ſc. probatione & examinatione, *Sap.* 2. d. dicũt mali. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam eius. Contumelia, ſc. quantum ad probationem cordis, tormento quantùm ad examinationem corporis. Sed

* quia ſancti has

Alleg. A a Non est inuenta, &c.] quæ hoc igne excoqueretur eo, f. quod iniquitatem non fecerit, vt dicit *Isa.* 53. c. [Et] adeò [non est inuenta in me iniquitas. b Vt non loquatur, &c.] Sed opera tua ô pater, i. nihil locutus sum, nisi quod
Act. 1. a. ad tuam gloriam pertinet. Vnde *Ps.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Nec solùm bonum locutus sū, sed & operatus sum; quia cœpit Iesus facere, & docere. Et hoc est, quod sequitur. d Ego] cum pondere. e Custodiui vias duras] i. vias

nasti, & non a inuenta est in me iniquitas. Vt non b loquatur os meum opera hominum: propter c verba labiorum tuorum d ego e custodiui vias † duras. † f Perfice gressus meos in g semitis tuis; vt non h moueantur vestigia

al. † latronis. *al.* † ad perficiendos.

passibilitatis, paupertatis, afflictionis, passionis. Vel vias latronis, secūdum aliam literam, i. quod meritò debet sustinere latro, f. suspendium ego immeritò sustinui, vt possim verè dicere: Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et hoc. c Propter verba, &c.] f. vt quæ processerunt de labiis tuis, non fierent irrita; sed sicut promisisti pacem per mortem meam fieri, ita impleretur. Et vocat hic labia Dei Patris, pacem, quam suis verbis promisit. *Isa.* 57. d. Creaui fructum labiorum pacem. Vel, [Labia] etiam vocat Prophetas, per quos locutus est, & promisit illam pacem. Vnde *Luc.* 1. g. Benedictus Dominus Israel, quia, &c. Sicut locutus est per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius. f Perfice.] quasi custodiui. Et [perfice] id est, vt per hoc perficeres. Vnde alia litera habet [Ad perficiendos gressus meos] id est, duo præcepta charitatis, quibus itur ad Deum. Et hoc. g In semitis tuis] id est, in arctioribus præceptis tuis. h Vt non moueantur. Quasi hæc omnia feci, vt exemplum dilectionis aliis præberem & perfectionis. Et hoc est [Vt non moueantur, &c.] i. dilectionis
A meæ ad Deum

* quia Sancti has duas probationes visitationem Dei reputant, sicut dicit *Gregor.* Sancti temporalem pœnam lucrum putant; quia per hanc æternam euadere non ignorant. Ideò interponit. [Et visitasti nocte] i. ex nocte, i. ex tribulatione. Vnde *Ps.* 59. Da nobis auxilium de tribulatione. Vel [visitasti nocte] i. in nocte tribulationis, vel aduersitatis, 2. *Cor.* 1. a. Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *Ps.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animam meam, [Probasti] dico & [examinasti.] a Et non est inuenta, &c.]i. inæqualitas, quin, f. æquè benè me haberem in aduersitate, sicut in prosperitate. Non sicut illi, de quibus. *Luc.* 8. b. qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Hanc iniquitatem, i. inæqualitatem quærebat Diabolus *in Iob* 2. b. quando dicebat Domino. Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem; & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi. Sed licet tanto igne tribulationis examinatus fuerit Iob; non tamen inuenta est in eo iniquitas: quia in omnibus his non peccauit Iob labiis suis; sed maxima
Iob 1. æquitas, quando dixit. Si bona suscepimus de manu Dñi; mala autem quare non sustineamus? Vel sic. Non est inuenta in me iniquitas] i. inæqualitas cuiuscunque venialis, sicut otiosi verbi, vel huiusmodi. De qua iniquitate *Eccl.* 42. c. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciés. [Non est inuenta] supple, post examinationem ignis; quia excoquitur, & purgatur in igne. *Sap.* 3. b. Tanquam aurum in fornace probauit illos. In fornace enim, remouentur sordes ab auro. Vnde dicit *Aug.* Si aurum es, quid expauescis ignem? Simul quidem fumus in fornace; sed ignis paleas in cinerem vertet, sordes auri tollet. Si frumentum, quid times tribulā? Non apparebit, qualis sis in spica. Si oleum, quid times pressuram præli? Non declarabitur species tua, nisi pondus lapidis à te separauerit amurcam. Hoc autem etsi de quolibet sancto sic exponatur; tamen propriissimè de B. Laur. exponitur. Igne me examinasti ad literam. Et non est inuenta, &c. vt sup. expositum est. Vel, iniquitas illa, de qua *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et vocat ibi iniquitatem auaritiam, secundum illud *Eccl.* 10. b. Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Quæ non est inuenta in B. Laur. quia thesauros Ecclesiæ dedit pauperibus. Sed sciendum, quòd duobus modis contrahi potest iniquitas in diuitiis, f. malè acquirendo. Et hoc dicitur cupiditas: Et de hac non est intelligendum illud. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; quia de iniustè possesso non potest fieri eleemosyna. *Eccl.* 34. d. Qui offert sacrificium ex substātia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Secundo contrahitur iniquitas malè tenendo: Et hæc dicitur auaritia, de qua intelligitur illud: Facite vobis amicos, &c. Neutra autem iniquitas in

In diuitiis duobus modis contrahitur iniquitas.

B. Laur. fuit: quia nec malè acquisiuit, nec benè acquisitum malè retinuit. Vnde cantatur de ipso. Dispersit, dedit pauperib. b Vt non, &c.] quod probasti & visitasti: & examinasti. Vt non loquatur, &c.] i. vt habeam materiā, & causam loquendi, non de operibus hominum, sed de te, per ea, quæ circa me fecisti. Homo enim quasi cogitur loqui illa, quæ sentit, *Act.* 4. d. Non possumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui? Hoc est, Vt non loquatur os meū opera hominum; sed tua, ô Deus. Vnde 1. *Pet.* 4. c. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Opera hominū loquuntur iactatores, quia sua opera iactant. Item adulatores, qui laudant hominē in operibus suis, & peccatorem in desideriis animæ suæ. Item detractores, qui mala aliorum loquuntur. Bonū enim non est opus hominis, sed Dei: Malum autem est propriè opus hominis. *Osee* 13. c. Perditio tua, Israel, i. ex te est; tantummodò ex me auxiliū tuum. c Propter, &c.] Ad literam, *Matth.* 5. a. quib. dixisti: Beati pauperes spiritu, &c. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestrā, *Luc.* 16. d. d Ego custodiui, &c.] f. vias pœnitentiæ. Vel, Propter verba labiorum, i. Prophetarum, Apostolorum, Prædicatorū, qui prædicant contemptum mundi & pœnitentiam. Vnde *Cant.* 5. d. Labia eius lilia distillantia myrrham primā. Prima myrrha amaritudo præsentis pœnitentiæ, quæ sponte fluit de arbore homine, *Ps.* 53. Voluntariè sacrificabo tibi. Secunda est amaritudo gehennæ. Et benè dicit distillantia, non effundentia; quia pœnitentia præsens non est nisi stilla respectu doloris infernalis. *Iob* 26. d. Cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Vel etiam [Labia] hic dicuntur Testamenta duo. Vetus Testamentū est labium timoris; Nouum est labium amoris. [Propter] ergo verba istorum [labiorū] dicit Iustus, Ego custodiui vias duras, i. vias pœnitétiæ; quæ dicuntur duræ propter multa. Primò, propter multiplices Diaboli tentationes, quas talibus infert. *Eccl.* 2. a. Fili, accedens ad seruitutē Dei, sta in iustitia, & in timore; & præpara animā tuam ad tentationem. Secundò propter fomitis recalcitrationem, *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis, f. fomitem, repugnantē legi mentis meæ, i. præceptis Dñi. Tertiò, propter multa impedimenta, quæ sunt in mundo, i. timor irrisionis, pudor vilitatis, spes vitæ longioris, amor voluptatis, *Gen.* 14. b. Vallis autem siluestris habebat multos puteos bituminis. Quartò propter difficultatē, quæ in ipsis est: quia ars & virtus circa bonum & difficile, *Mat.* 7. b. Arcta est via, quæ ducit ad vitam. Sed tamen alia consideratione dulces sunt istæ viæ. Primò, propter bonā conscientiam, 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ nostræ. Secundò, propter multiplicem delectationē spiritualem. *Ps.* 18. In custodiendis illis retributio multa. Vnde *Gr.* Mirabili dispensatione dum exteriùs affliguntur, intus reficiuntur. Et ad hoc innuendum vnguntur cruces in dedicatione Ecclesiæ. Vnde dicit *B. Bern.* Multi vident nostras cruces, qui non vident nostras vnctiones. Tertiò, propter præmij considerationē. *Gr.* Consideratio præmij minuit vim flagelli. *Gen.* 49. Isachar asinus fortis, &c. vidit requiem, quod esset bona, & terram quod optima: & supposuit humerū ad portādum. Quartò, propter memoriā Dominicæ Passionis. Vnde *Ex.* 15. d. Quādo positū est lignū in aquis Marath, dulcoratæ sunt aquæ. Quintò, quia pro amico sustinētur, *Act.* 5. g. Ibant Ap. gaudētes, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Sextò, propter multiplicia exēpla. *Gr.* Facta præcedētia recolamus, & grauia non erūt nobis, quæ sustinemus. *Pr.* 4. b Ducā per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, nō arctabūtur gressus tui, & currēs nō habebis offendiculū. f Perfice] q. d. [Ego custodiui, &c.] Sed quia istas vias custodire magis est incipiētiū, aut proficiētiū, quā perfectorū: quia volo perfectus esse, ideò rogo [Perfice gressus meos in semitis tuis.] Semitæ dicūtur viæ perfectissimæ iustitiæ, de quib. *Pr.* 12. d. In semita iustitiæ vita. Et *eiusd.* 15. a. In abūdāti iustitia virtus maxima est. Iustitia simplex est, reddere vnicuiq; quod suū est. Vnde cùm quis se totū Deo dat, vel potiùs reddit, totū se exponēdo pœnitētiæ adhuc nō est nisi simplex iustitia. Vnde si vult perfectus esse, & virtutē maximā acquirere, quæ est in abundanti iustitia, oportet, vt se non solum Deo, cui se debet, subiiciat; sed etiam homini propter Deum. Et hæc est abundans iustitia, f. obedientia de qua dicit Dominus. 1. *Reg.* 15. c. Melior est obediētia quàm victima. Obediētia enim fit propter Deum homini, cui non debebatur. Victimæ verò fiunt Deo, cui debentur. Sic ergo perficiuntur gressus, i. operationes. g In, &c. Dei, quas intrant Religiosi. Sed quia non sufficit incipere, nisi quod inceptum est, consummetur: Ideò orat: Perfice gressus meos in semitis tuis, ita, f. h Vt, &c.] à semitis illis, quia vt dicit Dñs *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei: Et non qui incepit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. *Matth.* 10. c.

Viæ pœnitentiæ dicuntur duræ.

Viæ pœnitentiæ dicuntur dulces.

F * Ego clamaui

Alleg. A meæ ad Deum & proximum. Non moueantur à corde; sed semper ibi sint per recordationẽ. Vnde *Eccl.*29.c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim animã suam pro te. Nec ab opere; sed ibi semper appareant per imitationem, 1.*Pet.*2.d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et propter hæc duo dicitur *Cant.*8. b. Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum] super brachium tuũ. Et propter hoc dicebat Sponsa *Cant.*1.d. Fasciculus myrrhæ, Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Vnde dicit *B.Bern.* Ego, Fratres, ab ineunte conuersione mea pro aceruo meritorũ, quæ mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum colligere, & inter vbera mea collocare curaui, collectũ ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus Dñi mei. Primum videlicet infantiliũ illarum necessitatum: deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, insidiarũ in colloquendo; postremò periculorum in falsis fratrib. conuitiorũ, sputorum, colaphorũ, subsannationum, exprobrationum, clauorum, horumq; similium, quæ in salutẽ nostri generis silua Euangelica noscitur protulisse. Hæc sunt Christi vestigia, quæ non debẽt de cordibus nostris operibusq; per obliuionem, aut præuaricationem moueri. Vestigia etiã dicuntur Sacramenta. Est enim Baptismus, & Eucharistia signum mortis Christi. Secundum ergo hunc modũ petit, vt durent Sacramenta. *Mat.vlt.*d. Vobiscũ sum vsque ad consummationẽ sæculi.

Vestigiorum Christi semper debemus recordari.

mea. *a* Ego clamaui, quoniam *b* exaudisti me Deus; *c* inclina aurẽ tuã mihi, & *d* exaudi verba mea. *e* Mirifica misericordias tuas, qui *f* saluos facis sperãtes in te. A *g* resistẽtib. *h* dexteræ tuæ *i* custodi me, vt k pupillã ocu-

a Ego clamaui, &c.] Secunda pars, in qua petit Christus à Iudæis persequentibus liberari. Dicit ergo. Ego clamaui, non tam clamore exteriori, quàm interiori, sicut Susanna, *Dan.*13.e. *b* Quoniam, &c.] *Hebr.*5.c. In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Sed videtur, quòd deberet dicere econuerso. Exaudisti me, quoniam clamaui. Quod soluit *Greg.* dicens: Neminẽ exaudit Deus, nisi quem vt precetur, inspirat. Est ergo sensus: Ego clamaui, quoniã, &c.] i. quoniam dedisti mihi confidentiam impetrandi. Et ideò. *c* Inclina, &c.] s. misericordiæ tuæ. *c* Mihi] infirmo, infirmitate pœnæ; quod notatur per inclina. *d* Et exaudi, &c.] quæ sequuntur, s. *e* Mirifica, &c.] i. miras fac, ne vilescant. Misericordiæ Dei fuerunt, quòd genus humanum voluit sibi reconciliari. Sed mirabiles fecit eas, quando per filiũ suum vnigenitum incarnatũ, passum, qui resurrexit à mortuis, & ascendit ad cœlos, reconciliauit: qui etiam miracula fecit. Hæc enim miracula admirantes Iudæi & inuidentes, excæcati sunt, & Gentes laudantes crediderunt. Vnde de *B. Aug.* dicitur. Nec satiabatur illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilij diuini super salute generis humani. *f* Qui, &c.] Non in se, non in mũdo. *Iere.*29.d. Qui sperat id Dño, subleuabitur. Pet, saluos facis, notãtur creatio & recreatio. Et quia Iudæi, vt prædictum est, inuiderunt istis mirabilibus, petit se ab eorum insidiis liberari. *g* A resistentibus] i. à Iudæis, qui resistunt affectu, non effectu, quia vt dicitur *Rom.*9.e. Voluntati eius quis resistit? *h* Dexteræ tuæ]; fauori, videlicet, tuo, quo mihi faues. Vel, Dexteræ, i. mihi filio tuo. Filius enim dicitur dextera Patris. Vnde *Psal.*97. Saluauit sibi dextera eius. Ab his iniquè. *i* Custodi me, &c.] quæ tenerrimè diligitur, & custoditur.

Filius Dei comparatur pupillæ. Nota, quòd in pupilla sunt tria, propter quæ benè comparatur ei filius Dei. In ea enim est lux interior, & extrà corpus speculare, & aliud non speculare. Sic Christus fuit lux secundũ illud 1.*Ioan.*1.b. Deus est lux; & in ipso sunt anima & corpus. Vel, Pupilla, est fides incarnationis: quia sicut pupilla lucem à tenebris discernit; ita fides incarnationis bonos à malis distinguit. Et cautè seruanda est, ne lædatur, sicut pupilla oculi. Et dicitur humanitas Christi, vel fides humanitatis Christi pupilla, quasi pusilla respectu Deitatis. A Sub vmbra.

Moral. * Ego clamaui] potest exponi de viro iusto, vt dicat. *a* Ego clamaui] i. valida intentione cordis ad te preces direxi. *b* Quoniam, &c.] i. quia certus sum, quòd exaudies me. Vel, Clamaui, i. quia iam aliàs exaudisti me deprecantem; Clamaui, iterum orans. Et in hoc captat beneuolentiã in principio orationis, ostendens se non esse immemorem, aut ingratum accepti beneficij. Nota, quòd clamant iusti,

Clamãt iusti. clamant mali, clamant & beati in patria. Iusti clamant corde, ore, opere. Corde per rectum desiderium. Vnde *Psal.*9. Desiderium pauperum exaudiuit Dñs, &c. Sic Susanna tacens clamabat, *Dan.*13.e. Et Moyses, *Exod.*14.d. Et Anna 1.*Reg.*b. Voce, in Ecclesia, cantando, confitendo, prædicando. Vnde *Psal.*141. Voce mea ad Dñm clamaui. Opere, manibus laborando, eleemosynas largiendo. Vnde *Act.*10.e. Exauditæ sunt eleemosynæ tuæ apud Deum. Et in *Psal.*16. Exaudi, Domine, iustitiam meam. Item mali clamant similiter, corde, ore, opere. Corde, scil. tumultuoso: *Isa.* 57.d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum; & non est pax impiis dicit, Dñs. Voce litigando, detrahendo, aliquando voce tenus prædicando. De his, scil. malis dicit *Psal.*17. Clamauerunt: nec erat, qui saluos faceret, ad Dñm: nec exaudiuit eos, 3.*Reg.*18.c. Clamare voce maiore, &c. Opere. Vnde *Gen.*18.c. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum ascendit ad me. Item Beati clamant in patria semper Deum laudando. Vnde *Isa.*6.b. Seraphim clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Dicit ergo: Ego clamaui, quoniã exaudisti me: inclina aurem tuam, q.d. quantum in me est, ad altitudinem tuam ascendere non valeo: ideò necesse habeo, vt tu inclines aurẽ tuam mihi humili & infimo. Et sic: Exaudi verba mea, quasi aliter non exaudies, cùm ego infimus sim, & tu excelsus, nisi autem misericordiæ tuæ inclinaueris. Sunt enim plura, quæ impediãt, ne exaudiatur clamor. Primum est hoc, quod dicimus, sc. quando remotus est ille, qui clamat, *Psalm.*72. Omnes, qui elongant se à te, peribunt. Et *Psal.* 33. Accedite ad eum & illuminamini. Secundum est, quando aliquid magnum interpositum est. Hoc autẽ est peccatum, *Ezech.*4.a. vidit sartaginem ferream positam inter se & ciuitatem. *Thren.*3.e. Opposuisti nubem, ne transeat oratio. Tertio est, quando clamor est debilis & remissus. *Isa.* 58.a. Clama: ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam. *Isa.*40. Exalta in fortitudine vocem tuam. Quartum est, quando ille, ad quem clamatur, auertit se. *Sap.*1.b. Spiritus S. disciplinæ effugiet fictum, & auferet se, vel auertet à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. *e* Mirifica misericordias tuas.] Non solùm in Christo, vt sup. expositum est, mirificat Dñs misericordiam suam, sed in homine quolibet, & iusto, & iniusto. Magna enim Dei est misericordia in peccatore, cùm pœnitentem recipit. Sed mira & mirabilis, cùm impœnitentem expectat, & contemnentem reuocat. *Ier.* 3. a. Vulgò dicitur, si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non contaminata erit mulier ista? Tu autem fornicata es cum amatorib. multis; tamen reuertere ad me, dicit Dñs: & ego suscipiam te. *Isa.*30.e. Aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Item in homine iusto mirificat Dñs misericordiã suam, ipsum custodiendo. Magna enim est misericordia, quòd dedit ei Angelum ad custodiam; sed magna, & mirabilis, quòd hoc non contentus, ipsemet custodit, & habitat in eo Trinitas. *Ioan.* 14.c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit; & pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Et tũc potest, & debet homo dicere. Benedictus Dñs, quoniam mirificauit misericordiã suam mihi in ciuitate munita, i. corde meo munito, non solùm virtutibus & custodia Angelorum, sed etiã tota Trinitate. Quod etiã mirabilius erit nobis, si benè ex vna parte magnitudinẽ ipsius Trinitatis pro capacitate nostra pensemus; & ex alia paruitatem, & miseriam nostrã. Vnde dicit *Greg.* Misericordiæ Dei miræ efficiuntur, cùm nostræ miseriæ ad memoriã reuocãtur. In hoc ergo sensu dicit vir iustus; Mirifica misericordias tuas, tu Dne. *f* Qui, &c.] cuiuscunque conditionis sint, quia nõ est personarũ acceptio apud Deum. *Act.*10.c. In veritate cõperi, quòd nõ est personarũ acceptor Deus; sed in omni Gẽte, qui timet Deum, & operatur iustitiã, acceptus est illi, *Ps.*146. Beneplacitum est Dño super timẽtes eum, & in eis, qui sperãt super misericordiã eius. Et subdit, quid est quod petit. *g* A resistẽtib. &c.] A resistẽtib. i. à Dæmonib. qui resistunt, Dexteræ tuæ, i. bonis spiritualibus. Et propter istã resistentiã dicitur Diabolus Sathanas, i. aduersarius. Vnde dicitur, *Zach.*3.a. quòd Sathã stabat à dextris summi Sacerdotis, vt aduersaretur ei. Nec solũ Dæmones, sed & mali homines resistunt dexteræ Dei, vt hæretici videl. resistunt astutia: Tyrãni & tortores, nimis & flagellis; falsi fratres fallacia; præuaricatores Christiani, malis operib. cæteri donis, seruitus, promissionib. & huiusmodi. Ab his omnibus petit se iustus custodiri a Dño. k Et pupillam oculi] pro qua tuenda ponitur manus, & quicquid potest homo, ponit, ne lædatur oculus. Est ergo sensus: Custodi me, vt pupillam oculi, i. sic me custodi, vt potius manus, & corpus, & omnia, quæ habeo ponam, quàm lædar in anima. Vnde *Iob* 2.b. Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Et *Matth.*16.d. Quid proderit homini, si vniuersum mundum lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo

Clamãt mali.

Clamant Beati.

Plura sunt quæ impediũt ne exaudiatur clamor.

Quomodo mirificet Dominus misericordiam suam in homine.

* commutationem pro anima

Alleg. A *a* Sub vmbra,] Ecce quando custodies me:Sub vmbra, i.sub tegumento. *b* Alarum tuarum] i.charitatis & memoriæ. *c* Protege me] sicut gallina protegit pullos suos.Protege,dico. *d* A facie] i.ab instantia. *e* Impiorum] Iudæorum. *f* Qui me,&c.] Et opus est,vt protegas : quia *g* Inimici mei] Iudæi, scil.

al.† in tegmine. *h* Animam meam,] i. vitam. *i* Circundederunt,] consiliis, & insidiis volentes eam perdere. *k* Adipem suum, &c.] id est, ad similitudinem animalium , quæ ex adipe lasciuiunt, superbiam retinuerunt. Vel, Adipem, i. carnalem sen-

li : † *a* Sub vmbra *b* alarum tuarum *c* protege me : *d* à facie *e* impiorum, qui *f* me afflixerunt. Inimici *g* mei *h* animam meam *i* circundederunt , *k* adipem suum concluserunt : *l* os eorum locutum est superbiam. *m* Proiicientes me *n* nunc *o* circundederunt me : *p* oculos suos statuerunt *q* declinare in terram. *r* Susceperunt me, *f* sicut leo paratus ad prædam : & *t* sicut catulus leonis *u* habitans in † abditis. *al.† occultis*

Matt.26.e. & 27.a. sum,vel vanam lætitiam.Et ita: *l* Os eorum, &c.] contra Christũ dicendo:Aue Rabbi.Et,Si filius Dei est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei. *n* Nunc] q.d.ad tempus. *Ioan.*18.g.Nunc autem regnum meum non est hinc. *o* Circundederunt me] in Cruce pendentem , quasi ad spectaculum conuenientes. Nota, quòd bis dicit,circundederunt. Primò animam, post,me, quia dupliciter circundederunt, particulariter, scil. in flagellis , & vniuersaliter vsque ad mortem. Et est hic aperta prophetia de passione Christi. *Concor. Is.*21. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.Vnde sequitur. *m* Proiicientes me,] extra ciuitatem ad crucifigendum,quasi locus de me macularetur. *Leu.* 4.c. Ipsum vitulum efferetis extra castra. *Hebr.* 13.c. Exeamus ad eum extra castra improperium eius portantes. Hi fuerunt pessimi agricolæ,qui hæredem extra vineam lapidauerunt. *Matt.*21.d. Hic est hæres : venite,occidamus eum : & nostra erit hæreditas , & apprehendentes eiecerunt eum extra vineam , & occiderunt. *p* Oculos suos,&c.] i.in terrenum sensum putantes Christum malum esse,statuerunt per sua statuta. *Matt.* 15.a.Vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestrã. *Io.*9.e.Iam conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur Christum,extra Synagogam fieret. In hoc ergo, quod dicit:Statuerunt,notatur malitia eorum. In hoc,quod dicit, Declinare,notatur iniustitia, quia a Domino serui recesserunt. In hoc,quod dicit: In terra,notatur eorum excæcatio. *Isa.*6. c. Excæca cor populi huius. Vel , Oculos suos sta. decli. in terram , quia ne amitterent locum , &

Ioan.5.a. gentem *Ioan.*11.f.eum occiderunt.Et tamen per hoc ipsum amiserunt,Domino volente,qui apprehendit sapientes in astutia sua,& consilium prauorum dissipat. *r* Susceperunt me] Iudæi a discipulo tradente, à Præside Pilato iudicante,à Deo disponente. *Ioan.*19. b. Non haberes potestatem in me,nisi datum esset tibi desuper. *f* Sicut leo,&c.] quantum ad maiores,scil.Pharisæos & Scribas. *t* Et sicut catulus leonis] quantum ad minorem populum assentientem maioribus. *u* Habitans in abditis,] i. cogitans de insidiis. Per habitans,notatur constantia eorum in malo : per in abditis,infidelitas, & dolositas. *Matt.*26.a. Vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Sequitur tertia pars, vbi pro sua & aduersariorum retributione orat,

A dicens. Exurge

Moral. Plures sunt alæ Domini. * commutationem pro anima sua ? *a* Sub vmbra , &c.] Alarum pluraliter dicit , quia plures sunt alæ Domini & diuersæ. Alæ enim Domini sunt misericordia & iustitia. *Mal.vlt.*a. Sanitas in pennis eius. Quæ iustitia vocatur *in Gloss.*charitas:& hac ratione, quoniam quem diligit Dominus , castigat & flagellat. *Hebr.*12.b. Item alæ dicuntur duo Testamenta , quibus Sanctos suos protegit ab æstu infidelium. *Ps.*22. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos,qui tribulant me. Item alæ dicuntur Angelorũ officia & præsidia. *Isa.*6.a.Sex alæ vni,& sex alæ alteri.Itẽ virtutes. *Iob* 39.c. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter,&c.Item brachia Christi extenta in Cruce. *Deut.* 32.b.Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos,& super eos volitans expandit alas suas : & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Item Prælati , qui debent subditos protegere suis orationibus. *Thren.*4.d. Cui diximus,in vmbra tua viuemus in Gentibus.Sed econuerso est hodie. *Ier.* 2.g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum,&c. quia in domo Prælatorum inuenitur rapina pauperum. Et qui deberent esse gallinæ fouendo & protegendo subditos. *Matt.*23. Quoties volui congregare filios tuos,quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis:& noluisti;fiunt milui per rapacitatẽ. *Zach.*5.d.quòd mulieres habebant alas quasi milui. *Isa.*34. d.Congregati sunt milui,alter ad alterum:Sacerdos, sc.ad Decanum,Decanus ad Archidiaconum:& sic de aliis.Item simulatio hypocritarum dicitur ala, vel alæ;sed non Dñi, sed Diaboli.Vnde *Iob* 39.Cùm tempus fuerit,in altum alas erigit.Hoc dicitur de struthione, per quem hypocrita designatur.Dicit ergo:Sub vmbra alarũ tuarũ. De qua *Cãt.*2. a.Sub vmbra illius,quẽ desideraueram,sedi. *c* Protege, &c.] Ad literã,ne videam eos.Vel,à facie,i.ab instãtia. *Exo.*1.c. Vetus vrẽs facies eorũ. *e* Impiorũ] Dæmonũ, persecutorũ, falsorum fratrum. *f* Qui me &c.] tentationib. persecutionibus ; suggestionib. *Exo.* 1.c.Oderant filios Israël Ægyptij , & affligebant illudentes eis. Et sequitur, quomodo afflixerunt. *g* Inimici mei] supra dicti,& præcipue Dæmones. *h* Animam meã,&c.] benè dicit,animam quia eam solam desiderãt. *Gen.*14.d. Da mihi animas, &c. *i* Circundederunt. *Iob* 19.Obsederunt in gyro tabernaculũ meum.Ergo non est via fugæ,& salutis,nisi ad superna. 2. *Para.*20.c.Cũ ignoremus,quid agere debeamus,hoc solũ habemus residui,vt ad te nostros oculos dirigamus. *k* Adipem suum,&c.] Dæmones concludunt adipẽ,i.ostendunt peccati delectationẽ, dicentes: Si tu facis hoc,magna tibi erit delectatio:ecce cõclusio pinguedinis. Sed ex peccato sequitur alia cõclusio,sc.maciei & doloris, quã non concludit Diabolus in suggestione; sed cõcludit in morte. Et seruat modũ sophisticè opponentiũ,qui celant propositũ; donec respondẽs aliquid cõcesserit,per quod ducatur ad incõueniens.Vnde *Greg.* Primò blandè decipit,pòst violenter ad suppliciũ trahit. *Eccl.*21.a.Quasi à facie colubri fuge peccatũ.Coluber enim blãditur facie,sed cauda pũgit. Hoc significatũ est *Gen.*41.c.per vaccas pingues,quas vidit Pharao,quas secutæ sũt aliæ fœdæ confectæq; macie,quæ deuorauerunt priorũ pinguedinẽ.Vnde sequitur. *l* Os eorũ,&c.]In vltima cõclusione, sc.in repetitione pœnæ.Vel

Aliter. de auaris potest legi:Adipẽ suum,i.diuitias(*Iob* 15.d.Operuit faciẽ eius crassitudo,& de lateribus eius aruina depẽdet) reclauserũt,ne darent pauperib.Et sic iniqui facti sunt: Vnde *Ps.*72. Prodiit,quasi ex adipe iniquitas eorũ,de qua *Luc.*16.c.Facite vobis amicos de Mãmona iniquitatis.Os eorũ locutũ est superbiam]obiurgãdo pauperes.Superbiã enim comitatur diuitias. Vnde *Iob* 15. Cucurrit aduersus Deũ erecto collo, & pro qua pingui ceruice armatus est. Et ideò dicit Apostol.1. *Tim.*6.d.Diuitib.huius sæculi præcipe,non sublime sapere,&c. *m* Proiicientes] q.d.vir iustus. Illi ita,ego autẽ non cõsentio.Et ideò ipsi proiecerũt me à familiaritate sua,secundũ illud *Sap.*2.c.Grauis est nobis ad videndũ:quoniam dissimilis est aliis vita illius. Et etiã sic, proiiciẽtes circundederunt me]persequẽtes me.Vnde dicunt *Sap.*2.a. Circumueniamus Iustum,quoniã inutilis est nobis,& contrarius operibus nostris,&c.Et *Ps.*117.Circũdederũt me,sicut apes,sc.circundant hominẽ ad pungendũ. Sed verè sicut apes:quia sicut apes non ex proposito mellificant aliis ; ita isti persecutores,qui nocere cupiunt, prosunt tamẽ Iustis.Sed hoc est: *n* Nunc]quasi nõ erit hoc diu, sed solùm in instanti huius vitæ. Post enim aliter erit: Vnde dicunt illud *Sap.*5.a.Nos insensati vitam illorũ æstimabamus insaniã, & finem illorũ sine honore:Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei,&c.Hæc autẽ faciunt nunc,i.in præsenti,quia de illis futuris non cogitant.Vnde sequitur. *p* Oculos,&c.]cũ deliberatione & mora. *q* Declinare in terrã] Vnde *Ps.*13.Non est timor Dei ante oculos eorũ *Pro* 17.d.In facie prudentis lucet sapiẽtia, quia sc.leuat faciem ad lucem;sed oculi stultorũ in finibus terræ,& ideò non recipiunt lumen gratiæ.Vnde *Eccl.*2.c. Oculi sapientis in capite eius,stultus in tenebris ambulat. *r* Susceperunt] q.d.hoc totum est à Dño,qui pro bono meo tradit me in manus eorum,vt corpus afficiat pœnis. *Iob* 9.c. Terra data est in manus impij.Et hoc est:Susceperunt me à Domino permittente propter vtilitatem meam.Sed ipsi hoc non aduertunt.Vnde sequitur. *f* Sicut leo,&c.] indiscretè, auidè, crudeliter. *Isa.* 10.b. Væ Assur, virga furoris mei Assur,quia per eum corrigo filios meos.Sed sequitur: Ipse autem non sic arbitrabitur,quòd,scil.hoc sit propter correctionem; sed erit ad conterendum cor eius & ad internecionem Gentium non paucarum.[Leo,]dicit, quantum ad manifestos persecutores. *t* Sicut catulus,&c.]quãtum ad occultos , quia sicut catulus leonis prædam non rapit,sed raptam comedit:sic ipsi licet non in aperto persequantur Iustos ; tamen in occulto detrahunt eis, & comedunt carnes eorum. *Prou.*23.c.Noli esse in conuiuiis potatorum,nec in comessationibus eorum,qui carnes ad vescendum cõferunt. *Ps.*13.Qui deuorant plebem meã sicut escam panis. Isti benè comedunt carnes etiam crudas in die veneris.Vel de viro iusto sic exponitur.Dicit vir iustus.

 * Exurge,Domine

Allegor. A orat,dicens: *a* Exurge,Domine] pater ad vindicandum, qui videris dormire, & non curare. Et in hoc versu tria petit inimicis,& vnum sibi. Primò petit celeritatem pœnæ,dicens: Præueni eum. Secundò vt perfectè puniat eos Deus,*ibi*:Supplanta. Tertiò resurrectionem suam, *ibi*:Eripe animam meam. Quartò, vt potestas nocēdi auferatur inimicis, *ibi*: Frameam tuā,&c.] Dicit ergo. *a* Exurge Domine,] vt expositum est. *b* Præueni eum] scil. Iudaicum populum excæcando eum. Præuenti sunt Iudæi vindicta ante crucifixionem Christi,quia excæcati sunt in vindictam,antequam crucifigerent. *c* Et supplanta eum] id est,subterne, & penitùs deiice. Et est tractum à luctante, qui dicitur supplantare socium, quando eum sub se plantat, id est, prosternit.

Tria petit Christus in hoc versu inimicis.

al.† eos. *al.*† subuerte eos. *al.*† erue. *al.*† perdens eos. *al.* † disparere.

a Exurge,Domine, *b* præueni † eum & † *c* supplanta eum: † *d* eripe animam meam ab *e* impio, *f* frameam tuam *g* ab inimicis *h* manus tuæ. *i* Dñe,

d Eripe animam meam,] me suscitando. *e* Ab impio] Diabolo, ne eam in inferno teneat, sicut tenebat animas Iustorum.

Anima christi dicitur framea. *f* Frameam tuam] id est, animam meam, supple, eripe. *g* Ab inimicis manus tuæ,] id est,à Dæmonibus & Iudæis. Anima Christi dicitur framea patris,quasi ferrea:quia per eam, quasi ferro diuidit Iustos à malis. Et debellauit aereas potestates, quando extraxit eam de vagina, quando, scilicet, anima rediit ad corpus & resurrexit Christus. *h* Manus] Patris. Manus hic, dicitur filius. *Deut.*32. f. Tollam in cœlum manum meam, &c. *i* Domine à paucis.] Hic quinto loco petit captiuitatem ipsorum. [Domine] Pater. *k* A paucis] illis,scilicet,qui recesserunt in regnum Agrippæ per admonitionem Angeli. *l* De terra] sua [diuide eos] per diuersa loca dispergendo in captiuitatem. *m* In vita eorum,] id est, dum viuunt. Et nota [eorum,] quia hanc vitam suam æstimant, & non aliam, quia de alia non curant. Postea ponit causam captiuitatis, dicens. *o* De absconditis tuis,] id est, de peccatis, quæ tibi sunt abscondita,non quo ad cognitionem,sed quo ad approbationem.

Venter dicitur multis modis. *p* Adimpletus est,&c.] id est,sensualitas. *Psal.*43. Conglutinatus est in terra venter meus. Vel [Venter,] id est,conscientia & memoria,vel carnalis sensus. Et dicitur venter conscientia,vt hic: Et gastrimargia. *Phil.*3.d. Quorum Deus venter est. Et dicitur imperfectus, vt ibi. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. Dicitur etiam desiderium parturientis, vt *Ier.*4.c. Ventrem meum doleo.

q Saturati sunt filiis] suis,id est,malis operibus. Opera dicuntur filij. Vnde filij malorum sunt mala opera,sicut filij bonorum,bona. Vel secundùm aliam literam: Porcina, i. qualibet immunditia. Vel, Saturati sunt filiis,datiuè,id est, ita saturati sunt, vt filij inde partem habuerint, scilicet, maledictionis & pœnæ peccati. Vnde sequitur. *r* Dimiserunt reliquias, &c.] De quibus *Matth.*27.c. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Vel saturati sunt filiis,] id est,ad vtilitatem filiorum. Et dimiserunt reliquias suas,] id est, Apostolos & sequaces eorum. *f* [Paruulis suis] qui in *Rom.*9.f fine saluabuntur. De quibus *Isa.*10.c. Reliquiæ Israel saluæ fient.

A Ego autem

Moral. * *a* Exurge, Domine] in adiutorium mihi, ne hi,qui me persequuntur, noceant mihi in anima. *b* Præueni eum] scilicet, persecutorem. Præueni, vt priùs sibi, quàm mihi noceat: vt minus quàm credit, viuat: vt quod cœpit,ad effectum non ducat. Vel, Præueni eum, impediendo eius propositum. Fecit Dominus,quod rogauit eum vir iustus. Vnde *Psal.*18. Exultauit, vt Gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius. *Cant.*2.b. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Hoc idem petit sponsa. *Cant.*2.b. Similis esto, Dilecte mi, capreæ hinnulóque ceruorum.

c Et supplanta eum] impediendo affectum. Et hoc etiam fecit. Supplantauit eum *Gen.*27.f. Iustè vocatum est nomen eius Iacob. En altera vice supplantauit me. Primò in tentatione: Secundò in passione. *d* Eripe animam meam] impediendo affectum. *e* Ab impio, Diabolo.

f Frameam tuam, i. animam meam. Framea enim est anima Iusti, qua vincit aduersarium.

g Ab inimicis manus tuæ] i. à mundi amatoribus. *Iac.*4.a. Quicunque voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. Orat ergo, vt eripiatur anima, etsi corpus non eripiatur, secundum illud *Iob* 2. b. Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. *i* Domine, à paucis] id est, ab ouibus, quæ paucæ sunt respectu hœdorum, i. damnatorum, secundum *Iob* 34.c. Conteret multos & innumerabiles. Et *Matt.*20.b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. *l* De terra.] Istud, de, potest legi causaliter, vel materialiter. Causaliter, vt sit sensus. [De terra] i. pro terrenitate. Vel materialiter: De terra viuentium. *m* Diuides eos in vita eorum] non loco, sed merito. Vel, In vita, causaliter, i. secundum merita vitæ. *Prou.* 1. d. Comedent fructus

† à *k* paucis de *l* terra *m* diuide eos in *n* vita eorū, *o* de absconditis tuis *p* adimpletus est venter eorum. *q* Saturati sunt † filiis, & † *r* dimiserunt reliquias suas *f* paruulis suis.

al.† porcina. *al.*† reliquerunt.

viæ suæ. Vel, Diuide, in morte, i. diuides numero. *Iob* 28.a. Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante. Lapidem vocat malos propter obstinationem. Caliginis, propter excæcationem. Vmbram mortis, propter Diaboli similitudinem. Populum peregrinantem vocat Sanctos, qui non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt. Ab his diuidet malos torrens, i. iudiciaria sententia. *Matt.*25.c. Congregabuntur ad eum omnes Gentes, & segregabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Hœdi ducuntur ad macellum ad occidendum; oues remanent in ouili. Et hoc, quia *o* De absconditis tuis] i. de peccatis non confessis. *Prou.*28.b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. *Iob* 31. d. Si abscondi, quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam?

p Adimpletus, &c.] i. conscientia eorum. *Ier.*4.c. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Sic poterunt dicere in die iudicij omnes illi, qui hic non aperiunt peccata sua per confessionem. Tunc reuera dolebunt, quasi prægnantes parturientes, nec valentes parere. *Sap.*5.a. Dicent impij intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, *Luc.*21.e. Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.

q Saturati, &c.] i. operibus malis, *Psal.*105. Immolauerunt filios & filias suas Dæmoniis. Sed hæc saturitas mala est, quia aufert requiem, *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. *r* Et dimiserunt, &c.] id est, pœnam peccati. *f* Paruulis suis,] i. suis imitatoribus, secundum illud *Deut.* 5.a. Ego sum Dominus Deus tuus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem his, qui oderunt me. Vel, Saturati sunt filiis] ad literam, *Iob* 21.a. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum. Et pòst. Egrediuntur vt greges paruuli eorum, *Osea* 9.c. Gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu: Et dimiserunt, i. in morte, reliquias suas, scilicet, diuitias, quas secum ferre non possunt. Paruulis suis, ad literam, filiis, propinquis & nepotibus. *Eccl.*5.c. Est alia vanitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima. Generauit filium, qui in summa egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil secum auferet de labore suo. Miserabilis prorsùs infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. *Psalm.*48. Simul insipiens & stultus peribunt: & relinquent alienis diuitias suas: & sepulchrum eorum domus illorum in æternum. 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum, &c. *Eccl.*6.a. Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines: Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem: & nihil deest animæ suæ de omnibus, quæ desiderat: nec dedit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas & magna miseria est. Vnde *Luc.* 12.c. Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam; quæ autem parasti, cuius erunt? *Eccl.* 6. Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos: & anima illius non vtatur bonis suæ substantiæ, sepulturáque careat; de hoc ego pronuncio, quòd melior isto erit abortiuus. Sed de Iusto dicitur: Dispersit non totum in vno loco; dedit pauperibus, non filiis, aut nepotibus. Vel de Adam & Eua, specialiter potest istud legi, Saturati sunt, Adam & Eua, quando de ligno vetito comederunt. Filiis, id est, ad nocumentum filiorum, quia vt dicit versus: *Aliter.*

Sentit adhuc proles, quod commisere parentes. *Versus.*

Iob 3. b. Et quasi dormiens silerem. Ibi dicit *Gloss.* Si Adam nulla putredo peccati corrupisset, nullos ex se gehennæ filios procreasset. *Ierem.* 21. e. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Dimiserunt reliquias suas, quæ sunt fames, sitis, calor, & huiusmodi: & ad vltimum mors. *Psalm.*17. Circundederunt me

* dolores mortis

Alleg. a Ego autem] illi ita. Ego autem dicit Chriſtus. b In iuſtitia] quam exercebo. c Apparebo] in iudicio.
d Conſpectu tuo] Vel, in conſpectu tuo, id eſt, in beneplacito tuo. Et cum Iudæi fateantur modò immunditias ego.
al. † manifeſtabitur. e Satiabor] munditia in Sanctis meis. Vel, Satiabor, ſalute generis humani, de qua dixit in Cruce: Sitio, Ioan. 19. f. Cum apparuerit, &c.] æterna Sanctis in iudicio.

a Ego autem in b iuſtitia c apparebo d conſpectui tuo: e ſatiabor, cum † f apparuerit gloria tua.

In finem puero Domini Dauid verba cantici huius, quæ locutus eſt Domino in die, qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum ſuorum, & de manu Saul, & dixit.

Moral. * dolores mortis. Iob 6. a. Sagittæ Domini in me ſunt, &c. ... p. 4. b. Ex iniquis omnes filij qui naſcentur, teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua. Verſus:

... quotquot naſcuntur ab Eua.

Multæ ſunt reliquiæ. Et dicit pluraliter: Reliquias, quia ſunt multæ reliquiæ. Prima eſt recordatio peccati ad delectandum, quæ deberet deleri. Exod. 17. d. Delebo memoriam Amalech. Iſa. 14. f. Perdam Babylonis nomen, & progeniem, & reliquias, & germen. Ioſ. 10. e. Ioſue cæpit Macedam, & percuſſit in ore gladij Regem illius, & omnes habitatores eius interfecit: non dimiſit in ea ſaltem paruas reliquias. Per Ioſue ſignificatur Iuſtus. Per Macedam, quæ interpretatur exurens, vel exuſtio, ſignificatur peccatum quod exurit omnia bona, quæ inuenit: quia eſt ignis vſque ad conſumptionem deuorans. Iob 31. b. Per os gladij os confitentis. Per Regem Macedam propria voluntas deſignatur. Secunda eſt locutio de peccato. Eph. 5. a. Fornicatio, aut immunditia nec nominetur inter vos, &c. Et non tantum nomen peccati, imò etiam ſimilitudo peccati delenda eſt. Oſeæ 2. d. Auferã nomina Baalim de ore eius. Tertia eſt aſpectus, vel colloquium rei deſideratæ. Eccl. 9. b. Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne reſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem enim mulieris perierunt multi. Et poſt. Colloquiũ eius, quaſi ignis, exardeſcit. a Ego autem] dicit vir iuſtus. b In iuſtitia] bonorum operum. c Apparebo, &c.] Exod. 34. c. Non apparebis in conſpectu meo vacuus, ſcil. a bonis operibus. Vel, In iuſtitia, conſummata, quando, ſcil. tu eris omnia in omnibus. De qua iuſtitia dicitur Matt. 5. a. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. De qua ſaturatione ſubdit.

e Satiabor.] Hæc ſatietas erit in impletione deſideriorũ. Pſalm. 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. Et hoc. f Cum apparuerit, &c.] cuilibet Iuſto in ſe, & in aliis, 1. Ioan. 3. a. Chariſſimi nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus, &c. Iſa. 26. b. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.

EXPOSITIO PSAL. XVII.

Diligam te, &c.] Titulus. In finem puero Domini Dauid, verba cantici, &c. In præcedenti Pſalmo egit de oratione pro liberatione ſua & membrorum: in iſto autem agit gratias pro liberatione ſpirituali. Literaliter autem pro victoria Dauid. Qui ergo agit gratias pro liberatione reſurrectionis a morte, & a Diabolo, quæ per Saul deſignatur. Talis eſt ſenſus tituli. Verba cantici huius, i. Pſalmi, attribuuntur Dauid, i. Chriſto, ſcil. puero Domini, dirigentia in finem, i. in Chriſtum, quæ locutus eſt Domino, i. ad honorem Domini Patris, in die, qua eripuit eum, i. liberauit, Dominus Pater. De manu inimicorũ, Dæmonum. Et de manu Saul, i. mortis. Saul enim interpretatur petitio: quia populus non voluntate Dei ſibi Regem petiit, ſimiliter Deus mortem non fecit. Sap. 1. c. ſed homo eam ſibi manibus, & pedibus acquiſiuit. Et eſt idem Pſalmus, licet quibuſdam verbis mutatis, 2. Reg. 22. Et loquitur quædam in perſona capitis, quædam in perſona membrorum, voce non mutata propter vnionem capitis & membrorum. Quatuor ſunt partitiones. Primò de liberatione gratias agit. Secundò agit de cladibus humani generis ante primum aduentum Domini, ibi: Circumdederunt me. Tertiò Chriſtus agit de virtute, ac potentia ſua, ibi: Deus qui præcinxit. Quartò Eccleſia læta munera Dei laudat, ibi: Viuit Dominus. Agens ergo gratias dicit g Diligam te, Domine, dicit vir iuſtus, ſicut patrem filius, ſicut ſponſa ſponſum, ſicut magiſtrum diſcipulus. Deut. 6. a. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Hoc eſt ſecundum B. Bern. dulciter, prudẽter, fortiter. Debet enim noſtra dilectio eſſe dulcis, prudens, & fortis. Vnde dicit B. Bern. Diſce

Partitio Pſalmi.

Chriſtiane à Chriſto amare Chriſtum. Ama dulciter, ama prudenter, ama fortiter. Dulciter, ne illectus: prudenter, ne deceptus: fortiter ne depreſſus ab amore Domini auertaris. Huius dilectionis dulcedo conſiſtit in tribus. Primò, in recordatione remiſſionis peccatorum. Pſ. 144. Suauis eſt Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Luc. 7. g. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, &c. Secundò, in recordatione beneficiorum Dei. Pſ. 144. Memoriam abundãtiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Tertiò, in prægustatione vitæ æternæ. Pſ. 33 Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Item prudẽs debet eſſe dilectio in tribus ſc. Primò, præuidendo inſidias Diaboli. 2. Cor. 2. c. Vt non circumueniamur à Sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Cant. 7. b. Naſus tuus, id eſt, diſcretio, ſicut turris libani, id eſt cuſtodia candoris, & munditiæ, quæ reſpicit contra Damaſcum, id eſt, contra inſidias Diaboli. Damaſcus enim interpretatur potus ſanguinis, & ſignificat Diabolum. Secundò, † impræuiſas inſidias præcauendo. Prou. 20. b. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. Et in eod. d. Diſſipat impios, id eſt, malos motus, Rex ſapiens, id eſt, ratio. Tertiò, in ſic cauendo ſtrenuè perſeuerando. Sap. 8. a. Sapientia vincit malitiam: attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Item debet eſſe fortis in tribus. Primò, in expellendo timorem. 1. Ioan. 4. d. Perfecta charitas foras mittit timorem. Pſ. 26. Dominus illuminatio & ſalus mea, quem timebo? quaſi dicat nullum. Secundò, in appetendo laborem, Iob 6. b. Quis mihi det, vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus: ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me, & affligens me dolore non parcat. Cant. vlt. b. Fortis eſt vt mors, dilectio. Pſ. 37. Quoniam ego in flagella paratus ſum. Tertiò in non fugiendo pudorem. Pſ. 68. Propter te ſuſtinui opprobrium. Matth. 10. d. Qui me confitebitur coram hominibus, &c. De hac ergo dilectione dicit. g Diligam. Nec dicit diligo, ſed diligam, vt notet perſeuerantiam. Et ſubiungit cauſas, quare diligendus ſit Deus. Prima eſt, quia dat fortitudinem in aggrediendo ardua. h Fortitudo mea] Pſ. 20. Domine, in virtute tua lætabitur Rex, &c. 1. Mach. 3. b. Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Secunda eſt, quia dat firmitatem ſuſtinendi aduerſa. Eccl. 15. a. Firmabitur in illo, & non flectetur. Vnde dicit. i Firmamentum meum.] Matth. 7. d. Venerunt flumina, & flauerunt venti: & irruerunt in domum illam, & non cecidit: Fundata enim erat ſupra petram. Tertia eſt, quia ipſa eſt refugium reſpiranti ad ipſum. Hoc eſt k Et refugium meum.] Et loquitur more pugnantis. Matth. 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, &c. Quarta, quia ipſe eſt liberator circumuento tentationibus. Vnde addit. l Et liberator meus] Iob. 11. d. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cùm te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer. 1. Cor. 10. c. Fidelis Deus, &c. Quinta eſt, quia ipſe eſt adiutor defendenti ſe. Vnde addit. m Deus meus] qui me creaſti. Tu es. n Adiutor meus.] Pſ. 93. Niſi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Et ideò. o Sperabo in eum.] In hoc verſu per primam & tertiam perſonam notatur in Chriſto duplex natura. Sexta cauſa eſt, quia eſt protector timenti. Vnde dicit. p Protector meus,] id eſt, procul tector. Iſa. 4. b. Erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & in abſconſionem à turbine & a pluuia. Septima, quia eſt cornu impetenti Diabolum, de quo addit. q Et cornu, &c.] id eſt, firma celſitudo, id eſt, ſaluati ſublimator. Saluat enim Deus, ſaluatum ſubleuat. Pſal. 43. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. Iob 3. b. Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Luc. 1. g. Et erexit cornu ſalutis nobis. Octaua, quia eſt ſuſceptor ad præmium venienti. Vnde dicit. r Et ſuſceptor meus,] Matth. 25. c. Venite Benedicti Patris mei, &c. Pſ. 72. Et cum gloria ſuſcepiſti me, id eſt, glorioſè. De his omnibus dicitur Eccl 34. c. Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum meridiani, deprecatio offenſionis, adiutorium caſus, exaltans animam, illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem. Pro his omnibus promittit Propheta ſe laudare Deum, dicens. ſ Laudans, &c.] non meã gloriam, ſed Dei quærens. [Laudãs] exterius ore [inuocabo,] id eſt, intus vocabo in corde, ne

PSAL. XVII.

Diligam g te Domine, † h fortitudo mea, Dñs i firmamentum meum, & k refugium meũ, & l liberator meus. m Deus meus, n adiutor meus: & o ſperabo in eum. p Protector meus, & q cornu ſalutis meæ, & † r ſuſceptor meus. ſ Laudans inuocabo Dñm: &

Dilectio debet eſſe dulcis. al. † virtus al. † Redemptor. Dilectio debet eſſe prudens. al. † præuiſus. Dilectio debet eſſe fortis. Quare Deus ſit diligendus, oſtenditur multis rationibus. Aliter.

Matt.15.a

ne ſim de illis de quibus Dominus *Iſa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè eſt à me. Et ſic per Dei adiutorium. *a* Ab inimicis meis] Dæmonibus, vel mundo, carne, Diabolo, de quibus *Eccl.*18.d. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ſuas, dabit te in gaudium inimicis tuis. *b* Saluus ero; quod bene ſequitur poſt inuocationem, ſecundum illud *Ioel.* 3. g. Omnis, qui inuocauerit nomen Dñi, ſaluus erit. *c* Circundederunt, &c.] Secunda pars, in qua in perſona Iuſtorum, qui fuerunt ante aduentum Chriſti, agit Propheta de cladibus humani generis. Et harum narratio extenditur vſque ad locum, in quo agitur de incarnatione, ſcilicet, Inclinauit cœlos, & deſcendit. Et vſque ad collectionem Eccleſiæ, ſcil. Miſit de ſummo & accepit me. Continuatio literæ. Poſſet aliquis dicere: Tu dicis te eſſe ſaluandum, quare ita dicis, quid mali tibi eſt? Ecce, Circundederunt me dolores mortis, ſagittæ Domini, per quas itur ad mortem, ſcilicet, fames, ſitis, calor, frigus, & huiuſmodi ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. *Iob* 6.a. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Secunda eſt fluxus peccatorum. De qua dicit.

a ab inimicis meis *b* ſaluus ero. *c* Circundederunt me dolores mortis: & *d* torrentes iniquitatis *e* conturbauerunt me. *f* Dolores † inferni *g* circundederunt me, † *h* præoccupauerunt me *i* laquei mortis. In † *k* tribulatione mea *l* inuocaui Dominum: & *m* ad Deum meum *n* clamaui. Et *o* exaudiuit de templo ſancto ſuo *p* vocem meam: & *q* clamor meus in conſpectu eius, *r* introiuit in aures eius. *ſ* Commota eſt, & *t* contremuit terra: *u* fundamenta *x* montium *y* conturbata ſunt, & commota ſunt: *z* quoniam iratus eſt eis. *a* Aſcendit fumus in *b* ira eius: &

al. † inferi.
al. † præuenerunt.
al. † Et in preſſura.

De cladibus humani generis.

d Et torrentes, &c.] i. peccata. *e* Conturbauerunt me,] quia per peccatum conturbatur anima & confunditur: ne ſciat quid eligendum, & quid fugiendum. Torrens dicitur peccatum multis rationibus. Prima eſt, quia torrens impetuosè currit; ſic peccatum. *Seneca*: Virtus lenta, vitium impetuoſum. Secunda eſt, quia propter obicem fortiùs currit; ita prohibitum magis appetitur. Vnde:

Peccatum comparatur torrenti.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata.

*Rom.*5.d. Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, 1.*Cor.*15. g. Virtus peccati lex. Tertia, quia turbidus; ita peccatum ab effectu: quia animam turbidam facit. *Pſalm.* 6. Anima mea turbata eſt valdè. *Ier.*2.d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Quarta quia tumultuoſus, ſic peccator. *Iſa.*57.d. Impij, quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Quinta, quia cauat terram & conſumit; ſic peccatum naturalia. *Iob* 4. d. Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur. Sexta, quia accidentaliter venit; ſic peccatum. Vnde *Seneca*: Virtutes ſunt in proprio ſubiecto; vitia in alieno. Septima, quia non firma ſecum trahit; ſic peccatum contra radicatos in charitate ſecū trahit. *Eph.*3.d. In charitate radicati, & fundati, &c. *Iud.* 5.c. Torrens Cadumim traxit eorum cadauera. Cadumim interpretatur mare rubrum, & ſignificat peccatum. Octaua, quia præcipitat ſe in mare; ſic peccator præcipitat ſe in infernum. *Rom.* 6. d. Stipendia peccati mors. Nona, quia prouenit ex niuibus calore ſolutis; ſic peccatum eſt ex Diabolo, qui priùs erat ſicut nix in cœlo; ſed calore ſuperbiæ ſolutus eſt. Et iſte torrens conturbat homines. Tertia clades eſt miſeria, quam patitur homo ex conſortio malorum. Vnde dicit. *f* Dolores inferni,] id eſt, mali ſocij in infernum torrendi. *g* Circundederunt me.] Et rectè mali ſocij dicuntur dolores inferni: quia vnus de magnis doloribus inferni erit malorum ſocietas. Sicut econtrario vnum de gaudiis Paradiſi erit bonorum ſocietas. *Apoc.*6.b. Ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors; & infernus ſequebatur eum. Vel, Dolores inferni, i. ægritudines. *Iob* 24. c. Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium. Vel, Dolores inferni, i. dolor, quem ingerit neceſſitas deſcendendi ad infernum. *Iob* 17.d. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea. Quarta clades eſt miſeria fomitis, quæ eſt impedimentum ad benè agendum, & pronitas ad malè agendum. Vnde ſubiungit.

h Præoccupauerunt me,] id eſt, ab infuſione animæ in me venerunt. *i* Laquei mortis,] id eſt, reatus originalis peccati. *Iob* 13.d. Poſuiſti in neruo pedem meum. *Pſal.*101. Vt audiret gemitus compeditorum, & ſolueret filios interemptorum. Eſt multiplex mors, quarum quælibet habet laqueos ſuos.

k In tribulatione, &c.] Suprà enumerauit clades humani generis, propter quas amouendas, hic clamat ad Dominum, & orat in perſona omnium antiquorum, vel etiam omnium Iuſtorum in tribulationibus poſitorum, oſtendens: Primo orationem ſuam eſſe neceſſariam, cùm dicit; In tribulatione mea. 2. *Paralip.*20.c. Cùm ignoremus; quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt ad te, Domine, noſtros oculos dirigamus. Secundò oſtendit eam eſſe fidelem, dicens *l* Inuocaui,] i. intùs vocaui. *Iſa.*55.b. Quærite Dominum, dum inueniri poteſt, inuocate eum, dum propè eſt. Tertiò directam, cum addit. *m* Et ad Deum meum] non ad alienum. *Matth.* 4. b. & *Deut.*6.b. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quarto, deuotam, *ibi.* *n* Clamaui] quod maiùs eſt, quam inuocare. 1. *Reg.* 1. b. Anna tacens clamabat. Quinto, fructuoſam. Vnde ſequitur.

o Et exaudiuit de templo, &c.] id eſt, de cœlo, *p* vocem meam.] 3. *Reg.*8. e. Exaudies in cœlo in firmamento ſolij tui. Vel, De templo ſuo,] i. de Chriſto. Vnde 1. *Mach.*2.a. Templum eius, ſicut homo ignobilis. De hoc templo exaudit nos Dominus, quia eſt mediator. *Heb.* 9. g. Aſſat vultui Dei pro nobis. Vel, Templum, i. Beata Virgo. *Pſ.*137. Adorabo ad templum ſanctum tuum. De qua, i. per quam nos exaudit. Vnde *B. Bern.* Ille ſolus à laude eius taceat, qui eam fideliter aduocatam ſenſit ſibi defuiſſe. Vel, De templo, materiali, ad literam. 3. *Reg.*8.d. Si quis cognouerit plagam cordis tui, & expanderit manus ſuas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ. Sextò, oſtendit orationem ſuam non ſolùm exauditam; ſed & beneplacitam, cùm ſubiungit.

q Et clamor, &c.] id eſt, in beneplacito, vel in corde, vbi ipſe ſolus conſpicit. 1. *Reg.* 16.b. Homo videt ea, quæ patent; Deus autem cor intuetur. Septimò, oſtendit eam eſſe efficacem, dicens. *r* Introiuit in aures eius,] i. in clementiam eius. *Eccl.*35.c. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Oſtenſis & determinatis cladibus humani generis, & quod propter illas clamans exauditus eſt Propheta, vel Chriſtus in perſona membrorum: quoniam hoc factum eſt per Chriſti incarnationem & paſſionem: Ideò ſubiungit de incarnatione. Sed priùs dicit de illis, quæ facta ſunt in illo aduentu, quam de ipſo aduentu, vel incarnatione loquatur. Illa autem ſunt, prædicatio Chriſti, & effectus ipſius prædicationis. Primus ergo effectus eſt commotio in mente peccatorum per timorem, de quo dicit.

De prædicatione Chriſti & eius effectu.

ſ Commota eſt terra] i. terrena corda hominum. *Pſal.*96. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, vidit & commota eſt terra. Benè dicit: Commota, quaſi ſimul mota, quia contritio debet eſſe vniuerſalis. Vnde *Pſal.*6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. *Iſa.*38.c. Recogitabo tibi omnes annos meos, &c. *Thren.* 3. b. Fregit ad numerum dentes meos. Ad numerum dentes franguntur, cùm homines per ſingulas delectationes conteruntur. Secundus effectus eſt tremor in corpore, de quo ſubdit.

t Et contremuit terra.] *Ier.*31.d. Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum: confuſus ſum, & erubui. Tertius effectus eſt annihilatio amoris mundi: Vnde addit.

u Fundamenta] id eſt, ſpes.

x Montium] i. ſuperborum confidentium in terrenis.

y Conturbata ſunt, &c.] ita quod iam non ponunt ſpem in terrenis. De his montibus 2. *Reg.*1. d. Montes Gelboë nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos, &c. Gelboë interpretatur volutatio, vel decurſus: & ſignificat iſta temporalia, quæ voluuntur & defluunt. Fundamenta horum montium ſunt amor mundi, & ſpes humana: quæ per prædicationem Chriſti deſtructa ſunt, & poſita ſunt fundamenta fidei, & ſpei, & charitatis. Et hoc.

z Quoniam iratus eſt eis] i. iram futuri iudicij prædicauit per ſe. *Luc.*28.e. Venient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles & ventres, qui non genuerunt: & vbera, quæ non lactauerunt. Tunc incipient montibus dicere, Cadite ſuper nos: & collibus, operite nos. Item per alios. Ioan. *Matt.*3.b. Genimina viperarum, quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira? Et ex hoc quòd ſic iratus eſt eis, ſequitur compunctio: Vnde dicit.

a Aſcendit fumus,] ſcil. lachrymoſæ compunctionis à corde ad oculos. Et nota, quòd fumus eſt ex igne, & ſignū ignis; ſed ex igne cū aqua, i. ex igne charitatis mixta aqua timoris, vel doloris: & eſt ſignum charitatis, non tamen perfectæ, ſed imperfectæ, quæ mixta eſt cum timore. Perfecta enim charitas foras mittit timorem. 1. *Ioan.*4. d. Fumus, inquam aſcendit. Et hoc *b* In ira eius,] id eſt, pro timore iræ eius. *Pſal.*143. Tange montes, & fumigabunt.

a Ignis]

De oratione in tribulationibus.

a Ignis] scilicet clarus sine fumo, id est, motus puræ charitatis. *b* A facie,&c.] id est, à cognitione eius. Facies enim Dei dicitur cognitio. *Iob* 33. d. Videbit faciem eius in iubilo. Nec dicit tantùm arsit; sed exarsit. Arsit in cognitione Diuinitatis, intrà, exarsit, in cognitione, id est, extra arsit *c* Carbones,] qui extincti erant, id est, illi, qui priùs erant in mortali peccato mortui & denigrati (*Thren.* 4. b. Denigrata est super carbones facies eorum. *Naum* 2. c. Facies eorum, sicut nigredo ollæ.) *d* Succensi, &c.] igne, vel Deo, qui dicitur ignis *Deut.* 4. d. Et *Heb.* 12. g. Deus noster ignis consumens est. Dicuntur autem carbones, dum sunt in peccato mortali, multis rationibus, quia, scil. sunt extincti, frigidi, obscuri, immundi. Extincti, quia à calore charitatis vacui. [Frigidi,] torpore fidei: Obscuri, exemplis corruptione: Immundi, imitatione. *Eccl.* 13. a. Qui tetigerit picem,&c. Sed è contrario homines existentes in charitate, dicuntur prunæ, siue carbones succensi. Calidi, igne Spiritus sancti: Lucidi doctrina veritatis: Mundi, per exemplum. Item carbo quandoque dicitur pœnitens, vt hic. Quandoque ignis charitatis, vt *Prou.* 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & sic congeres carbones super caput eius. Item si benè aduertitis, in hoc versu notatur triplex status, scil. incipientium, proficientium, perfectorum. Ad incipientes enim pertinet primum, quod dicit: [Ascendit fumus in ira eius.] Ipsi enim multitudinem, & magnitudinem peccatorum suorum, & seueritatem iræ Dei attendunt: & sic possunt dicere ad Dominum cum Dauid: Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: ad proficientes autem pertinet [Ignis à facie, &c.] Ipsi enim iam confisi de venia, non tam sua peccata, quàm Christi beneficia, nec tam Christum iratum, quam benignum respiciunt. Et sic ignis puræ dilectionis sine fumo doloris in cordibus eorum accenditur. Et sic dicitur *Tob.* 3. d. Dominus post tempestatem contritionis tranquillum facit deuotionis: & post lacrymationem, & fletum exultationem infundit. Vnde dicitur *Eccl.* 9. c. Vinum nouum, amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud. Ad perfectos autem pertinet [Carbones succensi, &c.] Ipsi enim alios accendunt prædicando, pro eis orando, temporalia beneficia & obsequia impertiendo. Primum ergo, quod de incipientibus dicitur, ab ira Dei: Secundum, quod de proficientibus dicitur, à facie eius, prouenit, id est, à respectu misericordiæ, quæ propriè dicitur facies eius, cui proprium est misereri: Tertium autem ab ipso toto, quia primum, minus est tamen bonum: secundum maius & melius; tertium maximum, & optimum in via. Hæc sunt tria vnguenta B. Bernardi, quæ sponsæ Christi assignat inesse, scilicet, vnguentum contritionis, vnguentum deuotionis, vnguentum compassionis. Vnde ipse *B. Bernardus* dicit: Bonum quidem est vnguentum contritionis, quod fit de recordatione peccatorum, melius est vnguentum deuotionis, quod fit de recordatione beneficiorum; sed vtrumque superat vnguentum compassionis, quod fit de respectu miserorum. *e* Inclinauit cœlos, &c.] Hic apertè agit Propheta de incarnatione. Et sic continua præcedentibus. Dico, quòd carbones succensi sunt ab eo, qui venit ignem mittere in terram, & non vult aliud, nisi vt accendatur. *Luc.* 12. f. Et verè venit, & accendit: Quia inclinauit cœlos, sicut vas, vt totum effunderet. Vnde in natiuitate cantat Ecclesia: Hodie melliflui facti sunt cœli. *f* Et descendit] in carnem. *Phil.* 2. a. Humiliauit semetipsum, formam serui accipiens. Vel aliter, vt cœlum tripliciter accipiatur, scilicet, Christus, vir iustus. *Isa. vlt.* a. Cœlum mihi sedes est. Et etiam Prædicatores. *Psal.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Is est ergo sensus. [Inclinauit] Christum, id est, incarnem humiliauit. Vel, Inclinauit cœlos, id est, Iustos humilitatem docuit, & humiles fecit. Vel, Inclinauit cœlos, id est, Prædicatores à contemplatione ad actionem, de quiete ad molestiam, de subtili doctrina ad lacteam doctrinam. His tribus modis inclinantur Prædicatores. Vnde Iacob vidit Angelos ascendentes, & descendentes, & Dominum innixum scalæ. *Gen.* 28. c. Vel, Inclinauit cœlos, id est, Prædicatores exposuit persecutionibus, & tribulationibus. Vel, Inclinauit, id est, humiliauit, cœlos, id est, Prælatos & Prædicatores, vt eis libentiùs crederetur: quia humilibus meliùs creditur. *Ezech.* 34. a. Cum austeritate imperabatis eis. Et ex hoc sequitur. Dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri. [Et descendit.] Sic ergo Christus est inclinatus, id est, valdè humiliatus. Et propter hoc dicit *Ieron.* Quantò sunt humiliora, quæ pro me passus est, tantò ei plus debeo. Et cùm omnia replicaueris, nihil Cruce contumeliosius inuenies, quam profitemur. Et quia sic humiliauit: Ideò sequitur.

> *a* ignis à *b* facie eius † exarsit, *c* carbones *d* succensi sunt ab eo. *e* Inclinauit cœlos, & *f* descendit: & *g* caligo sub pedibus eius. Et *h* ascendit super *i* Cherubin, & *k* volauit: *l* volauit super pennas ventorũ

al. † exardescit.

Peccatores dicuntur carbones. Existentes in charitate dicuntur prunæ. Rom. 12. *d. triplex status notatur in hoc versu.*

Aliter.

g Et caligo, &c.] id est, Diabolus, qui dicitur caligo formaliter, quia caret luce: & effectiuè, quia efficit caliginem peccatis. Sub pedibus eius] id est, sub potestate Christi, quia per humilitatem Incarnationis & Passionis triumphauit de ipso. Vel, [Caligo] dicuntur impij amore terrenorum excæcati. De quibus dicitur *Isa. vlt.* a. Terra scabellum pedum eius. Vel, [Caligo dicitur simplicitas credentium, quæ est sub pedibus Christi: quia simplices nihil desiderant, nisi quod Christus. Vel, [Caligo sub pedibus eius] id est, obscuritas sub humanitate. *Ioan.* 1. d. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Item, [Caligo] id est, Diabolus. [Sub pedibus eius] id est, sub Apostolis & viris sanctis, quia conculcatur ab eis. Et dicuntur pedes Domini, qui portant eum. 1. *Corinth.* 6. d. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. *Act.* 9. c. Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israël. Nec hoc solum per Passionem meruit, sed gloriam Ascensionis, de qua subdit.

h Et ascendit super Cherubim, quasi dicat, qui descendit, ipse est, qui & ascendit, secundum illud *Ioan.* 3. b. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, &c. *Eccl.* 1. a. Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa in circuitu. Thema in Annunciatione & Natiuitate & Passione, & Ascensione. Hic est Sol iustitiæ Christus Deus noster, de quo *Malach.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iustitiæ. Qui oritur in Natiuitate. *Zach.* 6. d. Oriens nomen eius. Occidit in Passione. Ad locum suum reuertitur in Ascensione. Ibique renascens, supple effectiuè, quia nos facit renasci per aquam & Spiritum sanctum: Gyrat per meridiem, id est, per Iudæos. Per quos benè dicitur gyrare, quasi per circuitum, quia à Iudæis incepit Ecclesia, & ad ipsos reuertetur. Vnde versus. *Thema.*

> *Cœpit ab his, transfertur ad hos, refertur ad illos.*
> *Nostra fides, & erunt in mundi fine fideles.* *Versus.*

Iste etiam Sol flectitur ad Aquilonem, id est, ad Gentiles: Ad quos benè dicitur flecti, quia ad ipsos non fuit principaliter missus filius Dei, secundum illud *Matth.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Lustrat vniuersa, secundum illud *Rom.* 11. d. Omnia conclusit in incredulitate, vt omnium misereatur.

i Super Cherubin.] Quod in hoc sensu accipi potest, quòd ille ordo seruiebat ei, quando ascendit, non ad necessitatem (quia propria virtute ascendit) sed ad honorem. Vel in hoc sensu, vt super illum ordinem in cœlis humanitas Christi exaltata sit. Nec dicit super Seraphin, sed [super Cherubin] qui est penultimus ordo: quia vltra Seraphin non est nisi Ierothesia, id est, sacer ordo Trinitatis. Si ergo diceret, super Seraphin, videretur dicere hominem ascendere vsque ad diuinam essentiam, & quòd humanitas esset æqualis Diuinitati. Quod remouet dicens [Super Cherubin.] Veruntamen Christus homo, & etiam Beata Virgo est super omnes ordines Angelorum in cœlo, & loco, & merito: Vel, [Super Cherubin] dicitur, quia nulla scientia potest attingere ad ipsum. Vnde *Psal.* 138. Mirabilis facta est scientia tua, &c. *Eccl.* 7. c. Dixi, sapiens efficiar, & longiùs recessit à me.

k Et volauit] id est, velociter ascendit.

l Volauit, &c.] id est, citiùs, quàm venti. Et est hyperbolica commendatio, vt maior notetur velocitas ascensus eius: Geminatio enim verbi notat celerem eius ascensum. Vel celeritatem famæ eius: Quòd citò natus, tam citò pastoribus nunciatus. *Luc.* 2. b. Et magis stellæ indicio reuelatus est. *Matth.* 2. a. Vel, [Volauit,] id est, eleuatus est: Super pennas ventorum,] id est, super virtutes animarum. Venti enim dicuntur animæ *Iob* 28. d. Qui fecit ventis pondus, id est, animabus, corpus. Pennæ sunt virtutes, super quas volauit: quia sua gratia est super omnem gratiam. *Ioann.* 3. d. Dedit ei spiritum, non ad mensuram. Et etiam in hoc notatur, quòd ab ipso est omnis gratia. *Ioann.* 1. b. De plenitudine eius omnes accepimus. Et nota, quòd bis dicit volauit. Et ad primum nihil addit, sed ad secundum addit istud: Super pennas ventorum. Primum, volauit, refertur ad Diuinitatem, cuius virtus est sua essentia: quæ quia tanta est, ideò ad eam nullam

Aliter.

fecit comparationem. Secundum autem refertur ad gratiam humanitatis; quæ aliquo modo respicit, vel recipit proportionem. *Ieron.* Ostendit hic Christus velocior vento, leuior quàm anima, præcelsior Angelis, & quibuscumque Sanctis. Vel aliter. [Et ascendit super Cherubim,]

Et *a* posuit tenebras *b* latibulū suum, in *c* circuitu eius *d* tabernaculum eius: *e* tenebrosa aqua in *f* nubibus aëris. *g* Præ fulgore in *h* conspectu *i* eius *k* nubes *l* transierunt, *m* grando, & *n* carbones ignis. Et *o* intonuit de *p* cœlo *q* Dominus, & *r* Altissimus dedit vocem suam:

quod interpretatur plenitudo scientiæ, quasi dicat, omnem hominis scientiam excedit eius Ascensio. Vel [Ascendit super, &c.] id est, in Seraphin; quod est super Cherubim, quòd Seraphin interpretatur ardor, vel ardentes, id est, ascendit, & habitat in eis, qui ardent igne charitatis. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus: Et quamuis ita ascenderit, tamen volauit à nostro intellectu. *Isa.* 63. Ascendet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. *Iob* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam. *Cant.* 6. a. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Et hoc. [Super pennas ventorum] id est, virtutes Sanctorum, eos protegendo occasionaliter, quia ex hoc humiliantur: & augendo, quia Dominus se subtrahit aliquando vt auidiùs quæratur, & habitus diligentiùs custodiatur. *a* Et posuit, &c.] id est, mysterium Incarnationis. *b* Latibulum suum,] vt sic fides haberet meritum. Vnde dicit *Aug.* Domine, absconde te, vt credamus. 3. *Reg.* 8. b. Dixit Dominus, vt habitaret in nebula. Vel, [Tenebras: cœlum empyreum. [Posuit latibulum suum,] quia de illo nihil scimus. *Isa.* 6. a. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus à Maiestate eius: & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius; & duabus velabant eius pedes, &c. Vel [Tenebras] id est, Scripturas Prophetarum, in quibus latet, quia Scriptura videtur humilis, secundum formam litteræ: sed tamen Dominus intus latet. 2. *Pet.* 1. d. Habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Vel, [Tenebras] id est, Ecclesiæ Sacramenta. [Latibulum,] quia ibi est: & tamen non videmus eum ibi, nisi per fidem. Vel [Tenebras] id est, viles mundi, in quibus habitat per gratiam. [Latibulum,] quia ibi non videtur à mundanis. *Isa.* 50. b. Induam cœlos tenebris, & ponam saccum operimentum eorum. Vel [Tenebras] id est, peccatores, ponit [Latibulum,] quia in eis operatur, ipsis nescientibus. Et quàuis in tenebris istis sic lateat: tamen. *c* In circuitu eius] id est, ex omni parte est. *d* Tabernaculum eius] id est, Ecclesia, vel quælibet anima iusta, quæ militat Deo. Vnde dicit [Tabernaculum,] quod est militantium, id est, adhæret ei, non vt in carne: sed sicut est in Scripturis. Vnde dicit.

e Tenebrosa aqua] id est, obscura doctrina. *f* In nubibus aëris] id est, in Scripturis Prophetarum. Dicitur autem tabernaculum eius esse in circuitu eius: quia ipse est quasi centrum in medio Ecclesiæ, omnibus quantum in se est, æqualiter se offerens sine personarum acceptione. *Act.* 10. c. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, &c. Item, in circuitu, dicitur esse [tabernaculum, vt in ipso, quasi in centro, omnes coniungantur vinculo charitatis, sicut radioli in mediolo quadrigæ. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, scilic. in Domino; qui eos in se coniungebat. *Ioann.* 11. g. Iesus moriturus erat pro Gente, & non tantùm pro Gente: sed vt filios Israël, qui dispersi erant, congregaret in vnum. Item, Tabernaculum eius, &c. ad ornandum, ad muniendum. Vel, [Tabernaculum in circuitu eius.] Dicit etiam, eius, intra quod tota latuit Diuinitas, non inclusa tamen. *Isa.* 45. c. Verè tu es Deus absconditus: de hoc tabernaculo dicitur *in Psal.* 18. In Sole posuit tabernaculum suum. *g* Præ fulgore, &c.] Continuatio. Dixi, quod [tenebrosa aqua] id est, obscura doctrina, in nubibus aëris: id est, in Prophetis, & etiam in aliis omnibus Prædicatoribus. Tenebrosa, dico: præ fulgore in conspectu eius, id est, respectu fulgoris eius, qui erit in manifestatione, quando videbimus eum facie ad faciem: quia nemo est adhuc in futura luce, quammuis Scripturas intelligat. Vel sic, [Tenebrosa aqua, &c.] Alia litera, id est, in Prophetis, quia æther remotior est à nobis, quàm aër. Similiter Prophetica Scriptura remotior & obscurior est, quàm Apostolica doctrina: Vnde addit. [Præ fulgore,] vna dictio est, id est, prælucidæ. *h* In conspectu] id est, in cognitione. *i* Eius] scilicet, Dei. *k* Nubes] id est, Apostoli, qui Deum viciniùs contemplantur.

l Transierunt] de Iudæis ad Gentes. De his nubibus *Isa.* 60. b. Qui sunt isti, qui, vt nubes volant, &c. *Isa.* 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. *Iob* 37. b. Frumentum desiderat nubes. Vbi dicit *Greg.* Frumentum, Electi, cœlestibus horreis recondendi: qui pluuiam desiderant, donec ad perfectum veniant. De transitu dicit Paulus *Act.* 13. g. Vobis oportebat primum prædicare verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ: ecce conuertimus nos ad gentes. Vel, [Transierunt,] mundum per contemptum terrenorum, sicut peregrini. *Hebr. vlt.* c. Non habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus, per fidem. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est, per carnis macerationem. Et nota, quod dicit. [Præfulgore] id est, præfulgidæ, vbi duo notantur in fulgore, claritas, & præsupereminentia, quæ debet esse in Prædicatoribus, quæ fuit in Apostolis. *Dan.* 12. b. Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates: ecce claritas. *Exod.* 25. c. præcepit Dominus, vt fieret super mensam corona interrasilis, alta quatuor digitis: & super illam altera corona aureola: ecce excellentia in aurea & aureola. *m* Grando,] Sic lege. [Nubes transierunt,] & in transitu suo factus est [grando.] Et determinat hic modum prædicationis Apostolorum, qui consistit in quatuor. Primo in asperè increpando, quod notatur cùm dicit, [Grando.] Secundò, ad amorem inflammando: Vnde dicit. *n* Et carbones ignis.] *Ierem.* 24. f. Nunquid non verba mea sunt, quasi ignis ardens: ecce inflammatio. Et sicut malleus conterens petras: ecce asperitas increpationis. Et *Psal.* 144. Et virtutem terribilium tuorum dicent: ecce increpatio. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: ecce accensio amoris. Et nota, quod non dicit, ignis: sed dicit carbones ignis. Ignis enim dicitur Spiritus sanctus. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram. Sed ipsi sunt carbones ignis, quia succensi sunt Spiritu sancto. Tertiò, consistit modus prædicationis Apostolorum in comminatione pœnarum æternarum: quod notatur, cùm subdit. *o* Et intonuit] comminando, scilicet, has pœnas. *p* De cœlo,] de Apostolis.

Modus prædicandi Apostolorum in quatuor consistit.

q Dominus.] *Matth.* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tonitrus enim terribiliter comminatur. *Psal.* 103. A voce tonitrui tui formidabunt. *Eccl.* 43. b. Vox tonitrui eius verberauit terram, id est, terrenos. Fit autem dupliciter tonitrus, secundum duas sui definitiones, quarum vna est, Tonitrus est ex collisione nubium: sic Apostoli & Prædicatores per collisionem auctoritatum faciunt tonitruum. Alia definitio est, Tonitrus est ignis extinctus in nube. Nec fit ex igne solùm, nec nube solùm: quia oportet, quod Prædicatores habeant duo. Ignem, scil. nam per zelum. Nubem aquosam, id est, compassionem. Ignis, sine nube videtur potiùs indignatio, aut odium, quam prædicatio: Nubes sine igne, remissio. Vnde *Greg. in pastorali.* Curandum quippe est, vt Rectorem subditus, & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina: atque inter hæc sollicita circunspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa: Nam misericordia, aut disciplina multùm destituitur, si vna sine altera teneatur. Sed erga subditos inesse Rectoribus debet & iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina. Hinc namque est, quod docente veritate, per Samaritani studium semiuiuus in stabulum ducitur: & vinum, atque oleum eius vulneribus adhibetur: vt per vinum, scil. mordeantur vulnera: per oleum foueantur. Necesse quippe est, vt quisquis sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat: in oleo mollitiem pietatis: quatenus per vinum mundentur putrida: per oleum sananda foueantur. Quartò, in leniter comminando & exhortando per exempla, rationes, & auctoritates. Vnde dicit. *r* Et Altissimus, &c.] *Psal.* 45. Dedit vocem suam, mota est terra. [Dedit:] non vendidit. *Isa.* 55. a. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. *Matt.* 10. b. Gratis accepistis, gratis date. Item dicit [Dedit,] quia homo naturaliter libentiùs facit propter blandā admonitionem, quàm propter imperium. Vnde *Psal.* 44. Adducentur Regi Virgines. Non dicit violenter trahentur. *Senec.* Generosus est animus hominis, & in potestatem recalcitrans, facilè ducitur, quàm trahatur. Et ex hoc accidit, quòd homo semper nititur in vetitum, cùm liber velit esse naturaliter. Admonitio verò consistit in tribus. Primum est, inscios benè instruere.

Tonitrus fit dupliciter, & quid sit, & comparatur prædicationi.

Admonitio consistit in tribus.

3. d. Nolite, quæso, inimicum illum existimare; sed corripite, vt fratrem. Tertium est desolatos piè consolari. *Isa.* 40. a. Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Dominus vester. Et dicit, Dominus, vt Prædicatores se seruos eius recognoscant, & ei seruiant. *Matth.* 24. d. Quis, putas, est fidelis seruus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore: 1. *Cor.* 4. a. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Item dicit [Altissimus] vt sibi eius gloriam non vsurpent, quærendo vanam gloriam, quasi dicat, quia Altissimus, ideò omnia sunt ei attribuenda. *Luc.* 1. b. Gloria in altissimis Deo. *B. Bernard.* Fidelis reuera seruus es, si de gloria Domini tui, etsi non exeunti à te, tamen transeunti per te nil tuis manibus adhærere contingat.

a grando, & carbones ignis. Et *b* misit *c* sagittas suas, & *d* dissipauit eos: *e* fulgura multiplicauit, & *f* conturbauit eos. Et *g* apparuerunt fontes aquarum, & *h* reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. *i* Ab increpatione tua, Domine, ab *k* inspiratione *l* spiritus iræ tuæ. Misit *m* de summo, &

a Grando, & carbones ignis] vt suprà. Sed repetitur ad maiorem confirmationem. Vel ad literam potest exponi istud. [Et intonuit de cœlo Dominus] in transfiguratione. Vnde Ioannes, & Iacobus, qui ibi fuerunt, vocati sunt Boanerges, id est, filij tonitrui: *Marc.* 4. b. [& Altissimus dedit vocem suam] dicens: Hic est filius meus dilectus: *Matth.* 17. a. [Grando, & carbones ignis] Hoc non mutatur.

Quæ sint necessaria Prædicatori. Prædicator dicitur sagitta.

b Et misit, &c.] Ostenso modo prædicandi, hic incipit ostendere, quæ sunt necessaria Prædicatori. Primum est auctoritas: De quo dicit [Et misit] Dominus, scilic. cuius est mittere. *Luc.* 10. a. Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam: *Rom.* 14. c. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Secundum est celeritas, siue strenuitas in exequendo officium suum. Vnde dicit *c* Sagittas suas] *Isa.* 59. a. Posuit me, sicut sagittam electam: Prædicator enim dicitur sagitta propter multas proprietates sagittæ, quas in se debet habere. Prima est.

quia sagitta.

- Velox est; sic & ipsi debent esse: *Prou.* 6. a. Discurre, festina, suscita amicum tuum.
- Fragilis est, sic & ipsi debent esse per sui cognitionem: 2. *Cor.* 4. b. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus: propter hoc vocabat Dominus frequenter Ezechielem, fili hominis. *August.* Vt aliquid simus cogitemus, quàm prope nihil sumus.
- Leuis est, sic prædicator per contemptum temporalium: *Greg.* Qui contemptum temporalium prædicat, restat, vt ipse prior contemnat. Et alibi dicit de malis, idem: Fortè ideò contemptum temporalium prædicant, vt ea soli habeant: Sunt enim qui paupertatem prædicant, vt medicamentum; sed eam fugiunt, vt venenum.
- Gracilis est; sic Prædicatores per carnis macerationem: *Cantic.* 3. c. Vniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos: Femur vocat carnalitatem.
- Fugat lupos; sic Prædicatores Dæmones. *Iob* 3. b. Parati sunt suscitare Leuiathan. Vnde 2. *Reg.* 1. c. præcepit Dauid, vt docerent filios Iudæ arcum.
- Plana, & leuis est, sic ipsi leuiter corrigere debent. *Gen.* 6. c. præcepit Dominus, vt fieret arca de lignis læuigatis. *Gal. vlt.* a. Corripite huiusmodi in spiritu lenitatis.
- Penetratiua est. *Cant.* 5. c. Percusserunt me, & vulnerauerunt me custodes murorum, id est, Prædicatores.
- Pennata est; sic & ipsi pennis virtutum. *Prouerb.* 1. b. Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum.
- Recta est; sic & ipsi per intentionem. *Psalm.* 32. Rectos decet collaudatio.
- Concaua est in capite; sic debent esse Prædicatores per humilitatem. Vnde in capite sermonis, id est, in prothemate humiliant se, & petunt orationem audientium: *Iudic.* 6. g. Gedeon impleuit concham rore. Et 4. *Reg.* 4. a. Vasa vacua impleuit Elisæus.

d Et dissipauit eos:] id est, incredulos à fidelibus diuisit per Apostolos. Vel: [dissipauit eos:] id est, malos per Prædicatores, ne malitiam implerent. *Iob* 5. b. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant. *Ierem.* 1. b. Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, &c. Tertiò, necessaria fuit Apostolis miraculorum multiplicatio, & modernis Prædicatoribus necessaria est operum clara exhibitio. Vnde subdit.

e Fulgura multiplicauit;] id est, miracula, vel clara opera. *Iob.* 38. d. Nunquid mittis fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: adsumus? *Marc.* vlt. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Signa sunt opera. Sed iam in multis potest dici illud *Psalm.* 73. Signa nostra non vidimus. Et ideò sequitur: Iam non est Propheta. Et propter hoc concludit: Et nos non cognoscet ampliùs. Iam multis potest dici: Quod signum ostendis nobis, non quia hæc facis, vt *Ioann.* 2. d. sed quia hæc dicis? Et multiplicando fulgura, siue signa. *f* Conturbauit eos] reprobos ad iram; Electos ad pœnitentiam. *Psalm.* 6. Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Sic Paulus conturbauerat illos, quibus dicebat 2. *Cor.* 7. c. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam, contristati enim estis secundum Deum, & in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quartò, necessaria est Prædicatoribus scientia Scripturarum. Vnde subdit. *g* Et apparuerunt fontes aquarum] id est, duo Testamenta, quæ sunt fons aquarum salientium in vitam æternam, id est, doctrinarum. *Ioan.* 4. b. Hi fontes apparuerunt Apostolis: quia aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas. Vel [fontes] sunt vulnera Iesu Christi, quæ sunt [fontes aquarum,] id est, gratiarum, vel doctrinarum: vbi debet Prædicator haurire quod alijs prædicet. *Isa.* 12. b. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, id est, de vulneribus Iesu Christi. Ibi hauserat Paulus dicens 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum crucifixum, &c. Et 2. *eiusdem* a. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vel [fontes] sunt ipsi Apostoli. *Exod.* 15. d. Duodecim fontes fuerunt in Elim, id est, duodecim Apostoli in Christo. Elim interpretatur fortis eorum: & significat Christum, à quo fortitudinem habuerunt. Et in ipso erant fontes: quia ab ipso singulari fonte habebant, quicquid alijs effundebant. Vnde *Psalm.* 35. Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. *Luc.* 24. *d.*

h Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.] Fundamenta ista, sunt Prophetæ, vel eorum Scripturæ, fundati supra petram Christum. *Ephes.* 2. d. Iam non estis hospites, &c. *Eccl.* 26. d. Fundamenta æterna supra petram solidam. Hæc sunt fundamenta orbis terrarum, id est, Ecclesiæ. Terræ dicuntur Ecclesiæ particulares: Orbis terrarum, Ecclesia vniuersalis. Et ideò dicitur orbis, quia sicut extra orbem nihil est; ita qui extra Ecclesiam est, nihil est. Item quia orbis dicit circulationem: per hoc notatur stabilitas Ecclesiæ, & quòd finem non habet. *Matth. vlt.* d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Hæc enim est nauicula Petri, quæ concuti potest, sed submergi non potest. *Luc.* 22. d. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et dicit Apostolus, quòd exauditus est pro sua reuerentia: *Hebr.* 5. b. Hæc fundamenta reuelata sunt per fontes aquarum, id est, per vulnera Saluatoris: quia obscura Prophetarum in Passione manifestata sunt. Vnde tunc monumenta aperta sunt, & petræ scissæ sunt: In cuius signum adhuc cùm altaria, & sacrosancta in Quadragesima velata fuerunt, in die Parasceues nudantur, & apparent omnibus. Hæc omnia, si quis quærat, quomodo facta sunt: Ecce. *Matth.* 27. *f.*

i Ab increpatione tua] ô Domine. Increpat Dominus extrà prædicando. *Matth.* 23. d. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à ventura ira? Increpat etiam interiùs. *Iob* 33. c. Increpat quoque per dolorem in lectulo. *k* Ab inspiratione,] quasi dicat, primum non sufficit, nisi adsit & amor: secundum quod dicit *Aug.* Cùm ex gratia sit auditus, necessaria est alia gratia, quæ cor moueat. *l* Spiritus iræ tuæ,] id est, tui sancti Spiritus inspirantis, & docentis iram tuam futuram. De qua *Prou.* 6. d. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, &c.

m Misit de summo, &c.] † Psalmus totus loquens, non mutata voce, cladem humani generis ante aduentum, & liberationem per aduentum Christi hucusque exposuit: Hic introducit Ecclesiam per Apostolos collectam de se, & de beneficijs sibi collatis loquentem. Dicit ergo: [Misit de summo] Deus pater Filium de summo. *Psalm.* 18. A summo cœlo egressio eius. Et *Ioann.* 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum. Sed potest obijci: Nonne Deus vbique est, qualiter ergo misit? Solut. Notatur hic manifestatio humiliationis & maxima naturarum distantia: quia prima & naturarum natura est Deus, vltima homo. Vnde *Prouerb.* vltim. d. Procul & de vltimis finibus terræ pretium

Al. † Christus.

tium eius. Hæc mulier eſt Eccleſia , cuius pretium eſt Deus, & homo. *a* Et accepit me] Eccleſiam ſponſam ſibi. Conſenſus animorum Sponſi & Sponſæ præceſſit in Abel primo iuſto. In vtero Virginis fuit coniunctio corporum. In futuro erit traductio in propriam domum. *b* Et aſſúpſit me de aquis multis] id eſt, de populis multis, quia de Iudæis, & Gentibus. *Apoc.* 17. d. Aquæ multæ populi multi. Vel [De aquis multis] id eſt, de tribulationibus multis [aſſumpſit me] ad regnum, ad quod nullus aſſumetur niſi ex his aquis. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.

al. † de multitudine aquarum.
al. † Eruit
al. † firmamentum meum.

a Et accepit me : & *b* aſſumpſit me de † aquis multis. † *c* Eripuit me *d* de inimicis meis *e* fortiſſimis , *f* & ab his qui oderunt me : quoniam *g* confortati ſunt ſuper me. *h* Præuenerunt me in die afflictionis meæ : *i* & factus eſt Dominus † protector meus. Et *k* eduxit me in latitudinem : † *l* ſaluum me fecit , quoniam *m* voluit me. Et *n* retri-

Hebr. 12. c. Si extra diſciplinam eſtis ; ergo adulteri, & non filij eſtis. Sed ad ſolos filios pertinet hæreditas regni. Non enim erit hæres filius ancillæ. *Geneſ.* 21. b. Vel [De aquis multis] Baptiſmi, quæ dicuntur multæ, quia ad multa valent, videlicet, fomitem debilitant, remiſſionem peccatorum conferunt, gratiam augmentant. Vel hoc poteſt dicere quilibet conuerſus ad pœnitentiam [Miſit de ſummo] gratiam ſuam. *Iacob.* 1. c. Omne datum optimum , & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.

a Et accepit me] ad pœnitentiam , quaſi portandum. *Iſa.* 40. c. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet , in brachio ſuo congregabit agnos , & in ſinu ſuo leuabit , fœtas ipſe portabit. *Oſeæ* 11. b. Ego, quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.

Moral. *b* Et aſſumpſit me] id eſt , extraxit me [De aquis multis] id eſt, de peccatis multis, ſcilic. de aquis luxuriæ. *Gen.* 49. a. Ruben, effuſus es, ſicut aqua , non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui , & maculaſti ſtratum eius. Item [de aquis] mundanæ cupiditatis. *Gregor.* Amor æternorum, deſiccat cupiditatem terrenorum : Item [de aquis] perſecutionum. *Cantic.* 8. c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Per hoc ergo, quod dicit [accepit] notatur pura gratia. Per [aſſumpſit] gratia cum libero arbitrio. [Aſſumpſit] dico, &c.

c Eripuit me] In quo notatur gratia , & violentia : quia homo quaſi naturaliter fuit ſub poteſtate Diaboli, & per gratiam, & violentiam ereptus. *Ioann.* 1. d. Ecce Agnus Dei : Ecce gratia. Ecce qui tollit peccata mundi : Ecce violentia.

d De inimicis meis] mundo, carne, Diabolo.

e Fortiſſimis] fortes enim ſunt ad illicita deſideria accendenda. *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Fortiores ſunt mundanam concupiſcentiam ſuggerendo. *Ierem.* 31. b. Liberabit eum de manu potentioris. Fortiſſimi in ſuperbia. *Iob* 41. d. Non eſt poteſtas de cœlo , quæ comparetur ei, qui factus eſt, vt nullum timeret : & omne ſublime videt, &c. Sed contra Dominus eſt fortis carnem mortificando , ſicut *Matth.* 4. a. cum ieiunaret. Fortior eſt, mundum contemnendo. Vnde *Ioan.* 6. b. Fugit in montem , ne facerent eum Regem. Fortiſſimus ſeipſum exinaniendo. *Phil.* 2. b. Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens.

f Et] id eſt [ab his , qui oderunt] id eſt, Dæmonibus. Contra *Ierem.* 3. a. Tu fornicata es cum amatoribus multis , id eſt , cum Dæmonibus. Non ergo oderunt. Sol. Ad hoc amant , vt perdant. Et hæc perditio , odium dicitur. Quia igitur Dominus eripuit de fortiſſimis, ideò magis eſt laudandus , propter maiorem triumphum. Quia verò ab his , qui oderunt , magis eſt diligendus propter maius commodum. Et neceſſe fuit , quòd eriperet. *g* Quoniam confortati ſunt ſuper me] coniungendo vitium vitio, ſecundum illud *Oſeæ* 4. a. Sanguis ſanguinem tetigit. [Super me] quaſi opprimendo. 2. *Pet.* 2. d. A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Vel ſic poteſt. *c* Eripuit me] dicit Eccleſia. *d* De inimicis meis fortiſſimis] id eſt, Tyrannis. *f* Et ab his, qui oderunt me] ſcilicet, à malis hominibus. Et hoc modo, ſcilicet. *g* Quoniam confortati ſuper me] quia Eccleſia creuit inter preſſuras. *Geneſ.* 7. c. Inundauerunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime. Vnde fides eius comparatur grano ſinapis. *Matth.* 17. c. Vnde dicitur *Exod.* 1. c. quod filij Iſraël, quanto magis opprimebantur, tanto magis multiplicabantur.

h Præuenerunt me] Continuatio, Dicit [Confortati ſunt ſuper me] Et benè confortati , quia præuenerunt me in die afflictionis meæ.] Sic enim facit Diabolus. In afflictione tentat. Vnde *Matth.* 4. a. cùm dixiſſet ; Cùm ieiunaſſet Dominus quadraginta diebus , & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Statim ſubiunxit. Et accedens tentator, &c. Et benè dicit [præuenerunt] quod faciunt quando impediunt progreſſum boni propoſiti. Et tunc quaſi comitátur, cùm hominem in peccatum traxerunt. Vel [præuenerunt me] decipiendo me ex improuiſo. *Luc.* 10. c. Homo quidam deſcendebat à Ieruſalem in Iericho , & incidit in latrones. *Luc.* 12. e. Si ſciret paterfamilias , id eſt, ratio, qua hora fur veniret , vigilaret vtique, &c. *Iſa.* 15. a. Nocte, id eſt, non ex improuiſo , vaſtatus eſt murus virtutum. Sic ergo [præuenerunt.] Sed ſunt multi , qui non expectant, quod Diabolus præueniat eos hoc modo ; ſed ipſi præueniunt eum tentationes contra ſe excitando. *Oſeæ* 2. b. Sequetur amatores ſuos , id eſt, Dæmones. *Iſa.* 57. b. Miſiſti Legatos tuos procul , id eſt, cogitationes : & humiliata es vſque ad inferos : in multitudine viæ tuæ laboraſti. *Threnor.* 1. b. Abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. Dicit ergo [Præuenerunt me in die afflictionis meæ] vt expoſitum eſt. Et benè dicit [in die afflictionis] quia afflictio diem facit, ſecundum illud *Iſa.* 28. e. Vexatio dabit intellectum. Vel [in die afflictionis] id eſt , in triſtitia , tunc faciliùs vincit Diabolus hominem. *Eccl.* 38. b. A triſtitia feſtinat in mortem, & cooperit veritatem , & triſtitia cordis flectit ceruicem. *Prouerb.* 17. d. Spiritus triſtis exſiccat oſſa.

i Et factus eſt Dominus protector meus.] Benè ſequitur hoc poſt afflictionem , quia in afflictione requiritur Dominus. Vnde *Iſa.* 26. c. Domine , in anguſtia requiſierunt te. Et ſi requirunt, inueniunt. *Matth.* 7. a. Qui quærit, inuenit. *Prouerb.* 18. b. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit Iuſtus , & exaltabitur. Et hoc eſt , quia dicitur hic. [Et factus eſt Dominus protector meus.] Et hoc ſcuto fidei, de quo *Epheſ.* vlt. c. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Sed non cuiuſcumque fidei. Vnde ſubdit.

k Et eduxit me in latitudinem] Et non dicit tantùm ducit: ſed educit. In quo notantur duo. Per e. notatur , à quo Dominus liberat. Per, ducit, notatur, quo liberat. *Exod.* 15. b. Dux fuiſti in miſericordia tua [In latitudinem] Contra. Sed in anguſtiam. *Matth.* 7. b. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Sol. Arcta eſt in principio , latior in medio, latiſſima in fine, vbi eſt perfecta charitas, quæ anguſtiam omnis timoris expellit. *Prou.* 4. b. Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. Et ideò benè dicit [in latitudinem] *Aug.* Charitas latior eſt , quam Oceanus. Nec mirum , quia eum tenet, qui eſt vbique. Item benè [in latitudinem] quia extra mundi anguſtias, per mundi contemptum. Extra carnis curuitatem , quæ ſe tantùm diligendo in ſe reflectitur per abſtinentiam. Extra rationis argumenta , per fidem. *Rom.* 8. d. Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, &c. *Seneca* : Contemptus ſui corporis , vera libertas eſt. Et in hac latitudine.

l Saluum me fecit] Ecce creatio & recreatio. *Iſa.* 44. b. Ante me non eſt formator Deus : & poſt me non erit : Ego ſum , ego ſum Dominus : & non eſt abſque me Saluator [Saluum] triplici ſalute ; Temporali , ſpirituali , & gloriæ : Gloriæ verò non adhuc in re , ſed in ſpe & in fide : Iuſtus enim ex fide viuit. *Abac.* 2. a. *Galat.* 3. b. Et hoc totum eſt mihi.

m Quoniam voluit me] antequam vellem eum. 1. *Ioan.* 4. b. In hoc eſt charitas Dei , nòn quòd nos dilexerimus eum ; ſed quoniam ipſe prior dilexit nos : *ad Tit.* 3. b. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Et ſciendum , quòd hic notantur gradus ad beatitudinem. Primus eſt diuina electio : qui notatur per hoc quod dicit [Voluit] *Ioan.* 15. c. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Secundus gradus eſt fides, & maximè Paſſionis : qui notatur per [Saluum me fecit.] Tertius eſt charitas : qui notatur *ibi* : Eduxit me in latitudinem. Quartus eſt noſtra bona voluntas : qui notatur *ibi* : Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam. Quintus eſt bona operatio : qui notatur *ibi* : Secundum puritatem manuum mearum : Sextus eſt perſeuerantia. qui notatur *ibi* : Quia cuſtodiui , &c. Septimus eſt æterna retributio : qui notatur *ibi* : Et retribuet , &c. in conſpectu oculorum eius : Reuertamur ergo ad literam. *Gradus ad beatitudinem.*

n Et retribuet : Hic verſus, & alius, qui ſequitur, ferè ſimiles ſunt. Sed in hoc verſu agitur de retributione, quæ fit in præſenti. In alio de retributione , quæ erit in futuro. Dicit ergo : Et retribuet mihi Dominus] in præſenti.

a Secundum

a Secundum iustitiam meam] id est, bonam voluntatem meam. *Anselm.* Iustitia est rectitudo voluntatis, propter se saluata. Sed quid retribuet? Iucunditatem ineffabilem, quæ est in custodiendis mandatis Dei. *Psalm.*18. In custodiendis illis retributio multa. Vel augmentum gratiæ. *Ioan.*1. b. Et gratiam pro gratia, id est, augmentum gratiæ, pro vsu gratiæ.

buet mihi Dominus secundum a iustitiam meam: & secundum b puritatem manuum mearum c retribuet mihi. d Quia custodiui vias Domini: e nec impiè gessi à Deo meo. f Quoniam omnia iudicia eius in g conspectu meo: † & h iustitias eius i non repuli à me.

Opus dicitur impurum tripliciter.

b Et secundum puritatem manuũ mearum] id est operum. Et nota, quòd opus dicitur impurum ratione carnalis affectus. *Isa.*1. d. Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Item cùm fit propter mundi concupiscẽtiam. *Ierem.*6. d. Vt quid affertis mihi thus de Saba, & calamum suaueolentem de terra longinqua? Et etiam cùm fit causa inanis gloriæ. *Matth.*6.a. Attendite ne iustitiam vestram faciati coram hominibus, vt videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis. Vnde *Gregor.* Væcordia est magna agere, & laudi inhiare: quia vnde cœlum mercari potuit, inde † meritum transitorij fauoris quærit. c Retribuit mihi] Ad maiorem confirmationem repetit. Vel ideò repetit [retribuet] quia vtrumque remunerabitur à Domino: & puritas innocentiæ, qua declinatur malum: & exercitium iustitiæ, qua fit bonum. Vnde *Isa.*66. g. Erit Sabbatum ex Sabbato, & mensis ex mense. Vel: [retribuet] dando perseuerantiam: Et hoc.

Al. † sunt semper

Al. nummũ.

d Quia custodiui vias Domini:] Viæ Domini, sunt opera, vel viuendi ordines. *Iob* 34. b. Opus hominis reddet ei. Item viæ Domini sunt præcepta, & prohibitiones, per quæ itur ad Deum, *Matth.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Vel [Custodiui vias Domini] id est, vias, quas ambulauit Dominus, imitatus sum, scilicet, viam paupertatis, humilitatis, Crucis. 1. *Petr.* 2. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. *Iob.* 23.c. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ab ea. Item viæ Domini, sunt misericordia, & iustitia: quibus venit ad nos, & nos ad ipsum. *Psal.*24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Has necesse est custodire, qui vult ire ad ipsum. *Prou.*3.a Misericordia, & veritas non te deserat. *Prou.* 16. a. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. Et benè dicit. [Custodiui] quia multæ sunt insidiæ, & laquei in his viis. *Psalm.*141. In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Ideò dicitur *Ierem.*6. d. State super vias vestras, & attendite, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona. e Nec] postea, [impiè gessi à Deo meo] scilic. recedendo. *Ioan.*6. g. Domine, verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus? *Augu. in. lib. confession.* Domine si vis, vt fugiam ad te, da mihi alterum te, fugiam ad te, à te iusto ad te misericordem. Nota: via Domini, per quam ambulant boni.

De viis Domini.

Est
- Munda, seu pulchra. *Prouerb.*3. c. Viæ eius viæ pulchræ, *Psal.*17. Impolluta via eius.
- Luminosa, *Prou.*4.c. Semita Iustorum, quasi lux procedit, &c.
- Recta, *Isa.* 40. a. Rectas facite semitas Dei nostri.
- Plana, *Isa.* 40. a. Erunt plana in directa, & aspera in vias planas.
- Stabilis, seu continua, *Prou.* 4. d. Oculi tui videant recta: & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, & viæ tuæ stabilientur.
- Ardua, siue arcta. *Matth.* 7. b. Arcta est via, quæ ducit ad vitam, &c.

De viis Diaboli.

Via Diaboli, per quam ambulant mali,

Est
- Lubrica, siue immunda. *Psalm.*34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum: *Thren.*4. d. Lubricauerunt vestigia nostra:
- Tenebrosa *Prou.*4. Via impiorum tenebrosa: & nesciunt vbi corruant.
- Tortuosa. *Psal.* 11. In circuitu impij ambulant.
- Lapidosa. *Eccl·siastic.* 21. b. Via impiorum complantata lapidibus.
- Instabilis: *Threnor.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est.
- Lata. *Matth.*7. b. Speciosa, & lata est via, quæ ducit ad mortem.

Ideò bene dicit [Custodiui vias Domini,] quia sæpe credit homo ire viam Domini, & vadit viam Diaboli: *Prouerb.*16.d. Est via quæ videtur homini recta: & nouissima illius ducunt ad mortem. In hac autem via quatuor sunt necessaria maximè, viaticum, baculus, pera, cantilena. Viaticum, Corpus Dominicum, 3. *Reg.*19. b. Iuit Elias in fortitudine cibi illius, &c. Baculus, disciplina, siue memoria passionis. *Psal.* 22. Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Pera, id est, eleemosyna. *Eccl.*17. c. Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso. Cantilena, oratio, psalmodia, confessio, prædicatio. *Ps.*118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis. Et *Psal.* 137. Et cantent in viis Domini: quoniam magna est gloria Domini. Ductor viæ est Spiritus sanctus. *Ps.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Sap.*10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei. Ecce parata est via: non restat, nisi ambulare. *Isa.*30.e. Hæc via Domini: ambulate in ea. Et notatur hic triplex meritum, cui fit retributio: Retributio enim dicitur respectu meriti. Primum meritum est bonæ voluntatis, *ibi.* [Secundum iustitiam,] sicut supra expositum est. Secundum, est bonæ operationis, *ibi* [Secundùm puritatem manuum mearum: Quia custodiui, &c.] Tertium est declinationis a malo, *ibi*: [Nec impiè gessi.] Et verè non gessi impiè. f Quoniam omnia iudicia eius] scilicet præmia iustorum, pœnæ damnadorum, hæc in futuro. Flagella corrigendorum, tentationes Iustorum, in præsenti: Sunt

Necessaria in via sunt quatuor

Triplex meritum.

g In conspectu meo,] quia ea attendo, & mihi placent. *Psal.* 96. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua, Domine. Et *Ieron.* ad Eustochium ait: Filia in omnibus iudiciis Domini gaude. Et notandum, quòd quibusdam sunt iudicia Domini post tergum: sicut illis, qui nec timent, nec diligunt, nec videntur timere, aut diligere. De quibus *Zach.*7. c. Auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauarunt, ne audirent: posuerunt cor suum, vt adamantem, ne audirent legem. Quibusdam à latere, sicut hypocritis, qui videntur timere, & diligere, licet aliter sit. De quibus in *Isai.* 87. Et qui iuxta me erant, de longè steterunt. Iuxta erant, secundum apparentiam, sed de longè steterunt, secundum existentiam. *Psalm.*90. Cadent à latere tuo mille, &c. Quibusdam sunt antè, in conspectu, sicut bonis, qui timent, & diligunt.

h Et iustitias eius] scilicet flagella, & tentationes, quas mihi iustè inflixit.

i Non repuliá me,] sed patienter sustinui. *Matth.* 5. a. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Multi possunt hodie dicere primam partem huius versus, qui secundam non possunt dicere: Multi enim possunt dicere: Omnia iudicia eius in conspectu meo,] per assiduum studium in sacra Scriptura. Sed non possunt dicere:

[Iustitias eius non repuli a me:] quia quod nouerunt in studio, opere implere non volunt. De talibus dicitur *Iob* 24. b. Ipsi sunt rebelles lumini. Vbi dicit *Gregor.* Quòd tales rebelles sunt lumini, qui sua desideria sequendo, bonum despiciunt, quod nouerunt. 2. *Petr.* 2. d. Melius erat illis iustitiæ viam non agnoscere, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Propter hoc benè dicitur *Amos* 7. c. Qui vides, gradere. Qui vides iudicia, gradere per iustitias. Nec eas à te repellas, sicut illi, qui non vident: Qui, vt dicit *Gregor.* in hoc mundo florere appetunt: flagella quasi magna mala pertimescunt. Sunt iustitiæ Domini, id est, flagella, & correctiones, diligendæ, & amplectendæ propter multa.

videlicet
- Quia propter iustitiam paruam, differt Dominus pœnam futuram. 3. *Reg.* 21. g. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum hoc in diebus eius.
- Quia propter paucos Iustos parcit Dominus multis iniustis, & malis. *Genes.* 18. d. Non delebo Sodomam propter decem. Et *eiusdem* 19. e. Quandiu fuit Loth in Sodomis, pepercit eis Dominus.
- Quia propter iustitiam citò mutat Dominus sententiam suam. *Ierem.* 18. b. Si pœnitentiam egerit Gens illa à malo suo, propter quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei, & subitò loquar de Gente, & de regno, vt ædificem, & plantem illud. *Ezech.*18. e. Si egerit impius pœnitentiam ab omnibus peccatis, &c. omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs.
- Quia inuitus facit iustitiam, sed quando facit, grauiter

Flagella Domini sunt amplectenda propter multa.

grauiter facit: ideò dicit *Iſa*.1.f.Heu! conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.
Quia bona multiplicant in homine, *Exod*. 1.c. Quantò magis affligebantur, tantò magis multiplicabantur. *Pſal*.4. In tribulatione dilataſti mihi.
Quia charitatem accendunt, *Iſa*.54.d. Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas.
Quia erudiunt hominem. *Ierem*. 6. b. ſecundum *ſeptuaginta*. Per omne flagellum erudieris, Ieruſalem. Vbi nos habemus: Erudire, Ieruſalem, ne fortè recedat anima mea à te. *Ierem*.31.c. Caſtigaſti me, Domine,
videlicet. & eruditus ſum. *Thren*. 1.c. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.
Quia probant hominem. *Iacob*. 1.b. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, &c. *Eccl*. 2.a. In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis.
Quia purgant. *Iſa*.1.f.Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam.
Quia liberant a tentatione. *Eccl*. 11. d. Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ. *Exod*. 14. e. Aqua ſcilicet tribulationum erat, quaſi murus ad dexteram eorum, & læuam.

Propter hoc dicit: [Iuſtitias eius non repuli à me] ſed dilexi, & patienter, imò libenter, imò gaudenter ſuſcepi. 2. *Cor*.12.c.Libenter gloriabor in infirmitatibus meis; vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Et *a* ero *b* immaculatus cum eo: & obſeruabo me ab iniquitate *c* mea. Et *d* retribuet mihi Dominus ſecundum *e* iuſtitiam meam: *f* & ſecundum puritatē manuum mearum *g* in conſpectu oculorum *h* eius, Cum ſancto ſanctus eris: & cum *i* viro innocente *k* innocens eris. Et cum *l* electo *m* electus eris: *n* & cum peruerſo † peruerteris. Quoniam *o* tu populum humilem *p* ſaluum facies, & oculos ſuperborū humiliabis.

a Et] ita [ero] id eſt, perſeuerabo.
al. † peruerſus.
b Immaculatus, &c.] immaculato. Cum immaculato enim non potero eſſe maculatus: quia qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. 1.*Cor*.6.d. Ipſe autem immaculatus eſt, 1.*Petr*.1.c. Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis, &c. ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati & immaculati Ieſu Chriſti. Vel hæc dictio, immaculatus poteſt legi ex parte ſuppoſiti, ſic. Ego [immaculatus ero cum eo] hic in gratia, & in futuro in gloria. *Pſalm*. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo militantis Eccleſiæ, per gratiam; aut requieſcet in monte ſancto tuo, triumphantis Eccleſiæ, per gloriam? Qui ingreditur ſine macula. 2. *Cor*. 6. c. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate: aut quæ ſocietas luci ad tenebras: aut quæ conuentio Chriſti ad Belial, &c. Et vt ſim immaculatus. *c* Obſeruabo me ab iniquitate mea.] Nec dicit ſolùm ſeruabo, ſed [obſeruabo] quia per, ſeruabo, notatur cuſtodia; per, obſeruabo, reſiſtentia: quia poſt munditiam habitam, neceſſe eſt & cuſtodire, & reſiſtere; quia tunc inſultat inimicus. *Tob*.12.c. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. *c* Mea] quæ ſcilicet ex me venit. Et non in vacuum; ſed propter illud quod ſequitur. *d* Et retribuet, &c.] Hoc pro parte ſuprà expoſitum eſt. Sed nota, quòd ter dicit [retribuet] quia triplex eſt retributio. Prima eſt gratia in iuſtificatione: Secunda in perſeuerantia, & hoc ſecundum voluntatem recipientis, non propter. Tertia eſt in æterna patria.
Triplex retributio.
e Secundum iuſtitiam meam] vt *ſup*. *f* Et ſecundum puritatem manuum mearum] vt *ſup*. Quæ puritas eſt. *g* In conſpectu oculorum eius] i. in conclaui conſcientiæ, vbi ipſe conſpicit, non in conſpectu meo. *Gregor*. Plerunque ſordet in conſpectu Iudicis, quod ſplendet in conſpectu operantis. Vel, [Retribuet] illa, quæ ſunt [in conſpectu oculorum eius] non hominum: Quia quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, &c. vt dicitur 1. *Cor*. 2. c. & *Iſa*.64. b. Vnde dicit Apoſtolus 2. *Cor*. 4. d. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis, non contemplantibus nobis, id eſt, ſi non habeamus oculum ad ea, quæ videntur, id eſt, ad retributionem temporalium; ſed ad ea, quæ non videntur. Vnde addit: Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna. Notandum autem, quod hoc, quod in hac auctoritate dicit Apoſtolus: Non contemplantibus, &c. reſpicit illud, quod in præcedenti dicit *Iſa*. 64. b. Expectantibus te, id eſt, qui hic nolunt retribui: ſed expectant te, vt ſis in futuro retributio eorum. Sed ne aliquis hæc merita ſibi attribuat, oſtendit, quòd hæc omnia habentur à Deo: Vnde adiungit conuertens ſe ad Dominum. *h* Cum ſancto ſanctus eris.] Quod ſic conſtrue: Tu Domine, ſanctus in te, [eris cum ſancto ſanctus] effectiuè, id eſt, ſanctificans. *Ioann*.15. a. Sine me nihil poteſtis facere. *Leuit*. 11. g. & 19. a Sancti eſtote, ſicut ego ſanctus ſum. *Et* 21. b. Sit Sacerdos ſanctus, ſicut & ego ſanctus ſum, qui ſanctifico vos. *i* Et cum viro innocente] tu innocens per naturam.
k Innocens eris] effectiuè ſimiliter. Et verè innocens, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. 1. *Petr*. 2. d. & *Iſa*.53. c. *l* Et cum electo] priùs ſcilicet à te. *m* Electus eris] ab eo, quia priùs eligis, vt tu eligaris. *Ioan*.15.c. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
n Et cum peruerſo peruerteris] id eſt, ad modum peruertentis te habebis, quia ſines peruerti. *Amos*. 3. b. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit: quaſi non erit, quod Dominus non permittat fieri. Vel ſic: [Cum Peruerſo peruerteris] id eſt, videris ei peruerſus. Et oſtenduntur hic duæ partes iudicij Dei in præſenti. Vna manifeſta, quæ adiuuat benè operantes, & etiam punit aliquando malos. Et alia occulta, qua permittit peruerti peruerſos; vt qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Nota etiam, quòd tria tangit in bono, & vnum tantum in malo. In bono, ſanctitatem, innocentiam, electionem: In malo, peruerſionem. Et hoc eſt, quia omnis ordinatio in tribus eſt perfecta, ſcilicet in modo, ſpecie, ordine: In vno autem eſt inordinatio: quia in auerſione à Deo. In his autem tribus notatur ratio prædeſtinationis, quia in electione, præparatio: in innocentia, gratia in præſenti: in ſanctitate, gloria in futuro. Quæ tria tanguntur *Epheſ*. 1.a. Elegit nos Deus, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Elegit: Ecce electio. Immaculati: Ecce gratia. Sancti: Ecce gloria. Sed nota, quòd vltimum hic tangit primò, ſcilicet, electionem: Licèt enim præparatio primum ſit in re, vltimum tamen eſt in ratione. Et nota, quòd quia pij ſemper erunt in ſumma quiete; ideò de ipſis ſemper dicit, [eris.] Et quia impij erunt in continuo motu, ideò de eis dicit, [peruerteris] in futuro. Primus peruerſus eſt Diabolus, & ideò fuit detractus in profundum laci, vt habetur *Iſa*.14. d. Vel poteſt legi de quolibet.
Apoc. 22. 6.
Omnis ordinatio eſt in tribus.
h Cum ſancto ſanctus eris, &c.] quia ex conuictu ſæpe mores formantur. *Aliter.*
n Et cum peruerſo peruerteris,] quia qui tangit picem, coinquinabitur ab ea, vt dicitur *Eccleſ*. 13. a. 1. *Cor*. 15. d. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Et verè, [cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris.]
o Quoniam tu populum humilem ſaluum facies.] Vel ſic continua. Suprà dixit:
[Retribuet ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.] Sed ad hoc oportet me eſſe humilem: quia nullus alius eſt in conſpectu eius. *Iſa. vlt*. a. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?
o Quoniam tu populum humilem] qui ſanctus.
p Saluum facies.] *Matth*. 19. b. Sinite paruulos venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum. *Pſalm*. 137. Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. Semper enim oculus Dei ad humiles; ſed Diaboli ad ſublimes. *Iob* 41. d. Omne ſublime videt. *Baſilius*. Tantò eris apud Deum pretioſior, quantò fueris ante tuos oculos deſpectior. *Gregorius*. Dauid plus ſaltantem, quàm pugnantem ſtupeo: pugnando enim hoſtes occidit; ſaltando coram Deo ſeipſum vicit. Et nota, quòd tria ſunt, quæ radicatam nutriunt humilitatem, ſcilicet, aſſiduitas ſubiectionis, conſideratio propriæ fragilitatis, comparatio melioris. Si Lucifer primum habuiſſet, non de cœlo cecidiſſet: Si Adam ſecundum, eiectus de Paradiſo non fuiſſet: Si Antichriſtus tertium, non ſe Deo præferret. Nota, quòd, [Populum,] dicit ſingulariter, eo quod in bono eſt vnitas; De malis autem pluraliter dicit.
[Oculos ſuperborum] eo quòd in ipſis eſt diuiſio. Item de bonis dicit [humilem,] & ſic innuit habitum humilitatis.
[Oculos ſuperborum] vt ſic innuat actum eorum. *Prouerb*. 29. b. Superbum ſequitur humilitas. [Saluum facies.] Hic dicit duo, ad ſignificandum, quòd ſalus erit à duobus, ſcilicet, à gratia, & à libero arbitrio. Sed quoniam malum tantùm ab homine eſt, ideò ſub vno verbo dicit: [Humiliabis oculos] dicit, quia ibi eſt ſignum ſuperbiæ

perbiæ. *Gregor.* Nisi superbia per oculos, quasi per quasdam fenestras, se demonstraret, nunquam dixisset Dauid: Oculos superborum humiliabis. Item nota, quod totaliter dicit [Populum humilem saluum facies] & secundum partem corporis dicit [oculos superborum humiliabis.] Vt significet, quòd malos punit citra cōdignum, & bonos remunerat vltra meritum. *Rom.* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Quoniam *a* tu illuminas *b* lucernam meam, Domine: *c* Deus meus, illumina tenebras meas. Quoniam in *d* te † eripiar à *e* tentatione: & in *f* Deo meo transgrediar murum. *g* Deus meus, † impolluta via eius; *h* eloquia Domini *i* igne examinata; *k* protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis *l* Deus præter Dnm, aut quis Deus, præter Deum

al. † eruar.

a Quoniam tu illuminas; Supra affirmauit Christus, vel Ecclesia pro quibusdam suis membris beneficia Dei, *ibi.* Cum sancto sanctus eris. Hic autem pro aliis infirmioribus orat, dicens: [Quoniam tu illuminas] per fidem, & gratiam.

O *b* Domine, lucernam meam] id est, Prælatos. *Exod.* 25. d. Facies lucernas septem, & pones super candelabrum, &c. Candelabrum significat Ecclesiam, super quam debent poni septem lucernæ, id est, vniuersitas Prælatorum bonorum. *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. Quoniam, inquam, ita facis Prælatis bonis, etiam vsque ad subditos extende beneficium. Hoc est.

c illumina] O [Deus meus tenebras meas] id est, subditos. Sicut enim subditi respectu Prælatorum grex vocantur, & Prælati pastores. Ita vocantur tenebræ respectu Prælatorum, & Prælati vocantur lux: quia. aliis debent supereminere in vita, scientia, & gratia. *Matth.* 6. c. Si lumen, quod in te est, tenebræ sint: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et debent vitam in se aliis ostendere, scientiam Dei ex se eos docere, gratiam à Deo eis impetrare. De primo dicit Dominus Apostolis, & Prælatis. *Matth.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c. De secundo *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam; & legem requirent ex ore eius. De tertio in *Psal.* 71. Suscipiant montes, id est Prælati, pacem populo. Et *Psalm.* 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius. Et hoc est, quod petit hic: [Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine] id est, Prælatos, & Prædicatores per gratiam [Deus meus, illumina tenebras meas] id est, subditos, vt dictum est. Vel [tenebras] vocat, non tantùm subditos, sed peccatores, quos dicit Christus, vel Ecclesia esse suos, quia sui sunt per prædestinationem. Quidam enim sunt de Ecclesia prædestinatione, & re, sicut simpliciter boni. Quidam prædestinatione, & non re, vt mali, & tamen futuri boni. Alij re, & non prædestinatione, vt boni, qui sunt futuri mali finaliter. Alij nec re, nec prædestinatione, sed tantum numero, sicut simpliciter mali. De his ergo, qui sunt mali futuri, aut boni; dicit [Illumina tenebras meas, quoniam tu illuminas lucernam meam] id est, iustos. *Iob.* 12. a. Deridetur Iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Vel [Lucerna:] est ratio illuminata à gratia, sicut lucerna à luce. Tenebræ, sensualitas, quæ tunc illuminatur, quando seruit rationi. *Ps.* 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Vel: Lucerna:] cognitio, tenebræ ignorantia. *Genes.* 1. a. Tenebræ erant super faciem abyssi, id est, super corda hominum. *Isa.* 58. c. Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ erunt, sicut meridies. Vel: [Lucerna:] Christus. *Isa.* 62. a. Saluator eius, vt lampas accendatur. Lucerna enim est lux in testa. Et ipse lucem suæ Diuinitatis posuit in testa nostræ mortalitatis. *Luc.* 15. b. Mulier, id est, sapientia diuina, accendit lucernam, & quæsiuit drachmam, quæ perierat. Vel: [Lucerna:] synderesis. *Iob* 29. a. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos; secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Vel, [Lucerna:] id est sacra Scriptura. *Psal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. *Sophon.* 1. c. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Item: [Lucerna:] dicitur charitas. *Prouerbiorum vltim.* c. Non extinguetur in nocte tribulationis, lucerna eius, id est, charitas: secundum quod dicitur, *Canticorum vltim.* c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Item: Lucerna:] dicuntur bona opera. *Luc.* 12. c. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Prælati debent aliis supereminere in vita, gratia, & scientia.

Nota de prædestinatione.

d Quoniam in te eripiar:] Quasi ideò rogo, vt illumines: [Quoniam] si [illuminas, in te,] id est, per te.

e Eripiar à tentatione.] *Psal.* 90. Ipse liberauit me de laqueo venantium. Vel [in te] scilicet, existens. *Iob.* 17. a. Libera me, Domine, & pone me iuxta te; & cuiusuis manus pugnet contra me.

f Et in Deo meo] non in me, [transgrediar murum,] id est, congeriem, & duritiam peccatorum. Per mutationem personæ, notantur duæ naturæ in Christo. Murus autem dicitur peccatum; Quia sicut murus separat nos, ne videamus, vel intremus ad id, quod est vltra murum; sic peccatum separat nos à Deo, ne videamus eum, vel ne intremus ad eum. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum. De hoc muro. *Ezech.* 4. a. Sume sartaginem ferream, & pone eam murum ferreum inter te, & ciuitatem, & obseruabis faciem tuam ad eam. Iste autem murus fit ex luto luxuriæ, & latere auaritiæ, & palea inanis gloriæ, & cæmento amoris mundi, & lapidibus auaritiæ. Fundamentum est timor satisfaciendi, qui sustinet totum murum. Latitudo est perseuerantia in peccato. Altitudo præsumptio.

Murus dicitur peccatum.

g Deus meus, &c.] Hic commendat Dominum, primò à munditia vitæ suæ: Et per hoc continuatur præcedenti. Quia verè in eo transitur murus pollutus vitiorum, qui impollutam viam tenet.

al. † immaculata.

De multiplici via Dei.

Nota ergo, quod est.

- Via Dei, qua venit in nos, scilicet fides. De qua via *Iob.* 31. a. Si declinauit gressus meus de via. Hæc est impolluta, quia pollutos mundat. *Act.* 15. b. Fide purificans corda eorum.
- Via alia qua venit in mundum, scilicet B. Virgo. *Psal.* 76. In mari via tua, id est, Beata virgine. Maria enim amarum mare interpretatur. Hæc est impolluta, quia peccatum non fecit. Vnde *Prou.* 30. c. Via colubri, scilicet peccati, vel Diaboli, non inuenitur super petram, id est, super Mariam, quæ petra dicitur. *Isa.* 16. a. Emitte agnum, Domine Dominatorem terræ de petra deserti, &c. id est, Christum de B. Virgine. De his duobus, de via, scilicet, & quòd impolluta sit, *Isa.* 35. c. Via sancta vocabitur: & non transibit pollutus per eam, id est Diabolus, qui transit super peccatores. *Iob* 19. b. Fecerunt sibi viam per me. *Isa.* 51. g. Incuruare, vt transeamus, dicunt Dæmones.
- Via, qua venimus ad Deum, id est, charitas, 1. *Corinth.* 12. d. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Hæc est immaculata; quia omnia suffert, vt ibi dicitur 1. *Cor.* 13. d.
- Via, per quam itur ad eum, scilicet, sacra Scriptura. *Matth.* 2. b. Intrantes domum, scilicet, sacram Scripturam, inuenerunt puerum, id est, Christum. *Psalm.* 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. Et sic est impolluta: Et etiam quia mundat. *Ioan.* 15. a. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

Secundò commendat Dominum à sapientia, subdens: *h* Eloquia Domini] Christi sunt.

i Igne] Spiritus sancti [examinata,] vel [igne] tribulationis. *Psalm.* 91. Benè patientes erunt, vt annuncient.

Tertiò, commendat eum à liberalitate protegendi, dicens: *k* Protector est omnium sperantium in se.] Nullus enim excipitur à protectione eius, nisi qui sperare negligit. *Eccl.* 2. b. Nullus sperauit in Domino, & confusus est.

Quartò commendat eum in prærogatiua, quòd nullus ei est similis. Et est hoc probatio præcedentis, quasi dicat, benè potest protegere, cùm sit Deus, & Dominus.

l Quoniam quis] est [Deus præter Dominum?] quasi dicat, nullus Deus dicit essentiam secundum se: Dominus, secundum quod aliquid ei subest. *Isa.* 42. b. Ego sum Dominus, hoc est nomen meum. *Deut.* 6. a. Audi, Israël: Dominus Deus tuus vnus est.

m Aut quis Deus, præter Deum nostrum?] Qui noster est pietate, & cultura, & vnione naturæ, & carnis assumptione, & redemptione. Nec solum protegit, sed facit eos pugnare, & vincere, qui sperant in illum. Vnde de hoc subiungens; enumerat plura, quæ necessaria sunt pugnanti. Primum est, vt armetur, de quo dicit:

Plura necessaria pugnanti.

nostrum. *a* Deus, qui præcinxit me *b* virtute: & *c* posuit immaculatam viam meam. *d* Qui perfecit pedes meos, tanquam † ceruorum: & *e* super excelsa *f* statuens me. *g* Qui docet manus meas ad prælium: & *h* posuisti, vt arcum æreum, brachia mea. Et *i* dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & *k* dextera tua suscepit me.

Et *l* disciplina tua † *m* cor-

al. † cerui.

a Deus qui præcinxit me,] id est, armauit. Versus.

Cin, agit, ac pugnat, suc, currit, præque ministrat.

Cingimur enim simpliciter, accingimur pugnaturi, succingimur ituri, præcingimur ministraturi.

b Virtute] id est, fortitudine ad pugnandum. Sed secundum quod diximus, videtur, quòd meliùs deberet dicere accinxit, vel etiam succinxit, quam [præcinxit] cùm pugnatur. accingi dicantur Sol. Hoc dixit duabus de causis: id est [præcinxit.] Prima est, vt in hac pugna nos reputemus ministros. Secunda est, vt notetur, quod nos debemus arma, id est, virtutes, quibus pugnamus, à terra leuare, sicut ministrans leuat vestes, & restringit quando se præcingit; vt scilicet, propter Deum, non propter temporalia fiant: vt sic simul concurrant charitas & humilitas. Hæ sunt duæ ancillæ Esther. De quibus dicitur *Esther* 15. b. Cùm fulgeret Esther, id est, anima iusta, regio habitu, id est, vestimentis virtutum, assumpsit duas famulas: & super vnam innitebatur, per quam significatur charitas; altera autem defluentia in humum vestimenta sustentabat, hæc est humilitas. Nec dicit, qua virtute præcinxit eum Deus, sed simpliciter [virtute] per hoc innuens, quòd qui habet vnam, habet omnes. *Prouerbior. vltim.* c. Accinxit fortitudine lumbos suos. Secundum quod necessarium est pugnanti, vt non sit in lubrico, siue in luto. De quo subiungit.

c Et posuit immaculatam viam meam] scilicet, charitatem, qua ad ipsum vado, sicut dicit *Gloss.* Sed contra. Immò potiùs, qua ipse venit ad nos, secundum illud *Ioann.* 14. c. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. Solutio. Nos ad ipsum veniemus per charitatem: & ipse occurrit nobis [Immaculatam.] De contrario dicitur *Ierem.* 39. f. Viri pacifici tui demerserunt in cœno & lubrico pedes tuos. Tertiò necessarium est ei, quòd sit velox, & leuis. Vnde subdit.

d Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum] id est, affectus meos, vt transiliant omnia, quæ sunt mundi. Cerui enim transiliunt lutosa, spinosa, & foueas: per quæ tria illa, quæ sunt in mundo, designantur. De quibus 1. *Ioann.* 2. c. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est: Ecce lutum. Et concupiscentia oculorum: Ecce spinæ, testante Domino *Matth.* 13. c. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit: & sollicitudo sæculi huius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.] Et superbia vitæ: Ecce fouea. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. *Luc.* 14. c. Exemplum de illo, qui eleuatur in pala, vt profundiùs deiiciatur in fouea plena immunditiis. Simile *Abacuch* 3. d. Ponet pedes meos, quasi ceruorum. Quartò necessarium est, vt habeat bonum equum. De quo subdit.

e Et super excelsa] id est, cœlestia.

f Statuens me] *Phil.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est. Per [statuens] notatur stabilitas, quæ est in excelsis. *Iacob.* 1. c. Apud quem non est transmutatio. Et quòd ibi stabiliter maneamus, si volumus pugnare; quia ex quo miles cadit de equo, citò superatur. Vnde bonus miles fortiter debet tenere pedes in strepis: pedem dextrum, scilicet, affectum; & sinistrum scilicet, intellectum; vt sicut cantatur de Confessoribus, cogitatione; ecce pes sinister, & auiditate; ecce pes dexter, in illa æterna patria conuersetur. Quintum, est ars pugnandi. Vnde addit.

g Qui docet manus meas ad prælium] contra tres hostes [manus] id est, opera; non solùm linguam, sicut quidam, de quibus in *Psalm.* 58. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quasi non in manibus; quoniam quis audiuit, scilicet, quòd pugnaturus teneret gladium in ore, & non in manu? quasi dicat, ridiculum est. Vnde sequitur. Et tu Domine, deridebis eos, &c. [Docet manus meas] per suas. *Isa.* 49. d. In manibus depinxi te. 1. *Petr.* 4. a. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Sextum est infatigabilitas. Vnde sequitur.

h Et posuisti vt arcum æreum brachia mea] id est, infatigabilem fortitudinem meam: Et est similitudo de re, quæ non est: quia si esset arcus æreus, fortissimus esset. Arcus æreus in bonis, debet esse patientia. *Prouerbior.* 19. c. Qui impatiens est, sustinebit damnum. *Ierem.* 1. d. Ego dedi te in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram. Septimum est scutum, de quo ait.

i Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ,] id est, memoriam Dominicæ Passionis, vt recogitem quomodo operatus es salutem in medio terræ. Et hæc protegit à tentatione omni. *Psalm.* 73. *Thren.* 3. g. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Vel [Protectionem] quia ipse pro nobis ictus recepit. *Isaia* 53. b. Disciplina pacis nostræ super eum. Et dicit [protectionem salutis,] quia & protexit nos ab ira Dei, & sanauit à peccato. Et eius memoria protegit ab imminente tentatione, & sanat à iam facto vulnere. Sicut significatum fuit *Numer.* 21. c. quòd percussi à serpentibus respiciebant serpentem æneum in palo, & sanabantur. Et dicit [Salutis tuæ,] quia ipse eam fecit. *Luc.* 1. g. Fecit redemptionem plebis suæ. Octauò, necesse est ei, vt habeat defensorem, sicut milites habent armigeros suos, qui eos quandoque, cùm fessi sunt, extrahunt de acie, vt refocillentur. Et propter hoc dicit.

k Et dextera tua suscepit me.] Dextera, id est, diuina consolatio. *Cant.* 8. a. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos. Hæc est armiger noster, qui portat arma illa, de quibus dicit *Ieronymus.* Cinis & cilicium, arma sunt pœnitentium. 1. *Cor.* 1. a. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Non necessarium est ei, vt recogitet coronam, quam habebit, si vincat. Vnde dicit.

l Et disciplina tua] id est, eruditio per molestias & tentationes.

m Correxit me in finem] id est, vt quicquid ago, vel patior: dirigam ad Christum, qui est finis noster, & corona & præmium. *al.* † direxit. *Rom.* 10. a. Finis legis Christus. 1. *Corinth.* 9. d. Nescitis, quòd hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt; sed vnus accipit brauium. Est autem duplex disciplina. *Duplex disciplina.* Vna, quæ fit verberibus, & tribulationibus, quæ dicitur παιδεία, pædia. Alia, quæ fit verbis, & doctrina, quæ dicitur ἐπιστήμη, Episteme. Vnde versus.

Pædia verberibus castigat, Episteme verbis.

De prima ergo dicit primò [Disciplina tua correxit me] in præterita conuersione, id est, direxit [In finem] vt dictum est; quod præcipuè fit per tribulationem, vbi non ita citò eleuatur cor, nec conuertitur ad vanitatem. *Osea* 2. b. Ego sepiam vias tuas spinis. *Augustin. in libro Prosperi.* Custodit nos Dominus ab omni malo, non vt nihil patiamur aduersi, sed vt ipsis aduersitatibus anima non lædatur. Cùm enim adest tentatio, fit quidam in id, quod nos impugnat, introitus; sed cum bono fine, id est, sine vulnere animæ tentatio consummatur, ad æternam requiem de profundo temporalis laboris exitur. Vel [Correxit me

Allegoricè.

a Deus, qui &c.] Potest autem primò legi in persona Christi [Deus qui præcinxit me virtute] ad benè operandum. *Luc. vlt.* c. Qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone.

c Et posuit immaculatam viam meam] scilicet, præsentis vitæ. *Isa.* 13. c. Eo quòd iniquitatem non fecerit, &c.

d Quia perfecit pedes meos, tanquam ceruorum] quia sicut ceruus transilit spineta; ita Christus spinas vitiorum. *Cant.* 2. b. Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles.

e Et super excelsa statuens me] ad dexteram suam collocando, & super creaturas exaltando.

g Qui docet manus meas ad prælium] contra Diabolum, vt eum vincerem. Secundum quod dicit *B. Bernard.* non manu armata, sed cruci affixa; non equo residens, sed in cruce pendens.

h Et posuisti vt arcum æreum brachia mea [id est, Apostolos & Martyres, per quos operatus est Christus. *i* Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ] in Passione. *k* Et dextera tua suscepit me] in resurrectione. *l* Et disciplina tua correxit me in finem]

& disciplina

e rexit me in finem, id est, vt citiùs currerem in finem: Deum. *Gregor.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. De secunda addit.

a Et disciplina tua, quæ fit per doctrinam, & per præcepta.

b Ipsa me docebit, in futura perseuerantia. Decimò necessarium est pugnanti, quòd habeat latum spatium ad pugnandum: De quo dicit.

rexit me in finem: & *a* disciplina tua *b* ipsa me docebit. *c* Dilatasti gressus meos † subtus me: *d* & non sunt infirmata vestigia mea. *e* Persequar *f* inimicos meos, & *g* comprehendam illos: *h* & non conuertar, *i* donec deficiant. Confringam *k* illos, nec *l* poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Et præcinxisti *m* me virtute ad bel-

c Dilatasti gressus meos subtus me.] Gressus, id est, affectiones. Subtus me, id est, in his, quæ sunt subtus, scilicet, in temporalibus; vt non habeam cor strictum per auaritiam, vel iram, vel huiusmodi. Hæc autem dilatatio fit per tria principaliter. Per largitionem eleemosynarum. *Prouerb.* 18. c. Donum hominis dilatat viam eius, & ante Principes spatium ei facit. Item per delectationes spirituales, quas Dominus immittit in tribulatione. *Psal.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Tertium est per pœnitentiam. *Prou.* 4. b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. Item [dilatasti gressus meos] id est, affectus meos. [Subtus me] id est, vt sint subditi mihi. *Gen.* 4. b. Sub te erit appetitus eius. Vndecimò necessarium est pugnanti, quod benè teneat se super pedes suos. Vnde addit,

Al. † subter.

21. q. 4. cap. si Ecclesia.

Triplex dilatatio.

g Et non sunt infirmata vestigia mea] sed sunt fortia & stabilia. *Ezech.* 2. a. Fili hominis, sta super pedes tuos. Pedes, siue gressus, vt dictum est, sunt affectiones: Vestigia autem, quæ relinquuntur ex pedibus, vel gressibus, quasi signa, sunt opera. *Gregor.* Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Qui benè vult pugnare contra Diabolum, oportet, vt hæc vestigia non infirmentur. Vnde dicit *Ieronym.* Semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum; quia ipse intrauit in domum suam, quia inuenit eam vacantem, licet mundana, & ornata esset. *Matth.* 12. d. Ideò dicitur de muliere forti, *Prouerb. vlt.* c. Manum suam misit ad fortia. *Iosue* 14. c. dicit Caleph: Hodie octoginta quinque annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum, illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum, quàm ad gradiendum. Ecce: [Non sunt infirmata vestigia eius.] Hoc non possunt dicere illi, qui statim fessi sunt de pœnitentia, vel de religione, quam assumpserant: De quibus *Naum vlt.* c. Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cum grossis suis, quæ si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.

Allegoricè. A *a* & disciplina tua ipsa me docebit.] Christus non fuit correctus in aliquo; sed speciem correcti habuit.

c Dilatasti gressus meos subtus me, id est, opera.

d Et non sunt infirmata vestigia mea] id est, signa operum, quæ ostendi, & reliqui aliis.

Mysticè. *e* Persequar, &c.] Enumeratis omnibus, quæ necessaria sunt pugnaturo, dicit Propheta in persona viri iusti se fortiter pugnaturum. Dicit ergo: [Persequar] id est, perfectè sequar.

f Inimicos meos] Dæmones, mundum, carnales affectus. De quibus *Eccl.* 18. d. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.

g Et comprehendam illos] non illi me.

h Et non conuertar] sed perseuerabo.

i Donec deficiant.] Hoc autem non est ante mortem: Vnde perseuerandum est vsque ad mortem. Vnde versus.

Pax erit hæc nobis semper, dum vita manebit:
Cum pecore infirmo, quæ solet esse lupis.

1. Corinth. 9. d. Sic currite, vt comprehendatis. *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, &c. Vel.

Aliter. *e* Persequar inimicos meos] scilicet, primos motus, vel peccata, perscrutando eos, & ad iudicium confessionis trahendo, & ad ignem pœnitentiæ pertrahendo. Vnde *1. Machab.* 3. a. dicitur de Iuda, quòd persecutus est inimicos perscrutans eos: & qui conturbabant populum suum, eos succendit igni. Ecce illa tria, quæ sunt in pœnitentia. Per Iudam enim, qui interpretatur confitens, significatur, & exprimitur confessio: In perscrutatione significatur contritio. *Isa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. In igne autem significatur pœnitentia. *Psalm.* 65. Transiuimus per ignem pœnitentiæ, & aquam Baptismi, &c.

g Et comprehendam illos.] primos motus ligando, & tenendo eos, ne progrediantur in actum. *Iosue* 10. d. Voluite saxa ingentia ad os speluncæ; & ponite viros industrios, qui clausos custodiant: Vos autem nolite stare; sed persequimini hostes, &c. Illi quinque Reges, qui erant in spelunca, significant motus, qui egrediuntur à quinque sensibus, manentes in corde hominis, quasi in spelunca. Quibus superponenda sunt saxa, id est, duritia pœnitentiæ: Et viri industrij, id est, iudicis rationis, ne possint exire ad actum. *Prouerbior.* 20. b. Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quod autem sequitur: Vos autem nolite stare; sed persequimini, &c. idem est ei, quod dicitur hic.

h Et non conuertar, donec deficiant.] Quia si conuertar, ego ipse deficiam: quia paruus fons, si non obturetur, crescit paulatim in fluuium magnum: Et parua scintilla magnam domum incendit. *Iacob.* 3. b. Ecce quantus ignis, quàm magnam syluam incendit. *Ecclesiast.* 11. d. A scintilla vna augetur ignis. Sed quæritur, quomodo dicat Iustus: [Persequar, &c.] cùm inimicus dicat idem, *Exod.* 15. b. Dixit inimicus: Persequar & comprehendam: diuidam spolia: implebitur anima mea: euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea. Sed hoc est, quia semper contrarietas est inter impium & hominem iustum. *Prouerbiorum* 29. d. Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos, qui in via recta sunt. Persequitur ergo malè inimicus, cùm homo delectatur: Comprehendit, cùm homo consentit: Diuidit spolia, cùm per manifestum actum diuidit hominem à Deo: Anima eius impletur, cùm homo assuefacit: Euaginat gladium, cùm vsque in finem continuat, & peccatum omnibus manifestat: vt per exemplum illius alios capiat. Vnde & Anon filius Naas, seruis Dauid rasit dimidiam partem barbæ, & vestes eorum præscidit vsque ad nates. *2. Reg.* 10. a. Manus eius interficit, cùm morti æternæ tradit: Quod propriè est opus suum: vnde dicit, manus mea.

k Confringam illos.] Bene dico, quòd [non conuertar, &c. Sed quomodo deficient? Ecce, [confringam illos] primos motus, & peccata minutatim confitendo, non in quodam inuolucro. *Osee* 10. d. Arabit Iudas, id est, confitentes, terram, cordis sui, id est, peccata ordinatè euertet, & etiam singula peccata adhuc subdiuidet minutatim: Hoc est, confringet sibi sulcos Iacob. Propter hoc dicitur *Matth.* 12. d. Inuenit domum cordis scopis mundatam: Scopâ autem non mundantur nisi minuti pulueres; grossa verò cum palâ eiiciuntur. Confringuntur autem ad lapidem, id est, ad memoriam Dominicæ Passionis. *Psalm.* 136. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, id est, Christum. Sic ergo confracti.

l Nec poterunt stare,] sed [cadent subtus pedes meos.] *Genes.* 4. b. Sub te erit appetitus eius; & tu dominaberis illius. Versus.

Si ratio subiecta Deo, si mens rationi:
Si menti caro subdita, viuit homo.

Vel de Diabolo, & aliis inimicis legitur: Confringam illos, id est, totaliter frangam; cum enim magno impetu in hominem irruunt, & ipse viriliter se opponit, quasi confringuntur; sicut homo, qui irrueret in murum. Nec poterunt stare, sed cadent subtus pedes meos. *Malach.* 4. a. Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. *Luc.* 10. c. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. *Genes.* 3. c. Ipsa conteret caput tuum. *Aliter.*

m Et præcinxisti me,] quasi dicat, hæc omnia mihi erunt, quia tu præcinxisti me virtute. Istud suprà habitum est & expositum. Et bis ponitur hoc, quia oportet bis præcingi, & in principio, & in fine. Finem enim significat hic, cùm dicit: Ad bellum, quod suprà non dixit. Et cùm homo totum bellum credit se perfecisse; tunc incipit ei bellum superbiæ, siue inanis gloriæ. Vnde versus.

Cùm benè pugnaris, cùm cuncta subacta putaris:
Quæ magis infestat, vincenda superbia restat:
Dum poteris vinci, &c.

Propter hoc dicit *Gregorius.* Valdè cauendum est vitium, quod de victoria surgit vitiorum. Hoc autem

benè significatum est *Gen.* 3. c. vbi cùm dixisset Dominus ad serpentem, Ipsa conteret caput tuum: Statim adiunxit, Et tu insidiaberis calcaneo eius. Quod ibi exponit *Greg.* sic. Caput serpentis conterere, est vitia suggestionis manu sollicitæ considerationis à cordis aditu extirpare? qui cùm ab initio deprehenditur, percutere calcaneum molitur: quia qui prima tétatione non percutit, decipere in finem tendit. Et *Aug.* Alia quæcunque iniquitas in malis operibus exercet, vt fiant; superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Vnde benè dicitur hic: [Præcinxisti me virtute] scilicet, humilitate, quæ antonomasticè virtus dicitur, sicut superbia maximum peccatú. *Psalm.* 18. Emundabor à delicto maximo, id est, à superbia. Et quia homo prædicta non posset facere per gratiam sibi datam, nisi Deus cooperaretur illi gratiæ, secundum illud *Rom.* 9. d. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis: Ideò subdit.

Al. † odio habentes.

al. † Erues.

'um: & *a* supplantasti *b* insurgentes in me *c* subtus me. Et *d* inimicos meos *e* dedisti mihi dorsum: *f* & † odientes *g* me disperdidisti. *h* Clamauerunt, *i* nec erat, *k* qui saluos faceret: *l* ad Dominum, nec exaudiuit eos. Et *m* comminuam eos, vt *n* puluerem ante faciem venti: vt *o* lutum plateatum *p* delebo eos. † *q* Eripies me *r* de contradictionibus populi: *s* constitues me in caput *t* Gentium. *u* Populus, *x* quem non cognoui, *y* seruiuit mihi? in *z* auditu auris obediuit

a Et supplantasti] quadam pia, & vtili fraude. [Supplantasti] tu, non ego.

b Insurgentes in me] id est, contra me.

c Subtus.] *Rom. vlt.* c. Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter.

d Et inimicos meos] prauos motus.

e Dedisti mihi dorsum] ne coram oculis meis veniant ad delectandum. *Isa.* 38. d. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Vel aliter, & loquitur Propheta in persona Christi. *d.* Et inimicos meos] Iudæos.

Allegoricè de Christo.

e Dedisti mihi dorsum] vt conuersi pro parte sequerentur me: vt patet in Paulo, qui de persecutore factus est Discipulus: Et de multis aliis. *Isa.* 60. c. Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi.

Act. 9.

f Et odientes me] id est, in odio perseuerantes, qui noluerunt conuerti.

De pœnis Iudæorum.

g Disperdidisti] per vniuersum mundum. Et enumerat hic plures pœnas, quas intulit Dominus Iudæis, qui noluerunt conuerti. Prima est dispersio. *Ezech.* 6. c. Relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in Gentibus, cùm dispersero vos in terras. *Isa.* 1. c. Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Secunda pœna est, quia non fuit eis auxilium, nec à Deo, nec ab alio. Vnde dicit.

h Clamauerunt] ad Deos, quos coluerunt.

i Nec erat] ex Diis falsis.

k Qui saluos faceret] clamantes. Nec mirum, quia solus Christus Saluator est. *Act.* 4. c. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. *Ierem.* 2. f. Vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in die afflictionis tuæ. Et non inuenientes auxilium in Diis suis, postea [clamauerunt.]

l Ad Dominum, nec exaudiuit eos] *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Et subiungit causam. Manus enim vestræ plenæ sunt sanguine. De quo dixistis, *Matth.* 27. b. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. *Prouerb.* 1. d. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Tertia pœna est, quia eos dispersos atteret: de quo addit.

m Et comminuam eos] id est, diuersis pœnis afficiam.

n Vt puluerem ante faciem venti] qui semper à vento mouetur & spargitur. *Ezech.* 5. c. Ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. Et pòst subdit: Euaginabo gladium meum post eos. Quarta pœna est vilificatio eorum: De qua dicit.

o Vt lutum platearum] quod ab omnibus conculcatur.

p Delebo eos.] *Isa.* 10. b. Mandabo illi, scilicet, Sennacherib, vt auferat spolia, & diuidat prædam, & ponat illum, scilicet, populum Iudæorum, in conculcationem, quasi lutum platearum. Potest etiam legi de quolibet peccatore, quod dicit

m Comminuam eos] id est, peccatores, quos Dominus comminuit, quando auferendo virtutes gratuitas, etiam naturales minuit, id est, minui permittit. Quia vt dicit *Augustin.* omne, quod corrumpitur, aliquo bono minuitur.

Moraliter de quolibet peccatore.

n Vt puluerem ante faciem venti.] Ventus hic dicitur inanis gloria, vel quæcunque tentatio: Facies verò præsentia. [Vt puluerem.] Nota, quòd in puluere est ariditas, sterilitas, instabilitas. Similiter & in talibus hominibus est ariditas in terrenis concupiscentiis. *Gen.* 1. a. Congregentur aquæ, & appareat arida. Sic erit in die iudicij: quia congregatis bonis, apparebunt homines terreni. Sunt etiam steriles, & ideò maledicti. *Exod.* 23. d. Maledicta sterilis, quæ non parit, scilicet, quæ non facit fructum boni operis. Sunt etiam instabiles duplicitate intentionis. *Iacob.* 1. b. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Duplex est, qui simul vult habere Deum & mundum. *Threnor.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem; propterea instabilis facta est. *Gregor.* Quid pulueris nomine, nisi peccatorum inconstantia designatur: qui nullo rationis pondere solidati, cuiuslibet tentationis statu rapiuntur?

Quæ sunt in puluere, similiter sunt in peccatoribus.

o Vt lutum.] In luto est fœditas & vilitas; sic in peccato est fœditas: & ideò dicitur stercus; *Luc.* 13. b. Dimitte illam hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, &c. Mittere stercora, est anteacta peccata ad memoriam reducere. *Eccl.* 9. b. Omnis mulier fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Item vilitas est in peccato. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas!

p Platearum.] Platea est via lata luxuriæ; lutum verò opus est. Lutum semper paulatim propellitur, quousque ad aquam currentem perueniatur, & inde ad mare defertur: Sic opus luxuriæ quousque ad motum continuum, & æternum ignem Inferni perueniat. *Isa.* 17. d. Et rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate in tempore vespere, & ecce turbatio, in matutino, & non subsistet. *Iob* 13. b. Redigentur in lutum ceruices vestræ.

q Eripies me.] Post pœnas Iudæorum, agit de triumpho Christi, qui consistit in duobus. Primo in Resurrectione & Ascensione. Vnde dicit: [Eripies me] dicit Christus ô Pater.

Allegoricè de Christo.

r De contradictionibus populi, scilicet, Iudæorum. Qui dicuntur populus, eo quòd hoc ipsum, populus, suo nomine determinat rationale; sed genus non. Iste populus contradixit ei in doctrina veritatis. *Ioan.* 9. f. Maledixerunt ei, scilicet, cæco, & dixerunt: tu Discipulus eius sis. *Aug.* Veniat super me ista maledictio. Contradixerunt, in signo & opere. *Matth.* 12. b. in Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Et sic in veritate, quantum ad doctrinam, & virtute, quantum ad operationem. Contradixerunt etiam ei in potestate. *Ioann.* 19. c. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Et sic contradixerunt toti Trinitati, scilicet, Potentiæ, Sapientiæ, Bonitati. De his tribus contradictionibus loquitur hic. Et *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. De his contradictionibus eripuit eum Deus Pater in Resurrectione & Ascensione. Secundò consistit triumphus Christi in adeptione regni in Gentibus. Vnde subdit.

s Constitues me in caput [id est, vt sim caput.

t Gentium Ecclesiæ de Gentibus. *Ephes.* 1. d. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Per [constitues] propter compositionem, notatur etiam conuersio Iudæorum in fine. Et in hoc etiam vnio duarum naturarum in Christo. *Ephes.* 4. d. Caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum. Compactum, quo ad vnitatem fidei: Connexum, quo ad glutinum charitatis. Postea commendat ipsos Gentiles in duobus. Primò in gratuito seruitio.

u Populus] scil. Gentilis, qui modò benè dicitur populus, quia vtitur ratione, & subest legi Euangelicæ.

x Quem non cognoui] id est, quem me non cognoscere feci. Simile *Genes.* 22. c. Nunc cognoui, quoniam timeas Deum. Vel [Quem non cognoui] id est, ad quem non sum missus. *Matth.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël.

y Seruiuit mihi.] *Isa.* 1. a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, &c. Per quos intelliguntur Gentiles. *Soph. vlt.* b. Reddam populis labium electum, & vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. *Psal.* 71. Omnes Gentes seruient ei. Secundò commendat eos à facilitate credendi, cùm subdit.

z In auditu auris obediuit mihi.] Vnde potest dici Iudæis

illud

illud *Matth.* 11. c. Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent, *Isa.* 52. d. Iste, scilicet, Christus, asperget Gentes multas, rore, scilicet gratiæ: super ipsum continebunt Gentes os suum: quia quibus non est narratum de eo, videbunt, scilicet, per fidem. Econtrà Propheta, immò Christus vituperat Iudæos in infidelitate permanentes. Primò, quia Deum blasphemauerunt, cùm dicit. *a* Filij.] O Iudæi, facti [alieni,] quia vt dicitur *Exod.* 4. f. Primogenitus meus Israël. Sed tamen alieni. *Isa.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me.

Al. † *inueterauerunt.*

mihi. Filij *a* alieni *b* mentiti sunt mihi: filij *c* alieni † *d* inueterati sunt, & *e* claudicauerunt à semitis suis. *f* Viuit Dominus & *g* benedictus Deus meus: & *h* exaltabitur *i* Deus salutis meæ. *k* Deus, qui das vindictas mihi, & *l* subdis populos sub me; *m* liberator meus *n* de inimicis meis *o* iracundis. Et *p* ab insurgentibus in *q* me *r* exaltabis me

b Mentiti sunt mihi] id est, contra me blasphemantes. *Ioann.* 8. g. Nunc cognouimus, quia Dæmonium habes. Vel, [Mihi] cum pondere, quasi non qualicunque: sed mihi veritati. Et nota, quòd suprà de conuersis, & bonis singulariter dixit, populus; hic autem de peruersis dicit pluraliter, filij; quia vnitas est ad gratiam; sed diuisio ad malum. Et benè dicuntur [filij alieni,] quia alieni, i. Diaboli, sunt facti filij, *Ioann.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis. Et ideò [mentiti,] quia filij eius, qui mendax est, vt ibi dicitur. Secundò, vituperat eos, quia in infidelitate perseuerarunt. Vnde dicit. *c* Filij alieni,] vt *suprà* d. Inueterati sunt in peccato & in infidelitate tua. *Baruch* 3. b. Quid est, Israël, quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena. Tertiò, quia nouum Testamentum non recipiunt. Vnde dicit.

e Et claudicauerunt à semitis suis] id est, à duobus Testamentis, nouum relinquentes, & vetus solum recipientes: & ita claudicant, quia in nouitate vitæ non ambulant. Hæc claudicatio figurata est *Genes.* 32. g. vbi dicitur, quòd post luctam cum Angelo claudicauit Iacob. Sic Iudæi luctantes cum Christo in eius Passione, claudi facti sunt. Ipsi etiam in veteri Testamento claudicant. Est enim ibi duplex pes, scilicet, pes literæ, & pes spiritus. Vtroque ambulamus nos; ipsi verò Iudæi vno tantùm, & ita claudicant. Vel [Claudicauerunt à semitis suis] i. semitæ suæ, quas sibi fecerunt, causa fuerunt, quare claudicauerunt, scilicet, traditiones suæ; *Matth.* 15. a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras.

a Filij alieni, &c.]

Moraliter de quolibet peccatore.

Moraliter potest exponi de quolibet peccatore, qui dicitur filius alienus, id est, alienatus à Deo. Filius est quilibet per fidem. *Ioann.* 1. a. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Sed filij alieni dicuntur, qui à fide recedunt; vel fidem, quam corde tenent, vel ore confitentur, opere non viuificant. Et propter hoc his dicitur hic, Filij alieni, propter alienationem illam, quæ est per infidelitatem. Vnde *Ioann.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis: Et propter eam, quæ est per operis peruersitatem. Vnde *ad Tit.* 1. d. Confitentur se nosse Deum; factis autem negant. De talibus ergo dicit [Filij alieni mentiti sunt mihi,] quia promiserant in Baptismo se de cætero fore filios Dei, & renunciauerunt Sathanæ & omnibus pompis eius: & modò se fecerunt filios Diaboli per peccatum.

d Inueterati sunt] per prauam consuetudinem, quæ indurat hominem in peccato. *Thren.* 3. a. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam: & contriuit omnia ossa mea. Sunt enim quidam, quasi pelles vetustæ, in quibus præ nimia vetustate & putredine non potest durare, nec tenere aliqua sutura pœnitentiæ. Contritio enim est, quasi acus pungens; filum verò, quod introducitur per hanc acum, & resarcit dissoluta, sunt vincula satisfactionis, quæ iniungitur à Sacerdote. Sed in illis, qui ita inueterati sunt per prauam consuetudinem, non potest tenere ista sutura.

e Et claudicauerunt à semitis suis] Claudicat, qui vult gaudere cum mundo, & regnare cum Christo; cùm nemo possit duobus Dominis seruire. *Matth.* 6. c. & *Luc.* 16. c. Vnde *Gregor.* Nemo potest simul habere Deum & mundum. Vnde Elias dicit 1. *Reg.* 18. d. Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum. Item claudicat, qui bonum facit mala intentione, vel malum bona intentione: sicut illa, quæ prostat, vt pascat patrem suum. Et hoc prohibetur *Deuter.* 7. a. Filiam tuam non dabis filio eius: nec filiam eius accipies filio tuo. Filia nostra, est bona intentio, quam non debemus dare filio Diaboli, id est, malo operi: nec filiam Diaboli, id est, malam intentionem debemus copulare filio nostro, id est, bono operi. Item.

Aliter. *De Clericis & Religiosis.* *Hebr.* 13. *c.*

a Filij, &c.] de Clericis, & Religiosis potest specialiter exponi, qui debent esse speciales filij Dei. *Exod.* 4. f. Primogenitus meus Israël. Et ideò specialiter filij, quia eius hæreditatem expectantes, non debent hic habere manentem ciuitatem. Vnde & Clerici in prima tonsura dicunt versum illum. *Psalm.* 15. Dominus pars hæreditatis meæ. Et Religiosi intrantes religionem omnia relinquunt. Vnde dixit Dominus ad Aaron, de se & de Leuitis, per quos Prælati & Clerici intelliguntur. *Num.* 18. e. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël. Sed quia tam Clericis, quàm Religiosis, vt in pluribus non sufficit, imò non sapit hæc pars, & hæreditas, quæ Deus est: sed eam vendunt, sicut Esau pro lentis edulio, id est, pro temporalibus diuitiis & delitiis. *Genes.* 25. d. Ideò non veri filij, sed filij alieni dicuntur: quia filij huius sæculi facti sunt ad hæreditatem huius sæculi festinantes, & de hæreditate cœlesti non curantes. Sed sicut dicitur *Prou.* 20. c. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Et in hoc.

b Mentiti sunt mihi] quia pactum, quod fecerunt Clerici recipiendo ordines: vel Religiosi in professione, & triplici voto, non tenuerunt. Sed dicitur *Ezech.* 17. e. Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet?

c Filij alieni inueterati sunt] quia ad veterem hominem redierunt.

e Et claudicauerunt à semitis suis] consiliorum, quæ debebant seruare. Sed potest modò eis dici illud, quod supra dictum est. *Psalm.* 13. Consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.

f Viuit Dominus: &c.] Quarta pars, vbi Ecclesia læta pro supradictis, munera Dei laudat. Et dicit [Viuit Dominus] Per naturam in se. *Ioann.* 5. e. Sicut Pater vitam habet in semetipso, & Filio dedit vitam habere in semetipso. Et per effectum in aliis. *Galat.* 2. d. Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus.

g Et benedictus Deus meus] id est, ore fidelium laudatus. Deus meus dicitur filius. *Isa.* 9. b. Filius datus est nobis. *Psalm.* 66. Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus.

h Et exaltetur] in corde laudantium. Et subdit causas, quare laudandus, & exaltandus est. Prima est, quia Saluator est: Vnde dicit.

i Deus salutis meæ] supple, Auctor, vel dator salutis, gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, *Psal.* 43. Tu es ipse Rex meus, & Deus meus: qui mandas salutes Iacob. *Psal.* 73. Operatus es salutem in medio terræ. Secunda est, quia facit vindictam de inimicis. Vnde addit.

k Deus, qui das mihi vindictas, *Deuteron.* 32. f. Sanguinem seruorum suorum vlciscetur, *Eccl.* 28. a. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam. Duo retinuit sibi Dominus, gloriam & vindictam. *Isa.* 42. b. Gloriam meam alteri non dabo. *Roman.* 12. d. Mihi vindictam: & ego retribuam. *Deuteron.* 32. c. Mea est vltio. Tertia, quia eos suppeditat.

l Et subdis populos sub me.] Dicit autem bis [sub] quia duplex est subiectio, scilicet, corporum & cordium. Vel operationis & voluntatis, secundum illud, *Ephes.* 6. a. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes; sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate seruientes, sicut Domino & non hominibus. Quarta est, quia liberat ab hostibus. Vnde dicit.

m Liberator meus,] *Ioan.* 8. e. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

n De inimicis meis] malis hominibus, vel Dæmonibus.

o Iracundis.] Sicut fuerunt Tyranni in primitiua Ecclesia: Vel ipsi Dæmones, qui ideò irascuntur, quia à fragilibus hominibus superantur: & per hoc maior est triumphus hominis vincentis. Vnde dicit *Greg.* Vbi maius periculum in prælio, maior gloria triumpho. *Num.* 13. d. Quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Ibi dicit *Orig.* Grande spectaculum, vbi locustæ, id est, infirmi homines, Gigantes, id est, Dæmones deuincunt. Quinta causa est, quia tribulationem inimicorum conuertit in gloriam Sanctorum. Vnde subiungit. *p* Et ab insurgentibus] id est, per surgentes.

q In me] id est, contra me.

r Exaltabis me] i. honorificabis. *Psal.* 109. De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput. Hoc significatur *Genes.* 7. c. vbi dicitur, quòd multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt Arcam in sublime à terra. Aquæ, sunt tribulationes: Arca, Ecclesia. *Gregor.* Mala, quæ nos hic exteriùs turbant, mentes nostras ad cœlestia leuant. Vnde in *Iob* 38. c. per Arcturum significatur Ecclesia. Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Ibi *Gloss.* In Arcturo, qui per gyrum suum nocturna spatia non casurus illustrat, Ecclesia designatur, quæ fatigationes quidem patitur; nec tamen ad defectum proprij status inclinatur: gyrum laborum tolerat, sed ad occasum cum temporibus non festinat. Sexta ratio est, quia captiuos eripit. Vnde dicit.

al. † Gentibus.
al. † Psallam.

a à viro iniquo *b* eripies me. *c* Propterea *d* confitebor tibi in † *e* nationibus, Dñe: & *f* nomini tuo † psalmum dicam. *g* Magnificans salutes Regis eius, & *h* faciens misericordiam Christo *i* suo *k* Dauid, *l* & semini eius vsque in *m* sæculum.

In finem Psal. Dauid.

n XVIII.

Cœli *o* enarrant.

a A viro iniquo] id est, à malo homine, vel Diabolo.
b Eripies me.] Per hoc notatur, quòd infertur Diabolo violentia, quando quis ab eo eripitur. *Isa.* 9. b. Omnis violenta prædatio cum tumultu. *Exod.* 3. f. Non dimittet vos Rex Ægypti, vt eatis, nisi in manu valida.
c Propterea:] id est, propter prædictas causas.
d Confitebor tibi] id est, laudabo te. *Eccl.* vlt. a. Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum, &c. *e* In nationibus:] O [Domine,] id est, in congregatione Iustorum ad maiorem laudem. Maius est enim laudare coram multis, quàm coram vno. *Psalm.* 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna. Item ideò, in nationibus, vt ipsæ similiter laudent. Vel; In nationibus, id est, inter Gentes, quæ dicuntur nationes: quia adhuc sunt in peccato, in quo nati sunt. Gentes enim sunt, id est, geniti tales. Et hoc maius est laudare Deum inter inimicos, quàm inter amicos fideles. *Psalm.* 59. Docebo iniquos vias tuas. *Actor.* 9. c. Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israël. Sed quia non sufficit laus Dei sine operibus, ideò subiungit.
f Et nomini tuo Psalmum dicam.] Dicere ad confessionem pertinet, psallere, ad operationem. Et benè simul iunguntur. Quia vt dicit *Gregor.* loquentis auctoritas perditur, cùm vox opere non iuuatur. Item quia operatio bona quædam vox est apud Deum.
g Magnificans:] hoc iungitur illi, quod supra dictum est; [Exaltetur Deus salutis meæ. Deus:] dico [magnificans salutes Regis eius.] Sed interpositum est de laude, postquam illud sequitur, in quo ponitur causa materialis laudis Dei. Verè enim est laudandus. Quia est: [magnificans salutes Regis eius; id est, Christi Regis à Patre constituti, qui dicit in *Psalm.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, &c. *Ierem.* 23. a. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit. [Salutes, dicit pluraliter, quia saluauit eum à peccato, à Diabolo, ab inimico, à morte. Has salutes magnificauit Deus primò, vt dictum est, quia Christus peccatum non fecit, *Isaia* 53. c. Qui peccatum non fecit, & cætera. Secundo, quia in nullo Diabolo succubuit. *Ioann.* 14. d. Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Tertiò, quia inimicos eius suppeditauit. *Psalm.* 109. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Quartò eum resurgere faciendo. Vnde cantamus de eo. Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. *Osea* 13. d. Ero mors tua, ó mors. Vel [Salutes Regis eius] id est, quas fecit Rex eius, id est, Christus. Vnde *Psalm.* 73. Operatus est salutem in medio terræ. Sed hic dicit pluraliter: [Salutes: quia fecit salutem omni Genti. Has salutes fecit Christus humiliter patiendo, & Deus Pater magnificauit eas, Christum à mortuis suscitando. Item; [salutes] fecit Rex iste Christus populo Israël in exitu de Ægypto, & in deserto, & in ingressu in terram promissionis. Has magnificauit Deus Pater, sicut dicitur *Eccl.* 36. b. Glorifica manum, & brachium dextrum, excita furorem, & effunde iram, extolle aduersarium, & afflige inimicum. Potest etiam exponi de viro iusto, vt dicatur sic.

Aliter de viro iusto.

g Magnificans Deus: [salutes Regis eius:] id est, viri iusti. Qui dicitur Rex, eo quod se regit, quod fit præcipuè per humilitatem. *Prouerb.* 16. d. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Et dicitur, non solùm Rex, sed Rex eius, scilicet, Dei, ad differentiam Regum malorum, qui non sunt Reges Dei, sed Diaboli. *Osea* 7. a. Ipsi repugnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui, id est, non approbaui. [Salutes] pluraliter, scilicet, salutem corporalem, gratuitam, perpetuam. Saluat enim Dominus salute corporali. Vnde *Psalm.* 35. Homines & iumenta saluabis, Domine. Et hanc magnificat, quia non solùm necessaria, sed & omnia dat homini. 1. *Corinth.* 3. Omnia vestra sunt, &c. *Sapientia* 1. d. Creauit Deus, vt essent omnia, & sanabiles fecit nationes omnium terrarum. Item saluat salute gratuita, id est gratia. *Psalm.* 34. Salus tua ego sum. Hanc magnificat, non solùm præterita, vel præsentia dimittendo; sed etiam à futuris conseruando. Et etiam non solùm propria, sed & aliena precibus supplicantium condonando. Item saluat salute perpetua. *Psalm.* 79. Ostende faciem tuam & salui erimus. *Philippen.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Hanc magnificat vltra meritum donando. *Romanorum* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Luca* 6. f. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Nec solùm] magnificans, &c.] Sed
h Et faciens misericordiam Christo, id est, vncto.
i Suo,] sicut habetur *Matth.* 3. b. Hic est filius meus dilectus.
k Dauid] vero manu forti, & liberatori: quia sicut Dauid ad literam liberauit populum Israël de manu Goliæ, & Philisthiim; sic Christus liberauit nos de manu Goliæ, & Philisthiim spiritualiter. Golias interpretatur transmigratio: Philisthiim, duplex ruina. Ipse verò liberauit nos à transmigratione Babylonis, id est, ne transmigraremus ad confusionem æternam, & de manu Philisthiim, id est, à ruina corporis, & animæ. Sed non in propria persona facit Deus misericordiam Christo; sed in membris eius. Vnde addit. 1. *Reg.* 17.
l Et,] id est [semini eius.] *Isaia* 6. d. Semen sanctum erit id, quod steterit in ea. [Eius] dicit, ad differentiam seminis Diaboli. 1. *Ioann.* 5. d. Scimus, quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum.
m Vsque in sæculum, id est, sine fine.

EXPOSITIO PSAL. XVIII.

Cœli enarrant, &c.] Titulus: [In finem Psalmus Dauid. In finem,] id est, Christum dirigit nos Psalmus iste. Vel [in finem, id est, in plenitudinem temporum, quia in hoc Psalmo agitur de Incarnatione. De qua *Galat.* 4. a. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Psalmus iste tripartitus est. Primò, Propheta loquens de Incarnatione, commendat prædicationem nouæ legis. Secundò, laudat præcepta noui, & veteris testamenti, *ibi*: [Lex Domini immaculata.] Tertiò, vt dignus sit tanta Sacramenta referre, petit se purgari a vitiis, *ibi*: [Delicta quis intelligit.] De primo ergo dicit. *Partitio Psalmi.*
n Cœli enarrant.] Sed istud primò potest exponi ad literam, sicut & totus Psalmus: Postmodum mysticè exponemus. Ad literam exponit hoc *Beda* in quadam Homilia Natalis Domini: Hoc modo.
n Cœli] materiales. *o* Enarrant,] id est, ostendunt:
Δ Gloriam
n Cœli enarrant, &c.] Mysticè autem sicut supra diuidendo Psalmum tetigimus, hic primò agit de prædicatione nouæ legis. Sic autem præcedentibus continuari potest. Suprà ostendit Ecclesia multa beneficia sibi à Domino fuisse collata, scilicet per prædicationem Apostolorum, & Incarnationem Domini. Primò ergo ostendit, qui prædicauerunt, dicens, [Cœli,] id est, Apostoli, conscij secretorum: Sicut cœlum, quia celat secreta Dei; dicitur cœlum à celando; sic isti, quæ tamen secreta reuelata sunt eis. *Ioan.* 15. b. Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Secundò, ostendit, quid prædicauerunt, cùm addit: [Enarrant gloriam Dei.] Tertiò, ostendit eos per aduentum sancti Spiritus fuisse confirmatos, dicens: [Et Firmamentum] id est, Apostoli igne Spiritus sancti firmati: [Annunciat opera manuum eius, scilicet Dei. *Psal.* 63. Annunciauerunt opera Dei. Vel de Prædicatoribus exponitur: Cœli,] id est *Mysticè.*
o Prædicatores.

a Gloriam Dei] id est, potentiam, sapientiam, bonitatem Dei, & huiusmodi.
b Et opera manuum eius] id est, quàm mirabiliter operetur.
c Annunciat] id est, ostendit.
d Firmamentum] per sui ipsius reuolutionem. Vnde dicit *Aug.* Omnia clamant: Deus nos fecit. *Rom.* 1.c. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

Δ Dies diei,

Mystic. Θ Prædicatores, qui debent esse cœli secundùm eorum multas proprietates.

quia sunt

- Subtiles, per intelligentiam. *Prou.* 1.a. Intelligens gubernacula possidebit. *Osea* 4. b. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Intelligere autem debet Prædicator, quis sit, vel debeat esse ipse, qui prædicat. Item quid prædicet, & quando, & quantum. Vnde *Luc.* 12.f. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: Ecce quis, aut qualis, Vt det illis in tempore: Ecce quando, Tritici, scilicet, electæ doctrinæ: Ecce quid, Mensuram: Ecce quantum.
- Alti, per vitæ eminentiam. *Greg.* Qua necessitate compellitur quis summa dicere, eadem necessitate compellitur summa monstrare.
- Clari, per bonam opinionem. *Eccl.* 31.c. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & testimonium veritatis illius fidele, in nequissimo pane murmurabit ciuitas.
- Calidi, per charitatis feruorem. *Greg.* Qui charitatem ad proximum non habet, officium prædicandi assumere non debet. *Cant.* 4.a. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.
- Mundi, per intentionem. *Matt.* 6.c. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Psalm.* 50. Cor mundum crea in me Deus, &c. Mundi etiam per continentiam. *Greg.* Sordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent.
- Ordinati, per discretionem. *Leuit.* 2.d. In omni sacrificio offeres sal. Et *Leuit.* 11.a. Animal, quod non diuidit vngulam, immundum reputabitur.
- Volubiles, per discursum ad prædicationem. *Psal.* 58. Famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. *Matt.* 4.d. Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni.
- Rotundi, per simplicitatem, non habentes angulos per duplicitatem. *Iac.* 1.b. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.
- Casahelios, per humilitatem & pacem. *Psal.* 75. In pace factus est locus eius.

Hi ergo [cœli enarrant.] Non dicit, narrant, sed [enarrant] per (e) enim notatur, quod vita debet præcedere prædicationem, id est, quod in eis est, foris prædicent: alioquin dici potest eis: Qui alium doces, teipsum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Ideò dicit Dominus *Ioa.* 8.a. Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat. Lapis ibi dicitur auctoritas S. Scripturæ. *Isa.* 53.c. Generationem eius quis enarrabit? *Psal.* 165. Quis loquetur potentias Domini, i. qualiter. Vel, [enarrant] i. extrà narrant, i. eis, qui sunt extrà, scil. malis, non tantùm bonis. *Matt.* 9.b. Non est opus valentibus. Medicus, sed malè habentibus. Non veni vocare Iustos tantùm, sed peccatores. *Rom.* 2.e. Et *Greg.* Vecordem se asserit, qui hortis sitientibus in flumine aquam spargit.

a Gloriam Dei] non suam, *Ioan.* 8.f. Ego gloriam meam non quæro. Gloria Dei, est Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, æqualitas filij ad Patrem, & huiusmodi.

b Et opera manuum eius annunciat firmamentum] Prædicatores non solùm cœli, sed firmamentum: quia non solùm bona, quæ prædicta sunt, debent habere; sed in illis constantes & firmi esse, antequam Prædicatores fiant. *Luc. vlt.* g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Item sicut firmamentum in dispositione mundi vltimum est; sic Prædicatores debent esse nouissimi, & vilissimi in oculis suis. Item firmamentum est remotissimum à terra; sic Prædicatores debent esse. *Isa.* 60.b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? Item firmamentum velocissimè & continuè mouetur: sic Prædicatores debent semper moueri ad occidentem huius vitæ, & ad orientem futuræ vitæ, vel per exteriorem tribulationem, vel per interiorem voluntatem, & promptitudinem moriendi pro veritate. Item firmamentum separat aquas ab aquis, sic Prædicatores oues ab hœdis. Hæc tria notat Apostolus 1. *Corinth.* 4.b. Puto, Deus nos Apostolos nouissimos ostendit: Ecce primum. Tanquam morti destinatos: Ecce secundum. Quia spectaculum facti sumus mundo: &c. Ecce tertium: Quia boni ædificantur, mali verò scandalizantur.

a gloriam Dei: & b opera manuum eius c annunciat d firmamentum.

b Opera manuum eius] creationis, & recreationis.

c Annunciat] quasi bonum nuncium. Vnde dicitur Euangelium, quasi bonum nuncium. Et nota, quòd cœli, dicit pluraliter, firmamentum, singulariter: vt sic significet, quòd licet habeant plura verba, vt plures sunt personæ; tamen totum debent ad vnum referre: & quòd eis est necessaria fidei, doctrinæ & charitatis vnitas. Vnde etiam cùm dicit, cœli, adiungit, gloriam. Et econuerso, cùm dicit (firmamentum) singulariter, coniungit (opera) in plurali. Nota etiam, quòd cœli, dicuntur non solum Prædicatores, sed etiam quilibet fidelis, & præcipuè viri spirituales. Quia sicut in cœlo sunt sex signa, per quæ ascendit Sol: & sex, per quæ descendit. Sic in quolibet viro, præcipuè spirituali, debent esse sex gradus, quibus ascendat ad Dominum: & sex, quibus ad sui cognitionem descendat. *Sex gradus, quibus ascenditur ad Deũ.* Primus gradus ascendendi ad Deum, exprobratio peccati, quod significat primum signum Solis, scilicet, Capricornus, quod idem est, quod capra. Vnde præcipitur *Leuit.* 4. f. quòd si peccauerit anima per ignorantiam, &c. offerat capram immaculatam, id est, exprobrationem peccati. Secundus est fletus, quod significatur in secundo signo, quod dicitur Aquarius. *Ierem.* 3. d. Laua à malitia cor tuum, Ierusalem, vt salua fias. *Eccles.* 15. c. Per ascensum Luith flens ascendet. Luith, interpretatur maxilla: & per lacrymas, quæ per maxillas fluunt, ascendit homo ad Deum. Tertius gradus est, vt in amaritudine pœnitentiæ delectetur, quod significatur per tertium signum, quod dicitur piscis: pisces enim in mari gaudent, & ibi nutriuntur. *Deuter.* 33. Inundationes maris, quasi lac sugent. Quartus est cauere à peccato, & resistere, quod significat quartum signum, quod dicitur Aries. Aries enim cornibus se defendit, sic pœnitens scientia & gratia, quæ sunt duo cornua. De quibus *Psalm.* 74. Exaltabuntur cornua Iusti: *Prouerbiorum* 30. d. Aries, nec est Rex, qui resistat ei. Quintus, est quædam bona superbia, vel indignatio contra peccatum. Vnde *Ieronymus* loquens ad virginem, dicit. Disce sanctam superbiam. Et *Philosophus.* Si scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos, adhuc dedignarer peccare. Gradus iste per quintum signum, scilicet, per Taurum designatur. Hic est vitulus saginatus, de quo *Luc.* 15. e. *Psal.* 68. Et placebit Deo super vitulum nouellum. Sextus gradus, quando homo aliena negotia curat, vt propria. Hic significatur per sextum signum, scilicet, per Geminos. Talis erat Moyses, qui dicebat *Exod.* 32. g. Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. Hi sunt sex gradus, per quos ascendebatur ad thronum Salomonis, 3. *Reg.* 10.d. Item per sex gradus descendit homo se humiliando. Primus est consideratio sui ipsius, quod per septimum signum, scilicet, per cancrum designatur: cancer enim retrò graditur. *Naum vlt.* c. Intra in lutum, & subigens tene laterem. Secundus, est repressio prauorum motuum, qui significatur per octauum signum, quod dicitur leo. *Sex gradus, quibus descendit homo se humiliãdo.* Sicut enim rugiente leone sistuit animalia gradum: sic quando homo rugit per dolorem, praui motus sistunt. Vnde *Psalm.* 37. Rugiebam à gemitu cordis mei. Tertius, est consideratio propriæ infœcunditatis, quod significat nonum signum, scil. virgo. *Ioelis* 1.b. Plange, quasi virgo accincta sacco. Quartus ponderatio peccatorum & beneficiorum Dei, qui per decimum signum significatur, quod dicitur Libra. *Eccl.* 42.b. Quæcunque trades, numera, & appende: datum verò & acceptum omne describe. *Iob* 6.a. Vtinam appenderentur peccata, &c. Quintus est remorsus conscientiæ, qui per vndecimum signum, quod est Scorpio, designatur, quia ad vltimum pungit caudâ. *Ezech.* 2.c. Inter Scorpiones habitas. Sextus est consideratio naturalium defectuum, scilicet famis, sitis, & huiusmodi, qui per duodecimum signum, scilicet, Sagittarium designatur. *Thren.* 3.b. Posuit me quasi signum ad sagittam. *Prouerb.* 7.d. Donec transfigat sagitta iecur eius. *Iob* 2.a. Sagittæ

a Dies diei] succedens.
c Eructat verbum] id est, Dominum plenissimè prædicat. *Psal.* 118. Ordinatione tua perseuerant dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
e Et nox nocti] succedens.
g Indicat scientiam] de Domino. *Eccl.* 33. a. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum, à Sole? A Domini scientia separati sunt, id est, dispositione diuina.

a Dies *b* diei *c* eructat *d* verbum, & *e* nox *f* nocti † *g* indicat scientiam. *h* Non sunt loquelæ, *i* neque sermones, *k* quorum *l* non audiantur voces eorum. In *m* omnē terram *n* exiuit sonus eorum, & in *o* fines orbis terræ verba eorum. In *p* Sole posuit tabernaculum suum:

al. † annunciat.

h Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum,] id est, omnes, in quibus sunt diuersa genera linguarum, possunt per creaturas intelligere Creatorem. Et sic.
m In omnem terram] i. per vniuersum orbem.
n Exiuit] manifestè, sonus eorum] i. creaturarum supradictarum. Sonum autem vocat indicium Creatoris. Sonum dicit, quantum ad idiotas & simplices: Verba, quantum ad sapientes: vnde addit.
o Et in fines orbis terræ verba eorum.] Sed quia in cœlo non apparet aliquid notius Sole, ideò diffusiùs subiungit de Sole dicens.
p In Sole posuit tabernaculum suum] quia ibi relucent vestigia Trinitatis. In Sole sunt tria æqualia, rotunditas, luciditas, caliditas.

Δ Et ipse

Myst. ⊖ Domini in me, sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.
a Dies diei, &c.] Hoc multis modis exponitur. Dies, Magdalena.
b Diei] id est, Apostolis.
c Eructat] ex plenitudine dilectionis.
d Verbum] illud: Tulerunt Dominum meum, & nescio, vbi posuerunt eum. *Ioan.* 20. c. *Ioan.* 1. *a.*
e Et nox] id est, Iudas.
f Nocti] id est, Iudæis.
g Indicat scientiam] scil. hanc: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. *Matth.* 26. c. Vel.
a Dies] Apostoli.
b Diei] i. Sanctis viris. Vel, Dies, i. Prædicator sanctus & perfectus. Diei, i. Sanctis & perfectis.
c Eructat] de plenitudine sibi data, non de se.
d Verbum.] Quod erat in principio apud Deum. De quo *Eccl.* 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.
e Et nox] id est, Prædicator factus quodammodo carnalis, condescendendo carnalibus.
f Nocti] id est, carnali.
g Indicat scientiam] de humanis. Et notatur hic cautela, quam debet habere Prædicator, vt pro modo & capacitate auditorum temperet modum suæ prædicationis. Dies erat Apostolus, cùm sapientiam loquebatur inter perfectos. 1. *Corinth.* 3. b. Nox erat, cùm dicebat 1. *Corinth.* 3. a. Non potui vobis loqui, quasi spiritualibus; sed quasi carnalibus, lac vobis potum dedi, non escam. Vnde *cantic.* vlt. c. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea. Hoc est quantum ad sapientes, quibus debent subtilia prædicari. Si ostium est, quantum ad simplices & idiotas, compingamus illud tabulis cedrinis, id est, exemplis Sanctorum. Talibus enim debent grossa, & non subtilia prædicari. Vnde *Ezech.* 44. e. Cùm egredientur Sacerdotes, scilicet, in atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis lineis, in quibus ministrauerant: & vestient se vestimentis aliis. Dies debet esse Prædicator ad illuminandum tenebras, ad calefaciendum frigidos. De primo 2. *Cor.* 4. b. Deus, qui de tenebris dixit lumen splendescere, illuxit in cordibus vestris ad illuminationem scientiæ & claritatis Dei, &c. De secundo 2. *Corinth.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Item nox debet esse, propter memoriam infirmitatis, & patientiam tribulationis, & propter compassionem fraternam, & corporis macerationem. *Isa.* 50. b. Induam cœlos tenebris. Per memoriam infirmitatis, 2. *Corinth.* 11. g. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Per tribulationum patientiam. Vnde 2. *Corinth.* 4. b. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.

Prædicator debet esse dies & nox, subtilia sapientib. simplicibus grossa prædicando.

Per compassionem fraternam. *Rom.* 9. a. Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio filiorum est, &c. Per carnis macerationem, 1. *Corinth.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et comprehendit in hoc versu omnia. Per verbum, intelliguntur æterna. Per scientiam temporalia.
h Non sunt loquelæ] hic ostendit, quàm mirificè prædicauerunt Apostoli, quoniam omnibus linguis: Non sunt loquelæ, i. linguæ. Sed quia in eadem lingua sunt plura idiomata, addit.
i Neque sermones] id est, modi loquendi.
k Quorum] id est, per quos sermones, siue linguas.
l Non audiantur voces eorum] cœlorum, id est, Apostolorum: Omnibus enim linguis loquebantur, vt habetur *Actuum* 2. a. Audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes, &c. Et quia ista prædicatio non fuit in vno regno tantùm, addit.

19. *dist. cap. in Domini, de elect. c. fundamenta. lib.* 6.

m In omnem terram.] Ecce quàm latè prædicauerunt.
n Exiuit sonus] id est, fama eorum, id est, Apostolorum. Et non tantùm fama, sed & verba: Vnde addit.
o Et in fines Orbis terræ verba eorum] id est, vsque ad angulos terrarum. Hæc etiam de Prædicatoribus, sicut inceptum est, possunt exponi: Et breuiter in his tribus versibus notatur, quòd prædicatio debet esse discreta, vtilis, & communis. In primo versu, scilicet: Dies diei, &c. notatur, vt ostensum est suprà, quòd debet esse discreta. In sequenti, scilicet: Non sunt loquelæ, ostenditur, quòd debet esse vtilis. Vtilis est, quando intelligitur: Et ideò dicit: Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: quia debent prædicare & Gallicè, & Latinè, vt possint intelligi secundum differentias audientium, & magis lingua, quæ communior est, scilicet, maternâ. In quo alicubi peccant & prædicantes & audientes, vt quandoque in claustris, vbi multi sunt simplices; nolunt quidam prædicare, nec quidam audire, nisi Latinè; licèt ibi sint plures, qui non intelligant. 4. *Regum* 18. f. dixerunt quidam: Loquere nobis Syriacè, intelligimus enim. Ita dicunt quidam scioli in claustro: & reputant sibi fieri dedecus, si prædicetur Gallicè in suis conuentibus; sed illa prædicatio, quam volunt, non est vtilis, quia non benè intelligitur. 1. *Corinth.* 14. c. Si nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus. Tertiò debet esse communis, quod notatur in alio versu: In omnem terram exiuit sonus eorum, vt scilicet, omnibus & vbique prædicent. Et primò dicit, sonus; deinde, verba. Sonus enim tangit significationem quo ad simplices; verba, quoad perfectos. *Hebr.* 5. d. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est. Item. In omnem terram, refertur ad imperfectos: In fines orbis terræ, refertur ad perfectos, qui sunt quasi in exitu mundi, scilicet, in mortis desiderio. Item per hoc, quod dicit, Exiuit, notatur, quòd id exit ab eis per sermonem, quod intùs fuerat per voluntatem. *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur, &c. Vel, quòd loquuntur exteriùs, intùs non mansit per inanem gloriam. Vel, terram hic vocat peccatores, contra quos semper est loquendum. *Iob* 39. c. de equo dicit: Sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem: *Greg.* Equus clangorem tubæ non metuit, quia Prædicator egregius despectis sæculi potestatibus, nullos minarum sonitus pertimescit. *p* In Sole posuit.] Habito de prædicatione Apostolorum, agitur de Incarnatione, quam prædicauerunt. Et sic potest continuari: In omnem terram, &c. Verba eorum, dicentium: In Sole posuit tabernaculum suum. Ta-

Moral. Prædicatio debet esse discreta, vtilis & communis.

Myst.

⊖ bernaculum et-

Moral.

p In Sole posuit, &c.] Possunt etiam hæc exponi de Prælato & Prædicatore. Debet etiam Prælatus & Prædicator habere tabernaculum: Debet habere & thalamum. In tabernaculo militatur: In thalamo quiescitur. Debet enim Prælatus & Prædicator militare & pugnare contra vitia in tabernaculo prædicationis. Debet nihilominus pro tempore quiescere in thalamo contemplationis. Tabernaculum, quod defendit à pluuia, & caumate, est constantia, quæ eum debet defendere, ne pluuia prosperitatis eleuetur, vel ne caumate aduersitatis deprimatur. Quod tabernaculum debet ponere, [in Sole] id est, in Christo, qui est firma petra, de qua dicitur *Matth.* 7. d. quod vir sapiens, scilicet, Prædicator, ædificauit domum suam, scilicet, hoc tabernaculum, suprà petram, id est,

* super Chri-

△ *a* Et ipſe] Sol. *b* Tanquam Sponſus] qui benè ordinatus eſt.

c Procedens de thalamo ſuo] ſcil. in ortu Solis rubicundus ad modum Sponſi. Ita poteſt hoc exponi ad literam.

△ Exultauit

Myſt. ⊖ bernaculum dicere terrena Chriſti habitatio, vel caro eius, in qua ſicut in tabernaculo militauit. Sol dicitur tripliciter, ſcilicet, Beata Virgo: claritas operum, perſecutio. Sol dicitur Beat. Virg. quia ſicut Sol illuminat, ita & ipſa: quia ipſa abſtulit omnes hæreſes mundi, ſicut cantat

& *a* ipſe *b* tanquam Sponſus procedens *c* de thalamo ſuo. *d* Exultauit

Sol dicitur tripliciter, & quando Maria Virgo ei aſſimilatur. Eccleſia. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti, &c. inuiolata permanſiſti. Et quia ſicut Sol fertur ſuper Lunam; ſic ipſa ſuper temporalia. Vnde *Apoc.* 12. a. Apparuit ſignum magnum in cœlo, mulier amicta Sole, id eſt, Maria habens proprietates Solis, & Luna ſub pedibus eius. Et quia ſicut lumen Solis nunquam deficit; ſic ſola Virgo, ſola ſtetit in fide, in Paſſione. Vnde *Cant.* 7. c. Statura tua, qua, ſcilicet, in fide ſtetiſti, aſſimilata eſt palmæ, quæ virorem foliorum nunquam amittit; ſic nec tu fidei virtutem. Ita dicitur Sol, quia ſicut Sol illuminat Lunam; ita Beata Virgo illuminat Eccleſiam. Vnde *B. Bern.* Tolle Mariam, quid reſtat, niſi tenebræ? Item dicit Aſtronomus, id eſt, tranſcendens Philoſophus, Solem octies eſſe maiorem terra; ſic Beata

Excellentia & Priuilegia Virginis Mariæ. Virgo octo habet priuilegia, quibus maior eſt omni terra, id eſt, omni fœmina, vel omni rationali creatura. Ipſa enim.

f *Nec prima ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.*

Prima eſt noua profeſſio virginitatis. Vnde *Luc.* 1. d. Quoniam virum non cognoſco, id eſt, me non cognituram propono. Nulla ante ipſam profeſſa fuerat virginitatem: Vnde rectè dicitur, Virgo Virginum, quaſi ſignifera & exemplar virginitatis. Secunda, excellentia humilitatis: Vnde *Luc.* 1. d. Ecce ancilla Domini. Et *infrà*: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c. Tertiò conceptio ſine libidine: Vnde *Luc.* 1. d. Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, &c. Vnde per rubum ſignificatur. *Exod.* 3. a. Quarta, partus ſine dolore: Vnde *Luc.* 1. c. Aue gratia plena, &c. Quinta, fœcunditas, ſine corruptione, *Luc.* 1. d. Ideóque quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Sexta, virginitas ſingularis: Multæ pepererunt Duces & Reges, ſola Maria peperit filium Dei, vt in prædicta auctoritate, *Eccleſ.* 24. b. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano. Septima miniſtratio ſpecialis. Multæ aliæ, & multi alij receperunt filium Dei in domibus ſuis. Vt Martha. *Luc.* 10. g. Zacchæus, *Luc.* 19. a. Et Phariſæus, *Luc.* 7. f. Sola Maria in proprio vtero, non vno die, ſed nouem menſibus. *Eccleſ.* 24. b. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Vnde in Aſſumptione legitur Euangelium de Maria & Martha: quia Beata Virgo vtrumque officium pleniſſimè habuit. Contemplatiua fuit & ſolitaria: Vnde. Ingreſſus Angelus ad eam, *Luc.* 1. c. Item Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. *Luca* 2. g. Sicut Maria ſedens ſecùs pedes Domini audiebat verbum illius. *Luca* 10. g. Item Marthæ habuit officium, quia Chriſtum in hoſpitio ventris ſui recepit, & ei multis annis miniſtrauit, & etiam Eliſabeth cognatæ ſuæ, *Luca* 1. f. Octaua dignitas fuit ſuſcitatio corporalis. Item Sol dicitur claritas operis, *Iob* 31. c. Si vidi Solem, cùm fulgeret. Item Sol dicitur perſecutio. *Matth.* 13. a. Sole autem orto æſtuauerunt. Quod ſic exponit Euangeliſta. Facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum continuò ſcandalizantur. In quolibet autem iſtorum [Poſuit] Chriſtus [tabernaculum ſuum] id eſt, propriam carnem, quia eam de Virgine ſumpſit, & in claritate operum exercitauit, & perſecutioni & tribulationi expoſuit. Vel ſecundum *Gloſſ.* ſic [in Sole] id eſt, in tempore, in manifeſto, in labore, vel paſſione, quia Sol hæc tria facit. Tempora diſtinguit, lucet, & vrit [Poſuit tabernaculum.] Non mutatur. Vel, [tabernaculum ſuum] id eſt, Eccleſiam [Poſuit in Sole,] id eſt, in manifeſto. *Matt.* 5. b. Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita. Vel [in Sole] id eſt, in ardore charitatis. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram. *Pſalm.* 68. Zelus domus tuæ comedit me.

a Ipſe tanquam Sponſus] ornatus decore virtutum & gratiarum. De hoc Sponſo *Iſa.* 62. b. Gaudebit Sponſus ſuper ſponſam ſuam, & pro, id eſt, gaudebit ſuper te Deus tuus.

c Procedens de thalamo ſuo] id eſt, de vtero Beatæ Virginis, *Ieremiæ* 14. d. Solij gloriæ tuæ, recordare, nec irritum facias fœdus tuum nobiſcum. In hoc thalamo, vt dicitur *in Gloſſ.* Deus humanæ naturæ, vt ſponſus ſponſæ, copulatus eſt. Hoc eſt matrimonium Aſſueri & Eſther. Aſſuerus interpretatur Beatus, & ſignat Deum. *Eſther.* Eſther exaltata, & ſignificat humanam naturam. In cuius perſona poteſt dici illud *Pſalm.* 72. Et cum gloria ſuſcepiſti me. Vnde quidam dixit; Maritari non poterat caro glorioſiùs. Hoc etiam ſignificatum fuit *Geneſ.* 28. a. vbi dixit Iſaac Iacob filio ſuo. Noli accipere vxorem de genere Chanaam, ſed proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi in vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Hæc ſunt verba Dei patris ad filium. Chanaam interpretatur poſſidens domum, & ſignat Angelos, qui in cœleſti domo ſemper aſſiſtunt Domino. De quorum genere noluit Deus Pater, vt filius acciperet vxorem, id eſt, eorum naturam. *Hebr.* 2. d. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Meſopotamia interpretatur eleuata. Et Syria, ſublimis: Et ſignificat humanam naturam, quæ eleuata fuit, vt dictum eſt, in Incarnatione. Sed non ad quemcunque, ſed ad domum Bathuelis mittitur, id eſt, ad Beatam Virginem. Bathuel enim Virgo Dei interpretatur. Et ibi accepit vxorem de filiabus Laban, qui interpretatur candidatio, id eſt, carnem de puriſſimis & mundiſſimis ſanguinibus Beatæ Virginis. Et de Virgine naſci voluit, vt notaret, quòd Virginem ſibi Virgini deſponſauerat, ſcilicet, Eccleſiam. Vnde 2. *Corinth.* 11. a. Deſpondi enim vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto.

△ *d* Exultauit.] Ad literam de Sole exponitur, de quo ſupra dictum eſt, quaſi ipſe in ortu ſuo eſt, tanquam Sponſus procedens de thalamo ſuo, ſcilicet, rubicundus. Ortus verò Sol [exultauit] quia per gradus ſuos aſcendendo mane, paulatim diſcedit rubor, & ſic pulchrior apparet.

△ Vt Gigas

Myſt. *c* De thalamo ſuo, &c.] Myſticè. Dico, quòd ipſe Chriſtus proceſſit [de thalamo ſuo.] Et hoc non fecit coactus, vel inuitus; ſed hilariter & ſpontè. Quia. *d* Exultauit]

⊖ vt Gigas

Moral. * Super Chriſtum, & deſcendit pluuia proſperitatis, & venerunt flumina aduerſitatis, & flauerunt venti, ſcilicet, Auſter adulationis, & Aquilo detractionis & contumeliarum: & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſupra firmam petram, id eſt, Chriſtum. Vnde dicitur de Dauid, *Regum* 14. d. Sicut Angelus Domini, ſic eſt Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur. Sed antequam exeat ad pugnandum in tabernaculo prædicationis, debet quieuiſſe in thalamo contemplationis, ſtudij & meditationis. Iacob enim ante habuit Rachel, quam Liam. Et priùs vocatus eſt Iacob, poſteà Iſraël; Vnde addit.

a Et ipſe] ſcil. Prædicator, exiens ad pugnandum, in tabernaculo eſt.

c Procedens de thalamo ſuo.] Sed nota, quod addit.

b Tanquam Sponſus] quia contemplatio debet eſſe Sponſa Prælati & Prædicatoris. Hæc enim eſt Rachel Sponſa Iacob. *Gen.* 29. f. A qua ſeparari non debet aliquis, quando opus eſt, vt inter Liam, per opera actiuæ. *Phil.* 1. d. Deſiderium habens diſſolui à cura mundi, & eſſe cum Chriſto in contemplatione, multò magis melius; permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Sed multi hodie fecerunt, vel dederunt libellum repudij, non ſolùm Racheli, ſed etiam Liæ: & intrant ſolummodò ad concubinas: quia ſpiritualia relinquunt, & quantum ad contemplationem, & quantum ad prædicationem; & ſolùm temporalibus intendunt. Dicit & notabiliter: [Tanquam Sponſus] propter ſtudium, quod etiam eis eſſe debet, ſicut Sponſa, & cuilibet ſtudenti. Vnde *Sap.* 8. a. Quæſiui Sponſam mihi eam aſſumere, ſcil. ſapientiam. Sed quidam intrant ad eam, non vt Sponſi, ſed vt leccatores, qui, ſcil. non quærunt fructum, ſed voluptatem. Hi ſunt, qui ſtudent, non vt fructificent operando & prædicando; ſed vt de ſcientia glorientur, 2. *Cor.* 2. d. Non ſumus, ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, id eſt, ſcientiam verbi diuini. *d* Exultauit, &c.] Hic notantur tria neceſſaria & Prælato, & Prædicatori, videlicet, vt officium ſuum exequatur hilariter & fortiter & ſtrenuè, i. velociter. Hilariter. Vnde dicit: [Exultauit.] 1. *Cor.* 9. c. Væ mihi, ſi non euangelizauero; ſi autem volens hoc ago, mercedem habeo; ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi tradita eſt. Fortiter: Vnde dicit. *Tria neceſſaria Prælato, & Prædicatori.*

* Vt Gigas.

a *a* Vt gigas] ſcilicet, velociter. *b* Ad currendam viam] quia per maxima ſpatia tranſit.
c A ſummo cœlo egreſſio eius] id eſt, ab illa parte, quæ videtur contiguari terræ. Vel, A ſummo cœlo egreſſio eius] id eſt, ab oriente. *e* Et occurſus eius vſque ad ſummum eius] id eſt, ad occaſum. Vel, quia ad eundem locum redit. *g* Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius] quia ſuper omnes calorem ſuum infundit. Sic ergo cœli & firmamentum annunciant, & enarrant gloriam Dei. Sed ſuper hæc omnia verbum Dei Sapientiam eius annunciat. Quaſi ſubdiuidit quatuor: Quia verbum Dei aut eſt de prohibitionibus, de quibus, *ibi*, Lex Domini, &c. Aut de cæremoniis legis, de quibus, *ibi*, Teſtimonium Domini, &c. Quia cæremonialia perhibent teſtimonium futurorum: Aut de pœnis, *ibi*, Iuſtitiæ Domini, &c.] Aut de præceptis affirmatiuis, *ibi*, Præceptum Domini, &c. Sed quia per hæc quatuor, videlicet, prohibitiones, cæremonialia, pœnas illatas in lege, & præcepta, timor incutitur, ſubdit de timore, Timor Domini, &c.

al. † & non.

vt *a* Gigas ad *b* currendam viam; à *c* ſummo cœlo *d* egreſſio eius. Et *e* occurſus eius vſque *f* ad ſummum eius: † *g* nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius, *h* Lex Dñi immaculata *i* conuertens animas:

⊖ *a* Vt Gigas ad currendam viam] id eſt, hilariter & cum gaudio cucurrit viam huius vitæ, in qua non debemus eſſe moroſi viatores; ſed idithun, id eſt, tranſilientes: Vel, Viam paſſionis ſuæ, quæ fuit via ad regnum. Sed videtur, quòd non exultauit in hoc. *Matth.* 26. d. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Sol. Triſtitiam habuit ex parte inferiori, lætitiam ex ſuperiori. *Luc.* 22. b. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum.

a Vt Gigas] qui quaſi geminam habet ſubſtantiam, vnde incomparabilis eſt aliis. Et Chriſtus incomparabilis omnibus: quia immenſus eſt Maieſtate, incomparabilis fortitudine, incomprehenſibilis celeritate.

b Ad currendam viam] 1. *Reg.* 17. f. Feſtinauit Dauid, & occurrit ad pugnam, ex aduerſo Philiſtæi. Et pòſt ſubdit: Cucurrit, & ſedit ſuper Philiſtæum, & tulit gladium eius, & eduxit de vagina ſua, & interfecit eum. Philiſtæus ſignificat Diabolum, cuius gladius eſt mors. Et Chriſtus moriens ipſum proprio gladio interfecit. Vnde *Eccleſia*; Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit. *Oſea* 13. d. Ero mors tua, ô mors. Hic notantur tria neceſſaria eunti in Paradiſum. Hilaritas, cum dicit: Exultauit, *Cant.* 6. a. Qui videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? In choro notatur lætitia, *Iſa.* 30. g. In tympanis & cytharis, &c. Fortitudo, cùm dicit, Vt Gigas. Velocitas cùm dicit: Ad currendam viam. Et nota, quòd hic tanguntur ſeptem, ſc. Incarnatio per hoc, quod dicit: In Sole poſuit, &c. Natiuitas, cùm dicit: Ipſe tanquam Sponſus, &c. Paſſio, cùm dicit: Exultauit, &c. Æterna generatio, *ibi*: A ſummo cœlo egreſſio eius. Æqualitas & Aſcenſio, *ibi*. Et occurſus eius, &c. Miſſio Spiritus S. *ibi*: Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius. Dicto ergo de tribus primis, ſubdit de quarto.

Tria ſunt neceſſaria eunti in Paradiſū.

c A ſummo cœlo] id eſt, ab inuiſibili Maieſtate Patris.

d Egreſſio eius] id eſt, æterna generatio. Item: A ſummo cœlo] id eſt, ab inuiſibilitate Diuinitatis. Egreſſio eius, ad ſuſceptionem humanitatis, & factus homo, ſupple, deſcendit in mundum, deinde vſque ad patibulum, inde vſque ad ſepulchrum, & poſtea aſcendit in cœlum: Vnde addit.

e Et occurſus eius] id eſt, Aſcenſio, qua, ſcil. quaſi homo aſcendit.

f Vſque ad ſummum eius] id eſt, vſque ad æqualitatem Patris. Vnde ipſe dicit *Ioan*, 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum. Ecce [à ſummo cœlo egreſſio eius.] Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Ecce [& occurſus eius vſque ad ſummum eius.] *Eccl.* 1. a. Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. Et *in eodem* b. Ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur. Sed notà, quòd cùm loquitur de exitu, dicit ſimpliciter [egreſſio eius.] Cùm autem loquitur de regreſſu, dicit: [Et occurſus eius] ac ſi eſſet motus velocior. Velociùs enim mouetur aliquid, cùm ad proprium locum fertur. Et ſicut fons tantùm poteſt aſcendere, quantùm deſcendit; ſic fons vitæ, qui ab æqualitate Patris deſcendit, ad æqualitatem eius aſcendit. Sed quia de Spiritu S. promiſerat, *Ioan.* 16. b. Si abiero, mittam eum ad vos: Ideò ſubiungit.

g Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius.] Hoc tamen & de beneficio Incarnationis, Paſſioniſque legitur:] Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius] id eſt, non eſt, qui ſe poſſit excuſare, quin eum diligere debeat, qui tantum pro eo fecit, ſicut eſt filium Dei incarnari, vel crucifigi. Vel de miſſione Spiritus S. poteſt ſic legi: [Non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius,] id eſt, à Spiritu S. quem poſt Aſcenſionem in ſpecie ignis miſit in mundum Apoſtolis. A quo nemo abſconditur; quia ſic accenſi fuerunt, vt nemini parcerent, quin peccatum arguerent: Secundum quod dixit Dominus *Ioan.* 16. b. Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, quod fecit: De iuſtitia, quam non fecit: De iudicio, quod non timuit. Vnde *Amos* 1. d. Mittam ignem in Theman: & deuorabit ædes Boſræ. Ignis eſt Spiritus S. Theman interpretatur Auſter, qui eſt ventus calidus, & ſignificat Apoſtolos, propter velocitatem, de qua dictum eſt ſupra: In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. & propter calorem charitatis. Boſra, interpretatur munita: & ſignificat mundum, qui eſt munitus contra Deum. Vnde *Matth.* 21. a. Ite in caſtellum, quod contra vos eſt. Et nota hic duos circulos: Vnus eſt à cœlo in terram, in Incarnatione, & iterum à terra in cœlum, in Aſcenſione. Alius iterum à cœlo in terram, in Spiritus S. miſſione: Ecce circulatio veritatis & bonitatis in Spiritu ſancto.

Moral.

* *a* Vt Gigas] qui cæteros præcellit fortitudine, 1. *Reg.* 10. d. dicitur, quòd Saul altior fuit omni populo ab humero & ſurſum; quod expoſitum eſt ſuprà *Pſal.* 2. *in illo verſ.* Ego autem conſtitutus ſum Rex, &c. De fortitudine Prædicatoris dicitur *Iob* 39. c. Nunquid præbebis equo fortitudinem? Et *Zachar.* 6. a. In quadriga quarta equi varij & fortes. Strenuè: Vnde dicit.

b Ad currendam viam. *Prou.* 6. a. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum.

c A ſummo cœlò egreſſio eius.] Hic notatur humilitas Prædicatoris, vt non reputet à ſe habere, quod habet; ſed à ſummo cœlo, id eſt, à Deo. 2. *Cor.* 3. b. Non, quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. *Iac.* 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum, de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum. Deinde notatur gratiarum actio, cùm ſubiungit.

e Et occurſus eius vſque ad ſummum eius] ſcil. per gratiarum actionem. *Eccl.* 1. b. Ad locum, vnde exeunt, flumina reuertuntur. Tertiò charitas Prædicatoris innuitur, cùm dicit.

Alleg.

g Nec eſt, qui ſe abſcondat à calore eius] quia eius dilectio ſe debet extendere ad amicos & inimicos. *Matth.* 5. g. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos.

h Lex Domini immaculata.] Secunda pars, in qua oſtendit ſeptem dona, quæ Deus dedit dando Spiritum S. Primum fuit lex, quam dedit, quia Iudex erat. *Ierem.* 31. f. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & ſcribam eam in corde eorum. Hoc autem miſſione Spiritus S. fecit quinquageſimo die à Paſcha, ſicut quinquageſimo die poſt exitū de Ægypto data eſt lex. Et commendat legem multipliciter. Primò ab Auctore, *ibi*: Domini, nòn hominum, *Iſa.* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas. *Bern.* ad Eugenium Papam: Tu Paſtor & Epiſcope animarum, qua mente, obſecro, ſuſtines coram te ſilere legem Domini immaculatam, conuertentem animas: & garrire leges, imò lites & cauillationes, ſubuertentes iudicium? *Leuit.* 19. d. Ego Dominus; cuſtodite leges meas. Secundo, quia liberat à macula peccati: Vnde dicit: Immaculata, *Ioan.* 15. a. Iam vos mundi eſtis, propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Tertiò, quia conuertit hominem ad Deum, *ibi*.

Multiplex commendatio legis.

i Conuertens animas.] *Thre.* 1. e. Conuertit me retrorſum. Sicut Auguſt. conuerſus eſt legendo epiſtolas Pauli. *Greg.* Mira, atque ineffabilis virtus agnoſcitur, cùm ſuperno amore legentis animus penetratur.

Lex dicitur.
- Charitatis, *Prou.* 13. c. Lex ſapientis fons vitæ. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate, &c.
- Veritatis. *Pro.* 6. c. Mandatum lucerna; & lex lux.
- Fomes peccati, ſcil. lex membrorum, *Rom.* 7. d. Video aliam legem in meis membris.
- Quodcunque peccatum. *Rom.* 7. d. Mente ſeruio legi Dei; carne autem legi peccati.
- Moſaica, *Hebr.* 7. c. Lex neminem ducit ad perfectum.
- Naturalis. *Rom.* 2. b. Cùm Gentes, quæ legē non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt.
- Nouum Teſtamentū, *Iac.* 1. d. Si quis proſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, &c. Secundū donum, eſt teſtimonium, *ibi*.

a Teſtimo

a Testimonium] id est, promissum Dei est. b Fidele] Psal. 88. Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Item Psalm. 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Num. 23. c. Non est Deus, quasi homo, vt mentiatur. c Sapientiam] de diuinis. d Præstans paruulis] id est, humilibus. Matth. 11. d. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Tertium donum, est iustitiæ Dei, ibi.

a testimonium Domini b fidele, c sapientiam d præstans paruulis. e Iustitiæ f Domini g rectæ h lætificantes corda: i præceptum k Domini l lucidum, m illuminans n oculos. o Timor Domini p sanctus, q permanens in sæculum sæculi; r iudicia Domini s vera, t iustificata in † semetipsa. u Desiderabilia super aurũ & lapidẽ pretiosum multum: & x dulciora super mel &

e Iustitiæ] quæ sunt de malis puniendis. Ps. 74. Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Et commendat iustitias Domini: Primò ab auctoritate, ibi.

f Domini] non hominis. Greg. Minuit vim flagelli æquitas & iustitia ferientis, Domini, non hominis: Quia sicut dicitur Isa. 64. c. Omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatæ. Menstrua, sunt fluxus sanguinis secundum cursum Lunæ: Et iustitiæ hominum fiunt secundum cupiditates terrenas. Secundò à rectitudine, ibi.

al. † idipsum

Commendatio iustitiæ.

g Rectæ] Isa. 27. In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabit eam. Tertiò ab effectu, quia generant lætitiam in corde Iusti, quando in malos exercentur, ibi.

h Lætificantes corda.] Vnde Psalm. 57. Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. Item lætatur Iustus, quando in seipso exercetur iustitia Dei. Iob 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Quartum donum est præceptum, quod est, quantum ad agenda bona, ibi.

i Præceptum Domini.] Nota, quod iustitiæ dicit pluraliter; præceptum singulariter: quia iustitia fit & bonis & malis: Et diuersimodè, quia bonis saluatio, malis verò damnatio. Sed vnum præceptum datur omnibus communiter, & eodem modo, scilicet, præceptum charitatis. Et commendat similiter illud ab Auctore, cùm dicit.

k Domini] ab apertione, cùm dicit.

l Lucidum] vt sic intelligatur ab omnibus. Et propter hæc, præcepta scripta fuerunt in tabulis lapideis, Exod. 34. a. & Deut. 30. c. Iuxta te est sermo valdè in ore tuo. Tertio ab effectu, ibi.

m Illuminans oculos.] Psal. 118. A mandatis tuis intellexi. Prou. 6. c. Mandatum lucerna, & lex lux.

n Oculos.] Oculum cognitionis contra ignorantiam: Et oculum amoris contra concupiscentiam. Hos illuminat Scriptura per sapientiam & virtutem, 1. Cor. 1. d. Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Quintum donum, est timor, de quo dicit.

o Timor Domini.] Matt. 10. d. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, &c. Eccl. vlt. d. Deum time. Notandum verò, quòd multiplex est timor.

videlicet.
- Naturalis, quo timet homo propassione. Marc. 14. d. Cœpit Iesus pauere & tædere: Hoc quantum ad propassionem, ideò dicit, cœpit.
- Humanus, hic eligit peccare, ne lædatur in corpore: Isa. 51. d. Quis tu, vt timeas ab homine mortali? Et Matth. 10. d. Nolite timere eos, qui corpus occidunt.
- Mundanus, & iste eligit peccare, ne lædatur possessione. Luc. 12. d. Nolite timere, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum: vendite, quæ possidetis.
- Seruilis, vbi timetur pœna, & non amatur iustitia, pœna, scilicet, spiritualis. Rom. 8. c. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c.
- Initialis, & hic amat principaliter iustitiam, secundariò autem timet pœnam. 1. Ioan. 4. d. Perfecta charitas foras mittit timorem.
- Filialis & castus. Filialis ad Patrem: Castus ad Sponsum. De quo Iob 26. c. Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius. Et hic tripliciter variatur. Est enim timor separationis, timor offensæ, timor reuerentiæ. Hic solus erit in patria. Hic autem agitur de filiali timore.

Et commendat timorem primò ab Auctore, ibi, Domini. Secundò ab effectu, ibi: Sanctus. Tertiò à permanentia, ibi: Permanet in sæculum sæculi, id est, sine fine, quantum ad eius fructum, vel reuerentiam, quæ loco timoris erit in futuro: Hoc enim de timore alio non potest dici. Et in hoc versu excludit multos timores. Cùm dicit primò: Timor Domini, excludit timorem naturalem & humanum & mundanum, qui non sunt Domini, sed mundi vel carnis. Cùm addit.

p Sanctus, excludit seruilem, qui non est sanctus. Cùm dicit.

q Permanens] excludit initialem, qui non permanet; sed tantùm timor castus, vel reuerentiæ. Et quòd sit sanctus & permanens, habetur Eccl. 1. Timor Domini scientiæ religiositas: Ecce sanctitas. Et sequitur eodem c. Rami eius longæui. Ecce permanentia. Sextum donum, est iudicium Domini. Vnde dicit.

r Iudicia Domini] vt flagella ad corrigendum, beneficia ad consolandum, præmia Iustorum, supplicia reproborum: Omnia secundum merita singulorum sunt.

s Vera] quia nullum fallunt, & omnia cooperantur in bonum bonis. Isa. 11. a. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium; sed iudicabit in iustitia pauperes, &c. Prou. 16. b. Pondus & statera iudicia Domini. In statera Dei sunt duo genera hominum appensa, scil. boni & mali. Istis elatis alij deprimuntur. Modò mali eleuantur; boni deprimuntur. In futuro è contrario, boni eleuabuntur in cœlum, mali deprimentur in infernum. Matt. 25. d. Ite, maledicti, &c. Venite, benedicti, &c. Iob 1. a. Omne gaudium existimate, fratres mei, &c. ibi. Gloss. Ne indignemini, si mali in mundo florent, & vos patimini, quia non est Christianæ dignitatis in temporalibus exaltari, sed potiùs deprimi. Mali nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo: Sed spe illius boni, ad quod tenditis, quicquid in via contingat, gaudere debetis. Rom. 11. c. Vide bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate.

t Iustificata in semetipsa] id est, incommutabiliter, vel non egentia testimonio aliorum, vt iusta esse probentur. Notandum in hoc versu, quòd multa nobis debent incutere timorem. Primum est passiones Sanctorum: Prou. 11. d. Si Iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? Et Ierem. 49. c. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent: & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens; sed bibens bibes. Secundum est Passio ipsius Christi. Zachar. 13. c. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Pater de Filio, qui cohæret ei per identitatem essentiæ. Framea est Passio. Luc. 23. e. Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, &c. Et pòst subiungit: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Tertium est obsidio Dæmonum. Iob 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum, 1. Pet. vlt. b. Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret. Quartum est consideratio districti iudicij Dei, vbi nulli parcetur: Prou. 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, &c. Iob 26. c. Columnæ cœli contremiscunt. Psal. 143. Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine. Quintum est incertitudo status: Eccl. 9. c. Nescit homo, amore, an odio dignus sit. Sextum est incertitudo finis, Eccl. 4. a. Nescit homo finem suum. Septimum est consideratio inferni. Isa. 21. a. De terra horribili visio dura nunciata est mihi. Iob 21. a. Ego quando recordatus fuero, pertimesco: & concutiet carnem meam tremor.

Multa debent nobis incutere timorem.

u Desiderabilia, &c.] Quatuor dicit de iudiciis Dei, scilicet, quòd sint vera, iustificata, desiderabilia, dulcia. Quia sunt vera, ideò quærenda: Quia iustificata, ideò timenda: Quia desiderabilia, ideò diligenda: Quia dulciora, ideò gustanda. Dicit ergo, quòd sunt desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, ad literam, quia inter res mundanas pretiosissima sunt.

Iudicia Dei quadruplicia.

x Et dulciora super mel, &c.] quæ inter omnia dulcia dulcissima sunt. Sed hoc non cuilibet, sed cordi & palato benè disposito: Qui enim res mundi diligit, ista non desiderat: Cui carnalia sapiunt, non videntur hæc dulcia, sed amara. Vnde dicit August. Palato non sano pœna est panis, qui sano est suauis: Et oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis: Ita iustitia tua displicet iniquis. Per ista quatuor, scilicet, aurum, lapidẽ pretiosum, mel & fauum, omnia mundi desiderabilia intelliguntur. Nam per aurum diuitiæ sæculares, per lapidem pretiosum mundani honores, per mel & fauum, delitiæ carnales. Cùm ergo his Propheta præferat iudicia Domini, omnibus pompis mundi præfert ea. Et meritò præferuntur illis iudicia Domini: Nam in custodia eorum est delectatio maior omni voluptate

luptate carnali, etiam in præſenti, & pro cuſtodia eorum erit in futuro gloria æterna. *Prou*.3.b. Beatus vir, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia: melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius: pretioſior eſt cunctis opibus Sapientia: & omnia, quæ deſiderantur, non valent ei comparari. Sequitur.

fauum. † *a* Etenim ſeruus tuus *b* cuſtodit ea: in † *c* cuſtodiẽdis illis retributio multa. *d* Delicta quis intelligit? *e* ab occultis meis munda me, & *f* ab alienis *g* parce ſeruo tuo. Si *h* mei *i* non fuerint † dominati: *k* tunc immaculatus ero, & *l* emundabor à delicto † maximo. Et *m* erunt, vt complaceant *n* eloquia oris mei: & *o* meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſẽper. *p* Dñe adiutor meus, & Redẽptor meus.

al. † Nam &.
al. † cuſtodiendo ea.
al. † dominata.
al. † magno.

a Etenim ſeruus tuus] quaſi dicat, probatio, quòd ſunt dulciora ſuper mel & fauum palato ſano, quia [ſeruus tuus,] qui, ſcilicet, habet palatum benè diſpoſitum, cui non ſapiunt mundana, ſeu carnalia.

b Cuſtodit ea.] Quod non faceret, niſi eſſent dulciora mundanis & carnalibus. Seruus Dei non eſt, cui iſta non ſapiunt. Nam ipſe dicit *Matth*. 16. d. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Venire, ſcilicet, poſt me, ſicut ſeruus poſt Dominum. Vnde: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Abnegare ſemetipſum, eſt abnegare omne, quod in mundo

Ioan.12.d.

eſt. De quo 1. *Ioan*.2.c. Omne, quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Item ille ſe abnegat, qui in ſuo corpore ſe abnegat per tormenta & afflictiones: & hoc contra concupiſcentiam carnis. Et hoc dicitur de corpore Chriſti.

Triplex abnegatio ſuiipſius.

Galat.5. d. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Abnegat ſemetipſum, qui corpus abnegans, etiam mundum contemnit contra concupiſcentiam oculorum. Et qui regnum mundi contemnit, habebit regnum Dei, quod non eſt de hoc mundo. *Matth*.5.a. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Abnegat autem ſemetipſum, qui carnem macerans, & mundum contemnens, etiam propriæ voluntati abrenunciat, quod eſt contra ſuperbiam vitæ. Et talis fit conformis imagini filij Dei. *Rom*.8.f. Conformes fieri imagini filij Dei. Talis eſt ſeruus Dei, qui ipſius iudicia cuſtodit. Et meritò: Quia.

c In cuſtodiendis illis retributio multa.] Non ſolùm in futuro, ſecundum illud *Sap*.3.a. In paucis vexati, in multis benè diſponentur; ſed etiam in præſenti. Vnde non dicit, pro cuſtodiendis, ſed [in cuſtodiendis] id eſt, dum cuſtodiuntur in hac vita: quia quantò quis magis cuſtodit, tantò minus trepidat, & magis gaudet. *Gregor*. Tantò minus ante iudicem trepidat, quantò in bonis actibus ſolidiùs ſtat. Gaudet quippe, quia ei ſeruit, cui ſeruire regnare eſt.

d Delicta quis intelligit?] Tertia pars, in qua ſe petit purgari à vitiis: Et ſic poteſt continuari præmiſſis. Dico, quòd [ſeruus tuus cuſtodit ea.] Sed quis ſcit, quis in veritate ſit

Differentia inter peccatum & delictum.

ſeruus? Quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *Ioan*.8. d. Et ita non eſt ſeruus Dei. Sed neſcitur, quis faciat peccatum. Quia [delicta quis intelligit?] quaſi dicat, nullus omnia. Et eſt peccatum in commiſſis, delictum verò in omiſſis. Et hoc difficilius eſt intelligere. Propterea dixit *Iob* 9. d. Verebar omnia opera mea. Et dicit *Gloſſ*. etiam bona. Quia vt dicitur *ibi in Gloſſ*. in bonis operibus duo timenda ſunt, deſidia, & fraus. Deſidiam facit minor amor Dei: Fraudem facit proprius amor ſui, dum pro benè actis, tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet res exterior deſideratur. Et ſic patet, quòd etiam bona faciendo incidit homo in delictum, ſcilicet, in omiſſionem: Vel diligentiæ debitæ per deſidiam. *Ier*.48.b. Maledictus, qui opus Dei negligenter facit: Vel intentionis

Nota hoc nomen, quis, diuerſimodè accipitur in ſcriptura.

rectæ. *Matth*.6.c. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Et ſi bona faciendo incidit in delictum, multò fortiùs bona dimittendo, & mala agendo. Et ideò difficile, vel impoſſibile eſt delicta intelligere. Et ideò benè quærit. [Delicta quis intelligit?] Nota, quòd quis quandoque notat raritatem, vt *Matth*.24. d. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus, & prudens? quaſi dicat, rari. Quandoque ſingularitatem, vt *Iob* 14.a. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Quandoque admirationem. Vnde *Iſa*.63.a. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Quandoque dubitationem. *Ioan*.1.c Quis es, vt demus reſponſum his, qui miſerunt nos? Et quia nullus omnia delicta intelligit: Ergo, ô Domine.

e Ab occultis meis munda me.] Inſtruimur hic, vt oremus pro peccatis noſtris oblitis, vel ignoratis. Vnde dicit *Aug*. Piè Dominus piè petentibus, aut peccata dimittit, aut oblita ad memoriam reducit. [Meis] dicit, id eſt, ex me prouenientibus, & non ex alio: quo genere peccauit Diabolus.

f Et ab alienis] quæ, ſcil. ſuggeſtione Diaboli, vel hominis fiunt: quæ dicuntur aliena, quia primò ſunt illius, qui ſuggerit: Secundò efficiuntur illius, cui ſuggeritur, ſi conſentiat: quo genere peccauit Adam. *Pſal*.124. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

g Parce ſeruo tuo.] Tu, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Quod facit Dominus in cuſtodiendo, ne labamur; vel lapſis indulgendo peccatum. Seruum autem ſe vocat, vt Dominum ad miſericordiam prouocet: Sicut & filius prodigus *Luc*.15.d. dicit: Iam non ſum dignus vocari filius tuus, &c. Et his duobus generibus comprehenduntur omnia peccata. Deinde oſtendit modum liberationis & mundationis, quam petit, ſcilicet, ſi peccatum mortale non dominetur ei. Vnde ſubdit:

h Si mei] genitiuè.

i Non fuerint dominati.] Dæmones vel peccatores, i. *Pſal*. 100.
peccata: Secundum quod alibi dicitur: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, i. omnia peccata. Vel dominata, ſecundùm aliam literam, ſcil. aliena peccata, vel delicta.

k Tunc immaculatus ero.] Et nota, quòd non dicit: Si me non inuaſerint, vel tentauerint; ſed, Si mei non fuerint dominati: quia, vt dicit *Auguſt*. tentatio, cui non conſentitur, non eſt peccatum; ſed materia exercendæ virtutis. Si ergo ita non fuerint dominati, vel, dominata, vt dictum eſt: Tunc immaculatus ero: quia ſi econtrario, maculatus ero. *Iob* 31.a. Si ſecutus eſt oculus meus cor meum; & manibus meis adhæſit macula.

l Et emundabor à delicto maximo] id eſt, à peccato ſuperbiæ, quo peccauit Diabolus, qui primò per ſuperbiam Deum dereliquit. Et ideò dicitur delictum, quaſi à delinquente factum: Et dicitur maximum, quia rectà opponitur Deo. *Iſa*. 42. b. Gloriam meam alteri non dabo; Superbia autem ſibi vendicat gloriam & honorem. Et ideò 1. *Pet*.5.b. dicitur: Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam.

m Et erunt, vt complaceant] quaſi, ſi ita immaculatus & emundatus fuero, tunc ero dignus tanta Sacramenta referre, & te laudare. Et hoc eſt; Et erunt, vt complaceant, id eſt, talia, vt benè complaceant Deo.

n Eloquia oris mei.] Vnde *Cant*. 2. d. cùm debuit dicere: Sonet vox tua in oribus meis, præmiſit: Oſtende mihi faciem tuam, ſi, ſcilicet, eſt immaculata: Quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccl*.15.c. Sicut econtrario dicitur: Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitiam meam? Per, complaceant, duo notantur, ſcilicet, placentia in ſpiritu & veritate. *Ioan*.4. d. Oportet adorare in ſpiritu & veritate. 1. *Ioan*.3. d. Non diligamus verbo, neque lingua; ſed opere & veritate. Vel, complaceant, id eſt, ſimul Deo placeant, & hominibus. Vnde *Eccl*. 45. a. Dilectus Deo & hominibus Moyſes, id eſt, aſſumptus de aquis peccatorum. Et labia *Iſa*.6. c. mundata ſunt, antequam à Domino mitteretur, vel à populo audiretur.

o Et meditatio] quaſi ex munditia non ſolũ ſequitur actio prædicandi; ſed & vacatio contemplandi. Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper, & actiuè & paſſiuè. Et quia Deum conſpicit, ſecundùm illud: Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. *Mat*.5. a. Et a Deo conſpicitur: Quia oculi Domini ſuper Iuſtos. *p* Domine, adiutor; q.d. meritò eſt meditatio cordis mei in conſpectu tuo. Quia, ò Domine, tu es, adiutor meus, ad bonum faciendum. Secundùm hoc dicit *Pſal*.120. Leuaui oculos meos in montem, vnde veniet auxilium mihi. Nec ſolùm adiutor in bono; ſed.

q Et Redemptor meus] à malo, ſecundùm illud *Iſa*.44.d. Reuertere ad me, quia redemi te.

EXPOSITIO PSALM. XIX.

Exaudiat te, &c.] Titulus [In finem Psalmus David] titulus patet. Suprà egit de beneficiis collatis Ecclesiæ. Sed quia maximè collata sunt per Christum Regem & Sacerdotem; ideò agit hic Propheta de Christo Rege, & Sacerdote. Primò agit de eo, in quantú assumpsit Sacerdotis officium. Secundò in quantú Rex fuit. Sacerdos fuit in Passione, Rex in Resurrectione. Intentio est monere infirmos ad compatiendum patienti, & congaudendum resurgenti. Modus. Bipartitus est Psal. Primò optat, & prædicit quæ Christo vult fieri tempore passionis. Secundò, quæ tempore gaudij resurrectionis, ibi [Tribuat tibi.] Primò ergo agens de Passione, in qua fuit Sacerdos, offerens se pro nobis hostiam Deo Patri, de eo loquitur, vt de Sacerdote. Cuius triplex est officium, scilicet, orare, offerre, consulere. Quantum ad primum officiú dicit [Exaudiat te.] Quantum ad secundum dicit [Memor sit omnis sacrificij tui.] Quantum ad tertium dicit [Omne consilium tuum, &c.] Et hoc tertium deducit in secunda parte, quæ incipit: Tribuat tibi. Quantum igitur ad primum officium dicit.

Partitio Psalmi.

a Exaudiat te] ô Christe, qui es verbum Patris.
b Dominus] Pater.
c In die tribulationis] id est, Passionis. Et tota vita Christi tribulatio fuit. *Heb.* 5. b. Qui in diebus carnis suæ, id est, mortalitatis, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Ecce, quod hic Propheta optabat, & prædicabat faciendú, Apostolus testatur factum. Et bene dicit [In die tribulationis] quia in passione verè fuit dies: quia tunc luxit dies iustitiæ super terrã in Cruce. Fuit tamen Iudæis dies illa dies iræ, dies calamitatis, & miseriæ; sed credentibus fuit lux. *Iob* 5. c. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. In Passione enim fuit meridies: quia tunc maximè calorem suum ostendit Sol Christus. Sic mutatio facta est olim, cùm nox esset, & tenebræ apud Ægyptios: dies erat, & lux clara, vbicumque Iudæi essent. *Exod.* 10. f Nunc econtrario fuit Iudæis tenebrosa dies Passionis, & Gentibus lux. *Eccl.* 36. a. Innoua signa, immuta mirabilia. *d* Protegat te] ô Christe.
e Nomen Dei Iacob] id est, inuocatio Dei Patris, vel bonitas eius, quæ protexit Christum, secundum quod homo, dando patientiam, vt non descenderet de Cruce. *Greg.* Melius liberat, cùm patientiam dat.

Alleg.

Mysticè. De Ecclesia, vel de quolibet Iusto.

Mystic.

a Exaudiat] id est, exaudiat te.
b Dominus] Deus Trinitas.
c In die tribulationis] quo magis orare debemus, & quando magis opportunum est auxilium. *Psal.* 119. Ad Dominum cum tribularer, clamaui, &c. *Psal.* 9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et nota, quòd dicit in die tribulationis. Tribulatio enim dies dicitur, quia illuminat. *Isa.* 28. c. Vexatio dabit intellectum. *d* Protegat te] secundum illud *Isa.* 49. a. In vmbra manus suæ protexit me, *Ps.* 63. Protexisti me à conuentu malignantium, &c. *e* Nomen Dei] filius: *Ioan.* 1. b. Vnigenitus filius eius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Prou.* 18. b. Turris fortissima nomen Domini.
f Dei Iacob] id est, populi iunioris, id est conuersi Gentilis, quem elegit, vt Iacob, reprobatis Iudæis, vt Esau.

Vel Moraliter Dei Iacob, id est, Dei supplantantis vitia. Non est enim Deus vitiosorum: secundùm quod dicit *Aug.* quod vnusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deus est. Vnde de gulosis dicit Apostolus *Phil.* 3. d. Quorú Deus venter est. Et nota, quòd multiplex est effectus tribulationis.

Moral.

Quia tribulatio
- Erudit: *Ier.* 6. b. Erudire, Ierusalem, &c. secundùm aliam literam. Per omne flagellum erudieris, Ierusalem.
- Conuertit. Vnde *Psal.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, &c.
- Probat hominem: *Eccl.* 27. c. Vasa figuli probat fornax, &c.
- Viros sanctos lætificat. *Iac.* 1. a. Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis: *Act.* 5. g. Ibant Apostoli gaudentes, &c. *Psal.* 89. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti.
- Humiliat: *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.
- Confortat: *Iob.* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat.
- Fœcundat in dono gratiæ: *Exod.* 1. c. Quantò magis opprimebantur, tantò magis multiplicabantur.
- Perficit virum iustum, & consummat: 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur. Vnde Dominus in articulo suæ tribulationis dixit. Consummatum est. *Ioan.* 19. f.
- Coronat 2. *Tim.* 4. b. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui; de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ: Et in eod. 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. *Iacob.* 1. b. Beatus vir, qui suffert tentationem, &c.

In finem Psalmus David.
XIX.

a Exaudiat te *b* Dominus in *c* die tribulationis: *d* protegat te *e* nomen *f* Dei Iacob. *g* Mittat tibi auxilium *h* de sancto: & de Sion *k* tueatur te. *l* Memor sit *m* omnis sacrificij tui: &

g Mittat tibi auxilium] Pater, ô Christe. *h* De sancto] id est, de seipso, id est, de cœlo, scilicet, Angelos. Vel [Mittat tibi auxiliú de sancto, id est, sanctificet Ecclesiam, quod est tuum auxilium, ô Christe, qui ideò passus es, vt eam sanctificares. *Eph.* 5. e. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt eam sanctificaret. Et secundùm hoc cùm dicitur de sancto, ablatiuus cum præpositione ponitur pro genitiuo. Et est sensus, de sancto, id est, sanctitatis. Hoc autẽ factum est, quando misit Spiritum sanctum. *Act.* 2. a. *Gen.* 1. d. Faciamus ei adiutorium simile sibi. 1. *Cor.* 3. b. Dei adiutores sumus. Vel de Ecclesia, vel fideli anima legitur sic: Mittat tibi auxilium de Sancto, id est, de filio incarnato, qui antonomasticè dicitur Sanctus. Vnde *Luc.* 1. d. Quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. *Dan.* 9. f. Cùm venerit Sanctus Sanctorum. Vnde de hoc auxilio cantatur in vigilia Natiuitatis Domini: Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos. Et sumitur 2. *Par.* 20. d. vbi dicitur: State confidenter; & videbitis auxilium Domini super vos, ô viri Iuda, & Ierusalem: Nolite timere, cras egrediemini contra eos: & Dominus erit vobiscum in carne factus homo. *Isa.* 7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel, i. nobiscum Deus. Vel de sancto, id est, Christo passo, qui in Passione sanctificauit se pro nobis. *Ioan.* 17. c. Pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. De auxilio, quod impendit iste Sanctus, figura habita est 1. *Reg.* 11. c. Sic dicetis viris, qui sunt in Iabes Galaad; cras erit vobis salus, cùm incaluerit Sol, i. in meridie Passionis Christi, de qua suprà dictum est. *i* Et de Sion.] id est, de Christo, qui est speculum nostrum, in quo debemus nos mirari. *k* Tueatur te] id est, membra tua, siue filios tuos, ô Ecclesia, ne abscindantur à te per peccatum. Vel de Sion, quod interpretatur speculatio, id est, spe æternæ beatitudinis, tueatur te, corda tuorum à terrenis eleuando. Et sic tuebitur te in eis, ne eiiciaris ab eis, sicut homo eiicitur de domo, vel castro suo, quando præualent inimici sui. Tunc autem tuetur Dominus Ecclesiam de Sion, quando contemplando superna, & sperando sic roboratur, quod ad hæc infima non potest allici. Vnde *Psal.* 90. Altissimum posuisti refugium tuum: non accedet ad te malum. *Greg.* de Iob. In altum mentẽ fixerat, & ideò ad eum Diabolus irrumpere non valebat. Vel sic exponitur. *g* Mittat tibi auxiliú de Sancto] id est, de quolibet sancto. homine; quia Sancti se coadiuuant. Vnde *Prou.* 18. c. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Propter hoc dixit Ioab Abisai fratri suo, 2. *Reg.* 10. c. Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Et de Sion tueatur te] id est, de cœlo, vbi habitat per euidentiorem effectú potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis suæ. *Ps.* 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit? Vel per Sanctum, significatur actiuus, qui sanctus est in operibus suis: Per Sion contemplatiuus: Per quẽ statum vtrumque, & Ecclesia, & fideles in ea adiuuantur, & defenduntur. *l* Memor sit omnis sacrificij tui] suprà dictum est de primo officio Christi Sacerdotis, quod est orare: Sequitur hic de secundo, quod est offerre: de quo dicit [Memor sit] id est, memores eos faciat Deus Pater. *m* Omnis sacrificij tui] quo te ei pro nobis obtulisti. Et dicit: Omnis, quia plura sunt eius sacrificia, videlicet, per totam vitam suam ab initio, scilicet, ab incarnatione vsque ad mortem. Vnde cùm tempore Passionis cantet Ecclesia, & inuitet fideles ad cantandum de Passione Christi, & suo sacrificio, dicens,

Alleg.

Aliter.

Aliter.

Pange lingua gloriosi
Prælium certaminis:
Et super Crucis trophæum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor Orbis
Immolatus vicerit.

Postmodum à principio sumit exordium, dicens:

Vagit infans inter arcta
Positus præsepia, &c.

a holocaustum tuum *b* pingue fiat *c* Tribuat tibi secundùm *d* cor tuum: & *e* omne consilium tuum † *f* confirmet. † *g* Lætabimur in *h* salutari tuo, *i* & in nomine Dei nostri *k* magnificabimur. *l* Impleat Dominus omnes petitiones tuas: *m* nunc *n* cognoui, quoniam *o* saluũ fecit Dominus Christum *p* suum. *q* Exaudiet illum *r* de cœlo sancto suo: in *s* potentatibus *t* salus dexteræ eius.

Holocaustum unde dicatur.

al. † compleat.

al. † exultabimus.

Huius sacrificij nos esse memores admonet *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthij, & fellis. Propterea dicebat Sponsa *Cant.* 1. d. Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Vel dicit [Omnis, id est, perfecti sacrificij, ad differẽtiam sacrificiorum veteris legis. De qua *Heb.* 7. c. Nihil ad perfectum adduxit lex. *a* Et holocaustũ tuum] holocaustum dicitur ab Holon, quod est totum: & cauma, quod est incendium: in quo notatur maxima charitas Christi: *Ioan.* 15. b. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et *Beatus Bern.* addit. Et tu, Domine, maiorem habuisti, ponens eam pro inimicis tuis. *b* Pingue fiat] id est, placens Deo, sicut in veteris Testamenti sacrificiis pinguia animalia magis placebant Deo. Vel [Pingue] effectiuè in nobis, vt nos impinguemur per illud. *Eccl.* 38. a. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis. *Psal.* 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Vel de Ecclesia, vel anima fideli [Memor sit] Dominus omnis sacrificij tui, quod est triplex; vt omnis distribuat inter tria. Est enim sacrificium operis, oris, & cordis. De primo *Ps.* 50. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Et *Ps.* 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ. *Rom.* 12. b. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, &c. De secundo *Ps.* 49. Sacrificium laudis honorificabit me. *Osea* 14. b. Reddemus vitulos labiorum. De tertio, *Ps.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et est memor Deus sacrificij nostri in præsenti, quando nõ permittit nos succumbere tentationi, & præseruat à malo: & in futuro, quando retribuet nobis. Et dicitur sacrificium, quantum ad imperfectos, qui partem, non totum offerũt. Holocaustum verò, quantum ad perfectos, qui non solùm partem, sed totum offerunt. *Matt.* 19. c. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Illud holocaustum pingue est, quando fit ex charitate, & cum deuotione. Sunt autem aliqui, qui faciunt holocaustum, sed non pingue, quia omnia relinquunt non ex charitate, sed propter vanitatem: sicut Philosophus, qui omnibus suis venditis, pretium eorum comminuit, & in mare proiecit ad ostentationem. De quo dicit *Iero.* Philosophus popularis auræ vile mancipium, totam sarcinã suam deposuit: & tu Christiane, putas te in culmine virtutum positũ, si auferas partem de toto: Propter hoc dicit [Holocaustum tuum pingue fiat] per charitatem & deuotionem. *c* Tribuat tibi] Hic incipit secunda pars, in qua optat, & prædicit ea, quæ in tempore Resurrectionis futura erant. Nondum tamen adhuc egit de tertio officio Christi Sacerdotis, quod est consulere. Licet hic incipiat agere de Christo, inquantum fuit Rex, & victor. Sed quia agit de officio illo, quod est consulere, non quantum ad deliberationem consilij, sed quantũ ad confirmatum. Et consilium Christi plenè non fuit ante Resurrectionem; ideò particulam illam, in qua agit de consilio Christi meritò posuit inter illa, quæ de tempore Resurrectionis dicit, & non antè. Dicit ergò [Tribuat tibi,] ò Christe, Deus Pater. *d* Secundum cor tuum] id est, secundũ voluntatem tuam, quæ est de genere humano saluando. *Io.* 17. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecũ. *e* Et omne consilium tuum,] scilicet, quod excæcatis Iudæis, illuminentur Gentiles. *f* Confirmet,] duo dicit. Firmatũ est enim Dei consilium in prædestinatione. Firmatũ in extrema definitione, scilicet tempore primitiuæ Ecclesiæ, quando factum fuit: vel in die iudicij, quãdo omnibus patebit. *Isa* 49. c. Ego sum Deus annuncians ab exordio nouissima: & ab initio, quæ nondum facta sunt, dicens. Ecce prædestinatio; & consilium meum stabit: Ecce confirmatio. Et omnis voluntas mea fiet: Ecce quod supra dictum est [Secundũ cor tuũ.] Nota, quod est consiliũ indigentiæ, hoc non est apud Deum: Et est consiliũ ineffabilis præsentiæ, quod est apud Deum, & est firmum. Vnde dicit *Greg.* Sicut est immutabilis Dei scientia; sic & voluntas semel fixa iudicia nequaquam mutari possunt. Et sic confirmato consilio. *g* Lætabimur] Loquitur Propheta in persona Ecclesiæ, & ostendit se esse vnum de Ecclesia. *h* In salutari tuo] O Deus Pater, id est, in Christo, de quo *Luc.* 2. e. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Vel ad Christum loquitur. Lætabimur in salutari tuo,] id est, in te saluato; vel in salute facta per te Gentibus. *Isa.* 35. d. Redempti à Domino conuertentur, scilicet, Gentiles: & venient in Sion, scilicet, Ecclesiam, cum laude & lætitia sempiterna super caput eorum, id est, super Christum, qui est caput Ecclesiæ. *Ephes.* 1. d. Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.

Consilium duplex.

Sacrificium triplex.

i Et in nomine Dei nostri] Christi.

k Magnificabimur.] Hoc nomen est, de quo *Matt.* 1. d. Vocabis nomen eius Iesum. *Act.* 4. b. Nec enim est nomen aliud sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc est nomen, quod est super omne nomen: *Phil.* 2. b. In hoc nomine [magnificabimur,] quia magnum est vocari Christianũ, & esse. Vnde *Isa.* 62. a. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, scilicet, ad honorem & vtilitatem tuam. Vel [magnificabimur] id est, magnifici, scilicet magna facientes, efficiemur in nomine isto. Hoc est enim nomen tetragrammaton, principium vitæ, per passionẽ, quod in signum magnificentiæ vel honoris scribebatur antiquitùs in frontibus Sacerdotum, id est, in lamina, quæ pendebat in frontibus: ad notandum, quòd sicut Dominus fuit principium vitæ per Passionem, sic debet esse Sacerdos, imò etiam quilibet Christianus: quia per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum, sicut dicitur *Act.* 14. d. Impleat] quasi dicat. ex quo, ex Passione & Resurrectione tua, ò Christe, quam petisti, sequitur tanta lætitia. Ergo [Impleat Dominus omnes petitiones tuas] quas fecisti pro te, *Ioan.* 17. a. Clarifica me, Pater apud teipsum claritate, quam habui, prius quàm mundus esset apud te. Item petitiones, quas fecisti pro nobis in via. Vel [Impleat Dominus omnes petitiones tuas] quas docuisti in terra: *Matt.* 6. b. Fiat voluntas, in *Pater noster*, &c. Tres primæ de bonis adipiscendis, tres vltimæ de malis amouendis, media confirmatio vtrarumque. *Ierem.* 33. a. Et reuelabo illis deprecationem pacis, & veritatis, *Ioan.* 18. b. Pater, serua eos in nomine meo, quos dedisti mihi. Et ferè per totum illud capitulum vsque in finem habetur de petitione, quam pro nobis fecit ad Patrem. Item [petitiones] quas facit pro nobis in patria. *Heb.* 7. d. Saluare in perpetuum potest accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Vnde *Bern.* Securum habes accessum, ò homo, ad Deum: habes filium ante Patrem; ante filium matrem. Filius ostendit patri latus, & vulnera; mater ostendit filio pectus, & vbera. Nulla potest esse repulsa, vbi tot occurrunt charitatis insignia, id est, in forma desiderandi. Et quia hoc desiderando dixerat, ne quis de hoc ipsum dubitare crederet, vel etiam dubitaret, inde propter hoc subdit. *m* Nunc,] scilicet, tam longè ante Incarnationem, & Resurrectionem, dicit Propheta pro tempore suo. *n* Cognoui] per Spiritum prophetiæ. Vel [Cognoui] fide, & spe. *o* Quoniam saluum fecit Dominus] Pater, id est, saluum faciet. *p* Christum suum] cum suscitando à mortuis, scilicet. *Ps.* 15. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Saluo autem capite, saluabuntur & membra. Vnde subdit. *q* Exaudiet illum, scilicet, Christum orantem pro membris, vt suprà dictum est. Vnde in suscitatione Lazari, per quam nostra resurrectio spiritualis designatur, dixit *Ioan.* 11. e. Pater, gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis. Et *super Num.* 14. d. vbi Moyses orans pro populo, exauditus est, dicit *Ieron.* Habemus aduocatum, qui interpellat pro nobis, multò meliorem Moyse: qui tamen pro populo illo exauditus est. Et fortè hoc factum fuit, vt multò magis confidamus, quoniam Aduocatus noster veniam impetrabit à Patre. Hucusque sunt verba Ieronymi. [Exaudiet] dico illum orantem.

r De cœlo sancto suo] vt sedens ad dexteram Patris, interpellet pro nobis. Vel [de cœlo sancto suo] supple dando fidelibus, quod oratur. *Matth.* 6. d. Quærite primum Regnum Dei, &c. *s* In potentatibus] Continuatio. Verè exaudiuit eum petentem pro nobis: quod patet, quia potentes sumus auxilio eius: hoc est, quod dicit.

t Salus dexteræ eius] id est, fauor gratiæ eius; est in potentatibus nostris, quia per eum potentes sumus. Vel sic [Salus dexteræ eius] idest, tribulatio, quæcumque est [in potentatibus] id est, facit potentes spiritualiter. Est autem salus dexteræ, & salus sinistræ. Salus sinistræ est salus corporalis; salus dexteræ tribulatio. De qua *Iob.* 5. c. Beatus homo, qui corripitur à Domino. In

mino. Increpationem ergo Domini ne reprobes: quoniam ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Percutit corpus, sanat animam. Et hæc salus dexteræ eius, est à potentatibus, id est, facit potentem spiritualiter, 2. *Cor.* 12. d. Cùm infirmor, tunc potens sum. Vel. Salus dexteræ eius est in potentatibus: quia eam appetunt illi, qui æterna sapiunt. Et hi verè sunt potentes, quos neque mors, neque vita, neque tribulatio potest separare à Deo. Vnde *Rom.* 8. g. Cùm induxisset Apostolus illud *Psal.* 45. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisionis, adiunxit. Sed in his omnibus superamus, propter eum, qui dilexit nos. In primo notatur salus dexteræ. In secundo fortitudo, siue potentatus. Salutem verò sinistræ appetunt, qui terrena sapiunt. De quibus subdit.

a Hi in curribus, &c.] Nec ponitur hic hoc pronomen, hi, demonstratiuè, sed quasi partitiuè, vt *Matt.* 25. d. Ibunt hi in supplicium æternum, illi autem in vitam æternam. Dicit ergo [Hi] id est quidam.

b In curribus] id est, in volubili successu temporalium, supple, confidunt.

c Et hi] id est, alij.

d In equis] i. in fastu mundi. Hi duo sunt de salute sinistræ, in quibus mali confidunt. Et ideò non sunt verè potentes, quia confidunt in nihilo.

e Nos autem] cum pondere, scilicet, nos serui Dei.

f In nomine Domini Dei nostri inuocabimus.] Et ideò potentes erimus, quia sicut dicitur *Prou.* 18. b. Turris fortissima nomen Domini. [In curribus] tangit duo genera superbiæ, quantum ad literam. Vnum maius, alterum minus. Maius dicebatur laureatum, & fiebat in curru pro aliqua magna victoria. Alterum minus dicebatur ouatio ab ouibus cæsis: & fiebat in equo albo. Et in his duobus ad literam multùm gaudebant. Sed moraliter notatur, quòd curru trahitur quis & fertur; sed equo tantùm fertur, & à terra eleuatur. Currus igitur est cupiditas, equus superbia. *Exod.* 15. c. Ingressus est eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare. Et hoc fecit vt persequeretur filios Israël, fugientes ab eo. Sic Diabolus, qui per Pharaonem designatur, fugientes à mundo persequitur cupiditate & fastu sæculi. Currus isti sunt plaustra, quibus descenderunt filij Israël in Ægyptum. *Gen.* 46. a. Equus est dignitas terrena. *Eccl.* 18. b. Vidi seruos in equis. Serui sunt, qui Diabolo seruiunt in peccato. *Ioan.* 8. d. Omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. De equis, & curribus *Iosue* 11. b. Dixit Dominus ad Iosue. Equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Equus subneruatur, quando homo in dignitate humiliatur. *Eccl.* 3. c. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Currus comburitur, quando æstus cupiditatis igne Spiritus sancti extinguitur. Illi ita: nos autem, qui non sumus de eis, non in his curribus & equis confidentes; sed in nomine Domini Dei nostri inuocabimus: & ideò salui erimus. *Ioel.* 2. g. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. *Ioan.* 16. g. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

al. † exultabimus. *al.* † incuruati. *Duplex currus superbiæ.*

a Hi in *b* curribus, *c* & hi in *d* equis, *e* nos autem in *f* nomine Domini Dei nostri † inuocabimus: ipsi *g* obligati sunt, & *h* ceciderunt; *i* nos autem surreximus, & *k* erecti sumus. *l* Domine saluum fac Regem; & *m* exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Sūt autē currus boni.
- Ecclesia, *Psalm.* 67. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, &c. *Cant.* 1. c. Equitatui meo assimilaui te.
- Exercitus Angelorum. 4. *Reg.* 6. d. Aperuit Dominus oculos pueri, vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum.
- Cœtus Prædicatorum, *Gen.* 50. b. Ascendente Ioseph, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, habuitque in comitatu suo currus, & equites.
- Claustrum, seu Religio, *Gen.* 46. c. Iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo. 2. *Para.* 35. d. Transtulerunt eum de curru in alterum currum. Idem 4. *Reg.* 23. f.
- Bonus Prælatus, 4. *Reg.* 2. c. Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius.
- Chorus virtutum, 4. *Reg.* 2. b. Cùm incederent, & sermocinarentur, ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt vtrumque.

Currus malus.
- Superbia, *Exod.* 15. a. Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare. 2. *Reg.* 10. d. Occidit Dauid de Syris septingentos currus. Equi, diuitiæ, nobilitas.
- Ira. *Naum* 2. a. Viri exercitus in coccineis, igneæ habenæ currus in die præparationis eius, agitatores eius consumpti sunt. Equi, rixa, contumelia.
- Auaritia, *Iud.* 1. d. Non potuit Iudas delere habitatores vallis, i. mundi: quia falcatis curribus vtebantur. Equi, amor parentum, ambitio dignitatum.
- Luxuria, *Iosue* 11. b. Equos subneruauit currusque combussit. 2. *Reg.* 8. a. Dauid subneruauit omnes iugales curruum. Equi, ventris ingluuies, vestis mollities.
- Adulatio, *Apoc.* 9. b. Vox alarum earum, sicut vox curruum. Equi, amor placendi, cupiditas acquirendi.
- Iactantia, 4. *Reg.* 23. c. Currus quoque Solis combussit igni. Equi, præsumptio, & ignorantia.

Et quid vtrisque, scilicet, bonis & malis accidat, subdendo declarat.

g Ipsi obligati sunt.] Alia litera: [Incuruati sunt, &c. Ipsi] scilicet mali [obligati sunt] id est, valde ligati, scilicet, sollicitudine acquirendorum, & amore habitorum. De sollicitudine 1. *Tim.* 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli. Et 2. *Tim.* 2. a. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Prouerb.* 28. c. Qui festinat ditari, non erit innocens. Item eo ipso, quòd volunt ascendere currus, & equos, obligati sunt ad descensum; sicut Lucifer, qui dixit: Conscendam in cœlum, super astra cœli exaltabo solium meum: *Isa.* 14. d. Et Dominus dixit ei: Verumtamen ad Infernum detraheris in profundum laci. [Obligati] debitis, desideriis, & peccatis. *Psalm.* 41. Abyssus abyssum inuocat, &c. *Prouerb.* 5. d. Vinculis peccatorum suorum constringitur. Vnde sequitur.

h Et ceciderunt] *Psalm.* 21. Cadent omnes, qui descendunt in terram. *Isa.* 28. c. Expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi; vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Quod sic expone; vt vadant in cogitatione, cadant in intentione, vel consensu, conterantur in executione, illaqueentur consuetudine, capiantur in morte æterna.

i Nos autem surreximus] ab infidelitate ad fidem, à vitiis ad virtutes, à desperatione ad spem, à cupiditate ad charitatem, ab actiua ad contemplatiuam, à morte ad vitam, à miseria ad gloriam. Et nota, quòd duo dicit de malis; & duo contraria de bonis. Sed ordine conuerso, iuxta illud *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt.

k Et erecti sumus] per veram humilitatem. Vnde dicit *Gregor.* Surgunt, & non eriguntur, qui per superbiam de virtutibus extolluntur. Et idem *Greg. super Machabaeorum*, vbi loquitur de Eleazaro, qui occidit elephantem, &c. dicit: Sub bestia quam sternit, moritur, qui de culpa, quam superat, eleuatur. Post conuertit sermonem ad Deum Patrem.

l Domine saluum fac Regem.] Quasi dicat. Ex quo sicut suprà dictum est, saluo Rege Christo, salui erimus. Ergo [saluum fac Regem, scilicet Christum Regem Iudæorum, id est, verè confitentium. *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. Et ipso mediante, qui est Aduocatus noster, vt suprà dictum est.

m Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.] In die illucescentis gratiæ, qua intùs habitâ vocauerimus te. Tunc enim exauditur homo à Deo. *Psalm.* 126. Vanum est vobis ante lucem surgere, in die prosperitatis, non tantùm in nocte aduersitatis. *Isa.* 21. d. Venit manè, & nox. Si quæritis, quærite, conuertimini, & venite.

EXPOSITIO PSAL. XX.

Domine in virtute, &c.] Titulus: [Psalmus Dauid in finem:] Titulus patet. In præcedenti Psalmo egit Propheta de Christo, inquantum Sacerdote, & in quantum Rege. Sacerdos fuit inquantum homo, se pro nobis immolans, & offerens in Cruce. Rex verò fuit inquantum Deus, secundum quod dicit *Ioa*. 18.g. Regnum meum non est de hoc mundo. In hoc Psalmo agit Propheta de vtraque natura, describens Christum secundùm vtramque naturam. Intentio est, vt credamus Christum in vtraque natura, scilicet, Deum, & hominem. Modus. Tripartitus est psalmus. Primò summatim meritum, & præmium Christi proponit. Secundò virtutes Christi, & meritum describit, *ibi*: Quoniam præuenisti. Tertiò agit de pœnis inimicorum, *ibi*: Inueniatur manus tua. Quod in fine præcedentis Psalmi dixit deprecatiuè, hic dicit assertiuè. Vnde sic continuatur præcedenti. Domine saluum fac Regem, &c. Et verè ita erit. Quia. ô

al. † animæ. *al.* † dedisti. *Partitio Psalmi.*

Psalmus Dauid in finem.

X X.

a Domine, in virtute tua, *b* lætabitur Rex: & *c* super salutare tuum *d* exultabit vehementer. *e* Desiderium † cordis eius † *f* tribuisti ei: & *g* voluntate labiorum eius non fraudasti eum. *h* Quoniam præuenisti eum in *i* benedictionibus dulcedinis:

Alleg. *a* Domine, in virtute tua lætabitur Rex] i. in virtute, & potentia tua, quam ei das.

b Lætabitur Rex] id est, Christus, qui dicitur Rex. *Psalm.* 71. Deus iudicium tuum Regi da. *Ierem*.23.a. Et regnabit Rex, & sapiens erit, &c. De hac virtute, & potentia lætatus est, quando fecit miracula, quando vicit mortem morte sua, Iudæum, mundum, Diabolum. Et cùm surrexit à mortuis, & cùm in cœlos ascendit. *Psalm*.46. Ascendit Deus in iubilo.

Psalm. 73. *c* Et super salutare tuum] id est, quia fecisti eum salutarem, & per eum operatus es salutem nostram in medio terræ.

d Exultabit vehementer.] Vnde suprà. *Psal*.18. Exultauit, vt Gigas ad currendam viam: dicitur autem lætitia interior, exultatio exterior. Et hoc ideò. Quia.

e Desiderium cordis eius] id est, salutem animarum.

f Tribuisti ei.] Quam salutem desiderabat, cùm dicebat, *Ioan*.19.f. Sitio.

g Et voluntate labiorum eius non fraudisti eum, id est, quicquid dixit, se velle, concessisti ei: *Ioan*.17.c. dixit: Quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Et hac voluntate sciebat se non esse fraudatum, cùm dixit latroni: Hodie mecum eris in Paradiso. *Luc*.21.f.

Moral. Moraliter. *a* Domine in virtute tua lætabitur Rex,] Rex, id est, ille, qui bene regit se, vt Christo seruiat. Qui dicitur seruus Christi. Cui, vt dicit *Boe tius*, seruire regnare est.

b Lætabitur] Intùs in corde. In virtute tua: non in sua. *Isa*. 1. g. Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ. 1. *Reg*. 2. b. Non in fortitudine sua roborabitur vir. *Psalm*. 32. Non saluatur Rex per multam virtutem, supple, suam. Vnde subdit; Et Gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.

c Et super salutare tuum exultabit] exteriùs; [vehementer.] Virtus Dei est in nobis ad resistendum tentationibus, & ad bene operandum. [Salutare] Dei, dicit quantum ad sanitatem à peccato, quod est morbus periculosus. De quo debet homo dolere. [Vehementer] sicut dicitur *Michaa* 4.c. Dole, satage, filia Sion, quasi parturiens clama. Et *Psalm*.6. Anima mea turbata est valde. Vnde quando sanatur ab infirmitate, debet exultare non parum, sed vehementer. Vnde dicitur de Magis, quòd cùm abiissent ab Herode, videntes stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Herodes significat Diabolum; stella illuminationem gratiæ. *Ephe*'.5 d. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Sic læti sunt filij Israël post transitum maris rubri. *Exod*.15. Sic interfecto Holoferne exultauerunt, vt dicitur *Iudith*.15.d. Omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus, & iuuenibus, in organis & cytharis. Salutare Dei est tribulatio præsens. *Psal*.115. Calicem salutaris accipiam, &c. In quo lætandum est, 2. *Cor*. 12.c. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. *Matth*.1.b.

e Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum:] Cordis non carnis. *Iob* 39.a. Clamorem exactoris non audit. Sed videtur contrarium in Paulo, qui Dominum ter rogauit, vt amoueretur stimulus carnis; & tamen non dedit ei Dominus illud desiderium, vt habetur 2. *Cor*.12.c. Hoc soluit *Greg*. dicens: Tunc magis exaudiuntur ad meritum, cùm non exaudiuntur ad votum, id est, ad voluntatem.

g Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum:] Quia oculi Domini super Iustos, & aures eius in preces eorum. Sed mirum videtur, quòd dicit: [voluntate labiorum] cùm voluntas sit in corde, non in labiis. Solutio est in *Ecclesi*.21. d. In ore fatuorum cor eorum, & in corde sapientium os illorum. Vnde duo labia, sunt intellectus, & affectus. Hæc sunt labia quibus anima fidelis osculatur Deum, quando intellectus coniungitur veritati, & affectus bonitati. *Psalm*. 23.

h Quoniam præuenisti eum, &c.] Secunda pars, in qua virtutes Christi, & eius meritum describit. Sic continua. Dixit:] Voluntate labiorum eius non fraudasti eum] scilicet, Christum, id est, quicquid dixit, factum est. Et hoc: Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis] id est, in immunitate peccati. [Præuenisti] dicit, id est, ante ortum donasti, quia in peccato non est conceptus Christus: Nos autem præuenimur in maledictione amaritudinis: quia in peccatis concipit nos mater nostra, & nascimur filij iræ. Dicit autem pluraliter: [Benedictionibus] quia non solùm vna, sed pluribus. *Alleg.*

Moral. Moraliter. *h* Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, &c.] Dominus præuenit hominem multis modis.

Scilicet,
- Dando voluntatem boni. Vnde *Aug*. Præuenit, vt velimus: sequitur, ne frustra velimus. *Greg. super Lucam* 15. de filio prodigo: Nec illam voluntatem redeundi habuisset, nisi priùs pater eam in occulto inspirasset. 1. *Ioan*.4.b. Non quasi nos dilexerimus eum; sed quoniam ipse prior dilexit nos.
- Monendo. *Isa*. 30. e. Aures tuæ audient verbum post tergum monentis.
- Vt lux, quæ præuenit oculum. *Ioan*.1.a. Lux in tenebris lucet.
- Exaudiendo, *Psal*.9. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. *Isa*.65. d. Antequam clament, ego exaudiam.
- In beneficiorum collatione. *Tit*. 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit.
- Quærentes se; *Sap*.6.b. Præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis se priorem ostendat.

i In benedictionibus:] Quæ consistunt in multis.

Scilicet,
- In amotione culpæ. *Eccl*.39. c. Benedictio illius, quasi fluuius inundabit, qui, scilicet, lauat sordes.
- In collatione gratiæ, *Gen*.27.d. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam.
- In conseruatione gratiæ, *Deut*.33. b. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos.
- In gratiæ multiplicatione, *Heb*.6. b. Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam his, à quibus colitur, *Ps*.83. Benedictionem dabit Legislator: ibunt de virtute in virtutem. *Ps*.23. Hic accipiet benedictionem à Domino.
- In gloriæ largitione, *Ecclesiast*.11.c. Benedictio Dei in mercedem Iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat. Hæ sunt benedictiones dexteræ, quas solas meritò vocat benedictiones dulcedinis: quia benedictiones sinistræ, amaritudines sunt, quæ consistunt in collatione diuitiarum, & dignitatum, & huiusmodi; *Ecclesia*...1.c. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Ecce amaritudo.

e Posuisti

Allegorice. Christū Deus Pater preuenit quatuor benedictionibus.

ribus, scilicet, quatuor benedictionibus præuenit eum Deus Pater. Prima est immunitas peccati, de qua dictum est.

Et de hac *Exod.* 25. c. Facies & candelabrum de auro mundissimo. Candelabrum est Christus, super quem sunt septem lucernæ, id est, septem dona Spiritus Sancti. Quod factum fuit de auro purissimo, id est, de purissimo sanguine Beatæ Virginis. Secunda benedictio fuit in vnione duarum naturarum. De qua *Luc.* 1. e. Benedictus fructus ventris tui. Tertia in plenitudine gratiæ, & virtutis. *Ioann.* 3. d. Dat Deus spiritum non ad mensuram, scilicet, Christo, à quo nos accipimus cum mensura.

a Posuisti in capite eius *b* coronam *c* de lapide pretioso. *d* Vitam *e* petiit à te: *f* & † tribuisti ei *g* longitudinem dierum in *h* sæculum, & in sæculum *i* sæculi. *k* Magna est gloria eius in † *l* salutari tuo: *m* gloriam, & magnum decorem impones super eum.

al. † dedisti. *al.* † salute tua.

Et *Ioann.* 1. b. Plenum gratiæ, & veritatis. Quarta benedictio fuit gloriæ: quia ab instanti conceptionis fuit comprehensor. *Isa.* 22. g. Erit, scilicet, Christus, solium gloriæ domus Patris sui: & suspendam super eum omnem gloriam domus Patris eius.

De his benedictionibus *Deut.* 33. d. Nephtalim abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini. Nephtalim interpretatur dilatatio. Christus verò fuit Nephtalim, quia in charitate valde dilatatus. Fuit etiam plenus benedictionibus quatuor suprà dictis.

Hæ sunt benedictiones dulcedinis. Terrenæ verò sunt amaritudinis, quæ sunt in diuitiis. Hæc dulcedo est odor ille, de quo *Gen.* 27. d. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

a Posuisti in capite eius:] id est, in principio prædicationis eius.

b Coronam de lapide pretioso,] id est, de lapidibus pretiosis, scilicet, duodecim Apostolis, qui eum prædicantem, quasi corona caput, ambierunt. Vnde *Matth.* 5. a. Videns Iesus turbas ascendit in montem: & cùm sedisset, accesserunt ad eum Discipuli eius, & aperiens os suum, &c. dicit ergo.

c De lapide pretioso] id est, de lapidibus pretiosis. Sed significantius posuit singulare.

Hi Apostoli sunt duodecim lapides pretiosi, quos gestabat Summus Sacerdos in rationali, *Exod.* 28. b. & 29. b. *Iob* 29. d. Cùm sederem, quasi Rex circumstante me corona; eram tamen mœrentium consolator.

Vel sic: Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso,] hoc est, coronam gloriæ æternæ, quæ finem non habet. Quæ dicitur de lapide pretioso, videlicet, topazion, qui dicitur quasi topandion: Et dicit *Gregorius*, quòd topandion dicitur, eo quòd omni colore resplendeat. Est ergo sensus [Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso] id est, coronam gloriæ, omnem decorem habentem. Ad hanc coronam venit Christus: & omnes, qui peruenerint ad eam, per laborem, & certamen. 2. *Timoth.* 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. *Ecclesiast.* 50. b. Symeon Oniæ filius, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.

Symeon, qui interpretatur exauditus, vel exaudibilis, est Christus, qui exauditus est in omnibus pro sua reuerentiâ. *Heb.* 5. b. Quasi vas auri solidum, in passione, ornatum omni lapide pretioso, in Resurrectione.

d Vitam petiit:] Continuatio. Ideò posuisti: quia ipse sibi, & membris suis: [Vitam] scilicet, gloriæ.

f Et tribuisti ei] in Resurrectione.

g Longitudinem dierum] id est, longam vitam.

h In sæculum] consecutiuum.

i Sæculi] scilicet, in æternum. Vel sic: Vitam gratiæ, & & longitunitatem petiit à te pro membris suis; Et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi: id est, vsque ad consummationem sæculi.

De hac petitione *Ioann.* 17. c. Pater, sanctifica eos in veritate, id est, confirma in fide. Et sequitur ibi. Non pro eis tantùm rogo, scilicet, pro Apostolis; sed etiam pro eis, qui credituri sunt verbum eorum in me. Et tribuisti ei: sicut dicitur *Isa.* 53. d. Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum. *Iob* 29. c. Sicut palma multiplicabo dies, &c. Quod sic exponit *Gregorius*. Palma, in imo gracilior est, superiùs iuxta fructus grossescit. Et bene conuenit Ecclesiæ, secundùm illud *Canticorum* 7. c. Statura tua assimilata est palmæ. Ecclesia enim temporibus primis fuit gracilis, & parua; sed in fine cùm conuertentur Iudæi, erit lata. Et secundum vtrumque modum legendi hoc bene sequitur.

k Magna est gloria eius] scilicet, Christi, id est, innotuit esse magna, tunc enim res esse dicitur, quando venit in notitiam.

l In salutari tuo] id est, in Resurrectione: Quæ salutaris Patris dicitur, eò quòd auctoritate Patris ea saluati sumus.

Magna est, dico, in se, secundùm primum modum legendi. Vel secundùm secundum modum. [Magna] est in membris saluatis: Iuxta illud *Prouerb.* 15. d. In multitudine populi dignitas Regis; & in paucitate plebis ignominia Principis.

m Gloriam, & magnum decorem impones super eum,] quando eum ad dexteram tuam collocabis.

Et per hoc, quod dicit: Super eum, notatur humilitas, per quam meruit illam gloriam, secundum illud, quod dicitur *Phil.* 2. a. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, &c.

Iuxta hoc dicit *Greg.* Si ad sublimitatis gloriam tenderent, prius viam humilitatis inuenirent. Vel sic: Gloriam, & magnum decorem, id est, gloriosos, & decoros Apostolos. *Psalm.* 103. Confessionem, & decorem induisti. *Psalm.* 92. Dominus regnauit, decorem indutus est. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt.

[Impones super eum,] qui est fundamentum Apostolorum: *Ephes.* 2. d. Vel [Gloriam, & magnum decorem] id est, gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam: *Ephes.* 5. f. Et verè ita erit.

Quoniam dabis

Moral.

a Posuisti in capite eius] id est, in mente Iusti, qui dicitur caput. *Ecclesiast.* 9. b. Oleum de capite tuo non deficiat.

De corona viri iusti.

b Coronam de lapide pretioso,] id est, ornatum virtutum. Hæc corona habet quatuor lapides pretiosos, scilicet, quatuor virtutes cardinales. Prudentiam habet ab anteriori parte, vt caueat à futuris. Iustitiam à posteriori, vt satisfaciat de præteritis. Temperantiam à dextris, ne eleuetur in prosperis. Fortitudinem à sinistris, ne succumbat in aduersis. Vel coronam de lapide pretioso, id est, memoriam de Christo, qui est lapis pretiosus: De quo *Isa.* 28. d. Mittam in fundamentis Syon lapidem angularem pretiosum. *Cant.* 8. b. Pone me, vt signaculum super cor tuum. Cor est caput, de quo supra dictum, scilicet, mens, signaculum est corona: Sicut fit in nuptiis, & festis: omnes, qui sunt de familia sponsi coronas deferunt in signum lætitiæ. Hæc dat Deus in præsenti; In futuro autem dabit vitam æternam: de qua subdit.

d Vitam] scilicet, æternam.

e Petiit,] à te, secundùm illud *Psalm.* 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini, &c.

f Et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, & in sæculum sæculi,] id est, in æternum: *Prouerbiorum* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius. Sancti retinent longam vitam; & nos retinemus longam viam. Sapiens, & æternus. Ideò lætatur de longa via. *Ioann.* 14. a. Ego sum via, &c. *Prouerb.* 8. d. Qui me inuenerit, vitam inueniet.

Et in facilitate dandi notatur misericordia.

Dicit enim [Petiit, & tribuisti.] Quid enim facilius, quā petere? Propter quod redarguit Discipulos Dominus. *Io.* 16. f. Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo; petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

k Magna est gloria] id est, Iusti.

l In salutari tuo] id est, in Christo, qui eum saluauit per Crucem. Vnde *Galat.* vlt. d. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. 2. *Cor.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur.

m Gloriam & magnum decorē impones super eum. Gloriam, quantum ad dotes animæ [magnum decorē] quantum ad dotes corporis, *Iob* 40. a. Circumda tibi decorem, & in sublimi

Alleg. A a Quoniam dabis eum] id eſt, Chriſtum.

c In benedictionem in ſæculum ſæculi :] duraturam, id eſt, æternam, id eſt, ipſe erit in benedictione æterna bendictus, & benedicens : quia per eum omnes benedicuntur, ſicut promiſit Deus Abrahæ *Geneſ.* 22. d. In ſemine tuo benedicedicentur omnes Gentes : *Galat.* 3. c. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit in ſeminibus, quaſi in multis; ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Et quæ erit illa benedictio, ſubiungit.

d Lætificabis eum in gaudio :] quod erit. e Cum vultu tuo :] id eſt, in tua præſentia, in quo non ſolùm ipſe Chriſtus ; ſed etiam, & ſui gaudebunt, quando erit omnia in omnibus. Poſtea addit cauſam præcedentium.

A Quoniam dabis b eum † c in benedictionem in ſæculum ſæculum ſæculi : d lætificabis eum in gaudio cum e vultu tuo. Quoniam f Rex g ſperat in Domino : & in h miſericordia Altiſſimi non i commouebitur. k Inueniatur manus tua l omnibus inimicis tuis : m dextera tua n inueniat omnes

f Quoniam Rex] Chriſtus homo.

g Sperat in Domino :] non tamen eſt ſpes propriè ſed certitudo.

h Et in miſericordia Altiſſimi non commouebitur :] id eſt, certus de miſericordia Altiſſimi, cuius virtus obumbrabit ei.

i Non commouebitur,] ſcilicet, totaliter in corpore, & anima. Vel : Non commouebitur, quantum ad paſſionem, & propaſſionem ; ſed incommotus in humilitate, & obedientia, vſque ad mortem permanebit. *Prou.*28. a. Iuſtus quaſi Leo confidens abſque terrore erit.

Moral. * & in ſublime erigere, & eſto glorioſus. Hoc autem facies non exigentibus meritis, ſed ex tua gratia. Hoc eſt, quod ſequitur.

a Quoniam dabis] ex gratia.

Duodecim benedictiones, quas dabit Deus electis ſuis. b Eum in benedictionem :] Illam. Venite benedicti Patris mei : poſſidete paratum vobis Regnum à conſtitutione mundi. *Matt.* 25. c. *Pſal.* 28. Dominus benedicet populo ſuo in pace. Et in hac benedictione concurrunt duodecim. Quæ notantur *Geneſ.*27. d. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & olei : & ſeruiant tibi populi, & adorent te Tribus.

Eſto Dominus fratrum tuorum : & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus ; & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Primum notatur in rore, ſcilicet, refrigerium, & protectio contra æſtum tribulationis. *Pſalm.*65. Tranſiuimus per ignem, & aquam : & eduxiſti nos in refrigerium.

Secundum, in pinguedine terræ, in quo notatur ſtabilitas, & firmitas in bono : quia inter elementa firmior eſt terra. Vnde *Pſalm.* 103. Qui fundaſti ſuper ſtabilitatem ſuam. *Eccle.* 1. a. Generatio aduenit, & generatio præterit ; terra autem in æternum ſtat.

Tertium notatur cùm dicit. Frumenti, in quo ſignificatur omnis defectus ſuppletio, & annonæ. *Apocal.*7.d. Non eſurient, neque ſitient ampliùs ; nec cadet ſuper eos Sol, &c.

Quartum, cùm dicit ; Vini : in quo notatur obliuio omnium miſeriarum. *Prouerbior.*31. a. Date ſiceram mœrentibus : & vinum eis, qui amaro ſunt animo ; bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. *Iſa.* 63. c. Obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores.

Quintum, in oleo, per quod notatur gaudium ineffabile. *Pſalm.* 103. Vt exhilarent faciem in oleo. *Iſa.* 51. d. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium, & lætitiam tenebunt : & fugiet dolor, & gemitus.

Sextum, cùm dicit. Seruiant tibi populi, per quod notatur, quòd omnis creatura ſeruiet voluntati eorum. *Matt.* 25. b. Euge, ſerue bone, & fidelis : quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.

Septimum, cùm dicit. Et adorent te Tribus, per quod ſignificatur honor, quem habebunt. *Sapientia* 5. a. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors eorum eſt. *Pſalm.* 8. Gloria, & honore coronaſti eum, Domine, &c.

Octauum notatur, cum dicit. Eſto Dominus fratrum tuorum ; in quo ſignificatur participatio bonorum omnium. Sicut enim lucente Sole omnes participant lucem, ſine diminutione, & præiudicio alicuius, ita quilibet Sanctus participabit gaudium alterius. *Pſalm.* 118. Particeps ego ſum omnium timentium te.

Nonum, cùm dicit. Et incuruentur ante te filij matris tuæ ; per quod intelligitur omnium rerum dominium. *Pſalm.* 8. omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Decimum, ibi : Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus : in quo notatur vindicta inimicorum. *Apocalyp.* 6. c. Vſquequo, Domine, ſanctus, & verus non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra. Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, ſcilicet, animæ : & dictum eſt illis, vt requieſcant tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conſeruorum eorum, & fratrum eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi.

Vndecimum, cùm dicit : Qui benedixerit tibi, ſit ille benedictus, per quod notatur remuneratio amicorum, & benefactorum. *Matth.* 10. d. Qui potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem ſuam.

Duodecimum notatur in oſculo Iſaac : In quo ſignificatur coniunctio Chriſti cum Eccleſia : quia ſicut nulla eſt diuiſio inter oſculantes ; ita nulla erit diuiſio inter Chriſtum, & Eccleſiam. Hoc eſt oſculum Sponſæ. *Cant.* 1. a. Oſculetur me oſculo oris ſui. Hæ ſunt duodecim ſtellæ in corona Sponſæ. *Apoc.* 12. a. In capite eius corona ſtellarum duodecim. Hæ ſunt duodecim benedictiones filiorum Iſrael : *Gen. penult.* Et *Deut. penult.*

d Lætificabis eum in gaudio] æterno.

e Cum vultu tuo] id eſt, cum filio tuo : quia, vt dicit *Auguſtinus* ; Filius eſt Imago expreſſa à Patre, cum quo vultu ſemper erit Iuſtus in gaudio. Vnde 1. *Theſſ.*4. d. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra : & ſic ſemper cum Domino erimus : itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. Ecce lætificatio cum vultu Dei. *Iob* 33. d. Videbit faciem eius in iubilo. Et hoc.

f Quoniam Rex ſperat in Domino] id eſt, quoniam Iuſtus, qui ſe regit, ſperat in Domino, vt eum regat in præſenti, & ſaluet in futuro. De primo *Pſalm.* 126. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. De ſecundo ; *Philippenſ.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum : quaſi dicat, non alium expectamus. *Pſalm.* 16. Qui ſaluos facit ſperantes in ſe.

h Et] quia ſperat [in miſericordia Altiſſimi, non commouebitur, id eſt, ex miſericordia Dei habebit, quòd non commouebitur in præſenti à gratia, nec in futuro à gloria. *Thren.* 3. c. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, à culpa præſenti, & pœna futura.

k Inueniatur manus tua.] Hæc eſt tertia pars, in qua agit Propheta de pœnis inimicorum Chriſti. Dicit ergo, conuertens ſermonem ad filium, qui ante loquebatur ad Patrem. O Chriſte, manus tua, id eſt, vltrix poteſtas : *Eccl.*10.a. In manu Dei poteſtas terræ. Inueniatur, cùm ad iudicium veneris. *Alleg.*

l Omnibus inimicis tuis.] Et eſt prædictio, non optatio : Quaſi dicat, ſentient te per vindictam, qui te, vel de te bene ſentire noluerunt per fidem, & operantem charitatem. *Pſalm.* 9. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens, qui modò non cognoſcitur miſericordiam, & pacem offerens.

m Et dextera tua] id eſt, aſperrima vindicta.

n Inueniat omnes, qui te oderunt : quaſi dicat, quos non inuenit hic in aliquo bono, inueniet in æterna miſeria. *Eccl.* 26. b. Glorifica manum, & brachium dextrum, excita furorem, & confunde iram. Et nota, quòd primò dicit paſſiuè, [Inueniatur.] Et ſecundò actiuè [Inueniat,] ad notandum, quòd ex parte malorum erit paſſio, & ex parte Dei erit actio : quia in præſenti ipſe paſſus eſt ; & ipſi agunt contra eum. Item priùs dicit : [Manus,] ſine diſtinctione, & poſtmodum cum diſcretione dicit, [dextera,] quia ex parte illorum nulla eſt diſcretio, ſed ex parte Chriſti fuit ſemper diſcretio. Vel cùm dicitur : [Inueniatur manus tua, &c.] ad Patrem loquitur Propheta, & manus, & dextera ſumitur pro filio. Et legitur prima pars in bono, ſecunda in malo : Sic.

o Pater [manus tua] id eſt, filius tuus [Inueniatur] in præſenti per fidem, & correctionem [omnibus inimicis tuis] vt conuertantur. [Et dextera tua] id eſt, filius diſtricte iudicaturus, inueniat omnes qui te oderunt, pertinaciter puniendos. Inuenitur quandoque tribulatio, & dolor ad correctionem, vt in *Pſal.* 114. Tribulationem, & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui. Quandoque autem tribulatio, & dolor inuenit homines ad puniendum æternaliter. Vt communiter ſolet dicere aliquis quando malè tractatur ab aliquo: iſte inuenit me. Sic ponitur hic *Pſalm.* 114. Pericula inferni inuenerunt me.

qui te oderunt. *a* Pones eos, vt *b* clibanum ignis in *c* tempore vultus tui: Dominus *d* in ira ſua *e* conturbabit eos, *f* & deuorabit eos ignis. *g* Fructum eorum de terra *h* perdes: & *i* ſemen eorum à filiis ho-

De quinque pœnis damnatorum in Inferno.

a Pones eos vt clibanum ignis, &c.] In præcedenti verſu egit Propheta de pœna malorum in genere. Hic incipit oſtendere modum pœnæ; & quot, & quibus pœnis punientur mali.

Et in his duobus verſibus aſſignat quinque pœnas. Prima eſt remorſio conſcientiæ, *ibi* [Pones eos, &c.] Secunda aſpectus irati Iudicis, *ibi*: Dominus in ira ſua conturbabit eos. Tertia ignis gehennæ, *ibi*; Et deuorabit eos ignis, &c. Quarta amiſſio æternæ beatitudinis, *ibi*: Fructum eorum, &c. Quinta inutilitas omnium operum ſuorum, *ibi*: Et ſemen eorum à filiis hominum, &c. Dicit ergo [Pones eos,] ſcilic. malos.

b Vt clibanum ignis,] id eſt; ſicut ignis ardet in clibano internus; ſic vermis conſcientiæ exuret eos. *Oſea* 7. a. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Adulterantes ſunt quicunque alij, quàm Deo ſe coniungunt inordinatè. Coquens eſt Diabolus, qui malas cogitationes miniſtrat, ſicut coquens ligna. *Thren.* vlt. b. Pellis noſtra velut clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Sed quando erit hoc?

c In tempore vultus tui, &c.] id eſt, in tempore vultuoſitatis tuæ, id eſt, tui mouentis ſupercilia; quod eſt comminantis.

Hoc erit, quando tuba canet. Surgite mortui, venite ad iudicium. Iſtud verbum erit aſperum. De quo dicit. Ipſe liberabit me de laqueo venantium & à verbo aſpero.

d Dominus in ira ſua, &c.] quam oſtendet malis in vultu, non ſolùm comminante, ſed vehementer irato.

Matth. 25. d. *e* Conturbabit eos,] diſceptando cum eis. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum. Et hoc verbum erit aſperius. Et videre cum ira iratum magna eſt pœna reprobis. *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, &c.

Vnde petebat Iob ſe interim protegi in inferno. *Iob* 14. c. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus: & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei? *Apocalypſ.* 6. d. Abſconderunt, id eſt, abſcondent ſe in ſpeluncis montium, & in petris, & dicent montibus, & petris: cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare? Et poſt diſceptationem.

Matth. 25. d. *f* Deuorabit eos ignis, &c.] cùm dicet. Ite, maledicti, in ignem æternum. Hoc erit verbum aſperrimum. Econtra. Iuſti ab auditione mala non timebunt. Sed audient verbum ſuaue in clangore tubæ. Suauius in diſceptatione: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi potum, &c. Suauiſſimum in diffinitione. Venite, Benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Hunc verſum ſic exponit *Gregor.* *Ibidem.*

Bene dicitur, quòd pones eos, vt clibanum ignis, in tempore, &c. Quia veniente Iudice, cùm viſione Dei, malorum multitudo repellitur, & intus per deſiderium ardet conſcientia, & foris per terrorem cruciat gehenna. Sequitur.

g Fructum eorum de terra perdes.] Eſt duplex fructus, ſcil. fructus bonorum.

De duplici fructu.

Et hic eſt ſimpliciter fructus, de quo *Galat.* 5. d. Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Et eſt fructus malorum, qui non eſt ſimpliciter fructus. Et ideò dicit [Eorum] de quo *Matth.* 7. c. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Vterque fructus præmiabitur proprio præmio. De præmio bono. *Prouerb.* vlt. d. Date ei de fructu operum ſuorum. *Sap.* 3. d. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. *Apoc.* 22. a. Oſtendit mihi flumen, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per ſingulos menſes reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gentium.

De malo. *Prou.* 1. d. Comedent fructus viæ ſuæ. Et quia iſte fructus eorum non meretur bonum præmium, dicit fructum eorum de terra, ſcilicet, viuentium.

h Perdes] vt ibi nihil habitet, *Iſaiæ* 26. b. Iniqua geſſit in terra Sanctorum, quaſi dicat ſuccidet eam. Et ideò ſequitur. Et non videbit gloriam Domini. Vel ſic conſtrue; Fructum eorum de terra, id eſt, terrenum, perdes. Et ſemen eorum, id eſt, opera; [Perdes à filiis hominum] id eſt, à bonis, ne cum eis ſint hæredes. *Iſa.* 59. a. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Et hoc eſt, quod dicit.

i Et ſemen eorum, &c.] Cauſa eſt eius, quod præmiſit, Fructum eorum, &c. Quia enim cum bonis non ſeminauerunt hic, illic non metent fructus æternos. 2. *Corinth.* b. Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Propter hoc in *Pſal.* 125. primò dicit. Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua. Et poſtmodum ſequitur. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Hic eſt enim neceſſarius & rectus ordo. Primò ſeminare, & poſtea metere, & colligere fructus. Præter has quinque pœnas, poſſunt aſſignari multæ aliæ, licet non ponantur hic, quas mali ſuſtinebunt in Inferno.

Nota alias quindecim pœnas malorum in Inferno.

Vna eſt fames inſatiabilis. *Iſaiæ* 65. b. Serui mei comedent, & vos eſurietis. *Deuteronom.* 32. d. Conſumentur fame.

Secunda erit ſitis inextinguibilis. *Iſa.* 65. c. Serui mei bibent, & vos ſitietis. Vnde & diues epulo, ardens in lingua, petiit guttam aquæ, quam tamen non habuit. *Lucæ* 14. f. Pater Abraham, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui, &c.

Tertia, æſtus irremediabilis. *Apoc.* 16. b. Æſtuauerunt, id eſt, æſtuabunt homines æſtu magno.

Quarta erit frigiditas intolerabilis. *Iob* 14. c. A nimio calore tranſient ad aquas niuium. Ecce ſimul frigus, & calor. *Matth.* 22. b. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Quinta erit ignis inextinguibilis. *Apoc.* 14. c. Cruciabitur igne, & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum. *Iſa.* 30. g. Præparata ab heri Tophet, à Rege præparata profunda; & dilatata.

Sexta fœtor. *Iſa.* 30. g. Torrens ſulphuris ſuccendens eam. *Pſalm.* 10. Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.

Septima fumus. *Iſa.* 34. c. Aſcendet fumus eius à generatione in generationem, deſolabitur in ſæcula ſæculorum.

Octaua, laceratio beſtiarum. *Eccleſiaſt.* 39. d. Omnia hæc ad vindictam creata ſunt, beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpentes, & rhomphæa vindicans in exterminium impios. *Deuterom.* 32. d. Deuorabunt eum aues morſu amariſſimo.

Nona, dolor vehementiſſimus. *Apoc.* 16. b. Commanducauerunt linguas ſuas præ dolore. *Iſa.* 13. b. Torſiones, & dolores tenebunt, ſupple eos, quaſi parturientes dolebunt.

Decima horror ex aſpectu Dæmonum. *Iob* 10. d. Sempiternus horror inhabitat. *Ioel* 2. b. A facie eius, id eſt, Diaboli, cruciabuntur populi.

Vndecima clauſio carceris. *Matth.* 22. b. Ligatis manibus & pedibus, eiicite eum in tenebras exteriores. *Iſa.* 24. d. Claudentur ibi in carcere.

Duodecima, deſperatio. *Sap.* 5. c. Spes impij, quaſi lanugo, quæ à vento tollitur.

Decimatertia, timor ſemper impetentis mali, & ira contra ſeipſos. *Eccleſiaſt.* 40. a. Timor mortis, & iracundia perſeuerans, &c.

Decimaquarta, inuidia. *Pſalm.* 111. Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. Decimaquinta, vermis comedens eos, *Iſa.* vlt. g. Vermis eorum non morietur. *Eccl.* 10. b. Cùm morietur homo, hæreditabit ſerpentes, beſtias, & vermes.

* Quoniam declinauerunt in te mala,] In præcedentibus tribus verſibus habitum eſt de pœna, quam ſuſtinebunt mali in Inferno, tam Iudæi, quàm alij. Nec alio modo expoſuimus de Iudæis, quàm de aliis, quia etſi ſit differentia inter pœnas horum, & illorum; non tamen ita nobis nota eſt differentia illa hic. Hic autem ponit cauſam illarum pœnarum, ſcilicet, mala opera. Et quia inter mala Iudæorum, & aliorum, diuerſitatem in ſpecie videmus. Primò de Iudæis quaſi allegoricè. Secundò de aliis malis, quaſi moraliter exponemus. Dicit ergo.

minum: *a* Quoniam declinauerunt in te mala? *b* cogitauerunt † conſilia, *c* quæ non potuerunt ſtabilire. *d*

al. conſilium quod.

Allegor.

a Quoniam declinauerunt in te mala] quaſi dicat: Ideò ſupradicta ſupplicia Iudæi patientur. Quoniam declinauerunt in te mala, &c. Et ponuntur hic duo merita Iudæorum. Primum eſt blaſphemiæ, *ibi*: Quoniam declinauerunt in te mala. Secundum eſt malitiæ, quia nomen Chriſti voluerunt extinguere.

b Cogitauerunt conſilia, &c.] Vel primum eſt Chriſti perſecutio. Secundum contra eum iniqua conſpiratio. Primum notatur *ibi*.

Declinauerunt in te mala blaſphemando, dicentes: Dæmonium habes, *Ioann.* 8. f. & multa alia dicendo. Item eum perſequendo, & occidendo, ne eis perſecutio immineret. Vnde dixerunt, *Ioann.* 11. f. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum & Gentem. Et ſic declinauerunt in eum mala, quæ non habuit, blaſphemantes, & mala quæ non meruit, perſequentes. Et ſecundum notatur, *ibi*: Cogitauerunt conſilia, ſecundùm quod dicitur *Ioann.* 11. f.

Collegerunt Pontifices, & Phariſæi concilium aduerſus Ieſum, & dicebant, quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? *Ierem.* 11. d. Cogitauerunt ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Panis iſte eſt Chriſtus, qui dicit *Ioann.* 6. e. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi, &c. In quem miſerunt lignum crucis, de quo *Sap.* 14. a. Benedictum eſt lignum per quod fit iuſtitia.

c Quæ non potuerunt ſtabilire,] quia ſicut dicitur *Sapient.* 2. d. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, quia comprehenſi ſunt in conſiliis ſuis. Etenim hoc ipſo amiſerunt Regnum, & Gentem, quia Chriſtum occiderunt: quem tamen occiderunt, ne amitterent locum, & gentem. *Pſalm.* 9. Comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant. Hæc præmiſſa fient eis in futuro.

d Quoniam] in præſenti.

e Pones eos] id eſt, poni permittes.

f Dorſum] vt fugiant à te non habentes illuminationem vultus tui; ſed dabis eos in reprobum ſenſum.

h Et præparabis vultum illorum] id eſt, cogitatione tui, quæ deberet eſſe eorum, quibus legem dederas, & de quibus ſecundùm carnem natus fueras.

g In reliquiis tuis, &c.] id eſt, in Gentibus, quas tibi reſeruaſti. Hæc præparatio fuit excæcatio, vt intraret plenitudo Gentium. *Rom.* 11. d. Illi non cognouerunt. Sed Δ Tu ò Domine.

Moral.

Moraliter poteſt dici de multis.

Contra excuſantes peccata.

a Quoniam declinauerunt in te mala] O Domine, volentes ſe per te excuſare.

Et hoc faciunt multis modis. Primò excuſantes ſe per Dei operationem, ſicut fecit Adam, *Geneſ.* 3. c. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, &c. Dicunt enim quare fecit nos Dominus, vt poſſimus peccare? Sed conſiderare deberent, quòd Dominus fecit eos tales, vt poſſent non peccare, ſi vellent, ſaltem moraliter.

In arbitrio enim illorum eſt peccare, vel non. *Eccl.* 15. d. Appoſui tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam.

Secundò, per Dei permiſſionem. Dicunt enim, quòd Dominus permiſit eos cadere in peccatum. Sed conſiderare deberent, quòd ipſi renuunt auxilium Domini, dicentis *Prouerb.* 1. c. Extendi manum meam, ſcilicet, ad adiuuandum, & non fuit, qui aſpiceret. Tertiò per Dei diſpenſationem. Dicunt enim, quòd Dominus permiſit eos cadere, vt fortiores reſurgerent: & ſic appareret Dei miſericordia, & gratia in redimendo. Contra quos *Roman.* 6. a. Permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Item *Roman.* 3. a. Si iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? Secundum hominem dico. Abſit. Quartò, per gratiam deficientem. Dicunt enim ſe peccare, eò quòd Dominus non dat eis gratiam, ſecundum illud *Roman.* 9. d. Non eſt volentis, neque currentis; ſed iſti conſiderare deberent, quòd ipſi deſunt gratiæ Dei, & non gratia eis; quia ſemper præſto eſt. 1. *Petr.* 1. c. Eſtote parati in eam, quæ vobis offertur, gratiam.

Quoniam *e* pones eos *f* dorſum, in *g* reliquiis tuis *h* præparabis *i* vultum eorum.

Quintò, per Dei præuidentiam. Dicunt enim, quòd Dominus ita præuidit, vt peccent. Sed conſiderare deberent, quòd præuidentia Dei non infert neceſſitatem rebus, ſicut nec memoria præteritæ rei infert neceſſitatem, vt propter hoc illam contingat eſſe.

Ita licet Dominus præuiderit, quòd facturi ſunt; tamen in voluntate eorum eſt non peccare, & peccare. *Ezechiel.* 2. b. Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant.

b Cogitauerunt conſilia] De quibus multa habita ſunt in 1. *Pſalmo, in principio.* Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum.

c Quæ non potuerunt ſtabilire, &c.] quia vt dicitur *Iob* 5. b. Dominus diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint manus eorum implere, quod cœperant. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia ſua, & conſilium prauorum diſſipat. Sicut patet *Luca* 12. c. De diuite, qui cogitabat intra ſe hoc conſilium, dicens: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia bona mea, & quæ nata ſunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Hoc conſilium cogitauit, ſed non potuit ſtabilire, quia ſequitur *ibi*.

Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, &c. *Iob* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent.

Vbi *Gregorius* dicit. Subſiſtere nequeunt, qui ab æternæ eſſentiæ ſoliditate diuiduntur. Quam diuiſionem facit peccatum, ſecundùm illud *Sapient.* 1. a. Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. Et bene dico, quòd non potuerunt ſtabilire.

d Quoniam, &c.] Tu qui prauorum conſilia diſſipas.

e Pones eos dorſum, &c.] ſicut ipſi modò te ponunt dorſum. Sunt enim duæ viæ. Vna ad Deum, alia à Deo. Ad Deum eſt via charitatis; à Deo, via cupiditatis. Qui ergo à Deo vertitur ad terram, Deum ponit dorſum, ſcilicet, à dorſo. Vnde *Ierem.* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Et *Zachar.* 7. c. Auerterunt ſcapulam recedentes; & aggrauauerunt aures ſuas, ne audirent; & poſuerunt cor ſuum, vt adamantem, ne audirent legem.

Ecce quomodo ipſi ponunt Deum dorſum. Sed ſequitur ibi, quomodo Deus ponet eos dorſum. Et factum eſt, id eſt, fiet, ſicut locutus ſum, & non audierunt: ſic clamabunt, & non exaudiam.

g In reliquiis tuis præparabis vultum eorum.] Hoc poteſt legi de præſenti, vel de futuro. De præſenti ſic. Dico, [quoniam pones eos dorſum,] quia poſuerunt te dorſum. Hoc eſt, quia [in reliquiis tuis præparabis] id eſt, præparari permittes.

i Vultum eorum,] id eſt, voluntatem. Reliquiæ Domini ſunt terrenæ diuitiæ, delitiæ, & honores, quæ Dominus & commenſales eius tanquam inſipida reliquerunt. In quibus præparantur vultus cupidorum, delitioſorum, ambitioſorum: quia ad illa toto corde anhelant. Et notabiliter dicit.

h Præparabis] Tum quia ad ea, quæ habere non poſſunt, præparati ſunt recipienda.

Tum quia hoc appetere eſt præparatio ad damnationem, ſecundum illud 1. *Tim.* 6. b.

Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum, & perditionem.

Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.

Vnde acquieſcendum eſſet conſilio Apoſtoli, quod ibidem præmittit. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his

contenti

Allegor. a tu ô a Domine, exaltare] id est, in gloria resurge, & ascende in cœlum.
b In virtute tua, &c.] id est, in ostensione virtutis tuæ. Vel in virtute tua, &c. non in alterius virtute vel auxilio: sicut alij qui resurgent à mortuis, & ascendent in cœlum, sed non in virtute sua, sed Dei, secundum quod dicitur. Ascensio Christi, & Assumptio B. Virginis, quia Christus propria virtute ascendit, & ipsa virtute Dei, & ministerio Angelorum est assumpta. Tu ergo exaltare, & nos.

Exaltare, a Domine, in b virtute tua: c cantabimus, & d psallemus e virtutes tuas.

* *In finem Psalmus Dauid pro susceptione matutina.*

XXI.

f Deus, g Deus meus h respice in me: i quare me dereliquisti:

c Cantabimus] ore.
d Et psallemus] opere.
e Virtutes tuas] id est, miracula tua. Hoc præcipuè in persona Apostolorum propriè dicitur, quia etiam in ipsa Ascensione iubilauerunt Deo, secundum quod dicitur in *Psalm. 46.* Ascendit Deus in iubilatione. Et postea prædicauerunt vbique, & virtutes fecerunt, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. (*Marc. 16. d.*)

Moral. * Contenti sinius. Vel de futuro sic, in reliquiis tuis, &c. Reliquiæ Domini sunt Infernus, & terra. Deus enim est lux, & reliquiæ lucis sunt tenebræ. De quibus *Matth. 25. c.* Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Et benè dicuntur exteriores, quia extra Deum lucent. In his reliquiis, siue ad has reliquias præparabit Dominus vultus malorum, quando in die iudicij separabit oues ab hœdis, statuens oues à dextris; hœdos autem à sinistris. Et cùm dicet: Esuriui, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum, &c. Vultum eorum; non nominat aliquem sensum determinatè, sed simul omnes sensus. (*Omnes sensus damnatorum cruciabuntur in Inferno.*) Visus enim erit in tenebris, secundùm illud *Isa. 59. b.* Impegimus in meridie, quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui, &c. Auditus erit in clamore horribili, secundùm illud, quod ibi sequitur *Isa. 59. b.* Rugiemus quasi vrsi omnes. Et *Sophonia 1. c.* In die illa dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium: & vlulatus à secunda. Odoratus erit in fœtore. *Apocal. 19. d.* Missi sunt in stagnum ignis ardentis, & sulphuris. Gustus in amaritudine maxima. *Ierem. 9. e.* Ego cibabo populum istum absynthio: & potum dabo eis aquam fellis. Tactus erit in ardore. *Isa. 33. b.* Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?
a Exaltare, Domine] Conclusio est iusti desiderantis retributionem bonorum, exaltare, Domine Christe.
b In virtute tua] iudiciaria potestate. *Isa. 5. d.* Exaltabitur Deus in iudicio: & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia quam sumet de malis. Et nos, scilicet, iusti introducti ad nuptias.
c Cantabimus, & psallemus virtutes tuas] id est, te, & virtutem tuam laudabimus in æternum, *Psalm. 83.* Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

EXPOSITIO PSAL. XXI.

Deus Deus meus, &c.] Titulus [In finem Psalmus Dauid pro assumptione, vel susceptione matutina, seu pro ceruа matutina.] Suprà egit Propheta de multiplici gratia Christi, & in fine de gloria Ascensionis eius. Sed quia hanc meruit per Passionem suam, ideò hic agit de Passione Christi. Titulus patet vsque, *ibi*: Pro assumptione, &c. Et est sensus, Psalmus iste tendens in finem, est Dauid, id est, Christi, agentis pro assumptione matutina, &c. id est, de passione, in qua orauit pro resurrectione mane facta. Et ideò dicit pro Assumptione, non de: vel pro ceruа matutina] idem est sensus. Humanitas Christi cerua matutina dicitur, quia sicut cerua mane surgit ad pascua, transiliens, vtpote leuis, spinosa, & lutosa: sic Christus carens pondere peccati, citò transilit spinosa diuitiarum, & lutosa deliciarum huius vitæ, mane surgens ad pascua cœlestia. (*Quare humanitas Christi dicitur cerua matutina.*) Psalmus iste primus est inter eos, in quibus apertè, & perfectè de Passione Christi agitur. Et dicit *Cassiod.* quòd quinque sunt Psalmi tales in hoc numero editi, in figura sanguinis Christi quinquies effusi. (*Quinquies Christus sanguinem suum fudit.*) Primò in circuncisione: *Luc. 2. c.* Secundò in sudore sanguinis, *Luc. 22. e.* Tertiò in flagellatione. *Ioann. 19. a.* Quartò in fossione manuum, & pedum. Quintò in apertione lateris. De his duobus habetur *in eodem capitulo Ioan. 19.* Prima effusio fuit in signum: Secunda in exemplum: Tertia & Quarta in præmium: Quinta in institutione Sacramentorum. Et ideò Missa in quinque partes diuiditur. Prima pars est vsque ad Euangelium, & quatuor silentia: quæ sequuntur, quatuor alias partes distinguunt. Item canon in quinque partitus est. Prima pars vsque ad, Qui pridie. Secunda vsque, Memento. Tertia vsque, Præceptis. Quarta, vsque ad Embolismum. Quinta vsque, Libera nos Domine. Et dicitur Embolismus, quasi superexcrescens, quia superaddita est orationi Dominicæ. (*Partit. Psalm.*) Est ergo materia huius Psalmi, Christi Passio. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò præmittitur conquestio de derelictione Dei, & præter hoc oratio. Secundò describitur Passio, & petitur Resurrectio, *ibi*: Circumdederunt me vituli multi.] Tertiò fructus, & vtilitas Passionis ostenditur, *ibi*: Narrabo nomen tuum. Agens ergo primò de Passione, petit gloriosam Resurrectionem. Primò captans beneuolentiam Iudicis, dicens.
f Deus] omnium per creationem.
g Deus meus] per specialem cultum, quasi dicat, qui potes: quia Deus: & vis, quia Deus meus.
h Respice in me] id est, vide afflictionem meam. Loquitur enim quasi pendens in Cruce. Et dicit *Ieronymus*, quòd Dominus in Passione cecinit hunc Psalmum, & sequentes vsque ad versum illum. In manus tuas commendo spiritum meum, &c. Cum ergo dicit: Respice in me sic afflictum: Latenter innuit se petere Resurrectionem. Sicut pauperes quando dicunt transeuntibus: Respicite in nos, voluit dicere, visa nostra miseria moueat vos ad dandum nobis eleemosynam. Post orationem conqueritur, dicens.
i Quare me dereliquisti, &c.] id est, pœnis exposuisti?

a Longè à salute

Morali. Moraliter potest exponi, vt loquatur in persona cuiuslibet fidelis, dicens:
f Deus] creando.
g Deus meus] redimendo, quia in redemptione datus fuit nobis. *Ioan. 3. b.* Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit, &c. Propter hoc dicit [Meus.]
h Respice in me.]

Multipliciter { Per Incarnationem. / Per gratiæ infusionem. / Per flagellationem. / Per approbationem. }

De primo *in Psalm. 12.* Vsquequo, Domine, obliuisceris me in finem: vsquequo auertis faciem tuam à me. *Luc. 1. g.* Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. De respectu gratiæ. *Luc. 22. g.* Conuersus Dominus respexit Petrum. *Sap. 4. c.* Gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in electos illius. De respectu disciplinæ, vel flagellationis, *Osea 4. c.* Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cùm adulterauerint. De respectu approbationis, *Genes. 4. a.* Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius; ad Cain autem & ad munera illius non respexit.
i Quare me dereliquisti?]

Dominus derelinquit {
Exponendo culpæ. *Psal. 36.* Quoniam non derelinquet Sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Et: Non vidi Iustum derelictum. (*Ibid.*)
Exponendo pœnæ. *Isa. 54. b.* Ad punctum in modico dereliqui te: & in miserationibus magnis congregabo te.
Non apponendo gratiam, vel subtrahendo eam. *Isa. 50. a.* Quis est hic libellus repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos?
Suspendendo flagella. *Ezechiel. 16. e.* Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar ampliùs.
Pœnæ æternæ tradendo. *1. Par. 28. c.* Si dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. }

* Longè, &c.]

Alleg. ◆ a Longè à salute mea] Et hoc secundùm opinionem Iudæorum. Et meritò quærit, quare. Propter tres rationes, quasi dicat, quare me cruciatibus Iudæorum exposuisti, cùm sine peccato essem? *Isa.* 53. c. Eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Vnde & Pilatus respondit Iudæis, *Ioann.* 18. a. Ego nullam in eo inuenio causam, scilicet, mortis. Item cùm multa bona eos docuerim. *Matth.* 26. e. Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehẽdere me: quotidie apud vos eram docens in templo, &c. Item cum multa bona fecerim eis. *Ioan.* 10. f. Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum me lapidatis? Post quæstionem ponit solutionem, scil. quia hoc peccatum humani generis exigebat, vt pro nobis pateretur. Hoc est. b Verba] id est, clamor. c Delictorum] id est, peccatorum, quæ sunt. d Meorum] scil. hominum, supple hoc exigebant. *Isa.* 53. c. Propter scelus populi mei percussi eum. Vel secundum istum eundem sensum, planiùs potest construi sic: Deus, Deus meus, quare me dereliquisti? sicut supra. Et subdit responsionem: Longè à salute mea verba delictorum meorum, id est, clamor peccatorum hominum, elongat à me salutem, scilic. corporis, id est, exigit, vt patiar in corpore, vt suprà dictum est. Vel sic in alio sensu: Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Hoc non mutatur. Et subiungit rationem quare. Ecce longè à salute mea, id est, ideò me dereliquisti, quia tu es longè à salute mea, id est, meorum membrorum infirmorum per peccatum, quia longè à peccatoribus salus. Et post addit: Verba delictorum meorum, supple, hæc sunt, quasi dicat, quod dixi, [Dereliquisti] & longè à salute mea, non sunt mea, in propria persona: quia tu nunquam me derelinquis; sed sunt delictorum meorum, id est, propter delicta eorum, qui sunt mei, vt sit transitio inter duos genitiuos, secundum quod & antè lectum est. e Deus meus, clamabo.] Supra habitum est de oratione & conquestione; hic autem ponit materiam orationis, scil. quid oret: Deus meus, clamabo ad te in persona meorum. f Per diem] prosperitatis, vt non recedat. Vel per diem, id est, propter diem, vt veniat.

a longè à salute mea, b verba c delictorũ d meorum. e Deus meus, clamabo f per diem; g & non exaudies, & h nocte, & i non ad insipientiam mihi. k Tu autem in l sancto m habitas, laus Israël. In n te sperauerunt patres nostri: o sperauerunt, & † liberasti eos.

al. † eruisti.

Psalm. 118.

Matth. 26. c. h Et nocte] aduersitatis, vt non veniat: vel si iam affuerit, vt recedat. Hoc modo in persona membrorum suorum ex sensualitate orabat *Matth.* 26. d. Si possibile est, transeat a me calix iste. Adhuc quasi in prosperitate erat; sed in foribus erat tribulatio: quia statim appropinquauit, qui eum tradidit, Iudas, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, vt ibi legitur. De hac die prosperitatis dicit *Psal.* 55. Ab altitudine diei ego timebo. Et *Ierem.* 17. c. Diem hominis non desideraui, tu scis. De nocte *Ps.* 120. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. *Iob* 35. c. Qui dedit carmina in nocte.

g Et] licet sic clamem, tamen non exaudies. Contrarium inuenitur *Heb.* 5. b. vbi dicit, quòd exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. Sol. exauditus est in omnibus, quæ petiit ex ratione, non ex sensualitate. Et suprà diximus; quòd hic petit ex sensualitate, & in persona infirmorum. Dico, quòd non exaudies. Et hoc erit.

i Non ad insipientiam mihi] sed ad sapientiam, scilic. vt sapienter per humilitatem passionis redimam hominem lapsum per superbiam. *Iob* 26. d. Prudentia eius percussit superbum. *Eccl.* 9. d. Ciuitas, sc. Ecclesia, parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex magnus, sc. Diabolus, &c. inuentúsque est in ea vir, sc. Christus, sapiens & pauper, qui liberauit Vrbem per sapientiam suam.

k Tu autem in sancto habitas] Continuatio, dico quòd non exaudies, vt liberes me, quin patiar; sed tamen semper mecum eris, & confortabis me. Hoc est, quod dicit, Tu autem ô laus Israël, id est, quem laudant videntes, & non cognoscentes eum, & per quem laudabiles sunt.

m Habitas] permanenter.

l In sancto] id est, in me, qui sum Sanctus Sanctorum. *Ioann.* 14. b. Pater autem in me manens, ipse facit opera: non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est?

n In te sperauerunt] Continuatio. Verè, [Tu qui habitas in sancto, scilicet in me, confortabis me. Probatio. Per locum à minori: quia Patres antiquos confortasti; ergo multo fortius me. Hoc est, [in te sperauerunt Patres nostri] secundùm carnem. Nec frustrati sunt à spe sua. Vnde sequitur. o Sperauerunt & liberasti eos,] vt populum Israel de Ægypto. *Exod.* 14. d. Danielem de lacu. *Dan.* 14. g. Tres pueros de camino. *Dan.* 3. f.

△ Ad te clamauerunt Moral.

* a Longè, &c.] Hic respondet suæ quæstioni.

b Verba] id est, clamor.

c Delictorum meorum longè] sunt, vel faciunt me longè esse à salute mea, id est, à te, qui es salus, & saluator meus. De isto clamore. *Genes.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et *Genes.* 18. c. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Hæc verba, siue clamor elongant nos à Deo, sicut dicitur *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Vel sic [verba delictorum meorum] videlicet parentum: Euæ, dubitatiuè respondentis; Ne fortè moriamur: Et Adæ excusantis, & peccatum in Deum retorquentis; Mulier, quam dedisti mihi, &c. *Gen.* 3. a. &c. [Longè à salute] Hoc non mutatur.

e Deus meus, clamabo] quasi dicat, licet sim longè, tamen clamabo ad te, quia es Deus meus. *Iob* 13. c. Si occiderit me, in ipso sperabo. *Psalm.* 56. Clamabo ad Deum Altissimum, Deum qui benefecit mihi [Clamabo] inquam.

f Per diem, & non exaudies: & nocte] similiter clamabo, & tamen non exaudies. Clamandum est ad Deum per diem & noctem ad literam, vt sine intermissione oretur. 1. *Thessal.* 5. d. Sine intermissione orate. Item per diem & noctem, id est, in die gratiæ, & nocte peccati. Item per diem & noctem, id est, in prosperitate, & aduersitate. Et licet sic clamet homo, tamen quandoque non exaudit eum Deus. Et sunt multæ causæ, quare non exaudit Deus hominem. Primò propter petentis indiscretionem. *Matth.* 20. c. Nescitis, quid petatis. Secundò propter petentis dubitationem. *Iacob.* 1. a. Postulet in fide nihil hæsitans. Tertiò propter eius, pro quo petit indignitatem, *Ierem.* 15. a. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. 1. *Reg.* 16. a. dixit Dominus ad Samuelem. Vsquequo tu luges Saülem, cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? Quartò propter petentis indignitatem. *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Quintò, propter inutilitatem eius, quod petitur. Vnde Paulus non est exauditus de amotione stimuli. 2. *Corinth.* 12. c. *Augustin.* Multa bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati. Sextò propter hoc quòd petitur malum, vt quando quis petit focariam, vel vindictam, vel huiusmodi. De tali dicit *Psalm.* 108. Oratio eius fiat in peccatum. Propter hoc ergo dicit [Non exaudies: Et quia vir iustus cùm se non exaudiri videt, non propter hoc blasphemat, sicut faciunt mali; sed propter aliquam causarum prædictarum se non exaudiri cognoscit. Ideo addit.

Deus non exaudit propter multas causas.

i Et non ad insipientiam mihi] sed potius ad eruditionem. Vnde *Gregor.* Clamantem me nocte continuò non exaudis; quia vnde me in temporali tribulatione quasi deseris, inde ad æternam sapientiam plus erudis. Vnde benè sequitur.

k Tu autem in sancto habitas laus Israël] quasi dicat, si me non exaudis, non propter hoc blasphemabo, dicens quòd non cures de tuis; sed potius te laudabo, instructus per hoc quòd etsi non remoues tribulationem, tamen es cum Sanctis in tribulatione. Hoc autem est [Tu autem ô laus Israël] id est, ô Deus, quem laudat, & laudare debet, qui te cognoscit.

m Habitas] per gratiam.

l In sancto] scilic. in eo, qui est sine terra: id est, sine terrenorum cupiditate, vel amore, licet videatur stultus, quòd deseras eos & obliuiscaris.

n In te sperauerunt] Adhuc ostendit, quòd non debet desperare, si non audiatur, per hoc, quòd Dominus audiuit Patres antiquos, quasi dicat, hæc est mihi consolatio, quòd eos audisti, quando expediuit eis: quia ex hoc cognosco, quòd & nunc me audires, si scires mihi expedire, quia in te non stat. Et nota, quòd hic ponitur ter [Sperauerunt] & semel [clamauerunt] quia tria sunt speranda à Deo, & pro quolibet eorum est clamandum, scilic. venia, gratia, gloria, vt sit spes veniæ prima, spes gratiæ secunda, spes gloriæ tertia. Et ponit etiam tria verba, quæ respondent huic triplici spei, scilicet, liberasti eos; salui facti sunt: non sunt confusi. Liberasti eos,] à peccato per veniam. Salui facti sunt] per gratiam. Non sunt confusi] per gloriam quam assecuti sunt. Et pro his omnibus necesse est orare Dominum. Vnde interponit.

Tria speranda sunt à Deo.

* Ad te clamauerunt

Ad a te clamauerunt, & b salui facti sunt: in c te sperauerunt, & d non sunt confusi. e Ego autem sum vermis, & f non homo: g opprobrium hominum, & h abiectio plebis.

Alleg.

A Ad te clamauerunt] per operationem deuotam in necessitatibus suis, sicut 2. *Par.* 20. c. dixit Iosaphat. Cùm ignoremus, quid facere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt ad te oculos nostros dirigamus.

b Et salui facti sunt] euadentes manus inimicorum. Nec solùm salui, sed victores effecti sunt. Vnde addit.

c In te sperauerunt] congredientes cum hostibus.

d Et ideo] non sunt confusi, quia sperauerunt in te, non in se. Vnde Dauid dixit Philistæo 1. *Reg.* 17. f. Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israël. *Iudith* 6. d. Non derelinquis præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias.

Moral.

* *a* Ad te clamauerunt] Hæc omnia possunt notari alibi *in Psalm.* 36. Reuela Domino viam tuam, scil. in confessione, & tunc spera in eo, scilicet, spe veniæ, spe gratiæ, spe gloriæ. Et sequitur de illis tribus. Et ipse faciet, & educet, quasi lumen, iustitiam tuam, & iudicium tuum, tanquam meridiem. Non dicit, quid faciet: vnde intelligendum est de proprio eius officio, quod est misereri, hoc est dare veniam. Et educet quasi lumen, iustitiam tuam, dando gratiam. Et iudicium tuum, tanquam meridiem, quando de iudicio te ducet ad lucem perpetuam dando gloriam. Et de oratione subdit. Subditus esto Domino, & ora eum. Hoc est, quod dicit hic [Ad te clamauerunt] scilicet, in oratione. In oratione autem sunt multæ circumstantiæ, quæ notantur in hoc versu:

Circunstantia orationis.

Ad quem quis clamet, cur, quomodo, quando, quid, vnde?

Ad quem; quia ad Deum. Vnde hic dicit [Ad te.] Et *Psalm.* 119. Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui. Quis; quia Iustus debet esse. *Psal.* 33. Clamauerunt Iusti, & Dominus exaudiuit eos. Et *ibid.* Oculi Domini super Iustos, & aures eius in preces eorum. Cur; sc. lumen gratiæ. Vnde *Luc.* 18. g. Cæcus clamabat, & Domino quærenti, quid vis, vt faciam tibi? Respondit: Domine, vt videam. Quomodo, corde, ore, opere. 1. *Cor.* 12. a. Nemo potest dicere Dñs Iesus, nisi in Spiritu sancto. *Ibi Gloss.* Nemo quantuscunque potest dicere verè, id est, cogitatione, verbo, & opere. Ecce illa tria. Quando: maximè in tribulatione. *Osea* 6. a. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Quid; sc. vitam æternam. *Psal.* 26. Vnam petij a Domino, hanc requiram, &c. *Ioann.* 16. e. Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Vnde; ex corde accenso charitate. 1. *Cor.* 13. a. Si linguis hominum loquar, & Angelorum; charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

A *e* Ego autem sum vermis.] Suprà dixerat Christus se non desperare, licet non esset exauditus in petitione, quam fecit secundùm sensualitatem. Sed se innuit a Patre confortandum per locum à minori, quia Patres antiquos confortauerat Deus. Hic autem prosequitur illud, ostendens se maiorem illis patribus in natura, & in merito. In natura, quia Deus & homo: In merito, quia plura passus. Dicit ergo [Ego sum vermis.] Ego, cum pondere legatur, quasi dicat, ego in propria persona. Cùm enim ante loqueretur in persona membrorum dicens: Deus meus, clamabo, &c. non dixit ibi, Ego. [Ego] ergo in persona propria sum vermis, id est, sine coitu, & semine natus de terra, scil. B. Virgine, de qua *Psal.* 84. Terra nostra dabit fructum suum. Non dixit reddet, sed dabit. Si enim semen suscepisset, tunc fructum reddere, & non dare dici debuisset. Sed quia semen non suscepit, fructum quem protulit, non reddere, sed dare dicta est. In hoc ergo, quòd se vocat vermem, ostendit se maiorem antiquis Patribus in natura, sed in natura humana. In hoc autem, quòd dicit postea.

f Et non homo] ostendit se eis esse maiorem in natura diuina, id est, per naturam diuinam, quam habet ipse, & non ipsi. Est enim sensus [Ego sum vermis, & non homo] tantùm supple, sed etiam Deus. Sic legitur hoc in bono de laude vtriusque Christi naturæ. Quod autem sequitur.

g Opprobrium hominum, &c.] commendat eius meritum, sc. quia hæc passus est ex obedientia. Vel etiam hoc [ego sum vermis, & non homo] potest legi de merito eius, sic scil. [Ego] filius Dei consubstantialis Patri, [Sum vermis] id est, ita viliter conculcatus, vt vermis [Et non homo] id est, ita viliter & intantùm, sicut non essem homo. Post specificat, & enumerat illa, quæ passus est, in quibus maior fuit antiquis Patribus, quantum ad meritum [Opprobrium hominum] id est, peccatorum. Est autem opprobrium, quando turpe aliquid homini imponitur, vt cum dicebant Iudæi Christo, Dæmonium habes, *Ioann.* 8. f. Et *Matth.* 12. b. Hic non eiicit Dæmonia, nisi in Beelzebub Principe Dæmoniorum. *h* Et abiectio plebis] scilic. Iudæorum, quando eo abiecto petierunt Barrabam. *Luc.* 23. c. Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam. Et nota, quòd Christus dicitur vermis propter multa. Primum est id, quod diximus, scilicet, propter nascendi qualitatem. Secundò propter mollitiem. 2. *Reg.* 23. a. Dauid sedens in Cathedra sapientissimus inter tres, ipse est, quasi tenerrimus ligni vermiculus. Dauid Christus, inter tres personas. Tertiò, quia vermis hyeme transacta egreditur de terra: Sic Christus de Virgine transacta hyeme infidelitatis. *Canticor.* 2. c. Hyems abijt, & recessit. *Isa.* 45. b. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Quartò, quia verme inescantur pisces; sic Diabolus inescatus fuit: qui quando credidit glutire vermem humanitatis Christi, captus fuit hamo Diuinitatis. *Iob* 40. d. An extrahere poteris Leuiathan hamo? Quintò propter vilitatem, & conculcationem, vt prædictum est *Isa.* 4. b. Reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum, &c. & *Isa.* 50. c. Corpus meum dedi percutientibus, &

Christus dicitur vermis propter multa.

A genas meas

Moral. In persona Christi.

Moraliter. Christus hodie sicut in Passione potest dicere.

e Ego sum vermis, & non homo] id est, ita vilipensus, & conculcatus à peccatoribus sicut vermis: quia nec homini auderent facere, quod mihi faciunt, & in me, & in membris. Vnde conqueritur per *Ierem.* 15. c. Væ mihi mater mea, vt quid me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. Et *Hebr.* 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Sed ipse erit eis vermis ligni, secundùm aliam proprietatem. Dicitur enim, quòd verme illo nihil mollius, cùm tangitur; nihil durius, cùm tangit. Ipse tanget eos acumine oris sui, dicens: Ite maledicti in ignem æternum: quos modò per patientiam molliter sustinet, cùm eum tangunt persequentes per peccatum. Ipse enim est patiens redditor. *Eccl.* 5. b. Ipse, ecce vermis. Patiens, ecce mollities. Redditor, ecce duritia. *Hebr.* 10. e. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quantò magis deteriora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Ecce & de mollitie, qua permittit se tangi, & conculcari: & de duritia, qua tanget in fine. Filium Dei conculcat, vt dicit *Gloss.* qui eum vilipendit: quod facit, qui præcepta eius omittit, & consilia contemnit. Spiritui gratiæ contumeliam facit, vt dicit *Gl.* qui eum malè viuendo à se abiicit. Item de his duobus *Psal.* 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam, Ecce Dei mollities, cùm tangitur. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, &c. Ecce duritia, cùm tanget. Postea tria genera hominum peccatorum innuit, a quibus passus est, scil. Principes sæculares, homines populares, Prælatos Ecclesiasticos, & Doctores. Vnde dicit. *g* Opprobrium hominum] scil. maiorum.

Matth. 25. d.

h Et abiectio plebis] id est minorum.

* Omnes videntes

Aliter. Moral. In persona viri iusti.

⊖ In persona autem viri iusti legitur. *e* Ego sum vermis, & non homo, &c.] Et notantur hic duo, quæ debet habere vir iustus, videlicet, humilitatem, & patientiam. Humilitas notatur *ibi*, Ego sum vermis, & non homo. Patiētia *ibi* [Opprobrium, &c.] Et dicit duo, ex quibus homo debet humiliari, videl. propriam fragilitatem, & vilitatem, in quam incidit homo per peccatum, item secundò dignitatē, quam perdidit. De primo dicit [Ego autem sum vermis] *Iob.* 25. b. Homo putredo, & filius hominis vermis, i. Adam, factus est putredo, & filius eius, i. proles tota, vermis, sc. à putredine natus. De secundo dicit. *f* Et non homo] quasi dicat, amisi dignitatem, quam habuit homo in prima creatione: quia factus est ad Imaginem & similitudinem Dei, potens non mori, & affici: ad similitudinem, quantum ad gratuita; ad Imaginem, quantum ad naturalia. Similitudinem amisit, Imaginem deturpauit. *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho, i. à statu illo digno, in defectum peccati, & incidit in latrones, Dæmones, qui despoliauerunt eum gratuitis, & plagis impositis in naturalibus, abierunt, semiuiuo relicto: ecce [non homo] *g* Opprobrium hominum.] Hic notatur patientia viri iusti in tribus, videlicet, in opprobriis: vnde dicit [Opprobrium hominum] In persecutionibus: Vnde dicit:

h Et abiectio plebis, &c.] In illusionibus: Vnde addit:

Patientia viri iusti notatur in tribus.

⊖ Omnes videntes

a genas meas vellentibus:faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Sextò, quia vermis trahit se ore,& Christus prædicatione.*Greg.* Tunc via Domini ad cor dirigitur, cùm sermo eius libenter auditur. Septimò, quia suauiter repit; & Christus venit suauiter. *Iob 9.* b.Si venerit ad me,non videbo eum; si abierit,non intelligam. Vel suauiter, id est, per suauitatem. *Psal.89.* Superuenit mansuetudo, & corripiemur. 3.*Reg.19.* c. Sibilus auræ tenuis ibi Dominus. Octauò, quia occultè mordet, & Christus occultè punit. *Osee.5.* d. Ego quasi tinea Ephraim.*Ione 4.*c.Parauit Dominus vermem,& percussit hederam, & exaruit.

al. † qui cōspiciebant. al. † subsannabant.

Omnes † a videntes me † b deriserunt me; c locuti sunt labiis, & d mouerunt

a Omnes videntes me.] Supra ostendit Christum passum fuisse d to,scilicet,opprobrium,& abiectionem:modò addit tertium, derisionem, scilicet, vnde dicit [Omnes videntes me] scilicet,mali. Et est hic accommoda distributio per Synecdochen.

b Deriserunt me] Quæ derisio significata fuit *Gen.9.*d.vbi Cham derisit Noë patrem suum nudatum. Noe Christus inebriatus amore humani generis,nudatus,ad litteram,in Cruce,& derisus à malis filiis. Sed quia derisio fit multis modis, ponit tria genera derisionum. Fit enim quædam derisio per verba, quæ notatur, cùm dicit.

Tria genera derisionum.

c Locuti sunt labiis,falsa imponendo, falsa promittendo. *Matt.27.* e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: ecce falsa impositio. Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce,& credimus ei:ecce falsa promissio.Et dicit *Be tus Bern.* Quæ consequentia est ista, si Rex Israel es,&c. Immò si Rex Israel es, regni titulum non deseras. Alia derisio fit per nutus: de qua subdit. d Et mouerunt caput] *Matt. 27.* e. Prætereuntes autem blasphemabant eum,mouentes capita sua,& dicentes: Vah ! qui destruis templum Dei, &c. Item est & alia derisio, quæ dicitur Ironia, quando bonum improperatur. Hac derisione dicebant, quod sequitur [Sperauit in Domino] quod sic construe [Mouerunt caput, &c.] supple, dicentes. A Sperauit Christus

Moral.

* a Omnes videntes me] scilicet, Prælati & literati.
b Deriserunt me] De primis bene dicit, quòd factus est opprobrium hominum, scilicet, Principum,& militum, & nobilium. Inter quos, si quis Deo seruiat,opprobriosus, & ignominiosus reputatur, secundùm quod dicitur 2. *Reg. 6.* c.quòd Michol filia Saul vidit Dauid Regem subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo. Et postea dixit ei: Quàm gloriosus fuit hodie Rex, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus ex scurris. Sic diceretur hodie à multis, si quis nobilis vellet se nudare à gloria mundana, vt coram Domino saltaret, ei deuotiùs seruiendo, cùm tamen, sicut dicit Boetius, Deo seruire regnare sit. Et *Eccl.23.* d.Gloria magna est sequi Dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Et in hoc gloriabatur Dauid,& alij sancti patres. Vnde respōdit Dauid Michol. Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum,qui elegit me,& præcepit mihi,vt essem Dux super populum Domini Israel: ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum, & humilis ero in oculis meis, & cum ancillis,de quibus locuta es gloriosior apparebo.Sed Rex Dauid paucos, aut nullos imitatores nobiles habet, qui hanc gloriam quærant. Vnde dicitur 2.*Mach.4.*c.Patrios quidem honores nihil habentes Græcas glorias optimas arbitrabantur. Græcæ gloriæ, sunt mundanæ gloriæ. De equis & phaleris,de ebrietatibus, & comessationibus, de iniuriis & vindictis,& huiusmodi,talium hominū est opprobrium Dominus. *Psal.68.* Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum. Vnde & ipse Dominus opprobria multa sustinuit in domo Pontificis, in domo Præsidis, in domo Herodis. Et abiectio plebis, id est, minorum, qui abiecto suaui, & leui onere Domini, dispersi sunt per Ægyptum ad colligendas paleas terrenorum. *Exod.5.*b.A minore enim vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. *Ier.6.*c.*Sap.3.* c. Qui neglexerunt Iustum, & à Domino recesserunt:sapientiam enim,& disciplinam,qui abiicit,infelix est. Hi sunt diuites huius mundi, qui obturant aures suas,sicut aspis, ne audiant veritatem. De quibus *Psal.57.* Furor illis secundum similitudinem serpentis,sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,vnam,scilicet, terra, & aliam cauda: Sic diuites obturant vnam autem terra, scilicet, amore terrenorum; & aliam cauda, hoc est, sequela parentum,& proximorum,siue propinquorum. De quibus dicit *Senec.* Mel muscæ sequuntur,cadauera lupi: prædam sequitur turba ista, & non hominem.

a Omnes videntes me deriserunt me.] Videntes sunt Prælati,& Ecclesiastici viri, qui deberent esse oculi Ecclesiæ. *Matth.6.*c.Lucerna corporis tui est oculus tuus,id est, Prælatus & Doctor Ecclesiæ. 1.*Reg.9.*b. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens consulere Deum: venite eamus ad videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. De his ergo dicit [Omnes videntes me] id est, omnes Prælati, & Doctores,nullum excipit.

Qualiter Prælati qui dicuntur videntes, siue oculi Ecclesiæ, Christum derideant.

b Deriserunt me] deridet valdè Dominum, qui ouem quam ipse propriis humeris reportauit,ad custodiendam, & pascendam susceptam, tondet, & lupo strangulandam dimittit. Sic faciunt, qui curam animarum suscipiunt: & postmodum, de salute earum non curantes, vellera, & pelles temporalium extrahunt, quantum possunt. De quibus dicit *B. Bern.* Quem dabis de numero Prælatorum, qui non magis inuigilet euacuandis marsupiis,quam vitiis extirpandis. Quibus dicitur *Isa. 33.* a. Væ qui prædaris,nonne & ipse prædaberis? Et væ,qui spernis,nonne & ipse sperneris? Non enim sunt tales pastores ouium, sed prædones: non serui Domini,sed contemptores.Hoc est [Deriserunt me.] Legimus *Ioan. 19.* a. quomodo illuserunt ei milites, quia scilicet imposuerunt capiti eius coronam de spinis, & induerunt eum veste purpurea, & dicebant ei: Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Per spinas intelliguntur diuitiæ,sicut Dominus dicit *Matt. 13.*c. Per vestem purpuream, fastus vestium, equorum, supellectilis, & cæterorum apparatuum. Spinis istis coronant Dominum, & purpura vestiunt Prælati Ecclesiæ, qui congregantes, & retetuantes diuitias, pompam vestium, equorum, cæterorúmque sectantes, hæc dicunt se facere ad honorem Domini, & ad Ecclesiæ honestatem. *Deut.17.*d. Cùm fuerit Rex constitutus, non multiplicabit sibi equos,non habebit vxores plurimas,neque argenti,& auri immensa pondera.Dicunt ei,Aue, quando cantant in Ecclesia, vel populo prædicant; sed manu dant ei alapas, cùm contraria operantur. *Matth.23.*a. Quæ dicunt, facite, &c. Vnde quòd sic fiat ista illusio, declarat Dominus, subdens.

c Locuti sunt] cantando, prædicando.

d Labiis,& mouerunt caput] mentem rebus caducis, & mobilibus per amorem copulando. Hoc est, quod dicitur *Isa.29.*d. Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me; cor autem eius longè est à me. Caput autem,& cor,siue mens, pro eodem accipiuntur. Mouent ergo caput,scilicet à Deo,quia mentem in mobilibus ponunt.Vnde hæc fuit pœna Cain,qui occidit Abel,scilicet, tremor capitis.Cain possessio: Abel luctus interpretatur. Sed in Prælatis amor possessionum interficit luctum, quando intenti temporalibus, pro peccatis subditorum plorare non curant.Et in pœnam huius interfectionis habent tremorem capitis,i. animi dispersionem in præsenti; quod tamen non est nisi signum, vel initium pœnæ futuræ,vbi erit fletus,& stridor dentium. *Matth.25.*c. Et petit Christus ab his liberari, cuius liberatio esset eorum conuersio.Vnde dicit:

* Quoniam tu es

Aliter. Moral.

ɵ a Omnes videntes me deriserunt me,] primum aggrauat per hoc,quod dicit hominum, quasi rationalium, & sapientium;quorum verba magis ponderosa sunt, & opprobria magis intolerabilia. Secundū per hoc,quod dicit plebis.Plùs enim aggrauat hominem,quando à vilioribus abiicitur. Tertium per hoc, quod dicit: Omnes videntes me. Aliquod enim esset remedium, si aliquem consolatorem haberet.De duobus primis *Luc.6.*d. Beati eritis,cùm exprobrauerint vobis homines, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filium hominis, &c. De tertio *Iob 12.*a.Deridetur iusti simplicitas. Quomodo autem,deridetur, subiungit.

c Locuti sunt labiis,& mouerunt caput] quasi dicat,verbis,& signo,quod sequitur[Sperauit in Domino,&c.] Et in hoc tantò plus commendatur patientia viri iusti,quantò maior ostenditur derisio.Quæ in pluribus aggrauatur. Primò in eo,quod fit ab omnibus.Vnde dicit:Omnes,&c. Secundò in eo, quod fit statim cùm videtur. Vnde dicit: Videntes me,&c.Nec expectatur,quousque audiatur verbum eius,vt fieri solet. *Iob 21.*a.Sustinete me,vt & ego loquar: & post mea, si videbitur, verba ridete. Tertiò in eo, quòd non solùm deridetur risu, sed & verbo, *ibi*, [Locuti sunt labiis.] Quartò, quia etiam fit motu capitis, quod maius est, *ibi* [Et mouerunt caput,] &c. Quintò, quia non deridetur propter stultitiam, vel propter malum, quod faciat; sed propter bonum, ɵ s.quia sperat.

Derisio quomodo aggrauatur.

Alleg.

A *d* Sperauit] Christus. *b* In Domino,] Deo Patre. *c* Eripiat eum] de manibus nostris.

d Saluum faciat eum] id est, resuscitet eum. *e* Quoniam vult eum] vt ipse dicit *Sap.* 2. d. Si verus filius Dei est, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. *Matt.* 27. e. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult, dixit enim, quia filius Dei sum. *f* Quoniam tu es, &c.] Sup. ostendit Christus, quæ passus est à Iudæis: Hic autem petit ab his liberari, & protegi à Patre, cùm dicit: Ne discesseris à me: Vsque ibi enim pendet constructio. Sed primò ponit causas, & allegat rationes, quare Dominus Pater debet eum protegere. Primum, quod allegat, est dignitas Natiuitatis. Vnde dicit: Ne discesseris à me, &c. Conceptum sine carnali concupiscentia, extraxisti de ventre matris Virginis, manente integritate, & pudicitia. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Ingressus in vterum in Conceptione, ingressus in mundum in Natiuitate. Secunda causa est confidentia, quàm allegat, subdens.

al. † eruat. *al.* † iactatus. *al.* † confirmatus. *al.* † discedas.

caput. *a* Sperauit in *b* Domino, † *c* eripiat eum: *d* saluum faciat eum, quoniam *e* vult eum. Quoniam *f* tu es, qui extraxisti me de ventre: *g* spes mea ab vberibus matris meæ, in *h* te † proiectus sum ex vtero. *i* De ventre matris meæ, *k* Deus meus es tu: *l* ne † discesseris à me. Quoniam *m* tribulatio *n* proxima est:

g Spes mea ab vberibus matris meæ, supple tu es.] Ab vberibus matris meæ, id est, secundùm humanitatem, qua suxi vbera. *Cant.* 8. a. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ? *Luc.* 11. d. Beatus venter, qui te portauit: & vbera, quæ suxisti: Nam secundùm Deitatem non est Pater spes filij. Tertia causa, quam allegat, est immunitas à peccato.

h In te proiectus sum] vel iactatus, vel confirmatus ex vtero. Nos proijcimur in iram in vtero & ex vtero: quia omnes concipimur in peccato, & nascimur filij iræ: Christus verò proiectus est, vel confirmatus in Deum ex vtero, quia sine peccato conceptus est, & natus fons gratiæ. *Gen.* 2. a. Homo non erat, qui operaretur terram, scilicet, B. Virg. sed fons ascendebat de terra, scilicet, Christus fons gratiæ, qui nascens de Virgine, ascendit de terra, non descendit vt peccator. Quarta causa, quam allegat, est amor Dei ab instanti conceptionis: Vnde subdit.

i De ventre matris meæ, &c.] id est, ab instanti conceptionis. Per hoc, quod dicit: Deus meus, notatur amor. Vel sic: tu es Deus meus de ventre matris meæ, id est, secundum humanitatem, quam de matre traxi. Nam secundùm Deitatem non dicitur Pater Deus filij, sed Pater filij, & idem Deus cum filio. Propter hoc ergo: Ne discesseris à me.

m Quoniam tribulatio, &c. Suprà allegauit dignitatem, scilicet, quod dignus erat, vt liberaret eum, & confortaret Pater: Hic autem allegat articulos necessitatis duos. Primus est, quoniam tribulatio proxima est, quasi dicat, necesse habeo, vt non discedas à me, quoniam tribulatio, &c. scilicet, in corpore meo, in quo crucior vsque ad mortem, prope in contumeliis, propior in iniuriis, & damnis, proxima est in flagellis. Vel proxima, id est, in proximo tempore & loco. Vnde *Matt.* 26. e.

A in fine

** Moral. Venter Ecclesiæ cœtus Prælatorum. Vbera matris Prædicatores.*

* *f* Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre matris,] id est, Ecclesiæ, cuius venter est cœtus Prælatorum, vbi debet fieri conceptio filiorum. *Cant.* 7. a. Venter tuus, sicut aceruus tritici vallatus lilijs: Ita olim. Nunc autem dicit Ecclesia *Ierem.* 4. e. ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Quare? *Isa.* 37. a. Filij venerunt vsque ad partum, non est virtus pariendi.

g Spes mea ab vberibus matris meæ.] Vbera matris sunt prædicatores. *Cant.* 7. b. Duo vbera tua, quasi duo hinnuli, & gemelli capreæ. Non dicit in his, sed ab his se sperare in Deo. *Osea* 9. c. Da eis, Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.

h In te proiectus sum ex vtero Ecclesiæ, qui me deberet portare, sed proiicit me. *Psal.* 16. Proiicientes me nunc circumdederunt me.

i De ventre matris meæ] id est, ex quo fui proiectus à ventre matris meæ, id est, à cœtu Prælatorum, & ab vberibus separatus, id est, à Prædicatoribus. † Deus meus es tu] id est, tota, & sola fiducia mea, quia in illis iam non confido. Ideò *l* Ne discesseris à me] i. à meis. Et necesse est. *m* Quoniam tribulatio, &c. Propinquá est à Dæmonibus qui turbant pacem, & bella procurant: Et propior ab hæreticis, qui fidem violant: proxima est * à falsis

⊕ scilicet, quia sperat in Domino. Vnde dicit.

Aliter Moral. Iob 12. *a*

a Sperauit in Domino.] Vnde non dicit Iob: Deridetur Iusti soliditas, sed Iusti simplicitas. Sextò, quia non ipse solus deridetur, sed ipse Deus, & quasi impotens reputatur. Vnde addit, quod dicunt.

c Eripiat eum] quasi, non poterit eripere. Septimò, quia in derisione non solùm ascribunt Deo impotentiam; sed & immisericordiam, dicentes.

d Saluum faciat, &c.] supple, vt dicit. Et est sensus verbi eorum, ac si dicant: Dominus non curat de eo.

f Quoniam tu es, qui extraxisti me] secundùm quod suprà diximus, constructio pendet vsque *ibi*: Ne discesseris à me. Et petit hic vir iustus, vt non derelinquatur à Domino in prædicta tribulatione. Et allegat hic sex: Primum est Dei liberalitas, quam allegat gratias agendo de impenso beneficio, cùm dicit: Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre. Mater est concupiscentia. *Ezech.* 16 a. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea. Amorrhæus interpretatur amarus, & significat Diabolum, qui amarus est, per inuidiam, & trahit ad amaritudinem Inferni. Cethea interpretatur garrula, & significat concupiscentiam, quæ semper garrit, inquirēdo voluptatem, & clamando Affer, affer. Huius matris venter, est praua consuetudo, in qua sicut in ventre formantur filij Diaboli, & nutriuntur spermate voluptatis. *Luc.* 21. d. Væ prægnantibus, & nutrientibus in illa die. *Ier.* 20. d. Maledicta dies, in qua natus sum, scilicet, in vtero isto. Allegat ergo vir iustus, quòd Dominus non derelinquat eum. Primò, quia iam tantum ei contulit beneficium, quòd extraxit eum de ventre isto, hoc est, à peccati consuetudine. Et est bona allegatio, teste Apost. *Rom.* 5. b. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Et dicit, extraxisti, quia per violentiam: Ipse enim est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1. d. Et *Galat.* 1. c. Qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam. Secundum quod allegat, est confidentia sua. Vnde dicit.

g Spes mea] supple, tu es ab vberibus matris meæ. Vbera prædictæ matris sunt delectatio in opere. *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammas: id est, Dæmones, vel concupiscentiæ prætenderunt falsas delectationes. *Isa.* 28. c. Quē docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Et hoc, est quia; Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, 1. *Cor.* 2. d. Est ergo sensus: Tu es spes mea ab vberibus matris, id est, propter spem, quam habeo in te, ablactaui me, & separaui ab omni delectatione carnali. Et ideò; quia tu mihi dulcior es, quàm ista, ideò ne discesseris à me. De hoc dicit *Bern.* Sit suauis, & dulcis affectui Dominus Iesus Christus, contra malè dulces vitæ carnalis illecebras: vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clauus clauum repellit. Et quòd ista sit bona allegatio, significatum fuit *Gen.* 21. a. vbi dicitur, quòd creuit puer Isaac, & ablactatus est, fecitque Abraham conuiuium grande, in die ablactationis eius. Gaudet enim Deus, & gaudere debet Ecclesia, quando quis ab huiusmodi delectationibus separatur. Tertiò allegat, quòd Domino derelictus est. Vnde dicit.

h In te proiectus sum ex vtero] sicut solent matres immisericordes proiicere paruulos. *Psalm.* 9. Tibi derelictus est pauper. Et est sensus: In te proiectus sum ex vtero, id est, postquàm ab vtero, id est, à consuetudine peccandi recessi: In te proiectus sum ex vtero, id est, nullum habui, qui curam mei gereret, aut mihi faueret. *Sap.* 2. c. Grauis est nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. *Psalm.* 26. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me. Quartò allegat Dei iustitiam, qui suos debet defendere, & conseruare, cùm dicit.

i De ventre matris meæ Deus meus es tu: Deus per cultum; meus, per amorem. Et ideò ne discesseris à me, qui dixisti *Ioan. cap.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quintò allegat instantem suam necessitatem, cùm subiungit. *m* Quoniam tribulatio proxima est.] *Psalm.* 33. Multæ tribulationes Iustorum, &c. Quia Iustus tribulatur à mundo, à carne, à Diabolo. Mundus tribulat persequendo, caro blandiendo, Diabolus seducendo. De prima tribulatione *Ioan.* 16. g.

Aliter. A in fine orationis suæ dixit Discipulis suis: Ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum: surgite, eamus hinc: ecce appropinquabit, qui me tradet. Secundum est, quoniam non est auxiliator. Vnde addit. a Et non est, qui adiuuet] *Isa.63.a.* Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum. Et *inf.* b. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret. * a falsis Christianis, qui mores corrumpunt, hoc est, bellum intestinũ. *Cant.* 1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. a Et non est, qui adiuuet] *Isa.* 63. b. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret.

Moral.

& a non est, qui adiuuet. b Circumdederunt me vituli multi; c tauri pingues d obsederunt me. e Aperuerunt super me os suum, f sicut leo rapiens, & rugiens. g Sicut aqua effusus sum:

Aliter. Moral.

⊖ In mundo pressuras habebitis. De secunda 1. *Cor.* 7. c. Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. De tertia *Ps.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero. Prima tribulatio proxima est, quoniam iuxta nos. *Ezech.* 2. c. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Secunda tribulatio carnis proxima est, quia intra nos. *Mich.* 7. b. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, id est, vide ne seductus carnis blanditiis, habenas laxes gulæ desideriis. Tertia tribulatio, scilicet, Diaboli, proxima est, quia est circa nos. *Iob* 19. b. Simul venerunt latrones eius, fecerunt sibi viam per me, obsederunt in gyro tabernaculum meum. 1. *Pet.* 5. c. Vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sextò allegat paupertatem suam, cum dicit.

a Et non est qui adiuuet] me, scilicet, in tribulatione ista. *Iob* 19. b. Noti mei, quasi alieni, recesserunt à me. *Eccl.* 13. d. Diues commotus confirmatur ab amicis; humilis autem cùm ceciderit, expellitur & à notis. Vnde *Ouidius*:

Ouidius 1. *tristium* *Alleg.*

Donec eris fœlix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

b Circumdederunt, &c.] Secunda pars, in qua describit Passionem. Et ordinem eius ponit, ostendens, quòd Christus primò captus fuit: Vnde dicit: Circumdederunt me vndique vituli multi, id est, Iudæi lasciui, & sine iugo Dei. *Ioan.* 18. b. Cohors, & Tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum. *Thren.* 4. d. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. Secundò fuit ligatus, de quo dicit.

c Tauri pingues] id est, Iudæi contra Dominum recalcitrantes. d Obsederunt me] id est, sicut homines obsideri solent in castris, ne euadant; ita me ligauerunt, ne effugere possem. Vnde *Ioan.* 18. b. dicitur: Comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: Quod figuratum est *Gen.* 22. b. Quando Abraham colligauit Isaac, vt immolaret eum. Tertiò adiudicatus est morti: Vnde dicit. e Aperuerũt, &c.] dicentes: Crucifige eum: Et falsum testimonium ferentes contra eum. *Isa.* 5. a. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Iniquitas in falso testimonio: clamor ille, scilicet, Crucifige, crucifige. Aperuerunt os contra eum, qui non aperuit os suum; sed sicut ouis ad occisionem pro eis ductus est, & coram tondente se obmutuit. *Isa.* 53. c. Os suum contra os Dei, id est, filium, qui est os Patris. *Cant.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui. Ad exaggerandum autem hæc tria mala, subdit.

Io. 19. a.

f Sicut leo rapiens, & rugiens.] Rapiens refertur ad primum, & ad secundum; rugiens verò ad tertium. Leo rapit cum magna auiditate; sic ipsi cum magna auiditate, & desiderio Dominum comprehenderunt, & ligauerunt. Rugit, cum magna crudelitate; & ipsi ex magna nequitia clamabant: Crucifige, crucifige. *Ierem.* 12. b. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua, dedit contra me vocem suam. Post hæc autem secuta est mors Christi: Vnde dicit.

g Sicut aqua effusus sum,] id est, sanguis meus effusus est A sicut aqua

Moral.

Moraliter] dicit Christus, siue Ecclesia. b Circumdederunt me vituli multi] id est, Prælati mali, & cornuti, qui dicuntur vituli propter duo. Primò, quia vituli sunt lasciui; sic & Prælati. *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, Optimates capita populorum. Et post addit: Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. *Osea* 8. a. Proiectus est vitulus tuus Samaria, id est, Prælatus tuus, ô Ecclesia. Iratus est furor meus in eis, vsquequo non poterunt emundari, scilicet, ab immunditia luxuriæ suæ? Secunda causa est, quia hodie habent iugum

Prælati dicuntur vituli.

disciplinæ, & aratrum prædicationis, quia arare non curant; sed solùm bibere, & comedere. *Ierem.* 50. b. Effusi estis, sicut vitulus super herbam. *Ierem.* 5. b. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui: & ecce hi magis simul confregerunt iugum, ruperunt vincula: Hi ergo vituli circũdederunt Dominum. Sed quia circumdatio Prælatorum sumitur in bono quandoque, vt. *Zachar.* 9. b. Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi. *Et in Psalm.* 124. mõtes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: Ideo specificat, & ostendit, quòd circumdederunt eum in malo sensu, dicens: c Tauri pingues obsederunt me.] Et nota quòd idem est, vacca, vitulus, taurus; sed ratio est diuersa. Prælati enim mali dicuntur vaccæ propter mollitiem, & remissionem. *Amos* 4. a. Audite vaccæ pingues, qui estis in monte Samariæ, &c. id est, in prælatione Ecclesiæ. *Isa.* 3. a. Dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et *in eod.* b. Et mulieres dominatæ sunt eius, scilicet, populi. Tauri dicuntur propter superbiam. *Iob* 15. c. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Vituli dicuntur propter luxuriam, vt prædictum est. Et sicut ex tauro, & vacca nascitur vitulus; sic ex superbia, & remissione oritur luxuria. Et bene dicit: Tauri pingues: quia ex pinguedine diuitiarũ, quas habent, venit superbia eorum. *Ps.* 72. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. *Deut.* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Dicuntur autem diuitiæ pinguedo: quia pinguedo excæcat hominem, maximè quando in capite est, vel circa oculos: Sic diuitiæ in Prælatis, qui sunt oculi. *Iob* 15. d. Operuit faciem eius crassitudo. Item pinguedo facit hominem ponderosum: sic diuitiæ. *Luc.* 18. e. Quàm difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum! Isti tauri pingues obsederunt Dominum in circuitu, ita quòd non potest populus venire ad Deum propter exempla mala Prælatorum. Vnde conqueritur Dominus *Os.* 11. d. Circumdedit me in negotiatione sua Ephraim. Ephraim interpretatur auctus, vel fertilitas: vnde bene significat istos tauros pingues, qui negotiatione sua circumdederunt Dominum, ne alij veniant ad ipsum, id est, in malis operibus suis, quibus ostendunt se negare Deum. *Tit.* 1. d. Confitentur se nosse Deum; factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Propter hoc dicebat Dominus *Matt.* 23. b. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim nõ intratis, nec alios intrare sinitis. *Ierem.* Nihil adeò nocet Ecclesiæ Dei, quàm quod verè dicitur: peiores sunt Clerici, quàm laici. Et verius adhuc dixisset, si dixisset: peiores sunt Prælati, quàm subditi.

Ex pinguedine diuitiarum oritur superbia.

Sicut leones, sic Prælati aperiunt os suum.

e Aperuerunt, &c.] Leo aperit os ad duo, scilicet, ad rapiendum, vel deuorandum, & ad rugiendum. Similiter prælati aperiunt os suum ad rapiendum bona pauperum, & ad rugiendum præcepta præcipitando, & austerè comminando, iniustè & indiscretè excommunicando. De rapina Prælatorum dicit Dominus *Michea* 3. a. Audite, Principes Iacob, & Duces domus Israel: Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum? &c.

Si quis autem eis velit resistere, statim sequitur rugitus præceptorum, comminationum, excommunicationum. *Ezech.* 34. a. Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

Item *Michea* 3. b. Qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem; ecce deuoratio: Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium, ecce rugitus. Sanctificatur super aliquem prælium, quando excommunicatur. Et nota, quòd Dominus addit: [Super me] dupliciter.

Primo super me, id est, contra me. *Matt.* 25. d. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Vel [Super me,] id est, loco mei, sicut vulgariter dicitur: Iste accepit hoc mutuò super me, id est, loco mei, quasi dicatur, mihi imputatur debitum, & ego teneor soluere. Sic Domino imputatur iniquitas Prælatorum. *Isaia* 52. b. Ablatus est populus meus gratis, id est, sine causa spoliatus, & deprædatus. Et per quos sit factum, subdit: Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus. Et quòd Domino imputetur, subiungit: Et iugiter tota die nomẽ meum blasphematur. Sed Dominus satisfaciet læsis, quia malefactores puniet. *Psal.* 49. Existimasti, inique, quòd ero tui similis, quasi dicat, non ero. Vnde subdit: Arguam te & statuam te contra faciem tuam, quia iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet, & potentes potenter tormenta patienter. *Sap.* 6. a.

g Sicut aqua effusus sum,] Christus se comparat aquæ. *Eccl.* 24. d.

Alleg. A sicut aqua, id est, viliter, apertè, & abundanter: Sic enim effunditur aqua. Mortem autem Domini secuta est mors spiritualis Apostolorum: Vnde addit.

a Et dispersa, &c.] id est, Apostoli, qui sicut ossa erant aliis firmiores, dispersi sunt, quando a Domino recesserunt in Passione, secundum quod prædixerat eis *Ioan.* 16. g. Ecce venit ora, & iam nunc venit: dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. *Zach.* 13. c. Framea mea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum. Framea, Passio est: Pastor, Christus, qui cohæret Patri per vnitatem essentiæ. Et addit: Percute pastorem, & dispergentur oues gregis.

& *a* dispersa sunt omnia ossa mea. *b* Factum est cor meum tanquam *c* cera liquescens, in *d* medio ventris mei. † *e* Aruit tanquam testa virtus mea: & *f* lingua mea adhæsit faucibus meis: & in *g* puluerem mortis deduxisti me.

Al. † Exaruit velut.

Sex causæ quare Apostoli fugerunt in Passione. Post ostendit sex causas, quare Apostoli fugerunt in Passione. Prima fuit annihilatio diuinæ doctrinæ: Vnde dicit. *b* Factum est, &c.] id est, doctrina mea. *c* Tanquam cera liquescens] id est, euanuit ad ignem Passionis: Et hoc.

d In medio, &c.] id est infirmioribus, & mollioribus meis; qui significantur per mollitiem ventris. Dicitur autem doctrina Domini cor eius, quia ipse tenerè eam diligit, sicut vulgariter dicitur: Iste est cor illius, id est, multum diligit illum. *Marc.* 1. d. dixit Iesus: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt ibi prædicem: ad hoc enim veni. Ecce quantum dilexit doctrinam, qui propter eam venit in mundum. Item dicitur cor, quia corpus Christi, quod est Ecclesia, viuificat. *Deuter.* 8. a. Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Secunda causa fuit cessatio miraculorum, de qua dicit.

e Aruit tanquam, &c.] id est, arida visa fuit in Passione virtus, qua ante Passionem faciebat miracula: In Passione verò non fecit miracula, non quia non potuit, cùm semper esset omnipotens, sed quia noluit: andam putabant virtutem eius illi, qui dicebant: Alios saluos fecit; seipsum non potest saluum facere. *Matth.* 27. e. *In cantico Abac.* Cornua in manibus eius, scil. brachia Crucis, ibi, scilicet in Cruce, abscondita est fortitudo eius, non dicit perdita, sed abscondita. Secundùm *Gregor.* potest legi in bono [Aruit tanquam, &c.] Quid testa ante ignem, nisi molle lutum? sed ei ex igne agitur, vt solidetur. Virtus ergo humanitatis Christi, tanquam testa aruit, quia ab igne Passionis ad virtutem incorruptionis creuit. Tertia causa fuit silentium ipsius Christi, qui nihil loquebatur: vnde addit. *f* Et lingua, &c.] id est, nihil loquebar, quasi essem mutus. In hoc sensu sumitur *Ezech.* 3. g. vt sit vox Patris ad filium: Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. *Isa.* 53. c. Coram tondente se obmutescet. *Matth.* 27. b. Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Pilatus vehementer. Quarta est mors Christi, & desperatio de Resurrectione: Vnde ait. *g* Et in puluerem, &c.] ô Pater secundum opinionem Iudæorum, qui credebant meum corpus A incinerandum

Abac. 3. *a.*

Moraliter. Christus comparatur aquæ. * *Eccl.* 24. d. Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui à Paradiso: Et propter tres rationes comparatur aquæ. Primò, quia aqua lauat, irrigat, & lapsum facit pedibus: Sic Christus lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. In huius rei signum lauit pedes Discipulorum. *Ioan.* 13. a. Item Christus irrigat terram, i. Ecclesiam. *Eccl.* 24. d. Rigabo hortum plantationis: & inebriabo partus mei fructum. *Gen.* 2. a. Fons ascendebat è terra irrigans superficiem terræ, i. Christus de B. Virgine irrigans Ecclesiam. Item Christus occasionaliter fecit lapsum pedibus, *Luc.* 2. e. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum, &c. Dicit ergo effusus, &c. s. à peccatoribus. Qui enim postquam Christus habitat in eo per gratiam, ad peccatum reuertitur, Christum effundit. *Eccl.* 21. c. Cor fatui, quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit, id est Christum, qui est omnis sapientia, id est perfecta. Sed sicut aquam effundit eum, qui de effusione illa non curat, nec dolet: sic non curatur de aqua, si effundatur. *Ierem.* 2. c. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, ecce effusio: & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, ecce effusio, sicut aqua, q. d. non curauerunt, nec per pœnitentiam redierunt, sed foderunt, &c. Cisternæ dissipatæ, quæ continere non valent aquas, sunt mundi voluptates, & delitiæ, & diuitiæ, quæ in æstate quãdo magis necessaria esset aqua, exsiccatur, id est in articulo mortis. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum afferet, &c. Cisterna diuitis aquam perdiderat in æstate, quam abundè habuerat in hyeme: qui in igne infernali positus guttam aquæ petens, non fuit exauditus; sed dictum est ei: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, sc. in hyeme tua; & Lazarus similiter mala: Nunc autem hic consolatur; tu verò cruciaris, scilicet siti, & calore in æstate tua.

a Et dispersa, &c.] Ossa Christi, vel Ecclesiæ, sunt Clerici, & Prælati, quia ossa candida sunt, fortia, & portant carnem; ita Clerici & Prælati debent habere candorem duplicem, scil. innocentiæ, & castitatis, vel cordis, & corporis munditiam, de quibus *Thren.* 4. b. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte: Ecce duplex candor. Item debent esse fortes. *Cant.* 3. c. Lectulum Salomonis 60. fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Lectulus Salomonis, id est, Christi, est Ecclesia, quam ambiunt Prælati, & Clerici, qui debent esse fortes, & sub numero 60. quia debent esse fortes & perfecti in adimpletione 10. mandatorum, & sex operum misericordiæ. Item non solùm fortes, sed ex fortissimis Israël: vt sint fortes resistendo vitiis, fortiores benè operando, fortissimi aduersa patienter sustinendo. Tales possunt ambire lectulum Salomonis, id est, seruare Ecclesiam. Vnde dicitur 2. *Mach.* 12. g. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato. Item debent portare carnem, id est, imbecilles supportare. *Rom.* 15. a. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere. Hæc ossa dispersa sunt omnia, quia Prælati & Clerici dispersi sunt ad exteriora, non collecti ad interiora. Vnde sicut dictum est de populo, *Exod.* 5. b. Dispersus est populus super omnem terram Ægypti ad colligendas paleas: Sic potest modò dici de Prælatis illud *Thr.* 4. a. Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum. *Ossa Christi vel Ecclesiæ sunt Prælati & Clerici.*

b Factum est cor meum, &c.] Cor Christi sunt Religiosi, qui sunt intimi in corpore Christi, quod est Ecclesia. *Osea* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Istud cor factum est sicut cera liquescens, quia ad modum ceræ dissoluuntur ad ignem cupiditatis, & concupiscentiæ: & imago Dei, & signaculum Christi, quod solebat in eis esse impressum, iam non apparet in multis. *Ps.* 67. Sicut fluit cera a facie ignis; sic pereant peccatores à facie Dei, id est, pereat in eis facies Dei. De qua facie, vel signaculo dicit Dominus ad Ecclesiam, *Cant.* 8. b. Pone me, vt signaculum super cor tuum, id est, super Religiosos contemplatiuos: pone me, vt signaculum super brachium tuum, id est, super actiuos. Sed Diabolus signaculum istud in seipso ad ignem ambitionis deleuit: Cui dicitur *Ezech.* 28. c. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore in delitiis Paradisi Dei fuisti. Et post dicitur: Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam, &c. Cordi Ecclesiæ, i. religioni ignem concupiscentiæ, cupiditatis, ambitionis, & huiusmodi apposuit: Et sic iam factum est cor istud, tanquam cera liquescens per dissolutionem. Et hoc *d* In medio ventris mei] i. inter infirmos, & molles Ecclesiæ, id est, sæculares. *Psalm.* 105. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis scandalũ. *Osea* 8. c. Deuoratus est Israël, nunc factum est in nationibus, quasi vas immundum, quia ipsi ascenderunt ad Assur. Potest hic versus exponi de B. Virgine. Ipsa enim dicitur cor Christi, quia eam summè dilexit, & ipsa intima fuit in corpore Christi mystico. Ipsa liquefacta est per dolorem, & amorem ad ignem Passionis Christi. Sicut enim dicitur *Luc.* 2. e. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et *Cant.* 5. b. dicit ipsa: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est: Illud verbum *Ioan.* 19. e. Mulier, ecce filius tuus. *Cor Christi sunt Religiosi.*

e Aruit tanquam, &c.] Hoc de necessitate sequitur, ex quo dispersa sunt ossa, & cor aruit, quod debilitetur corpus. Vnde dicit [Aruit tanquam, &c.] Testa enim si percutiatur, citò frangitur: Sic Ecclesia tempore isto in membris suis citò frangitur, si percutiatur tẽtatione, vel aduersitate. Vnde dicitur ei *Naum.* 3. c. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Et hæc debilitas præcipuè prouenit ex defectu verbi Dei, de quo subdit. *f* Et lingua mea, &c.] *Ps.* 101. Percussus sum, vt fœnum: & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum, scil. panem verbi Dei. Post nimiam debilitationem, & defectum victualium necessariò sequitur mors: Vnde addit. *g* Et in puluerem mortis deduxisti me] per peccatum, i. e. deduci permisisti, sicut dicitur: Et ne nos inducas in tentationem, *Matth.* 6. b. Nec dicit solùm in mortem] sed in puluerem mortis,]

Allegoricè. A incinerandum esse. *Psalm.* 87. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Quinta causa fuit detractiones Iudæorum, de quo subdit.

a Quoniam circundederunt me canes multi] id est, Iudæi oblatrantes, & mordentes per detractionem. Dicuntur etiam canes propter immunditiam, crudelitatem, loquendi indiscretionem, impudentiam, & auiditatem. *Isa.* 56. d. Canes impudentissimi nescientes saturitatē. Sexta causa fuit conuentus malorum, de quo subiungit.

duxisti me. Quoniam *a* circumdederunt me canes multi: concilium *b* malignantium † *c* obsedit me. *d* Foderunt manus meas, & *e* pedes meos: *f* dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi *g* verò *h* considerauerunt & *i* inspexerunt

Al. † circundedit.

Al. † conspexerunt.

b Concilium,] vel cōsilium malignantium Iudæorum, vel Gentilium crucifigentium. *c* Obsedit me] pertinaciter vsque ad mortem meam. Vel sic [Consilium malignantium,] scilicet, Principum, Sacerdotum, & Pharisæorum. [Obsedit me] in sepulchro, de quo consilio, & obsidione: *Matth.* 27. g. Conuenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit, adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium. Et sequitur obsidio. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, &c. Sed ipse euolauit resurgendo. Nihil valent obsidendo in circuitu hominem, qui posset volare: ita nihil valuit eis, quia ipse volauit super pennas ventorum, vt suprà habitum est in *Psalm.* 17.* quia omnia bona, quæ peccatum inuenit in homine, mortificat, & incinerat. Nec est spes, quòd per se possit resurgere. *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina.

Moral.

a Quoniam circumdederunt me canes multi] & diuersi. Sunt enim canes Iudæi, vt suprà dictum est. Et *Cassiodorus* dicit: Canis ignotos oblatrat, sic Iudæi nouam doctrinam Domini nunquam recipientes contra eum oblatrabant. Item canes dicuntur Idololatræ, siue Gentiles. *Matth.* 15. c. Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Item hæretici. *Matth.* 7. a. Nolite sanctum dare canibus. Item schismatici. *Philip.* 3. a. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Item Apostatæ, *Prou.* 26. b. Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. 2. *Pet.* 2. d. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Item raptores. *Deut.* 23. c. Non offeres pretium canis in domo Domini tui. *Glos.* Rapacis dona. Quid mirum ergo, si Dominus moritur in membris suis, cùm tot canes circundant eum mordentes, & deuorantes quantum possunt? Et præter hoc etiam alia est infestatio, de qua subdit.

b Concilium malignantium obsedit me] Malignantes dicuntur, quasi malo igne ardentes, secundum quod dicitur 1. *Ioann.* 5. d. Totus mundus in maligno positus est, id est, in malo igne. Hic est ignis luxuriæ, de quo *Psalm.* 77. Iuuenes eorum comedit ignis. Horum malignantium est consilium illud. *Sap.* 2. b. Non prætereat nos flos temporis: Coronemus nos Rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Illud consilium obsedit hodie Dominum in templo suo, id est, in Ecclesia, & in multis posuit ignem luxuriæ, in templo Domini. Hoc est consilium Balaam, qui dedit consilium Balach, vt mitteret filias Madian coram filiis Israel. *Apoc.* 2. Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docuit Balach mittere scandalum coram filiis Israël, edere, & fornicari. Et dicit *Greg.* Tantus est in mulieribus apparatus, & pompa vestium, tam subtilis, & inexcogitata tricatura, tam dolosi, & astuti respectus earum, tam fraudulenti, & fallaces incessus earum, quòd singula membra, quæ castitati seruire debuerant, in castitatis periculum videantur potiùs coniurasse.

De Passione Christi literaliter.

d Foderunt manus meas] Suprà in persona Christi determinauit Propheta modum traditionis Christi, & adiudicationis morti: Hic autem passionem eius duobus modis describit. Primò per confixionem manuum & pedum, *ibi* [Foderunt, &c. Dicit ergo: Foderunt Iudæi manus meas, & pedes meos cum acumine clauorum. Nec dicit, transfixerunt, sed foderunt; vt notet fructum, qui inde secutus est, scil. æterna beatitudo: Vnde *versus*:

Fossa parit tellus optato tempore fructus,
Fossa caro Christi cœlica regna dedit.

De hac fossione, *Isa.* 2. c. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo a facie timoris Domini, id est, in vulneribus Christi: *Cant.* 2. d. Veni, columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Petra Christus est. 1. *Corinth.* 10. a. Petra autem erat Christus. *Ierem.* 48. d. Relinquite ciuitates, habitate in petra, habitatores Moab: estote, quasi columba, nidificans in summo ore foraminis.

f Dinumerauerunt, &c.] id est, ita me extenderunt in Cruce, quòd poterant dinumerari omnia ossa mea.

g Ipsi verò] Iudæi. *h* Considerauerunt,] oculis cordis per inuidiam. *i* Et inspexerunt,] oculis corporis per nequitiam, & crudelitatem; & videntes dolorem meum, lætati sunt: Vnde *a* dicunt in

Moraliter. Moraliter. *d* Foderunt manus meas, &c.] Vox est Christi capitis, vel corporis eius, quod est Ecclesia. Manus Domini, vel Ecclesiæ fodere, est bonis operibus detrahere. Pedes fodere, est bonos affectus deprauare. Sed qui faciunt hoc? Malignantes, de quibus immediatè præmissum est, [Concilium malignantium, &c.] quod moraliter exposuimus de luxuriosis: Vnde de ipsis sequitur.

d Foderunt manus meas,] bonis operibus bonorum detrahendo.

e Et pedes meos] sic affectus eorum ab amore meo retrahendo. Luxuriosi enim præcipuè detrahunt bonis, dicendo, quod sint papelardi & hypocritæ: Vnde de ipsis conqueritur Dominus *Malach.* 3. b. Me configitis Gens tota, id est, omnes gentiliter, & bestialiter viuentes per luxuriam. Vel dicit Gens tota, quia ferè omnes sunt luxuriosi. Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Per decimas intelligitur operatio & impletio decem mandatorum: Per primitias, impletio noui mandati charitatis. In decimis ergo Dominum crucifigunt, vel configunt Gentes, id est, luxuriosi, qui otia sectantes, decem mandata implere negligunt, & implentibus aliis detrahunt: & hoc est, quod hic dicit: Foderunt manus meas. In primitiis eum configunt, quia post concupiscentias suas euntes, nouum mandatum dilectionis non seruant, & alios retrahunt. Et hoc est, quod dicit: Foderunt pedes meos: & ex hoc sequitur. *f* Dinumerauerunt omnia ossa mea] dicit Christus, vel Ecclesia, id est, fortes in corpore meo, ad paucitatem redegerunt, ita quòd de facili numerari possunt, quia de ossibus Domini, & Ecclesiæ, facta est caro diaboli. Diabolus enim quasi Simia contrafecit Dominum: Dominus enim de osse fecit mulierem; & Diabolus de ossibus Domini, id est, de fortibus Ecclesiæ facit molles, & effœminatos. Exemplum, & signum pariter habemus in Samsone, de quo *Iud.* 19. e. dicitur, quòd Dalila fecit eum dormire super genua sua, & in sinu reclinare caput, vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius: & statim ab eo fortitudo recessit. Samson quemlibet fortem significat: Dalila carnem, vel meretricem: Crines septem, virtutes septem, sc. tres Theologicas, & quatuor cardinales: vel septem dona Spiritus sancti. Tonsor Diabolus, de quo *Ierem.* 50. c. Exossauit eum Nabuchodonosor Rex Babylonis. Adaptatio plana est. Similiter est exemplum de Dauid, & Salomone, & multis aliis. *Prou.* 6. d. Mulier viri, id est, fortis, & virilis, pretiosam animam capit.

g Ipsi verò considerauerunt] dicit Christus: Ipsi cum pondere, quasi præcipui in Ecclesia, scilic. Clerici & Prælati. *h* Considerauerunt, & inspexerunt] scilicet, Christum in Scripturis. Multi quidem oculo intellectus; pauci verò oculo affectus. Vel me considerauerunt dicit Ecclesia, sicut filij Ruben, & Gad viderunt aptas alendis pecoribus Iazer, & Galaad: & post quæsierunt eas à Moyse, & obtinuerunt eas: sic Scholares primò videntes Dominum in sacra Scriptura, quando sunt noui Theologi, pòst conuertunt oculum ad videndum Ecclesiam, scilicet, in qua Ecclesia sint meliores præbendæ: & postmodum tantùm faciunt, si possunt, quod Moyses, id est, Dominus Papa concedit eis aliquam, vel aliquas earum. Hoc est, quod dicit: [Ipsi considerauerunt, &c.] Primò caput, & pòst corpus. *Num.* 32.

a Diuiserunt

Aliter. *Moraliter.* Potest & totum breuiter exponi moraliter de anima fideli, vt dicat.

d Foderunt Dæmones manus meas, & pedes meos, opera, & cogitationes tentando. *Matth.* 24. d. Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam. *f* Dinumerauerunt omnia ossa mea] id est, dinumerare me fecerunt fortia opera, vt haberem vanam gloriam. 1. *Paral.* 21. a. Consurrexit Sathan contra Israël, & incitauit Dauid, vt numeraret Israël. *g* Ipsi verò] Dæmones considerauerunt me, id est considerare me fecerunt opera mea exteriora. *i* Et inspexerunt me] quantum ad interiora, Iudæi & alij, quasi dicat, ostendi

omnia

A dicunt in *Psalm.* 34. Euge, euge viderunt oculi nostri.
a Diuiserunt sibi] milites. b Vestimenta mea] in quatuor partes.
c Et super vestem, &c.] id est, super tunicam inconsutilem, secundùm quod habetur *Ioann.* 19. d. Milites cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem: Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum: Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Et subiungit Euangelista, quod illud factum est à militibus vt hæc Scriptura impleretur, scilicet: Diuiserunt sibi vestimenta mea, &c.] Post orat Christus. Et primò petit auxilium velox, dicens illi ita.

19. q. 7. c. sicut Domini.

Al. † longè feceris.

Al. † aspice.

a diuiserunt sibi b vestimenta mea, & c super vestem meam miserunt sortem. d Tu autem, Domine, e ne † elongaueris auxilium tuum à me: f ad defensionem meam † g conspice. h Erue à framea, Deus, i animam meam: & k de manu canis vnicam l meam. † m Salua me ex ore leonis: & à n cornibus † vnicornium humilitatem meam. o Narrabo p nomē tuum q fratribus meis?

d Tu autem, Domine, Pater. e Ne elongaueris auxilium tuum à me] sed accelera me iuuare. Secundò petit auxilium non tantum velox, sed & sedulum, dicens.
f Ad defensionem meam conspice, id est, continuè, vel ex toto aspice: Deinde ostendit à quibus petit liberari. Et primo à morte, *ibi*.
h Erue à framea Deus] id est, à morte, quæ scindit, & diuidit animam à corpore. i Animam meam] tibi similem. Secundò petit liberari Christus à potestate Diaboli: Vnde dicit.
k Et de manu canis] id est, de potestate Diaboli: Erue.
l Vnicam meam] id est animam meam. Dicitur enim Diabolus canis. Vnde in persona eius dicit Golias ad Dauid 1. *Reg.* 17. f. Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo? Golias Diabolum, Dauid Christum, baculus Crucem significat. Et anima Christi benè dicitur vnica, quia prærogatiuam habuit, & in immunitate peccati: quia sine omni peccato, & quantum ad potentiam: & iterum in plenitudine gratiarum, quia dedit ei soli Deus Pater non ad mensuram: *Ioann.* 3. d. Sed videtur contrarium: *Zach.* 13. c. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus, id est, super Christum. Et hoc dicit Christus: Erue à framea, scilicet, vt non moriatur. Sed petit, vt non detineatur sub framea, scilicet, vt citò resurgat, quod notat, cùm dicit: Erue. Tertiò petit liberari ab impetuoso clamore Iudæorum, de quo dicit.
m Salua me ex ore Leonis.] *Ierem.* 12. b. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua, dedit contra me vocem suam. Quartò à superbia Romanorum, *ibi*:
n Et à cornibus vnicornium salua humilitatem meam,] id est, me humilem. Dicebantur enim Romani vnicornes propter Monarchiam, quam habebant. Totus enim mundus subiectus erat eis: Cornua eorum superbia eorum, qua cæteros ventilabant.

Moral.

a Diuiserunt sibi vestimenta mea] Vestimenta enim Christi, & Ecclesiæ, sunt Sacramenta Ecclesiæ, bona temporalia Ecclesiæ, & populi qui sunt in Ecclesia. *Isa.* 45. e. Leua oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus: quia omnibus his velut ornamento vestieris. Hæc vestimenta sibi diuidunt, quando quilibet portionem suam in Ecclesia, vel quilibet suam Ecclesiam recipiunt.
c Et super vestem meam miserunt sortem.] Vestimenta in plurali, dicuntur præbendæ, & minores Ecclesiæ. Vestis in singulari, dicitur Cathedralis Ecclesia, quam non diuidunt, quia non possunt; sed mittunt super eam sortem: in quo notatur eorum contentio, qua non possunt vnanimiter eligere, sed sorte, id est, casu fiunt hodie Episcopi. Appellant enim, & tunc ponit Papa Episcoporum aliquem, de quo non sperabatur, secundum quod dicitur *Eccl.* 11. a. Insuspicabilis portauit diadema. d. Tu autem, Domine] Oratio est Christi, vel Ecclesiæ; quasi, illi ita diuidunt me, & contendunt; sed tu Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me; sed adiuua me ad resistendum malitiæ eorum. f Ad defensionem meam conspice] id est, defende me à filiis meis, qui pugnant contra me. Et quòd hoc petat, ostendit subdens. h Erue à framea, &c.] id est, libera me à schismatica lingua. k Et de manu canis, &c.] id est, cathedralem Ecclesiam, ne veniat in manum Prælati qui sit canis per concupiscentiam carnis; Dicitur enim canis esse animal luxuriosum, & gulosum. Aut qui sit leo per rapacitatem, & concupiscentiam oculorum: Aut vnicornis per ferocitatem & superbiam: Et hoc est, quod dicit: Erue à framea, Deus, animam meam, &c.

Aliter. Moral.

o omnia mea ad iactantiam contra istud præceptum Domini: *Matth.* 6. a. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito. *Iob* 31. c. Si vidi Solem, cùm fulgeret. *Ibi Gl.* Sol in fulgore est bonum opus in manifestatione. Soli boni bona opera sua non vident, quæ aliis videnda præbent: Et ex hoc sequitur. a Diuiserunt, &c.] quasi dicat secundùm illud *Greg.* deprædari desiderat, qui thesaurum in via portat: ostendi bona mea latronibus & ipsi spoliauerunt me: Hoc est diuiserunt a me sibi non ad vtilitatem, sed ad gloriam suam, & lætitiam.

Al. † salutum me fac.

Al. † vnicorniorum.

b Vestimenta mea] id est, virtutes meas. De quibus vestimentis, *Col.* 3. b. Induite vos, sicut electi Dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c. Et quòd sic per vanam gloriam amittantur bona hominis, figuratum fuit 4. *Reg.* 28. c. vbi Ezechias ostendit omnia, quæ erant in domo sua nunciis Regis Babylonis, & venit Isaias ad eum, dicens? Quid viderunt illi in domo tua? Et respondit: Omnia, quæ sunt in domo mea, viderunt: Nihil est enim, quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Et statim dixit ei Isaias: Audi sermonem Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua in Babylonem, non remanebit quicquam, ait Dominus. Per nuncios Nabuchodonosor significantur suggestiones Diaboli, vel ipsi Dæmones suggerentes vanam gloriam. Cætera plana sunt. Nec solùm per vanam gloriam amittuntur vestes istæ virtutum; sed etiam per quodlibet peccatum mortale. Vnde etiam de aliis peccatis tentant nos Dæmones, vt auferant a nobis illas vestes. Et hoc est quod subditur.
c Et super vestem, &c.] id est, sicut mittentes sortem super eandem rem, singuli singulas, & diuersas sortes ponunt, ita singuli Dæmones diuersas tentationes miserunt super vestem meam, vt eam auferrent. Vnde ipsi dicunt sibi inuicem, vel dicunt ad peccatores illud *Prou.* 1. b. Sortem mitte nobiscum: marsupium sit vnum omnium nostrum. Et ibi præmissum est, quod dicunt: Insidiemur sanguini: abscondamus tendiculas contra insontem frustrà. Sed.
d Tu Domine, &c.] ad bonum faciendum.
f Ad defensionem meam] contra tentationes Dæmonum,
g Conspice] id est, continuè aspice: quia ipsi continuè me infestant, & ipsi vestem lacerare nituntur. *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt: in multitudine eorum consumitur vestimentum meum.
h Erue à framea, Deus, animam meam.] Sic orare debet anima mea in angustia tentationis posita. [Framea] est peccatum: Vnde *Eccl.* 21. a. Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas.
k Et de manu canis] id est, Diaboli.
l Vnicam meam] id est, animam. Et vocatur hic Diabolus canis, Leo, & vnicornis. Canis lingit, & oblatrat; sic Diabolus in tentatione lingit blandiendo, & latrat suggerendo. Leo rapit, & raptum fortiter tenet; sic Diabolus rapit hominem in consensu, vel operatione, & fortiter tenet in consuetudine: Vnde *Eccl.* 21. a. Si accesseris ad illa, scilicet, peccata, suscipient te dentes Leonis, dentes eius interficientes animas. Vnicornis ferit, & impetit cornu suo; sic Diabolus ferit, & impetit peccatores in inferno. Est ergo Diabolus canis in tentatione: Leo in peccati perpetratione: Vnicornis in pœnæ solutione. Et ideò orat anima fidelis: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus, &c.

Alleg.

o Narrabo, &c.] Tertia pars, in qua determinat Propheta multiplices fructus Passionis Dominicæ. Primus est manifestatio nominis Domini, de quo dicit: Narrabo, id est, manifestabo, dicit Christus: Narrabo inquam, cùm suscitaueris me. p Nomē tuum] ò Deus Pater. q Fratribus meis] *Apost. Ioan.* 20. d. Vade ad fratres meos, &c. *Heb.* 2. c. exponit hoc verbū Apostolus, dicens de Christo: Non confunditur eos vocare fratres dicens: Narrabo nomen tuum fratrib. meis. Illis autē fratrib. narrauit, & manifestauit nomen

Moral.

o Narrabo, &c. Moraliter] hoc debet dicere Prælatus. Et notantur hic tria, quæ debet dicere Prælatus. Vt prædicet, *ibi*: Narrabo. Vt sit humilis, *ibi*: Fratribus meis. Vt sit communis, non personarum acceptor, *ibi*: In medio Ecclesiæ.
o Narrabo] non tacebo. Vnde suprà. Cœli enarrant. p Nomen tuum] verū, non fabulas. Vnde suprà. Cœli enarrant gloriam Dei. q Fratribus meis.] Hic notatur humilitas. *Gr.*

Alleg. A Domini poſtquam reſurrexit, ſicut dicitur *Act.* 1. a. Quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt Paſſionem ſuam in multis argumentis per dies 40. apparens eis, & loquens de Regno Dei. Secundus fructus fuit vniuerſalis Eccleſiæ laudatio. Vnde ſubdit, *a* In medio Eccleſiæ] id eſt, apertè, quia per vniuerſalé Eccleſiam. *b* Laudabo te] id eſt, faciam laudari. *Abac.* 3. a. Et laudis eius plena eſt terra. *Pſal.* 18. In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. Et ſtatim conuertit Chriſtus ſermonem ad ſuos fideles, hortans eos ad laudem: Vnde dicit. *c* Qui timetis Dominum] timore filiali, vel initiali. *d* Laudate eum.] Alios non monet, vt laudent, niſi timentes Dominum: quia ſicut dicitur *Eccl.* 15. c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Timor verò Domini expellit peccatum. *Eccl.* 1. e. Et qui ſunt illi, qui eum timent, explanat, dicens:

al. † cantabo. *al.* † magnificate. *al.* † precem. *al.* † confitebor tibi. *al.* † coram timentibus.

in *a* medio Eccleſiæ † *b* laudabo te. *c* Qui timetis Dominum *d* laudate eum: *e* vniuerſum ſemen Iacob † *f* glorificate eum. *g* Timeat eum omne ſemen Iſraël: *h* quoniam non ſpreuit, *i* neque deſpexit *k* deprecationem pauperis. *l* Nec auertit faciem ſuam à me: *m* & cùm clamarem ad eum, exaudiuit me. *n* Apud te laus mea in *o* Eccleſia magna: † *p* vota mea reddam † in *q* conſpectu timentium eum. Edent *r* pau-

e Vniuerſum ſemen Iacob] non carnale, ſed ſpirituale.
f Glorificate eum] id eſt, omnes, qui ſunt de Eccleſia. Quod expreſſiùs exponit, dicens.
g Timeat eum, &c. id eſt, qui Deum contemplantur per veram fidem. Et nota, quòd intermiſcet hic, laudate, & timete, ad innuendum, quòd laus debet eſſe cum timore: Laus enim ex gaudio cordis procedit, quod niſi reprimeret timor, citò in diſſolutionem ſolueretur. *Pſal.* 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et quare ſic debet laudari, & glorificari, ſubdit. *h* Quoniam non ſpreuit] negligendo.
i Neque deſpexit] contemnendò.
k Deprecationem pauperis] id eſt, mei pauperis in terra, dicit Chriſtus. *l* Nec auertit, &c.] repellendo orationem meam, qua petij, vt reſurgerem, vt ſuprà dictum eſt. Vnde addit.
m Et] id eſt, [Cùm clamarem, &c.] *Heb.* 5. b. In omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia. Deinde conuertit ſermonem ad Patrem, reſpondens, quòd Eccleſia ita laudat eum, ſicut hortabatur Chriſtus. Vnde dicit.
n Apud te laus mea] ô Pater.
o In Eccleſia magna,] id eſt, toto orbe diffuſa. Vel magna, id eſt, à te magnificata, i. [apud te] quia ſicut dicitur *Ioann.* 5. d. Qui non honorificat filium, non honorificat Patrem: Vnde *Ioann.* 13. d. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Vel ſic [Laus mea eſt apud te] in cœlò. In Eccleſia magna, id eſt, in Eccleſia triumphante. *Pſalm.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Tertius fructus Paſſionis Chriſti eſt obſequium fidelium: Vnde ſubdit. *p* Vota mea reddam] id eſt, promiſſa, quæ promiſi in Baptiſmo, dicens: Abrenuncio Diabolo, & omnibus pompis eius, & credo in Deum, &c. Et loquitur hic Chriſtus in perſona membrorum. Et ſequitur iſte fructus ex Paſſione, quia ipſe Baptiſmus ex Paſſione vim habet regenerandi. *Roman.* 6. a. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et hoc erit.
q In conſpectu, &c.] id eſt, in conſpectu totius Eccleſiæ: Vnde & fontes ſunt in medio Eccleſiæ, & ſolemniter conueniunt Chriſtiani ad Eccleſiam communem, vt ibi orent, & ſeruiant Domino. Quartus fructus eſt ſpiritualis comeſtio Euchariſtiæ, de quo ſequitur.
Quinque notantur de Sacramento Euchariſtia. *r* Edent pauperes, &c. id eſt, ſpiritualiter comedent. Et quid comedent determinat *Ioan.* 6. e. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt. Oſtendit autem hic primò, quòd panis iſte eſt ſufficiens, cùm dicit, [Pauperes.] De communibus enim & plenariis ferculis ſolet dari pauperibus, & non de interferculis. De ſufficientia iſtius panis habetur 3. *Reg.* 17. c. Hæc dicit Dñs Deus Iſraël, hydria farinæ non deficiet, & lecytus olei vſque in diem, in qua daturus eſt Dñs pluuiam ſuper faciem terræ, non minuetur. Hydria farinæ, corpus Chriſti, lecytus olei ſanguinem eius ſignificat quæ non
^ deficient

Moral. * Sit rector benè agentibus per humilitatem ſocius. *Eccleſ.* 32. a. Rectorem te poſuerunt fratres tui, noli extolli; ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. *a* In medio Eccleſiæ laudabo te] id eſt, in medio fidelium, vt omnibus ſim communis, & inde laudetur Deus: Vnde *Pſ.* 47. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui, id eſt, in Prælato benigno, & communi. Et ſequitur. Secundum nomen tuum, ſic & laus tua. Vel [In medio Eccleſiæ laudabo te] id eſt, coram omnibus, vt exemplum laudandi te, & verbo, & facto dicam eis: Magnificate Dominum mecum. Et hoc eſt, quod ſequitur.
c Qui timetis Dominum.] Hic enim notantur tres ſtatus filiorum Eccleſiæ, quos debet Prælatus ſuo exemplo monere, vt laudent Deum, ore, opere, atque corde, ſcil. incipientes, proficientes, & perfecti. Incipientibus dicit [Qui timetis Dominum] Incipientium enim eſt timere, ſecundùm illud *Pſalm.* 100. Initium ſapientiæ timor Domini. Et *Eccl.* 1. e. timor Domini expellit peccatum, quod eſt incipientium. *d* Laudate eum] corde, ore, opere. Et licet tam incipientes, quàm proficientes, & perfecti debeant ipſum laudare corde, ore, opere; tamen magis propriè incipientes laudant eum ore confitendo peccata, ſecundùm illud *Ioſ.* 7. c. Fili mi, da gloriam Deo, & confitere, &c. Proficientes autem opere; perfecti verò corde in contemplatione, & meditatione. Proficientibus autem dicit. *Tres ſtatus filiorum Eccleſia.*
e Vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum] Iacob enim luctator dicitur, & proficientes luctantur ex vna parte tentationibus, ex alia, operibus. Perfectis autem dicit.
g Timeat eum omne ſemen Iſrael] id eſt, contemplantes & perfecti. Et quod incipientium eſt, ſcil. timere, attribuit perfectis, vt quantumcunque perfecti, ſemper ſe reputent incipientes. *Pſal.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Et quare debeat Deus laudari, ſubdit.
h Quoniam non ſpreuit, &c.] *Eccl.* 35. c. Non deſpiciet Dominus preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus. *Eccl.* 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem, &c. Hic laudat Eccleſia Dei bonitatem in tribus contra tria mala, quæ faciunt diuites huius mundi. Sunt enim quidam qui negant pauperibus munus à manu: Et hoc malum eſt de quo *Eccl.* 29. c. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis. Alij negant pauperibus etiam munus à lingua, de quo *Eccl.* 4. a. Congregationi pauperum affabilem te facito: Et hoc negare peius eſt. Alij negant, non ſolùm iſta duo; ſed tertium munus, ſc. munus à corde, de quo *Pſ.* 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Hoc autem faciunt, quando contemnunt, & deſpiciunt pauperes, & non compatiuntur eis: Et hoc peſſimum eſt. *Iob* 31. b. Si deſpexi prætereuntem, eo quòd non haberet indumentum. Sed Dominus ideò laudandus eſt: quia econtrario ipſe dat munus à corde: Vnde dicit. Quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis] Nec ſolùm hoc, ſed & munus à lingua. Vnde addit. *Eccleſia laudat Dei bonitatem in tribus cõtra tria mala, quæ faciunt diuites huius mundi.*
l Nec auertit faciem ſuam à me.] Sed & tertium, ſcilicet, munus à manu: Vnde dicit.
m Et cùm clamarem ad eum, exaudiuit me] dando, quod volebam.
n Apud te laus mea.] Sic debet dicere quælibet fidelis anima, ſcilicet, incipiens, proficiens, & perfecta Deo: [Apud te laus mea] quaſi dicat, à te habere deſidero, vt te poſſim laudare, non me: Ac ſi diceret: Domine, labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Vel apud te laus mea] ſupple ſit, vt eam approbes. *Pſal.* 118. Voluntaria oris, &c.
o In Eccleſia magna.] Tunc enim te laudare potero: & tibi placebit mea laudatio, ſi ſim meritò de Eccleſia magna, quam magnam feciſti, & numero, & merito per Paſſionem tuam, *Epheſ.* 5. e. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt ſanctificaret eam, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, neque rugam. Vel [Apud te eſt laus mea] non apud me, vel meos, id eſt, te ſolùm laudo, non me, vel meos. *Iſa.* 12. a. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, &c. Vel [Apud te eſt laus mea,] ſcilicet, hoc, quod in me laudabile eſt, apud te eſt, ſcilicet, quod ſum factus ad imaginem tuam, quòd redemptus ſanguine tuo, quòd glorificandus miſericordia tua. Ideò dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 1. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur, &c. *Pſal.* 34. Confitebor tibi in Eccleſia magna.
p Vota mea reddam,] Incipiens reddit votum abſtinentiæ in pœnitentia: Proficiens reddit votum iuſtitiæ in opere charitatis: Perfectus votum obedientiæ in religione. *Pſal.* 65. Reddam tibi vota mea: quæ diſtinxerunt labia mea: *Iſa.* 19. d. Vota Domino vouebunt, & ſoluent.
q In conſpectu timentium eum,] vt in omnibus honoretur Deus. *Matth.* 5. b. Sic luceant opéra veſtra coram hominibus, &c. *Pſalm.* 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, &c.
r Edent pauperes] Sup. egit de merito fideliũ: Hic agit de eorũ præmio. Vnde dicit: Edent pauperes in regno Dei, qui
* hic ieiunant

Alleg. A deficient in Ecclesia vsque in diem iudicij, in quo pluet Dominus illam pluuiam, de qua dicit *Ezech.* 38.g. Ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, id est, super Diabolum, & sequaces eius. *Matth.* 28.d. Ecce ego vobiscum sum, scilicet in Sacramento altaris, omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Item ideò bene dicit: [edēt pauperes] quia non comedunt eum spiritualiter, nisi pauperes, id est; contemptores diuitiarum, & humiles. Qui enim plùs diligit sæculum, quàm Deum, non comedit eum spiritualiter ad salutem, licet comedat eum sacramentaliter ad damnationem suam. Vnde dicit *August.* Quid est Christum manducare? Non hoc solùm, scilicet, in Sacramento corpus eius accipere (multi enim indignè accipiunt) sed in ipso manere, & habere in se Christum manentem, secundum quod ipsemet dicit *Ioan.* 6.f. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, scilicet, spiritualiter, in me manet, & ego in eo. Et *B. Bern.* dicit: Manducare spiritualiter corpus Christi, est Passionis, & Redemptionis Christi sacra attentiùs recolligere beneficia, ad sumendum suauiter in conscientia, & recolendum fideliter in memoria. Secundò ostendit, quòd panis iste est reficiens, *ibi.*

peres, & *a* saturabuntur: & *b* laudabunt Dominum, *c* qui requirunt eum: *d* viuent corda eorum in sæculum sæculi. † *e* Reminiscentur, & *f* conuertentur ad Dominū *g* vniuersi fines terræ.

al. † commemorabūtur.

a Et saturabuntur] *Psalm.* 147. Et adipe frumenti satiat te. *Prou.* 13. d. Iustus comedit, & replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis. *Isa.* 55.a. Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Panis Eucharistiæ dicitur bonus antonomasticè, siue bonum. Tertiò ostendit, quòd panis iste est iucundus, i. generat iucunditatem, *ibi.*

b Et laudabunt Dominum] gratias agendo. *Psal.* 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Quartò ostendit eum esse sapidum, & dulcissimum, cùm dicit.

c Qui requirunt eum] id est, iterum quærunt. *Eccl.* 24.c. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Quintò ostendit, quòd iste panis est perficiens, cùm dicit:

d Viuent corda eorum in sæculum sæculi] i. in æternum. *Ioan.* 6.e. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et bene dicit: Corda eorum,] i. comedentium hunc cibum. Corde, i. spiritualiter. Vnde dicit *Ambr.* quòd cibus ille non vadit in ventrem, sed in mentem.

Moral. *a* hic ieiunant: Non dicit, quid, sed *Luc.* 14.d. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei, *Psal.* 77. Panem Angelorum manducauit homo. *Ioan.* 6. e. Ego sum panis viuus: *Eccl.* 24.c. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

a Et saturabuntur] secundùm illud *Psal.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. *Luc.* 6.d. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini.

Quadruplex satietas. Est autem quadruplex satietas. Scilicet,
- Bonorum. *Psal.* 103. De fructu operum tuorum satiabitur terra, id est, Ecclesia.
- Beatorum. *Psalm.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.
- Malorum. *Eccl.* 5.c. Saturitas diuitis non finit eum dormire, &c.
- *Isa.* 32.b. Damnatorum. *Prou.* 1.d. Fructum adinuentionum suarum comedent, suisque consiliis saturabuntur.

b Et laudabunt Dominum] *Psalm.* 83. In sæcula sæculorum laudabunt te. Non post comestionem, sed comedendo laudabunt. Et laudando comedent, quia vtrumque continuum, vtrumque æternum. *Aug. in libro de ciuitate Dei.* Videbimus, amabimus, laudabimus. Videbimus sine fine, amabimus sine fastidio, laudabimus sine fatigatione. Hic animus, hic affectus, hic actus, hic finis sine fine.

c Qui requirunt eum] hic cordis desiderio, & operis exercitio. Vel [Qui requirunt] ibi, id est, iterum quærunt, id est, appetunt: Sicut dicit quidam: Fruuntur, nec fastidiunt, quo frui magis sitiunt.

d Viuent corda eorum in sæculum sæculi] scil. pauperum, quorum corpora in isto sæculo mortificantur. *Psal.* 43. Propter te mortificamur tota die. *Eccl.* 44.c. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt: & nomen eorum viuet in generatione & generationem.

Alleg. *e* Reminiscentur, &c.] Suprà habiti sunt quatuor fructus Passionis Christi: Hic autem ostenditur quintus, scilicet, conuersio Gentium, de quo dicit. *g* Vniuersi fines terræ], id est, Ecclesia collecta de toto Orbe.

e Reminiscentur] Domini per fidem, quam prædicabunt Apostoli. *f* Et sic conuertentur ad Dominum] per charitatem, diligentes Dominum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. *Deut.* 6.a. Et sic credentes, & diligentes:

A Vniuersæ *Moral.*

Moraliter. *e* Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ] i. omnes, in quibus finita est terra. Non dicit, cuius debeamus reminisci; sed debemus reminisci multorum, & propter multa.

Multorum reminisci debemus.

Debemus reminisci.
- Peccatorum.
  - Præteritorum, vt doleamus. *Isa.* 38.c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.
  - Præsentium, vt ea suppeditemus. *Gen.* 3.c. Ipsa conteret caput tuum. Et vt eis indignemur. *Prou.* 16.b. Indignatio Regis nuncij mortis.
  - Futurorum, vt ea fugiamus, *Eccl.* 21.a. Quasi à facie colubri fuge peccata.
- Beneficiorum
  - Præteritorum, vt gratias reddamus, 1. *Thes.* 5.b. In omnibus gratias agentes. *Iud.* 9.c. Nunc igitur si reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, supple, reminiscimini. *Tren.* 3.c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis.
  - Præsentium, vt ei seruiamus. *Psal.* 48. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. *Eccl. vlt.* c. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.
  - Futurorum, vt nos ad ea præparemus, *Matth.* 19. b. Quid boni faciam, vt vitam æternam habeam?
- Potestatis Domini, vt eum timeamus. *Ierem.* 10. a. Quis non timebit te, ô Rex Gentium, &c.
- Sapientiæ eius, vt erubescamus peccare. Vnde vers.

  Cùm quid turpe facis, quod me spectante ruberes.
  Cur spectante Deo non magis ipse rubes?

  Prou. 15. a. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.
- Misericordiæ Dei, ne desperemus *Psal.* 144. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Et *B. Bern.* Maior est Christi pietas, quàm quæuis iniquitas. Vnde Ecclesia cantat *in princ. Quadrag.* Tribularer, si nescirem misericordias tuas, Domine. *Psal.* 88. Misericordias Domini in æternum cantabo.
- Mortis incertæ, vt omnia contemnamus. *Ieron.* *In Prologo Bibliæ c.* 8. Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. *Plato*: Summa Philosophia est assidua mortis cogitatio. *Eccl.* 7. d. Fili, memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.
- Aduersitatis æternæ, ne in præsenti prosperitate eleuemur. *Eccl.* 11. d. Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita, &c.

Prosperitatis æternæ, ne in præsenti aduersitate deprimamur. *Rom.* 8.d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 2. *Cor.* 4. d. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. *Eccl.* 11.c. In die malorum ne immemor sis bonorum, &c. Si bene reminiscerentur istorum, fieret, quod sequitur. *f* Et conuertentur, &c.] i. ex toto verterent se ad Dominum, vt præter eum aliud non quærerent, & essent vniuersi homines fines terræ, quia in eis amor terrenorum finiretur, & deficeret. Vel sic; vt fines terræ dicantur auari, in quibus terra habitat: quia non cogitant, nisi de terrenis: de quibus *Prou.* 17.d. Oculi stultorum in finibus terræ. Stultos dicit auaros. *Luc.* 12.c. Stulte, hac nocte, &c. *Eccl.* 34.a. Quasi qui apprehendit

Alleg. vmbram, & perſequitur ventum; ſic qui attendit ad viſa mendacia. *Eccl.5.b.* Auarus non implebitur pecunia. *Pſal.61.* Diuitiæ ſi affluant, &c. *Aggæi 1.b.*

A *b* Vniuerſæ familiæ Gentium] id eſt, Gentilium. *a* Adorabunt in conſpectu eius] id eſt, coram eo, per reuerentiam debitam. Eoſdem vocat fines terræ, & familias Gentium, ſcilicet, Gentiles Sed primum dicit vniuerſaliter, ſecundum particulariter.

Et *a* adorabunt in conſpectu eius *b* vniuerſæ † familiæ Gentium. *c* Quoniam Domini eſt regnũ: *d* & ipſe dominabitur Gentium. *e* Manducauerunt, & *f* adorauerunt *g* omnes † pingues terræ: in *h* conſpectu eius † *i* cadent omnes, qui *k* deſcendunt in terram. Et *l* anima mea illi *m* viuet: *n* & *o* ſemen meum *p* ſeruiet ipſi. *q* Annunciabitur Domino *r* generatio ventura: & *ſ* annunciabũt cœli *t* iuſtitiam eius, *u* populo, *x* qui naſcetur, *y* quem fecit Dominus.

al. † patriæ.
al. † diuites.
al. † procidẽt vniuerſi.

Et bene coniunguntur iſta tria [Reminiſcentur, conuertentur, adorabunt] quia in fide, quæ notatur in primo: & charitate, quæ notatur in ſecundo, debet fieri adoratio. *Ioan.4.c.* Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. In ſpiritu fidei, & veritate charitatis, de qua *1. Ioan. 3.d.* Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. Poſt oſtendit, quare Dominus debeat adorari, ſcilicet, *c* Quoniam Domini eſt regnum, &c. *Dan.7.d.* Dedit ei poteſtatem & honorem, & Regnum, & omnes populi, Tribus & linguæ ipſi ſeruient. *d* Et,] ideo ipſe dominabitur Gentium in futuro, ſcilicet, in æternum. Vnde ſubdit *Daniel*: Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur. *e* Manducauerunt, &c.] Suprà habuimus de ſpirituali manducatione Euchariſtiæ, *ib.* Edent pauperes, &c. Hic agit de manducatione ſacramentali, quæ communis eſt bonis, & malis: Vnde dicit. *g* Omnes pingues terræ] i. terrena diligentes, & ſuperbi. *e* Manducauerunt] corpus Chriſti in Sacramento. *f* Et adorauerunt] exteriùs offerendo, & genua flectendo. Sed nec manducatio eis profuit, nec adoratio Deo placuit. De primo dicit Apoſt. *1. Cor. 11.g.* Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. De ſecundo, ſcil. de adoratione, dicit Dominus *Iſa.1.d.* Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atriis meis, ne offeratis vltra ſacrificium fruſtrà, &c. Et pòſt: Solemnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens: Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine: Vnde & addit hic. *h* In conſpectu eius] id eſt, Domini. *i* Cadent] id eſt, peccabunt. *k* Omnes, qui deſcendunt in terram] terrena diligendo, quaſi dicat, eo ipſo, quòd tales præſumunt accedere ad Sacramentum, peccabunt: ita erit de malis, dicit Chriſtus. Sed de me, & de meis, qui dignè ſumunt corpus meum, non ita. Sed quid? *l* Et anima mea] & meorum. *m* Illi viuet] id eſt, per eum. Mei enim viuent hic per gratiam, in futuro per gloriam. *n* Et] pro, quia. *o* Semen meum] id eſt, fideles, quos ego genui per fidem. *p* Seruiet ipſi] amore iuſtitiæ, non timore pœnæ. De generatione iſta *1. Ioan.5.a.* Omnis, qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. De duobus, ſcil. de generatione, & ſeruitio. *Iſa.53. d.* Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum: Ecce primum. Et voluntas Domini in manu eius dirigetur: Ecce ſecundum. Et quomodo erit hoc, ſubiungit, quòd fiet per prædicationem Apoſtolorum. Vnde dicit.

q Annunciabitur Domino] i. ad honorem Domini.

r Generatio ventura] i. illi, qui regenerandi ſunt, & futuri filij Dei: beati dicẽtur ab Apoſtolis, ſecundùm illud. *Matt. 11.a.* Pauperes euangelizantur: & beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Et generationi illi, cùm generata fuerit, prædicabunt Apoſtoli doctrinam Dei: Hoc eſt, quod ſequitur. *ſ* Et annunciabunt cœli] hoc eſt, Apoſtoli *t* Iuſtitiam eius] i. Dei filium, vel mandata Dei, per quæ iuſtè viuitur. *u* Populo, qui naſcetur] vt dictum eſt. *x* Quem fecit Dominus] i. creauit ex nihilo; ſed Chriſtus refecit eum, i. recreauit eum, non de nihilo, ſed ſanguine proprio: Vnde dicit *B. Bern.* Memẽto, homo, te, etſi de nihilo factũ, non tamẽ de nihilo redẽptũ, *1. Cor.6.d.* Empti eſtis pretio magno.

* Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſaccum pertuſum. Et per familias Gentium, ſignificantur diuerſa genera peccatorum carnalium, quæ faciunt hominem gentilem, i. irrationalem. Eſt ergo ſenſus: Si auari, & luxurioſi reminiſcantur illa, quæ prædiximus, auari conuertentur ad Dominum, relicto amore terrenorum: & luxurioſi diuerſis generibus luxuriæ ſeruientes, relictis peccatis, ſoli Deo ſeruient. Hoc eſt, quod dicit.

a Et adorabunt, &c.] Dei, ſcilicet.

b Vniuerſæ familiæ, &c.] *Zach.12.d.* Plangent terræ familiæ, & familiæ ſeorsũ. Quare? Quia, & ſibi deſeruientes remunerat, & ſeruiẽtes peccatis condẽnabit: Vnde ſequitur.

c Quoniam, &c. quod, ſcil. promiſit Sanctis, *Matt.5.a.* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et *Eccl.23.d.* Gloria magna eſt, ſequi Dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

d Et ipſe, &c.] id eſt, gentiliter viuentium, i. ſe Dominum oſtendet. Retrudet enim eos in infernum: Vnde *Zach.9.c.* Poteſtas eius a mari vſque ad mare, & a fluminibus vſque ad fines terræ, ſcil. à mari huius mundi vſque ad amaritudinem inferni: vt eos, qui in iſto mari ſe ſubmergunt, in illo mari proiiciat, & a fluminibus deliciarum vſque ad fines terræ, i. vſque in infernum: quia qui nolunt hic ponere finem terræ, i. terrenitati ſuæ, ibi inuenient finem terræ, velint nolint, quia de terra tranſibunt ad ignem: Vnde *Deut.32. c.* Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima, deuorabitque terram, i. terrenos, cum germine ſuo, i. cum omnibus ſequacibus eorum. Vel terram vocat cupiditatem, germen, vitia alia, quæ ex cupiditate procedunt, ſecundum illud *1. Tim.6. b.* Radix omnium malorum cupiditas. Et hoc eſt, quod ſequitur.

e Manducauerunt, &c.] Manducauerunt ſeruientes gulæ, & adorauerunt ventrem ſuum. *Phil. 3. d.* Quorum Deus venter eſt. *Dan.14.* Nonne tibi videtur Bel eſſe viuẽs Deus? nonne vides, quanta comedat, & bibat quotidiè? Et ait Daniel: Ille eſt intrinſecùs luteus, forinſecùs æreus. Vel per manducauerunt ſignificatur peccatum gulæ, per adorauerunt peccatum luxuriæ, quod ex gula ſequitur. *Pſ.105.* Initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum. *Ieron.* Venter & genitalia vicina ſunt, &c. Vel per manducauerunt concupiſcentia carnis & voluptas intelligatur: per adorauerunt peccatum cupiditatis, quod ſimiliter ſequitur ex illo. *Prou.30.b.* Duæ ſunt ſanguiſugæ filiæ, &c. Et ſic per adorauerunt tria peccata intelliguntur, ſcil. gula, luxuria, auaritia, quia iſta tria in S. Scriptura idololatria vocantur. De gula dictum eſt: Quorum Deus venter eſt. De luxuria dicitur in *Pſ.105.* Et initiati ſunt Beelphegor. De auaritia *Eph.5.b.* dicitur, quod eſt idolorum ſeruitus. Et hoc faciunt. *g* Omnes pingues terræ,] i. diuites, in quibus illa tria vitia regnant. Et quod ſequitur.

h In conſpectu, &c.] id eſt, à conſpectu eius terribili in die iudicij. *i* Cadent] in infernum.

k Omnes, qui deſcendunt in terram] i. qui in terrenis ponunt cor ſuum, & amorem, quem in cœleſtibus ſolùm ponere deberent: Vnde de talibus dicitur *Apo.6.d.* quòd Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes. Ecce pingues terræ dicent montibus, & petris: cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronũ, & ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare? quaſi dicat, nullus. *Pſal.72.* Deieciſti eos, dum alleuarentur. Sed [In conſpectu, &c.] non dicit in terra, quia boni deſcendunt in terram per humilitatem, vt aſcendant in cœlum. *Luc.14.c.* Qui ſe humiliat, exaltabitur. Vel de talibus dicitur, quòd in præſenti cadunt in conſpectu eius: quia peccatores, & viles ſunt coram Domino, licet alti, & honorabiles ſint coram mundo. *Luc.16. d.* Vos eſtis, qui iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud Deum. Illi ita cadent: Sed *l* Anima mea illi viuet] dicit vir iuſtus, i. ſtabit in gratia, quæ eſt vita animæ, ita quod non cadet per mortem peccati. Illi, i. ad honorem eius. *Pſ.58.* Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. *Rom.14. a.* Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? quaſi dicat, non tuum, ſed Dei, & addit: Suo Domino ſtat, aut cadit: ſtabit autem. Potens eſt enim Deus ſtatuere illum. *Phil.1.c.* Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *n* Et ſemen, &c.] i. Imitatores mei: Et quaſi quis quæreret: Habebiſne imitatores? Subdit, ita, quia. *q* Annunciabitur Domino] i. ad honorem Dñi. *r* Generatio ventura] i. regeneratio, qua in corpore, & anima regenerabimur accipiẽtes ſtolam gloriæ: De qua generatione *Matt.19.d.* Cùm ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim Tribus Iſraël, q.d. vir iuſtus, multos habebo imitatores: quia nunciata illa futura regeneratione, naſcentur multi in præſenti per gratiã. Nec ſolùm illa gloria annunciabitur, vt alliciantur ad bonum; ſed & futura pœna nunciabitur eis, vt retrahantur

bantur à malo. Vnde [Et annunciabunt cœli] i. cœlestes viri: *t* Iustitiam eius] qua malos puniet. *u* Populo] illi. *x* Qui nascetur] per gratiam. *y* Quem fecit Dominus] quia totum est opus Dei. *Iacob*.1.c. Voluntariè, id est, ex pura sua benignitate genuit nos, vt simus initium aliquod creaturæ eius. *Tit*.3.b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos ; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

EXPOSITIO PSAL. XXII.

DOminus regit me, &c.] Titulus. *Psalmus David*. Titulus patet. Supra egit de Passione Christi, & de fructibus eius: Hic autem adhuc prosequitur fructum eius, qui est liberatio à captiuitate Babylonis, scilicet, à peccato. Et hæc facta est per Passionem Domini, per quam data est nobis libertas redeundi ad supernam Ierusalem: Ad quam reuertimur per decem dietas, quas in hoc psalmo describit Propheta. In principio ergo huius psalmi dicit vir iustus se habere Christum Ducem ad redeundum in cœlestem Ierusalem, de qua loquitur in fine psalmi, cùm dicit: Vt inhabitem in domo Domini, &c. Et à principio vsque ad finem describit illas decem dietas, siue gratias, per quas nos reducit Ductor noster Christus. Et secundum illas decem distinguitur psalmus iste in decem partes, exceptis principio & fine psalmi. Dicit ergo vir iustus.

al. † pascit.

De consf. dist. 2. c. in calice.

Psalmus David XXII.

a DOminus † *b* regit me, & nihil mihi *c* deerit: in *d* loco pascuæ ibi *e* me collocauit. *f* Super aquam refectionis *g* educauit me: *h* animam meam cõuertit.

Qui'i et regit Dominus.

a Dominus] Christus.

b Regit me] redeuntem de captiuitate Babylonica, id est, de peccato [Regit] vt Dux viatorem, ne deuiet: vt lux in tenebris ambulantem, ne exorbitet: vt pastor gregem, ne à lupis pereat. De primo *Sapient*. 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. *Ioan*. 8. b. Qui sequitur me, &c. *Ierem*. 17. c Non sum turbatus te pastorem sequens. De secundo *Ioan*. 8. b. Ego sum lux mundi. De tertio *Ioan*. 10. b. Ego sum pastor bonus ; bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vel Dominus regit me, vt nauem, vt Regnum, vt exercitum. De naue, *Iac*. 3. a. Ecce naues cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus ducentis voluerit. De Regno. *Psalm*. 144. Regnum tuum, Regnum omnium sæculorum. *Ioan*. 18. g. Regnum meum non est de hoc mundo. De exercitu: *Isa*. 6. b. Dominum exercituum vidi oculis meis. *Iob*. 7. a. Militia est vita hominis super terram. Item [Regit me] vt cæcum. *Iob*. 29. c. Oculus fui cæco, dicit Christus. Item regit me, vt equum fræno, & stimulo. Fræno, ne oberrem. *Eccl*. 28. d. Facito frænos ori tuo rectos. Stimulo, ne obdormiam. 2. *Cor*. 12. b. Datus est mihi stimulus, &c. *Eccl*. 38. c. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat. Item [Regit me] vt scholas, *Psal*. 98. Qui sedes super Cherubin, i. plenitudinem scientiæ. Et alibi: Qui regis Israël intende. Alia litera: Dominus pascit me corpore, & sanguine suo. *Ioan*. 6. f. Caro mea verè est cibus. *Psal*. 21. Edent pauperes, & saturabuntur. Item pascit me scientia, & doctrina. *Ier*. 3. e. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Item pascit me gratia. *Matth*. 5. a. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c. Item pascit me gloria. *Luc*. 22. c. Et ego dispono vobis, &c. Et ex quo talem Rectorem habeo.

c Nihil mihi deerit] in via. *Aug*. Quid ei deesse potest, qui omnia habentem habet? *Aug*. Pascit contemnentem se, & non pascit sequentem se? *Luc*. 22. d. Quando misi vos sine sacculo, &c. Et quia nihil deest illi, qui habet Christum, qui est panis Angelorum, Dei virtus & Dei sapientia, & qui est omnia in omnibus. 1. *Cor*. 15. b. Et quòd sibi nihil deerit, probat per inductionem illorum decem, quæ sunt necessaria viatori. Videamus ergo primò, quæ sint illa: & postmodum sufficientiam videbimus ipsorum. Prima gratia est cognitio S. Scripturæ, de qua dicit:

Decem gratiæ necessariæ viatori.

d In loco pascuæ] id est, sacræ Scripturæ.

e Ibi me collocauit.] Dicitur autem sacra Scriptura pascua: quia ibi cibus spiritualis inuenitur, scilicet, verbum Dei, de quo *Deut*. 8. a. Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Ezech*. 3. a. Cibauit me volumine illo. *Isa*. 5. d. Pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. Deserta sunt sacræ Scripturæ, quæ in multis locis steriles & aridæ videntur; sed in vbertatem vertuntur, quando fideliter exponuntur. Et tunc aduenæ, id est, Gentiles conuersi, sicut in principio Ecclesiæ fuit ; vel peccatores, qui modò conuertuntur, comedunt per intelligentiam, & ad nutrimentum conuertunt per operationem, illa deserta sic in vbertatem versa. In pascua autem sacræ Scripturæ sunt quatuor expositiones, quasi quatuor diuersa fercula. Primum est expositio literalis. Secundum expositio allegorica. Tertium moralis. Quartum anagogica. Primum est quasi panis hordeaceus. Secundum quasi siligineus. Tertium quasi triticeus. Quartum quasi similagineus. In hac autem pascua collocatur a Deo, qui in sacra Scriptura ordinatè studet: Collocare enim ordinem notat ; Quod non faciunt multi, qui modò in hoc libro, modò in illo student: & sic nihil perfectè intelligunt, nec pascuntur in sacra Scriptura; sed magis tædio afficiuntur. De talibus potest intelligi, quod dicit *Iob*. 8. c. Super aceruum petrarum radices eius densabuntur. Radices studentis, cogitationes & affectiones: quæ, quando non studet ordinatè, super aceruum petrarum iacuntur, & non in loco pascuæ collocantur. Et ibi densantur, i: fiunt grossæ & rudes, & non transeunt ad subtilem intellectum. *Ezech*. 34. d. In pascuis vberrimis pascam eos. Sed quia qui bene vult pasci in sacra Scriptura, & eam intelligere, oportet, quòd fidem habeat: quia sicut dicitur *Isa*. 7. b. secundum aliam translationem: Nisi credideritis, non intelligetis: Ideò necessaria est secunda gratia, quæ est Baptismi regeneratio, quæ est ianua fidei, de qua dicit.

f Super aquam refectionis] id est, Baptismum.

g Educauit me] spiritualiter. Et dicitur Baptismus aqua; quia ad literam in aqua fit. Sed aqua refectionis duobus modis, quia reficere est reformare. Et reficere est satiare. Baptismus reficit, id est, reformat in homine similitudinem Dei, quam Diabolus deformauerat per peccatum. *Isa*. 1. e. Lauamini, mundi estote. *Gloss*. Lauamini aqua Baptismi. *Zachar*. 13. a. Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Iterum Baptismus reficit, id est, satiat: quia in Baptismo datur Spiritus sanctus, qui replet & satiat. Quòd detur Spiritus sanctus in Baptismo, habetur *Matth*. 3. c. Ipse baptizabit vos in Spiritu sancto. Quòd Spiritus sanctus repleat, dicitur *Act*. 2. a. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. De hac duplici refectione habetur *Act*. 2. f. quòd Petrus dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. In remissionem: Ecce primum. Accipietis, &c. Ecce secundum. Super hanc ergo aquam refectionis dicit Iustus [educauit me] sicut puerum fidei nutrimento, quasi dicat, recepto Sacramento Baptismi, quasi fundamento, paulatim alia Sacramenta recepi, quæ nutriunt animam. *Abac*. 2. a. Qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso, iustus autem in fide sua viuet. *Ezech*. 47. a. Aquæ descendebant ad latus templi dextrum. Et post subiungit. Omnis anima viuens, ad quam peruenerit torrens iste, viuet. Et ideò benè dicit, quòd super hanc aquam educauit me Dominus. Piscis in aqua nascitur & nutritur, & sine ea moritur: Sic nos in aqua Baptismi nascimur, in aqua doctrinæ nutrimur, & sine ea morimur. *Eccl*. 15. a. Aqua sapientiæ, &c. *Isa*. 12. a. Haurietis in gaudio aquas, &c. Hæc aqua fiet fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. *Ioann*. 4. b. Sed mirum est, quòd nos sumus super hanc aquam, nec reficimur. Vnde rectè significamur, per vaccas fœdas exeuntes à flumine. *Gen*. 41. a. Tertia gratia est omnimoda conuersio ad Deum, vt nihil præter eum quærat homo: De qua addit. *h* Animam meam conuertit] ad se, vt mundanis rebus non inhiet, vel intendat, quo minùs ad eum liberè currere possit. *Ioel*. 2. c. Conuertimini ad me in toto corde vestro.

Sic conuerterat Dominus Apostolum, qui dicebat *Heb*. 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem ; sed futuram inquirimus. Et *Philip*. 3. b. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Propter hoc dicit Petrus 1. *Petr*. 2. b. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis.

Aduenæ enim & peregrini in via, qua peregrinantur, multas vident pulchras villas, & amœna loca: Sed ipsi non detinentur ibi, quia cor eorum totum versum est ad patriam suam, ad quam festinant reuerti.

Sic licet videamus hic aliquas falsas amœnitates ; debemus omnia pertransire, & tendere ad patriam cœlestem, sicut peregrini. *Osee* 11. c. Conuersum est cor meum in me. Quarta gratia, quam facit Dominus viro iusto est, quòd ducit eum per compendium consiliorum: Vnde subdit.

a Deduxit

a Deduxit me super semitas iustitiæ,] id est, per semitas, scilicet, per consilia, per quæ deducitur homo, vt rectiùs & citiùs perueniat ad patriam. *Isa.* 2. a. Venite, ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius. *Prouerb.* 4. b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm, &c. Dicuntur autem consilia semitæ, quia sunt arcta, & munda, & compendiosa. Sed semitę iustitiæ dicuntur, quia per ea fit vera iustitia. Si enim homo peccauit, & postea complet sola præcepta, non facit veram iustitiam Deo de seipso: quia si nunquam peccasset, tenebatur tamen ad præcepta. Sed qui vult veram iustitiam facere de suo peccato, oportet, vt sicut commisit illicita, etiam à licitis abstineat. Et hoc faciunt, qui implent consilia. Et hoc feci, non ex meritis meis; sed.

Consilia dicũtur semitæ.

al. † *ambulem.*

a Deduxit me super semitas iustitiæ, propter b nomen suum. c Nam & si † ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam d tu mecum es. e Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt. f Parasti in conspectu meo mensam: g aduersus eos, qui tribulant me.

b Propter nomen suum,] id est, propter bonitatem suam, *Psalm.* 24. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo. Vnde homo, quem Dominus ducit per semitam consiliorum, bene potest cantare: Bonitatem fecisti cum seruo tuo, Domine. *Exod.* 15. b. Dux fuisti in misericordia populo tuo. *Psalm.* 138. Deduc me in via æterna. Item *Psalm.* 24. Vias tuas, Domine, demonstra, &c. Necessarium enim est habere ductorem in semita, cùm sit ignota. Quinta gratia est securitas, de qua dicit:

c Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala.] Vmbram mortis vocat peccata, vel ipsos peccatores. *Iob.* 40. c. Protegunt vmbræ vmbram eius, & ipse dormit sub vmbra. *Isa.* 9. a. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Sic ergo continua: Verè [Deduxit me.] Et hoc patet, quia ex ducatu eius tantam fiduciam sumpsi, quod [non timebo mala, &c.] Hoc est, quod dicit. [Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis,] id est, inter peccatores quoscunque [non timebo mala] culpæ, ad quam trahere volunt: Nec mala pœnæ, quam mihi infligant. Quare non timebo?

d Quoniam tu mecum es] ô Deus. Vnde *Psal.* 26. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? *Isa.* 43. a. Cùm pertransieris per aquas, tecum ero, &c. Cùm ambulaueris in igne, non consumeris, & flamma non ardebit in te: quia Dominus Deus tuus sum. *Prou.* 28. a. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. *Gloss.* Quia eum diligit, quem nemo inuitus amittit. *Eccl.* 34. c. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Et nota, quòd inter omnes peccatores, detractores propriè dicuntur vmbræ mortis, quia similes sunt morti. Mors enim nulli parcit; sed omnes æqualiter ferit: sic detractores omnibus detrahunt. Vnde detractor significatur per bestiam, quæ erat similis vrso: *Dan.* 7. b. Vrsus enim habet os amplum, & multum vorax animal est; sic ipsi detractores. Et dicitur de illa bestia, quòd tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: ita detractio in tribus est, quia detractor mala aperta diffamat, bonis apertis derogat, dubia malè interpretatur. Sexta gratia est patientia & gaudium in tribulatione: Vnde subdit.

Detractor propriè dicitur vmbra mortis.

e Virga tua, & baculus tuus, &c.] Virgam vocat minorem correctionem, baculum maiorem tribulationem. Nec dicit, quòd illa patienter sustinuerit; sed quòd ipsa eum consolata sunt, quod maius est. *Act.* 5. g. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat. Consolantur autem flagella Domini virum iustum propter tria:

Flagella virum iustum consolantur.

Quia:
- Signa sunt paternæ dilectionis. *Apoc.* 3. d. Ego, quos amo, arguo & castigo. *Heb.* 12. b. Quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Item *Prou.* 3. b. Disciplinam Domini ne abiicias: Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi in filio complacet sibi.
- Pœnas æternas in temporales commutãt. *Greg.* Sancti pœnas temporales lucrũ putant: quia per has æternas euadere non ignorant.
- Gaudia æterna donant. *Sap.* 3. a. In paucis vexati, in multis bene disponentur.

Virga dicitur Beata Virgo, baculus Crux. De virga *Cant.* 3. c. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi. De baculo. *Gen.* 32. c. In baculo meo transiui Iordanem istum. Hæc duo verè consolantur nos in omni tribulatione nostra. Et dicitur Beata Virgo virga, quia habet has proprietates virgæ. *Versus.*

Virga dicitur B. Virgo, & Crux baculus.

Plana, plicans, gracilis, mensurans, recta, rotunda,
Percutit, irritat, cortice tecta canet.

Itèm Crux habet proprietates baculi. *Versus.*

Pastor habet baculum, peregrinus, senex, pugil, æger,
Fortis, ferratus ferit, arcet, sustinet vncus.

De cons. dist. 1. c. in calce.

De baculo pastoris, 4. *Reg.* 4. e. Tolle baculum meum & vade, &c. De baculo peregrini, *Exod.* 12. b. Baculos habentes in manibus suis, &c. De baculo senum, *Tob.* 10. b. Vt quid te misimus peregrinari baculum senectutis nostræ? *Zach.* 8. a. Viri baculus in manu eius præ multitudine dierum. De baculo pugillis, 1. *Reg.* 17. f. Nunquid ego sum canis, quòd tu venis ad me cum baculo? De baculo ægri, *Exod.* 21. b. Si ambulauerit foris super baculum suum. Septima gratia est refectio Eucharistiæ, de qua subiungit.

f Parasti in conspectu meo mensam. Parasti] tu, ô Deus, quia alius parare non posset. De hac paratione *Prou.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septẽ, immolauit victimas suas, miscuit vinum & proposuit mensam: misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Sapientia Dei. Sapientia est Christus: domus, Ecclesiæ: columnæ septem, septem Sacramenta. Immolauit victimas suas, id est, seipsum in ara Crucis obtulit. Sed pluraliter dicit victimas, quia hæc vna victima Christus per multas hostias in lege figurata fuit. Illæ erant vmbræ: hæc fuit veritas illarum vmbrarum, sicut dicitur *Heb.* 10. b. Omnis quidem Sacerdos præsto est quotidiè ministrans, & easdem sæpè offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata: hic autem, scil. Christus vnam pro peccatis offerens hostiam in sempiternum, sedet ad dexteram Dei Patris. Proposuit mensam, quando seipsum in altaris Sacramento manducandum dedit. Misit ancillas, i. Prædicatores, vt vocarent ad arcem, &c. i. ad Sacramentum corporis Christi, quod est contra inimicos munimen: Vnde hic addit.

g Aduersus eos, qui tribulant me] scil. Dæmones. Sed qui, & quales debeant venire ad mensam istam, bene ostenditur ibi, *Prou.* 9. a. Vbi eis, quæ prædiximus, adiungit. Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Paruulus enim debet esse, si quis accedit ad hanc mensam, i. humilis, innocens, vel saltem pœnitens, sicut paruulus, & insipiens, i. sine sapientia. De qua dicit *Iac.* 3. d. Non est ista sapientia de sursum descendens; sed terrena, animalis, Diabolica. Qui aliter accedit, indignè accedit. Vnde dicit Apostolus 1. *Cor.* 11. d. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Probet, scilicet, vtrum sit paruulus & insipiens, sicut diximus. Et addit *Apostolus.* Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Est autem mensa, scilicet, bona & mala.

Mensa bona.
- Legis. *Exod.* 25. c. Facies & mensam de lignis Sethim.
- Eucharistiæ. 1. *Corinth.* 10. e. Non potestis communicare mensæ Christi, & mensæ Dæmoniorum.
- Scripturæ. *Prou.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum & proposuit mensam.
- Gratiæ. *Matt.* 15. c. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa, &c.
- Gloriæ. *Luc.* 22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum; vt edatis & bibatis super mensam meam.
- Pœnitentiæ. 2. *Reg.* 6. b. Tu comedes panem in mensa mea semper.
- Contemplationis. *Iob* 36. c. Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine.
- Prædicationis. *Luc.* 19. c. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?
- Orationis. *Ezech.* 39. e. Saturabimini super mensam meam.
- Hospitalitatis. *Neemia* 5. d. Qui veniebant ad me de Gentibus, in mensa mea erant.
- Pietatis. Vnde 4. *Reg.* 4. b. Ponamus in eo mensam & sellam.

Mensa

Mensa mala.
- Superbiæ. *Isa.* 21. b. Pone mensam: contemplare in specula. De Balthasar dicitur, absorbens diuitias.
- Auaritiæ. *Eccl.* 14. b. In tristitia erit super mensam suam.
- Simoniæ. *Ioann.* 2. c. Nummulariorum effudit æs, &c.
- Luxuriæ. 4. *Reg.* 18. c. Qui comedunt de mensa Iezabel.
- Gulæ. *Isa.* 28. b. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu.
- Idololatriæ. 1. *Corinth.* 10. c. Mensæ Dæmoniorum, &c.
- Fortunæ. *Isa.* 65. b. Qui ponitis mensam fortunæ.
- Fallaciæ. *Dan.* 11. e. Ad mensam vnam mendacium loquentur.
- Hæreseos. *Eccl.* 31. c. Surge è mensa, vome.
- Adulationis. *Eccl.* 29. d. Transi hospes, orna mensam.
- Detractionis. *Ecc.* 40. d. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cognitione victus.

De cons. dist. 2. c. in calice.
al. † poculum meum.
al. † quam præclarum.

Octaua gratia est spiritualis lætitia, de qua subdit. *a* Impinguasti in oleo caput meum, id est, mentem meam lætitia spirituali. *Eccl.* 9. b. Oleum de capite tuo non deficiat. *Isa.* 6. a. Vt darem eis oleum gaudij pro luctu. Et in *Psal.* 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Ratio

a Impinguasti in oleo caput meum: & *b* calix meus inebrians † quàm *c* præclarus est! Et *d* misericordia tua subsequetur me *e* omnibus diebus vitæ meæ. Et vt *f* inhabitem in domo Domini, in *g* longitudine dierum.

Psalm. Dauid in prima Sabbati.

XXIII.

DOMINI est *b* terra,

autem, quare oleum dicatur spiritualis lætitia est, quia illuminat, reficit, supernatat. Facit etiam, ne homo luctans contra Diabolum, possit ab eo capi: sicut videtis, quòd inunguntur illi, qui sunt pugnaturi in duello. Nona gratia est contemplatio, de qua dicit.

b Et calix meus inebrians] id est, contemplatio, in qua me inebrias, & facis obliuisci omnium miseriarum & curarum: quia, sicut dicit Poeta:

Tunc veniunt risus, cùm pauper cornua sumit.

c Quàm præclarus est] id est, valdè præclarus: quia fæces terrenarum & carnalium cogitationum & affectionum non commiscentur in illo calice. De inebriatione ista *Cant.* 2. a. Introduxit me Rex in cellam vinariam, i. in secretum contemplationis, ordinauit in me charitatem. Qui enim habet charitatem ordinatam, non quærit, quæ sua sunt, non æmulatur, non agit perperam, sicut dicit Apostolus 1. *Cor.* 13. b. sic nec ebrius: & ideò quasi ebriam se petit Sponsa fulciri. Cùm enim dixit: Ordinauit in me charitatem, statim adiunxit: Fulcite me floribus, &c. Decima gratia est perseuerantia, de qua subdit.

d Et misericordia tua subsequetur me] id est, misericordia, quæ præcedit me conferendo gratiam, subsequetur me, ne cadam à gratia: sed in bono perseuerem.

e Omnibus diebus vitæ meæ] id est, semper in hac præsenti vita. Propter hoc orat Ecclesia: Tua nos Domine, gratia semper præueniat, & sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Et *Gregor.* dicit, Citò bonum perditur, quod à largiente non custoditur. Sic ergo habemus decem, quæ necessaria sunt viatori redeunti in supernam Ierusalem: & sufficiunt ista ad prosperitatem viæ.

Necessaria viatori.
- Loci, per quem transitur, fertilitas, quod notatur *ibi* [In loco pascuæ, &c.]
- Fluuiorum amœnitas, quod notatur *ibi*: Super aquam refectionis, &c.
- Eundi voluntas, quod notatur *ibi*: Animam meam conuertit, &c.
- Viæ compendiositas, quod notatur *ibi*: Deduxit me super semitas iustitiæ.
- Viæ securitas, quod notatur *ibi*: Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo, &c.
- In labore consolatio, quod notatur *ibi*: Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
- Delectabilis cibi refectio, quod notatur *ibi*: Parasti in conspectu meo mensam.
- Mentis exultatio, quod notatur *ibi*: Impinguasti in oleo caput meum.
- Boni vini potatio, seu malorum obliuio, quod notatur *ibi*: [Calix meus inebrians, &c.]
- Itineris continuatio, quod notatur *ibi*: Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.

Habito ergo de via ostendit terminum viæ dicens.

f Et vt inhabitem] quasi dicat, non solum prædicta facies mihi; sed & post ista facies, vt inhabitem in domo Domini, in superna Ierusalem. De qua domo 2. *Cor.* 5. a. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, sed æternam in cœlis.

g In longitudine dierum] id est, in æternitate. *Prouerbior.* 3. b. Longitudo dierum in dextera illius. *Ecclesi.* 23. d. Gloria magna est sequi Dominum. Longitudo enim dierum assumetur ab eo, sequi, scilicet, per illa decem prædicta.

EXPOSITIO PSALM. XXIII.

DOmini est terra, &c.] Titulus. *Psalmus Dauid in prima Sabbati* [Suprà egit Propheta de fructu Passionis Dominicæ. Hic autem adhuc prosequitur hunc fructum, agens in hoc Psalmo de Christi clarificatione, & hominis reformatione, quod notatur in titulo; quia hæc facta sunt in prima Sabbathi, id est, in die Dominica parasceue, quando surrexit Dominus. Psalmus iste tripartitus est. Primò ostendit Propheta, quod Christus est Dominus omnium, vt ad fidem eius faciliùs trahantur homines. Secundò ostendit, quibus virtutibus præditi sunt in Ecclesia, *ibi*: Quis ascendet in montem Domini? Tertiò, malos admonet, vt eum per fidem recipiant, *ibi*: Attollite portas. Dicit ergo: *Partitio Psalmi.*

b Domini est terra] Hoc est verum ad literam. Et commendatur hic Christus multipliciter. Primò à possessione, cùm dicit: Domini, id est, Christi est terra. Secundò à diuitiis, *ibi*: Et plenitudo eius, id est, terræ. Tertiò ab amplitudine possessionis, *ibi*: Orbis terrarum. Quartò à multitudine subditorum, cùm dicit: Et vniuersi, qui habitant in eo. Quintò, a firmitate possessionis, *ibi*: Quia ipse super maria fundauit eum orbem. Sextò ab amœnitate, *ibi*: Et super flumina præparauit eum. Sed videtur contrarium: *Iob* 26. c. Qui appendit terram super nihilum: Non ergo super maria fundauit terram. Sol. Terra dicitur fundata super maria, quia vbicunque fodiatur, reperitur aqua. Vel aliter & meliùs potest dici, quod loquitur hic Propheta vulgariter, sicut dicitur castrum fundari super aquam, quæ ei adiacet. *8. dist. c. quo iure 13. q. 2. c. in Ecclesiastico, & c. vbicunque. 2. dist. c. tua nobis.*

Mysticè. *b.* Domini est terra] id est, Ecclesia. Et sicut dictum est, hic commendat Christum à possessione. Primò à dominio Ecclesiæ, quia is est sensus, Domini est terra, id est, ipse est Dominus terræ, id est, Ecclesiæ ratione creationis, ratione hæreditatis, ratione emptionis, ratione regiminis. De hac terra in *Psalm.* 84. Benedixisti Domine, terram tuam, id est, Ecclesiam. *Matth.* 28. d. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Mystic.*

⊕ Domini est terra

Moraliter. De anima iusta dicitur: *b* Domini est terra] * id est, anima fi- *Moral.*

De B. Virgine. *b* Domini est terra] id est, B. Virgo, de qua. *Isa.* 45. b. Aperiatur terra & germinet Saluatorem. *Psalm.* 84. Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. *Deut.* 33. b. De benedictione Domini terra eius. Et dicitur terra propter proprietates, quæ continentur his versibus: *Aliter. De B. Virgine.*

Nigra, rotunda, capax, medians, circumdata, fœta,
Integra, stans, humilis, cibat omnia, continet aurum.

Nigra dicitur, quia de genere Iudæorum, & vilis exterius reputata. *Cantic.* 1. b. Nigra sum, sed formosa. Item rotunda, id est perfecta. *Cantic.* 6. c. Vna est columba mea, perfecta mea. Item capax. *Ecclesiast.* 24. b. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Item mediatrix nostra ad Deum: Hæc est enim Esther, quæ liberauit populum morti adiudicatum: *Esther.* 6. Vnde in die Passionis stetit iuxta Crucem ex parte Aquilonis, quasi inter peccatores & filium suum. Item circumdata tribulatione. *Luc.* 2. e. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Item fœta. *Gen.* 1. a. Producat terra herbam virentem. Item integra. *Isa.* 7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Item stabilis, *Eccles.* 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit; terra autem in æternum stat. Et ipsa sola stetit in fide Discipulis fugientibus. Item humilis. *Luc.* 1. d. Ecce ancilla Domini. Item cibat omnia. *Eccl.* 24. c. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me: & à generationibus meis implemini. Item continet aurum. *Gen.* 2. b. Aurum terræ illius aurum optimum est. *Psalm.* 84. Veritas de terra orta est. Hæc terra est Domini: Et quia est

A Dominica

Mystic. Domini est terra, id est, Ecclesia.

- Vt vinea. *Isa.5.* b. Vinea Domini Sabaoth.
- Vt domus: *Psalm.92.* Domum tuam, Domine, decet sanctitudo, &c.
- Vt ager. *Ierem.32.* b. Possidete agrum, &c.
- Vt hæreditas. *Psalm.2.* Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.
- Vt sponsa. *Cant.4.* b. Veni de Libano, Sponsa, &c.
- Vt filia. *Psalm.54.* Audi, filia, & vide, &c.
- Vt soror. *Cant.4.* c. Soror mea, &c.

Secundò ostẽdit diuitias regni eius, cùm dicit: *a* Et plenitudo eius,] id est, Ecclesiæ, cuius plenitudo est virtutes, & gratia, & fideles, qui sunt de Ecclesia. Tertiò commendat eum ab amplitudine Ecclesiæ, cùm vocat eam orbem terrarum, dicens.

& *a* plenitudo eius: *b* orbis terrarum & *c* vniuersi, qui habitant in eo. *d* Quia ipse super maria *e* fundauit eum: & *f* super flumina *g* præparauit eum. *h* Quis ascendet in montem Domini, *i* aut quis stabit in *k* loco sancto eius?

b Orbis terrarum] id est, Ecclesia, in qua sunt de qualibet parte mundi fideles, est Domini Christi. Vnde *Ps.2.* dixit ei Pater. Postula à me: & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et glossat se, cùm addit. *c* Et vniuersi, qui habitant in eo,] & pro, id est, Ecclesia enim est congregatio fidelium. Et bene debet esse suus iste orbis, id est, Ecclesia. *d* Quia ipse super maria fundauit eum] id est, fundauit Ecclesiam in amaritudine Passionis suæ, & Martyrum. *Act.20.* f. Spiritus sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. *Iob 38.* a. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Vel super maria, id est, super amaritudines tribulationum. *Genes.7.* c. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime.

f Et super flumina præparauit eum, sc. super flumina gratiarum doctrina Baptismi. De his duobus: *Ezech. 19.* c. Mater tua, quasi vinea, in sanguine tuo super aquam plantata est. Item super flumina, id est, super delectationes mundi. *Eccl.1.* b. Omnia flumina intrant mare. *Abac.3.* b. Nunquid in fluminibus iratus es, Domine; aut in fluminibus furor tuus; vel in mari indignatio tua? loquitur Deus ad animam fidelem. Mater tua, id est, Ecclesia, fundata est, quasi vinea plantata in sanguine Christi, qui tunc est, id est, pro te effusus, & super aquam triplicem, quam prædiximus. Vnde *ibi in Ezech.* Fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis, id est, opera & prædicationes.

* id est, anima fidelis, quæ dicitur multis rationibus.

Anima Iusti dicitur terra: quia

- Arida est ab humore voluptatis, *Ps.94.* Et aridam fundauerunt manus eius. Et *Ps.62.* In terra deserta inuia & inaquosa; sic in sancto apparui tibi, id est, in anima fideli. Per contrarium dicitur de Diabolo, *Iob 40.* c. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. *Matth.12.* d. Cùm autem exierit, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam priorem. *2.Pet.2.* d. Sus lota in volutabro luti, &c.
- Tribulationibus teritur. *Tob. 12.* c. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.
- Infima est, id est, humilis. *Luc.22.* c. Qui maior est vestrum, fiat sicut minor. *Eccl.3.* c. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Quantò magis premitur, tantò & solidior efficitur per spem. *Gregor.* Tantò spes in Domino solidior surgit, quantò magis quis pro eo grauiora sustulit.
- Fructifera est, si colatur, scil. vomere prædicationis, & doctrinæ. *Prou.24.* d. Diligenter exerce agrum tuum. Et postea subdit: Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti viri: & ecce totum repleuerant vrticæ. *Eccl.20.* d. Qui operatur terram suam, inaltabit acernum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur.
- Obscurus est, quia reputat se ignorantem & peccatorem: Et tales verè sunt possessio Christi, *Psal. 17.* Posuit tenebras latibulum. *Isa. 50.* b. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.
- Firma est in se, *Eccl. 1.* a. Generatio præterit, & generatio aduenit; terra autem in æternum stat. *Eccl. 15.* a. Firmabitur in illo, & non flectetur. *Matth. 7.* d. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & non cecidit, &c.
- Nunquam mutat locum suum. *Greg.* Mobilitas exterior indicat, quòd interiùs nulla stabilitate subsistat.

Hæc ergo terra est Domini, secundùm illud *Sap. 3.* a. Iustorum animæ in manu Dei sunt, id est, eius seruitio præcisè intenta.

a Et plenitudo eius] quæ est gratia, & virtutes. Et eius est ista plenitudo, quia ipse dat eam. *Ioan.1.* b. de plenitudine eius omnes accepimus. *Psalm. 102.* Benedic, anima mea, Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius, &c. Et post: Qui replet in bonis desiderium tuum. *b* Orbis terrarum] Anima etiam dicitur orbis propter rotunditatem, quia solùm æterna appetit. Et est Domini, quia ipse est principium & finis, à quo bona omnia animæ exeunt, & ad quem reuerti debent per gratiarum actionem. *Apoc.1.* b. & *vlt.* c. Ego sum α & ω. *Eccl.10.* b. Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur. Et hoc est, quod subiungit. *c* Et vniuersi, qui habitant in eo] id est, vniuersi motus boni, qui sunt in anima, sunt Domini, originaliter & finaliter. *Isa.26.* c. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. *d* Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum.] Per maria significantur amaritudines huius mundi & tribulationes. Per flumina, quæ fluunt, delitiæ huius mundi, quæ fluunt, & transeunt. *1.Ioan.2.* c. Mundus transit, & concupiscentia eius. Super maria ergo fundauit Dominus eum] qui aduersitates mundi non timet.

f Super flumina præparauit eum, qui mundi delitias contemnit & horret. Propter hoc dicit *Psal. 54.* Iacta in Domino curam tuam: Ecce vbi fundatur Iustus, sc. in Domino. Et sequitur: Et ipse te enutriet: & non dabit in æternum fluctuationem iusto. Iniustus verò fluctuat, quia modò timet aduersa, modò aspirat ad prospera. Quare autem dicit præparauit? Quia sic non in istis inferioribus; sed in Deo fundari, est præparatio ad ascendendum in cœlum: quia iam eleuati sunt à terra, mens habitat in cœlo: & corpus, quod corrumpitur, super terram adhuc detinetur: Propter hoc dicit *Iob 7.* c. Suspendium elegit anima mea. Et propter hoc aptè subditur. *Mystic.*

h Quis ascendet in montem Domini] vt postea dicemus. Sed priùs exponamus hoc de Ecclesia, quæ dicitur mons Domini, & locus sanctus eius: quia in ea est vitæ altitudo, & ipse sanctificauit eam sanguine suo, sicut dicit Apostolus *Eph.5.* e. Christus dilexit Ecclesiam: & tradidit semetipsum, vt illam sanctificaret. De hoc monte & loco sancto dicit Christus in *Psal.2.* Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, &c. Quia igitur Propheta vocauerat Ecclesiam orbem terrarum, ne crederet aliquis, quod omnes, qui sunt in terra, essent de Ecclesia: Ideò facit quæstionem, vt postea soluat eam. Et dicit: Quis ascendet in montem Domini, id est, in Ecclesiam, vt sit de Ecclesia merito? illi enim, qui sunt de Ecclesia tantùm numero, non ascendunt, sed descendunt, nec stant ibi, sed potius cadunt.* Vnde addit. *i* Aut quis stabit] *per fidem & bonam operationem. *k* In loco sancto eius] id est, in Ecclesia. Soluit autem, quod quæsierat, cùm respondet.

⊖ Innocens

Moral. *h* Quis ascendet, &c.] Moraliter. Possumus per montem Domini intelligere contemplationem cœlestium. Et benè quærit, Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit, &c. quia pauci ascendunt, & pauciores stant; quia vt dicitur in *Is.16.* Oculos suos statuerunt declinare in terram. Et *Ps.105.* Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

* Debemus

Aliter. De B. Virgine. A Dominica mater, nutrix, cultrix, filia, discipula, ancilla. *a* Et plenitudo eius.] De qua plenitudine: *Luc.1.* c. Aue gratia plena, Dominus tecum. *Psalm.32.* Misericordia Domini plena est terra. *b* Orbis terrarum] i. Beata Virgo. *Sap.1.* b. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. *c* Et vniuersi, qui habitant in eo] i. in ea per spem & confidentiam. *Psal. 86.* Sicut lætantium omnium habitatio est in te Sancta Dei genitrix. Ipsa est enim ciuitas refugij: *Iosue 20.* d. Quia ipse super maria] i. amaritudines tribulationũ. *e* Fundauit eum] vt in illo moueretur. *Eccl.24.* a. In fluctib. maris ambulaui. *f* Et super flumina] carnalium voluptatum. *g* Præparauit eum] orbem, id est, Beatam Virginem, quasi exemplar. *Isa.2.* a. Mons præparatus.

Sex gradibus ascenditur ad Virginem Beatam. *h* Quis ascendet in montem Domini,] i. ad Beatam Virginem adorandam & salutandam? Sex gradibus ascenditur ad hunc montem, qui sunt sex virtutes, quæ breuiter notantur *Luc. 1.* c. Duæ in cogitatione, & affectione: quatuor in sermone. Prima est verecundia: Turbata est in sermone eius. Secunda prudentia: Cogitabat, qualis esset ista salutatio. Tertia modestia sermonis: Quomodo fiet istud. Quarta propositum virginitatis: Quoniam virum non cognosco. Quinta obedientia, promittendo: Ecce ancilla Domini. Sexta magnitudo: Fiat mihi secundùm verbum tuum.

Mysticè. Omne peccatum quatuor modis committitur.

☉ a Innocens manibus, &c.] q.d. qui sine peccato est. Et excludit hic omne genus peccati. Omne enim peccatum, aut est in opere, aut in cogitatione, aut in locutione, aut in omissione. Dicit ergo, quòd tales habitabunt in loco sancto eius: Innocens manibus, qui non peccauit opere; vel si peccauit, per pœnitentiam deleuit. b Et mundo corde.] Hic excludit peccatum cogitationis.

a Innocens manibus, & b mundo corde: d qui non accipit in vano animam suam: nec d iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet e benedictionem à Domino: & f misericordiam à Deo Salutari suo. Hæc est g generatio h quærentium eum; i quærentium k faciem Dei Iacob. † Attollite l portas, m Principes, vestras: & n eleuamini, o portæ æternales: & p introibit q Rex gloriæ. r Quis est iste Rex gloriæ? s Dominus t fortis & u potens: Dominus x potens in † prælio.

Al. tollite. *Al. bello.*

c Qui non accepit in vano animam suam.] Hic excludit peccatum omissionis. Qui enim nõ facit hoc, ad quod accepit animam, in vanum, id est, frustrà accepit animã. *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem. Et sic homo accepit animam, vt laboraret. d Nec iurauit in dolo proximo suo.] Hic excludit peccatum locutionis. De primo, scilicet, de peccato operis, *Psal.* 5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. De peccato cogitationis, *Sap.* 1. a. Peruersæ cogitationes separant à Deo. De peccato locutionis, *Psal.* 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. De peccato omissionis, *Prouerb.* 16. a. Abominatio Domini omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens. Et expressius, *Matth.* 3. c. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. e Hic accipiet, &c.] Hic ponit Propheta duplex præmium eius, qui talis fuerit. Primum est profectus de bono in melius, vnde dicit: Hic, qui talis fuerit, vt diximus, accipiet benedictionem à Domino, id est, multiplicationem virtutum. *Gen.* 1. b. Benedixit illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini. *Eccl.* 11. c. Benedictio Dei in mercedem Iusti festinat, & in honore veloci processus illius multiplicat. Secundum meritum est remissio peccatorum, de quo addit.

f Et misericordiam] supple, accipiet à Deo salutari suo. Sed qui vult hanc benedictionem, & misericordiam per prædicta mereri, oportet, vt habeat intentionem rectam: Ideò benè sequitur: g Hæc est generatio.] De qua *Sap.* 4. a. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! Non est casta, quæ operatur cum libidine gloriandi; sed quæ purè propter Deum. Et ideò benè dicit cum claritate.

h Quærentium Deum.] quantum ad affectum.

i Quærentium faciem Dei Iacob.] id est, cognitionem eius, & hoc quantum ad intellectum.

Moraliter. Debemus ascendere in montem contemplationis propter sex.

* Debemus autem ascendere montem istum contemplationis propter multa. Primò, ad vitandum tumultus cogitationum. *Matth.* 5. a. Videns Iesus turbas, ascendit in montem. 3. *Regum* 19. b. Non in commotione Dominus. Secundò ad vitandum mundi ambitionem. *Ioan.* 6. b. Cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum & facerent Regem, fugit in montem. Tertiò ad videndũ patriam nostram. *Num.* 27. c. Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Abarim interpretatur montes transeuntium. *Matth. vlt.* d. Vndecim Discipuli abierunt in Galilæam in montem, quem constituit Dominus, & videntes eum adorauerunt. Quartò, quia addiscimus ibi legẽ Dei, sicut Moyses, *Exod.* 24. d. *Isa.* 2. a. Venite, ascendamus in montem Domini, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Quintò, quia ibi descendit ros gratiæ. *Psal.* 132. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Sextò, quia ibi omnes errores occiduntur, sicut Helias interfecit omnes Prophetas Baal in monte Carmeli. 3. *Reg.* 18. g. Vel per montem regnum cœlorum intelligitur, de quo quærit: Quis ascendet in illud? Et nota per hoc, quod dicit, quis, innuitur difficultas ascendendi, & paucitas ascendentium. *Matt.* 7. b. Quàm angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. a Innocens manibus, &c. vt suprà expositum est. *Prou.* 13. a. Iustitia custodit innocentis viam. Innocens est, qui nec miserum facit, nec miserum derelinquit. Innocens ergo est manibus, qui nec rapit aliena, nec sua dat indignis, nec retinet dignis. *Eccl.* 4. d. Non sit manus tua porrecta, &c. *Isa.* 33. c. Qui excutit manus, &c. *Prou.* 11. c. Manus in manu non erit innocens malus. b Et mundo corde.] *Matt.* 5. a. Beati mundo corde, &c. *Prou.* 11. c. Abominatio Domino cor prauum. *Ierem.* 4. d. Laua à malitia cor tuum.

c Qui non accepit in vano animam suam.] Contra otiosos & negligentes. *Rom.* 8. d. Vanitati subiecta est creatura. Corpus nemo accipit in vanum, sed bene curat illud: animam verò relinquit incultam, aridam, ieiunã, & miseram.

Iob 24. d. Pauit sterilem, i.e. carnẽ, & viduæ, i.e. animæ, non benè fecit. Dicitur *Eccl.* 1. a. Vanitas vanitatum. *Psalm.* 38. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. d Nec iurauit. *Prou.* 12. c. Labium veritatis firmũ erit in perpetuum. Qui autem testis est, &c. e Hic accipiet benedictionem à Domino] dicente *Matth.* 25. c. Venite, benedicti patris mei, &c. Hic, non alius. *Iob* 19. d. Quem visurus sum ego ipse, & non alius. Accipiet, non à se habebit. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod nõ accepisti? A Dño, non à Mundo, non ab homine aliquo, & *Num.* 6. d. Ipsi inuocabunt nomen meum, & ego benedicam eis. f Et misericordiam] q.d. non ex meritis meis, *Rom.* 3. c. Non ex operibus legis iustificabitur omnis caro coram illo. *Tit.* 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam. *Dan.* 9. e. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces. Et misericordiam à Deo salutari suo, id est, salutem, quam misericorditer nobis Christus suo sanguine acquisiuit. g Hæc est generatio quærentium Deum, *Luc.* 11. b. Omnis, qui quærit, inuenit. *Psal.* 68. Quærite Dominum, & viuet anima vestra. k Faciem Dei.] *Iob* 33. d. Videbit faciem eius in iubilo. Est autem duplex generatio. Bonorum, quæ benedicetur, *Psal.* 111. Generatio rectorum benedicetur. Generatio malorum maledicetur, *Matth.* 12. c. Generatio praua, & peruersa signum quærit, &c.

Mysticè. k Attollite portas, &c.] Tertia pars, vbi superstitiosos à prauitate reuocat. Continuatio. Ex quo non intrat, nisi innocens: Ergo, ô Principes, scil. mali, hypocrisiarchæ, vel hæresiarchæ: Attollite, vel tollite, id est, auferte de cordibus vestris. l Portas vestras] id est, vitia, per quæ intrat Diabolus. o Et ô portæ æternales,] id est, virtutes, per quas intratur in æternam beatitudinẽ. n Eleuamini,] id est, exaltamini in cordibus fidelium. p Et] per vos [introibit] in domum conscientiæ. q Rex gloriæ] i.e. dator gloriæ. r Quis est iste Rex gloriæ.] Hic quærit Propheta, vt soluat, & soluendo magis Christum commendet: Vnde soluens: Primò ostendit eius generale dominium, dicens: s Dominus.] Secundò ostendit eius fortitudinem, dicens: t Fortis.] Tertiò eius potentiam super alios, ibi: u Potens] quod explanat, cùm addit: x Dominus potens in prælio.]

☉ Attollite portas

Moraliter. Moraliter. k Attollite portas, &c.] Dicitur cuilibet homini, qui debet esse Princeps, & iudicio rationis principari, & dominari super brutales motus. *Eccl.* 10. d. Beata terra, cuius Principes comedunt tẽpore suo. Sic dixit Dñs Noe & filiis eius, *Gen.* 9. a. Crescite, & multiplicamini: & terror vester, & tremor sit super cuncta animalia terræ. Similiter etiam dixit Adæ *Gen.* 1. d. Illi autem brutales motus, & voluptates quinque sensuum meritò dicuntur portæ: quia per eas ingreditur inimicus ad cor pectoris. Vnde *Iere.* 9. d. Mors ascendit per fenestras vestras, ingressa est domos vestras: & ipsæ claudunt introitum, ne Dñs intret ad visitandũ cor & reficiendum: qui dicit *Apoc.* 3. d. Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, introibo ad eum & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Quia ergo portæ istæ obfirmatæ sunt in peccatoribus contra Deũ: & ipsis manentibus, non intrat Dominus ad cor hominis, sicut dicitur *Sap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit Sapientia Dei, &c. Ideò dicit, & monet Propheta m Principes] Apostoli, *Psal.* 67. Duces eorũ, Principes Zabulon, & Principes Nephtalim. Portæ, Prælati, *Isa.* 60. d. Occupabit muros tuos salus, & portas tuas laudatio, nõ litigatio. Et quia istæ portæ defixæ sunt in terra, *Thren.* 2. c. Defixæ sunt in terra portæ eius: Ideò dicit Propheta. k Attollite portas, &c.] i.e. Prælati, ô Principes, quorũ est officiũ talibus motibus dominari, attollite, i.e. remouete. l Portas vestras] quas Diabolus cõtra Dñm firmauit, sc. voluptates carnales. Et illis portis remotis. o O portæ æternales, sc. virtutes & opera bona. n Eleuamini,] crescẽdo in altum per multiplicationẽ, recedendo à terrenis per puram intentionẽ, aliis apparendo per proximi ædificationem: & sic introibit Rex gloriæ. r Quis est iste Rex gloriæ.] Hæc est vox multorũ, qui stupefiunt, quando dicitur eis, quòd peccata dimittant, & Dño aperiant. Vnde dicunt *Iob* 21. b. Quid est opus, vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest, si adorauerimus eum? & respondet Propheta: Ipse est s Dñs] & ideò debetis ei aperire. t Fortis] cui nõ potestis resistere, nec manus eius effugere. u Et potens] qui vos potest remunerare. x Dñs potens in prælio.

Mystice. ☉ a Attollite,&c.] suprà idem dixerat, sed ad maiorem cõfirmationem repetit totum versum: Attollite portas, Principes, vestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Et iterũ quærit: b Quis est iste Rex gloriæ, &c.] Et breuiùs soluit, quàm priùs soluerat, dicens: c Dñs virtutum ipse est Rex gloriæ.] Virtutes dicuntur Angeli. Vnde & quidam ordo Angelorũ vocatur virtutes. Item dona gratuita; quæ Deus operatur in nobis sine nobis. Vnde *Psal.*83. Ibunt de virtute in virtutem. Item miracula. Vnde *Mat.b.*7. c. Multi dicent mihi in illa die: Nonne in nomine tuo Dæmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Virtus etiam Princeps dicitur. Vnde *Act.*8. b. dicitur de Simone Mago, quòd homines dicebant: Hic est virtus Dei, quæ dicitur magna. Omnium autem istarum virtutum Christus est Dñs. Et nota, quòd secundùm *Glossatoré*, tribus aliis modis legitur illud, scilicet, Attollite portas, &c. Legitur enim de Principibus Dæmonibus, quorum portæ sunt cupiditas, & amor mundanus, quibus opponuntur renunciatio sæculi, & conuersio ad Deum. Et secundùm istam lectionem tertius versus legitur de Principibus bonis Angelis, quorum portæ sunt adorationes, quibus ante aduentum adorabantur ab hominibus, quibus opponuntur portæ æternales, scilicet, iustitia ad proximum, charitas ad Deum, castitas ad seipsum. Secundò legitur de Dæmonibus & portis inferni, & de portis cœli, siue Paradisi. Et tertius versus totus legitur de Angelis bonis, & portis cœli. Tertio modo legitur *in gloss.* de Principibus bonis hominibus, quorum portæ sunt virtutes, & bona opera. Et secundùm hoc, attollite, non sumitur pro remouere, sicut in aliis lectionibus; sed idem est attollite, quod eleuate.

Al. tollite. *Virtus multipliciter accipitur.*

† a Attollite portas Principes vestras: & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. b Quis est iste Rex gloriæ? Dominus

Moraliter. * qui vos potest defendere. Ostensis ergo his quatuor rationibus, quare aperiendum est ei: iterum monet, vt aperiant. Et repetit quod supra dixerat.

a Attollite portas, &c.] Item repetit quæstionem præmissam ad notandum duritiam peccatorum, & potentiam Domini. b Quis est iste Rex gloriæ? Et repetit responsionem breuiter. c Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Dominus, vt suprà dictum est, cui debetis aperire. Virtutum, pluraliter, propter illa tria, quæ assignauimus, *ibi*: Fortis & potens, &c. Est enim virtus Domini ad tria principaliter: Ad condemnandum malos, quod notatum fuit *ibi*: Fortis. Ad remunerandum bonos, quod notatum fuit *ibi*: Potens. Ad protegendum hic suos, quod notatum fuit *ibi*: Dominus potens in prælio. *Is.* i. 26. a. Aperite portas, & introibit Gens iusta, & custodiens veritatem. *Za.* n. 11. a. Aperi, Libane, portas tuas. Istæ autem portæ æternales, scilicet, virtutes, & opera, quæ nobis aperiunt ingressum æterni regni, & cœlestis Ierusalem, significatæ sunt per sex portas Ierusalem, quæ eleuatæ sunt, & ædificatæ, *Neem.*3. Prima porta fuit porta gregis: Hæc est conuersio pœnitentis, per quam grex Domini dispersus reducitur ad ouile Domini. *Ps.*99. Introite portas eius in confessione. 1. *Pet.*2. d. Eratis sicut oues errantes; sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. Vnde signanter dicitur, quòd Eliasib, & fratres eius Sacerdotes ædificauerunt illam portam. Eliasib enim interpretatur Deus meus facturā conuertens. Hic est Christus, qui conuertit peccatores, quorum naturam, non vitium ipse fecit. Fratres eius, sunt Sacerdotes, Confessores, Prædicatores, qui coædificant portam, hortando & prædicando, & recipiendo ad pœnitentiam, & per confessionem lauant hostias Dño offerendas. Vnde eadem porta dicta est Probatica piscina, alio nomine. Secunda porta, est porta piscium, hæc est amaritudo mortificationis carnis, in qua viget anima sicut piscis in aqua maris, & tollit suggestiones Diaboli, & morsus rabidi canis, id est, prauas delectationes. Vnde benè dicitur, quòd hanc portam ædificauerunt filij Asnaa, quod interpretatur serpẽtem tollens. In ea autem exigitur vigor spiritus, vnde eadem porta dicta est porta Dauid, i.e. manu fortis. Tertia porta, est porta vetus, quæ etiam dicta est iudiciaria, per quam significatur contemptus mundi, & egressus à mundo, qui duplicem habet vetustatem, quæ cognoscuntur à cognoscente mundum. *Naum.*3. b. Omnis, qui viderit te, resiliet à te. Et hoc est, quòd ædificauerunt eam Ioiada filius Phasea, & Mosollam filius Besodia. Ioiada enim interpretatur Domini cognitio: Phasea, transiens: Mosallam, plasmatio eorum: Besodia, in conspectu Dei, quia qui habet cognitionem Dei & mundi, de mundo transit ad Patrẽ, & cõformat se Deo, vt tandem ad eius aspectũ perueniat. Quarta porta, est porta vallis, hanc ædificauit Amin & habitatores Zanoe. Per vallem intelligitur defectus terrenorum. Amin interpretatur misericordia. Zanoe, iste requieuit, per hæc intelligitur misericordia, quæ viscera indigentium requiescere facit. Vnde ad *Philem.* b. Viscera Sanctorum requieuerunt per te, frater. Et hæc porta dicitur Gion, i.e. vallis pietatis, vel porta Iosaphat, i. e. Dñi iudicium, quia de solis operibus pietatis fiet disceptatio in iudicio: *Matt.* 25. c. Et per hoc datur requies, vt ibi dicitur: Venite, benedicti, &c. Quinta porta, est porta sterquilinij, quam ædificauit Melchias filius Rechab Princeps vici Bethacarem. Melchias interpretatur Rex Dominus: Rechab, concedens, vel ascensio: Bethacharem, domus vineæ, siue eruditionis tristitiæ. Hæc est humilitas in obedientia & patientia. Humilitas enim Regi & Dño concedens vel obtemperans per obedientiam & patientiam, & ex tristibus eruditionem & lætitiam spiritualem accipiens, ascendere facit, dum humiliter se submittit, quia humilẽ spiritũ suscipiet gloria: *Prou.*29. d. Sexta porta, est porta fontis, quam ædificauit Sellum filius Colozai Princeps pagi Maspha. Sellum pacatus, vel pacificatio: Colozai, vox videntis, vel fortitudinis: Maspha aquarum impetus, vel contemplatio, vel locus iudicij, per quæ significatur compunctio deuotæ orationis cum suis circumstantiis, siue ornamentis. Debet enim oratio procedere de fonte duplicis compunctionis, scil. contritionis, & charitatis, ex pacata conscientia ad pacificandum Deum sibi & Ecclesiæ, videns per discretionem, fortis per perseuerantem desiderij intentionem, impetuosa lacrymarum torrentibus, contemplatione illustrata, timore reuerentiæ verecunda. De prima compunctione, *Iudith.* 16. b. Filij puellarum compunxerunt eos, & *Act.*2. f. Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? De secunda *Ps.*59. Potasti nos vino compunctionis. De conscientiæ pacatione: *Luc.* 22. c. Auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis, & positis genibus orabat, &c. Et dicitur, quantũ iactus est lapidis, scil. ne lapis alienæ curæ ad mentem tunc iaciatur: Vel quia tunc erat Dñs, quasi sub iactu lapidis, i.e. sub passione: Pro qua orabat sic, 2. *Paral.*20. a. Iosaphat timore perterritus totum se cõtulit ad rogandum Deum. De pacificatione Dñi, *Exod.*32. d. orante Moyse placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. De discretione petendi, 3. *Reg.* 3. b. Placuit sermo coram Domino, quòd Salomon rem huiusmodi postulasset, sc. sapientiam. Hoc autem dictum fuit Salomoni dormienti, i.e. pacifico & tranquillo. Talis impetrare potest, quod petit. De perseuerantia, *Luc.*18. f. Qui præibant, increpabant eum, vt taceret; ipse verò multo magis clamabat. De impetu lacrymarum, *Cant.* 4. d. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. De contemplatione, quæ sequitur lacrymarum impetum, sicut Solis coruscatio effusionem imbrium, dicit *Tob.* 3. d. Post tempestatem tranquillum facis: & post lacrymationem & fletum exultationem infundis. De reuerentia, *Esth.*15. d. Vidi te, Domine, quasi angelum Dei: & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.

c virtutũ ipse est Rex gloriæ.

In finem Psal. David XXIV.

Aleph. Ad d te, Domine, leuaui animam meam.

EXPOSITIO PSAL. XXIV.

Ad te, Dñe, &c.] Titulus. [*in fin. Psal. David.*] Suprà egit Propheta de reditu fidelis populi in patriã, *ibi*: Dñs regit me. Et de reditu Christi in patriã, *ibi*: Dñi est terra. In hoc Psalmo petit Propheta in persona Ecclesiæ ostẽdi sibi viam, per quã possit redire ad patriam, ad quã hæc inter pressuras suspirat. Psalmus iste tripartitus est. Primò petit ostẽdi sibi viam. Secundò petit peccata sibi dimitti, *ibi*: Reminiscere. Tertiò ostẽdit, quomodo habeantur æterna, *ibi*. Quis est homo. Ecclesia verò, vel Propheta in persona Ecclesiæ antequam petat, primò captat beneuolentiam Iudicis, ostendens merita sua. Primò meritum charitatis, cùm dicit. d Ad te, ô Domine, leuaui animam meam. Hoc enim fit per charitatem. Vnde dicit *Greg.* Machina cordis vis amoris. Sicut enim machina eleuat lapidem; ita amor A eleuat cor

Partitio Psalmi.

Moral. dicit vir iustus. d Ad te, Dñe, leuaui animã meam.] Leuatur anima bona leuatione multis modis. Primò per cõuersionẽ à luto peccati. *Ps.*39. Exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Secundò per contemplationem à mundo in cœlum. *Thren.*3. d. Sedebit solitarius, & leuabit se super se. Item per humilitatem.

Anima eleuatur multis modis.

* Luc.14 c. Qui

Alleg. a eleuat cor ad Deum contemplandum & desiderandum: De qua eleuatione dicitur *Iob* 7.c. Elegit suspendium anima mea. *Gregor.* Qui superna non considerat, in his phantasticis, quasi veris bonis, exultat. Secundò ostendit meritum fidei suæ, cùm dicit: *a* Deus meus,] scil. per cultum. Fides enim Theosebia est, vt dicit *Aug.* Tertiò ostendit meritum spei, vel confidétiæ, cùm dicit. *b* In te confido.] In quo etiam ostendit quartum meritum, scil. humilitatis, cùm dicit, in te, quasi dicat, non in me. Quintò ostēdit meritum perseuerantiæ, cùm dicit. *c* Non erubescam.] Posteà captat beneuolentiam à persona aduersariorum, quantum ad peccatum oris, qui parati sunt deridere Ecclesiam, si viderent eam auxilio Domini destitutam. Vnde dicit.

Beth. *a* Deus meus, in *b* te confido, non *c* erubescam. *d* Neque irrideant me inimici mei: *e* etenim vniuersi *f* qui † sustinent *g* te *h* non confundentur. *Gimel.* *i* Confundantur † omnes *k* iniqua agentes *l* superuacuè.

al. † expectant.

al. † iniquè facientes vana.

d Neque irrideant me inimici mei,] Dæmones, vel hæretici, quasi dicat, non solùm propter merita me exaudias; sed & propter malitiam inimicorum, ne me irrideant. Et verè ita facies, quia non deseris sperantes in te. Hoc est, quod subdit.

e Etenim vniuersi] generaliter. *f* Qui sustinent] patienter.

g Te] flagellantem, vel præmia differentem.

h Non confundentur] à culpa in præsenti, nec à pœna in futuro. Sustinemus Deum, dum patienter portamus pondus diei, & æstus: *Matth.* 20. b. id est, tribulationes: Et cùm pro dilatione præmij non murmuramus, sed cum patientia expectamus. Verè tales non confundentur: Sed

i Confundantur omnes iniqua agentes] id est, confundentur illi duplici confusione, omnes nullo excepto.

k Iniqua agentes] id est, iniquè infestantes me, dicit Ecclesia. Et hoc.

l Superuacuè] id est, frustrà, quia non deiicient me: Nauis enim Petri, etsi concutiatur; non tamen submergetur. Et in hoc versu captat beneuolentiam Iudicis a persona inimicorum, quantum ad peccatum operis: sicut in præcedenti, quantum ad peccatum locutionis.

Moral. * *Luc.* 14. c. Qui se humiliauerit, exaltabitur. *Eccl.* 20. b. Est qui ab humilitate leuabit caput. Item per iniquitatem. *Osee* 4. b. Peccata populi comedent, & ad iniquitatem leuabunt animas eorum. Sed ista eleuatio mater est casus. *Psal.* 101. Eleuans allisisti me. *Iob* 24. d. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur. Et benè dicit, quòd animam leuauit ad Deum, quia Deus altus est. *Psal.* 112. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat. Debet autem Iustus animam leuare ad Deum propter multas causas. Primò vt videat: magis enim videmus ab alto. *Ierem.* 3. a. Leua in directum oculos tuos: & vide, vbi nunc prostrata sis. *Genes.* 1. a. Tenebræ erant super faciem abyssi; abyssum vocat omnia inferiora. Item secundò, vt audiat. *Neemia* 8. a. Aures omnis populi erant erectæ ad librum. Non enim audire posset homo inter tumultus terrenarum, vel carnalium cogitationum. Item tertiò, vt fortiùs pugnet. *Psalm.* 26. In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. *Iob* 17. a. Libera me, Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Et de Iob dicit *Gregor.* In altum mentem fixerat, & ideò hostis ad eum irrumpere non valebat. Iam vt euadat laqueos Diaboli. *Iob.* 18. b. Absconditа est in terra pedica eius. Item, vt in Deo quiescat, & refrigerium habeat. Vnde *Augustinus in principio libri Confessionum*: Inquietum est cor nostrum, Domine, donec perueniat in te. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. *Ioann.* 16. g. Hæc locutus sum vobis: vt in me pacem habeatis, qui in mundo pressuram habebitis. Item vt se humiliet. Vnde Abraham, qui Dominum videbat, dicit: *Genes.* 18. d. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis. Hæc humiliatio significata fuit *Genes.* 24. g. vbi dicitur, quòd Rebecca conspecto Isaac descendit de Camelo, per quem significatur superbia. Item vt virtutes amissas recuperet. *Iob.* 39. c. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? quasi dicat, non. Per se enim amittit homo alas virtutum; sed per flatum Spiritus sancti recuperat eas, sicut accipiter per austrum. Dicit ergo vir iustus: Ad te, Domine, leuaui animam meam infirmam, ad te Medicum, vt sanes. *Ierem.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut Medicus non est ibi? *Luc.* 4. d. Medice cura te ipsum. Item stultam, vt doceas. *Ioann.* 13. b. Vos vocatis me: Magister, & Domine: & benè dicitis; sum etenim. Item orantem, vt exaudias. 1. *Timoth.* 2. c. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus. 2. *Paralipomenon.* 24. c. Cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Et ideò leuaui, quia tu es Deus meus, in quem confido. Vnde dicit.

Iustus debet animam suam leuare ad Deum.

a Deus meus in te confido.] quia Deus, ideò potens es iuuare. Et ideò meritò confidendum est in eo, quia meus, ideò vult. Et ideò maximè confidendum est in eo, propter quod dicit.

b In te confido,] non in me. *Isa.* 1. g. Fortitudo vestra, vt fauilla stupæ. Item in te, non in homine. *Ierem.* 18. a. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Item in te, non in diuitiis. *Ierem.* 48. b. Pro eo, quòd habuisti fiduciam in munitionibus, & in thesauris tuis: tu quoque capieris. Et quia in te confido, non in istis: Ideo.

c Non erubescam,] Euangelij prædicationem, Christi pauperis imitationem, *Matth.* 10. d. & *Luc.* 9. c. Qui me erubuerit, & sermones meos, &c. *Roma.* 1. b. Non erubesco Euangelium. Item, Non erubescam peccatorum meorum confusionem. *Ecclesiast.* 4. d. Non confundaris confiteri peccata tua: & non te subiicias omni homini pro peccato tuo. *Isa.* 54. Non confunderis, neque erubesces, quia confusionem adolescentiæ tuæ obliuisceris. Sed quis erubescet? *Isa.* 23. a. Erubesce, Sion, id est, venator temporalium. *Psalm.* 25. In Domino sperans non infirmabor. *Eccl.* 2. b. Respicite, filij, nationes hominum: & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

d Neque irrideant me inimici mei.] Dæmones, qui peccatores irrident, sicut dicit *Abach.* 1. c. Tyranni ridiculi erunt: *ibi* dicit *Gregor.* Tantò magis Diabolus nos irridet, quantò magis nos sibi obedientes videt. *Iob* 12. a. Deridetur iusti simplicitas. *Iob* 30. a. Nunc derident me iuniores tempore.

e Etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur,] mala confusione. Hoc, vt suprà, exponitur de patientia & expectatione præmij: diuites huius mundi non sustinent Dominum, id est, non expectant eum habere in præmium; sed hic festinant ad temporalia, scilicet, ad diuitias, delitias & honores. Ideò confundentur in futuro, quia substantia festinata minuetur: *Prouerb.* 13. b. Ideò dicit eis Dominus *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram, &c. Hos vocat Apostolus *Philipp.* 3. d. inimicos Crucis Christi. Et ibi loquitur de confusione eorum; dicens: Quorum Deus venter est, quorum finis interitus, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, scilicet, diuitias, delitias, & honores. De quibus tribus *Iacob.* 3. d. Non est ista sapientia desursum descendens à Patre luminum; sed terrena, animalis, diabolica. Terrena quantùm ad diuitias; animalis quantùm ad delitias; diabolica quantùm ad gloriam, & honores. Propter hoc benè sequitur.

i Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè.] Iniquum enim, id est, non æquum est relicto Creatore, creaturis adhærere. Et hoc etiam superuacuè, id est, frustrà fit, quia ista omnia transeunt velut vmbra. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Item benè dicit: Superuacuè, quia nec etiam in præsenti inde habent aliquod emolumentum, quod valeat. *Ecclesiast.* 2. d. Quid proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub Sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit, & hoc nonne vanitas est? Propter hoc benè quærit Apostolus *Roman.* 6. d. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Et nota; quòd est multiplex confusio.

Est enim confusio.
- Perturbationis, *Genes.* 11. b. Venite, confundamus linguas eorum.
- Admirationis, *Iob* cap. 37. a. Confusum est cor meum, & emotum de loco suo.
- Pœnitentiæ. *Ecclesiast.* 4. c. Est confusio adducens gratiam & gloriam.
- Damnationis. *Ecclesi.* 4. c. Est confusio adducens ignominiam: de hac loquitur hic Psalmus.
- Inordinationis, vnde *Prou.* Vbi non est ordo, ibi est confusio.

a Vias tuas, Domine, &c.] Captata beneuolentia, facit Propheta petitionem ſuam in perſona Eccleſiæ, & cuiuſlibet Iuſti. Dicit ergo, Vias tuas, id eſt, mandata, per quæ ad te, qui es vera vita, reuertar.

a Vias tuas Domine † b demonſtra mihi : & c ſemitas tuas edoce me. d Dirige me in e veritate tua, & f doce me: g quia tu es Deus † h Saluator meus, & i te ſuſtinui k tota die. l Reminiſcere m miſerationum tuarum Domine, & n miſericordiarum tuarum, o quæ à ſæculo ſunt.

al. † notas fac.
al. † ſalutaris.

b Domonſtra mihi] dicit Eccleſia, quantum ad minores. *Matt.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.

c Et ſemitas tuas edoce me] id eſt, conſilia, & ſecreta, & myſtica legis, quantum ad perfectos, qui conſilia adimplent. d Dirige me.] ne errem.

e In veritate tua,] id eſt, in fide vera, vel Euangelica regula. *Galat.* 2. b. Vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Quæ eſt, vt dicit *Gloſ.* quia in Chriſto neque præputium, neque circuncifio aliquid valet: ſed fides, quæ per dilectionem operatur, *Galat.* 5. b. f Doce me,] per charitatem. 1. *Ioan.* 2. d. Vnctio eius docet vos de omnibus. Et ideò hoc fac. g. Quia tu es Deus] qui me creaſti.

h Saluator meus] qui me recreaſti. Ad hoc enim me feciſti, vt in vitam æternam me introduceres: Ad hoc enim me recreaſti, vt ad illam me reduceres: Et ſic allegat Chriſti bonitatem. Poſtea allegat ſuam patientiam.

i Et te ſuſtinui] flagellantem.

k Tota die, id eſt, toto feruore tribulationis. Vel, Te ſuſtinui præmia differentem, tota die, id eſt, tota præſenti vita.

Moral.

Moraliter, dicit vir iuſtus. a Vias tuas, Domine, demonſtra mihi] ſicut dicitur in hoc *Pſalm.* 24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. In miſericordia venit ſaluare mundum: In veritate veniet iudicare eum. Has ergo vias debet petere vir iuſtus demonſtrari ſibi: vt prima via moueat eum ad amorem, ſecunda ad timorem. *Sap.* 10. b. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, &c. De prima via, *Ioan.* 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum. De ſecunda, *Matt.* 24. c. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & Maieſtate.

Semitæ duæ quibus ad nos venit Dominus.

c Et ſemitas tuas edoce me.] Semitæ Domini ſunt, quibus venit ad nos ſecretò & occultè. Et ſunt duæ. Vna, qua venit in mentem ad ſanctificationem. Alia, qua venit in morte ad carnis & animæ diſſolutionem. De prima, *Ioan.* 14. c. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. De ſecunda, *Luc.* 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis, vt cùm venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Venit enim, vt animam, quam dedit, recipiat: Pulſat, vt per carnis moleſtiam, mortem vicinam oſtendat. Benè ergo primò vias vocat, & quaſi viſui ſubiectas ſibi oſtendi poſtulat: quia vterque aduentus, vnus manifeſtè fuit, alius manifeſtè futurus eſt, vt dictum eſt. Iſti autem duo vltimi modi, ſemitæ dicuntur; & edoceri, non oſtendi petuntur: quia vtroque modo occultè venit Dominus. *Iob* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam.

d Dirige me, &c.] Petierat ſupra ſibi oſtendi vias Domini, ſcil. miſericordiam, & veritatem. Sed quia cùm venerit in via veritatis, ſiue iuſtitiæ, etiam iuſtitias iudicabit, ſicut dicit in *Pſal.* 74. Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo, petit hic vir iuſtus, vt Dominus dirigat eum, ne tunc in eo tortuoſitas aliqua inueniatur: Ideò dicit: Dirige me in veritate tua, id eſt veritatem iudicij tui inſere cordi meo: & ſic non incuruabitur ad infima, ſed dirigetur ad te. Vnde dicit *Abacuc* 2. a. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et infrà *in eodem capitulo*. Qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo. Qui enim non credit iudicium futurum, incuruat animam ad terrena & vana cupienda, & quærenda. Sic ergo petit dirigi voluntatem ſuam & affectum: Sed quandoque dirigitur affectus ad aliquid appetendum: nec tamen propter hoc illuminatur intellectus ad illud inueniendum: Ideò addit.

Aliter.

f Et doce me] vt, ſcil. non ſolùm te cupiam; ſed etiam voluntatem facere ſciam. *Pſal.* 142. Doce me facere voluntatem tuam. g. Quia tu es Deus Saluator meus, & te ſuſtinui tota die.] Hoc exponitur, vt ſuprà. Poſſet etiam exponi totum de viis primi aduentus, cùm dicitur,

a Vias tuas, Domine, demonſtra mihi.] Viator enim propriè fuit Dominus in primo aduentu, ſecundùm quod admirans Ieremias, dicit: *Ierem.* 14. b. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Et habuit viator iſte vias, & habuit ſemitas. Quæ ſint viæ, & quæ ſint ſemitæ, deſcribit *Caſſiod.* dicens; Viæ ſunt, quas commeantium generaliter licentia peruagatur: Semitæ, quæ anguſto calle diriguntur, nec vulgo notæ ſunt, ſed occultis itineribus ambulantur. Viæ communes, & omnibus notæ, fuerunt, paupertas, labor & vilitas, de quibus dicit *Pſal.* 78. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum & contribulatus. Ego, cum pondere, ſcil. Dominus cœli & terræ, pauper ſum, ecce paupertas: & in laboribus, ecce labor: exaltatus autem in Cruce humiliatus ſum, ecce vilitas. Has igitur vias debet petere vir iuſtus ſibi oſtendi, vt per eas poſt Dominum ambulet. Vnde dicitur 1. *Petr.* 2. d. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt ſequamini veſtigia eius. Paſſus eſt, dico, illa tria, ſcil. paupertatem, laborem, & vilitatem. Semitæ verò quæ ſolis indigenis notæ ſunt, in Chriſto fuerunt, charitas, & humilitas ipſius, quæ etiam priuatis Diſcipulis fuerunt aliquando minus notæ. Semitam enim charitatis ad plenum non nouerat Petrus, quando audito à Chriſto, quòd moriturus eſſet pro genere humano, increpauit eum, dicens: Abſit à te, Domine, non erit tibi hoc: *Matt.* 16. d. Vnde Dominus increpauit eum, quòd ſemitam iſtam ignoraret, dicens ei: Vade poſt me, Sathana: ſcandalum mihi es, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt; ſed quæ hominum, quaſi dicat, neſcis ſemitam, etſi fortè ſcias viam. Item ſemitam humilitatis Chriſti ignorabat idem Petrus, quando Domino volenti lauare pedes eius, contradixit, dicens: Domine, tu lauas mihi pedes? Et poſt: Non lauabis mihi pedes in æternum, *Ioan.* 13. a. Vnde & Dominus dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò, ſcies autem poſtea, quaſi dicat, tu neſcis modò ſemitam humilitatis. Et ad quid petit ſibi vias oſtendi, & ſemitas edoceri, ſubiungit.

Differentia inter vias & ſemitas.

d Dirige me] in vias tuas, & ſemitas tuas: Et hoc.

e In veritate tua] non in falſitate hypocritarum, qui videntur ambulare in vias, & ſemitas Domini ſecundùm veritatem hominum, qui non reſpiciunt niſi exteriora; ſed non ambulant in veritate Dei, qui ſcrutatur corda & renes.

f Et doce me.] Suprà dixit, ſemitas tuas edoce me: & hic iterum addit, doce me. Primò petiit, vt ſciret ſemitas; hic petit, vt ſciat ire per eas. Primum enim docere, dicit doctrinam ſcientiæ. Secundum dicit doctrinam experientiæ. Et allegat, quòd Dominus hoc debet facere.

g Quia tu es Deus, Saluator meus, &c.] vt ſuprà.

l Reminiſcere, &c.] Secunda pars, in qua petit Eccleſia pro ſuis membris, vel quilibet Iuſtus, peccata ſibi dimitti. In prima enim parte petit ſibi viam oſtendi, & ſe in illa dirigi. Sed quia in illa via non poteſt benè dirigi oneratus peccatis, ideo petit hic exonerari. Et vt exoneretur, primò captat beneuolentiam Dei ab actu miſerendi, *ibi*: Reminiſcere miſerationum tuarum. Secundò ab inſita natura miſerendi, *ibi*: Et miſericordiarum tuarum. Tertiò à perſeuerantia, *ibi*: Quæ à ſæculo ſunt. Dicit ergo, Reminiſcere, id eſt, memorem te eſſe iterum oſtende.

m Miſerationum tuarum] id eſt, operum miſericordiæ, quæ patribus exhibuiſti.

n Et miſericordiarum tuarum,] quæ tibi naturaliter inſitæ ſunt. *Ierem.* 14. d. Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Solium glorię eius eſt miſericordia, ſecundùm quod dicitur in Collecta, Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerendo manifeſtas. *Pſal.* 114. Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius: ecce ſolium.

o Quæ à ſæculo ſunt] id eſt, ab initio ſæculi. Statim enim in Adam apparuerunt miſerationes eius, quem pro peccato non damnauit; ſed ei in pœnitentiam miſericorditer iniunxit, dicens: In labore vultus tui veſceris pane tuo, &c. *Geneſ.* 3. d. Et ab Adam vſque ad nos deſcenderunt: quia nunquam defuit alicui Dei miſericordia. *Thren.* 3. c. Miſericordiæ Domini multæ, quia non ſumus conſumpti: Tum propter peccatum Adæ, tum propter propria, quæ quotidie committimus. Et addit, *ibi*: Et non defecerunt miſerationes eius. Item, miſericordiæ Domini ſunt in ſæculo, id eſt, ante ſæculum, id eſt, ab æterno: quia miſericordia Dei eſt ipſe Deus. *Pſalm.* 102. Miſericordia Domini ab æterno. Miſerationes eius ſunt à ſæculo, i. ab initio ſæculi, vt expoſitum eſt, quia tunc primò habuit, cui miſereretur. Captata beneuolentia petit exonerari à peccatis: Et primò

à ſcienter

scienter commissis, *ibi*: Delicta iuuentutis meæ. Secundò à peccatis ignoranter commissis, *ibi*: Et ignorantias meas. Dicit ergo. *a* Delicta,] id est, peccata, quæ commisi omittendo ea, quæ debui facere. *b* Iuuentutis meæ,] id est, audaciæ præcipitis in peccatum, sicut iuuenes audaces, & præcipites sunt.

a Delicta b iuuentutis meæ, c & ignorantias meas d ne memineris. Secundum e misericordiam tuam † memento f mei tu, propter g bonitatem tuam Domine. h Dulcis & i rectus Dominus: k propter hoc l legem dabit delinquentibus in via. m Diriget † mansuetos in iudicio, n docebit † mites

30. q. 1. c. de his. *Heb.* *al.* † memor esto mei, Deus. *al.* † Mites. *al.* † mansuetos.

c Et ignorantias meas] id est, peccata, quæ perpetraui ignoranter. *d* Ne memineris,] id est, non reserues ad pœnam perpetuam. *Tren.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. *Ezech.* 18. c. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est: & custodierit omnia præcepta mea: & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Vel, delicta iuuentutis, ad literam: quia in illa ætate magis solent homines derelinquere viam æquitatis. Vnde Salomon dicit, viam adolescentis sibi penitus esse incognitam, *Prou.* 33. c. Tria sunt difficilia mihi, & quartũ penitùs ignoro: Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia. Propter hoc commendatur Tobias, *Tob.* 1. a. quòd cùm esset iunior omnibus, nihil tamen puerile gessit in opere. *Thre.* 3. c. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. *Eccl.* 12. a. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Et habent colorem excusationis hæc duo genera peccatorum, scilicet, peccata iuuentutis, & ignorantiæ. De primo *Eccl.* 34. b. Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum: qui non est expertus, pauca recognoscit. *Iob* 12. b. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. De secundo 1. *Tim.* 1. c. Qui priùs fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Et nota, quòd est

Multiplex iuuentus.

Iuuentus:
- Ætatis, *Psal.* 36. Iunior fui, etenim senui.
- Vanitatis, *Psal.* 118. In quo corrigit adolescentior viam suam. Et *Luc.* 15. c. quòd filius prodigus adolescens dictus est.
- Gratiæ, *Psal.* 42. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.
- Gloriæ. *Psal.* 102. Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua.
- Nequitiæ, *Isa.* 65. d. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.
- Audaciæ & temeritatis, vt hic secundùm primam expositionem.

Itẽ est ignoratia:
- Inuincibilis, quæ excusat à tanto, & toto.
- Simplex, quæ excusat à tanto, & non à toto.
- Affectata, quæ nec à tanto, nec à toto excusat.

Simplex dicitur ignorantia, quando homo non laborat scire, quod possit scire: Affectata dicitur, quando aliquis ex industria omittit scire, ne scientia in eo aggrauet peccatum, nec magis teneatur ad benè operandum, *Oseæ* 4. c. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Petita indulgentia de peccatis scienter, & ignoranter commissis, ostendit causam efficientem remissionis peccati, cùm dicit:

e Secundùm misericordiam tuam.] Misericordia enim Dei est causa efficiens remissionis peccatorum, vnde dicit.

f Memento mei,] scilicet, vt dimittas peccata, secundùm misericordiam tuam, quasi dicat, sicut magna, & multa est misericordia tua; similiter magna, & multa sunt peccata mea. Est ergo sensus: Secundùm magnitudinem misericordiæ tuæ memento mei, vt magnitudinem peccatorum meorum annihiles. Vnde *in Psal.* 50. Miserere mei, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam. Item, vt secundùm multitudinem misericordiæ tuæ deleas multitudinem peccatorum: Vnde subdit *in illo Psalmo*: Et secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Postea ostendit causam finalem remissionis peccatorum, scilicet, bonitatem Dei, cùm addit.

Differentia est inter misericordiam Dei, & bonitatem.

g Propter bonitatẽ tuam, Domine,] scilicet, vt dicere possim eam bonitatem, de qua dicit *Ps.* 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Vel sic, vt hæc dictio, secundùm, notet causam formalem, vel modum, sicut etiam expositum est: & hæc præpositio, propter, notet causam efficientem, vt sit sensus: Propter bonitatem tuam, id est, quia bonus es, miserere mei, non propter merita mea. Et sicut dicitur *in Glos.* differentia est inter misericordiam Dei, & bonitatem eius: quia misericordia est, quæ fit miseris; bonitas verò, quæ fit communiter omnibus.

h Dulcis & rectus Dominus.] Suprà petierat Ecclesia, vel vir iustus ostendi sibi vias Domini, & se dirigi in eis: Hic autem quasi magister effectus incipit docere alios vias illas. Et primò determinat, qualis est Dominus; vt ex hoc viarum eius qualitas postmodũ ostendatur. Qualis enim Dñs, tales & viæ eius: Sicut dicitur *Prou.* 3. c. Viæ eius, viæ pulchræ: & semitæ eius pacificæ, quia ipse pulcher, & pacificus. Propter hoc primò dicit, Dulcis, id est, liberalis, pius, & misericors est Dominus, qui peccata libenter dimittit, & gratiam suam gratis infundit. *Ps.* 33. a. Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Sed quia misericordia sine iustitia remissio est: & dare sine discretione, prodigalitas: Ideò addit. *i* Et rectus] qui, scilicet, propter peccata flagellat in præsenti, & de collatis rationem, & vsuram quærit. Vnde sequitur. *k* Propter hoc,] scilicet, quia dulcis & rectus est. *l* Legem dabit delinquentibus in via,] secundùm quam, scilicet, puniantur si malè faciant; aut remunerentur, si benè: Quia, vt dicit Apostolus *Gal.* 3. c. propter transgressiones lex posita est. Quæ sit autem illa lex, ipse promulgat, *Apoc.* 3. d. Ego, quos amo, arguo, & castigo. Et in hoc simul apparet dulcedo, siue misericordia Dei, & iustitia. Dulcedo, quia hic verberat, ne æterno supplicio reseruetur: Iustitia, quia malum non relinquit impunitum. Item, Legem dabit, amoris, non timoris. *Isa.* 33. d. Dominus legifer noster, Dominus Rex noster. *Prou.* 6. c. Mandatum lucerna est, & lex lux. Ipse dedit legem amoris, & amouit legem timoris; 1. *Tim.* 1. b. Iusto non est lex posita, timoris, scilicet. *Gal.* 5. d. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. *Psalm.* 118. Tu legem posuisti mihi, &c. *Gal.* 6. a. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Item sicut dictum est: Dulcis est, gratis dando: Rectus, rationem dati requirendo: secundum quod declaratur in illa parabola, *Matt.* 25. b. Homo quidam peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, &c. Et post addit: Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum illis. Item Dulcis est, quia perire non patitur; Rectus, quia punire non obliuiscitur. Item dulcis, quia mater. *Isa.* 49. d. Nunquid potest mater obliuisci infantem, &c. Versus.

Vbera matris habet, verbera patris habet.

Tob. *Ioh.* *16. q. 1. c. vis autem.*

Item dulcis, quia Sponsus: Rectus, quia Dominus, *Ioan.* 13. b. Vos vocatis me: Magister, & Domine, &c. Item dulcis, est affectui: Rectus, est intellectui. Item dulcis, quia vita: Rectus, quia via. *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita. Sed quia veritas est, ideò Rector: Vnde subdit.

m Diriget mansuetos in iudicio.] Mansuetos vocat, quasi manu assuetos illos, quibus dat dona sua. Hos dirigit in iudicio, quando iudicium futurum oculis mentis suæ ostendit: & per hoc quoddam iudicium, quasi præsens in corde iusti statuit: quod timens, talentum Dñi non abscondit, sed lucratur in illo, quantum potest, ne audiat illam sententiam Iudicis, *Matt.* 25. d. c. Tollite talentum ab eo, & inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. De quo iudicio dicit *Aug.* Ascendat homo tribunal mentis, &c. 1. *Cor.* 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur, &c. Vel iudicium vocat præsentem tribulationem, in qua mansueti diriguntur, sicut equus virga, ne declinent à recta via. De quo iudicio 1. *Petr.* 4. d. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dñi. Benè ergo dicit: Dirige mansuetos in iudicio: quia illi, qui non sunt mansueti, repercutiunt Deum per murmurationem, & ingratitudinem, & quandoque per blasphemiam: & sic non diriguntur; sed potius offendunt & cadunt. De talibus dicitur *Ierem.* 5. a. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti. Sed boni inde instruuntur, & meliorantur, secundùm quod dicitur *Ierem.* 6. b. secundùm aliam translationem: Per omne flagellum erudieris, Ierusalem. Et hoc est, quod sequitur.

n Docebit mites vias suas.] *Iacob.* 1. d. In mansuetudine suscipite insitum verbum. *Ezech.* c. 11. d. Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant. Est autem hæc differentia inter mansuetos, & mites. Mansuetus est, qui etsi mouetur, non deducitur. Mitis autem; qui nec mouetur, nec deducitur. Item diriget Dominus mansuetos in iudicio futuro: vbi magnum opus erit directione, quia magnus tumultus, & magna pressura erit ibi. Ibi dirigi, est in dexteram collocari.

Differentia inter mansuetum, & mitem.

Psal. 36. Sic dirigit Dñs mansuetos, quia eorum est pars dextera, vnde Psal. 75. Cùm exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Item: Mansueti autem hæreditabunt terram. Matth. 5. a. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Postea ostendit, quæ sunt illæ viæ Domini, quas do-

Caph. a Vniuersæ viæ Domini b misericordia & veritas, c requirentibus d testamentum eius, & e testimonia eius. f Propter nomen tuum, Domine, g propitiaberis peccato h meo, i multum est enim. Lamech. k Quis est homo, qui † timet Dñm: m legem statuit ei in n via, quam elegit. o Anima eius in p bonis demorabitur: & q semen eius † r hæreditabit terram.

al. † timeat. al. † hæreditate possidebit.

cet mites. Vnde dicit: a Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, &c.] Sunt viæ Domini, quibus venit ad nos, misericordia in primo aduentu: & veritas in secundo, vt prædictum est. Vel in præsenti venit ad nos per viam misericordiæ beneficia conferendo; per viam veritatis errata corrigendo. Item sunt viæ Domini, quibus imus ad eum. b Misericordia, & veritas,] id est, opera misericordiæ, & veritatis. De quibus in Psal. 88. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam, id est, qui vult videre faciem tuam, oportet, vt priùs faciat misericordiam proximo: & veritatem, seu iustitiam sibi, vel de seipso. Vnde Mich. 6. c. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum: & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Et hoc.

Aliter de Prælati. c Requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.] Supple, manifestum est illis qui requirunt studendo, & diligenter inuestigando. d Testamentum eius,] scil. Euangelium. e Et testimonia eius,] id est, legem & Prophetas. Est ergo sensus: Manifestum est eis, qui requirunt has Scripturas: Quoniam, vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Misericordia apparuit in Abel & Noe, & multis aliis: Iustitia eius in Cain, & Pharaone. Istud potest legi specialiter de Prælatis. a Vniuersæ viæ Domini,] id est, Prælati. b Misericordia & veritas.] Prælatus enim debet esse Dominus dominando vitiis subditorum, & corrigendo, sicut dixit Dominus ad Adam: Dominamini piscibus maris, & volucribus cœli, & vniuersis quæ mouentur in terra. Gen. 1. & 9. Sit terror vester super cuncta animalia terræ: per quæ diuersa peccata designantur. Greg. 21. lib. Moral. c. 11. Vbi dicit Greg. Prælati in eo, quod metum sibi à peruersè viuentibus exigunt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur: quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent formidini iacere subiecti. Huius itaque Domini, vniuersæ viæ debent esse misericordia, & veritas, vt benè agentibus misericordiam & mansuetudinem: malè autem agentibus seueritatem ostendat. Secundùm quod dicit Gregor. Sit Rector benè agentibus per humilitatem socius; contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sit erectus. Tales ostendit Apostolus suas vias esse, dicens 1. Cor. 4. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Et debent istæ viæ esse coniunctæ, vt vnam sine altera Prælatus non teneat. Vnde dicit Greg. in Pastorali: Cum peccati vulnus in subditis corrigendo restringitur, necesse est, vt magna se sollicitudine districtio ipsa moderetur, quatenus sic iura disciplinæ contra delinquentes exerceat, vt pietatis viscera non amittat. Curandum quippe est, vt Rectorem subditis, & pietas matrem: & patrem exhibeat disciplina, atque inter hæc sollicita circumspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa: Nam disciplina, aut misericordia multùm destituitur, si vna sine altera teneatur. Et ita est Prælatis, c Requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.] Testamentum Domini, quod fecit ante mortem suam, est testamentum pacis: de qua testamentum suum fecit. Ioan. 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hoc testamentum debet Prælatus requirere à subditis, sc. vt ipsi pacem habeant ad Deum, & ad proximum. Sic requirebat Apostolus 2. Cor. 5. d. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Huius pacis, & testamenti testes sunt bona opera: Vnde & testimonia Domini, sc. bona opera debent requirere, sicut Apostolus Phil. 4. d. Non quæro datum, sed quæro fructum abundantem in ratione vestra. Hoc testamentum, & hæc testimonia significata fuerunt Gen. 31. vbi dicitur, quod Laban insecutus est Iacob, & inierunt ambo fœdus, & fecerunt aceruum lapidum, quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij: vterque iuxta proprietatem linguæ. Laban, qui interpretatur candidatio, significat Christum: qui nos lauit in sanguine suo à peccatis nostris, Apoc. 1. b. Iacob, supplantator, significat pœnitentem, qui Diabolum supplantat, luctando cum eo. Hunc insequitur Deus, & pacem facit cum illo: quia antequam conuertatur, Dominus vocat eum, & reuocat: sicut dicitur Isa. 31. e. Aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Facta ergo pace, factum est testamentum, siue fœdus. Et comportantur lapides, id est, bona opera, ex quibus fit aceruus testimonij: quia non solùm in præsenti, sed in die iudicij testimonium ferent nobis opera nostra: & secundùm testimonium eorum, recipiemus mercedem, secundùm illud Prou. 31. d. Date illi de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Sed ne præsumere de meritis videatur, ideò ad Dominum iterum conuertit sermonem dicens: Mem.

Nun. f Propter nomen tuum, &c. Totam salutem suam hic attribuendo misericordiæ Saluatoris, ostendit hic tres causas, quare Dominus miserebitur ipsius. Prima est Dei bonitas, de qua dicit: Propter nomen tuum, id est, propter bonitatem tuam, qua es nominabilis. Psal. 31. Deus, in nomine tuo saluum me fac. Secunda causa est confessio peccati, quod confitetur dicens. h Peccato meo.] Ps. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Ideò dicit: Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, quod sic dicendo, confitebor. Ezech. 20. d. Auerti manum meam: & hoc feci propter nomen meum. Isa. 48. b. Elegi te in camino paupertatis propter me. Isa. 43. a. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. g Propitiaberis.] Rom. 3. d. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem. 1. Ioan. 2. a. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. i Multum:] ad modum magni aceruii lapidum. 2. Paral. vlt. Peccaui super arenam maris. Ierem. 50. d. Colligite de via lapides, &c. Est peccatum multum numero, genere, circumstantiis, intentione, læsione, 1. Reg. 2. d. Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino. Tertia causa est necessitas, sc. quia multa sunt peccata. Vnde addit: Multum est enim. k Quis est homo, qui timet Dominum?] Tertia pars, in qua agit de æternis. Primo ostendens, quomodo habeantur, sc. per merita virtutum, quarum quasi fundamentum est timor. Eccl. 15. a. Qui timet Deum, faciet bona. Eccl. 1. c. Radix sapientiæ est timor Domini. Quis est homo, rationalis. l Qui timet Dominum, legem statuit ei in via quam elegit,] id est, quis est homo, qui timet Dominum, vt Patrem, non seruiliter, sed ex charitate: & non timore pœnæ elegit viam veritatis, sed amore. m Illi statuit Dominus legem,] amoris. Dicitur autem charitas lex, quia dicit quid faciendum, quid cauendum, 1. Ioan. 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Item, quia coniungit & ligat Deo hominem, 1. Cor. 6. d. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Ps. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est. Benè autem dicit, n In via, quam elegit,] quia homo eligit, quam viam vult, viam vitæ, vel viam mortis. Ezech. 15. d. Ante hominem vita & mors: bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Timor autem necessarius est propter multa. Timor enim facit hominem quærere tutum locum. Prou. 30. d. Lepusculus plebs inualida, quæ in petra cubile suum collocat. Et 1. Reg. 24. a. habetur quod Dauid timens Saul ascendit, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Item causa est bonorum operum, Eccl. 15. a. Qui timet Deum, faciet bona. Item quia causa est bonorum præmiorum, Tob. 4. d. Pauperem vitam gerimus; sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & Eccl. 1. b. Timenti Deum, benè erit in extremis. Vnde postea subiungit, quæ bona habebit dicens. o Anima eius,] sc. timentis ex amore.

Peccatum est multum.

Charitas dicitur lex.

Timor necessarius est propter multa.

p In bonis demorabitur,] scilicet, in bonis æternis. Et ponit hic finem viæ, quam petiit supra sibi ostendi, & se in ea dirigi; Totum enim fuit, vt ad hunc finem, scilicet, vt ad æterna bona perueniret. Dicit ergo, quòd anima eius post dissolutionem corporis, in bonis æternis demorabitur videndo, diligendo, fruendo. In his enim tribus consistit stola animæ, Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Et quia timentis Deum anima in his bonis demorabitur, dicit Ecclesiastic. 34. c. Timentis Deum beata est anima eius.

Bonum opus dicitur semen.

q Et semen eius] id est, bonum opus. r Hæreditabit terram,] id est, immortalitatem, quantum ad stolam corporis. Dicitur autem opus bonum semen, quia in ipso fructus cœlestis seminatur, 2. Cor. 9. b. Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Sed si nullus vnquam vidisset fructus colligere in æstate, stultum reputarent omnes aliquem, si viderent eum bonum frumentum seminare, & proiicere in terram, ita modò, multi,

multi, qui de fructu cœlesti, & æterno non cogitant, stultos reputant eos, qui bona opera faciunt, & seminant ea; sed cùm venerit æstas, & messis in die iudicij, & videbunt eos, qui seminauerunt, fructus colligere, tunc vice versa se stultos reputabunt: & eos, qui seminauerint, sapientes, quando dicent, vt habetur *Sap.* 5. a. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij, &c. Et post: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Et postea concludent. Ergo errauimus à via veritatis, &c. Immortalitas verò dicitur terra, quia nunquam loco suo mouetur. *Eccles.* 1. a. Terra autem in æternum stat. Hanc

Sameth.

a Firmamentum est Dominus *b* timentibus eum: & *c* testamentum ipsius, vt *d* manifestetur illis. *e* Oculi mei semper *f* ad Dominum: quoniam *g* ipse euellet de laqueo pedes meos. *h* Respice in *i* me, & miserere mei: k quia vnicus & *l* pauper sum ego. *m* Tribulationes cordis mei

Ayn.

terram hæreditabit semen bonorum operum, id est, pro eis firmiter possidebitur, nec amitti poterit. *Eccl.* 44. c. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum. *Gen.* 12. b. Semini tuo dabo terram hanc. Vel potest legi de præsenti sic: Anima eius, scilicet, viri iusti, in bonis, patriæ cœlestis, demorabitur, per contemplationem. *Philip.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est. Vel, in bonis, scilicet, exemplis Sanctorum. *Iob* 3. d. Gaudéntque vehementer, cùm inuenerint sepulchrum, id est, exemplum bonorum. Memorabile sicut sepulchrum est monumentum mortuorũ viuis. *Greg.* Scriptura narrat fortitudinem virorũ, vt ad similia prouocet vitam infirmorum. *Idem:* Dum diuersorum victricia facta cõmemorat, nostra debilia confirmat. Et semen eius, id est, filij: Hæreditabit terram, id est, prospere succedet eis, ad literam, *Psalm.* 36. Non vidi Iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Dominus enim quandoque parcit filiis pro bonis parentibus: sicut econuerso punit aliquando filios pro malis parentibus. *Sap.* 4. a. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis: & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Nec solùm ista facit Dominus Iustis; sed etiam in præsenti dat stabilitatem mentis, vnde addit.

a Firmamentum est Dominus, &c.] scilicet, mentem stabiliens, non omnibus, sed.

b Timentibus eum,] quia ipse timor stabilit, & firmat cor in Domino, vnde dicit *Greg.* Ancora mentis pondus timoris. *Prou.* 14. c. In timore Domini fiducia fortitudinis. *Psal.* 88. Posuisti firmamentum eius formidinem. *Eccl.* 27. a. Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua, scilicet, congeries virtutum. Nec solùm stabilitatem mentis dat Dominus Iusto; sed & cognitionem sui, scilicet, Dei: vnde addit.

c Et testamentum ipsius,] scilicet, Dei, id est, promissio eius est.

d Vt manifestetur illis,] in præsenti per fidem, in futuro per speciem *Ioan.* 14. c. Qui diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. *Psal.* 90. Longitudine dierum replebo eum; & ostendam illi salutare meum. *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et quia tot, & tanta expectat vir iustus à Domino, ideò subiungit:

e Oculi mei semper ad Dominum,] à quo, scilicet, hæc accepturum me spero. *Psalm.* 122. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Vel sic continua. Dominus, ita promittit, quòd manifestabitur nobis: Et ideò, Oculi mei, interiores, scilicet, intellectus & affectus: Intellectus per cognitionem. *Psalm.* 18. Et meditatio cordis mei, &c. Affectus per desiderium. *Psal.* 37. Domine, ante te omne desiderium meum.

f Semper ad Dominum,] supple, respiciunt, secundùm quod de Sanctis cantamus: Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione & auditate in illa æterna patria conuersatus est. *Eccl.* 2. c. Sapientis oculi in capite eius, id est, in Deo. *Eccl.* 11. c. Delectabile est oculis videre Solem. *Iob* 29. d. Lux vultus mei cadebat in terram. Contra de stultis. *Prou.* 17. d. Oculi stultorum in finibus terræ. Sunt autem oculi dirigendi ad Deum, vt ad finem. *Psal.* 118. Omnis consummationis vidi finem. *Rom.* 10. a. finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti. Item vt ad brauium. Vnde *in Hymno*:

Oculi nostri dirigẽdi sunt ad Deũ multis rationibus.

Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium.

Gen. 15. a. Ego sum merces tua. *Philip.* 3. c. Posteriorum oblitus; ad ea verò, quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium æternæ vocationis. Item vt ad illuminatorem, *Ioan.* 1. a. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Psal.* 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Item vt gratias reddamus. *Eccl. vlt.* c. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Sed posset dici: si semper habeas oculos in cœlis, poteris illaqueari. Ad quod respondet, dicens: Nequaquam.

g Quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.] *Prou.* 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ibi dicit *Interl.* Facilè euadit laqueos in terris, qui semper habet oculos in cœlis. Et nota, quòd multi sunt laquei. *Pe.* *Zadik.*

Est laqueus.
- Cupiditatis. Vnde *Iob* 18. b. Baldath loquens de cupido, dixit: Immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat: tenebitur planta eius laqueo. Plantam vocat extremitatẽ vitæ, quia quantò magis accedit cupidus ad finem vitæ suæ, tanto magis exardescit in cupiditate. Vnde *Hieron.* Cùm alia vitia in sene senescant, sola auaritia iuuenescit, 1. *Tim.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueũ Diaboli.
- Prauæ consuetudinis, *Prou.* 5. d. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.
- Praui exempli, *Oseæ* 5. a. Laqueus facti estis speculationi, & rete expansum subter Thabor. Hoc dicit malis Prælatis, qui suo exemplo alios trahunt ad peccatum.
- Perplexitatis, *Psal.* 118. Funes peccatorum circumplexi sunt me.
- Tentationis, *Ierem.* 50. d. Illaqueaui te, & capta es, Babylon, & nesciebas.
- Inepti timoris, scilicet, malè humiliantis, *Psal.* 56. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.
- Praui amoris, *Eccl.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est. *Eccl.* 9. a. Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius.
- Pœnæ, *Psal.* 125. Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Iob 13. d. Posuisti in neruo pedem meum. *Prou.* 11. c. Qui cauet laqueos, securus erit. Et quia tot sunt laquei.

h Respice,] ô Domine. Non dicit, aspice, quasi dicat, ego sum retrò te. *Luc.* 22. g. Respexit Dominus Petrum. *Eccl.* 11. b. Est homo marcidus & egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius.

i In me,] creaturam tuam. *Psal.* 137. Opera manuum tuarum ne despicias. *Sap.* 11. d. Nihil odisti eorum, quæ fecisti. *Psal.* 83. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Respice, dico, oculis misericordiæ tuæ, sicut respexisti Petrum, *Luc.* 22. g. Hoc est, quod addit: Et miserere mei. Quod autem misereri debeat, ostendit vsque ad finem Psalmi per totum. Et ponit 14. causas. Prima causa est, quia solum Deum quærit: vnde dicit. *k* Quia vnicus sum,] quasi dicat, non diuisus ad multa quærenda, quia vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini, &c. 1. *Reg.* 1. a. Fuit vir vnus, &c. Hoc non potest dicere, qui plures habet personatus: quia monstrum est, id est, vna substantia, & plures personæ. *Cant.* 6. c. Vna est columba mea. 2. *Reg.* 1. d. Sicut mater vnicũ diligit filiũ; ita diligebam te. *Luc.* 7. b. Ecce defunctus efferebatur mortuus filius vnicus matris suæ. Et sequitur ibi, quòd Dominus suscitauit eum. Quod enim vnum est, non potest esse in diuersis locis. Sed sicut dicitur *Matt.* 6. c. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Vnde qui multos thesauros habet, cor habet diuisum, & ita non est vnicus. *Osea* 10. a. Diuisum est cor eorum: nunc interibunt. Vnde si quæratur à talibus: quod nomen est tibi? Respondere possunt. Legio, sicut respondit Diabolus *Mar.* 5. a. Secunda causa est, paupertas spiritualis. De qua dicit. *l* Et pauper sum ego,] virtutibus, scilicet, in mei reputatione. *Luc.* 17. c. Cùm omnia, quæ præcepta sunt vobis, feceritis, dicatis: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. *Greg.* Vnde mens dignior efficitur, inde sibi indigna videtur. Item pauper rebus & spiritu in veritate, quæ paupertas pretium est regni cœlorum. *Matt.* 5. a. Beati pauperes spiritu, &c. Tertia causa est angustia, siue tribulatio cordis iusti. Vnde adiungit.

Causæ, quare Deus debeat misereri. Ps. 26.

m Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.] Tribulatur enim vir iustus intùs corde propter mala aliorum.

Vnde 2. *Cor.* 11. g. Quis scandalizatur, & ego non vror? Quantùm ergo multiplicantur mala hominum, tantùm multiplicantur tribulationes Iustorum. Itèm tribulatur ex prolongatione exilij, *Psal.* 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Item ex dilatione patriæ, *Ps.* 41. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt, &c. Et ideò dicit.

al. † educ
Resch.
al. † remitte omnia peccata.
al. † confundar.
Tau.
al. † redime.
Schin.

a Multiplicatæ.] *Ps.* 33. Multæ tribulationes Iustorum. Et *Poeta* dicit:

Et qui non causas mille dolor's habet.

Quarta causa est tribulatio corporis. Vnde addit, petens ab ea liberari.

b De necessitatibus meis erue me,] id est, de tribulationibus exterioribus, quæ dicuntur necessitates, quia sunt vtiles, & ineuitabiles. Vtiles sunt ad humilitatem habendam, & ad pietatem exercitandam, *Rom.* 5. a. Tribulatio patientiam operatur. Ineuitabiles, *Matth.* 18. a. Necesse est, vt veniant scandala, 2. *Tim.* 3. c. Omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei, *Rom.* 8. d. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vnde patet, quòd modò necessariò subest homo tribulationibus, sicut seruus seruituti. Quinta causa, est humilitas cordis, vnde dicit.

a multiplicatæ sunt: de *b* necessitatibus meis † erue me. Vide *c* humilitatem meam, & *d* laborem meum: & † *e* dimitte vniuersa delicta mea. *f* Respice *g* inimicos meos: quoniam *h* multiplicati sunt, & *i* odio iniquo oderunt me. *k* Custodi animam meam, & erue me: non † *l* erubescam, quoniam speraui in te. *m* Innocentes, & recti adhæserunt mihi: quia *n* sustinui te. † *o* Libera, Deus, *p* Israël ex omnibus tribulationibus suis.



Psal. Dauid XXV.

Vdica *q* me, Dñe, quo-

c Vide humilitatem meam] id est, tribulationem humiliantem me. *Thren.* 1. g. Vide, Domine, quoniam tribulor. Item *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthij, & fellis. Vel, Vide humilitatem cordis in contritione, & laborem corporis in satisfactione. *Ps.* 9. Vide, quoniam tu laborem & dolorem consideras. Alia litera habet: Porta humilitatem meam, & laborem, 1. *Pe.* 2. d. Peccata nostra ipse pertulit, &c. *Isa.* 46. b. Ego feci, & ego feram; ego portabo, & egò saluabo, *Iacob.* 4. b. Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. *Isa.* vlt. a. Secundùm aliam translationem: Super quem respiciam, nisi super humilem & quietum, &c. Sexta causa est labor corporis, vnde addit.

d Laborem meum.] *Psal.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit. *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem. Septima causa, est multitudo peccatorum, vnde subiungit.

e Et dimitte vniuersa delicta mea.] Et est simul oratio, & allegatio: quia enim peccauit, ideò indiget misericordia. Vnde 2. *Paral. vlt.* Quoniam peccaui super numerum arenæ maris, & multiplicatæ sunt iniquitates meæ. Et *Aug.* Misericors es, miser sum. Et *in Psal.* 50. Tibi soli peccaui. Octaua causa, est multitudo inimicorum, de quo dicit.

f Respice,] conuertendo, vel puniendo.

g Inimicos meos,] carnem, mundum, Dæmonia.

h Quoniam multiplicati sunt.] *Ps.* 39. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Nona causa, est inimicorum crudelitas, vnde addit.

i Et odio iniquo oderunt me.] Propter hoc enim Dominus multoties flectitur ad misericordiam, vnde *Deut.* 32. Et dixi: vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum; sed propter inimicos eorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum, &c. *Ierem.* 6. f. Crudelis est, & non miserebitur. Et aggrauat nequitiam eorum, cùm non sufficit ei dicere: Oderunt me, sed addit, & odio, & etiam, iniquo: Est enim odium æquum, *Matth.* 5. g. Dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. *Psalm.* 138. Perfecto odio oderam illos. Decima causa, est perplexitas animæ. A qua petit liberari, cùm addit.

k Custodi animam meam, & erue me.] Anima enim obsessa est vndique à Dæmonibus, 1. *Pet. vlt.* b. Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. *Eccl.* 9. d. Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex Magnus, & vallauit eam, extruxitque per gyrum munitiones. Ciuitas est anima, populi cogitationes, viri virtutes, Rex magnus Diabolus. *Iob* 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Non dicit: Custodi corpus, sed animam, *Iob.* 2. b. Ecce in manu tua est: veruntamen animam illius serua. Et quid mirum, si petat vir iustus animam custodiri: quia ipsam solam petit Diabolus, *Genes.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Vndecima causa, est spes: vnde addit.

l Non erubescam, quoniam speraui in te, *Rom.* 5. a. Spes non confundit. Duodecima causa est vnitas Ecclesiæ, quam ipse custodit, vnde sequitur.

m Innocentes, & recti adhæserunt mihi.] *Eccl.* 27. b. Volatilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos, qui eam operantur, reuertetur. Alia littera habet: Simplicitas, & veritas seruabunt me, quia expectaui te. *Prouerbior.* 11. a. Simplicitas Iustorum diriget eos: Et iustitia simplicis diriget viam eius. *De pœn. d. 2. c. vt cognouerunt, &c. si enim.*

Innocens autem multipliciter dicitur.

Innocens enim dicitur:
- Christus, *Iob* 17. b. Innocens contra hypocritas suscitabitur. *Hebr.* 7. d. Talis enim decebat, vt esset nobis Pontifex, sanctus, innocens, &c.
- Homo sine peccato, *Exod.* 34. a. Nullus apud te per se innocens est.
- Immeritus, *Genes.* 40. c. Innocens in lacum missus sum, *Iob.* 4. b. Quis vnquam innocens periit?
- Non interficiendus, *Exod.* 21. b. Innocens erit, qui percusserit.
- Miserans, 2. *Reg.* 14. c. Rex & thronus eius sit innocens.
- Paruulus, 4. *Reg.* 24. a. Repleuit Ierusalem cruore innocentium.
- Fidelis Prædicator, *Iob* 27. c. Argentum innocens diuidet.
- Custodiens Baptismum, *Naum* 1. a. Dominus mundans non faciet innocentem?
- Simplex, *Psalm.* 25. Ego in innocentia mea ingressus sum.
- Impunitus, *Ierem.* 49. c. Et tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens.
- Patiens, *Iob* 2. a. Adhuc retines innocentiam tuam.
- Stultus, *Prou.* 14. Innocens credit omni verbo.
- Hypocrita, *Ierem.* 2. c. Absque peccato, & innocens ego sum.
- Pilatus. Innocens ego sum à sanguine huius Iusti. *Matth.* 27. c. Decimatertia causa, est patientia, de qua subdit.

n Quia sustinui te.] Suprà in hoc *Psalm.* Vniuersi, qui sustinent te, non confundentur. Decimaquarta causa, est contemplatio, de quo addit.

o Libera, Deus, &c.] interioribus, & exterioribus, *Deut.* 32. d. Foris vastabit gladius, & intùs pauor. *Thren.* 1. g. Foris interficiet gladius, & domi mors similis est. 2. *Cor.* 7. b. Foris pugnæ, intùs timores.

p Israel,] id est, videntes Deum in contemplatione. Hoc est etiam conclusio Psalmi.

EXPOSITIO PSALM. XXV.

q 

Vdica me, Domine.] Titulus. [*Psalm. Dauid.*] Titulus patet. In præcedenti Psalmo, volens vir iustus ascendere in Paradisum post Christum, quæ est ciuitas non manufacta, petiit à se remoueri tria impedimenta, scilicet, ignorantiam viæ, *ibi*: Vias tuas, Domine, demonstra mihi, &c. Et onus peccati, *ibi*: Dimitte vniuersa delicta mea. Et suprà: Delicta iuuentutis meæ, &c. In hoc Psalmo petit à se remoueri tertium impedimentum, scilicet, consortium malorum. Et est ipse Psalmus bipartitus. Primò petit, vt separetur hic à malis. Secundò, ne in futuro cum eis commisceatur, *ibi*: Domine, dilexi decorem. Dicit ergo. *Partitio Psalmi.*

q Iudica me, Domine, iudicio discretionis, id est, diuide me à malis. *Isa.* 1. g. Sion in iudicio redimetur. *Pr.* 26. b. Iudicium determinat causas: quia est finis litigationis, *Isa.* 28. e. Ponam in pondere iudicium. Volunt autem diuidi à malis, quidam ex misericordia, quidam ex cautela, vel ad cautelam, quidam ex superbia. Ex misericordia recedunt iusti à malis, quando propter hoc recedunt, ne illi peiores fian persequendo eos, vel blasphemando, sicut Dominus fugit, *Ioan.* 8. g. Tulerunt Iudæi lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Ex cautela: recedunt Iusti, ne ex consortio malorum mali fiant: Sicut Ioan. Bapt. *Luc.* 1. g. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in deserto vsque in diem ostensionis suæ ad Israël.

Israël. *Et in Hym.*

Antra deserti
Teneris sub annis,
Ciuium turmas
Fugiens petisti,
Ne leui saltem
Maculare vitam
Famine posses.

Ex superbia fugiunt hypocritæ, & superstitiosi. Tales erant Pharisæi. qui Apostolis dicebant, *Matth.9.* b. Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester? *Isa. 65.* a. Qui dicunt, recede à me, ne appropinques mihi, quia immundus es: Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Hic ergo petit iustus separari à malis ad cautelam, vt scil. caueat culpam eorum, & pœnam eorum. Culpam tripliciter: ne scilic. trahatur ad peccatum per exemplum, & consortium, quia ex conuictu formantur mores, *Ps.17.* Cum peruerso peruerteris. *Eccl. 13.* a. qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Item ne trahatur ad peccatum per prauum colloquium, *1.Cor.15.* e. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Item ne per consensum, scil. ne consentiat malo eorum: vel non arguendo, cùm possit: vel etiam fauorem, consilium, & auxilium præbendo. *Rom. 1.* d. Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt; sed & qui facientibus consentiunt. Propter hoc dicit *Isa. 52.* d. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Ter dicit, recedite, vel exite, quia recedendum, vel exeundum est, ne polluatur homo in corde, per consensum; vel in ore, siue ex ore, per colloquium: vel in opere, per malum exemplum. Nec solùm, vt caueat culpam, recedere debet Iustus à consortio malorum; sed etiam vt caueat pœnam: *Gen. 19.* c. Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et post: Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. *Num. 16.* e. Omnis Israël, qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: ne fortè, & nos terra deglutiat. Postea ostendit iustus merita, quare hoc petat. Et primò meritum pietatis, vnde dicit. *a* Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum,] scil. viam iustitiæ. Est enim innocens, qui nec miserum facit, nec miserum relinquit. Et hoc est pietas. Contrà. *Prou. 20.* b. Quis potest dicere: mundum est cor meum? *Eccl. 7.* c. Non est sanctus, qui faciat bonum, & non peccet. *Mich. 7.* a. Sanctus in hominibus non est. *Iob 15.* b. Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Sol. *Isa. 2.* c. Ingredere in petrá. Meditatio quippè Dominicæ Passionis est ingressus in innocentia, quia innocentem facit. *Ierem. 3.* f. Post me ingredi non cessabis. Et quò? *Hebr. 4.* c. Festinemus ingredi in illam requiem. *Osea 11.* d. Ego Dominus, & ciuitatem non ingredior. Et dicit. *b* Mea] ad ostendendum, quod non est pura. *Isa. 64.* c. Iustitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. *Iob 9.* d. Si lotus fuero, quasi aquis niuis: & fulserint velut mundissimæ manus meæ; tamen sordibus intinges me, id est, intinctum ostendes. Et dicit. *c* Ingressus sum] quia reputat se adhuc esse in principio. *Ps. 76.* Et dixi, nunc cœpi. Secundò ostendit meritum spei, dicens: *d* Et in Domino sperans non infirmabor; id est, in bono, quod ingressus sum, fortiter perseuerabo: quia spero in Domino. *Isa. 40.* g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Tertiò ostendit meritum patientiæ, dicens.

niam *a* ego in innocētia *b* mea *c* ingressus sum: & in *d* Domino sperans, non † infirmabor. *e* Proba me, Domine, & tenta me: *f* vre *g* renes meos, & cor meum. Quoniam *h* misericordia tua *i* ante oculos meos est

al † mouebor

De pæn. d. 2. c. si enim.

Consortium malorum est fugiendum.

e Proba me Domine, & tenta me] id est, tenta, & proba.

Tentat Deus multipliciter.
- Vt exerceat. *Deut. 13.* a. Tentat vos Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non.
- Vt posteris det exemplum, *Tob. 2.* c. Hanc tentationem ideò permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ illius.
- Vt terreat, *Exod. 15.* d. Tentauit eum Dominus dicens: Si audieris vocem Domini, &c.
- Vt doceat, *Io. 16.* a. Vnde ememus panes, vt manducent hi. *Eccl. 34.* b. Qui non est tentatus, &c.
- Vt probet, *Gen. 22.* a. Tentauit Deus Abraham: Sic tentatus est Iob.
- Vt purget, *Sap. 3.* a. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se.

Tentat homo.
- Vt declaret superbiam cordis, *2. Paral. 32.* g. Dereliquit eum Dominus, vt tentaretur.
- Deum, *Iudith. 8.* b. Vos qui estis, qui tentatis Deum? *Act. 15.* b. Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices Discipulorum.
- Apostolos, *Apocal. 2.* a. Tentasti eos, qui dicunt se Apostolos. *Act. 9.* c. Tentauit se iungere Discipulis.
- Sanctos persequendo, *Apoc. 3.* b. Ego seruabò te ab hora tentationis.
- Virtutes rerum, *Eccl. 7.* c. Omnia tentaui in sapientia. *Eccl. 39.* a. Bona & mala in omnibus tentabit.
- Magistrum. *3. Reg. 10.* a. Regina Saba venit à finibus terræ tentare Salomonem.

Tentat Diabolus.
- De gula, *Matth. 4.* a. Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant.
- De luxuria. *1. Cor. 7.* a. Ne tentet vos Sathanas.
- De auaritia, *Act. 5.* a. Cur tentauit Sathanas cor tuum.
- De impatientia, *Gal. 6.* a. Considerans teipsum, ne & tu tenteris.
- De crudelitate, *1. Thess. 3.* b. Ne fortè tentauerit vos is, qui tentat.
- De omni creatura, *Sap. 14.* b. Creaturæ Dei factæ sunt in odium, & in tentationem.
- De concupiscentia, *Iac. 1.* b. Vnusquisque tentatur à propria concupiscentia. *1. Cor. 10.* c. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.
- De pigritia, *Matth. 26.* d. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.
- De timore mortis, *Luc. 23.* f. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es.
- De amore vitæ, *Iob 7.* a. Tentatio est vita hominis super terram.

Duobus modis tentat Dominus, scil. ostendendo, qualis sit homo, & purificando per flagella. Secundùm primum modum tentauit Deus Abraham, quando dixit ei: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac: & vade in terram visionis, atque offer eum ibi holocaustum, &c. *Gen. 22.* a. Vnde postea dixit ei: Nunc cognoui, quòd timeas Deum. De secundo modo *Sap. 3.* a. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se, tanquàm aurum in fornace probauit illos, &c. Econuerso dicitur de malis *Ierem. 6.* g. Consumptum est plumbum, frustrà conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos. Et in *Psalm. 77.* Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Hoc dicitur contra quosdam, qui ante bella se strenuos iactant, sed in bello tentationis deficiunt. *Eccl. 34.* b. Qui non est tentatus, qualia scit? *Iob 40.* d. Memento belli, nec vltrà addas loqui. Sic Petrus intendebat arcum dicens: Domine, tecum paratus sum, & in mortem, & in carcerem ire, *Luc. 22.* d. Sed conuersus est in die belli, quando postea ad vocem ancillæ negauit. Item proba me, sicut Medicus probat vulnera, quam profunda, quàm lata, quàm spatiosa sint. Deus meus, illumina tenebras meas. Vel sicut aurum probatur tactu lapidis. Lapis Christus est, *Dan. 2.* e. Et nos quid sumus illi lapidi comparati. *Psalm. 140.* Absorpti sunt iuncti petræ. *Eccl. 6.* c. Probatio lapidis erit virtus in illis. Item sicut probatur olla in fornace. *Eccl. 27.* a. Vasa figuli probat fornax. Vnde apertiùs se purgari petit hic Iustus, subdens.

Psalm. 17.

f Vre] igne illo, *Luc. 12.* f. Ignem veni mittere in terram, &c.

g Renes meos, & cor meum] id est, delectationes & voluptates corporis, quæ per renes intelliguntur. Et cogitationes cordis, quæ per cor intelliguntur. *Ierem. 17.* b. Ego Deus scrutans corda & renes. De primo dicit *Ieron.* Carnes putridæ indigent cauteratio. De secundo *Gregorius*: Citò mens ad deteriora labitur, nisi sub arcta custodia teneatur. Vstio duo facit, siccat malos humores, corroborat neruos: sic spiritualiter ignis tribulationis. Quartò ostendit meritum intelligentiæ. Vnde sequitur. *h* Quoniam misericordia tua ante oculos meos est,] non merita mea; sed tua misericordia. *Tit. 3.* b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. *Thren. 3.* c. Misericordiæ Domini, quòd non sumus consumpti. *i* Ante oculos meos est] per intelligentiam & frequentem recordationem. *Eccl. 29.* c. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit enim animam suam pro te. Et *Exod. 25.* b. Cherubin respiciebat propitiatorium. Multis est misericordia Dei post tergum. *3. Regum 14.* b. Proiecisti me post tergum tuum. Quintò ostendit meritum sapientiæ. De quo dicit:

Exod. 17. b.

Et

a Et complacui in veritate tua] non in mea, vel mundi falsitate. De qua dicit *Psalm.*4. Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? quasi dicat, placeat vobis veritas Dei, non falsitas mundi. Ipse est enim, in quem desiderant Angeli prospicere, 1. *Pet.* 1. c. Ideò dicit: Complacui mihi, in veritate tua, id est, sola veritas tua mihi placuit, & ego placui mihi, non in me, sed in illa. Vnde dicitur de B. Aug. Displicebat ei, quicquid agebat in sæculo præ dulcedine Dei, &c. Sextò, ostendit meritum doni scientiæ. Quæ habet plures partes. Prima pars scientiæ, est declinare pro posse suo à malo homine. Vnde dicit.

& *a* complacui in veritate tua. Non *b* sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua *c* gerentibus non introibo. † *d* Odiui Ecclesiam malignantium: & *e* cum impiis non sedebo. *f* Lauabo † inter innocentes *g* manus meas, & † *h* circumdabo altare tuum, Domine. Vt *i* audiam vocem laudis: & *k* enarrem vniuersa mirabilia tua.

24. q. 3. c. cum quibus.

al. † Odio habui congregationem malignorum.

al. † in innocentibus.

al. † circuibo.

De dono scientia, & eius partibus.

b Non sedi cum concilio vanitatis] id est, cum mundanis hominibus, qui tractant de vanitate mundi. *Psalm.*11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Quia, qui de terra est, de terra loquitur. *Ioann.* 3. d. *Cassiod.* Vani sunt, qui caducis inquisitionibus occupantur, & in superflua narratione tempus consumunt. Sedere autem hic sumitur pro consentire: secundùm quod dicitur in *Ps.* 9. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis. Et vulgariter dicitur: Hoc sedet mihi, id est, placet. *Ierem.* 15. d. Non sedi in concilio ludentium. *Iob* 3. c. Nunquam cum ludentibus miscui me. Secunda pars scientiæ, est declinare à malo opere. Vnde sequitur.

c Et cum iniqua gerentibus non introibo,] quasi, nec etiam incipiam malum facere. *Isa.*26. b. In terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Dei. Tertia pars scientiæ, est persecutio iniquitatis, de qua subdit.

d Odiui Ecclesiam malignantium] id est, congregationem malorum. *Psal.*100. Iniquos odio habui. Et alibi, Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar: Hoc est contra conspiratores, de quibus *Isa.* 58. b. Dissolue colligationes impietatis. De hac Ecclesia malignantium, *Apoc.*2. c. Qui dicunt se esse Iudæos, & non sunt; sed sunt Synagoga Sathanæ. *Eccl.*21. b. Stupa collecta Synagoga peccantium. Quarta pars scientiæ, est hæreticorum exprobratio, vnde addit.

e Et cum impiis non sedebo.] Impij enim antonomasticè dicuntur hæretici: quia pietatem, id est, cultum Dei impugnant. Cum his etiam ad literam non est sedendum, multò fortiùs nec per consensum, aut fauorem. *Tit.* 2. c. Hæreticum hominem post primam, & secundam correctionem deuita. Et 2. *Tim.*3. a. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis, quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes: & hos deuita. Hæretici enim speciem habent pietatis exteriùs, sed interiùs virtutem eius abnegant. *Matth.*7. b. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Et quia non sufficit abstinere à malis, nisi homo faciat bona, postea promittit se bona facere, ostendens in se meritum pœnitentiæ. Vnde dicit.

f Lauabo inter innocentes manus meas,] id est, ego conuersans inter innocentes, lauabo per pœnitentiam.

g Manus meas] id est, opera à macula peccati. *Isa.* 1. d. Manus vestræ sanguine plenæ sunt, lauamini, mundi estote, &c. *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Et nota, quòd quadruplex est lauacrum.

Est lauacrum
- Baptismi, *Zach.*13. a. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Ierusalem in ablutione peccatoris, & menstruatæ.
- Pœnitentiæ, *Psalm.*50. Ampliùs laua me ab iniquitate mea.
- Eleemosynæ, *Luc.*11. f. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.
- Martyrij, *Apoc.* 7. d. Lauerunt stolas suas in sanguine agni, id est in suo, effuso pro agno.

Mens hominis dicitur altare.

De his lauatoriis, *Ioan.*13. b. Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, &c. *Ioan.*22. d. Saluabitur innocens in munditia manuum suarum. Postea ostendit meritum circumspectionis: Vnde dicit. *h* Et circumdabo altare tuum, Domine] id est, mentem meam circumspiciam, & discutiam. Mens enim est altare, in quo debemus Deo offerre sacrificium spiritus contribulati. *Psalm.* 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Hoc altare debet esse concauum, & inane per humilitatem; non solidum per propriam confidentiam, *Exod.* 27. b. In eo debet ardere perpetuò ignis charitatis. *Leuit.* 6. b. Ignis in altari meo semper ardebit. Et ad quid ita mentem meam discutiam, & circumspiciam? Dico.

i Vt audiam vocem laudis] id est, vocem Dei laudantis me in conscientia, 2. *Cor.* 10. d. Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hoc volebat audire Dauid, dicens: Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. *Cant.*8. d. Fac me audire vocem tuam: amici auscultant te. Vel sic: Vt audiam vocem laudis, id est, vt intelligam audiendo sacram Scripturam, in qua laudatur Deus, ad quod debet præcedere munditia, discussio, & præparatio mentis. Quia, sicut dicitur *Sap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit Sapientia Dei: Benè ergo dicit: Circumdabo altare conscientiæ, siue mentis meæ, & audiam vocem laudis. Et post.

k Enarrem vniuersa mirabilia tua] quæ in sacra Scriptura continentur. Et nota, quòd est altare, interius, exterius, superius, inferius. Altare interius, est mens, siue cor hominis, in quo offerri debet sacrificium Deo spiritus contribulati, vt prædictum est. Exterius, est materiale, in quo offertur hostia Corporis Christi. Superius est vita æterna, in quo offertur sacrificium laudis, scilic. vituli labiorum. De quibus *Osea.* 14. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et in *Psal.* 50. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Inferius, est fides, in quo debent offerri hostiæ bonorum operum. Vnde dicit *Gloss. super illud Matth.*5. d. Si offers munus tuum ad altare, &c. Est in interiori templo altare, id est, fides, cui quodlibet munus nisi sit innixum, non est Deo placiturum. Interius altare debet circundari, vt dictum est, per discussionem, & circunspectionem: Exterius per deuotionem: Superius, per contemplationem: Inferius, per defensionem omnium articulorum fidei. Primum debemus circundare, vt audiamus vocem laudis Dei in cordibus nostris, vt dictum est, & enarremus vniuersa mirabilia eius, quæ Deus operatur in nobis, iustificando animam, & visitando eam. *Psalm.*4. Scitote, quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum. Item secundum, sc. exterius, debemus circundare, vt audiamus vocem laudis, psalmodiam, & prædicationem, & enarremus similiter psallendo, & prædicando. Item tertium circundare debemus, vt audiamus aure cordis vocem laudis Angelorum, & cœlestium ciuium, & enarremus vniuersa mirabilia eius quantum ibi gustauerimus aliis eructando. *Ps.*144. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Item quartum altare, sc. fidei debemus circundare, vt audiamus vocem laudis, sc. populi laudantis Deum, & dicentis: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. *Matth.* 23. a. Et enarremus mirabilia eius vniuersa, quæ sunt credenda, sc. Incarnationem, Natiuitatem, Passionem, & sic de aliis, quæ omnia sunt mirabilia, & plena mirabilibus, vt dicamus populo, Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Mirabile enim fuit in conceptione, quòd statim ad vnam vocem, sc. Ecce ancilla Domini, &c. concepit mulier de Spiritu sancto. Vnde *Bern.* O Virgo, quid tardas? quid trepidas? profer verbum, & suscipe Verbum. Mirabilius, quod sine semine, secundum quod dicit *Psal.*84. Terra nostra debit fructum suum. Mirabilissimum, quod talem virum concepit, adeò sapientem, & potentem, sicut Deus Pater potuit ipsum facere. *Ierem.*31. d. Creauit Dominus nouum super terram: fœmina circumdabit virum. Non dicit puerum, sed virum. Item in natiuitate inter alia mirabilia mirabile fuit, quòd mater fuit virgo, Deus homo, Verbum caro. Item in Passione mirabile fuit, quòd Dominus omnium humiliauit se: Mirabilius, quòd vsque ad mortem: Mirabilissimum quod vsque ad mortem Crucis. Vel mirabilis paupertas, mirabilior pœnalitas, mirabilissima charitas. De paupertate miratur *Ierem.*14. b. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum, &c. Et *Matth.* 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. De pœna eius dicitur, *Thr.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus. De charitate miratur Apostolus, *Rom.* 5. a. Vt quid Christus, cùm adhuc infirmi essemus secundùm tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro Iusto quis moritur: Nam pro bono

Altare quadruplex.

Qualiter debeant illa altaria circumdari.

Quæ mirabilia debeamus enarrare.

forsitan

forsitan quis audeat mori. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Sic & in aliis Sacramentis recreationis nostræ apparent mirabilia, qui diligenter inuestigaret.

a Domine, dilexi decorem domus tuæ.] Secunda pars, in qua petit vir iustus, vt non commisceatur malis in futuro: Sed ante petitionem præmittit allegationem: & se ostendit habere vestem nuptialem, scilicet, charitatem: vt non cum reprobis expellatur; sed cum domesticis ad nuptias recipiatur. Vnde dicit: Domine, dilexi decorem domus tuæ. Domus Dei est Ecclesia; cuius decor sunt Sancti, qui sunt vasa in honorem, de quibus loquitur Apostolus *Romanor.* capitul. nono, e. *Isa.* capitul. vigesimo secundo, g. Suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera: Mali autem, qui modò sunt in Ecclesia numero, sunt turpitudo Ecclesiæ, & vasa in contumeliam. 2. *Timoth.* capitul. secundo, c. In magna domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea; sed & lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem; quædam autem in contumeliam. Si quis autem emundauerit se ab istis, erit vas in honorem. *Isa.* 49. e. Omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos, quasi Sponsa.

a Domine, dilexi decorem domus tuæ: & *b* locum habitationis gloriæ tuæ. *c* Ne † perdas cum impiis, Deus, animam meam: & *d* cum viris sanguinum *e* vitam meam. In quorum *f* manibus iniquitates sunt: *g* dextera eorum *h* repleta est muneribus.

† al. simul.

Et conuenienter cùm præmisisset: Vt enarrem vniuersa mirabilia tua, quod præcipuè ad prædicatores pertinet, statim adiungit de Charitate, dicens: Domine, dilexi decorem domus tuæ, quia Charitas necessaria est Prædicatori. Vnde super illud *Lucæ* capitul. decimo, a. Misit illos binos ante faciem suam, dicit *Gloss.* Qui fraternum amorem non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet. Et super illud *Matthæi* capitul. quarto, c. Vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus: & Andream fratrem eius mittentes rete in mare, dicit *Interlin.* quòd duos dicit: propter geminam charitatem, sine qua nullus in ordine Prædicatorum recipi debet. De fraterno igitur amore dicit: Domine, dilexi decorem domus tuæ. Et de amore Dei subiungit.

b Et locum habitationis gloriæ tuæ,] id est, in ipsa Ecclesia, in qua habitas, diligo gloriam tuam: O Domine, vt scilicet ab hominibus glorificeris. Sed heu! quia dicitur, & verè dicitur *Threnorum* capitul. primo, b. Egressus est à filia Sion omnis decor eius. Quare? *Ieremiæ* quinquagesimo, b. Peccauerunt Domino decori iustitiæ. Vel, Domum Dei vocat propriam conscientiam, siue animam. De qua dicit Apostolus 1. *Corinthior.* capitul. 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis: & Spiritus Dei habitat in vobis? Et in *Psalm.* 110. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. Huius domus decorem diligit vir iustus. Qui decor in duobus consistit, scilicet, in remotione immunditiarum, videlicet, peccatorum, & in ornatu virtutum, & bonorum operum. *Zachar.* cap. 11. b. Assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, & alteram funiculum. Primum fit per pœnitentiam: Secundum per iustitiam. De his duobus dicitur *Matth.* 12. d. Cùm immundus spiritus exierit, &c. reuertens inuenit domum scopis mundatam, & ornatam: scopis scilicet, contritionis, & confessionis, & satisfactionis, mundatam: & ornatam ornatu virtutum, & operum. *Isa.* 1. e. Lauamini, mundi estote, quiescite agere peruersè, discite benefacere. Et in *Psalm.* 107. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Bis dicit, paratum, sicut templum primò paratur cum pala, & scopis, remouendo sordes: & secundò admouendo cortinas, & spargendo flores. Hæc pertinent ad decorem domus. Vnde dicit: Domine, dilexi decorem domus tuæ. *Iob* 40. a. Circumda tibi decorem, & speciosis induere vestibus. Sed ne hunc decorem propriæ gloriæ ascribat, adiungit: Et locum habitationis gloriæ tuæ, id est, ipsum cor meum ad hoc diligo, vt inhabitet in eo gloria tua, non mea. *Isa.* 35. a. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli. *Psal.* 113. Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. Et *B. Bernard.* Fidelis reuera seruus es, si de gloria Domini tui, etsi non exeunte à te; tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat.

Domus Dei.
- Humanitas Christi. *Isa.* 2. a. Erit mons domus Domini præparatus in vertice montium.
- Beata Virgo. *Prou.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum, & excidit columnas septem.
- Quælibet anima fidelis. *Psal.* 92. Domum tuam decet sanctitudo, Domine. 1. *Cor.* 3. d. Templum Dei sanctum est, quod estis vos.
- Conscientia pura. *Prou.* 31. c. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis. *Aggæi* 1. b. Ædificate domum nomini meo.
- Corpus Iusti, 1. *Corinth.* 6. d. Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui habitat in vobis.
- Fides. *Matth.* 7. d. Venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit.
- Quælibet virtus. *Psalm.* 47. Deus in domibus eius cognoscetur.
- Ecclesia militans. *Gen.* 28. d. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.
- Ecclesia triumphans. *Ioann.* 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. 2. *Cor.* 5. a. Domum non manu factam.
- Religio, *Iob* 39. a. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit, cui dedi in solitudine domum? *Psal.* 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu.
- Hospitale pauperum. *Genes.* 35. a. Ædificauit Iacob ibi altare, & appellauit nomen loci illius domus Dei.
- Vita actiua, *Prou.* 14. a. Sapiens mulier ædificat domum suam, scilicet, Martha.
- Vita contemplatiua. *Isa.* 56. c. Domus mea Domus orationis vocabitur.
- Sacra Scriptura. *Ioel.* vltim. d. Fons de domo Domini egredietur. *Luc.* 15. d. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant?

Quælibet istarum domorum habet decorem suum, & locum habitationis gloriæ Dei, quam diligit vir iustus. Vnde de qualibet dicit: Domine, dilexi decorem domus tuæ. Sed nimis esset de qualibet prosequi, & hoc lectori relinquitur. Et quia sic dilexi decorem, &c. Ideò *c* Ne perdas cum impiis, &c.] id est, cum infidelibus in futuro, quia pietatem, i. cultum Dei abnegant, nec characterem Christianæ militiæ habent. *d* Et cum viris sanguinum,] id est, cum Christianis peccatoribus. *e* Vitam meam,] ne scil. cum eis sim in morte perpetua. Vel, vitam, præsentem, scil. ne citiùs moriar in præsenti propter peccata mea, sicut viri sanguinum. Vnde alia litera: Ne auferas cum peccatoribus vitam meam. *Prou.* 14. b. Domus impiorum delebitur. *Ps.* 54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Eccl.* 34. b. Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. De his duobus generibus malorum, cum quibus petit non damnari, habetur suprà in *Psal.* 1. Ideò non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio Iustorum. Quod ibi sic exponitur: Impij, id est, infideles: peccatores, id est, mali Christiani. Hos autem malos Christianos vocat hic, non peccatores; sed viros sanguinum, quod idem est, & plus notat, scil. seruitutem peccati. Vir enim sanguinum est cui dominatur peccatum. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et qui sint isti, apertiùs ostendit subiungens.

f In quorum, &c.] id est, qui operantur iniquitatem, i. peccata, quia peccatum est iniquitas, 1. *Ioan.* 3. a. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Istæ ergo iniquitates sunt in manibus eorum, qui operantur peccatum. *Isa.* 1. e. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Et posset aliquis dicere: Etsi isti multa mala faciant, tamen quandoque multa bona opera faciunt, ergo vel saluabuntur propter huiusmodi bona opera: vel propter illa peribunt? Hoc soluit dicens.

g Dextera eorum, &c.] i. bona opera, quæ per dexteram intelliguntur, vt *Matth.* 6. a. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, remunerantur in temporalibus. Sicut *B. Gregor.* dicit, quòd obstetrices, quia mentiendo peccauerant, & indignas se fecerant vita æterna, ad quam se præparauerant parcendo pueris Hebræorum; tamen propter pietatem illam remunerauit eas Deus in temporalibus, secundùm quod dicitur *Exod.* 1. d. Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit illis domos. Et *Gen.* 25. a. habetur, quòd Abraham dedit Isaac filio suo possessionem hæreditatis; filiis autem concubinarum largitus est munera. Hoc est idem, quod hic dicitur: Dextera eorum, scil. qui non sunt filij liberi; sed filij concubinarum. *h* Re-

pletæ

pleta est muneribus,] mobilium præsentium. Sed hæreditas reseruatur in futuro veris filiis, licèt in præsenti in labore, & paupertate viles reputentur. Sed filij concubinarum, cùm mobilia sua in præsenti expenderint, in futuro pauperes erunt, & abiecti: Vnde in hoc Psalmo vir iustus petit, vt cum illis nec in præsenti felicitate, nec in futura paupertate societur; sed potiùs cum filiis in præsenti castigetur, & in futuro æterna hæreditate ditetur Vnde *Augustinus*: Hic vre, hic seca. Et *alibi Augustinus*: Non parcit, vt parcat: ferit, vt misereatur. Vel de hypocritis propriè potest exponi.

al. † *ambulaui.*
al. † *rectitudine.*

a Ego autem in innocentia mea † b ingressus sum: c redime me, & d miserere mei. e Pes meus stetit in † f directo: in g Ecclesiis benedicam te, Domine.

Dextera eorum repleta est muneribus: quia omnia opera sua bona faciunt, vt recipiant munera, scilicet, tria munera: Munus à manu, munus à lingua, munus à corde. Munus à manu, est temporale emolumentum: Munus à lingua, est laus: Munus à corde, fauor. Istis tribus muneribus dextera eorum repleta est, quia aliud non quærunt. *Matth.* 6. a. Cùm facis eleemosynam, noli ante te tuba canere sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Augustinus*: Stultum est inde transitorium quærere, vnde possimus vitam æternam habere. Item magis propriè dicitur hoc contra Prælatos & Iudices nostri temporis, quòd dextera eorum repleta est muneribus. Vnde *Michea* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant, Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. *Isa.* 1. f. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos, & cætera. *Iob.* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, scilicet, ignis Inferni. Propter hoc describit Ietro Moysi, *Exod.* 18. d. quales debeant esse, dicens: Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum: in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicent populum omni tempore. Et est bonum thema in Synodo. De omni plebe dicit: quia sine personarum acceptione debent eligi, & constitui Iudices, & Prælati, si in eis inueniantur illa, quæ sequuntur, scilicet, si sint viri potentes: Per quod intelligitur magnanimitas, & audacia in bono faciendo, & malo persequendo. *Ecclesiastic.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Item Deum timentes, non homines. Vnde ibi *Eccles.* 7. statim sequitur: Ne fortè extimescas faciem potentis. Et etiam timentes Deum, dicit: Ne nimis duriè tractent subditos. *Coloss.* 4. a. Domini, quod iustum est, & æquum, seruis præstate, scientes, quoniam & vos Dominum habetis in cœlo. Item in quibus sit veritas, vt verè iudicent. *Psalm.* 57. Si verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate, filij hominum. Sed Dominus conqueritur *Isaie* 59. a. Non est, qui inuocet iustitiam: non est, qui iudicet verè. Item qui oderint auaritiam, quantum ad duo, scilicet, vt non recipiant munera, & hoc excludit cupiditatem: nec retineant non retinenda, & hoc excludit auaritiam. De primo dicitur *Deuteron.* 16. d. Non accipias personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & immutant verba Iustorum. De secundo *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Luc.* 11. f. Quod superest, date eleemosynam: *Ibi Gloss.* Quod superest necessario victui, & vestimento, date pauperibus; & super illum locum *Luc.* 12. c. Hominis cuiusdam vberes fructus ager attulit, dicit *Ambros.* proprium nemo dicat, quod commune est: quia quod plus quàm sufficit sumptum, violenter est obtentum. Item *idem Ambrosius*: Quis tam iniustus, tam auarus, quam qui multorum alimenta, suum non vsum, sed abundantiam & delitias facit? Neque enim maioris est criminis habenti tollere, quàm cùm possis, & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum absolutio, & redemptio est pecunia, quam in terra defodis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possis parare, si velis. Contra hos dicit *Iob* 31. a. Si manibus meis adhæsit macula, id est, non.

Principes & Rectores quales eligi debeant.

a Ego autem in innocentia mea ingressus sum.] Repetit meritum, quo petit ab eis, scil. malis separari: Quasi dicat, illi ita faciunt, & munera recipiunt, & iniquitates sunt in manibus eorum; sed ego non sic, immò in innocentia mea, non in pecunia mea. 1. *Tim.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli.

b Ingressus sum] viam veritatis, & iustitiæ, quod non esset si munera diligerem, quia qui festinat ditari, non erit innocens, *Prou.* 28. c. Et quia sic in innocentia ingressus sum, non debeo perdi cum impiis, sed saluari cum Iustis. Vnde *Psalm.* 14. Dominè, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula. Vel, Ingressus sum, in Christum. *Isa.* 2. c. Ingredere in petram, i. in Christum. Quomodo? Vt in ostium. *Ioann.* 10. b. Ego sum ostium. Vt in viam, vt in veritatem, vt in vitam. *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. Vt in vestem. *Rom.* 13. d. Induite vos Dominum Iesum Christum. Sed certè, qui vult inducere talem vestem, i. Christum, debet esse nudus, & spoliare se veteri veste. *Ephes.* 4. e. Deponite vos secundùm pristinam conuersationem veterem hominem: & induite nouum, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Sed multi sunt sicut rustici, qui semper vestiunt nouas vestes super veteres. 2. *Cor.* 5. a. Nos, qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauari, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, & ideò confidenter addit. c Redime me] scil. sanguine tuo, id est, fac, vt redemptio tua prosit mihi, quæ non fuit auro, vel argento, sed sanguine tuo, 1. *Pet.* 1. c. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati, & immaculati Christi Iesu. Et dicit hoc Propheta prædicendo, & petendo beneficium Passionis, vel vir iustus orando, vt efficaciam illius beneficij consequatur. Et licèt priùs se innocentem ostendisset, tamen adhuc dicit: Redime me, vt ostendat, quod & innocentia, & omnia opera nostra sunt inefficacia ad salutem, sine Passione Domini. Vnde *Ambros.* Nisi vnigenitus pro nobis moreretur, homo non redimeretur, & non redemptus periret. Nec solùm redime me, mihi vitam acquirendo; sed d Et miserere mei] mihi gratiam conseruando. *Gregor.* Citò bonum perditur, quod à largitore non custoditur. *Isa.* 43. a. Noli timere, Iacob, quia redemi te. Et si hoc facies, sequitur, quòd. e Pes meus stetit,] i. stabit. f In directo,] i. non declinabo ad peccatum. *Aug.* Nihil aliud est, quàm claudicatio spiritualis. Et propter hoc. g In Ecclesiis benedicam te,] gratias agendo, & te aliis prædicando: vt qui audit, dicat: veni, & cortina cortinam trahat. Vel sic: Redime me, eripiendo à præsenti sæculo nequam, in quo quasi carcere detineor. *Rom.* 7. d. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et præter hæc, Miserere mei, dando mihi vitam æternam, non meis meritis, sed tua misericordia. *Iob.* 9. b. Quantus sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum illo? *Ibi Gloss.* Verba nostra ad Deum, sunt opera. Sed his non potest homo loqui cum Deo: quia in eis apud subtile iudicium Dei nulla fiducia est, vnde subdit *ib.*: Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum Iudicem deprecabor. Sed tamen quia sperare de misericordia Dei sine meritis præcedentibus, præsumptio est: Ideò non quasi respondendo, sed quasi deprecando sua merita commemorat hic Propheta, vel vir iustus, cùm subiungit: Pes enim meus stetit in directo.

Pes triplex, scil. rationis, affectionis, operationis. Pes rationis stetit in directo veritatis, non lapsus ad errorem. Pes affectionis stetit in directo charitatis, non lapsus ad vanitatem. Pes operationis stetit in directo iustitiæ, non lapsus ad iniquitatem. De primo pede *Psal.* 120. Non det in commotionem pedem tuum, scil. rationem, ne turbetur per errorem. De secundo *Iosue* 1. a. Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam. De directione eius, *Osea* 12. a. In fortitudine sua directus est cum Angelo, scil. in oratione. De tertio pede, *Iob* 31. a. Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus. De directione *Psal.* 89. Opera manuum nostrarum dirige, &c. Et si sic misertus mei fueris: In Ecclesiis benedicam te, Domine, i. in cœlesti patria, vbi omnes Ecclesiæ conuenient, & vnum fient. *Ioan.* 10. c. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. Ibi benedicunt Dominum Iusti in æternum. *Psal.* octogesimotertio. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. Item *Psal.* vigesimoprimo. Apud te est laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

EXPOSITIO PSALM. XXVI.

DOminus illuminatio mea, &c.] Titulus, [*In finem Psalmus Dauid, priùs quàm liniretur.*] In præcedenti Psalmo petiit Propheta, siue vir iustus duo. Primum fuit, ne damnaretur cum impiis. Secundum, vt vita æterna ei daretur. In hoc autem Psalmo ostenditur, quanta, & qualia oporteat hominem pati, vt vitam æternam consequatur. *Act.*14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Qui vult ergo inungi in Regem regni cœlorum, oportet eum multas tribulationes pati, antequam perfectè inungatur. Quod insinuatur in titulo. Et est sensus tituli: Psalmus iste dirigens nos in finem consummationis futuræ, attribuitur Dauid, id est, cuilibet fideli. Psalmus, dico, agens de his quæ oportet peti, antequam inungatur homo perfecta inunctione, quæ erit cum percipiet regnum æternum, de quo in fine huius Psalmi concludit: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et notandum, quòd sicut Dauid ter inunctus fuit, sc. Primò in domo patris sui, 1. *Reg.*16. c. Secundò in Hebron, 2. *Reg.*2. a. Tertiò iterum in Hebron, 2. *Reg.*5. a. Ita vir iustus primò inungitur à Domino, quando ei adhuc existenti in domo patris sui, id est, Diaboli, siue in peccato mortali, datur gratia gratis data. De isto patre, & domo, in *Psal.*44. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. *Ezech.*16. a. Pater tuus Amorrhæus, id est, amaricans. Secundò inungitur in Hebron, quod interpretatur coniugium, quando datur ei gratia gratum faciens: Tunc enim fit coniugium inter Deum, & animam, *Osea* 2. d. Sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus. Et sicut Dauid post hanc inunctionem multas tribulationes, & rebelliones passus est, etiam à filio suo; sic iustus post hanc, & à mundo, & à Dæmonibus, & à carne. *Eccl.*2. a. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tertiò inungitur in Hebron, quod interpretatur aliter, visio sempiterna, quando in regno cœlorum traditur ei stola animæ, & quando tradetur ei stola corporis. Tunc inungetur oleo illo, de quo dicit Christus, *Isa.*61. a. Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Et pòst: Vt darem oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Vel sic: Primò inungitur in Bethleem in domo patris. Secundò, in Hebron super Iudam. Tertiò super omnes Tribus. Sic Iustus primò inungitur in corde, quando datur ei gratia, vt confiteatur de peccatis. Secundò super Iudam, quando confitetur peccata. Tertiò super omnes Tribus, quando omnia membra subiicit ad satisfaciendum pro omnibus peccatis. Secundum Apost. *Rom.*6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Vel sic: Primò inungitur in Baptismo in signum futuri regni, quasi accipiens pignus Spiritus. Vnde *Ephes.*1. c. Credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Secundò inungitur Iustus in Confirmatione, quando datur ei augmentum gratiæ: & tunc iam regnat quasi super vnam Tribum, licet multos habeat impugnatores, quia illud Sacramentum datur ad robur. Tertiò, quasi iam migraturus ad cœleste regnum, inungitur in Extrema vnctione, scilicet, in exitu animæ à corpore. Modus autem agendi est, quòd bipertitus est psalmus iste. Agens enim de his, quæ patitur vir iustus ante vnctionem prædictam: Primò ostendit se non timere in illis tribulationibus, quia Deum habet adiutorem. Secundò Deum orat, vt in adiutorium suum intendat, *ibi*, [Exaudi Domine.] Loquitur ergo de se vir iustus in hoc psalmo, sicut de militante, aut pugnatore. Notandum ergo, quòd tria præcipuè necessaria sunt militanti, & pugnanti. Primum est, quòd sciat pugnare. Secundum est, quòd habeat fortitudinem. Tertium est, quòd habeat arma. Primùm se dicit habere à Domino vir iustus, cùm dicit: Dominus illuminatio mea. Secundum, cùm dicit: Et salus mea. Tertium, cùm dicit; Dominus protector vitæ meæ.

De triplici inunctione.

Partitio Psalmi.

In finem Psalm. Dauid, priusquam liniretur.

PSALM. XXVI.

DOminus *a* illuminatio mea, & *b* salus mea: quē

a Dominus illuminatio mea.] Nota primò, quòd illuminatio, siue illuminans multipliciter dicitur.

Dicitur enim illuminatio, siue illuminans.

- Deus, vt hic: Et *Eccl.*43. b. Mundum illuminans Christus sapientia Patris. *Eccl.* 24. d. In excelsis Dominus. Illuminabo omnes sperantes in Domino.
- Angelus, *Exod.*14. e. Tollens se Angelus, qui præcedebat, abiit post eos illuminans noctem.
- Fides, *Isa.* 60. a. Surge, illuminare Ierusalem, *Luc.* 1. g. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.
- Doctrina, *Psal.* 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, *Eccl.* 24. d. Doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus.
- Gratia, *Psal.*12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.
- Operatio miraculorum, *Psal.* 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.
- Restitutio imaginis Dei, *Psal.*118. Faciem tuam illumina super seruos tuos.
- Manifestatio secretorum, 1. *Cor.*4. a. Illuminabit abscondita tenebrarum.
- Cognitio æternorum 2. *Tim.*1. b. Destruxit mortem, & illuminauit vitam.
- Conuersio peccatoris, *Apoc.*10. a. Terra illuminata est à gloria eius.
- Virtus Baptismi, *Hebr.*6. a. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.
- Pacificatio. *Prou.*29. b. Pauper & creditor obuiauerunt sibi; vtriusque illuminator est Dominus.
- Prælatus, *Marc.*5. c. Archisynagogus nomine Iairus, sup. & non re: quia interpretatur illuminans.

Dicit ergo bene; Dominus illuminatio mea, sc. illuminans, & docens me. Illuminat autem Dominus hominem multis modis, s. per sapientiam, & experientiam, *Eccl.* 51. c. In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit: quod fit, cùm de ignoranter commissis cautiores nos reddit ipsa experientia. Item per vnctionem dilectionis, & charitatis, *Eccl.*2. b. Qui timetis Dominum, diligite eum: & illuminabuntur corda vestra. *Ioan.* 14. c. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Item per collyrium tribulationis, *Tob.* 11. c. quòd oculi Tobiæ liniti felle piscis illuminati sunt. *Ierem.*6. b. Per omne flagellum erudieris, Ierusalem. Item per fidem verbi incarnati, *Ioan.*9. a. Dominus expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit oculos cæci nati, & illuminati sunt. Sputum significat Diuinitatem, terra humanitatem, 2. *Tim.*1. c. Gratia manifesta est nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi. *b* Et salus mea] i. causa salutis, s. fortitudo, 2. *Reg.* 22. a. Dominus petra mea, & robur meum est Saluator meus. Item, Salus, quia nos sanat ab infirmitate, siue imbecillitate tracta per peccatum, resina sui sanguinis, *Ierem.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut Medicus non est ibi? Gratuitus est iste Medicus. Vnde *Eccl.*13. c. In omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua. Nec solùm resina sui sanguinis nos sanat iste Medicus, sed etiam emplastro tribulationis, *Phil.* 1. d. In nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis, causa perditionis; vobis autem causa salutis. Item, Salus, quia liberat ab hoste. *Apoc.*12. c. deiecto dracone, qui vocatur Diabolus, dicitur: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius; quia proiectus est accusator fratrum nostrorum. Item, Salus, quia redimit à pœna, & seruitute. *Abac.*3. c. Egressus es in salutem populi tui. *Zach.*9. c. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non est aqua. Item, Salus, redimens nos à culpa præterita, pretio suæ mortis, & à futura, timore iudicij. De primo *Eph.* 2. a. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. De secunda *Mich.*6. c. Salus erit timentibus nomen tuum. *Isa.*26. d. A facie tua, Domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis. Item, Salus, quia salubriter nos reficit cibo iustitiæ, *Eccl.* 30. c. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Item, Salus, quia saluat à miseria, in præsenti per spem; in futuro per rem. De primo *Rom.*8. c. Spe salui facti sumus. De secundo, *Prou.*8. d. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet sibi salutem à Domino. Dicemus ergo propter hoc vero Ioseph: Salus nostra in manu tua est: *Gen.* 47. f. In his duobus tota perficitur anima. Illuminatio perficit intellectum, salus perficit affectum. Primum contra ignorantiam, secundum contra malam concupiscentiam: quæ duo sunt inflicta homini propter peccatum, vt dicit *Aug.* De primo dicit *Eccl. vlt.* c. In sapientia

Dominus illuminat hominem multis modis.

pientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. De ſecundo: *Eccl.* 30. c. Salus animæ meæ in ſanctitate iuſtitiæ. *Pſalm.* 17. Tu illuminas lucernam meam, Domine Deus meus, illumina tenebras meas, quaſi dicat, quod facis ſcire, fac ſentire.

Al. defenſor.
Al. † Appropinquãt.
Al. † inſurgat in me bellum.

c timebo? *a* Dominus † *b* protector vitæ meæ; *c* à quo trepidabo? Dum † *d* appropiant ſuper me nocentes, vt *e* edant carnes meas. *f* Qui tribulant me inimici mei; ipſi *g* infirmati ſunt, & *h* ceciderunt. Si conſiſtant *i* aduerſum me caſtra; non timebit cor meum. Si † *k* exurgat aduerſum me prælium; in hoc ego ſperabo.

c Quem timebo?] quaſi dicat, nullum. *Rom.* 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Matth.* 14. c. Ego ſum: nolite timere.
a Dominus protector vitæ meæ] quaſi dicat, non ſolùm dat vitam; ſed & datam protegit, & cuſtodit. *Gregor.* Citò bonum perditur, quod à largiente non cuſtoditur. Et nota, quòd Dominus eſt illuminatio] per fidem, 1. *Theſſal.* 5. a. Omnes vos filij lucis eſtis. *Gloſſ.* Fides eſt lux animæ, quæ facit diem & habitum virtutum. [Salus] per ſpem. *Pſalm.* 25. Et in Domino ſperans non infirmabor. [Protector] per charitatem. Charitas enim protegit, & impugnat. Vnde in ſe virtutem, & officium armorum omnium habet charitas. Omnia enim arma ſunt, aut ad muniendum, aut ad impetendum, vel impugnandum; & charitas munit per patientiam, impugnat per benignitatem, & manſuetudinem. 1. *Cor.* 13. b. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Patientia ita munit, quod homo patiens vinci non poteſt. Vnde *Prou.* 16. d. Melior eſt patiens viro forti. Iſto clypeo muniti Martyres vicerunt regna, & Reges: Sicut coactus eſt Dacianus propter patientiam Beati Vincentij clamare: Vincimur. Benignitas autem ita fortiter impetit, & impugnat, quòd inimicos homines conuertit ad amorem, & Diabolum vulnerat. De primo *Prou.* 25. c. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit, da illi aquam bibere: Prunas enim congregabis ſuper caput eius. *Prou.* 15. a. Reſponſio mollis frangit iram. *Eccl.* 6. a. Dulce verbum multiplicat amicos, & mitigat inimicos. De ſecundo, ſcilicet, quòd vulnerat Diabolum, dicit *Greg.* Toties contra Diabolum iacula mittimus, quoties prouocati per iniurias humiliter reſpondemus. Et ſic patet, quòd Dominus illuminat per fidem, ſaluat, ſiue ſanat per ſpem, protegit per charitatem. De quibus tribus: *Prou.* 2. b. Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia, & ſcientia: cuſtodit rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter. Dat ſapientiam, &c. ibi notatur illuminatio per fidem. Cuſtodiet rectorum ſalutem, ibi notatur ſaluatio per ſpem: Illi enim recti dicuntur, qui ad cœlum eriguntur per ſpem. Proteget gradientes ſimpliciter per charitatem. Ille ſimpliciter graditur, qui nec interiùs amittit benignitatem, nec exteriùs impatientiam oſtendit. Item [Dominus] eſt [illuminatio] vis rationalis. [Salus] concupiſcibilis. [Protector] iraſcibilis. *Eccl.* 34. c. Illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam. Ecce illa tria, ſcilicet, illuminatio, ſalus, protector vitæ meæ. Et cùm Dominus iſta mihi faciat.

Charitas habet virtutem & officium armorum.

c A quo trepidabo.] Quaſi dicat, à nullo: Et poteſt eſſe ſenſus: A quo homine, vel à qua re, quia hæc dictio [quo] poteſt legi in maſculino, vel neutro: Et in vtroque poteſt dicere, quia nec hominem, nec aliud timere poteſt, quem Dominus ita protegit: *Prou.* 28. a. Fugit impius, nemine perſequente; Iuſtus autem, quaſi Leo, confidens abſque terrore erit. Et primò dicit [Quem timebo?] Secundò. [A quo trepidabo?] quaſi dicat, neque timebo intùs in corde, neque trepidabo exteriùs in corpore. Et competenter ordinata ſunt verba, vt dicatur: [Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo] quia hæc duo, ſcilicet, illuminatio, & ſalus, ſunt contra duo impedimenta, ſiue incommoda impugnantium, quæ ſunt intrinſeca, ſcilicet [Illuminatio] contra ignorantiam, & [Salus] contra impotentiam, vel infirmitatem. Et ideò ſtatim poſt iſta duo remedia habita intrinſecùs à Domino, addit [Quem timebo?] quaſi non timebo intus, habens intùs ſcientiam, & fortitudinem. Tertium impedimentum, ſiue incommodum impugnantium, eſt grauis occurſus inimicorum. Et hoc eſt intrinſecùs; contra quod dicit [Dominus protector vitæ meæ.] *Geneſ.* 15. a. Ego protector eius ſum. *Eccl.* 34. c. Protector potentiæ firmamentum virtutis. Et ideò [A quo trepidabo] exteriùs. *Eccl.* 34. c. Qui timet Deum, nihil trepidabit. De his tribus incommodis dicitur *in Pſalm.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini coarctans eos. Et quòd non trepidabit ab inimicis, oſtendit quaſi per inductionem: Omnis enim inimicus, aut eſt occultus, aut apertus. De occultis inimicis, qui ſe ſimulant amicos eſſe, & non ſunt, dicit.

d Dum appropiant ſuper me nocentes,] id eſt, nocere cupientes: Etſi non noceant impediente Domini auxilio, tunc etiam non timebo. Appropiant, dicit, quia ſe amicos ſimulant, & ſimul communicant: Sic Iudas appropiauit ad Dominum: *Matth.* 26. e. Accedens ad Ieſum dixit: Aue, Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Sub hoc genere inimicorum comprehenduntur adulatores, detractores, amici carnales, & amici menſæ, qui in veritate inimici ſunt. *Mich.* 7. b. Inimici hominis domeſtici eius. Et dicuntur nocentes antonomaſticè: Quia ſicut dicit *Ieron.* Nulla peſtis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. Et hi omnes ſic appropiant ſuper me.

e Vt edant carnes meas.] Adulatores enim comedunt carnes, id eſt, ſibi incorporant peccata eorum, quibus adulantur, *Oſea* 4. b. Peccata populi mei comedent: & ad iniquitatem ſubleuabunt animas eorum. *Pſalm.* 9. Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ, &c. Detractores comedunt, & corrodunt carnes detrahendo. *Prouerb.* 23. c. Noli eſſe in conuiuijs potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt. Amici carnales, & ſocij menſæ comedunt carnes, id eſt, deuorant ſubſtantiam hominis: Et propter hoc ſequuntur hominem, ſicut illi, quibus dicit Dominus *Ioan.* 6. c. Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna; ſed quia manducaſtis ex panibus. *Senec.* Mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi: prædam ſequitur turba iſta, non hominem. *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt. Ille etiam verſus. *d* Dum appropiant, &c.] propriè poteſt exponi de Prælatis, vt dicat Eccleſia: Non timebo: [dum appropiant ſuper me nocentes] ſcilicet, quando mali præponuntur ſuper eam: qui deberent prodeſſe, non obeſſe: Sed ipſi econuerſo non proſunt, ſed obſunt. Vnde dicit, Nocentes. *Thren.* 1. b. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Quod oſtendit, cùm ſubiungit.

De Prælatis.

e Vt edant carnes meas.] Ipſi enim ad hoc deberent accedere, vt paſcerent oues Domini, & nutrirent eas: & ipſi ſtrangulant, & excoriant eas. *Mich.* 3. a. Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eas, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum, qui comederunt carnem populi, &c. *Ezech.* 34. a. Nonne greges paſcuntur à paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis. Apertorum autem inimicorum quidam nocent à longè, quia non audent, vel non volunt congredi cum aduerſarijs: Et de his dicit.

f Qui tribulant me inimici mei, ipſi] ſcilicet, nocentes, & inimici tribulantes.

g Infirmati ſunt] non potentes perficere, quod intendebant. *Iob* 5. b. Diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum, quod ceperant.

h Et ceciderunt] victi. Alij autem apparatu, & multitudine exercitus deterrere volunt aduerſarios: de quibus addit.

i Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.] Alij non tantùm terrendo nocent, ſed & affligendo: Vnde dicit.

k Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. *Greg.* Tantò ſpes in Deum ſolidior ſurgit, quantò quis propter ipſum grauiora pertulerit. Iuxta hanc ſimilitudinem Dæmones quatuor modis impugnant hominem, ſcilicet, blandiendo, & ſe transfigurando in Angelum lucis. De hoc dicit: [Dum appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas] id eſt, in carnalibus operibus meis delectentur. *Abac.* 1. d. Incraſſata eſt pars eius, & electus cibus. Secundò tentant hominem in exterioribus tribulando, ſicut *Iob* 1. c. & d. De quo dicit. [Qui tribulant me inimici mei, infirmati ſunt] vt non poſſint nocere animæ. Propter hoc. [Ecce ceciderunt] à propoſito, quod intendebant, ſcilicet, ruinam animæ iuſtæ, *Iob* 1. b. Extende paululum manum tuam: & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. Per hoc apertè oſtendit Diabolus, quòd tribulationem in rebus, & corpore Iob non quærebat, niſi vt per hoc traheret eum ad peccatum. Item tentat Diabolus hominem de puſillanimitate, vt etiam ante bellum ipſum per puſillanimitatem deiiciat: ſecundum quod comminatus eſt Beato Martino, quòd aduerſaretur ei in omnibus. Sed Beatus Martinus reſpondit: Dominus mihi adiutor eſt, non timebo, quid faciat

Diabolus quatuor modis impugnat homines.

mihi

mihi homo, &c. Similiter dicit hic vir iustus: Si consistant aduersum me castra, Dæmonum, vt me deterreant simul. *Matth.* 12. d. Assumit septem Spiritus nequiores se. 2. *Paral.* 20. a. Congregati sunt filij Moab, & Ammon, & Seir. [Non timebit cor meum] id est, non cedet timore, vt ad eos desperando transfugiam; sed confidam in castris Domini. Vnde 4. *Reg.* 6. d. dixit Elisæus ad puerum suum: Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis. 1. *Mach.* 3. b. Quomodo poterimus pauci pugnare aduersus multitudinem tantam, & tam fortem? Et ait Iudas: Facile est concludi multos in manu paucorum: & non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis: quia non in multitudine exercitus victoria belli; sed de cœlo fortitudo est.

al. † omnes dies.

al. † contemplet delectationé.

Vnam a petij à Domino, hanc b requiram: vt c inhabitem in domo Domini † d omnibus diebus vitæ meæ. Vt † videam voluntatem Domini: & † f visitem templum eius. Quoniam g abscondit me in tabernaculo

al. † protegará téplo.

Item tentat eum manifestè, & fortiter diuersis tentationibus affligendo, & congrediendo. De hoc dicit: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo: quia ideò permittit me Dominus tentari, vt me adiuuet, & merear resistendo. *Sapient.* 10. c. Certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. 1. *Corinthior.* 10. c. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari suprà id, quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. *Ierem.* 15. d. Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, vt saluem te. Vel per hæc quatuor possunt significari alia quatuor genera hostium, scilicet, interiorum, exteriorum, superiorum, inferiorum.

Quatuor genera hostiũ.

Interiores, sunt illecebræ carnales: Exteriores, sunt illecebræ sæculares: Superiores, sunt homines de fastu, & superbia tentantes: Inferiores sunt homines malignantes. De interioribus dicitur; Appropiant super me nocentes: appropiant enim, qui intra nos sunt, & ex nobis oriuntur: Qui autem consentiunt, possunt dicere: Super me ascendunt, non solùm appropiant. Sed in illis, qui resistunt; & tamen delectationem sentiunt, appropiant super eos; sed tamen non ascendunt. *Genes.* 4. a. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Vt edant carnes meas, ad literam corpus destruitur per gulam, & luxuriam. *Prouerb.* 5. d. Longè fac ab ea, scilicet, à muliere, viam tuam: & ne appropinques foribus domus illius, ne gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes, & corpus tuum. De exterioribus, scilicet, de motibus sæcularibus, per quos tentatur homo de habendis diuitiis, addit: Qui tribulant me inimici mei. In his enim tribulatur homo. Vnde Dominus vocat diuitias spinas: *Matth.* 13. c. *Eccl.* 2. d. Cuncti dies eius laboribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. De superioribus dicit: Si consistant aduersum me castra, quasi dicat, etiam magnum exercitum castrorum non timebo. *Iudith.* 9. b. Respice castra Assyriorum nunc sicut castra Ægyptiorum. Respectus Dei, est gratiæ infusio, quo omnia vitia subiugantur. *Prouerbior.* 20. b. Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo, &c. Castra Ægyptiorum, sunt vitia carnalia: Castra Assyriorum, vitia spiritualia. Per castra enim rectè significantur motus, quibus tentamur de fastu, & superbia. Vnde in *Psalm.* 19. Hi in curribus, & hi in equis, &c. De inferioribus dicit: Si exurgat aduersum me prælium, videlicet, hominum persequentium. *Psalm.* 3. Multi insurgunt aduersum me.

a Vnam petij à Domino.] Superiùs iste athleta loquebatur de sua victoria, quæ erat per spem, vt proximè antè dixit: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Hic autem ostendit, quid ipse sperat, cùm dicit. Vnam petij à Domino, scilicet vitam æternam. Et non ponit substantiam, nec determinat, quam vnam petiit: Et hoc facit ad innuendum, quòd illud est omne bonum, secundum quod similiter in *Psalm.* 11. dicitur: Ponam in salutari. Nec determinat, quid ponet, ad innuendum, quod esse bonum ponet. Propter hoc ergo dicit, Vnam petij, non multas, vel multa. *Luc.* 10 g. Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: porrò vnum est necessarium. Per contrarium *Osea* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. *Exod.* 5. b. Dispersus est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. *Iob* 6. c. Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt. Ne ergo pereat iste Iustus, non vult diuidi, sed dicit [Vnam petij à Domino] qui potest, & promisit eam dare. *Ioan.* 16. d. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et licet nondum adhuc eam receperim, non propter hoc deficio; sed perseuero pulsans: Hoc est, quod addit.

b Hanc requiram,] id est, iterum, & iterum quæram. Vel si [Vnam petij] oratione [Hanc requiram] opere: *Isa.* 51. a. Audite me, qui sequimini, quod iustum est: & quæritis Dominum. *Isa.* 55. b. Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est. Ecce de duobus illis, quærite opere, inuocate oratione. Sed quærite, dum inueniri potest, scilicet, operamini, dum licet, scilicet, in præsenti vita. *Ioan.* 9. a. Venit nox, in qua non licet operari. *Eccles.* 9. c. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud Inferos, quò tu properas. Nec dicit iterum, hanc quæram, sed requiram: In quo notatur bonorum operum multiplicatio, & perseuerantia. *Gal.* 6. c. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes. Vel [Vnam,] scilicet, diem æternitatis: De qua *Zachar.* 14. b. Erit dies vna, quæ nota est Domino. Vel, Vnam mansionem quamcunque, quia plures sunt ibi. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Ibi sufficit vna præbenda, hic non sufficit. Vel [Vnam] virtutem, scilicet, charitatem, vel perseuerantiam. 1. *Corinth.* 9. d. Omnes, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt; sed vnus accipit brauium, id est, perseuerans in charitate. Post ostendit, quæ sit illa res dicens.

c Vt inhabitem in domo Domini] id est, in æterna beatitudine: De qua *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.

d Omnibus diebus vitæ meæ] futuræ, id est, semper. *Eccl.* 11. b. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem: in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Per austrum significatur vita æterna. Per aquilem, a quo pandetur omne malum, *Ierem.* 1. c. significatur infernus. Lignum est homo, qui si ceciderit ad austrum Paradisi, ibi erit semper. *Psalm.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæculum sæculi laudabunt te. *Isa.* 38. d. Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Si verò ceciderit ad aquilonem Inferni, similiter ibi erit semper, quia in inferno nulla est redemptio. Postea ostendit, quare vult ibi esse, scilicet, propter bona, quæ ibi habebit: summum & præcipuum est visio Dei aperta: De qua dicit.

e Vt videam voluntatem Domini,] id est, videns faciem Domini, in ea legam voluntatem. Vnde *Ieronym.* non ponit [voluntatem] sed habet sic litera eius. [Vt videam pulchritudinem eius:] Simulque videbimus, & pulchritudinem, & voluntatem. De visione pulchritudinis, *Isaiæ* 33. c. Regem in decore suo videbunt. 1. *Pet.* 1. c. In quem Angeli desiderant prospicere. De visione voluntatis dicit *Greg.* Supernæ curiæ ciues dum supra se voluntatem sui Conditoris semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Secundum bonum, quod habebimus in domo Domini, est societas Sanctorum, & gaudium, quod habebimus de fœlicitate eorum. Vnde dicit.

f Et visitem templum eius, id est, Ecclesiam triumphantem. De quo templo in *Psalm.* 28. Dominus reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam. *Ezech.* 43. c. Ostende domui Israel templum. Dicit ergo [Vt visitem templum:] A similitudine amicorum, qui se inuicem visitant, vt inuicem congaudeant: Sic in templo illo videbimus fœlicitatem Sanctorum, vt inde congaudeamus eis. Ostenso, quid petit, & quare petat: ostendit postea, qua audacia, vel securitate petat: ostendens, quoniam propter bona, quæ iam fecit ei Deus, securè petit illa futura. Primum bonum, quod enumerat inter illa, quæ Dominus fecit ei, est absconsio sub scuto fidei Incarnationis Christi, & omnium articulorum, quæ pertinent ad humanitatem. Vnde dicit.

g Quoniam abscondit me] quasi securus hoc peto [quoniam] iam in præsenti [abscondit me in tabernaculo suo] id est, in humanitate Christi, quam Christus assumpsit, vt in ea, quasi in tabernaculo, contra Diabolum militaret. De quo tabernaculo suprà in *Psalm.* 18. In Sole posuit tabernaculum suum, &c. *Leuitic.* 27. d. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea. Vel dicitur humanitas Christi tabernaculum, id est, habitaculum Diuinitatis. *Coloss.* 2. b. In ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter: Ibi ergo abscondit me Dominus per fidem, & contemplationem.

suo: in *a* die malorum, *b* protexit me in abscondito tabernaculi sui, in *c* petra *d* exaltauit me: *e* & nunc *f* exaltauit caput meum *g* super inimicos meos. *h* Circuiui, & immolaui in

a In die malorum] tripliciter. [In die malorum,] id est, in prosperitate malorum hominum, id est, dum mali florent in hoc mundo, ego absconditus sum, vt non videam diem eorum: id est, non desiderem, nec ipsi videant me, id est, curent de me; sed soli Deo vacem, & ipse solus curet de me. *Iob* 31. c. Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem claré. Per Solem, & Lunam simul, bene, significatur prosperitas mundi, quæ licet, vt Sol resplendeat; tamen vt Luna patitur detrimentum. Hanc videre, est desiderare. Vnde *Ier.* 17. Diem hominis non desideraui, tu scis. Ecce quod sic absconditus non videt. Item nec videtur: Vnde *Sap.* 2. a. florentes in mundo dicunt de tali: Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est nobis vita illius. Sic Paulus erat absconditus in isto tabernaculo, quòd nec videbat diem malorum, nec videbatur ab eis, qui dicebat *Galat.* 6. d. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundus ei erat crucifixus, quia eius prosperitatem contemnebat. Ipse etiam mundo crucifixus erat, quia mundus eum non amabat: Ecce nec videre, nec videri. Ad hoc latibulum vocabat Sponsus Sponsam: *Canticor.* 2. d. Surge amica mea, veni in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Petra enim Christus: Foramina petræ, vulnera Christi. Et ipsa Sponsa hoc audito respondet: Dilectus meus mihi, & ego illi: quasi dicat; mundi prosperitatem contemno, & Dilectus meus mihi omnia est: & mundus de me non curat; sed ego illi, scilicet, Dilecto relicta sum. Secundò legitur sic [In die malorum,] id est, in die tribulationis. Tunc enim abscondi debet homo in tabernaculo isto, vt in Christi labore, & tribulatione exemplum patientiæ sumat. *Thren.* 3. g. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. *B. Bernard.* Deuotus miles sua non sentit cùm benigni Ducis vulnera intueretur. Tertiò sic [In die malorum] supple, meorum, id est, in tempore tentationum, quæ surgunt ex mei corruptione: Tunc debet homo abscondi in illo tabernaculo, vt diligenter attendens Christi innocentiam, & quid Christus sustinuit pro peccatis nostris, rursum eum peccando non crucifigat, & tantum beneficium non contemnat. *Hebr.* 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsi filium Dei, & ostentui habentes. Ad hoc monet 1. *Petr.* 4. a. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis: vt iam non hominum desideriis, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. Secundum bonum est absconsio, siue protectio sub fide Diuinitatis. Vnde addit. *b* Protexit me in abscondito tabernaculi sui.] Tabernaculum, vt dictum est, est Christi humanitas, quæ dicitur tabernaculum propter belli militiam. *Ierem.* 20. c. Dominus mecum est tanquam bellator fortis. Item propter peregrinationem. *Ierem.* 14. b. Quare futurus es in terra, quasi colonus, & quasi viator, &c. Item propter vmbram contra Solis ardorem. *Cantic.* 2. a. Sub vmbra illius, quem desideraui, sedi. Item propter absconsionem a facie persecutionis. *Isa.* 4. a. Super omnem gloriam protectio, & tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitate, & absconsione à turbine & pluuia. Item propter officium pastorale. *Ioann.* 10. c. Ego sum pastor bonus. Absconditum huius tabernaculi est eius Diuinitas, quæ abscondita fuit sub humanitate. Vnde *Isa.* 45. c. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator. In huius tabernaculi abscondito protegit Dominus Iustum, quando in fide Diuinitatis, & contemplatione eiusdem commoratur. *Psalm.* 90. Qui habitat in adiutorio Altissimi; in protectione Dei cœli commorabitur. In fide humanitatis accendimur ad amorem. In fide Diuinitatis concutimur ad timorem. *Eccl.* vlt. d. Deum time, & mandata eius obserua. Et vtrisque protegit a peccato, quia charitas odit peccatum. *Psal.* 96. Qui diligitis Dominum, odite malū. Et *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum. Tertium est exaltatio mentis in firmitate virtutum. Vnde dicit.

Humanitas Christi dicitur tabernaculum.

c In petra exaltauit me, &c.] id est, in firmitate virtutum. *Psalm.* 39. Statuit supra petram pedes meos. *Matth.* 7. d. Habetur, quòd flumina, & venti non potuerunt domum euertere: quia fundata erat supra firmam petram. Et *Iudith* 20. g. dicitur, quòd filij Benjamin sederunt in petra Remmon. Remmon interpretatur sublimis, vel exaltatio: Et significat firmitatem virtutum, in qua sedere debent filij Benjamin, id est, illi, qui sunt filij dextræ, qui volunt habere hæreditatem & benedictionem dextræ. De qua dextra *Prouerb.* 3. b. Longitudo dierum in dextra illius. Vel [In petra] Christo. 1. *Corinth.* 10. a. Petra autem erat Christus. *Isa.* 2. c. Ingredere in petram.

d Exaltauit me] quia in ipso, & per ipsum ascendo de virtute in virtutem. Bene in hac petra exaltauit me: quia ipsa petra fuit exaltata: *Ioann.* 12. c. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Secundò ostendit secundum quid est exaltatus, scil. secundum mentem. Vnde dicit. *e* Et nunc,] id est, nunc in præsenti. *f* Exaltauit caput meum] id est, mentem meam.

g Super inimicos meos] Dæmones, vel prauos motus, vt scilicet, mei non dominentur. Vnde de Iob dicit *Gregor.* In altum mentem fixerat: & ideò Diabolus ad eum irrumpere non valebat. Hoc est contra auaros, qui caput inclinant in terram. *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. *Luc.* 12. f. Leuate capita vestra. *Gen.* 15. b. Suscipe cœlum, & numera stellas.

h Circuiui.] Suprà egit Iustus de se, vt de Rege vincente: hic agit de se, vt Sacerdote, quasi pro victoria hostiam laudis offerente. Et respicit hoc ad titulum, in quo de vnctione loquitur: Solùm autem Reges, & Sacerdotes inunguntur. Et ostendit primò se compleuisse officium suum circunspectè; cùm dicit [Circuiui.] Secundò ostendit, quod est suum officium, *ibi* [Et immolaui.] Tertiò, vbi obtulit, *ibi*: [In tabernaculo eius.] Quartò, quid, *ibi*: Hostiam vociferationis. Debet ergo vir iustus circuire. Nec dicit quid, & vt notet, quod multa debet circuire, præcipuè Sacerdos, & Prælatus.

Circuire debet Prælatus multa, similiter vir iustus.

- Sacram Scripturam, vt eam intelligat. *Psal.* 118. Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est. Et *Psal.* 36. Lex Dei eius in corde ipsius.
- Facta & creaturas Dei, vt eum laudet. *August.* omnia clamant: Deus me fecit. *Greg.* Mirum est, quòd homo non semper laudat, quia quodlibet eum ad laudandum inuitat.
- Beneficia Dei, vt gratias agat. *Sen.* Hæc lex beneficiorum, vt alter statim obliuiscatur; alter verò nunquam.
- Propriam conscientiam, vt mundet. *Isa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Isa.* 23. d. Sume citharam, circui ciuitatem, bene cane, frequenta canticum. Citharam pœnitentiæ, in qua membra quasi chordæ in cithara extenduntur, circui ciuitatem conscientiæ in contritione, bene cane in confessione. Et dicit bene, quia multi malè canunt, scilicet, qui non bene confitentur.
- Castra Ecclesiæ, vt excubet. *Prou.* 6. a. Discurre, festina, suscita amicum tuum. *Matth.* 4. d. Circuibat Iesus totam Galilæam docens in Synagogis eorum, &c.
- Sanctorum præmia, vt ad bene operandum accingatur. Pœnas malorum, vt timeat.
- Bona aliorum, vt gaudeat. *Gregorius.* Scias illum multis abundare virtutibus, qui aliena amat.
- Mala aliorum, vt fleat. Vnde 2. *Corinth.* 11. g. Quis scandalizatur, & ego non vror? His ergo omnibus ita circuitis.

i Immolaui, &c. hostiam vociferationis] id est, hostiam vocem ferentem. Quæ triplex est. Prima est hostia laudis. *Ecclesiast.* 35. a. Qui conseruat verbum, multiplicat orationem. *Isa.* 54. a. Decanta laudem, & hinni, qui non pariebas. Equus hinnitu suo alios congregat; sic & nos oratione & prædicatione. Secunda est maceratio carnis, quæ offertur pro propriis peccatis. *Romanor.* c. 12. a. Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem: Viuentem, per fidem, sanctam per spem, Deo placentem, per charitatem. Tertia est compassionis pro malis aliorum. De qua in *Psal.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, id est, compassione tribulatus, vel cum aliis tribulatus: Secundum illud, quod prædictum est 2. *Corinth.* 11. g. Quod dicit Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Nec solum hostia laudis dicitur hostia vociferationis; sed & hostia macerationis,

Hostia triplex.

tionis, & hostia compassionis. Quia sicut dicit *Gregorius*, verba nostra ad Deum sunt opera. Et *Poeta*. *Lachryma pondera vocis haben:*. Et vbi immolandum est?

a In tabernaculo eius] de quo suprà dictum est, id est, in fide Ecclesiæ. Fides enim est tabernaculum, siue altare, in quo debent omnes hostiæ offerri. Nec vlla placet Deo, quæ alibi offeratur. *Romanor*.14. d. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Vnde super illud *Matth*. 5. d. Si offers munus tuum ad altare, &c. dicit *Gloss*. Est in interiori templo altare, id est, fides, cui quodlibet munus, nisi sit innixum, non est Deo placiturum. *Deuteron*. 12. c. Caue, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Dominus. Sed quia hæc omnia debent fieri non ex tristitia, sed ex hilaritate; ideò addit.

Al. † iubilationis.
Al. † psallam.
Al. † quæsiui vultum tuum.

a tabernaculo eius hostiam † vociferationis: *b* cantabo, & † *c* psalmum dicam Domino. *d* Exaudi, Domine, *e* vocem meam, *f* qua clamaui ad *g* te: *h* miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit *i* cor meum, † *k* exquisiuit te facies mea: † *l* faciem tuam, Domine, requiram. *m* Ne auertas † faciem tuam *n* à me: *o* ne declines in ira à seruo tuo. *p* Adiutor meus esto, *q* ne derelinquas me: *r* neque despicias me, *s* Deus salutaris meus. Quoniam *t* pater meus, & *u* mater mea *x* dereliquerunt me: Dñs *y* autem

Al. † vultum tuum.

b Cantabo:] quod notat lætitiam. 2. *Corinthior*. 9. d. Non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. *Ecclesiastic*. 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Item quia quædam opera fiunt pro redemptione peccatorum, quædam pro merito vitæ æternæ. Et supra dixit de illis, quæ fiunt pro redemptione, *ibi* [Immolaui, &c.] Ideo & de aliis hic adiungit dicens.

c Et psalmum dicam Domino] id est, ad honorem Domini operabor.

d Exaudi Domine.] Secunda pars, in qua vir iustus orat ad Dominum, sic dicens: Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te. Primò autem ostendit orationem suam exauditione esse dignam, cùm dicit: Exaudi, id est, ex meritis audi. Secundò vocalem, cùm dicit: Vocem meam. Tertiò rationalem, per hoc, quod dicit: Vocem. Quartò propriam, cùm dicit: Meam. Quintò deuotam, cum addit: Qua clamaui. Sextò, rectam, cùm dicit: ad te. Septimò humilem, cùm dicit [Miserere mei] Sicut Publicanus, qui dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori. *Luc*. 18. c. Item Octauò, per hoc etiam quod dicit [Miserere] notat orationem suam esse necessariam. Miseri enim necesse habent clamare ad misericordem Dominum. Nonò ostendit orationem suam esse continuam, & perseuerantem, cùm repetit: & exaudi me, quasi dicat, clamo cantando, & Psalmum dicendo, & cætera.

d Exaudi] id est, ex tua clementia audi.

e Vocem meam] propriam.

f Qua clamaui:] corde, sicut Moyses. *Exod*.14. d. Et Susanna. *Dan*. 13. e.

g Ad te:] non ad idola, sicut illi, de quibus 3. *Reg*. 18. c. Clamate voce maiore.

h Miserere mei, & exaudi me, &c.] Bis dicit, præ nimio desiderio. *Prouerbior*. 13. b. Spes, quæ differtur, affligit animam. Et *infr*. d. Desiderium si compleatur, delectat animam. Consequenter aperit, quid petit in sua oratione. Vnde dicit.

i Tibi dixit cor meum;] quasi dicat, & si quæris, quæ fuit illa vox? Ecce: Tibi dixit cor meum, id est, desiderium cordis mei. *Psalm*. 37. Domine, ante te omne desiderium meum. Et *Psalm*. 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Et bene dicit: Tibi dixit cor meum, quia quædam familiaris collocutio, & delectabilis confabulatio est inter Deum, & cor Iusti. Vnde dicit Dominus *Osea* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. *Psalm*. 84. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Et quid tibi dixit cor meum? Hoc.

k Exquisiuit te facies mea] interior, scilicet, voluntas: & exterior, scilicet, operatio, quæ Deum exquirunt, quando ad ipsum tendunt. Et bene dicit, exquisiuit te facies mea: Non tantum, quia facies quærat; sed quia in facie cognoscitur, quid quærat homo. Secundum quod de Domino dicitur, quòd habebat faciem euntis in Ierusalem. *Luc*. 9. g. Et, exquisiuit te facies mea: dicit, id est, extra alia omnia quæsiuit te. *Gregor*. Quia anima ad Deum appetendum, & habendum facta est: quicquid Deo minus est, ei non sufficit: ideò huc, & illuc agitur: & ab vnaquaque re fastidio repellente remouetur, & *August*. Inquietum est cor nostrum, Domine, donec requiescat in te. Et licet non statim habeam, quod requiro; non tamen quærere desinam. Sed. *l* Faciem tuam, Domine, requiram] perseueranter, ardenter, & sapienter, id est, requiram te, donec videam te facie ad faciem. 1. *Corinth*. 13. d. *Psalm*. 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Sed quia quantò magis desiderat Deum videre; tantò magis timet eum amittere: ideò petit non separari à Deo, dicens. *m* Ne auertas faciem tuam,] id est, Christum, vel misericordiam. *n* A me.] *Psal*. 29. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Item *Psal*. 103. Auertentes faciem tuam turbabuntur, scilicet, mali, à quibus auertet faciem in die iudicij. Sed econtra bonis eam dabit in æternum videndam, sicut de Iusto dicit *Iob* 33. d. Deprecabitur Deum, & placabilis erit ei, & videbit faciem eius in iubilo. 3. *Reg*. 10. b. Beati viri tui, & beati serui tui, hi, qui stant coram te semper, &c. 2. *Reg*. 14. g. Quare veni de Iessur? Melius erat mihi ibi esse: obsecro ergo, vt videam faciem Regis. Ibi figuratur desiderium Iusti, quo desiderat videre faciem Domini. *Exod*. 33. c. clamat Moyses: Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. Ne ergo Dominus faciem auertat, petit vir iustus quatuor. Primum est, ne cadat in peccatum mortale: Vnde dicit.

Quatuor petitiones iusti, ne Dominus auertat faciem.

o Ne declines in ira à seruo tuo,] id est, ne permittas me facere, quare declines in ira à me: Vel si fortè cadam, fac me resurgere, vel corripe me. *Gregor*. Magna misericordia est, in præsenti misericordiam non consequi. Per contrarium *Osee* 4. c. Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ. Secundum, est gratia bene operandi: Vnde dicit.

p Adiutor meus esto,] scilicet, ad bene operandum, quia sine ipso non possumus bonum facere. *Isa*. 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. *Ioan*. 15. a. Sine me nihil potestis facere. Tertium est perseuerantia: De qua dicit.

q Ne derelinquas me [scilicet, cùm cœperis adiuuare: *Psalm*. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Quartum est purificatio à peccatis venialibus: Vnde addit.

r Neque despicias me,] id est, ne permittas in me venialia crescere, quæ sunt sicut vrticæ in horto, & sicut sarmenta in vinea: Sed amputa illa corrigendo me. Et allegat, quod hoc debeat facere, cùm adiungit.

s Deus salutaris meus] Deus, per creationem: salutaris, per recreationem, quasi dicat, non debes me despicere, quem ad imaginem tuam creasti, & proprio sanguine redemisti: Sed si quid in me videas creationis decori, vel recreationis amori dissonum, debes illud correctionis sarculo resecare: sicut faceret hortulanus in horto, quem cum magna diligentia, & labore plantasset, vel magno pretio comparasset. Et necesse habeo, quòd in me purges venialia.

t Quoniam pater meus, & mater mea,] scilicet, Adam, & Eua.

x Dereliquerunt me] in seruitute peccati. *Roman*.7. c Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Sed ad te, Domine, recurro: quia tu redemisti me, & liberator meus es. Hoc est, quod subiungit.

y Dominus autem assumpsit me,] id est, meam naturam, scilicet, humanitatem assumpsit in vtero Beatæ Virginis. Vnde cantat *Ecclesia*: Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis vterum. Vel mysticè alio modo allegat necessitatem, quasi dicat, necesse habeo, vt sis adiutor meus: & cætera facias, quæ suprà petij: quia pupillus sum, & pauper. Hoc est, quod dicit.

Mysticè.

t Quoniam pater meus,] scil., mundus, vel Diabolus.

u Et mater mea,] concupiscentia carnalis.

x Dereliquerunt me] eos derelinquentem, & te sequi volentem. Hic autem pater, & mater derelinquit hominem, quando honores, & diuitiæ mundi, & delitiæ carnales ipsum fugiunt. De hoc patre, & matre *Ezech*.16. a: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethea, garrula, significat concupiscentiam, quæ semper clamat affer, affer: *Prou*.30. b. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer, affer. Notandum verò, quòd pater dicitur multipliciter in sacra Scriptura.

Pater dicitur *Ierem.* 31. c.
- Deus
  - Generatione. *Ephes.* 3. c. Flecto genua mea ad Patrem.
  - Creatione. *Iob* 38. d. Quis est pater pluuiæ?
  - Recreatione. *Ierem.* 3. b. Pater meus, & Dux virginitatis meæ tu es.
  - Glorificatione. *Isa.* 9. b. Pater futuri sæculi, &c.
- Homo
  - Opinione. *Luc.* 2. g. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.
  - Adoptione. *Esther* 2. b. Adoptauit eam in filiam.
  - Natura. *Exod.* 20. b. Honora Patrem tuum.
  - Prælatione. *Psal.* 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.
  - Imitatione. *Ioan.* 8. e. Si filij Abrahæ estis, &c.
  - Prædecessione, *Ezech.* 18. a. Patres vestri comederunt vuam acerbam.
  - Veneratione. 1. *Tim.* 5. a. Seniorem ne increpaueris; obsecra vt patrem.
  - Corruptione. *Iob* 17. d. Putredini dixi, pater meus es, &c.
- Diabolus
  - Mendacij. *Ioan.* 8. f. Mendax est, & pater eius.
  - Iudæorum. *Ioann.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis.
  - Inuidorum. *Ezech.* 16. a. Pater tuus Amorrhæus.
- Mundus, Simulatione, vt hic: Quoniam pater meus, &c.

a assumpsit me. *b* Legem, *c* pone mihi, Dñe, in *d* via tua: & *e* † dirige me in *f* semita recta propter inimicos meos. *g* Ne tradideris me in *h* animas *i* tribulantium me: quoniam *k* insurrexerunt † in me *l* testes iniqui, & *m* mentita est iniquitas sibi. *n* Credo videre *o* bona Domini, in terra vi-

Al. † constitue.

a Dominus autem assumpsit me] vt sit mihi pater & mater. Pater enim est: quia nos condidit per creationem, vocat nos per timorem, iubet per doctrinam, regit per gratiam. Mater est: quia nos fouet per exempla, nutrit per opera, lactat per dulcedinem interiorem. Et ideò postea dixit.

b Legem pone] charitatis, vt mater.

e Dirige] per virgam correctionis, vt pater. Sicut enim mater puerum ligat, ne membra eius tortuositatem aliquam incurrant: & postmodum docet eum loqui & incedere: Sic lex charitatis ligat, ne effluat ad illicita: & docet eum facere & loqui salubria. Et ideò dicit. *b* Legem] charitatis.

c Pone mihi] in corde. *Ierem.* 31. f. Dabo legem meam in visceribus eorum: & in corde eorum scribam eam. Et quòd charitas sit lex, dicit Apostolus *Romanor.* 13. c. Plenitudo legis est dilectio. Hanc ergo [legem pone mihi] in corde posito.

d In via tua] id est, in via mandatorum tuorum, quia per hanc legem mandata percurruntur faciliter. Vnde *Ps.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum, per charitatem. Et vt citiùs perueniam.

e Dirige me] virga correctionis tuæ. De qua in *Psalm.* 44. Virga directionis, virga regni tui. *f* In semita recta] tribulationis & angustiæ. Hæc est enim semita, per quam ingressi sunt Martyres: Et breuiter omnes, qui ingressi sunt patriam. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Dei. De hac lege matris, & directione patris, dicit Salomon *Prouerb.* 1. a. Audi fili mi, disciplinam patris, & legem matris tuæ ne dimittas. Vel, [In semita recta] consiliorum, in qua petit dirigi, vt citiùs & securiùs perueniat, quia aliquando in via insidiantur inimici: & qui semitam non vult ingredi, aliquando incidit in manus eorum, de quibus in *Psalm.* 141. In via hac, quâ ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi, id est, Dæmones, qui per peccatum superbiæ ceciderunt. Et ideò benè petit hoc dicens: Dirige me in semita recta propter inimicos meos, qui, scilicet, insidiantur in via. Et si dirigas me in semita, euadam manus eorum. Et hoc est, quòd dicit: Propter inimicos meos, scilicet, vitandos, confutandos, debilitandos, deridendos. A quibus hostibus petit postea liberari, ostendens & allegans Domino malam voluntatem eorum, & malum actum, & malum sermonem, quo viro iusto cupiunt nocere. Ab eis petit liberari, dicens.

g Ne tradideris me.] Malam voluntatem ostendit, cùm dicit; [In animas.] Malum actum, *ibi*, [Tribulantium me.] Malum sermonem, *ibi*, [Insurrexerunt in me testes iniqui. Dicit ergo.

g Ne tradideris me] id est, ne permittas me tradi. *h* In animas,] id est, in voluntates & desideria.

i Tribulantium me] id est, Dæmonum. Et nota, quòd non dicit res meas, & corpus meum, sed dicit, me: quia vir iustus non timet eos, qui occidunt corpus, siue qui auferunt res; sed timet eos, qui animas interficiunt: Et hæc est intentio Dæmonum. Dominus autem exponit res & corpora Iustorum voluntati Diaboli quandoque, animas autem nunquam. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt. *Sap.* 3. a. Terra autem, sc. pecunia & corpora, data est in manus impij. *Iob* 9. c. Vnde *Iob* 1. c. Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt, tantùm in eum non extendas manum tuam: Ecce expositio rerum. De expositione corporis, *Iob* 2. b. Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serua. Et hæc compellor rogare.

k Quoniam insurrexerunt in me] id est, contra me.

l Testes iniqui] id est, adulatores, de me mihi falsum testimonium perhibentes. Et dicit, [iniqui] quia ex iniquitate hoc faciunt, sc. vt me inani gloria attollant, & sic à te auertant. De his iniquis testibus conqueritur Ierem. *Thr.* 1. b. Facti sunt hostes eius in capite: quia adulatores in domibus Prælatorum sunt, quibus corruptis disperguntur oues, non in domibus pauperum. Vnde de diuite dicitur. *Eccl.* 20. b. Qui edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Et *Isa.* 3. c. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.

m Et mentita est iniquitas sibi] id est, ipsi iniqui. Hoc emphaticè dictum est: Dauus est ipsum scelus. [Mentiti sunt sibi] non mihi, id est, ad malum suum, non ad meum: Quia sicut dicitur *Prou.* 19. a. Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

n Credo videre.] Hic ostendit meritum fidei suæ, quia meretur istos iniquos euadere. Et verè [mentita est iniquitas sibi] & non mihi, quia non mihi nocebit eorum adulatio: quia non quæro hic gloriam, sed in futuro. Non in me, sed in Domino. Hoc est quod dicit: [Credo.] Visio enim sequitur fidem. *Aug.* Merces fidei est contemplatio Dei. [Videre,] id est, me visurum.

al. † mihi.

o Bona Domini in terra viuentium] id est, in æterna beatitudine. *Psal.* 141. Portio mea sit in terra viuentium. Est ergo sensus, ac si dicat: Non mihi nocebit adulatio, quia nolo hic videre inanem gloriam: bona mea, quæ non sunt verè bona, in terra morientium: quia [credo] quòd videbo, [bona Domini] vera, in terra viuentium. Nota, quòd Sancti multa bona videbunt in æterna beatitudine.

Scilicet
- Deum in Maiestate sua. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt. Et *Isa.* 35. a. Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.
- Deum trinum & vnum. *Genes.* 18. a. Cùm eleuasset Abraham oculos, apparuerunt ei tres viri stantes iuxta ipsum.
- Christum in humanitate. *Cantic.* vlt. a. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & deosculer te: & iam me nemo despiciat. *Act.* 7. g. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. *Iob* 19. d. In carne mea videbo Deum Saluatorem meum.
- Aulam supercœlestem. *Baruc.* 3. c. O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! magnus est, & non habet finem.
- Cibos spirituales, quibus Sancti reficiuntur. *Luc.* 22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.
- Mansiones diuersas. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt.
- Omnem sapientiam. *Ioan.* 15. b. Quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ibi *Gloss.* Dicit se fecisse, quod scit se facturum in generali resurrectione.
- Ordines Angelorum, *Iob* 38. d. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?
- Stolam geminam. *Thren.* 4. a. Filij Sion inclyti & amicti auro primo. *Prou.* 31. c. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus.
- Opera omnia, quæ fecerunt. *Apoc.* 14. c. Opera enim illorum sequuntur illos. Et quia omnia ista videbimus in patria, dicit *Isa.* 60. a. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Postea sicut bonus Sacerdos admonet proximum, vt non quærat

quærat hic iucunditatem habere;sed expectet illam æternā,quæ habenda estin terra viuentium. Vnde dicit. Ex quo sic credo videre, &c. Ergo tu quicunque proxime. *a* Expecta Dominum] qui erit merces,& iucunditas tua. Et vt illum habeas, interim non sis otiosus. Sed *b* Viriliter age] bona opera. Et ne fatigeris, vel torpeas in operando. *c* Confortetur cor tuum] consideratione præmij. *Greg.* Consideratio præmij minuit vim flagelli. Et si differatur præmium. *d* Sustine] patienter. *e* Dominum] qui promisit,& verax est in promissis. Vel si interim ingruerint persecutiones [sustine] per patientiam: [Dominum] qui eas mittit tibi ad vtilitatem tuam. *Prou.* 3. b. Disciplinam Domini,fili mi,ne abijcias:neque deficias cùm ab eo corriperis;quem enim diligit Dominus,corripit. Et notantur hic quatuor virtutes.

uentium. *a* Expecta Dominum, *b* viriliter age: & *c* confortetur cor tuum, & *d* sustine *e* Dominum.

Psal. ipsi David XXVII.

Nota quatuor virtutes. *a* Expecta Dominum] per fidem *Isa.* 28. d. Qui crediderit, non festinet. *b* Viriliter age] per charitatem. *Greg.* Charitas operatur magna, si est, si autem operari renuit, charitas non est.

c Confortetur cor tuum] per spem. *Rom.* 12. c. Spe gaudentes. *d* Et sustine Dominum] per patientiam: *Eccl.* 2. a. Omne, quòd tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. *a* Expecta ergo Dominum.]

- Misericordem, in remissione culpæ, & pœnæ: *Iudith.* 7. d. Expectemus a Domino misericordiam;forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo.
- Consolatorem, in tribulatione: *Prou.* 1. d. Expectatio iustorum lætitia. *Isa.* 51. a. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius.
- Possessionis tuæ portionem: *Thr.* 3. c. Pars mea Dominus,dicit anima mea; propterea expectabo eum.
- Saluatorem etiam corporum: *Mich.* 7. b. Ego ad Dominum aspiciam:expectabo Deum Saluatorem meum. *Philip.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.
- Tardantem, ad augendum meritum, & præmium. *Abac.* 2. a. Si moram fecerit,expecta eum,quia veniens veniet.
- Dignè remunerantem: *Luc.* 12. e. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis.

b Viriliter age:] ardua,& difficilia bona aggrediendo,aduersa tolerando,carnem domando.

c Et sic] Confortetur cor tuum. De primo 1. *Machab.* 2. g. Confortamini,& viriliter agite in lege Domini. De secundo 2. *Paral.* 32. b. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis Regem Assyriorum. De tertio *Iudith.* 15. d. Quia fecisti viriliter,& confortatum est cor tuum,eo quòd castitatem amaueris.

EXPOSITIO PSAL. XXVII.

AD te clamabo, &c.] Titulus [*Psalm. ipsi David*] id est,Psalmus iste attribuitur Christo, qui est verus Dauid,loquenti hic in persona sua,i. in persona capitis Ecclesiæ, non in persona membrorum. Quando enim in titulo apponitur huic, vel ipsi, semper fit in illo Psalmo sermo de Christo in persona capitis. Et quia supra petierat Propheta vnam à Domino: rationes inducit in hoc Psalmo,Christum loquentem,& agentem de Passione sua primò: & pòst de Resurrectione. Vnde bipertitus est Psalmus iste. *Partitio Psalmi.* Primò ponitur oratio tempore Passionis, & pro Resurrectione habitati. Secundò agit gratias de resurrectione, *ibi:* Benedictus Dominus,&c. Orans ergo Christus, ostendit primò orationem suam esse rectam, cùm dicit.

f Ad te:] Secundò humilem,cùm addit,[Domine:] Tertiò deuotam,cùm dicit;[Clamabo:] Quartò fidelem,& exaudiendam, cùm subiungit [Deus meus:] Postea ostendit, quare clamet, & quid petat, cùm dicit: [Ne sileas à me, &c.] Et petit tria. Primum est, vt verbum non separetur ab humanitate. Vnde dicit.

Alleg. de Christo. *g* Ne sileas à me:] Silentium enim tunc est,quando verbum non est in ore. Ita silentium fuisset in Christo,si verbum recessisset ab humanitate. Secundum,quòd petit,est; vt clarificetur per miracula: Vnde addit.

h Ne quando taceas à me.] Vnde *Ioan.* 12. d. Pater,clarifica nomen tuum. Et Dominus Pater tunc nequando tacuit ab eo;sed venit vox de cœlo dicens: Et clarificaui,& iterum clarificabo. Tertium, quod petit, est clarificatio corporis, cùm dicit.

AD te, Domine, † clamabo:*g* Deus meus,ne sileas a me: *h* ne quando † taceas à me: & † *i* assimilabor descenden-

al. † *clamaui, ne sileas.*
al. † *ero similis.*

i Et assimilabor descendentibus in lacum,]quasi dicat, ne separes Diuinitatem à me, scilicet, à corpore meo, & ab anima mea: quia si hoc feceris, ero similis descendentibus in lacum,id est, anima mea detinebitur apud inferos,& caro mea in puluerem redigetur. Sed hoc remouit ab eo Diuinitas: quia fecit eum impassibilem, & putribilitatem ab eo amouit: & virtute Diuinitatis a mortuis resurrexit. Et hoc orat Dominus, non quia de separatione timeret; sed vt ostendat,quòd illa vnio non erat de natura,sed de gratia. Sicut Ecclesia orat pro paruulis baptizatis: non quia dubium sit ipsos saluari; sed vt minuatur, quòd hoc non habent ex suis meritis, vel natura; sed de sola Dei gratia. Et hoc etiam orat, vt det nobis exemplum,& formam orandi: ne in aliquo de nobis confidamus; sed omnia nobis vtilia, a Domino postulemus. Debet ergo dicere quilibet Iustus.

f Ad te,Domine,clamabo] confitendo,orando,prædicando. *Isa.* 58. a. Clama, ne cesses. Clamare, intentionem, & deuotionem notat. Per hoc,quòd dicit:[Domine,] innuit, vt nos seruos dignos opere, & corde exhibere curemus. [Ad te] directionem notat. Et bene dicit [ad te,] quia tu, Domine,scis,& vis,& potes præstare, quod vtile est mihi. Vnde dicit *August.* Domine,da mihi secundùm quod scis, & vis, & potes. *Moral. de viro iusto*

g Deus meus, ne sileas à me.] Deus silet ab homine, & homo silet a Deo. Et quia homo silet a Deo,Deus silet ab homine. Et ideò bene dicit primò. [Ad te clamabo:] Et posteà addit: [Ne sileas.] Vnde *Cassiod.* Clamat homo, ne sileat Deus, quia nostro silentio ipse tacet. Silet autem Deus ab homine tribus modis,scilicet, dissimulando. Vnde in *Psalm.* 49. Hæc fecisti, & tacui. *Abac.* 1. d. Quare non respicis super iniqua agentes: & taces deuorante impio iustiorem se? *Isaia* 42. c. Semper silui, semper tacui: quasi parturiens loquar. Secundò, silet Deus ab homine, ad petitionem per effectum non respondendo. *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Tertiò silet, voluntatem suam non aperiendo. 1. *Regum* 28. c. Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia. Silet autem homo à Deo, non confitendo, non orando, non prædicando. *Isaia* 6. b. Væ mihi, quia tacui. *Iob* 13. c. Quare tacens consumor? *Psalm.* 31. Quoniam tacui, inueterata sunt ossa mea. *Neemia* 9. c. Qui ter in die, & quater in nocte confitebantur, & laudabant Dominum. Dicit ergo [Ne sileas] ad modum irati, vel negantis. Silentium enim signum est iræ. *Ezech.* 14. a. Nunquid interrogatus respondebo? *Isaia* 57. c. Ego tacens, & quasi non videns, &c. Et addit. *Silet Deus ab homine tribus modis* *Homo silet à Deo etiam tribus modis.*

h Nequando taceas.] Quia Dominus loquitur, & respondet nobis, quandoque per se: Vnde dicit, Ne sileas: Quandoque per alium: Vnde dicit, [Nequando taceas.] vel sic. [Ne sileas,] non dando, quod peto. Et fortè siles: Nequando taceas, quin voluntatem tuam mihi aperias. Sicut Paulo siluit, quia petitum non dedit. Sed non tacuit, quia voluntatem aperuit, dicens: Sufficit tibi gratia mea. 2. *Corinthior.* 12. c. *Gregorius.* Meliùs exaudiuntur ad præmium, dum non exaudiuntur ad votum. Et bene hoc peto: quia si tu tacueris.

i Assimilabor descendentibus in lacum,]id est, cum eis descendam in lacum,] id est, in peccatum, quod dicitur lacus,propter obscuritatem, profunditatem, vilitatem,& sordium abundantiam. *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum vita mea. Vel [In lacum] inferni. *Zach.* 9. c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu,in quo non est aqua: Et in hos duos lacus descenderet,nisi Dominus adiuuaret eum,& exaudiret *Psalm* 93. Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominùs habitasset in Inferno anima mea. Hic est lacus inferior, de quo in *Psal.* 87. Posuerunt me in lacu inferiori,in tenebrosis,& in vmbra mortis. Lacus autem superior est peccatum, per quem lacum descenditur in inferiorem.

Clamatur ad Dñm.

Admiratione. *Pſalm.* 92. Eleuauerunt flumina vocem ſuam, mirabiles elationes maris.
Deuotione cordis. *Rom.*8.c. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba Pater.
Prædicatione. *Iſa.*40.b. Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum.
Confeſſione. *Iſa.*58.a. Clama, ne ceſſes.
Oratione. *Matth.*27.f. Clamans expirauit. *Pſalm.* hic. Ad te Domine, clamabo, &c.
Operatione. *Exod.*2.d. Aſcendit clamor eorum ad Deum ab operibus.
Sanguinis effuſione. *Geneſ.* 4. b. Vox ſanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra. *Iob* 16. Terra, ne operias ſanguinem meum.
Mercedis defraudatione. *Iacob.* 5. a. Merces operariorum veſtrorum qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt á vobis, clamat.
Peccati contra naturam enormitate. *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt.
Vitæ ſanctitate. *Pſalm.* Clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius.
Teſtimonio conſcientiæ. *Abac.*2.c. Lapis de pariete clamabit.
Doloris immenſitate. *Exod.* 11. b. Erit clamor magnus in vniuerſa terra Ægypti.
Ardore concupiſcentiæ. *Prou.*c. 30.b. Duæ ſunt ſanguiſugæ filiæ, quæ ſemper clamant: affer, affer.

...tibus in lacum. *a* Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum *b* oro ad te: dum *c* extollo manus meas *d* ad templũ ſanctũ tuum. *e* Ne ſimul tradas † me cum peccatoribus: † *f* & cum operantibus iniquitatem *g* ne † perdas me. † *h* Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo: *i* mala autem † in

Allegor. de Chriſto. *a* Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.] In hoc, quod hoc repetit, oſtendit Chriſtus orationẽ ſuam eſſe inſtantem. In hoc, quod dicit, vocem, oſtendit eam eſſe vocalem. In hoc quod dicit, non tantùm precationis, ſed [deprecationis] oſtendit eam eſſe deuotam, quaſi de corde procedentem, & ideò exaudibilem. Et addit, quando, dicens.

b Dum oro ad te] ſcil. in Paſſione mea. *Hebr.*5.b. In diebus carnis ſuæ preces ſupplicationéſque ad eum, qui poſſet illum ſaluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Item oſtendit orationem ſuam eſſe operoſam, addens.

c Dum extollo manus meas in Cruce. *Pſal.* 140. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Poſteà oſtendit eſſe piam. *Iſa.*65.a. Tota die expandi manus meas. Et vtilem, cùm dicit.

d Ad templum ſanctum tuum] ſc. conſtruendum de lapidibus viuis, ſcil. fidelibus.

Moraliter de viro iuſto. *a* Exaudi, Domine, &c.] Hæc omnia debet obſeruare vir iuſtus in oratione ſua, vt ſcil. ſit inſtans & aſſidua. *Rom.*12. c. Orationi inſtantes. Vocalis, ad excitandam deuotionem, & ad multa alia, ad quæ valet vocalis oratio. *Eccl.*21.a. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures perueniet. Item deuota, i. de voto cordis emiſſa, vt ſicut dicit *Aug.* quod profertur in ore, verſetur in corde. Hoc eſt, quod dicit hic [Vocem deprecationis] 1.*Cor.*14.c. Orabo ſpiritu, orabo & mente.

b Dum oro ad te] i. exaudi me in ipſa oratione. *Pſalm.*33. Oculi Domini ſuper Iuſtos: & aures eius in preces eorum. Item debet eſſe operoſa & pia. Quia ſicut dicitur *Tob.*12. b. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Vnde bene dicit [Exaudi] id eſt, ex te audi [vocem] qua te voco (*Thren.*3.f. Appropinquaſti in die, qua vocaui te.) Deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo] non deprimo, vt auarus. 1.*Timoth.*2.c. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Per hoc vincitur Diabolus *Exod.* 17. c. Cùm leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſi autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech: manus autem Moyſi erant graues.

d Manus meas ad templum ſanctum tuum:] Alia littera [oraculum] vbi eſt Propitiatorium, quia tunc exaudit Dominus quando orationem comitantur opera miſericordiæ, & viſcera compaſſionis. *Act.*10.a. Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

e Ne ſimul tradas me cum peccatoribus], quaſi dicat Chriſtus, peccatores me tradant; quia Iudas me tradet Iudæis, & Iudæi me tradent Gentibus crucifigendum. Et tu trades me, quia in manus eorum me dabis. Sed ne ſimul cum eis me tradas, id eſt, non eo corde, & eo fine me tradas, quo illi me tradent, ſcilicet, vt meum nomen extinguant, ſicut intendunt. Vnde dicunt *Ierem.* 11. d. Eradamus eum de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius.

f Et cum operantibus iniquitatem] id eſt, cum iniquè procurantibus mortem meam.

g Ne perdas me,] id eſt, non intendas me perdere ſicut ipſi.

h Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo] i. mecum, quando dicebant *Matth.*25.b. Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c.

i Mala autem in cordibus eorum.] Quia vt dicitur *ibi in Matthæo*, hoc faciebant, quia conſilium inierant, vt caperent eum in ſermone. *Ierem.* 51. a. Cor ſuum leuauerunt contra me, quaſi ventum peſtilentem. Vocat autem Chriſtus ſe proximum Iudæorum: Quia tribus modis.

Proximus dicitur { Naturæ conditione. / Conſanguinitate. / Beneficiorum exhibitione.

Naturæ conditione. *Leuitic.* 19. d. ſecundum *Septuaginta.* Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Noſtra tranſlatio habet; Diliges amicum, &c. Hoc modo Chriſtus erat proximus Iudæorum, quia homo. Conſanguinitate: Vnde *Pſalm.* 37. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et hoc modo Chriſtus erat proximus Iudæorum, vtpote de Iudæis natus ſecundum carnem. Beneficiorum exhibitione. *Luc.*10.f. Quis horum tibi videtur, proximus fuiſſe illi, qui incidit in latrones? Et reſpondit. Qui fecit miſericordiam in illum. Sic erat Chriſtus proximus Iudæis. *Actor.* 10. f. Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam: quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando oppreſſos à Diabolo. Similiter hæc debet eſſe petitio viri iuſti.

al. † non habet. † *al.* me. *al.* † animam meam. *al.* † comperdas. *al.* † cum his. *al.* † ſunt.

Moraliter de viro iuſto. *e* Ne ſimul tradas me cum peccatoribus] i. non tradas me in carcerem peccati cum peccatoribus, qui traditi ſunt Diabolo in carcere peccati. Et niſi reſipiſcant à carcere, tandem perdentur, & ſuſpendentur in patibulo inferni: Vnde addit.

f Et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.] Et ſic petit hic liberari à culpa, & à pœna æterna: De traditione peccatorum, *Roman.* 1. c. Tradidit Deus illos in deſideria cordis eorum in immunditiam, &c. De perditione. *Pſalm.* 25. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam. Peccator dicitur, in habitu; operans iniquitatem, in actu.

Aliter de adulatoribus. *h* Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo,] pacificè ſalutantes alios.

i Mala autem in cordibus eorum,] quia ferè omnis homo vult decipere proximum ſuum. *Ierem.* 9. c. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Et propter hoc bene dicit ante *in eodem Ierem.* Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat: & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Hoc autem propriè dicitur de adulatoribus.

h Qui loquuntur pacem, &c.] Vnde *in Pſalm.* 54. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula. *Gregor.* Radices ſpinarum molles ſunt; ſed ex ipſa radice proferunt, vnde pungunt. *Ieron.* Ille demum in audientibus aculeum relinquere poteſt, qui non pungit, ſed vngit. Et notandum, quòd multis modis nocent adulatores; Excæcant hominem: Vnde *Sapient.* 4. c. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius; aut ne fictio deciperet animam eius: faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona. Faſcinatio iſta eſt adulatio. Item reſipiſcere faciunt à bono incepto, vel propoſito. *Galat.* 3.a. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit veritati non obedire? Et poſt addit: Sic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu, cœperitis,

ceperitis, nunc carne consumamini. Item alliciunt ad peccatum, sicut Sirenæ ad periculum. *Isa.* 13. b. Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis. Vlulæ, quæ ponunt rostrum in luto, & horrendum dant sonum, isti sunt detrectatores, qui in fæcibus aliorum ponunt os suum. Sirenæ, sunt adulteratores, qui falsis vocibus alliciunt & decipiunt. *Isa.* 3. c. Popule meus, qui beatum, te dicunt, ipsi te decipiunt. Hoc significatum fuit 2. *Reg.* 20. c. Vbi Ioab interfecit Amasan osculando eum. *Prouerb.* 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Lacte infatuant, qui alios lactant lacte adulationis. Item audaciam peccandi præstant. *Psal.* 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur, quia exacerbauit Dominum peccator, scil. audacter peccando. Item vanam securitatem præstant. *Ier.* 6. d. Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: pax, pax; & non erat pax. Item affectum pœnitentiæ destruunt, & eliminant. *Thren.* 2. e. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta: nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Item peccatum hominis operiunt. *Isa.* 9. c. Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Cauda teguntur posteriora, & turpia, & immunda.

cordibus eorum. *a* Da illis secundum *b* opera eorum, & *c* secundum † nequitiam † adinuentionum ipsorū. Secundum *d* opera manuum tuarum † tribue illis: *e* redde retributionem eorum ipsis. Quoniam non *f* intellexerunt opera Domini: & in *g* opera manuum eius, † *h* destrues illos, & *i* non ædificabis eos.

al. † malignitatem | affectionum. *al.* † studiorum. *al.* † da eis. *al.* † nō cōsiderauerūt.

Allegoricè de Christo.

a Da illis, &c.] Hic petit Christus, vt fiat retributio Iudæis, qui eum crucifixerunt, & si non manibus suis; tamen cordibus, & linguis. Petit autem hoc amore iustitiæ, non libidine vindictæ. Vel est prædictio, non optatio. Vnde dicit [Da illis] ô Deus Pater.

b Secundum opera eorum] mala, quibus me ligauerunt, flagellauerunt, conspuerunt, illuserunt, & huiusmodi.

c Et secundum nequitiam adinuentionum eorum] tribue illis, id est, retribue. Nequitiam adinuentionum, vocat malitiam cordis eorum, quibus falsa adinueniebant contra eum, dicentes eum seductorem, dæmoniacum, & huiusmodi. Idem autem repetit, vt notet pertinaciam malignitatis eorum, & retributionis Dei confirmationem, dicens.

d Secundum opera manuum eorum tribue illis] id est, retribue, quasi dicat, ego multa bona feci eis; & ipsi econtrario multa mala retribuerunt mihi. *Ioan.* 10. f. Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo; propter quod eorum opus me lapidatis? Quia igitur sic mihi mala retribuerunt pro bonis.

e Redde retributionem eorum ipsis, id est, puni eos propter istud. Deinde ostendit petitionem exauditam esse à Patre. Vel ostendit se prædicta non optando, sed prædicendo dixisse, cùm subiungit.

Ioan. 1. *b.* *f* Quoniam non intellexerunt opera Domini, &c.] quasi dicat, verè reddes retributionem eorum ipsis: Quoniam. &c. Vel ideò punientur [Quoniam] ipsi non intellexerunt opera Domini: inuisibilia, scil. Verbum carnem factum esse. De quo opere *Ier.* 31. d. Nouum faciet Dominus super terram: fœmina circundabit virum: et quod maius mirum est: [non intellexerunt.]

g In opera manuum eius] visibilia, scil. mirabilia. *Ioann.* 5. f. Opera, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me: Quoniam ergo sic non intellexerunt.

h Destrues eos] per Romanos, in præsenti; vel in futuro æternaliter. Sed possent dicere aliqui Iudæi: Si destruat nos, Deus per captiuitatem præsentem, reducet nos, sicut reduxit de Babylonia. Sed hoc remouet, cùm subiungit.

i Et non ædificabis eos,] id est, postquam destruxeris eos per Romanos, non iterum reduces eos. Vnde in *Psal.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Vas enim figuli postquam fractum est, nunquam reintegratur.

Moral. *a* Da illis, &c.] Vel de omnibus peccatoribus dicit hæc vir iustus, condolens peccatoribus, & congaudens diuinæ iustitiæ, dicens [Da illis] scil. adulatoribus prædictis, & omnibus peccatoribus.

b Secundum operā eorum:] *Matth.* 16. d. Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique, secundum opera eius. *Ierem.* 25. d. Reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum. Et nota, quòd ter dicit; [Secundum opera eorum:] Propter peccatum cordis, oris, & operis. *Thren.* 3. d. Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum suarum. Et non sola opera; sed & corda tunc scrutabitur Dominus, sicut dicitur in *Psalm.* 7. Scrutans corda, & renes Deus. Vnde adiungit.

c Et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum, id est, fictionum, & voluntatum cordium. *Sapient.* 6. a. Interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Adinuentiones etiam dicit propter quosdam, quibus non sufficit peccare peccatis communibus; sed nouos modos peccandi adinueniunt. *Rom.* 1. c. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Item cùm iam natura deficiente peccare non possunt, peccata prouocare nituntur. De quibus in *Psalm.* 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Ibunt, scilicet in supplicium æternum. Vnde *Isa.* 3. b. Ruit Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos Maiestatis eius. Prouocando enim seipsos ad libidinem, Deum prouocant ad iram. Et dicit hic, quòd hi sunt Iudas & Ierusalem, scilicet Clerici, & Religiosi: quia multi eorum in illis adinuentionibus peccant, & plures quam laici. Dicit etiam: [Secundum nequitiam adinuentionum] & non secundum adinuentiones: In quo notatur, quòd est adinuentio nequam, & adinuentio pia. Adinuentio nequam, est ista, de qua diximus. Adinuentio pia est, qua excogitat homo, qualiter plus possit abstinere, vel orare, vel cætera bona facere. Vnde *Isa.* 12. b. Notas facite in populis adinuentiones eius, scilicet, Christi, qui adinuenit; vt diligeretur paupertas, humilitas, virginitas: & quòd inimicus diligeretur, & huiusmodi. Et Clericis, & Prælatis dicitur; Notas facite in populis adinuentiones eius, scilicet, ostendendo eas opere, & sermone: sed quia non ostendunt, ideò non sunt notæ.

d Secundum opera manuum eorum tribue illis.] Idem est, quod suprà: Sed ad maiorem confirmationem repetit: quia etsi sæpius dicatur, vix tamen creditur à mundanis: & ideo hic pluribus inculcatur, vt magis credatur. Vnde dicit Ioseph *Gen.* 41. d. Quod autem vidisti secundo, ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Domini, & velocius impleatur.

e Redde retributionem eorum ipsis] id est, quia retribuunt tibi mala pro bonis, puni eos. Dominus enim multa bona nobis fecit, vnde debemus ei retribuere, vt similiter pro eo multa faciamus. *Psalm.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: scilicet, calicem tribulationis, & pœnitentiæ, quem Saluator meus pro me bibit. *Matth.* 20. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Peccatores verò retribuunt ei mala pro bonis: quia cùm deberent facere bona, faciunt mala. Vnde conqueritur in *Psal.* 34. Retribuant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ, quasi dicat, faciunt, vt anima mea, quam pro eis dedi, sterilis sit, quantum ad eos: tamen afferret eis fructum vitæ æternæ, si vellent. *Ierem.* 2. f. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? *Isa.* 53. d. Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum. Et hæc omnia mala accident illis propter ignorantiam Dei, vnde subiungit.

f Quoniam non intellexerunt opera Domini] quantum ad creationem.

g Et in opera manuum eius] quantum ad recreationem. Ideò.

h Destrues illos, &c.] *Isa.* 5. c. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis, & in opera manuum eius non consideratis; propterea ductus est populus meus captiuus, quia non habuit scientiam. *Osea.* 4. b. Conticuit populus meus quia non habuit scientiam. Destrues illos, non quacunque destructione; sed irrecuperabili, scilicet, æterna. Vnde addit.

i Et non ædificabis eos.] Vndè *Ier.* 30. b. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua: non est, qui iudicet iudicium tuum: ad alligandam curationem tuam vtilitas non est tibi. Et notandum, quòd quidam ædificantur; & tamen non destruuntur, sicut innocentes. Quidam destruuntur, & ædificantur, vt Paulus. Vnde *Ier.* 1. b. Vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Quidam autem destruuntur, & non ædificantur. De quibus *Ierem.* 5. a. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Psalm.* 34. Dissipati nec

nec compuncti. Item alij nec destruuntur, nec ædificantur. De quibus *Iob* 21. a. Quare impij viuunt, sublimati, confortatique diuitiis? Domus eorum securæ sunt & pacatæ, & virga Dei non est super eos, &c. & tandem concludit: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

a Benedictus Dominus: b quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. c Dominus adiutor meus, & d protector meus: e & in ipso f sperauit cor meum, & g adiutus sum. Et h refloruit caro mea: & i ex voluntate mea k confitebor ei.

Alleg. a Benedictus Dominus] Secunda pars, in qua agit Christus gratias de sua Resurrectione, dicens: [Benedictus Dominus,] id est, Pater. Et subdit causam, quare benedicit eum.

b Quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ] qua superiùs orabam; Ne simul tradas me cum peccatoribus, &c. *Ioann.* 11. e. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Et ostendit, quòd exaudiuit.

c Dominus adiutor meus] contra inimicos. d Et protector meus] ab inimicis.

e Et in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.] *Psalm.* 39. In te Domine, speraui, non confundar in æternum. Et in alio *Psalm.* 39. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet. Postea ostendit, in quo adiutus est, dicens.

h Et refloruit caro mea] scilicet, in Resurrectione, quæ priùs floruerat in conceptione, per immunitatem peccati. Sed in Passione quasi defloruit, quando tam viliter tractata fuit; in Resurrectione verò refloruit, quando immortalitem induit. Et ideò. K Confitebor ei] in Apostolis meis, qui post resurrectionem Dominum confessi sunt, & laudauerunt, quem in Passione ipse Princeps Apostolorum negauit. Aues enim in hyeme silent; sed in æstate, quando flores apparent, cantant. Apostoli autem aues erant cœli, qui tacuerunt in hyeme Passionis, quando emarcuit caro Domini; sed post Resurrectionem, quando refloruit, tunc cantauerunt laudem Domino. Vnde ipse monet Sponsam, *Canticorum* 2. d. Surge, amica mea, columba mea, formosa mea, & veni: iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit: flores apparuerunt in terra nostra: vox turturis audita est in terra nostra. Et hoc est, quòd dicit: Confitebor ei. Sed non timore pœnæ, sed voluntariè. Vnde dicit. i Ex voluntate mea confitebor ei] id est, ex voluntate à me in missione Spiritus sancti data, confitebuntur ei Apostoli.

Moral. Similiter ad exemplum Domini, vir iustus debet gratias reddere Domino: quoniam Dominus exaudiuit eum: Et debet dicere. a Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.] 1. *Thess.* 5 d. In omnibus gratias agite: Non tantùm in prosperis, sicut illi, de quibus dicitur *Zach.* 11. a. Benedictus Dominus, diuites facti sumus. Et *Psal.* 46. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. *Col.* 3. c. Grati estote.

c Dominus adiutor meus] ad bonum faciendum.

d Et protector meus] ad malum sustinendum.] Vnde alia litera habet: Dominus fortitudo mea & scutum meum, id est, fortis adiutor ad bonum faciendum: Et scutum protegens, ad malum sustinendum: Et de vtroque agendæ sunt gratiæ Deo. *Eccl.* 51. a. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi.

e Et in ipso] Deo bono, largo, misericorde.

f Sperauit cor meum] non tantùm lingua. *Prou.* 21. a. Cor Regis in manu Domini.

g Et adiutus sum] *Eccl.* 2. b. Scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

Qualiter caro nostra floruit in Adã & defloruit; sed & refloruit in Christo. h Et refloruit caro mea] in Saluatore, vt dictum est. Caro enim hominis floruit in Adam, & habebat duos flores, scilicet, immunitatem peccati, & possibilitatem non moriendi. Sed quando peccauit, defloruit: & ceciderunt isti flores, quia facta est peccato obnoxia, & mori necessaria. In Christo verò refloruit in Conceptione, quantum ad primum florem: & in Resurrectione, quantũ ad secundum; Et meliùs quàm in Adam: quia pro possibilitate non moriendi, accepit impossibilitatem moriendi in Resurrectione. Christus enim resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. *Rom.* 6. b. Et in Conceptione accepit immunitatem peccati actualem & impossibilem; sed in Adam fuit tantum actualis. Sic ergo, Refloruit caro mea, dicit Iustus. Refloruit in Christo in spe: quia si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Et sicut in Adam omnes defloruimus: ita in Christo omnes reflorebimus. 1. *Corinthior.* 15. c. Nunc autem Christus resurrexit primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors; & per hominem resurrectio mortuorum. In præsenti etiam refloremus per pœnitentiam: Caro enim primò floret per virginitatem; sed defloratur in corruptione carnali; refloret autem in pœnitentia per continentiam. Flos virginitatis est flos lilij. Vnde *Canticorum* 2. a. Sicut lilium inter spinas; sic amica mea inter filias. Et *Canticorum* 7. b. Venter tuus, sicut aceruus tritici vallatus liliis. Hoc dicitur ad Beatam Virginem, cuius venter fuit, sicut aceruus tritici, quando granum illud, scilicet, filius eius seminatus fuit in eo. De quo dicit ipse *Ioan.* 12. d. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Sed venter iste fuit vallatus liliis, quia mater fuit virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Flos continentiæ, est propriè flos violæ, qui liuidum colorem habet, & refrigerat. De hoc flore potest intelligi illud *Isaia* 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quando enim caro deflorata est per peccatum, debet egredi virga disciplinæ de radice Iesse, id est, de corde contrito & dolenti. Iesse enim interpretatur holocaustum: Et propter peccatum, quod fecimus, debemus cor nostrum facere insulam, id est, vndique lacrymarum fluminibus irrigare, & facere illud holocaustum Deo per contritionem: Quia sacrificium Deo spiritus contribulatus. Nec solum cor per dolorem debemus offerre in holocaustum; sed & corpus per macerationem debemus offerre post contritionem. Et sic ex illo holocausto insulæ, egreditur virga disciplinæ, & de virga disciplinæ ascendet flos continentiæ. Sine enim maceratione carnis, non seruatur continentia. Vnde dicit *B. Bernard.* Castitas periclitatur in delitiis. Et pro his omnibus.

k Confitebor] Domino confessione laudis.

i Ex voluntate mea] id est, voluntariè & deuotè. *Psalmo* 55. Voluntariè sacrificabo, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est. Notandum autem est hic, quòd flos sumitur in bono & in malo.

Flos
- In bono
  - Caro Christi. *Isa.* 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.
  - Exempla Sanctorum. *Cantic.* 2. c. Flores apparuerunt in terra nostra.
  - Merita triumphantis Ecclesiæ. *Cantic.* 2. b. Fulcite me floribus.
  - Serenitas conscientiæ. *Cant.* 1. d. Lectulus noster floridus.
  - Virginitas. *Eccles.* 24. c. Flores mei fructus honoris & honestatis. Et *Eccles.* 39. b. Florete, flores. *Gloss.* Castitatis. Vnde idem statim subdit: Quasi lilium date florem.
  - Initium boni operis. *Cant.* 2. c. Vineæ florentes odorem dederunt.
  - Pœnitentia. *Phil.* 4. b. Tandem aliquando refloruistis, pro me sentire.
  - Brauium. *Cant.* 2. a. Ego flos campi, &c.
  - Stola animæ. *Psal.* 131. Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
  - Stola corporis, vt hic, Refloruit caro mea.
  - Senectus. *Eccl.* vlt. b. Florebit amygdalus. *Gl.* id est, canescet caput.
  - Iuuentus. *Psal.* 89. Mane floreat, vespere decidat.
- In malo
  - Hominis infirmitas. *Iob* 14. a. Qui, quasi flos, egreditur.
  - Gloria mundi. *Isaia* 40. b. Omnis gloria eius, quasi flos agri. *Ierem.* 48. b. Date florem Moab, quia florens egredietur.
  - Voluptas. *Sapient.* 2. b. Non nos prætereat flos temporis. *Isai.* 28. a. Væ coronæ superbiæ ebriis Ephraim, flori decidenti.

Septem sunt proprietates floris, quæ conueniunt Christo. Pulcher est flos, & Christus pulcher est. *Cant.* 1. d Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Item flos redolens est, seu fragrans, & Christus similiter. *Gen.* 27. d. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, &c. *Cant.* 1. a. In odore vnguentorum

torum tuorum curremus. Item flos spes est fructus, & Christus spes fructus copiosi: *Psalm.70.* Tu es spes mea à iuuentute mea. Item flos breuis æui est; sic & Christus. *Iob* 14. a. Homo natus de muliere, breui viuens tempore. *Ioan.* 16. d. Modicum, & videbitis me, &c. Item flos dat mel apibus, & Christus sapientiam humilibus. *Iac.*4. b. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Psalm.* 18. Sapientiam præstans paruulis. Itē flos est sertum vincentium; & similiter Christus triumphātiū. *Isa.* 28. b. In die illa erit Dn̄s exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui. Item flos per se nascitur ex terra, sine coitu; & Christus similiter de Virgine natus est, sine coitu. *Luc.*1. e. Quoniam virum non cognosco. *Isa.*7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. *Canticorum* 2. a. Ego sum flos campi: Versus:

Flos pulcher, redolens, spes fructus, & breuis æui.
Mel dat api, sertum capiti, sine semine nascens.

Dominus *a* fortitudo plebis suæ, & *b* protector † saluationum Christi sui est. *c* Saluum fac populum tuum, Domine: *d* & benedic † hæreditati tuæ: & *e* rege eos, & *f* extolle illos vsque in † *g* æternum.

al. † salutarium.
al. † hæreditatem tuam.
al. † sæculum.

Psalm. Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII.

h Afferte Domino, filij *i* Dei,

a Dominus fortitudo plebis suæ.] Suprà Christus, siue vir iustus egit gratias de beneficio sibi impenso. Vnde immediatè dixit supra: Ex voluntate mea confitebor ei: Sed quia charitas Christi, vel viri iusti, non quærit tantùm, quæ sua sunt; sed & quæ aliorum. Et non tantùm de propriis bonis gaudet; sed & de aliorum bonis. Ideò ostendit hic & Christus, & vir iustus; quoniam gratias reddit pro bonis aliorum. Vnde dicit. [Dominus fortitudo] quasi dicat, ideò confitebor, quia [Dominus est fortitudo plebis suæ] generaliter. 1. *Mach.*3. b. Non in multitudine exercitus victoria belli; sed de cœlo fortitudo est. [Suæ] dicit, non alienæ. *Ioel. vlt.* c. Dominus spes populi sui, & fortitudo plebis suæ. *Abac.* 3. d. Dominus fortitudo mea. *Isa.* 49. d. Deus meus factus est fortitudo mea. *1. Cor.* 13. *b.*

b Et protector saluationum Christi sui est] Fortitudo est, ad fortiter operandum, protector est ad malum cauendum. Vnde dicit [Et protector saluationum Christi sui,] id est, salutem, quam Christus nobis per gratiam suam operatur, Deus Pater conseruat. De qua saluatione *ad Titum* 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et dicit [Saluationum] in plurali, propter diuersos effectus gratiæ, siue propter diuersas gratias: De quibus pro populo intercedendo subiungit.

c Saluum fac populum tuum, Domine, &c.] dando gratiam in præsenti. Non dicit: diuitem fac populum tuum, Domine. Sed: Saluum. Et quomodo fit saluus: *Eccl.*30. c. Salus animi in sanctitate iustitiæ.

d Et benedic hæreditati tuæ, gratiam collatam augendo. Hæreditas autem Dei est populus fidelis. *Psal.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes Hæreditatem tuam. Et nota, quòd, populum, dicit pro actiuis; hæreditati, pro contemplatiuis. *Isa.*19. d. Hæreditas mea Israel.

e Et rege eos] docendo.

f Et extolle illos] glorificando. Non ad horam. Sed.

g Vsque in æternum:] Gratiam operantem petit eis, cùm dicit [Saluum fac populum tuum] Gratiam cooperantem, cùm dicit [Benedic hæreditati tuæ] Gratiam conseruantem, cùm dicit [Rege illos] Gratiam consummantem, cùm concludit: [Extolle illos vsque in æternum:] Hæc quatuor possunt notari *Roman.* 8. f. Quos prædestinauit, hos & vocauit; & quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, illos & magnificauit. In illis enim quatuor verbis, scilicet, prædestinauit, vocauit, iustificauit, magnificauit, illæ quatuor gratiæ, siue quatuor effectus eiusdem gratiæ possunt notari. *Isaia.* 31. c. Protegit Dominus Ierusalem, protegens, & liberans, transiens, & saluans. 2. *Corinth.*9. c. Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. Ecce illa quatuor. Et multum debet confidere plebs fidelis; quia hic Christus ipse orat pro ea. Non enim potest esse maior fiducia, quàm cùm is, qui dat, rogat. Vnde super *Numer.* 14. d. Vbi Moyses placauit iram Domini, dicit *Gloss. Ieronym.* Habemus aduocatum, qui interpellat pro nobis multò meliorem Moyse; qui tamen pro populo illo exauditus est: Et forte hoc factum fuit, vt multò magis confidamus, quoniam aduocatus noster veniam impetrabit a Patre. Vnde *Hebr.*9. c Christus assistens Pontifex. *Gloss.* Assistens Patri ad interpellandum. Et *B. Bern.* dicit: Securum habes accessum, ò homo, ad Deum; habes filium ante Patrem, ante filium matrem. Filius ostendit Patri latus, & vulnera; mater ostendit filio pectus, & vbera. Nulla potest esse repulsa, vbi tot occurrunt pietatis insignia. Ista quatuor verba possunt ita exponi.

c Saluum fac populum tuum,] à fouea culpæ, per pœnitentiam: Et hoc contra desperationem, *Rom.* 8. e. Spe salui facti sumus.

d Benedic hæreditati tuæ,] in statu pœnitentiæ, per internam consolationem: Et hoc contra acediam, seu tristitiam. *Psalm.*93. Secundum multitudinem dolorum meorum, &c.

e Et rege eos] in via iustitiæ, per paternam disciplinam: Et hoc contra præsumptionem: *Psal.*22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.

f Et extolle] à miseria per supernam gloriam: Et hoc contra pusillanimitatem. *Psal.*72. Tenuisti manum dexteram meam, & cum gloria suscepisti me.

EXPOSITIO PSAL. XXVIII.

Afferte Domino, &c.] Titulus. [*Psalm. Dauid in consummatione tabernaculi.*] Alludit historiæ, quæ est 2. *Reg.*6. de reductione arcæ in Ierusalem, quam reduxit Dauid de Gabaa, de domo Aminadab: in in qua delatione, siue reductione, Dauid obtulit plura sacrificia in tabernaculo, in quo eam collocauit, quod ad hoc tetenderat, vt ibi dicitur. Et quasi exemplo illius facti, inuitat alios ad sacrificia, dicens: [Afferte, &c.] *Historiā*

Vel melius mysticè per tabernaculum significatur Ecclesia militans; ad quam reducit Dauid arcam, quando per Apostolos reducit Christus Gentiles ad fidem Ecclesiæ militantis: Quæ ideò dicitur tabernaculum, quia in ea contra Diabolum militamus. *Iob* 7. a. Militia est vita hominis super terram. *Ephes. vlt.* b. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, id est, contra Spiritus nequam pro cœlestibus, à quibus nos volunt secum excludere. Istud tabernaculum consummatur in præsenti per fidei, & virtutum perfectionem; in futuro consummabitur per gloriæ adeptionem, quando veniet regnum ad regnum. Est ergo sensus tituli. Psalmus iste conuenit Dauid Prophetæ, qui loquitur hic, agens de consummatione tabernaculi, id est, perfectione Ecclesiæ militantis. In hoc tabernaculo offerendum est: Vnde in prima parte huius Psalmi, qui tripartitus est, monet Propheta fideles ad offerendum. In secunda parte agit de constitutione Ecclesiæ, enumerans septem dona Spiritus sancti, *ibi*: [Vox Domini super aquas.] In tertia parte ostendit, quid Ecclesiæ constitutæ fiet, *ibi*: [Dominus diluuium.] Monens ergo Propheta fideles spirituales hostias offerre, ostendit cui offerendum sit, & qui debent offerre, & quid, & quomodo, & vbi, & quare. Cui, cùm dicit [Domino.] Qui, cùm dicit: [Filij Dei.] Quid, cùm dicit: [Filios arietum.] Quomodo, cùm dicit: [Afferte Domino gloriam, & honorem.] Vbi, cùm dicit: [In atrio sancto eius.] Quare, cum postea dicit: [Vox Domini, &c.] Dicit ergo: ô vos. *i* Filij Dei,] scilicet, fideles homines, & maximè Clerici, & Prælati, qui estis filij Dei multis modis, vt postea patebit. *h* Afferte Domino] id, quod ei debetis, scilicet, vos & vestra: Et postea magis declarat, cum subiungit: *Mysticè* *Partitio Psalmi.*

Afferte Domino

h Afferte Domino, filij Dei.] Hoc etiam propriè Prælatis dicitur, qui propriè dicuntur filij Dei, quia hæreditatem, scilicet, Ecclesiam quam suo sanguine acquisiuit, possident, & vicem Dei tenent in terris. Vnde dicit eis Paulus *Actorum* 20. f. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Item, quia curam debent accipere, non amore pecuniæ; sed amore animarum: sicut & Christus suscepit Ecclesiam in curam, non pro sua vtilitate; sed ipsius Ecclesiæ. Eis ergo dicitur: O filij Dei, afferte Domino,] primò, vosipsos: Et postea: *Moral.*

Afferte Domino

Mysticè. a Afferte Domino filios arietum,] id est, vosmetipsos, qui estis filij arietum, id est, Apostolorum. De quibus. *Isa.60.* b. Arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Hic sunt multa notanda. Notandum est enim, quòd fideles dicuntur filij filij Dei multis respectibus.

Scilicet,
- Per creationem. *Isa.64.*d. Et nunc, Domine, Pater noster es tu; nos verò lutum: & fictor noster es tu; & opera manuum tuarum omnes nos.
- Per educationem, & maximè Clerici. *Isa.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.
- Per gratiam. *Galat.4.* a. Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem: Abba Pater.
- Per imitationem. *Ioan.8.* e. Si Filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. *Ephes.5.* a. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.
- Per hæreditatis adoptionem. *Galat.* 4. a. Misit Deus filium suum, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.

Item dicuntur [filij arietum] id est, Apostolorum, per generationem spiritualem, & per imitationem: Apostoli enim generauerunt in fide fideles per prædicationem. Vnde dicit Apostolus 1. *Cor.4.*d. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Item hos debent imitari fideles, sicut grex sequitur arietem ducem. Dicuntur autem Apostoli & Prælati Ecclesiæ arietes, ista ratione, scilicet, quia ducunt simplices Ecclesiæ, sicut aries ducit gregem. *Apostoli & Prælati dicuntur arietes.* Item alia ratione, quæ *in gloss.* assignatur, scilicet, quia duobus cornibus, scilicet, vtriusque Testamenti contra hæreticos & idololatriam præualuerunt Apostoli: Et debent præualere Prælati, confutandò hæreticos, & idololatriam vitiorum extirpando. Hac de causa ferunt Episcopi cornua, & in consecratione profitentur se scire vetus & nouum Testamentum. Hoc est, quod dicitur *Exod.* 34. d. quòd facies Moysi cornuta erat ex consortio sermonis Dei, non Iustiniani. Item notandum est hic, quòd quater dicit hic [Afferte] & quater [Domino.] *Quare quater dicit afferte, quater Domino.* Afferte dicit quater, propter quadruplicem oblationem, quam debemus Deo afferre, siue offerre. Domino dicit quater, vt notet tribus primis Trinitatem personarum; in quarto, vnitatem essentiæ. Et licet illæ quatuor oblationes, quas offerre debemus, toti Trinitati debeamus offerre; tamen primam possumus appropriare Patri, secundam Filio, tertiam Spiritui sancto, quartam toti Trinitati. Prima oblatio, est sacrificium spiritus. De quo *Psalmo* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Secunda, est sacrificium iustitiæ. De quo *Psalmo* 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Tertia, est sacrificium laudis. De quo *Psalmo* 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Quarta, est adoratio. De qua in *Psalmo* 94. Venite, adoremus, & procidamus ante Deum. Prima oblatio fit in bona voluntate, Secunda in bono opere, Tertia in psalmodia & prædicatione, Quarta in inclinationibus & genuflexione. In prima offertur anima Deo Patri: In secunda offertur corpus Deo Filio: In tertia offertur vox, siue spiritus Deo Spiritui sancto: In quarta totum simul, scilicet, corpus, & anima, & vox, & spiritus, toti pariter Trinitati offertur. Et iterum nota, quòd cùm primò dicit [afferte] non addit, quid offerendum sit, cùm autem secundò & tertiò & quartò dicit [Afferte] ibi addit, quid offerendum sit. Cùm enim non dicit primò quid offerendum sit, relinquit, quòd illud, quod ei magis assimilatur, offerri debet, secundum illam Domini sententiam *Matth.* 22. c. Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo, quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Sicut enim manifestum erat, quod numisma Cæsari debebatur reddi, quia ibi imago & nomen Cæsaris apparebat: ita manifestum, quòd anima, quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei, debet Deo reddi. De hac imagine *Gen.1.* c. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et in *Ps.4.* Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Propter hoc bene dicebat *Iob* 13. b. Animam meam porto in manibus meis, scilicet, paratus sum eam offerre Domino. Et *in Psal.*118. Anima mea in manibus meis semper. Et licet hæc imago toti Trinitati debeatur, quia totius Trinitatis vestigium relucet in ea; tamen quia illud beneficium habet a creatione, & auctoritas creationis Patri attribuitur; ideò Patri propriè debetur hæc prima oblatio, qua offertur anima. Vnde dicit] Afferte Domino filij Dei] scilicet, animam in bona voluntate, & feruenti deuotione. Secunda oblatio, quæ est sacrificium iustitiæ, in qua corpus offerendum est Deo, propriè debetur Filio, qui pro nobis susceptum corpus in ara Crucis obtulit. Vnde 1. *Corinth.* 6. d. Empti estis enim pretio magno; glorificate, & portate Deum in corpore vestro, scilicet, per carnis mortificationẽ. Vnde 2. *Corinth.* 2. c.

a afferte Domino filios arietum. b Afferte Domino gloriam & honorem:

Semper mortificationem Iesu in corpore vestro circumferentes. Et *ad Galat. vlt.* d. Stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Et ideò bene dicitur de hac oblatione [Afferte Domino filios arietum] vt scilicet, sitis imitatores Apostolorum in immolatione corporum vestrorum. Vnde *Leuit.5.* b. Anima, quæ peccauerit per ignorantiam, &c. offeret arietem immaculatum Sacerdoti, iuxta mensuram, æstimationemque peccati. Tertia verò oblatio, quæ est sacrificium laudis, propriè debetur Spiritui sancto: quia Spiritui sancto attribuitur bonitas, quæ est causa laudationis. Vnde *in Psalm.* 134. Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus. Et *Psal.*135. Confitemini Domino, quoniam bonus. Et ideò bene dicitur de hac oblatione.

b Afferte Domino gloriam, &c.] id est, gloriosum honorem prædicando & psallendo, & carnis macerationem ad gloriam Dei referendo. Quarta oblatio, scilicet, adoratio, debetur toti Trinitati, cui latriam debemus suæ essentiæ. De qua oblatione dicit.

a Afferte Domino filios arietum [id est, subditos vestros; vos enim estis arietes, vt dictum est, propter ducatum Ecclesiæ, quem suscepistis: & propter duo Testamenta, quæ scire debemus. Itemque propter inuincibilem fortitudinem, quam debetis habere ad sustinendum aduersa; & ad aggrediendum ardua. *Moral de Prælatis.* Vnde *Prouerbior.* 30. b. inter tria bene gradientia dicitur Aries. Et ibi dicitur, quòd non est Rex, qui resistat ei. Subdit autem, filij vestri sunt. Vnde *Num.* 11. c. dixit Moyses ad Dominum: Nunquid concepi omnem hanc multitudinem, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? Et est congrua verborum ordinatio [Afferte Domino filij Dei] quia recipiendo curam, bene videtur eis, quòd sint filij Dei, & quòd fœlices sint. Vnde *Prouerb.* 17. c. Homo stultus plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. Sed offerendo filios, inuenient eum Dominum, id est, districtè exigentem rationem, quia tunc cognoscetur Dominus iudicia faciens. *Psalm.9.* *Ezech.* 34. c. Ecce ego ipse super pastores: & requiram gregem meum de manibus eorum. Vnde *Prouerbior.6.* a. Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuam, id est, apud Dominum. Qui licet modò videatur tibi domesticus committendo curam; extraneus tamen erit, exigendo rationem. Et ideò bonum consilium dat. *Eccl.* 8. c. Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita, scilicet, quòd oporteat te afferre filios tuos Domino. *Genes.* 43. a. dixit Ioseph fratribus suis, id est, Christus Prælatis. Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum vobiscum. Ergò bene dicit: Afferte Domino, &c. Domino, non Diabolo, sicut mali Prælati suos subditos per malum exemplum afferunt Diabolo. Quia sicut dicit *Gregorius*, cùm pastor per abrupta graditur, necesse est, vt per præcipitium grex sequatur: Vnde *Osea* 9. c. de malis & auaris Prælatis dicitur: Ephraim adducet ad sacrificium filios suos, id est, Diabolum. Postea ostendit, quomodo Prælati afferre debent Domino subditos suos, cùm subiungit.

b Afferte Domino gloriam & honorem, &c.] Debent enim quærere in subditis gloriam Domini] Primò, vt subditi confiteantur peccata, quod est gloria Dei. Vnde *Iosue* 7. c. Fili mi, da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi, quid feceris. Item debent quærere in subditis, vt honorent Dominum bonis operibus, satisfaciendo pro peccatis, quæ confitentur. De his duobus, scilicet, confessione & opere. *Psalm.* 94. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Et de his duobus dicit hic [Afferte Domino gloriam & honorem.] Et dicit [Afferte] scilicet in humeris vestris, vt ouem erroneam & infirmam ad ouile, id est, per patientiam & supportationem vestram, subditos inducite ad confessionem peccatorum, & satisfactionem operum. Vnde de bono Pastore dicitur *Luc.*17.b. Cùm inuenerit ouem perditam,

imponit

* a Afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum, &c.] Nomen enim Dei essentiam dicit. Vnde Exod. 3. d. Si dixerint mihi, quòd est nomen eius; scilicet, Dei, quid dicam eis? Et dixit Dominus: Ego sum, qui sum. Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Bene ergo post tria prædicta dicit: Afferte Domino gloriam nomini eius, quasi dicat, etsi per prædictas tres oblationes profiteamini Trinitatem personarum: & quòd alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti; nihilominus per hanc quartam oblationem, essentiæ vnitatem veneremini, profitentes, quòd Patris & Filij & Spiritus sancti vna est Diuinitas, æqualis gloria. Et hoc est: [Afferte Domino gloriam nomini eius.] Quod manifestius declarat, subdens.

Myst.

a Afferte Domino gloriam nomini eius: b adorate Dominum † in c atrio sancto eius. d Vox Domini e super aquas, Deus f Maiestatis intonuit: Dominus g super aquas mul-

al. † in aula sancta.

b Adorate Dominum] scilicet, trinum & vnum.

c In atrio sancto eius,] vel [aula,] secundum aliam literam, id est, in corde sanctificato per fidem, & dilatato per charitatem: In tali enim corde habitat tota Trinitas. Ioan. 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit: & Pater meus diliget eum, & mansionem apud eum faciemus. Et ibi debet adorari. Vnde Ioan. 4. d. Eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

* imponit eam in humores suos gaudens, &c. Item debet Prælatus in seipso quærere gloriam Dei, quantum ad actiuam vitam & contemplatiuam. De prima dicit postea.

Mor. de Præl.

a Afferte Domino gloriam nomini eius,] scilicet, prædicando, & opera misericordiæ & iustitiæ exhibendo. De prædicatione, Isa. 24. c. In doctrinis glorificate Dominum. De operibus, Matth. 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Et dicit; [Nomini eius] scilicet, Dei, non sicut illi, qui dixerunt, 1. Mach. 5. g. Faciamus nobis nomen, &c. Et in Psal. 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. De contemplatione sequitur.

Moral.

b Adorate Dominum in atrio sancto eius,] interiori. Matth. 6. a. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito. Coloss. 3. c. In gratia cantantes in cordibus vestris Domino. Et dicitur cor Prælati atrium Domini, propter latitudinem charitatis, qua debet esse paratus ponere animam pro subditis, Ioan. 10. b. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Sanctum dicitur, hoc est, sine terra, propter contemptum terrenorum. Leuit. 19. a. Sancti estote.

d Vox Domini super aquas.] Secunda pars, in qua agit de constitutione Ecclesiæ, enumerans septem dona Sipitus sancti, incipiens à timore, & ascendens vsque ad donum sapientiæ: Isaias autem 11. a. enumerat ea descendendo. Et de hoc assignatur ratio in Gloss. quia, videlicet, hic agit de ascensu militantis Ecclesiæ, quæ per hæc dona, quasi per septem gradus ascendit ad triumphantem; In Isaia vero agitur de descensu Christi in carnem. Et ideò hic ascendendo; in Isaia verò descendendo enumerantur hæc septem dona. Et competenter in constitutione Ecclesiæ hæc septem dona enumerantur, quia ex illis ædificatur domus Dei, quæ est Ecclesia. Vnde Prou. 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c. Differunt autem virtutes & dona: quia dona propriè dantur ad cognoscendum, vt dicunt; virtutes verò ad operandum: Vnde sicut ars & scientia; sic differunt & dona. Et reddit hic Propheta rationem, quare prædicta debeant Domino offerri, quasi dicat. [Afferte Domino, &c.] quia ipse ædificauit Ecclesiam, & ditauit his septem donis. Vnde de primo dicit.

Alleg.

d Vox Domini [id est, prædicatio Christi.

e Super aquas] id est, super populos Iudæorum, qui erant in fluxu vitiorum, facta est. Aquæ enim multæ, populi multi, vt dicitur Apoc. 17. d. Et quomodo facta sit, subdit.

f Deus Maiestatis intonuit] id est, filius Dei, qui est Rex gloriæ, de nube carnis terribiliter prædicauit. Et non solùm Iudæis, sed & Gentibus per Apostolos Christi prædicatio timorem incussit. Vnde addit.

g Dominus super aquas multas] id est, super Gentibus, ad Dominum, sicut aqua de facili fluit. Vnde Isa. 2. a. Fluent ad eum omnes Gentes. Tamen quia multi de ipsis conuersi sunt respectu Iudæorum conuersorum. Quia sicut dicit Apostolus Roman. 11. e. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. Post timorem subdit de pietate dicens.

A Vox Domini]

d Vox Domini, &c.] Potest autem hoc exponi communiter de voce prædicationis, non solum eius, qua prædicauit Christus; sed & eius, qua prædicant quotidie Prædicatores eius: Vnde primò notandum est, quòd attentio & deuotio auditorum excitatur, cùm dicitur: [Vox Domini super aquas] non enim in aquis, sed super aquas vox Domini esse perhibetur, id est, non ab homine aliquo de populo, sed à Deo expectatur. Vnde 2. Cor. 3. b. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Psal. 103. Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Hoc est ergo dicere: [Vox Domini super aquas] id est, super sensum hominis, quem excedit. Et ideo bona consuetudo introducta est in Ecclesia, vt in principio prædicationis fiat oratio, & petatur à Domino verbum quod super homines est. Secundo notandum est hic, quod ardua vita & singularis Prædicatoris requiritur in hoc, quod dicit, [Vox Domini super aquas] quasi dicat, illud, quod dicit Gregorius, qua necessitate exigitur summa dicere, eadem necessitate compellitur summa monstrare. Vnde dicitur Isa. 40. b. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Super quo dicit Gregor. Super montem excelsum debet ascendere Prædicator, vt videlicet, qui cœlesti prædicatione vtitur, ima iam terrenorum deserens, in rerum culmine stare videatur; tantóque faciliùs subditos ad meliora pertrahat, quantò per vitæ meritum de supernis clamat. Propter hoc Leuit. 7. d. præcipitur, vt Sacerdos habeat armum hostiæ dextrum & separatum. Hoc est, vt dicit Greg. vt non solùm eius operatio sit vtilis, sed & etiam singularis. Nec inter malos tantummodo, quæ recta sunt, faciat; sed bene quoque operantes subditos, sicut honoris ordine superat, ita etiam morum virtute transcendat. Propter hoc ergo dicit; [Vox Domini super aquas, id est, super populos: Qui dicuntur, aquæ.

Moral.

Propter:
- Reflexum originis, quia sicut omnia flumina intrant mare: & ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt dicitur Eccles. 1. b. sic omnis homo in terram, de qua sumptus est, reuertitur. Vnde Gen. 3. d. dictum est homini: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Hanc similitudinem expressit mulier Thecuites 2. Reg. 14. d. dicens: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram.
- Successionem propaginis. Vnde Eccl. 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit. Vnde Dauid dixit de puero mortuo, 2. Reg. 12. f. Ego vadam ad eum; ille verò non reuertetur ad me.
- Motum. Vnde Iob 14. a. Homo nunquam in eodem statu permanet.
- Vilitatem elementi; quia sicut aqua vilis est, sic homo. Vnde Isa. 40. d. Ecce Gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.
- Profunditatem. Ierem. 17. b. Prauum est cor hominis & inscrutabile: & quis cognoscet illud?

Item: [Vox Domini,] est ipse Prædicator. Ioan. 1. c. Ego vox clamantis in deserto. Et dicitur vox, quia quicquid est in eo, debet esse vox, ad vocandum populum ad pœnitentiam.

f Deus Maiestatis intonuit.] Hoc confirmat illud, quod suprà dictum est: [Vox Domini super aquas,] vt dicatur auditoribus: Verè supra vos est vox Domini, quia [Deus Maiestatis intonuit] vobis, per Prædicatorem. Vnde Matt. 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et.

g Dñs super aquas multas] quia Deus est super omnes homines. Sequitur ergo: Si Dñs intonuit: & ipse est super aquas: Ergo, [Vox Domini] id est, prædicatio verbi Dei, vel ipse Prædicator inquantum huiusmodi, super * aquas

Alleg. A *a* Vox Domini] id est, prædicatio Christi, facta est. *b* In virtute] id est, pietatem prædicauit & dedit. *Eccl.* 8. a. Sermo illius potestate plenus est. *Matt.* 7. d. Loquebar sicut potestatem habens. Quæ consistit in tribus, scilicet, in cultu Dei, in reuerentia parentum, in compassione miserorum. Quæ, scil. pietas virtus dicitur antonomasticè, respectu timoris, quia suauiùs in Deum tendit, & dulcedine eius temperatur, & conditur amaritudo timoris. Vnde dicit Apostolus, 1. *Tim.* 4. c. Exerce teipsum ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, quæ, scilicet, fit ex timore; pietas autem ad omnia vtilis est. Et Dominus cùm deterrendo corda Pharisæorum diceret, *Luc.* 15. c. Quod intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate: Statim temperauit timorem, de pietate subiungens: *Philip.* 2. *b.* Veruntamen, quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Tertiò de scientia: Quæ in tribus consistit, scilicet in fidei discussione, in temporalium administratione, in bona conuersatione, in medio prauæ & peruersæ nationis præsentis. Et quia hæc docet & facit scientia, quæ magna sunt; ideò magnificentia appellatur: Ideò de ipsa, scilicet scientia, dicit.

c Vox Domini in magnificentia] id est, prædicando dedit scientiã, quæ magnificos facit: Sine scientia enim, qua scimus conuersari in medio prauæ & peruersæ nationis, non possumus magna facere. Sed quia plures sciunt & incipiunt operari, & tamen postmodum citò lassati deficiunt: ideò necessaria est etiam fortitudo, quæ consistit in duobus, scil. in aggressione arduorum, & tolerantia aduersorum. De qua fortitudine subdit. *d* Vox Domini] facta est. [Domini] dico. *e* Confringentis] bona confractione, scil. humilitatis & pœnitentiæ. *f* Cedros] id est, altos *Isa.* 10. *e.* & superbos de Gentibus. *g* Et confringet D. cedros Li- *Rom.* 9. *f.* bani] id est, altos & superbos de Iudæis, quando reliquiæ Israel saluæ fient, quasi dicat, succisa eorum superbia, & confracta fortitudine, qua obstinati sunt in malum, dabo eis fortitudinis spiritum: vt sint fortes in his perficiendis, quæ per scientiam cognouerunt: Iuxta illud *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Est autem cedrus duplex: Bona & mala.

Cedrus.
- Bona
  - Christus, 3. *Reg.* 4. d. Disputauit Salomon super lignis, à cedro, quæ est in Libano, vsque ad Hissopum, quæ egreditur de pariete, id est, à Diuinitate vsque ad humanitatem.
  - B. Virgo, *Eccl.* 24. b. Quasi cedrus exaltata sum in Libano.
  - Angelus. *Ezech.* 31. c. Cedri non fuerunt altiores eo, id est, Lucifero.
  - Magnus Clericus. *Num.* 24. a. Quàm pulchra tabernacula tua, Iacob, quasi cedri iuxta aquas, Scripturarum.
  - Philosophus, *Isa.* 41. e. Dabo in solitudinem cedrum, id est, magnum Philosophum.
  - Regalis prosapia. *Ezech.* 17. a. Aquila grandis tulit medullam cedri, & summitates frondium eius auulsit.
  - Potentia terrena. *Amos* 2. c. Ego exterminaui Amorrhæum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius.
  - Vir iustus, 3. *Reg.* 6. b. Operuit Salomon domum tabulis cedrinis.
  - Populus Israel, 4. *Reg.* 14. c. Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano.
  - Quilibet Princeps, *Ier.* 22. d. Nunquid regnabis, quia confers te cedro?
  - Crux Domini. *Num.* 19. a. Lignum cedrinum coccúmque bis tinctum & hyssopum Sacerdos mittit in flammam, quæ vaccam vorat. Fuerunt tamen in Cruce Domini quatuor ligna. Vnde versus,
    In cruce pes cedrus, stipésque cypressus, oliua
    Fit mali tabula, brachia palma dedit.
  - Congregatio sancta, *Eccl.* 50. b. Corona fratrũ quasi plantatio cedri in monte Libano.
  - Diabolus. *Ezech.* 31. a. Ecce Assur, quasi cedrus.
- Mala
  - Homo superbus, *Isa.* 2. c. Dies Domini super omnes cedros Libani sublimes & erectas.
  - Hæresiarcha, vel auctor sceleris, *Zach.* 11. a. Vlula, abies, quia cecidit cedrus.
  - Tyrannus, *Psal.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani.
  - Ipsa superbia. *Isa.* 43. b. Artifex lignarius succidet cedros.

Cedrus est arbor alta, præcipuè in monte Libani. Hæc inutilis est, nisi sit succisa: quia manens in sua radice, fructum vtilem non reddit: Sic superbia nisi succidatur, non valet, imò nocet; sed succisa fructum affert, quando humiliatur homo, & se penitùs abiicit. Vnde addit.

h Et comminuet eos, &c.] Eos dicit, vt fiat relatio ad significatum. Vel, [Eas] & fit relatio ad nomen. [Comminuet] dico. *i* Tanquam vitulum Libani] id est, ad tantam humilitatem eos adducet, vt sint acceptabiles hostiæ Deo, sicut vituli impinguati, ad opus sacrificij, in monte pascuali, fontibus irrigato, qui est Libanus. Et ostendit, quomodo humiliabuntur, scilicet, in consideratione humilitatis Christi. Vnde dicit.

> tas. *a* Vox Domini in *b* virtute: *c* vox Domini in magnificentia. *d* Vox Dñi † *e* confringentis *f* cedros, † *g* & cõfringet Dominus cedros Libani. Et *h* comminuet † eos *i* tanquam vitulum Libani,

al. † conterens. *al.* † conteret. *Moraliter.* *al.* † eas.

A *a* Et dile-

* aquas est. Prædicatori etiam dicitur: [Deus Maiestatis intonuit, &c.] quasi dicatur ei, Verè debes alios vitæ sanctitate præcedere, quia officium Dei tibi assumis. Et sicut Deus de altitudine suæ Maiestatis intonat, sic tu de altitudine sanctæ vitæ debes inferioribus prædicare. Et hoc, quia Dñs, cuius vicem geris, est[super aquas multas] vt Sup. Ergo & tu similiter sis. *Ioan.* 12. d. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Specialis autem minister Dei est Prædicator, qui proprium Christi ministerium habet. Vnde *Isa.* 49. b. Nunquid parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas? quasi dicat, imò magnum quid est. Sequitur de effectu sanctæ prædicationis.

a Vox Domini in virtute] quia per eam fiunt miracula spiritualia: Cæci vident, claudi ambulant, & mortui resurgunt. *Psal.* 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat. Et *Psal.* 106. Misit verbum suum & sanauit eos. Et in præmissa auctoritate *Isaia.* Nunquid parum est, &c. ad suscitandas Tribus Iacob, scilicet, à morte peccati. Vnde dicit *Greg.* Malus est miraculum suscitare animas in perpetuum victuras, quàm carnem morituram. Nec solùm suscitat mortuos; sed suscitatores & viuos operari facit. Vnde subdit.

c Vox Domini in magnificentia.] Si enim non moueatur homo ad magna opera facienda, signum est, quòd non est suscitatus, vel est paralyticus. Vnde dixit Dominus paralytico, quem sanauit: Extende manum tuam, scilicet, ad bona opera facienda. *Marc.* 3. a. Et *Prou. vlt.* c. Manum suam misit ad fortia. Ipsi etiam Prædicatori hoc dicitur, [Vox Domini in virtute, &c.] Quia debet esse plenus virtutibus & operibus bonis. *Mich.* 3. c. Ego repletus sum fortitudine Spiritus Dñi, indicio & virtute, vel veritate; vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Item verbum Dei mouet ad contritionem: Vnde subdit. *d* Vox Domini confringentis cedros] i. nobiles & elatos, per contritionem, à summo malitiæ deiicit. *Ier.* 23. f. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petras? Sed quia quidam etiam ex his, qui benè faciunt, in superbiam eriguntur: dicit *Aug.* quòd superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant: Ideò addit hic. *g* Et confringet, &c.] i. superbiam de vitæ innocentia surgentem. Non solùm à superbia deiicit, sed etiam vsque ad profundum humilitatis trahit. Aliud enim est non superbire, aliud est humiliari. Vnde subdit. *h* Et comminuet eos] vel[eas] cedros, i. tam primum genus superbientium, quàm secundum. *i* Tanquam, &c.] i. quicquid in eis boni est, per humilitatẽ, ad paruitatem, & quasi ad nihilum rediget: sicut vitulus minutatim conciditur, vt in sacrificium offeratur: Sicut dicitur *Leu.* 1. b. Detractáque pelle hostiæ, artus in frusta concident. Pellis extrahitur, quando exteriorum apparentia non quæritur: Artus in frusta conciduntur, quando ipsum bonum ante agentis oculos vilipenditur. [Vitulum Libani] dicit, vt suprà dictum est, quia in monte illo erant pascua bona, vbi impinguabantur vituli ad offerendum. Quòd autem verbum Dei ita humiliet, habetur ex illa auctoritate, *Ier.* 23. f. quam præmisimus: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petras? Ignis enim alta incinerat: & malleus grossa ad puluerem redigit. Et *Ezech.* 1. f. Cúmque fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant: & submittebant alas suas. *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est, vt Dilectus locutus est. Item verbum Dei facit hominem indignari contra peccatum. Vnde subdit.

De effectu sanctæ prædicationis. *Matt.* 12. *a.*

* Et Dile

Alleg. A *a* Et dilectus] scilicet, filius Dei, qui est Patri dilectus, sicut dicit *Matth.3.* d. Vox de cœlis facta est; hic est filius meus dilectus, &c. supple comminuetur, id est, minorabitur, humilians se vsque ad carnem, vsque ad mortem, vsque ad Crucem. Et hoc factum est, quia ipse factus est. *b* Quemadmodum filius vnicornium] id est, verè filius Iudæorum secundum carnem. Iudæi enim dicuntur vnicornes, propter superbiam de cultu vnius Dei, & sublimitate parentum. Vel dicuntur vnicornes, quia mutilati sunt vno cornu, scilicet, nouo Testamento, quod non recipiunt. Postea subdit de spiritu consilij, cuius est fortitudinem refrenare, ne in præcipitium vadat, vt dicit *Greg.*

Philip.2.a.

> *a* & Dilectus † *b* quemadmodum filius † vnicornium. *c* Vox Domini † intercidentis flammam ignis: *d* vox Domini † concutientis desertum: *e* & commouebit Dominus *f* desertum Cades. *g* Vox Domini † præparantis ceruos, & *h* reuelabit † condensa: *i* & in templo eius † *k* omnes dicent gloriam,

al.† commouentis solitudinem *al.† sicut.* *al.† vnicornium.* *al.† præcidentis.* *al.† perficientis.* *al.† siluas.* *al.† vnusquisq; dicet.*

c Vox Domini intercidentis flammam ignis] id est, dantis spiritum consilij, quo interciditur flamma ignis, id est, fomes peccati, ne perueniat vsque ad consensum, & ductus ad consensum interciditur, ne perueniat ad actum: Vel actus interciditur, ne ducatur in consuetudinem, & fiat homo quatriduanus. Ignis enim hic dicitur, fomes peccati: Qui bene dicitur intercidi, non omnino destrui: quia terra nostra necessariò germinat nobis spinas & tribulos, iuxta sententiam Domini, *Genes. 3.* c. Vnde *Num.* 8. b. præcipit Dominus, vt Leuitæ radant omnes pilos carnis suæ; non præcipit, vt euellant; sed vt radant. Vbi dicit *Gregor.* Falsis pilis in carne, radices remanent & crescunt, vt iterum rescindantur: quia magno studio superfluæ cogitationes sunt amputandæ; sed amputari funditùs non possunt. Semper enim generantur superflua, quæ spiritus ferro sollicitudinis rescindat. Flamma autem huius ignis est consensus. Spiritus ergo consilij non omnino extinguit in nobis ignem fomitis; sed ita intercidit, vt si remaneant scintillæ; non tamen exeat flamma consensus. Consequenter addit de spiritu intellectus, per quem conuersi Iudæi habent spiritualem legis intelligentiam, & Gentes fidem Sacramentorum: Vnde dicit.

d Vox Domini concutientis desertum,] id est, commouentis ad fidem populum Gentilem, qui est desertum, quia sine lege & Prophetis. *e* Et commouebit] ad fidem, per spiritum intellectus. [Desertum Cades] id est, Iudæos. Cades locus est, vbi aqua data est de petra. *Num.* 20. b. & interpretatur Sanctum legis. Ergo Iudæus est desertum Cades, priuatus, scilicet, à Sancto legis, videlicet a spirituali legis intellectu: per spiritum autem intellectus veniturad sapientiam, quæ in cognitis delectatur, vt dicit *August.* De qua sapientia subdit. *g* Vox Domini præparantis ceruos.] id est, præparantis aliquos sicut ceruos, vt transiliant spinosa & lutosa sæculi, sicut cerui. Item vt deuorent serpentem, i. Diabolum, & renouentur per pœnitentiam, sicut ceruus interfecto serpente, deuorat eum & renouatur. Et sic ascendentibus de spiritu timoris vsque ad spiritum sapientiæ. *h* Reuelabit condensa] id est, vmbracula mysteriorum, & intelligentiam sacræ Scripturæ aperier eis. *i* Et in templo eius] id est, in Ecclesia sic ædificata. *k* Omnes dicent gloriam] id est, A in cordi-

Moral. * *a* Et dilectus] à Deo, supple, fit per verbum Dei.

b Quemadmodum filius vnicornium] per indignationem bonam. *In Cantico Deut.* Incrassatus est Dilectus, scilicet, pane verbi Dei, & recalcitrauit, contra peccatum. *Ieron.* Disce sanctam superbiam. Et hoc notat, cùm dicit [Filius vnicornium.] Vnicornis enim indignantis est naturæ: & si capiatur, illico moritur, sicut *Gloss. super illud Iob 39.* a. dicit. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, &c. Sic homo, si capiatur à Diabolo, cùm prædicationem audit, statim debet mori peccato, vt viuat Deo. Secundum quod dicit Apostolus *Rom.6.*b. Existimate vos mortuos quidem peccato; viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro: non ergo peccatum regnet in vestro mortali corpore. Item dat refrigerium contra æstum tentationis: Vnde addit.

Deut. 32.b.

c Vox Domini intercidentis flammam ignis.] Hoc exponitur penitùs, sicut suprà expositum est de spiritu consilij. Vox enim prædicationis, spiritus est consilij. Et quod refrigeret, dicitur *Eccl.* 18.b. Nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius, quàm datum: Vnde *in cantico Deut.* Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum. Item verbum Dei timorem incutit: Vnde sequitur. *Deut.32.a.*

d Vox Domini concutientis] scilicet, per timorem [desertum,] id est, hominem infructuosum. Sicut Ioannes dicebat *Matt.3.* c. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Abac. 3.* a. Domine, audiui auditionem tuam, & timui. Sic timuerunt Iudæi, audito sermone Petri. *Actor.* 2. f. Vnde ibi dicitur. His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos; Quid faciemus, viri fratres? Et sic patet, quòd verbum Domini non solùm eos ad timorem concussit; sed & ad bonum agendum incitauit: Qui est alius effectus verbi Dei, de quo addit.

e Et commouebit Dominus desertum Cades.] Cades, interpretatur mutata. Est ergo sensus. [Vox Domini] id est, verbum [commouebit] ad bonum agendum, cor peccatoris, quod per timorem præcedentem mutatum est à proposito peccandi. Verba enim sapientium sunt sicut stimuli. *Eccl.*12.d.

Et nota, quòd cor peccatoris dicitur desertum, propter quatuor, scilicet.

Cor peccatoris dicitur desertum.

Quia
- Sterile est, per otiositatem, *1.Reg.*2.a. Donec sterilis peperit plurimos.
- Incultum est, per negligentiam. *Prouerb.* 24. d. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ.
- A feris inhabitatum, per monstruosorum peccatorum adinuentionem: *Isa.*35.c. In cubilibus, in quibus priùs habitabant dracones, viror calami & iunci orietur.
- Infructuosis arboribus est consitum, per prauorum morum consuetudinem.

Item verbum Dei non solùm incitat ad bonum faciendum; sed & in agendo strenuum facit hominem: Vnde subiungit.

Sermo Domini facit homines vt ceruos.

g Vox Domini præparantis ceruos] scilicet, sermo Domini facit, vt homines sint in seruitio Dei strenui, & sicut cerui.

Quia sunt.
- Veloces ad bonum. Vnde *Psalm.*147. Velociter currit sermo eius, id est, currere facit. *Eccl.* 31. c. In omnibus operibus tuis esto velox: & omnis infirmitas non occurret tibi.
- Audaces. Vnde *Psal.*104. Eloquium Domini inflammauit eum.
- Viuaces, *Ioan.*8. f. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.
- Transilientes lutosa. *Prou.*27. a. Anima saturata calcabit fauum, id est, saturata pane verbi Dei calcabit delectationem, quæ est in peccato: Quia gustato spiritu, desipit omnis caro.
- Sitientes. *Psalm.* 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te, Deus. *Eccl.* 24.c. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.
- Odientes serpentes, i. peccata. *Ps.* 118. Iniquitatem odio habui.
- Incolentes montes, i. alta sacræ Scripturæ, *Iob* 39.a. Circumspicit montes Pascuæ, & virentia quæque perquirit.

Item verbum Domini illuminat: Vnde subdit.

h Et reuelabit condensa] id est, obscura. *Psalm.*118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et *Psalm.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Item monet ad gratiarum actionem, & laudandum Deum: Vnde sequitur conclusio.

i Et in templo eius] materiali, scil. in Ecclesia: Vel spirituali, scilicet, in corde iusto.

k Omnes dicent gloriam,] id est, laudabunt Deum, reuelatis condensis. Ex cognitione enim Dei sequitur eius laudatio, *Psalm.* 47. Magnus enim Dominus, & laudabilis nimis. Et impossibile est eius bonitatem agnoscere, & non laudare: Vnde *Psalm.* 15. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: Vnde in patria, quia perfectè cognoscetur, sine fine laudabitur. *Psalm.* 84. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

A in cordibus & operibus, & etiam in verbis gloriam Dei quærent, 1.*Cor.*10.g.Omnia in gloriam Dei facite.Sic ergo habemus septem gradus, quibus homo ascendit ad Deum: & sufficiunt ista ascendere volenti. Timor enim extrahit à peccato: Pietas suscipit: Scientia expedit & instruit: Fortitudo stabilit: Consilium custodit: Intellectus introducit ad contemplandum Deum: Sapientia connectit & coniungit Deo. Hæc sunt septem chordæ in cithara Dauid.

Alleg.

al. † inhabitat.

*Philip.*2.*b.*

a Dominus diluuium † inhabitare facit: & *b* sedebit Dominus Rex in *c* æternum. Dominus *d* virtutem populo suo dabit; Dñs *e* benedicet populo suo in pace.

Septé chordæ in cithara Dauid.

- Prima est grauis, ad cuius sonum eliciendum, dictum est *Matt.*3.b.Genimina viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?
- Secunda leuis. *Luc.*11. f. Date eleemosynam, &c.
- Tertia mediocris, quæ docet conuersari in medio nationis prauæ.
- Quarta constans, *Prou.*28. a.Iustus quasi Leo confidens, &c. *Luc*:11. d.In patientia vestra, &c.
- Quinta acuta.Vnde *Eccl.*32.d.Omnia fac cum consilio.
- Sexta superuacua, *Psal.* 31. Intellectum tibi dabo, & instruam te, &c.
- Septima omnibus bene consonans, quasi mater.Vnde *Psal.*46. Psallite sapienter.

a Dominus diluuium, &c.] Tertia pars, in qua ostendit, quid Dominus faciat Ecclesiæ sic constitutæ. Ecce quid: [Dominus facit] Ecclesiam[inhabitare diluuium] huius mundi. Sicut, videlicet, arca Noë inhabitauit diluuium, & saluauit eos, qui in ea erant: Ita in diluuio huius mundi peribunt omnes, qui non fuerint in arca Noë, id est, in Ecclesia Christi: Sed quicunque ibi perseuerauerint, non peribunt. Vnde. 1. *Pet.* 3. d. Expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur arca, in qua paucæ, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: Quod & nunc nos similis formæ saluos facit Baptisma, quod, scilicet ianua est. Et nota, quòd est diluuium gratiæ, pœnæ, culpæ. Diluuium gratiæ submergit peccata, sicut diluuium submersit peccatores: Vnde *Ezechiel* 36. e. Effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. De diluuio pœnæ dicitur *Naum* 1. b. Bonus Dominus & confortans in die tribulationis, & in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius. Locus eius, i. Dei, Ecclesia est, cuius consummationem facit in diluuio prætereunte, i. in tribulatione. Vnde *Iacob.*1.a. Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis: scientes, quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur; patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. De diluuio culpæ dicit *Psalmo* 31. In diluuio aquarum multarum, ad eum, scilicet ad Deum, non approximabunt. Et *Osea* 4. a. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt. Inundatio autem fit, quando aqua exit ripas suas. Duæ ripæ, quæ continere deberent peccatum, ne exiret ad actum, sunt timor & pudor: quando istæ ripæ rumpuntur, tunc fit diluuium peccati. Ruptæ erant in illo Iudice, de quo dicitur *Luc.* 18. a. Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & homines non reuerebatur. De ruptione primæ ripæ dicitur in *Psalm.* 13. Non est timor Dei ante oculos eorum. De ruptione secundæ *Ier.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Hoc triplex diluuium facit Dominus sanctam Ecclesiam inhabitare, i. à sancta Ecclesia inhabitari: quia quantum ad secundum in gratia perseuerat, tribulationes tolerat: & quantum ad tertium peccata suppeditat, & inter peccatores habitat. Sed aquas peccatorum intra se non recipit, licet exteriùs circumquaque fluctuent. Et si gutta alicuius Venialis intret, cum haustorio confessionis reiicit; & hoc nutu Gubernatoris, qui sedet in puppi, scilicet Dei. Vnde subdit. *b* Et sedebit Dominus Rex] id est, Rector, & Gubernator huius nauis. *c* In æternum] i. quousque applicet eam de hoc temporali diluuio ad portum stabilitatis æternæ. *Prou.* 1. a. Intelligens gubernacula possidebit. *Mat. vlt.* d. Vobiscum sum vsque ad consummationem vitæ. De gubernatione autem ista & applicatione ad portum, manifestiùs subiungit dicens. *d* Dominus virtutem populo suo dabit] qua possit resistere innundationibus diluuij. Et hoc facit multoties per verbum suum, de quo prædictum est: [Vox Domini in virtute, &c.]

Triplex diluuium.

Fortis enim non potest esse, qui panem istum non habet. Vnde *Threnor.* 1. b. Facti sunt Principes eius, velut arietes non inuenientes pascua verbi Dei, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Et pòst de applicatione subdit. *e* Dominus benedicet populo suo in pace,] id est, dando eis illam benedictionem, *Matt.*25.c. Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mũdi. Post laborem & tempestatem præsentis diluuij, recipiet eos in pace æternitatis, vt ibi requiescant in eo. Vnde *Ps.*4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. *Isa.*32.d. Sedebat populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Ad quam nos perducat ipse pacificus noster Iesus Christus. Amen.

Psalmus Cantici in dedicatione domus Dauid.

XXIX.

f EXaltabo te, Domine,

EXPOSITIO PSAL. XXIX.

EXaltabo te, &c.] Titulus [*Psalm. Cantici in dedicatione domus Dauid.*] In præcedenti psalmo egit Propheta de constitutione domus Dei, quæ est Ecclesia, quæ septem donis ædificatur & construitur. In hoc psalmo agit de dedicatione illius, quæ erit in æterna beatitudine, quantum ad membra Ecclesiæ; & quæ iam fuit, quantum ad caput Ecclesiæ, Christum, scil. Ecclesia enim in capite suo, i. Christo ædificata fuit in vtero B. Virg. in Conceptione, videlicet, Saluatoris: dedicata autem, quantum ad caput fuit in Resurrectione eiusdem. Sed quotidie ædificatur in membris in gratia; in futuro autem dedicabitur in gloria. Vnde est sensus tituli [Psalmus iste] est [Cantici] i. lætitiæ [in dedicatione] i. pro dedicatione [domus Dauid] i. Ecclesiæ, quæ iam præcessit in capite in Resurrectione: & erit in futuro in membris: quia necesse est, vt quò præcessit humilitas capitis, sequatur humilitas membrorum: De vtraque enim dedicatione agit hic: Et loquitur totus Christus. Quædam enim verba huius psalmi conueniunt capiti, i. Christo: quædam membris, quædam vtrisque. Et nota, quòd dicare idem est, quod adiungere. Vnde *Virg.*1.*Æn.*

Coniugio iungam stabili, propriámque dicabo.

Dedicare autem est rem à communi vsu & vili excipere. Vnde materia Ecclesiæ, sc. ligna & huiusmodi non debet ad communes vsus, & viles distrahi, vt inde domus construatur. Et Ecclesiæ materialis dedicatio, signum est dedicationis animæ, quam sibi Christus appropriat, cùm infusa gratia virtutibus insignitur. Et hæc animæ dedicatio, quæ res est dedicationis Ecclesiæ materialis, est signum futuræ dedicationis, quæ perfecta erit: Vnde dedicatio Ecclesiæ habet octauas. Prima enim dedicationis Ecclesiæ celebratio, significat animæ dedicationem imperfectam. Octaua, significat dedicationem perfectam, quæ erit in octaua ætate in futuro, quando perfectè dedicabimur per glorificationem, & immortalitatem, & duplicem stolam. Modus agendi in hoc psalmo est, quòd tripartitus est psalmus. Primò agit Christus de sua dedicatione, monens Sanctos idem sperantes, laudare Deum. Secundò dicit, quomodo dedicationem istam meruit, *ibi*: [Audiuit Dñs.] Dicit ergo Christus. O *f* [Domine] Pater [exaltabo te] multos ad te trahendo. *Ioan.*12.c. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et aliis manifestando altitudinem tuam. Vnde in *Ps.*21. dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et quare exaltabit, ostendit in sequentibus. Primò, quia contulit ei impassibilitatem: Vnde dicit.

Alleg.

A Quoniam

f Exaltabo te, &c.] Potest legi in persona viri iusti sic. [Exaltabo te, Domine] Christe, sc. Resurrectionem tuam & Ascensionem tuam laudando, potentiam tuam considerando, nomen tuum prædicando, bona omnia tibi attribuendo. *Ps.*33. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Et pòst, Magnificate Dominũ mecum. *Luc.*1.*e.* Magnificat anima mea Dominum. Exaltatur autem Dominus specialiter confessione, prædicatione, laude, gratiarum actione. Confessione, *Isa.*25.a. Exaltabo te, & confitebor nomini tuo. Prædicatione. *Eccl.*11.a. Sapientia humiliati exaltabit caput, i. Christum. Laude, *Eccl.*43.d. Exaltate eum, quantum potestis: quoniam maior est omni laude. Gratiarum actione. *Ps.*63. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Et consequenter ostendit causas, quare exaltandus est ab hominibus. Prima est susceptio humanæ naturæ: Vnde dicit.

Moral. Quadrupliciter à nobis exaltatur Dominus. Quare exaltandus sit Dominus.

* Quoniam

Alleg.

A a Quoniam suscepisti me,] in dedicatione, scilicet, ad impassibilitatem. *Isaiæ 42.a.* Ecce seruus meus: suscipiam eum. Secunda causa est confusio Iudæorum: Vnde sequitur. b Nec delectasti inimicos meos super me,] id est, non permisisti delectari diu. Licet enim in Passione lætati fuerint, secundum quod ipsi dicunt in *Psalm. 34.* Euge, euge, viderunt oculi nostri. Et *Psalm.* 88. Lætificasti omnes inimicos eius. Tamen illud gaudium versum est in dolorem & tristitiam in Resurrectione, in qua confusi fuerunt. Tertia causa est ipsa Resurrectio gloriosa, in qua omnis corruptio & infirmitas corporis sanata est: Vnde dicit. c Domine Deus meus, clamaui ad te,] in Passione. *Hebr. 5.b.* Cum clamore valido, &c. d Et sanasti me,] scil. ab omni corruptione & infirmitate carnis. Ideò Dominus ostendit Discipulis suis, non vulnera, sed cicatrices. *Malach.4.a.* Sanitas in pennis eius, id est, in brachiis. *Amos 9.c.* In die illo suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius: & ea, quæ corruerant, instaurabo. Tabernaculum Dauid, est corpus Christi: Aperturę murorum sunt vulnera eius. Quarta causa est, quòd animam eius eduxit ab inferis: Vnde dicit. e Domine, eduxisti ab inferno animam meam.] Hoc planum est. Hoc significatum fuit *Ionæ 2.d.* vbi piscis euomuit Ionam in aridam. Piscis significat Infernum, qui post tres dies euomuit Christum. Quinta causa est, quòd liberauit eum ab ærumnis sæculi: Vnde sequitur. g Saluasti me a descendentibus in lacum,] id est, ab illis ærumnis, in quibus sunt descendentes in lacum, quasi dicat, saluasti me, ne remanerem cum fluentibus in lacum miseriæ, ne inuoluerer cum effluentibus in lacum culpæ: vel cum perefluentibus in lacum gehennæ. Vel extraxisti à Limbo. *Thren.3.f.* Lapsa est anima mea in lacum.

al. † iucundasti.

Ioan.20.g.

a quoniam suscepisti me: b nec † delectasti inimicos meos super me. c Dñe Deus meus, clamaui ad te: d & sanasti me. e Domine † eduxisti ab Inferno f animam meam: † g saluasti me à descendentibus in lacum.

al. † redemisti ab inferis.

al. † saluum fecisti.

Lacus enim dicitur:
- Torcular. *Marc.12.a.* Vineam pastinauit homo, & fodit lacum, i. torcular.
- Sepulchrum. *Ier. 41.b.* Lacus autem, in quem proiecit Ismaël omnia cadauera virorũ, &c.
- Baptismus. *Psal.27.* Assimilabor descendentibus in lacum.
- Martyrium. *Apoc.14.d.* Calcatus est lacus extra ciuitatem.
- Scriptura. *2.Reg.23.c.* Desiderauit Dauid aquam de lacu.
- Miseria. *Psal.39.* Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
- Præcipitium. *Psal.7.* Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.
- Carcer. *Genes.40.c.* Innocens in lacum missus sum.
- Malum consortium. *Dan.6.e.* Miserunt Danielem in lacum leonum.
- Hæresis. *Isa.22.c.* Lacum fecistis inter duos muros, id est, inter duo Testamenta.
- Peccatum. *Ezech.26.d.* Detraham te cum his, qui descendunt in lacum.
- Pœna vtilis. *Ier.38.b.* Proiecerunt Ieremiam in lacũ Elchiæ. Elchias interpretatur pars Dñi.
- Pœna inutilis *Isa.14.d.* Verumtamen detraheris in profundum laci.
- Desperatio. *Isa.38.d.* Non expectabunt, qui descendunt in lacum, &c.
- Limbus. *Zach.9.c.* Tu quoque in sanguine tuo emisisti vinctos de lacu, &c.
- Infernus. *Prou.28.c.* Hominem, qui calumniatur animæ ad sanguinem eius, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

Dan.24.f.

Et quia tot & tanta tribuit ei Deus Pater, ideò hortatur Sanctos, qui hoc se habituros sperent, vt Deum laudent: Ideò subiungit.

A Psallite Do-

Moral.

* a Quoniam suscepisti me,] i. meam naturam. *Psal.64.* Beatus, quem elegisti, & assumpsisti. Hæc nostra natura, quam Christus suscepit, significata est per vxorem Moysi Æthiopissam, *Num.12.a.* vbi dicitur, quod locuta est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam. Per Mariam, significatur Synagoga: per Aaron Sacerdotes, Scribæ, & Pharisæi: qui omnes locuti sunt, & murmurauerunt contra Christum, quando suscepit istam vxorem. Item, [Suscepisti me] vt Medicus infirmum ad curandum. *Ps.102.* Qui sanat omnes infirmitates tuas. *August.* Magnus de cœlo venit Medicus: quia magnus in terra

Quomodo Deus suscepit hominem.

iacebat ægrotus. Item vt Magister inscium ad docendum. *Psal.24.* Docebit mites vias suas. Vnde dicebat *Matt. 11.d.* Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Item vt Patronus debilem ad tuendum. *Psal.26.* Dominus protector, vel defensor vitæ meæ. Item vt Dux vagum ad dirigendum. *Psalm. 22.* Dominus regit me: & nihil mihi deerit. Et pòst: Deduxit me super semitas iustitiæ. Secunda causa est cõfusio inimicorũ: Vnde dicit. b Nec delectasti inimicos meos super me, id est, non permisisti delectari, sed potiùs confudisti eos: Hic est enim Liptote, minus dicit, & plus significat. Inimici autẽ sunt Dæmones & mali homines, qui super hominem delectantur, quando in peccatis volutatur: Sed confunduntur, quando resurgit per pœnitentiã. Vnde *Mich.vlt.b.* Ne læteris, inimica mea, super me, quia cecidi: surgam, cùm sedero in tenebris. Dns lux mea est: iram Dñi portabo, quia peccaui ei. Et pòst addit: Et aspiciet me inimica mea, & operietur confusione. Tertia, est sanatio a remorsu conscientiæ. Vnde sequitur. c Dñe Deus meus, clamaui ad te,] percussus à conscientia remordente. [Clamaui,] dico, corde, ore, operé. d Et sanasti, me] scilicet, à vulnere conscientiæ. De qua *Eccl.25.c.* Omnis plaga tristitia cordis est, & omnis malitia nequitia mulieris, id est, prauæ conscientiæ. *Ier.30.c.* Obducam cicatricem tibi, & a vulneribus tuis sanabo te, dicit Dñs. *Eccl.30.c.* Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Quarta causa, est extractio de peccato: Vnde subdit. e Dñe eduxisti ab inferno, id est, à peccato. f Animam meam,] q.d. in hoc me sanasti, quòd [eduxisti ab inferno] peccati, [animã meam.] Peccatum enim dicitur infernus: Vnde *Isa.38.b.* Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Ad portas inferi vadit, qui delectatur citra consensum: Portas autem inferi intrat, qui consentit in peccatum mortale. Vnde dicitur in *Psalm.54.* Descenderunt in infernum viuentes, id est, in mortale peccatum: Quod bene dicitur infernus, propter multas rationes.

Quia:
- In peccato, sicut in inferno, algor & calor sentitur, scil. prauus timor, & concupiscentia ardens & inflammans. *Iob 14.c.* Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium.
- Fœtor est in peccato. *Isa.34.b.* Humus eius conuertetur in sulphur. *Amos 4.c.* Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me, dicit Dominus. *Ioel.1.d.* Computruerunt iumenta in stercore suo.
- De peccato exit fumus infamiæ. *Isa.24.c.* Ascendet fumus eius à generatione in generationem.
- In peccato est vermis conscientiæ. *Iob 24.d.* Dulcedo illius vermes. *Eccles.19.a.* Qui se iungit fornicariis, nequam erit: putredo & vermes hæreditabunt illum.
- In peccato est sitis & esuries, quæ saturari non possunt. *Osea 4.c.* Fornicati sunt, & non cessauerunt. Ibi dicit *Ieronymus* Voluptas habita famem, non saturitatem parit. Et *ibidem*: Iniquitas substantiam non habet, nam ventres delinquentium vacuos relinquit: Vires fornicantium deficiunt, sed desiderium inardescit.
  Et lassata viris, nondum satiata recessit. *Iuuen. Sat.6.*
- In peccato nulla est requies, sicut nec in inferno. *Ierem. 16.c.* Seruietis Diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.
- Infernus nunquam repletur, nec peccatum similiter. *Prouerb.28.c.* Infernus & perditio, id est, peccatum, nunquam replentur.
- Infernus recipit, & peccatum plures. *Isa.5.d.* Dilatauit infernus animam suam.

Quinta causa, est separatio à malorum consortio: Vnde dicit. g Saluasti me à descendentibus in lacum,] i. e. in peccatum. Et dicitur peccatum lacus: quia sicut in lacum de facili labi potest homo, sed de facili non potest exire: Sic de facili in peccatum cadit homo, sed per se non potest resurgere, & præcipuè in peccatum carnis. *Prouerb. 23.c.* Fouea profunda meretrix; & puteus angustus aliena. Enumeratis beneficiis, quare vir iustus Deum exaltare cupit, consequenter inuitat alios ad eum laudandum & seruiendum: Vnde dicit:

a Pſallite Domino, Sancti *b* eius: & *c* confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniam *d* ira in indignatione eius, & *e* vita in *f* voluntate eius. † Ad *g* veſperum demorabitur fletus, & *h* ad † matutinum lætitia.

al. † Veſpere. *al.* † In matutinũ exultatio.

Alleg. A *a* Pſallite Domino Sancti eius,] quaſi dicat, primò laudate opere: quod innuit, cùm primò dicit: [Pſallite.] Secundò laudate eum ore: Vnde dicit. *c* Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius,] id eſt, confitemini ei, qui memor fuit ſanctificare vos. *Ioan.*17.c. Ego pro eis ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in virtute. Vel [Confitemini memoriæ ſanctitatis eius,] id eſt, quia propter ſanctitatem & bonitatem ſuam memor fuit noſtri: Vnde in *Pſalm.*24. Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine. *d* Quoniam ira in indignatione eius,] q.d. ideò confitemini, & pſallite Deo Patri: [Quoniam ira,] id eſt, vindicta, ſcilicet inflictio pœnæ, quam ſuſtinui in Paſſione, eſt, ſiue fuit [in indignatione eius] qua indignabatur propter peccatum primorum parentum: Vnde *Iſa.* 53.c. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. *e* Et vita] gloriæ, quam mihi dedit, reſuſcitans me à mortuis, eſt *f* In voluntate eius,] id eſt in beneplacito eius. Eſt ergo ſenſus: Ideò confitemini illi, quia etſi me Paſſioni expoſuit, tamen poſtmodum me glorioſè reſuſcitauit: Et vos, qui cõplantati eſtis ſimilitudini mortis meæ, ſimul & Reſurrectionis eritis, ſicut dicit Apoſt. *Rom.*6.a. Vnde & ſubiungit duo, quæ iſtis duobus reſpondent, dicens. *g* Ad veſperum demorabitur fletus,] ſcil. ad veſperum Paſſionis meæ, demorabitur fletus] in Apoſtolis: Vnde in hymno cantatur:

Triſtes erant Apoſtoli, De nece ſui Domini, &c.

h Et ad matutinum Reſurrectionis meæ, [demorabitur] *i* Lætitia,] in ipſis Apoſtolis & in aliis Diſcipulis: Vnde *Ioan.*20.e.

Moral. * *a* Pſallite Domino,] id eſt, bonis operibus, ipſi honorem date: Vos *b* Sancti eius,] id eſt, quia vos ſanctificauit per prædicta, ſcil. per Incarnationem, & cætera quæ enumerata ſunt: Ideò bene operantes ſeruite illi. *c* Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius,] id eſt, laudate eum, memores: quoniam ipſe vos ſanctificauit. Vnde *Epheſ.* 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum, vt illam ſanctificaret. Vel, [Confitemini memoriæ ſanctitatis eius,] id eſt, quia memor fuit ſanctificare vos. *Pſal.*8. Quid eſt homo, quòd memor es eius; aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Quia autem hoc non fecit meritis hominum exigentibus, ſed ſua miſericordia, ſubiungit. *d* Quoniam ira in indignatione eius, &c.] q.d. homo non meruerat, niſi iram Dei; ſed Deus non vult mortem peccatoris. Hoc eſt, [Quoniam ira in indignatione eius,] i. ipſe indignatur iraſci, quia inuitus punit. *Iſa.*10.f. Adhuc paululum modicumque, & conſummabitur indignatio mea. Vnde *Ieron.* Quicquid mali patimur, vitij noſtri eſt: quia dulcem Deum vertimus in amarum, & ſæuire cogimus nolentem. *Thren.*3.d. Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum. Vnde verſus,

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

e Et vita in voluntate eius,] id eſt, ipſe vult vitam hominum, non mortem: Vnde in collecta, Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Vnde de his duobus *Ezech.* 18.c. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus? q.d. non. Hoc eſt, quod dicit. [Quoniam ira in indignatione eius. Et additur in *Ezech.* Et non vt conuertatur a viis ſuis, & viuat? Hoc eſt, quod dicitur hic: [Et vita in voluntate eius,] quia aliter non habetur, niſi ex gratia & voluntate eius. 1. *Timoth.* 2. b. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. *Prouerbior.* 16. b. In hilaritate vultus Regis vita. *Pſalm.* 62. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas, actiuam, ſcilicet, & contemplatiuam: quia neutra ſufficit ad retributionem æternam, ſine Dei miſericordia. Et licet modò ita ſit miſericors & benignus: tamen eandem ſeueritatem, & iuſtitiam exercebit in eos, qui contemnunt modò benignitatem & patientiam eius. Vnde addit. *g* Ad veſperum demorabitur fletus,] ſcilicet, quando proiicientur mali in tenebras exteriores. *Matth.* 25.c. Inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores: Ecce, [ad veſperum.] Ibi erit fletus & ſtridor dentium: Ecce, [demorabitur fletus.] Et bene dicit, [demorabitur,] quia ſemper durabit. De hoc dicitur *Iſaiæ* 30. g. Auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ: & terrorem brachij ſui oſtendet in comminationem furoris, & flamma ignis deuorantis allidet in turbine & in lapide grandinis: à voce enim Domini pauebit Aſſur virgâ percuſſus: & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum. Aſſur interpretatur tollens acerbitatem: & ſignificat illos, qui præſumunt de miſericordia Dei, quòd acerbitatem iuſtitiæ eius tollunt, & euacuant: & ideò tollunt alteram molam, ſcilicet timorem. Sed tunc timebit Aſſur, virga percuſſus, &c. Et ſicut malis reddet fletum æternum; ita bonis reddet, i. e. retribuet gaudium æternum: Vnde addit hic. *h* Et ad matutinum lætitia,] ſupple, demorabitur, ſcilicet ſuper bonos, ſcilicet ad matutinum illud, in quo orietur eis Sol iuſtitiæ, quando ſcilicet incipient eum videre, ſicuti eſt. *Malac.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ. *g* Ad veſperam, &c.] poteſt exponi de Antichriſto, qui cùm venerit, adducet veſperum & fletum. *Iob* 38. d. Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facit. Et videtur, quòd iam venerit tempus. 1. *Ioan.*2. c. Chariſſimi, nouiſſima hora eſt: & Antichriſti multi ſunt. Ideò dicunt Diſcipuli *Luc. vlt.* c. Mane nobiſcum, quia inclinata eſt iam dies, &c. Sed, [ad matutinum] i. e. in die Iudicij, erit lætitia.] *Iſa.*51. d. Venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Iſti autem tres verſus propriè poſſent exponi de Sacerdotibus, & quibuſlibet perſonis altari deſeruientibus, vt dicatur.

De Antichriſto.

Aliter de Sacerdotibus & quibuſlibet corpus Chriſti ſumentibus.

a Pſallite Dño Sancti eius,] id eſt, vos, qui Sancti eſtis, pſallere Deo dignè poteſtis, aliter non. Quia ſicut dicitur *Eccl.* 15.c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Et in *Pſal.*49. Peccatori autẽ dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis Teſtamentum meum per os tuum? *Gl.* Pollutũ. Vnde *Greg.* Mundæ & diuinæ mentis ſunt verba ſacræ locutionis. *Pſ.*32. Rectos decet collaudatio. *c* Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius] i. cõfitemini peccata, & mundate vos, cùm accedere debetis ad ſanctum Corpus Dñi ſumendum, vel conficiendũ, quod ipſe præcepit ſumendum in memoriam ſui. *Luc.*22.b. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. *Iſa.*26.b. Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. *Thren.*3.c. Memoria memor ero. Tales enim mundi debent eſſe. Vnde *Iſa.*52. d. Mundamini, qui fertis vaſa Dñi. Et ad hoc deberet eos mouere timor & honor Dei, vt ſcil. attendentes ſanctitatẽ Sacramenti, per honorem Dei ſe mundarent, antequam accederent: vel ſaltẽ ſibi timerent de vindicta Dei, ſi immundi accederent. Vnde de duobus iſtis conqueritur Dñs *Malach.* 1. b. Si Pater ego ſum, vbi eſt honor meus: & ſi Dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dñs exercituum, ad vos, ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: in quo deſpeximus nomen tuum? Et ſubdit Dñs: in duobus, dicens: Offertis ſuper altare meum panem pollutum. Propter hoc, quantum ad primum, ſcil. ad honorem Dei dicit [Confitemini memoriæ ſanctitatis eius,] q. d. mementote ſanctitatis Corporis & Sanguinis Chriſti: & ſic reuertentes confitemini. *Ier.*2.g. Populus meus oblitus eſt mei diebus innumeris. De timore ſequitur. *d*. Quoniam ira in indignatione eius,] vt indignatio magis hic dicatur ab indigno, quàm ab indignari, vt ſit ſenſus [Quoniam ira in indignatione eius] i.e. ſi indigni acceditis, iram Dei incurritis. Vnde 1. *Cor.*11. f. Quicumque manducauerit panem hunc & biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini (*Prou.*16. b. Indignatio Regis nuncij mortis.) Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Probatio autem iſta, & purgatio fit in confeſſione coram Iudice à Deo delegato, & ideò bene dicitur [Confitemini, &c.] Nec tantùm propter honorem eius, aut timorem debemus ita mundi accedere; ſed propter vtilitatẽ noſtram, quia ſi dignè ſumamus, vitam æternam & vitam gratiæ habebimus in illo: Vnde ſubiungit. *e* Et vita in voluntate eius,] i.e. ſi ſecundum voluntatẽ eius ſumpſeris, viues in præſenti, vita gratiæ, & in futuro, vita gloriæ. *Ioan.*6. f. Qui manducat me, viuet propter me. Ex his autem duobus concludit. *g* Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.] Et vocat hic in ſenſu iſto veſperum, caſum à ſtatu bono in peccatum [matutinum] verò initium gratiæ. Vel potiùs [veſperum] vocat ſtatum peccati; & matutinum, ſtatum gratiæ: quia ſtatus peccati eſt medium inter diem gratiæ, & tenebras Inferni. Similiter ſtatus gratiæ, eſt mediũ inter noctem peccati, & diem gloriæ. Eſt ergo ſenſus. [Ad veſperum demorabitur fletus, &c.] i. qui cadit in peccatum, neceſſe eſt, vt continuè fleat, donec lacrymis peccata diluerit: Vnde *in Pſ.*6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, &c. *h* Et ad matutinum lætitia] i.e. qui in gratia eſt, econtrario gaudeat: Vnde *Luc.*10.d. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſũt in cœlis.

a Ego

Alleg. A *Ioann.* 20. c. Gauisi sunt Discipuli viso Domino, scilicet, post Resurrectionem suam. Vel sic, [Ad vesperum,] Adæ temporis & peccatoris [Demorabitur fletus] quia ad literam versus vesperam peccauit Adam, secundum quod innuitur *Genes.* 3. b. Cùm audissent vocem Domini deambulantis ad auram post meridiem abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini. Et sic occidit ei simul, & Sol iustitiæ illuminans oculos cordis, & Sol materialis illuminans oculos corporis. Et sic ad vesperam eius demoratus est fletus super genus humanum, scilicet, miseria & culpa. Demoratus verè, quia longam moram facturus, scilicet, vsque ad matutinum Resurrectionis nostræ per gratiam, in qua delebitur omnis miseria. Et hoc est, quod addit: [Et ad matutinum,] scilicet, Resurrectionis nostræ, [demorabitur lætitia.] Quoniam absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum: & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor; sed nec vllus dolor: quoniam priora transierunt. Secundum quod cantat Ecclesia. Et sumitur de *Apoc.* 21. a.

6. q. 3. c. imitare.

a Ego autem dixi in abundantia mea: non *b* mouebor in æternum. *c* Domine, in *d* voluntate tua, præstitisti *e* decori meo *f* virtutem. *g* Auertisti faciem tuam à me: & *h* factus sum conturbatus. *i* Ad te, Domine, clamabo: & *k* ad Deum meum deprecabor.

Alleg. *a* Ego autem dixi.] Secunda pars, in qua ostendit, quomodo dedicationem istam Resurrectionis meruit. Vnde primò ostendit meritum confidentiæ, cùm dicit [Ego autem dixi, &c.] quasi dicat, ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia; sed ego confido de matutino, non timens de vespere. Hoc est, quod dicit [Ego autem dixi, in abundantia mea,] supple, existens, id est, in abundantia virtutum & charismatum, quæ mea sunt, & à me habet, quicunque de istis aliquid habet. *Ioann.* 1. b. De plenitudine eius omnes accepimus. Quid dixi? Hoc.

b Non mouebor,] à Deo [in æternum,] id est, nunquam mouebor. Sicut *Ioan.* 13. a. dixit Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum, id est, nunquam lauabis. De abundantia virtutum & charismatum Christi, *Ioan.* 1. b. De plenitudine eius nos omnes accepimus. *Col.* 2. b. In ipso habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti.

c Domine,] Pater.

d In voluntate tua,] id est, secundum beneplacitum tuum.

e Præstitisti decori meo,] id est, humilitati meæ, quæ decorat virtutes.

f Virtutem,] vt aduersa humiliter patiar. De hoc decore in *Psalm.* 92. Dominus regnauit, decorem indutus est. *Psalm.* 44. Speciosus forma præ filiis hominum. Contrà. *Isa.* 53. a. Non erat ei species, neque decor. *Gloss.* Decorem habuit naturalem & spiritualem, & turpitudinem accidentalem, quia sputis illitus, & verberibus cæsus. Et *Luc.* 1. e. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Ibi ostenditur, quòd humilitas est decor, siue pulchritudo, quæ libenter respicitur. Tertiò ostendit meritum suæ Passionis, siue patientiæ, cùm subiungit.

g Auertisti faciem tuam à me. Auertisti,] id est, visus es auertere, quando me passioni exposuisti [Faciem] id est, præsentiam diuinitatis tuæ. Vnde *supr.* Vsquequo auertis faciem tuam à me?

h Et factus sum conturbatus,] id est, infirmitas meæ carnis attrita est. Contra, *Isa.* 42. a. Non erit tristis, neque turbulentus. Sol. Turbatio duplex, scilicet, passio & propassio. Prima non fuit turbatus, sed secunda. Item à se fuit turbatus, non ab alio. *Ioann.* 11. d. Infremuit Iesus, & turbauit seipsum. Hic agitur de turbatione propassione, & non dicitur, turbatus, id est, &c. Quartò ostendit meritum orationis & deuotionis suæ, dicens.

Conturbatio in Christo qualis fuerit.

i Ad te, Domine, clamabo,] quasi dicat, licet ita fuerim turbatus & attritus, non tamen desperaui: sed præter supra dicta dixi istud [Ad te, Domine] Pater [clamabo] in articulo Passionis, pro bonis adipiscendis.

k Et ad Deum meum deprecabor,] pro malis amouendis. Et ostendit tres causas, quare debeat exaudiri. Prima est: Quia nisi exaudiretur, inutilis esset eius Passio: Vnde dicit. A Quæ vtilitas.

a Ego autem dixi, &c.] Moraliter potest exponi de diuite abundante, & in diuitiis suis confidente, sic [Ego dixi in abundantia mea,] scilicet, diuitiarum.

b Non mouebor in æternum,] id est diu viuam, videtur enim, quòd credant se semper victuros. Sic dicebat ille diues, cuius ager vberes fructus attulit. *Luc.* 12. c. Dicebat enim; Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. *Eccl.* 11. c. Est qui locupletatur parcè agendo: & hæc pars mercedis illius in eo, quod dicit, inueni requiem mihi: & nunc manducabo de bonis meis solus. Sed licet ita dicat; tamen mentitur iniquitas sibi: Vnde ibi in *Ecclesiastico* sequitur statim: Et nescit, quòd tempus prætereat illum, & mors appropinquet: & relinquat omnia aliis, & moriatur. Et *Luc.* 12. c. Illi diuiti dixit Deus? Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti, cuius erunt? De viro autem iusto exponitur sic.

Moral. De viro iusto.

a Ego,] dicit vir iustus [dixi in abundantia mea] virtutum, & operum.

b Non mouebor in æternum,] id est, firmiter propositi perseuerare in bono, quasi dicat illud *Iob.* 27. a. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram. Multi autem aliter faciunt, qui ad quemlibet ventum tentationis mouentur: De quibus dicitur *Isa.* 1. g. Erit fortitudo vestra, quasi fauilla stupæ. Et *Naum* 3. c. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Sed vir iustus dicit [Non mouebor in æternum] *Eccles.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Prouerbior.* 10. d. Iustus non commouebitur in æternum. *Psal.* 14. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Sed quia hoc dicere, posset ascribi iactantiæ & præsumptioni, ideò sequitur.

c Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem] quasi dicat, hoc non habeo à me; sed tu, Domine [præstitisti virtutem] id est, fortitudinem, qua possim stare.

e Decori meo,] id est, honestæ conuersationi meæ. *Sap.* 4. c. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! [Præstitisti] dico, non ex meis meritis, sed [in voluntate tua] scil. secundum beneplacitum tuum. Nota, quòd multi habent decorem in corpore, sine virtute animæ, vt Absalon. De quo 2. *Reg.* 14. f. Sicut Absalon non erat vir pulcher. Alij in sermone. *Eccl.* 4. d. Non abscondas sapientiam tuam in decore tuo. Alij in veste. *Matth.* 7. b. Veniunt ad vos in vestimentis ouium. Sed Sponsus & Sponsa, & filij eorum habent in corde De Sponso, *Ierem.* 5. b. Peccauerunt Domino decori iustitiæ. *Cant.* 1. d. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. De Sponsa, *Cant.* 4. b. Tota pulchra es, amica mea: & macula non est in te. *Ierem.* 31. e. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ. De filiis, *Psal.* 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. *Zachar.* 9. d. Quid est pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? Et quod à te habeam hanc virtutem, non à me, patet per contrarium: Vnde sequitur.

De multiplici decore.

g Auertisti,] aliquando [faciem tuam à me,] id est, gloriam tuam subtraxisti peccatis meis exigentibus, & eam fugantibus. *h* Et factus sum conturbatus,] id est, à priori statu motus & lapsus in peccatum. Vnde in *Psal.* 6. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Vel legatur sub hypothesi [Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus,] id est, si auerteris conturbabor. Et est idem sensus cum priori. Simile dicitur alibi in *Psal.* 103. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, &c. Econtrario in *Psal.* 15. alio. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, vel cum facie tua, secundum aliam literam. Ideò petebat Dauid, Non auertas faciem tuam à me. Ex quo ergo virtutem persistendi in bono non habeo nisi à te, Domine. *i* Ad te, Domine, clamabo] ore. Et. *k* Ad Deum meum deprecabor,] vt sc. des mihi virtutem & fortitudinem, vt possim perseuerare, vel si fortè cadam, vt possim resurgere. De his duobus, scil. de clamore & deprecatione, *Isa.* 38. c. Sicut pullus hirundinis, sic clamabo: meditabor vt columba. Pullus enim clamat ad matrem, vt afferat ei cibum; sic nos ad Deum, vt det nobis fortitudinem. Columba habet gemitum pro cantu. Ille ergo meditatur vt columba, qui in corde suo de suis viribus desperans, gemit; & tamen oculos mentis columbinos ad Deum dirigens, spem firmam in ipso ponit. Et necesse habeo deprecari ne cadam in peccatum. Quia si cecidero, & non resurgam, melius esset mihi non esse: Vnde subditur.

Alleg. A a Quæ vtilitas in sanguine meo, id est, in effusione mei sanguinis esset. b Dum descendo,] id est, si descenderem. c In corruptionem,] id est, si corpus meum incineraretur & corrumperetur, q.d. nulla vtilitas esset. Hic dicitur corruptio, ipsa carnis incineratio: De qua *supra*: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

16. q. 7. c. & hoc diximus. Secunda causa, est defectus fidei per vniuersum orbem: Vnde dicit. d Nunquid confitebitur tibi puluis:] i. homo vilis & superbus, si

a Quæ vtilitas in sanguine meo, dum b descendo in c corruptionem? i Nunquid d confitebitur tibi puluis, aut e annunciabit veritatem tuam?

non exauditus fuero? q.d. non. Tertia causa, est defectus prædicationis. Vnde sequitur. e Aut annunciabit veritatem tuam,] prædicando? q. d. non. Apostoli enim tacebant, dum fuit in sepulchro; sed post Resurrectionem prædicauerunt vbique, sicut aues silent in nocte, & de die cantant.

Moral. De viro iusto. * a Quæ vtilitas in sanguine meo,] id est, in vita mea. b Dum descendo in corruptionem,] peccati? q.d. nulla. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? *Matth.* 16. d. Per sanguinem verò bene intelligitur vita hominis, quia sedes animæ est, vt dicitur *Leuit.* 17. c. Vel sic, [Quæ vtilitas in sanguine meo] id est, in peccato: [Dum descendo in corruptionem,] inferni? q. d. nulla. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis? Sanguis autem dicitur peccatum. Vnde *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. Vel, [In sanguine] id est, in nobilitate generis: Nobilitas enim generis non saluat hominem; sed quandoque pœnam eius aggrauat: Vnde *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, qui est omnium dominator. Et posset aliquis dicere: Imò vtilitas est aliqua, quia post mortem pœnitebo: Vnde hoc excludit subiungens: d Nunquid confitebitur tibi puluis,] id est, homo, postquam in puluerem reuersus fuerit post mortem? quasi dicat, non. Vnde *Eccl.* 17. d. Ante mortem confitere: à mortuo, quasi nihil, perit confessio: Hoc est de confessione peccati. Similiter est de confessione laudis, qua non laudabunt mali post mortem: Vnde subdit: e Aut annunciabit veritatem tuam?] q.d. non. *Isa.* 38. d. Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: nec expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam. Et sic excluduntur ab eis tria, sc. confessio, laudatio, redemptio. Vnde *Eccl.* 17. d. auctoritati quam modò prædiximus, adiungit de his tribus: Viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum: & gloriaberis in miserationibus eius. Possunt etiam hi duo versus exponi aliter, vt dicat Dominus ad Sacerdotes indignè sumentes &

Aliter de sumente Sacramentum Eucharistiæ indignè. conficientes, vt sint verba Christi. a Quæ vtilitas in sanguine meo,] sacramentaliter sumpto in altari. b Dum descendo in corruptionem,] id est, in corruptum peccatorem? quasi dicat, nulla, imò inutilitas multa. 1. *Cor.* 11. g. Quicunque manducauerit panem, & biberit sanguinem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.

In eo qui dignè accipit decem sunt vtilitates.
- Prima, est roboratio fidei.
- Secunda, alleuiatio pœnæ.
- Tertia, quia conducit eum, quasi peregrinum in via huius mundi vsque in patriam.
- Quarta, augmentum virtutum.
- Quinta, ornatus virium.
- Sexta, quia delectat gustum spiritualem.
- Septima, quia delet venialia.
- Octaua, quia vegetat membra Ecclesiæ.
- Nona, quia pascit sibi, id est, in se conuertit manducantem, sicut dicit *Aug. in lib. conf.* Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ; sed tu mutaberis in me.
- Decima, quia terret & effugat Dæmones. Versus.

Roborat & leuiat, conducit & auget & ornat.
Delectat, delet, vegetat, pascit sibi, terret.

Et posset aliquis dicere, licet ipsi in hoc Deum offendant; tamen in orationibus & psalmis & in melodia cantus sui, & prædicatione Deum placant: Hoc remouet Propheta dicens Domino. d Nunquid confitebitur tibi puluis,] id est, peccator, qui per puluerem intelligitur, vt postea iam dicemus, quasi dicat [non confitebitur tibi] id est, ad placitum tuum: quia talis hominis tibi non placet laudatio, vel oratio. Vnde *Amos* 5. g. Aufer à me tumultum carminum tuorum: cantica lyræ tuæ non exaudiam. *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Vel, [Tibi] id est, ad honorem tuum, quasi dicat, non multùm cedit Deo ad honorem, quia sicut dicitur vulgariter: Laus praui hominis valet vituperium. Vnde *Eccl.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. *Psal.* 113. Non mortui laudabunt te, Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum. Vnde conqueritur Dominus de Sacerdotibus. *Isa.* 52. b. Dominatores eius, sc. populi, iniquè agunt: & iugiter tota die nomen meum blasphematur. e Aut annunciabit, &c.] prædicando, quasi dicat, talis prædicare non debet qui puluis est, id est, sterilis & siccus à gratia Dei. Vnde *Eccl.* 20.

f Audiuit Dominus, & g misertus est mei: Dñs h factus est adiutor meus. i Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti k saccum

c. Homo Acharis quasi fabula vana. *Greg.* Qua necessitate tenetur magna dicere, eadem necessitate compellitur summa monstrare. Et ideò homo habet duas manus, & non habet nisi vnum os; vt notetur, quòd plus debet operari, quam loqui. Dicuntur autem mali Sacerdotes, & etiam quilibet peccatores puluis.

Quia sicut puluis sunt.
- Multi. *Eccl.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus.
- Aridi. 2. *Reg.* 1. d. Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos. Gelboe interpretatur decursus, vel aceruus arenarum. Sacerdotes ergo, qui decurrunt ad profundum vitiorum, rectè vocantur montes Gelboë. Et etiam alij peccatores aridi sunt. Vnde *Isa.* 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem.
- Viles: Vnde *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas.
- Mobiles. *Psal.* 1. Tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ.
- Cibus serpétis. *Is.* 65. d. Serpéti puluis panis eius.

f Audiuit Dominus.] Tertia pars, in qua ostendit Christus, quomodo dedicationem acceperit: Vnde dicit primò in generali [Audiuit Dominus] i. exaudiuit me, donans mihi dedicationem, quam supra petiisse me dixi. Postea specialiter determinat, in quibus ipsa consistit, s. primò in amotione omnium miseriarum: Vnde addit. g Et misertus est mei.] Misereri enim dicitur respectu miseriarũ. Qui tamen videt miserias alterius, & non remouet, cùm possit, non dicitur misereri illius miseri. Vnde idem est [Misertus est mei,] quod miserias à me amouit. Secundò in auxilio benefaciendi, & ad bona omnia perueniendi. Vnde dicit. h Dominus factus est adiutor meus] s. in Resurrectione, & in Inferni spoliatione, & in alijs. Tertiò in consolatione Apostolorum & credentium: Vnde dicit, i Cõuertisti planctum meum in gaudium mihi, &c.] i. planctum, quo me plangebãt Apostoli, & mulieres, & alij credentes, conuertisti in gaudium, secundũ quod promiseram eis, *Ioan.* 16. d. Vos autem contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et ideò bene dicit [Mihi] i. vt ego verax appererẽ in promissis. Quartò, in impassibilitate corporis, dado stolam corporis: Vnde dicit. k Conscidisti saccum meum,] i. mortalitatem corporis mei: Saccus enim est pannus asper. Et sumitur ad duos vsus, scil. ad domandum carnem. Vnde *Isa.* 22. d. Vocabit Dominus ad fletum & ad planctũ, & ad caluitium & ad cingulum sacci. Item sumitur ad reponendum frumentum. Caro autem Christi secundum vtrumque vsum potest dici saccus: quia in ea passus est, & in ea repositum est frumentum optimum, s. Diuinitas, quo fruméto satiantur Sancti in patria. *Ps.* 147. Et adipe frumenti satiat te. Hic saccus scissus est, quando remota est mortalitas à carne Christi in Resurrectione. Et scisso sacco A in Passio-

Moral. De viro iusto. f Audiuit Dominus, &c.] Idem potest, & debet dicere quilibet Iustus [Audiuit Dñs] me supra postulantem virtutem & fortitudinẽ perseuerandi in bono. *Ps.* 17. & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. g Et misertus est mei,] custodiendo me, ne caderem. Non enim est virtutis nostræ; sed Dei misericordiæ. *Rom.* 9. d. non est volétis, neque currentis; sed Dei miserentis. *Thr.* 3. c. Misericordiæ Dñi est, quòd non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. h Dñs factus est adiutor meus.] Et sic notat in hoc versu se habere à Deo duas partes iustitiæ, quæ sunt declinare à malo, & facere bonum. i Conuertisti planctum meum in gaudium mihi,] quia secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Planctus autem erat eius, quia timebat vinci à tentationibus, & sic descendere in corruptionem. Sed planctus iste conuertitur à Domino in gaudium, quando in tentatione dat victoriam. *Tob.* 3. d. Post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. k Conscidisti * saccum meum

Allegoricè. A in passione, apparuit granum frumenti, id est, verè apparuit Deus, qui priùs absconditus erat sub sacco: Vnde *Isa.* 45. c. Verè tu es Deus absconditus. Quintò perfecta fuit ista dedicatio in stola animæ: De qua dicit.

a Et circumdedisti me lætitia.] Gaudium enim & lætitia ad stolam animæ pertinent. Dicit autem [circumdedisti] vt notet magnitudinem istius lætitiæ, quæ potiùs continet suos possessores, quam contineatur ab eis: Vnde *Matth.* 25. b. non dicitur: Recipe gaudium Domini tui; sed dicitur: Intra in gaudium Domini tui. *Isaia* 35. d. Lætitia sempiterna super capita eorum.

al. † præcinxisti.

meum, a & † circumdedisti me lætitia. Vt b cantet tibi gloria mea, & c non compungar. d Domine Deus meus, in e æternum f confitebor tibi.

In finem Psalmus Dauid pro ecstasi. XXX.

g IN te Dñe, h speraui, nõ i confundar in k æternũ: in l iustitia tua † libera me.

al. † erue me, & exime.

Postea ostendit causam finalem duplicem, quare Deus Pater contulit ei ista. Prima est ex parte Patris, scilicet, vt ipse laudetur: Vnde dicit.

b Vt cantet,] quasi dicat, hæc mihi fecisti [vt cantet tibi gloria mea,] id est, vt gloria Resurrectionis meæ sit causa, quare tibi cantetur ab Ecclesia, te super hoc laudante. Secũda causa, est ex parte filij, sc. vt de cætero non patiatur: Vnde addit. c Et non compungar,] id est, vltrà non sentiam dolorẽ alicuius passionis. *Ro.* 6. b. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur, &c. Et postea concludens, dicit se pro omnibus laudaturum Deum Patrem, dicens. d Domine Deus meus, in æternum:] id est, semper. f Confitebor tibi:] id est, laudabo te. Vel: [in æternum,] id est, eum in æterna beatitudine. Nec mutatur sensus.

Saccus dicitur:
- Caro Christi. *Isa.* 20. a. Solue saccum de lumbis tuis.
- Pœna peccati. *Ioel.* 1. b. Plange, quasi virgo induta sacco.
- Velum peccatorum. *Apocal.* 6. d. Factus est Sol quasi saccus cilicinus.
- Tristitia. *Iob* 16. c. Saccum consui super cutem meam.
- Habitus religiosus. *Esther* 4. a. Non erat licitum indutum sacco aulam Regis intrare.
- Asperitas pœnitentiæ. *Isa.* 50. b. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.
- Signum obsecrationis. *Baruch* 4. d. Exui me stola pacis, & indui me sacco obsecrationis.
- Litera legis: *Genes.* 45. c. Inuenit scyphum in sacco Beniamin.
- Vestis plangentium. 2. *Reg.* 3. f. Accingimini saccis, & plangite.
- Diarium viatoris: *Eccl.* 17. c. Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso. *Prou.* 7. c. Sacculum pecuniæ secum tulit:
- Thesaurus cœlestis. *Luc.* 12. d. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.
- Hypocrisis. *Eccl.* 25. c. Obcæcauit vultum tuum, tanquam vrsus: & quasi saccum ostendet in medio proximorum. *Zach.* 13. c. Non operientur pallio saccino, &c.
- Auaritia. 4. *Reg.* 5. g. Ligauit duo talenta in duobus saccis.
- Cor dolosum: *Deut.* 25. c. Non habebis in sacculo diuersa pondera:
- Meretrix. *Aggæi* 1. b. Congregauit mercedes, & misit eas in saccum pertusum:
- Idololatria. *Isa.* 46. b. Qui confertis aurum de sacculo.
- Habitus Prædicatoris: *Apoc.* 11. a. Prophetabunt amicti saccis: 4. *Reg.* 19. a. Misit opertos saccis.

Moral. * saccum meum,] id est, corpus diuersis pœnis afflicti. De hoc sacco *Esther* 4. a. Non erat licitum indutum sacco aulam Regis intrare, quia corpus impedit nos, quòd non possumus ad Paradisum intrare. *Sap.* 9. c. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: 2. *Cor.* 5. a. Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis: Et ex hoc non doleo, sed gaudeo. Vnde sequitur: a Et circumdedisti me lætitia:] *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat: Et hoc fecisti mihi, & facis, non vt inde superbiam; Sed: b Vt cantet tibi gloria mea:] id est, vt gloria, quam habeo ex istis in testimonio conscientiæ meæ, [Cantet tibi:] id est, te laudet, & totum tibi ascribat quicquid boni habet. Vnde *Col.* 3. c. In gratia cantantes in cordibus vestris Domino. c Et non compungar] spinis vitiorum, vel gladio conscientiæ: Et ideo: d Domine Deus meus.] Domine timende, Deus venerande, meus diligende. e In æternum confitebor tibi,] confessione laudis. [In æternum,] id est, in tota vita mea, psallam Deo meo quandiu fuero. Vel, [In æternum,] id est, in æterna vita, vt supra.

EXPOSITIO PSALM. XXX.

IN te Domine, &c.] Titulus. [*In finem Psalmus Dauid pro extasi.*] In præcedenti Psalmo egit de dedicatione Ecclesiæ, quæ iam in capite completa est: In futuro autem fiet in membris; & sic ad spem nos inuitauit. Sed quia vt habetur *Deut.* 24. b. Non est accipienda superior, & inferior mola loco pignoris, id est, non est subtrahenda spes, vel timor à corde hominis: quia spes sine timore luxuriat in præsumptionem: & timor sine spe degenerat in desperationem, vt dicit *B. Gr.* Ideò in hoc Psalmo agitur de eis, quæ timorem incutiunt viris sanctis, sc. de periculis mundi. Et secundum hoc sumitur titulus, vbi dicitur: [Pro extasi.] Quod primò dicitur: [In finem Psalmus Dauid] non indiget expositione. Et ideò hoc solum verbum, sc. [pro extasi] exponamus. Extasis dicitur, quasi extra se status; quod fit, cùm Sancti extra se ponuntur, vel præ gaudio, vel præ timore nimio: Et in hoc vltimo sensu, sc. pro pauore, hic præcipuè accipitur. Iste autem Psalmus tripartitus est. Primò ponit remedia contra timorem. Secundò enumerat quæ, & quot, & quanta perturbant, *ibi*: [Miserere mei.] Tertiò, quæ sunt bona contra illa mala perturbantia, *ibi*: [Quam magna multitudo.] Et notandum in hoc Psalmo, quòd quædam verba eorum, quæ in eo dicuntur, capiti conueniunt, quædam membris, quædam autem ipsi Prophetæ. Non tamen propter hoc mutatur vox; sed sub eadem voce loquitur propter vnitatem capitis, & membrorum. Dicit ergo in persona capitis, id est, Christi. g In te, Domine] Pater. h Speraui,] secundum quod homo. Et vt cesset obiectio, certum est, quòd spes simpliciter non fuit in Christo, secundum quod definitur *ab Aug.* Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis; sed tamen ratione stolæ corporis habuit spem. Item spes in Christo potest dici certitudo, & fiducia: & hoc est primum remedium contra pauorem, sc. spes. Et quia [speraui,] i Non confundar in æternum,] id est, nunquam confundar in illusionibus, & opprobriis Iudæorum. Secundum remedium contra pauorem, est oratio: Vnde statim orat, dicens l In iustitia tua libera me,] supple, à morte. [In iustitia tua,] id est, sicut promisisti. Dicit enim *August.* quòd iustitia est solutio promissionis huius, sc. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. g In te Domine, &c.] Potest legi in persona cuiuslibet iusti sic. [In te, Domine, speraui.] In te, non in me, sicut præsumentes: Non in homine, vt nobiles in sua parentela: Non in diuitiis, vt diuites. De primis *Iudith* 6. d. Non derelinquis præsumentes de te, Domine: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias. De secundis, *Ierem.* 17. a. Maledictus homo, qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium suum. Et *Augustin.* Magis studeant, non de parentum diuitum dignitate; sed de pauperum fratrum gloriari societate. De tertiis: *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. *Tim.* 6. d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundè. Non confundar,] quia spes non confundit: *Rom.* 5. a. *Eccl.* 2. b. Quis sperauit in Dño, & cõfusus est? *Pr.* 29. d. Qui sperat in Dño, subleuabitur. *Isa.* 50. c. Posui faciem meam, vt petram durissimam: & scio, quia non confundar. Sed quia duplex est confusio, sicut habetur *Eccl.* 4 c. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam, & gloriam: determinat, de qua confusione loquitur hic, cùm addit. k In æternum,] quasi dicat, etsi ad præsens confundar bona confusione adducente gratiam, & gloriam; non tamen confundar in æternum cum reprobis. De quorum confusione dicitur *Ierem.* 20. c. Confundantur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. 2. *Timoth.* 2. c. Hæc patior; sed non confundar. l In iustitia tua libera me,] quia mea iustitia non sufficit; sed succumbit, secundum illud. *Isa.* 64. c. Facti sumus, vt immundi omnes nos; quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. In sua autem iustitia liberauit nos Christus, quando pro nobis

Extasis quid sit.

Partitio Psalmi.

Allegoricè de Christo.

Moraliter de viro iusto.

bis ſatisfecit Patri, moriens in Cruce. Vnde *Iob* 33. c. de hac iuſtitia, & liberatione dicitur: Si fuerit pro eo * Angelus loquens vnum de ſimilibus, vt annunciet hominis æquitatem, miſerebitur eius, & dicet: libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: inueni, in quo ei propitier. Angelus iſte Chriſtus eſt, qui Patri loquitur pro homine, vnum de ſimilibus: quia ei naturam humanam, in qua nobis eſt ſimilis, oſtendit, & annunciat hominis æquitatem, cùm oſtendit ſe hominem pro iniquitate hominis ſatisfeciſſe. Vnde meritò dicit ei Pater: Libera eum, ſc. hominem, quia inueni, in quo ei propitier, ſcil. iuſtitiam tuam.

Moral.

al. † eximas.

al. † Quia.

a Inclina ad me aurem tuam: *b* accelera, † vt *c* eruas me. *d* Eſto mihi in Deum protectorem, *e* & in domum refugij, vt *f* ſaluum me facias. † Quoniam *g* fortitudo mea, & *h* refugium meum es tu: *i* & propter nomen tuum

Propter hoc bene dicit Apoſtolus *Rom.* 3. c. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Hoc eſt ergo, quod petit hic iuſtus: [In iuſtitia tua libera me;] Vel ſic: [In iuſtitia tua,] id eſt, per iuſtitiam tuam, quam tu das. Vel: [In iuſtitia:] id eſt, in ſolutione promiſſorum, ſecundum quod promiſiſti. *Zach.* 1. a. Conuertimini ad me: & ego conuertar ad vos. Vel [In iuſtitia,] id eſt, in promiſſione tua. *Iſa.* 32. d. Erit opus iuſtitiæ pax. Vel [In iuſtitia tua,] id eſt, in Chriſto. *Iſa.* 51. c. Salus mea in ſempiternum erit: & iuſtitia mea non deficiet. [Libera me] à culpa, à pœna, à miſeria. De primo *Ioan.* 8. c. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. De ſecundo *in Pſal.* 43. Saluaſti nos de affligentibus nos. De tertio *Rom.* 9. d. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Propter hoc dicitur *in Pſal.* 123. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Allegoricè. *a* Inclina ad me aurem tuam, &c.] dicit Chriſtus. Et notantur hic duo ſub metaphora, ſub qua loquitur, id eſt, faue mihi: ſicut qui inclinat aurem alij, ſignum eſt, quòd ei faueat. Illa autem duo, quæ notantur hic, ſunt infirmitas corporis Chriſti, & humilitas animæ. Infirmo enim & humili eſt inclinandum, qui eum vult iuuare. De his autem duobus poteſt intelligi illud *Matth.* 26. d. Spiritus quidem promptus eſt, ſc. per humilitatem; caro autem infirma, per infirmitaté. Bene ergo dicit [Inclina ad me aurem tuam:] verbum. *b* Accelera, vt eruas me,] id eſt, citò reſuſcita me poſt tres dies. Hoc eſt erue me, ſc. à morte. Vel ſic [Accelera,] id eſt, fac me accelerare, vt ſoluam animas de inferno. Et bene hoc de Chriſto ſic exponitur, cuius nomen ex hoc videtur imponi. *Iſa.* 8. a. Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. [Vt euellas me] cum meis de Limbo. Vnde *Zach.* 9. c. Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. *d* Eſto mihi in Deum protectorem:] id eſt, eſto mihi tantus protector, quantum decet eſſe Deum. Protexit autem eum Dominus, dando ſcutum patientiæ. *e* Et in domum refugij;] Ad quam vulneratus, & laſſus refugiam. *f* Vt ſaluum me facias,] ſc. ab inimicis, qui me inſequuntur. Hoc autem fecit ei Deus Pater in Reſurrectione, & præcipuè in Aſcenſione: Tunc enim ſaluum fecit eum Dominus ab inimicis Iudæis, qui eum iam occiſum adhuc perſequebantur, & detineri volebant in morte. Vnde poſuerunt cuſtodes ad ſepulchrum. *Matth.* 27. g. Et verè ita debes facere, & facies. *g* Quoniam tu es fortitudo mea,] ad tolerandum perſecutores. *h* Et refugium meum] ad euadendum eos, quando voluero, ſecundum illud *Ioan.* 10. c. Poteſtatem habeo ponendi animam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. *i* Et propter nomen tuum deduces me,] id eſt, Dux eris mihi in via, per quam miſiſti me. Et hoc [propter nomen tuum] id eſt, vt manifeſtetur, & clarificetur nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo. De via *in Pſalm.* 18. dicitur. Exultauit, vt Gigas ad currendam viam.

A Et de

Moral. Inclina ad me, &c.] Poteſt etiam legi totum in perſona Iuſti, ſicut & primus verſus lectus eſt. Sic. *a* Inclina ad me aurem tuam,] ſcilicet, miſericordiæ. *Pſalm.* 114. Inclinauit Dominus aurem ſuam mihi. Quod præcipuè factum eſt, quando filium incarnauit, & ad obedientiam inclinauit. Mihi id eſt, ad meam vtilitatem. *Phil.* 2. a. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Humiliare enim notat inclinationem; obediens autem refertur, vel auris potiùs ad obedientiam. In hoc etiam, quod dicit. [Inclina ad me aurem tuam:] notat vir iuſtus orationem ſuam eſſe humilem. *Eccl.* 35. c. Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes. Et loquitur ad ſimilitudinem infirmi, qui dicit Medico: non poſſum clamare: inclinate vos parum. Poſtea oſtendit neceſſariã eſſe, cùm ſubiungit *b* Accelera,] quaſi dicat, neceſſe habeo, quia accelerant inimici. Vnde *Thren.* 4. d. Velociores fuerunt perſecutores noſtri Aquilis cœli. *Prou.* 1. b. & *Iſa.* 59. b. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem. Et ideò, Domine [accelera, vt eruas me] de manibus eorum. *Iſa.* 51. c. Citò veniet gradiens ad aperiendum. *Cant.* 2. b. Ecce iſte venit ſaliens. Petit autem hic tria, ſcilicet, vt eripiatur de manu inimicorum: Vnde dicit. *c* Vt eruas me,] ſcilicet, à Dæmonibus, à peccatis, à malis hominibus. Secundò, cùm dicit.

e Eſto mihi in Deum protectorem,] petit protectionem, quæ neceſſaria eſt poſt eruditionem: quia tunc maximè nititur Diabolus hominem impugnare. Vnde *Ezech.* 3. c. Aſſumpſit me Spiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ. Quod ſignificatum fuit *Exod.* 14. c. quando egredientibus filiis Iſrael de Ægypto, perſecutus eſt eos Pharao cum Ægyptiis. Item *Gen.* 31. c. quando fugiente Iacob, perſecutus eſt eum Laban. Sed quia licet Deus protegat hominem, dando ei fortitudinem, & potentiam reſiſtendi: quandoque non ceſſat propter hoc Diabolus; ſed inſtat tentando, vt tandem per tædium vincat: Ideò petit Iuſtus tertium remedium, ſcil. refugium: Vnde addit: [Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij,] in qua, ſcilic. iam non pugnando, ſed quieſcendo ſim tutus, & ſecurus. Homo enim protegitur in bello; ſed refugium habet in caſtrum, vel in turrem: vbi iam non pugnat, ſed laſſus de pugna reficitur & quieſcit. Similiter Dominus nos protegit in pugna, cùm in actiua vita laborantes corroborat, vt ieiunio, & oratione, & operibus miſericordiæ, omne genus Dæmoniorum à nobis effugemus, vt dicitur *Matth.* 17. d. Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, niſi per orationem & ieiunium. Et *Tob.* 12, b. dicitur: Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna: quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, &c. Domus autem refugij eſt Dominus viro iuſto in contemplatione, vbi non pugnat homo; ſed conſolatione Dei reficitur, & ſecurus quieſcit poſt laborem. Vnde *Cant.* 2. d. Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni: iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit: flores apparuerunt, &c. quaſi dicat, ſurge ad contemplationem, veni ad amplexus: quia iam non eſt tempus pugnæ, ſed gaudij. De his duobus, ſc. de contemplationis refugio, & protectione in actionis prælio, dicitur *in Pſ.* 30. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, & à conturbatione hominum: hoc quantum ad contemplationem: Proteges eos in tabernaculo tuo, &c. quantum ad actionem. Bene ergo dicit: [Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.] Et bene dicit: [In Deum protectorem] non in Deum vaſtatorem, qualis eſt venter, qui multis eſt, & erit hodie & cras in Deum vaſtatorem. Vnde *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt. *Dan.* 14. a. Nonne videtur tibi Bel Deus viuens? an non vides quanta comedat, & bibat quotidie? Bel enim interpretatur deuorator. *e* Et in domum refugij,] id eſt, turrim. *Prou.* 18. b. Turris fortiſſima nomen Domini, id eſt, Chriſtus. Ad eam currit Iuſtus, & exaltabitur. Sed multi fugiunt illud refugium. *Iob* 27. d. De manu eius fugiens fugiet. *Iob* 11. d. Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis. Columba libenter fugit ad turrem, vt ibi ſaluetur. *Cant.* 2. d. Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. *Ierem.* 48. e. Eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Sequitur. *f* Vt ſaluum me facias.] His enim duobus modis ſaluus fit homo ab inimicis, cùm protegitur, ne lædant eum: & cùm in tuto recipitur, ne terreatur ab eis: vel ſi fortè læſus fuit in aliquo, in pace curetur. Et neceſſe eſt mihi, vt ſis protector, & domus refugij. *g* Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu,] quaſi dicat, non habeo fortitudinem, niſi à te. *Pſ.* 27. Dominus fortitudo plebis ſuæ. 1. *Mach.* 3. b. Non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. *Num.* 13. d. Stirpem Enachim vidimus ibi. Ibi dicit *Orig.* Vult ſemper Dominus mirabiles res facere: vult de locuſtis vincere Gigantes: & de his, qui in terra ſunt, cœleſtes nequitias ſuperare. *h* Et refugium meum es tu,] quia aliud non habeo. 2. *Paral.* 20. c. Cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt ad te noſtros oculos dirigamus. *Pr.* 18. b. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit Iuſtus, & exaltabitur. Dominus eſt fortitudo reſiſtentibus in bello. *Iac.* 4. b. Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. Et eſt refugium laſſis, & fugientibus. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis. *Pſalm.* 17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, Sequitur. *i* Et propter

* nomen

Alleg. A Et de miſſione ſequitur. A ſummo cœlo egreſſio eius, id eſt, à Patre, qui miſit eum. Vnde *Gal.* 4. a. Miſit Deus filium ſuum factum de muliere, natum ſub lege, &c. In hac ergo via deduxit eum Deus Pater de ſinu Patris in vterum Virginis, deinde in præſepium, deinde in Crucem, deinde in ſepulchrum, inde in cœlum. Hæc eſt deambulatio veri Iſaac. Vnde dicitur *Geneſ.* 24. g. quòd Iſaac deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen eſt viuentis, & videntis. In hac enim via ſic deambulans Iſaac riſus noſter, id eſt, Chriſtus, qui eſt gaudium noſtrum, per eam venit ad puteum viuentis, & videntis, id eſt ad vitam æternam, vbi eſt fons vitæ, & cognitionis perfectæ. Et bene dicitur ibi, quòd ibi occurrit ei Rebecca, & cùm vidiſſet eum deambulantem, deſcendit de camelo: & tollens citò pallium cooperuit ſe: & ipſe introduxit eam ſecum, & accepit eam vxorem. Rebecca eſt Eccleſia, vel fidelis anima, quæ reſpiciens Chriſtum deambulantem, deſcendit de camelo ſuperbiæ, & tollit pallium pœnitentiæ, & cooperit peccata ſua: vt Deus ea non videat: & accipit eam Chriſtus in vxorem, & introducit ad cœleſtem thalamum: vbi ipſa in æternum fruatur amplexibus ſponſi ſui. Propter hoc ergo bene dicit [Propter nomen tuum deduces me, & enutries me:] Multiplicando, & paulatim augendo corpus meum, quod eſt Eccleſia. *Actor.* 2. g. Dominus augebat, qui ſalui fierent quotidie in idipſum.

al. † Dux mihi eris. *al.* † muſcipula iſta, quam occultauerunt.

† *a* deduces me, & *b* enutries me. *c* Educes me de † laqueo hoc, quem abſconderunt mihi: *d* quoniã tu es protector meus.

a Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi:] ſcilicet, Iudæi, id eſt, de morte, & Paſſione, in qua volebant me illaqueare, & detinere, vt prædictum eſt. Sed laqueus contritus eſt, & non ſolùm Chriſtus de morte euaſit; & ſed & nos liberati ſumus per mortem, & Reſurrectionem illius. Ipſe enim mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit, ſicut cantat *Eccleſia*. Et ideò: [Educes me:]

d Quoniam tu es protector meus:] Et ideò non timeo malitiam eorum. Vnde ſupra *in Pſalm.* 26. Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Et quia tu es protector; ergo.

A In manus

Moral. * nomen tuum:] non propter merita mea.

a Deduces me:] per viam iuſtitiæ, de vno bono opere in aliud, de virtute in virtutem, de articulo in articulum. *Pſalm.* 22. ſupra. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.

b Et enutries me,] multiplicando gratiam, quæ nutrix eſt filiorum Dei. *Sapient.* 16. d. Omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant Et nota, quòd non dicit tantùm, nutries me; ſed [enutries] quaſi extra nutries, id eſt, extractos à voluptatibus mundi. Vnde dicit *Beatus Bernardus*. Delicata eſt diuina conſolatio, nec conceditur admittentibus alienam. *Oſea* 2. c. Ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. *Iſaia* 28. c. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus, à mundanis voluptatibus. Per hæc autem, quæ prædicta ſunt, liberatur homo à tentatione Diaboli: Vnde ſubdit.

c Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi,] id eſt, de tentatione, quam abſcondunt Dæmones ſub ſpecie boni. Vnde *Iob* 18. b. Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula eius ſuper ſemitam. Vbi dicit *Gregorius*. Dum eſcam apprehendit, pedica ſtringitur, quam non attendit: quia vt de bonis moribus præualeat, ſemetipſum ſub velamine virtutum occultat. Et de hoc laqueo [Educes me:

d Quoniam tu es protector meus:] Nota, quòd Dominus hominem Iuſtum educit, & deducit, & adducit. Educit de Ægypto, deducit per deſertum, adducit in terram promiſſionis. Primum fit per fidem. Secundum per charitatem. Tertium per ſpem. Vel ſic poteſt diſtingui: Dominus per multiplicem effectum gratiæ.

Electos { Educit | Ducit | Deducit | Circumducit | Adducit | Introducit

Educit {
- A culpa, *Sap.* 10. a. Eduxit illum à delicto ſuo.
- Ab amore proprio, ſcilicet, carnis. *Sapient.* 10. a. Eduxit illum de limo terræ.
- De mala conſuetudine inolita per peccatum. *Mich.* 6. a. Eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis liberaui te. Sicut enim Ægyptij violenter faciebant filios Iſrael ſeruire ſibi; ſic conſuetudo, &c.
- A difficultate bene operandi. *Pſ.* 17. Eduxit me in latitudine. *Act.* 12. c. Petrus narrabat, quomodo eduxiſſet eum Dominus de carcere.
- De ſui cuſtodia, ad exercitium ſpiritualis prælij. 1. *Paral.* 11. a. Tu eras, qui educebas, & reducebas Iſrael, ſcilicet, ad prælium: & hoc dicebant Dauid.
- Ab actiua ad contemplatiuam. *Ezech.* 37. a. Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in Spiritu Domini, quaſi dicat: opere Domini, non propriis viribus eductus ſum in contemplatione ſpiritualium.
- A ſtatu meriti, vel expectationis ad præmium. *Mich.* 7. b. Educet me in lucem: & videbo iuſtitiam eius: & aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione.
- Animas {
  - De corpore. *Sap.* 4. c. Placita erat illi anima illius: propterea properauit illum educere de medio iniquitatum.
  - Olim à Limbo. *Zach.* 9. c. Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.

Ducit { Viatorem per viam mandatorum. *Prou.* 4. b. Ducam te per ſemitas æquitatis, &c.

Deducit de bono in melius proficientem: Et hoc multis modis. Quia.

Deducit {
- Per viam timoris ad inferiora.
- Per viam ſpei ad ſuperiora. Vnde *Sap.* 16. b. Tu es, Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem: & deducis ad portas mortis & reducis. *Iſa.* 38. b. In dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi: quæſiui reſiduum annorum: dixi, non videbo Dominum Deum in terra viuentium.
- Ad humilitatem per propriam ſui ipſius diiudicationem. *Ioel.* 3. a. Deducam eas, ſcilicet Gentes, in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis. Ioſaphat interpretatur ipſe iudicans; per vallem autem notatur humilitas.
- Per operum moderationem. *Sap.* 9. c. Deducet me in operibus meis ſobriè.
- Per intentionis rectificationem. *Sap.* 10. b. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.

Circunducit { Infirmos, quaſi per viam planam, & magis tutam: Vnde *Exo.* 13. d. Non eduxit Dominus populum per viam terræ Philiſtum, quæ vicina eſt, ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Ægyptum; ſed circunduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum. Item *Deut.* 32. b. Circunduxit eum, & docuit, & cuſtodiuit, quaſi pupillam oculi ſui.

Adducit { Ad viam rectam, vocando per gratiam inſpirationis, & ſignum boni exempli. *Iſa.* 48. c. Vocaui eum, & adduxi eum: & directa eſt via eius.

Introducit {
- Ad videndum ſuggeſtiones malorum, vt caueantur. *Ezech.* 7. c. Introduxit me per oſtium Domus Domini, quod reſpiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem.
- Ad videndum ortum gratiæ in pœnitentibus. *Ezech.* 11. a Eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ reſpicit ad Solis ortum, &c.
- In feruens deſiderium charitatis. *Cantic.* 2. a. Introduxit me Rex in cellã vinariam.
- In patriam. *Ier.* 3. e. Introducã vos in Sion.

Sed quia de viro iuſto cura eſt; non de corpore, ſed de anima: Ideò oſtendit ſe protectionem animæ à Deo poſtulaſſe, cùm ſubiungit.

A *a* In

Pſalmus XXX.

Alleg. A *a* In manus tuas commendo ſpiritum meum. Spiritum meum,] id eſt, animam meam, vt protegas eam, & cuſtodias: Vnde dicit *Caſſiodorus*: Commendat Patri inæſtimabilem theſaurum. Et ſic facies, quia iam de hoc certus ſum; Vnde quaſi certus dico.

In *a* manus tuas commendo ſpiritum meum: *b* redemiſti me, Domine, *c* Deus veritatis. *d* Odiſti *e* obſeruantes † *f* vanitates ſuperuacuè.

al. † vanitatem.

b Redemiſti me,] id eſt, redimes, de morte reſuſcitando. *c* O Domine, Deus veritatis] id eſt, verus in promiſſis. *Ieronym.* dicit, quòd ab illo loco, Deus Deus meus, reſpice, &c. Dixit Dominus in Paſſione totum vſque ad locum iſtum. Et ideò Eccleſia in Completorio hic finit Pſalmum iſtum. Vel hoc vltimum verbum, eſt vox Eccleſiæ, quæ audita priùs Chriſti Paſſione, & Reſurrectione, gratias agit de ſua redemptione, dicens: [Redemiſti me,] per ſanguinem tuum, [Domine, Deus veritatis:] id eſt, quod per Prophetas promiſiſti, in tua morte adimpleſti: Vnde *Luc.* 1. g. Benedictus Dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ, &c. Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius.

Moral. *a* In manus tuas commendo ſpiritum meum;] Hoc præcipuè debet dicere vir religioſus, qui eſt in Cruce pœnitentiæ, ſicut Dominus his verbis vſus eſt in Cruce. *Luc.* 24. g. Debent enim Religioſi Crucem aſcendere, ſicut Chriſtus, ſicut dicit Dominus *Matth.* 16. d. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Tollere crucem eſt aſcendere arduam vitam, & auſteram. Abnegare ſemetipſum, eſt dicere: [In manus tuas commendo ſpiritum meum,] quod fit, cùm in profeſſione abrenunciant propriæ voluntati. Et eſt vtrumque neceſſarium, vt corpus in cruce affligatur per macerationem carnis, & obſeruantiam regularium diſciplinarum: & ſpiritus in manu Prælati commendetur, qui vicem Dei gerit. Sed nota, quòd ſpiritus duo comprehendit, ſcilicet, intellectum, & affectum. Intellectus autem corrumpitur in clauſtrali per proprium ſenſum; affectus autem per propriam voluntatem. Quantùm ergo ad hæc duo, debet Religioſus commendare ſpiritum in manu Prælati, vt nec proprium ſenſum retineat ad iudicandum: nec propriam voluntatem ad eligendum. Dicit enim Dominus, cuius vices gerit Prælatus: Vos vocatis me: Magiſter, & Domine: & bene dicitis, ſum enim. *Ioann.* 13. b. Si ergo eſt Magiſter, debet ei credere intellectus, non proprio ſenſui. Si eſt Dominus, debet ei obedire affectus, & non propriæ voluntati. Si ita faciat, verè poteſt dicere. [In manus tuas commendo ſpiritum meum.] Sed quidam volunt per omnia Chriſto aſſimilari: qui cùm ſpiritum commendauerunt in manu Prælati, ſtatim volunt reſumere, & ſuæ eſſe poteſtatis, quaſi ipſi omnipotentes ſint; ſicut Chriſtus, qui dicebat *Ioann.* 10. d. Poteſtatem habeo ponendi animam meam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Sed hoc ſoli Deo conuenit ſic coniunctim. Prima pars conuenit aliis, quia in poteſtate hominis eſt abrenunciare propriæ voluntati; Sed non eſt in poteſtate eius reſumere eam, ſicut nec homo mortuus poteſt reſurgere per ſeipſum. Vnde Monachis dicitur, *Coloſſ.* 2. d. Si mortui eſtis cum Chriſto, ab elementis mundi huius, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis? Et poſtea *in* 3. cap. a. addit. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Sed poſſet aliquis dicere: Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eum audire. *Ioann.* 6. f. Sed emollit, & temperat eum verbum, quod ſequitur.

b Redemiſti me, Domine, Deus veritatis:] quaſi dicat vir iuſtus; Reddam tibi vicem, ſicut potero, quia poſuiſti animam tuam in manus Patris pro me, & corpus tormentis: Sic ego tradam ſpiritum meum in voluntate Prælati: & corpus ſubiiciam regularibus diſciplinis. *Pſalm.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam. Sic ergo Chriſti Paſſio, debet eſſe cauſa, & exemplum noſtræ pœnitentiæ. Item eſt etiam mitigatorium, & remedium. Quia ſicut dicit *Beatus Bernardus*. Deuotus miles ſua non ſentit, cùm benigni Ducis vulnera intuetur. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Et nota, quòd in his verbis hortatur nos ad amorem, cùm dicit: [Redemiſti me.] Ad timorem, cum dicit: [Domine, Deus veritatis.]

Manus Domini:
- Ipſe filius. *Pſalm.* 143. Emitte manum tuam de alto. *Deuter.* 32. f. Leuabo in cœlum manum meam.
- Potentia, ſapientia, bonitas, *Pſalmus* 101. Opera manuum tuarum ſunt cœli. Item *Pſalmus* 49. In manu tua, Domine, omnes fines terræ.
- Ordinatio. *Iob* 12. b. In cuius manu eſt anima omnis viuentis. *Sapient.* 3. a. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.
- Fortitudo. *Pſalm.* 135. In manu potenti, & brachio extento.
- Largitas. *Pſalm.* 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.
- Conſolatio. *Ezech.* 3. d. Manus Domini erat mecum confortans me.
- Donum Prophetiæ. *Ezech.* 8. a. Cecidit ibi ſuper me manus Domini, id eſt, ſpiritus prophetiæ.
- Præſcientia. *Iſa.* 49. d. In manibus meis deſcripſi te. *Gloſſ.* vt ſemper videam te.
- Miſericordia. *Pſalm.* 36. Cùm ceciderit Iuſtus, non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.
- Protectio. *Iſa.* 51. e. In vmbra manus meæ protexi te.
- Voluntas. *Pſalm.* 30. In manibus tuis ſortes meæ, &c.
- Comminatio. *Iſa.* 9. c. Adhuc manus Domini extenta.
- Vindicta. *Iob* 13. c. Manum tuam longè fac a me.
- Operatio. *Deut.* 32. d. Manus mea fecit hæc omnia. Sequitur.

d Odiſti obſeruantes vanitates.] Continuatio. Cùm ſis Deus veritatis: [odiſti obſeruantes vanitates.] Contrarium videtur *Sapien.* 11. d. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Sed ſoluit hoc *Auguſtinus*, dicens: Perſequamur in malis propriam iniquitatem: miſereamur in eis communem conditionem. Sic Deus diligit in homine id, quod fecit in eo, ſcilicet, naturam; ſed odit id, quod homo malè fecit, ſcilicet, iniquitatem: ſecundum quod dixit *Eccleſ.* 12. a. Da bono: & non receperis peccatorem.

e Obſeruantes vanitates.] Nota, quòd, ob, quandoque notat contrarietatem, vt *Luc.* 14. a. Et ipſi obſeruabant eum: Quandoque cauſam, vt *Eccl.* 12. d. Deum time, & mandata eius obſerua: Quandoque diligentiam, vt hic: Et *Philip.* 3. d. Imitatores mei eſtote, fratres, & obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. De his ergo dicit:] Odiſti obſeruantes,] id eſt, diligenter cuſtodientes, & amantes. *Nota de propoſitione ob.*

f Vanitates,] id eſt, temporales diuitias, & delitias, & honores. Vnde *Iacob.* 4. b. Quicunque voluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus Dei conſtituitur. Mundus autem illa tria continet: Vnde apertiùs dicitur 1. *Ioann.* 2. c. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt; ſi quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo: quoniam omne, quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Hæc autem tria, & præcipuè diuitiæ dicuntur vanitates, quia non implent. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Item, quia citò diſparent. 1. *Ioann.* 2. c. Tranſit mundus, & concupiſcentia eius. *Pſalm.* 48. Et relinquent alienis diuitias ſuas. Item quia etiam cùm habentur, paruum, vel nullum emolumentum præſtant. Vnde obſeruantes vanitates dicent, cùm apparuerit veritas, illud *Sap.* 5. b. Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Et ideò bene additur hic: [Obſeruantes vanitates ſuperuacuè,] id eſt, fruſtra. De diuitiis autem propriè dicitur: [Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè,] id eſt, præter neceſſitatem. Ad neceſſitatem enim bene poſſunt ſeruari; ſed vltra neceſſitatem non, maximè tempore caritatis. Vnde *Luc.* 11. f. Quod ſupereſt, date eleemoſynam. *Ibi Gloſſ.* Quod ſupereſt neceſſario victui, & veſtimento, date pauperibus. 1. *Timot.* *vltim.* b. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. *Gregor.* Quod à communi Domino tribuitur, iuſtum eſt, vt qui accipiunt, communiter vtantur.

vtantur. *Ambros.* Proprium nemo dicat, quod commune est: quia plus quam sufficit sumptum, violenter est obtentum. Vel aliter, Obseruantes vanitates; id est, subtilitates inutiles: quæ inutiles sunt, quia ad nihil valent, nisi ad subuersionem audientium. 2. *Tim.* 2. b. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Et pòst addit. Prophana autem & vaniloquia deuita. Multùm enim proficiunt ad impietatem. *Eccl.* 6. d. Verba sunt plurima, multámque in disputando vanitatem habentia, quid necesse est homini maiora se quærere? &c. 1. *Tim.* 6. a. Si quis aliter docet, & non acquiescit ei, quæ secundùm pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, &c. Item *Eccles.* 3. c. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Ibi dicit *Gregor.* Stultum est sollicitum esse circa illud, quod sine periculo nescitur. Vel sic: Odisti obseruantes vanitates] id est somnia, auguria, sortilegia, & huiusmodi. *Leuit.* 19. f. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. *Eccles.* 5. b. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates. *Deut.* 18. b. Non inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, aut obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec phytones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, infrà *Psalm.* 39. Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius est, & non respexit in vanitates & insanias falsas, &c. suprà *Psalm.* 4. Filij viri inclyti vsquequo diligitis ignominiosè vanitates? Vel, vanitates, id est, dignitates sæculares. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus vita breuis. Sequitur.

al. † sperabo.
al. † iucundabor.
al. † saluam fecisti.

a Ego autem in Domino † speraui: *b* exultabo, & † lætabor in *c* misericordia tua. *d* Quoniam respexisti humilitatem meam: † *e* saluasti de necessitatibus animam meam. *f* Nec cōclusisti me in † manibus inimici: *g* statuisti in loco spatioso pedes meos. *h* Miserere mei, Dñe, *i* quoniā tribulor: *k* conturbatus est in *l* ira oculus meus *m* anima mea, & *n* vēter meus.

a Ego autem in Domino, &c.] q.d. illi ita obseruant vanitates: vnde odisti eos. Sed ego nolo similiter obseruare. Sed, Ego in Domino speraui, non in vanitatibus supradictis: Et ideò.

b Exultabo, & lætabor] in futuro. Nec mirum, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis. *Prou.* 10. d. Expectatio Iustorum lætitia. Exultare, est cum magna alacritate animi gaudere. Lætari est temperata affectione gaudere. Primum quo ad corpus. Secundum quo ad animam. Lætabor, inquam, &c. non meritis sufficientibus, sed gratia tua efficiente: Vnde dicit.

c In misericordia tua: *Titum.* 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Vnde versus:

Quicquid habes meriti, præueniens gratia donat.
Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat.

d Quoniam respexisti, &c.] q. d. verè habui misericordiam: Quoniam respexisti humilitatem meam. Respectus ille est collatio gratiæ. *Sap.* 4. c Gratia, & misericordia est in Sanctos eius: & respectus illius in electos illius: Respexisti humilitatem meam, id est, me propter humilitatem. *Luc.* 1. e. Respexit humilitatem ancillæ suæ. *Isa. vlt.* a. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, &c. *Iac.* 4. b. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Secundò liberat a malo: Vnde addit.

e Saluasti de necessitatibus animam meam] id est, de primis motibus, qui dicuntur necessitates, quia ineuitabiles sunt: Vnde *Rom.* 7. d. Quod volo bonum, hoc non facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Vel, de necessitatibus, id est, de perplexitatibus, quas Diabolus ingerit: *Iob* 40. b. Nerui testiculorum eius perplexi sunt, id est, Leuiathan. Et verè saluasti, quia.

f Nec conclusisti me in manibus inimici] id est, in potestate eius: Manus enim dicitur potestas. Vnde *Eccl.* 10. a. In manu Regis potestas terræ. Inimicus autem est triplex, scilicet, caro, mundus, Diabolus. Et vnusquisque habet duas manus. Manus carnis, sunt luxuria & gula. Gula attrahit; & luxuria attractos suscipit, & ligat. De his duabus manibus, *Eccl.* 23. a. Auerte à me ventris concupiscentias, & concubitus concupiscentiæ, ne apprehendat me. *Ecclesiast.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem: vincula sunt manus eius. Manus mundi sunt cupiditas, quæ attrahit: & curiositas, quæ disponit. Manus diaboli, de quo *Matth.* c. 13. d Inimicus homo fecit, sunt superbia, quæ extollit: & inanis gloria, quæ ostentat. Primus inimicus est intra nos. *Mich.* 7. b. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Secundus est circa nos. *Philip.* 2. b. Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio prauæ, & peruersæ nationis, &c. *Ezech.* 2. c. Cum scorpionibus habitas. Tertius inimicus est supra nos. *Iudic.* 16. c. Philistiim super te Samson. Philistiim interpretatur ceciderunt, & significat Dæmones: *Luc.* 10. Videbam Sathanam, quasi fulgur, de cælo cadentem. Samson interpretatur Sol eorum, & significat Prælatos: vel animam rationalem, supra quam est Diabolus, quia non quærit, nisi animas. *Genes.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Et vt meliùs & leuiùs animas habeat, pastorem animarum principaliter inuadit. 1. *Reg.* 31. a. Totum pondus prælij versum est in Saül. 3. *Reg.* 22. e. Non pugnabitis contra minorem, & maiorem quempiam, nisi contra Regem Israel solum. Contra hos tres inimicos armat nos Apostolus, *Titum* 2. d. Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo. Sobriè contra carnem: Iustè contra mundum: Piè contra Diabolum. Propter istos igitur tres hostes dicit: Nec conclusisti me in manibus inimici, id est, in potestate peccati carnis, vel mundi, vel Diaboli. De hac conclusione, *Thren.* 3. b. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Per lapides quadros significantur diuersa peccata. Lapis enim quadrus habet sex superficies. Similiter peccatum habet sex. Prima est, consensus rationis: Secunda, operatio: Tertia, consuetudo: Quarta, gloriatio de peccato: Quinta, excusatio: Sexta, desperatio, vel præsumptio. *Naum* 2. c. Facies omnium sicut nigredo ollæ. Et nota, quòd aliud est claudi, aliud concludi. Claudi enim est ad tempus in peccato teneri: concludi est finaliter in eo teneri. Nec solùm me à malis liberasti; sed & bonis operibus me aptasti: Quia vt sequitur.

Inimicus triplex, & quilibet duas habet manus.

Lapis quadrus sex habet superficies, similiter peccatum.

g Statuisti in loco spatioso pedes meos,] per charitatem: Hæc duo petebat *beatus Gregor.* dicens. Fortitudinis pondus tolle, & irradiante gratia dilectionis Spiritum sanctitatis infunde. Statuisti, id est, firmiter stare fecisti. In loco spatioso, id est, in latitudine charitatis: Pedes meos, id est, affectus, vt currerem sine offendiculo in via mandatorum tuorum. *Psalm.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Vel, In loco spatioso, id est, in cœlesti patria per contemplationem, & desiderium. *Psalm.* 121. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem.

h Miserere mei, Domine.] Secunda pars, in qua enumerat, quæ & quot, & quanta mala perturbant. Et cum priùs egerit vir iustus de spe sua, hic agit de timore, ostendens se moli inter illas duas molas, spei videlicet, & timoris. Vnde dicit: Miserere mei, conseruando me in bono, quod mihi dedisti. *Thren.* 3. c. Misericordiæ Domini est, quod non sumus consumpti. Et necesse est.

Nota tribulationes speciales Iustorum.

i Quoniam tribulor] per diuersas tentationes. Nec est dissonum, quod hic ait: Tribulor, ei, quod immediatè suprà dixerat: Statuisti in loco spatioso pedes meos; imò concordat, quia in tribulatione fit dilatatio: Sicut suprà dictum est *Psalm.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Dicto igitur in generali; Tribulor, descendit ad speciales tribulationes, enumerans eas. Prima est obnubilatio rationis. Vnde dicit.

k Conturbatus est oculus meus] scil. oculus rationis. Secunda est peruersitas sensualitatis: Vnde addit.

m Anima mea] id est, animalitas mea, scilic. sensualitas, supple, turbata est. Tertia tribulatio, siue tertium malum, est lubricitas memoriæ: Vnde addit.

n Et venter meus] supple, conturbatus est, scilicet, venter memoriæ, in quo cibus, & potus S. Scripturæ debet recipi, & decoqui, vt inde refundatur nutrimentum membris Ecclesiæ. Et vnde hæc omnia ei eueniant, ostendit, cùm interserit.

l In ira] scil. tua, i. ex irà, qua iratus es Adæ propter peccatum suum. Ante peccatum enim ratio erat perspicax, sensualitas recta, memoria tenax. Simile habetur *Thren.* 1. g. Vide, Domine, quoniam tribulor: venter meus conturbatus est: subuersum est cor meum in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum. Adaptatio plana est. Hic dicitur miserere, *ibi*: vide, scilicet, oculo misericordiæ, quo respexisti Petrum. Vtrobique dicitur, quoniam tribulor, & venter. Quod autem hic vocat oculum, ibi vocat cor. Quod autem ibi dicit, amaritudine plena sum, refertur ad sensualitatem.

litatem. Vel hoc dicit Ecclesia : Miserere mei, &c. Tribulatur enim Ecclesia, quia conturbatur oculus, & anima, & venter eius. Oculus, siue oculi Ecclesiæ, sunt Doctores : anima eius, siue cor, sunt Prælati : venter, sunt subditi, & minores ; Doctores enim eam debent illuminare : Prælati viuificare ; subditi autem molliores & teneriores sunt : & ideò benè per ventrem significantur. Sed tam isti, quàm illi conturbati sunt : quia à vera pace recedunt, scilicet, à Deo : & mundi cupiditati se exponunt, vbi turbatio & pressura. *Ioann.* 16. g. Hæc locutus sum, vt in me pacem habeatis, in mundo pressuras habebitis. Vnde dicit *Gregor.* Israel accepit Sabbatum in munere ; Ægyptus percutitur muscarum multitudine. Et quòd omnes ita faciant, dicitur *Ierem.* 6. c. A minore quippe vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Et hoc in ira : quia ex hoc irascitur Dominus, & prouocatur ad iram. Vnde *Osea* 12. d. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. Ephraim enim benè significat cupidos, qui fructum temporalium quærunt. Amaritudines vocantur diuitiæ, quia in eis sunt tres amaritudines ; labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo.

Al. † infirmatus est in egestate vigor meus.

a Quoniam defecit in dolore *b* vita mea, & *c* anni mei in *d* gemitibus. *e* Infirmata est in † paupertate virtus mea : & *f* ossa mea *g* conturbata sunt. *h* Super omnes inimicos meos, *i* factus sum opprobrium † vicinis meis † *k* valdè, & timor *l* notis meis.

Al. † &. *Al.* † nimium.

Oculus
- Bonus
  - Materialis. *Apocalyps.* 1. b. Videbit eum omnis oculus.
  - Deus. *Zach.* 9. a. Dominus est oculus hominis, & omnium tribuum Israel prouisor.
  - Prælatus. *Ierem.* 14. a. Defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.
  - Auxiliator. *Iob* 29. c Oculus fui cæco.
  - Amicus carnalis. *Matth.* 18. b. Si oculus tuus scandalizat te, &c.
  - Prædicator. *Apocal.* 1. d. Oculi eius, tanquam flamma ignis.
  - Intellectus. *Cant.* 7. b Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt.
  - Fides. *Psalm.* 118. Reuela oculos meos, & considerabo, &c.
  - Donum Spiritus S. *Zach.* 3. d. Super lapidem vnum septem oculi.
  - Conscientia. *Matth.* 7. a. Quid vides festucam in oculo fratris tui ?
  - Intentio. *Luc.* 11. c. Si oculus tuus fuerit simplex.
  - Contemplatio. *Cantic.* 4. c. Vulnerasti me in vno oculorum tuorum.
- Malus
  - Concupiscentia. *Genes.* 3. b. Aperti sunt oculi eorum.
  - Superbia. *Prou.* 6. c. Sex sunt, quæ odit Dominus : Oculos sublimes, &c.
  - Inuidia. *Eccl.* 14. b. Nequam est oculus inuidi.
  - Auaritia. *Eccles.* 14. b. Insatiabilis est oculus cupidi.
  - Luxuria. *Eccl.* 26. b. Fornicatio mulieris est in extollentia oculorum.
  - Curiositas. *Zach.* 5. c. Hic est oculus omnium in vniuersa terra.
  - Negligentia. *Isa.* 42. d. Qui apertos habes oculos, nonne videbis ?

Quarta tribulatio, est continuus dolor Sanctorum : Vnde subdit vir iustus.

a Quoniam defecit, &c.] Repete : Miserere mei, &c. tormentorum persecutionum.

b Vita mea] præsentis temporis, q. d. in tota vita mea vsque ad defectum mortis, non habeo nisi dolorem. Iuxta sententiam illam *Gen.* 2. c. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. *Psalm.* 114. Tribulationem & dolorem inueni ; scilicet, quando natus sum. *Eccl.* 1. c. Vidi cuncta, quæ sunt sub Sole : & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Quinta est gemitus pro peccatis, & miseria aliorum : Vnde dicit.

c Et anni mei] scilicet, tempora vitæ meæ præsentis, supple, defecerunt.

d In gemitibus] id est, consumuntur in fletu & gemitu pro peccatis & miseria proximorum. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam ; & oculis meis fontem lachrymarum ; & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei : *Iob* 3. d. Antequam comedam, suspiro : & tanquam inundantes aquæ sic rugitus meus. Sexta est, quia refrigescet charitas multorum. Vnde dicit.

e Infirmata est in paupertate virtus mea,] scilicet per compassionem. 2. *Corinth.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. Et benè vocat refrigerationem charitatis paupertatem : quia charitas est diuitiæ, quibus emitur cœlestis gloria, quia secundum quantitatem charitatis, attenditur quantitas meriti. De hac refrigeratione charitatis, & paupertatis, *Apoc.* 3. c. Quia nec calidus es, nec frigidus, incipiam te euomere ex ore meo : quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo : & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

f Et ossa mea] scilicet, interiora mea.

g Conturbata sunt] zelo. Vel sic : Infirmata est virtus mea, scilicet, naturalium in paupertate, scilicet, in exilio Adæ, qui spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus, eiectus est de Paradiso in terram, vbi exulat tota posteritas eius. Et ossa mea, id est, virtutes, conturbata sunt, à tentatione inimici. De his duobus *suprà in Psal.* 6. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum : sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Vel dicit hoc Ecclesia : Infirmata est virtus mea in paupertate, defectu, videlicet, spiritualium diuitiarum, quæ sunt virtutes, & opera. Et causam subiungit, quia conturbata sunt ossa mea, id est, Prælati, qui conturbati sunt, vt prædictum est, turbine cupiditatis, & curiositatis. Vnde *Iob* 30. d. Ossa mea aruerunt præ caumate, id est, præ incendio cupiditatis. Simile *Thren.* 1. b. Egressus est à filia Sion omnis decor eius : facti sunt Principes eius, velut arietes non inuenientes pascua : & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Vel aliter : Et est hic Prophetia de persecutione Ecclesiæ tempore Antichristi futura. Infirmata est virtus mea, id est, infirmabitur. In paupertate, id est, depauperatione, quia tunc depauperabitur Ecclesia, quando multa membra eius recedent ab ea, vt dicitur *Matth.* 24. b. Multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos : & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et ossa mea, id est, fortes, & Electi : Conturbata sunt, id est, conturbabuntur. Vnde sequitur *in eodem cap.* Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam Electi.

Aliter. *Aliter.* *Aliter.*

h Super omnes inimicos meos.] Suprà enumerauit Propheta sex tribulationes viri iusti, vel Ecclesiæ : Quarum prima fuit turbatio rationis, *ibi* : Turbatus est oculus meus. Secunda, peruersitas voluntatis, *ibi* : Anima mea. Tertia, lubricitas memoriæ, *ibi* : Et venter meus. Quarta, dolor continuus, *ibi* : Quoniam defecit in dolore. Quinta gemitus pro peccatis, & miseriis, *ibi* : Et anni mei in gemitibus. Sexta timor, ne refrigescat, vel deficiat charitas multorum, *ibi* : Infirmata est in paupertate. Hic autem addit septimam, quæ est opprobrium illatum à domesticis : Vnde dicit.

i Factus sum opprobrium vicinis meis,] id est, domesticis. Non parum, sed

k Valdè.] Et quàm valdè determinat, cùm dicit :] Super omnes inimicos meos.] Quod duobus modis legi potest, vt sit sensus : [Super omnes, &c.] id est, plus quàm omnes, quasi dicat, plus exprobrant mihi, quàm omnibus inimicis meis : Sicut amici Iob magis dicebant ei opprobria, quàm Diabolo, qui eum ita afflixerat. Vel sic, vt sit sensus : [Super omnes, &c.] id est, plus quàm omnibus : Quasi dicat, Maiora opprobria dicunt mihi noti mei. *Psal.* 40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem, id est, magis supplantauir me, quàm aperti hostes. Vnde *Ierem.* Nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. In hoc etiam sensu potest similiter dicere caput Ecclesiæ Christus, vel corpus, scilicet fidelis populus : [Super omnes inimicos meos, &c.] Inimicos enim habuit, & habet Christus, vel Ecclesia diuersos, sc. tria genera inimicorum. Primi fuerunt Gentiles, qui persecuti sunt Christum, & Ecclesiam in principio, & Martyres occiderunt. Secundi sunt hæretici, qui postmodum surrexerunt. Primi hostes deuicti fuerunt in patientia Martyrum. Secundi in sapientia Sanctorum. Tertij sunt falsi fratres, scilicet, Prælati & Clerici, de quibus in *Psalm.* 37. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt. Su-

Allegoricè. *Diuersi inimici Christi vel Ecclesiæ.*

per

per omnes ergo inimicos suos, factus est Christus, vel Ecclesia opprobrium vicinis suis, id est, domesticis, Clericis videlicet, & Prælatis, & etiam Religiosis, quia isti magis efficaciter inhonorant Deum. Vnde *Isaia* 38. d. dicit Christus, vel Ecclesia: Ecce, scilicet in præsenti, & euidenti, in pace amaritudo mea amarissima. Quod *Beatus Bernardus* sic exponit, Amara priùs in nece Martyrum, amarior in conflictu hæreticorum, amarissima in moribus domesticorum. Non fugere, nec fugare eos potest, quia sicut dicitur *Threnorum* 1. b. Facti sunt hostes eius, id est, Ecclesiæ, in capite. Caput Ecclesiæ Prælati. Et addit *ibi*: Inimici eius locupletati sunt, scilicet, bonis Ecclesiæ. Hoc dicit quantum ad eos, qui non sunt Prælati, sed tamen ditati patrimonio Crucifixi: Vnde conqueritur Dominus *Isaia* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Enutrit enim Dominus Clericos, quia comedunt bona eius: exaltat Prælatos; sed ipsi tam minores, quam prælati spernunt eum. Et sic sub eodem sensu dicit Christus, & Ecclesia, & quilibet Iustus: [Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valdè.] Octaua tribulatio, vel angustia Iusti est damnum minorum, quod videt sequi ad exemplum maiorum: Vnde subiungit.

Al. † excidi.
Al. † oblitus.

Qui a videbant me, foras fugerunt à me: † b obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. c Factus sum tanquam vas perditum: quoniā d audiui e vituperationem multorum † commorātiū in circuitu.

Al. † accolentium.
Al. † circumhabitantium.

l Et timor notis meis,] quasi dicat, non solùm mihi opprobrium dicunt, vel faciunt; sed alios, qui credituri erant, scandalizant: ita quòd timent accedere ad Ecclesiæ Sacramenta. Hoc est, quod dicit: [Et timor notis meis,] id est, per malum exemplum domesticorum timent illi, qui aliquam notitiam per famam habuerant de me, dicit Christus, vel Iustus, vel Ecclesia. Vnde *Roman.* 2. d. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est, scilicet, *Isa.* 52. b. vbi dicit Dominus: Populus meus ablatus est: Dominatores eius iniquè agunt: & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Vnde & hic manifestiùs hoc declarat, cùm subiungit.

a Qui videbant me foras, fugerent à me,] id est, qui iam credere incipiebant, recesserunt à fide propter malum exemplum domesticorum meorum.

b Et ideò [Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde,] quia iam de me non curant, nec de fide mea. Et quia hoc damnum faciunt Clerici, & Prælati Domino, maledicit eis. *Luca* 11. g. Væ vobis Legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis. Vel hoc etiam magis propriè dicit Dominus de Clericis.

Aliter de Clericis.

a Qui videbant me, &c.] Clerici enim vident Dominum tota die in sacra Scriptura; sed tamen foras fugiunt ab eo, id est, ad exteriora temporalia fugiunt, ab eo, qui non exteriùs, sed intùs habitat, quia in pace factus est locus eius. De hac fuga ad exteriora, *Thren.* 4. a. Qui nutriebantur in croceis, id est, in sacra Scriptura, amplexati sunt stercora, scilicet, temporalia, quæ à Deo longè faciunt hominem. Vnde dicit *Aug.* Quæ non poteram habere sine te, longè me tenebant à te. Econtrario faciebat Apostolus, qui dicit *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Et non tantùm fugiunt Dominum; sed etiam obliuiscuntur: Vnde subiungit.

Psal. 57.

b Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde.] *Eccles.* 9. b. Mortui non habent vltrà mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum. *Isa.* 57. a. Iustus perit: & non est, qui cogitet in corde suo. De his duobus *Deuter.* 32. c. Deum, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Domini Creatoris tui. Et mirum videtur, quod dicit, quòd obliuioni datus est ab eis, qui vident eum. Quod enim videmus, obliuisci non solemus. Sed hoc signanter dicit, quia videntes non vident: Videntes enim oculo intellectus, non vident oculo affectus. Vnde super eos cecidit Dei iudicium, de quo dicit *Ioan.* 9. g. In iudicium ego veni in mundum; vt qui non vident videant, & videntes cæci fiant, id est, simplices, qui non habent oculum intellectus illuminatum scientia, videant oculo affectus, & amoris; & magni litterati, qui vident oculo intellectus, non videant oculo affectus: vnde magis peccant, quia eum, quem vident, non diligunt. Vnde notabile est, quod sequitur ibi. *Ioan.* 9. g. Audierunt, inquit, ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Et dixit eis Iesus. Si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc verò quia dicitis; vidimus: peccatum vestrum manet. Simplices enim, & idiotæ ad pœnitentiam conuertuntur; sed multi literati, qui de scientia sua præsumunt, peccata sua excusare nituntur, & pœnitere nolunt. Et ideò manet peccatum eorum, & descendunt in infernum viuentes, id est, videntes, & scientes. Et ideò dicit, [Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde,] Non enim dicit, ab oculo, vel a lingua, quia ipsi & intelligunt, & legunt, & prædicant; sed dicit, [a corde,] quia non diligunt eum. *Isaia* 29. d. Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificauit me; cor autem eius longè est à me. Et nota, quòd de multis potest dici.

Multi vident Dominum, & ab eo fugiunt.

a Qui videbant me.] Apostoli enim viderunt Dominum in corporali specie. Item fide vident cum omnes Christiani, intellectu Theologi, contemplatione Religiosi, speculatione Prælati. Speculatores enim sunt domus Domini, quæ est Ecclesia: & speculari debent quando veniat Dominus. Iuxta illud *Ezechielis* 3. d. Speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, &c. Et *Abac.* 2. a. Super custodiam meam stabo, & contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Sed omnes isti foras fugiunt à Domino. Apostoli enim fugerunt in Passione. *Ioann.* 16. g. Venit hora, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. Item omnes Christiani fugiunt ad temporalia, secundùm illud *Philippensium* 2. c. Omnes, quæ sua sunt, quærunt. Theologi fugiunt ad Dignitates. *Ieremiæ* 17. b. Recedentes a te, in terra scribentur. Quia nolunt scribi in cœlo cum pauperibus; sed in terra cum diuitibus, & sublimibus sæculi. *Psalm.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Religiosi ad temporales negotiationes. *Isaia* 22. f. Mittet te in terram latam & spatiosam, & ibi morieris. *Threnorum* 4. a. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis. Prælati verò fugiunt ad curas sæculares: Vnde sequitur *Threnorum* 4. post id, quod modò dictum est. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Sed quæ est causa istius fugæ? Modicitas fidei: quia dicit Ieronymus, qui veram fidem habet de Deo, non cupit in his miseriis fieri diues. Et hæc fidei paruitas notatur in hoc, quòd præterito imperfecto dicit: [Qui videbant me.] Temporis enim imperfectio, visionis, quæ per fidem est, imperfectionem designat. Nona tribulatio viri iusti est, quòd multi resiliunt ab Ecclesia per peccatum; & pauci retinentur in ea merito, licet multi remaneant numero. De quo subiungit.

c factus sum,] dicit Christus, vel Ecclesia, [tanquam vas perditum,] id est, perforatum, quasi dicat, nullus se vult in me proiicere; sed etiam qui de corpore meo erant, effluunt, sicut in vase perforato nullus vult aliquid reponere, & liquor effluit ab eo. Vnde conqueritur Dominus *Ieremiæ* 2. f. Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare ergo dixit, populus meus, recessimus, non veniemus vltrà ad te? Et verè reputatus sum, vt [vas perditum]

d Quoniam audiui:] quoniam hoc est signum, scilicet, quia audiui.

e Vituperationem multorum commorantium in circuitu.] In circuitu enim commorantur Gentiles, Iudæi, & hæretici. Nec ad centrum Christum, qui est in medio Ecclesiæ, accedunt. Et significantur hi per Sodomitas, qui circuibant domum Loth. *Gene.* 19. b. Istorum etiam audit Dominus vituperationem, qua vituperant fidem, & mores Christianorum. Et propter mores prauos Christianorum detrogant fidei; & principaliter propter mores Clericorum, Sacerdotum, & aliorum Prælatorum. Vnde dicit *Ieronymus.* Nihil tantùm nocet Ecclesiæ Dei, quam quod verè dicitur: Peiores sunt Clerici, quàm laici. Vnde dicunt hæretici, Sacramenta non valere, quæ per malos Sacerdotes tractantur, & talia multa. Et quia sic vituperant, multi a fide Christiana retrahuntur, imò quod peius est recedunt, qui aliquando priùs crediderunt: & qui spiritu cœperant, postmodum carne consumuntur, sicut dicit Apostolus *Galat.* 3. a. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati non obedire, &c. Et post addit. Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis; nunc carne consumamini. Item in circuitu temporalium commorantur mali Christiani, *Isa.* 19. c. Dominus

minus miscuit spiritum virginis in medio Ægypti. Et 1. *Reg.* 25. c. Anima inimicorum Dauid rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ. Et dicit [commorantium] non transeuntium: Boni enim transeunt per circuitum istum, qui de temporalibus tantùm necessaria sumunt, & ea contemnunt. Sed mali etiam licet quandoque sint pauperes rebus, commorantur ibi corde, ore, opere: quia quantum ad cor, statuerunt oculos suos declinare in terram, per ardorem desiderij. Item quantum ad os. De terra mussitat eloquium eorum, vt dicitur *Isa.* 29. b. Quantum ad opus, quia omnia faciunt, vt ditentur. Horum autem audit Dominus vituperationem, qua scilicet, vituperant ipsum. Quando succedit eis prosperè in temporalibus, benedicunt: Vnde *Psal.* 48. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei, q.d. Et cùm non benè, blasphemant. Vnde *Isa.* 8. d. Cùm esurierit, irascetur, & maledicet Regi suo, scilicet, Deo. Et *Eccl.* 33. a. Præcordia fatui, quasi rota curri: & sicut axis versatilis cogitatus illius. Quia ad modum curri, & axis nisi vngatur beneficio temporalium, stridet blasphemando. Item contra diuites præcipuè potest exponi iste versus: vt dicat ei Dominus [Factus sum tanquam vas perditum] sicut priùs, quia diuites nihil in me volunt ponere, dando pauperibus. Tunc enim Domino bona nostra commendamus, cùm ea pauperibus erogamus. Vnde *Ieron.* Manus pauperis gazophylacium Christi. Vnde *Prou.* 19. c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperi. Et *Tob.* 4. b. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam illud exiguum libenter impertiri stude: Præmium enim bonum thesaurizas in die necessitatis. Sed Dominus à diuitibus reputatur, tanquam vas perditum, siue pertusum: quia nihil ei volunt commendare, vel fœnerari. Vnde conqueritur per *Ierem.* 15. c. Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam horum, qui vt dictum est, commorantur in circuitu temporalium. [Audit Dominus vituperationem] passiuè, qua scilicet, vituperantur à pauperibus, & maledicuntur: quia bonum eorum recludunt & detinent. *Eccl.* 35. c. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentè eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Et per hoc probat Dominus, quòd factus est quasi vas perditum, quia scil. audit vituperari à pauperibus. Vel potest sic legi, & non mutatur sensus: [Quoniam audiui vituperationem] actiuè, [multorum] pauperum [commorantium in circuitu,] id est, circumeuntium domos diuitum, & quærentium eleemosynas: qui quoniam ab omnibus repelluntur, clamant ad Dominum in angustia sua, & maledicunt diuites. Et Dominus audit hunc clamorem, sed non statim iudicat: Expectat enim vsque ad diem vindictæ, in qua dicet eis illud *Matth.* 26. d. Discedite à me, maledicti in ignè æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Et respondebunt: Domine, quando te vidimus esurientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere; & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis vni de minoribus his: nec mihi fecistis. Vnde *Iac.* 5. a. Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus: Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Et postea concludit consolando pauperes: Patientes ergo estote, fratres, vsque ad aduentum Domini. Decima tribulatio, quòd multi conueniunt, & quasi coniurant contra Christum, & Ecclesiam, & quemlibet Iustum, de qua subiungit.

Al. † congregarentur omnes.

Al. † vt acciperent.

In *a* eo dum † conuenirent *b* simul aduersum me, † *c* accipere animam meam consiliati sunt. *d* Ego autem in te speraui, Domine: dixi: *e* Deus meus es tu: in *f* manibus tuis † *g* sortes meæ. † *h* Eripe me de † manu inimicorum meorum, & à *i* persequentibus me. † *k* Illustra faciem tuam super seruum

Al. † tempora mea.

Al. † erue.

Al. † manibus.

Al. † illumina.

Nota, qualiter Deus factus est tanquam vas perditum a diuitibus.

a In eo dum conuenirent.] Et loquitur Iustus in persona sua, vel Christus. Et dicit Iustus: verè tribulor in suprà dictis, & etiam [in eo dum conuenirent:] id est, in eo, quò conueniunt.

b Simul] mali & Dæmones [aduersum me] & ad quid?

c Accipere animam meam consiliati sunt,] id est, facere, vt consentiat eis anima mea. Et notatur hic duplex malorum hominum conuenientia, cùm dicit [conuenirent] & addit [simul]. Est enim conuenientia prima in malitia interiori. Secunda in malitia exteriori, scilicet in expugnatione Iustorum. De hac conuenientia malorum, habetur *Sapie.* 2. c. Circumueniamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, &c. Vel loquitur Christus, & continuatur ei, quod suprà dictum est:] Quoniam audiui vituperationem multorum, &c.] scilicet, Gentilium, Iudæorum, hæreticorum, & prauorum Christianorum, vt suprà expositum est. Et posset aliquis quærere: Domine, quomodo audisti? Ecce quomodo.

a In eo dum conuenirent simul aduersum me] q. d. licet nullus alius mihi diceret; tamen ipsa malitia cordis, & operis clamat ad me, quem nihil latet. Vnde *Sap.* 1. c. dicit. In cogitationibus impij interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Deum veniet; quoniam auris zeli audit omnia; & tumultus murmurationum non abscondetur. Et hæc quatuor genera simul conueniunt, quia omnes Christum persequuntur, licèt diuersimodè. Et sic conuenientes.

Quatuor genera hominũ consiliati sunt accipere animam Christi.

c Accipere animam meam consiliati sunt] diuersimodè. Gentiles enim consiliati sunt accipere animam eius: quia eos, qui confitebantur ipsum assumpsisse animam, affligebant, negantes ipsum Deum hominem fuisse. Stultum enim reputabant dicere, quòd Deus esset homo. Iudæi autem consiliati sunt accipere animam eius, id est, tradere eum morti. Vnde *Ioann.* 11. f. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersus Iesum. Et fuit definitum in illo concilio à Pontifice Caipha. Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c. Hæretici verò consiliati sunt accipere animam Christi, id est, euacuare fructum Passionis. Dedit enim animam, vt nos saluaret: & ipsi volunt nos ad errorem trahere. *Psalm.* 36. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Diuites verò, & auari consiliati sunt accipere animam eius, id est, ipsum occidere in pauperibus: Qui esurit, & reficitur in pauperibus, & similiter occiditur. *August.* Pasce fame morientem; si non paueris, occidisti. Item quilibet peccatores, quando consiliantur in peccato manere, vel iterare, consiliantur accipere animam Christi: quia quantum in eis est, ipsum crucifigunt, qui causam crucifixionis eius, scilicet peccatum, reiterant. *Heb.* 6. a. Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.

d Ego autem.] Suprà ostensis tribulationibus, & periculis, quibus tribulatur vir iustus, petit hic liberari ab eis. Et primò allegat meritum spei. Vnde dicit: [Ego autem.] Quia si illi ita persequuntur [Ego autem in te speraui, Domine.] Secundò allegat meritum humilitatis: Quæ duplex est. Prima in attribuendo Deo, quod ipse est. Vnde dicit.

e Dixi, Deus meus es tu] qui scilicet, me de nihilo fecisti. *Ps.* 99. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos. Secundò humilitas est in attribuendo Deo quæcunque habet. Vnde subiungit.

f In manibus tuis] id est, in potestate, & in voluntate tua sunt.

g Sortes meæ] id est, partes hæreditatis meæ: De qua *in Psalm.* 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Sunt autem tres sortes viri iusti in manu Dei, scilicet sors prædestinationis, sors gratiæ, sors gloriæ. De prima, *Eph.* 1. b. In quo, scilicet, Christo, & nos sorte vocati sumus, prædestinati. De secunda, *Col.* 1. b. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. De tertia, *Dan.* 12. d. Stabis in sorte tua in fine dierum. Præmissa allegatione, petit liberari ab inimicis: Sed quia sunt quidam inuisibiles, quidam visibiles. Primò petit liberari ab inuisibilibus hostibus dicens:

Tres sortes viri iusti in manu Dei.

h Eripe me de manu inimicorum meorum] id est, libera me de potestate Dæmonum. *Psal.* 17. Eripe me de inimicis meis fortissimis. Secundò petit liberari à visibilibus hostibus: Vnde addit.

i Et à persequentibus me [scilicet, falsis fratribus, hæreticis, Iudæis & Paganis. *Psal.* 118. Multi, qui persequuntur me, & tribulant me. Postea petit illud, siue illa, per quæ liberatur: Et ostendit, quæ sunt illa, dicens.

k Illustra faciem tuam] id est, infundendo gratiã, imprime animæ meæ similitudinem tuam. De qua *in Ps.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Vel, Illustra, id est, ostende: quia cognitio Dei maximè liberat. Vnde *Isa.* 5. d. Propterea ductus est populus meus captiuus, quia non habuit scientiam. Vel, Illustra faciem tuam super seruum tuum, i. e. fac seruum tuum similem faciei tuæ. 1. *Ioan.* 3. a. Nondum apparet, quid erimus; scimus autem quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, &c. Post petit remunerationem vitæ æternæ. Vnde dicit.

a Saluum

tuum: *a* saluum me fac in *b* misericordia tua, Domine : *c* non confundar, *d* quoniam inuocaui *e* te. *f* Erubescant impij, & *g* deducantur in *h* infernum : *i* muta † fiant labia dolosa. *k* Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in *l* superbia, & † *m* abusione.

a Saluum me fac.] Non dicit, diuitem, vel scientem me fac; sed [saluum me fac] tu, qui es Saluator. *Philip.3.*d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Et hoc non meis meritis; Sed.

b In misericordia tua, Domine] *Titum 3.* b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. Post petit liberari à pœna æterna, dicens:

c Non confundar] confusione æterna. De qua *Ierem.* 20. c. Confundentur vehementer: quoniam non intellexerunt opprobrium sempiternum.

d Quoniam inuocaui te] tanquam Ducem & tutorem. Bona ratio est. Vnde *Ioel.*2.g. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, supple, qui inuocauerit † fideliter. Et est inuocare, intùs Deum vocare, scilic. corde, ore, opere. Et ideò dicit] Quoniam inuocaui,] id est, intùs vocaui.

al. † efficiantur.

al. † contemptu.

al. † finaliter.

e Te] non aurum, non argentum, sicut auari & mali, qui orant Deum, vt det eis diuitias. Hi non inuocant Deum, sed diuitias, vel pecuniam: Vnde dicit *Gloss.* Si inuocas Deum, vt det tibi lucrum: lucrum inuocas, non Deum.

f Erubescant impij.] Suprà petiit Propheta in persona Iusti remunerationem vitæ æternæ, & liberari à pœnis; hic autem damnationem inimicorum prædicit: vel petit, non libidine vindictæ; sed zelo iustitiæ. Eorum autem damnationem comprehendit in tribus, videlicet, in confusione, retrusione in infernum, & in impositione silentij. Dicit ergo [Erubescant impij] illa confusione, qua suprà petij non confundi, dicens [Non confundar, quoniam inuocaui te.] *Psalm.* 52. Confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. *Psalm.* 6. Erubescant valdè velociter. Et *Psalm.* 49. Statuam contra faciem tuam. *Naum vltim.* b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam. Sequitur de retrusione in infernum.

g Et deducantur,] id est, de hac vita ducantur, vel deorsum ducantur.

h In infernum.] *Psal.*62. Introibunt in inferiora terræ, id est, in infernum, tradentur in manus gladij, id est, in subiectione pœnæ acerbæ, partes vulpium erunt, id est, Dæmonum. Vel sic [Deducantur] id est, de pœna in pœnam ducantur. *Iob* 24. c. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. Sequitur de impositione silentij.

i Muta fiant labia dolosa,] secundùm illud *Matth.* 22. b. At ille obmutuit. 1. *Reg.* 2. b. Impij in tenebris conticescent. Propter hoc ergo dicit: [Muta fiant.] Contrà *Apoc.* 16. d. Blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer. Hoc exponitur de damnatis in inferno. Ergo labia non erunt muta. Ad idem *Isa.* 65. c. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis: & præ contritione spiritus vlulabitis. Ergo non erunt muti. Solutio. Labia eorum erunt muta à verbo exultationis, & iactantiæ, & increpationis; sed non à verbo blasphemiæ, & indignationis contra seipsos. Et interserit hic quintuplex meritum malorum, quare meruerunt hæc mala habere. Primum est meritum impietatis: Vnde dicit [Erubescant impij, &c.] Secundum est meritum dolositatis: Vnde dicit [Muta fiant labia dolosa. [Tertium est meritum detractionis, de quo dicit: [Quæ loquuntur aduersus Iustum iniquitatem.] Quartum est superbiæ. Quintum abusionis: Vnde dicit: [In superbia, & in abusione, &c.] Benè ergo dicit: [Muta fiant labia dolosa, &c.] De quibus *Ierem.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est.

Quintuplex meritum malorum.

k Quæ loquuntur aduersus Iustum iniquitatem, &c.] id est, aduersus Christum & sanctos viros. Et dicitur Christus singulariter Iustus: Vnde *Isaiæ* 57. a. Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo. Et benè dicit: [Iniquitatem,] quia iniquum est detrahere Sanctis. Æquum enim est, vt commendentur ad gloriam Dei. *Ecclef.* 44. a. Laudemus viros gloriosos, &c. Hoc autem fit.

l In superbia] cordis.

m Et abusione] oris. Vt enim se præferant aliis, detrahunt eis. Detrahendo autem abutuntur ore, quod dedit eis Dominus ad hunc vsum, vt bonum laudetur, & præcipuè Deus. *Eccl. vltim.* d. Dominus dedit mihi linguam mercedem meam, id est, vt per eam mererer, & in ipsa laudabo Dominum. Qui ergo detrahendo demeretur, abutitur ea.

f Erubescant impij, &c.] Propriè potest exponi versus iste contra eos, qui de misericordia Dei nimis præsumentes, nolunt dimittere peccata, & præ confusione dimittunt confiteri, sic [Erubescant impij, quia sibiipsis non miserentur. *Eccl.* 14. a. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? *Eccl.* 30. d. Miserere animæ tuæ placens Deo. *Prouerb.* 11. c. Benefacit animæ suæ vir misericors. Isti ergo, qui erubescunt confiteri, & sustinere modicam confusionem coram Sacerdote, quæ adducit gloriam. *Eccl.*4. c. Erubescant in æternum, vt dictum est, confusione adducente ignominiam. *Psalm.* 82. Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi: & confundantur & pereant. Et benè notatur hic ordo damnationis contra ordinem saluationis, quæ est per pœnitentiam: vbi homo considerans peccatum suum in semetipso erubescit, & postea conturbatur in contritione, deinde confunditur in confessione, postmodum sanatur, & roboratur in satisfactione. Et hæc omnia quasi momentanea sunt. Vnde qui nolunt hæc facere, erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, id est, in æternum, conscientia accusante pariter, & remordente: & confundantur in aspectu omnium, quia tunc videbunt nuditatem eorum: & pereant in pœna æterna. Hoc est [Deducantur in infernum.]

i Muta fiant labia dolosa] quæ hic muta sunt à confessione peccatorum.

k Quæ loquuntur aduersus Iustum iniquitatem,] id est, dicunt Deum, qui iustus est, & iniquum & iniustum esse: dicentes eum ita esse misericordem, quod non damnabit peccatores. Vnde dicit Dominus *in Psalm.* 49. Existimasti iniquè, quòd ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam: hoc autem faciunt.

l In superbia & abusione.] Magna est enim superbia, quòd creatura, quæ Creatorem offendit, veniam postulare, & ei satisfacere contemnit. Et abutitur etiam tempore, quod ei conceditur ad pœnitendum: & Dei misericordia, qua ipsum expectat ad pœnitentiam. Vnde *Iob* 24. d. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ; & ipse abutitur eo in superbiam, scilicet, quia non pœnitet; sed adhuc peccata peccatis accumulare non cessat.

- Abusio
  - Corporalis
    - Sodomia. *Thren. vltim.* c. Adolescentibus impudicè abusi sunt.
    - Præuaricatio coniugij. *Gen.*19. b. Adducam eas ad vos, & abutimini eis.
    - Inodinatio mensæ, sicut est appositio carnium crudarum. *Marc.*6. d. Attulit caput Ioannis in disco.
  - Spiritualis
    - Legis Dei, cùm præponitur auctoritas Philosophi, auctoritati Pauli. 2. *Mach.*4. c. Patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur.
    - Temporis. *Iob* 24. d. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia.
    - Dignitatis. *Bar.*5. c. Hostias vendunt Sacerdotes, & abutuntur.
    - Potestatis. 1. *Corinth.* 9. c. Vt non abutar potestate mea in Euangelio.
    - Beneficij, seu priuilegij. *Esther* 16. a. Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt.
    - Vltionis. *Ierem.* 15. d. In tempore vindictæ, & furoris tui abutere eis.
    - Subtractionis officij. 4. *Reg.* 1. a. Præuaricatus est Moab, &c.
    - Claustri, quæ sunt duodecim. *B. Bernardus.*

Prælatus negligens, Discipulus inobediens, senex obstinatus, iuuenis otiosus, Monachus causidicus, Monachus curialis *Abusiones claustri.*

curialis, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in clauſtro, lis in capitulo, diſſolutio in choro, irreuerentia circa altare.

a Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, b quam abſcondiſti timentibus te. c Perfeciſti † eis, d qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum. e Abſcondes eos in abſcondito † faciei tuæ, à f conturbatione hominum. g Proteges eos in taber-

al. † ſperantibus.

al. † vultus tui.

a Quàm magna multitudo.] Tertia pars, vbi dicit, quæ bona Dei ſint contra prædicta mala, quæ alleuiant illa mala, iuxta illud *in Pſalm. 93.* Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Vnde ſuprà enumerata multitudine dolorum ſuorum, hic agit de multitudine dulcedinis Dei, quæ dolores dulcorat. Admirans ergo de eius magnitudine, dicit vir iuſtus [Quàm magna multitudo, &c.] quaſi innumerabilis eſt & immenſa: Magna enim dicit quantitatem continuam: multitudo diſcretam. Multitudo autem attenditur ſecundùm effectus: Vnde dicit *Caſſiodor.* Multitudo dulcedinis Dei eſt, quia multis præmiis Domini ſuauitas indicatur. Dulcis eſt, cùm corrigit: dulcis, cùm parcit: dulcis, cùm credentibus æterna præmia compromittit: ita dicit *Caſſiod.* Nos autem poſſumus oſtendere adhuc multos alios effectus dulcedinis Dei. Vnus eſt, quia omnes generaliter recipit: Vnde *Matth. 11.* d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos. Hic eſt enim verus Dauid, ad quem conuenerunt omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, id eſt, peccatis obligati. Sed tamen ſi ſint amaro animo, vt ibi dicitur 1. *Reg.* 22. a. id eſt, ſi conterantur de peccatis, & ſit eorum Princeps. Secundus eſt, quia etiam inimicos ſuos cuſtodit: Vnde in perſona & typo pœnitentium dixerunt filij Iſraël ad Dauid, per quem Chriſtus ſignificatur, vt præmiſſum eſt: Heri & nudiuſtertius dum eſſet Saül, id eſt, Diabolus Rex ſuper nos, tu eras educens, & reducens Iſrael. 2. *Reg.* 5. a. Quaſi dicat, cùm eſſemus in peccatis, etiam protegebas nos Deus: ergo multò fortiùs, cùm pœnitentes volumus tibi ſeruire. Vnde dicit Apoſtolus, *Rom.* 5. b. Si cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Tertius eſt, quia dat de dulcedine ſua ad prægustandum: Vnde *in Pſalm.* 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. *Prou.* 31. c. Guſtauit, & vidit, quoniam bona eſt negotiatio eius. Item quia citò dimittit peccata. Vnde *Ezech.* 18. c. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et *in Pſalm.* 31. Dixi: confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Item quia non ſemel, & bis dimittit peccata; ſed quotieſcunque peccauerit homo, & pœnituerit. Vnde Dominus Petro quærenti, ſi dimitteret vſque ſepties fratri peccanti, *Matth.* 18. c. reſpondit. Non dico tibi vſque ſepties; ſed vſque ſeptuageſies ſepties. Item quia perfectè dimittit. Vnde *Ezech.* 18. c. Omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs. In his ergo multis effectibus vſquequaque innuitur multitudo dulcedinis: Sed magnitudo, quæ ex ſeipſa eſt, exprimi non poteſt. Vnde non dicit ſimpliciter magna; ſed [Quàm magna] quaſi dicat, inæſtimabilis eſt. Et verè, quia vt dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 2. c. Et *Iſa.* 64. b. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. Et vbi, & cui parauit, dicit *Pſalm.* 67. Paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus. De hac dulcedine, quantùm poteſt, exprimit *Beatus Bernardus* dicens, quòd Deus eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.

De multiplici effectu dulcedinis diuinæ.

b Quam abſcondiſti timentibus te.] Hoc poteſt multis modis legi. Primò ſic, Quam abſcondiſti timentibus te, timore ſeruili, vt eam non videant, nec ſentiant.

c Perfeciſti] verò, id eſt, perfectam, licet non perfectè oſtendiſti eis, qui ſperant in te. Illis enim dat Dominus ad prægustandum qui ex amore ſeruiunt ei, & ſpe præmij, non timore ſupplicij. Et ideò bene dicit *Apoſtolus* in præmiſſa auctoritate. Quam præparauit Deus his, qui diligunt illum. Et *Iſa.* 64. D. Quæ præparaſti expectantibus te, ſcilicet, per ſpem, non timentibus ſeruiliter. Vel ſic, Quam abſcondiſti timentibus te, id eſt, quam reſeruas timentibus te, timore initiali, & filiali: Tales enim eam habebunt. Vnde *Malac.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ. Quod erit, cùm in illam gloriam introducentur, Chriſti claritatem in æternum aſpecturi. Et ſic in iſto ſenſu, timentibus, & qui ſperant, pro eiſdem ſumuntur. Qui enim timet timore initiali, & filiali, ſpem habet in Deum, quem timet, & molitur inter has duas molas, inferiorem ſcilicet, timorem, quæ deprimit: & ſuperiorem, ſcilicet, ſpem, quæ eleuat. Et ideò benè & propriè dicit, Abſcondiſti timentibus: & perfeciſti eis, qui ſperant: quia timor retrahit; ſpes eleuat. Timore, extra ſunt; ſpe, in cœlis habitant. Vel ſic, Quam abſcondiſti timentibus te, id eſt, poſtquam ad guſtandum oſtendiſti, iterum abſcondiſti ſubtrahendo eis deuotionem. Et hoc facit Deus, vt ardentiùs appetatur, ſicut mater oſtendit pomum filio, & iterum abſcondit, vt inſtantiùs requirat: quia faſtidiri ſolet, quod ſubiacet viſui: & vile creditur, quod ſine difficultate præſtatur. Vnde dixerunt filij Iſrael, *Num.* 21. b. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Qui autem, cùm recedit Dominus ſubtrahendo ſic deuotionem, non diffidunt; ſed inſtantiùs cum fiducia quærunt: poſtea ipſe redit, & diutiùs, & dulciùs cum eis moratur. Vnde dicit [Perfeciſti eis, qui ſperant in te] id eſt, perfectiorem dulcedinem oſtendis, quàm priùs oſtenderas eis. Vel [Perfeciſti] id eſt, perficies in futuro.

1. *Cor.* 2.

d Eis, qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum,] id eſt, bona opera faciunt coram hominibus, vt non ab hominibus videantur; ſed vt homines exemplum accipiant, & ipſi à te remunerentur. Hoc eſt ſperare in Deum in conſpectu hominum.] Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis præcedentibus. Qui ergo bona opera non faciunt, & tamen putant ſe ſaluandos, non ſperant, licet operentur [in conſpectu filiorum hominum,] quia certam expectationem futuræ beatitudinis non habent. Vel ſic, [Qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum,] id eſt, ita ſperant, quòd non erubeſcunt te confiteri coram hominibus. *Matth.* 10. d. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis. Vel poteſt conſtrui cum eo, quod dicitur, [Perfeciſti,] vt ſic dicatur, [Perfeciſti,] id eſt, perficies, [in conſpectu filiorum hominum.] Quaſi dicat. Tu reddes eis, & perficies illam dulcedinem cunctis videntibus, quando dices in die iudicij: Venite, benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. *Matthæi* 25. c. Hoc enim erit [in conſpectu] omnium [filiorum hominum] tam bonorum, quàm malorum. De bonis *in Pſalm.* 106. Videbunt recti, & lætabuntur, &c. De malis *Pſalm.* 111. Peccator videbit, & iraſcetur, &c. Et *Sapient.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, &c. Tunc enim videbunt Sanctos exaltari, & hoc ad maiorem ſuam confuſionem; Sed vltrà eos non videbunt. Vnde *Iſa.* 26. b. Domine, exaltetur manus tua, vt non videant: videant, & confundantur zelantes populi, id eſt, inuidentes: & ignis hoſtes tuos deuoret. Ibi eſt ſecundùm aliam tranſlationem. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Pòſt oſtendit, vbi perficiet, cùm dicit.

Quid ſit ſpes.

e Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ. Abſcondes] ſcilicet, in Paradiſo, vbi facie ad faciem videbitur Diuinitas tua, quam abſcondiſti ſub humanitate. Vnde *Iſa.* 45. c. Verè tu es Deus abſconditus. Et tunc plenariè cognoſcetur, quod nunc creditur. Vnde 1. *Corinth.* 13. d. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Et benè dicit: [Abſcondes] quia vt dictum eſt, ibi abſcondentur; ita quòd mali eos non videbunt de cætero. Vnde benè adiungit.

f A conturbatione hominum] ſupple, damnatorum, quæ communis erit omnibus damnatis. Vnde dicit [A conturbatione.] Hæc enim præpoſitio connotat communitatem. Hæc facies eis in futuro. Sed interim quid?

g Proteges eos in tabernaculo tuo,] id eſt, in Eccleſia militante, quæ dicitur tabernaculum, quia mobilis eſt. Sed Eccleſia triumphans dicitur domus. Et hoc tabernaculum ad illam domum transfertur, ſecundùm illud *Hebr.* 12. g. Declarat mobilium tranſlationem tanquam factorum; vt maneant ea, quæ ſunt immobilia. Et *Iſaia* 33. d. Reſpice, Sion, id eſt, Eccleſia militans, ſpeculans per fidem, ſolennitatis noſtræ ciuitatem: oculi tui videbunt Ieruſalem ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum. [Proteges]

teges] dico à contradictione linguarum] id est, schismatum & hæresum, de quibus *Matth.* 16. c. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. *Psalm.* 119. Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Vel de viris contemplatiuis potest exponi. Et de præsenti sic.

naculo tuo, à *a* contradictione linguarum. *b* Benedictus Dominus: *c* quoniam mirificauit *d* misericordiam suam mihi in *e* ciuitate † munita. *f* Ego autem dixi in † excessu mentis meæ: *g* proiectus sum † à *h* facie oculorum tuorum. *i* Ideò exaudisti vocẽ orationis meæ, *k* dum clamarẽ ad te. *l* Diligite Dñm omnes Sancti eius, quoniam *m* veritatẽ requiret Dñs,

al. † circunstantiæ.
al. † pauore meo.
al. † extasi mea.
al. † à vultu.
Duæ species contemplationis.

[Abscondes eos in abscondito faciei tuæ.] Sancti enim viri in mundo non inueniunt nisi conturbationem, vnde refugiunt ad Dominum, vt in ipso pacem inueniant, secundum illud *Ioan.* 16. g. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo pressuras habebitis. Sed duæ sunt species contemplationis. Vna qua contemplamur diuinam naturam, & supercælestia. Alia, qua contemplamur humanam naturam in Christo, & ea, quæ in ipsa passus est. De primo ergo dicit: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, id est, in contemplatione Diuinitatis, & supercœlestium. A conturbatione hominum, id est, à sæcularibus negotiis, in quibus conturbantur homines: quia qui aliquid de illa dulcedine sentiunt, sæculi perturbationibus se non exponunt. Vnde de *August.* legimus. Displicebat ei, quicquid agebat in sæculo præ dulcedine Dei, &c. De secunda specie contemplationis dicit: Proteges eos in tabernaculo tuo, i. contemplatione humanitatis, & Passionis tuæ, in qua militasti, & Diabolum debellasti.

a A contradictione linguarum] vt detrahentes, & contradicentes patienter feramus, exemplo illius, qui vt dicit *B. Bern.* in factis habuit obseruatores, & in verbis contradictores, qui vt dicitur 1. *Pet.* 2. d. cùm malediceretur non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. *Heb.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.

b Benedictus Dominus.] Supra egit Propheta de perturbationibus, & angustiis, quas patiuntur viri sancti: & de remedio quod dat Dominus contra eas. Hic autem agit gratias Domino de isto remedio. Vnde dicit [Benedictus Dominus] supple, sit. Et ostendit, quare benedicit Deum, scilicet, propter admirabilem misericordiam suam. Hoc est, quod dicit.

Dominus mirificauit misericordiam suam multis modis.

c Quoniam mirificauit] id est, mirabilem ostendit.

d Misericordiam suam mihi] id est, ad vtilitatem meam. Mirificauit autem eam multis modis, scilicet, se pro nobis morti exponendo. *Isa.* 28. f. Alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Vnde ipsi Angeli hanc misericordiam admirati sunt. In quorum persona dicitur *Isa.* 63. a. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, &c. Item hanc misericordiam mirificauit, hostes suos pascendo, & pro eis orando. Vnde idem prædicabat *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super Iustos, & iniustos. Item hanc mirificat, hostes suos tamdiu ad pœnitentiam expectando. *Rom.* 2. a Ignoras, quoniam benignitate Dei ad pœnitentiam te adducit? Vnde *Isa.* 9. b. dicitur, quòd vocabitur nomen eius admirabilis.

Mundus munitus est septemplici muro, & quomodo sit debellandus.

e In ciuitate munita] id est, in mundo, qui munitus est septemplici muro, id est, septem vitiis capitalibus, sicut Iericho munita erat contra filios Israel. Et qui vult istam ciuitatem debellare, oportet, quòd circumeat eam septies, scilicet, cogitando, & pœnitendo de illis septem vitiis, & detestando ea. *Isa.* 23. d. Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, benè cane, frequenta canticum. Hæc meretrix est anima peccatrix, quæ obliuioni tradita est, quia non est scripta in libro vitæ. Et si qua bona vnquam fecit, non sunt accepta coram Deo. *Ezech.* 18. f. Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Hæc, vt memoria eius sit coram Deo, debet accipere citharam pœnitentiæ, vbi membra extendantur in rigore pœnitentiæ, sicut chordæ in cithara, hoc est, quantum ad satisfactionem. Item debet circuire ciuitatem per contritionem, secundùm illud *Isa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Item debet bene canere per confessionem. Et dicit bene; quia qui omittunt illa, quæ necessaria sunt ad confessionem, malè canunt. Illa autem sunt principaliter quatuor, videlicet vt sit festina, amara, frequens, & integra, de quibus aliàs est dicendum. De hac ciuitate alibi in *Psalm.* 59. Quis deducet me in ciuitatem munitam, &c. Et *Matth.* 21. a. Ite in castellum, quod contra vos est. Vel [In ciuitate] id est, in Ecclesia, de qua in *Psalm.* 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Munita, contra Diabolum. Huius ciuitatis murus est Christus; Apostoli autem sunt turres. *Cant.* 8. c. Ego murus, & vbera mea turris. Victualia huius ciuitatis sunt Sacramenta, maximè Sacramentum Eucharistiæ, Fluuius est doctrina. *Psalm.* 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei; postea docet, per quid haberi possit ista misericordia, scilicet, per confessionem. Vnde dicit.

f Ego dixi in excessu mentis meæ.] Est excessus pauoris, & est excessus contemplationis. Et de vtroque potest legi. De primò sic: Ego dixi in excessu mentis meæ, id est, in pauore. Alia litera habet [In extasi.]

g Proiectus sum] per peccatum.

h A facie oculorum tuorum] id est, à præsentia tua. Vel [A facie oculorum tuorum] id est, tibi displiceo per peccatum. Homines enim, qui displicent Magnatibus, solent proiici à facie eorum. Vel a facie oculorum tuorum, id est, à præsentia, & possessione septem donorum, quæ dicuntur oculi. *Zachar.* 3. d. Super lapidem vnum septem oculi. Vel, in excessu, contemplationis, dixi [proiectus sum, &c.] vt suprà, quia in contemplatione videt homo suos defectus. Vnde *Gregor.* Quantò magis in contemplatione proficit, tantò magis se nihil esse cognoscit. *Ierem.* 31. d. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, & erubui. Et quia humiliter confessus sum.

i Ideò exaudisti vocem orationis meæ.] Et nota in hoc versu duas causas, quare exaudit Deus orationem viri fidelis. Prima est humilitas orantis, quam notat, cùm dicit. Ideò scilicet, quia humiliter dixi: Proiectus sum, &c. Vnde *Eccl.* 35. c. Oratio humiliantis se penetrabit nubes. Secunda causa est, deuotio ipsius orantis, quam notat, cùm subiungit.

k Dum clamarem ad te.] Est enim clamor interior cordis, & exterior oris. Primus est ipsa deuotio. Secundus est signum, & excitatio deuotionis. *Dan.* 13. e. Exclamauit Susanna voce magna, &c. Et sequitur. Exaudiuit autem Dominus vocem eius.

l Diligite Dominum.] Enumeratis tot, & tantis beneficiis, conclusionem hortatoriam subiungit, vt Deus diligatur, qui est dator illorum beneficiorum. Vnde dicit: Diligite Dominum omnes Sancti eius: Nullo excepto, sicut nullus exceptus est à beneficiis. *Psal.* 18. Non est, qui se abscondat a calore eius. Et dicit [Sancti] id est, sine terra. Ad amorem enim Dei exigitur, vt terrena, vel mundana non diligantur. *B. Bern.* Etsi sine respectu mercedis diligendus sit Deus, tamen sine mercede diligi non potest. *Iacob.* 4. a. Amicitia huius mundi inimica est Deo. Et ideò, [Diligite.]

Quæ sit vera dilectio.

m Quoniam veritatem requiret Dominus] vtrum, scilicet, verè dilexerimus eum. Quid autem sit vera dilectio, docet Apostolus *Ephes.* 5. a. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam in odorem suauitatis. Ecce vera dilectio, vt diligamus eum, sicut ipse dilexit nos. Quomodo? Tradidit semetipsum pro nobis: Ergo debemus pro ipso nosmetipsos morti exponere, si opus fuerit, alioquin non diligimus eum verè. Sed qui modò se leui pœnitentiæ subiicere nolunt pro Deo, vix tempore persecutionis exponerent se gladio. Vnde contra delicatos tam Clericos, quàm laicos, dicit *Beatus Gregorius in* 11. *Homilia,* scilicet. Simile est regnum cœlorum thesauro, &c. loquens de quadam virgine Martyre. Neque enim sancta hæc mori pro Domino potuisset in corpore, si priùs a terrenis desideriis mortua non fuisset in mente. Et addit *B. Gregor.* Quid inter hæc nos barbari, & debiles dicimus, qui ire ad regna cœlestia puellas per ferrum videmus: quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci cœlestia regna per bella persecutionum non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit, quòd Deum nolumus saltem per pacem sequi. Ecce nulli nostrum hoc tempore dicit Deus: pro me morere, sed illicita tantummodo in te desideria occide. Qui ergo in

Matth. 13. f.

pace ſubiicere carnis deſideria nolumus, quomodo in bello pro Deo ipſam carnem daremus? Hoc totum vſque huc eſt de verbis Gregorij. Qui ergo carnis deſideria non occidunt; ſed amant delitias, diuitias, & honores, quid dicent Domino in illo diſtricto examine, vbi veritatem requiret Dominus? Diligamus ergo eum etiam ſicut dilexit nos: & in tempore pacis ſimus imitatores dilectionis eius, ſicut dixit *Apoſtolus*, ita vt noſmetipſos tradamus pœnitentiæ propter amorem eius. Cuius formam ipſe dedit. *Matth.*16.d. Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. Tria dicit. Semetipſum. Homo enim in ſe habet corpus, & ſpiritum. Quantum ad corpus dicit: Abneget ſe, ſcilicet, relinquendo diuitias, & delitias. In ſpiritu autem ſunt duo, ſcilicet, intellectus & affectus. Intellectus iudicat; & affectus appetit, & vult. Debet ergo abnegare non ſolùm ſe, ſed ſemet; vt ſpiritum abneget quantum ad propriam voluntatem, quæ eſt in affectu: & etiam ſemetipſum, vt abneget proprium ſenſum, qui eſt in intellectu. Et ſic abnegans ſemetipſum, tollat crucem, ſcilicet pœnitentiam, & ſequatur Dominum. Hoc facere eſt ſemetipſum ſanctificare, vt ſit ſanctus, & diligat Deum, quia dicitur hic [Diligite Dominum omnes Sancti eius] & non dicit Sancti ſimpliciter, ſed addit [eius] quia Philoſophi ſancti fuerunt, id eſt, ſine terra; ſed non eius. 2. *Timoth.* 2. c. Nouit Dominus, qui ſunt eius. Et ille eſt bene ſanctus, id eſt ſine terra, qui relinquit pro Domino terram corporis, quantum ad amorem priuatum: & terram cordis quantum ad alia duo, ſcilicet, quantum ad voluptatem propriam, & ad proprium ſenſum. Et hoc eſt verè diligere ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota fortitudine. *Deut.*6. a. Quod ſic exponit *Beatus Bernard.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, id eſt, dulciter: ex tota anima, id eſt, prudenter: ex tota fortitudine, id eſt, fortiter. Dulciter amat Deum, qui eius dulcedinem præponit delitiis carnis, & diuitiis temporalibus: Prudenter, qui proprium ſenſum relinquit propter illum. Vnde 1. *Cor.*3.d. Si quis videtur inter vos eſſe ſapiens in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Fortiter diligit eum, qui à voluntate propria ſe auertit, vt dicat ei, ſicut dixit pro eo: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Sic ergo verè diligimus Dominum. [Quoniam veritatem] vitæ, & doctrinæ, & iuſtitiæ, [Requiret Dominus.] Et cùm inquiſierit, & requiſierit, nunquid impunitum dimittet, quod minus inuenerit? Non. Vnde addit.

al. † his qui abundanter faciunt.

*Ephe.*5.a.

Triplex abnegatio.

Quis verè dicatur ſanctus.

*Matth.*26.d.

& *a* retribuet † abundanter *b* facientibus ſuperbiã. *c* Viriliter agite, & *d* confortetur cor veſtrum, *e* omnes, qui ſperatis in Domino.

Intellectus Dauid.

XXXI.

Beati, *f* quorũ remiſſæ *g* sũt iniquitates,

a Et retribuet abundanter] pœnam infligendo.

b Facientibus ſuperbiam,] id eſt, quodcunque peccatum, quia in quolibet eſt ſuperbia, & contemptus Dei. Et legatur hæc dictio [abundanter] cum reduplicatione, ſic. [Retribuet abundanter facientibus abundanter.] De abundantia huius retributionis, *Apocal.* 18. b. Reddite illi, ſicut illa reddidit: & duplicate duplicia ſecundùm opera eius: quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum. *Oſeæ* 5. b. Reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius.

c Viriliter agite.] Suprà hortatus eſt ad amorem, & dilectionem Dei: Hic monet ad operationem, ne ſit amor otioſus. Vnde dicit *Gregor.* Amor Dei otioſus non eſt; operatur enim magna, ſi eſt; ſi autem operari renuit, amor non eſt. Item *Gregor.* Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. 1. *Ioan.* 5. d. Non diligamus verbo, nec lingua; ſed opere & veritate. Nec dicit: Virilia agite, ſed [viriliter.] Sunt enim, qui virilia, & fortia opera faciunt; ſed non viriliter, vt deſides, Religioſi, & omnes hypocritæ, qui molles ſunt, & palpantibus ſe exponunt, id eſt, laudantibus. Vnde dicit *Gregor.* Arrogantes humanis laudibus mollia corda proſtituunt, & ſuis amoribus corrumpunt; Si autem viriliter viuerent, nullæ laudes eorum animos vitiarent. *Prou.* 18. b. Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Ideò bene dicit [Viriliter agite] quod eſt auelli, à mundo, à carne, à parentibus, à ſeipſo, *ſupra Pſalm.* 16. Expecta Dominum, viriliter age. 2. *Paralip.* 32. b. Viriliter agite, & confortamini, & nolite timere. Multi agunt, ſed muliebriter: quia cum mulieribus eſt eorum conuerſatio. *Oſeæ* 4. c. Ipſi cum mulieribus conuerſabantur, & cum effœminatis ſacrificabant. Et ne deficiatis in labore.

d Confortetur cor veſtrum,] ſcilicet, ſpe præmij: Vnde addit. O vos.

e Omnes, qui ſperatis in Domino.] Vnde dicit Apoſtolus *Gal.*6.c. Bonum facientes non deficiamus; tempore enim ſuo metemus non deficientes. 2. *Cor.* 4. d. Propter quod non deficimus; ſed licet is, qui foris eſt, homo noſter corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna. Ad quæ nos perducat Ieſus Chriſtus: Amen.

De pœn. diſ. 13. *c. illud.*

EXPOSITIO PSAL. XXXI.

Beati quorum, &c.] Titulus [*Intellectus Dauid.*] Supra egit Propheta in perſona Iuſti, & Eccleſiæ de perſecutionibus, quas patitur Iuſtus, & Eccleſia, & de remedio contra eas. Sed quia vt dicitur *Iſa.* 18.e. Vexatio dabit intellectum auditui: Ideò agit hic de intellectu. Vnde is eſt ſenſus tituli. Hic eſt [*Intellectus Dauid*] id eſt, pœnitentis, cuius perſona, vel cui ſcribitur, vt ſe peccatorem eſſe intelligat, & peccata accuſet. Bona etiam ſi qua facit, intelligat à Deo eſſe, & Deo attribuat. Et eſt pſalmus iſte ſecundus pſalmorum pœnitentialium. In quorum primo egit de contritione; in iſto autem ſecundo agit de confeſſione. Intentione monet ad pœnitentiam. Modus talis eſt: Quadripartitus eſt pſalmus iſte. Primò, dicit initium boni eſſe per indulgentiam Dei, & ſe fuiſſe miſerum per peccatum; ſed conuerſum Dei auxilio. Secundò, agit de confeſſione, *ibi* [Delictum meum.] Tertiò, pœnitudinem commendat, *ibi* [Pro hac orabit.] Quartò ponit lætum finem, vbi dicit Deum dare intellectum, *ibi.* [Intellectum tibi dabo.] Primò ergo iuſtificationem Deo attribuit, dicens:

Partitio Pſalmi.

f Beati, quorum remiſſæ] id eſt, dimiſſæ.

g Sunt iniquitates.] Et bene, [Beati] quia econuerſo, habentes peccata, miſeri ſunt, & in anguſtia conſtituti. Vnde *Prou.*14.d. Iuſtitia eleuat egenum; miſeros facit peccatum populos. *Iſa.*57.d. Non eſt pax impiis; Sed qui ſine peccato ſunt, habent eam. Vnde *Ioan.*14.d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Pax multa diligentibus legem tuam. Item [Beati] quia eis omnia optata ſuccedunt. Non enim optant, niſi illud vnum, quod neceſſarium eſt. *Luca* 10.g. Et in *Pſalm.*26. Vnam petij, &c. Peccatoribus autem econuerſo. Nec enim habent in peccato refectionem, quod maximè deſiderant. Vnde *Ieron.* Voluptas habita famem, non ſatietatem parit. Si ergo [Beati] ſunt [quorum remiſſæ ſunt iniquitates] remiſſæ, id eſt, diſſolutæ igne contritionis, iniquitates ſuperadditæ, id eſt, peccata actualia, quæ in contritione eneruantur, & remittuntur, vt vim non habeant: in confeſſione occiduntur, vt iam non viuant: in ſatisfactione autem annihilantur, vt non reuiuiſcant, nec in pœna, nec in culpa. Et de his tribus dicitur hic, vt patebit. De primo ergo dicit [Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & cætera.] Per ignem contritionis, ſicut remittitur duritia ferri per ignem. Vnde *Iob* 28.a. Lapis calore ſolutus in æs vertitur. Per lapidem ſignificatur cor durum peccatoris, qui ſolutus calore, id eſt, igne Spiritus ſancti, æſtuare faciente in contritione, in æs conuertitur, id eſt, ad ſonum confeſſionis perducitur, & ſic remittuntur. Sed & moriuntur peccata. Vnde *Eccl.* 3. b. In die tribulationis com- A memorabitur

Poteſt etiam totum legi aliter.

f Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.] id eſt, modicæ, & minus enormes ſunt, hi ſunt beati, i. minus infœlices, quàm qui grauia peccata, & enormia commiſerunt, ſicut illi, de quibus [*Oſeæ* 9.b. Profundè peccauerunt ſicut in diebus Gabaa. *Matth.*11.c. Væ tibi, Corozaim: væ tibi, Bethſaida: quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamen Tyro, & Sidoni remiſſiùs erit in die iudicij, quàm vobis. Quare? niſi quia remiſſiùs peccauerunt. Et ita beati ſunt hi reſpectu illorum, ſicut *Ezech.* 16. f. Viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius * agens ab eis:

Aliter.

Auer. a memorabitur tui; & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. In die tribulationis, id est, in calore spiritus contribulati. Et secundum hoc legitur hoc de iniquitatibus superadditis. Vel potest aliter legi de iniquitatibus innatis sic.] Beati, quorum remissæ sunt iniquitates,] innatæ, id est, peccatum originale & fomes. [Remissæ,] id est, refrigeratæ. Psalm. 38. Remitte mihi, vt refrigerer priùs, quàm abeam: & ampliùs non ero. Si enim non remittitur, & refrigeratur per carnis macerationem, ignis est fomitis: postquam etiam extinctum est peccatum originale per Baptismum, totum deuorat, & inflammat. Vnde conqueritur Ioel. 1. d. Ad te, Domine, clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma, id est, concupiscentia oriens ex fomite, (Psalm. 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis) succendit omnia ligna regionis. Secundò attribuit Deo deletionem peccati, cùm subiungit. a Et quorum tecta, &c.] id est, operta, & hoc fit per confessionem. Qui enim detegit Deo peccata in confessione, tegit illa Diabolo, vt non possit legere ea ampliùs in chirographo suo, nec accusare in die iudicij. Vnde in Psalm. 36. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet illud, quod sequitur. Educet, quasi lumen, iustitiam tuam: & iudicium tuum, tanquam meridiem, id est, in die iudicij ostendet te iustum esse. Illi autem, qui tegendo Domino, non tegunt Diabolo peccata sua, econtrario maledicti sunt, quia quod modo tegunt celando, reuelabitur in die iudicij. Ezech. 16. e. Nudabo ignominiam tuam coram eis. Osee 2. a. Statuam eam nudam secundum diem natiuitatis suæ. Vnde Dominus maledicit eis. Isa. 29. e. Væ qui profundi estis corde, vt a Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: quis videt nos? &c. Postea tertiò attribuit Deo plenariam peccatorum remissionem, quæ interpretatur a Domino per satisfactionem: Vnde sequitur. b Beatus vir cui non, &c.] nec quantum ad culpam, nec quantum ad pœnam, cùm satisfecit homo pro eo. In contritione autem & confessione licet culpa dimittatur: non tamen pœna, nisi fortè in aliquo sit tantus dolor cordis in contritione, vt sufficiat ad satisfactionem. Et satisfactio possit dici, sicut fortassis fuit in Magdalena & in Petro. Et conuenienter talis, cui non imputatur peccatum per satisfactionem emendatum, vocatur vir, cùm dicit [Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum.] Oportet enim, quod homo fortis sit, qui bene vult satisfacere: sicut fortis fuit ad peccatum perpetrandum. Vnde monet Apost. Roman. 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et Isa. 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Quod manifestius declarat, cùm subiungit. c Nec est in spiritu eius dolus.] Dolus enim esset in spiritu eius, si quod dolet, & confitetur, emendare viriliter non vellet: quod innuit Dominus contra hypocritas & dolosos, dicens: Matth. 7. c. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Non enim sufficit producere florem, siue germen cogitationis in contritione & proposito corrigendi, & folia verborum in confessione & promissione satisfaciendi: nisi sequatur fructus operis in satisfactione, si tempus habeatur. Vnde quasi explanans subiungit Dominus ibi, Matth. 7. c. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum: quasi dicat, non sufficit mihi dicere, Domine in corde per contritionem, & Domine, in ore per confessionem, nisi dicatur tertiò, Domine, per satisfactionem. Potest tamen & debet*, istud, quod dicitur [Nec est in spiritu eius dolus] referri ad quodlibet illorum trium, scilicet, ad contritionem, & confessionem, & satisfactionem, scilicet, vt sit verus dolor in contritione, vera accusatio in confessione, vera ponderatio in satisfactione. Et hæc omnia attribuit hic Propheta dono Dei: quia homo, ad hæc non sufficit, nisi Deus iuuet eum, quia omnis homo mendax. Vnde bene dicitur Ioan. 1. g. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se; & dixit de eo. Hic est verè Israëlita, in quo dolus non est. Nathanaël interpretatur donum Dei, & significat pœnitentem, qui dono gratiæ Dei visitatus, & a Deo Hebræorum vocatus, Exod. 5. a. ad Deum venire festinat per viam illorum trium dierum, contritionis, confessionis, & satisfactionis. Sed tunc est verè Israëlita, in quo dolus non est, quando sine simulatione dirigitur cum Deo illa via, vt in veritate contritionis & confessionis & satisfactionis perficiat viam. Psalm. 24. Dirige me in veritate tua. Secundum autem quod illud [Beati, quorum remissæ sunt iniquitates,] legitur, vt prædictum est, de iniquitate innata: quod postea sequitur, [& quorum tecta sunt peccata,] legitur de peccatis actualibus: Et hoc, quod sequitur. [Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum,] legitur de peccatis omissionis & ignorantiæ.

a & quorum tecta sunt peccata. b Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum: c nec est in spiritu eius dolus. d Quoniam tacui, e inueterauerunt ossa mea, † f dum clamarem g tota die.

al. † acclamando me. De pœn. dist. 1. c. voluissent.

* agens ab eis, iustificatæ sunt enim à te.

Aliter. a Et quorum tecta sunt peccata,] id est, qui occultè peccauerunt: quia si non castè, tamen cautè. Quod est contra quosdam, qui apertè peccant: quorum respectu qui occultè peccant, beati sunt. Vnde Isa. 2. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Et ideò sequitur. Væ eis, quia reddita sunt eis mala, id est, reddentur. Ecce secundum quid dicuntur beati hi, qui in conspectu hominum vel parum peccant, vt primi: vel occultè peccant, vt secundi. Sed simpliciter beatus est ille, qui coram Deo non est peccator, qui scrutatur corda & renes. Vnde sequitur.

Apoc. 2. Ier. 17. b. b Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum] quasi dicat, prædictis duobus generibus hominum, qui, scilicet, vel remissè, vel occultè peccant, non imputant homines peccata; & ideò dicuntur quodammodo beati, quia minus peccant. Sed ille simpliciter est vir, & beatus, cui non imputauit ipse Dominus peccatum.

c Nec est in spiritu eius dolus,] quasi in spiritu aliorum interiori est dolus: quia mali sunt interiùs, licet non videantur exteriùs. Sed ille dolum non habet, qui bonus est, & intus, vbi Deus videt: & exterius, vbi homines vident. Vnde 1. Petr. 2. a. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum. Malitiam, scilicet exteriùs, dolum interiùs. Et post addit. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo. Infantes enim ita sunt simplices & innocentes interiùs, sicut exteriùs. Et hoc est, quod dicit: Rationabiles sine dolo. Rationabiles enim ducti ratione, exteriùs peccare erubescunt. Non sicut animalia bruta, quæ non erubescunt, si videantur coire, vel fimo suo se maculare, vel huiusmodi. Sine dolo, interiori. In Spiritu Dei est bonitas: in spiritu Diaboli falsitas: in spiritu mundi vanitas. De primo Psalm. 142. Spiritus tuus bonus. De secundo 3. Reg. vlt. d. Ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. De tertiò 1. Corinth. 2. c. Nos autem spiritum huius mundi non accepimus.

d Quoniam tacui.] Suprà dixit in generali beatum esse, qui peccata deleuit per pœnitentiam, & præcipuè per confessionem: Hic autem descendit & specificat in seipso. Primò ostendens se fuisse factum miserum per peccatum: & postmodum Dei auxilio per confessionem peccatum suum deleuisse: Vnde dicit. Quoniam tacui,] non confitendo peccata. Vel, [Tacui,] olim à confessione peccatorum.

e Inueterauerunt ossa mea] i. virtutes animæ per peccatū fractæ, in fractione & vetustate perdurauerunt, quasi dicat, quoniā vulnera & fracturam ossium non ostendi Medico, non sum sanatus, sed eò periculosior, quò vetustior est fractura. Psal. 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Baruch 3. b. Quid est, Israel, quòd inueterasti in terra aliena, &c. Heb. 8. d. Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Greg. Si medicinam expectas, oportet, vt vulnus detegas. Item idem Greg. Dum putredo, quæ intùs feruet, eijcitur, ad salutem vulnus aperitur. Hanc autem taciturnitatē, procurat lupus spiritualis, i. Diabolus, ne si clamauerint post eum, effugetur de cordibus eorum. Nec solum per mali occultationem corrumpi potest; sed etiam per boni ostensionem. Dum enim malum absconditur, reseruatur; dum verò bonum per vanam gloriam ostenditur, perditur. Quia sicut dicit Greg. deprædari desiderat, qui thesaurum in via publicè portat. Et ideò de ostentatione adiungit. f Dum clamarem,] per iactantiam. g Tota die,] quasi dicat, in his duobus inueteratus & debilitatus sum, quòd mali copiam habui, vtpote, quod seruaui occultum, & boni econtrario inopiam habui, quod pro laude vana venale exposui. Et hoc non in parte, sed in toto: Vnde dicit. [Tota die,] id est, quicquid ibi lucidum & pulchrum erat, ostentaui. Sicut Ezechias 4. Reg. 10. c. dicit. Omnia, quæcunque sunt in domo mea, viderunt. Neque enim est, quod non monstrauerim eis in thesauris meis, &c.

Psal. 115.

Tacere

- Tacere.
  - Dei.
    - Diſſimulare. *Iſa.* 42. c. Tacui, ſemper ſilui, &c. *Iſa.* 57. c. Ego tacens & quaſi non videns.
    - Pœnitentiam differre, infrà *Pſal.* 82. Ne taceas, neq; compeſcaris Deus. *Abac.* 1. d. Quare taces, impio conculcante Iuſtiorem ſe?
    - Non exaudire, ſuprà *Pſ.* 27. Ne quando taceas à me. *Iſa.* 64. d. Nunquid ſuper his continebis te?
  - Chriſti.
    - Patienter ferre. *Iſa.* 33. c. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.
    - Doctrinam differre. *Ioan.* 16. c. Multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò.
  - Hominis puri
    - Ex obedientia. *Iſa.* 32. d. Cultus iuſtitiæ ſilentium. *Iſa.* 3. d. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra.
    - Ex ignorantia. *Eccl.* 20. a. Eſt tacens, non habens ſenſum loquelæ.
    - Ex Prouidentia. *Prou.* 17. d. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur.
  - Hominis mali.
    - A laude. *Iſa.* 62. a. Propter Sion non tacebo. *Iſa.* 6. b. Væ mihi, quia tacui.
    - A confeſſione. *Ier.* 4. e. Non tacebo: quoniam vocem tubæ audiuit anima mea.
    - A correctione. *Eccl.* 20. d. Quaſi mutus in ore auertet correctionẽ. 1. *Reg.* 3. c. Eli non corripuerat filios ſuos.
    - Ab orat. *Eſter.* 4. d. Si nunc ſilueris, per aliá occaſionẽ liberabuntur Iudæi.
    - Ex adulatione *Eccl.* 13. d. Diues locutus eſt: & omnes tacuerunt.
    - Ex infidelitate. *Amos* 6. d. Tace: & non recorderis nominis Domini.
    - Ex humano timore. *Ierem.* 48. a. Silens cõticeſces, ſequeturque te gladius.
    - Ex mala conſcientia. *Matth.* 22. b. At ille obmutuit.
    - Ex negligẽtia. *Prou.* 11. d. Qui abſcõdit frumenta, maledicetur à populis.
    - Ex deſperatione. *Iſa.* 47. a. Surge, tace, intra tenebras, filia Chaldæorum.

- Silentium.
  - Cautelæ. *Eccl.* 13. b. Eſt tempus tacendi.
  - Sapientiæ. *Gen.* 37. c. Pater verò tacitùs rem conſiderabat.
  - Reuerentiæ. 1. *Cor.* 14. g. Mulieres taceant in Eccleſia. *Eccl.* 32. b. Audi tacens: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.
  - Contemplationis. *Thren.* 3. d. Sedebit ſolitarius, & tacebit.
  - Conſenſus. *Num.* 30. c. Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit: reddet, quod promiſit.
  - Interdicti. *Ezech.* 3. g. Eris mutus.
  - Patientiæ. *Eccl.* 13. a. Pauper læſus tacebit.
  - Condeſcenſionis. 1. *Cor.* 3. a. Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus.
  - Maris. *Marc.* 4. d. Tace, obmuteſce.
  - Terræ. *Abac.* 2. d. Sileat a facie Domini.
  - Inſulæ. *Iſa.* 41. a. Taceant ad me Inſulæ.
  - Oculorum. *Thren.* 2. f. Neque taceat pupilla oculi.

Poſtea oſtendit, quomodo ad confeſſionẽ eſt inductus, & per quæ. Primum eſt flagellum Dñi.

Quoniam *a* die, *b* ac nocte *c* grauata eſt ſuper me *d* manus tua, *e* conuerſus ſum in ærumna mea, *f* dum configitur ſpina. † *g* Delictum meum † cognitum tibi feci: & *h* iniuſtitiam meam non † abſcondi. Dixi: *i* confitebor

a Quoniam die] proſperitatis. *b* Ac nocte,] aduerſitatis. Vel [Die, ac nocte] i. aſſiduè. *c* Grauata eſt ſuper me,] pœnam infligẽdo. *d* Manus tua.] Grauis eſt enim manus Domini, cùm percutit. Vnde dicitur *Exod.* 17. c. quòd manus Moyſi erant graues. In lege enim puniebatur ſine miſericordia. Vnde *Exod.* 21. c. Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. Leuis autem eſt manus Domini, quando dat beneficia temporalia. Vnde 1. *Eſdr.* 7. a. Dedit Rex Eſdræ ſecundum manum Domini Dei eius bonam ſuper eum omnem petitionem eius. Manus Domini iam grauis erat ſuper Iob, quando à planta pedis vſque ad verticem capitis non erat in eo ſanitas: amiſſis nihilominus diuitiis & filiis & filiabus ſuis, tamen adhuc petebat eam aggrauári, dicens: *Iob* 6. b. Soluat manum ſuam, & ſuccidat me. Hanc manum dicebat Ieremias aggrauari, *Threnor.* 3. a. In me vertit, & conuertit manum ſuam tota die. 1. *Regum* 5. b. Aggrauata eſt manus Domini ſuper Azotos, quod interpretatur incendentes, & ſignificat corruptores aliorum per malum exemplum. Super bonos non aggrauatur, licet aliquando tangat. *Iob* 19. c. Manus Domini tetigit me. Secundum eſt cognitio propriæ infirmitatis. Et hoc generatur à primo. Vnde primò præmiſit coniunctionem cauſalem, dicens: [Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.] Hic autem ponit conſequens.

Manus Domini quandoque grauis, quandoque leuis.

Iob 2. b.
Iob 1. d.

e Conuerſus ſum in ærumna mea,] id eſt, ad cognoſcendum ærumnam & miſeriam meam. *Threnor.* 2. a. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Tertium eſt compunctio, quæ ex his duobus generatur: Vnde dicit.

f Dum configitur ſpina,] id eſt, dum remordente conſcientia, compunctio pungit cor, & vulnerat, vt ſagittæ, ſiue ſpina. Vnde *Prou.* 20. d. Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris, id eſt, conſcientia. Vel ſic. [Dum configitur ſpina,] id eſt, dum peccatum radicatur in corde. Per ſpinam enim peccatum intelligitur. *Gen.* 3. c. Terra tua ſpinas & tribulos germinabit tibi. Hæc ſpina configitur in corde per delectationem & conſenſum. *Greg.* Radices ſpinarum molles ſunt: ſed ex illa mollitie proſerunt vnde pungant. Et quantò peccatum plus creſcit exteriùs per conſuetudinem, tantò ſolidiùs in corde figitur, & radicatur ad modum ſpinæ. Vnde peccatum conſuetudinis difficilè eradicatur. Quod oſtendit Dominus, qui quatriduanum lazarum cum difficultate magna ſuſcitauit. *Ioan.* 11. e. Vnde illi, qui pigri ſunt ad eradicandum ſpinas iſtas, dum nouella eſt plantatio earum, in breui multa ſpinarum copia occupantur. *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri tranſiui: & ecce totum repleuerant vrticæ: operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ. Secundum ergo iſtum modum legendi, eſt ſenſus huius verſus talis. [Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, vt ſuprà expoſitum eſt. [Conuerſus ſum,] à peccato meo, ad te per pœnitentiam [Dum configitur ſpina,] id eſt, dum adhuc nouum eſſet peccatum, ſcil. in plantatione: quod notat, cùm dicit [Dum configitur ſpina,] & non poſtquam confixa fuiſſet. Similis conuerſio notatur ſuprà in *Pſ.* 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Vel ſic. [Dum configitur ſpina, ſc. dorſi, quæ totum corpus erigit: per quod ſuperbia deſignatur: qua fracta, incuruatur homo per humilitatem. Superbia autem hominem erigit contra Deum. *Iob* 15. c. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo. Item ſpina, diuitiarum opulentia. *Iob* 30. b. Eſſe ſub ſentibus delitias computabant. *Iob* 31. d. Pro frumento oriatur mihi tribulus: & pro hordeo ſpina. Hanc maledictionem multi optant, vt pro frumento ſacræ doctrinæ oriatur ſpina diuitiarum. *Ierem.* 12. c. Seminauerunt triticum & meſſuerunt ſpinas. Dum hæc ſpina configitur, homo ad Deum conuertitur. Ex his autem ſequitur confeſſio, de qua ſubiungit.

Peccatum per ſpinam deſignatur.

g Delictum meum cognitum tib. feci, id eſt, per confeſſionem tibi reuelaui. Et eſt hæc ſecunda pars, in qua commendatur confeſſio multis modis. Primò, quia integra. Secundò, quia præmeditata. Tertiò, quia vera. Quartò, Quia accuſatoria. Quintò, quia propria. Sextò, quia ſatisfactoria. Oſtendit autem ſuam confeſſionem eſſe generalem & plenariam, id eſt, integram: quia omne genus peccati confitetur, ſcil. peccatum omiſſionis. De quo primò dicit. [Delictum meum cognitum tibi feci.] Et peccatum commiſſionis, de quo ſequitur.

Nota conditiones confeſſionis. De pœn. diſt. 1. c ſi.

al. † peccatum.
al. † cognoui.
al. † operui.
17. q. 1. c. qui bona.
De pœn. diſt. 1. c. dixi. & diſ 3. c. illud.

h Et iniuſtitiam meã non abſcondi.] Et hic eſt Liptote, quaſi dicat, immò reuelaui, vt curarer. *Gregor.* Si abſcondi, quaſi homo, peccatum meum, ſupple, malè mihi accidat. *Prouerb.* 28. b. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Sed quia difficile eſt ſubitò recolere omnia peccata, tam omiſſionis, quàm commiſſa: ideò debet eſſe confeſſio præmeditata. Vnde bene ſequitur.

i Dixi confitebor, & cætera,] id eſt, ex præhabita deliberatione acceſſi ad confeſſionem. *Iſa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Eccleſiaſt.* 3. a. Eſt tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Lapides peccata ſignificant, quæ ſparguntur, dum ante Sacerdotem reuoluuntur per confeſſionem; Colliguntur autem, dum antè in corde ſollicitè

ſollicitè recoluntur. *Eccleſiaſt.* 42. b. Quodcumque trades, numera, & appende: datum verò, & acceptum omne deſcribe. Item debet eſſe confeſſio vera. Vnde dicit. [Confitebor] id eſt, ſimul corde & ore fatebor. Non eſt enim mentiendum in confeſſione, ſiue excuſando, ſiue accuſando. Vnde *Eccl.* 4. c. Pro anima tua non confundaris dicere verũ. Et 2. *Corinth.* 6. b. In verbo veritatis, &c. Item debet eſſe accuſatoria: Vnde dicit.

a aduerſum me † *b* iniuſtitiam meam *c* Domino: & *d* tu remiſiſti impietatem † peccati mei. *e* Pro hac *f* orabit ad te omnis Sanctus, in *g* tempore opportuno. *h* Veruntamen in diluuio aquarum multarum, *i* ad eum non † *k* ap-

Al. † iniuſtitias meas.
Al. † cordis.
Al. † appropinquabũt.

a Aduerſum me.] *Prouerb.* 18. c. Iuſtus priùs eſt accuſator ſui. [Aduerſum me,] non aduerſum Deum, vt Adam: non aduerſum fatum, vt Aſtronomus: non aduerſum Diabolum, vt populus ſtultus. Sed [aduerſum me,] vt Dauid, 2. *Reg.* 24. c. Ego ſum, qui peccaui: & ego iniquè egi. Poſtea determinat, quid confitendum ſit, cùm dicit.

b Iniuſtitiam meam.] Peccata enim debemus confiteri, ſicut Publicanus; non iuſtitiam, vt Phariſæus. *Luc.* 18. c. Sic faciunt hypocritæ in confeſſione: celant peccata, & bona dicunt, ſignificati per Iacob. *Geneſ.* 27. c. Cuius mater pelliculas hœdorum circumdedit manibus eius, & colli nuda protexit. Sic mater eorum, id eſt, vana gloria, quæ paſcit eos, opera pœnitentiæ prætendit externis. Et Et talibus, quando veniunt ad confeſſionem, poſſet dicere Sacerdos, ſi bene palparet eos: Vox quidem, vox Iacob eſt; ſed manus ſunt Eſau. Item dicit, non quamcumque [iniuſtitiam.] Sed dicit, [meam,] non alienam. Sicut multi faciunt, qui aliorum peccata vel obliquè dicunt, cùm ſua deberent dicere: Vel directè, vt qui dicunt ita: malus eſt ille, vel ille. Obliquè, vt qui dicunt: ille fecit me peccare, vt Adam dixit *Gen.* 3. c. Mulier, quàm dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi, quaſi dicat, ipſa me fecit peccare: & tu ipſe, qui dediſti mihi eam. Et retorquent quidam iniquitatem in Diabolum, vt qui dicunt: Diabolus decepit me: quidam in proximum, vt dictum eſt: quidam in Deum, qui dicunt ſe peccaſſe Deo permittente, vel dicunt ſe eſſe talis complexionis, aut conſtellationis, quòd non poſſunt abſtinere à peccato. Sed qui bene vult confiteri, dicit iniuſtitiam eſſe ſuam: quia liberum arbitrium habet, quod niſi conſenſerit, nec peccabit. Vnde dicit *Auguſtinus ſuper illud Pſalm.* 40. Ego dixi, Domine, miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi. Ego, ego; non fatum, non fortuna, non Diabolus. Item debet eſſe confeſſio ſatisfactoria, id eſt, cum propoſito emendandi: Vnde bene addit.

c Domino,] id eſt, ad honorem Domini, ſcilicet, vt ſeruiam ei de cætero. Vnde *Ioſue* 7. c. Fili, da gloriam Deo Iſrael: & confitere, atque indica mihi, quid feceris. Ex his autem omnibus ſequitur remiſſio peccati: Vnde ſequitur.

d Et tu remiſiſti impietatem peccati] mei, ſcilicet, quia, [dixi, &c.] Vnde 2. *Reg.* 12. d. Dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Et ſtatim reſpondit ei Nathan: Dominus tranſtulit peccatum tuum à te. Et nota, quòd confeſſio vtilis eſt propter multa. Primum eſt id, quod diximus, ſcilicet, quia per eam ſtatim dimittuntur peccata. Secundò, quia confeſſio eſt vomitus veneni diabolici. *Eccleſiaſt.* 31. c. Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, & vome, & refrigerabit te. Sicut enim homo, qui comedit muſcam, non poteſt bene habere, donec euomuerit eam; ſic eſt de peccato. Sed multi reuertuntur ad vomitum, 2. *Petr.* 2. d. Contigit illis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Tertiò, quia niſi peccatum detegatur hic per confeſſionem ad ſalutem, Deus reuelabit illud in futuro ad damnationem. 2. *Reg.* 12. c. Dixit Dominus per Nathan ad Dauid. Tu feciſti abſconditè; ego verò faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis. Quartò, quia per confeſſionem fit homo ſuſpectus Diabolo: & non audet ei ita communicare ſecreta ſua. *Eccleſiaſt.* 27. c. Qui denudat arcana amici, fidem perdit. Et pòſt. Si denudaueris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum.

Nota: confeſſio vtilis eſt.

e Pro hac orabit.] Tertia pars, in qua commendat pœnitentiam multipliciter. Primò, quia placet Sanctis. Vnde dicit. [Pro hac,] ſcilicet, remiſſione peccatorum ſuorum.

f Orabit ad te omnis Sanctus,] vt eam ſibi à te valeat impetrare. Non enim certi ſunt Sancti de ſua iuſtificatione. 1. *Corinth.* 4. a. Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. *Ioann.* 1. d. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Vel, [Pro hac,] ſcilicet, remiſſione peccatorum proximi, [orabit, &c.] quia vt dicit *B. Gregor.* apud Deum perfectè diluit propria, qui piè plangit aliena. Et hoc.

g In tempore opportuno] id eſt, in præſenti vita. 2. *Cor.* 6. a. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. *Ioan.* 9. a. Operamini, dum dies eſt; venit enim nox, quando non licet operari: tunc enim poſt mortem non erit tempus orandi, quia tunc non exaudiet Dominus. Vnde *Prouerb.* 1. d. Tunc inuocabunt me: & non exaudiam, &c. *Matthæi* 25. a. virginibus, quæ nimis tardè venerunt, dictum eſt: Amen dico vobis, neſcio vos. Orabant tamen dicentes: Aperi nobis; ſed non in tempore opportuno: & ideo non fuerunt exauditæ. Propter hoc *Galat. vltim.* c. Argumentatur Apoſtolus dicens: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, & cætera. *Iſai.* 55. b. Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt. *Eccleſiaſt.* 8. a. Omni negotio tempus eſt & opportunitas. Vel, [In tempore opportuno] id eſt, cùm homo habet propoſitum relinquendi peccata: aliter enim non exauditur. Vnde *Iſai.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. *Gregor.* Fruſtra præmium tribuit, qui ſe à vitiis non compeſcit. Et *alibi.* Cùm is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati Iudicis animus ad deteriora prouocatur. Secundò commendat pœnitentiam ex eo, quòd eius oppoſitum, ſcilicet, diſſolutio & peccatum Deo diſplicet: Vnde addit.

1. q. 1. c. xvm ſanat.

h Veruntamen in diluuio, &c.] Continuatio. Licet orent Sancti pro peccatis aliorum; tamen [in diluuio aquarum multarum] id eſt, in multitudine peccatorum.

i Ad eum] id eſt, ad Deum.

k Non approximabunt,] peccatores. Quia vt dicitur *in Pſal.* 23. Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. De hoc diluuio *Oſea* 4. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt. Et plura de hoc diluuio diximus ſupra in hoc verſu. Dominus diluuium inhabitare facit. Vel, [Aquarum multarum] id eſt, voluptatum. *Geneſ.* 49. a. Ruben, effuſus es, ſicut aqua, ſcilicet, in delitiis. Et in his, [ad eum non approximabunt,] quia vt dicitur *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Vel, [Aquarum] id eſt, temporalium, quæ fluunt ſicut aqua. Sed quandoque fluunt in alueo, quandoque inundant. In alueo ſunt, dum ad neceſſitatem habentur, nec nimis amantur: Et qui ſic habet, bene ad Deum poteſt accedere. Exeunt autem alueum & fit diluuium, quando ad ſuperfluitatem ſumuntur, vel quando nimis amantur: Et in hoc diluuio. [Ad eum non approximabunt.] Quia ſicut dicit Dominus *Matth.* 19. c. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Vel, [Non approximabunt,] etiam in præſenti per contemplationem: Vnde dicit *Gregor.* Temporalium diſpenſationes tantò bonis grauiores ſunt, quantò ab intuitu æternorum, vel ad modicum euellunt. Ideò dicebat Dominus *Matth.* 6. d. Nolite ſolliciti eſſe, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, &c. Vel; [Aquarum] id eſt, verborum, quæ dicuntur aqua. *Prou.* 17. c. Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. Hæc aqua infra alueum continetur, dum modeſtia ſermonis ſeruatur: Inundat autem, & fit diluuium, quando repagulum modeſtiæ & diſcretionis amouetur. Hoc diluuium timebat ille, qui dicebat: Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Et in hoc diluuio ad eum non approximabunt: quia qui diluuium hoc patitur, immundus eſt. *Leuit.* 15. a. Vir, qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit. Et *Num.* 19. c. Vas, quod non habuerit operculum, aut ligaturam deſuper, immundum erit. *Prouerb.* 14. c. Vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. Vel, [In diluuio aquarum multarum] id eſt, doctrinarum. [Ad eum non approximabunt,] quia frequenter litterati à Domino ſe elongant per ſuperbiam & ambitionem & alia vitia; & ſimplices & idiotæ ad Dominum approximant per vitæ innocentiam & humilitatem. *Pſalm.* 70. Quoniam non cognoui literaturam,

introibo

introibo in potentias Domini. *Aug.* Heu! idiotæ & ſimplices rapiunt cœlum, & nos cum literis noſtris demergimur in Infernum. Tertiò commendat pœnitentiam in eo, quòd Dominus eſt refugium pœnitentium. *a* Tu es refugium meum, &c.] ſcilicet refugienti de laqueis & carcere Diaboli. *Pſal.* 103. Petra refugium herinacijs, id eſt Chriſtus peccatoribus. *b* A tribulatione,] tentationis. *c* Quæ circumdedit me.] Cùm enim homo ad pœnitentiam redit, tunc inſurgit Diabolus contra eum, ſicut Pharao contra filios Iſrael egredientes de Ægypto: & tunc multiplicatur exercitus Diaboli contra eum. Vnde in *Pſalm.* 3. Domine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me. Multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Tu autem, Domine, ſuſceptor meus es. *Eccleſiaſt* 2. a. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Quartò commendatur pœnitentia, quia refugientes ad Deum per pœnitentiam, non ſolùm ſecuritatem, aut tutelam in eo habent; ſed etiã gaudium & exultationem: Vnde ſubiungit. *d* Exultatio mea,] ſupple, tu es, ſcilicet, per ſpem & conſolationem. Non enim pœnitentes tantùm affliguntur onere pœnitentiæ; ſed & reficiuntur ſpe retributionis æternæ, dolent gaudendo, & gaudent dolendo. *Prouerb* 14. b. Cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio iſtius non miſcebitur alienus. 1. *Eſdr.* 3. d. Non poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus. Et ideò cùm dixit hic: Tu es [exultatio mea,] vt notet quòd riſus ſuus dolori miſcetur, ſtatim quaſi dolens & timens addit.

Al. † mihi.
Al. † preſſura.
Al. † redime.
Al. † ſtatuã.

proximabunt. *a* Tu † es refugium meum *b* à tribulatione, *c* quæ circũdedit me: *d* exultatio mea, † *e* erue me à circundantibus me. *f* Intellectum tibi dabo, *g* & † inſtruã te in *h* via hac, qua gradieris: † *i* firmabo ſuper te *k* oculos meos. *l* Nolite † fieri *m* ſicut & mulus, quibus non eſt intellectus. In † *n* chamo & *o* fræno *p* maxillas *q* eorum conſtringe, qui non † *r* approximant ad te.

e Erue me à circundantibus me,] id eſt, libera me ab inimicis meis, ſcilicet, Dæmonibus, malis hominibus, & peccatis, quæ circundederunt me vndique, vt non euadam. *Iob* 19. b. Obſederunt in gyro tabernaculum meum.

f Intellectum tibi dabo.] Quarta pars, in qua ponitur lætus finis: Et eſt reſponſio Domini ad pœnitentem, qui ſuprà petierat. [Erue me.] Et reſpondet Dominus. Verè eruam. [Intellectum tibi dabo,] i. e. notitiãm præſentium, vt pertranſeas: æternorum bonorum, vt ea appetas & ad ea curras: & pœnarum, vt eas fugias: & tui ipſius, vt humilieris, & Deo bona attribuas. Hic eſt intellectus bonus, de quo dicitur *in Pſal.* 100. Intellectus bonus omnibus facientibus eum.

g Et inſtruam te,] ne in his, quæ noueris, erres. Eſt ergo hæc differentia inter hæc duo. [Intellectum dabo, & inſtruam,] quia intellectum dat Dominus ad cognoſcendum; inſtruit autem ad operandum, ſiue in operando. Dominus autem intellectum dat, & inſtruit tribus modis principaliter, videlicet, per inſpirationem, per prædicationem, per tribulationem. De primo, *Iob* 4. c. Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum: & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. 1. *Ioan.* 2. d. Non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos; ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. De ſecundo in *Pſal.* 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. De tertiò *Iſai.* 28. c. Tantummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. *Iob* 33. c. Increpat per dolorem in lectulo. Et ibi præmittit *Iob*: Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Sic ergo dicit. [Intellectum tibi dabo, & inſtruam te. Et hoc.

Dominus dat intellectum, & inſtruit tribus modis.

h In via hac, qua gradieris, id eſt, in omnibus, quæ ſunt in hac vita: vt ſcias, quòd non ſint, niſi via; Deus autem finis: & ita non hæreas eis, ſed pertranſeas. Vnde dicit *Auguſtin.* Deus finis eſt, & terminus, ad quem eundum, & vbi immorandum: quicquid autem citra Deum eſt, via eſt; in illa autem non eſt immorandum. Iſta autem notitia quatuor illorum, quæ præmiſimus, ſcilicet, præſentium, æternorum bonorum, pœnarum infernalium, ſui ipſius, in hac via nos reddit expeditos, feruentes, timidos & ſollicitos. Qui enim cognoſcit præſentia, contemnit ea & relinquit, ſecundum illud *Naum.* 3. b. Omnis, qui viderit te, reſiliet à te: & ſic fit homo expeditus. Qui autem cognoſcit æterna bona, deſiderat ea: & ita fit feruens. Qui autem cognoſcit pœnas, horret eas: & ſic fit timidus. Qui autem cognoſcit ſeipſum & debilitatem ſuam, ſollicitus fit, quia non confidit de ſua fortitudine: Et de hoc eſt exemplum bonum in vetulis debilibus, quæ quando vadunt in peregrinationem, ita ſunt ſollicitæ, quòd tantam dietam faciunt quantam viri fortes & equites. Omnis ergo creatura via eſt ad Deum, in qua non eſt immorandum, ſed alacriter ambulandum, vt dicit *Auguſt.* Vnde *B. Bern.* In via Dei non progredi, regredi eſt.

Notitia ſupradictorum quatuor, reddit nos expeditos, feruentes, timidos, & ſollicitos.

i Firmabo ſuper te oculos meos,] quaſi non ſolùm inſtruam, ſed & [firmabo, &c.] Et notantur hic reſpectus memoriæ Dei, & cuſtodia. Non enim dicit tantùm ponam ſuper te oculos meos; ſed dicit, [firmabo,] id eſt, ponam, & non remouebo, *Pſalm.* 36. Quia Dominus amat iudicium, id eſt, pœnitentiam, qua homo iudicat ſe, primò in corde per contritionem: poſtea in ore dando contra ſeipſum ſententiam in confeſſione: & exequitur ſententiam iudicij in ſatisfactione. Et ſic dicit *Pſalm.* Quia Dominus amat iudicium iſtud: & non derelinquet Sanctos ſuos, in æternum conſeruabuntur. Et *Pſalm.* 33. Oculi Domini ſuper Iuſtos. Ita dicit hic [Firmabo ſuper te, [pœnitentem. *k* Oculos meos] i. e. gratiam & miſericordiam meam tibi conſeruabo. *Sapient.* 4. c. Grãtia Dei & miſericordia in Sanctos eius: & reſpectus eius ſuper electos illius. Poſtea monet alios vir iuſtus, vt intellectum iſtum in ſe recipiant: & qui habent, non amittant, cùm ſubiungit. *l* Nolite fieri, &c.] q. d. ex quo Dominus vos rationales fecit, & intellectum dedit vobis. Ergo. Nolite fieri irrationales. *m* Sicut equus & mulus, &c.] quia bruta ſunt. Sed hunc honorem intelligite, quòd Dominus fecit vos rationales ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: & quòd firmat oculos ſuos ſuper vos. *Eccleſ.* 17. a. Deus creauit de terra hominem: & ſecundum imaginem ſuam fecit illum: & iterum conuertit illum in ipſam: & veſtiuit illum virtute. Econtrario dicitur de malis in *Pſal.* 48. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hoc autem fit præcipue in peccato carnis. Vnde dixit Angelus *Tob.* 6. d. In eos, qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant: & ſuæ libidini ita vacant, ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus: habet ſuper eos Dæmonium poteſtatem. Item per equum poſſumus diſtincte intelligere aperte peccantes: Equus enim vix tenetur, fortis eſt, luxurioſus eſt, ſuperbus, ſeſſorem non diſcernit: Per quas proprietates diuerſa genera peccatorum intelliguntur. Per mulum autem hypocritæ deſignantur. Mulus enim ex nobili & ignobili generatur; Ita in generatione hypocritæ conueniunt nobile, ſcilicet, opus de genere bonorum: & ignobile, ſcilicet, corrupta intentio: & ipſi ſemper nobilitatem oſtendunt, & iactant, ignobilitatem verò abſcondunt. Sicut fabuloſè narratur de mulo, quem vulpes interrogauit, de quo genere fuerat? & mulus reſpondit, quòd pronepos erat magni equi Regis Hiſpaniæ. Non quæro de patre, dixit vulpes; ſed de matre, & noluit indicare. Ita faciunt multi. Et moraliter, vt dictum eſt, de hypocritis, quibus dicit Dominus, *Matth.* 23. c. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus ſpecioſa; intùs autem plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Et etiam ad litteram, qui ſemper nominant nobiliorem de ſuo genere, ſi quæratur de genere eorum. Facta exhortatione ad proximum, vir iuſtus conuertit ſe ad orationem ad Deum pro proximo: vt ſicut ipſe per flagella conuerſus eſt ad Dominum; ita Dominus etiam flagellet peccatores, vt ipſi ſimiliter conuertantur ad eum. Vnde dicit.

Al. † obfirmabo.
Al. † eſſe.
Al. † fræno & equus chamo.
Al. † propinquant.

Per equum apertè peccãtes; per mulum hypocrita.

n In chamo,] id eſt, minori tribulatione. *o* Et fræno,] id eſt, maiori & cogentiori tribulatione.

p Maxillas eorum conſtringe,] id eſt, ſicut per frænum & chamum poſitum in maxillis equi & muli, coercentur & ducuntur; ita per minores & maiores tribulationes eos coerce, vt relicto inuio peccatorum, ſequantur te per viam pœnitentiæ, ſicut ego, dicit Iuſtus. *q* Eorum,] dico. *r* Qui non approximant ad te,] quia ſunt in diluuio aquarum, ſicut prædictum eſt. In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.] De hoc fræno *Iſaia* 37. f. Et ponam circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis: & reducam te in viam, per quam veniſti. *Iob* 40. d. Nunquid pones circulum in naribus eius: aut armilla perforabis maxillas eius?

a Multa

a Multa flagella peccatoris.] Istud continuatur cuilibet prædictorum duorum versuum. Primo sic. [Nolite fieri sicut equus & mulus, &c.] quia, [multa flagella peccatoris, & in præsenti sunt, & in futuro erunt. Secundò sic [Maxillas eorum constringe, &c.] quia multa flagella peccatoris] quasi dicat, ideo te rogo, vt tu verberes eos virga præsentis tribulationis ÷ quia compatior eis super flagellis, quæ patiuntur in præsenti, & patientur in futuro, nisi conuertantur ad te. [Multa] ergo sunt flagella peccatoris in præsenti. Primò enim flagellantur à miseria contritionis suæ. Vnde *Eccl. c.* 40. a. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium, &c. Secundò flagellantur à remorsu conscientiæ. *Ierem.* 2. d. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Tertiò ab inquietudine à Dæmonibus illata. *Ierem.* 16. c. Seruietis ibi Diis alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt. Quartò à cogitationibus, & sollicitudinibus. *Exod.* 8. c. Ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum, &c. Ibi dicit *Gregor.* Israel Sabbatum accepit in munere; Ægyptus perditur muscarum multitudine. Quintò ab amore diuitiarum, quæ dicuntur spinæ à Domino, *Matth.* 13. c. Et quantò magis cordi inseruntur per amorem, tantò magis pungunt per dolorem. Pungunt quippe, cùm acquiruntur per laborem: cùm habentur, pungunt per timorem: cùm perduntur, pungunt per dolorem: quia cum labore acquiruntur, cùm timore possidentur, cum dolore amittuntur. Vnde *Isa.* 19. f. Erit Babylon in possessionem hericij. *Iob* 30. a. Esse sub sentibus delitias computabant. Sextò ab aliis peccatoribus. *Abacuch* 1. d. Facies homines, quasi pisces maris, qui, scilicet, comedunt se inuicem. Item multa sunt flagella peccatoris in futuro. *Prou.* 19. d. Parata sunt derisoribus iudicia; & mallei percutientes stultorum corporibus. *Iob* 27. d Apprehendet eum, quasi aqua, inopia; nocte opprimet eum tempestas, tollet eum ventus vrens, & auferet: & velut turbo rapiet eum de loco suo, &c. Hic possunt notari & distingui diuersa flagella peccatoris. Et *Iob* 20. d. breuiter dicit de multitudine ista dicens: Omnis dolor irruet super eum. Sic ergo, [multa flagella peccatoris.] Sed econtrariò multa consolatio pœnitentis: Vnde addit.

al. † peccatorum.
al. † sperátes.
al. † Gaudete.
Multa flagella peccatoris in præsenti.
Multa flagella peccatoris in futuro.

a Multa flagella † peccatoris; † b sperantem autem in Domino c misericordia circumdabit. d Lætamini in e Domino, & f exultate g Iusti: & h gloriamini omnes recti corde.

In finem Psal. David.

PSAL. XXXII.

† Exultate, i iusti in. k. Domino,

b Sperantem autem in Domino misericordia circumdabit,] id est, pœnitentem, qui præcedente merito pœnitentiæ suæ, futuram beatitudinem expectat, illum circundabit misericordia. Nec tamen dicit, sperantem in meritis suis, sed [sperantem in Domino,] quia sicut dicit *B. Gregor.* vita Sanctorum succumbit, si pietas Dei desit. Hunc ergo.

c Misericordia circundabit] vndique, in præsenti protegendo eum, & ab hoste, qui circuit, quærens quem deuoret. 1. *Pet. vlt.* b. & à flagellis prædictis, quæ patiuntur mali in præsenti. Item [circundabit] in futuro, quando misericordia Domini introducet eum in illud gaudium, de quo *Matth.* 25. b. Intra in gaudium Domini tui. In quo misericordia Dei circundabit Iustos, quia licet illud gaudium meruerit in hac vita: tamen plus dabit, quàm meruerint. Vnde dicit *Ierem.* In nobis meritum excedet clementia. Vel quia meriti fundamentum, id est, fides & charitas, & aliæ virtutes ex misericordia pura habuerunt. Vnde *Roman.* 9. d. Non est volentis, neque currentis: sed Dei miserentis. Et quia ex Dei misericordia fuit, quod tam paruis meritis, tantum præmium promisit. Vnde *Roman.* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ex his concludit ergo.

d Lætamini in Domino, & exultate Iusti. Propter ista, scil. quæ fiunt vobis. [Lætamini] interiùs.

e Et exultate] exteriùs.

f In Domino] non in vobis. Ab eo enim hæc expectatis.

g Iusti] non peccatores. Quibus econtrario dicit *Iacob.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis.

h Et gloriamini omnes recti corde,] quia ipsa rectitudo cordis est gloria Sanctorum, 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Cant.* 1. b. Recti diligunt te, &c.

EXPOSITIO PSAL. XXXII.

Exultate Iusti in Domino.] Titulus. [*In finem Psalmus David.*] Titulus iste patet. In præcedenti Psalmo agit Propheta de intellectu pœnitentis: In isto autem agit de generali intellectu, quo debemus intelligere Dei omnipotentiam & iustitiam, vt eum timeamus: & misericordiam, vt in eo speremus, quia beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Intentio autem est Prophetæ in hoc Psalmo, nos ad laudem Dei inuitare. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, Iustus monet laudare Deum. Secundò dicit beatos esse cultores Dei, *ibi*, [Beata Gens.] Tertiò ostendit, quid de prædictis sentiat, *ibi*, [Anima nostra.] Volens ergo Propheta nos ad laudem inuitare, priùs monet ad mentis exultationem, quæ præcedit laudem & eructat: Vnde dicit [exultate.] Et ostendit, qui debeant exultare, dicens: Iusti. Et in quo dicit: In Domino. *Psalm.* 148.

i Exultate Iusti, non iniusti, quia sicut dicitur *in Psal.* 36. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit; Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Et ideò magis flendum est peccatoribus quàm gaudendum. Vnde *Ioel.* 1. b. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro. Ebrij sunt peccatores, qui calice Babylonis inebriant se, & bibunt vinum sæcularis iucunditatis in dulcedine: & perit ab ore eorum; quia antequam biberint vsque ad satietatem, amittunt iucunditatem, & inueniunt æternam calamitatem & miseriam. Vnde de vino isto temporalis iucunditatis dicitur *Prou.* 23. d. Ne respicias vinum cùm flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Vitrum est fragilis vita præsens, quæ citò frangitur, & perit vinum. Et vtinam periret penitùs: Nam potiùs conuertitur in venenum. Vnde sequitur ibi. *Prou.* 23. d. Ingreditur blandè: sed in fine mordebit vt Coluber, & sicut Regulus venena diffundet. Exultate ergo non iniusti. Sed k Iusti] Et hoc. k In Domino] non in mundo. *Psalm.* 4. a. Gaudete in Domino semper. Hæc enim exultatio semper durabit, & hic incipit: Sed gaudium mundi hic incipit & hic terminatur: & ideò non est amplectendum plus, quam vmbra, vel punctus. Vnde *Iob* 20. a. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ adinstar puncti. Et *Prou.* 14. b. dicitur; Extrema gaudij luctus occupat. Cùm ergo punctum non habeat extrema alia à medio, quia indiuisibile est; sequitur, quòd gaudium illud in veritate non est gaudium Domini, sed luctus. Vnde ibi *Prouerb.* 14. b. bene præmittitur: Risus dolore miscebitur. Ideò bene hic. [Exultate Iusti in Domino,] non in mundo. Et notandum, quòd spiritualis lætitia, ad quam nos inuitat, multiplicem habet vtilitatem.

Vtilitates spiritualis lætitiæ.

- Prima est, quia vitam prolongat, & opera bona multiplicat. *Prouerb.* 17. d. Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa.
- Secunda est; quia erigit cor hominis, & præstat audaciam spiritualem. *Prou.* 15. b. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deiicitur spiritus.
- Tertia, quia præstat fortitudinem. *Nehem.* 8. c. Nolite contristari, gaudium etenim Domini est fortitudo vestra, id est, gaudium habitum in Domino.
- Quarta, quia omnes tentationes eliminat. *Isa.* 30. g In citharis & tympanis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.
- Quinta, quia confundit Diabolum, quod significatum est 1. *Reg.* 4. b. vbi dixerunt Philisthiim. Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et post dicit. Ingemuerunt dicentes. Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius.
- Sexta; quia facit obliuisci illatorum, dimissorum, perditorum. Vnde *Prou. vlt.* a. Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant, & obliuiscantur egestatis suæ: & doloris sui non recordentur amplius.
- Septima, quia facit abominari peccatum. Vnde dicit Auctoritas. Gustato spiritu, desipit

O

desipit omnis caro. *Leuit.* 26. b. Vetera, superuenientibus nouis, proiicietis. Postea quia de gaudio & exultatione spirituali exit laus Dei, de laude Dei subdit.

a Rectos decet collaudatio] quasi dicat, vos Iusti & recti laudate Deum, quia vos [rectos decet collaudatio] non curuos & peccatores: Quia sicut dicit *Eccles.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Peccator autem dicitur, & est curuus, quia incuruauit se sub peccato & Diabolo: *Isa.* 51. g. Dixerunt animæ tuæ: incuruare, vt transeamus; & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Et *Isa.* 2. c. Incuruauit se homo, & humiliatus est vir. Item [Rectos] id est, inflexibiles, qui, nec in prosperitate, nec in aduersitate à statu rectitudinis possunt flecti: istos [decet collaudatio] quia laudant Deum simul in prosperitate & aduersitate. Non sicut ille, de quo in *Psalm.* 48. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. Sed sicut alibi dicit: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et ideò. [Rectos decet collaudatio] in alios, quia decens est semper laudare eum, qui semper est laudabilis: Ideò enim est laudabilis, quia bonus. Vnde *Psalm.* 134. Laudate Dominum, quia bonus est Dominus. Item in hoc, quod dicit, [Collaudatio] significatur concordia & charitas. Hæc duo, scilicet, rectitudo inflexibilitatis, & concordia charitatis inueniuntur fuisse in laudatoribus præcipuis, videlicet, in Apostolis. *Actor.* 1. b. Hi omnes, scilicet Apostoli, erant perseuerantes, ecce inflexibilitas: & vnanimiter, ecce charitas: in oratione, ecce laudatio. Posteà ostendit, quibus instrumentis laudandus sit Deus, dicens.

> *a* rectos decet collaudatio. *b* Confitemini Domino in *c* cithara: in *d* psalterio decem chordarum psallite illi. *e* Cantate ei *f* canticum nouum: *g* bene † psallite *h* ei in *i* vociferatione. *k* Quia † rectum est verbum Domini: *l* & omnia opera eius in *m* fide.

al. † Cantate ei in iubilatione.
al. † rectus.

b Confitemini Domino] confessione laudis, & etiam confessione peccatorum.

Cithara dicitur carnis mortificatio.

c In cithara,] id est, in carnis mortificatione, in qua debet confessio fieri tam peccatorum, quam laudis. Et dicitur cithara carnis mortificatio, duabus rationibus. Prima est, quia cithara reddit sonum ab inferiori parte; sic homo per carnis mortificationem de inferiori parte, id est, de sensualitate reddit sonum dulcem in auribus Domini. Quo sono fugatur Dæmonium, sicut legitur 1. *Reg.* 16. d. quod cum percutiebat Dauid citharam, Saul leuius habebat, & spiritus malus recedebat ab eo. Secunda ratio est, quia sicut in cithara omnes chordæ concorditer extenduntur, & resonant; ita in pœnitentia non tantùm gula refrænanda est à delitiis, sed & lingua à malis verbis, & oculus à vanis & curiosis respectibus. Et similiter auditus, & odoratus, & tactus, & omnia membra debent in cithara pœnitentiæ extendi. Vnde *Romanor.* 6. d. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem; non dixit linguam tantùm, vel aliquod aliorum, sed generaliter membra, vt omnia generaliter arceantur.

d In psalterio decem chordarum psallite illi,] id est, in cœlesti doctrina, quæ sicut psalterium à superiori reddit sonum, quia vt dicit Dominus *Matth.* 10. c. Non vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et *Gregor.* In contemplatione hauriat, quod aliis per prædicationem effundat. Quod psalterium dicitur esse decem chordarum: quia decem præcepta debet continere Prædicatoris doctrina. Et dicit psallite, quòd tactu manus fit, ad notandum, quòd illud, quod prædicat, primò faciat: & postea doceat. *Actor.* 1. a. Cœpit Iesus facere & docere. Nec solùm vetera præcepta prædicate & implete; sed & nouum mandatum: Vnde bene sequitur.

e Cantate ei] non solùm lingua prædicando; sed & vita ostendendo.

Canticum nouum cantandum est quadruplici nouitate.

f Canticum nouum] quadruplici nouitate. Nouum, quia de nouo Testamento. *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Item [Nouum] quia in nouo corde. *Psalm.* 50. Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis; quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Item [Nouum] quia pro nouo, scilicet, pro vita æterna. Vnde *Isa.* 43. c. Ecce ego noua facio, id est, faciam; & nunc orientur, scilicet, in vita æterna. Item [Nouum] quia de nouo, scilicet, de nouo Rege, quem coronauit mater sua diademate humanitatis. Sicut dicitur *Cant.* 3. d. Egredimini, filiæ Sion, quasi ad videndum nouum. Vnde addit: Et videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius. De hoc nouo, *Ier.* 31. d. Nouum creabit Dominus super terram: fœmina circundabit virum. Ideò ergo [Cantate ei canticum nouum.] Quia sicut dicitur *in Glos.* Nouus Rex, noua lex, noua sunt gaudia.

g Bene psallite ei in vociferatione.] Supra dixerat: psallite, quod expositum est de doctrina coniuncta operationi. Sed quia illud etiam potest malè fieri, id est, mala intentione: sicut aliquis posset prædicare, & etiam facere id, quod diceret pro inani gloria, vel pro præbenda, vel alio temporali emolumento; vel etiam minus bene, scilicet, si negligenter expleret officium prædicandi, vel huiusmodi: ideò ad hæc excludenda repetens addit. [Bene] quasi dicat, non malè, aut negligenter [psallite] prædicando & operando.

h Et] id est, ad honorem suum, vel ad eum habendum. Et quomodo bene? Ecce.

Quid sit iubilus.

i In vociferatione] vel iubilatione, quod idem est, id est, in lætitia cordis ineffabili habita de supernis. Lætitia enim, quæ habetur de temporali commodo, non est iubilatio: Parua enim est, & citò potest exprimi & reprimi. Sed illa, quæ de supernis concipitur, exprimi non potest per vocem: nec reprimi, quin prorumpat in vocem. Hæc est enim descriptio iubili. Iubilus est exultatio mentis habita de supernis, quæ nec taceri, nec omnino exprimi potest. Vel de psallentibus in Ecclesia, & dicentibus psalmodiam in Ecclesia, exponi potest istud verbum. [Bene psallite ei in vociferatione.] Malè enim psallunt multi, qui non attendunt, quid dicunt: qui labiis Deum honorant, sed cor eorum longè est ab eo. Bene autem psallitur, quando in vociferatione & iubilatione psallitur, vt ex abundantia cordis os loquatur. *Matth.* 12. c. Et ad huiusmodi bene psallendum assignat *B. Bernard.* septem esse opportuna, *super Cant. in sermone* 13. sic dicens: Immolantes itaque hostiam laudis, & reddentes vota nostra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere sensum, id est, intellectum versui, id est, vocali psalmodiæ, affectum sensui, exultationem affectui, grauitatem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humilitati, quo interdum liberis purgatæ mentis passibus procedamus, & excedamus per insuetas quasdam affectiones, spirituales lætitias in iubileis, amœnitatibus in lumine Dei, & suauitate in Spiritu sancto, &c.

Ad bene psallendum septē sunt opportuna.

k Quia rectum, &c.] quasi dicat, ita prædicandum, operandum & cantandum in Ecclesia est in iubilatione, id est, ex lætitia & amore supernorum, non terrenorum, quia [verbum, &c.] id est, prædicatio, &c. per quæ videmur laudare Deum, debet esse recta; vt intentio ad cœlestia dirigatur, & non ad terrena incuruetur. Vnde de Samuel dicitur, 1. *Regum* 3. d. Non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Verbum ergo Domini incuruant, quicunque pro terreno commodo prædicant. Incuruare videntur, quicunque paupertatem prædicant & diuitias amant. Vnde dicit *Gregor.* Forte ideò contemptum temporalium prædicant, vt soli habeant. Nam paupertatem prædicant, vt medicamentum; & eam fugiunt, vt venenum.

Quare Dominus sit laudandus.

l Et omnia, &c.] id est, Dei.

m In fide] sunt facienda, id est, quòd exteriùs bonum videtur opus, interiùs fide vigeat; vt credens æternam retributionem, hic non quærat præmium fauoris, vel temporalis retributionis cuiuscunque. Vnde dicit *Isa.* 28. d. Qui crediderit, non festinet, scilicet, accipere hic retributionem temporalem, sed expectet æternam; alioquin totum perditur, quia Deo non placet. Vnde *Hebr.* 11. a. Sine fide impossibile est quemquam placere Deo. Et *Romanor.* 14. d. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Vel aliter. [Quia rectum est verbum Domini] vt hæc dictio (quia) notet causam, quare laudandus est Dominus. Supra enim hortatus est Propheta, vt Deum laudemus, & postea modum laudationis ostendit: Hic autem assignat causam, imò causas plures, quare laudandus est Dominus. Prima causa est, quia fidelis est in verbo: Vnde. [Quia rectum est verbum Domini.] 2. *Corinth.* 1. d. Non fuit in illo, est, & non; sed est in illo, fuit. Secunda causa est, quia est discretus in opere: Vnde addit. [Et omnia opera eius in fide,] id est, propter fidem Ecclesiæ confirmandam. *Ioan.* 10. g. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite; vt cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre. Tertia causa est eius misericordia, quia prior dilexit nos: Vnde dicit.

a Diligit

a Diligit misericordiam] id est, misereri. *Greg.* Ostendit, quantum nos diligit, quos, dum respuitur, non relinquit. *Osea.* 6. c. Misericordiam volo, & non sacrificium. Quarta causa est, quia iustus est. Vnde addit.

b Et iudicium.] *Psalm.* 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Hæc duo fuerunt in ipso, scilicet misericordia & iustitia: & debent similiter esse eius præcipuè in Prælatis. Vnde *Gregor.* Iustitia, aut misericordia multùm destituitur, si vna sine altera teneatur, sed erga subditos inesse Rectoribus debet & iustè consulens misericordia, & piè sæuiens disciplina. Item in quolibet homine diligit Dominus misericordiam & iudicium; vt sit aliis misericors compatiendo, & in eis, qui potest, subueniendo; & in se ipsum iudicium & iustitiam faciat. Vnde *Mich.* 6. c. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum: & quid Dominus quærat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Quinta causa est, quia est largus: Vnde dicit.

Diligit *a* misericordiam & *b* iudicium; *c* misericordia Domini plena est terra. *d* Verbo Domini *e* cœli *f* firmati sunt: *g* & spiritu oris, *h* omnis virtus eorum. *i* Congregans sicut in † vtre aquas maris, k ponens in thesauris Abyssos. *l* Timeat Dominum *m* omnis terra:

Al. † *vtrem.*

c Misericordia Domini, &c.] Ad literam, quia vbique terrarum prædicata est, & à Domino concessa remissio peccatorum. Vel [Terra] id est, minores, & qui peccatores fuerunt. Et hi pleni sunt misericordia Dei, quam exhibuit eis Deus, & ante conuersionem expectando ad pœnitentiam, & in conuersione dando veniam, & post conuersionem seruando gratiam. De primo, *Psalm.* 58. Misericordia eius præueniet me. De secundo *Psal.* 50. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, &c.] De tertio. *Psal.* 22. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. *Eccl.* 2. d. Secundum magnitudinem illius, sic & misericordia illius cum ipso est. Sexta, quia non solùm miseretur peccatorum, sed etiam bonos in bono confirmat, & conseruat. Vnde addit.

Ad literam. d Verbo Domini, &c.] Quod ad literam verum est, & mysticè. Ad literam, sic.

d Verbo Domini] id est, in filio.

e Cœli firmati sunt] quia per filium fecit eos Deus: Vnde *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum & terram.

g Et spiritu oris eius] id est, Spiritu sancto. [Omnis virtus eorum.] Os Patris est Filius, quia sicut homo exponit aliis per os suam voluntatem; ita Pater per Filium. Huius oris dicitur Spiritus sanctus esse spiritus, quia sicut à Patre, sic à Filio procedit. Et hoc Spiritu.

h Omnis virtus] cœlorum, id est, per eum firmitas eorum solidata est. Et est idem opus Filij & Spiritus sancti, per quos operatur Pater: indiuisa enim sunt opera Trinitatis; sed Patri auctoritas attribuitur. Et exprimuntur hic tres personæ: Pater, cùm dicit, [Domini:] Filius, cùm dicit, [verbo & oris.] Spiritus sanctus, cùm dicit, [& Spiritu.] Sicut *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum & terram, &c. Dei enim nomine, Pater intelligitur; per principium Filius, per hoc, quod sequitur, & Spiritus Domini ferebatur super aquas, intelligitur Spiritus sanctus. Mysticè sic. [e Cœli,] id est, Apostoli.

f Firmati sunt] in fide.

Myst. d Verbo Domini] id est, per filium, qui eos vocauit & instruxit. Vel, Verbo Domini, id est, doctrina Christi. Vnde *Ioan.* 6. g. cùm dixisset: Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei à Patre meo (vt ibi dicitur) multi Discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant. Isti non erant cœli: Sed Apostoli, qui erant cœli, firmati sunt verbo illo. Vnde ibi sequitur *Ioan.* 6. g. quod dixit tunc Dominus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? Et respondit Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.

g Et spiritu oris eius] scilicet, Dei Patris, id est, filius.

h Omnis virtus eorum] supple, data est & confirmata ad patiendum aduersa, & facienda miracula. *Luc. vlt.* g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Vel, eius, id est, filij. Et est sensus. [Spiritu oris eius] id est, spiritu, quem promisit se missurum. *Ioan.* 16. b. Si abiero, mittam eum ad vos. Vel sic.

d Verbo Domini] id est, verbo Prædicationis.

e Cœli] id est, cœlestes & spirituales.

f Firmati sunt] in bono, & confortati. Et bene dicit. [Verbo Domini] non hominis. *Psalm.* 67. Dabit voci suæ vocem virtutis. [Cœli,] non terreni, quia non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde illius, vt dicitur *Prouerb.* 18. a. & *Eccles.* 21. c. audiuit luxuriosus, & displicebit ei. g Et spiritu oris eius] id est, Spirituali prædicatione Prædicatoris.

h Omnis virtus eorum] solidatur. Dicitur autem Prædicator spiritualis os Domini. *Ier.* 15. d. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meum eris. Et *Greg. in Homil. super Ezech.* Omnes organa veritatis sumus, quotquot Christum prædicamus. Et ex hac prædicatione spirituali confirmatur & sustentatur omnis virtus eorum, non pars. *Psalm.* 103. Auferes spiritum eorum, & deficient. Et *alibi*: Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. Septima causa, quare Dominus laudandus est, est eius potentia: De qua dicit.

i Congregans, &c.] supple Dominus est congregans, &c. *Ad literam.* Ad literam enim ipse congregauit aquas maris in alueo suo, sicut in vtre, cùm dixit *Gen.* 1. a. Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum vnum: & appareat arida, *Iob* 38. b. Circundedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: vsque huc venies, & non procedes ampliùs: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Octaua causa est, quia diues est. Vnde addit.

k Ponens in thesauris Abyssos.] Iuxta illud *Psalm.* 134. Qui producit ventos de thesauris suis: Vel sic. Ponens in thesauris Abyssos, id est, cuius thesauri sunt inscrutabiles, sicut Abyssus, *Baruch.* 3. b. Quis inuenit locum eius, aut quis intrauit thesauros eius? Vel Mysticè potest legi totum sic.

i Congregans sicut in vtre aquas maris,] id est, restringens & refrænans tribulationes. Quod facit Dominus propter multa. Primò, ne hominem opprimant, *Eccl.* 39. c. In verbo eius stetit aqua, sicut congeries. Secundò, ne hominem impediant. *Sap. vlt.* b. Ex aqua, quæ ante fuit, arida terra apparuit; & in mari rubro via sine impedimento. *Isa.* 63. c. Qui eduxit eos per Abyssos, quasi equum non impingentem. Item congregat has quasi [in vtre:] quando facit eas potabiles. In vtre enim ponitur res ad bibendum. *Deut.* 33. c. Inundationes maris, quasi lac sugent. Item congregat eas, quasi in vtre, vt sitim peccati extinguat in homine. *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ. Vel, aquas maris, id est, delectationes carnales, quæ in veritate sunt non dulces aquæ, sed amaræ; quia cum labore acquiruntur. Vnde *Ierem.* 9. b. Vt inique agerent, laborauerunt. Vnde dixit Quidam: Paruum festum præcedunt magnæ vigiliæ. Item cito transeunt, & conscientiam remordent. Vnde dixit quidam Philosophus: Non emo tanti pœnitere: & hoc dixit, quia quædam meretrix petebat magnum pretium ab eo, vt permitteret eum coire cum ea. Has aquas congregat Dominus, quando carnis petulantiam in Sanctis restringit. *Gen.* 4. a. Subter te erit appetitus eius; & tu dominaberis illius. k Ponens in thesauris Abyssos] id est, peccatores faciens lapides pretiosos per pœnitentiam, *Matth.* 3. b. Potens est Dñs de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *Iob* 28. a. Ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs vertitur. Vel sic: Ponens in thesauris Abyssos, id est, peccatorum profunditatem, quasi thesaurizans, vt pœnam reddat, cùm in die iudicij aperiet istum thesaurum; *Rom.* 2. a. Tu autem secundum duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizans tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Dicitur autem Abyssus, i. sine base, vel sine, bysso. Et bene significat peccatores, tum infideles, qui sunt sine base fidei, tum prauos Christianos, qui sunt sine bysso & candore mundæ vitæ. Et quia Dominus talis, ac tantus est. l Timeat Dominum:] non mundum. *Greg.* Qui nihil habet in mundo, quod diligat, nihil habet in mundo, quod pertimescat. Item non homines, *Matth.* 10. d. Nolite timere eos, qui occidunt corpus. Item non Dæmones. *Greg.* Debilis hostis, qui non potest vincere nisi volentem. m Omnis terra] non cœlum, id est, terreni timere debent, quia terrena appetunt & quærunt & ipsum contemnunt. Sed qui cœlestia quærunt, & ipsum amplectuntur, non timere eos oportet, sed potiùs gaudere. Quod significatum & expressum fuit *Matt.* 28. a. vbi dicitur, quòd præ timore Angeli Domini, exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui; sed mulieribus quæ Dominum quærebant, dixit Angelus: Nolite timere vos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæritis: q. d. illi terreni

Mystic. *Dominus restringit tribulationes, sicut aquas in vtre.*

terreni, qui Christum in terra detinere putant, timeant; sed vos cœlestes, qui Christum quæritis, nolite timere. Quod manifestiùs exprimit, cùm subiungit.

a Ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem] quasi dicat, non dico, quòd timeat [terra] id est, elementum, sed [terra] id est, terreni, & ideò ponit aduersatiuam coniunctionem. Et dicit non tantùm, habitantes orbem, sed [inhabitantes.] Habitant enim orbem etiam boni qui corpore habitant in terra, licet spiritus sit in cœlo. *Philip.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est. Sed

al. † ipso.
al. † qui habitant.
al. † verè.

a ab † eo autem cõmoueantur omnes † inhabitantes orbem. *b* Quoniam ipse dixit, & *c* facta sunt: ipse *d* mandauit, & creata sunt. *e* Dñs dissipat consilia Gentiũ: *f* reprobat autẽ cogitationes populorum, & *g* reprobat consilia Principum *h* Consilium † autẽ Dñi in æternũ manet: *i* cogitationes cordis eius in

mali inhabitant orbem: quia etiam ex interioribus suis eum inhabitant, scilicet, voluntate & desiderio. *Eccl.* 10. b. Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. *Isa.* 13. b. Visitabo super orbis mala, & terra mouebitur de loco suo. Terra, id est, peccator auarus de arca sua, luxuriosus de lecto suo, gulosus de mensa sua, superbus de cathedra sua, & sic de aliis. Vel, [Commoueantur] per pœnitentiam, secundum illud *Psalm.* 103. Qui tangit montes & fumigant. *Isa.* 24. d. Concutientur fundamenta terræ, & confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commonebitur terra, agitatione agitabitur terra. Primum fit Domini comminatione, secundum Domini percussione, tertium cordis contritione, quartum oris confessione, quintum operis satisfactione. *Iob* 9. a. Qui commouet terram de loco suo.

b Quoniam ipse dixit.] Benedictio. [Timeat Dominum omnis terra.] Et verè Dominus est: Quoniam ipse dixit, & facta sunt] quia suum dicere, est suum facere. Vel sic. Ideò timendus est Dominus, quia potest mittere corpus & animam in gehennam, vt dicitur *Matt.* 10. d. Et hoc est, quod dicit hic, [Timeat, &c.] Quoniam ipse dixit, & facta sunt. Et similiter dicet in die iudicij, & fiet. Hæc autem litera sic potest exponi.

c Dixit] id est, filium genuit, in quo omnia fecit.

d Mandauit & creata sunt] id est, præcepit. Vel sic: Dixit, & facta sunt, quantum ad opera propagationis. Mandauit, & creata sunt, quantum ad opera creationis, quæ de nihilo fecit. Vel sic. [Dixit, & facta sunt] in forma. [Mandauit & creata sunt] in confusa materia, scilicet, hyle. Vel, [Dixit & facta sunt] per essentiam. [Mandauit & creata sunt,] per gratiam. De factura per essentiam, *Psalm.* 99. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. De creatione per gratiam, *Psalm.* 103. Emitte Spiritum tuum: & creabuntur. Et *Iacob.* 1. c. Vt simus initium aliquod creaturæ eius. De his duobus simul *Ephes.* 2. b. Ipsius factura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis. [Moraliter] legitur versus iste contra Doctores, quorum dicere non sequitur facere, *Matth.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Nec solùm quia sic omnipotens est Dominus, ideò est timendus; sed etiam quia omnia sciens; quod notatur, cùm additur.

Moral.

e Dominus dissipat consilia Gentium] quasi dicat, non tantùm facta; sed & consilia secreta, & cogitationes cognoscit, & cognita dissipat, ne ad effectum perducantur. Hoc est, quod dicit. [Dominus dissipat consilia Gentium] Martyres interimentium, quia licet interimerent; non tamen ad effectum quem intendebant, peruenerunt: quia hoc faciebant, vt cultum Dei euacuarent, & cultum idolorum ampliarent. Sed Dominus ita dissipauit consilia eorum, quod ex ipsa occasione Martyrum creuit cultus Dei, & cultus idolorum diminutus est.

f Reprobat autem cogitationes populorum] id est, Iudæorum, quia cogitauerunt ipsum interficiendo, nomen eius extinguere; sed hoc magis innotuit. Et notandum, quòd cùm loquitur de Gentibus, dicit. Dissipat consilia; cùm loquitur de Iudæis, dicit: Reprobat cogitationes: per hoc innuens, quod plus displicebant Deo cogitationes Iudæorum, quam etiam consilia Gentium; & tamen maius est peccatum in se consilium facere contra Deum, quàm cogitare tantùm. Sed in Iudæis, quibus promissus erat, & qui eum agnoscere debebant, aggrauatur peccatum.

g Et reprobat consilia Principum] id est, Tyrannorum insurgentium contra Ecclesiam, quorum consilia multotiens non solùm dissipauit, sed ostendit se reprobare, eos dando in reprobum sensum, & temporaliter etiam puniendo. De his *Iob* 12. c. Ipse nouit & decipientem, & eum, qui decipitur; & adducit Consiliarios in stultum finem, & Iudices in stuporem. Vel sic.

e Dominus dissipat consilia Gentium] id est, vana studia Philosophorum, qui tantùm in vanitatibus student, *Isa.* 19. b. Sapientes Consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens, 2. *Reg.* 15. g. Infatua, quæso, Domine, consilium Achitophel. *f* Reprobat autem cogitationes populorum] id est, laicorum, qui contra Clericos multa mala cogitant. *Mich.* 2. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum.

g Reprobat consilia Principum] id est Prælatorum, quorum consilium est subditos exactionibus spoliare, *Isa.* 8. b. Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet. *Isa.* 44. d. Irrita faciens signa diuinorum. Per [consilia Gentium] id est, Philosophorum, resistitur sapientiæ filij. Per [cogitationes populorum] derogatur bonitati Spiritus sancti. Per [consilia Principum] id est, Potentum, seu Prælatorum, qui suo principatu abutuntur, derogatur potentiæ Patris. Ideò dicit Dominus, *Osee.* 8. a. Ipsi regnauerunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognoui.

e Dominus dissipat consilia, &c.] Moraliter. Per [consilia Gentium] id est, carnalium, concupiscentia carnis potest designari. Carnales enim dicuntur Gentes, id est, geniti tales: quia ex corruptione suæ generationis contrahunt incentiuum libidinis. Horum consilium est, *Sapient.* 2. b. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis: coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra: nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ. Hoc consilium dissipat, quando conuertit homines huiusmodi ad pœnitentiam, vel cum eis immittit tribulationem, vel infirmitatem, vel mortem. [Per cogitationes populorum] id est, auarorum, concupiscentia oculorum, quia à minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, vt dicitur *Ierem.* 6. c. Horum consilium est, *Prou.* 1. b. Abscondamus tendiculas contra insontem frustrà, deglutiamus eum, sicut infernus viuentem & integrum, quasi descendentem in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus: implebimus domos nostras spoliis: sortem mitte nobiscum: marsupium sit vnum omnium nostrum. Et horum cogitationes dissipat similiter duobus prædictis modis, conuertendo ad pœnitentiam, vt patet *Matth.* 9. b. Vel mortem mittendo, vt patet in diuite, cui dictum est, *Luc.* 12. c. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti, cuius erunt? Vel per [consilia Principum,] superbia vitæ intelligitur. Et horum consilia sunt facere sibi nomen in terra, alios sibi subiugare, & huiusmodi. Sicut 1. *Machab.* 5. e. Dixerunt Iosephus & Azarias: faciamus & ipsi nobis nomen. Et *Iudith* 2. a. Vocauit Nabuchodonosor omnes maiores natu, omnésque Duces bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui, dixitque cogitationem suam cum eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio, quod dictum placuit omnibus, &c. Sed Dominus reprobauit consilia ista, sicut rei euentus comprobauit in vtrisque. Sic & modò facit, quia Deus superbis resistit. *Iacob.* 4. b. De huiusmodi dissipatione, *Iob* 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant: qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat. Hic notantur illa tria prædicta. Luxuriosi enim dicuntur maligni, id est, malo igne succensi. Cupidis astutia & dolus ascribitur. Superbis prauitas, quia licet exterius non videantur mali in conspectu hominum; tamen interiùs sunt praui in conspectu Dei. *Prouerb.* 11. c. Abominatio Domini cor prauum: & voluntas eius in his, qui simpliciter ambulant, id est, in humilibus. Ita reprobat & mutat consilia eorum. Sed suum consilium est immobile & immutabile. Vnde addit.

Moral.

h Consilium autem Dñi in æternum manet] quia quod disponit Dominus, mutari non potest ab hominibus. Vnde *Act.* 5. g. dixit Gamaliel. Si est ex hominibus consilium, hoc opus dissoluetur; si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere. *i* Cogitationes cordis eius in generatione & generationem, id est, in sempiternum. *Isa.* 46. d. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Isa.* 55. c.

Non

* Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ.
a Beata Gens.] Secunda pars, in qua ostendit beatos esse cultores Dei. Vnde dicit. [Beata Gens, cuius Dominus Deus eius,] id est, quæ Dominum Deum esse credit, & eum vt Deum colit. Hæc enim duo exiguntur, scilicet, fides & operatio ad hoc, quod beatus sit homo: quia impossibile est sine fide placere Deo: *Hebr.* 11. a. Et fides sine operibus mortua est: *Iacob.* 2. d. Et verè [beata Gens] illa, quia ei omnia optata succedunt. Vnde *Sapient.* 7. b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. *Greg.* Quid est, quod non habet, qui omnia habentem habet? Item [Beata Gens.] prædestinatorum.

al. † sæculorum.
al. † est.
al. † eorum.
al. † orbem.

† generatione, & generationem. *a* Beata Gens, *b* cuius † Dominus Deus † eius; *c* populus, quem elegit in hæreditatem sibi. *d* De cœlo *e* respexit Dominus; *f* vidit *g* omnes filios hominum. De *h* præparato habitaculo suo *i* respexit *k* super omnes, qui habitant † terram. *l* Qui finxit *m* singillatim *n* corda eorum; qui *o* intelligit omnia opera eorum.

b Cuius Dominus, &c.] id est, qui seruit Domino Deo suo. Nec ponit aliquod verbum, vt innuat, quòd beatitudo est æterna. Deus est omnium per naturam; sed Dominus est omnium per cultum specialem. 3. *Reg.* 18. d. Si Deus est, sequimini illum. Et ne homo hoc suis meritis ascribat, audiat, quod sequitur.

Deus celis suis multipliciter.

c Populus, quem elegit, &c.] *Ioan.* 15. c. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos. [Elegit in hæreditatem] id est, vt eum excolat hæreditatem suam: Deus est enim agricola. *Ioan.* 15. a. Pater meus agricola est. *Ierem.* 14. b. Quare quasi colonus futurus es in terra? Colit autem Dominus suos multis modis, scilicet, vepres amouendo, scilicet, peccata. *Ierem.* 11. c. Exarsit ignis in ea: & combusta sunt fruteta eius. 2. *Reg.* 23. a. Præuaricatores autem, quasi spinæ euellentur vniuersi. Item colit eos vomere verbi sui arando: *Isa.* 2. b. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Gladius autem est verbum Dei, vt dicitur *Ephes. vlt.* c. Gladium spiritus, quod est verbum Dei. Item postquam arauit, seminat semen gratiæ. *Isa.* 27. g. Nunquid tota die arabit arans, vt serat? Et post addit. Nonne cùm adæquauerit faciem terræ, seret gith, & ciminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus eius? In his diuersis seminibus, diuersarum gratiarum genera designantur. Item cùm seminauerit, sepem circundat, scilicet, verecundia & timore, ne bestiæ, id est, Dæmones ingrediantur hæreditatem suam. *Isa.* 58. d. Vocaberis ædificator sepium, auertens semitas iniquitatum. *Eccl.* 10. b. Qui dissipat sepem, mordebit eum Coluber, id est, Diabolus. Item seruat eam, *Isa.* 27. a. Ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei, ne fortè visitetur contra eam, nocte & die seruo eam. Item auget eam, sicut homo suam hæreditatem. *Psalm.* 138. Super arenam multiplicabuntur. Item delectatur in ea. *Prouerb.* 8. d. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et cùm Dominus omnes bonos elegerit in hæreditatem, tamen specialiter Clericos. *Exod.* 6. b. Assumam vos mihi in populum, & ero Deus vester. *Deuteron.* 7. a. Elegit te Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis. Vnde 1. *Petr.* 2. b. Vos estis genus electum, gens sancta, populus acquisitionis. Timendum est, ne pro vita sua possit veriùs dici: Vos estis genus abiectum, Gens prophana, populus perditionis. Et nota, quòd primò dicit [Gens] secundò [populus] tertio [hæreditas.] Gens pro statu culpæ: populus pro statu gratiæ: Hæreditas pro statu gloriæ. *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israël. *Psalm.* Hæreditas mea in terra manet. Nota etiam, quod dicit. [Cuius Dominus Deus eius.] Plus enim est, quàm si dixisset. Gens, quæ est Domini, quasi dicat, Dominus est eius possessio, & ipsa Domini. *Isa.* 44. a. Ille dicet, Domini ego sum. *Ezech.* 44. Ego possessio eorum sum, dicit Dominus. Postea ostendit, quomodo habeatur hæc beatitudo, scilicet, pro beneficiis, quæ confert Dominus: quorum quædam confert per creaturas, quædam autem per seipsum. Et primò agit de eis, quæ confert per creaturas, dicens.
d De cœlo] ad literam dando pluuiam.
e Respexit Dominus] oculo misericordiæ. Vel, [De cœlo,] id est, de Christo, qui est cœlum cœlorum, & alios facit cœlos dando ex eis pluuiam doctrinæ & lumen gratiæ. *Ioan.* 1. b. Plenum gratiæ & veritatis. *Isa.* 9. a. Populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Vel, [De cœlo] id est, de Angelis, de quibus respicit Dominus super nos, cum eos ad administrandum nobis mittit.
f Vidit] oculo misericordiæ.
g Omnes filios hominum] sicut dicitur respexisse Petrum, *Luc.* 22. g. Vel, [Vidit omnes filios hominum,] ad literam, quia omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. *Ecclesiastic.* 23. c. Omnia videt oculus eius. Vnde dicit *Boetius*: Magna nobis indicitur necessitas probitatis, cùm ante oculos versamur Iudicis cuncta cernentis. Hebr. 4. d.
h De præparato habitaculo suo,] id est, humanitate.
i Respexit] oculo misericordiæ.
k Super omnes, qui habitant terram,] id est, super totum genus humanum, vt eos redimeret. Et dicitur humanitas habitaculum, secundum quod dicitur *Coloss.* 2. b. In ipso habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter. Hoc præparatum fuit, id est, ab æterno præuisum ad salutem mundi. Item præparatum fuit, id est, priùs, sanctis Patribus promissum. Vnde *Luc.* 1. g. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & cætera, vsque ibi. Sicut locutus est per os Sanctorum, qui a sæculo sunt, Prophetarum eius. Vel, [De habitaculo] id est, de animabus Sanctorum, quas præparant Sancti ad suscipiendam gratiam Domini, immò ipsum Dominum; vt in eis habitet. De præparatione hac dicitur, 1. *Regum* 7. a. Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli. Quod sint habitaculum Dei, dicit Apostolus, 1. *Corinth.* 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? De hoc habitaculo sic præparato respexit Dominus, & respicit frequenter oculo misericordiæ. [Super omnes, qui habitant terram,] id est, super terrenos homines, quando eos per Sanctos suos instruit. *Ecclesiastici* 37. c. Anima viri sancti enunciat aliquando vera quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Vel, [De præparato habitaculo suo,] id est, de cœlo, vbi suis præparauit habitaculum. Iuxta illud *Ioan.* 14. a. Vado vobis parare locum. Et potest hic versus dici contra illos, qui cùm sint in prosperis, non respiciunt miseros compatiendo eis. In cœlo quidem omnis iucunditas, omnis fœlicitas, & Dominus existens ibi, non est oblitus pauperum, & miserorum, *Ecclesiastic.* 11. c. In die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum non sis immemor bonorum; quoniam, & cætera. *Iob* 29. d. Cùm sederem quasi Rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. [Respexit super eos, qui habitant terram:] inter quos vidit vnam puellam, quæ magis placuit ei, & captus amore eius, venit in terram: Beatam Virginem dico. *Ecclesiastic.* 16. d. Post hæc Deus in terram prospexit, id est, in Beatam Virginem: & impleuit illam bonis suis, quando Angelus dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum. Vel, [De præparato habitaculo suo, id est, de Beata Virgine, quam præparauit, id est, præ aliis parauit ad habitandum. [Respexit super omnes, qui habitant terram,] id est, super omnes peccatores. Vnde *Psalm.* 101. Dominus de cœlo prospexit, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum. Secundò agit de beneficiis, quæ confert Deus per seipsum. Primum est, quod format, & reformat imaginem suam in anima: Vnde dicit.
l Qui finxit,] id est, formauit, vel reformauit.
m Corda eorum,] id est, animas. Et hoc.
n Sigillatim,] scilicet, dans cuilibet proprium donum, 1. *Corinth.* 12. b. Diuidens singulis prout vult. Vnde de quolibet potest verè legi illud *Ecclesiastic.* 44. c. Non est inuentus similis illi. Secundum est, quòd facta Sanctorum approbat, vt remuneret in vita æterna. Vnde dicit.
o Qui intelligit] id est, approbat.
p Omnia opera eorum,] scilicet, Iustorum. Sicut dicitur, *Prouerb.* 4. d. Vias, quæ a dextris sunt, nouit Dominus. Et econtrario *Matth.* 7. d. dicit Dominus. Tunc confitebor eis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Vel, [Intelligit] id est, videt & scit, [omnia opera eorum] tam bonorum, quam malorum. *Psalm.* 93. Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat. *Prouerb.* 5. d. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus illius considerat. Hic notandum, quòd fingere dicitur multis modis in Sacra Scriptura.

Dicitur enim fingere.
- Componere. Vnde compositores luti figulos appellamus. *Ier.* 18. a. Descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.
- In mysterio dicere, vel ostendere. Vnde *Luc. vlt.* d. finxit se longiùs ire.
- Simulare. 1 *Sap.* 1. a. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum. Et potest esse sensus duplex. Spiritus dator disciplinæ, effugiet fictum disciplinæ, id est, eum qui fingit & simulat se esse disciplinatum, vel hypocritam.
- Creare; vt hic. Et *Isa.* 29. e. Quasi dicat, figmentum fictori suo: non intelligis.
- Animo contingere. Vnde *Sap.* 15. c. Res superuacuas fingit: Cinis est enim cor eius.
- Præuidere. *Ierem.* 18. b. Ecce ego fingo

contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. Hoc autem, quod dicit: [Qui finxit singillatim corda eorum,] id est, animas, est contra quosdam hæreticos, quorum quidam dicunt animas omnes simul fuisse creatas, sicut Angelos. Alij dicunt eas esse ex radice, id est, ex anima Adæ. [Finxit] autem dicit ad modum figuli, quia facit eas, quales vult, sicut figulus vasa. *Ierem.* 18. a. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël. *Psalm.* 102. Ipse cognouit figmentum nostrum, id est, nos, quos finxit, vel id, quod nos fingimus. Est autem duplex hominum fictio. Curiosi fingunt scientiam; hypocritæ virtutem. De prima fictione dicitur. *Eccl.* 19. d. Et Iustus, qui inclinat faciem suā, & fingit se videre, quod ab aliis ignoratum est. *Sapient.* 15. b. Deum fingit de eodem luto, id est, nihil vult credere curiosus, nisi quod ratio potest capere. *Sapient.* 1. a. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. De secunda fictione quæ est hypocritarum, dicitur *Sapient.* 15. b. Figulus mollem terram premens, id est, carnem exteriùs affligens † labiose fingit ad vsus nostros, qui inde proferimus, vnumquodque vas.

a Non † saluatur *b* Rex *c* per multam virtutem: & *d* Gigas † non *e* saluabitur in multitudine † virtutis suæ. † *f* Fallax equus ad salutem, in *g* abundantia autem virtutis suæ non † saluabitur.

al. † saluus fiet.
al. † multitudinem.
al. † nec.
al. † saluus erit.
al. † fortitudinis.
al. † laboriosè.
al. † mēdax.
al. † erit saluus.

a Non saluatur Rex.] Suprà egit de bonis spiritualibus, quæ confert Dominus siue per se ipsum, siue per alios. Hic autem ostenditur, quòd non solùm spiritualia, sed & corporalia bona dat Deus, scilicet, potentiam, quæ per Regem: fortitudinem, quæ per Gigantem: diuitias, quæ per equum intelliguntur. Et prætereа ostendit, quod non est confitendum in eis, quia nec corporis salus, nec animæ in ipsis est: Vnde dicit. [Non saluatur Rex per multam virtutem] id est, per multam potentiam suam non saluatur ab hostibus visibilibus, nisi Dominus dederit ei potentiam resistendi, 1. *Machab.* 3. b. Non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, vel in paucis. Item dat fortitudinem. Vnde addit.

d Et Gigas] id est, fortis corpore, & magnus.

e Non saluabitur in multitudine virtutis suæ] id est, si sibi eam attribuat, 1. *Reg.* 14. a. Non est Domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis. *Isa.* 1. g. Fortitudo vestra, quasi fauilla stupæ. Potest etiam legi de saluatione animæ. Et bene continuatur ei, quod immediatè suprà dictum est. [Qui intelligit,] id est, approbat, vel scit & iudicat, [omnia opera eorum,] secundum quod expositum est. Et posset aliquis dicere, vel putare, quòd isti Magnates per potentiam suam saluarentur: Vnde hoc remouens dicit.

a Non saluatur] id est, non saluabitur.

b Rex] id est, potens,] per multam virtutem.

c Et Gigas] vt dictum est.

d Non saluabitur in multitudine] id est, per multitudinem, [virtutis suæ.] Vel sic, vt quilibet, qui se regit, dicatur Rex.

a Non saluatur Rex,] id est, quicunque se etiam regens.

c Per multam virtutem] supple suam, id est, si sibi virtutem quam a Deo habet, attribuerit, non saluatur in hoc, sed damnatur.

d Et Gigas,] id est, quantumcunque fortis ad bona opera, *Ier.* 9. [Non glorietur fortis in fortitudine.

e Non saluabitur in multitudine virtutis suæ] id est, eius, quam sibi attribuit. Sicut Pelagius, qui dicebat. Det vitam, det opes; animum meum ipse parabo. Alia litera habet. [Non saluatur Rex in multitudine exercitus,] 2. *Paral.* 25. c. Si putas in multitudine exercitus bella consistere, superari te faciet ab hostibus.

Gigas.
- Bonus
  - Ad literam, homo magnus. *Genes.* 6. a. Gigantes erant super terram.
  - Christus, *Psalm.* 18. Exultauit, vt Gigas, ad currendam viam.
  - Angelus, *Iob* 26. b. Ecce Gigantes gemunt sub aquis.
  - Prælatus 1. *Machab.* 3. e. Induit se loricam, vt Gigas.
  - Disputator, *Baruch.* 3. c. Illic fuerunt Gigantes nominati, &c.
  - Populus Iudaicus, *Deuteron.* 2. d. In ipsa habitauerunt Gigantes.
- Malus
  - Diabolus, *Prou.* 9. d. Et ignorauit, quòd ibi sint Gigantes.
  - Superbus, *Isa.* 26. d. Terram Gigantum detrahes in ruinam.
  - Persecutor Ecclesiæ, *Iob* 16. c. Irruit in me, quasi Gigas.
  - Inueteratus peccator, *Eccl.* 16. a. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes.
  - Sodomita. *Numer.* 13. d. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enach de genere Giganteo.
  - Omnis turpis peccator. *Deuter.* 3. b. Cuncta Basan vocabatur terra Gigantum. Basan interpretatur confusio, vel turpitudo.

f Fallax equus ad salutem.] Corpus dicitur equus animæ, qui est fallax ad salutem, id est, fallit animam quandoque, & à salute defraudat, quando anima non equitat nec refrænat corpus; sed concupiscentiæ suæ obedit. *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si præstes animæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. De hoc equo, *Ecclesiastic.* 30. b. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus vadet in præceps, *Apocal.* 9. d. Potestas equorum in ore ipsorum, & in caudis eorum, id est, in gula & renibus. Vel, [Equus] dicuntur diuitiæ, quæ similiter sunt fallaces ad salutem, quia multos decipiunt & defraudant à salute. *Prouerbior.* 21. a. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis, 1. *Timoth.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. De quo equo *Ecclesiast.* 10. b. Vidi seruos in equis, id est, in diuitiis mundi. Dicuntur autem diuitiæ equus propter multa. Primo, quia sicut equus fert hominem; sic diuitiæ & temporalis abundantia ferunt hominem ad peccatum. *Isaia* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes. Secundo, quia sicut equus velox est; sic temporalia citò transeunt. Vnde *Gregorius.* Ideò præsentia diligunt, quia quam fugitiua sunt vel transitoria, non attendunt. Tertiò, quia equus bellicosus est; sic temporalia faciunt homines litigare, rixas & discordias habere. *Ierem.* 50. d. Vox belli in terra, & contritio magna. *Genes.* 13. b. Erat substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth. Quarto, quia equus luxuriosus est, sic temporalia faciunt luxuriari. *Psalm.* 72. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum *Ier.* 5. b. Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Quintò, quia sicut equus recalcitrat & mordet & percutit; sic diuites. Vnde *Deuteronom.* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Et benè est equus fallax ad salutem. Vnde addit.

Corpus dicitur equus animæ.

Equus dicuntur diuitiæ.

g In abundantia autem virtutis suæ non saluabitur,] quia nec per fortitudinem corporis saluabitur homo. Quia sicut dicit *Psalm.* 146. Non in tibiis beneplacitum erit ei. Nec per abundantiam temporalium. *Soph.* 1. d. Argentum eorum, & aurum eorum non poterunt liberare eos in die furoris Domini. [In abundantia] dicit, quia equus abundat ad bellum, ad cursum, ad coitum, ad strepitum. Ad hæc omnia abundat mundana fœlicitas,

Ecce

a Ecce oculi Domini.] Hic ostendit qui saluentur, scilicet, humiles, quasi si quis audiens, quòd prædicti non saluabuntur, quæreret: Qui ergo saluabuntur? Respondet.
a E[cce.] in aperto est.
b Oculi Domini, &c.] scilicet, oculi misericordiæ, per quam saluat: quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit, vt dicit Apostolus *Titum* 3. b. Et dicit, Oculi, in plurali, propter plures effectus misericordiæ eius. De quibus subdit postea: Hi sunt.
c Super metuentes eum,] id est, super humiles, qui eum timent. *Psalm.* 33. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, quos, scilicet, timor Dei facit conteri, & interius tribulari. Et addit ibi. Et humiles spiritu saluabit. *Isa. vlt.* a. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? *Eccl.* 15. d Oculi Domini ad timentes eum. Sed ne timor degeneret in desperationem, subdit.
d Et in eis, qui sperant super misericordia eius.] Hæc enim duo concurrunt, & simul esse necesse est, ad hoc, quod Dominus ponat oculos super sperantes super misericordia eius. Vnde alibi dicit *Psalm.* 146. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Hæ enim sunt duæ molæ, quarum neutra debet poni, vel sumi in pignore. *Deuter.* 24. b. *Eccl.* 2. Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius. Nota: Dominus respicit timentes & sperantes. Vnde hic [Oculi Domini super metuentes eum, &c.] Item credentes. *Ierem.* 5. a. Domine, oculi tui prospiciunt fidem. Item Iustos. *Psalm.* 33. Oculi Domini super Iustos. Postea ostendit, ad quid Dominus respicit hominem. Primum est, quia liberat a malo: Vnde dicit.
e Et eruat,] quasi per violentiam.
f A morte] scilicet, præsentis vitæ (*Rom.* 7. d. Infœlix ego homo! quis me liberabit de corpore huius mortis?) [Animas eorum.] Vel, [eruat à morte,] culpæ. *Matth.* 8. c. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. *Osee* 13. d. De manu mortis liberabo eos. Vel [A morte] pœnæ æternæ. *Psalm.* 48. Mors depascet eos. Secundus effectus, quem facit in nobis respectus misericordiæ Domini, est, quia dat omne bonum. Vnde addit.
g Et alat eos in fame] corporis cibo corporali, sicut Eliam 3. *Reg.* 19. a. Et filios Israel in deserto Manna. Vnde *Psalm.* 77. Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Item *Psalm.* 36. Non vidi Iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Vel, [Alat eos in fame] non panis, sed verbi Dei. De qua dicitur *Amos* 8. d. Emittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ. Vel, [In fame,] id est, tempore famis, scilicet, post hanc vitam. De qua *Psalm.* 36. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. *Isa.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, &c.

a Ecce b oculi Domini c super † metuentes eum: & in d eis, qui sperant super misericordia eius. Vt † e eruat f à morte animas eorum, & g alat eos in fame. h Anima nostra † i sustinet Dominum: k quoniam adiutor &c l protector noster est. m Quia in eo n lætabitur cor nostrum: o & in nomine sancto eius † p sperauimus. q Fiat misericordia tua, Domine, super nos,

al. † timentes sperantes in eum.
al. † eripiat.
al. † patiens erit Domino.
Al. † sperabimus.

h Anima nostra, &c. Tertia pars, in qua, quid de prædictis sentiat, ostendit vir iustus. Vnde dicit [Anima nostra,] id est, non tantum corpus: Et in hoc notatur patientia.
i Sustinet Dominum,] præmia differentem, vel flagellantem. Vel, [Sustinet,] flagella propter Dominum. Et sustinenda sunt tria præcipuè, scilicet, onera præceptorum Domini, flagella Domini, molestiæ illatæ ab inimicis. De primo, scilicet, de onere praeceptorum, dicit *Gregor.* Qui ad cœlestem patriam venire desiderant, mandatorum onera libenter portent. De flagellis dicit *idem Gregor.* Tanto libentiùs ferramentum tolerat, quantò putridum videt, quod secat. De sustinentia molestiarum ab inimicis illatarum, *Luc.* 21. d. In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Greg.* Per patientiam animas nostras possidemus: quia dum nobisipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere, quod sumus. *Matth.* 5. a. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. *Iacob.* 5. b. Exemplum accipite fratres mei exitus mali & longanimitatis

Tria sustinenda propter Dominum.

& patientiæ & labo[r]is, Prop[het]a[s], qui locuti [sunt]. Sustinere autem debet tam in prosper[i]s, quam in aduersis. Vnde *Isa.* 26. b. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. Debet autem anima sustinere Dominum, sicut domus habitatorem suum, aut sicut sponsa sponsum, aut sicut familia Dominum. *Luc.* 12. c. Et vos similes hominibus, &c. *Matth.* 25. a. Moram autem faciente Sponso, &c.

Anima dicitur
- Vita vegetabilis. *Gen.* 1. c. Producant aquæ reptile animæ viuentis.
- Potentia. *Psalm.* 68. Operui in ieiunio animam meam. *Gloss.* Non exercui potentiam.
- Vita hominis. *Ioann.* 12. d. qui amat animam suam, perdet eam.
- Totus homo. *Leuitic.* 5. a. Si peccauerit anima, &c.
- Spiritus rationalis. *Ezech.* 18. a. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.
- Voluntas hominis. *Psal.* 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me.
- Intellectus. *Iob* 7. c. Suspendium elegit anima mea.
- Affectus. *Cant.* 1. b. Indica mihi, quem diligit anima mea.
- Status hominis. *Iob* 16. a. Vtinam esset anima mea pro anima vestra.
- Intentio. *Iob* 13. a. Animam meam in manibus meis porto.
- Sensualitas. *Matth.* 7. d. Nolite solliciti esse animæ vestræ quid, &c.
- Cor. *Psalm.* 68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
- Conscientia. *Eccl.* 14. c. Iustifica animam tuam.
- Sanguis. *Deut.* 12. d. Sanguis eorum pro anima est: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus.
- Charitas. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.
- Cupiditas. *Isa.* 5. d. Dilatauit infernus animam suam.

Postea ostendit causas, quare sustinet. Prima est adiutorium Domini: Vnde dicit.
k Quoniam adiutor] scilicet [noster est.] *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, &c. Et *alibi.* Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Secunda causa, est protectio Dei. Vnde sequitur.
l Et protector noster est.] *Psal.* 5. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Est ergo Dominus adiutor ad bonum: protector autem contra malum. Tertia causa, est lætitia spiritualis: Vnde sequitur.
m Quia in eo] id est, in Domino, id est, in eius obsequio, vel in eius promissione, vel in eius fruitione. Primum est contra acidiosos. Secundum contra incredulos. Tertium contra reprobos. *Infrà.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.
n Lætabitur cor nostrum] spirituali lætitia. 1. *Mach.* 3. a. Iudas & fratres eius præliabantur prælia Israel cum lætitia. Quarta causa, est spes. Vnde dicit.
o Et in nomine sancto eius,] id est, in potentia, vel in filio. Vel, [In nomine sancto eius,] non in nomine parentum nobilium, vel augurum cœlestium. *Psal.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. *Isa.* 14. f. Perdam Babylonis nomen. Sed [in nomine sancto eius.] *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini de longinquo venit. Et quod illud est nomen? *Luc.* 1. c. Et vocabis nomen eius Iesus. *Ierem.* 23. b. Et hoc est nomen, quo vocabunt eum, Dominus iustus noster. *Isa.* 8. a. Voca nomen eius accelera, spolia detrahe, festina prædari.
p Sperauimus.] De quo nomine. *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Et in eo sperandum est. Quia sicut dicitur *Prou.* 18. b. Turris fortissima nomen Domini. Et quia sperauimus, ne fraudemur à spe nostra.
q Fiat misericordia tua, Domine, super nos.] Et potest sic dici; [Super nos,] id est, desuper mitte filium tuum incarnandum, secundum quod alibi petit. *Psal.* 143. Emitte manum tuam de alto, id est, filium tuum per quem operaris. Vel sic, [Super nos,] id est, desuper infunde nobis gratiam tuam. *Iacob.* 1. c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum. Vel, [Super nos,] id est, supra, vel vltra merita nostra, miserere nostri. *Psal.* 129. Si iniquitates obseruaueris, Domine; Domine, quis sustinebit? Et non dicit fac misericordiam, vel faciamus nos misericordiam, sed impersonaliter, [Fiat misericordia tua,] ne videatur tantùm opus Dei, vel tantum opus hominis. Simile

mile *Matth. 6.* b. Fiat voluntas tua. Est enim opus gratiæ & liberi arbitrij. Sicut terra, nec sine semine fructificat, nec sine terra semen; sic de gratia & libero arbitrio. Postea ostendit modum & meritum huius misericordiæ, subdens.

a Quemadmodum sperauimus in te,] id est, quia sperauimus in te, & non in alio, & sic sperauimus, quasi dicat, multa est spes nostra & magna misericordia tua super me. Et *alibi*: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationũ tuarum, dele iniquitatem meam. Magnitudo autem, & multitudo misericordiæ Dei in multis attenditur, & ab ipso ostenditur. Primò in

al. † sicut.

Aleph.

al. † Domino.

Beth.

al. † Vnde dicatur laus.

Magnitudo & multitudo misericordiæ Dei attenditur in multis.

† *a* quemadmodum sperauimus in te.

Psalmus David cùm immutauit vultum suum coram Abimelech; & dimisit eum, & abiit.

PSAL. XXXIII.

b Benedicam † Dominum in *c* omni tempore; *d* semper laus eius in ore meo. In *e* Domino laudabitur anima mea: *f* audiant mansueti, & *g* lætentur.

expectando ad pœnitentiam. *Thren. 3. c.* Misericordiæ Domini multæ, quia non sumus consumpti. *Rom. 2. a.* An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Secundò in reuocando ad pœnitentiam. *Isa. 30. e.* Non faciet auolare vltra à te Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum; & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. *Greg.* Debemus pietatem monentis erubescere, si iustitiam nolumus formidare. Tertiò in conferendo bona inimicis, imò filium suum exponendo morti pro ipsis inimicis. *Matth. 5. g.* Qui Solem suum facit oriri super bonos & malos. *Rom. 5. b.* Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quartò in conferendo gratiam gratis. *Titum 3. b.* Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Rom. 4. a.* Cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Quintò in protegendo iustificatos. *Psal. 83.* Custodi me, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. Sextò in bona eorum multiplicando. *Psal. 83.* Ibunt de virtute in virtutem. Septimò in remunerando supra condignum. *Ps. 62.* Melior est misericordia tua super vitas. *Ieron.* In bonis meritum excedet clementia. *Rom. 8. d.* Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: ad quam nos perducat misericors & miserator Dominus. Amen.

EXPOSITIO PSALM. XXXIII.

Benedicam Dominum, &c.] Titulus [*Psalmus David, cùm immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit.*] Videtur hic tangere historiam, quæ habetur 1. *Reg. 21. d.* Sed sicut *in Gloss.* dicitur, diuersitas, quæ inter hoc, quod hic dicitur; & illud, quod ibi dicitur, inuenitur, scil. quòd ibi dicitur, Dauid immutauit vultum suum coram Achis, hic autem dicitur, quòd coram Abimelech, mittit nos ad mysticam expositionem: Vnde mysticè exponamus. In præcedenti Psalmo egit de operibus pœnitentiæ & misericordiæ, propter quæ laudandus est Dominus. Hic autem Propheta, quasi præceptor laudat eum, & alios inuitat ad laudandum, & maximè pro immutatione Sacramentorum veteris Testamenti in nouum. Et est ipse Psalmus quadripartitus. Primò Propheta laudem præmittens, monet mansuetos ad idem. Secundò, ad communionem noui sacrificij hortatur fideles, *ibi.* [Accedite.] Tertiò incipientes monet, à quibus abstineant, *ibi.* [Venite.] Quartò agit de tribulationibus bonorum & malorum, *ibi.* [Oculi Domini.] Dicit ergo Propheta & vir iustus.

Mysticè.

Partitio Psalmi.

Plura necessaria laudanti.

b Benedicam Dominum] id est, laudabo. Sed laudanti plura sunt necessaria, quæ hic ponit in ordine. Primum est constantia, vt in prosperis & aduersis laudet. De quo dicit.

c In omni tempore] scil. tam in prosperitate, quàm aduersitate. *Eccl. vlt. b.* Laudabo nomen tuum assiduè. *Tob. 3. d.* Omni tempore benedic Domino. Non tantùm in prosperis, sicut infrà. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. Aut tantùm in aduersis, sicut *Isa. 26. c.* Domine, in angustia requisierunt te. Sed sic, & sic. Sicut *Iob 2. c.* Si bona suscepimus de manu Domini, &c. *Isa. 20. d.* Venit mane, & nox: si quæritis quærite. *Greg.* Dignum est semper gratias agere, quia Deus nunquam cessat benefacere. Hoc autem non fiebat ante mutationem vultus Dauid, id est, antequam nouum testamentum productum fuisset: Tunc enim pro carnali mercede seruiebant Domino, & cùm non succedebat eis prosperè, nequaquam Dominum laudabant, nisi illi, qui ad nouum testamentum pertinebant. Secundum est perseuerantia. Vnde addit. *d* Semper laus, &c.] Quod duobus modis potest legi. Vt sit sensus primò. [Semper laus eius, &c.] id est, nihil vnquam loquar, quod non sit ad laudem Dei. Vnde dicit *Ieron.* Felix lingua, quæ non nouit nisi de diuinis componere sermonem. Vel sic [Semper laus eius, &c.] id est, semper aliquid vel dicam, vel faciam, vel cogitabo, quod ad laudem Dei referatur. Vnde *Cassiod.* Quicquid ex patientia, ex charitate, ex simplicitate, cæterisque virtutibus vel loquimur, vel mente gestamus, iure diuinis laudibus applicatur: ipsius enim est præconium, qui donat ore, ac corde honesta meditari. Laus enim à lauro dicta est, quæ solet coronare victores, 1. *Thess. 5. d.* Sine intermissione orate. Ibi dicit *Ieron.* Non cessat laudare, qui non cessat benè agere. 1. *Cor. 10. g.* Siue manducatis, siue bibitis, omnia in gloriam Dei facite. *Eccl. 39. d.* In omni corde, & ore collaudate, & benedicite Dominum. Tertium, quod est necessarium laudanti Deum, est humilitas: Vnde sequitur, quod dicit.

e In Domino, &c.] Non in me. *Gal. vlt. d.* Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. *Ierem. 17. b.* Laus mea tua est. Vel, [Laudabitur,] in futuro. Sicut dicit Apostolus 1. *Cor. 4. a.* Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Quartum, quod est necessarium, est mansuetudo. Vnde postea mansuetos monet ad idem, dicens:

f Audiant mansueti.] Audiant, inquam, illud, quod præmissum est. [In Domino laudabitur anima mea.] Et illud etiam. [Benedicamus Dominum in omni tempore, &c. Et ex hoc. *h* Lætentur,] quia me socium habent. Solent enim boni lætari, quando alij eis associantur. [Mansueti] autem dicuntur, manui assueti. Hi autem, qui Dominum benedicunt tempore aduersitatis, sicut tempore prosperitatis, rectè manui sunt assueti, vt de manu Domini bona & mala suscipiant.

Qui dicantur mansueti.

ʘ Sicut Iob mansuetus

b Benedicam Dominum, &c.] Specialiùs autem potest iste Psalmus exponi de claustralibus, ad quos pertinet titulus: quia ipsi mutant vultum suum, id est, habitum, conuersationem & voluntatem coram Achis, id est, coram mundo, vt euadant manus eius, vel etiam coram Diabolo. Achis enim interpretatur frater meus, vel quomodo est, & significat mundum & Diabolum. Vterque enim se dicit esse fratrem nostrum, quando arridet in tentatione, & mundana prosperitate. De huiusmodi fratre, *Ierem. 9. b.* Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Item interpretatur, quomodò est, quia ex his, sc. Diabolo, mundo & amicis carnalibus multæ quæstiones curiositatis & perplexitatis homini emergunt. *Eccl. 52. d.* Fecit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuit quæstionibus. Vir ergo claustralis vultu mutato, id est, habitu, & voto religionis assumpto, gaudens dicit. *b* Benedicam Dominum in omni tempore.] Hoc est enim officium Religiosorum, sc. laudare & benedicere Deum. Vnde *Isa. 62. b.* Tota die & tota nocte non tacebunt. Et *Ecclesiast. ibi* addit. Non tacebunt laudare nomen Domini. 1. *Pet. 3.* b. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Quia non solùm in præsenti benedicunt Deum; sed in futuro benedicent sine fine. *Psal. 83.* Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Moral. De claustralibus.

d Semper laus eius in ore meo.] Hoc potest dicere claustralis, qui aliud non facit, nisi aut psallere, aut orare, aut studere, aut prædicare. [Meo,] non alieno. *Deuter. 10. d.* Ipse est laus tua. *Iona 2. d.* Ego autem in voce laudis immolabo tibi.

e In Domino laudabitur anima mea,] in futuro, quando illius laudis, qua laudabitur Deus, particeps ero, cum eo fruar, & in sua laude delectabor. Vel [Laudabitur in Domino,] id est, à Domino. *Matth. 25. c.* Esuriui: & dedistis mihi manducare, &c. Hæc est magna laus. Item ibidem. Euge, serue bone, & fidelis, &c. Deinde conuertens se ad fratres suos consolatur eos ex hoc, dicens.

f Audiant mansueti, & lætentur,] de dignitate, scilicet, officij sui, & vtilitate: quæ in illis duobus verbis prænotantur. Dignitas, cùm dicitur. [Benedicam Dominum, &c.] Vtilitas, cùm dicitur. [In Domino laudabitur, &c.] Et vocantur claustrales mansueti, non siluestres:

ʘ Cum enim intrant

Mysticè. ☉ Sicut Iob mansuetus erat, id est, manui assuetus: Vnde dixit *Iob* 2. c. Si bona suscepimus de manu Domini; mala autem quare non suscipiamus? Benè autem dicit: Audiant mansueti, quia talium est audire. *Eccl.* 5. c. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei. *Iac.* 1. c. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Et lætentur, quia ex auditu verbi Dei sequitur lætitia. Vnde *Psal.* 50. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. *Eccl.* 1. d. Beneplacitum est Deo fides & mansuetudo. Fides in prædicante, mansuetudo in audiénte.

Gimel. *al.* † inuicè. *Daleth.* *al.* † inquisiui.

a Magnificate Dominum *b* mecum: & *c* exaltemus nomen eius *d* in † idipsum. *e* Exquisiui Dominum, & *f* exaudiuit me: & *g* ex omnibus tribulationibus meis

a Magnificate Dominum mecum.] Suprà dixit Propheta se laudaturum Dominum. Hic autem exemplo suo ad idem inuitat alios dicens: Magnificate Dominum mecum, id est, laudando, & prædicando eum magnum. *Psalm.* 47. Magnus Dominus & laudabilis. Item magna ab eo expectando, ante omnia eum timendo, supra omnia diligendo, multùm ei seruiendo. *Phil.* 2. c. Sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Et benè adiungit.

b Mecum; si enim diceret simpliciter: Magnificate: non ita alios excitaret: Nam sicut dicit *Greg.* loquentis auctoritas perditur, cùm vox opere non iuuatur: Vnde & se eis connumerans addit.

c Et exaltemus nomen eius] id est, filium, vel potestatem eius, vel bonitatem. *Canticor.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. Et hoc faciamus, non cum iurgio, aut schismate. Sed.

d In idipsum,] id est, concorditer, vt sicut in vnitate fidei; ita in vnione charitatis & amoris laudetur Deus. 1. *Corinth.* 1. b. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Domini nostri Iesu Christi. Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes: & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Sensu quantum ad dilectionem, scientia quantum ad fidem. Sunt enim, qui exaltant Dominum, sed non [in idipsum,] sed ex contentione, vt scilicet, aliis Prædicatoribus detrahant, vel derogent, vel contradicant. De quibus conqueritur Apostolus *Philip.* 1. c. Quidam autem ex contentione Christum annunciant, non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Sed etiam istos non prohibebat, nec impediri volebat Apostolus à prædicatione: Vnde ibi subiungit? Quid enim dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed non gaudebo. Nota, quòd hic ponuntur tria verba, quæ ad tres personas referri possunt, scilicet, benedicere ad Spiritum sanctum, laudare ad Filium, magnificare ad Patrem. Benedicimus enim Spiritus sancti beneficentiam, cùm bona nostra ei ascribimus, gratiarum actiones eidem referentes. Laudamus Filij sapientiam, per quam conuocati sumus ad redemptionis gratiam: Vnde dicit: [Semper laus, &c.] Magnificamus Patris potentiam, & exaltamus, dum ei exhibemus reuerentiam debitam: Vnde dicit [Magnificate, &c.] Et propter hoc hæc tria sæpiùs replicantur in Ecclesia, & dicuntur *Daniel.* 3. c. Benedictus es, Domine, & laudabilis, & superexaltatus in sæcula.

Nota tria verba, quæ referri possunt ad tres personas.

e Exquisiui Dominum.] Suprà dixit [Magnificate Dominum mecum.] Et hic ostendit, quomodo ipse magnificat, vt alij similiter magnificent, dicens: [Exquisiui,] id est, ex toto corde quæsiui, vel extra alia quæsiui, non vt hi, de quibus *Oseæ* 5. b. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient, ablatus est ab eis. Post subiungit duplex præmium exquisitionis. Primum est exauditio in bonis adipiscendis: Vnde dicit. [Et exaudiuit me.] Secundum est exauditio in malis amouendis: Vnde addit. [Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.]

☉ Accedite ad eum

Moral. *De claustralibus.* * Cùm enim intrant in religionem, tunc finunt se capi in manu Domini. Sed multi sunt siluestres, qui quantum possunt, fugiunt manum Domini: & non curant, si sunt in manu Diaboli: Vnde *Sapient.* 2. d. Imitantur illum, scilicet, Diabolum, qui sunt ex parte illius. Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, quia se permittunt capi, & iugum Domini suaue sibi imponi: Et ideo sequitur. Non tanget illos tormentum mortis, scilicet, sempiternæ, quia euadunt manus Achis, id est, Diaboli, sicut Dauid, licet per falsam stultitiam, quia licet mundani homines reputent eos stultos, sicut Achis & sui reputauerunt Dauid; tamen verè sunt sapientes coram Deo: Vnde ibi sequitur, *Sap.* 3. a. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, illi autem sunt in pace, scilicet, in tranquillitate cordis & consolatione spirituali: Vnde dicit *B. Bernard.* Multi vident nostras cruces, qui non vident nostras vnctiones. Et cùm isti, qui sunt cum Achis, videbunt istos regnare cum Dauid, quos hic stultos reputant: tunc dolebunt & mirabuntur, secundum quod dicitur *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Et tunc concludent: Ergo errauimus à via veritatis, &c. Nunc ergo [audiant mansueti,] qui se permittunt deduci in via veritatis, quæ dicit: *Matth.* 16. a. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed quia sicut dicit *Gregor.* Magis in amore apud Deum est, qui plures ad eius trahit amorem. Et vt cortina cortinam trahat; & qui audit, dicat veni; ideò ille, qui claustrum intrauit, & de dulcedine Dei aliquid gustauit, debet alios, qui sunt in sæculo, ad ingressum religionis hortari: & dicere, quod sequitur.

a Magnificate Dominum mecum.] Illi autem propriè eum magnificant, qui eum confitentur verbo & opere Pontificem futurorum bonorum, qui hæc minima inferiora nec ab eo requirunt, & hæc, quæ habent, relinquunt; vt illa æterna ab eo recipiant: Non enim eum magnificant, sed paruum valdè faciunt, qui ad hæc modica & nulla bona, quæ in præsenti dat, ita auidè currunt, ac si nihil aliud postmodum posset dare. Vnde Petrus probauit eum magnum esse & sufficientem, dicens. Domine, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et Baptista, qui dicebat *Ioan.* 3. d. Me oportet minui; illum autem crescere. Benè quantum poterat, Dominum magnificabat se paruum faciendo, vt magnificaret eum. Sic faciunt, qui intrant religionem, dimittunt aliquando nomen Archidiaconi, vel Decani, & huiusmodi magna nomina, vt nomen Dei magnificent. *Matth.* 19. d.

c Et exaltemus, &c.] quod est Iesus.

d In idipsum] id est, ponendo nos in vnitate & communitate, quæ est in religione, quibus sunt omnia communia, & anima vna, & cor vnum in Domino. Sicut dicitur *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Hoc autem est exaltare Dominum, facere se de familia eius, & augmentare numerum sequentium eum. Vnde *Prou.* 14. d. In multitudine populi gloria Principis. Postea determinat, quomodo se habuit, & quomodo se habendum est in religione, dicens.

e Exquisiui Dominum,] id est, extra quæsiui, scilicet, extra mundum, & extra ea, quæ in eo sunt, scilicet, extra concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ. De quibus 1. *Ioann.* 2. c. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Extra hæc quærendus est Dominus, quia in his non inuenitur. Vnde *Iob* 28. b. Non inuenietur in terra suauiter viuentium, quantum ad concupiscentiam carnis: Abyssus dicit: non est in me; & mare loquitur: non est mecum. Abyssus, id est, copia diuitiarum; mare, id est, sublimitas mundi. Extra hæc tria quærit eum vir claustralis, quia contra hæc tria fecit triplex votum, scilicet, votum continentiæ, contra primum: votum paupertatis in abrenunciatione proprietatis, contra secundum: votum obedientiæ, in quo maximè notatur & exigitur humilitas, contra tertium. Et tales, qui sic faciunt, exaudit Dominus: Vnde addit.

f Et exaudiuit me.] *Matthæi* 18. c. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui est in cœlis: vbi enim duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ergo multò fortiùs vbi est magna congregatio.

Liberat Dominus tripliciter à tribulationibus.

g Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.] Dominus tribus modis eripit viros claustrales, & etiam alios à tribulationibus suis. Primò per tribulationum migrationem:

Moral. tigationem. *Dan.* 3. e. Fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Secundò, patientiam dando. *Gregor.* Meliùs liberat, cùm patientiam dat. *Prouerbior.* 16. d. Melior est patiens viro forti. Tertiò, tribulationes in delectationes commutando. *Gregor.* Quæ aduersitas eum superet, quem pœna fouet? Et de Beato Stephano cantatur, Lapides torrentis illi dulces fuerunt. Primum facit Dominus frequentiùs incipientibus, secundum proficientibus, tertium perfectis. Vel sic: [Ex omnibus tribulationibus meis eripuit me,] id est, per omnes tribulationes. Sicut illud legitur.

He. eripuit me. *a* Accedite ad eum, *Al.* † & vultus vestri non erubescent. & *b* illuminamini: † & *c* facies vestræ non confundentur. *Saen.* *d* Iste † pauper *e* clamauit, & Dominus *f* exaudiuit *Al.* † inops. eum: & ex *g* omnibus tribulationibus eius † saluauit *al.* † liberauit. eum. *Heb.* Immittet † *h* Angelus Domini in *i* circuitu timentium eum: & † *k* eripiet eos. *al.* † Angelum. *al.* † eruet.

Adiuuit pauperem de inopia, id est, per inopiam. *Iob* 5. c. In sex tribulationibus liberabit te, &c. *Gregor.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. quod significatum fuit *Exod.* 12. e. vbi dicitur, quod vrgebant Ægyptij populum Israël de terra sua exire velociter.

Mysticè. *a* Accedite ad eum, &c.] Secunda pars, vbi hortatur ad communionem noui sacrificij, id est, ad veri agni manducationem per passionis eius fidem & imitationem. Suprà dixerat: [Magnificate Dominum mecum, &c.] Hic autem ostendit, quomodo magnificare debemus Dominum. Vnde dicit [Accedite ad eum,] per fidem. Per hoc autem, quod dicit: [Accedite,] notat liberum arbitrium. Sed nota, quòd accessus non fit vno passu; sed pluribus gradibus, siue passibus. Primus est doctrina fidei & humilitas. Secundus, fides, *Hebr.* 11. b. Accedentem ad Deum oportet credere. Tertius, dilectio crediti, quia charitas dat esse, vt forma. Quartus gradus, est conformitas operis, quia dicit *Augustinus*, non locis, sed meritis ad Deum accedimus. Quintus gradus, perseuerantia: Vnde *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Sextus, dissolutio corporis & animæ. Hi sunt sex gradus, per quos ascenditur ad thronum Salomonis, 3. *Reg.* 10. c. [Accedite] ergo [ad eum.] *Eccl.* 4. d. Appropinqua, vt audias.

Sex passibus, siue gradibus acceditur ad Deum.

b Et illuminamini] ab eo, quia ipse est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioann.* 1. a. Qui ergo accedit ad eum, illuminatur: & qui magis propè accedit, magis illuminatur. Vnde & Ioannes, qui supra pectus eius recubuit, & ei familiarius adhæsit, præ aliis illuminatus, de eius Diuinitate altiùs disseruit: Vnde per Aquilam designatur, quæ aliis superponitur. *Ezech.* 1. c. Facies Aquilæ desuper ipsorum quatuor.

c Et facies vestræ non confundentur] quasi dicat [accedite] securi, & Dominus vos non repellet. Confusio enim est alicui, quando accedit ad aliquem Magnum, & turpiter repellitur ab eo. Sed sicut dicitur in *Psal.* 94. Dominus non repellit plebem suam. Vnde dicitur. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos. Et tamen non repellit plebem suam, sed recipit eum hic in gratia: & in futuro recipiet in gloria, qui ad eum accesserit. Vnde dicit *Augustin.* Proijce te in Deum: non enim ita crudelis est, vt se subtrahat, & te cadere permittat. Et hoc est [Et facies vestræ non confundentur] quin recipiat vos Deus hic in gratia, & in futuro in gloria. *Isa.* 50. c. Scio, quoniam non confundar. Et hoc probat Propheta per exemplum sui: Vnde addit.

Allegoricè. De Christo. *d* Iste pauper clamauit.] Hoc dicit de se, qui fuit pauper spiritualis, scilicet, verè humilis. Vnde dicit *Augustinus.* Si pauper superbiat, non est Christi pauper: si locuples humilitatem diligat, non est mundi diues. Et Dominus non repulit orationem eius. Vnde sequitur.

f Et Dominus exaudiuit eum.] Quia sicut dicitur *Eccl.* 35. c. Oratio humiliantis se penetrat nubes. Vel:

d Iste pauper,] id est, Christus, de quo *Eccl.* 9. d. Est ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit Rex magnus contra eam, & vallauit eam, extruxitque munitiones eius in gyro, & perfecta est obsidio. Inuentus est in ea vir pauper & sapiens: & liberauit illam per sapientiam suam.

e Clamauit] prædicando. *Ioann.* 7. f. Stabat Iesus, & clamabat dicens, Si quis sitit veniat ad me & bibat. [Clamauit] etiam Lazarum suscitando. *Ioann.* 11. f. Clamauit voce magna: Lazare veni foras. [Clamauit] etiam moriendo. *Hebr.* 5. b. Cum clamore magno & lachrymis, &c. *Psalm.* 68. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.

f Et Dominus exaudiuit eum.] *Hebr.* 5. b. Offerens exauditus est pro sua reuerentia. Dicitur etiam Christus pauper quinque rationibus. Prima, quia de paupere matre natus. Et hæc est paupertas dignationis. 2. *Corinth.* 8. b. Propter vos egenus factus est, cùm esset diues, &c. Secundò, quia in se pauper fuit nihil habens. *Matth.* 8. c. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Et est hæc paupertas instructionis. Tertiò, quia paupertatem prædicauit. *Matth.* 5. a. Beati pauperes, &c. *Luc.* 14. g. Nisi quis renunciauerit omnibus, &c. Et hæc est paupertas perfectionis. *Matth.* 19. c. Si vis esse perfectus, &c. Quartò, quia à sociis derelictus, solus & nudus in Cruce pependit. *Isa.* 63. a. Torcular calcaui solus, &c. Et hæc est paupertas dispensationis. Quintò, quia pauperes socios elegit. 1. *Cor.* 1. d. Stulta mundi & infirma elegit Deus, vt confundat fortia. Et hæc fuit causa amouendæ præsumptionis. Et subdit in quo eum exaudiuit, cùm dicit. *Christus dicitur pauper quinque rationibus.*

g Ex omnibus, &c.] sicut suprà expositum est illud: Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Subiungit etiam modum saluationis dicens.

h Immittet Angelus, &c.] Angelus iste Christus est. *Isa.* 9. b. Vocabitur magni consilij Angelus. Qui immittit munimenta hominum & armorum.

i In circuitu timentium eum,] sicut ille, qui defendit castrum, mittit in circuitu spicula & lapides ad terrendum hostes & lædendum. Hoc ad literam legimus fecisse Dominum in circuitu Samariæ. 4. *Regum* 7. b. vbi dicitur, quòd Dominus sonitum audiri fecit in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi, & fugerunt Syri in tenebris, & dimiserunt tentoria sua, & asinos & mulos in castris, fugerúntque, animas suas tantùm saluare cupientes. 4. *Regum* 19. g. legitur, quòd cùm obsideret Sennacherib Ierusalem, nocte vna venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, & Sennacherib recessit & abiit. Sed videtur esse contrarietas, eo quòd dicit primò, [immittit,] & pòst, [in circuitu,] quia [immittit,] dicit intùs, [in circuitu,] dicit extrà. Sed quia est duplex tentatio, interior & exterior. Propter interiorem, dicit, [Immittit.] Propter exteriorem dicit [in circuitu,] Vel.

h Angelus Domini,] dicitur Prælatus. *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia Angelus Domini exercituum est. Qui debet immittere, [in circuitu timentium eum,] id est, subditorum fidelium, iacula verbi Dei ad fugandum hostem, qui circuit quærens, quem deuoret. 1. *Petr.* 5. b. Et omnes satellites eius, scilicet, prauos motus, & tentationes. *Isaia* 13. d. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient. Medi interpretantur adæquati, vel mensuratores, & significati sunt per eos boni Prælati, & Prædicatores, qui ad regulam vitæ Christi se adæquare, immò iam adæquasse debent, & postea forma facti gregis ex animo alios mensurare, & sibi etiam adæquare debent. Vnde egregius Prædicator dicit 1. *Corinthiorum* 11. a. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Hi Medi non debent quærere aurum, nec argentum, sed salutem animarum. Vnde 2. *Corinthiorum* 12. e. Non quæro, quæ vestra sunt, sed vos. Sed sagittis paruulos, id est, motus primos interficere, ne vsque ad consensum, vel operationem crescant. *Moral.*

Vel, [Angelus Domini, ad litteram. Vnde *Daniel.* 10. c. habetur de Principe Persarum. Et ibi dicitur: Ecce Michaël vnus de Principibus primis venit in adiutorium mihi. *Aliter.*

i Immittet in circuitu.] *Canticorum* 4. a. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. 4. *Regum* 6. d. Plures sunt nobiscum, quàm cum illis. *Bernard.* Benignus es, Domine Iesu, qui non es contentus nostrorum fragilitate murorum, sed ipsis hominum custodibus Angelorum custodiam superponis.

k Et eripiet eos,] Angelus in quolibet sensu, quia & Christus cum violentia eripit. Vnde *Ioann.* 1. d. Ecce qui tollit peccata. Et similiter Prælatus & Angelus. *Prouerbiorum* 24. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. *Amos* 3. d. Quomodo si eruat pastor de ore Leonis duo crura, aut extremum auriculæ. 1. *Regum* 14. d. dicit Dauid

uid de se ad Saul. Pascebat seruus tuus patris sui gregem; & veniebat leo, vel vrsus, tollebatque arietem de medio gregis: & sequebatur eos, & percutiebam eruebámque de ore eorum, &c. Sic ergo Propheta de se exposuit exemplum, quomodo fecit ei Deus. Et quasi ex hoc concludit, quod sequitur.

Thet.

a Gustate & videte, &c.] quasi dicat, quia sic expertus sum Dei misericordiam & dulcedinem. Ergo & vos, [Gustate.] Et sic.

b Videte, quoniam suauis est Dominus. Gustate] prius in affectu, & secundò, Videte, in intellectu. *Prouerb. vlt.* c. Gustauit, & vidit, quoniam bona est negotiatio eius. Ideò etiam benè ordinat: Gustate, prius: & posteà, Videte: quia gustatio facit videre. Vnde 1. *Reg.* 14. d. dicit Ionathas: Vidistis ipsi, quòd illuminati sunt oculi mei, eo quod gustauerim paululum de melle isto. Hæc est dulcedo diuinæ bonitatis, quam hic prægustare possumus; sed ad plenum sumere non possumus, donec ad cœlestes nuptias fuerimus introducti. De qua *Psalm.* 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, pauperi, videlicet, qui hic esurit & sitit, & expectat illas nuptias; non diuiti, qui hic se inebriat de calice Babylonis: vnde præparatur ei amaritudo & pœna æterna, sicut comminatur eis Dominus. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis, &c. Illi ergo præcipuè gustare debent & videre, quia suauis est Dominus, quibus illa dulcedo præparatur, scilicet pauperes, qui hic nihil habent, in quo possint delectari: Vnde benè sequitur.

> *a* Gustate & *b* videte, quoniam suauis est Dominus: *c* beatus vir, qui *d* sperat in *e* eo. *f* Timete Dominum omnes Sancti eius: quoniam † *g* non est inopia *h* timentibus eum. *i* Diuites eguerunt, & *k* esurierunt: *l* inquirentes autem Dominum *m* non † minuentur omni bono.

Ioth. al. † nihil deest.

al. † deficient.

c Beatus vir, &c.] Vir, scil. pauper, quem diuitiæ & delitiæ non emolliunt, nec eneruant.

d Qui sperat in eo] id est, in Domino, hic est pauper: Vnde diuitibus dicitur in *Psal.* 13. Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.

e In eo] non in homine, sicut diuites, qui sperant in parentibus diuitibus, & potentibus in hoc mundo. *Ierem.* 17. a. Maledictus, qui confidit in homine. Item, in eo, non in diuitiis, 1. *Tim. vlt.* d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia. Sed ne spes in præsumptionem luxuriet, benè addit.

f Timete Dominum omnes Sancti eius.] Sancti sanguine uncti, vel corde mundi, vel fide firmi, vel sine terra puri: Hoc benè faciebat Iob, qui dicebat *Iob* 31. c. semper quasi tumentes super me fluctus timuit Deum, & pondus eius ferre non potui. Et ibi *Gloss.* Gregor. Super se Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit, quæ hic possidens portat. Vel tumentes fluctus extremam potestatem dicit, quando commotis omnibus elementis supernus Iudex veniens finem omnium apportat, quem Sancti quotidie expauescunt, & pondus eius ferre non possunt: quia qui extremi iudicij aduentum intenta mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non solum tunc videre, sed & nunc præuidere pertimescit. Si ergo sic omnes Sancti timent, quantò magis timere debent omnes iniqui? Vnde 1. *Petr.* 4. d. Si vix Iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Et *Ieron.* Quid faciet virgula deserti, vbi concutitur cedrus Libani? Et ideò timete.

g Quoniam non est inopia timentibus eum. Qui enim eum sic timent, vt pro eo cuncta despiciant, illi soli cuncta possident. 2. *Corinth.* 6. b. Tanquam nihil habentes & omnia possidentes. *Iosue* 1. a. Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam. Vel sic

g Non est inopia] id est, defectus opis, id est, auxilij.

h Timentibus eum,] quoniam cùm sunt in tribulatione, opem & auxilium dat eis Dominus. Vnde *Psalm.* 106. Et adiuuit pauperem de inopia. *Roman.* 8. e. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vel, Non est eis inopia, scilicet, defectus bonorum spiritualium in præsenti, nec defectus bonorum æternorum in futuro, quæ sola sunt verè bona: & defectus illorum vera inopia debet vocari. Et hæc inopia non est timentibus Deum: quia timor Domini expellit inopiam, acquirit diuitias, conseruat eas. De primo *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum: quod facit hominem pauperem, quia consumit omnia bona: Vnde *Prouerbior.* 14. d. Miseros facit peccatum populos. *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. De secundo *Eccl.* 15. a. Qui timet Deum, faciet bona. Et *Eccles.* 1. c. Plenitudo sapientiæ timere Deum, & plenitudo à fructibus illius, omnem domum, vel omne bonum illius implebit à generationibus, & receptacula thesauris illius. De tertio, *Eccles.* 7. c. Qui timet Deum, nihil negligit. Ergo omnia diligenter custodit. *Eccles.* 8. c. Ego cognoui, quia bonum est timentibus Deum. Sic ergo, triplex inopia, scilicet, defectus rerum temporalium, & defectus auxilij, & defectus bonorum spiritualium, [non est timentibus eum.] Sed è contrario diuites huius mundi illos tres defectus habent: Vnde subiungit.

Coph.

i Diuites eguerunt,] rebus: Vnde *Ecclesiast.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Ibi *Interlin.* dicit. Semper auarus eget. Vnde *Ieronymus in primo prologo in fine.* Antiquè dictum est: Auaro tam deest, quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est; infidelis autem etiam obolo indiget. Item, Eguerunt auxilio, quia licet in præsenti multi iuuent eos ad malum; pauci tamen, vel nulli iuuant eos ad bonum: & in nouissimo quando necessarium foret auxilium, non habebunt auxiliatorem. Vnde *Isaia* 10. a. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram? *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet: apprehendet eum quasi aqua inopia. Item, Eguerunt, bonis spiritualibus. *Luca* 1. e. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Benè ergo dicit: Diuites eguerunt, his tribus. *Prouerbiorum* 3. d. Egestas à Domino in domo impij. *Iob* 40. c. Faciem eius præcedet egestas.

k Et esurierunt.] Hi, prima duo, scilicet, diuitias & potentiam, quia de virtutibus non curant. *Prouerbiorum* 27. a. Anima saturata calcabit fauum. Item, Esurierunt, id est, esurient sine fine. Exemplum, *Luca* 16. f. de diuite Epulone, qui præ nimia siti petiit guttam aquæ, nec potuit impetrare. *Isa.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Alia litera habet: Leones eguerunt, id est, Principes & Prælati raptores. *Prouerbiorum* 28. c. Leo rugiens, & vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. *Mich.* 6. c. Diuites eius repleti sunt iniquitate: Et ideò vacui virtute. Ideò eguerunt & esurierunt. Eguerunt spiritualibus, & esurierunt temporalia.

l Inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.] Supra dixerat. Non est inopia timentibus eum. Sed quia multi sunt, qui non habent inopiam; non tamen multum abundant. Ideò vt ostendat abundantiam, dicit hic. [Inquirentes autem Dominum,] id est, intus quærentes, scilicet, in secreto conscientiæ.

m Non minuentur omni bono,] id est, non habebunt minus quam omnè bonum, scilicet, quàm Deum, qui erit eis omnia in omnibus, 1. *Corinth.* 15. d. *Ecclesiastic.* 32. d. Qui confidit in Domino, non minoratus erit. *Ecclesiast.* 19. a. Qui odit correctionem, minorabitur. Sed illi, qui quærunt eum tantùm extra, id est, videntur eum quærere per opera exteriora, quæ faciunt; & tamen interiùs quærunt, & cupiunt non ipsum, sed vanam gloriam, vel emolumentum temporale, isti minuentur omni bono: quia illud omne bonum, quod est Deus, non quærunt; sed minus bonum, vel nihil, bonum, scilicet, temporale, quod vel minimum, vel nullum bonum est: & hoc recipiunt; illud autem omne bonum non habebunt. Vnde *Matth.* 6. a. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis; alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. Ecce quod minuuntur omni bono. Et addit ibi: Cùm ergo facis eleemosynam, noli ante te tuba canere, sicut Hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Ecce illud minimum, quod recipiunt, illo magno bono fraudati. De quo dicit hic, quod inquirentes eum, non minuentur omni bono, quia nihil aliud quærunt extrà. *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum; præstolatio autem impiorum furor: quia non solum fraudantur omni bono, sed exponentur omni malo.

a Venite filij,

a Venite, filij, b audite me: c timorem Domini d docebo vos. e Quis est homo, qui vult vitam; diligit f dies videre bonos? † g Prohibe linguam tuam à malo; & h labia tua i ne loquantur dolum. k Diuerte à malo, & l fac bonum: † inquire m pacem & † n persequere eam. o Oculi Domini

Lameth. Mem. Num. Samech. Syn.

al.† contine. al.† Cohibe. al.† quære. al.† sequere.

n Venire, filij] tertia pars, in qua incipientes monet, à quibus abstineant. Et quia semper à principiis inchoandum est, & initium sapientiæ timor Domini: ideò primò monet ad timorem Domini, qui illud, à quo abstinendum est, scilicet peccatum, expellit. Vnde *Ecclesiast.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum. Sed quia quidam timor est seruilis, quidam est filialis. Primò ostendit se de timore filiali persuasurum, cùm præmittit. Venite, filij, quasi dicat, non cogat vos timor seruilis; sed voluntarius adducat amor Patris vestri cœlestis. Filius enim dicitur à philos, quod est amor. Venite ergo passibus timoris.

b Audite me.] *Eccl.* 6. d. Si dilexeris audire, sapiens eris. *Prou.* 1 a. Audiens sapiens sapientiam, sapientior erit, *Prou.* 4 a. Audite, filij, disciplinam Patris.

c Timorem Domini] non mundi, non hominum.

Nota quinque affectus timoris Domini. d Docebo vos.] *Matth.* 10. d. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potiùs eum timete, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Post ostendit quinque effectus timoris Domini. Primus est, quòd timor Domini dat vitam: Vnde dicit.

e Quis est homo, &c.] Non dico præsentem, quæ potiùs mors est. Vnde cantamus. Media vita in morte sumus. Prima vita fuit in statu innocentiæ Adæ & Euæ, in qua non mori fuit possibile. Media vita, est ab Adam post peccatum suum vsque ad finem mundi, & in hac necesse est mori: & ideo media vita in morte sumus. Tertia vita erit in patria, & in hac impossibile erit mori. Et de hac dicit: Quis est homo, qui vult vitam? Sed dicit hoc sub interrogatione; quia pauci sunt, qui rectè velint. Volunt enim habere, sed nolunt laborare: Volunt assequi, sed nolunt sequi. *Prou.* 13. a. Vult, & non vult piger. Vult vitam inuenire, sed non vult quærere. *Matth.* 7. b. Quam angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Et quare? Quia pauci quærunt & intrant arctam viam. Si enim diligenter quærerent, inuenirent. Vnde *in eod. capitulo* dicit. Quærite & inuenietis: omnis enim, qui quærit, inuenit. In lata autem via non inuenitur vita, sed mors. Vnde ibidem dicitur: Lata & spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem. Et ideò multi videntur furiosi; qui viam vitæ, quia arcta est, abhorrentes, viam perditionis latam amplectuntur, & ad mortem perueniunt: Vnde ibi dicitur. Et multi sunt qui intrant per eam. Non dicit solùm, qui intrant eam; sed dicit, intrant per eam, videlicet, ad perditionem & mortem æternam. Præuidens ergo Propheta hanc multitudinem perdendorum, & è contrario paucitatem saluandorum: non tamen necessitate compellente, sed propria voluntate ad hoc deductorum, benè quærit: Quis est homo, qui vult vitam, scilicet, æternam? quasi dicat, pauci sunt. Et de qua vita intelligat, declarat subdens.

f Diligit dies videre bonos.] Et repetendum est: Quis est homo, scilicet, qui diligit, &c. dies bonos, scilicet, dies æternitatis. De quibus *in Psalm.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Dies autem præsentis vitæ non boni dicendi sunt, sed mali. Vnde *Genes.* 47. b. dixit Iacob: Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt parui & mali. *Ephes.* 5. d. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. E contrario autem dies patriæ sunt magni & innumerabiles & boni. *Psalm.* 83. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. Vel, Quis est homo, qui diligit videre dies bonos, id est, dies pœnitentiæ. De quibus *Ecclesiastic.* 14. b. Ne defrauderis à die bona, & particula diei bonæ non te prætereat. *Ecclesiastic.* 7. b. In die bona fruere bonis, & diem malum præcaue. Maior est enim dies mortis die natiuitatis. Quis est ergo, qui diligit dies videre bonos, benè apparet per opera cuiuslibet. Dicit enim *Gregorius.* Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Vnde benè subiungitur.

g Prohibe linguam tuam à malo,] ac si dicat: Si vis vitam, & diligis dies videre bonos, fac hæc, quæ sequuntur, vt primò vites mala, postmodum facias bona. Et dicitur hoc de duobus malis, scilicet, de malo locutionis, & de malo operis. De primo dicit; Prohibe linguam tuam à malo. Sed si volumus cauere à malo tam locutionis, quam operis, oportet, vt primò caueamus à malo cogitationis, quod est radix aliorum malorum. Cùm ergo prohibet mala linguæ & operis; per consequens prohibet malum cordis: quia non potest omninò refrænari lingua & manus, nisi cor reprimatur. *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. Vnde *Prouerbiorum* 4. d. Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Si ergo vis vitam, serua cor à mala cogitatione. Et quod dicitur hic, faciliùs implere poteris. Prohibe linguam tuam à malo. Et est hic secundus effectus timoris Domini, quem hic ponit, scilicet, prohibere peccatum linguæ: sed duo sunt genera peccatorum linguæ, scilicet, apertum & occultum. De aperto dicit: Prohibe linguam tuam à malo. De occulto dicit.

h Et labia tua] prohibe.

i Ne loquantur dolum,] id est, malum occultum. *Ierem.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. De primo *Iacob.* 3. c. Lingua est inquietum malum plena veneno mortifero. De secundo *in Psalm.* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant. Et ideò sequitur. Iudica illos Deus. Et *Psalm.* 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, &c. *Cassiodorus.* Dolus est, quando fallimus audientem, vt quod creditur ad auxilium, inferre videatur incommodum. Beatus est, qui potest prohibere linguam suam à malo. *Ecclesiast.* 14. a. Beatus homo, qui non est lapsus in verbo. *Iacob.* 3. a. Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir. Tertius effectus timoris Domini est, quia cohibet manum à malo opere. Vnde sequitur.

k Diuerte à malo] scilicet, opere. *Prouerbiorum* 16. a. In timore Domini declinatur à malo: Et benè dicit: Diuerte à malo, quia in via huius vitæ sæpe occurrit malus & malum. Et ab vtroque malo diuertendum est: quia vbi non est fortitudo, consilio vtendum est. *Prouerbiorum* 24. a. Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus, quia cum dispositione initur bellum. Et erit salus; vbi multa consilia sunt. Quartus effectus est, quia reddit hominem pronum ad benè agendum. Vnde addit. *Prou.* 11. b.

l Et fac bonum:] Non enim sufficit diuertere à malo, nisi istud sequatur, scilicet facere bonum *Ecclesiast.* 15. a. Qui timet Deum, faciet bona. Quintus effectus est inquisitio pacis. Qui enim timet Regem, aut Dominum suum, libenter quærit, vt habeat pacem ad eum & ad alios etiam: ne si alij iniuriam fecerit, incidat in manus Domini illius, quem timet. Et ideò sequitur.

m Inquire pacem.] *Ecclesiastic.* 2. d. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi. Pax autem placet Domino. Vnde in *Psalm.* 65. In pace factus est locus eius. [Inquire ergo pacem,] id est, inquire, quomodo pacem habeas cum Deo, cum proximo, cum teipso. *Roman.* 12. b. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Et cùm inquisieris.

n Persequere eam] id est, perfectè sequere eam. Necessaria enim est diligentia inquirendo: Et ideò dicit, non tantum quære, sed inquire, id est, intentè quære. Item necessaria est perseuerantia in sequendo pacem: Et ideò non dicit tantùm, sequere, sed persequere, id est, perseueranter sequere. *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Vel sic, inquire pacem, id est, interiùs quære pacem, scilicet, in conscientia, quia exteriùs non est nisi bellum & turbatio. Vnde *Ioann.* 16. g. In mundo pressuras habebitis; in me autem pacem habebitis. *Eccles.* 1. c. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole; & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Sed quia cor semper vult ad hæc exteriora euagari. Vnde conqueritur *Psalm.* 37. Cor meum, inquit, dereliquit me: Ideò benè addit. Persequere eam, quasi fugientem. *Hebr.* 12. d. Pacem loquimini cum omnibus, &c. *Iob* 24. c. Ipso concedente pacem, quis est, qui condemnet?

o Oculi Domini, &c.] Quarta pars, in qua agit de remuneratione bonorum & malorum. Primò ergo ponit duplicem remunerationem bonorum, quam habent etiam in præsenti. Prima est, quia Dominus diligenter custodit eos in præsenti. Vnde dicit: Oculi Domini, &c. Secunda est, quia audit deprecationem eorum: Vnde subdit. Et aures eius in preces eorum. Dicit ergo: Oculi Domini, id est, respectus misericordiæ. *Sapient.* 4. c. Gratia Dei, & misericordia in Sanctos eius, & respectus

in

in Electos ipsius. *a* Super Iustos] supple sunt, quia sicut verum est illud *Prou.*8. b. Ego diligentes me diligo: Ita verum est, quod respicientes se respicit, & custodit. Iusti autem oculos habent ad Dominum. Vnde *Psalm.*24. Oculi mei semper ad Dominum. *Cant.*2.d. Dilectus meus mihi & ego illi, scil. intendit mihi, & respicit ad me: & ego similiter ad eum. Per hoc autem, quod dicit: Super Iustos, & non dicit, ad Iustos, notatur obedientia, & humilitas Iustorum, qui subiecti sunt voluntati eius. Tales enim respicit Dominus. Vnde *Luc.*1. e. Respexit humilitatem ancillæ suæ. *Isa.vlt.* a. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, &c. Ibi habet alia translatio: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, &c.

b Et aures eius] scil. Domini. Loquitur modo humano. Sunt. *c* In preces eorum] id est, Iustorum: Et non dicit ad preces eorum, sed in preces eorum, vt notet celeritatem exauditionis Domini. Vnde *Isa.*65. d. Antequam clament, ego exaudiam. Item in hoc, quod dicit: Super Iustos, & in preces, notantur alia duo: quia necessarium est nobis protegi contra mala, & adiuuari ad bonum. Oculi Domini super Iustos, id est, beneuolentia Dei protegit eos à tribulationibus, & tentationibus, ne eis noceant. *Psalm.*5. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. 1. *Cor.*10. c. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Et aures eius in preces eorum] vt adiuuet eos ad bonum, & ex precibus ipsis eliciat bonum. *Eccles.*35. c. Non despiciet Dominus preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus.

Al. † ad. *Pe.*

De pæn. dist. 5. *c. haeretici. Zadick.*

a super Iustos: & *b* aures eius † in *c* preces eorum. *d* Vultus autem Domini *e* super facientes mala; vt *f* perdat de terra *g* memoriam *h* eorum. *i* Clamauerunt Iusti, & Dominus exaudiuit eos: & *k* ex omnibus tribulationibus eorum † liberauit eos. *l* Iuxta est Dominus his, qui † tribulato sunt corde: & *m* humiles spiritu † saluabit. *n* Multæ tribulationes Iustorum: & *o* de omnibus his † *p* liberabit

Al. † eruit *Kuph.*

Al. † obtriuerunt cor.

Al. † saluos faciet. *Res.*

Al. † eruet.

Postea agit de remuneratione malorum: Vnde dicit. *d* Vultus autem Domini] id est, vultuositas Domini, siue ira: Est *e* Super facientes mala,] *Eccl.*5. b. In peccatores respicit ira eius. Et vocat vultum Domini, iram eius: quia quando quis irascitur, vultum agit, & contrahit, & rugat, & huiusmodi. Est autem quadruplex vultus, siue ira Domini, sc. reprobationis, subtractionis gratiæ, comminationis, & extremæ examinationis. Primum [Super] scil. cùm dicitur: Oculi Domini super Iustos, notat illuminationem. Illud autem, cùm dicitur: Vultus Domini super facientes mala, notat onus, secundum quod dicitur *Exod.*14. f. Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum. Onus enim magnum est reprobari in præsenti à Deo, & amittere gratiam eius, & comminationes eius audire, & intelligere, quæ tria sunt in præsenti. De quo onere ait *Iob* 7. d. Posuisti me contrarium tibi: & factus sum mihimetipsi grauis: & hoc fit per peccatum hominis: Vnde addit *Iob*: Cur non tollis peccatum meum, &c. Item illa extremi Iudicij examinatio, quæ futura est, onus est importabile. Vnde *Iob* 31. c. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Quod *Gloss.* exponit de extremo iudicio, vt supr. dictum est in *hoc eod Psal. ibi*: Timete Dominum omnes Sancti eius. Et ad quid erit vultus Domini super facientes mala? *f* Vt perdat de terra] viuentium. *g* Memoriam eorum] *Pr.* 10. b. Memoria Iusti cum laudibus; nomen autem impiorum putrescet. *Iob* 18 d. Memoria illius pereat de terra. Istud onus, & obliuionem timens Iob dicit, *Iob* 14. c. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?

Quadruplex vultus, siue ira Domini.

Vultus Dei.
- Maiestas Dei Patris. *Hebr.* 9. f. Iesus introiuit in ipsum cœlum, vt appareat vultui Dei pro nobis.
- Gloria regni. *Iob* 26. c. Qui tenet vultum solij sui, & expandit nebulam super illud.
- Cognitio, vel aspectus Dei. *Iob* 34. d. Ex quo absconderit vultum suum, quis est, qui contempletur eum?
- Vestigium Trinitatis in anima: suprà Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Item *Psalm.* 4. *Psalm.* 66. Illuminet vultum suum super nos.
- Filius. *Psalm.* 88. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.
- Humanitas Christi. *Iob* 4. c. Stetit quidam, cuius non agnoscebant vultum. 3. *Reg.* 10. d. Vniuersa terra desiderabat videre vultum Salomonis.
- Ira, secundum quod exponitur hic.

Vultus hominis.
- Boni.
  - Intellectus. *Iob* 29. d. Lux vultus mei non cadebat in terram.
  - Affectus. *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum.
  - Conuersatio exterior. *Ecclesiastic.* 8. a. Sapientia hominis lucet in vultu eius.
  - Studium. *Gen.* 3. d. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.
  - Indignatio. *Dan.* 10. b. Vultus meus hærebat terræ.
  - Fiducia malæ conscientiæ. *Genes.* 4. a. Concidit vultus eius.
  - Propositum malè faciendi: *Ioel* 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam.
  - Simulatio. *Eccl.* 12. d. Multa susurrans commutabit vultum suum.
  - Prosperitas terrena. *Iacob.* 1. b. Decor vultus eius deperiit.
- Mali.
  - Hæresis. *Eccl.* 25. c. Obcæcauit vultum suum tanquam vrsus.
  - Suggestio mala. *Iob* 41. a. Portas vultus eius quis aperiet?

Postea probat, quod suprà dixerat: Oculi Domini super Iustos, & aures eius in preces eorum: Et ostendit quando Dominus liberat Iustos. Vnde subiungit. *i* Clamauerunt Iusti] scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob, & alij Iusti. Et in hoc quod dicit: Clamauerunt, notatur deuotio. Clamor enim est intensa vocis prolatio. Tunc autem intenditur oratio, cùm fit corde, ore, opere. De primo *Psalm.* 118. Clamaui in toto corde meo, exaudi me, Domine. De secundo *Psalm.* 141. Voce mea ad Dominum clamaui. De tertio 1. *Tim.*2. c. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus, &c. *Iudith.*4. c. Clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & Dominus exaudiuit eos. Nullum medium est inter clamorem Iustorum, & exauditionem Domini. Vnde in *Psalm.* 21. Dum clamarem ad eum, exaudiuit me.

k Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos,] in præsenti vita, vt non nocerent eis, *Iob* 5. c. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum: Vel in patria, vt iam non haberent eas. Vnde benè dicit: Ex omnibus. In via enim licet Dominus hanc tribulationem, vel illam amoueat à Sanctis, non tamen omnem, sed in patria generaliter omnes amouet. *Apocal.*21. a. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt. *beatus Bernard.* Fœlix lachryma, quæ pia manu Conditoris meretur abstergi. Nec mirum, si exaudit eos, quia prope est. Vnde sequitur.

l Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde,] *Psal.*90. Cum ipso sum in tribulatione. Est eis Dominus iuxtà, vt Medicus ægro. Vnde cum ipsis Publicanis iuxta esset in domo Matthæi: *Matth.*9. b. dixit: Non est opus valentibus Medicus, sed malè habentibus. Item vt consolator afflictis. 2. *Cor.*1. a. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Item vt adiutor laborantibus. *Psal.* 9. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Securus debet esse, iuxta quem est Dominus. *Iob* 17. a. Pone me, Domine, iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. *Isa.* 50. c. Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicit mihi? *Phil.*4. a. Dominus prope est: nihil solliciti sitis. Et quid mirum si Dominus est iuxta suum sacrificium, quia sacrificium Deo spiritus contribulatus? Si autem humiliter velint sustinere tribulationem, ipse, qui ita prope est, eripiet eos. Vnde subdit. *m* Et humiles spiritu saluabit] qui sc. patienter sustinent tribulationes. *Dan.*3. d. In spiritu humilitatis suscipiamur. *Prou.* 29. d. Humilem spiritu suscipiet gloria. Ergo econtrario, sublimes spiritu condemnabit, qui in tribulatione murmurant, & blasphemant. *Isa.* 2. c. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. *Sap.*1. c. Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Sed posset aliquis credere, quòd Iusti non tribularentur: Vnde determinat subiungens.

Dominus iuxta est tribulatis tripliciter.

n Multæ, &c.] In præsenti, scil. 2. *Tim.*3. a. Omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

dentur. *o* Et de omnibus his,] tribulationibus. *p* Liberabit eos Dominus] custodiendo eos, ne in præsenti gratiam amittant, & in futuro post laborem introducendo eos ad requiem. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes, &c. *Ioan.* 8. c. Si Filius vos liberauerit, vere liberi eritis. *Gal.* 4. d. Qua libertate nos Christus liberauit. Econtrario est de malis, quia hic non tribulantur, sed in prosperitate sunt; sed in futuro tribulabuntur. Vnde *Iob* 21. b. Virga Dei non est super eos: bos eorum concepit, & non abortiuit, &c. Et post dicit concludendo: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et verè liberabit, quia.

Schin.

Tau.

a Custodit Dominus omnia ossa eorum;] id est, virtutes eorum, etsi carnem, id est, temporalium mollitiem distrahi & auferri permittat. Et verè [omnia] quia. *b* Vnum ex his] ossibus.

Num. 9. b.
Ioan. 19. g.

c Non conteretur] per peccatum. *Exod.* 12. g. Os non comminuetis ex eo. Ossa Ecclesiæ sunt Clerici, ex quibus vnum non conteretur, supple solum. *Psalm.* 21. Dispersa sunt omnia ossa. Item Dominus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent. Immò ipsa ossa occidunt se. *Iob* 7. c. Suspendium elegit anima mea. Quomodo? *Prou.* 14. d. Putredo ossium inuidia.

Clerici dicuntur ossa Ecclesiæ.
- Quia portant onus. *Numer.* 4.
- Quia plena medullâ charitatis. *Ierem.* 31.
- Quia in carne sine carne. *Eccl.* 46.
- Quia alba. *Threnor.* 4. b. Candidiores niue.

Postea probat illud, quod suprà diximus, quia videlicet, econuerso est in malis. Vnde dicit.

Mors triplex. *d* Mors peccatorum pessima] licet vita videatur amœna. Et est tripliciter mors peccatorum, scil. mors corporalis, qua separatur anima à corpore: hæc est mala. Item mors spiritualis, qua separatur Deus ab anima: hæc est peior. *Apoc.* 2. c. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Item æterna, qua corpus, & anima in inferno cruciabuntur: & hæc est pessima. 1. *Reg.* 15. g. Siccine separat amara mors? *e* Et qui oderunt Iustum] id est, quia oderunt Iustum, id est, Christum, qui dicitur antonomasticè Iustus. *Isa.* 57. Iustus perit: & non est, qui recogitet in corde suo: sic Iudæi oderunt Christum. *Ioann.* 15. d. Oderunt me, & Patrem meum. Sic filij Iacob oderunt Ioseph. *Gen.* 37. a. Oderant eum, nec poterant ei quicquã pacificè loqui. Sic Cain oderat Abel: *Gen.* 4. b. Sic Esau Iacob. *Gen.* 27. g. Sic Saül Dauid. 1. *Reg.* 18. e. *f* Delinquent] id est, derelinquendo Deum peccabunt peccato ad mortem, mortem vtique sempiternam; quæ, vt dictum est, pessima est. Et posset tunc aliquis dicere: Prophetæ similiter descendunt ad infernum, animæ bonorum, vt malorum: Vnde dicit *Iob* 17. d. In profundissimum infernum descendent omnia mea. Ad quod occurrit Propheta subdens.

g Redimet] quasi non semper ibi erunt animæ Iustorum, nec semper illuc descendent, quia [redimet Dominus animas] non quorumcumque, sed. *h* Seruorum suorum] Redimet, dico, à tribus. A Diabolo, mortem sustinendo. A tribulatione præsenti, gratiam, & patientiam dando. Ab omni miseria, gloriam conferendo. De prima redemptione: *Ierem.* 31. b. Redimet Dominus Iacob de manu potentioris. De secunda. *Psalm.* 118. Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. De tertia. *Psal.* 54. Redimet in pace animam meam, scil. in pace æternitatis. De qua alibi in *Psalm.* 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Pretium autem nostræ redemptionis fuit sanguis ipsius. Vnde 1. *Pet.* 1. d. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis; sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Christi Iesu. *Osea* 7. d. Ego redemi eos. *Psalm.* 129. Copiosa apud eum redemptio. Et ex quo tam pretioso sanguine redempti sunt. *i* Non delinquent,] id est, non derelinquent eum peccando.

Redimit Dominus animas seruorum suorum à tribus.

k Omnes, qui sperant in eo] *Psal.* 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam. Sed illi, qui non sperant in eo: [Delinquent] id est, derelinquent eum; quos tamen, quia tam carè emit & redemit, deberet perpetuò possidere. Et comminatur eis *Osea* 7. d. Væ eis, quoniam recesserunt à me. 2. *Par.* 15. a. Si dereliqueritis eum, derelinquet vos.

eos Dominus. *a* Custodit Dominus omnia ossa eorum: *b* vnum ex his *c* non conteretur. *d* Mors peccatorum pessima: & *e* qui oderunt Iustum *f* delinquent. *g* Redimet Dominus animas *h* seruorum suorum: & *i* non † delinquent *k* omnes, qui sperant in † eo.

Al. † derelinquet
Al. † eum.

In finem Psalm. ipsi Dauid.
XXXIV.



Vdica Domine, *m* nocentes me: *n* expugna *o* impugnantes me.

EXPOSITIO PSALM. XXXIV.



Vdica, Domine, &c.] Titulus. *In finem Psalmus ipsi Dauid*, id est, Christo. Positio enim pronominis demonstratiui, & discretiui, monstrat referendũ esse Christo, qui fuit verus Dauid: quia manu fortis vincendo Diabolum, mundum, & Iudæum: & aspectu desiderabilis, promittẽdo vitam æternam. De quibus duobus, scil. de victoria in Passione, & de promissione æternæ vitæ habetur in hoc Psalmo. Et competenter ordinatur Psalmus iste post præcedentem, quia in præcedenti egit Propheta de commutatione Christi, ex qua commutatione secuta est persecutio eius. Propter hoc enim, quod viderunt Iudæi, & Diabolus eum commutatum, ideò insurrexerunt in eum. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, 1. *Cor.* 2. b. Et est iste Psalmus secundus eorum, in quibus latè agitur de Christi Passione. Primus fuit, Deus meus respice. Psalmus ergò dirigens nos in finem, attribuitur ipsi Dauid, id est, Christo, qui hic loquitur quandoque in persona sua, quandoque in persona membrorum. Intentio est, per exemplum Christi monere nos ad toleranda aduersa. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò incipit ab oratione, orans pro se, & pro aduersariis, memorans culpam eorum. Secundò præmittens de spe boni, & gaudio, narrat quàm malignè, & nequiter contra Christum fecerunt, *ibi*: Anima autem mea. Tertiò agit de fructu Passionis, promittens confessionem totius Ecclesiæ, *ibi*: Confitebor tibi. Dicit ergò Christus in persona sua, & etiam suorum. *l* Iudica, Domine,] Pater. *m* Nocentes me] id est, Iudæos mihi, & meis nocere cupientes. Et est sensus: Iudica, id est, condemna: Et hoc petit non libidine vindictæ, sed amore iustitiæ. Vel [Iudica] id est, iudicabis, id est, condemnabis, vt sit prædictio, non optatio. *Psalm.* 34. Intende in iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus in causam meam. Sic ergò primò petit, vel prædicit damnationem inimicorum. Secundò petit victoriam de ipsis. Vnde sequitur. *n* Expugna] id est, vince. *o* Impugnantes me] scil. Iudæos, qui me, & Apostolos impugnauerunt: & Tyrannos, qui alios Christianos impugnaturi erant. Vnde benè confessus est Diaconus, quòd Dominus exauditus fuit in hac petitione, cùm in Passione Beati Vincentij clamauit, vincimur. Quia verò non est victoria sine pugna, nec pugna sine armis: Ideò tertiò petit arma dicens.

Allegoricè.

A Apprehende

Mysticè. In persona Sanctorum.

l Iudica, Domine.] Possunt etiam hæc legi in persona Sanctorum desiderantium Christi aduentum atque auxilium, & dicentium [Iudica, Domine] Christe, fili Dei.
m Nocentes me] id est, Dæmones, qui me ad peccatum impellunt, & ad infernum violenter trahunt. *n* Expugna] In Cruce. *o* Impugnantes me] id est, Dæmones & Iudæos. Vel sic, [Iudica, Domine] Iudicio discretionis, aut condemnationis. Nocentes me, id est, nocere cupientes. Vnde alia litera habet, Aduersarios meos, id est, hæreticos, qui fidem mihi auferre conantur: Tyrannos, qui substantiam: falsos Christianos, qui mores: detractores, qui famam: Dæmones, qui animam. Et [expugna] per me, vel per te. Impugnantes me, qui sunt caro, mundus, Diabolus. Caro, delitiis castitatem meam impugnat: Mundus, diuitiis paupertatem: Diabolus, honoribus humilitatem. *Eccl.* 4. d. Certa vsque ad mortem pro iustitia: & Dominus expugnabit pro te inimicos tuos. *Exod.* 14. d. Dñs pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et vt hoc possis facere:

Aliter.

e Apprehende arma

Moraliter. De viro iusto.

l Iudica, Domine, &c.] Vel in bono potest hoc totum legi, vt hoc dicat, & optet Iustus in præsenti fieri inimicis ad emendationem suam. Vnde dicit: [Iudica, Domine, nocentes me,] Iudicio afflictionis præsentis, de quo 1. *Petr.* 4. d. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Sed quia, quidam ex tribulatione peiores fiunt, sicut Herodes: Ideò addit.
d Expugna impugnantes me, quasi dicat, non solùm per tribulationem impugna, sed etiam, [Expugna,] id est, deuince. Sic Dominus expugnauit Paulum: *Act.* 9. a. Quando percussit eum cæcitate, & dixit ei: Saule, Saule, quid me persequeris? Et post: Durum est tibi contra

Alleg. a Apprehende arma] id est, fac me apprehendere. Arma, quibus Christus pugnauit contra Diabolum, & Iudæos, fuerunt auctoritates sacræ Scripturæ. Vnde *Matth.* 5. a. Dixit Diabolo: Scriptum est: Non in solo pane viuit homo. Et iterum, Non tentabis Dominum Deum tuum: Et item: Dominum Deum tuum adorabis. Vnde ibi bene ostendit, quòd hæc erant arma sua, quia præmisit: Vade retrò, Sathana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, quasi dicat, ego percutiam te isto gladio, & faciam te percussum retrò ire. Item Iudæos in multis locis per auctoritates confutabat. Quartò post arma petit auxilium, dicens. c Exurge in adiutorium mihi.

Armis verborum sacræ Scripturæ Christus pugnauit contra Diabolum & Iudæos. *Deut.6.c.*

a Apprehende arma, & b scutum: & c exurge in adiutorium mihi. d Effunde frameam: & e conclude aduersus eos qui persequuntur me.

Nota arma
- Christi
  - Zelus eius. *Sap.*5.c. Accipiet armaturam zelus illius.
  - Caro eius, 1. *Mach.* 3. a. Succinxit se Iudas arma bellica sua in præliis.
- Hominis boni.
  - Doctrina & oratio, 2. *Machab.* 15. b. Singulos eorum armauit Iudas, non clypeo, & hasta, sed sermonibus optimis.
  - Virtutes. *Ephes.*6. c. Accipite armaturam Dei. 2. *Cor.*10. b. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, &c.
  - Scripturæ sacræ, 4. *Reg.*11.b. Vallabitis Regem habentes arma in manibus. *Cant.*4.b. Mille clypei, &c.
  - Vestes sacræ, *Paral.* 2. 23. b. Leuitæ circundent Regem habentes singuli arma sua.
- Hominis mali.
  - Diuitiæ, *Prouerbior.* 22.a. Diuitiæ & gloria, & vita, arma & gladij in via superbi.
  - Scientia, 1. *Mach.*5. e. Proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum.
  - Excusatio peccatorum, 1. *Paralip.* 10. c. Arma Saül consecrauerunt in phano Dei sui, & caput affixerunt in templo.
  - Membra, *Rom.*6. c. Exhibete membra vestra arma iustitiæ Dei.
- Angeli
  - Orationes, 2. *Machab.* 10. f. Cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cœlo viri quinque, ex quibus duo Machabæum medium habentes armis suis circumseptum incolumem conseruabant.
- Diaboli.
  - Hæretici & suggestiones, 1. *Reg.* 17. g. Arma illius posuerunt in tabernaculo suo.
- Peccati.
  - Verecundia, *Psalm.* 45. Arma & scuta comburet igni. *Eccl.* 9.d. Super arma dolentium ambulabis.
- Inferni.
  - Pœnæ. *Iob.* 20. d. Fugiet arma ferrea, & incidet in arcum æreum.

Mystic. a Apprehende arma] virtutum ad expugnandum inimicos.

Tribus armis Christus tres hostes deuicit. b Et scutum] carnis ad recipiendum ictus. Tribus autem armis, scilicet, humilitate, paupertate, vitæ austeritate, tres hostes deuicit Christus, scilicet, Diabolum, per humilitatem: carnem, per vitæ austeritatem: mundum, per paupertatem. De illis tribus armis dicit ipse in *Psalm.* 87. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus. Illi autem tres hostes, quos iste verus Dauid manus suæ fortitudine deuicit, significati sunt per tres hostes, quos habuit Dauid, & quos superauit, videlicet, per Goliam Gigantem, per quem Diabolus designatur; per Saül, qui interpretatur petitio: per quem significatur caro, quæ semper petit, & clamat, affer, affer: *Prouerbiorum* 30. b. Et per Absalonem, qui pax patris interpretatur, licet patrem persecutus fuerit, per quem mundus designatur: quia pacificus videtur; sed tamen osculando interficit. Et præcipuè, sicut Absalon patrem persecutus est, ita mundus eos qui eum ædificant, & diligunt, persequitur & interficit. Vnde dicit: Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. *Matth.* 26. *1.Reg.*17.*f.*

Sed Christus per hæc arma tria, istos tres hostes deuicit. Vnde dicitur ei. Apprehende arma, & scutum. *Sap.* 5. c. Apprehendet armaturam zelus illius. *Iob* 29. c. Iustitia indutus sum.

c Et exurge in adiutorium mihi] contra aduersarium, qui me infestat, & præualet infestando. Vnde alibi in *Psalm.* 12. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, &c. Et dicit [Exurge] quia quasi dormire videbatur. Vnde in *Psalm.* Exurge, quare obdormis, Domine? Et item propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. *Augustin.* Dulce est spectaculum videre agnum pugnantem cum leone. *Psalm.* 11.

Alleg. d Effunde frameam] dicit Christus Patri, id est, iram, & vindictam, id est, abundanter vindica me, de qua *Ezech.* 21. 2. Eduxi gladium meum irreuocabilem de vagina sua. Item *Ezech.*20. f. In brachio extento, & furore effuso regnabo super vos.

e Et conclude aduersus eos, qui persequuntur me, id est, confunde Iudæos, sicut confunditur homo, quando concluditur ei. Conclusit autem eis Deus Pater, quando corpus Christi, quod in monumento reclusserant cum custodia militum, à potestate eorum exclusit, cùm eum resuscitauit. Vnde adhuc in Resurrectione conclusionem istam ad confusionem eorum cantat *Ecclesia*, dicens: Dicant nunc Iudæi, quomodo milites custodientes sepulchrum perdiderunt Regem, ad lapidis positionem. Et post addit: Aut sepultum reddant, aut resurgentem adorent. Vnde *Ecclesiast.* 36. b. Glorifica manum, & brachium dextrum, excita furorem, & effunde iram: extolle aduersarium, & affilge inimicum. Manus & brachium Patris dicitur filius, qui glorificatus fuit à Patre in Resurrectione. Excitauit autem Dominus furorem eius, quando Iudæos tradidit in manus Romanorum; vel excitabit in futuro iudicio.

Moral. A Dic animæ stimulum calcitrare. Et sic conuersus ad Dominum. Sed quia rebelles sunt multi. Ideò.

a Apprehende arma] ad expugnandum.

b Et scutum] ad sustinendum. Arma diuersa, scilicet, gladium verbi Dei: *Ephes.* vltim. c. Item arma, scilicet, pharetram, & arcum, de quibus dicit Isaac *Genes.* 27. a. Sume arma tua, pharetram, & arcum, &c. Pharetra Dei, quam sumpsit ad venandum homines peccatores, fuit eius amor. Arcus, eius largitas: Qui arcus, sumptis de pharetra amoris sagittis beneficiorum, multas ad nos traxit, & corda carnea, id est, mollia, & humore gratiæ humefacta, vulnerauit. Vnde *Cantic.* 4. c. Vulnerata charitate ego sum, secundum aliam translationem, vbi habemus: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. Et *Canticor.* 5. c. Adiuro vos, filiæ Ierusalem, si inueneritis Dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. Hæc arma apprehendit Dominus ad deuincendam malitiam hominum, quando Solem suum facit oriri, non solùm super bonos, sed & super malos: & bona sua indignis peccatoribus largitur, vt sic eos conuertat. Sed quia hæc etiam non ad pœnitentiam, sed ad luxuriam conuertunt: & vnde deberent ad Dominum conuerti, inde eum peccando persequuntur per superbiam, & luxuriam, vt dicitur *Osea* 2. b. Dedi frumentum, & vinum, & oleum: & argentum multiplicaui eis, & aurum quæ fecerunt Baal, scilicet, inde superbiendo. Et *Ierem.*5.b. Saturaui eos, & mœchati sunt; Ideò ne Dominus indignetur, & ad vindictam se conuertat, rogat, vt patienter sustineat, addens hic, [Et scutum,] mansuetudinis, & patientiæ ad sustinendum eorum infestationes. *Isaia* 1. d. Laboraui sustinens. Item quia mali, quando per amorem non possunt conuerti; tamen per timorem conuertuntur. Ideò de timore subiungit. *Matth.*5.*g.*

d Effunde frameam] id est, districtionem iudicij, effunde in cordibus eorum. De qua framea, siue gladio, *Iob* 19. b. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est. Et quis sit iste gladius, determinat Iob ibidem, statim subdens: Et scitote esse iudicium. Sicut enim gladius scindit; ita iudicium Domini scindet malos, & diuidet à bonis Vnde *Matth.* 25. c. Segregabit eos ab inuicem, sicut Pastor.

e Et conclude aduersus eos, &c.] id est, ostende eis conclusionem, quam in iudicio facies, dicens; Ite maledicti in ignem æternum. Hæc erit dura conclusio. Sed quia ex respectu illius iudicij posset quis per nimium timorem ad desperandum moueri: Ideò consequenter petit spem dicens:

Psalmus XXXIV.

Alleg.

a a Dic animæ meæ, salus tua ego sum] id est, ostende de anima mea, quòd tu es salus eius. Quod fecit Dominus, cùm eam ad inferos deduxit, & reduxit cum sanctis animabus, quæ in Lymbo detinebantur. Psal.15. Non derelinques animam meam in Inferno. Vel in alio sensu in persona Ecclesiæ. [Effunde] ô Christe, frameam, id est, animam tuam, id est, pro nobis moriendo emitte Spiritum tuũ in Cruce. Dicitur autem anima Christi framea, sicut suprà dictum est ibi: Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ: quia per eam, quasi per gladium acutum, diuisit Iustos à malis, &

al. † requirentes.
Psalm.16.
al. † quæ cogitant.
al. † tribuans.

dic a animæ meæ, salus tua ego sum. b Confundantur & c reuereantur, † d quærentes animam meam. e Auertantur f retrorsum & g confundantur, † h cogitantes mihi mala. i Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & k Angelus Dñi † l coarctãs eos.

debellauit aëreas potestates, quando extraxit eam de vagina corporis mortalis. Sed victoria habita, reposuit eam in vaginam, quando, scil. rediit anima ad corpus, & resurrexit Christus. Sed nota quod dicit: Effunde, vt notet amorem Christi ad animas nostras. Quod enim effunditur, non appretiatur: & Christus animam suam neglexit, & quasi vilipendit, dans eam pro animabus nostris. Ierem. 12. b. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Et conclude aduersus eos, qui persequuntur me] id est, aduersus Dæmones: Dominus enim argumentatione vsus est contra Diabolum. Proposuit incarnationem, assumpsit humilitatem, conclusit mortem. Vnde in passione dixit: Consummatum est. Ezech. 7. f. Fac conclusionem. Aliud argumentum iterum faciet Dominus. Proposuit enim præcepta, & prohibitiones; nos assumpsimus transgressionem, & ipse concludet æternam damnationem. Matth. 25. d. Ite ergo, maledicti, &c. 1. Mach. 4. d. Conclude exercitum istum in manu populi Israel. Dic animæ meæ per effectum: Salus tua ego sum] quod fecit Christus, cùm animas Sanctorum de Lymbo eduxit; cùm eas in cœlo quotidie recipit. Hoc etiam potest & debet dicere quilibet, quando tentatur, præcipuè de desperatione: quia tunc multi dicunt animæ eius, quòd non est salus ipsi in Deo eius: sed cùm Dominus dat ei fiduciam, & confortat in spe, tunc dicit animæ eius: salus tua ego sum. Isa. 43. b. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me Saluator. Isa. 66. d. Salus mea non morabitur. Item Isa. 56. a. Iuxta est salus mea, vt veniat.

Ioan.19.f.

b Confundantur, &c.] Hic enumerantur pœnæ inimicorum, siue Dæmonum, siue hominum, quas in futuro sustinebunt. Et loquitur Christus, vel vir iustus prædicendo, vel zelo iustitiæ optando. Prima est confusio, de commissis, de qua dicit: Confundantur mala confusione, de qua Ierem. 17. c. Confundantur, qui me persequuntur: & non confundar ego. Secunda est horror inferni: Vnde dicit.

c Et reuereantur] id est, timeant, & horreant. Psalm. 34. Induantur confusione & reuerentia.

d Quærentes animam meam.] Hi sunt Dæmones, qui quærunt tantùm animas. Gen. 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Item mali homines, etsi non sit de intentione sua quærere animas; tamen quærunt, id est, venantur eas, sicut canes Diaboli. Diabolus enim expectat se animam habiturum, & illi pellem, id est, temporalia. Sicut aliqui sunt, qui quærunt, & venantur aliis, vt ipsi pellem habeant, & alij carnes: Et sicut econuerso multi venantur vulpes, vt pellem habeant, carnes autem proiiciunt canibus. Hoc benè intellexit Beatus Bernard. Qui cùm esset iuuenis, & iret peregrè ad studium, & in domo quadam hospitatus esset, de nocte venit mulier ad lectum eius, & ipse sentiens eam, clamauit; Latrones, latrones, quod etiam secundò factum est. Et cùm in crastino, socij eius quærerent, quare ita de nocte clamasset, latrones: exposuit eis, quòd illa volebat furari thesaurum virginitatis eius, & gratiæ: & ita per consequens quærebat animam. Tertia pœna est separatio à Deo, de qua dicit.

e Auertantur retrorsum.] Cùm enim ad iudicium surgent, tunc progredientur: Sed data sententia, mali cum Dæmonibus à Deo auersi retrogradientur ad supplicium Inferni: Boni autem vltra progredientur vsque ad cœlum cum Domino perenniter permansuri. Vel sic: Auertantur à Deo: Et hoc est primum in peccato. Prou. 1. d. Auersio paruulorum interficiet eos.

f Retrorsum] ad temporalia: Et hoc est secundum in peccato. Phil. 3. c. Ea quæ retrò sunt, obliuiscens. Luc. 9. g. Nemo mittens manum ad aratrum, &c. Quarta est confusio de omissis: Vnde dicit.

g Et confundantur] de bonis, quæ omiserunt, cùm viderint bonos de bonis operibus remunerari. Vel per ista duo, confundantur, notatur duplex confusio. Vna exterior, qua erubescent coram omnibus, qui in iudicio erunt. Alia interior, qua in suis conscientiis confundentur. Vnde in Psal. 108. Induantur sicut diploide confusione sua. Diplois enim duplex vestis est, & induentur sicut diploide confusione, qui hac duplici confusione confundentur.

h Cogitantes mihi mala] id est, contra me. Vel cogitantes mihi in corde, vbi ego video, dicit Christus. Et si cogitantes confundentur, ergo multo fortiùs facientes mala. 1. Ioan. 3. c. Qui odit fratrem, homicida est.

* a Dic animæ meæ, &c.] id est, conforta me, suggerens, quod non mea iustitia, sed tua misericordia me saluabit. b Confundantur.] Suprà egit de his, quæ optat vir iustus fieri peccatoribus, vt conuertantur: hic agit de his, quæ peccatores faciunt in conuersione ipsa. Primum est, quòd confundentur apud se cogitantes de peccatis suis, & enormitate eorum. Vnde dicit: confundantur, Naum 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Prouerb. 12. a. Res dignas confusione gerit. Et hæc est bona confusio. Ecclesiast. 4. c. Est confusio adducens gloriam, &c. Secundum est, quòd terrentur à respectu iustitiæ Dei: Vnde addit. — Moral.

c Et reuereantur] id est, reuerenter terreantur, vt induantur confusione bona, & reuerentia.

d Quæ, &c.] Sap. 12. c. Cum reuerentia magna disponis nos. Tertium est, quod abhorreant peccatum, & relinquant actum peccandi. Vnde dicit.

e Auertantur] vel conuertantur secundum aliam literam, à peccato.

f Retrorsum] scilicet, ad Deum, quem retrò se reliquerant. Ierem. 3. a. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Et quia quadrupliciter peccatur, quater clamat Dominus: Reuertere, reuertere, reuertere, reuertere Sunamitis, id est, captiua anima: Cant. 6. d. Quartum est, quòd confitentur peccata. Vnde dicit.

g Et confundantur] scil. confusione bona, de qua Eccl. 4. c. Est confusio adducens gratiam, & gloriam. Et pro quibus orat, ostendit, quia pro inimicis. Vnde dicit.

h Cogitantes mihi mala] & notabiliter dicit mihi, licet consonantiùs videretur dixisse, aduersum me, quia sensus est, Mihi, id est, ad meam vtilitatem. Rom. 8. f. Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Sequitur.

i Fiant tanquam puluis.] Hic enumerantur mala, quæ imprecatur Christus, vel vir iustus malis hominibus habenda in præsenti. Primum est imbecillitas, & inconstantia in tentationibus, de quo dicitur Isa. 1. d. Rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate in tempore vesperi. Vnde dicit; fiant tanquam puluis, &c.] id est, ita deiiciantur à tentationibus, sicut puluis à facie, id est, à præsentia, & instantia venti flantis: De quo supra in Psalm. 1. Non sic impij, non sic; sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Ibi diffusè dictum est de hoc. Secundum est perplexitas in dubiis. Vnde bene sequitur.

k Et Angelus Domini] id est, Diabolus.

l Coarctans eos] in perplexitatibus. Et dicitur Diabolus Angelus Domini, scilicet malus, quia velit, nolit, Domino subiectus est. Simile 1. Reg. 16. c. Ecce Spiritus Domini malus exagitat te. Iob 40. d. Nunquid feriet tecum pactum, aut accipies eum seruum sempiternum? Iob 3. d. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles. Iste autem Angelus coarctat malos multis modis. Primò temporalia auferendo, vt ad ea quærenda eos arctet, vel ad Deum blasphemandum incitet. Exod. 5. d. sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: ite, & colligite vobis, sicubi inuenire poteritis. Et Iob 1. b. dixit Sathan ad Dominum: Nunquid frustrà Iob timet Deum? Nonne tu vallasti eum, & domum eius, vniuersámque substantiam eius per circuitum; operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi? Secundò, coarctat eos per ineptam erubescentiam: De qua Eccl. 4. c. Est confusio adducens ignorantiam. Iudic. 1. g. Arctauit Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, vt ad planiora descenderent. Amorrhæus interpretatur amaricans, & significat Diabolum. Dan interpretatur iudicium filij perditionis, quos Diabolus arctat in monte superbiæ.

Diabolus coarctat malos multis modis.

Nec

Nec dat eis locum pœnitentiæ, vt ad planiora deſcendant per humilem contritionem, confeſſionem, ſatisfactionem. Tertiò arctat eos inducendo in perplexitatem. *Exod.* 14. d. dicitur, quòd filij Iſrael erant ex vna parte circundati mari, ex alia montibus. *Iob* 40. b. Nerui teſticulorum Leuiathan perplexi ſunt. *Thren.* 3. b. Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: cóclufit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. Tertia pœna, ſiue malum, quam patiuntur mali in præſenti, eſt excæcatio, & ignorantia: Vnde addit. *a* Fiat via illorum] id eſt, vita malorum.

al. † fiant viæ.
al. † muſcipulam corruptionis ſuæ vano.
al. † illis muſcipula, quam ignorant.
al. † occultauerunt.

† *a* Fiat via illorũ *b* tenebræ, & *c* lubricum: & *d* Angelus Domini *e* perſequens eos. Quoniam *f* gratis *g* abſconderunt mihi † *h* interitum laquei ſui, *i* ſupernacuè *k* exprobrauerunt *l* animam meam. *m* Veniat † illi *n* laqueus, *o* quem ignorat: & *p* captio, quam † abſcondit,

b Tenebræ] per ignorantiam. *Pſ.* 81. Neſcierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant. Quartum eſt multiplex occaſio ruendi in peccatum: Vnde adiungit.

c Et lubricum] *Thren.* 4. d. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum. *Ierem.* 38. f. Viri pacifici tui demerſeruut te in cœno, & in lubrico pedes tuos. Quintum eſt impulſus Diaboli: Vnde ſequitur.

d Et Angelus Domini,] id eſt, Diabolus, vt ſuprà. De quo *Prou.* 17. b. Semper iurgia quærit malus; Angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Iſa.* 19. a. Concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios, id eſt, Dæmones aduerſus peccatores.

e Perſequens eos] vt impellat, & deiiciat in hoc lubricò, & pertrahat ad infernum. Sicut ſolet paſtor perſequi oues, & impellere, vt ad caulas ducat eas; ita Diabolus ad caulas inferni ducit ſuos. In quorum perſona dicit Ieremias. *Thren.* 3. a. Me minauit, & adduxit in tenebris, & non in lucem, tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die. Viator, cui occurrunt & pariter concurrunt iſta tria, non poteſt non corruere: Qui enim incedit per noctem tenebroſam, per viam lubricam, & adhuc impellitur, non poteſt ſubſiſtere. Hæc tria comminatur Dominus Prophetis, & Sacerdotibus: & hodie videntur impleta in Eccleſia. *Ierem.* 23. c. Vbi ſic dicit: Prophetæ & Sacerdotes polluti ſunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus. Idcircò via eorum erit, quaſi lubricum in tenebris: impellentur & corruent in ea: Ecce illa tria incommoda, & ruina, quæ ſequitur ex his. Tamen econuerſo Sacerdotes deberent eſſe, & lux, & Duces aliorum, & protegere eos ab impulſu Diaboli. De primo, ſcilicet, de luce, *Matth.* 5. b. Vos eſtis lux mundi. De ducatu. *Pſal.* 76. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi, & Aaron De tertio *Ezech.* 13. a. Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael.

Allegor. de Christo, & de cauſis propter quas Iudæi pœnas ſupradictas meritò patiantur.

f Quoniam gratis, &c.] Hic oſtenditur cauſa, quare ſupradictæ pœnæ malis eueniant: Et dicit hoc ſpecialiter Chriſtus de Iudæis. Illa mala prædicta eis euenient: Quoniam gratis, id eſt, ſine cauſa.

g Abſconderunt mihi interitum laquei ſui,] id eſt, laqueum ſuæ fraudulentiæ, vt me interimerent, quando, ſcilicet, conſilia faciebant, & inſidias mittebant, vt me ad mortem traherent. *Ioan.* 11. f. Collegerunt Pontifices, &c. & bene [gratis] hoc fecerunt Iudæi, quia etiam non conducti, ſicut milites cuſtodientes ſepulchrum *Matth.* 28. c. Et nota, quòd dicit [Laquei ſui] non mei, quia priùs in ſeipſos peccauerunt, quàm in eum: Nemo enim priùs in alium, quàm in ſe peccat.

k Et exprobrauerunt] id eſt, opprobriis accuſauerunt.

l Animam meam] quærentes eam perdere, Sed.

i Supernacuè] id eſt, inutiliter, vel ſine cauſa hoc fecerunt. Et in verſu iſto multiplex cauſa aſſignatur, quare meritò prædicta patiantur. Innuitur enim primò eorum malitia, per hoc, quod dicit: [Gratis.] Secundò fraudulentia, per hoc, quod dicit: [Abſconderunt.] Tertiò crudelitas, per hoc, quod dicit: [Interitum.] Quartò ſtultitia; per hoc, quod dicit: [Superuacuè.] Quintò contumelia, per hoc, quod dicit. [Exprobrauerunt.] Sextò præſumptio, per hoc, quod dicit. [Animam meam.] Sed quia per quæ peccat quis, per hæc & punitur, vt dicitur *Sap.* 11. c. Ideò, quia abſconderunt mihi interitum laquei.

m Veniat illi populo, vel iſtis Iudæis.

n Laqueus] deceptionis, & excæcationis.

o Quem ignorat] quia populus ille ſapientem ſe reputabat, *Ioan.* 9. g. In iudicium ego veni in mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et paulò poſt addit: Si cæci eſſetis, peccatum non haberetis: nunc autem quia dicitis; videmus, peccatum veſtrum manet. *Prouerb.* 21. a. Impinguentur ad laqueos mortis. Et quando? In ipſa morte. Vnde *Iob* 18. b. Tenebitur planta eius laqueo, id eſt, extremitas vitæ. [Quem ignorat] *Iſa.* 47. c. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius. *Eccl.* 27. d. Non agnoſcet, vnde adueniet illi.

p Et captio, quam, &c.] quam credebat me ignorare;

A Apprehendat

Moraliter. *f* Quoniam gratis, &c.] Iſti etiam duo verſus in eodem ſenſu de viro iuſto poſſunt legi; vt dicat vir iuſtus: [Quoniam gratis abſconderunt mihi,] Dæmones, vel mali homines.

h Interitum laquei ſui.] Laqueus, quo ſuſpendit Diabolus, & etiam ſuſpenditur (& ideò benè ſuus dicitur) eſt peccatum. Vnde *Prou.* 5. d. Iniquitates ſuæ capiũt impium: & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Hunc laqueum duo concomitantur, ſicut eſt in laqueo, quo aues capiuntur: vel in hamo, quo piſces capiuntur, videlicet, eſca alliciens, & mors eius, qui in eo capitur. Eſcam oſtendit, & prætendit Diabolus ad modum aucupis, vel piſcatoris, cùm voluptatem peccati prætendit; ſed mortem, vel interitum abſcondit: quia ſi interitum ſequentem oſtenderet, nullus eſcam morderet; ſed quia abſcondit, multos capit. Vnde *Eccl.* 9. c. Sicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues comprehenduntur laqueo: ſic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo ſuperuenerit, i. tempore tentationis. *Abac.* 1. d. Totum ſubleuabit in hamo, traxit illud in ſagena. Hunc etiam interitum abſcondunt homines peccatores mouentes bonos ad delitias, & diuitias, & honores, & de pœnis inferni nihil loquentes, vel eas etiam nihil eſſe aſſerentes. Vnde *Sap.* 2. a. Dixerunt impij apud ſe cogitantes non rectè, exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, non eſt refrigerium in fine hominis: quia non eſt, qui agnitus ſit reuerſus ab inferis; quia ex nihilo nati ſumus: & poſt hoc erimus, tanquam non fuerimus, &c. Et ex his poſtea concludunt: Venite ergo, & vtamur bonis, quæ ſunt, &c. Et poſtea: Circumueniamus Iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis. Sed cùm Diabolus, vel etiam mali homines blanditiis non poſſunt hominem allicere; tunc ad manifeſtam tribulationem, & perſecutionem ſe conuertunt: Vnde addit *Pſal.* 3.

i Superuacuè exprobrauerunt animam meam] i. opprobriis affecerunt, dicentes animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Vnde *Sap.* c. 2. c. dicunt impij de Iuſto: Abſtinet ſeſe à viis noſtris, tanquam ab immunditiis: & præfert nouiſſima Iuſtorum, & gloriatur ſe Deum habere Patrem: Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint. Et pòſt: Contumelia, & tormento interrogemus eum. Sed hoc [ſuperuacuè,] quia totum cedit, non ad intentionem malorum; ſed ad vtilitatem Iuſtorum. Vnde ibi *Sap.* 2. in fine ſubditur: Hæc cogitauerunt, & errauerunt; excæcauit enim illos malitia eorum. Bene excæcati ſunt malitia ſua, tam Dæmones, quàm impij homines, qui cùm alios ad caſum volunt attrahere, ſuam propriam ruinam procurant. Vnde addit.

m Veniat illi] ſcil. Diabolo, vel malo homini.

n Laqueus] mortis æternæ: De quo *Prou.* 21. a. Impinguentur ad laqueos mortis.

o Quem ignorat] Diabolus, id eſt, ignorare facit, vt prædictum eſt. Vel [Ignorat] homo, quia ſi cognoſceret eum, peccare ceſſaret. Vnde *Greg.* Si ad quas impij properant pœnas, aſpicerent, profectò greſſus reflecterent. *Iſa.* 47. c. Veniet ſuper te malum: & neſcies ortum eius. *Eccleſ.* 27. d. Qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti conſilium nequiſſimum, ſuper ipſum deuoluetur: & non agnoſcet, vnde adueniet illi. Sic accidit, ad literam, Achitophel, 2. *Regum* 17. f. Et Aman. *Eſther* 7. d. Qui ſuſpenſus eſt in patibulo, quod parauerat Mardocheo: Et eſt hoc iuſtum iudicium: vt qui laqueum aliis abſcondunt, ipſi in laqueum cadant. Vnde Poeta.

Imbuit auctor opus:
Iuſtus vterque fuit; neque enim lex iuſtior vlla eſt,
Quàm necis artifices, arte perire ſua.

Ouid. de arte lib. 1.

Et quando erit hoc? In ipſa morte hominis. *Iob* 18. b. Tenebitur planta illius laqueo, id eſt, finis vitæ. Vel de Diabolo in extremo iudicio. *Eccl.* 27. d. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu Iuſtorum.

Et hoc eſt, quod ſubditur. *p* Et captio, quam abſcondit] * apprehendat eum

a apprehendat † eum, & in b laqueum cadat in † c ipsum. d Anima autem mea exultabit in Dom no, & e delectabitur super salutari † suo. Omnia f ossa mea dicent : g Domine quis similis † tui ? † h Eripiens inopem i de manu fortiorum eius ; k egenum & pauperem à † l diripientibus.

al. † eos.
al. † muscipula incidūt in ipsa.
al. † Ipso.
al. † eius.
al. † tibi.
al. † eruens.
al. † rapientibus.

Alleg. A a Apprehendat eum,] id est, quia me volebant fraudulenter capere in sermone, & quia me proditoriè venditum capere venerunt, & abscondebant hoc à me, licet me non lateret: capiantur ipsi, & illaqueentur vinculis peccatorum. *Eccl.* 27. d. Qui laqueum alij parat, peribit in illo : & facienti consilium nequissimum, super ipsum deuoluetur. Exemplum de Achitophel 2. *Reg.* 17. f. Et de Aman, Esther 7. d. qui parauerat Mardocheo patibulum, & suspensus fuit in illo.

b Et in laqueum cadat in ipsum.] Hoc est expositio praecedentis. c In ipsum] non in alium, quem mihi parauerunt, id est, non est alia causa ruinae eorum. Quod melius exprimit alia litera, quae habet [ipso] neutraliter, id est, eo ipso cadant, quia mihi laqueum parauerunt. Vel de poena corporali, qua puniti sunt, potest legi : Veniat illi laqueus captiuitatis [quem ignorat] futurum esse. Vnde Dominus compatiens ciuitati Ierusalem propter hoc destruendae, fleuit super eam : *Luc.* 19. f. Et dixit : Quia si cognouisses & tu, id est, si cognouisses destructionem tuam futuram, sicut & ego : fleres & tu sicut & ego. Vnde addit Dominus : Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi ; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia dies venient in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te. Ecce quod dicit hic [Veniat illi] ciuitati, vel populo [Laqueus, quem ignorat : & captio, quam abscondebat, apprehendat eum] id est, propter hoc, quod mihi fecerunt, capiantur similiter à Tito, & Vespasiano [Et in laqueum cadat, scilicet, in laqueum mortis [In ipsum] id est, sicut me interfecerunt.

Moral. a apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum,] Alia litera habet [In calamitatem] quod benè competit poenae inferni. De cuius apprehensione. *Iob* 27. d. Apprehendet eum, quasi aqua inopia. Et loquitur de diuite, qui alios facit, & dimittit inopes. Et ideò cadet in ipsum, quia apprehendet eum, quasi aqua, inopia, id est, abundanter habebit inopiam.

Allegoricè. d Anima autem mea, &c.] Secunda pars, vbi praemissa spe boni, & gaudio, enarrat Christus, quàm malignè erga eum egerunt Iudaei. Continuatio. Illi ita fecerunt mihi, dicit Christus, & ita est de retributione eorum : Anima autem mea exultabit in Domino, licet corpus contristari, & tribulari videatur. Et hoc dupliciter, vt loquatur verum. Vno modo de spe Resurrectionis, de qua Christus in Passione gaudebat. Vnde suprà habitum est, quod dicebat : Propter hoc laetatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Secundo modo potest legi de exultatione, quam semper habuit fruendo. Fuit enim simul viator, & comprehensor. Et vtroque modo potest dici : Anima mea exultabit in Domino, & illud, quod sequitur.

e Et delectabitur super salutari suo] id est, super saluatione sua facta in Resurrectione.

f Omnia ossa mea] id est, omnes Apostoli mei, qui dicuntur ossa, quia tenuerunt corpus Christi in virtute : De quibus suprà habitum est : Dispersa sunt omnia ossa mea, scilicet, in Passione. Sed postea glutino Spiritus Sancti recollecti, & coniuncti, confirmauerunt Ecclesiam. Vnde *Thren.* 1. e. De coelo misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Haec ergo ossa, dicit Christus, dicent post Resurrectionem.

g Domine] Pater [quis similis tui ?]

h Eripiens] id est, qui es [eripiens inopem]. Christum.

i De manu fortiorum eius] secundum opinionem eorum, sed non in veritate : Hi fortiores fuerunt Pilatus, & Iudaei. Vnde dixit ei Pilatus, *Ioann.* 19. a. Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te ? k Egenum, & pauperem] i. Christum. l A diripientibus eum] Iudaeis durè recipientibus eum ad tormentum. A quibus eripuit eum. A Dominus cùm eum

Moral. Moraliter] dicit vir iustus. d Anima autem mea,] quasi dicat. Ita malè veniet illis supradictis. Et licet ipsi mali contristent carnem ; tamen [anima mea exultabit in Domino in praesenti. *Abac.* 3. d. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu Salutari meo. Vnde hic bene sequitur.

e Et delectabitur] non in mundo, sed [Super Salutari suo.] *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. Sed mali non delectantur in Domino, sed in mundo : non in bono, sed in malo. *Prouerb.* 2. c. Laetantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. *Iob* 27. b. Quae est spes hypocritae ; aut poterit in omnipotente delectari ? Super quo dicit *Greger.* Esse sine delectatione anima non potest : nam semper vel in infimis delectatur, vel in summis. Delectari in Domino hypocrita non potest, quia mentem eius spinae terreni amoris premunt, & pungunt. Vel de futuro potest legi, vt post retributionem malorum, quae in praecedenti versu notata est, ponatur hic retributio bonorum, quae in cognitione humanitatis, & Diuinitatis cōnsistit. Vnde *Ioan.* 17. a. Haec est vita aeterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quae duo tanguntur in hoc versu: Per hoc enim, quod dicit [anima mea exultabit in Domino] tangitur Diuinitas. Per hoc, quod dicit [Delectabitur super Salutari suo] tangitur humanitas. In horum autem cognitione erit gaudium, & delectatio nostra. Vnde *Zach.* 10. c. Laetabitur cor eorum, quasi à vino ; & filij eorum videbunt, & laetabuntur, & exultabit cor eorum in Domino. Sequitur.

Ossa animae dicitur multipliciter. f Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tui ? Hoc similiter de praesenti potest legi & de futuro.

Ossa dicuntur.
- Opera fortia. Vnde *in Psalm.* 138. Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto.
- Virtus spiritualis. *Prou.* 16. d. Dulcedo animae sanitas ossium. *Gloss.* id est, virtutum spiritualium.
- Intentio. Vnde dicit *Beatus Bernardus.* Ponamus quandam animae cutem, cogitationes, carnem, affectiones, ossa, intentionem : sic erit in ossis integritate, animae vita, in carnis incorruptione, sanitas : in cutis specie pulchritudo. Interdum cutis decoloratur, cùm inutilis cogitatio in corde versatur. Aliquando caro vulneratur, quando, scilicet, affectio corrumpitur. Nam ossa Iustorum illaesa custodiuntur.
- Perseuerantia. *Eccl.* 26. c. Gratia mulieris sedulae, siue sensualitatis, delectabit virum, id est, spiritum : & ossa illius impinguabit.

Haec ergo [Omnia ossa dicent : Domine, quis similis tui ?] bona opera faciendo, & virtutes multiplicando, & rectam intentionem habendo, & vsque in finem perseuerando, ostendam, quòd non est similis tui, quia praeter te nihil aliud quaeram. Vel sic [Dicent quis similis tui] id est, per ea ostendam, quòd pauci sunt tibi similes, id est, habent similitudinem tuam : Bona enim vita Iustorum ostendit dissimilem Deo esse vitam malorum. Et nota, quòd non dicit : Quis habet Imaginem tuam, sed dicit : [Quis similis tui.] Omnes enim tam boni, quàm mali habent Dei imaginem ; sed pauci similitudinem : quia Imago est in naturalibus ; similitudo in gratuitis. *Psalm.* 38. Verumtamen in Imagine pertransit homo. *Prouerbiorum* 15. b. Cor stultorum dissimile. Sed sicut dicit *Ecclesiastic.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus : Et ideò bene potest dici : Quis similis tui ? quasi pauci. Sed infiniti dissimiles. Vnde *Ierem.* 23. b. Factus est cursus eorum malus, & fortitudo dissimilis. Quis ergo similis tui in bonitate ? Nullus re ; sed multi desiderio. *Isa.* 14. d. Ascendam in coelum : similis ero Altissimo. Vel [Quis similis] sapientia ? nullus verè, sed aliquis fictè. *Ezech.* 28. a. Dedisti cor tuum, quasi cor Dei. Vel [Quis similis] bonitate ? Nullus essentia, rari imitatione. Tamen Apostolus monet, *Eph.* 5. a. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Vel de futuro potest legi.

f Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tui ?] id est, tota virtute mea te laudabo, & admirabor, & secundum illud, quod promissum est per *Isa.* 60. a. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Et verè nullus est tibi similis : Quia tu es.

Quis dicatur inops, pauper, & egenus. h Eripiens inopem de manu fortiorum eius.] Vnde *Iob* 5. c. Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. k Egenum & pauperem à diripientibus eum.] Fortiores, & diripientes sunt Daemones, vt praehabitum est, Deus eripit, & Diabolus diripit. Vnde *Matth.* c. 12. Et qui non congregat mecum, dispergit, id est, ad diuersa spargit, & rapit hominem. *Aug.* Ab vno aduersus multa euanui. Inops propriè dicitur, qui nihil habet, qui est sine ope, & opibus. Pauper, cui non sufficit,

Alleg. A Dominus cum eum suscitauit. Vnde suprà dixit Christus *Psalm.17.* ad patré: Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput Gentium. Et dicitur hic Christus inops *Qualiter Christus dicatur inops, pauper, & egenus.* & pauper, & egenus. Inops fuit, id est, sine opibus, superflua non quærens: pauper, necessaria non retinens. Sed quia quidam sunt, qui de propria facultate, nec superflua, nec etiam necessaria habent; tamen ab aliis sufficienter procurantur, ne hoc credatur in Christo fuisse, etiam egenus vocatur, id est egens.

al. † Insurgentes. *al. † Exurgentes.* tibus eum. † *a* Surgentes testes iniqui, quæ *b* ignorabam, *c* interrogabant me

Vel sic: [Omnia ossa mea dicent.] Hoc non mutatur. [Domine,] Christe, quis similis tui? Hoc dicebant Apostoli in se admirando, & aliis prædicando altitudinem tam Patris, vt supra dictum est; quàm filij, sicut patebit hic: [Eripiens inopem.] Vel sic: Tui, qui es, [Eripiens inopem] id est, hominem, vel genus humanum. De manu tortorum eius, scilicet Dæmonum, qui sunt fortiores, quam homo. Vnde *Iob* 40. d. Non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari, id est, Diabolo. *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. Item ossa Christi, vel Ecclesiæ dicuntur viri Religiosi. Ossa enim ferunt carnem corporis, sic Religiosi peccatorum infirmitatem. *Rom.* 15. a. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum supportare. 1. *Reg.* 15. f. Nunc quæso, porta peccatum meum. Item ossa diu durant; sic Religiosi diu viuunt, ad litteram, vita naturæ, & vita gratiæ. *Isa.* 38. d. Viuens viuens ipse confitebitur. *Ezech.* 18. c. Qui custodierit iudicia mea, vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet. Item ossa non habent sensum; sic Religiosi sine sensu sunt, quia mortui. *Col.* 3. a. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Item ossa plena sunt medullis: sic Religiosi pinguedine charitatis & deuotionis. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. *Ps.* 65. Holocausta medullata offeram tibi. Item ossa candida sunt; sic Religiosi intùs & extrà. Intùs, per bonam conscientiam; extra per bonam famam. *Thren.* 4. b. Candidiores Nazaræi eius niue. Item ossa fortia sunt: sic Religiosi ad onera pœnitentiæ & Religionis portanda. *Gen.* 49. c. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem, quòd esset bona: & terram, quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum. Item ossa non possunt flecti, nec Religiosi à regula sua. 2. *Reg.* 14. d. Sicut Angelus Domini: sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione flectatur. Item ossa abscondita sunt in carne; sic Religiosi in claustro. *Isa.* 32. a. Erit sicut vir qui à vento absconditur. Iuxta quod dicit *Ieron.* Si Monachus cupis esse, vt diceris, quid facis in vrbibus? Item ossa neruis sunt ad inuicem colligata: sic Religiosi duplici vinculo sunt ligati, id est, pacis & charitatis. De primo *Eph.* 4. a. Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. De secundo *Col.* 3. c. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Propter has nouem proprietates ossium dicuntur viri Religiosi ossa. Vnde versus.

Aliter.

Proprietates ossium, quibus Religiosi assimilantur.

Ossa ferunt, durant, sine sensu, plena medullis.
Candida, fortia, nescia flecti, tecta, ligata.

Et hæc ossa dicunt. [Domine, quis similis tui,] inter nos? quasi dicat nullus. *Exod.* 15. d. Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui magnificus in sanctitate: terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? De ista ereptione habitum est suprà in *Psalm.* 17. Eripuit me de inimicis meis fortissimis. Et *Ierem.* 31. b. Redemit Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris. Egenum & pauperem, id est, hominem, vel genus humanum. A diripientibus eum, id est, dirè rapientibus ad infernum. Quomodo autem genus humanum dicatur inops, & egenum, & pauper, habetur in *Glos.* videlicet, dicitur, Inops, quia mortale. Egenum, quia in sudore vultus sui quærit panem. Pauper, quia de pura sapientia eiectum, tenuem & vmbratilem sapientiam habet. Vel potest dici sic: Inops, quantum ad hoc, quòd primus homo spoliatus fuit gratuitis. Egenum, quia vulneratus fuit in naturalibus. Pauper, quia eiectus de Paradiso, miseriæ fuit expositus.

Moral. * Sufficit, quod habet Egenus, qui ab aliis quærit mendicando, quod habet. Moraliter. Inops est, qui caret gratia & virtute. Pauper, qui imperfectus est. Egenus, qui charitatem habet, & attribuit Creatori. Et omnes istos eripit Dominus de manu Diaboli.

Alleg. de Christo. *a* Surgentes testes.] In tribus præcedentibus versibus præmisit Propheta in persona Christi de spe boni, & gaudio. Hic incipit ostendere, quàm malignè contra eum fecerunt Iudæi. Vnde dicit [Surgentes] ad literam [testes] Iudæi, falsum dicentes testimonium, de quibus *Matt.* 26. f. Cùm multi falsi testes accessissent, &c. Interrogabant me, quæ ignorabā] vt eis videbatur, eo quod non respondebat Christus. Vnde *Matth.* 26. f. Nihil respondes ad ea, quæ ipsi aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Sciendum, quòd quidam surgunt bene, scilicet, pœnitendo. Vnde ad *Ephes.* 5. d. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Quidam autem surgunt malè, videlicet, vt malum operentur. *Exod.* 32. b. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sunt testes veritatis, de quibus *Act.* 1. a. Et eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Sunt & testes mendacij, vt hic, qui bene dicuntur iniqui, quia contra æquitatem testimonium perhibent. Sed sicut dicitur *Prou.* 19. b. Testis falsus non erit impunitus. *Testes veri & falsi.*

b Quæ ignorabam,] Tripliciter dicitur Deus ignorare, scilicet, quantum ad opinionem malorum, vt suprà dictum est. Item per experientiam. Vnde 2. *Cor.* 5. d. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. 1. *Pet.* 2. d. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hæc, scilicet, peccata, quæ ignorabat Christus, interrogabant ab eo, dum eum affligebant quasi peccatorem. *Sapient.* 2. d. Contumelia & tormento interrogemus eum: sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam eius: morte turpissima condemnemus illum. Item dicitur ignorare, id est, non approbare. Vnde *Matth.* 7. d. Nunquam noui vos. Item dicitur ignorare, quæ non facit nos scire. Vnde *Marc.* 13. d. De die autem illa nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius, nisi Pater. *Ignorare dicitur Deus tripliciter.*

A Retribuunt mihi

Moraliter. Potest modò dicere Christus.

a Surgentes testes iniqui, &c.] Æquus testis est, cuius vita, & verba æqua libra sibi respondent. Iniquus testis est, cuius verba sunt grana, & vita palea, id est, qui bona dicit, & mala facit. *Titum.* 1. d. Confitentur se nosse Deum; factis autem negant. Sed dicitur *Prou.* 19. b. Testis falsus non erit impunitus. Testes ergo iniqui generaliter sunt mali Christiani; sed specialiter mali Clerici, & specialiùs mali Theologi, specialissimè mali Prædicatores, mali Prælati, & mali Doctores, qui debent esse testes Christi vita & doctrina. Vnde *Isa.* 43. b. Nonne vos estis testes mei, dicit Dominus? Sed hi testes iniqui modò sunt surgentes in agro Dñi, sicut zizania inter triticum. De quibus *Matt.* 13. d. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Dominus seminauit bonum semen, scil. Apostolos, Martyres, & alios Sanctos Patres; sed modò surgunt in agro Domini, id est, in Ecclesia ista zizania, id est, isti falsi testes, de quibus dicit Christus, [Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me] id est, temporales diuitias, delitias & honores: quæ omnia Christus ignorauit, & per experientiam, & per approbationem, quia nec illa habuit, nec illa approbauit. Hæc autem interrogant Dominum, id est, petunt, & cupiunt sibi ab eo dari, tam Clerici, quam laici: tam subditi, quam Prælati. Secundum illud *Ierem.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, id est, temporalia ista, quæ vanitas, & mendacium sunt, vt suprà dictum est: De his falsis, & iniquis testibus dicit *B. Bernardus.* Ministri sunt, & seruiunt Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non ferunt. Vnde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frænis, in sellis, in calcaribus, & plus calcaria, quam altaria fulgent: Inde mensæ splendidæ, & cibis, & scyphis: inde comessationes, & ebrietates: inde cythara, & lyra, & tibia: inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud: Inde dolia pigmentaria: inde referta marsupia: Pro huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum Præpositi, & Decani, Episcopi, & Archiepiscopi: Sed quid dicit *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, id est, in Ecclesia, qui confiditis in monte Samariæ, id est, ecclesiastica dignitate. Optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel, qui dormitis in lectis eburneis, & comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph, id est, Christi. Ecce quòd quæ ignorat Deus, ipsi interrogant, & quærunt. Sed si Deus dat eis, nunquid non sunt ingrati? Sunt vtique. Vnde addit:

Moraliter. *Testis æquus & testis iniquus.*

Psalm. 145.

Alleg. A *a* Retribuebant mihi mala] persecutionis, ligationis, conspuitionis, illusionis, & multorum aliorum, quæ in Passione concurrerunt: & tandem ignominiosam mortē. *b* Pro bonis] pluribus. Vnde *Ioan.* 10. f. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum me lapidatis? *c* Sterilitatem animæ meæ,] id est, mihi homini. Et ponitur pars pro toto: Dicebant enim eum inutilem esse, & etiam noxium. Vnde dicebant: quia Dæmonium habes.

Ioan. 3. f.
al. † induebam me.
al. † Et.
al. † sinum meum.
al. Sicut, aut tāquam.

a Retribuebant mihi mala *b* pro bonis, *c* sterilitatem animę meæ. *d* Ego autem *e* cùm mihi molesti essent, † *f* induebar cilicio. † *g* Humiliabam in ieiunio animam meam : & *h* oratio mea in † *i* sinu meo conuertetur. † *k* Quasi proximum, & † quasi fratrem nostrum, sic *l* complacebam : † quasi *m* lugens, & *n* contristatus, sic *o* humiliabar. Et *p* aduersum me lætati sunt,

* *a* Retribuebant mihi mala pro bonis,] scilicet pro bonis naturalibus, quæ pertinent ad creationem; pro bonis gratuitis, quę pertinent ad recreationem; pro bonis temporalibus, quæ pertinent ad sustentationem. Pro primis deberent retribuere honorem Creatori; & retribuunt contumeliam. *Eccl.* 29. b. Pro honore, & beneficio reddet ei contumeliam. Pro secundis retribuere amorem Redemptori; & retribuunt odium. *Ose.* 7. d. Ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me contumeliam. *Psal.* 108. Posuerunt aduersum me mala pro bonis: odium pro dilectione mea. Pro tertiis deberent retribuere famulatum prouisori; & retribuunt persecutionem. *Ier.* 18. d. Nunquid redditur pro bono malum? Vnde conqueritur, & deprecatur *Zac.* 11. c. Si bonum est in oculis vestris, mercedem meam afferte; si non, quiescite, scilicet, a contumelia, ab odio, à persecutione. Hanc autem retributionem malorum vocat sterilitatem animæ suæ. Vnde addit.

Moral.

c Sterilitatem animę meæ] quia animam suam dedit Christus vt nos a peccato redimeret: Et qui a peccato cessare non vult, animam eius quantum in se est, sterilem facit. *Isa.* vlt. c. Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus. Et notandum, quòd lex Dei est, quæ dat bonum pro malo; lex Diaboli, malum pro bono; lex carnis malum pro malo.

d Ego autem.] Supra ostendit Christus, quæ mala fecerunt ei Iudæi, hic autem ostendit, quæ ipse econtrario fecit eis. Primum est, quia induit se mortalitate, & sub ea abscondit potentiam Diuinitatis. Vnde dicit. [Ego autem] quasi dicat. Illi ita retribuebant [Ego autem] Ego discretiuè.

Alleg.

Ioan. 16. a

e Cùm mihi molesti essent,] Iudæi, clamantes: crucifige, crucifige eum. *f* Induebar cilicio] id est, sub carne mortali latebam, nec ostendendam potentiam sumendo vindictā. Vnde dicit *Isa.* 53. a. Absconditus est vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Secundū est, quia humiliauit se. Tertium, quia ieiunauit: De quibus duobus dicit. *g* Humiliabam in ieiunio animam meam] In ieiunio ad literam. Vnde *Matt.* 4. a. & *Marc.* 1. b. habetur de ieiunio Domini. Et verè in illo ieiunio humiliauit animam suam: quia ieiunabat inter bestias, & quia patienter sustinuit tentationes Diaboli. Quartum fuit eius desiderium, quia salutem eorum desiderabat: Quod in isto ieiunio allegoricè notatur: quia cùm esuriret eorum salutem, secundum quod dicitur *Ioan.* 4. e. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Et *Ioan.* 6. d. dicit: Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris; vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo] tamen ieiunauit, quia paucos ad fidem conuertit. Et in hoc ieiunio, vt haberet cibum humiliauit animam suam vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Quintum est, quia pro eis orabat. Vnde dicit.

Phil. 2. a

h Et oratio mea conuertetur] id est, conuertebatur. *i* In sinu meo,] id est, in secreto Diuinitatis meæ, quæ intra me abscondita est, quasi dicat, ego homo orabam ad me Deum. Sextum est, quia eos diligebat: Vnde addit. *k* Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam.] Quod duobus modis construi potest. Primò sic [Complacebam,] supple, mihi in bonis eorum [sic quasi proximum; & quasi fratrem nostrum] id est, sicut de proximo & de fratre, vt ponatur casus pro casu. Vel, sic [cōplacebam] supple Patri, habendo eos, quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, licet mihi retribuerent mala pro bonis. Vnde dixit: Pater, ignosce eis, quia nesciunt, quid faciunt, *Luc.* 23. e. Septimum est, quia de peccatis eorum dolebat: Vnde addit. *m* Quasi lugens] id est, verè lugens. *n* Et contristatus] de peccatis eorum. *o* Sic humiliabar,] compatiendo eis. Vnde *Luc.* 19. f. Videns ciuitatem, fleuit super eam. Posteà ostendit, quod nec sic voluerunt conuerti, nec emendari, sed peiorati sunt: Vnde enumerat mala, quæ econtrario fecerunt ei. Primum est, quia aduersus eum lætabantur, & ei insultabant: Vnde dicit.

p Et aduersum me lætati sunt.] Vnde *infr. in hoc Ps.* dixerunt: Euge, euge. Secundū malū est cōspiratio eorū. Vnde addit: A Et conuenerunt

Moral.

Moraliter. *d* Ego autem cùm mihi molesti essent.] Hoc dicit vir iustus: & sic facere debet, quando molesti sunt ei inimici, scilicet, caro, mundus, Dæmones per importunitatem tentationum. *f* Induebar cilicio.] Ponit hic tria remedia contra molestiam illorum trium, scilicet, macerationem carnis, contra vitium ipsius carnis, orationē contra Diabolum, misericordiam contra mundum. Sed quia vitium carnis monstrum est, habens duo capita, scilicet, luxuriam & gulam: Ideò contra luxuriam primo dicit: Induebar cilicio. *Hieron.* Cinis & cicilium, arma sunt pœnitentium. *Gen.* 39. b. Mulier molesta erat adolescentia: & ille reliquit pallium in manu illius, & egressus foras, fugit. Per pallium significatur pretiositas, & mollities vestis, per quē mulier ad literam, vel caro apprehendit hominem vt dormiat secum. Sed qui relinquit mollitiem vestium, & sumit cilicium & asperas, & viles vestes, potest euadere hoc vitium. Contra gulam dicit. *g* Humiliabam in ieiunio, animā meam.] Et notabiliter dicit: Humiliabam in ieiunio, quia multi de ieiunio superbiunt. Vnde *Isa.* 7. b. Caput Syriæ Damascus. Damascus interpretatur bibens sanguinem: & significat ieiunium, quod ad literam, bibit & annihilat sanguinem, & carnem ieiunantium. Et est caput Syriæ, quæ interpretatur sublimis, id est, occasio superbiæ, & principium in multis, qui sunt ieiunantes hominibus, & non Deo. Sicut dicitur *Matt.* 6. b. Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: Exterminant enim facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes. Sic ieiunant hypocritæ, qui ieiunant non Deo, nec animæ suæ: sed populi famæ, &c. Et alij ieiunant carni suæ, vt Medici: Alij ieiunant marsupio, vt auari: Alij animæ suæ, vt viri iusti: Vnde versus. *Quare aliqui ieiunent.*

Ieiunat Iustus, Medicus, simulator, auarus,
Spiritui, carni, famæ, studio retinendi.

Contra tentationes Diaboli, quæ propriè sunt de superbia, dicit. *h* Et oratio mea in sinu meo conuertetur.] Vnde dicit *Gl.* super illud *Marc.* 9. d. Hoc genus Dæmonij in nullo potest eici, nisi in oratione & ieiunio. Non sanat oculum, quod sanat calcaneum: Oratione sanantur pestes mentis, ieiunio passiones corporis. Cùm autem dicit. *i* In sinu meo conuertetur] modum orandi insinuat, quem Dominus tradidit, *Matth.* 6. a. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum. Sinum ergo dicit secretum conscientiæ: vbi orandum est, quia ibi oratio citò exauditur, quia ibi est Deus. *Rom.* 10. b. Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Sequitur de misericordia contra auaritiam, & duritiā mundanorum. *k* Quasi proximum & quasi fratrem nostrum] supple amans, & habens quemlibet, & ei vt fratri meo communicans. *l* Sic complacebam] id est, simul Deo, & hominibus placebam. Pietas enim ad omnia vtilis est, vt dicit Apostolus 1. *Tim.* 4. c. Vnde de illo miti, & mansueto Prælato, scilicet, Moyse dicitur *Eccl.* 45. a. Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Quia à Deo, & hominibus benedicitur homo misericors, hoc est: Sic complacebam; hoc nos monet Apostolus *Rom.* 15. a. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, scilicet, in bonum, quod ei facit. Vnde immediatè antè dicit Apostolus: Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, & non nobis placere. Pietas autem non solùm subuenit, sed vbi alter subuenire non potest, compatitur: Vnde de compassione subiungit. *m* Quasi lugens] corpore. *n* Et contristatus] Spiritu. *o* Sic humiliabar] id est, condescendebam, & compatiebar miseris. Vnde alia litera habet; [Incuruabar.] De hac compassione 2. *Cor.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? *Isa.* 22. b. Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. Incuruatus erat, & condescenderat, qui dicebat: Nolite incumbere, vt consolemini me. *p* Et aduersum, &c.] Superiùs ostendit Propheta, quomodo contra tres hostes armauit se vir iustus triplici virtute; hic autem prosequitur ostendens, quomodo in pugna inuadunt eum hostes. Vnde dicit: [Et aduersum me lætati sunt] id est, lætanter congressi sunt: Sicut consuetudo est in bellis, quod in congressu clamant, & tympanizant, vt hostes contrarij obstupescant. Et sic ad literam facit festa, & ludos mundus, & caro, & Diabolus cum eis aduersus Iustos, vt eos sibi faciant consentire. *Tren.* 1. g. Omnes inimici mei audierunt malum meum: lætati sunt: venerunt hostes, scil.

* *a* Et conuene

Alleg.

a Et conuenerunt.] *Matth.26.a.* Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi: & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Tertium est flagellatio. Vnde sequitur.

b Congregata sunt super me flagella.] *Psalm.128.* Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quartum est, quia eum ignorantem reputauerunt: Vnde subiungit.

c Et ignoraui,] id est, ad modum ignorantis me habui, & etiam reputatus fui. Quintum fuit schisma: Vnde sequitur.

d Dissipati sunt,] id est, per schisma diuisi. *Ioan.9.c.* Dicebant ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere. Et schisma erat inter eos. Vel de pœna peccati potest legi: Dissipati sunt, id est, per diuersa loca diuisi per Titum & Vespasianum. Sextum fuit eorum obstinatio: Vnde addit.

& a conuenerunt: b congregata sunt † super me flagella, & † c ignoraui. † d Dissipati sunt e nec compuncti: f tentauerunt me. † g subsannauerũt me h subsannatione, i frenduerunt super me k dentibus suis. l Domine m quando respicies, n restitue animam meam, † à o malignitate eorum, & à p leonibus q vnicam meam. r Confitebor tibi † in s Ecclesia t magna, in u populo x graui y laudabo te.

al. † In.
al. † ignorauerunt.
al. † Dissoluti.
al. † deriserunt derisu, striduerunt in.
al. † ab astutiis.
al. † Domine.

e Neccompuncti] licet sic dissipati, vt dictum est. Vnde Stephanus arguit eos. *Act.7.f.* Dura ceruice, & incircuncisi corde. Septimum fuit eorum dolositas: Vnde subiungit.

f Tentauerunt me] *Matth.22.b.* Quid me tentatis hypocritæ? *Matt.27.e.* Si filius Dei es, descende de Cruce. Octauum fuit derisio eorum: Vnde dicit.

g Subsannauerunt me.] Sed vt ostendat magnam esse, & frequentem, addit.

h Subsannatione] quasi dicat, frequenter subsannauerunt. *Thren.3.b.* Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. Nonum fuit crudelitas eorum, de qua dicit.

i Frenduerunt super me] more ferarum.

k Dentibus suis.] Dentium collisione sæuitiam cordis exprimebant, sicut contra Stephanum, *Actor.7.g.* vbi dicitur quòd stridebant dentibus in eum. Posteà petit Christus liberari ab eis in Resurrectione. Vnde dicit.

l Domine, &c.] quasi dicat: Illi ita, sed tu, ô Domine Pater.

m Quando respicies] me ab ipsis liberando.

n Restitue animam meam] corpori in Resurrectione.

o A malignitate eorum] supple, liberatam. Et erue.

p A leonibus] id est, Iudæis & Diabolo.

q Vnicam meam, scilicet animam. Vel, Vnicam, id est, carnem, quæ fuit vnica, id est, sola concepta sine omni peccato. Vel, Vnicam, id est, Ecclesiam. *Cant.6.c.* Vna est columba mea.

Moral.

a Et conuenerunt] vt fortiores essent, *Iob 19.b.* Simul venerunt latrones eius, *Isa.9.d.* Manasses contra Ephraim, & Ephraim contra Manassem, & simul ipsi contra Iudam. Congregati verò non mihi pepercerunt: Sed.

b Congregata sunt super me flagella, & ignoraui,] id est; sicut simul conuenerunt diuersis tentationibus & tribulationibus. Quas bene vocat flagella, quia sicut dicit *Gregor.* quod flagellum grano, quod lima ferro: hoc facit tribulatio viro iusto, quia paleam remouet, & aptum facit ad reponendum in horreo cœlesti. Vnde *Iacob.1.b.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Et notabiliter dicit, qui suffert. Multi enim habent tribulationes, & tentationes, qui non sufferunt, sed impatientes fiunt: Et ideo bene adiungit hic. Et ignoraui, id est, ad modum ignorantis me habui dissimulando, & patienter sustinendo, vt possim dicere illud *Prouerb.23.d.* Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & non sensi. *Iob 3.d.* Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui: & venit super me indignatio? Item ignoraui tentationes, id est, extraneum me eis exhibui, & restiti eis. Secundum talem sensum dicit Apostolus, *1.Cor.14.g.* Ignorans ignorabitur, id est, Deo erit extraneus, & repellet eum, ne cum notis suis intret ad nuptias. Sunt autem duo genera flagellorum, quibus Iusti incessanter flagellantur in mundo, scilicet flagellum linguæ, de quo *Iob 5.d.* Flagello linguæ absconderis. Item flagellum virgæ, de quo *Psal.72.* Et fui flagellatus tota die. De vtroque dicitur *Ierem.20.c.* Audiui contumelias multorum, & terrores in circuitu. His flagellis congregatis, flagellantur Iusti ab iniustis. Et de his sequitur. d Dissipati sunt hostes, id est, victi sunt Dæmones, & mali homines afflicti.

e Nec] tamen compuncti ad pœnitentiam: quia Diabolus præ superbia pœnitere non potest, & reprobi homines præ duritia, & frigiditate cordis. Vnde *Ier.5.e.* Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt faciem suam supra petram, & noluerunt reuerti. *Isa.9.c.* Populus non est reuersus ad percutientem se. Et verè non sunt compuncti: Sed.

f Tentauerunt me] *Eccl.13.b.* Multa enim loquela tentabit te: & si non possunt hominem tentando seducere, tunc derident eum. Vnde addit.

g Subsannauerunt me subsannatione.] *Iob 12.a.* Deridetur Iusti simplicitas. *Eccl.34.c.* Non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum: Et si sic non possunt superare, irascuntur, & minantur. Vnde sequitur. i Frenduerunt super me dentibus suis.] *Thr.2.c.* Aperuerunt super me os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & frenduerunt dentibus suis, & dixerunt: deuorabimus. Sed in his omnibus debet dicere vir iustus illud, quod sequitur. l Domine quando respicies [oculo misericordiæ. Est enim respectus misericordiæ Dei, de quo hic & suprà: Oculi Domini super Iustos. Et respectus iustitiæ Dei, de quo *Exod.14.f.* Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, & interfecit exercitum eorum. Domine, ergo quando respicies me oculo misericordiæ ad liberandum: & hostes meos oculo iustitiæ ad humiliandum? Simile *Abac.1.a.* Vsquequo vociferabor ad te vim patiens? *Iob.30.c.* Sto, & non respicis me, mutatus es mihi in crudelem. *Psalm.33.*

n Restitue animam meam] in locum suum, qui Deus est, vt dicit *Dion.* Vnde *Eccl.10.a.* Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.

o A malignitate eorum] i. libera eam ab occulta tentatione. p A leonibus vnicam meam] i. à manifesta tentatione libera animam meam. Vel per malignitatem, intelligitur tentatio facta per homines malignos. Per Leones intelliguntur Dæmones. *1.Pet.5.b.* Aduersarius vester tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. r Confitebor] Tertia pars, vbi agit de fructu Passionis, qui est laus, & confessio fidelium. Dicit ergo Christus postea, quàm petiit Resurrectionem: *ibi.* Restitue, &c. Confitebor cùm restitueris. Confitebor, inquam, tibi, Domine Pater confessione laudis. Et vbi? s In Ecclesia magna] non in Synagoga. Et dicitur Ecclesia magna esse numero, quia de omnibus Gentibus collecta. Item merito. Item spatio locorum. Item dignitate. Item fortitudine. Vnde *Cant.6.d.* dicitur: Terribilis vt castrorum acies ordinata. De magnitudine eius dicitur *Isa.54.a.* Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum extende, ne parcas. Ostendit autem per quos laudabit, cùm subiungit. u In populo graui] i. constanti, & non cedenti omni vento doctrinæ, vel tentationis, videlicet, in Apostolis, & aliis fidelibus. [Laudabo te.] Postea petit Christus, vt intentio, & votum inimicorum suorum, scil. Iudæorum frustretur: Vnde dicit. Alleg.

a Non supergaudeant

r Confitebor, &c.] Moral. dicit vir iustus, & præcipuè vir Religiosus: Confitebor tibi confessione laudis. Officium enim Religiosi est laudare Deum. s In Ecclesia] Religio dicitur Ecclesia, quia est congregatio fidelium. t Magna] quia debet esse longa per perseuerantiam, lata per charitatem, alta per vitæ prærogatiuam, firmiter fundata in paupertate. u In populo graui] i. in congregatione sanctorum virorum. x Laudabo te] non me, non homines mundanos, vt solet fieri in sæculo, vbi laudatur peccator in desiderio animæ suæ, & iniquus benedicitur, vt dicitur in *Psal.9.* y. Graui] i. stabili. De qua grauitate, *Iob 28.d.* Qui fecit ventis pôdus. Nota quòd duo metalla grauissima sunt, scil. aurum, & plumbum. In sanctis est aurea grauitas, in malis est plumbea. De prima grauitate *2.Cor.10.c.* Epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes. Et verè quia in ipsis multũ est de grauitate auri, i. sapientiæ cælestis. Ad hanc grauitatem monet *Aug.* dicens: In incessu, statu, habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum; sed quod vestram deceat sanctitatem. De plumbea grauitate *Isa.1.a.* Væ Genti peccatrici, populo graui iniquitate. Et in *Ps.4.* Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, id est, temporalia. Potest etiam exponi anagogicè. r Confitebor tibi in Ecclesia magna] i. in Ecclesia triumphante, vbi erit indeficiens confessio laudis. Quæ dicitur magna dignitate, duratione, multitudine. De qua magnitudine, *Baruch.3.c.* O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus Moral. Anag.

possessio

poſſeſſionis eius. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Primam autem expoſitionem proſequamur.

a Non † ſupergaudeant mihi, b qui aduerſantur mihi c iniquè; d qui oderunt me gratis, & † e annuunt f oculis. Quoniam g mihi quidem pacificè loquebantur: & † in h iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Et i dilatauerunt † ſuper me os ſuum: k dixerunt, l euge, euge, m viderunt oculi noſtri. Vidiſti, n Domine, o ne ſileas:

Al. † inſultēt. *al. † annuentes.* *al. †. inſuper iram doloſè.* *Al. † In.*

Alleg. A a Non ſupergaudeant mihi] Iudæi, nomen meum delendo. Gauiſi quippe ſunt in morte Domini; ſed ſupergauiſi eſſent, ſi non ſurrexiſſet. Et oſtendit ſe dignè debere exaudiri, vt fruſtrentur ab hoc malo deſiderio. Et hoc propter multiplex peccatum eorum. *Multiplex peccatum.* Primum eſt peccatum operis contra Deum: Vnde dicit. b Qui aduerſantur mihi iniquè] id eſt, qui perſequuntur me non iuſtè; ſed iniquè. *Pſal.* 118. Iniquè perſecuti ſunt me. Secundum peccatum eſt voluntatis: Vnde addit. d Qui oderunt me gratis] q. d. non merui, vt me odio haberent; ſed bona feci eis, vnde me diligere, & gratias referre deberent. Sed gratis, id eſt, pro gratiis illis, id eſt, loco gratiarum oderunt me. Vnde ipſe *Ioan.* 15. d. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem & viderunt, & oderunt me, & Patrem meum Sed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt. Odio habuerunt me gratis. Tertium eſt peccatum proditionis, de quo dicit. e Et annuunt oculis] id eſt, nutibus, & ſignis alios inuitant ad me perſequendum & tentandum. Vel annuunt, id eſt, aſſentiunt, oculis tantùm, cùm mente contradicant. Et hoc oſtendit illud, quod ſequitur, vbi notatur quartum peccatum, ſcil. ſimulationis. Vnde dicit. g Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur] *Matt.* 22. b. Magiſter ſcimus, quia verax es: & viam Dei in veritate doces, &c. Ecce quam pacificè loquebantur, & tamen ſimulatoriè, quia ſecum adduxerant Herodianos, vt eum caperent in ſermone. *Matth.* 22. b. Quintum peccatum eſt iracundia. Sextum machinatio doloſa, de quibus dicit. h Et in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.] Quòd ſic debet legi. Verè pacificè loquebantur: & tamen ſic loquentes, cogitabant dolos, quomodo me caperent in ſermone. Et hoc in iracundia terrę, id eſt, pro terrenis habita, ſcilicet, ne amitterent locum & Gentem, vt dicitur *Ioan.* 11. f. *Thren.* 3. g. Labia inſurgentium in me, Domine: & meditationes eorum aduerſum me tota die. Septimum eſt peccatum inclinationis contra Dominum, de quo ſequitur. i Et dilatauerunt ſuper me os ſuum,] clamantes, crucifige. *Matth.* 26. c. *Iſa.* 5. b. Expectaui, vt facerent iudicium; & ecce clamor. Octauum eſt peccatum vani gaudij, viſa pœna, & morte Chriſti: Vnde addit. k Dixerunt] lætanter. l Euge, euge,] id eſt, bene eſt nobis. m Viderunt oculi noſtri] id, quod videre volebamus de Chriſto. Euge, interiectio eſt exclamatoria, & quandoque ſumitur congratulatiuè, quandoque irriſoriè, quandoque hortatiuè. Et in quolibet ſenſu poteſt hic accipi: quia & congratulabantur ſibi in pœna Domini, & eũ irridebant, & ſe inuicem contra eum hortabantur. *Matth.* 27. b. Vnde Principes Sacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populo, vt peterent Barrabam; Ieſum verò perderent. Enumeratis peccatis inimicorum, petit retributionem tam ſibi pro patientia, quàm illis pro nequitia: Vnde addit. n Vidiſti, Domine] pater. Non dicit quid, propter notitiam, & euidentiam rei. Euidens eſt enim patientia Chriſti, & nequitia Iudæorum. Et alibi explanatur ſcil. *Thren.* 2. g. Vidiſti, Domine, iniquitatem eorum. *Ierem.* 12. a. Tu, Domine, noſti me, vidiſti me, & probaſti cor meum tecum. Et quia vidiſti. o Ne ſileas] id eſt, ne diſſimules, ſed citò da ſententiam contra illos. *Pſalm.* 27. Ne ſileas à me, ne quando taceas à me. Et non ſolùm eis retribuas; ſed & mihi, confortando me in Paſſione, & faciendo me reſurgere. Hoc eſt, quod ſequitur A Domine, Pater

Moral. * a Non ſupergaudeant mihi] dicit vir iuſtus, & Religioſus. b Qui aduerſantur mihi iniquè] i. Dæmones & mundani homines volentes me retrahere à bono propoſito, q. d. gauiſi ſunt, dum me in ſæculo, in diuitiis, & peccatis viderunt. Sed nunc non ſupergaudeant videntes me retrò aſpicere, & à bono propoſito reſilire. *Pſ.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero, &c. Ille mouetur à loco ſuo, qui reſilit à propoſito bono. c Iniquè] Iniquè aduerſantur carnales amici, qui volunt hominem impedire, ne euadat gladium hoſtis, & ne properet ad regnum cæli. Vnde dicit *Ieron.* Hoſtis tenet gladium, vt me perimat; & ego de matris lachrymis cogitabo. Item idem *Ieron.* Licet paruulus à collo dependeat nepos: licet ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus vbera, quibus te lactauit, tibi mater oſtendat: licet pater in limine iaceat; per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ſiccis oculis ad vexillum Crucis euola, ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. Et hoc eſt, quod ſequitur. d Qui oderunt me gratis] id eſt, cùm ego non meruerim. Vel [Gratis] id eſt, me taliter impediendo, & reuocando arbitrantur ſe obſequium, & gratiam præſtare Deo. Et tamen eſt odium magnum, *Ier.* 12. b. Fratres tui, & domus patris tui pugnauerunt aduerſus te, & clamauerunt poſt te plena voce, ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona. Et quare non ſit eis credendum, oſtendit ſtatim pòſt dicens: Reliqui domum meam, dedi dilectam animam meam, dimiſi hæreditatem meam. Quid ergò mirum, ſi homo propter Chriſtum dimittat hæreditatem ſuam, quæ nec etiam ſua eſt? *Seneca.* Nihil tuum eſt, quod tecum afferre non potes. Sequitur.

e Et annuunt] i. fauent mihi, non in veritate, ſed.

f Oculis] ablatiui caſus, id eſt, videtur in ſuperficie. De talibus dicitur *Prou.* 10. b. Qui annuit oculo, dabit dolorem. Vel ſic: Annuunt oculis, id eſt, intendunt eis, quæ videntur, ſcilicet, temporalibus lucris: Vnde dicit *Seneca.* Mel muſcæ ſequuntur, cadauera lupi; prædam ſequitur turba iſta, non hominem. Sed viri ſpirituales econtrario. Vnde 2. *Corinth.* 4. d. Non contemplantibus nobis, quæ videntur; ſed quæ non videntur: Quæ enim videntur temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna. *Prouerb.* 6. b. Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis. Et hæc manifeſtius exprimit, ſubdens.

g Quoniam mihi pacificè loquebantur] perſuadentes mihi manere in ſæculo, & non intrare Religionem: Sicut Petrus pacificè locutus eſt Domino, cùm Dominus dixiſſet ſe paſſurum, & Crucem aſcenſurum, dicens Domino, *Matth.* 16. d. Abſit à te, Domine, non erit tibi hoc: Ita multi dicunt volentibus Crucem aſcendere. *Contra diſſuadentes Religionis profeſſum, & eis conſentientes.* Sed deberent eis reſpondere illi, quibus hoc dicunt, ſicut Dominus Petro, & dicere: Vade poſt me, Sathana, id eſt, reputare eum aduerſarium, & poſtponere conſilium ſuum: Vt dicitur ibi. Conuerſus Dominus, dixit: Vade poſt me Sathana. Ita audito prauo conſilio, citiùs deberent conuerti, & arguere prauos conſiliatores, non reuerti, & conſentire eis, ſicut multi faciunt. De iſtis conſiliariis dicit *B. Bernard.* Noli, inquiunt amici tui, præcipitanter agere, diu conſidera, diligenter intuere, magnum eſt, quod proponis, & opus egens magna deliberatione, experire quid poſſis, amicos conſule, ne poſt facta pœnitere contingat. Hæc ſapientia mundi, terrena, animalis, diabolica, inimica ſalutis, *Iacob.* 3. d. ſuffocatrix vitæ, mater tepiditatis, quæ Deo ſolet vomitũ prouocare. Cùm enim verbum à Deo eſſe non dubites, quid opus eſt deliberatione? Vocat te magni conſilij Angelus, quid aliena conſilia præſtolaris? Quis enim fidelior, aut ſapientior illo? Ab ore putei gehennæ eripior, & inducias petam? Amicos conſulam, qui non legit: Inimici hominis domeſtici eius. Et licet pacificè loquerētur, non tamen erat pax: Sed. h In iracundia terræ loquentes dolos cogitabant,] i. irati pro terrenis commodis, quæ ſibi deperire videbant, ea, quæ loquebantur, doloſè dicebant, i. non pro meo commodo, ſed pro ſuo. *Matth.* 10. d. Et ideò talem monet Dñs, *Eccl.* 37. a. Noli conſiliari cum ſocero tuo: & a zelantibus te, abſconde conſilium: Omnis enim conſiliarius prodit conſilium; ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. Cùm autem homo non vult talibus aſſentire, ſed firmus eſt in bono, quod incepit, tunc oſtendunt, quòd non eum, ſed ſua amabant: quia tunc detrahunt ei, & eum quaſi extraneum, vel inimicum reputant. Vnde ſequitur. i Et dilatauerunt ſuper me os ſuum] detrahendo. Et verè dilatant omnes detractores plus quàm infernus, de quo dicit *Iſa.* 5. d. Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os abſque vllo termino. Infernus tamen non abſorbet niſi malos; ſed detractoris os abſorbet tam bonos, quàm malos. Vnde de bonis dicunt id, quod ſequitur. l Euge, euge viderunt oculi noſtri,] i. irridentes eos, & dicunt huiuſmodi verba: Bene nouimus eos, non ſunt tanti pretij. Vel. m Viderunt, i. videbunt. Dicunt enim: Bene videbimus finem, q. d. non perſeuerabunt. Sed inter hæc vir Religioſus ad Deum ſe conuertens, dicit, quod ſequitur. n Vidiſti, Domine] illorum fraudem, & meam propriam fragilitatem. Et ideò. o Ne ſileas] loquere ad cor meum, conſolando me, & confortando. *Pſalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, id eſt, viri cœleſtes, & non ad tempus hoc facias, ſed iugiter. Vnde ſequitur.

* Ne diſcedas

Alleg. De Christo. Psalm. 21.

A a Domine] Pater, [ne discedas a me, id est, in Passione. Huic petitioni respondet Dominus, Iob 1. a. dicens: Ero tecum, non dimittam te, neque derelinquam te. Non enim dereliquit eum, licet hoc videretur Iudæis. Vnde Psalm. 70. Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum. Et sup. Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? Vnde in Passione clamauit, Matt. 27. f. Heli, Heli lamma sabactani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et hoc innuit sequens litera, cùm addit.

al. † Domine.
al. † misericordiam.
al. † Insultent.

c Domine b ne discedas à me. c Exurge; † & d intende iudicio meo. e Deus meus, & Dominus meus in f causam meam. g Iudica me secundum † iustitiam tuam, h Dñe i Deus k meus: & l nó † supergaudeant mihi. m Nó dicant in cordibus suis: n euge, euge animæ nostræ:

c Exurge] quasi dicat, etsi in Passione mea exponendo me tribulationi videaris dormire; tamen in resuscitando me: Exurge, id est, ostende te non dormire. Et non tantùm non dormire, sed etiam te non dissimulare. Vnde addit.

d Et intende iudicio meo,] id est, intentè, & diligenter iudica me, reddendo quod merui, scilicet, nomen, quod est super omne nomen, quod merui humiliando me. Vnde Phil. 2. a. Humiliauit semetipsum, &c. Propter quod & Deus exultauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Sed quia non pœna, sed causa facit Martyrem: Sequitur.

f Intende in causam meam] quæ recta est, & pia, scilicet, salus humani generis. Intende, dico, in causam, vt pro illa causa me remuneres. Vel, Intende in causam, vt perficias, quasi dicat, tibi commendo causam, pro qua vsque ad mortem aduersario restiti. Vnde Ioan. 17. b. ante Passionem: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: cùm essem cum eis, ego seruabam eos. Et hoc facias tu, qui es Deus meus, & Dominus meus.

Videre dicitur Deus multipliciter.

Videt Deus.
- Prædestinando. Ioan. 1. g. Cùm esses sub ficu vidi te, id est, in lumbis Adæ, dicit Glos.
- Omnia cognoscendo, Eccl. 23. c. Omnia videt oculus eius. Prouerbior. 15. a. In omni loco oculi Domini contemplantur.
- Discernendo malos à bonis. Ier. 12. a. Tu, Domine, vidisti me. Psal. 32. De præparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.
- Miserendo. Dan. 9. e. Aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram.
- Approbando, Gen. 1. d. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, Abac. 1. c. Mundi sunt oculi tui, ne videant malum.
- Adiuuando, Thren. 1. g. Vide, Domine, quoniam tribulor, Iudith 13. a. Respice, Domine, in hac hora ad opera manuum mearum.
- Remunerando, Gen. 29. g. Vidit Deus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus. Psalm. 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum.
- Videre facendo hic, & Thr. 1. d. Vide, Domine, & considera, quoniam vilis facta sum.
- Gratiam infundendo, Luc. 22. g. Respexit Dominus Petrum. Psal. 101. De cœlo in terram aspexit.
- Gaudendo. Eccl. 35. d. Non descendet, donec Altissimus aspiciat. Isa. 38. b. Vidi lacrymas tuas.
- Imperando, Eccl. 16. c. Cùm conspexerit illa Deus, tremore concutientur.
- Iudicando. Isa. 59. c. Vidit Dominus, & apparuit malum in oculis eius.
- Puniendo, Exod. 14. f. Respexit Dominus super castra Ægyptiorum, Isa. 21. Visio dura nuntiata est mihi.
- Damnando æternaliter, Luc. 20. c. Videbam Sathanam, quasi fulgur cadentem de cœlo.

Moral.

* b Ne discedas à me] & in veritate Dominus non discedit à talibus, qui ex toto se illi coniungunt. Vnde in Psal. 36. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquit Sanctos suos: in æternum conseruabuntur. In religione autem præcipuè iudicant se homines, & iudicantur ab aliis, id est, per iudicium aliorum reguntur. Et ideò bene addit. c Exurge] Domine: Dominus exurgit in nobis, cùm nosmetipsos extollimus per bonam vitam. d Et intende iudicio meo] id est, tibi placeat iudicium, quo me iudico, & iudicor a Prælatis meis, quorum iudicio pro amore tui me submisi. Sic intendit Dominus sacrificio Abel; sed sacrificio Cain non intendit. Vnde dicitur Genes. 4. a. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera eius non respexit. Abel significat Religiosos: quia interpretatur committens, & ipsi committunt se in manu Dei, & Prælati, dicentes cum Christo: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Item interpretatur luctus: & similiter Religiosi flent pro suis peccatis, & alienis, & pro dilatione patriæ. Cain autem interpretatur possessio: & significat diuites huius mundi. e Deus meus, & Dominus meus in causam meam] quæ est de hæreditate æterna, quam nobis vult Diabolus auferre: Sed confidere debemus in Aduocato, qui causam nostram suscepit tuendam. Vnde 1. Ioan. 2. a. Filioli, si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, quasi dicat, etiam si contigerit vos peccare, non tamen desperetis de causa, sed confidite in tanto Aduocato, qui non tantùm allegat, vel orat pro nobis, sed & emendam soluit.

Luc. 23. g.

Alleg. De Christo.

g Iudica me] hoc de Christo legitur sic: Illi iniustè me iudicant. Sed tu h Domine] Pater, qui es Deus meus, Iudica me secundùm iustitiam meam, quam mihi dedisti. Vel meam, quæ in me est, i. secundum quod iustitia tua exigit, quæ semper iustè iudicat. Vel secundum iustitiam meam, i. secundum quod exigentia meritorum meorum exigit. De hoc iudicio, Isa. 49. a. In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi; ergo iudicium meum cum Domino. De iustitia autem, Iob. 13. c. Si iudicatus fuero, scio, quod iustus inueniar. Et hoc idem testatus est Pilatus, cùm dixit: Ego nullam in eo inuenio causam. Et cùm me iudicaueris. l Non supergaudeant mihi.] Et per hoc innuitur, quòd non solùm tibi petii fieri iustum iudicium, sed & Iudæis, secundum quod promissum est, Isa. 49. g. Eos, qui iudicauerunt te, ego iudicabo. Et in iudicio eorum sunt duo. Primum est vt cadant a prosperitate, in qua erant. Secundum, vt aduersitatem inueniant. In prosperitate autem sua gaudebant de persecutione Christi: Et ideò dicit: Non supergaudeant. Item deridebant eum, quod remouet, cùm dicit: Non dicant in cordibus suis, euge, euge animæ nostræ. Item iactabant se contra eum comminando ei, quod remouet, cùm dicit: Nec dicant, deuorabimus eum. Dicit ergo. m Non dicant in cordibus suis] licet ore dicant.

Ioan. 18. g.

n Euge, euge] id est, bene est animæ nostræ. Postquam enim resurrexit Dominus, etiam dixerunt illi Iudæi ore: [Euge, euge] nolentes confiteri, quòd surrexisset, licet certificassent eos custodes sepulchri. Matth. vlt. c. Sed dederunt copiosam pecuniam militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.

A Nec dicant.

Moral. de viro iusto.

Moraliter, dicit vir iustus. g Iudica me:] Suprà enim dixerat: Intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus, in causam meam. Quod expositum est in persona Religiosi, & competit etiam cuilibet Iusto. Omnibus enim causa est contra Diabolum, qui eos vult ad carcerem inferni trahere, & excludere ab æterna fœlicitate. Vnde dicit: Iudica me secundum iustitiam meam. Et non est præsumptio de se confidentis; sed est confessio non ingrati. Vnde benè competit, quòd est hic duplex litera, scil. secundùm iustitiam meam, vel tuam. Est enim nostra iustitia, & sua. Nostra, quia in nobis, & quia cooperamur ad eam; Sua autem est, id est, Dei, quia ab eo est. Vnde dicit Aug. Qui creauit te sine te, non iustificat te sine te. Dei ergo beneficium gratis confitetur, & suum coadiutorium humiliter contra Diabolum allegat, cùm dicit: Iudica me secundum iustitiam meam, id est, secundùm opera iusta, quæ fecisti per me.

h Domine] cuius est iudicare seruum.

i Deus] cuius est iudicare creaturam. k Meus,] cuius est exhibere tibi specialem cultum, & opera iustitiæ. [Iudica,] dico, secundum iustitiam meam. l Et non supergaudeant mihi] inimici mei Dæmones. Gaudent Dæmones cum animam trahunt ad peccatum. Supergaudent, quandò trahunt eam ad supplicium. Vnde manifestiùs hoc exprimit, subdens.

m Non dicant in cordibus suis, euge, euge animæ nostræ.] Primum euge dicunt, cùm gaudent de peccato; sed duplicant, euge, quando animam rapiunt ad supplicium. Vel vnum euge dicunt pro anima, quam trahunt ad supplicium. Duplex autem, euge, dicent, quando corpus, & animam mittet Dominus in gehennam.

Alleg. A a Nec dicant deuorabimus eum,] id est, non iactent se, quòd extinxerint nomen meum. Ita enim clarificatum est nomen eius, & Resurrectio, quòd in breui non ausi sunt iactare se de hoc, iuxta illud, Rex verò lætabitur in Deo, scilicet, Christus in Patre, in Resurrectione, & laudabuntur omnes, qui iurant in eo, per prædicationem Apostolorum *Psalm. 62.*

quia obstructum est os loquentium iniqua, id est, Iudæorum. e Erubescant] Orauit, vt cadant à proprietate sua; hic orat, vt habeant aduersitatem contrariam, quasi dicat, Dico, quòd non supergaudeant.

Al. † absorbuimus.
Al. † pudore, & verecundia.
Al. † aduersum.

a Nec dicant: † b deuorabimus eum. c Erubescant, & d reuereantur simul, qui e gratulantur malis meis. f Induantur † g confusione, & h reuerentia, qui i maligna k loquuntur † super me.

Matth.12.c. Sed ipsi. e Qui gratulantur] modò malis meis, id est, pœnis & persecutionibus, econtrario, erubescant, in futuro, vel in præsenti. d Et reuereantur] id est, timeant, & hoc interiùs, sicut gauisi sunt interiùs. Item dico [Nec dicant, &c.] Sed econtrario: Ipsi. i Qui maligna loquuntur super me] deridendo, cùm dicunt: Euge: & iactando, cùm dicunt: Deuorabimus. f Induantur] exteriùs, sicut dixerunt exteriùs extra mittentes malitiam cordis, quia ex abundantia cordis os loquebatur. Induantur, dico, non sericis vestibus; sed. g Confusione] id est, ignorantia. h Et reuerentia] id est, tremore, & seruitute, qua vendiderunt eos Romani.

Moral. * a Nec dicant] in morte mea. b Deuorauimus eum] in infernum glutiendo, 1.*Petr.5.c.* Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Sed potiùs victi à me [Erubescant] quando videbunt me coronari. d Et reuereantur simul] id est, confusione timeant pœnam, quam sibi vident præparatam. De hac erubescentia *Mich.* vlt.b. dicit Iustus: Educet me in lucem, videbo iustitiam eius, & aspiciet me inimica mea, & operietur confusione. Inimica viri iusti, est congregatio Dæmonum. Et hæc illis contingant. e Qui] id est, quia: Gratulantur malis meis. Et quia non parum gaudent, sed multùm, ita secundùm quod malignè volunt me ad malum trahere; ideò non parum habeant de confusione, & reuerentia; sed sicut sequitur. f Induantur confusione & reuerentia] id est, abundanter habeant de vtroque, ita quòd eos absorbeat, sicut vestis totum hominẽ capit, & cooperit. *Ps.108.* Induantur sicut diploide confusione sua. i Qui] id est, quia. k Maligna loquuntur super me,] id est, qui mala mihi suggerunt malignè. Super me, id est, ad hoc, vt ascendant super me, id est, vt sim eis subditus per peccatũ.

Alleg. Vnde *Isa.51.g.* Dixerunt animæ tuæ, incuruare, vt transeamus. l Exultent] Sup. dixit Christus imprecando quid euenire debeat Iudæis, qui eum in morte detinere volebant; hic autem orat pro Iustis, qui volunt Resurrectionem eius. Vnde dicit: Exultent in corpore. m Et lætentur] in spiritu. n Qui volunt iustitiam meam] id est, qui volunt, vt fiat mihi iustitia, id est, vt pro humilitate Passionis, detur mihi nomen, quod est super omne nomen. Nec tantùm exultent, & lætentur; sed Deum laudent. Vnde sequitur. o Et dicant semper, magnificetur Dominus] id est, magnus & laudabilis habeatur. Hoc dicant illi. p Qui volunt pacem serui eius] id est, qui non acquiescunt persecutioni Christi; sed volunt pacem eius etiam temporalem. De hoc seruo *Zachar.3.d.* Ecce ego adducam seruum meum orientem.

Aliter. Vel sic, Exultent & lætentur, hoc non mutatur. Qui volunt iustitiam meam, id est, iustitiam vitæ & operum, quæ fuit in me, volunt habere in se, *Matth.5.a.* Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiã. Et bene dicit Dominus, meam, non suam: Sicut de quibusdam dicitur *Roman.10.a.* Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et dicant semper, magnificetur Dominus in nobis, *Isa.49.a.* Seruus meus es tu, Israel, quia in te glorificabor. Sed multi sunt, qui non consequuntur istam Domini benedictionem, quia non magnificatur Dominus in eis. Nimis enim paruum faciunt Dominum, qui prouidentiæ eius nolunt se committere, vt ei vacent, sicut magno & bono Domino; sed econtrario eum, & suum seruitium negligentes, & forsitan contemnentes, totam sollicitudinem suam ponunt in quærendis temporalibus, contra illud consilium Domini facientes. *Matt.6.d.* Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Dicunt enim facto, quòd Deus non est potens eis prouidere. Vnde de talibus dicitur in *Psal. 77.* In iram excitauerunt Excelsum in inaquoso, & tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis: & malè locuti sunt de Deo, & dixerunt: Nunquid poterit Deus mensam parare in deserto? Hoc est, in Religione. Et sequitur ibi in *Psal.* Ideò audiuit Dominus, & distulit, quasi non statim sumpsit vindictam: Et ignis accensus est in Iacob, scilicet, ignis cupiditatis: & ira Dei ascendit, id est, in Clericis. Quare? Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in Salutari eius. Sed qui sunt,

l Exultent & m lætentur, qui n volunt iustitiam meam: & o dicant semper, magnificetur Dominus, qui p volunt pacem serui eius. Et q lingua mea r meditabitur iustitiam tuam, f tota die laudem tuam.

qui dicunt magnificetur Dominus? Hi, scilicet, qui volunt habere pacem serui eius] Pacem, videlicet, pectoris, quam Christus seruus Dei Patris habuit, & suis dedit, *Ioan.14.d.* Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Suprà dixit, quid facient boni: Sed posset quærere aliquis: Et tu, Domine, quid facies? Vnde quasi tali quæstioni respondens dicit.

q Et lingua mea,] dicit Christus. r Meditabitur iustitiam tuam] ò Deus Pater. Et nota, quòd id, quod est cordis, attribuit linguæ: & hoc propter conformitatem, & consonantiam cordis, & oris eius: quia non fuit in illo, est & non: nec inuentus est dolus in ore eius; sed sicut iustitiam meditatus est, ita locutus est illam. Iustitia quidem est reddere bonis bona, & malis mala. De primo: Quod cogitauerat cor, lingua loquebatur, *Matt.6.a.* Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: & sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. De secundo *Matt.18.d.* Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et loquitur ibi de seruo nequam, qui noluit misereri conserui sui. Vnde Dominus seruũ tradidit eum tortoribus quoadusque redderet vniuersum debitum. f Tota die laudem tuam,] supple dicam, id est, tota die te laudabo. Laus enim Dei non interrumpitur, nisi per contrarium actum, qui in Christo non fuit. Vnde *Marc.7.d.* Bene omnia fecit: surdos fecit audire, & mutos loqui.

Moraliter. l Exultent, &c. qui, &c.] Suprà dixerat de malis, Induantur confusione, &c. qui maligna loquuntur super me, vt me trahant ad peccatum. Sed econtrario illi, qui volunt iustitiam meam, id est, quibus placet, quòd Iustus sim: Exultent, exteriùs in stola corporis. m Et lætentur] interiùs in stola animæ: quia sicut boni hic lætantur de iustitia aliorum, ita in futuro lætabuntur de gloria eorum. Et econtrario mali, qui dolent hic de bono Sanctorum; tunc ad maiorem damnationem dolebunt de gloria eorum, sicut dicitur in *Psal.111.* Peccator videbit, & irascetur, &c. *Moral.*

o Et dicant semper magnificetur Dñs] in sanctis suis. p Qui volunt pacem serui eius] id est, meam dicit Iustus. Vel legatur sic, vt hoc nomẽ serui, sumatur in nominatiuo plurali, vt sit sensus: Serui eius, id est, Dñi, qui volunt, id est, qui desiderant, pacem, dicant semper magnificetur Dominus, id est, semper magnificent Dominum, quasi dicat, non habebunt pacem, nisi Deo reddant gloriam. Sic enim fuit partitio *Luc.2.b.* Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui enim partem Dei, quæ gloria est, inuadit, suam partem, quæ est pax, meritò perdit. Vnde dicit *B. Bern.* Gratanter suscipio, quod relinquis, scilicet, pacem, de qua *Ioan.14.d.* Pacem relinquo vobis: Et relinquo, quod tenes, scil. Gloriam, de qua *Isa.42.b.* Gloriam meam alteri non dabo. Abiuro gloriam prorsus, ne fortè si vsurpauero non concessum, perdam meritò & oblatum. Et posteà addit: Ita quæso, ita sit gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. At verò non bonæ, sed planè iniquæ voluntatis est, qui nequaquam pace contentus, superbo oculo, & insatiabili corde inquietus anhelat ad gloriam Dei, nec pacem perinde retinens, nec gloriam apprehendens. q Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam] id est, loquetur de tua iustitia, quam priùs cor meditatum fuerit. Sed vt prætactũ est, ideò dicit linguam meditari, quia cor & lingua debent consonare, & vt priùs veniat sermo ad limam, quàm ad linguam. *Eccl. 21. d.* In corde sapientium os illorum. *Prou. 16. c.* Cor sapientis erudiet os eius. Et in *Psal.36.* Os Iusti meditabitur sapientiam. f Tota die laudem tuam.] Immò etiam toto tempore. Vnde suprà: Benedicam Dominum in omni tempore, tota die laudem tuam, immò etiam toto tempore. Tota die laudat, qui à peccato cessat: & bonum quod debet facere, non omittit. Vnde dicit *August.* Negotium agis, noli fraudem facere: & laudasti Deum in innocentia operum tuorum.

De

Lætitia Sanctorum.
- In præsenti.
  - De tribulatione. *Act.*5.g. Ibant Apostoli gaudentes.
  - De spe, *Rom.*12.c. Spe gaudentes.
  - De conscientiæ puritate, 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Prou.*15.b. Secura mens quasi iuge conuiuium.
  - De profectibus aliorum, 1.*Cor.*13.b. Charitas non gaudet super iniquitatem; congaudet autem veritati vitæ, doctrinæ, & iustitiæ.
  - De operibus misericordiæ, 2.*Cor.*9.b. Hilarem datorem diligit Deus.
  - De peccatorum conuersione, *Phil.*4.b. Gauisus sum in Domino vehementer, quoniam aliquando refloruistis.
  - De spirituali refectione Eucharistiæ, & Scripturæ. *Eccl.*9.b. Comede in lætitia panem tuum.
  - De Dei dilectione, qua diliguntur, & qua diligunt. *Psal.*72. Mihi autem adhærere Deo bonum est.
- In futuro.
  - De Dei visione, *Ioan.*17.a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum
  - De perpetua securitate. *Isa.*33.c. Munimenta saxorum sublimitas eius.
  - De periculorum euasione. *Isa.*66.g. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.
  - De Dei iustitia, *Ps.*57. Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam.

EXPOSITIO PSAL. XXXV.

Dixit iniustus, &c.] Titulus. [*In finem seruo Domini Psal. Dauid.*] Suprà ostendit Christus, & vir iustus se habuisse victoriam de inimicis. Hic autē ostendit omnia bona esse non à nobis, sed à Deo: mala autem à nobis. Et agit propriè contra errorem dicentium, mala esse ex constellatione, ex fato, ex vitio naturæ; bona autem ex homine, & libero arbitrio. Vnde is est sensus tituli, Psalmus, tendens in finem, ascribitur Dauid, i. iusto, seruo Domini. Iustus enim dicitur seruus Domini, non Dominus. Dominus autem dici posset, non seruus, si à se bona haberet; sed ideò seruus Domini dicitur, quia ea bona, quæ habet, à Domino se recognoscit habere. Vnde dicit *B. Bern.* Fidelis reuera seruus Domini es, si quæ de gloria, etsi non exeunt à te, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat. Et est Psalmus iste bipartitus. In prima parte ostendit, malum ab homine esse. In secunda ostendit bona à Deo esse, *ibi*: Domine in cœlo. Ostendit ergo primò peccatum ab homine esse, duabus rationibus. Prima ratio est, quia non ex surreptione, sed ex deliberatione facit peccatum: quod notatur, cùm dicit: Dixit iniustus, i. deliberauit. Secunda ratio est, quia non ex ignorantia facit peccatum, quasi putans non esse peccatum; sed ex certa scientia, sciens Deo displicere: quod notatur, cùm dicit: Quoniam dolosè egit, vt postea dicemus. Dicit ergo. *a* Dixit iniustus.] Iniustus dicitur peccator, & præcipuè infidelis, qui non tribuit Deo, quod suum est, scil. fidem, timorem, & amorem. Vel, iniustus, sciens bonum & faciens malum, vt Theologus malus, qui de scientia sua non reddit Deo tributum debitum, primò, nec sibi nec proximo fructum: dixit, i. deliberauit. *c* In semetipso,] i. in cogitatu cordis. Vnde alia litera habet: Dixit impius in medio cordis sui. Quid dixit? *b* Vt delinquat,] quasi dicat; per industriam peccauit, & ex proposito Deum dereliquit. *Iob* 34.c. Quasi de industria recesserunt ab eo. Et hoc fecit. Quia *d* Non est timor Dei ante oculos eius.] Qui si esset, non peccaret: quia sicut dicitur *Eccl.*1.c. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Et quia sicut dicitur *Ps.*110. Initium sapientiæ timor Domini. Qui caret initio, carebit & fine. *Eccl.* 23.d. Nihil melius, quam timor Dei: & nihil dulcius quàm respicere in mandatis Domini. Et posset quis dicere excusando iniustum hunc: Verè licet ex proposito fecerit id quod peccatum est, non tamen sciebat hoc Deo displicere, nec esse peccatum: ideò ignoranter peccauit. Hoc remouet, cùm subiungit. *e* Quoniam, &c.] quasi dicat probatio, quòd Dei timor non est ante oculos eius, & quòd non ignorātèr peccauit. Quoniam, &c. sc. Dei, i. in corde vbi solus Deus conspicit, vt dicitur 1.*Reg.*16.b. quasi dicat, dum Deum conspiceret, i. notitiam eius haberet, & sciret se conspici ab eo, cuius oculis nuda sunt omnia, & aperta. *Heb.*5.d. peccare non timuit, & hoc est, dolosè egit. Quod dupliciter exponi potest, dolosè egit, i. dolum fecit proximo. Vel, dolosè egit, i. ipsum, quod cognoscens Deum peccauit, dolus fuit. *Prou.* 12.c. dolus in corde cogitantium mala. Et notandum, quòd quidam Deum vident, & timent, vt boni Theologi, de quibus *Ps.*118. Videbunt me, & lætabuntur. Quidam vident Deum, & non timent, vt mali Theologi. *Ps.*21. Omnes videntes me deriserunt me. Quidam non vident & timent, vt boni laici, *Ioan.*20.g. Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, &c. Quidam nec vident, nec timent, vt Pagani, 1. *Cor.*14.g. Qui ignorat, ignorabitur; Primi veraciter agunt, secundi dolosè agunt, tertij agunt simpliciter, quarti agūt ignoranter. Et verè dolosè egit ita. *f* Vt inueniatur iniquitas, i. inæqualitas, quæ est inter vitam & scientiam. *g* Eius ad odium, scil. Dei, i. quòd Deum oderit. Si enim Deum, quem videt, diligeret, libentiùs ei quàm peccato adhæreret. Vnde cùm peccato adhæreat, sequitur, quòd Deum odit. Vel, ad odiū, Dei, id est, quòd Deus oderit eum. Si enim Deus simpliciter operantes iniquitatem odit, sicut dicitur in *Psalm.*5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, multò magis odit eos, qui ex pura malitia peccant. Item conspectus Dei dicitur Sanctuarium. Vnde *Exod.*23.b. Non apparebis in conspectu meo vacuus. In hoc conspectu Dei dolosè agunt Clerici, Sacerdotes, & Prælati, qui oues susceperunt pascendas, & custodiendas; & ipsi eas excoriant, auferendo temporalia: & eas strangulant, trahendo ad peccata. Vnde in *Ps.*51. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula enim acuta subtiliter radit, & faciliter interficit. Et quòd hoc faciant Prælati, & Clerici, dicit Dominus *Mich.*3.a. Audite Principes Iacob, & Duces domus Israel, nunquid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem desuper ossibus eorum? Et non solùm hoc malum ibi faciunt, immò peiora, & verbo indigna. *Ier.* 11.c. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa, &c. *Ezech.* 8. Fili hominis, vides tu, quid isti faciunt, abominationes magnas; quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à Sanctuario meo, & adhuc conuersus videbis abominationes maiores, &c. Et ex hoc sequitur, vt consecutiuè inueniatur iniquitas eius, id est, talis Prælati, vel Clerici, ad odium Dei. In ipso *e* enim repe-

> *In finem seruo Domini Psal. Dauid. XXXV.*
>
> Dixit *a* iniustus, vt *b* delinquat in *c* semetipso: *d* non est timor Dei ante oculos eius. *e* Quoniam dolosè egit in conspectu eius: vt † *f* inueniatur iniquitas *g* eius ad odium.

al. † inueniret iniquitatem suam, & odisset.

a Dixit iniustus.] Potest etiam hoc breuiter exponi de illis qui excusant peccata sua, & legitur sic: dixit iniustus, qui nec Deo, nec sibi, nec proximo, nec carni, nec mundo, nec Diabolo reddit, quod suum est. *b* Vt] non [delinquat in semetipso.] Vnde dicit se non delinquere. Et verè taliter dixit iniustus, quia iustus dicit contrarium. Vnde *Prou.*18.c. Iustus in principio accusator est sui. Vel sic, Dixit, vt delinquat in semetipso, i. dicit, quòd si peccat, peccatum suum non nocet, nisi sibi. Sic dicunt multi, secundū illud *Iob* 19.a. Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea: At vos cōtra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Et hoc facit: Quia *d* Non est timor Dei ante oculos eius, secundū quod suprà dictum est: Non est Deus in conspectu eius: & ideò inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, q.d. non est locus in fonte confessionis, quia Deum non habuit præ oculis. Et hoc propterea accidit: *e* Quoniā dolosè in conspectu eius] i. in conscientia sua, vbi Deus conspicit, q.d. non veraciter, & diligēter discussit, nec exercuit conscientiam suam: quia si hoc fecisset, inuenisset, vnde timeret, & quid accusare deberet. Vnde dicit *B. Bern.* Ad se humiliandum, nihil viuacius inuenire potest anima, quàm si seipsam in veritate inueniat: tantùm nō dissimulet, nec sit in spiritu eius dolus. Dolosè ergo agit, qui peccatum suum defendit, vel conscientiam suam negligenter inquirit: & cùm Dei seruus debeat esse, fit aduocatus Diaboli in causa Diaboli contra Spiritum sanctum, qui dicitur aduocatus contra peccatū. *Ioan.* 19.b. Cùm venerit Spiritus paracletus, arguet mundū de peccato. *f* Vt] consecutiuè inueniatur iniquitas eius ad odium, i. ad vindictam sempiternam, quæ modò quæritur ad amorem i. ad veniam, quia si modò cōfiteretur vt deberet, dimitteret Dñs. Vnde in *Ps.*85. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, sc. misericordia Dei remittētis, & veritas confitentis. Sed si modo non velit ostendere veritatē, quæ requiritur in confessione ad veniam, postea requiretur, & inuenietur ad odiū, quia tunc defensioni non erit locus, & propter accusationem, aut cōfessionem non fiet gratus, sed punietur æternaliter. Vnde supra in *Ps.*30. Requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam, i. superbè excusantibus culpam suam. Vel ad odium eorum, quia oderunt eos, qui corripiunt eos. Vnde *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta.

Aliter.

Partitio Psalmi.

Peccatum ab homine est.

Diuersa genera hominum diuersimodè vident Deū.

o enim reperiuntur illæ tres species, de quibus dicit Dominus *Eccl.* 25. a. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum; pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatum. Pauper est talis in spiritualibus, licèt in temporalibus locupletatus: dicat illud *Zach.* 11. a.

Benedictus Deus, diuites facti sumus. *Apoc.* 3.d. Dicis: diues sum, & locupletatus, & nullus egeo: & nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. Iste etiam pauper superbus est. Vnde *in cantico Deut.* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: & talem odit Dominus. Item talis Prælatus, vel Clericus est diues, mendax; Diues in temporalibus, mendax apud Deum, apud quē defigens manum, & spondens pro amico suo, illaqueatus est verbis oris sui, sicut dicitur *Prouerb.*6.a. Nec facit, quod promisit. *Prou.*12.d. Non inuenit fraudulentus lucrum, id est, Iudas, & substantia hominis auari pretiū. *Eccl.*1. Accessisti malignè ad Dominum, ô Iuda; & cor tuum plenum est dolo & fallacia. *Prou.*26.d. Labiis suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. Item senex fatuus est, quia senis occupat locum; sed fatui seruat ritum. Senex in dignitates sed fatuus in opere.

37.dist.c.ideo. & 11.q.3.c. excellentissimus.

al. † odio habuit.

al. † Domine.

*Deut.*32.*b.*

a Verba oris *c* ius *b* iniquitas & *c* dolus: *d* noluit intelligere, vt bene ageret. *e* Iniquitatem meditatus est in cubili suo: *f* astitit *g* omni viæ non bonæ: *h* malitiam autem non † odiuit. *i* Domine, in cœlo *k* misericordia tua: & *l* veritas tua vsque *m* ad nubes. *n* Iustitia tua, sicut *o* montes † Dei: *p* Iudicia tua abyssus multa,

a Verba oris eius. Suprà ostensum est, quod malum est ab homine; hic autem subdiuidit malum, quod ab homine est. Primum est loqui malum, vnde dicit: Verba oris eius, i. iniusti, sunt *b* Iniquitas, quoad aperta mala. *c* Et dolus,] quoad occulta. *Ier.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Et *in Psalm.*63. Quoniam exacuerunt, vt gladium, linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. In vtraque auctoritate istarum notantur illa duo mala linguæ, sc. apertum & occultum. Secundum malū est mala voluntas, i. voluntas nesciendi bonum, ad faciendum: aut malum, ad declinādum. Vnde sequitur. *d* Noluit intelligere vt benè ageret. *Ioan.*3. c. Lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucē. *Zach.*7.c. Noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, *Psal.*57. Furor illis secundùm similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Tertium peccatum est studium malefaciendi. Vnde dicit. *e* Iniquitatem meditatus est in cubili suo,] ad literam. Vel, In cubili, i. in corde. *Psal.*4. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et *alibi in Psal.*13. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis. Quartum peccatum est consensus in malum. Vnde addit. *f* Astitit,] i. consensum præbuit. *g* Omni viæ non bonæ,] i. omni generi peccati. *Psal.*49. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. In hoc autem verbo, astitit, non solùm notatur consensus per, ad, præpositionem, quæ componit illud verbum; sed & perseuerantia notatur per ly stetit, quod est alterum componentium, q.d. ad alios malè facientes per consensum se inclinauit, & in illo consensu perseuerauit. Quintum peccatum est placentia peccati: vnde subiungit. *h* Malitiam autem non odiuit,] sed dilexit. Vnde *in Ps.*51. Dilexisti malitiam super benignitatem. Prius est nolle carere vitiis, quàm consentire eis, vel perseuerare in eis. Multi enim quandoque peccant, vel peccato consentiunt, & in eo perseuerant, qui peccato vellent carere, & in se, & in aliis odiunt peccatum. Vnde dicit Apost. *Rom.*7.d. Non quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio. *i* Domine, in cœlo.] Secunda pars. Suprà ostendit malum esse ab homine, hic ostendit bonum esse in hominibus à Deo: vnde dicit. Domine, in cœlo, i. in viro iusto, est. *k* Misericordia tua.] Et vocat hic viros iustos cœlum, & nubes, & montes. Cœlum: quia per contemplationem conscij sunt secretorum Dei. Nubes, quia pluuiam doctrinæ simplicibus effundunt. Montes, quia eminentes sunt per bonam vitam. Dicit ergo: Domine, in cœlo misericordia tua, id est, quòd hoc cœlum fiat per contemplationem, à tua misericordia est: hoc bonum contemplationis habet homo à tua misericordia, non à sua sapientia: quia sicut dicit Apost. 2. *Cor.*3.b. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. *l* Et veritas tua,] i. notitia veritatis tuæ, vel amor & efficacia veritatis tuæ, quæ est triplex: veritas vitæ, veritas

De viro iusto.

iustitiæ, veritas doctrinæ, venit *m* Vsque ad nubes,] id est, Prædicatoribus reuelatur, vt eam populo prædicent, priùs facientes eam & habentes in se. Vnde Dominus dixit *Ezech.*3.d. Audies de ore meo verbum: annunciabis eis ex me. Tunc enim, quando veritas vsque ad nubes venit, possunt imbrem doctrinæ dare, secundùm quod dicitur *Eccl.*11.a. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Alioquin sunt nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, sicut dicit Iudas in Canonica sua. Propter hoc ostendebat Apostolus se nubem plenam esse. *Gal.*1.b. dicens: Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominē: neque enim ego ab homine accepi illud, sed didici per reuelationem Iesu Christi. *n* Iustitia tua] id est, iustificatio, qua iustificas homines, facit eos. *o* Sicut montes Dei.] Vel est, sicut montes Dei, quasi dicat, Dei iustificationem habere, & montes Dei esse, inuicem conuertuntur, id est, non fiunt montes, id est, eminentes in vita sancta, nisi per tuam iustitiam, id est, iustificationem, id est, gratiam tuam iustificantem: & si iustificantur, fiunt montes. Vnde *Rom.*8.f. Quos vocauit, hos iustificauit: & quos iustificauit, illos & magnificauit. Quòd autem iustitiam vocamus iustificationem, non est absurdum, cùm dicat Apost. *Rom.*3.c. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, qui credunt in eum. Non enim est distinctio, omnes enim peccauerūt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Vel, per cœlum specialiter intelliguntur Prælati: per nubes, Prædicatores: per montes Dei, pœnitentes, qui priùs fuerunt montes Diaboli, id est, montes Gelboë per superbiam & cumulum peccatorum; sed in pœnitentia fiunt montes Dei ventis tribulationum expositi; non tamen moti, radiis Solis iustitiæ illustrati. Et secundùm hoc benè competit series literæ. Domine, in cœlo,] id est, in Prælato. *k* Misericordia tua,] quia Prælati debent esse misericordes. Vnde *Prou.*20.d. Misericordia & veritas custodiunt Regem: & roboratur clementiâ thronus eius. Veritas autem necessaria est nubibus, id est, Prædicatoribus. Vnde primis Prædicatoribus dictum est *Ioan.* 16.c. Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ: Ideò sequitur. *l* Et veritas tua vsque ad nubes.] Iustitia debet esse in montibus, id est, in pœnitentibus. Vnde *in Psalm.* 96. Iustitia & iudicium correctio sedis eius, id est, animæ Iusti, quæ est sedes Dei. Pœnitentia autem est correctio animæ, vnde sequitur.

In Canonica Iudæ.

Aliter de Prælatis, Prædicatoribus & pœnitentibus.

*2.Reg.*1.*d.*

n Iustitia tua sicut montes Dei. Sed posset quis dicere: Verum est, quòd hæc bona gratiæ à Deo sunt in quibusdam hominibus; sed quare non in omnibus? Ideò subiungit.

p Iudicia tua abyssus multa,] quasi dicat, hoc nescit homo, quia hoc est, Domine, de occultis iudiciis tuis, quæ sunt abyssus multa, id est, inscrutabilia & incomprehensibilia. Vnde *Rom.*11. d. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Vel potest legi, abyssus, ex parte suppositi, sic: Abyssus, id est, profunditas & obscuritas peccatorum, quæ multa est: quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Est, iudicia tua, id est, ex iudicio tuo est, licet occulto, sed tamen iusto. Quòd enim istos seruat à peccato, & non illos, iudicium Dei est iustum, sed occultum. Ad literam, duo sunt iudicia Domini. Primum fuit per aquam: Secundum erit per ignem. Vnde *Dan.*7.c. cùm loqueretur de Iudice, dixit: Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur à facie eius. Et sunt abyssus ista iudicia. Vnde *Rom.*9.c. Miserebor, cui miserebor. Et *Exod.*33.d. Miserebor, cui voluero: Ecce abyssus multa. Notandum est, quòd præter illa, quæ suprà dicta sunt, plures sunt proprietates in nubibus: quare Prædicatores dicuntur nubes: Quæ notantur his versibus:

*Matth.*22.*d.*

Pulsa notis, procul à terra, mare linquit, vt imbres,
Soluitur vt tonitrus, volat, tenuata dat irim.

Hæ proprietates conueniunt Prædicatori, qui sæpè pulsus est vento tribulationis. Item dicuntur pulsi, quia non habent propriam mansionem. *Iob* 37. b. Lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas, id est, vbilibet volūtas gubernantis duxerit. Item Prædicator est procul à terra per contemplationem & desiderium æternorum. *Iob* 7.c. Suspendium elegit anima mea. Item per contemptum temporalium. *Philip.* 3. c. Quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt priora, extendens meipsum. Item mare linquit, id est, amaritudinem mundi. 3. *Reg.* 18. g. Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Item in imbres soluitur: sic & Prædicator in imbres lachrymarum ad irrigandam propriam terram: & doctrinæ ad irrigandam terram proximorum, *Iob* 26. c. Qui ligat

Aliæ proprietates nubium, quibus Prædicatores assimilantur.

ligat aquas in nubibus, vt non erumpant pariter deorſum, ſed ſupple, dent imbrem tempore ſuo. Soluitur etiam Prædicator in tonitruis per comminationes, *Iob.36.* d. Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper. *Eccl. 44.* b. Vox tonitrui eius aſpirabit, vel liberabit terram. Item Prædicator volat. *Iſa. 60.* b. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? Et *Deut. 33.* d. Magnificentia eius diſcurrunt nubes. Et quid mirum? Quia ſicut dicitur *in Pſalm.* velociter currit ſermo. Item dat irim. *Gen. 9.* b. Ponam arcum meũ in nubibus cœli, id eſt, ſacram Scripturam in Prædicatoribus, quæ eſt diuerſis ſenſibus decorata, ſicut iris diuerſis coloribus. Vel quia ſicut ibi dicitur, iris eſt ſignum fœderis inter Deum, & hominem: Tunc dat Prædicator irim, quando reconciliat peccatores Deo. *2. Cor. 5.* d. Dedit nobis Deus miniſterium reconciliationis, & poſuit in nobis verbum reconciliationis.

a Homines, & b iumenta † c ſaluabis, Domine: † d quẽadmodum e multiplicaſti miſericordiam tuam, Deus. Filij f autem hominum in † g tegmine alarum tuarum ſperabunt. h Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ: & i torrente k voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam l apud te eſt

al. † ſaluos facies.
al. † ſicut multiplicata eſt miſericordia tua.
al. † protectione.

a Homines, & iumenta.] Supra dictum eſt, quòd ex iuſto iudicio Dei, tamen occulto, malis hominibus non dat Dominus bona gratuita; hic autem vt oſtendatur, quòd Deus non ſolùm iuſtus eſt, ſed etiam miſericors, oſtendit Propheta, quòd Deus etiam malis hominibus de ſua miſericordia dat bona temporalia. Vnde dicit: Homines, id eſt, Electos, ratione vtentes.

b Et iumenta,] id eſt, reprobos, irrationaliter viuentes.

c Saluabis, Domine,] temporali ſalute, & corporali. De qua ſalute, dicitur *4. Reg. 6.* f. Salua me, Domine mi Rex. Qui ait: Non te ſaluet Dominus. Et hoc, *d* Quemadmodum,] id eſt, ſicut. *e* Multiplicaſti,] i. multiplicem oſtendiſti: Miſericordiam tuam, Deus. Homines autem dicuntur electi. *Ezech. 34.* g. Vos autem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis: Iumenta dicuntur peccatores, *Ioel. 1.* d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *Aliter.* Vel ad literam: Homines & iumenta: quia non ſolùm hominibus dat Deus; ſed etiam brutis animalibus. *Pſalm. 146.* Qui dat iumentis eſcam ipſorum, &c. *Matth. 6.* d. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne vos magis pluris eſtis illis? *Aliter.* Vel totum poteſt legi in bono, vt dicantur, Homines, contemplatiui; Iumenta, actiui. Homo enim naturaliter ſurſum aſpicit; iumentum deorſum. Contemplatiui autem in cœleſtibus occupantur; actiui verò in terrenis. Et ideò dicitur iumentum, quaſi iuuamentum; quia actiui iuuant contemplatiuos, & eorum onera portant. Et hos, & illos ſaluaſti, Domine, quemadmodum multiplicaſti, &c. Verè ab initio mundi magis, & magis multiplicatur Dei miſericordia. Noë enim promiſit Dominus, vt ſaluaretur à diluuio: poſtmodum Abrahæ promiſit ſemen: tandem nobis dedit filium ſuum, & cum eo omnia. Vnde *Rom. 8.* f. Qui etiam proprio filio non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Dico quòd homines, &c. i. bonos, & malos paſces in præſenti, ſicut in prima expoſitione dictum eſt. Sed mali in hac corporali ſaluatione ponunt ſpem ſuam. Vnde *Sap. 5.* c. Spes impij quaſi lanugo. Boni autem non ſperant in hac ſaluatione, ſed in ſpirituali. Vnde ſequitur.

f Filij autem hominum,] id eſt, rationales, ratione vtentes.

g In tegmine alarum tuarum ſperabunt,] id eſt, in protectione, quam facis in alis tuis, id eſt, in brachiis tuis extenſis in Cruce. Et alludit ei, quod dicitur *Matth. 23.* d. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis. De his alis dicitur *Malach. 4.* a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. In illis enim brachiis Chriſti ſic extenſis eſt ſanitas, quia ibi nos ſanauit à peccatis noſtris. Nec ſolùm per Crucem nos ſanauit, ſed & nunc protegit, & erigit. Hæc enim duo vltima inueniuntur in alis. Quia ala protegit, & ideò dicit hic: In tegmine alarum tuarum. Item ala facit volare. De his duobus dicitur, *Iſaia 40.* g. Qui ſperant in Domino, id eſt, in tegmine alarum eius, mutabunt fortitudinem, i. fortes erunt contra Diabolum: Ecce protectio. Aſſument pennas, vt Aquilæ, &c. Ecce eleuatio. De his autem duobus cum primo, quod eſt ſanitas, cantat *Eccleſia.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Salus quantum ad ſanitatem; vita quantum ad protectionem ab eo, qui vult nos occidere: reſurrectio quantum ad eleuationem. Vel per alas intelliguntur duo teſtamenta, vel duo præcepta charitatis, vel ſapientia, & obedientia, vel miſericordia, & iuſtitia. Et his omnibus velantur Sancti, & proteguntur. *Pſalm. 60.* Protegar in velamento alarum tuarum. Dicis, quòd ſperabunt; ſed nunquid fruſtrà? Non, quia ſequitur.

h Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,] in futuro. Hæc eſt illa domus, de qua *2. Cor. 5.* a. Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd domum non manufactam, ſed æternam habemus in cœlis. Hæc inebriatio præſignata eſt, *Geneſ. 43.* g. vbi fratres Ioſeph biberunt, & inebriati ſunt cum eo. Et ibi præmittitur, quod Ioſeph præcepit diſpenſatori domus ſuæ: Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quia mecum ſunt comeſturi meridie. In quibus verbis notatur domus, & vbertas domus, & tempus comedendi. Et licet in domo illa non ſolùm inebriemur, ſed etiam ſatiemur edendo, ſicut dicitur *Iſa. 25.* c. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, &c. tamen non dicit hoc, niſi de inebriatione; ſed in hoc comprehendit etiam comeſtionem propter facilitatem ſumendi: Chriſtus enim erit potus, & cibus. *Cant. 5.* a. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, chariſſimi. *Eccl. 24.* c. Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. Sed poſſet aliquis dicere, inebriabuntur, ſed non dulci potu, immò amaro, ſecundùm quod dicitur *Thren. 3.* b. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio. Vnde hoc remouens Propheta, ſubiungit.

i Et torrente] non doloris, aut amaritudinis, ſed.

k Voluptatis tuæ,] id eſt, affluentia diuinæ fruitionis: Potabis eos. Torrente dicit, propter abundantiam, & impetuoſitatem, non quia tranſeat. Vnde *alibi in Pſalm. 45.* vocatur non torrens, ſed fluuius impetuoſus, vbi dicitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, id eſt, Eccleſiam triumphantem. *Geneſ. 2.* b. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum. Et verè non tranſibit torrens iſte, quia eſt fluuius de fonte procedens. Vnde ſequitur.

l Quoniam apud te eſt fons vitæ] id eſt, vita indeficiens. *Ioan. 14.* a. Ego ſum via, veritas, & vita. Via non errans, veritas non fallens, vita indeficiens. *Ioann. 7.* f. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, quaſi dicat, veniat ad fontem. Sed quia multi nolunt venire ad iſtum fontem, ſed vadunt ad ciſternas diſſipatas, id eſt, ad mundi delitias, conqueritur Dominus *Ierem. 2.* e. cum admiratione magna, dicens: Obſtupeſcite cœli ſuper hoc; & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus: Duo enim mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas: quia.

A Delitiæ

Moral. *h* Inebriabuntur, & cætera.] Moraliter. Prælato conuenit iſte verſus, & ſequens: quia talis debet eſſe, vt poſſit ei dici: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, ſcilicet, ſubditi, ab vbertate triplici, contra illam triplicem inediam, de qua *Iſa. 3.* b. Non ſum Medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite me conſtituere Principem populi. Niſi enim ſit Medicus, vt ſciat infirmos à peccato curare: & niſi habeat panem, vt ſtantes poſſit confortare: & veſtimentum, vt ſciat contra frigidum ventum Aquilonis, id eſt, contra tentationes Diaboli munire, debet dicere, nolite me conſtituere Principem. Sed ſi hæc habeat, gratiam curationis, panem prædicationis, veſtem ſanctæ conuerſationis; tunc ſubditi inebriabuntur ab vbertate domus eius. Hæc autem non ſufficiunt, ſi habeat in intellectu; ſed etiam debet habere affectum plenum dulcedine ſpirituali: Ideò ſubditur.

i Et torrente voluptatis tuæ potabis eos,] id eſt, de plenitudine dulcedinis Dei, quam in tuo corde poſſidere debes. Vnde dicit: Tuæ. De hac plenitudine, & dulcedine *in Pſal. 144.* Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Sequitur. *l* Quoniam apud te eſt fons vitæ,] id eſt, fons, qui eſt vita bona: A quo fonte debent haurire ſubditi diuerſa, & particularia exempla: Sicut qui hauriunt de fonte, non vnus totum fontem capit; ſed quilibet quod ei neceſſarium eſt, & omnes ſatis inueniunt: ita debet eſſe in Prælato. Vnde Apoſtolus, fontem vitæ ſe eſſe oſtendens, dicebat *2. Corinth. 7.* a. Capite nos, ſcilicet, quaſi fontem ad omnia, quæ vobis neceſſaria

A delitiæ & diuitiæ & honores huius mundi effluunt, & in æſtate, id eſt, in tempore neceſſitatis, videlicet, in morte, omninò deficiunt. Et quia in anima ſunt duo, ſcil. vita & ſcientia, ideò in hoc verſu dicit duo: Quoniam apud te eſt fons vitæ, quantum ad vitam. *a* Et in lumine tuo videbimus lumen,] quantum ad ſcientiam, id eſt, in te cognoſcemus te. *Ioan.*17. a. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te verum Deum, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum. Ecce vita ſimul & ſciētia. *Ioan.*1. Vita erat lux hominum. Sed nota, quod hic prius loquitur de vita, quàm de lumine, quia viuere præcedit videre. Quod benè innuitur *Ioan.* 1. a. vbi primò dicitur: Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Et poſtea additur: Et vita erat lux hominum.

fons vitæ: & in *a* lumine tuo videbimus lumen. *b* Prætende miſericordiam *c* tuam *d* ſcientibus te: & *e* iuſtitiam tuam his, qui *f* recto ſunt corde. Non *g* veniat mihi pes ſuperbiæ: & *h* manus *i* peccatoris non *k* moueat me. Ibi *l* ceciderunt, *m* qui operantur iniquitatem: expulſi *n* ſunt, *o* nec potuerunt ſtare.

Moral. * ſunt. Et 1. *Cor.*9. d. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes ſaluos facerem. Sicut aqua fontis non ad vnum vſum tantùm accipitur, ſed ad multos. *a* Et in lumine tuo, &c.] i. per exemplum, & doctrinam, qua nos illuminabis, videbimus lumen verum. Prælati enim ſunt lumen, per quod debent alij videre. *Phil.*2. b. Lucetis ſicut luminaria in mundo. *Ier.*31. f. Qui dat Solem in lumine diei. Per Solem intelliguntur magni Prælati. *B. Bern.* Paradiſum habemus multò meliorem, & longè delectabiliorem, quàm primi parentes habuerunt. Et Paradiſus noſter Chriſtus Dominus eſt. Ex hoc amœniſſimo Paradiſo quatuor fontes habemus, ſcil. fontem miſericordiæ, fontem ſapientiæ, fontem gratiæ, fontem charitatis. Hauriamus de fonte miſericordiæ ad abluendas culpas, aquas remiſſionis. De fonte ſapientiæ ad pacandam ſitim noſtram, aquas diſcretionis. De fonte gratiæ ad irrigandas bonorum operum plantas, aquas deuotionis. Quæramus de fonte charitatis ad condiendas & coquendas affectiones noſtras, aquas æmulationis, de quibus *Propheta* ait: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione, &c. Et *alibi*: Zelus domus tuæ, &c. Siquidem ex dulcedine deuotionis, diligis iuſtitiam, ex feruore æmulationis odio habes iniquitatem. Et fortè de his fontibus adhuc in carne viuentibus Chriſtus potum exhibuit in ſemetipſo. Quintum, qui eſt fons vitæ, poſt hoc ſæculum repromittens, ad quem ſitiebat Propheta, cùm diceret: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Et fortè propter hos quatuor fontes in quatuor locis vulneratus eſt Chriſtus adhuc viuens in carne. Propter quintum cùm iam tradidiſſet ſpiritum, transforatus eſt. Viuebat adhuc, quando foderunt ei pedes & manus, vt nobis adhuc viuentibus quatuor fontes proferret ex ſeipſo. Quintum vulnus pertulit, cum iam expiraſſet, vt quintum fontem nobis poſt obitum aperiret. Tunc ſacco conſciſſo pecuniam, quæ latebat, in pretium noſtræ redemptionis effudit. De his fontibus dicit *Iſa.* 12. b. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Chriſtus noſter Paradiſus eſt, de quo quinque fontes emanant.

Effectus miſericordiæ Dei:
- Hominis tam nobilis excelſa plaſmatio. *Gen.*1. d. Faciamus hominem ad imaginem noſtram, &c.
- Creaturarum omnium vniuerſalis ſubiectio. *Pſ.* 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.
- Poſt peccatum tam longanimis expectatio. *Sap.* 11. a. Miſereris omnium, quia omnia potes: & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.
- Auerſi frequens & pia reuocatio. *Iſa.*3. c. Aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. *Can.* 6. d. Reuertere, reuertere, &c.
- Redeuntis libens & benigna ſuſceptio. *Luc.* 15. d. Cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater ſuus, & miſericordia motus eſt, &c.
- Poſt reditum clemens & paterna correctio. *Pſ.* 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum; miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo.
- Captiui, ſeu perditi copioſa redemptio, 1. *Cor.*6. d. Empti eſtis pretio magno. 1. *Pet.*1. c. Non corruptibilibus auro, &c. *Pſal.*129. Et copioſa apud eum redemptio, &c.
- In fine ſuperabundans remuneratio, *Matt.* 25. b. Euge, ſerue bone & fidelis, &c.

Sap. 8. *a.* *B. Bernard.* Dilatet, Domine, miſericordia tua terminos ſuos, extendat fines, expandat ſinus, attingat à fine vſque ad finem fortiter & diſponat omnia ſuauiter.

b Prætende.] Suprà oſtendit Propheta, quòd bona ſunt à Deo, & mala ab homine. Sed quia ſcire hoc non ſufficit, niſi Dñs etiam nobis det illa bona, quæ ab ipſo eſſe ſciuntur: & a malo, quod a nobis eſt, nos cuſtodiat. Ideò vtrunq; petit, ſubdens: Prætende Dñe. Et primò petit bona, & inter bona primò petit gratiā præuenientem, cùm dicit: Prætēde, quaſi præueniendo tende. *c* Miſericordiam tuam] i. gratiam ex miſericordia tua, non ex meritis noſtris. *d* Scientibus te,] i. credentibus te non alium Deū eſſe, a quo cuncta bona procedunt. Et benè dicit: Miſericordiā, quia ſicut dicitur *Rom.*9. d. Non eſt volentis, neq; currentis, ſed Dei miſerētis. *Tit.*3. b. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundùm ſuam miſericordiā ſaluos nos fecit. Et benè etiā dicit, ſcientibus, vnde *Iſa.*27. b. Populus non eſt ſapiēs, propterea non miſerebitur eius, qui fecit illum. Secundo petit rectitudinem operandi, vnde ſubiungit: *e* Et iuſtitiam tuam,] i. rectitudinem operandi prætende. *f* His, qui recto ſunt corde] quaſi dicat eis, qui recta volūt, da fortitudinē, vt quod benè volunt, benè perficiant. Hoc etiam ſuprà petierat in alio *Pſ.*4. dicens: Dirige me in veritate tua. Et notandum, quòd cōpetenter iungit miſericordiam, ſcientib: & iuſtitiam, rectis corde, quia ſcientia nihil meremur, ſed bona voluntate cordis meremur. Quod ergo datur ſcientibus, miſericordia eſt: quod rectis corde, iuſtitia, quia merito datur. Sed quia bonum cito perditur, quod cuſtos virtutū humilitas non cuſtodit; ideò tertio petit humilitatē, dicens: *g* Non veniat mihi pes ſuperbiæ.] Et benè hoc poſt prædicta duo, ſc. poſt ſcientiā & virtutem dicitur: quia ex ſcientia & virtute ſolet venire ſuperbia, quia, vt dicit *Greg.* difficile eſt magna agere, & de magnis opinionē non habere. Et dicit: Non veniat, quia ſuperbia accidentalis eſt. Vnde *Eccl.*10. c. Non eſt creata hominibus ſuperbia. Et poteſt legi: Pes ſuperbiæ, intranſitiuè, quia ſuperbia eſt pes, quo receditur a Deo, & quo itur contra Deū, vnde *Iob* 15. c. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Et habere pedem ſuperbiæ, eſt habere pedem inflatum: quod periculoſum eſt nobis peregrinis. Vel, Pes ſuperbiæ, tranſitiuè. Et ſunt duo pedes ſuperbiæ, ſc. diuitiarum affluentia, & ſæcularis potentia. Et licet dicatur pes in ſingulari; tamen pro vtroq; ſupponit in hac negatione: nō veniat mihi pes ſuperbiæ; negatio enim præpoſita totum negat. Quartò petit liberari a tentatione Diaboli: Vnde ſubiungit. *h* Et manus,] i. operatio, ſeu impulſio, i. tentatio pulſans. *i* Peccatoris] i. Diaboli, qui antonomaſticè dicitur peccator. *k* Non moueat me,] de loco meo, qui eſt Deus, per peccatū. *Pſ.*13. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. *Eccl.*10. a. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, &c. Et notandum, quòd Diabolus pulſat in tentatione, mouet in peccati conſenſu, vel operatione, ligat in conſuetudine, præcipitat in morte. Item manus Diaboli, ſunt omnes peccatores aperti, per quos Diabolus mouet alios, quando per eos ad peccatum inducuntur. Item hoc nota, quod dicitur, ſuperbiæ, per abſtractum, & dicitur, peccatoris, per concretum: in quo notatur omne peccatum eſſe aut ſpirituale, aut corporale. Et quare petat quod nō veniat ſibi pes ſuperbiæ, oſtendit, cū ſubiungit. *l* Ibi] i. in pede, i. per pedē ſuperbiæ. *m* Ceciderūt, qui operantur iniquitatē,] i. Diabolus, & Adā, qui fuerunt auctores iniquitatis. Et loquitur ſecundū modū luctatoris, cū dicit: Non veniat, &c. Et poſt: Ibi ceciderūt, q. d. luctā habeo contra diabolū; ſed peto, Dñe, vt non veniat mihi pes ſuperbiæ, i. vt diabolus non innectat mihi pedē ſuū, qui eſt ſuperbia, i. quòd nō faciat mihi *le Gābeth*, quia ibi, i. per illū pedē, ceciderunt qui operantur iniquitatē: quia Diabolus deceptione ſuperbiæ cecidit, vnde *Luc.*10. c. Videbā Sathanā, quaſi fulgor de cœlo cadentē. Et quia iſto *Gambeth* cecidit, eodē luctatus eſt cū homine: & cecidit homo in peccatū, *Gen.*3. a. quādo dixit: Eritis ſicut Dij, ſcientes bonū & malū. Et benè de homine & Diabolo dicitur: Qui operātur iniquitatē: Omnis. n. iniquitas perpetratur, aut ex corruptione naturæ quā per Adā incurrimus, aut ex ſuggeſtione Diaboli, aut ex vtroq; *n* Expulſi ſūt] de cœlo Diabolus, & de Paradiſo homo. *o* Nec potuerūt ſtare,] i. reſiſtere, quin expellerētur. Vel, Non potuerunt ſtare, poſtmodū in ſua, i. ad ſtatū ſuum, de quo ceciderunt, redire. Diabolus. n. nunquā redibit; homo autem redit ad gratiā, & poſtmodū ad gloriā, non ſua vi, imò gratia Dei. Et ita breuiter cōcludit intentionem huius Pſalmi, quoniā bona non ſunt ab homine, ſed à Deo; mala autem ab homine & Diabolo. Et ideò petit, quòd nō veniat ſibi pes ſuperbiæ, quia nō poſſet per ſe reſiſtere, cùm Diabolus & primus homo ibi ceciderūt, vnde dicit *Gr.* Quid cœlo ſecurius, quid Paradiſo iucūdius? Et tamen Diabolus de cœlo, & Adam cecidit de Paradiſo.

Superbia dicitur pes. *Nota, quod ſicut duo pedes ſuperbiæ.*

EXPO

EXPOSITIO PSAL. XXXVI.



Oli æmulari, &c.] Titulus [*Psal. David.*] Titulus patet. Suprà ostendit omnia bona esse à Deo. Hic autem ostendit non esse curandum de temporalibus, & monet, vt spretis transitoriis; sola æterna diligamus. Et scribitur per imperfectum Alphabetum: quia instruit paruulos, ne inuideant, vel indignentur prosperitati malorum, quia vt dicitur *Iob* 5. a. paruulum occidit inuidia. Itē ne illam appetant. *Prou.* 1. c. Vsquequo paruuli diligitis infantiam: & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupiēt? Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò monet Propheta, vel Ecclesia, in cuius persona loquitur, ne de flore malorum indignetur aliquis, neque imitetur eos; sed in Domino, à quo cuncta bona sunt, ponatur spes. Secundò ostendit malos torqueri inuidia super bonos, *ibi*: Obseruabit peccator iustum. Tertiò, ostendit iustum nunquam deleri: & interserit de pœnis malorum, & præmiis bonorum: addens etiam exhortationes, *ibi*: Iunior fui. Primò ergo monet ne visio flore malorum indignemur, dicens.

Psalmus David. XXXVI.

Aleph. Noli *a* æmulari † in *b* malignantibus: *c* neque † zelaueris *d* facientes iniquitatem. Quoniam, *e* tanquam fœnum † velociter arescent: & † *f* quemadmodū † olera † herbarum citò † decident. *g* *Beth.* Spera in Domino, & *h* fac bonitatem, & *i* habita terram: & *K* pasceris in *l* diuitiis eius.

al. † inter malignātes.
al. † æmuleris.
al. † citò.
al. † sicut.
al. † prati.
al. † cadent.
Partit. Psal.

a Noli æmulari] id est, indignari. *b* In malignantibus] id est, de malignantibus, id est, maligne ardentibus, videlicet, igne auaritiæ, de quo *Matt.* 6. c. Adhuc ignis in domo impij. Et *Psal.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Æmulor autem dicitur quatuor modis. Vnde versus.

Æmulor dicitur quatuor modis.

Æmulor, indignor, amo, subsequor (id est, imitor) *inuideoque.* Vel sic.

Æmulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.

Æmulor autem sumitur hic pro indignari, vel etiam pro inuidere. Sumitur pro amare. 1. *Corint.* 12. d. Æmulamini charismata meliora. Et 2. *Cor.* 11. a. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Sumitur pro subsequi, vel imitari. *Prov.* 3. d. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius. Sumitur pro inuidere *Num* 11. f. Quid æmularis pro me? Et 1. *Reg.* 1. a. vbi dicitur, quòd Fenenna erat æmula Annæ. Sunt autem quatuor in temporali prosperitate, quare non debemus æmulari, id est indignari, vel inuidere illis, qui florent in hoc mundo, sed magis compati eis. Primum est, quia temporalia dantur eis in deceptionem. *Ps.* 72. Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos, dum alleuarentur. *Sap.* 14. b. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum. Secundum, quia dantur eis in laqueum, & vinculum, quibus trahantur ad patibulum. Vnde *Ierem.* 27. a. Fac tibi vincula & catenas: & pones ea in collo tuo, & mittes ea ad Regem Edom, & ad Regem Moab, & ad Regem filiorū Ammon, & ad Regē Tyri, &c. Reges enim & Principes, & magni homines his vinculis colligantur, & multi ad patibulum inferni suspensi sunt. Tertium, quia dantur eis in iugum & onus. Vnde *Deut.* 17. d. præcepit Dñs de Rege, Non habebit auri, & argenti immensa pondera. Quartum est, quia nullum fructū habent ex eis. Vnde *Ierem.* 48. b. Dat florē Moab, quia florens egredietur, quasi dicat, non habebit ibi, nisi tantùm florem. Vnde *Senec.* Apud alios est fructus diuitiarum; diuitibus autem nomen cedit & sollicitudo. Secundò monet nos Propheta, ne amemus temporalia, vel peccatum: Vnde subiungit.

Non debemus æmulari illis, qui florent in hoc mundo propter quatuor.

c Neque zelaueris] id est, dilexeris vel imitatus fueris. *d* Facientes iniquitatem.] *Sen.* Amor turpium non nisi turpi ratione conciliari potest. Facientes iniquitatem, id est, inæqualitatem, propriè sunt diuites: vnde dicit *August.* Omnis diues aut iniquus est, aut hæres iniqui. *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Ne ergo zelaueris istos. *Eccl.* 9. c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris. *Et* 5. a. *eiusdem.* Noli attendere ad possessiones iniquas. *Sen.* Summa malorum est, quòd ad exemplum viuitur. *Iacob.* 1. a. Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis, &c. Ibi *Glo. Beda.* Ne indignemini, si mali in mundo florent: quia non est Christianæ dignitatis in temporalibus exaltari; sed potiùs deprimi. Mali nihil habent in cœlo; vos nihil in mundo; sed spe illius boni, ad quod tenditis, quicquid in via contingat, gaudere debetis. Postea ostendit, quare non sunt amanda temporalia, cùm subiungit.

e Quoniam tanquam fœnum velociter arescent] operantes iniquitatem, licèt modò floreant, citò arescent. *Isa.* 40. b. Exiccatum est fœnum, & flos eius decidit. *f* Et quemadmodum olera herbarum citò decident] qui modò stare videntur: Vnde in prædicta auctoritate *Eccl.* 9. c. cùm dixisset. Non zeles gloriam, & opes peccatoris; subiungit causam: Non enim scis, quæ futura sit illis subuersio. Et propter hoc dicit *Iob* 5. c. Vidi stultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius statim. Quare statim? Quia statim cadit, sicut olera herbarum. Vnde *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt. Per fœnum autem quod est cibus iumentorum, possunt intelligi homines bestiales, & carnales: Per olera, quæ sunt cibus hominum [vt dicitur *Rom.* 14. a. Qui infirmus est, olus manducet. Et *Gen.* 9. a. Quasi olera virentia dedi vobis omnia] possunt significari homines, qui fuerunt spirituales, sed facti sunt carnales; & ita citò cadunt in præsenti, quasi olera, secundùm quod dicit Apostolus *Gal.* 3. a. Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Sic faciunt aliquando Prælati, quia in primo anno quandoque sunt Angeli, in secundo homines, in tertio autem fiunt leones, vel potiùs Dæmones. Et tunc est de ipsis, sicut de olere. Quando enim olus putrescit, fortissimum fœtorem habet, & multum corrumpit aerem: Ita tales Prælati multum fœtent, & corrumpunt vicinum aëra, per malum exemplum, & malam famam suam. Sed quia cadunt hic in fœtorem istum; ideò etiam quemadmodum olera herbarum citò decident in fœtorem gehennæ. Vnde talibus comminatur Dominus *Ierem.* 51. Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram; & extendam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis: & non tollent de te lapidem triangulum, & lapidem in fundamentum: sed perditus in æternum eris, & dicit: Ecce, quasi in proximo est. *Sap.* 6. a. Horrendè, & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Olera autem herbarum quomodo decidunt? Per vermes, per sectionem, per hyemem, per siccitatem; sic & ipsi per vermen conscientiæ, per sectionem, quæ fiet, cùm separabit Dominus bonos a malis. Per hyemem stringentis pœnæ, vbi erit fletus & stridor dentium. Per siccitatem & ariditatem, id est, per defectum omnis boni deficientur.

Per fœnum carnales, & per olera spirituales intelliguntur.

Matth. 25. *K.*

g Spera in Domino.] Suprà ostendit Propheta, quod non est, & quare non est ponendum cor in temporalibus: Hic ostendit, vbi ponendum est, quoniam in Deo est. Et hoc est quod dicit: Spera in Domino, quasi dicat, ex quo ita citò transeunt omnia; ergo non in transitoriis, sed in Domino permanente spera. Et sperandum est in Domino multis rationibus. Primò, quia ipse largus. *Esther* 2. d. Dona largitus est secundùm magnificentiam principalem. *Iacob.* 1. a. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Secunda ratio est, quia multa potest dare. *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius: & in dextera illius diuitiæ & gloria. Tertia ratio est, quia rogat nos, vt ab ipso petamus: *Matth.* 7. a Petite, & dabitur vobis. *Ioan.* 16. e. Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo: petite & accipietis. Quarta ratio est, quia Pater noster est, *Psal.* 102. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Quinta ratio est quia est benignus & verax. *Psal.* 85. Multæ misericordiæ, & verax. Sexta, quia consuetus est iuuare. *Psal.* 24. Reminiscere miserationum tuarum, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. Septima, quia propinquus, & frater noster est. *Hebr.* 2. c. Non confunditur vocare nos fratres. Octaua quia ex quo tot, & tanta iam passus est pro nobis, non libenter nos perderet. *Bern.* Tanti emit, vt amittere non velit. Et propter hoc dicit: Spera in Domino. Sed quia sperare sine meritis non est spes, sed præsumptio: Ideò post spem inuitat nos ad bonam operationem, subdens. *h* Et fac bonitatem] quasi dicat, cum spes sit certa expectatio ex meritis proueniens, si facis bonitatem, potes sperare. Vndè in *Psal.* 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Et nota, quod dicit: Fac bonitatem, non dicit fac bonum: quia bonitas tangit bonum finem; bonum autem aliquod non bono fine potest fieri. Et quia certus locus sacrificio deputatus est à Domino, ideò subiungit. *i* Et inhabita terram] Israël, scil. Ecclesiam: quia quicquid fit extra communitatem Ecclesiæ, Deo non placet. *Deut.* 16. b. In loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, immolabis Phase. Et bonum est in terra illa habitare, quia fertilis est. Vnde addit. *k* Et pasceris] i. corroboraberis. *l* In diuitiis eius] id est, terræ illius, quæ est Ecclesia, cuius diuitiæ sunt Sacramenta, & suffragia, quibus corroborantur filij Ecclesiæ. *Psalm.* 111. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Vel sic: Inhabita terram quadruplicem, scilicet superiorem, inferiorem: interiorem,

Sperandum est in Domino multis rationibus.

Terra quadruplex est inhabitanda.

a Delectare in Domino: & b dabit tibi † petitiones cordis tui c Reuela † d Domino e viam tuam, & f ſpera in eo: g & ipſe h faciet. Et i educet † quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum † tanquam meridiem: k ſubditus eſto Domino, l & † ora eum. † m Noli æmulari in n eo qui proſperatur in via ſua, o & in p homine faciẽte † q iniuſtitias.

al.† petitionem.
Gimel.
al.† ad Dominum.
De pœn. diſt. 1. §. non tibi dico.
al.† tanquã.
al.† ſicut
al.† obſecra.
Daleth.
al.† Ne ſubæmuleris eum.
al.† iniquitatem.

& exteriorem. Superiorem, vitam æternam, quæ eſt terra viuentium: Et paſceris in diuitiis eius, hic per prægustationem, in futuro per plenariam fruitionem. Inferiorem, Eccleſiam, vt dictum eſt. Interiorem, conſcientiam eam excolendo: Et paſceris in diuitiis eius, id eſt, bonis cogitationibus: de qua terra, & paſtu, *Prou.* 12.b. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus. Exteriorem, ſcilicet corpus proprium ſpiritui ſubiugando: Et paſceris in diuitiis eius, ſcilicet, in bonis operibus. *Prou.* 24.d. Præpara opus tuũ foris, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. *Eccl.* 20. d. Qui operatur terram ſuam inaltabit aceruum frugum. Ita Dominus in exemplum & fructum noſtrum terram corporis ſui, vt agrum voluit exerceri. Vnde primo omnes ſuperfluitates temporalium delitiarum & diuitiarum ab ea longè reſecauit, non quia nunquam priùs habuerit, ſed ne eas vnquam haberet. Et quia in eo nihil erat vitij, quod extirparetur, ideò quod aliquo modo dicitur ſuperfluum, ſcil. pilos eius euelli permiſit. Vnde dicit *Iſa.* 5. c. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Item ager iſte aratus, fimatus fuit ſputis Iudæorum. *Iſa.* 5. c. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Aratus fuit in flagellatione, quando de longo in longum totius corporis flagellauerunt eum, ita quod ſanguis defluebat per veſtigia aratri. Sed quia angulus huius agri non plenè attigerat aratrum; ideò cum foſſoriis clauorum culti fuerunt anguli, ſc. manus & pedes. Sic enim ſolent facere agricolæ, quod aratrum non poteſt attingere, foſſorio colunt. Hæc autem terra multum aceruum frugum inaltauit: & paſcimur modo per gratiam in diuitiis eius, & in futuro paſcemur per gloriam. Vnde congruè conſequenter monemur ad contemplationem, cùm ſubiungit:

Luc. 18.c. a Delectare in Domino] per contemplationem. In contemplatione enim prægustatur dulcedo Dei. *Pſ.* 33. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Prægustata autem appetitur, & appetita & poſcita datur. Vnde ſequitur.

b Et dabit tibi petitiones cordis tui.] *Matth.* 7. b. Dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Et iſte ſpiritus dulcis eſt & delectabilis. Vnde *Eccl.* 24. c. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Et ita ſi delectaris in Domino, Dominus dabit tibi petitionem cordis tui mediante deſiderio & petitione, vt dictum eſt. Sed qui ſunt qui delectantur in Domino? Mundi contemptores. Quod oſtenditur in *Pſalm.* 76. Renuit conſolari anima mea, ſcilicet, in temporalibus delitiis, memor fui Dei, & delectatus ſum. *B. Bern.* Delicata eſt diuina conſolatio, nec conceditur admittentibus alienam. *Iſa.* 58. d. Si glorificaueris Deum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt ſequaris ſermonem, tunc delectaberis ſuper Domino. Hoc propriè conuenit Religioſis, qui nec facere, nec loqui poſſunt de voluntate propria. Et nota, quod dicit; Petitiones cordis, non oris. Ex corde enim debet procedere, & tranſire per os, & ideò propriè dicitur cordis. Et talem petitionem de facili exaudit Dominus. Vnde allegat *Pſal.* 118. Clamaui in toto corde: exaudi me, Domine. Sed poſſet modò dicere aliquis peccator: Palatum habeo corruptum per peccatum, non poſſum in Domino delectari: quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. Quid ergo faciam? Vnde quaſi reſpondens dicit.

1.Cor.2.d. c Reuela] in confeſſione.

d Domino] vicario eius, ſcilicet, Sacerdoti. Vnde *Matth.* 8. a. Vade, oſtende te Sacerdoti. Vnde Sacerdos non ſcit peccatum confitentis inquantum homo eſt, ſed inquantum eſt loco Dei.

e Viam tuam] i. vitam, qua ad Deum, vel ad infernum tendimus. Vnde omnes, qui viuunt in præſenti vita, dicuntur eſſe in via, & peregrini vocantur. *Heb.* 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Sed quia confeſſio debet fieri in ſpe ſatisfaciendi & veniam conſequendi; ſtatim ſubiungit.

f Et ſpera in eo,] quòd, ſcilicet det tibi ſatisfaciendi poſſibilitatem, & quòd miſereatur tui, veniam tribuens peccatorum. Iudas enim pœnitentiam habuit & confeſſus eſt. *Matth.* 27. a. ſed quia deſperauit, periit. Vnde dicitur *Matth.* 27. a. Videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Ecce de pœnitentia & de confeſſione eius. Sed de deſperatione, propter quam periit, ſequitur ibi, quod abiens laqueo ſe ſuſpendit. Similiter Cain confitens, ſed tamen deſperans, dixit *Gen.* 4. b. Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Sed dementitur eum *B. Bern.* dicens: Maior eſt Chriſti pietas, quàm quæuis iniquitas. Si autem confeſſus fueris, & ſperaueris, miſerebitur. Vnde addit.

g Et ipſe,] ſcilicet, Deus.

h Faciet.] Non dicit quid, vnde intelligendum eſt de proprio opere ſuo, quod eſt miſericordia. Vnde dicitur *in Collecta*: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. Vnde de contrario opere dicitur. *Iſa.* 28. f. Iraſcetur vt faciat opus ſuum, quaſi dicat, non eſt ſuum opus iraſci, ſed miſereri. Vnde ſequitur ibi. Alienum eſt opus eius ab eo. Nec ſolùm dimittet Dominus peccata; ſed & illud, quod in te operabitur, remunerabit. Vnde ſequitur.

i Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam.] Iuſtitiam poſſumus intelligere vindictam, quam ſumit homo de ſeipſo pro peccatis. Iudicium autem prudentiam, qua bonum à malo ſeparat, & bonum plus quàm malum eligit; vt ſumatur hic iudicium, & pro iudicio diſcretionis; & pro iudicio electionis. Educet ergo, quaſi lumen, iuſtitiam tuã: & iudicium tuum, tanquam meridiem, quando hæc omnia in futuro iudicio omnibus reuelabit, & pro his luce perpetua te ditabit. Vnde *Iob.* 11. d. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperum, & cùm te conſumptum putaueris, orieris, vt Lucifer. Vel de præſenti poteſt legi; Educet, i. extrà ducet vt aliis luceant, quæ priùs induxerat, i. intùs in corde tuo duxerat, vt te illuminarent. Et in hoc ſenſu poteſt ſumi iuſtitia & iudicium, ſicut ſupra. Vel ſic, vt iuſtitia ſit quicquid bonum facimus: & hæc educetur, quaſi lumen, ad exemplum aliorum. Vnde *Matth.* 5. b. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Sed quia omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt ſicut pannus menſtruatæ, ideò neceſſe eſt, vt ſuperueniat iudicium, quo ipſæ iuſtitiæ iudi- Iſa.6.c.
centur, & lauentur ſordes. Vnde dicit *Iob.* 9. d. Verebar omnia opera mea, ſciens, quod non parceres delinquenti. Ibi *Gloſ.* omnia opera, etiam bona. Et quia hoc perfectius eſt, quam primum, ideò hoc dicit: Tanquam meridiem, quod plus dicit, quam ſimpliciter lumen. Et quòd iſtud iudicium Rom. 11.
debeat fieri de iuſtitia, oſtendit ſequens litera, quæ dicit.

k Subditus eſto Domino] quaſi dicat, noli altum ſapere, ſed time.

l Et ora eum] vt quod imperfectum eſt in te, ſuppleat. Sic faciebat Iob, qui dicit *Iob* 9. b. Si habuero quippiam iuſtum, & non reſpondebo; ſed meum Iudicem deprecabor. Cùm dicit: Non reſpondebo, notat hoc, quod hic dicitur, Subditus eſto: Qui enim ſubditus eſt Domino ſuo, non reſpondet ei de pari; ſed humiliter audit increpationem Domini ſui. Cùm dicit; Deprecabor, idem eſt, quod dicitur; Ora eum. Et benè priùs dicit: Subditus eſto, & poſtea; Ora eum, quia humilis ſpiritus debet præcedere, & proferre orationem. Vnde *Eccl.* 35. c. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.

m Noli æmulari.] Præmiſſis malis, quæ mali habebunt: & bonis, quæ boni habebunt: hic concludit, quod priùs propoſuerat, quia primò fuit quaſi propoſitum. Per ea autem, quæ ſecuta ſunt, eſt probatum. Vnde hic concluditur: Noli æmulari, expone vt ſuprà.

n In eo, qui proſperatur in via ſua.] Et verè ſua, non Dei, quia dixerunt Deo; Recede à nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. Sicut de diuitibus dicitur *Iob.* 21. b. Quia autem ſua eſt, ideò mala & nociua. *Prou.* 12. d. Iter impiorum decipiet eos. Et in *Pſal.* 1. Nouit Dominus viam Iuſtorum, & iter impiorum peribit. *Iacob.* 1. b. Diues in itineribus ſuis marceſcet. Et quis ſit iſte, qui ſic proſperatur in via ſua, oſtendit ſubdens.

o Et] pro, id eſt.

p In homine faciente] non tantùm cogitante.

q Iniuſtitias.] Pluraliter dicit, ad denotandum multitudinem: quia omnis peccator ad minus tripliciter facit iniuſtitiam. Primam Deo, cui aufert animam ſuam, quam creauit, & redemit ſuo ſanguine proprio. *Deuteron.* 32. a. Hæccine reddis Domino, Popule ſtulte & inſipiens? Nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui cuſtodiuit te, & fecit & creauit te? Secundam ſibi, cui aufert Deum. *Iſaia* 59. a. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum; & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis. Tertiam, proximo, cui aufert ſe fructum

oratio

orationum suarum. *Thren.* 3. e. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.

a Desine ab ira] id est, rumpe iram, ne procedat.

b Et derelinque, &c.] id est, Deum non blasphemes, nec arguas de negligentia. Ira enim minor est; furor autem maior, quando scil. vsque ad insana verba, vel facta trahitur homo. Insania autem est, vt vermis arguat Creatorem: quod facit ille, qui murmurat, vel blasphemat de prosperitate malorum. Vnde in prologo Abacuch super verbis illis *Abac.* 1. c. Vsquequo, Domine clamabo, &c. Quare taces conculcante impio iustiorem se, &c. dicit *Hieron.* Vide, quàm temeraria vox sit, & quodammodò blasphemantis, Creatorem suum ad iudicium prouocare: & vas fragile aduersus figulum, cur tale, vel tale factum sit, disputare. Dico ergo, quòd de hoc nec turberis, nec blasphemes. Et præter hoc necesse est, vt non imiteris eos in malitia sua. Vnde addit. *c* Noli æmulari] id est, imitari eos. *d* Vt] sic maligneris, id est, vt sic malignus efficiaris, & malo igne viaris, scilicet cupiditatis, luxuriæ, & cæterorum vitiorum. *Prou.* 23. b. Non æmuletur cor tuum peccatores. Et verè non est æmulandum, sed sustinendum.

He.
al. † ne subæmuleris, vt nequiter facias.
al. † malignè agunt.
al. † hæreditate possidebunt.
Tan.
al. † hæreditate possidebunt.

a Desine ab ira, & *b* derelinque furorem: † *c* noli æmulari, vt *d* maligneris. Quoniam *e* qui malignantur, exterminabuntur: *f* sustinentes autem *g* Dñm, ipsi *h* † hæreditabunt *i* terram. Et *k* adhuc pusillum, & non *l* erit peccator: & *m* quæres locum eius, & non inuenies. *n* Mansueti autem † hæreditabunt terram, *o* & delectabuntur in multitudine pacis.

e Quoniam qui malignantur, &c.] id est, extra terminos cœlestis patriæ damnabuntur, quando dicetur illud *Apoc. vlt.* c. Foris canes, & venefici, & impudici. Ad hanc exterminationem faciendam armabit se Dominus armis illis, quæ describuntur *Sap.* 5. d. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium rectum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem; acuet autem diram iram in lanceam: & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam habenæ curuato arcu nubium exterminabuntur impij. In hoc vltimo verbo loquitur metaphoricè, & vocat arcum nubium iridem, siue irim, qui fit ex repercussione radiorum Solis: Et nubium habenas, vocat illas lineas diuersorum colorum, quæ sunt in iride, vel iri, quæ Sole radiante facilè dissoluuntur. Sic impij facilè exterminabuntur à conspectu solis iustitiæ. Vel ibi potest legi. Habenæ curuato arcu. Et est sensus: Ita oportebit eos in Infernum ire data sententia à Domino; Ite maledicti, &c. sicut sagitta immittitur ab arcu benè extenso, & curuato: Ita illi.

Matth. 25. *d.*

f Sustinentes autem] id est, patientes.

g Dominum] flagellantem. Vel, sustinentes, id est, sperantes Dominum, præmia differentem.

h Hæreditabunt] in æternum possidebunt.

i Terram] viuentium. Et quia per sustinentiam tantum bonum acquiritur, infœlices sunt, qui talentum sustinentiæ non habent. Vnde maledicuntur *Eccl.* 2. c. Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. Sicut in prouerbio dicitur, Modio vini ad nummum, væ illi, qui non habet illum. Et ne tædium sit nimis diu sustinere malitiam malignantium, ostendit, quòd citò veniet eorum perditio. Vnde sequitur.

k Et adhuc pusillum] id est, parum restat. *l* Et non erit, &c.] id est, dominium eius. Et verè non erit, cùm sit socius eius, qui non est. De hac acceleratione *Ioel.* 3. a. Citò velociter reddam vicissitudinẽ vobis super caput vestrum. Pusillum est tota vita ista respectu futuræ. Et statim in morte peccatoris potest dici: Melius fuisset ei, si natus non fuisset homo ille, quantumcunq; magnus fuerit in isto sæculo. Ideò dicitur *Iob* 20. a. Gaudiũ hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque in cœlũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniũ in fine perdetur. *Greg.* Reproborum mentes idcircò multa nequiter agunt, quia quam citò morituri sunt non attendunt. Et verè non erit: Probatio.

Iob 18. *c.* *Quomodo dicatur peccator non esse.*

m Quæres locum eius, & non inuenies.] Vnde in *Iob* 20. b. Post prædicta verba sequitur: Qui eum viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur, &c. Vel potest legi, sicut in *Glos.* legitur. Quæres locum eius, id est, si vsum, vel vtilitatem eius velles habere: Sic enim vulgariter sumitur locus pro vtilitate, cùm dicitur: Ille tenet ibi magnum locum, id est, multum vtilis est ibi. Mortuis autem malis, & persecutoribus, boni qui vident eos fuisse sibi vtiles, quærunt eos, qui adhuc vellent eos habere ad vtilitatem suam. Sunt autem mali vtiles bonis in multis: Primò, quia sunt virga, quibus corripiuntur à Domino, quando delinquunt: Vnde *Isa.* 10. b. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est. Secundò, quia sunt malleus, & instrumentum, quo Dominus eos fabricat in vasa gloriæ. Vnde dicit *Ierem.* 50. d. Quomodo confractus est malleus vniuersæ terræ. Tertiò, quia sunt stimuli, quibus Dominus stimulat bonos, *Ierem.* 46. c. Vitula elegans, atque formosa Ægyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei. *Gregor.* Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. *Exod.* 12. c. Vrgebántque Ægyptij populum Israel de terra sua exire. Quartò; quia sunt probatorium, quo Dominus probat eos, qui sunt recipiendi ab eo in patria, & qui non. *Eccl.* 2. a. In igne probatur aurum, & argentum; homines verò receptibiles in camino humiliationis; Dominus enim facit sicut ille, qui emit vasa figuli: percutit, vt videat, si est ibi aliqua fractura latens: & cùm cassum reddit sonum, dimittit illud: Sic Dominus eos, qui casse respondent per impatientiam, non approbat. *Gregorius*: Qualis quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Ita citò peribunt peccatores; sed boni vitam æternam possidebunt. Vnde sequitur.

Mali vtiles sunt bonis in multis.

n Mansueti autem hæreditabunt terram] viuentium, vt suprà dictum est de sustinentibus. Sed modò dicit: Mansueti, quia quidam sustinent in angaria, & crucifiguntur à sinistris Domini: Alij sustinent in patientia & benignitate cordis, & crucifiguntur cum Domino à dextris: Hi sunt mansueti. Dominus autem illum, qui crucifixus fuit à sinistris, non constituit hæredem Paradisi; sed illum, qui à dextris, cui dixit: Hodie mecum eris in Paradiso, 1. *Corinth.* 13. b. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas autem mansuetudinem introducit: quia charitas patiens est, benigna est. *Gregor.* Mansuetudo imaginem Dei in nobis seruat, sed ira dissipat. Qui autem imaginem Patris non portabit ad iudicium, hæres Patris non recognoscetur. Vnde monet Apostolus 1. *Cor.* 15. f. Sicut portauimus imaginem terreni; portemus & imaginem cœlestis: Hoc autem dico, quoniam caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Ergo soli mansueti, qui habent imaginem Dei, hæreditabunt terram illam viuentium. Sed nunquid timebunt, quòd auferatur eis? Non. Vnde addit.

Luc. 23. *f.*

o Et delectabuntur in multitudine pacis.] *Psalm.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Hæc tria in via competunt Fidei, Spei, & Charitati: In futuro autem erit pulchritudo pacis, quantum ad dotes corporis, tabernacula fiduciæ, quantum ad dotes animæ, requies opulenta, quantum ad vtrumque. Et meritò delectabuntur in multitudine pacis, qui hîc multas tribulationes habuerunt. *Psalm.* 33. Multæ tribulationes iustorum, &c. Modò enim tribulantur ab elementis. Ignis enim vrit, terra premit, aqua algore constringit, aer inæqualitate sua constringit. *Sapien.* 5. d. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Et tunc habebunt pacem boni cum istis elementis, secundùm illud, quod dicitur *Sapient.* 16. c. Quodam tempore mansuetabatur ignis. Item modò inquietatur homo à bestiis etiam minimis, vt muscis, pulicibus, & huiusmodi. *Sapient.* 16. b. Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt morsus. Sed tunc pacem habebunt boni à talibus. Vnde *Iob* 5. d. Et bestias terræ non formidabis. Item modò infestantur homines ab hominibus, sicut significatum est *Genes.* 25. c. quando collidebantur paruuli in vtero. Sed in futuro boni habebunt pacem ab his. *Iob* 5. d. Cum lapidibus regionum erit pactum tuum. Item modò est infestatio corporis contra spiritum. *Galat.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. Sed tunc erit concordia. Vnde *Psalm.* 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Ecclesiastic.* 25. a. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier sibi benè consentientes. Caro est mulier, vir est spiritus. Item modò impugnantur homines à Dæmonibus. Vnde *Ephes. vltim.* b. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, supple, tantùm; sed aduersus Principes, & potestates, &c. contra spiritualia nequitiæ, id est, contra Spiritus nequam. Sed in futura pace quieti erunt Sancti ab eo. *Rom. vltim.* c. Deus pacis conteret Sathanam sub pedibus vestris, velociter.

Hic est notandum, quòd dicitur pax bona, & pax mala, & vtraque multipliciter.

- **Pax.**
  - **Bona.**
    - Temporis, 2. *Match.* 4. a. Videbat sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari.
    - Vitæ æternæ, vt *hic*, & 2. *Theff.* 3. a. Deus pacis det vobis pacem sempiternam.
    - Christus, *Eph.* 2. c. Ipse est pax nostra. *Mich.* 5. b. Erit iste pax.
    - Reconciliatio ad Deum, *Rom.* 1. a. Gratia vobis & pax. *Matth.* 10. b. Pax huic domui.
    - Cessatio à causis, *Hebr.* 2. d. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam. *Rom.* 12. d. Cum omnibus hominibus pacem habentes.
    - Quies pectoris, *Iacob.* 3. d. Fructus iustitiæ in pace seminatur. *Ioann.* 14. d. Pacem meam do vobis.
    - Societas Iustorum, 2. *Tim.* 2. d. Sectare pacem cum his, qui inuocant Dominum de corde puro.
    - Lætitia spiritualis, *Col.* 3. c. Pax Christi exultet in cordibus vestris.
    - Protectio, *Ph.* 4. b. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, &c.
    - Fructus Spiritus, *Gal.* 5. d. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax.
    - Fiducia, *Ioan.* 20. c. & *Luc.* 24. f. Pax vobis.
    - Concordia hominum & Angelorum, *Luc.* 2. b. Pax hominibus bonæ voluntatis. Et 19. f. Pax in cœlo, & gloria in excelsis.
    - Tranquillitas carnis, *Iob* 5. d. Scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum.
    - Altare, *Iudic.* 6. e. Ædificauit altare, vocauitque illud Domini pax.
    - Omnis locus sanctus, *Psalm.* 75. In pace factus est locus eius. Item. *Psalm.* 147. Qui posuit fines tuos pacem.
  - **Mala.**
    - Conspiratio, *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium.
    - Simoniacus contractus, *Act.* 12. d. Persuaso Blasto postulauerunt pacem. Blastus interpretatur habens præmium.
    - Fœdus cum Diabolo, 1. *Theff.* 5. a. Cùm dixerint pax, securitas; tunc repentinus eis superueniet interitus. *Ezech.* 13. b. Dicentes: pax, pax; & non est pax.
    - Prosperitas malorum, 1. *Machab.* 7. e. Cùm reuersus fuero in pace, succendam domum istam. Idem 3. *Reg.* vlt. e.
    - Falsa gratia, 4. *Reg.* 9. e. Estne pax Hieu? Et respondit: Quæ pax? Adhuc vigent fornicationes matris tuæ, &c.
    - Impunitas in peccatis, *Deut.* 29. c. Ne dicat in corde suo: pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei.
    - Negligentia, *Apoc.* 6. a. Datum est ei, vt sumeret pacem de terra.
    - Incircunspectio, 3. *Reg.* 2. a. Effudit sanguinem belli in pace.
    - Concomitantia vitiorum, *Iud.* 4. c. Erat pax inter Iabin & domum Aber. Iabin, prudentia: Aber, liuor interpretatur.
    - Hypocrisis, *Ier.* 26. a. Seruabis pacem, pacem, quasi dicat, duplicem, non veram, sed fictam.

Maliqua- tuor modis malignantur contra bonos. *a* Obseruabit, &c.] Secunda pars, in qua ostendit malos torqueri inuidia, & ex hoc malignari contra bonos. Et ostendit, quòd quatuor modis malignantur. Primò occultè insidiando. Vnde dicit: Obseruabit peccator Iustum, quo ad occultas insidias. Sic illi mali inuidi obseruabant illum verum Iustum, Christum, scil. Vnde *Luc.* 6. b. Obseruabant eum Scribæ, & Pharisæi, si in Sabbato curaret, vt inuenirent, vnde accusarent eum. Et *B. Bern.* dicit: Habuit Christus in factis obseruatores, in verbis contradictores, &c. Sic & quilibet peccatores obseruant viros iustos, *Eccl.* 11. d. Sicut perdix inducitur in foueam, & sicut caprea in laqueum; sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui: bona enim in mala conuertens, insidiatur, & in electis imponit maculam. Secundo modo malignantur apertis signis, etsi non factis, ostendendo malitiam. Vnde dicit.

b Et stridebit super eum dentibus suis.] Sic fecerunt Iudæi Stephano, *Act.* 7. g. Et stridebant dentibus in eum. *Psalm.* 111. Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet. *Isa.* 8. d. Qui strident incantationibus suis. Sed qui sic stridet, transibit de stridore in stridorem; *Matth.* 22. b. Mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Et hoc est, quod sequitur.

c Dominus autem irridebit eum.] Ecce vicissitudo contra stridorem. Et est sensus: Ad modum irridentis se habebit, quia non volet misereri eis. Vnde super illud verbum *Iob* 9. c. Et non de pœnis innocentum rideat, dicit *Sacr. Gl. ff.* Ridere Dei, est nolle misereri. De hac irrisione supra in *Psalm.* 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus subsannabit eos. *Prouerb.* 1. c. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis, quod timebatis, acciderit. Econtrario dicitur de bono, *Ecclesiast.* 33. a. Sapiens non odit mandata, & non illudetur. Et verè irridebit, & citò.

a Obseruabit peccator Iustum: & *b* stridebit super eum dentibus suis. Dominus *c* autem irridebit eum: quoniam *d* prospicit, quòd veniet *e* dies eius: *f* Gladium † euaginauerunt peccatores: † *g* intenderunt arcum suum. Vt *h* decipiant *i* pauperem, & inopem: vt *k* trucident *l* rectos corde.

Hebr. al. † eduxerunt. *al.* † tetenderunt.

d Quoniam prospicit] id est, propè aspicit, quòd veniat dies eius. Prospicit, dico Dominus, licet peccator non prospiciat. *Luc.* 19. g. Quia si cognouisses & tu; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia dies venient in te, & circundabunt te inimici in vallo, &c.

e Dies eius] id est, Domini, scilicet, dies iudicij, de quo *Sophon.* 1. c. Iuxta est dies Domini, &c. dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, &c. Vel, Dies eius, id est, peccatoris, in quo punietur. *Iob* 18. d. In die eius stupebunt nouissimi. *Ierem.* 17. b. Diem hominis non desideraui. *Iob* 21. d. In die perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Et nota, quòd ad diem culpæ sequitur dies mortis, & ad diem pœnitentiæ, dies vitæ. Tertiò malignantur mali persecutionem apertam mouendo. Vnde dicit.

f Gladium euaginauerunt peccatores.] Ad literam, gladio pugnantes. Vel gladium, id est, quamcunque persecutionem euaginauerunt, id est, in publicum produxerunt. *Moraliter. Gladius dicitur peccatum.* *Ezech.* 21. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & splendeas. Moraliter, etiam gladius, est peccatoris peccatum, de quo *Eccl.* 21. a. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. Et qui publicant peccatum, euaginant gladium. *Isa.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Hi faciunt contra illud, quod dixit Dominus *Ioann.* 18. b. Mitte gladium tuum in vaginam. Vagina, in qua debet peccatum contineri, est timor Dei, & verecundia sæculi. In hac vagina debuisset Iudas inclusisse gladium suum, sc. peccatum proditionis, quando Dominus vaginam ei tetendit, dicens *Matth.* 26. b. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet: Ecce vnde debuisset erubescere. Et addit, dicens: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille; ecce vnde debuisset timuisse. Quartò malignantur dolis & machinationibus persequendo. Vnde sequitur.

g Intenderunt arcum suum] id est, parauerunt dolos. *Psal.* 63. Intenderunt arcum, rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. *Osee* 7. d. Facti sunt, quasi arcus dolosus. Arcus dicitur scientia, vel potentia sæcularis, de quo in *Psalm.* 43. Non enim in arcu meo sperabo. Iactatores intendunt hunc arcum. *Matth.* 23. a. Dilatant philateria sua. Suum dicit, non Dei. Arcus Dei est sacra Scriptura, de quo *Eccl.* 43. b. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. Et qua intentione hoc faciant, consequenter ostendit, videlicet. *h* Et decipiant.] Hoc refertur ad intentionem arcus. *i* Pauperem & inopem] ad literam, quia istos frequentius decipiunt, non diuites. Vnde *Eccl.* 13. c. Pascua diuitum sunt pauperes. Pauperem sine consilio. Inopem sine opibus. Vel, Pauperem & inopem, id est, humilem. Istos enim decipere conantur, non magnos. *Eccl.* 13. d. Diuiti decepto multi recuperatores, humilis deceptus est, insuper & arguitur. Sed quantum ad veritatem magis decipiuntur diuites, secundùm quod ibi dicitur: Locutus est superba, & iustificauerunt illum. Sed dicit Dominus *Isa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.

k Vt trucident rectos corde.] Hoc refertur ad euaginationem gladij. Vt trucident, non solùm occidant; sed in partes minutissimas diuidant: quod ad literam factum est in Martyribus. Vnde 1. *Machab.* 1. g. dicitur de quibusdam: Noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt. *l* Rectos corde.] non curuos, qui flectuntur timore. Tales enim non trucidantur à Tyrannis,

nec

nec trucidantur adhuc; ſed magis honorantur. Vnde dixit Holofernes, *Iudith.* 11. a. Nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi. Illi etiam, qui euaginant gladium peccati per manifeſtationem, multos trucidant: nō ſolum interficiunt in vno peccato, ſed minutatim diuidunt ad multa peccata. Vnde malum exemplū dicitur, non tam occidere, quam corrumpere. Caro enim, quam citò mortua eſt, non propter hoc corrupta eſt, donec putreſcat: ſic moritur homo in primo peccato; ſed ad operam aliorū aſſuefaciens ſe ad peccatum, computreſcit, & corrumpitur. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *Pſalm.* 37. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Vnde cum ſic corrupti ſunt, iam vix reſuſcitari poſſunt: quod ſignificatum fuit in Lazaro quatriduano iam fœtente.

Malum exēplum non ſolùm occidit; ſed etiam corrumpit.

al. † Framea.
al. † conteratur.
Teb.
al. † quoniam.

a Gladius eorum intret in corda ipſorum: & *b* arcus eorum † confringatur. *c* Melius eſt modicum Iuſto, ſuper diuitias peccatorum *d* multas. Quoniam *e* brachia peccatorum *f* conterentur: confirmat autem Iuſtos Dominus. *g* Nouit Dn̄s *h* dies *i* immaculatorum: & *k* hæreditas eorum in *l* æternum erit. *m* Non confundentur in tempore *n* malo, & in diebus famis *o* ſaturabuntur: † quia peccatores peribunt.

Vnde *Eccl.* 32. c. Peccator homo vitabit corruptionem, & ad voluntatem ſuam inueniet comparationem. Sic faciunt, ſed non impunè ferent: quia ſibi primò nocent, licet ſibi ſatiſfacere videantur, & proximis non multum nocent, imò bonis proſunt. Hoc eſt, quod ſequitur: *a* Gladius eorum intret in corda ipſorum,] id eſt, quia aliis nocere volunt gladio, ſiue materiali, ſiue ſpirituali: ideò gladius peccati intret in corda ipſorum,] id eſt, moriantur morte peccati. Cùm enim gladius intrat in cor, ſtatim moritur homo: ita quàm citò peccatū intrat cor hominis, quod fit, quam citò conſentit, vt noceat alij, vita recedit, ſcilicet, Spiritus ſanctus, qui eſt vita animæ. Et meritò dicit, Intret in corda: quia inde exierat gladius, quo alios perſecuti fuerant. *Matt.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Et hæc remuneratio eorum iuſta eſt, ſecundum ſententiam Domini, *Matt.* 26. e. Omnes, qui acceperunt gladium, gladio peribunt. Vnde *Prou.* 11. a. In inſidiis ſuis capientur iniqui. *Prou.* 1. d. Comedent igitur fructus viæ ſuæ. *Iſa.* 3. b. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet illi. *Prou.* 11. a. Supplantatio peruerſorum vaſtabit illos. *b* Et arcus eorum confringatur,] id eſt, dolus & inſidiæ eorum fruſtrentur fine intento, vt ſcilicet, mali non noceant bonis. *Pſal.* 45. Arcum conteret, & confringet arma. *Iob* 5. b. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint manus eorum implere, quod cœperant. Poſtquam egit de bonis & de malis ſingillatim, comparat eos ad inuicem, & ſtatus eorum in quatuor. Primò in diuitiis, cùm dicit: *c* Melius eſt, &c.] Secundò in potentia: *ibi.* Quoniam brachia peccatorum. Tertiò in honore, *ibi:* Nouit Dominus. Quartò in opere, *ibi:* Mutabitur peccator. De primo ergo dicit. *c* Melius eſt modicum Iuſto] homini, ſuper diuitias peccatorum multas, id eſt, melius eſt homini, vt ſit iuſtus & pauper, quam peccator & diues. *Prou.* 15. b. Melius eſt parum cum timore Dei, quam theſauri magni & inſatiabiles: melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prou.* 19. a. Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate, quàm diues torquens labia, & inſipiens. Et ſubiungit cauſam, dicens: *d* Quoniam brachia,] quaſi dicat, ideò eſt melius: Quoniam brachia peccatorum conterentur; confirmat autem Iuſtos Dominus. Et eſt ſecunda comparatio, vbi comparat eos in potentia, quaſi dicat, modò in parte atteruntur Iuſti; & peccatores econtrario in parte radicantur. Sed in futuro vice verſa peccatores. *f* Conterentur,] id eſt, non tantum in parte, ſed ex toto teruntur. Et Iuſtos confirmabit Dominus, id eſt, ex toto firmabit. Quod bene declaratur *Luc.* 16. g. vbi dictum eſt diuiti; Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua: & Lazarus ſimiliter mala; nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. *Eccl.* 10. a. Regnum à Gente in Gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos. Et de primo non dicit, quod Dominus conterat; ſed dicit: conterentur. De ſecundò non dicit, confirmabuntur, ſed confirmat Dominus. In quo notatur, quod ſuprà dictum eſt, videlicet, quod non eſt proprium Domini punire; ſed retribuere, & miſereri.

Comparatio bonorum & malorum.

e Brachia,] duo ſunt brachia peccatorum per quæ peccata operantur, videlicet, potentia temporalis, & ſcientia ſæcularis. Et ambo conterentur. *Pſal.* 74. Et omnia cornua peccatorum confringam. Et nota, quod dicit, Confirmat; quod eſt præſentis temporis: quia & confirmat in præſenti per gratiam, quod in futuro confirmabit per gloriam. 2. *Theſſ.* 2. d. Ipſe Deus & Pater, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam in ſpem bonam in gratia: exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono. Ecce hic tangitur confirmatio & cordis & oris & operis. Et quomodo confirmat? Non pecunia, ſed ſeipſo. *Pſal.* 27. Dominus fortitudo plebis ſuæ. *Eccl.* 15. a. Confirmabitur in illo, & non flectetur. Vnde ſic exponi poteſt, Confirmat, id eſt, ſecum firmat. Confirmatus erat Apoſtolus, dicens *Rom.* 8. g. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Certus ſum, quod neque mors, neque vita, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei. *g* Nouit Dominus] quaſi dicat, ideò confirmat, quia approbat & conſiderat. Hoc eſt, Nouit Dominus, id eſt, approbat & conſiderat. *h* Dies,] id eſt, vitam. *i* Immaculatorum.] Simile ſupra *in Pſal.* 1. Nouit Dominus viam Iuſtorum. Noctem autem maculatorum, id eſt, malam vitam, non nouit, id eſt, non approbat, vnde ibi in *Pſ.* Et iter impiorum peribit. Vnde dicit *Matt.* 7. d. Nunquam noui vos: Diſcedite à me, qui operamini iniquitatem. *Prou.* 4. d. Vias, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus; peruerſæ autem, quæ à ſiniſtris, & has non nouit. Vel, nouit per prædeſtinationem. Et hæc eſt tertia comparatio, vbi comparat bonos & malos in honore. Honor autem bonorum conſiſtit in multis, quæ notantur hic. Primum eſt, quòd noti & electi ſunt à Deo per prædeſtinationem: Vnde dicit, Nouit Dominus per prædeſtinationem, dies, id eſt, viam immaculatorum. *Rom* 8. f. Quos præſciuit & prædeſtinauit. 2. *Tim.* 2. c. Cognouit Dominus, qui ſunt eius. Vel, Nouit Dominus dies immaculatorum, ſc. dies æternitatis, de quibus in *Pſal.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et quia his duobus modis nouit Dominus dies immaculatorum: Beati immaculati in via, vt dicitur *inferius in Pſal.* 118. Illos enim, quos nouit, recipiet ad cœleſte conuiuium; & quos non nouit, excludet. Vnde ſequitur. *k* Et hæreditas eorum,] ſ. immaculatorum, ſ. vita æterna. *l* In æternum erit,] i. ſine fine. De qua hæreditate in *Pſ.* 126. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filiorum merces fructus ventris. Et 1. *Pet.* 3 d. dicitur de Chriſto. Qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Tertium, in quo conſiſtit honor eorum, & immunitas à futura confuſione. Vnde dicit. *m* Non confundetur in tempore malo, id eſt, in die iudicij. Nam ſi non haberent illam hæreditatem æternam, confunderentur valde ab expectatione ſua, qui hic reſpuunt hæreditatem præſentem, de qua dicitur: Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit, *Prouerb.* 20. c. Sed quia illam, quam modò expectant, tunc habebunt, ideò non confundentur, ſed gloriabuntur. *Iſa.* 45. c. Saluatus eſt ſalute æterna, non confundemini, neque erubeſcetis vſque in ſæculum ſæculi. In tempore malo, id eſt, in die iudicij, de quo tempore *Eccl.* 11. d. Et ſi multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dierum malorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. *Eccleſ.* 11. c. In die bonorum ne immemor ſis malorum. Dico, quod habebunt hæreditatem. Sed quid habebunt ibi: Quicquid volunt. Nam ſequitur.

Iob.

Honor bonorum conſiſtit in multis.

n Et in diebus famis] ſc. poſt mortem, tunc quando mali eſurient. *o* Saturabuntur.] Vnde *Iſa.* 64. b. Serui mei comedent, & vos eſurietis: ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Et hoc eſt quartum, in quo conſiſtit honor Sanctorum, ſc. in delitiis æternis: Et benè dico, quòd erit fames.

† Quia peccatores peribunt] illa fame. Nec mirum, ſi in pœna fame peribunt: quia hic in culpa fame perierunt. Vnde *Luc.* 15. d. Filius prodigus in ſe reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo? Vel ſic conſtrue, in diebus famis, id eſt, pro diebus famis, id eſt, pro fame paucorum dierum ſaturabuntur æterna ſatietate. Quia peccatores peribunt ex iuſtitia, quam exercebit Dominus in peccatores, *Matt.* 5. a. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. *Pſal.* 57. Lætabitur Iuſtus, cùm viderit vindictam. *Iſa. vlt.* g. Erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Et benè peccatores, nòn Iuſti peribunt, ſicut dicitur *Iob* 4. b. Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Et in *eodem* d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Oſtenſo, quantus eſt honor Iuſtorum, oſtendit, quam breuis ſit honor malorum: Vnde dicit.

a Inimici

a Inimici verò Domini,]id eſt,amici huius mundi.*b* mox] id eſt, ſtatim. *c* Vt honorificati fuerint.]honoribus & potentia. *d* Et exaltati.]gloria. *e* Deficientes ,deficient,] id eſt, aſſiduè deficient. *f* Quemadmodum fumus,] deficit. Inimici Domini, ſunt peccatores, diligentes mundum. *Iacob.*4.a. Quicunque voluerit amicus eſſe huius mūdi, inimicus Dei conſtituitur. 2. *Timoth.* 4. b. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum. *Aug. ſlonus:*O ſæculum nequam quod tuos beare ſic ſoles amicos, vt Dei facias inimicos.Inimici etiā

Caph.
al. † ſtatim vt gloriabūtur & exaltabuntur.
al. † ſicut.
al. † fœnerätur.
al. † retribuet.
al. † commodat.
al. † cum hæreditate poſſidebūt.
al. † illum diſperient.

Inimici *a* verò Domini,† *b* mox vt *c* honorificati fuerint , & *d* exaltati,*e* deficientes, † *f* quēadmodum fumus , deficient. † *g* Mutuabitur peccator *h* & non ſoluet ; *i* iuſtus autem miſeretur & † *K* tribuet. *l* Quia benedicentes † ei *m* hæreditabunt terram ; *n* maledicentes autem † ei *o* diſperibunt.

Dñi ſunt,quicunque ſunt inimici veritatis,iuſtitiæ,pacis.Et tales honorificati , deficiunt ſtatim , etiam ſi mille annis vixerint. *Pſal.*89. Quoniam mille anni ante oculos tuos; tanquam dies heſterna,quæ præterijt.Hæc enim vita non eſt, niſi momentum vel punctum reſpectu æternæ vitæ. Vnde *Iacob.*4 d.Quæ eſt vita veſtra ? vapor eſt ad modicū parens,& deinceps exterminabitur. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcendunt. Et nota etiam, quod geminatio defectionis, duplicem defectum notat;quia deficient in temporalibus,affligenturque in corpore : & deficient in ſpiritualibus,affligenturque in mente.Sicut econtrario boni abundabunt in ſtola corporis,& in ſtola animæ. Vel ſimpliciter notat mali aggrauationem. *Greg.*Erit miſeris mors ſine morte,finis ſine fine, defectus ſine defectu. *f* Quemadmodum fumus,]congrua eſt ſimilitudo. Fumus enim quantò magis aſcendit, tantò magis euaneſcit. Sic & ipſi , quantò altiùs extolluntur in ſæculo,tantò profundiùs merguntur in inferno. *Pſal.* 72. Deieciſti eos, dum alleuarentur. *Iob* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum,& non ſubſiſtent.*Oſea* 13. b. Erunt quaſi nubes matutina,& ſicut ros matutinus pertranſiens : ſicut puluis turbine raptus ex area , & ſicut fumus de fumario : Ecce propter hoc cōparantur iſtis quatuor,quia citò tranſeunt. Et propter ſpeciales alias proprietates : ſunt enim impij nubes in promiſſione longæ vitæ ; ſed tamen fallunt,ſicut nubes promittunt pluuiam,& plerumque fallunt.*Prou.*25. b.Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes,vir glorioſus & promiſſa non complens.Item impij ſunt ros,promittēdo ſibi vanam delectationem, de quo rore *Cant.*5. a. Caput meum, id eſt,mens, plenum eſt rore,id eſt,vana delectatione,dicit anima. Item ſunt puluis,quia per curioſitatem & ſollicitudinem temporalium incompacti,& diuiſi. *Pſal.* 1. Non ſic impij, non ſic ; ſed tanquam puluis,quem proijcit ventus a facie terræ.*Greg.*Subſiſtere nequeunt,qui ab æternæ eſſentiæ ſoliditate diuiduntur. Sunt etiam fumus aſcendens per ſuperbiam,*Pſ.*73.Superbia eorum,qui oderunt,aſcendit ſemper. *Iſa.*65. a.Iſti fumus erunt in furore meo. Et nota, quòd multæ ſunt proprietates fumi, quæ notantur his verſibus,

Proprietates fumi conuenientes ſuperbo.
*Pſal.*73.

Aſcendit , niger , tenuis , lacrymoſus , ab igne ,
Deficit , oſtendit ventum , tingit , tenebroſus.

Hæc conueniunt ſuperbo, quia aſcendit,ſecundum illud, Superbia eorum,qui te oderunt,aſcendit ſemper. Item eſt niger, *Baruch.*5. c.Nigræ ſunt facies eorum a fumo,qui in domo eſt,ſupple,conſcientiæ.Item eſt tenuis,id eſt,manis. *Iſa* 41.c Erunt,quaſi non ſint:& peribunt viri, qui contradicunt tibi. Hi ſunt ſuperbi. *Et* 40.d.Omnes Gentes,quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo,& quaſi nihil,& inane reputatæ ſunt ei. Item lacrymoſi, quia lædunt alios. *Iob* 24. b.De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Naſcitur ab igne ambitionis. *Pſalm.*57. Supercecidit ignis,& non viderunt Solem. Item deficit,ſicut hic patet.Item oſtendit ventum. *Oſea* 12. a. Ephraim paſcit ventum , & ſequitur æſtum. Item tingit,vnde *Iſa.*13.b.Facies combuſtæ vultus eorum. Quartò comparat bonos malis in opere, cùm ſequitur.

Ad literam.

g Mutuabitur,&c.]ad literam, *Eccl.*29. a. Multi quaſi adinuentionē æſtimauerunt fœnus,& præſtiterunt moleſtiam his,qui ſe adiuuerunt,&c.vſque ibi.Si autem potuerit reddere,aduerſabitur,ſolidi vix reddet dimidium,& computabit illud quaſi inuentionem. Vel ſic,Mutuabitur à Deo, duo minuta,id eſt,corpus & animam.Vnde *Sap.*15.d.dicitur de idolis.Pedes eorum pigri ad ambulandum : homo enim fecit illos:& qui ſpiritum mutuatus eſt,is fixit illos. *h* Et non ſoluet] Deo,quia tradidit Diabolo tam corpus, quam animam in peccato.*Gen.*14.d.Da mihi animas ; cætera tolle tibi.Non poteſt cantari in perſona talium,quod de defūctis cantat *Eccleſia*.Modò reddo tibi Creatori animam meam. Non enim tunc iam eſt in manu eius, ſed in manu Diaboli. Non ſic Dauid,qui dicebat : *Pſ.*118.Anima mea in manibus meis ſemper : quaſi dicat , paratus ſum reddere eam. Et *Iob* 13. b.Animam meam porto in manibus meis. Vel ſic : Mutuabitur peccator,bona omnia,quæ habet,tam ſpiritualia, quàm naturalia, quam temporalia. *Prou.*22.b.Qui accipit mutuū,ſeruus eſt fœnerantis. *Matt.* 25. b. Homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.Et non ſoluet,ea Deo attribuendo, & multiplicata cum vſura Deo referēdo.*Matt.*25.c. Serue male, & piger, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs:& veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſurā.*Greg.*Stultus eſt debitor,qui gaudens pecuniam accipit;& tempus,quo debeat reddere,non attēdit. *Luc.*16.a.Redde rationem villicationis tuæ.Vel ſic:Mutuabitur peccator,voluptatem & delectationē peccati,à fœneratore peſſimo Diabolo,de quo dicitur : *Pſ.*108.Scrutetur fœnerator omnē ſubſtantiam eius, qui nunquam vellet ſortem ſibi reddi ; ſed ſemper multiplicari vſque ad mortem.Et non ſoluet,per confeſſionem,reſeruans confeſſionem vſque ad lectum mortis. Contra quem dicitur *Eccl.*27.d.Ne demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere:A mortuo enim,quaſi nihil,perit confeſſio.Etiam ille, qui audit Theologiam,vel ſermonem mutuatur verbum Dei ; ſed peccator eſt,ſi non reddit & ſoluit operando,& tempore debito prædicando : quia ſicut dicitur *Iacob.*4.d. Scienti bonum facere, & non facienti,peccatum eſt illi. *i* Iuſtus autem miſeretur,] intùs in corde compatiendo. *k* Et tribuet,]exteriùs in opere ſubueniendo. *Pſal.* 111.Iucundus homo,qui miſeretur & commodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio, id eſt, ordinat,quid reſpondebit Iudici,imò miſerendo format & dictat ſententiam, quam pro eo dabit Iudex,dicens:*Matt.*25.c.Eſuriui & dediſtis mihi manducare,&c. Miſeretur autem Iuſtus,primò ſui ipſius , ſecundum quòd dicit *Aug.* Qui vult ordinatè dare eleemoſynam,debet à ſeipſo incipere. Vnde *Eccl.*30. d. Miſerere animæ tuæ placens Deo. *k* Et tribuet,*Luc.*6.e. Omni petenti te tribue. Quædam litera hic habet,Retribuet:& competenter:quia quod vni ex minimis Dñi facimus,ei facimus ; ſed ei nihil poſſumus tribuere , quaſi ex noſtro,ſed tātùm retribuere,quaſi ex ſuo,imò verè ex ſuo. Vnde quærebat Dauid : *Pſ.*115. Quid retribuam Dño pro omnibus,quæ retribuit mihi?id eſt,quid ei retrò tribuam? 1.*Cor.*4.b.Quid habes,quod non accepiſti ? 1. *Paral.vlt.*d. Tua ſunt omnia : quæ de manu tua accepimus , dedimus tibi. *Auguſt.*Dicit tibi Chriſtus:da mihi,dedi tibi : habuiſti largitorem,habe debitorē,habe & fœneratorem. *Prou.*19. c.Fœneratur Domino , qui miſeretur pauperis. Retribuit etiam Deo,qui de bono, quod habet, gratias agit , & ad Deum refert,non aſcribens ſibi, vt ad locum,vnde exeunt flumina reuertantur, *Eccl.*1.b.Et hoc facit Iuſtus in ſpe retributionis æternæ. Vnde ſequitur. *l* Quia benedicentes ei.] ſcilicet, Domino, id eſt, in omnibus gratias agentes. *m* Hæreditabunt terram,]ſcil.viuentium,ſecundum quod dicitur *Gen.*27.d.Qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur:Vox eſt Patris ad filiū.Benedicentes,nō ſolùm verbo,ſed & facto. 1. *Cor.*10. Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis : omnia in gloriā Dei facite.Propriè autem benedicentes Deum dicuntur Religioſi,qui Deum benedicunt pſallendo,prædicando, & bene viuendo,ſecundùm quod diximus *ſuper Pſal.*33 *illum*:Benedicam Dñm in omni tempore. Et hi meritò hæreditabunt terram,viuentium,quia exhæredant ſe de terra morientium , dicentes: *Pſal.*141. Portio mea ſit in terra viuentium. Vnde *Matt.*5. a.Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorū eſt regnum cœlorum. *Marc.*10.d.Nemo eſt,qui reliquerit domum,aut fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrē,aut filios,aut agros propter me , & propter Euangelium prædicandum , qui non accipiat centies tantum,&c.& in futuro vitam æternam. *Prou.*2.d.Qui recti ſunt,hæreditabunt in terra:& ſimplices habitabunt in ea. Recti ſunt,qui non curuantur ad terrena:ſimplices,qui nolunt duobus Dominis ſeruire,ſed ſimplici Deo. *n* Maledicentes autem ei,]id eſt,Domino. *o* Diſperibunt.]*Gen.*27.d.Qui maledixerit tibi,maledictionibus repleatur. Maledicentes, non tantum verbo,ſed facto.*Greg.* Quantaſcunque laudes lingua reſonat,vita blaſphemat. Diſperibunt,id eſt, diuerſis pœnis interibunt. In præſenti, vt patet in Iudæis diſperſis. Et in futuro. *Iſa.* 66. g.Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi notantur diuerſæ pœnæ.Nec ſolùm in futuro remunerabit bonos Dominus ; ſed etiam in præſenti , ſecundùm quod dicitur in *Pſalm.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Remunerat autem multipliciter , ſicut hic oſtenditur. Primò , quia dirigit opera eorum. Vnde ſequitur

Aliter.

Lamech.

Aliter.

Apud,

† *a* Apud Dominum *b* greſſus hominis *c* dirigentur: & viam *d* eius † *e* volet. Cum *f* ceciderit Iuſtus, non † *g* collidetur: quia Dominus † ſupponit *h* manum † ſuam. † *i* Iunior fui *k* etenim ſenui: & non vidi *l* Iuſtum derelictum, *m* nec ſemen eius † quærens *n* panem. *o* Tota die miſeretur, & † commodat: & *p* ſemen illius in *q* benedictione erit. *r* Declina à malo & fac bonũ, & *ſ* inhabita in *t* ſæculũ ſæculi.

Hier. l. † à Domino.
Ibid. † cupit nimis.
Ibid. † conturbabitur.
Hier. l. † firmat
l. † eius.
l. † Iuuenis.
l. † egens pane.
Ambr. l. † fœneratur.

a Apud Dominum,] id eſt, à Domino. *b* Greſſus hominis.] id eſt, opera & affectus. *c* Dirigentur,] qui in ſe tortuoſi ſunt. Melius autem dixit: Apud Dominum, quàm ſi dixiſſet, à Domino: quia ibi duo notantur, cùm dicit, Apud, videlicet, Dei maxima poteſtas, & humani arbitrij libertas. Cùm enim dicit: Apud Dominũ: idem eſt, ac ſi dicat? Non oportet Dominum laborare ad hoc, ſed dicit vel ordinat, & ſtatim factum eſt: quia apud eum eſt hoc, nec indiget extrinſeco. Item in hoc quod dicit: Apud Dominum dirigentur, notatur, quod ſi velimus, vt dirigantur greſſus noſtri, oportet nos, quantum in nobis eſt, ſurgere ad ipſum per applicationem liberi arbitrij: quia apud eum eſt, quod volumus: nec violentèr dabit nobis, niſi oſtendamus ei, quod velimus habere. Et propter hoc benè dicitur *Prou.* 16. b. Cor hominis diſponet viam ſuam; ſed Domini eſt dirigere greſſus eius. Et *in eod.* a. Reuela Domino opera tua: & dirigentur cogitationes tuæ. Item *Prou.* 28. b. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur. Secundò remunerat, quia facit eos in via Domini delectari, vnde ſequitur. *d.* Et viam eius,] id eſt, Domini.

e Volet] Dominus, id eſt, velle eum faciet, ſicut dicitur *Rom.* 8. e. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt, facit nos poſtulare. Et quòd Dominus faciat nos velle viam iſtam, dicitur, *Phil.* 2. b. Deus, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Pſal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum. Vel, volet, ipſe homo, cuius greſſus dirigentur: Viam eius, ſc. Dei, quæ eſt via vitæ: & ideò amplectenda ab his, qui habent pedes directos, ſecundum illud *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. *Ierem.* 21. c. Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Sed quam eliget Iuſtus? *Pſal.* 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Tertiò remunerat Dominus bonos in hoc, quod cuſtodit eos, ne cadant in peccatum mortale: vnde addit. *f* Cùm ceciderit Iuſtus] per peccatum veniale, quod eſt caſus in domo, non à domo. *Prou.* 24. b. Septies cadet Iuſtus, & reſurget. *g* Non collidetur] per mortale, quia etſi vulneretur in naturalibus; non tamen ſpoliatur gratuitis. Et ita licet lædatur; non tamen colliditur. *h* Quia Dominus ſupponit manum ſuam] ſcil. manum miſericordiæ, quæ eum ſuſcipit. Ideò *Pſal.* 30. nolens collidi, dicebat: In manus tuas Domine, commendo ſpiritum meum. Benè enim ſecuri ſunt, qui in manu eius ſunt. Vnde *Sap.* 3. a. Iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. *i* Iunior fui.] Tertia pars, in qua primò oſtendit Iuſtum non derelinqui. Et loquitur Eccleſia, vel Propheta in perſona Eccleſiæ generalis. Dicit ergo Eccleſia: Iunior fui, quia paruula in tempore Abel, quando vbera nondum habebat, vt poſſet prædicare. Sed in tempore Apoſtolorum fuit adoleſcentula, quia calida, pulchra, fœcunda. Sed nunc eſt anus frigida & rugoſa, vnde dicit. *k* Etenim ſenui.] *Matt.* 24. b. Abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. *Iob* 16. b. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me. Et licet tantùm durauerim, dicit Eccleſia, tamen. *l* Non vidi Iuſtum derelictum] à Domino; ſupple, finaliter, niſi fortè corporaliter ad tempus, ſecundùm quod dicitur *Iſa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te. *m* Nec ſemen eius,] id eſt, imitatores eius *n* Quærens panem,] id eſt, nimis indigens pane, *Matth.* 7. d. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Vel ſic: Nec ſemen eius quærens panem, id eſt, principaliter intendens corporalibus: quia ſi hoc facit aliquis, non eſt Iuſtus, nec eſt ſemen Iuſti. *Luc.* 12. d. Nolite quærere, quid manducetis, aut bibatis: hæc enim omnia Gentes inquirunt. *Greg.* Qui paupertatem in terris metuit, æternæ fœlicitatis abundantiam abſcondit. Vel de pane ſpirituali intelligi poteſt, quem ſemen Iuſti etſi quærat appetendo, non tamen quærit mendicando; quia Iuſti abundant iſto pane: ſecundùm quod dicit Apoſtolus *Col.* 3. c. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter. *Prou.* 15. b. Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Vel ſic poteſt conſtrui, & ſecundum hoc minus habebit calumniæ: Non vidi Iuſtum derelictũ, nec ſemen eius, ſupple, vidi derelictum. Semen dico, quærens panem, id eſt dicens: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: quia qui ſic quærit, non derelinquitur à Dño. *Pſ.* 9. Non derelinquis quærentes te, Domine. Et manifeſtum eſt, quòd non derelinquitur Iuſtus: nec ſemen eius ex indigentia quærit panem, quia ſequitur. *Matth.* 6. b.

o Tota die miſeretur & commodat.] Ex hoc manifeſtum eſt, quòd Dominus non derelinquit eum, qui ad eum venit tota die in pauperibus, quibus miſeretur & commodat. Dicit enim *Matt.* 25. d. Quandiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Vnde narrat *B. Greg.* quod quidam bonus homo erat, qui libenter recipiebat & paſcebat pauperes: & quadam die venit Dominus ad domum illius in ſpecie peregrini pauperis, quem cùm ille recepiſſet, & vellet dare aquam manibus illius vt pranderet, vertit ſe, vt acciperet aquam, & Dominus diſparuit. Quo facto cùm ille ſtupefactus eſſet, in ſequenti nocte apparuit ei in viſu Dominus, dicens: Cæteris diebus recipiebas me in membris meis; ſed hodie me in perſona propria recepiſti. Item per hoc, quòd tota die miſeretur & commodat, manifeſtum eſt, quòd non eſt quærens panem, vt dictum eſt, ſed abundat. Vnde miſeretur & commodat. Miſeretur in affectu, commodat in effectu. *Prou.* 19. c. Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis. *Deut.* 15. b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo & egeno & pauperi, qui tecum verſantur in terra. Et dicitur hic: Miſeretur & commodat, tam de corporali, quàm ſpirituali ſubuentione. Et non in vanum facit hoc, quia ſequitur. *p* Et ſemen illius,] id eſt, opera & miſerationes, quæ facit, vt fructum æternum recipiat. *q* In benedictione erit, id eſt, afferet ei benedictionem æternam. Vnde *Deut.* 23. d. Fratri tuo abſque vſura id, quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore in terra, ad quam ingrederis poſſidendam. *Matt.* 25. c. Eſuriui & dediſtis mihi, &c. Et poſt: Venite benedicti, &c. Vel etiam, ſemen illius, tam filij, quàm opera: In benedictione erit, etiam in præſenti, quia ad literam pauperes benedicunt eis & filiis ſuis, quando recipiunt eleemoſynam. Et Dominus etiam dat eis benedictionem gratiæ, & poſt benedictionem gloriæ. Vnde 2. *Cor.* 9. b. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Chryſ.* Conſiderate, qualiter pauperes benedicunt, qui recipiunt: & cogitate qualiter Dominus remunerat, cui plus placet. Et ne quis nimis confidat de eleemoſynis, & putet ſe poſſe per eleemoſynas emere licentiam peccandi, maximè per hoc, quod dicitur *Luc.* 11. f. Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis: Ideò ſequitur. *r* Declina à malo, & fac bonum] Si vis, quòd eleemoſynæ tuæ placeat Deo, declina à malo, id eſt, à peccato, vel Diabolo. Et quia vt dicit *Greg.* minus eſt mala non agere, niſi etiam quiſque ſtudeat bonis operibus inſudare: ideò adiungit: Et fac bonum, non tantùm eleemoſynas, ſed quodcunque potes: *Prou.* 11. d. Deſiderium Iuſtorum omne bonum. Non tantùm vnum. *Eccl.* 9. c. Quodcunque poteſt facere manus tua, inſtanter operare. Declinatur autem à malo per timorem: vnde *Pr.* 15. d. Per timorem Domini declinat omnis à malo: Bonum autem ſit per amorem: vnde dicit Apoſt. *Gal.* 5. b. Fides, quæ per dilectionem operatur. Poſt hæc oſtendit cauſas, quare iſta duo debeamus facere. Prima ratio eſt, quia ſunt cauſa inhabitationis æternæ beatitudinis. Vnde ſequitur. *ſ* Et inhabita.] Secunda, quia placent Deo: quòd notatur *ibi*: Quia Dominus amat iudicium. Tertia, quia acquirunt conſortium Dei: quod notatur *ibi*: Et non derelinquet Sanctos ſuos. Quarta, quia per illa conſeruatur homo ab omni malo: quod notatur *ibi*: In æternum conſeruabuntur. Dicit ergo: Et inhabita, quaſi dicat, ſi declines à malo, & facias bonum, inhabitabis cœleſtem manſionem.

Qualiter declinandum ſit à malo & faciendum bonum.

t In ſæculum ſæculi,] id eſt, in æternum. Et ſignanter dicit, inhabita; nec addit vbi: in quo innuit, quòd non eſt habitatio; niſi cœleſtis, quæ propriè debeat dici inhabitatio, quia in temporalibus iſtis omnes ſunt hoſpites. Vnde *Sap.* 5. c. Spes impij quaſi lanugo, &c. Et poſt addit: Et tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Iuſti autem in perpetuum viuent. *Iob* 27. d. Ædificauit ſicut tinea domum ſuam: & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. Ita eſt de diuitibus: Tinea enim facit domum ſuam in veſte, & excutitur & conculcatur & perit: Sic diuites cùm ædificauerunt palatia, excutiuntur per mortem & cadunt in infernum, vbi conculcantur & pereunt in æternum. Item cuſtos vinearum, vel ſegetum non habitat in vmbraculo, niſi ad tempus: Sic & ipſi diuites in temporalibus iſtis non habitant niſi ad momentum. Vnde ibi ſequitur, quod addit *Iob*: Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet, &c. Secunda cauſa eſt, quia illa placent Deo. Vnde ſequitur,

a Quia

a Quia Dominus amat iudicium, & non *b* derelinquet Sanctos ſuos: in *c* æternum conſeruabuntur. *d* Iniuſti punientur: & *e* ſemen impiorum *f* peribit. *g* Iuſti † autem hæreditabunt terram, & *h* inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam. Os *i* Iuſti meditabitur *k* ſapientiam: & *l* lingua eius *m* loquetur iudicium. *n* Lex Dei eius in corde ipſius: & non *o* ſupplantabuntur greſſus eius. *p* Conſiderat peccator Iuſtum, & quærit † *q* mortificare eum.

Syn.
al. † hæreditate poſſidebunt.
al. † perdere.

a Quia Dominus] quaſi dicat, ideò etiam debes declinare à malo & facere bonum: Quia Dominus amat iudicium diſcretionis, quo ſeparat homo malum a bono. *Iſa.* 61. c. Ego Dominus diligens iudicium. *Ierem.* 15. d. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. Hæc autem diſcretio, ſiue ſeparatio ita debet fieri, vt eligatur bonum, & reprobetur malum, vt dictum eſt. Vnde *Pſal.* 44. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. *Iſa.* 7. c. Butyrum & mel, &c. Non econuerſo, ſicut faciunt quidam, de quibus. *Ierem.* 4. f. Sapientes ſunt, vt faciant mala; benè autem facere neſcierunt. De hoc autem iudicio diſcretionis 1. *Corinth.* 11. g. ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Tertia cauſa eſt, quia hac habetur conſortium Dei ſpirituale. Vnde ſequitur.

b Et non derelinquet Sanctos ſuos.] *Iſa.* 43. a. Cum tranſieris per aquas, tecum ero. Aquæ ſunt diuitiæ & delitiæ, per quas non ſolum tranſeunt mundani, ſed ſubmergunt ſe in illis. Qui enim vult tranſire per aquam, videt vbi minor eſt aqua, & ibi intrat; ita faciunt Sancti viri. Et ideò benè dicit hic, Sanctos, id eſt, ſine terra, quia quantum minus poſſunt, retinent de terra, & de aqua. Sed mundani intrant aquam diuitiarum, & delitiarum, vbi vident eam eſſe maiorem: & ideò ſubmerguntur cum eis. Ergo qui tranſeunt, eſt Dominus cum eis, nec eos derelinquit. Vnde dicitur Deus eorum. *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocat nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem. Hebræus, tranſiens interpretatur. Solitudo, eſt Religio. Via trium dierum eſt triplex votum, quod fit in religione, ad quam vocat Deus Hebræorum; ſed homines ſurdam aurem faciunt ei: ſed timere debent, ne Deus derelinquat eos. Quarta cauſa eſt, quia non ſolùm per hæc habent diuinum conſortium, ſed & præſidium. Vnde addit: *c* In æternum conſeruabuntur,] à Domino, qui dicitur cuſtos. *Iſa.* 21. c. Cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte? Vnde non negauit ſe eſſe Samaritanum. *Ioa.* 8. f. quia Samaritanus idem eſt, quod cuſtos. Qui autem bene vult ſeruari, Deo committat totam cuſtodiam: quia qui nimis curioſè vult ſe cuſtodire, Deus dimittit eum ſibi, & ita citò perdit ſeipſum. Vnde *Ioan.* 12. d. Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit animam ſuam, in vitam æternam cuſtodit eam. Et vbi benè cuſtoditur anima, Aigail docuit 1. *Reg.* 25. e. dicens ad Dauid: Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Faſciculus viuentium eſt congregatio Sanctorum virorum, vbi anima facilius cuſtoditur, quia qui ibi eſt, tot habet oculos & cuſtodes ad ſe cuſtodiendum, quot fratres ſunt in congregatione: quia quòd alter videt reprehenſibile in alio, charitatiuè corrigit; & ſic cuſtoditur. Vnde dicit *Aug. in regula*: Deus, qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis. Et loquitur de modo, quo ſe inuicem corrigere debent. Et ideò dicit *Eccl.* 4. c. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum. Habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Et ſi duos, ergo multò fortiùs plures. Et hoc in ipſo verbo notatur, cùm dicit: conſeruabuntur, id eſt, ſimul ſeruabuntur. Religio enim eſt reſeruatorium Domini: vnde tutum eſt ibi eſſe. *Pſal.* 132. Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Poſuit quatuor rationes, quæ alliciunt homines ad bonum faciendum per amorem, & etiam ad malum declinandum per timorem, poſtea ponit vnam, quæ ſpecialiter moueat ad timorem, per quem propriè declinatur à malo, vnde dicit.

d Iniuſti punientur] ſicut & boni remunerabuntur. *Matt.* 25. b. Ibunt hi in ſupplicium æternum. *Eccl.* 7. b. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et poſſet aliquis dicere: Etſi ſint iniuſti; tamen aliquà bona fecerunt, per quæ ſaluabuntur. Non dicit: imò. *e* Et ſemen impiorum peribit,] id eſt, opera, ſi qua ſeminauerint non afferent fructum. *Oſea* 9. d. Radix eorum exſiccata eſt; fructum nequaquam facient. Radix eſt charitas. Vnde *Gr.* Nihil habet viriditatis ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis. 1. *Cor.* 13. a. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero, corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Vel, Semen impiorum, id eſt, verbum Dei, ſi ab ipſis, vel in ipſis ſeminetur. *f* Peribit] quia non affert fructum boni operis. Et notandum quòd ſemen iſtud perit propter multas cauſas, videlicet, propter ſui corruptionem, *Sap.* 12. b. Semen enim erat maledictum ab initio. *Oſea* 8. b. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent, culmus ſtans non eſt in eis, germen non faciet farinam. Item propter ſiccitatem. *Iac.* 5. d. Elias erat homo ſimilis nobis, paſſibilis: & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum pluuiam dedit, & terra dedit fructum ſuum. De hoc habetur 3. *Reg.* 18. g. Item propter ſalſuginem. *Soph.* 2. c. Siccitas ſpinarum & acerui ſalis, & deſertum vſque in æternum. Item propter ſpinas, & petras, & aues, de quibus *Matth.* 13. a. Creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea, ſcil. ſemina. Item propter pluuiam ſuperfluam, *Prou.* 28. a. Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames. Item propter agrum incultum, *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam ſtulti viri: & ecce totum repleuerant vrticæ. Item quia eſt via beſtiarum. *Iſa.* 51. g. Poſuiſti, vt terram, corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. Econtra dicitur de bonis: Mala beſtia non aſcendet per eam. Item propter nimium frigus infidelitatis, *Eccl.* 43. c. Gelu quaſi ſalem effundet, & extinguet viride ſicut ignem. Dico, quod ſemen impiorum peribit.

Qualiter verbum Dei pereat.
Zach.
Iſa. 35. d.

g Iuſti autem hæreditabunt terram?] viuentium. *Eccleſ.* 44. b. Cum ſemine eorum permanet bona hæreditas. Nec vt Mammotrepti, aut ſub pædagogo poſiti hæreditabunt eam; ſed liberi & Domini & Reges ſuper eam erunt: Vnde addit.

h Et inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.] Super notat dominium. *Matth.* 25. b. Supra multa te conſtituam. Poſtea ponit triplex meritum omnium horum. Primum eſt ſancta meditatio: Vnde dicitur.

Triplex meritum.

i Os Iuſti meditabitur ſapientiam.] Et attribuitur ori, quod eſt cordis, propter conſonantiam, ſicut dictum eſt ſuprà, *ibi*: Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam. Et in hoc oſtenditur, quòd priùs meditari debemus, quàm loqui, *Prouerb.* 18. c. Qui priùs reſpondet, quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *Eccl.* 5. d. Si eſt tibi intellectus, reſponde; ſin autem, manus tua ſit ſuper os tuum. *k* Sapientiam.] Chriſtum. 1. *Cor.* 1. d. Prædicamus Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Iſtam ſapientiam meditari debemus. Vnde *Cant.* 8. b. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris; dedit enim pro te animam ſuam. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem. Vel, Sapientiam, id eſt, ſacram Scripturam. *Pſal.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. *Prou.* 9. d. Beatus, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Secundum eſt diſcreta locutio, vnde ſequitur.

Pſalm. 34.

l Et lingua eius,] id eſt, Iuſti.

m Loquetur iudicium,] id eſt, diſcretionem. *Pſalm.* 111. Diſponit ſermones ſuos in iudicio. *Eccl.* 21. d. Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. Et 28. d. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris in lingua. Ibi dicit *Interlin.* vt nihil indiſcretum loquaris. Tertium meritum eſt bona voluntas. Vnde dicit.

n Lex Dei eius in corde ipſius.] Lex, ſcilicet, naturæ, lex Scripturæ, lex gratiæ. *Pſalm.* 1. Sed in lege Domini voluntas eius. Oſtenſis meritis, per quæ viri ſancti merentur ea, quæ prædicta ſunt, iterum enumerat hic quædam præmia, quæ ex meritis iuſtorum, ſequuntur. Primum eſt, quod conſeruantur, ne cadant in peccatum: Vnde addit.

Præmia quæ ſequuntur ex merito Iuſtorum.

o Et non ſupplantabuntur greſſus eius,] id eſt, non cadet in foueam peccati. Et quid mirum? Qui enim ambulat in lege Domini, non ceſpitat: quia vt habetur *Prouerb.* 6. c. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. *Ioan.* 11. b. Qui ambulat in lumine non offendit. Secundum eſt, quòd eripit eos Dominus ab hominibus malis: Vnde addit.

p Conſiderat peccator Iuſtum, &c.] Hoc planum eſt de Iudæis, & de Chriſto, quem ipſi obſeruabant: & de Iuſto quolibet quem conſiderat peccator, non vt imitetur, ſed vt accuſet. *Prouerb.* 24. b. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo Iuſti. Item conſiderat, vt malignetur. Vnde addit.

q Et quærit mortificare eum.] Vnde *Sap.* 2. c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. Et poſt addunt: Morte turpiſſima condemnemus eum. Mortificare, corporaliter, vel ſpiritualiter.

Dominus

Dominus autem.]Licet peccator ita quærat mortificare Iustum. *b* Non derelinquet eum] scil. Iustum. *c* In manibus] id est, in potestate & crudelitate. *d* Eius]peccatoris. *Ps.34.* Eripiens inopem de manu fortiorum eius. *Act.12.b.* Nunc scio verè, quia misit Dñs Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Licet autē Dñs quandoq; derelinquat corpora Sanctorum in manibus peccatorum (secundum quod dicitur *Thren.* 1. e. Dedit me Dñs in manu, de qua non potero surgere. Et *Iob 9.* c. Terra data est in manus impij) tamen de quolibet eorū verè dici potest, quòd Dñs non derelinquit eum in manibus eius, quia non totum derelinquit. Corpus enim est pars indignior; anima verò dignior, quam non derelinquit Dñs in manibus eorum. Vnde dicit eis, *Matt.*10.d. Nolite timere eos,

Dominus *a* autē non *b* derelinquet eum in *c* manibus *d* eius: *e* nec damnabit eum, cùm *f* iudicabitur † illi. *g* Expecta Dñm, & *h* custodi † viam eius: & *i* exaltabit te, vt *k* hæreditate † *l* capias terram, cùm *m* perierint peccatores, videbis. Vidi impium † *n* superexaltatum, & *o* eleuatum sicut *p* cedros Libani. Et *q* transiui, & *r* ecce non *s* erat; & *t* quæsiui eum, *u* & non est inuentus locus eius. *x* Custodi † innocentiam, & vide *y* æquitatē: quoniam sunt *z* reliquiæ homini pacifico. *a* Iniusti autem disperibunt *b* simul: *c* reliquiæ impiorum † *d* interibunt. *e* Salus autem Iustorum à Domino; & *f* protector eorum in *g* tempore tri-

244.3.c. non in perpetuum.
al. † ille. *Kupin.*
al. † vias.
al. † possideas.
al. † superexaltari & eleuari. *Rei.*
al. † veritatem.
al. † directionem. *Sebin.*
al. † peribunt. *Tau.*

qui corpus occidunt; animam autem non possunt occidere. *Iob* 2.b. Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua. Tertium est, quòd immunes erūt à pœna æterna. Vnde addit. *e* Nec, &c.] Dñs, eum. Iustum. *Psal.*111. Ab auditione mala non timebit. Quartum, quia saluabuntur. Vnde addit. *f* Cùm, &c.] i. cum sententia dabitur pro eo. *Matt.*25.c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Venite, benedicti, &c. *Iob 36.a.* Non saluat impios, & iudiciū pauperibus tribuit. Ex quo ergo tot bona sunt viri iusti, postea hortatur Propheta, vt homo iustitiá suam tenere non deserat. Vnde addit. *g* Expecta Dñm]quasi dicat, non deficias in tribulationibus; sed patienter expecta Dñm, qui te remunerabit. *Iac.5.* b. Patientes estote, fratres, vsque ad aduentum Dñi: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum: patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquabit. Sed ne in vanum expectes, interim. *h* Custodi viam eius.]Aliter enim Deo venienti non poteris occurrere, nisi viam eius teneas. Quæ duplex est, scilicet, misericordia & veritas, *Psal.*24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, *Psal.*17. Retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodiui vias Domini. *i* Et exaltabit te.] Hic replicat prēmia, vt magis alliciat. Et notat duo, gratiam in præsenti, gloriam in futuro: De primo dicit; Et exaltabit te, in augmento virtutum & bonorum operum. De secundo dicit. *k* Vt hæreditate] id est, iure hæreditario.

l Capias terram] viuentium. Et hæc dictio, vt, notat causam: Non enim potest illam altam terrā capere, qui priùs non fuerit in virtutibus & bonis operibus exaltatus, secundum quod sup. dictum est: Iusti autem hæreditabunt terram. Sed quia multi sunt, qui non volunt expectare hæreditatem istam, quia non vident eam in præsenti, secundum quod *Psal.*105. alio dicitur: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: Imò sequitur. *m* Cùm perierint, &c.] Et si non videas modò; peccatores autem peribunt in die iudicij, licet modò se conseruent. *Ier.*4. c. In die illa, dicit Dñs, peribunt cor Regis & cor Principum, &c. Videbis, dico, & tua bona, & illorum mala. De primo propriè intelligi potest illud *Isa.*60.a. Tunc videbis, & afflues; & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. De secundo *Isa.*66.g. Egredientur, & videbunt cadauera virorū, qui præuaricati sunt in me. *n* Vidi, &c.] Supra ostendit dignitatem Sanctorum æternam esse, hic ostendit dignitatem malorum phantasticá esse & transitoriam. Vnde dicit: Vidi impium superexaltatum, i. vltra quam deberet, & super alios exaltatum honoribus. *o* Et, &c.] superbia, non parū: Sed. *p* Sicut, &c.] i. sicut cedri altiores sunt aliis arboribus, & præcipuè cedri ex Libano; ita ipse impius omnibus se supponit in corde suo. Et tales cōpetenter signantur per cedros Libani: quia Libanus candidatio interpretatur: & ipsi nitent candore huius sæculi. Vidi, dico, sed non admirans eum, steti quasi ad spectaculum, sicut stulti huius mundi faciunt. Sed. *q* Et transiui]ad contēplandū æterna. *r* Et ecce]quasi in euidenti & in proximo, vidi, quòd. *s* Non erat]id est, quòd sua dignitas nulla erat, & suum esse etiam non esse erat; quia socius erat eius, qui non est, scil. Diaboli. *Greg.* Cùm æterna retributio cogitatur, præsens gloria, quā sit nulla cognoscitur. Idem: Contemnuntur tēporalia, cùm considerantur æterna. Bonū est ergo transire, *Luc.*2.c. Transeamus vsque Bethleem, &c. *Eccl.*24.c. Trāsite ad me omnes, qui cōcupiscitis me: & à generationibus meis implemini. Vel sic, Transiui, supple, modicum tēporis, scil. vsque ad nouissima eius. Et ecce nō erat, i. ita parua erat vita eius, quòd nec reputari deberet. *Iac.*4.d. Quæ est vita vestra? Vapor ad modicū parens, & deinde exterminabitur. *Eccl.*10.b. Omnis potētatus vita breuis. *Iob* 20.a. Gaudium hypocritæ adinstar puncti. *Iob* 18. c. *t* Quæsiui eum]impium, i. ad memoriá reduxi. *u* Et non est inuentus locus eius]id est, vestigium aliquod. Vel, Locus eius, id est, possessiones. *Ps.*108. Eiciantur de habitationibus suis. Vel, Locus, i. delectatio, vel corpus, vel vtilitas, qua vtilis est aliis. *x* Custodi innocentiam.] Hic iterum hortatur ad bonū: quia hæc est intentio Prophetæ, monere ad bonum, & allicere promissione æternorū bonorum, & reuocare à malo per comminationem malorum. Vnde de his intercalariter hic agit quasi per totum Primò de vno, posteà de alio loquens. Vnde & hic. [Custodi innocentiá] amore æternorum præmiorum. *y* Et vide æquitatem]Dei, qua malos condēnabit, vt sic fugias mala. Vel sic, Custodi innocentiam]ad Deum. Et vide æquitatē]ad proximum, vt scil. non facias aliis, quod tibi non vis fieri. Et imò [custodi innocentiam, &c.] *z* Quoniam, &c. i. quoniá Deus reliquit eas, s. innocentiá & æquitatem, [Homini]quasi in testamēto pacis. *Tob.* 4. c. Vnde *Eccl.*45.d. Statuit illi testamentū pacis. *Ioan.* 24.d. Pacem relinquo vobis, pacē meam do vobis. In pace autē concurrunt hæc duo; innocentia, qua nulli noceamus: & æquitas, qua cunctis, vt æquum est, subueniamus. Vel sic: Quoniā sunt reliquiæ homini pacifico]i. ideò sunt illa prædicta facienda: quoniam Deus reseruat homini pacifico, qui innocentiam custodit & æquitatē facit. Reseruat, dico, reliquias Paradisi, conuiuiū æternum. Vnde *Tob.* 13.d. Beatus ero, si fuerint reliquiæ semini meo. Vel sic, Reliquiæ sunt consolationes, quas de conuiuio suo cœlesti mittit Dñs quandoque ad corda eorum, qui expectant in porta, videlicet, in tribulationibus per quas oportet intrare in regnum cœlorum. *Act.* 14. d. Custodi ergo innocentiá, vt nulli malum inferas. Et vide æquitatē, vt omnibus bona facias, quod est esse pacificū. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, i. tali dantur. Exemplū de pauperibus qui rixantur & percutiunt se cum scutellis suis, quādo venit eleemosynarius nihil dat eis; sed eis, qui sedent ad portá, & expectant in pace, dat reliquias, i. consolationes, quibus gustatis multū accenduntur, & desiderant, vt possint intrare ad mēsam, vnde venerunt illæ reliquiæ. Propter hoc dicitur alibi in *Ps.*20. In reliquiis tuis præparabis vultum eorū, i. voluntatē & desideriū. Ita est de bonis. Mali autē non habebunt partē in reliquiis illis. Vnde sequitur. *a* Iniusti, &c.]i. diuersis pœnis peribunt. De quarū diuersitate *Eccl.*39. d. Ignis, grando, fames & mors: omnia hæc ad vindictā creata sunt, bestiarū dentes & scorpij & serpentes & rhomphæa vindicās in exterminium impiorū. Hic possunt multa genera pœnarū intelligi. Et licet diuersitas sit in pœnis, tamen peribūt *b* Simul. Vnde *Isa.*24.d. Congregabuntur in cōgregatione vnius fascis in lacū, & claudētur ibi in carcere. *c* Reliquiæ, &c.]i. bona tēporalia, quæ reliquerūt. *d* Interibunt] quia, *Non habet euentus sordida præda bonos.* Dicuntur autem temporalia reliquiæ impiorū, quia velint, nolint relinquēt. Vnde *Iob* 27.d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet. *Ps.*48. Et relinquent alienis diuitias suas. Vel, Reliquiæ impiorum, sunt filij eorum, qui interibunt, quia plerunq; cōtingit, quod tales prauū exitū habent. Vnde *Sap.*4. a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Vel sic punctari cōgruè potest: [Iniusti disperibunt]vt expositū est, & cū eis, simul reliquię impiorū interibunt. *e* Salus, &c.]Iam multoties dixit de bonis, quæ habent boni; hic iterū dicit de eisdem post pœnas malorū assignatas. Et ne aliquis sibi bona illa ascribat, ostendit ea esse a Dño, & enumerat ea. Primū est gratiæ infusio, de quo dicit: Salus autē Iustorum est à Dño. Salus dicitur infusio gratiæ, quia morbum peccati expellit. Vnde dicit Apost. 1. *Cor.*15. b. Gratia Dei sum id, quod sum, q. d. gratia Dei reduxit me ad vitam. Et hæc [salus Iustorum] est à Dño. *Act.*4.b. Non est in aliquo alio salus. *Hebr.*5.c. Factus est omnibus obtēperātibus sibi causa salutis. In cuius rei figuram dixerunt ad Ioseph *Gen.*47. f. Salus nostra in manu tua est. Secūdū est protectio in tribulatione. Vnde addit. *f* Et protector, &c.]supple, est Dñs. *g* In tempore, &c.]interioris, scilicet, tentationis. *Eccl.*2. a.

Fili,accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & præpara animam tuam ad tentationem, 1. *Cor.* 10. c. Fidelis eſt Deus,qui non patietur vos tentari ſupra id,quod poteſtis; ſed faciet cum tentatione etiam prouentum. Tertium eſt auxilium Domni in bene operando. Vnde dicit. *a* Et adiuuabit eos Dñs] id eſt, Iuſtos ad bene operandum. Quartum eſt libertatis donatio à ſeruitute prauæ conſuetudinis. Vnde dicit. *b* Et liberabit eos] à praua cõſuetudine. *Io.*8. d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quintum eſt liberatio a perſecutoribus. Vnde ſequitur. *c* Et eruet eos à peccatoribus.] *Pſal.*143. Erue me de manu filiorum alienorum, ſ. peccatorum, qui ſunt filij non Dei, ſed Diaboli. Sextum eſt vitæ æternæ adeptio. Vnde ſequitur. *d* Et ſaluabit eos. *Phil.*3.d. Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. In fine ſubiungit meritum Iuſtorum dicens. *e* Quia ſperauerunt in eo.] Vnde ſuprà in hoc pſalmo dixit: Spera in eo, & ipſe faciet. *Rom.*5.a. Spes non confundit. Et *Pſal.*16. Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te.

al. † eruet.
al. † eximet.
al. † indignatione tua.
al. † vultu.

bulationis: Et *a* adiuuabit eos Dñs, & † *b* liberabit eos, & *c* † eruet eos à peccatoribus, & † *d* ſaluabit eos: *e* quia ſperauerunt in eo.

Pſalmus Dauid in rememoratione. XXXVII.

f DOmine, *g* ne in † furore tuo arguas me: *h* neque in ira tua † corripias me. *i* Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt *k* mihi: & *l* confirmaſti ſuper me manum tuam. *m* Non eſt ſanitas in carne mea *n* à facie iræ *o* tuæ:

EXPOSITIO PSALM. XXXVII.

DOmine, ne in furore, &c. Titulus. *Pſ. Dauid in rememoratione.*] Superiùs commendauit Propheta multipliciter ſtatum bonorum, & reprobauit ſtatum malorum. Hic autem agit de pœnitentia, per quam acquiritur ſtatus bonorum, & ſtatus malorum vitatur. Ibi cauere docuit, ne peccemus, cùm dixit: Noli æmulari, &c. Hic docet nos pœnitere, ſi peccauerimus. *Eccl.*21. a. Fili, peccaſti? non adiicias iterum: Ecce primum. Sed de priſtinis deprecare Deum: Ecce ſecundum. Et eſt iſte pſalmus tertius eorum, qui pœnitentiales dicuntur. Sed quia pœnitentia debet fieri in dolore, in timore, in amore: Ideò bene intitulatur pſalmus iſte *de rememoratione*. Vnde is eſt ſenſus: Pſalmus iſte attribuitur Dauid; id eſt, pœnitenti, qui pſalmus habitus eſt in rememoratione, quia pœnitentia de qua hic agitur, fit in rememoratione peccatorum, quæ generat in corde dolorem. Item in rememoratione ſuppliciorũ, quæ generat timorem. Item in rememoratione præmiorum, quæ accendit amorem. Intentio eſt monere ad pœnitentiam. Modus. Quatuor ſunt partes. Primò captat miſericordiam, pœnas, quas patitur, ſummatim perſtringens. Secundò ponit narrationem, in qua enumerat miſerias, *ib.*, Putruerunt. Tertiò, quia inter tot mala ſperauit in Domino, affirmat ſe audiendum à Domino cum commemoratione emendationis, *ibi.* Quoniam in te, Domine, ſperaui. Quartò ponit lætam concluſionem de ſalute, vt certa ſit ſpes imitantibus, ſicut eſt in omnibus pſalmis pœnitentibus, *ibi*: Ne derelinquas me. Pœnitens ergo primò petit à ſe remoueri, quod maximè timet, ſcilicet damnationem æternam, dicens. *f* Domine] Deus, cui ſeruire volo. *g* Ne in furore tuo arguas me] i. in æterna damnatione, qua condemnans impios furioſus apparebis. *Iſa.*30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. Secundò petit à ſe remoueri pœnam purgatorij, dicens: *h* Neque in ira tua corripias me.] Sicut enim licet argui in furore & corripi in ira grauia ſint; tamen primum grauius eſt, quam ſecundum: Sic licet æterna damnatio & purgatorij purgatio vtrumque graue ſit; tamen damnatio æterna in infinitum grauior eſt. Vnde dicit *B. Aug.* Ille ignis ſic ſe habet ad noſtrum ignem, ſicut ſe habet veritas ad picturam: Et loquitur de igne purgatorij.] ſed ſicut ſe habet ignis purgatorij ad noſtrum, ſic ſe habet ignis gehennæ ad ignem purgatorij. Ideò ergo timet non ſolùm primum, ſed & ſecundum. Vnde dicit: Neque in ira tua corripias me. *Hebr.* 10. f. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Notandum eſt autem, quòd cum petit ſe non corripi in ira, & non argui in furore, non recuſat corripi in miſericordia, & argui in manſuetudine, hoc eſt, in præſenti flagellari. *Ier.* 10. d. Corripe me, Domine, veruntamen in iudicio & non in furore. In iudicio, ſ. præſentis afflictionis, quæ eſt miſericordia. Vnde *Aug.* Magna miſericordia eſt, miſericordiam in præſenti non conſequi. 2. *Mach.* 6. c. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere; ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij indicium eſt. Hoc etiam petit *Pſalm.*140. alibi: Corripiet me Iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Huic petitioni reſpondet Dominus, *Iſa.*48. b. Longè faciam à te furorem meum. Poſt oſtendit ſe non debere argui in furore, quia iam arguitur in miſericordia. Vnde dicit. *i* Quoniam ſagittæ, &c.] Et hic captat beneuolentiam. Secundò à propria miſeria, quam primò captauit in perſona Iudicis, *ibi*, [Domine.] Oſtendit autem miſeriam ſuam eſſe multiplicem. Prima eſt à peccato primi hominis. Vnde dicit [Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi] i. pœnalitates, ſ. eſuries, ſitis, frigus, calor, laſſitudo, ægritudo: quæ ſicut ſagittæ in arcu intenduntur, & poſtea in obiectum corpus infiguntur; ſic iſtas pœnalitates intendit Dominus in arcu comminationis, dicens Adæ, *Gen.* 2. c. Quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et cùm comedit Adam, infixæ ſunt ei iſtæ ſagittæ, & nobis in eo. Vnde bene dicit, non tantùm fixæ, ſed infixæ. Multum enim intimè fixæ fuerunt, quæ nos in ipſo vulnerauerunt. De arcu iſto & ſagittis dicitur *in Pſ.*7. Arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Arcus eſt comminatio, ſiue iuſtitia Dei, & vaſa mortis ſunt prædictæ ſex miſeriæ, quæ mortem hominis inferunt. Sicut ſignificatum fuit *Ezech.*9. a. vbi dicitur, quòd ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem, & vniuſcuiuſque vas interitus in manus eius. Eadem vaſa ſagittæ ſunt quas Dominus ardentibus effecit, i. igne peccati originalis & fomitis ſuccenſis. De his ſagittis *Iob* 5. c. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima, i. in morte non tanget te malum. Et hoc allegat hic, ſ. vt per iſtas ſex tribulationes liberetur, ne in morte tangatur à malo pœnæ gehennalis, vel purgatorij. Vel [Sagittæ] poſſunt vocari motus carnis, quæ ſagittæ Domini eſſe dicuntur, quia eas permittit infigi homini, vt humilietur. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, i. ſpirituoſitatem & ſuperbiam meam, 4. *Reg.* 13. c. Sagitta ſalutis, Domini, ſagitta ſalutis contra Syriam, i. contra ſuperbiam. Syria enim ſublimis interpretatur. Sed ne quis diceret, quòd parum infixæ ſunt, addit. *l* Et confirmaſti ſuper me manum tuam] i. firmiter & fortiter me percuſſiſti manu vindicante. *Thren.* 3. a. Tantùm in me vertit & conuertit manum ſuam. Poſt oſtendit has ſagittas vniuerſaliter eſſe infixas. Vnde dicit. *m* Non eſt ſanitas in carne mea] quia totus homo corruptus eſt. Vnde *Iſa.* 1. b. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas, i. in homine. Item ibidem. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? *Rom.*7. c. Scio, quòd non habitat in me bonum, hoc eſt, in carne mea. *n* A facie iræ tuæ] i. ab inſtantia vindictæ in Adam, & in me exercitæ. Ab hac facie.

o voluit ſe

Sex miſeriæ humani [illegible]ris.

f Domine, ne, &c.] Poſſunt autem hæc exponi in perſona pœnitentis, non inflictam miſeriam deplorantis, vt ſupra habitum eſt, ſed aſſumptam pœnitentiam coram Domino memorantis & dicentis, Domine, ne in furore tuo arguas me, i. ne punias in inferno. *h* Neque, &c. neque punias me in purgatorio, aut in illo igne maximè, qui præcedet faciem Chriſti ad iudicium venientis, quo mundi facies comburetur. De quo 2. *Petr. vlt.* c. Expectate & properate in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. *i* Quoniam, &c.] i. auctoritates Sacræ Scripturæ. *k* Infixæ, &c.] De quibus *inf. Pſal.* 113. Sagittæ potentis acutæ. Hæ debent infigi cordi noſtro, non ſemper portari in pharetra. *l* Et confirmaſti, &c.] q. d. ego ſagittis prædictis vulneratus me ſuppoſui manui tuæ, eligens te in Dominum, ſecundum quod dicitur, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Tu verò miſericors non me repuliſti; ſed electionem meam confirmaſti. Hoc eſt [Confirmaſti manum, &c.] Per hoc, quod dicit, Confirmaſti, duo notantur. Per firmaſti notatur firma conſtantia. Per [confirmaſti] vera continuatio. Per [ſuper] humilitas pœnitentis. Oſtendit autem magnitudinem pœnitentiæ ſuæ, cùm ſubditur. *m* Non, &c.] i. in corpore meo, non eſt membrum, quod pœnitentia non caſtiget: ita vt caro infirmetur, vt ſpiritus conualeſcat. 2. *Cor.*12. d. Cùm infirmor, ſ. carne, tunc potens ſum, videlicet ſpiritu. *Rom.*9. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iuſtitiæ ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Et hoc. *n* A facie] i. à reſpectu & memoria. *o* Iræ, &c.] q. d. quia præuidi illam futuram iram. Ideò hic ago pœnitentiam.

Aliter de pœnitente.

Partitio Pſalmi.

De pœnitẽtia.

* De qua ira

De pœnitẽt.

* voluit ſe abſcondere Adam, quando dixit Dominus: Adam, vbi es. Et reſpondit. Audiui vocem tuam in Paradiſo,& timui,eo quod nudus eſſem,& abſcondi me. Nec ſolùm in corpore, ſed & in anima oſtendit ſe puniri, ſcilicet, per corruptionem peccati originalis. Vnde addit.

Gen.3.b.

a Non eſt pax oſſibus meis, à b facie c peccatorum d meorum. Quoniam e iniquitates meæ † ſupergreſſæ ſunt caput meum: & f ſicut † onus graue grauatæ g ſunt ſuper me. † h Putruerunt & i corruptæ ſunt cicatrices meæ, k à facie inſipientiæ l meæ. † m Miſer factus ſum

al. † ſuſtulerunt.
al. † faſcis grauis.
al. † computruerunt & putruerunt liuores mei.

a Non eſt pax oſſibus meis] i. interioribus viribus animæ. b A facie] i. ab inſtantia. c Peccatorum] i. proximorum motuum. d Meórum] quia a fomite, qui in me eſt, ſurgunt. *Gal.* 5. c. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vel de peccatis actualibus poteſt hoc legi, [A facie peccatorum] id eſt, à praua conſuetudine, quæ facies dicitur, qua ſæpius videntur, & cognoſcuntur per experientiam peccata. Nec ſolùm pacem meam turbant, ſed etiam præualent. Vnde ſequitur.

De pœn.di. 3. c. totam. & diſ.4. §. ſi.
al. † Miſeriis afflictus.

e Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum] id eſt, ſuperauerunt rationem tripliciter, videlicet, quantum ad numerum, quia multæ, & quantum ad locum: quia vſque in cœlum aſcenderunt; & quantum ad dominium; quia me in ſeruitutem redegerunt. De duobus primis dicitur 1. *Eſd.* 9. d. Quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerunt vſque in cœlum. De tertio *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *Pſalm.* 118. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniuſtitia. Et quia iugum Diaboli, vel peccati non eſt ſuaue, nec onus leue, adiungit.

f Et ſicut onus graue grauatæ] id eſt, grauiter impreſſæ & grauantes, & grauiter deprimentes & manentes.

g Sunt ſuper me] ſcilicet, iniquitates. Vnde *Iob* 7. d. Quare poſuiſti me contrarium tibi, ſcilicet, per peccatum, & factus ſum mihimetipſi grauis? Et vt oſtendat, quod eſt pondus aggrauans, ſubdit: Cur non tollis peccatum meum, &c. *Iſa.* 58. b. Solue faſciculos deprimentes. Sed quid eſt, quòd homo portat tantum onus, & tamen non ſentit? Solutio. Quia mortuus eſt, vel ebrius, vel furioſus. Item nota, quòd in his verſibus annumerat mala ſua per binarium. Et hoc eſt, quia natura peccati procedit per diuiſionem, & vbicunque eſt peccatum, ibi eſt ſeparatio & diuiſio. Vnde *Sap.* 1. a. Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo. *Iſa.* 59. a. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum: & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

Aliter de pœnitente.

* De qua ira. *Apoc.* 6. d. Dicent montibus & petris; Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. Non eſt ergo mirum, ſi hic operit ſe cilicio & pœnitentia, qui cogitat de illa ira, in qua volent operiri montibus, & non poterunt. Vnde dicit *Iere.* 31. d. Poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam: & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum: confuſus ſum, & erubui: quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ, id eſt, poſtquam conuertiſti me ad videndum faciem tuam iratam, & poſtquam oſtendiſti mihi eam, percuſſi corpus meum exteriori afflictione, pœnitentiæ, & cor meum confuſione & contritione. Et hæc duo etiam dicuntur hic, ſcilicet pœnitentia in maceratione carnis, cùm dicit, [Non eſt ſanitas in carne mea.] Et contritio, ſiue dolor cordis, cùm ſubiungit.

a Non eſt pax oſſibus meis] id eſt, interioribus meis.

b A facie peccatorum meorum] quaſi dicat, cùm reſpicio peccata, quæ feci, non habeo pacem cordis; ſed dolorem & confuſionem. Et hoc præcipuè, quia multa ſunt. Vnde ſequitur.

e Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, &c.] ſicut primò expoſitum eſt.

De pœnitẽte.

h Putruerunt.] Secunda pars, in qua expreſſiùs enumerat miſerias, quas ſuſtinet; quas tamen in prima parte enumerare incipit, ſed magis in ſumma. Suprà enim dixit de miſeria corporis, *ibi.*] Quoniam ſagittæ.] Et de miſeria ſpiritus, *ibi.* [Non eſt pax oſſibus meis, &c.] Et ibi primò conqueritur de inquietudine mentis, quam faciunt primi motus, vt ibi expoſitum eſt. Secundò conqueritur de dominio peccati, *ibi*, [Quoniam iniquitates.] Tertiò conqueritur de onere peccati, *ibi*, [Sicut onus, &c.] Hic autem quartò conqueritur de diuturnitate peccati, dicens, [Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ] id eſt, peccata, quæ cicatrices vocat, quia ſicut ex vulnere remanet cicatrix; ſic ex peccato macula, niſi deleatur per pœnitentiam. *Luc.* 10. e. Plagis impoſitis, id eſt, peccatis, abierunt. Iſtæ ergo plagæ, ſiue cicatrices, non tantum impoſitæ ſunt, ſed & præ diuturnitate putruerunt & corruptæ ſunt, & ideò fœtent. Vnde *Ier.* 8. g. Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? Aliquando etiam obducuntur cicatrices exteriùs, & non ſanantur vulnera interiùs: & tunc putreſcunt, & corrumpuntur. Sic eſt de peccato, quando factum exteriùs intermittitur, & tamen voluntas interiùs recluditur, non ſanatur vulnus, ſed putreſit. Propter hoc docet *Iſa.* 1. e. ſanare vulnera, dicens, Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruersè. A corde enim incipienda eſt curatio, alioqui non ſanatur vulnus, licet cicatrix obducatur. [Putruerunt,] Hoc reſpicit peccata carnalia. Vnde *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Vbi dicit *Greg.* Iumenta in ſtercore ſuo computreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. *Ier.* 13. a. Abij ad Euphratem, & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vſui aptum eſſet. Euphrates interpretatur vbertas, & ſignificat diuitias; lumbare ſignificat continentiam. Sed in vberibus diuitijs computreſcit & perit caſtitas. *Ierem.* 5. b. Saturaui eos, & mœchati ſunt. *Ierem.* 32. d. Poſſederunt, & non obedierunt voci tuæ Domine. Ibi dicit *Gloſ.* quod nihil eſt medium inter poſſeſſionem & inobedientiam.

i Corruptæ ſunt.] Hoc reſpicit peccata ſpiritualia. Vnde *Naum* 2. a. Reddet Dominus ſuperbiam Iſrael, quia vaſtatores diſſipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. [Putruerunt] dico [& corruptæ ſunt à facie inſipientiæ meæ] id eſt, propter inſipientiam meam, ſcilicet, quia non ſentiebam amaritudinem peccati, & dolorem vulnerum meorum, quia ſi ſapiens fuiſſem, & ſaporaſſem amaritudinem peccatorum, non ita dimiſiſſem vulnera putrefieri, ſed Medico oſtendiſſem, & medicinam recepiſſem. *Ambroſius.* Periculoſiſſimè ægrotat, qui ſe ægrotare ignorat. *Iſa.* 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus eſt, quia non habuit ſcientiam, *Baruch.* 3. c. Quoniam non habuerunt ſapientiam, perierunt propter ſuam inſipientiam. *In cantico Deuteron.* Gens abſque conſilio, & ſine prudentia, vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſſima prouiderent. Saperent amaritudinem præteritorum peccatorum. Intelligerent vanitatem præſentium rerum. Nouiſſima prouiderent, quantum ad neceſſitatem futurorum, ſcilicet, quomodo reſpondebunt in iudicio, & accipient pro meritis ſiue bonum, ſiue malum. Quintò conqueritur de damno, quod facit peccatum, dicens. *Deut 32. d.*

m Miſer factus ſum.] Miſeria & beatitudo contraria ſunt. Beatus autem dicitur, cui omnia optata ſuccedunt. Vnde miſer eſt, qui fruſtratur deſiderijs ſuis. Miſer ergo fit homo per peccatum: quia illi pœnæ obligatus eſt, in qua omne deſiderium fruſtrabitur: Vel quia poſtquam homo computruit in peccato, Diabolus iam non miniſtrat ei facultatem peccandi, licet peccare deſideret. Vnde *Oſea* 2. b. Sequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et quod ſic faciat miſerum peccatum, dicitur *Prou.* 14. d. Miſeros facit populos peccatum. Miſerum ergo facit peccatum, quia æternæ miſeriæ obligat peccatorem. Sed pauci reputant, vel aduertunt hanc miſeriam. *Apoc.* 3. d. Dicis, quia diues ſum, & nullius indigeo: & neſcis, quia miſer es, & miſerabilis, &c. Sextum, de quo conqueritur, eſt incuruatio ſuæ mentis ad terrena. Vnde dicit.

ⴲ Et curuatus

Poteſt autèm totum exponi in bonum, vt ſic dicatur ab illo loco.

Aliter de pœnitente.

h Putruerunt, &c.] Vt dicat pœnitens,] Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ] id eſt, putredinem, & corruptionem earum ſenſi, id eſt, peccatorum. Vnde quædam litera meliùs habet: Computruerunt, & deteriorauerunt, &c. *Ioel.* 2. e. Aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius: quia ſuperbè egit. *Amos* 4. c. Aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras, id eſt, putredinem peccatorum, per quæ quaſi caſtra Deum impugnabatis. Et hoc.

k A facie] id eſt, à cognitione. l Inſipientiæ meæ. Vnde *Naum* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Et hoc ſequitur.

m Miſer factus ſum] id eſt, pœnitens, ſecundum quod dicit *Iac.* 4. c. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, quaſi dicat, miſeros vos cognoſcite, & ſic lugete. Qui enim non ſentit ſe eſſe miſerum, non petit miſericordiam.

a Et curuatus sum] ad terrena. *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. De his duobus, *infr. in Psal.* 68. Obscurentur oculi eorum, ne videant: (hic potest notari miseria, quia nihil tantùm appetitur in terra quantùm visus) & dorsum eorum semper incurua, id est, rationem. Et hoc non non parum temporis. Sed. b Vsque in finem vitæ meæ. Et verè vsque in finem: Quoniam. c Tota die contristatus ingrediebar] viam, quæ tendit ad mortem, i. vellem, nollem, quotidie appropinquabam morti. *Iob* 7. b. Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur: & consumpti sunt absque vlla spe. *Psal.* 120.

De pœnitēte. *49. dist. c. 1.* *vel gibbosus.*

& a curuatus sum vsque in b finem: c tota die contristatus † d ingrediebar. e Quoniam † lumbi mei impleti sunt illusionibus: & f non est sanitas in carne mea. † g Afflictus sum & h humiliatus sum † nimis; i rugiebam à k gemitu cordis mei. † l Domine, ante te omne desiderium meum: & m gemitus meus à te non est absconditus.

al. † ambulabam. *al.* † anima mea completa est. *al.* † Incuruatus. *al.* † vsquequaque. *al.* † non habet Domine.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum. Et hoc est septimum malum, quod facit peccatum: quia etiam abbreuiat vitam peccatoris, secundum quod dicitur *in Psalm.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Octauum est illusio: Vnde dicit.

Delectationes carnis dicuntur illusiones. e Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] id est, delectationibus carnalibus: Quæ non vocandæ sunt delectationes; sed potiùs illusiones, propter duas causas. Primò, quia statim pòst, vellet homo non peccasse. Vnde dixit Philosophus: Non emo tanti pœnitere. Hoc dixit, quia quædam mulier magnum pretium petebat ab eo, vt consentiret ei. Secundò, quia per momentaneam delectationem æterno incendio obligatur peccator. Talis non potest pœnis illudi. Vnde *Gregor.* Momentaneum est, quod delectat; æternum est, quod cruciat. Et idem *reg.* Quid insanius, quàm pro momentanea delectatione æternis se mancipare suppliciis? Et intelligitur hoc tam de lumbis mentis, quàm de lumbis carnis, *Luc.* 12. e. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Ibi require. Nonum est, quia corpus debilitatur per peccatum. Vnde dicit.

f Et non est sanitas in carne mea] 1. *Cor.* 6. d. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. *Prou.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, scilicet, Diabolo, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena: & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem, & corpus tuum. Vel, [Non est sanitas in carne mea] quia ex seipsa infirmitatem habet. *Matth.* 26. d. Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Decimum est, quia homo laborem multum sustinet in peccato. Vnde dicit.

g Afflictus sum] scilicet, labore, *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Vndecimum, quia viles fiunt homines per peccatum: Vnde addit.

h Et humiliatus sum nimis] quia factus sum seruus peccati & Diaboli. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas! Duodecimum est, quia homo non satiatur peccato: Vnde addit.

i Rugiebam [id est, peccare quærebam, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sed hoc non fictè faciebam exteriùs: Sed. *1. Petr.* 5. c.

k A gemitu cordis mei] quasi rugitus exterior procedebat à desiderio & dolore interiori. *Matth.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Sed hoc, Domine, non poteram abscondere à te, cui omnia nuda sunt & aperta. Et hoc est, quod sequitur. *Hebr.* 4. d.

l Domine, ante te omne desiderium meum] id est, tibi manifestum est, & patens. m Et gemitus meus à te non est absconditus] sed apertus, *Psalm.* 7. Scrutans corda & renes Deus. Tertiumdecimum malum, quod facit peccatum, est, quod aufert pacem cordis. Vnde sequitur, quod dicit.

* Cor meum

Aliter de pœnitente. * a Et curuatus sum] id est, satisfactioni me subdidi. *Mich.* 6. b. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso. Et non ad horam, sed.

b Vsque in finem] id est, perseueranter. *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quomodo possit homo perseuerare, subiungit.

c Tota die contristatus] de peccatis tristitia, quæ secundum Deum est: quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur, vt dicitur 2. *Cor.* 7. c. d Ingrediebar] pœnitentiam, id est, ingredientem me reputabam, & incipientem, non perfectum, sicut dicitur *infr. 1 Psalm.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Et *Eccl.* 18. 2. Cùm consummauerit homo, tunc incipiet. Qui enim incipit, sollicitus est magis, & timet, ne fortè non possit perficere; & ideò ardentiùs agit. Et hoc satis innuitur 2. *Cor.* 7. c. vbi post illa verba, quæ prædicta sunt, adiungitur: Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari quantam in nobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Et verè incipientem & imperfectum me possum, & debeo reputare.

e Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] scilicet motibus carnis ad me humiliandum, sicut in Paulo, 2. *Cor.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet.

f Et non est sanitas in carne mea] immò languor, concupiscentia, fomes, lex carnis, de qua *Rom.* 7. d. Ego ipse mente seruio legi Dei; carne autem legi peccati. *De pœnit. d. 1. c. in actione.*

g Afflictus sum corpore. 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.

h Et humiliatus sum nimis] in corde. Hoc necesse est post prædictam abstinentiam, ne de ea superbiat. Vnde *suprà.* Humiliabam in ieiunio animam meam. *Psalm.* 34.

i Rugiebam in confessione.

k A gemitu cordis mei] à contritione, à qua cùm exit confessio, non sicut narratio, vel fabula profertur; sed sicut rugitus. Vnde *Iob* 3. d. Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. Et sic notantur hic illa tria, quæ sunt in pœnitentia, scilicet, confessio & satisfactio, cùm dicitur [Rugiebam.] Contritio, cùm dicitur [A gemitu cordis mei.] Quod autem dicitur [humiliatus sum] vnicuique debet adiungi: quia quodlibet debet fieri in humilitate. Et etiam notandum, quod dicit [Nimis] Humiliatur enim satis quis, cùm subdit se maiori: humilitat se valde, qui se subdit pari: sed ille subdit se nimis, qui se subdit inferiori. De prima humiliatione, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. De secunda *Eccl.* 7. b. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. De tertia, *hic*, & *Phil.* 2. a. Semetipsum exinaniuit. Et pòst. Humiliauit semetipsum formam serui accipiens. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ & transgressionis, &c. Et posset aliquis dicere, quare ita gemis & rugis? Et reddit causam, scilicet, quia Deo placet. Vnde sequitur. l Domine, ante te omne desiderium meum] i. tibi placet. Sicut *Matt.* 11. d. Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. m Et gemitus meus à te non est absconditus] quia vsque ad te penetrat, & tibi acceptus est. *Psalm.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Tres gradus humilitatis.*

* Cor meum

Allegoricè de Christo. g Afflictus sum, &c.] Posset autem exponi de Christo totum à principio, quia quædam conueniunt ei in persona membrorum; quædam autem in persona sua. Sed ab illo loco [Afflictus sum, &c. magis propriè in persona Christi exponitur, vt dicat Christus [Afflictus sum] in Passione multiplici afflictione, scilicet sputis, alapis, opprobriis, Crucis afflictione, spinarum coronatione, vestis illusione, aceti potatione, pedum & manuum fossione, & huiusmodi, quæ pro nobis sustinuit patienter: & nos miseri pro eo non volumus sustinere. *Thren.* 1. d. Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. *Isa.* 53. b. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

h Et humiliatus sum nimis] quasi dicat, excessi in humilitate, *Luc.* 9. d. Moyses & Elias visi erant in Maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ, & transgressionis, &c.

i Rugiebam à gemitu, &c.] id est, fortiter, & terribiliter quantum ad malos, clamabam, dicens: In manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. f. Clamans voce magna Iesus ait. In manus tuas, &c. Et *Matt.* 27. f. Clamauit Iesus voce magna: Eli, Eli, &c. Et pòst, Iesus autem iterum exclamans voce magna emisit spiritum. *Isa.* 21. c. Clamauit, vt leo, super speculam Domini: ego sum stans iugiter per diem, &c. Item clamauit in oratione, *Hebr.* 5. b. Clamore valido & lachrymis preces offerens. Et bene dicit [Rugiebam] quia ipse est leo de Tribu Iuda, *Apoc.* 5. b. Sed non in vanum clamaui, quia exauditus sum. Vnde addit. l Domine, ante te omne desiderium meum, &c.] Sicut suprà expositum est de pœnitente. *Hebraeor.* 5. b.

A Cum clamore

De pœnitẽte.

ϴ a Cor meum conturbatum est in me.] Et bene dicit [In me] quia quandoque boni viri conturbantur in exterioribus; sed quando in se reuertuntur, pacificantur. Sed mali etiam in seipsis conturbantur. Vnde *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Et non est pax impiis, dicit Dominus. Quartum decimum est, quia debilem, & impotentem reddit hominem. Vnde addit.

al. † & deseruit me fortitudo.
al. † non habet.
al. † & ipsum.
Al. † proximi mei à.

a Cor meum conturbatum est; † b dereliquit me virtus mea: c & lumen oculorum meorum: † d & ipsum non e est mecum. Amici mei, f & g proximi mei h aduersum me appropinquauerunt, & i steterunt. Et † k qui iuxta me erant, l de longè steterunt: & vim m faciebant

b Dereliquit me virtus mea] quæ consistit in bonis gratuitis, & naturalibus. Sed per peccatum spoliatur homo gratuitis, & vulneratur in naturalibus, sicut dicitur *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto. *Thren.* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Quintum decimum est, quia excæcat mentem hominis. Vnde sequitur.

c Et lumen oculorum meorum] supple, reliquit me.

d Et ipsum] lumen.

e Non est mecum] Lumen oculorum, Christus est, qui est lumen de lumine, *Ioan.* 1. a. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et hoc lumen relinquit hominem propter peccatum eiusdem hominis; vnde homo cæcus fit, *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem: vel sic potest construi, vt in hac clausula, non nisi vnum: vel si duo sunt, alterum superfluat, vt dicatur [& ipsum] id est, verum [lumen oculorum meorum non est mecum.] Et non mutatur sensus Et sic habemus in hoc versu, quòd peccatum aufert homini velle bonum, posse bonum, & nosse bonum. Velle bonum, cùm dicit: Cor meum conturbatum est: quia sicut dicitur. *Sap.* 17. c. Semper præsumit sæua, perturbata conscientia: Posse bonum, cùm dicit [Dereliquit me virtus mea,] Nosse bonum, cùm dicit: [Et lumen oculorum meorum.] Item hunc versum sic exponit *B. Bern.* [Cor meum conturbatum est] & inde dolor. [Dereliquit me virtus mea] & inde pauor. [Et lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum] & inde error. Et addit. O quàm malam trinitatem. Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cùm error à ratione, dolor à voluntate, pauor à memoria recesserit, & successerit mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primum faciet Deus veritas. Secundum Deus charitas. Tertium Deus potestas. Quid simile experiuntur filij huius sæculi in carnis illecebris, in mundi spectaculis, in Sathanæ pompis?

Aliter de pœnitente.

* a Cor meum, &c.] Hic ponit tria quæ sunt in pœnitente, contra tria, quæ sunt in peccatore. In peccatore enim est delectatio in corde, fortitudo mala in opere, præsumptio nequam in defensione. Quæ tria tanguntur *Isa.* 5. e. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, scilicet, delectando in peccato, & bonum abiiciendo. Ecce primum. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ecce secundum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Ecce tertium. Contra primum dicit hic.

a Cor meum conturbatum est, id est, omninò turbatum in me, non in Deo, in quo pax habetur. *Ioan.* 16. g. Vt in me pacem habeatis. *Psal.* 41. Ad meipsum anima mea conturbata est. *Greg.* Iustum est, vt in se semper mœrores inueniat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quærebat. Contra secundum dicit.

b Dereliquit me virtus mea.] Bene dicit, [mea.] quæ fortis erat ad malum, sicut asinus in parte posteriori. Et assumet me virtus diuina, vt sim fortis ad bonum, & turbatus de peccatis. Nam talem turbatum non derelinquit virtus Altissimi. Vnde Mariæ, quæ interpretatur amarum mare, & significat pœnitentiam, dicit Angelus, *Luc.* 1. d. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideò notabiliter dicitur *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Non dicit amittent, nec sument; sed mutabunt, in quo vno verbo notatur, quòd deponent malam, & sument bonam. Contra tertium dicit.

c Et lumen oculorum meorum, &c.] quod, scilicet, me sapientem ostendebat in oculis meis, & ita defendebam peccatum. Vnde dicit Dñs *Ioan.* 9. g. Si cæci essetis, peccatum non haberetis; nunc autem, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet. Hæc tria inueniuntur in conuersione Pauli: Ibi enim dicitur, quòd tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? *Act.* 9. a. In quo notatur conturbatio cordis, quia tremebat, & stupebat. Item ibi dicitur: Cadens in terram audiuit vocem, &c. In quo notatur id, quod hic dicitur: [Dereliquit me virtus mea.] Vnde cantatur de ipso: Prostratus sæuissimus persecutor; sed erectus est fidelissimus Prædicator: Ecce mutatio fortudinis. Item ibi dicitur: Apertisque oculis, nihil videbat: Hoc est, quod hic dicitur: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

f Amici mei.] Suprà habitum est, quid patitur peccator in seipso à peccatis suis: & secundum aliam expositionem, quomodo pœnitentiam suam implet. Hic autem ostendit pœnitens, quæ, & quot patitur in sua pœnitentia à proximis. Primum est, amicorum impugnatio. Vnde dicit: [Amici mei] fictì. g Et proximi mei] cognatione, vel cohabitatione.

De contradictionibus quas patiuntur pœnitentes à proximis.

h Aduersum me appropinquauerunt] cùm me viderunt pœnitentiam assumere, volentes me retrahere. Vnde *Eccl.* 6. a. Est amicus secundum tempus suum; & non permanebit in tempore tribulationis: Isti enim sunt amici hominis, quandiu sæculariter vult viuere, & pascere, & potare eos: Sed quando tribulatur spiritus eius, & mouetur ad pœnitentiam, non permanent. Et propter hoc bene sequitur ibi: Ab inimicis tuis separare, id est, à Dæmonibus, quibus es iunctus per peccatum, sed separare ab eis per pœnitentiam: Et non solùm hoc, sed & ab amicis tuis attende, ne, scilicet, impediant pœnitentiam tuam. Secundum, est impugnationis continuatio. Vnde addit. i Et steterunt] quasi dicat, non recesserunt. Tertium, est amicorum destitutio; quod plus est, quàm impugnatio. Aliquando enim impugnat quis & manet amicus: De quo dicit. k Et qui iuxta me erant] id est, mihi iuncti per amicitiam. l De longè steterunt] separati, rupto vinculo amoris. *Iob* 19. c. Fratres meos longè fecit à me. Et post. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me. Talis amicus non erat *B. Bernard.* qui dicit ad Eugenium Papam: Olim mihi inuisceratus es, non mihi tam facilè à medullis extraheris: ascende in cœlum, descende in abyssum, non recedes à me: sequar te, quocunque ieris. Quartum, est violenta persecutio. Vnde addit. m Et vim faciebant.] Sic multoties faciunt aliqui agentibus pœnitentiam: cogunt eos infringere ieiunia, & omittere orationes, & huiusmodi.

ϴ Qui quærebant *Alleg.*

A Cum clamore valido, & lachrymis preces offerens, exauditus est pro sua reuerentia. *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum.

a Cor meum conturbatum est,] tristitia naturali, propassionis, & compassionis. Vnde *Matth.* 26. d. Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Psalm.* 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. *Ioan.* 11. d. Infremuit Iesus spiritu, & turbauit semetipsum.

b Dereliquit me virtus mea] secundum opinionem Iudæorum, dicentium *Matth.* 27. e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. c Et lumen oculorum] id est, Apostolorum, quasi dicat, ipsi Apostoli excæcati fuerunt; & me non cognouerunt per veram fidem: *Psal.* 87. Oculi mei languerunt præ inopia: Vel sic: Oculi, sunt Prælati, & Prædicatores: Horum oculorum lumen fuerunt Apostoli, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. d Et ipsum] lumen. e Non est mecum.] *Zach.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. *Ioan.* 16. g. Venit hora, & iam nunc venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. f Amici mei, & proximi mei.] Iudæi, & Iudas. h Aduersum me appropinquauerunt.] *Matth.* 26. e. Ecce appropinquabit, qui me tradet: Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & turba multa cùm gladiis, & fustibus, &c. Et accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? i Et steterunt] quia non propter hoc, quia ita benignè locutus est, & seipsum obtulit eis, cessauerunt à malitia.

k Et qui iuxta me erant] scilicet, Apostoli, qui comitabantur me. l De longè steterunt] quia reliquerunt me. Vnde *Matth.* 26. f. Tunc Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt, &c. Petrus autem sequebatur à longè. m Et vim

Pax.

- Bona.
  - Temporis, 2. *Mach.* 4. a. Videbat sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari.
  - Vitæ æternæ, vt *hic*, & 2. *Thess.* 3. a. Deus pacis det vobis pacem sempiternam.
  - Christus, *Eph.* 2. c. Ipse est pax nostra. *Mich.* 5. b. Erit iste pax.
  - Reconciliatio ad Deum, *Rom.* 1. a. Gratia vobis & pax. *Matth.* 10. b. Pax huic domui.
  - Cessatio à causis, *Hebr.* 2. d. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam. *Rom.* 12. d. Cum omnibus hominibus pacem habentes.
  - Quies pectoris, *Iacob.* 3. d. Fructus iustitiæ in pace seminatur. *Ioann.* 14. d. Pacem meam do vobis.
  - Societas Iustorum, 2. *Tim.* 2. d. Sectare pacem cum his, qui inuocant Dominum de corde puro.
  - Lætitia spiritualis, *Col.* 3. c. Pax Christi exultet in cordibus vestris.
  - Protectio, *Ph.* 4. b. Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, &c.
  - Fructus Spiritus, *Gal.* 5. d. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax.
  - Fiducia, *Ioan.* 20. e. & *Luc.* 24. f. Pax vobis.
  - Concordia hominum & Angelorum, *Luc.* 2. b. Pax hominibus bonæ voluntatis. Et 19. f. Pax in cœlo, & gloria in excelsis.
  - Tranquillitas carnis, *Iob* 5. d. Scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum.
  - Altare, *Iud.* 6. e. Ædificauit altare, vocauitque illud Domini pax.
  - Omnis locus sanctus, *Psalm.* 75. In pace factus est locus eius. Item. *Psalm.* 147. Qui posuit fines tuos pacem.
- Mala.
  - Conspiratio, *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium.
  - Simoniacus contractus, *Act.* 12. d. Persuaso Blasto postulauerunt pacem. Blastus interpretatur habens præmium.
  - Fœdus cum Diabolo, 1. *Thess.* 5. a. Cùm dixerint pax, securitas; tunc repentinus eis superueniet interitus. *Ezech.* 13. b. Dicentes: pax, pax; & non est pax.
  - Prosperitas malorum, 1. *Mach.* 7. e. Cùm reuersus fuero in pace, succendam domum istam. Idem 3. *Reg.* vlt. e.
  - Falsa gratia, 4. *Reg.* 9. e. Estne pax Hieu? Et respondit: Quæ pax? Adhuc vigent fornicationes matris tuæ, &c.
  - Impunitas in peccatis, *Deut.* 29. c. Ne dicat in corde suo: pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei.
  - Neglgentia, *Apoc.* 6. a. Datum est ei, vt sumeret pacem de terra.
  - Incircunspectio, 3. *Reg.* 2. a. Effudit sanguinem belli in pace.
  - Concomitantia vitiorum, *Iud.* 4. c. Erat pax inter Iabin & domum Aber. Iabin, prudentia: Aber, liuor interpretatur.
  - Hypocrisis, *Isa.* 26. a. Seruabis pacem, pacem, quasi dicat, duplicem, non veram, sed fictam.

Mali quatuor modis malignantur contra bonos.

a Obseruabit, &c.] Secunda pars, in qua ostendit malos torqueri inuidia, & ex hoc malignari contra bonos. Et ostendit, quòd quatuor modis malignantur. Primò occultè insidiando. Vnde dicit: Obseruabit peccator Iustum, quo ad occultas insidias. Sic illi mali Iudæi obseruabant illum verum Iustum, Christum, scil. Vnde *Luc.* 6. b. Obseruabant eum Scribæ, & Pharisæi, si in Sabbato curaret, vt inuenirent, vnde accusarent eum. Et B. *Bern.* dicit: Habuit Christus in factis obseruatores, in verbis contradictores, &c. Sic & quilibet peccatores obseruant viros iustos, *Eccl.* 11. d. Sicut perdix inducitur in foueam, & sicut caprea in laqueum; sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui: bona enim in mala conuertens, insidiatur, & in electis imponit maculam. Secundo modo malignantur apertis signis, etsi non factis, ostendendo malitiam. Vnde dicit.

b Et stridebit super eum dentibus suis.] Sic fecerunt Iudæi Stephano, *Act.* 7. g. Et stridebant dentibus in eum. *Psalm.* 111. Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet. *Isa.* 8. d. Qui strident incantationibus suis. Sed qui sic stridet, transibit de stridore in stridorem; *Matth.* 22. b. Mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Et hoc est, quod sequitur.

c Dominus autem irridebit eum.] Ecce vicissitudo contra stridorem. Et est sensus: Ad modum irridentis se habebit, quia non volet misereri eis. Vnde super illud verbum *Iob* 9. c. Et non de pœnis innocentum rideat, dicit *Glos.* Ridere Dei, est nolle misereri. De hac irrisione supra in *Psalm.* 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus subsannabit eos. *Prouerb.* 1. c. Ego quoque in interitu vestro ridebo; & subsannabo, cùm vobis, quod timebatis, acciderit. Econtrario dicitur de bono, *Ecclesiast.* 33. a. Sapiens non odit mandata, & non illudetur. Et verè irridebit, & citò.

> a Obseruabit peccator Iustum: & b stridebit super eum dentibus suis. Dominus c autem irridebit eum: quoniam d prospicit, quòd veniet e dies eius: f Gladium † euaginauerunt peccatores: † g intenderunt arcum suum. Vt h decipiant i pauperem, & inopem: vt k trucident l rectos corde.

Saen. *Heb.* *al.* † eduxerunt. *al.* † tetenderunt.

d Quoniam prospicit] id est, propè aspicit, quòd veniat dies eius. Prospicit, dico Dominus, licet peccator non prospiciat. *Luc.* 19. g. Quia si cognouisses & tu; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: quia dies venient in te, & circumdabunt te inimici in vallo, &c.

e Dies eius] id est, Domini, scilicet, dies iudicij, de quo *Sophon.* 1. c. Iuxta est dies Domini, &c. dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, &c. Vel, Dies eius, id est, peccatoris, in quo punietur. *Iob* 18. d. In die eius stupebunt nouissimi. *Ierem.* 17. b. Diem hominis non desideraui. *Iob* 21. d. In die perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Et nota, quòd ad diem culpæ, sequitur dies mortis, & ad diem pœnitentiæ, dies vitæ. Tertiò malignantur mali persecutionem apertam mouendo. Vnde dicit.

Moraliter. Gladius dicitur peccatum.

f Gladium euaginauerunt peccatores.] Ad literam, gladio pugnantes. Vel gladium, id est, quamcunque persecutionem euaginauerunt, id est, in publicum produxerunt. *Ezech.* 21. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & splendeas. Moraliter, etiam gladius, est peccatoris peccatum, de quo *Eccl.* 21. a. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. Et qui publicant peccatum, euaginant gladium. *Isa.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Hi faciunt contra illud, quod dixit Dominus *Ioann.* 18. b. Mitte gladium tuum in vaginam. Vagina, in qua debet peccatum contineri, est timor Dei, & verecundia sæculi. In hac vagina debuisset Iudas inclusisse gladium suum, sc. peccatum proditionis, quando Dominus vaginam ei tetendit, dicens *Matth.* 26. b. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet: Ecce vnde debuisset erubescere. Et addit, dicens: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille; ecce vnde debuisset timuisse. Quartò malignantur dolis & machinationibus persequendo. Vnde sequitur.

g Intenderunt arcum suum] id est, parauerunt dolos. *Psal.* 63. Intenderunt arcum, rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. *Osee* 7. d. Facti sunt, quasi arcus dolosus. Arcus dicitur scientia, vel potentia secularis, de quo in *Psalm.* 43. Non enim in arcu meo sperabo. Iactatores intendunt hunc arcum. *Matth.* 23. a. Dilatant philateria sua. Suum dicit, non Dei. Arcus Dei est sacra Scriptura, de quo *Eccl.* 43. b. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. Et qua intentione hoc faciant, consequenter ostendit, videlicet. h Et decipiant.] Hoc refertur ad intentionem arcus. i Pauperem & inopem] ad literam, quia istos frequentius decipiunt, non diuites. Vnde *Eccl.* 13. c. Pascua diuitum sunt pauperes. Pauperem sine consilio. Inopem sine opibus. Vel, Pauperem & inopem, id est, humilem. Illos enim decipere conantur, non magnos. *Eccl.* 13. d. Diuiti decepto multi recuperatores, humilis deceptus est, insuper & arguitur. Sed quantum ad veritatem magis decipiuntur diuites, secundùm quod ibi dicitur: Locutus est superba, & iustificauerunt illum. Sed dicit Dominus *Isa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt.

k Vt trucident rectos corde.] Hoc refertur ad euaginationem gladij. Vt trucident, non solùm occidant; sed in partes minutissimas diuidant: quod ad literam factum est in Martyribus. Vnde 1. *Machab.* 1. g. dicitur de quibusdam? Noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt. l Rectos corde.] non curuos, qui flectimur timore. Tales enim non trucidantur a Tyrannis, nec

nec trucidantur adhuc ; sed magis honorantur. Vnde dixit Holofernes, *Iudith.* 11. a. Nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor Regi. Illi etiam, qui euaginant gladium peccati per manifestationem, multos trucidant: nô solum interficiunt in vno peccato, sed, minutatim diuidunt ad multa peccata. Vnde malum exemplû dicitur, non tam occidere, quam corrumpere. Caro enim, quam citò mortua est, non propter hoc corrupta est, donec putrefiat: sic moritur homo in primo peccato; sed ad operam aliorû assuefaciens se ad peccatum, computrescit, & corrumpitur. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. *Psalm.* 37. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Vnde cum sic corrupti sunt, iam vix resuscitari possunt: quod significatum fuit in Lazaro quatriduano iam fœtente.

Malum exemplum non solum occidit: sed etiam corrumpit.

al. † Framea.
al. † conteratur.
Tob.
al. † quoniam.

a Gladius eorum intret in corda ipsorum: & *b* arcus eorum † confringatur. *c* Melius est modicum Iusto, super diuitias peccatorum *d* multas. Quoniam *e* brachia peccatorum *f* conterentur: confirmat autem Iustos Dominus. *g* Nouit Dñs *h* dies *i* immaculatorum: & *k* hæreditas eorum in *l* æternum erit. *m* Non confundentur in tempore *n* malo, & in diebus famis *o* saturabuntur: † quia peccatores peribunt.

Vnde *Eccl.* 32. c. Peccator homo vitabit corruptionem, & ad voluntatem suam inueniet comparationem. Sic faciunt, sed non impunè ferent: quia sibi primò nocent, licet sibi satisfacere videantur, & proximis non multum nocent, imò bonis prosunt. Hoc est, quod sequitur: *a* Gladius eorum intret in corda ipsorum,] id est, quia aliis nocere volunt gladio, siue materiali, siue spirituali: ideò gladius peccati intret in corda ipsorum,] id est, moriantur morte peccati. Cùm enim gladius intrat in cor, statim moritur homo: ita quàm citò peccatû intrat cor hominis, quod fit, quàm citò consentit, vt noceat alij, vita recedit, scilicet, Spiritus sanctus, qui est vita animæ. Et meritò dicit, Intret in corda: quia inde exierat gladius, quo alios persecuti fuerant. *Matt.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Et hæc remuneratio eorum iusta est, secundum sententiam Domini, *Matt.* 26. c. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vnde *Prou.* 11. a. In insidiis suis capientur iniqui. *Prou.* 1. d. Comedent igitur fructus viæ suæ. *Isa.* 3. b. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet illi. *Prou.* 11. a. Supplantatio peruersorum vastabit illos. *b* Et arcus eorum confringatur,] id est, dolus & insidiæ eorum frustrentur fine intento, vt scilicet, mali non noceant bonis. *Psal.* 45. Arcum conteret, & confringet arma. *Iob* 5. b. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint manus eorum implere, quod ceperant. Postquam egit de bonis & de malis singillatim, comparat eos ad inuicem, & status eorum in quatuor. Primò in diuitiis, cùm dicit: *c* Melius est, &c.] Secundò in potentia: *ibi.* Quoniam brachia peccatorum. Tertiò in honore, *ibi:* Nouit Dominus. Quartò in opere, *ibi*: Mutabitur peccator. De primo ergo dicit. *c* Melius est modicum Iusto] homini, super diuitias peccatorum multas, id est, melius est homini, vt sit iustus & pauper, quam peccator & diues. *Prou.* 15. b. Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni & insatiabiles: melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. *Prou.* 19. a. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate, quàm diues torquens labia, & insipiens. Et subiungit causam, dicens: *d* Quoniam brachia,] quasi dicat, ideò est melius: Quoniam brachia peccatorum conterentur; confirmat autem Iustos Dominus. Et est secunda comparatio, vbi comparat eos in potentia, quasi dicat, modò in parte atteruntur Iusti; & peccatores econtrario in parte radicantur. Sed in futuro vice versa peccatores. *f* Conterentur,] id est, non tantum in parte, sed ex toto teruntur. Et Iustos confirmabit Dominus, id est, ex toto firmabit. Quod bene declaratur *Luc.* 16. g. vbi dictum est diuiti; Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. *Eccl.* 10. a. Regnum à Gente in Gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. Et de primo non dicit, quod Dominus conterat; sed dicit: conterentur. De secundò non dicit, confirmabuntur, sed confirmat Dominus. In quo notatur, quod supra dictum est, videlicet, quod non est proprium Domini punire; sed retribuere, & misereri.

Comparatio bonorum & malorum.

e Brachia, [duo sunt brachia peccatorum per quæ peccata operantur, videlicet, potentia temporalis, & scientia sæcularis. Et ambo conterentur. *Psal.* 74. Et omnia cornua peccatorum confringam. Et nota, quod dicit, Confirmat; quod est præsentis temporis: quia & confirmat in præsenti per gratiam, quod in futuro confirmabit per gloriam. 2. *Thess.* 2. d. Ipse Deus & Pater, qui diligit nos, & dedit consolationem æternam in spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. Ecce hic tangitur confirmatio & cordis & oris & operis. Et quomodo confirmat? Non pecunia, sed seipso. *Psal.* 27. Dominus fortitudo plebis suæ. *Eccl.* 15. a. Confirmabitur in illo, & non flectetur. Vnde sic exponi potest, Confirmat, id est, secum firmat. Confirmatus erat Apostolus, dicens *Rom.* 8. g. Quis nos separabit à charitate Christi? Certus sum, quod neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare à charitate Dei. *g* Nouit Dominus] quasi dicat, ideò confirmat, quia approbat & considerat. Hoc est, Nouit Dominus, id est, approbat & considerat. *h* Dies,] id est, vitam. *i* Immaculatorum.] Simile supra in *Psal.* 1. Nouit Dominus viam Iustorum. Noctem autem maculatorum, id est, malam vitam, non nouit, id est, non approbat, vnde ibi in *Ps.* Et iter impiorum peribit. Vnde dicit *Matt.* 7. d. Nunquam noui vos: Discedite a me, qui operamini iniquitatem. *Prou.* 4. d. Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ autem, quæ à sinistris, & has non nouit. Vel, nouit per prædestinationem. Et hæc est tertia comparatio, vbi comparat bonos & malos in honore. Honor autem bonorum consistit in multis, quæ notantur hic. Primum est, quòd noti & electi sunt a Deo per prædestinationem: Vnde dicit, Nouit Dominus per prædestinationem, dies, id est, viam immaculatorum. *Rom* 8. f. Quos præsciuit & prædestinauit. 2. *Tim.* 2. c. Cognouit Dominus, qui sunt eius. Vel, Nouit Dominus dies immaculatorum, sc. dies æternitatis, de quibus in *Psal.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et quia his duobus modis nouit Dominus dies immaculatorum: Beati immaculati in via, vt dicitur inferiùs in *Psal.* 118. Illos enim, quos nouit, recipiet ad cœleste conuiuium; & quos non nouit, excludet. Vnde sequitur. *k* Et hæreditas eorum,] s. immaculatorum, s. vita æterna. *l* In æternum erit,] i. sine fine. De qua hæreditate in *Ps.* 126. Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filiorum merces fructus ventris. Et 1. *Pet.* 3 d. dicitur de Christo. Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Tertium, in quo consistit honor eorum, & immunitas à futura confusione. Vnde dicit. *m* Non confundetur in tempore malo, id est, in die iudicij. Nam si non haberent illam hæreditatem æternam, confunderentur valde ab expectatione sua, qui hic respuunt hæreditatem præsentem, de qua dicitur: Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit, *Prouerb.* 20. c. Sed quia illam, quam modò expectant, tunc habebunt, ideò non confundentur, sed gloriabuntur. *Isa.* 45. c. Saluatus est salute æterna, non confundemini, neque erubescetis vsque in sæculum sæculi. In tempore malo, id est, in die iudicij, de quo tempore *Eccl.* 11. d. Et si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum malorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. *Eccles.* 11. c. In die bonorum ne immemor sis malorum. Dico, quod habebunt hæreditatem. Sed quid habebunt ibi: Quicquid volunt. Nam sequitur.

Iosh.

Honor bonorum consistit in multis.

n Et in diebus famis] sc. post mortem, tunc quando mali esurient. *o* Saturabuntur.] Vnde *Isa.* 65. b. Serui mei comedent, & vos esurietis: serui mei bibent, & vos sitietis. Et hoc est quartum, in quo consistit honor Sanctorum, sc. in delitiis æternis: Et benè dicò, quod erit fames.

p Quia peccatores peribunt] illa fame. Nec mirum, si in pœna fame peribunt: quia hic in culpa fame pereunt. Vnde *Luc.* 15. d. Filius prodigus in se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo? Vel sic construe, in diebus famis, id est, pro diebus famis, id est, pro fame paucorum dierum saturabuntur æterna satietate. Quia peccatores peribunt ex iustitia, quam exercebit Dominus in peccatores, *Matt.* 5. a. Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. *Psal.* 57. Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. *Isa. vlt.* g. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Et benè peccatores, non Iusti peribunt, sicut dicitur *Iob* 4. b. Recordare, obsecro te, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem & seminant dolores & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Et in eodem d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Ostenso, quantus est honor Iustorum, ostendit, quam breuis sit honor malorum: Vnde dicit.

a Inimici

a Inimici verò Domini,]id eſt,amici huius mundi.*b* mox] id eſt, ſtatim. *c* Vt honorificati fuerint.]honoribus & potentia. *d* Et exaltati.]gloria.*e* Deficientes ,deficient,] id eſt , aſſiduè deficient. *f* Quemadmodum fumus,] deficit. Inimici Domini , ſunt peccatores, diligentes mundum. *Iacob*.4.a. Quicunque voluerit amicus eſſe huius mũdi , inimicus Dei conſtituitur. 2. *Timoth*. 4. b. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum. *Auguſtinus*:O ſæculum nequam quod tuos beare ſic ſoles amicos , vt Dei facias inimicos.Inimici etiã

Caph.
al. † ſtatim vt gloriabũtur & exaltabuntur.
al. † ſicut.
al. † fœneratur.
al. † retribuet.
al. † commodat.
al. † cum hæreditate poſſidebũt.
al. † illum diſperient.

Inimici *a* verò Domini,† *b* mox vt *c* honorificati fuerint , & *d* exaltati,*e* deficientes, † *f* quẽadmodum fumus , deficient. † *g* Mutuabitur peccator *h* & non ſoluet ; *i* iuſtus autem miſeretur & † *K* tribuet. *l* Quia benedicentes † ei *m* hæreditabunt terram ; *n* maledicentes autem † ei *o* diſperibunt.

Dñi ſunt,quicunque ſunt inimici veritatis,iuſtitiæ,pacis.Et tales honorificati , deficiunt ſtatim , etiam ſi mille annis vixerint. *Pſal*.89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna,quæ præterijt.Hæc enim vita non eſt , niſi momentum vel punctum reſpectu æternæ vitæ. Vnde *Iacob*.4 d.Quæ eſt vita veſtra ? vapor eſt ad modicũ parens,& deinceps exterminabitur. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcendunt. Et nota etiam, quod geminatio defectionis, duplicem defectum notat:quia deficient in temporalibus,affligenturque in corpore : & deficient in ſpiritualibus,affligenturque in mente.Sicut econtrario boni abundabunt in ſtola corporis,& in ſtola animæ. Vel ſimpliciter notat mali aggrauationem. *Greg*.Erit miſeris mors ſine morte,finis ſine fine, defectus ſine defectu. *f* Quemadmodum fumus,]congrua eſt ſimilitudo. Fumus enim quanto magis aſcendit, tantò magis euaneſcit. Sic & ipſi , quantò altiùs extolluntur in ſæculo,tantò profundiùs merguntur in inferno. *Pſal*. 72. Deiecisti eos, dum alleuarentur. *Iob* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum,& non ſubſiſtent.*Oſea* 13. b. Erunt quaſi nubes matutina,& ſicut ros matutinus pertranſiens : ſicut puluis turbine raptus ex area , & ſicut fumus de fumario : Ecce propter hoc cõparantur iſtis quatuor,quia citò tranſeunt. Et propter ſpeciales alias proprietates : ſunt enim impij nubes in promiſſione longæ vitæ ; ſed tamen fallunt,ſicut nubes promittunt pluuiam,& plerumque fallunt.*Prou*.25. b.Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes,vir glorioſus & promiſſa non complens.Item impij ſunt ros,promittẽdo ſibi vanam delectationem, de quo rore *Cant*.5.a. Caput meum, id eſt,mens, plenum eſt rore,id eſt,vana delectatione,dicit anima. Item ſunt puluis,quia per curioſitatem & ſollicitudinem temporalium ĩcompacti,& diuiſi. *Pſal*. 1. Non ſic impij, non ſic ; ſed tanquam puluis,quem proijcit ventus à facie terræ.*Greg*.Subſiſtere nequeunt,qui ab æternæ eſſentiæ ſoliditate diuiduntur. Sunt etiam fumus aſcendens per ſuperbiam,*Pſ*.73.Superbia eorum,qui oderunt,aſcendit ſemper. *Iſa*.65. a.Iſti fumus erunt in furore meo. Et nota, quòd multæ ſunt proprietates fumi, quæ notantur his verſibus,

Proprietates fumi conuenientes ſuperbo.
Pſal.73.

Aſcendit , niger , tenuis , lacrymoſus , ab igne ,
Deficit , oſtendit ventum , tingit , tenebroſus.

Hæc conueniunt ſuperbo , quia aſcendit,ſecundum illud, Superbia eorum,qui te oderunt,aſcendit ſemper. Item eſt niger, *Baruch*.5. c.Nigræ ſunt facies eorum a fumo,qui in domo eſt,ſupple,conſcientiæ.Item eſt tenuis,id eſt,inanis. *Iſa*.41.c Erunt,quaſi non ſint:& peribunt viri, qui contradicunt tibi. Hi ſunt ſuperbi. *Et* 40.d.Omnes Gentes,quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo,& quaſi nihil,& inane reputatæ ſunt ei. Item lacrymoſi , quia lædunt alios. *Iob* 24. b.De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Naſcitur ab igne ambitionis. *Pſalm*.57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Item deficit,ſicut hic patet.Item oſtendit ventum. *Oſea* 12. a. Ephraim paſcit ventum , & ſequitur æſtum. Item tingit,vnde *Iſa*.13.b.Facies combuſtæ vultus eorum. Quartò comparat bonos malis in opere, cùm ſequitur.

Ad literam.

g Mutuabitur,&c.]ad literam, *Eccl*.29.a. Multi quaſi adinuentionẽ æſtimauerunt fœnus,& præſtiterunt moleſtiam his,qui ſe adiuuerunt,&c.vſque ibi.Si autem potuerit reddere,aduerſabitur,ſolidi vix reddet dimidium,& computabit illud quaſi inuentionem. Vel ſic,Mutuabitur à Deo, duo minuta,id eſt,corpus & animam.Vnde *Sap*.15.d.dicitur de idolis.Pedes eorum pigri ad ambulandum : homo enim fecit illos:& qui ſpiritum mutuatus eſt,is fixit illos. *h* Et non ſoluet] Deo,quia tradidit Diabolo tam corpus, quam animam in peccato.*Gen*.14.d.Da mihi animas ; cætera tolle tibi.Non poteſt cantari in perſona talium,quod de defũctis cantat *Eccleſia*.Modò reddo tibi Creatori animam meam. Non enim tunc iam eſt in manu eius, ſed in manu Diaboli. Non ſic Dauid,qui dicebat : *Pſ*.118.Anima mea in manibus meis ſemper : quaſi dicat , paratus ſum reddere eam. Et *Iob* 13. b.Animam meam porto in manibus meis. Vel ſic ; Mutuabitur peccator,bona omnia,quæ habet,tam ſpiritualia, quàm naturalia, quam temporalia. *Aliter*. *Prou*.22.b.Qui accipit mutuũ,ſeruus eſt fœnerantis. *Matt*. 25.b. Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.Et non ſoluet,ea Deo attribuendo, & multiplicata cum vſura Deo referẽdo.*Matt*.25. c.Serue male, & piger, oportuit te committere pecuniam meam nummularijs:& veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſura. *Lameth*. *Greg*.Stultus eſt debitor,qui gaudens pecuniam accipit;& tempus,quo debeat reddere,non attẽdit. *Luc*.16.a.Redde rationem villicationis tuæ.Vel ſic:Mutuabitur peccator,voluptatem & delectationẽ peccati,à fœneratore peſſimo Diabolo,de quo dicitur : *Pſ*.108.Scrutetur fœnerator omnẽ ſubſtantiam eius, qui nunquam vellet ſortem ſibi reddi ; ſed ſemper multiplicari vſque ad mortem.Et non ſoluet,per confeſſionem,reſeruans confeſſionem vſque ad lectum mortis. Contra quem dicitur *Eccl*.27.d.Ne demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere:A mortuo enim,quaſi nihil,perit confeſſio. *Aliter*. Etiam ille, qui audit Theologiam,vel ſermonem mutuatur verbum Dei ; ſed peccator eſt,ſi non reddit & ſoluit operando,& tempore debito prædicando : quia ſicut dicitur *Iacob*.4.d. Scienti bonum facere, & non facienti,peccatum eſt illi. *i* Iuſtus autem miſeretur,] intùs in corde compatiendo. *k* Et tribuet,]exteriùs in opere ſubueniendo. *Pſal*. 111.Iucundus homo,qui miſeretur & commodat : diſponit ſermones ſuos in iudicio, id eſt, ordinat,quid reſpondebit Iudici,imò miſerendo format & dictat ſententiam, quam pro eo dabit Iudex,dicens:*Matt*.25.c.Eſuriui & dediſtis mihi manducare,&c. Miſeretur autem Iuſtus,primò ſui ipſius , ſecundum quòd dicit *Aug*. Qui vult ordinatè dare eleemoſynam,debet à ſeipſo incipere. Vnde *Eccl*.30. d. Miſerere animæ tuæ placens Deo. *k* Et tribuet,*Luc*.6.c. Omni petenti te tribue. Quædam litera hic habet,Retribuet:& competenter:quia quod vni ex minimis Dñi facimus,ei facimus ; ſed ei nihil poſſumus tribuere , quaſi ex noſtro;ſed tãtùm retribuere,quaſi ex ſuo,imò vere ex ſuo. Vnde quærebat Dauid : *Pſ*.115. Quid retribuam Dño pro omnibus,quæ retribuit mihi?id eſt,quid ei retrò tribuam? 1.*Cor*.4.b.Quid habes,quod non accepiſti ? 1. *Paral.vlt*.d. Tua ſunt omnia : quæ de manu tua accepimus , dedimus tibi. *Auguſt*.Dicit tibi Chriſtus:da mihi,dedi tibi: habuiſti largitorem,habe debitorẽ,habe & fœneratorem. *Prou*.19. c.Fœneratur Domino , qui miſeretur pauperis. Retribuit etiam Deo,qui de bono, quod habet, gratias agit , & ad Deum refert,non aſcribens ſibi, vt ad locum,vnde exeunt flumina reuertantur, *Eccl*.1.b.Et hoc facit Iuſtus in ſpe retributionis æternæ. Vnde ſequitur. *l* Quia benedicentes ei.] ſcilicet, Domino, id eſt, in omnibus gratias agentes. *m* Hæreditabunt terram,]ſcil.viuentium,ſecundum quod dicitur *Gen*.27.d.Qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur:Vox eſt Patris ad filiũ.Benedicentes,nõ ſolùm verbo,ſed & facto.1.*Cor*.10. Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis : omnia in gloriã Dei facite.Propriè autem benedicentes Deum dicuntur Religioſi,qui Deum benedicunt pſallendo,prædicando, & bene viuendo,ſecundùm quod diximus *ſuper Pſal*.33 *illum*:Benedicam Dñm in omni tempore. Et hi meritò hæreditabunt terram,viuentium,quia exhæredant ſe de terra morientium , dicentes: *Pſal*.141. Portio mea ſit in terra viuentium. Vnde *Matt*.5. a.Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. *Marc*.10.d.Nemo eſt,qui reliquerit domum,aut fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrẽ,aut filios,aut agros propter me , & propter Euangelium prædicandum , qui non accipiat centies tantum,&c.& in futuro vitam æternam. *Prou*.2.d.Qui recti ſunt,hæreditabunt in terra:& ſimplices habitabunt in ea. Recti ſunt,qui non curuantur ad terrena:ſimplices,qui nolunt duobus Dominis ſeruire,ſed ſimplici Deo. *n* Maledicentes autem ei,]id eſt,Domino. *o* Diſperibunt.]*Gen*.27.d.Qui maledixerit tibi,maledictionibus repleatur. Maledicentes, non tantum verbo,ſed facto.*Greg*. Quantaſcunque laudes lingua reſonat,vita blaſphemat. Diſperibunt,id eſt, diuerſis pœnis interibunt. In præſenti, vt patet in Iudæis diſperſis. Et in futuro. *Iſa*. 66. g.Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi notantur diuerſæ pœnæ.Nec ſolùm in futuro remunerabit bonos Dominus ; ſed etiam in præſenti , ſecundùm quod dicitur in *Pſalm*. 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Remunerat autem multipliciter , ſicut hic oſtenditur. Primò , quia dirigit opera eorum. Vnde ſequitur

Apud.

Mem.
al. † à Domino.
al. † cupit nimis.
al. † conturbabitur.
Nun.
al. † firmat
al. † eius.
al. † Iuuenis.
al. † egens pane.
Samech.
al. † fœneratur.

† *a* Apud Dominum *b* gressus hominis *c* dirigentur: & viam *d* eius † *e* volet. Cum *f* ceciderit Iustus, non † *g* collidetur: quia Dominus † suppo-nit *h* manum † suam. † *i* Iunior fui *k* etenim senui: & non vidi *l* Iustum derelictum, *m* nec semen eius † quærens *n* panem. *o* Tota die miseretur, & † commodat: & *p* semen illius in *q* benedictione erit. *r* Declina à malo & fac bonũ, & *s* inhabita in *t* sæculũ sæculi.

a Apud Dominum,] id est, à Domino. *b* Gressus hominis.] id est, opera & affectus. *c* Dirigentur,] qui in se tortuosi sunt. Melius autem dixit: Apud Dominum, quàm si dixisset, à Domino: quia ibi duo notantur, cùm dicit, Apud, videlicet, Dei maxima potestas, & humani arbitrij libertas. Cùm enim dicit: Apud Dominũ: idem est, ac si dicat? Non oportet Dominum laborare ad hoc, sed dicit vel ordinat, & statim factum est: quia apud eum est hoc, nec indiget extrinseco. Item in hoc quod dicit: Apud Dominum dirigentur, notatur, quod si velimus, vt dirigantur gressus nostri, oportet nos, quantum in nobis est, surgere ad ipsum per applicationem liberi arbitrij: quia apud eum est, quod volumus: nec violenter dabit nobis, nisi ostendamus ei, quod velimus habere. Et propter hoc benè dicitur *Prou.* 16. b. Cor hominis disponet viam suam; sed Domini est dirigere gressus eius. Et *in eod.* 2. Reuela Domino opera tua: & dirigentur cogitationes tuæ. Item *Prou.* 28. b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Secundò remunerat, quia facit eos in via Domini delectari, vnde sequitur. *d*. Et viam eius,] id est, Domini.

e Volet] Dominus, id est, velle eum faciet, sicut dicitur *Rom.* 8. c. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, facit nos postulare. Et quòd Dominus faciat nos velle viam istam, dicitur, *Phil.* 2. b. Deus, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Vel, volet, ipse homo, cuius gressus diriguntur: Viam eius, sc. Dei, quæ est via vitæ: & ideò amplectenda ab his, qui habent pedes directos, secundum illud *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. *Ierem.* 21. c. Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Sed quam eliget Iustus? *Psal.* 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Tertiò remunerat Dominus bonos in hoc, quod custodit eos, ne cadant in peccatum mortale: vnde addit. *f* Cùm ceciderit Iustus] per peccatum veniale, quod est casus in domo, non à domo. *Prou.* 24. b. Septies cadet Iustus, & resurget. *g* Non collidetur] per mortale, quia etsi vulneretur in naturalibus; non tamen spoliatur gratuitis. Et ita licet lædatur; non tamen colliditur. *h* Quia Dominus supponit manum suam] scil. manum misericordiæ, quæ eum suscipit. Ideò *Psal.* 30. nolens collidi, dicebat: In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. Benè enim securi sunt, qui in manu eius sunt. Vnde *Sap.* 3. a. Iustorũ animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. *i* Iunior fui.] Tertia pars, in qua primò ostendit Iustum non derelinqui. Et loquitur Ecclesia, vel Propheta in persona Ecclesiæ generalis. Dicit ergo Ecclesia: Iunior fui, quia paruula in tempore Abel, quando vbera nondum habebat, vt posset prædicare. Sed in tempore Apostolorum fuit adolescentula, quia calida, pulchra, fœcunda. Sed nunc est anus frigida & rugosa, vnde dicit. *k* Etenim senui.] *Matt.* 24. b. Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *Iob* 16. b. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Et licet tantùm durauerim, dicit Ecclesia, tamen. *l* Non vidi Iustum derelictum] a Domino; supple, finaliter, nisi fortè corporaliter ad tempus, secundùm quod dicitur *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te. *m* Nec semen eius,] id est, imitatores eius *n* Quærens panem,] id est, nimis indigens pane, *Matth.* 7. d. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Vel sic: Nec semen eius quærens panem, id est, principaliter intendens corporalibus: quia si hoc facit aliquis, non est Iustus, nec est semen Iusti. *Luc.* 12. d. Nolite quærere, quid manducetis, aut bibatis: hæc enim omnia Gentes inquirunt. *Greg.* Qui paupertatem in terris metuit, æternæ fœlicitatis abundantiam abscondit. Vel de pane spirituali intelligi potest, quem semen Iusti etsi quærat appetendo, non tamen quærit mendicando; quia Iusti abundant isto pane: secundùm quod dicit Apostolus *Col.* 3. c. Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Prou.* 15. b. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Vel sic potest construi, & secundum hoc minus habebit calumniæ: Non vidi Iustum derelictũ, nec semen eius, supple, vidi derelictum. Semen dico, quærens panem, id est dicens: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quia qui sic quærit, non derelinquitur à Dño. *Ps.* 9. Non derelinquis quærentes te, Domine. Et manifestum est, quòd non derelinquitur Iustus: nec semen eius ex indigentia quærit panem, quia sequitur. *Matth.* 6. b.

o Tota die miseretur & commodat.] Ex hoc manifestum est, quod Dominus non derelinquit eum, qui ad eum venit tota die in pauperibus, quibus miseretur & commodat. Dicit enim *Matt.* 25. d. Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Vnde narrat *B. Greg.* quod quidam bonus homo erat, qui libenter recipiebat & pascebat pauperes: & quadam die venit Dominus ad domum illius in specie peregrini pauperis, quem cùm ille recepisset, & vellet dare aquam manibus illius vt pranderet, vertit se, vt acciperet aquam, & Dominus disparuit. Quo facto cùm ille stupefactus esset, in sequenti nocte apparuit ei in visu Dominus, dicens: Cæteris diebus recipiebas me in membris meis; sed hodie me in persona propria recepisti. Item per hoc, quòd tota die miseretur & commodat, manifestum est, quòd non est quærens panem, vt dictum est, sed abundat. Vnde miseretur & commodat. Miseretur in affectu, commodat in effectu. *Prou.* 19. c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. *Deut.* 15. b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo & egeno & pauperi, qui tecum versantur in terra. Et dicitur hic: Miseretur & commodat, tam de corporali, quàm spirituali subuentione. Et non in vanum facit hoc, quia sequitur. *p* Et semen illius,] id est, opera & miserationes, quæ facit, vt fructum æternum recipiat. *q* In benedictione erit, id est, afferet ei benedictionem æternam. Vnde *Deut.* 23. d. Fratri tuo absque vsura id, quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore in terra, ad quam ingredieris possidendam. *Matt.* 25. c. Esuriui & dedistis mihi, &c. Et post: Venite benedicti, &c. Vel etiam, semen illius, tam filij, quàm opera: In benedictione erit, etiam in præsenti, quia ad literam pauperes benedicunt eis & filiis suis, quando recipiunt eleemosynam. Et Dominus etiam dat eis benedictionem gratiæ, & post benedictionem gloriæ. Vnde 2. *Cor.* 9. b. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Chrys.* Considerate, qualiter pauperes benedicunt, qui recipiunt: & cogitate qualiter Dominus remunerat, cui plus placet. Et ne quis nimis confidat de eleemosynis, & putet se posse per eleemosynas emere licentiam peccandi, maximè per hoc, quod dicitur *Luc.* 11. f. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: Ideò sequitur. *r* Declina à malo, & fac bonum] Si vis, quòd eleemosynæ tuæ placeat Deo, declina à malo, id est, a peccato, vel Diabolo. Et quia vt dicit *Greg.* minus est malũ non agere, nisi etiam quisque studeat bonis operibus insudare: ideò adiungit: Et fac bonum, non tantùm eleemosynas, sed quodcunque potes: *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum. Non tantùm vnum. *Eccl.* 9. c. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare. Declinatur autem à malo per timorem: vnde *Pr.* 15. d. Per timorem Domini declinat omnis a malo. Bonum autem fit per amorem: vnde dicit Apost. *Gal.* 5. b. Fides, quæ per dilectionem operatur. Post hæc ostendit causas, quare ista duo debeamus facere. Prima ratio est, quia sunt causa inhabitationis æternæ beatitudinis. Vnde sequitur. *s* Et inhabita.] Secunda, quia placent Deo: quòd notatur *ibi*; Quia Dominus amat iudicium. Tertia, quia acquirunt consortium Dei: quod notatur *ibi*: Et non derelinquet Sanctos suos. Quarta, quia per illa conseruatur homo ab omni malo: quod notatur *ibi*: In æternum conseruabuntur. Dicit ergo: Et inhabita, quasi dicat, si declines à malo, & facias bonum, inhabitabis cœlestem mansionem.

Qualiter declinandum sit à malo & faciendum bonum.

t In sæculum sæculi,] id est, in æternum. Et signanter dicit, inhabita, nec addit vbi: in quo innuit, quòd non est habitatio; nisi cœlestis, quæ propriè debeat dici inhabitatio, quia in temporalibus istis omnes sunt hospites. Vnde *Sap.* 5. c. Spes impij quasi lanugo, &c. Et post addit: Et tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuum viuent. *Iob* 27. d. Ædificauit sicut tinea domum suam: & sicut custos fecit vmbraculum. Ita est de diuitibus: Tinea enim facit domum suam in veste, & excutitur & conculcatur & perit: Sic diuites cùm ædificauerunt palatia, excutiuntur per mortem & cadunt in infernum, vbi conculcantur & pereunt in æternum. Item custos vinearum, vel segetum non habitat in vmbraculo, nisi ad tempus: Sic & ipsi diuites in temporalibus istis non habitant nisi ad momentum. Vnde ibi sequitur, quod addit *Iob*: Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, &c. Secunda causa est, quia ista placent Deo. Vnde sequitur,

a Quia

a Quia Dominus] quasi dicat, ideò etiam debes declinare à malo & facere bonum : Quia Dominus amat iudicium discretionis, quo separat homo malum à bono. *Isa.* 61. c. Ego Dominus diligens iudicium. *Ierem.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Hæc autem discretio, siue separatio ita debet fieri, vt eligatur bonum, & reprobetur malum, vt dictum est. Vnde *Psal.* 44. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. *Isa.* 7. c. Butyrum & mel, &c. Non econuerso, sicut faciunt quidam, de quibus. *Ierem.* 4. f. Sapientes sunt, vt faciant mala; benè autem facere nescierunt. De hoc autem iudicio discretionis 1. *Corinth.* 11. g. si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Tertia causa est, quia hac habetur consortium Dei spirituale. Vnde sequitur.

Eyn. · *al.* † hæreditate possidebunt. *al.* † perdere.

a Quia Dominus amat iudicium, & non *b* derelinquet Sanctos suos : in *c* æternum conseruabuntur. *d* Iniusti punientur : & *e* semen impiorum *f* peribit. *g* Iusti † autem hæreditabunt terram, & *h* inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Os *i* Iusti meditabitur *k* sapientiam : & *l* lingua eius *m* loquetur iudicium. *n* Lex Dei eius in corde ipsius : & non *o* supplantabuntur gressus eius. *p* Considerat peccator Iustum, & quærit † *q* mortificare eum.

b Et non derelinquet Sanctos suos.] *Isa.* 43. a. Cum transieris per aquas, tecum ero. Aquæ sunt diuitiæ & delitiæ, per quas non solum transeunt mundani, sed submergunt se in illis. Qui enim vult transire per aquam, videt vbi minor est aqua, & ibi intrat; ita faciunt Sancti viri. Et ideò benè dicit hic, Sanctos, id est, sine terra, quia quantum nimis possunt, retinent de terra, & de aqua. Sed mundani intrant aquam diuitiarum, & delitiarum, vbi vident eam esse maiorem : & ideò submerguntur cum eis. Ergo qui transeunt, est Dominus cum eis, nec eos derelinquit. Vnde dicitur Deus eorum. *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocat nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem. Hebræus, transiens interpretatur. Solitudo, est Religio. Via trium dierum est triplex votum, quod fit in religione, ad quam vocat Deus Hebræorum; sed homines surdam aurem faciunt ei : sed timere debent, ne Deus derelinquat eos. Quarta causa est, quia non solùm per hæc habent diuinum consortium, sed & præsidium. Vnde addit : *c* In æternum conseruabuntur,] à Domino, qui dicitur custos. *Isa.* 21. c. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Vnde non negauit se esse Samaritanum. *Ioan.* 8. f. quia Samaritanus idem est, quod custos. Qui autem benè vult seruari, Deo committat totam custodiam : quia qui nimis curiosè vult se custodire, Deus dimittit eum sibi, & ita citò perdit seipsum. Vnde *Ioan.* 12. d. Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Et vbi benè custoditur anima, Abigail docuit 1. *Reg.* 25. c. dicens ad Dauid : Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Fasciculus viuentium est congregatio Sanctorum virorum, vbi anima faciliùs custoditur, quia qui ibi est, tot habet oculos & custodes ad se custodiendum, quot fratres sunt in congregatione : quia quòd alter videt reprehensibile in alio, charitatiuè corrigit; & sic custoditur. Vnde dicit *Aug. in regula* : Deus, qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis, Et loquitur de modo, quo se inuicem corrigere debent. Et ideò dicit *Eccl.* 4. c. Melius est duos esse simul, quam vnum. Habent enim emolumentum societatis suæ. Et si duos, ergo multò fortiùs plures. Et hoc in ipso verbo notatur, cùm dicit : conseruabuntur, id est, simul seruabuntur. Religio enim est reseruatorium Domini : vnde tutum est ibi esse. *Psal.* 132. Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Posuit quatuor rationes, quæ alliciunt homines ad bonum faciendum per amorem, & etiam ad malum declinandum per timorem, postea ponit vnam, quæ specialiter moueat ad timorem, per quem propriè declinatur à malo, vnde dicit.

d Iniusti punientur] sicut & boni remunerabuntur. *Matt.* 25. b. Ibunt hi in supplicium æternum. *Eccl.* 7. b. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et posset aliquis dicere : Etsi sint iniusti; tamen aliquà bona fecerunt, per quæ saluabuntur. Non dicit : imò. *e* Et semen impiorum peribit,] id est, opera, si quæ seminauerint non afferent fructum. *Osee* 9. d. Radix eorum exsiccata est; fructum nequaquam facient. Radix est charitas. Vnde *Gr.* Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. 1. *Cor.* 13. a. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam; charitatem autem non habuero : nihil mihi prodest. Vel, Semen impiorum, id est, verbum Dei, si ab ipsis, vel in ipsis seminetur. *f* Peribit] quia non affert fructum boni operis. Et notandum quod semen illud perit propter multas causas, videlicet, propter sui corruptionem, *Sap.* 12. b. Semen enim erat maledictum ab initio. *Osee* 8. b. Ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans non est in eis, germen non faciet farinam. Item propter siccitatem. *Iac.* 5. d. Elias erat homo similis nobis, passibilis : & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum pluuiam dedit, & terra dedit fructum suum. De hoc habetur 3. *Reg.* 18. g. Item propter salsuginem. *Soph.* 2. c. Siccitas spinarum & aceerui salis, & desertum vsque in æternum. Item propter spinas, & petras, & aues, de quibus *Matth.* 13. a. Creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea, scil. semina. Item propter pluuiam superfluam, *Prou.* 28. a. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. Item propter agrum incultum, *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti viri : & ecce totum repleuerant vrticæ. Item quia est via bestiarum, *Isa.* 51. g. Posuisti, vt terram, corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Econtra dicitur de bonis : Mala bestia non ascendet per eam. Item propter nimium frigus infidelitatis, *Eccl.* 43. c. Gelu quasi salem effundet, & extinguet viride sicut ignem. Dico, quod semen impiorum peribit.

Qualiter semen bonum Dei pereat.

Zadik.

Isa. 35. d.

g Iusti autem hæreditabunt terram?] viuentium. *Ecclesi.* 44. b. Cum semine eorum permanet bona hæreditas. Nec vt Mammotrephi, aut sub pædagogo positi hæreditabunt eam; sed liberi & Domini & Reges super eam erunt : Vnde addit.

h Et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.] Super notat dominium. *Matth.* 25. b. Supra multa te constituam. Postea ponit triplex meritum omnium horum. Primum est sancta meditatio : Vnde dicitur.

Triplex meritum.

i Os Iusti meditabitur sapientiam.] Et attribuitur ori, quod est cordis, propter consonantiam, sicut dictum est suprà, *ibi* : Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Et in hoc ostenditur, quòd priùs meditari debemus, quàm loqui, *Prouerb.* 18. c. Qui priùs respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. *Eccl.* 5. d. Si est tibi intellectus, responde; sin autem, manus tua sit super os tuum. *k* Sapientiam.] Christum. 1. *Cor.* 1. d. Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Istam sapientiam meditari debemus. Vnde *Cant.* 8. b. Pone me vt signaculum super cor tuum. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Vel, Sapientiam, id est, sacram Scripturam. *Psal.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. *Prou.* 9. d. Beatus, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Secundum est discreta locutio, vnde sequitur.

Psalm. 34.

l Et lingua eius,] id est, Iusti.

m Loquetur iudicium,] id est, discretionem. *Psalm.* 111. Disponit sermones suos in iudicio. *Eccl.* 21. d. Verba prudentium statera ponderabuntur. Et 28. d. Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris in lingua. Ibi dicit *Interlin.* vt nihil indiscretum loquaris. Tertium meritum est bona voluntas. Vnde dicit.

n Lex Dei eius in corde ipsius.] Lex, scilicet, naturæ, lex Scripturæ, lex gratiæ. *Psalm.* 1. Sed in lege Domini voluntas eius. Ostensis meritis, per quæ viri sancti merentur ea, quæ prædicta sunt, iterum enumerat hic quædam præmia, quæ ex meritis iustorum, sequuntur. Primum est, quod conseruantur, ne cadant in peccatum : Vnde addit.

Præmia quæ sequuntur ex merito Iustorum.

o Et non supplantabuntur gressus eius,] id est, non cadet in foueam peccati. Et quid mirum? Qui enim ambulat in lege Domini, non cespitat : quia vt habetur *Prouerb.* 6. c. Mandatum lucerna est, & lex lux. *Ioan.* 11. b. Qui ambulat in lumine non offendit. Secundum est, quòd eripit eos Dominus ab hominibus malis : Vnde addit.

p Considerat peccator Iustum, &c.] Hoc planum est de Iudæis, & de Christo, quem ipsi obseruabant : & de Iusto quolibet quem considerat peccator, non vt imitetur, sed vt accuset. *Prouerb.* 24. b. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo Iusti. Item considerat, vt malignetur. Vnde addit.

q Et quærit mortificare eum.] Vnde *Sap.* 2. c. Grauis est nobis etiam ad videndum. Et post addunt : Morte turpissima condemnemus eum. Mortificare, corporaliter, vel spiritualiter.

Dominus

Dominus *a* autẽ non *b* derelinquet eum in *c* manibus *d* eius: *e* nec damnabit eum, cùm *f* iudicabitur † illi. *g* Expecta Dñm, & *h* custodi † viam eius: & *i* exaltabit te, vt *k* hæreditate † *l* capias terram, cùm *m* perierint peccatores, videbis. Vidi impium † *n* superexaltatum, & *o* eleuatum sicut *p* cedros Libani. Et *q* transiui, & *r* ecce non *s* erat; & *t* quæsiui eum, *u* & non est inuentus locus eius. *x* Custodi † innocentiam, & vide *y* æquitatẽ: quoniam sunt *z* reliquiæ homini pacifico. *a* Iniusti autem disperibunt *b* simul: *c* reliquiæ impiorum † *d* interibunt. *e* Salus autem Iustorum à Domino; & *f* protector eorum in *g* tempore tri-

24.q.3.c. non in perpetuum.
al. † ille. *Kupô.*
al. † vias.
al. † possideas.
al. † superexaltari & eleuari. *Ros.*
al. † veritatem.
al. † directionem. *Schim.*
al. † peribunt. *Tau.*

a Dominus autem.] Licet peccator ita quærat mortificare Iustum. *b* Non derelinquet eum] scil. Iustum. *c* In manibus] id est, in potestate & crudelitate. *d* Eius] peccatoris. *Ps.34.* Eripiens inopem de manu fortiorum eius. *Act.12.b.* Nunc scio verè, quia misit Dñs Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Licet autẽ Dñs quandoq; derelinquat corpora Sanctorum in manibus peccatorum (secundum quod dicitur *Thren.* 1.c. Dedit me Dñs in manu, de qua non potero surgere. Et *Iob* 9.c. Terra data est in manus impij) tamen de quolibet eorũ verè dici potest, quòd Dñs non derelinquit eum in manibus eius, quia non totum derelinquit. Corpus enim est pars indignior; anima verò dignior, quam non derelinquit Dñs in manibus eorum. Vnde dicit eis, *Matt.*10.d. Nolite timere eos, qui corpus occidunt; animam autem non possunt occidere. *Iob* 2.b. Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua. Tertium est, quòd immunes erũt à pœna æterna. Vnde addit. *e* Nec, &c.] Dñs, eum. Iustum. *Psal.*111. Ab auditione mala non timebit. Quartum, quia saluabuntur. Vnde addit. *f* Cùm, &c.] i. cum sententia dabitur pro eo. *Matt.*25.c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Venite, benedicti, &c. *Iob* 36.a. Non saluat impios, & iudiciũ pauperibus tribuit. Ex quo ergo tot bona sunt viri iusti, postea hortatur Propheta, vt homo iustitiã suam tenere non deserat. Vnde addit. *g* Expecta Dñm] quasi dicat, non deficias in tribulationibus; sed patienter expecta Dñm, qui te remunerabit. *Iac.*5.b. Patientes estote, fratres, vsque ad aduentum Dñi: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum: patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquabit. Sed ne in vanum expectes, interim. *h* Custodi viam eius.] Aliter enim Deo venienti non poteris occurrere, nisi viam eius teneas. Quæ duplex est, scilicet, misericordia & veritas, *Psal.*24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, *Psal.*17. Retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodiui vias Domini. *i* Et exaltabit te.] Hic replicat prẹmia, vt magis alliciat. Et notat duo, gratiam in præsenti, gloriam in futuro: De primo dicit; Et exaltabit te, in augmento virtutum & bonorum operum. De secundo dicit. *k* Vt hæreditate] id est, iure hæreditario. *l* Capias terram] viuentium. Et hæc dictio, vt, notat causam: Non enim potest illam altam terrã capere, qui priùs non fuerit in virtutibus & bonis operibus exaltatus, secundum quod sup. dictum est: Iusti autem hæreditabunt terram. Sed quia multi sunt, qui non volunt expectare hæreditatem istam, quia non vident eam in præsenti, secundum quod *Psal.*105. alio dicitur: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: imo sequitur. *m* Cùm perierint, &c.] Et si non videas modò, peccatores autem peribunt in die iudicij, licet modò se contereuent. *Ier* 4.c. In die illa, dicit Dñs, peribunt cor Regis & cor Principum, &c. Videbis, dico, & tua bona, & illorum mala. De primo propriè intelligi potest illud *Isa.*60.a. Tunc videbis, & afflues; & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. De secundo *Isa.*66.g. Egredientur, & videbunt cadauera virorũ, qui præuaricati sunt in me. *n* Vidi, &c.] Supra ostendit dignitatem Sanctorum æternam esse, hic ostendit dignitatem malorum phantasticã esse & transitoriam. Vnde dicit: Vidi impium superexaltatum, i. vltra quam deberet, & super alios exaltatum honoribus. *o* Et, &c.] superbia, non parũ: Sed. *p* Sicut, &c.] i. sicut cedri altiores sunt aliis arboribus, & præcipuè cedri ex Libano; ita ipse impius omnibus se supponit in corde suo. Et tales cõpetenter signantur per cedros Libani: quia Libanus candidatio interpretatur: & ipsi nitent candore huius sæculi. Vidi, dico, sed non admirans eum, steti quasi ad spectaculum, sicut stulti huius mundi faciunt. Sed. *q* Et transiui] ad contẽplandũ æterna. *r* Et ecce] quasi in euidenti & in proximo, vidi, quòd. *s* Non erat] id est, quod sua dignitas nulla erat, & suum esse etiam non esse erat; quia socius erat eius, qui non est, scil. Diaboli. *Greg.* Cùm æterna retributio cogitatur, præsens gloria, quã sit nulla cognoscitur. Idem: Contemnuntur tẽporalia, cùm considerantur æterna. Bonũ est ergo transire, *Luc.*2.c. Transeamus vsque Bethleem, &c. *Eccl.*24.c. Trãsite ad me omnes, qui cõcupiscitis me: & à generationibus meis implemini. Vel sic, Transiui, supple, modicum tẽporis, scil. vsque ad nouissima eius. Et ecce nõ erat, i. ita parua erat vita eius, quòd nec reputari deberet. *Iac.*4.d. Quæ est vita vestra? Vapor ad modicũ parens, & deinde exterminabitur. *Eccl.*10.b. Omnis potẽtatus vita breuis. *Iob* 20.a. Gaudium hypocritæ adinstar puncti. *t* Quæsiui eum] impium, i. ad memoriã reduxi. *u* Et non est inuentus locus eius] id est, vestigium aliquod. Vel, Locus eius, id est, possessiones. *Ps.*108. Eiciantur de habitationibus suis. Vel, Locus, i. delectatio, vel corpus, vel vtilitas, qua vtilis est aliis. *x* Custodi innocentiam.] Hic iterum hortatur ad bonũ: quia hæc est intentio Prophetæ, monere ad bonum, & allicere promissione æternorũ bonorum, & reuocare a malo per comminationem malorum. Vnde de his intercalariter hic agit quasi per totum. Primò de vno, posteà de alio loquens. Vnde & hic. [Custodi innocentiã] amore æternorum præmiorum. *y* Et vide æquitatem] Dei, qua malos condẽnabit, vt sic fugias mala. Vel sic, Custodi innocentiam] ad Deum. Et vide æquitatẽ] ad proximum, vt scil. non facias aliis, quod tibi non vis fieri. Et imò [custodi innocentiam, &c.] *z* Quoniam, &c. i. quoniã Deus reliquit eas, s. innocentiã & æquitatem, [Homini] quasi in testamẽto pacis. Vnde *Eccl.*45.d. Statuit illi testamentũ pacis. *Ioan.*14.d. Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. In pace autẽ concurrunt hæc duo; innocentia, qua nulli noceamus: & æquitas, qua cunctis, vt æquum est, subueniamus. Vel sic: Quoniã sunt reliquiæ homini pacifico] i. ideò sunt illa prædicta facienda: quoniam Deus reseruat homini pacifico, qui innocentiam custodit & æquitatẽ facit. Reseruat, dico, reliquias Paradisi, conuiuiũ æternum. Vnde *Tob.*13.d. Beatus ero, si fuerint reliquiæ semini meo. Vel sic, Reliquiæ sunt consolationes, quas de conuiuio suo cœlesti mittit Dñs quandoque ad corda eorum, qui expectant in porta, videlicet, in tribulationibus per quas oportet intrare in regnum cœlorum. Custodi ergo innocentiã, vt nulli malum inferas. Et vide æquitatẽ, vt omnibus bona facias, quod est esse pacificũ. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, i. tali dantur. Exemplũ de pauperibus qui rixantur & percutiunt se cum scutellis suis, quãdo venit eleemosynarius nihil dat eis; sed eis, qui sedent ad portã, & expectant in pace, dat reliquias, i. consolationes, quibus gustatis multũ accenduntur, & desiderant, vt possint intrare ad mẽsam, vnde venerunt illæ reliquiæ. Propter hoc dicitur alibi in *Ps.*20. In reliquiis tuis præparabis vultum eorũ, i. voluntatẽ & desideriũ. Ita est de bonis. Mali autẽ non habebunt partẽ in reliquiis illis. Vnde sequitur. *a* Iniusti, &c.] i. diuersis pœnis peribunt. De quarũ diuersitate *Eccl.*39.d. Ignis, grando, fames & mors: omnia hæc ad vindictã creata sunt, bestiarũ dentes & scorpij & serpentes & rhomphæa vindicãs in exterminium impiorũ. Hic possunt multa genera pœnarũ intelligi. Et licet diuersitas sit in pœnis, tamen peribũt *b* Simul. Vnde *Isa.*24.d. Congregabuntur in cõgregatione vnius fascis in lacũ, & claudẽtur ibi in carcere. *c* Reliquiæ, &c.] i. bona tẽporalia, quæ reliquerũt. *d* Interibunt] quia, *Non habet euentus sordida præda bonos.* Dicuntur autem temporalia reliquiæ impiorũ, quia velint, nolint relinquẽt. Vnde *Iob* 27.d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet. *Ps.*48. Et relinquent alienis diuitias suas. Vel, Reliquiæ impiorum, sunt filij eorum, qui interibunt, quia plerunq; cõtingit, quod tales prauũ exitũ habent. Vnde *Sap.*4.a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Vel sic punctari cõgruè potest: [Iniusti disperibunt] vt expositũ est, & cũ eis, simul reliquiẹ impiorũ interibunt. *e* Salus, &c.] Iam multoties dixit de bonis, quæ habent boni; hic iterũ dicit de eisdem post pœnas malorũ assignatas. Et ne aliquis sibi bona illa ascribat, ostendit ea esse a Dño, & enumerat ea. Primũ est gratiæ infusio, de quo dicit: Salus autẽ Iustorum est à Dño. Salus dicitur infusio gratiæ, quia morbum peccati expellit. Vnde dicit Apost. 1. *Cor.*15. b. Gratia Dei sum id, quod sum, q.d. gratia Dei reduxit me ad vitam. Et hæc [salus Iustorum] est à Dño. *Act.*4.b. Non est in aliquo alio salus. *Hebr.*5.c. Factus est omnibus obtẽperãtibus sibi causa salutis. In cuius rei figuram dixerunt ad Ioseph *Gen.*47.f. Salus nostra in manu tua est. Secũdũ est protectio in tribulatione. Vnde addit. *f* Et protector, &c.] supple, est Dñs. *g* In tempore, &c.] interioris, scilicet, tentationis. *Eccl.*2.a.

Iob 18.6.
Tob. 4.c.
Act. 14.d.

Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & præpara animam tuam ad tentationem, 1. *Cor.* 10. c. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet cum tentatione etiam prouentum. Tertium est auxilium Domni in bene operando. Vnde dicit. *a* Et adiuuabit eos Dñs] id est, Iustos ad bene operandum. Quartum est libertatis donatio à seruitute prauæ consuetudinis. Vnde dicit. *b* Et liberabit eos] à praua cõsuetudine. *Io.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quintum est liberatio a persecutoribus. Vnde sequitur. *c* Et eruet eos à peccatoribus.] *Psal.* 143. Erue me de manu filiorum alienorum, s. peccatorum, qui sunt filij non Dei, sed Diaboli. Sextum est vitæ æternæ adeptio. Vnde sequitur. *d* Et saluabit eos. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, &c. In fine subiungit meritum Iustorum dicens. *e* Quia sperauerunt in eo.] Vnde suprà in hoc psalmo dixit: Spera in eo, & ipse faciet. *Rom.* 5. a. Spes non confundit. Et *Psal.* 16. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

al. † eruet.

al. † eximet.

bulationis: Et *a* adiuuabit eos Dñs, & † *b* liberabit eos, & *c* † eruet eos à peccatoribus, & † *d* saluabit eos: *e* quia sperauerunt in eo.

Psalmus Dauid in rememoratione. XXXVII.

f DOmine, *g* ne in † furore tuo arguas me: *h* neque in ira tua † corripias me. *i* Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt *k* mihi: & *l* confirmasti super me manum tuam. *m* Non est sanitas in carne mea *n* à facie iræ *o* tuæ:

al. † indignatione tua.

al. † vultu.

EXPOSITIO PSALM. XXXVII.

DOmine, ne in furore, &c. Titulus. *Ps. Dauid in rememoratione.*] Superiùs commendauit Propheta multipliciter statum bonorũ, & reprobauit statum malorum. Hic autem agit de pœnitentia, per quam acquiritur status bonorum, & status malorum vitatur. Ibi cauere docuit, ne peccemus, cùm dixit: Noli æmulari, &c. Hic docet nos pœnitere, si peccauerimus. *Eccl.* 21. a. Fili, peccasti? non adiicias iterum: Ecce primum. Sed de pristinis deprecare Deum: Ecce secundum. Et est iste psalmus tertius eorum, qui pœnitentiales dicuntur. Sed quia pœnitentia debet fieri in dolore, in timore, in amore: Ideò bene intitulatur psalmus iste *de rememoratione*. Vnde is est sensus: Psalmus iste attribuitur Dauid; id est, pœnitenti, qui psalmus habitus est in rememoratione, quia pœnitentia de qua hic agitur, fit in rememoratione peccatorum, quæ generat in corde dolorem. Item in rememoratione suppliciorũ, quæ generat timorem. Item in rememoratione præmiorum, quæ accendit amorem. Intentio est monere ad pœnitentiam. Modus. Quatuor sunt partes. Primò captat misericordiam, pœnas, quas patitur, summatim perstringens. Secundò ponit narrationem, in qua enumerat miserias, *ib.*, Putruerunt. Tertiò, quia inter tot mala sperauit in Domino, affirmat se audiendum a Domino cum commemoratione emendationis, *ibi*. Quoniam in te, Domine, speraui. Quartò ponit lætam conclusionem de salute, vt certa sit spes imitantibus, sicut est in omnibus psalmis pœnitentibus, *ibi*: Ne derelinquas me. Pœnitens ergo primò petit à se remoueri, quod maxime timet, scilicet damnationem æternam, dicens. *f* Domine] Deus, cui seruire volo. *g* Ne in furore tuo arguas me] i. in æterna damnatione, qua condemnans impios furiosus apparebis. *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. Secundò petit à se remoueri pœnam purgatorij, dicens. *h* Neque in ira tua corripias me.] Sicut enim licet argui in furore & corripi in ira grauia sint; tamen primum grauius est, quam secundum: Sic licet æterna damnatio & purgatorij purgatio vtrumque graue sit; tamen damnatio æterna in infinitum grauior est. Vnde dicit *B.* . *ug* *A*. Ille ignis sic se habet ad nostrum ignem, sicut se habet veritas ad picturam: Et loquitur de igne purgatorij. Sed sicut se habet ignis purgatorij ad nostrum, sic se habet ignis gehennæ ad ignem purgatorij. Ideò ergo timet non solùm primum, sed & secundum. Vnde dicit: Neque in ira tua corripias me. *Hebr.* 10. f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Notandum est autem, quòd cum petit se non corripi in ira, & non argui in furore, non recusat corripi in misericordia, & argui in mansuetudine, hoc est, in præsenti flagellari. *Ier.* 10. d. Corripe me, Domine, veruntamen in iudicio & non in furore. In iudicio, s. præsentis afflictionis, quæ est misericordia. Vnde *Aug.* Magna misericordia est, misericordiam in præsenti non consequi. 2. *Mach.* 6. c. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere; sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium est. Hoc etiam petit *Psalm.* 140. alibi: Corripiet me Iustus in misericordia, & increpabit me. Huic petitioni respondet Dominus, *Isa.* 48. b. Longè faciam à te furorem meum. Post ostendit se non debere argui in furore, quia iam arguitur in misericordia. Vnde dicit. *i* Quoniam sagittæ, &c.] Et hic captat beneuolentiam. Secundò a propria miseria, quam primò captauit in persona Iudicis, *ibi*, [Domine.] Ostendit autem miseriam suam esse multiplicem. Prima est à peccato primi hominis. Vnde dicit [Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi] i. pœnalitates, s. esuries, sitis, frigus, calor, lassitudo, ægritudo: quæ sicut sagittæ in arcu intenduntur, & postea in obiectum corpus infiguntur; sic istas pœnalitates intendit Dominus in arcu comminationis, dicens Adæ, *Gen.* 2. c. Quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et cùm comedit Adam, infixæ sunt ei istæ sagittæ, & nobis in eo. Vnde bene dicit, non tantùm fixæ, sed infixæ. Multum enim intimè fixæ fuerunt, quæ nos in ipso vulnerauerunt. De arcu isto & sagittis dicitur *in Ps.* 7. Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Arcus est comminatio, siue iustitia Dei, & vasa mortis sunt prædictæ sex miseriæ, quæ mortem hominis inferunt. Sicut significatum fuit *Ezech.* 9. a. vbi dicitur, quòd sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, & vniuscuiusque vas interitus in manus eius. Eadem vasa sagittæ sunt quas Dominus ardentibus effecit, i. igne peccati originalis & fomitis succensis. De his sagittis *Iob* 5. c. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima, i. in morte non tanget te malum. Et hoc allegat hic, s. vt per istas sex tribulationes liberetur, ne in morte tangatur à malo pœnæ gehennalis, vel purgatorij. Vel [Sagittæ] possunt vocari motus carnis, quæ sagittæ Domini esse dicuntur, quia eas permittit infigi homini, vt humilietur. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, i. spirituositatem & superbiam meam, 4. *Reg.* 13. c. Sagitta salutis Domini, sagitta salutis contra Syriam, i. contra superbiam. Syria enim sublimis interpretatur. Sed ne quis diceret, quòd parum infixæ sunt, addit. *l* Et confirmasti super me manum tuam] i. firmiter & fortiter me percussisti manu vindicante. *Thren.* 3. a. Tantùm in me vertit & conuertit manum suam. Post ostendit has sagittas vniuersaliter esse infixas. Vnde dicit. *m* Non est sanitas in carne mea] quia totus homo corruptus est. Vnde *Isa.* 1. b. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, i. in homine. Item ibidem. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? *Rom.* 7. c. Scio, quòd non habitat in me bonum, hoc est, in carne mea. *n* A facie iræ tuæ] i. ab instantia vindictæ in Adam, & in me exercitæ. Ab hac facie. ⊕ voluit se

Partitio Psalmi.

De pœnitẽte.

Sex miseriæ humani generis.

f Domine, ne, &c.] Possunt autem hæc exponi in persona pœnitentis, non inflictam miseriam deplorantis, vt supra habitum est, sed assumptam pœnitentiam coram Domino memorantis & dicentis, Domine, ne in furore tuo arguas me, i. ne punias in inferno. *h* Neque, &c. neque punias me in purgatorio, aut in illo igne maximè, qui præcedet faciem Christi ad iudicium venientis, quo mundi facies comburetur. De quo 2. *Petr. vlt.* c. Expectate & properate in aduentum Domini nostri Iesu Christi, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. *i* Quoniam, &c.] i. auctoritates Sacræ Scripturæ. *k* Infixæ, &c.] De quibus *inf. Psal.* 113. Sagittæ potentis acutæ. Hæ debent infigi cordi nostro, non semper portari in pharetra. *l* Et confirmasti, &c.] q. d. ego sagittis prædictis vulneratus me supposui manuì tuæ, eligens te in Dominum, secundum quod dicitur, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Tu verò misericors non me repulisti; sed electionem meam confirmasti. Hoc est [Confirmasti manum, &c.] Per hoc, quod dicit, Confirmasti, duo notantur. Per firmasti notatur firma constantia. Per [confirmasti] vera continuatio. Per [super] humilitas pœnitentis. Ostendit autem magnitudinem pœnitentiæ suæ, cùm subditur. *m* Non, &c.] i. in corpore meo, non est membrum, quod pœnitentia non castiget: ita vt caro infirmetur, vt spiritus conualescat. 2. *Cor.* 12. d. Cùm infirmor, s. carne, tunc potens sum, videlicet spiritu. *Rom.* 9. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iustitiæ ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et hoc. *n* A facie] i. à respectu & memoria. *o* Iræ, &c.] q. d. quia præuidi illam futuram iram. Ideò hic ago pœnitentiam.

Aliter de pœnitente.

voluit se abscondere Adam, quando dixit Dominus: Adam, vbi es. Et respondit. Audiui vocem tuam in Paradiso,& timui,eo quod nudus essem,& abscondi me. Nec solùm in corpore, sed & in anima ostendit se puniri, scilicet, per corruptionem peccati originalis. Vnde addit.

De pœnitẽtia.

Gen.3.b.

a Non est pax ossibus meis, à b facie c peccatorum d meorum. Quoniam e iniquitates meæ † supergressæ sunt caput meum: & f sicut † onus graue grauatæ g sunt super me. † h Putruerunt & i corruptæ sunt cicatrices meæ, k à facie insipientiæ l meæ. † m Miser factus sum

al. † sustulerunt.
al. † fascis grauis.
al. † computruerunt ei: putruerunt liuores mei.
De pœn.di. 3. c. totam. & dis.4. §. fi.
al. † Miseriis afflictus.

a Non est pax ossibus meis] i. interioribus viribus animæ. b A facie] i. ab instantia. c Peccatorum] i. proximorum motuum. d Meórum] quia à fomite, qui in me est, surgunt. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vel de peccatis actualibus potest hoc legi, [A facie peccatorum] id est, à praua consuetudine, quæ facies dicitur, qua sæpius videntur, & cognoscuntur per experientiam peccata. Nec solùm pacem meam turbant, sed etiam præualent. Vnde sequitur.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum] id est, superauerunt rationem tripliciter, videlicet, quantum ad numerum, quia multæ, & quantum ad locum: quia vsque in cœlum ascenderunt; & quantum ad dominium; quia me in seruitutem redegerunt. De duobus primis dicitur 1. *Esd.* 9. d. Quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque in cœlum. De tertio *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Psalm.* 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. Et quia iugum Diaboli, vel peccati non est suaue, nec onus leue, adiungit.

f Et sicut onus graue grauatæ] id est, grauiter impressæ & grauantes, & grauiter deprimentes & manentes.

g Sunt super me] scilicet, iniquitates. Vnde *Iob* 7. d. Quare posuisti me contrarium tibi, scilicet, per peccatum, & factus sum mihimetipsi grauis? Et vt ostendat, quod est pondus aggrauans, subdit: Cur non tollis peccatum meum, &c. *Isa.* 58. b. Solue fasciculos deprimentes. Sed quid est, quòd homo portat tantum onus, & tamen non sentit? Solutio. Quia mortuus est, vel ebrius, vel furiosus. Item nota, quòd in his versibus annumerat mala sua per binarium. Et hoc est, quia natura peccati procedit per diuisionem, & vbicunque est peccatum, ibi est separatio & diuisio. Vnde *Sap.* 1. a. Peruersæ cogitationes separant a Deo. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

Aliter de pœnitente.

* De qua ira. *Apoc.* 6. d. Dicent montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Non est ergo mirum, si hic operit se cilicio & pœnitentia, qui cogitat de illa ira, in qua volent operiri montibus, & non poterunt. Vnde dicit *Ierem.* 31. d. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum: confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, id est, postquam conuertisti me ad videndum faciem tuam iratam, & postquam ostendisti mihi eam, percussi corpus meum exteriori afflictione, pœnitentiæ, & cor meum confusione & contritione. Et hæc duo etiam dicuntur hic, scilicet pœnitentia in maceratione carnis, cùm dicit, [Non est sanitas in carne mea.] Et contritio, siue dolor cordis, cùm subiungit.

a Non est pax ossibus meis] id est, interioribus meis.

b A facie peccatorum meorum] quasi dicat, cùm respicio peccata, quæ feci, non habeo pacem cordis; sed dolorem & confusionem. Et hoc præcipuè, quia multa sunt. Vnde sequitur.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, &c.] sicut primò expositum est.

De pœnitẽtia.

h Putruerunt.] Secunda pars, in qua expressiùs enumerat miserias, quas sustinet; quas tamen in prima parte enumerare incipit, sed magis in summa. Supra enim dixit de miseria corporis, *ibi.*] Quoniam sagittæ,] Et de miseria spiritus, *ibi.* [Non est pax ossibus meis, &c.] Et ibi primò conqueritur de inquietudine mentis, quam faciunt primi motus, vt ibi expositum est. Secundò conqueritur de dominio peccati, *ibi*, [Quoniam iniquitates.] Tertiò conqueritur de onere peccati, *ibi*, [Sicut onus, &c.] Hic autem quartò conqueritur de diuturnitate peccati, dicens, [Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, peccata, quæ cicatrices vocat, quia sicut ex vulnere remanet cicatrix; sic ex peccato macula, nisi deleatur per pœnitentiam. *Luc.* 10. e. Plagis impositis, id est, peccatis, abierunt. Istæ ergo plagæ, siue cicatrices, non tantum impositæ sunt, sed & præ diuturnitate putruerunt & corruptæ sunt, & ideò fœtent. Vnde *Ier.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Aliquando etiam obducuntur cicatrices exteriùs, & non sanantur vulnera interiùs: & tunc putrescunt, & corrumpuntur. Sic est de peccato, quando factum exteriùs intermittitur, & tamen voluntas interiùs recluditur, non sanatur vulnus, sed putrefit. Propter hoc docet *Isa.* 1. e. sanare vulnera, dicens, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè. A corde enim incipienda est curatio, alioqui non sanatur vulnus, licet cicatrix obducatur. [Putruerunt,] Hoc respicit peccata carnalia. Vnde *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vbi dicit *Greg.* Iumenta in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. *Ier.* 13. a. Abij ad Euphratem, & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Euphrates interpretatur vbertas, & significat diuitias; lumbare significat continentiam. Sed in vberibus diuitiis computrescit & perit castitas. *Ierem.* 5. b. Saturaui eos, & mœchati sunt. *Ierem.* 32. d. Possederunt, & non obedierunt voci tuæ Domine. Ibi dicit *Glos.* quod nihil est medium inter possessionem & inobedientiam.

i Corruptæ sunt.] Hoc respicit peccata spiritualia. Vnde *Naum* 2. a. Reddet Dominus superbiam Israel, quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. [Putruerunt] dico [& corruptæ sunt à facie insipientiæ meæ] id est, propter insipientiam meam, scilicet, quia non sentiebam amaritudinem peccati, & dolorem vulnerum meorum, quia si sapiens fuissem, & saporassem amaritudinem peccatorum, non ita dimisissem vulnera putrefieri, sed Medico ostendissem, & medicinam recepissem. *Ambrosius.* Periculosissimè ægrotat, qui se ægrotare ignorat. *Isa.* 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. *Baruch.* 3. c. Quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. *In cantico Deuteron.* Gens absque consilio, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Saperent amaritudinem præteritorum peccatorum. Intelligerent vanitatem præsentium rerum. Nouissima prouiderent, quantum ad necessitatem futurorum, scilicet, quomodo respondebunt in iudicio, & accipient pro meritis siue bonum, siue malum. Quintò conqueritur de damno, quod facit peccatum, dicens.

Deut.32.d.

m Miser factus sum.] Miseria & beatitudo contraria sunt. Beatus autem dicitur, cui omnia optata succedunt. Vnde miser est, qui frustratur desideriis suis. Miser ergo fit homo per peccatum: quia illi pœnæ obligatus est, in qua omne desiderium frustrabitur: Vel quia postquam homo computruit in peccato, Diabolus iam non ministrat ei facultatem peccandi, licet peccare desideret. Vnde *Osea* 2. b. Sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et quod sic faciat miserum peccatum, dicitur *Prou.* 14. d. Miseros facit populos peccatum. Miserum ergo facit peccatum, quia æternæ miseriæ obligat peccatorem. Sed pauci reputant, vel aduertunt hanc miseriam. *Apoc.* 3. d. Dicis, quia diues sum, & nullius indigeo: & nescis, quia miser es, & miserabilis, &c. Sextum, de quo conqueritur, est incuruatio suæ mentis ad terrena. Vnde dicit.

o Et curuatus

Potest autem totum exponi in bonum, vt sic dicatur ab illo loco.

Aliter de pœnitente.

h Putruerunt, &c.] Vt dicat pœnitens,] Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, putredinem, & corruptionem earum sensi, id est, peccatorum. Vnde quædam litera meliùs habet: Computruerunt, & deteriorauerunt, &c. *Ioel.* 2. e. Ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius: quia superbè egit. *Amos* 4. c. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, id est, putredinem peccatorum, per quæ quasi castra Deum impugnabatis. Et hoc.

k A facie] id est, a cognitione. l Insipientiæ meæ. Vnde *Naum* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Et hoc sequitur.

m Miser factus sum] id est, pœnitens, secundum quod dicit *Iac.* 4. c. Miseri estote, & lugete, & plorate, quasi dicat, miseros vos cognoscite, & sic lugete. Qui enim non sentit se esse miserum, non petit misericordiam.

De pœnitẽtie.

◉ *a* Et curuatus ſum] ad terrena. *Pſalm.* 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. De his duobus, *infr. in Pſal.* 68. Obſcurentur oculi eorum, ne videant: (hic poteſt notari miſeria, quia nihil tantùm appetitur in terra quantùm viſus) & dorſum eorum ſemper incurua, id eſt, rationem. Et hoc non

49. diſt. c. 1. ver. gibboſus.

non parum temporis. Sed. *b* Vſque in finem vitæ meæ. Et verè vſque in finem: Quoniam. *c* Tota die contriſtatus ingrediebar] viam, quæ tendit ad mortem, i. vellem, nollem, quotidie appropinquabam morti. *Iob* 7. b. Dies mei velocius tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur: & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. *Pſal.* 120. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum. Et hoc eſt ſeptimum malum, quod facit peccatum: quia etiam abbreuiat vitam peccatoris, ſecundum quod dicitur *in Pſalm.* 54. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Octauum eſt illuſio: Vnde dicit.

& *a* curuatus ſum vſque in *b* finem: *c* tota die contriſtatus † *d* ingrediebar. *e* Quoniam † lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & *f* non eſt ſanitas in carne mea. † *g* Afflictus ſum & *h* humiliatus ſum † nimis; *i* rugiebam à *k* gemitu cordis mei. † *l* Domine, ante te omne deſiderium meum: & *m* gemitus meus à te non eſt abſcõditus.

al. † ambulabam.
al. † anima mea completa eſt.
al. † Incuruatus.
al. † vſquequaque.
al. † non habet Domine.

Delectationes carnis dicuntur illuſiones.

e Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus] id eſt, delectationibus carnalibus: Quæ non vocandæ ſunt delectationes; ſed potiùs illuſiones, propter duas cauſas. Primò, quia ſtatim pòſt, vellet homo non peccaſſe. Vnde dixit Philoſophus: Non emo tanti pœnitere. Hoc dixit, quia quædam mulier magnum pretium petebat ab eo, vt conſentiret ei. Secundò, quia per momentaneam delectationem æterno incendio obligatur peccator. Talis non poteſt pœnis illudi. Vnde *Gregor.* Momentaneum eſt, quod delectat; æternum eſt, quod cruciat. Et idem *reg.* Quid inſanius, quàm pro momentanea delectatione æternis ſe mancipare ſuppliciis? Et intelligitur hoc tam de lumbis mentis, quàm de lumbis carnis, *Luc.* 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. Ibi require. Nonum eſt, quia corpus debilitatur per peccatum. Vnde dicit.

f Et non eſt ſanitas in carne mea] 1. *Cor.* 6. d. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. *Prou.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ſcilicet, Diabolo, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena: & gemas in nouiſſimis, quando conſumpſeris carnem, & corpus tuum. Vel, [Non eſt ſanitas in carne mea] quia ex ſeipſa infirmitatem habet. *Matth.* 26. d. Spiritus quidem promptus eſt; caro autem infirma. Decimum eſt, quia homo laborem multum ſuſtinet in peccato. Vnde dicit.

g Afflictus ſum] ſcilicet, labore, *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Vndecimum, quia viles fiunt homines per peccatum: Vnde addit.

h Et humiliatus ſum nimis] quia factus ſum ſeruus peccati & Diaboli. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas! Duodecimum eſt, quia homo non ſatiatur peccato: Vnde addit.

i Rugiebam [id eſt, peccare quærebam, ſicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sed hoc non fictè faciebam exteriùs: Sed. *1. Petr. 5. c.*

k A gemitu cordis mei] quaſi rugitus exterior procedebat à deſiderio & dolore interiori. *Matth.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Sed hoc, Domine, non poteram abſcondere à te, cui omnia nuda ſunt & aperta. Et hoc eſt, quod ſequitur. *Hebr. 4. d.*

l Domine, ante te omne deſiderium meum] id eſt, tibi manifeſtum eſt, & patens. *m* Et gemitus meus à te non eſt abſconditus,] ſed apertus, *Pſalm.* 7. Scrutans corda & renes Deus. Tertiumdecimum malum, quod facit peccatum, eſt, quod aufert pacem cordis. Vnde ſequitur, quod dicit.

◉ Cor meum

Aliter de pœnitente.

* *a* Et curuatus ſum] id eſt, ſatisfactioni me ſubdidi. *Mich.* 6. b. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelſo. Et non ad horam, ſed.

b Vſque in finem] id eſt, perſeueranter. *Matth.* 10. c. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et quomodo poſſit homo perſeuerare, ſubiungit.

c Tota die contriſtatus] de peccatis triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt: quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, vt dicitur 2. *Cor.* 7. c. *d* Ingrediebar] pœnitentiam, id eſt, ingredientem me reputabam, & incipientem, non perfectum, ſicut dicitur *infr. Pſalm.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Et *Eccl.* 18. a. Cùm conſummauerit homo, tunc incipiet. Qui enim incipit, ſollicitus eſt magis, & timet, ne fortè non poſſit perficere; & ideò ardentiùs agit. Et hoc ſatis innuitur 2. *Cor.* 7. c. vbi poſt illa verba, quæ prædicta ſunt, adiungitur: Ecce enim hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari quantam in nobis operatur ſollicitudinem, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. Et verè incipientem & imperfectum me poſſum, & debeo reputare.

e Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus] ſcilicet motibus carnis ad me humiliandum, ſicut in Paulo, 2. *Cor.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, qui me colaphizet.

f Et non eſt ſanitas in carne mea] immò languor, concupiſcentia, fomes, lex carnis, de qua *Rom.* 7. d. Ego ipſe mente ſeruio legi Dei; carne autem legi peccati. *De pœnit. di. 1. c. in actione.*

g Afflictus ſum corpore. 1. *Cor.* 9. d. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.

h Et humiliatus ſum nimis] in corde. Hoc neceſſe eſt poſt prædictam abſtinentiam, ne de ea ſuperbiat. Vnde *ſuprà.* Humiliabam in ieiunio animam meam. *Pſalm. 34.*

i Rugiebam in confeſſione.

k A gemitu cordis mei] à contritione, à qua cùm exit confeſſio, non ſicut narratio, vel fabula profertur; ſed ſicut rugitus. Vnde *Iob* 3. d. Quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus. Et ſic notantur hic illa tria, quæ ſunt in pœnitentia, ſcilicet, confeſſio & ſatisfactio, cùm dicitur [Rugiebam.] Contritio, cùm dicitur [A gemitu cordis mei.] Quod autem dicitur [humiliatus ſum] vnicuique debet adiungi: quia quodlibet debet fieri in humilitate. Et etiam notandum, quod dicit [Nimis] Humiliatur enim ſatis quis, cùm ſubdit ſe maiori: humiliat ſe valde, qui ſe ſubdit pari: ſed ille ſubdit ſe nimis, qui ſe ſubdit inferiori. De prima humiliatione, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini ſub potenti manu Dei. De ſecunda *Eccl.* 7. b. Humilia valde ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. De tertia, *hic*, & *Phil.* 2. a. Semetipſum exinaniuit. Et pòſt. Humiliauit ſemetipſum formam ſerui accipiens. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ & tranſgreſſionis, &c. Et poſſet aliquis dicere, quare ita gemis & rugis? Et reddit cauſam, ſcilicet, quia Deo placet. Vnde ſequitur. *l* Domine, ante te omne deſiderium meum] i. tibi placet. Sicut *Matt.* 11. d. Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. *m* Et gemitus meus à te non eſt abſconditus] quia vſque ad te penetrat, & tibi acceptus eſt. *Pſalm.* 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et *Pſalm.* 11. Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Tres gradus humilitatis.*

* Cor meum

Allegoricè de Chriſto.

g Afflictus ſum, &c.] Poſſet autem exponi de Chriſto totum à principio, quia quædam conueniunt ei in perſona membrorum; quædam autem in perſona ſua. Sed ab illo loco [Afflictus ſum, &c. magis propriè in perſona Chriſti exponitur, vt dicat Chriſtus [Afflictus ſum] in Paſſione multiplici afflictione, ſcilicet ſputis, alapis, opprobriis, Crucis afflictione, ſpinarum coronatione, veſtis illuſione, aceti potatione, pedum & manuum foſſione, & huiuſmodi, quæ pro nobis ſuſtinuit patienter: & nos miſeri pro eo non volumus ſuſtinere. *Thren.* 1. d. Attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. *Iſa.* 53. b. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.

h Et humiliatus ſum nimis] quaſi dicat, exceſſi in humilitate, *Luc.* 9. d. Moyſes & Elias viſi erant in Maieſtate: & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ, & tranſgreſſionis, &c.

i Rugiebam à gemitu, &c.] id eſt, fortiter, & terribiliter quantum ad malos, clamabam, dicens: In manus tuas commendo ſpiritum meum. *Luc.* 23. f. Clamans voce magna Ieſus ait. In manus tuas, &c. Et *Matt.* 27. f. Clamauit Ieſus voce magna: Eli, Eli, &c. Et pòſt, Ieſus autem iterum exclamans voce magna emiſit ſpiritum. *Iſa.* 21. c. Clamauit, vt leo, ſuper ſpeculam Domini: ego ſum ſtans iugiter per diem, &c. Item clamauit in oratione, *Hebr.* 5. b. Clamore valido & lachrymis preces offerens. Et bene dicit [Rugiebam] quia ipſe eſt leo de Tribu Iuda, *Apoc.* 5. b. Sed non in vanum clamaui, quia exauditus ſum. Vnde addit. *l* Domine, ante te omne deſiderium meum, &c.] Sicut ſuprà expoſitum eſt de pœnitente. *Hebraor.* 5. b.

A Cum clamore

De pœnitẽte. ⊖ *a* Cor meum conturbatum est in me.] Et bene dicit [In me] quia quandoque boni viri conturbantur in exterioribus; sed quando in se reuertuntur, pacificantur. Sed mali etiam in seipsis conturbantur. Vnde *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Et non est pax impiis, dicit Dominus. Quartum decimum est, quia debilem, & impotentem reddit hominem. Vnde addit.

a Cor meum conturbatum est; † *b* dereliquit me virtus mea: *c* & lumen oculorum meorum: † *d* & ipsum non *e* est mecum. Amici mei, *f* & *g* proximi mei *h* aduersum me appropinquauerunt, & *i* steterunt. Et † *k* qui iuxta me erant, *l* de longè steterunt: & vim *m* faciebant

al. † & deseruit me fortitudo.
al. † non habet.
al. † & ipsū.
Al. † proximi mei a.

b Dereliquit me virtus mea] quæ consistit in bonis gratuitis, & naturalibus. Sed per peccatum spoliatur homo gratuitis, & vulneratur in naturalibus, sicut dicitur *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto. *Thren.* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Quintum decimum est, quia excæcat mentem hominis. Vnde sequitur.

c Et lumen oculorum meorum] supple, reliquit me.

d Et ipsum] lumen.

e Non est mecum] Lumen oculorum, Christus est, qui est lumen de lumine, *Ioan.* 1. a. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et hoc lumen relinquit hominem propter peccatum eiusdem hominis; vnde homo cæcus fit, *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem: vel sic potest construi, vt in hac clausula, non nisi vnum: vel si duo sunt, alterum superfluat, vt dicatur [& ipsum] id est, verum [lumen oculorum meorum non est mecum.] Et non mutatur sensus. Et sic habemus in hoc versu, quòd peccatum aufert homini velle bonum, posse bonum, & nosse bonum. Velle bonum, cùm dicit: Cor meum conturbatum est: quia sicut dicitur. *Sap.* 17. c. Semper præsumit sæua, perturbata conscientia: Posse bonum, cùm dicit [Dereliquit me virtus mea,] Nosse bonum, cùm dicit; [Et lumen oculorum meorum.] Item hunc versum sic exponit *B. Bern.* [Cor meum conturbatum est.] & inde dolor. [Dereliquit me virtus mea] & inde pauor. [Et lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum] & inde error. Et addit. O quàm malam trinitatem. Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cùm error à ratione, dolor à voluntate, pauor à memoria recesserit, & successerit mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primum faciet Deus veritas. Secundum Deus charitas. Tertium Deus potestas. Quid simile experiuntur filij huius sæculi in carnis illecebris, in mundi spectaculis, in Sathanæ pompis?

Aliter de pœnitente. * *a* Cor meum, &c.] Hic ponit tria quæ sunt in pœnitente, contra tria, quæ sunt in peccatore. In peccatore enim est delectatio in corde, fortitudo mala in opere, præsumptio nequam in defensione. Quæ tria tanguntur *Isa.* 5. e. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, scilicet, delectando in peccato, & bonum abiiciendo. Ecce primum. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ecce secundum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Ecce tertium. Contra primum dicit hic.

a Cor meum conturbatum est, id est, omninò turbatum in meatione in Deo, in quo pax habetur. *Ioan.* 16. g. Vt in me pacem habeatis. *Psal.* 41. Ad meipsum anima mea conturbata est. *Greg.* Iustum est, vt in se semper mœrores inueniat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quærebat. Contra secundum dicit.

b Dereliquit me virtus mea.] Bene dicit, [mea.] qua fortis erat ad malum, sicut asinus in parte posteriori. Et assumet me virtus diuina, vt sim fortis ad bonum, & turbatus de peccatis. Nam talem turbatum non derelinquit virtus Altissimi. Vnde Mariæ, quæ interpretatur amarum mare, & significat pœnitentiam, dicit Angelus, *Luc.* 1. d. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideò notabiliter dicitur *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Non dicit amittent, nec sument; sed mutabunt, in quo vno verbo notatur, quòd deponent malam, & sument bonam. Contra tertium dicit.

c Et lumen oculorum meorum, &c.] quod, scilicet, me sapientem ostendebat in oculis meis, & ita defendebam peccatum. Vnde dicit Dñs *Ioan.* 9. g. Si cæci essetis, peccatum non haberetis; nunc autem, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet. Hæc tria inueniuntur in conuersione Pauli: Ibi enim dicitur, quòd tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? *Act.* 9. a. In quo notatur conturbatio cordis, quia tremebat, & stupebat. Item ibi dicitur: Cadens in terram audiuit vocem, &c. In quo notatur id, quod hic dicitur: [Dereliquit me virtus mea.] Vnde cantatur de ipso: Prostratus sæuissimus persecutor; sed erectus est fidelissimus Prædicator: Ecce mutatio fortudinis. Item ibi dicitur: Apertisque oculis, nihil videbat: Hoc est, quod hic dicitur: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

f Amici mei.] Suprà habitum est, quid patitur peccator in seipso à peccatis suis: & secundum aliam expositionem, quomodo pœnitentiam suam implet. Hic autem ostendit pœnitens, quæ, & quot patitur in sua pœnitentia a proximis. Primum est, amicorum impugnatio. Vnde dicit: [Amici mei] ficti. *g* Et proximi mei] cognatione, vel cohabitatione.

h Aduersum me appropinquauerunt] cùm me viderunt pœnitentiam assumere, volentes me retrahere. Vnde *Eccl.* 6. a. Est amicus secundum tempus suum; & non permanebit in tempore tribulationis. Isti enim sunt amici hominis, quandiu sæculariter vult viuere, & pascere, & potare eos: Sed quando tribulatur spiritus eius, & mouetur ad pœnitentiam, non permanent. Et propter hoc bene sequitur ibi: Ab inimicis tuis separare, id est, à Dæmonibus, quibus es iunctus per peccatum, sed separare ab eis per pœnitentiam: Et non solùm hoc, sed & ab amicis tuis attende, ne, scilicet, impediant pœnitentiam tuam. Secundum, est impugnationis continuatio. Vnde addit. *i* Et steterunt] quasi dicat, non recesserunt. Tertium, est amicorum destitutio, quod plus est, quam impugnatio. Aliquando enim impugnat quis & manet amicus: De quo dicit. *k* Et qui iuxta me erant] id est, mihi iuncti per amicitiam. *l* De longè steterunt] separati, rupto vinculo amoris. *Iob* 19. c. Fratres meos longe fecit à me. Et post. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me. Talis amicus non erat *B. bernard.* qui dicit ad Eugenium Papam: Olim mihi inuisceratus es, non mihi tam facilè à medullis extraheris: ascende in cœlum, descende in abyssum, non recedes à me: sequar te, quocunque ieris. Quartum, est violenta persecutio. Vnde addit. *m* Et vim faciebant.] Sic multoties faciunt aliqui agentibus pœnitentiam: cogunt eos infringere ieiunia, & omittere orationes, & huiusmodi.

De contradictionibus quas patiuntur pœnitentes à proximis.

Alleg. ⊖ Qui quærebant

A Cum clamore valido, & lachrymis preces offerens, exauditus est pro sua reuerentia. *Prou.* 11. d. Desiderium iustorum omne bonum.

a Cor meum conturbatum est,] tristitia naturali, propassionis, & compassionis. Vnde *Matth.* 26. d. Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Psalm.* 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. *Ioan.* 11. d. Infremuit Iesus spiritu, & turbauit semetipsum.

b Dereliquit me virtus mea] secundum opinionem Iudæorum, dicentium *Matth.* 27. e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. *c* Et lumen oculorum] id est, Apostolorum, quasi dicat, ipsi Apostoli excæcati fuerunt; & me non cognouerunt per veram fidem. *Psal.* 87. Oculi mei languerunt præ inopia. Vel sic: Oculi, sunt Prælati, & Prædicatores: Horum oculorum lumen fuerunt Apostoli, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. *d* Et ipsum] lumen. *e* Non est mecum.] *Zach.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. *Ioan.* 16. g. Venit hora, & iam nunc venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. *f* Amici mei, & proximi mei.] Iudæi, & Iudas. *h* Aduersum me appropinquauerunt.] *Matth.* 26. e. Ecce appropinquabit, qui me tradet: Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & turba multa cum gladiis, & fustibus, &c. Et accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? *i* Et steterunt] quia non propter hoc, quia ita benignè locutus est, & seipsum obtulit eis, cessauerunt à malitia.

k Et qui iuxta me erant] scilicet, Apostoli, qui comitabantur me. *l* De longè steterunt] quia reliquerunt me. Vnde *Matth.* 26. f. Tunc Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt, &c. Petrus autem sequebatur à longè. *m* Et vim

- Temporis, 2. *Mach.* 4. a. Videbat ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari.
- Vitæ æternæ, vt *hic*, & 2. *Theſſ.* 3. a. Deus pacis det vobis pacem ſempiternam.
- Chriſtus, *Eph.* 2. c. Ipſe eſt pax noſtra. *Mich.* 5. b. Erit iſte pax.
- Reconciliatio ad Deum, *Rom.* 1. a. Gratia vobis & pax. *Matth.* 10. b. Pax huic domui.
- Ceſſatio à cauſis, *Hebr.* 2. d. Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam. *Rom.* 12. d. Cum omnibus hominibus pacem habentes.
- Quies pectoris, *Iacob.* 3. d. Fructus iuſtitiæ in pace ſeminatur. *Ioann.* 14. d. Pacem meam do vobis.

Pax. { Bona. {

- Societas Iuſtorum, 2. *Tim.* 2. d. Sectare pacem cum his, qui inuocant Dominum de corde puro.
- Lætitia ſpiritualis, *Col.* 3. c. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris.
- Protectio, *Ph.* 4. b. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, &c.
- Fructus Spiritus, *Gal.* 5. d. Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax.
- Fiducia, *Ioan.* 20. e. & *Luc.* 24. f. Pax vobis.
- Concordia hominum & Angelorum, *Luc.* 2. b. Pax hominibus bonæ voluntatis. Et 19. f. Pax in cœlo, & gloria in excelſis.
- Tranquillitas carnis, *Iob* 5. d. Scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum.
- Altare, *Iudic.* 6. e. Ædificauit altare, vocauitque illud Domini pax.
- Omnis locus ſanctus, *Pſalm.* 75. In pace factus eſt locus eius. Item. *Pſalm.* 147. Qui poſuit fines tuos pacem.

Mala. {

- Conſpiratio, *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, ſed gladium.
- Simoniacus contractus, *Act.* 12. d. Perſuaſo Blaſto poſtulauerunt pacem. Blaſtus interpretatur habens præmium.
- Fœdus cum Diabolo, 1. *Theſſ.* 5. a. Cùm dixerint pax, ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. *Ezech.* 13. b. Dicentes: pax, pax; & non eſt pax.
- Proſperitas malorum, 1. *Mach.* 7. e. Cùm reuerſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Idem 3. *Reg.* vlt. e.
- Falſa gratia, 4. *Reg.* 9. e. Eſtne pax Hieu? Et reſpondit: Quæ pax? Adhuc vigent fornicationes matris tuæ, &c.
- Impunitas in peccatis, *Deut.* 29. c. Ne dicat in corde ſuo: pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei.
- Negligentia, *Apoc.* 6. a. Datum eſt ei, vt ſumeret pacem de terra.
- Incircunſpectio, 3. *Reg.* 2. a. Effudit ſanguinem belli in pace.
- Concomitantia vitiorum, *Iud.* 4. c. Erat pax inter Iabin & domum Aber. Iabin, prudentia: Aber, liuor interpretatur.
- Hypocriſis, *Iſa.* 26. a. Seruabis pacem, pacem, quaſi dicat, duplicem, non veram, ſed fictam.

Maliquatuor modis malignantur contra bonos. a Obſeruabit, &c.] Secunda pars, in qua oſtendit malos torqueri inuidia, & ex hoc malignari contra bonos. Et oſtendit, quòd quatuor modis malignantur. Primò occultè inſidiando. Vnde dicit: Obſeruabit peccator Iuſtum, quo ad occultas inſidias. Sic illi mali inuidi obſeruabant illum verum Iuſtum, Chriſtum, ſcil. Vnde *Luc.* 6. b. Obſeruabant eum Scribæ, & Phariſæi, ſi in Sabbato curaret, vt inuenirent, vnde accuſarent eum. Et *B. Bern.* dicit: Habuit Chriſtus in factis obſeruatores, in verbis contradictores, &c. Sic & quilibet peccatores obſeruant viros iuſtos, *Eccl.* 11. d. Sicut perdix inducitur in foueam, & ſicut caprea in laqueum; ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui: bona enim in mala conuertens, inſidiatur, & in electis imponit maculam. Secundo modo malignantur apertis ſignis, etſi non factis, oſtendendo malitiam. Vnde dicit.

b Et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.] Sic fecerunt Iudæi Stephano, *Act.* 7. g. Et ſtridebant dentibus in eum. *Pſalm.* 111. Peccator videbit, & iraſcetur: dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. *Iſa.* 8. d. Qui ſtrident incantationibus ſuis. Sed qui ſic ſtridet, tranſibit de ſtridore in ſtridorem, *Matth.* 22. b. Mittite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Et hoc eſt, quod ſequitur.

c Dominus autem irridebit eum.] Ecce viciſſitudo contra ſtridorem. Et eſt ſenſus: Ad modum irridentis ſe habebit, quia non volet miſereri eis. Vnde ſuper illud verbum *Iob* 9. c. Et non de pœnis innocentum rideat, dicit *Glo.ſſ.* Ridere Dei, eſt nolle miſereri. De hac irriſione ſuprà in *Pſalm.* 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos; & Dominus ſubſannabit eos. *Prouerb.* 1. c. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis, quod timebatis, acciderit. Econtrario dicitur de bono, *Eccleſiaſt.* 33. a. Sapiens non odit mandata, & non illudetur. Et verè irridebit, & citò. *Sam.* *Heth.*

a Obſeruabit peccator Iuſtum: & b ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. Dominus c autem irridebit eum: quoniam d proſpicit, quòd veniet e dies eius: f Gladium † euaginauerunt peccatores: † g intenderunt arcum ſuum. Vt h decipiant i pauperem, & inopem: vt k trucident l rectos corde.

al. † eduxerunt. *al.* † tetenderunt.

d Quoniam proſpicit] id eſt, propè aſpicit, quòd veniat dies eius. Proſpicit, dico Dominus, licet peccator non proſpiciat. *Luc.* 19. g. Quia ſi cognouiſſes & tu; nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia dies venient in te, & circundabunt te inimici in vallo, &c.

e Dies eius] id eſt, Domini, ſcilicet, dies iudicij, de quo *Sophon.* 1. c. Iuxta eſt dies Domini, &c. dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, &c. Vel, Dies eius, id eſt, peccatoris, in quo punietur. *Iob* 18. d. In die eius ſtupebunt nouiſſimi. *Ierem.* 17. b. Diem hominis non deſideraui. *Iob* 21. d. In die perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Et nota, quòd ad diem culpæ ſequitur dies mortis, & ad diem pœnitentiæ, dies vitæ. Tertiò malignantur mali perſecutionem apertam mouendo. Vnde dicit.

f Gladium euaginauerunt peccatores.] Ad literam, gladio pugnantes. Vel gladium, id eſt, quamcunque perſecutionem euaginauerunt, id eſt, in publicum produxerunt. *Ezech.* 21. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & ſplendeas. Moraliter, etiam gladius, eſt peccatoris peccatum, de quo *Eccl.* 21. a. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas. Et qui publicant peccatum, euaginant gladium. *Iſa.* 3. b. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Hi faciunt contra illud, quod dixit Dominus *Ioann.* 18. b. Mitte gladium tuum in vaginam. Vagina, in qua debet peccatum contineri, eſt timor Dei, & verecundia ſæculi. In hac vagina debuiſſet Iudas incluſiſſe gladium ſuum, ſc. peccatum proditionis, quando Dominus vaginam ei tetendit, dicens *Matth.* 26. b. Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet: Ecce vnde debuiſſet erubeſcere. Et addit, dicens: væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille; ecce vnde debuiſſet timuiſſe. Quartò malignantur dolis & machinationibus perſequendo. Vnde ſequitur. *Moraliter. Gladius dicitur peccatum.*

g Intenderunt arcum ſuum] id eſt, parauerunt dolos. *Pſal.* 43. Intenderunt arcum, rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum. *Oſ.* 7. d. Facti ſunt, quaſi arcus doloſus. Arcus dicitur ſcientia, vel potentia ſæcularis, de quo in *Pſalm.* 43. Non enim in arcu meo ſperabo. Iactatores intendunt hunc arcum. *Matth.* 23. a. Dilatant philateria ſua. Suum dicit, non Dei. Arcus Dei eſt ſacra Scriptura, de quo *Eccl.* 43. b. Vide arcum, & benedic, qui fecit illum. Et qua intentione hoc faciant, conſequenter oſtendit, videlicet. h Et decipiant.] Hoc refertur ad intentionem arcus. i Pauperem & inopem] ad literam, quia iſtos frequentius decipiunt, non diuites. Vnde *Eccl.* 13. c. Paſcua diuitum ſunt pauperes. Pauperem ſine conſilio. Inopem ſine opibus. Vel, Pauperem & inopem, id eſt, humilem. Illos enim decipere conantur, non magnos. *Eccl.* 13. d. Diuiti decepto multi recuperatores, humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Sed quantum ad veritatem magis decipiuntur diuites, ſecundum quod ibi dicitur: Locutus eſt ſuperbè, & iuſtificauerunt illum. Sed dicit Dominus *Iſa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.

k Vt trucident rectos corde.] Hoc refertur ad euaginationem gladij. Vt trucident, non ſolùm occidant; ſed in partes minutiſſimas diuidant: quod ad literam factum eſt in Martyribus. Vnde 1. *Machab.* 1. g. dicitur de quibuſdam? Noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt. l Rectos corde.] non curuos, qui flectuntur timore. Tales enim non trucidantur à Tyrannis,

nec

nec trucidantur adhuc ; ſed magis honorantur. Vnde dixit Holofernes, *Iudith.* 11. a. Nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi. Illi etiam, qui euaginant gladium peccati per manifeſtationem, multos trucidant: nō ſolum interficiunt in vno peccato, ſed, minutatim diuidunt ad multa peccata. Vnde malum exemplũ

Malum exemplum non ſolum occidit: ſed etiam corrumpit.

al. † Framea.
al. † conteratur.
Tub.
al. † quoddam.

> *a* Gladius eorum intret in corda ipſorum: & *b* arcus eorum † confringatur. *c* Melius eſt modicum Iuſto, ſuper diuitias peccatorum *d* multas. Quoniam *e* brachia peccatorum *f* conterentur: confirmat autem Iuſtos Dominus. *g* Nouit Dñs *h* dies *i* immaculatorum: & *k* hæreditas eorum in *l* æternum erit. *m* Non confundentur in tempore *n* malo, & in diebus famis *o* ſaturabuntur: † quia peccatores peribunt.

dicitur, non tam occidere, quam corrumpere. Caro enim, quam citò mortua eſt, non propter hoc corrupta eſt, donec putrefiat: ſic moritur homo in primo peccato ; ſed ad operam aliorũ aſſuefaciens ſe ad peccatum, computreſcit, & corrumpitur. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *Pſalm.* 37. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Vnde cum ſic corrupti ſunt, iam vix reſuſcitari poſſunt : quod ſignificatum fuit in Lazaro quatriduano iam fœtente. Vnde *Eccl.* 32. c. Peccator homo vitabit corruptionem, & ad voluntatem ſuam inueniet comparationem. Sic faciunt, ſed non impunè ferent: quia ſibi primò nocent, licet ſibi ſatiſfacere videantur, & proximis non multum nocent, imò bonis proſunt. Hoc eſt, quod ſequitur: *a* Gladius eorum intret in corda ipſorum,] id eſt, quia aliis nocere volunt gladio, ſiue materiali, ſiue ſpirituali: ideò gladius peccati intret in corda ipſorum,] id eſt, moriantur morte peccati. Cùm enim gladius intrat in cor, ſtatim moritur homo: ita quàm citò peccatũ intrat cor hominis, quod fit, quam citò conſentit, vt noceat alij, vita recedit, ſcilicet, Spiritus ſanctus, qui eſt vita animæ. Et meritò dicit, Intret in corda: quia inde exierat gladius, quo alios perſecuti fuerant. *Matt.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Et hæc remuneratio eorum iuſta eſt, ſecundum ſententiam Domini, *Matt.* 26. e. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vnde *Prou.* 11. a. In inſidiis ſuis capientur iniqui. *Prou.* 1. d. Comedent igitur fructus viæ ſuæ. *Iſa.* 3. b. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet illi. *Prou.* 11. a. Supplantatio peruerſorum vaſtabit illos. *b* Et arcus eorum confringatur,] id eſt, dolus & inſidiæ eorum fruſtrentur ſine intento, vt ſcilicet, mali non noceant bonis. *Pſal.* 45. Arcum conteret, & confringet arma. *Iob* 5. b. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint manus eorum implere, quod ceperant. Poſtquam egit de bonis & de malis ſingillatim, comparat eos ad inuicem, & ſtatus eorum in quatuor. Primò in diuitiis, cùm dicit: *c* Melius eſt, &c.] Secundò in potentia: *ibi.* Quoniam brachia peccatorum. Tertiò in honore, *ibi*: Nouit Dominus. Quartò in opere, *ibi*: Mutabitur peccator. De primo ergo dicit. *c* Melius eſt modicum Iuſto] homini, ſuper diuitias peccatorum multas, id eſt, melius eſt homini, vt ſit iuſtus & pauper, quam peccator & diues. *Prou.* 15. b. Melius eſt parum cum timore Dei, quam theſauri magni & inſatiabiles: melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prou.* 19. a. Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate, quàm diues torquens labia, & inſipiens. Et ſubiungit cauſam, dicens: *d* Quoniam brachia,] quaſi dicat, ideò eſt melius: Quoniam brachia peccatorum conterentur ; confirmat autem Iuſtos Dominus. Et eſt ſecunda comparatio, vbi comparat eos in potentia, quaſi dicat, modò in parte atteruntur Iuſti ; & peccatores econtrario in parte radicantur. Sed in futuro vice verſa peccatores. *f* Conterentur,] id eſt, non tantum in parte, ſed ex toto terentur. Et Iuſtos confirmabit Dominus, id eſt, ex toto firmabit. Quod bene declaratur *Luc.* 16. g. vbi dictum eſt diuiti; Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua: & Lazarus ſimiliter mala ; nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. *Eccl.* 10. a. Regnum à Gente in Gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias & contumelias & diuerſos dolos. Et de primo non dicit, quod Dominus conterat ; ſed dicit: conterentur. De ſecundò non dicit, confirmabuntur, ſed confirmat Dominus. In quo notatur, quod ſuprà dictum eſt, videlicet, quod non eſt proprium Domini punire ; ſed retribuere, & miſereri.

Comparatio bonorum & malorum.

e Brachia, [duo ſunt brachia peccatorum per quæ peccata operantur, videlicet, potentia temporalis, & ſcientia ſæcularis. Et ambo conterentur. *Pſal.* 74. Et omnia cornua peccatorum confringam. Et nota, quod dicit, Confirmat ; quod eſt præſentis temporis : quia & confirmat in præſenti per gratiam, quod in futuro confirmabit per gloriam. 2. *Theſſ.* 2 d. Ipſe Deus & Pater, qui diligit nos, & dedit conſolationem æternam in ſpem bonam in gratia: exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono. Ecce hic tangitur confirmatio & cordis & oris & operis. Et quomodo confirmat? Non pecunia, ſed ſeipſo. *Pſal.* 27. Dominus fortitudo plebis ſuæ. *Eccl.* 25. a. Confirmabitur in illo, & non flectetur. Vnde ſic exponi poteſt, Confirmat, id eſt, ſecum firmat. Confirmatus erat Apoſtolus, dicens *Rom.* 8. g. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti ? Certus ſum, quod neque mors, neque vita, &c. poterit nos ſeparare à charitate Dei. *g* Nouit Dominus] quaſi dicat, ideò confirmat, quia approbat & conſiderat. Hoc eſt, Nouit Dominus, id eſt, approbat & conſiderat. *h* Dies,] id eſt, vitam. *i* Immaculatorum.] Simile ſuprà *in Pſal.* 1. Nouit Dominus viam Iuſtorum. Noctem autem maculatorum, id eſt, malam vitam, non nouit, id eſt, non approbat, Vnde ibi in *Pſ.* Et iter impiorum peribit. Vnde dicit *Matt.* 7. d. Nunquam noui vos: Diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. *Prou.* 4. d. Vias, quæ à dextris ſunt, nouit Dominus ; peruerſæ autem, quæ à ſiniſtris, & has non nouit. Vel, nouit per prædeſtinationem. Et hæc eſt tertia comparatio, vbi comparat bonos & malos in honore. Honor autem bonorum conſiſtit in multis, quæ notantur hic. Primum eſt, quod noti & electi ſunt a Deo per prædeſtinationem: Vnde dicit, Nouit Dominus per prædeſtinationem, dies, id eſt, viam immaculatorum. *Rom* 8. f. Quos præſciuit & prædeſtinauit. 2. *Tim.* 2. c. Cognouit Dominus, qui ſunt eius. Vel, Nouit Dominus dies immaculatorum, ſc. dies æternitatis, de quibus in *Pſal.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et quia his duobus modis nouit Dominus dies immaculatorum: Beati immaculati in via, vt dicitur *inferiùs in Pſal.* 118. Illos enim, quos nouit, recipiet ad cœleſte conuiuium ; & quos non nouit, excludet. Vnde ſequitur. *k* Et hæreditas eorum,] ſ. immaculatorum, ſ. vita æterna. *l* In æternum erit,] i. ſine fine. De qua hæreditate in *Pſ.* 126. Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas Domini, filiorum merces fructus ventris. Et 1. *Pet.* 3 d. dicitur de Chriſto. Qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. Tertium, in quo conſiſtit honor eorum, & immunitas à futura confuſione. Vnde dicit. *m* Non confundetur in tempore malo, id eſt, in die iudicij. Nam ſi non haberent illam hæreditatem æternam, confunderentur valde ab expectatione ſua, qui hic reſpuunt hæreditatem præſentem, de qua dicitur: Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit, *Prouerb.* 20. c. Sed quia illam, quam modò expectant, tunc habebunt, ideò non confundentur, ſed gloriabuntur. *Iſa.* 45. c. Saluatus eſt ſalute æterna, non confundemini, neque erubeſcetis vſque in ſæculum ſæculi. In tempore malo, id eſt, in die iudicij, de quo tempore *Eccl.* 11. d. Et ſi multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis & dierum malorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. *Eccleſ.* 11. c. In die bonorum ne immemor ſis malorum. Dico, quod habebunt hæreditatem. Sed quid habebunt ibi: Quicquid volunt. Nam ſequitur.

Iosb.

Honor bonorum conſiſtit in multis.

n Et in diebus famis] ſc. poſt mortem, tunc quando mali eſurient. *o* Saturabuntur.] Vnde *Iſa.* 64. b. Serui mei comedent, & vos eſurietis: ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Et hoc eſt quartum, in quo conſiſtit honor Sanctorum, ſc. in delitiis æternis : Et benè dico, quod erit fames.

† Quia peccatores peribunt] illa fame. Nec mirum, ſi in pœna fame peribunt: quia hic in culpa fame pereunt. Vnde *Luc.* 15. d. Filius prodigus in ſe reuerſus dixit : Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo ? Vel ſic conſtrue, in diebus famis, id eſt, pro diebus famis, id eſt, pro fame paucorum dierum ſaturabuntur æterna ſatietate. Quia peccatores peribunt ex iuſtitia, quam exercebit Dominus in peccatores, *Matt.* 5. a. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam : quoniam ipſi ſaturabuntur. *Pſal.* 57. Lætabitur Iuſtus, cùm viderit vindictam. *Iſa. vlt.* g. Erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Et benè peccatores, non Iuſti peribunt, ſicut dicitur *Iob* 4. b. Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt ? Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Et in *eodem* d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Oſtenſo, quantus eſt honor Iuſtorum, oſtendit, quam breuis ſit honor malorum ; Vnde dicit.

a Inimici

a Inimici verò Domini,]id eſt,amici huius mundi.*b* mox] id eſt, ſtatim. *c* Vt honorificati fuerint.]honoribus & potentia. *d* Et exaltati.]gloria. *e* Deficientes ,deficient,] id eſt, aſſiduè deficient. *f* Quemadmodum fumus,] deficit. Inimici Domini, ſunt peccatores, diligentes mundum.

Caph.

al. † ſtatim vt gloriabũtur & exaltabuntur.
al. † ſicut.
al. † fœneratur.
al. † retribuet.
al. † commodat.
al. † cum hæreditate poſſidebũt.
al. † illum diſperient.

Inimici *a* verò Domini,† *b* mox vt *c* honorificati fuerint , & *d* exaltati,*e* deficientes, † *f* quẽadmodum fumus , deficient. † *g* Mutuabitur peccator *h* & non ſoluet ; *i* iuſtus autem miſeretur & † *K* tribuet. *l* Quia benedicentes † ei *m* hæreditabunt terram ; *n* maledicentes autem † ei *o* diſperibunt.

*Iacob.*4.a. Quicunque voluerit amicus eſſe huius mũdi , inimicus Dei conſtituitur. 2. *Timoth.* 4. b. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum. *Auguſtinus*:O ſæculum nequam quod tuos beare ſic ſoles amicos , vt Dei facias inimicos.Inimici etiã Dñi ſunt,quicunque ſunt inimici veritatis,iuſtitiæ,pacis.Et tales honorificati , deficiunt ſtatim , etiam ſi mille annis vixerint. *Pſal.*89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna,quæ præterijt.Hæc enim vita non eſt , niſi momentum vel punctum reſpectu æternæ vitæ. Vnde *Iacob.*4 d.Quæ eſt vita veſtra ? vapor eſt ad modicũ parens,& deinceps exterminabitur. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcendunt. Et nota etiam, quod geminatio defectionis, duplicem defectum notat:quia deficient in temporalibus,affligenturque in corpore : & deficient in ſpiritualibus,affligenturque in mente.Sicut econtrario boni abundabunt in ſtola corporis,& in ſtola animæ. Vel ſimpliciter notat mali aggrauationem. *Greg.*Erit miſeris mors ſine morte,finis ſine fine, defectus ſine defectu. *f* Quemadmodum fumus,]congrua eſt ſimilitudo. Fumus enim quanto magis aſcendit, tantò magis euaneſcit. Sic & ipſi , quantò altiùs extolluntur in ſæculo,tantò profundiùs merguntur in inferno. *Pſal.* 72. Deieciſti eos, dum alleuarentur. *Iob* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum,& non ſubſiſtent.*Oſea* 13. b. Erunt quaſi nubes matutina,& ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area , & ſicut fumus de fumario : Ecce propter hoc cõparantur iſtis quatuor,quia citò tranſeunt. Et propter ſpeciales alias proprietates: ſunt enim impij nubes in promiſſione longæ vitæ ; ſed tamen fallunt,ſicut nubes promittunt pluuiam,& plerumque fallunt.*Prou.*25. b.Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes,vir glorioſus & promiſſa non complens.Item impij ſunt ros,promittẽdo ſibi vanam delectationem, de quo rore *Cant.*5. a. Caput meum, id eſt,mens, plenum eſt rore,id eſt,vana delectatione,dicit anima. Item ſunt puluis,quia per curioſitatem & ſollicitudinem temporalium incompacti,& diuiſi. *Pſal.* 1. Non ſic impij, non ſic ; ſed tanquam puluis,quem proiicit ventus a facie terræ.*Greg.*Subſiſtere nequeunt,qui ab æternæ eſſentiæ ſoliditate diuiduntur. Sunt etiam fumus aſcendens per ſuperbiam,*Pſ.*73.Superbia eorum,qui oderunt,aſcendit ſemper. *Iſa.*65. a.Iſti fumus erunt in furore meo. Et nota, quòd multæ ſunt proprietates fumi, quæ notantur his verſibus,

Proprietates fumi conuenientes ſuperbo.

Aſcendit , niger , tenuis , lacrymoſus , ab igne ,
Deficit , oſtendit ventum , tingit , tenebroſus.

*Pſal.*73.

Hæc conueniunt ſuperbo , quia aſcendit,ſecundum illud, Superbia eorum,qui te oderunt,aſcendit ſemper. Item eſt niger, *Baruch.*5. c.Nigræ ſunt facies eorum a fumo,qui in domo eſt,ſupple,conſcientiæ.Item eſt tenuis,id eſt,inanis. *Iſa* 41.c Erunt,quaſi non ſint:& peribunt viri, qui contradicunt tibi. Hi ſunt ſuperbi. *Et* 40.d.Omnes Gentes,quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo,& quaſi nihil,& inane reputatæ ſunt ei. Item lacrymoſi, quia lædunt alios. *Iob* 24. b.De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Naſcitur ab igne ambitionis. *Pſalm.*57. Supercecidit ignis,& non viderunt Solem. Item deficit,ſicut hic patet.Item oſtendit ventum. *Oſea* 12. a. Ephraim paſcit ventum , & ſequitur æſtum. Item tingit,vnde *Iſa.*13.b.Facies combuſtæ vultus eorum. Quartò comparat bonos malis in opere, cùm ſequitur.

Ad literam.

g Mutuabitur,&c.]ad literam, *Eccl.*29. a. Multi quaſi adinuentionẽ æſtimauerunt fœnus,& præſtiterunt moleſtiam his,qui ſe adiuuerunt,&c.vſque ibi.Si autem potuerit reddere,aduerſabitur,ſolidi vix reddet dimidium,& computabit illud quaſi inuentionem. Vel ſic,Mutuabitur à Deo, duo minuta,id eſt,corpus & animam.Vnde *Sap.*15.d.dicitur de idolis.Pedes eorum pigri ad ambulandum : homo enim fecit illos:& qui ſpiritum mutuatus eſt,is finxit illos. *h* Et non ſoluet] Deo,quia tradidit Diabolo tam corpus, quam animam in peccato.*Gen.*14.d.Da mihi animas ; cætera tolle tibi.Non poteſt cantari in perſona talium,quod de defũctis cantat *Eccleſia*.Modò reddo tibi Creatori animam meam. Non enim tunc iam eſt in manu eius, ſed in manu Diaboli. Non ſic Dauid,qui dicebat : *Pſ.*118.Anima mea in manibus meis ſemper: quaſi dicat , paratus ſum reddere eam. Et *Iob* 13. b.Animam meam porto in manibus meis. Vel ſic: Mutuabitur peccator,bona omnia,quæ habet,tam ſpiritualia, quàm naturalia, quam temporalia. *Prou.*22.b.Qui accipit mutuũ,ſeruus eſt fœnerantis. *Matt.* 25. b. Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.Et non ſoluet,ea Deo attribuendo, & multiplicata cum vſura Deo referẽdo.*Matt.*25. c. Serue male, & piger, oportuit te committere pecuniam meam nummulariis:& veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſurà.*Greg.*Stultus eſt debitor,qui gaudens pecuniam accipit;& tempus,quo debeat reddere,non attẽdit. *Luc.*16.a.Redde rationem villicationis tuæ.Vel ſic:Mutuabitur peccator,voluptatem & delectationẽ peccati,à fœneratore peſſimo Diabolo,de quo dicitur : *Pſ.*108.Scrutetur fœnerator omnẽ ſubſtantiam eius, qui nunquam vellet ſortem ſibi reddi ; ſed ſemper multiplicari vſque ad mortem.Et non ſoluet,per confeſſionem,reſeruans confeſſionem vſque ad lectum mortis. Contra quem dicitur *Eccl.*27.d.Ne demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere:A mortuo enim,quaſi nihil,perit confeſſio.Etiam ille, qui audit Theologiam,vel ſermonem mutuatur verbum Dei ; ſed peccator eſt,ſi non reddit & ſoluit operando,& tempore debito prædicando : quia ſicut dicitur *Iacob.* 4. d. Scienti bonum facere, & non facienti,peccatum eſt illi. *i* Iuſtus autem miſeretur,] intùs in corde compatiendo. *k* Et tribuet,]exteriùs in opere ſubueniendo. *Pſal.* 111.Iucundus homo,qui miſeretur & commodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio, id eſt, ordinat,quid reſpondebit Iudici,imò miſerendo format & dictat ſententiam, quam pro eo dabit Iudex,dicens:*Matt.*25.c.Eſuriui & dediſtis mihi manducare,&c. Miſeretur autem Iuſtus,primò ſui ipſius , ſecundum quòd dicit *Aug.* Qui vult ordinatè dare eleemoſynam,debet à ſeipſo incipere. Vnde *Eccl.*30. d. Miſerere animæ tuæ placens Deo. *k* Et tribuet,*Luc.*6.e. Omni petenti te tribue. Quædam litera hic habet,Retribuet:& competenter:quia quod vni ex minimis Dñi facimus,ei facimus ; ſed ei nihil poſſumus tribuere , quaſi ex noſtro,ſed tãtùm retribuere,quaſi ex ſuo,imò verè ex ſuo. Vnde quærebat Dauid : *Pſ.*115. Quid retribuam Dño pro omnibus,quæ retribuit mihi?id eſt,quid ei retrò tribuam? 1.*Cor.*4.b.Quid habes,quod non accepiſti ? 1. *Paral.vlt.*d. Tua ſunt omnia : quæ de manu tua accepimus , dedimus tibi. *Auguſt.*Dicit tibi Chriſtus:da mihi,dedi tibi : habuiſti largitorem,habe debitorẽ,habe & fœneratorem. *Prou.*19. c.Fœneratur Domino , qui miſeretur pauperis. Retribuit etiam Deo,qui de bono, quod habet, gratias agit , & ad Deum refert,non aſcribens ſibi, vt ad locum,vnde exeunt flumina reuertantur, *Eccl.*1.b.Et hoc facit Iuſtus in ſpe retributionis æternæ. Vnde ſequitur. *l* Quia benedicentes ei.] ſcilicet, Domino, id eſt, in omnibus gratias agentes. *m* Hæreditabunt terram,]ſcil.viuentium,ſecundum quod dicitur *Gen.*27.d.Qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur:Vox eſt Patris ad filiũ.Benedicentes,nõ ſolùm verbo,ſed & facto.1.*Cor.*10. Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis : omnia in gloriã Dei facite.Propriè autem benedicentes Deum dicuntur Religioſi,qui Deum benedicunt pſallendo,prædicando, & bene viuendo,ſecundùm quod diximus *ſuper Pſal.*33 *illum*:Benedicam Dñm in omni tempore.Et hi meritò hæreditabunt terram,viuentium,quia exhæredant ſe de terra morientium , dicentes: *Pſal.*141. Portio mea ſit in terra viuentium. Vnde *Matt.*5. a.Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum.*Marc.*10.d.Nemo eſt,qui reliquerit domum,aut fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrẽ,aut filios,aut agros propter me , & propter Euangelium prædicandum , qui non accipiat centies tantum,&c.& in futuro vitam æternam.*Prou.*2.d.Qui recti ſunt,hæreditabunt in terra:& ſimplices habitabunt in ea. Recti ſunt,qui non curuantur ad terrena:ſimplices,qui nolunt duobus Dominis ſeruire,ſed ſimplici Deo. *n* Maledicentes autem ei,]id eſt,Domino. *o* Diſperibunt.]*Gen.*27.d.Qui maledixerit tibi,maledictionibus repleatur. Maledicentes, non tantum verbo,ſed facto.*Greg.* Quantaſcunque laudes lingua reſonat,vita blaſphemat. Diſperibunt,id eſt, diuerſis pœnis interibunt. In præſenti, vt patet in Iudæis diſperſis. Et in futuro. *Iſa.* 66. g.Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi notantur diuerſæ pœnæ.Nec ſolùm in futuro remunerabit bonos Dominus ; ſed etiam in præſenti , ſecundùm quod dicitur in *Pſalm.*18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Remunerat autem multipliciter, ſicut hic oſtenditur. Primò , quia dirigit opera eorum. Vnde ſequitur

Aliter.

Lamech.

Aliter.

Apud.

a Apud Dominum,] id est, à Domino. *b* Gressus hominis.] id est, opera & affectus. *c* Dirigentur,] qui in se tortuosi sunt. Melius autem dixit : Apud Dominum, quàm si dixisset, à Domino : quia ibi duo notantur, cùm dicit, Apud, videlicet, Dei maxima potestas, & humani arbitrij libertas. Cùm enim dicit :

† *a* Apud Dominum *b* gressus hominis *c* dirigentur : & viam *d* eius † *e* volet. Cum *f* ceciderit Iustus, non † *g* collidetur : quia Dominus † supponit *h* manum † suam. † *i* Iunior fui *k* etenim senui : & non vidi *l* Iustum derelictum, *m* nec semen eius † quærens *n* panem. *o* Tota die miseretur, & † commodat: & *p* semen illius in *q* benedictione erit. *r* Declina à malo & fac bonũ, & *s* inhabita in *t* sæculũ sæculi.

Apud Dominũ : idem est, ac si dicat ? Non oportet Dominum laborare ad hoc, sed dicit vel ordinat, & statim factum est : quia apud eum est hoc, nec indiget extrinseco. Item in hoc quod dicit : Apud Dominum dirigentur, notatur, quod si velimus, vt dirigantur gressus nostri, oportet nos, quantum in nobis est, surgere ad ipsum per applicationem liberi arbitrij : quia apud eum est, quod volumus : nec violenter dabit nobis, nisi ostendamus ei, quod velimus habere. Et propter hoc benè dicitur *Prou.* 16. b. Cor hominis disponet viam suam ; sed Domini est dirigere gressus eius. Et *in eod.* a. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Item *Prou.*28. b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Secundò remunerat, quia facit eos in via Domini delectari, vnde sequitur. *d*. Et viam eius,] id est, Domini.

e Volet] Dominus, id est, velle eum faciet, sicut dicitur *Rom.* 8. e. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, facit nos postulare. Et quòd Dominus faciat nos velle viam istam, dicitur, *Phil.*2.b. Deus, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Vel, volet, ipse homo, cuius gressus dirigentur : Viam eius, sc. Dei, quæ est via vitæ: & ideò amplectenda ab his, qui habent pedes directos, secundum illud *Cant.*1.b. Recti diligunt te. *Ierem.*21.c. Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Sed quam eliget Iustus ? *Psal.*111. Beatus vir, qui timet Dominum : in mandatis eius volet nimis. Tertiò remunerat Dominus bonos in hoc, quod custodit eos, ne cadant in peccatum mortale: vnde addit. *f* Cùm ceciderit Iustus] per peccatum veniale, quod est casus in domo, non à domo. *Prou.*24.b. Septies cadet Iustus, & resurget. *g* Non collidetur] per mortale, quia etsi vulneretur in naturalibus ; non tamen spoliatur gratuitis. Et ita licet lædatur ; non tamen colliditur. *h* Quia Dominus supponit manum suam] scil. manum misericordiæ, quæ eum suscipit. Ideò *Psal.*30. nolens collidi, dicebat : In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. Benè enim securi sunt, qui in manu eius sunt. Vnde *Sap.*3.a. Iustorũ animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. *i* Iunior fui.] Tertia pars, in qua primò ostendit Iustum non derelinqui. Et loquitur Ecclesia, vel Propheta in persona Ecclesiæ generalis. Dicit ergo Ecclesia : Iunior fui, quia paruula in tempore Abel, quando vbera nondum habebat, vt posset prædicare. Sed in tempore Apostolorum fuit adolescentula, quia calida, pulchra, fœcunda. Sed nunc est anus frigida & rugosa, vnde dicit. *k* Etenim senui.] *Matt.*24.b. Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *Iob* 16. b. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Et licet tantùm durauerim, dicit Ecclesia, tamen. *l* Non vidi Iustum derelictum] à Domino ; supple, finaliter, nisi fortè corporaliter ad tempus, secundùm quod dicitur *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te. *m* Nec semen eius,] id est, imitatores eius.

n Quærens panem,] id est, nimis indigens pane, *Matth.*7. d. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius : & hæc omnia adijcientur vobis. Vel sic: Nec semen eius quærens panem, id est, principaliter intendens corporalibus: quia si hoc facit aliquis, non est Iustus, nec est semen Iusti. *Luc.*12. d. Nolite quærere, quid manducetis, aut bibatis: hæc enim omnia Gentes inquirunt. *Greg.* Qui paupertatem in terris metuit, æternæ fœlicitatis abundantiam abscondit. Vel de pane spirituali intelligi potest, quem semen Iusti etsi quærat appetendo, non tamen quærit mendicando ; quia Iusti abundant isto pane: secundùm quod dicit Apostolus *Col.*3. c. Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Prou.*15.b. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Vel sic potest construi, & secundum hoc minus habebit calumniæ : Non vidi Iustum derelictũ, nec semen eius, supple, vidi derelictum. Semen dico, quærens panem, id est dicens : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quia qui sic quærit, non derelinquitur à Dño. *Ps.*9. Non derelinquis quærentes te, Domine. Et manifestum est, quòd non derelinquitur Iustus: nec semen eius ex indigentia quærit panem, quia sequitur. *Matth.*6.b.

o Tota die miseretur & commodat.] Ex hoc manifestum est, quod Dominus non derelinquit eum, qui ad eum venit tota die in pauperibus, quibus miseretur & commodat. Dicit enim *Matt.*25.d. Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Vnde narrat *B. Greg.* quod quidam bonus homo erat, qui libenter recipiebat & pascebat pauperes: & quadam die venit Dominus ad domum illius in specie peregrini pauperis, quem cùm ille recepisset, & vellet dare aquam manibus illius vt pranderet, vertit se, vt acciperet aquam, & Dominus disparuit. Quo facto cùm ille stupefactus esset, in sequenti nocte apparuit ei in visu Dominus, dicens: Cæteris diebus recipiebas me in membris meis; sed hodie me in persona propria recepisti. Item per hoc, quòd tota die miseretur & commodat, manifestum est, quòd non est quærens panem, vt dictum est, sed abundat. Vnde miseretur & commodat. Miseretur in affectu, commodat in effectu. *Prou.*19.c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. *Deut.*15.b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo & egeno & pauperi, qui tecum versantur in terra. Et dicitur hic: Miseretur & commodat, tam de corporali, quàm spirituali subuentione. Et non in vanum facit hoc, quia sequitur. *p* Et semen illius,] id est, opera & miserationes, quæ facit, vt fructum æternum recipiat. *q* In benedictione erit, id est, afferet ei benedictionem æternam. Vnde *Deut.*23. d. Fratri tuo absque vsura id, quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore in terra, ad quam ingredieris possidendam. *Matt.*25.c. Esuriui & dedistis mihi, &c. Et post: Venite benedicti, &c. Vel etiam, semen illius, tam filij, quàm opera : In benedictione erit, etiam in præsenti, quia ad literam pauperes benedicunt eis & filijs suis, quando recipiunt eleemosynam. Et Dominus etiam dat eis benedictionem gratiæ, & post benedictionem gloriæ. Vnde 2.*Cor.*9.b. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Chrys.* Considerate, qualiter pauperes benedicunt, qui recipiunt : & cogitate qualiter Dominus remunerat, cui plus placet. Et ne quis nimis confidat de eleemosynis, & putet se posse per eleemosynas emere licentiam peccandi, maximè per hoc, quod dicitur *Luc.*11.f. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis : Ideò sequitur. *r* Declina à malo, & fac bonum] Si vis, quòd eleemosynæ tuæ placeat Deo, declina à malo, id est, à peccato, vel Diabolo. Et quia vt dicit *Greg.* minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat bonis operibus insudare : ideò adiungit: Et fac bonum, non tantum eleemosynas, sed quodcunque potes : *Prou.*11.d. Desiderium Iustorum omne bonum. Non tantùm vnum. *Eccl.*9.c. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare. Declinatur autem à malo per timorem: vnde *Pr.*15. d. Per timorem Domini declinat omnis à malo; Bonum autem fit per amorem: vnde dicit Apost. *Gal.*5. b. Fides, quæ per dilectionem operatur. Post hæc ostendit causas, quare ista duo debeamus facere. Prima ratio est, quia sunt causa inhabitationis æternæ beatitudinis. Vnde sequitur. *s* Et inhabita.]. Secunda, quia placent Deo : quòd notatur *ibi* ; Quia Dominus amat iudicium. Tertia, quia acquirunt consortium Dei : quod notatur *ibi* : Et non derelinquet Sanctos suos. Quarta, quia per illa conseruatur homo ab omni malo : quod notatur *ibi* : In æternum conseruabuntur. Dicit ergo : Et inhabita, quasi dicat, si declines à malo, & facias bonum, inhabitabis cœlestem mansionem. *Qualiter declinandum sit à malo & faciendum bonum.*

t In sæculum sæculi,] id est, in æternum. Et signanter dicit, inhabita, nec addit vbi : in quo innuit, quod non est habitatio ; nisi cœlestis, quæ propriè debeat dici inhabitatio, quia in temporalibus istis omnes sunt hospites. Vnde *Sap.*5.c. Spes impij quasi lanugo, &c. Et post addit : Et tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuum viuent. *Iob* 27.d. Ædificauit sicut tinea domum suam : & sicut custos fecit vmbraculum. Ita est de diuitibus : Tinea enim facit domum suam in veste, & excutitur & conculcatur & perit : Sic diuites cùm ædificauerunt palatia, excutiuntur per mortem & cadunt in infernum, vbi conculcantur & pereunt in æternum. Item custos vinearum, vel segetum non habitat in vmbraculo, nisi ad tempus: Sic & ipsi diuites in temporalibus istis non habitant nisi ad momentum. Vnde ibi sequitur, quod addit *Iob* : Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, &c. Secunda causa est, quia ista placent Deo. Vnde sequitur,

a Quia

...um. ...al. † à Domino. ...al. † cupit ...nimus. ...al. † conturbabitur. ...um. ...al. † firmat ... eius. ...al. † Iuuenis. ...al. egens ... ...ane b ...al. † fœnerabitur.

a Quia Dominus amat iudicium, & non *b* derelinquet Sanctos suos: in *c* æternum conseruabuntur. *d* Iniusti punientur: & *e* semen impiorum *f* peribit. *g* Iusti † autem hæreditabunt terram, & *h* inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Os *i* Iusti meditabitur *k* sapientiam: & *l* lingua eius *m* loquetur iudicium. *n* Lex Dei eius in corde ipsius: & non *o* supplantabuntur gressus eius. *p* Considerat peccator Iustum, & quærit † *q* mortificare eum.

Fyn. *al.* † hæreditate possidebunt. *al.* † perdere.

a Quia Dominus] quasi dicat, ideò etiam debes declinare à malo & facere bonum: Quia Dominus amat iudicium discretionis, quo separat homo malum à bono. *Isa.* 61. c. Ego Dominus diligens iudicium. *Ierem.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Hæc autem discretio, siue separatio ita debet fieri, vt eligatur bonum, & reprobetur malum, vt dictum est. Vnde *Psal.* 44. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. *Isa.* 7. c. Butyrum & mel, &c. Non econuerso, sicut faciunt quidam, de quibus. *Ierem.* 4. f. Sapientes sunt, vt faciant mala; bene autem facere nescierunt. De hoc autem iudicio discretionis 1. *Corinth.* 11. g. si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Tertia causa est, quia hac habetur consortium Dei spirituale. Vnde sequitur.

b Et non derelinquet Sanctos suos.] *Isa.* 43. a. Cum transieris per aquas, tecum ero. Aquæ sunt diuitiæ & delitiæ, per quas non solum transeunt mundani, sed submergunt se in illis. Qui enim vult transire per aquam, videt vbi minor est aqua, & ibi intrat; ita faciunt Sancti viri. Et ideò benè dicit hic, Sanctos, id est, sine terra, quia quantum minus possunt, retinent de terra, & de aqua. Sed mundani intrant aquam diuitiarum, & delitiarum, vbi vident eam esse maiorem: & ideò submerguntur cum eis. Ergo qui transeunt, est Dominus cum eis, nec eos derelinquit. Vnde dicitur Deus eorum. *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocat nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem. Hebræus, transiens interpretatur. Solitudo, est Religio. Via trium dierum est triplex votum, quod fit in religione, ad quam vocat Deus Hebræorum; sed homines surdam aurem faciunt ei: sed timere debent, ne Deus derelinquat eos. Quarta causa est, quia non solùm per hæc habent diuinum consortium, sed & præsidium. Vnde addit: *c* In æternum conseruabuntur,] à Domino, qui dicitur custos. *Isa.* 21. c. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Vnde non negauit se esse Samaritanum. *Ioan.* 8. f. quia Samaritanus idem est, quod custos. Qui autem benè vult seruari, Deo committat totam custodiam: quia qui nimis curiosè vult se custodire, Deus dimittit eum sibi, & ita citò perdit seipsum. Vnde *Ioan.* 12. d. Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Et vbi benè custoditur anima, Abigail docuit 1. *Reg.* 25. c. dicens ad Dauid: Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Fasciculus viuentium est congregatio Sanctorum virorum, vbi anima faciliùs custoditur, quia qui ibi est, tot habet oculos & custodes ad se custodiendum, quot fratres sunt in congregatione: quia quòd alter videt reprehensibile in alio, charitatiuè corrigit; & sic custoditur. Vnde dicit *Aug. in regula*: Deus, qui habitat in vobis, etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Et loquitur de modo, quo se inuicem corrigere debent. Et ideò dicit *Eccl.* 4. c. Melius est duos esse simul, quàm vnum. Habent enim emolumentum societatis suæ. Et si duos, ergo multò fortiùs plures. Et hoc in ipso verbo notatur, cùm dicit: conseruabuntur, id est, simul seruabuntur. Religio enim est reseruatorium Domini: vnde tutum est ibi esse. *Psal.* 132. Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Posuit quatuor rationes, quæ alliciunt homines ad bonum faciendum per amorem, & etiam ad malum declinandum per timorem, postea ponit vnam, quæ specialiter moueat ad timorem, per quem propriè declinatur à malo, vnde dicit.

d Iniusti punientur] sicut & boni remunerabuntur. *Matt.* 25. b. Ibunt hi in supplicium æternum. *Eccl.* 7. b. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et posset aliquis dicere: Etsi sint iniusti; tamen aliqua bona fecerunt, per quæ saluabuntur. Non dicit: imo. *e* Et semen impiorum peribit,] id est, opera, si qua seminauerint non afferent fructum. *Osee* 9. d. Radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient. Radix est charitas. Vnde *Gr.* Nihil habet viriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. 1. *Cor.* 13. a. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Vel, Semen impiorum, id est, verbum Dei, si ab ipsis, vel in ipsis seminetur. *f* Peribit] quia non affert fructum boni operis. Et notandum quod semen istud perit propter multas causas, videlicet, propter sui corruptionem, *Sap.* 12. b. Semen enim erat maledictum ab initio. *Osee* 8. b. Ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans non est in eis, germen non faciet farinam. Item propter siccitatem. *Iac.* 5. d. Elias erat homo similis nobis, passibilis: & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum pluuiam dedit, & terra dedit fructum suum. De hoc habetur 3. *Reg.* 18. g. Item propter salsuginem. *Soph.* 2. c. Siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in æternum. Item propter spinas, & petras, & aues, de quibus *Matth.* 13. a. Creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea, scil. semina. Item propter pluuiam superfluam, *Prou.* 28. a. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. Item propter agrum incultum, *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri transiui; & per vineam stulti viri: & ecce totum repleuerant vrticæ. Item quia est via bestiarum, *Isa.* 51. g. Posuisti, vt terram, corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. Econtra dicitur de bonis: Mala bestia non ascendet per eam. Item propter nimium frigus infidelitatis, *Eccl.* 43. c. Gelu quasi salem effundet, & extinguet viride sicut ignem. Dico, quod semen impiorum peribit.

Qualiter verbum Dei pereat. *Zadik.* *Isa.* 35. d.

g Iusti autem hæreditabunt terram?] viuentium. *Eccles.* 44. b. Cum semine eorum permanet bona hæreditas. Nec vt Mammotrephi, aut sub pædagogo positi hæreditabunt eam; sed liberi & Domini & Reges super eam erunt: Vnde addit.

h Et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.] Super notat dominium. *Matth.* 25. b. Supra multa te constituam. Postea ponit triplex meritum omnium horum. Primum est sancta meditatio: Vnde dicitur.

Triplex meritum.

i Os Iusti meditabitur sapientiam.] Et attribuitur ori, quod est cordis, propter consonantiam, sicut dictum est suprà, *ibi*: Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Et in hoc ostenditur, quòd priùs meditari debemus, quàm loqui, *Prouerb.* 18. c. Qui priùs respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. *Eccl.* 5. d. Si est tibi intellectus, responde; sin autem, manus tua sit super os tuum. *k* Sapientiam.] Christum. 1. *Cor.* 1. d. Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Istam sapientiam meditari debemus. Vnde *Cant.* 8. b. Pone me vt signaculum super cor tuum. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris; dedit enim pro te animam suam. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Vel, Sapientiam, id est, sacram Scripturam. *Psal.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. *Prou.* 9. d. Beatus, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Secundum est discreta locutio, vnde sequitur.

Psalm. 34.

l Et lingua eius,] id est, Iusti.

m Loquetur iudicium,] id est, discretionem. *Psalm.* 111. Disponit sermones suos in iudicio. *Eccl.* 21. d. Verba prudentium statera ponderabuntur. Et 28. d. Verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris in lingua. Ibi dicit *interlin.* vt nihil indiscretum loquaris. Tertium meritum est bona voluntas. Vnde dicit.

n Lex Dei eius in corde ipsius.] Lex, scilicet, naturæ, lex Scripturæ, lex gratiæ. *Psalm.* 1. Sed in lege Domini voluntas eius. Ostensis meritis, per quæ viri sancti merentur ea, quæ prædicta sunt, iterum enumerat hic quædam præmia, quæ ex meritis iustorum, sequuntur. Primum est, quod conseruantur, ne cadant in peccatum: Vnde addit.

Præmia quæ sequuntur ex merito Iustorum.

o Et non supplantabuntur gressus eius,] id est, non cadet in foueam peccati. Et quid mirum: Qui enim ambulat in lege Domini, non cespitat: quia vt habetur *Prouerb.* 6. c. Mandatum lucerna est, & lex lux. *Ioan.* 11. b. Qui ambulat in lumine non offendit. Secundum est, quòd eripit eos Dominus ab hominibus malis: Vnde addit.

p Considerat peccator Iustum, &c.] Hoc planum est de Iudæis, & de Christo, quem ipsi obseruabant: & de Iusto quolibet quem considerat peccator, non vt imitetur, sed vt accuset. *Prouerb.* 24. b. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo Iusti. Item considerat, vt malignetur. Vnde addit.

q Et quærit mortificare eum.] Vnde *Sap.* 2. c. Grauis est nobis etiam ad videndum. Et post addunt: Morte turpissima condemnemus eum. Mortificare, corporaliter, vel spiritualiter.

Dominus

Dominus ✱ autē non *b* derelinquet eum in *c* manibus *d* eius: *e* nec damnabit eum, cùm *f* iudicabitur † illi. *g* Expecta Dñm, & *h* cuſtodi † viam eius: & *i* exaltabit te, vt *k* hæreditate † *l* capias terram, cùm *m* perierint peccatores, videbis. Vidi impium † *n* ſuperexaltatum, & *o* eleuatum ſicut *p* cedros Libani. Et *q* tranſiui, & *r* ecce non *ſ* erat; & *t* quæſiui eum, *u* & non eſt inuentus locus eius. *x* Cuſtodi † innocentiam, & vide *y* æquitatē: quoniam ſunt *z* reliquiæ homini pacifico. ✱ Iniuſti autem diſperibunt *b* ſimul: *c* reliquiæ impiorum † *d* interibunt. *e* Salus autem Iuſtorum à Domino; & *f* protector eorum in *g* tempore tri-

al. † non in perſequuntur. al. † ille. al. † vias. al. † poſſideas. al. † ſuperexaltari & eleuari. al. † veritatem. al. † directionem. al. † peribunt.

✱ Dominus autem.] Licet peccator ita quærat mortificare Iuſtum. *b* Non derelinquet eum] ſcil. Iuſtum. *c* In manibus] id eſt, in poteſtate & crudelitate. *d* Eius] peccatoris. *Pſ.34.* Eripiens inopem de manu fortiorum eius. *Act.12.b.* Nunc ſcio verè, quia miſit Dñs Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Licet autē Dñs quandoq; derelinquat corpora Sanctorum in manibus peccatorum (ſecundum quod dicitur *Thren.* 1. e. Dedit me Dñs in manu, de qua non potero ſurgere. Et *Iob* 9. c. Terra data eſt in manus impij) tamen de quolibet eorū verè dici poteſt, quòd Dñs non derelinquit eum in manibus eius, quia non totum derelinquit. Corpus enim eſt pars indignior; anima verò dignior, quam non derelinquit Dñs in manibus eorum. Vnde dicit eis, *Matt.*10.d. Nolite timere eos, qui corpus occidunt; animam autem non poſſunt occidere. *Iob* 2.b. Ecce in manu tua eſt: verumtamen animam illius ſerua. Tertium eſt, quòd immunes erūt à pœna æterna. Vnde addit. *e* Nec, &c.] Dñs, eum. Iuſtum. *Pſal.*111. Ab auditione mala non timebit. Quartum, quia ſaluabuntur. Vnde addit. *f* Cùm, &c.] i. cum ſententia dabitur pro eo. *Matt.*25.c. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Venite, benedicti, &c. *Iob* 36.a. Non ſaluat impios, & iudiciū pauperibus tribuit. Ex quo ergo tot bona ſunt viri iuſti, poſtea hortatur Propheta, vt homo iuſtitiā ſuam tenere non deſerat. Vnde addit. *g* Expecta Dñm] quaſi dicat, non deficias in tribulationibus; ſed patienter expecta Dñm, qui te remunerabit. *Iac.*5. b. Patientes eſtote, fratres, vſque ad aduentum Dñi: Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ſerotinum: patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra: quoniam aduentus Domini appropinquabit. Sed ne in vanum expectes, interim. *h* Cuſtodi viam eius.] Aliter enim Deo venienti non poteris occurrere, niſi viam eius teneas. Quæ duplex eſt, ſcilicet, miſericordia & veritas, *Pſal.*24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, *Pſal.*17. Retribuet mihi Dñs ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia cuſtodiui vias Domini. *i* Et exaltabit te.] Hic replicat pręmia, vt magis alliciat. Et notat duo, gratiam in præſenti, gloriam in futuro: De primo dicit; Et exaltabit te, in augmento virtutum & bonorum operum. De ſecundo dicit. *k* Vt hæreditate] id eſt, iure hæreditario.

l Capias terram] viuentium. Et hæc dictio, vt, notat cauſam: Non enim poteſt illam altam terrā capere, qui priùs non fuerit in virtutibus & bonis operibus exaltatus, ſecundùm quod ſup. dictum eſt: Iuſti autem hæreditabunt terram. Sed quia multi ſunt, qui non volunt expectare hæreditatem iſtam, quia non vident eam in præſenti, ſecundum quod *Pſal.*105. alio dicitur: Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem: Imò ſequitur. *m* Cùm perierint, &c.] Et ſi non videas modò; peccatores autem peribunt in die iudicij, licet modò ſe conſeruent. *Ier.*4. c. In die illa, dicit Dñs, peribunt cor Regis & cor Principum, &c. Videbis, dico, & tua bona, & illorum mala. De primo propriè intelligi poteſt illud *Iſa.*60.a. Tunc videbis, & afflues; & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. De ſecundo *Iſa.*66.g. Egredientur, & videbunt cadauera virorū, qui præuaricati ſunt in me. *n* Vidi, &c.] Supra oſtendit dignitatem Sanctorum æternam eſſe, hic oſtendit dignitatem malorum phantaſticā eſſe & tranſitoriam. Vnde dicit: Vidi impium ſuperexaltatum, i. vltra quam deberet, & ſuper alios exaltatum honoribus. *o* Et, &c.] ſuperbia, non parū: Sed. *p* Sicut, &c.] i. ſicut cedri altiores ſunt alijs arboribus, & præcipuè cedri ex Libano; ita ipſe impius omnibus ſe ſupponit in corde ſuo. Et tales cōpetenter ſignantur per cedros Libani: quia Libanus candidatio interpretatur: & ipſi nitent candore huius ſæculi. Vidi, dico, ſed non admirans eum, ſteti quaſi ad ſpectaculum, ſicut ſtulti huius mundi faciunt. Sed. *q* Et tranſiui] ad contēplandū æterna. *r* Et ecce] quaſi in euidenti & in proximo, vidi, quòd. *ſ* Non erat] id eſt, quòd ſua dignitas nulla erat, & ſuum eſſe etiam non eſſe erat; quia ſocius erat eius, qui non eſt, ſcil. Diaboli. *Greg.* Cùm æterna retributio cogitatur, præſens gloria, quā ſit nulla cognoſcitur. Idem: Contemnuntur tēporalia, cùm conſiderantur æterna. Bonū eſt ergo tranſire, *Luc.*2.c. Tranſeamus vſque Bethleem, &c. *Eccl.*24.c. Trāſite ad me omnes, qui cōcupiſcitis me: & à generationibus meis implemini. Vel ſic, Tranſiui, ſupple, modicum tēporis, ſcil. vſque ad nouiſſima eius. Et ecce nō erat, i. ita parua erat vita eius, quòd nec reputari deberet. *Iac.*4.d. Quæ eſt vita veſtra? Vapor ad modicū parēns, & deinde exterminabitur. *Eccl.*10.b. Omnis potētatus vita breuis. *Iob* 20.a. Gaudium hypocritæ adinſtar puncti. *t* Quæſiui eum] impium, i. ad memoriā reduxi. *u* Et non eſt inuentus locus eius] id eſt, veſtigium aliquod. Vel, Locus eius, id eſt, poſſeſſiones. *Pſ.*108. Eiiciantur de habitationibus ſuis. Vel, Locus, i. delectatio, vel corpus, vel vtilitas, qua vtilis eſt alijs. *x* Cuſtodi innocentiam.] Hic iterum hortatur ad bonū: quia hæc eſt intentio Prophetæ, monere ad bonum, & allicere promiſſione æternorū bonorum, & reuocare à malo per comminationem malorum. Vnde de his interſcalariter hic agit quaſi per totum. Primò de vno, poſteà de alio loquens. Vnde & hic. [Cuſtodi innocentiā] amore æternorum præmiorum. *y* Et vide æquitatem] Dei, qua malos condēnabit, vt ſic fugias mala. Vel ſic, Cuſtodi innocentiam] ad Deum. Et vide æquitatē] ad proximum, vt ſcil. non facias aliis, quod tibi non vis fieri. Et imò [cuſtodi innocentiam, &c.] *z* Quoniam, &c. i. quoniā Deus reliquit eas, ſ. innocentiā & æquitatem, [Homini] quaſi in teſtamēto pacis. Vnde *Eccl.*45.d. Statuit illi teſtamentū pacis. *Ioan.*24.d. Pacem relinquo vobis, pacē meam do vobis. In pace autē concurrunt hæc duo; innocentia, qua nulli noceamus: & æquitas, qua cunctis, vt æquum eſt, ſubueniamus. Vel ſic: Quoniā ſunt reliquiæ homini pacifico] i. ideò ſunt illa prædicta facienda: quoniam Deus reſeruat homini pacifico, qui innocentiam cuſtodit & æquitatē facit. Reſeruat, dico, reliquias Paradiſi, conuiuiū æternum. Vnde *Tob.*13.d. Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſemini meo. Vel ſic, Reliquiæ ſunt conſolationes, quas de conuiuio ſuo cœleſti mittit Dñs quandoque ad corda eorum, qui expectant in porta, videlicet, in tribulationibus per quas oportet intrare in regnum cœlorum. Cuſtodi ergo innocentiā, vt nulli malum inferas. Et vide æquitatē, vt omnibus bona facias, quod eſt eſſe pacificū. Quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico, i. tali dantur. Exemplū de pauperibus qui rixantur & percutiunt ſe cum ſcutellis ſuis, quādo venit eleemoſynarius nihil dat eis; ſed eis, qui ſedent ad portā, & expectant in pace, dat reliquias, i. conſolationes, quibus guſtatis multū accenduntur, & deſiderant, vt poſſint intrare ad mēſam, vnde venerunt illæ reliquiæ. Propter hoc dicitur alibi in *Pſ.*20. In reliquiis tuis præparabis vultum eorū, i. voluntatē & deſideriū. Ita eſt de bonis. Mali autē non habebunt partē in reliquiis illis. Vnde ſequitur. ✱ Iniuſti, &c.] i. diuerſis pœnis peribunt. De quarū diuerſitate *Eccl.*39. d. Ignis, grando, fames & mors: omnia hæc ad vindictā creata ſunt, beſtiarū dentes & ſcorpij & ſerpentes & rhomphæa vindicās in exterminium impiorū. Hic poſſunt multa genera pœnarū intelligi. Et licet diuerſitas ſit in pœnis, tamen peribūt *b* Simul. Vnde *Iſa.*24.d. Congregabuntur in cōgregatione vnius faſcis in lacū, & claudētur ibi in carcere. *c* Reliquiæ, &c.] i. bona tēporalia, quæ reliquerūt. *d* Interibunt] quia, *Non habet euentus ſordida præda bonos.* Dicuntur autem temporalia reliquiæ impiorū, quia velint, nolint relinquēt. Vnde *Iob* 27.d. Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet. *Pſ.*48. Et relinquent alienis diuitias ſuas. Vel, Reliquiæ impiorum, ſunt filij eorum, qui interibunt, quia plerunq; cōtingit, quod tales prauū exitū habent. Vnde *Sap.*4. a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Vel ſic punctari cōgruè poteſt: [Iniuſti diſperibunt] vt expoſitū eſt, & cū eis, ſimul reliquię impiorū interibunt. *e* Salus, &c.] Iam multoties dixit de bonis, quæ habent boni hic iterū dicit de eiſdem poſt pœnas malorū aſſignatas. Et ne aliquis ſibi bona illa aſcribat, oſtendit ea eſſe a Dño, & enumerat ea. Primū eſt gratiæ infuſio, de quo dicit: Salus autē Iuſtorum eſt à Dño. Salus dicitur infuſio gratiæ, quia morbum peccati expellit. Vnde dicit Apoſt. 1. *Cor.*15. b. Gratia Dei ſum id, quod ſum, q. d. gratia Dei reduxit me ad vitam. Et hæc [ſalus Iuſtorum] eſt à Dño. *Act.*4.b. Non eſt in aliquo alio ſalus. *Hebr.*5.c. Factus eſt omnibus obtēperātibus ſibi cauſa ſalutis. In cuius rei figuram dixerunt ad Ioſeph *Gen.*47. f. Salus noſtra in manu tua eſt. Secūdū eſt protectio in tribulatione. Vnde addit. *f* Et protector, &c.] ſupple, eſt Dñs. *g* In tempore, &c.] interioris, ſcilicet, tentationis. *Eccl.*2.a.

Iob 18. *b.* *Tob.* 4. *c.* *Act.* 14. *d.*

Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & præpara animam tuam ad tentationem, 1. *Cor.* 10. c. Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis; ſed faciet cum tentatione etiam prouentum. Tertium eſt auxilium Domni in bene operando. Vnde dicit. *a* Et adiuuabit eos Dñs] id eſt, Iuſtos ad bene operandum. Quartum eſt libertatis donatio à ſeruitute prauæ conſuetudinis. Vnde dicit. *b* Et liberabit eos] à praua cõſuetudine. *Io.*8. d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quintum eſt liberatio a perſecutoribus. Vnde ſequitur. *c* Et eruet eos à peccatoribus.] *Pſal.*143. Erue me de manu filiorum alienorum, ſ. peccatorum, qui ſunt filij non Dei, ſed Diaboli. Sextum eſt vitæ æternæ adeptio. Vnde ſequitur. *d* Et ſaluabit eos. *Phil.*3.d. Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. In fine ſubiungit meritum Iuſtorum dicens. *e* Quia ſperauerunt in eo.] Vnde ſupra in hoc pſalmo dixit: Spera in eo, & ipſe faciet. *Rom.*5.a. Spes non confundit. Et *Pſal.*16. Mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te.

al. † eruet.

al. † eximet.

bulationis: Et *a* adiuuabit eos Dñs, & † *b* liberabit eos, & *c* † eruet eos à peccatoribus, & † *d* ſaluabit eos: *e* quia ſperauerunt in eo.

Pſalmus Dauid in rememoratione. XXXVII.

f Domine, *g* ne in † furore tuo arguas me: *h* neque in ira tua † corripias me. *i* Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt *k* mihi: & *l* confirmaſti ſuper me manum tuam. *m* Non eſt ſanitas in carne mea *n* à facie iræ *o* tuæ:

al. † indignatione tua.

al. † vultu.

EXPOSITIO PSALM. XXXVII.

Domine, ne in furore, &c. Titulus. *Pſ. Dauid in rememoratione.*] Superiùs commendauit Propheta multipliciter ſtatum bonorũ, & reprobauit ſtatum malorum. Hic autem agit de pœnitentia, per quam acquiritur ſtatus bonorum, & ſtatus malorum vitatur. Ibi cauere docuit, ne peccemus, cùm dixit: Noli æmulari, &c. Hic docet nos pœnitere, ſi peccauerimus. *Eccl.*21. a. Fili, peccaſti? non adiicias iterum: Ecce primum. Sed de priſtinis deprecare Deum: Ecce ſecundum. Et eſt iſte pſalmus tertius eorum, qui pœnitentiales dicuntur. Sed quia pœnitentia debet fieri in dolore, in timore, in amore: Ideò bene intitulatur pſalmus iſte *de rememoratione*. Vnde is eſt ſenſus: Pſalmus iſte attribuitur Dauid; id eſt, pœnitenti, qui pſalmus habitus eſt in rememoratione, quia pœnitentia de qua hic agitur, fit in rememoratione peccatorum, quæ generat in corde dolorem. Item in rememoratione ſuppliciorũ, quæ generat timorem. Item in rememoratione præmiorum, quæ accendit amorem. Intentio eſt monere ad pœnitentiam. Modus. Quatuor ſunt partes. Primò captat miſericordiam, pœnas, quas patitur, ſummatim perſtringens. Secundò ponit narrationem, in qua enumerat miſerias, *ib.*, Putruerunt. Tertiò, quia inter tot mala ſperauit in Domino, affirmat ſe audiendum à Domino cum commemoratione emendationis, *ibi.* Quoniam in te, Domine, ſperaui. Quartò ponit lætam concluſionem de ſalute, vt certa ſit ſpes imitantibus, ſicut eſt in omnibus pſalmis pœnitentibus, *ibi*: Ne derelinquas me. Pœnitens ergo primò petit à ſe remoueri, quod maxime timet, ſcilicet damnationem æternam, dicens. *f* Domine] Deus, cui ſeruire volo. *g* Ne in furore tuo arguas me] i. in æterna damnatione, qua condemnans impios furioſus apparebis. *Iſa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. Secundò petit à ſe remoueri pœnam purgatorij, dicens *h* Neque in ira tua corripias me.] Sicut enim licet argui in furore & corripi in ira grauia ſint; tamen primum grauius eſt, quam ſecundum: Sic licet æterna damnatio & purgatorij purgatio vtrumque graue ſit; tamen damnatio æterna in infinitum grauior eſt. Vnde dicit *B. Aug. A.* Ille ignis ſic ſe habet ad noſtrum ignem, ſicut ſe habet veritas ad picturam: Et loquitur de igne purgatorij, ſed ſicut ſe habet ignis purgatorij ad noſtrum, ſic ſe habet ignis gehennæ ad ignem purgatorij. Ideò ergo timet non ſolùm primum, ſed & ſecundum. Vnde dicit: Neque in ira tua corripias me. *Hebr.* 10. f. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Notandum eſt autem, quòd cum petit ſe non corripi in ira, & non argui in furore, non recuſat corripi in miſericordia, & argui in manſuetudine, hoc eſt, in præſenti flagellari. *Ier.* 10. d. Corripe me, Domine, veruntamen in iudicio & non in furore. In iudicio, ſ. præſentis afflictionis, quæ eſt miſericordia. Vnde *Aug.* Magna miſericordia eſt, miſericordiam in præſenti non conſequi. 2. *Mach.* 6. c. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere; ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij indicium eſt. Hoc etiam petit *Pſalm.*140. alibi: Corripiet me Iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Huic petitioni reſpondet Dominus, *Iſa.*48. b. Longè faciam à te furorem meum. Poſt oſtendit ſe non debere argui in furore, quia iam arguitur in miſericordia. Vnde dicit. *i* Quoniam ſagittæ, &c.] Et hic captat beneuolentiam. Secundò à propria miſeria, quam primò captauit in perſona Iudicis, *ibi*, [Domine.] Oſtendit autem miſeriam ſuam eſſe multiplicem. Prima eſt à peccato primi hominis. Vnde dicit [Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi] i. pœnalitates, ſ. eſuries, ſitis, frigus, calor, laſſitudo, ægritudo: quæ ſicut ſagittæ in arcu intenduntur, & poſtea in obiectum corpus infiguntur; ſic iſtas pœnalitates intendit Dominus in arcu comminationis, dicens Adæ, *Gen.* 2. c. Quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et cùm comedit Adam, infixæ ſunt ei iſtæ ſagittæ, & nobis in eo. Vnde bene dicit, non tantùm fixæ, ſed infixæ. Multum enim intimè fixæ fuerunt, quæ nos in ipſo vulnerauerunt. De arcu iſto & ſagittis dicitur *in Pſ.*7. Arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit. Arcus eſt comminatio, ſiue iuſtitia Dei, & vaſa mortis ſunt prædictæ ſex miſeriæ, quæ mortem hominis inferunt. Sicut ſignificatum fuit *Ezech.*9. a. vbi dicitur, quòd ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem, & vniuſcuiuſque vas interitus in manus eius. Eadem vaſa ſagittæ ſunt quas Dominus ardentibus effecit, i. igne peccati originalis & fomitis ſuccenſis. De his ſagittis *Iob* 5. c. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima, i. in morte non tanget te malum. Et hoc allegat hic, ſ. vt per iſtas ſex tribulationes liberetur, ne in morte tangatur à malo pœnæ gehennalis, vel purgatorij. Vel [Sagittæ] poſſunt vocari motus carnis, quæ ſagittæ Domini eſſe dicuntur, quia eas permittit infigi homini, vt humilietur. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, i. ſpirituoſitatem & ſuperbiam meam, 4. *Reg.* 13. c. Sagitta ſalutis, Domini, ſagitta ſalutis contra Syriam, i. contra ſuperbiam. Syria enim ſublimis interpretatur. Sed ne quis diceret, quòd parum infixæ ſunt, addit. *l* Et confirmaſti ſuper me manum tuam] i. firmiter & fortiter me percuſſiſti manu vindicante. *Thren.* 3. a. Tantùm in me vertit & conuertit manum ſuam. Poſt oſtendit has ſagittas vniuerſaliter eſſe infixas. Vnde dicit. *m* Non eſt ſanitas in carne mea] quia totus homo corruptus eſt. Vnde *Iſa.* 1. b. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas, i. in homine. Item ibidem. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? *Rom.*7. c. Scio, quòd non habitat in me bonum, hoc eſt, in carne mea. *n* A facie iræ tuæ] i. ab inſtantia vindictæ in Adam, & in me exercitæ. Ab hac facie.

Sex miſeriæ humanitatis.

Partitio Pſalmi.

De pœnitẽte.

⊕ voluit ſe

f Domine, ne, &c.] Poſſunt autem hæc exponi in perſona pœnitentis, non inflictam miſeriam deplorantis, vt ſupra habitum eſt, ſed aſſumptam pœnitentiam coram Domino memorantis & dicentis, Domine, ne in furore tuo arguas me, i. ne punias in inferno. *h* Neque, &c. neque punias me in purgatorio, aut in illo igne maximè, qui præcedet faciem Chriſti ad iudicium venientis, quo mundi facies comburetur. De quo 2. *Petr. vlt.* c. Expectate & properate in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. *i* Quoniam, &c.] i. auctoritates Sacræ Scripturæ. *k* Infixæ, &c.] De quibus *inf. Pſal.* 113. Sagittæ potentis acutæ. Hæ debent infigi cordi noſtro, non ſemper portari in pharetra. *l* Et confirmaſti, &c.] q. d. ego ſagittis prædictis vulneratus me ſuppoſui manui tuæ, eligens te in Dominum, ſecundum quod dicitur, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Tu verò miſericors non me repuliſti; ſed electionem meam confirmaſti. Hoc eſt [Confirmaſti manum, &c.] Per hoc, quod dicit, Confirmaſti, duo notantur. Per firmaſti notatur firma conſtantia. Per [confirmaſti] vera continuatio. Per [ſuper] humilitas pœnitentis. Oſtendit autem magnitudinem pœnitentiæ ſuæ, cùm ſubditur. *m* Non, &c.] i. in corpore meo, non eſt membrum, quod pœnitentia non caſtiget: ita vt caro infirmetur, vt ſpiritus conualeſcat. 2. *Cor.*12. d. Cùm infirmor, ſ. carne, tunc potens ſum, videlicet ſpiritu. *Rom.*9. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iuſtitiæ ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Et hoc. *n* A facie] i. à reſpectu & memoria. *o* Iræ, &c.] q. d. quia præuidi illam futuram iram. Ideò hic ago pœnitentiam.

Aliter de pœnitente.

* De qua ira

voluit se abscondere Adam, quando dixit Dominus: Adam, vbi es. Et respondit. Audiui vocem tuam in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Nec solùm in corpore, sed & in anima ostendit se puniri, scilicet, per corruptionem peccati originalis. Vnde addit. *De pœnitēte.* *Gen. 3. b.*

a Non est pax ossibus meis, à b facie c peccatorum d meorum. Quoniam e iniquitates meæ † supergressæ sunt caput meum: & f sicut † onus graue grauatæ g sunt super me. † h Putruerunt & i corruptæ sunt cicatrices meæ, k à facie insipientiæ l meæ. † m Miser factus sum

d. † sustinuerunt. d. † fascis grauis. d. † computruerunt: putruerunt liuores mei. De pœn. di. 3. c. totam. & d. s. 4. §. fi. n. † Miseriis afflictus.

a Non est pax ossibus meis] i. interioribus viribus animæ. b A facie] i. ab instantia. c Peccatorum] i. proximorum motuum. d Meórum] quia à fomite, qui in me est, surgunt. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vel de peccatis actualibus potest hoc legi, [A facie peccatorum] id est, à praua consuetudine, quæ facies dicitur, qua sæpius videntur, & cognoscuntur per experientiam peccata. Nec solùm pacem meam turbant, sed etiam præualent. Vnde sequitur.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum] id est, superauerunt rationem tripliciter, videlicet, quantum ad numerum, quia multæ, & quantum ad locum: quia vsque in cœlum ascenderunt; & quantum ad dominium; quia me in seruitutem redegerunt. De duobus primis dicitur 1. *Esd.* 9. d. Quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque in cœlum. De tertio *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Psalm.* 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. Et quia iugum Diaboli, vel peccati non est suaue, nec onus leue, adiungit.

f Et sicut onus graue grauatæ] id est, grauiter impressæ & grauantes, & grauiter deprimentes & manentes.

g Sunt super me] scilicet, iniquitates. Vnde *Iob* 7. d. Quare posuisti me contrarium tibi, scilicet, per peccatum, & factus sum mihimetipsi grauis? Et vt ostendat, quod est pondus aggrauans, subdit: Cur non tollis peccatum meum, &c. *Isa.* 58. b. Solue fasciculos deprimentes. Sed quid est, quòd homo portat tantum onus, & tamen non sentit? Solutio. Quia mortuus est, vel ebrius, vel furiosus. Item nota, quòd in his versibus annumerat mala sua per binarium. Et hoc est, quia natura peccati procedit per diuisionem, & vbicunque est peccatum, ibi est separatio & diuisio. Vnde *Sap.* 1. a. Peruersæ cogitationes separant a Deo. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

Aug. de pœnitent. De qua ira. *Apoc.* 6. d. Dicent montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Non est ergo mirum, si hic operit se cilicio & pœnitentia, qui cogitat de illa ira, in qua volent operiri montibus, & non poterunt. Vnde dicit *Iere.* 31. d. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum: confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, id est, postquam conuertisti me ad videndum faciem tuam iratam, & postquam ostendisti mihi eam, percussi corpus meum exteriori afflictione, pœnitentiæ, & cor meum confusione & contritione. Et hæc duo etiam dicuntur hic, scilicet pœnitentia in maceratione carnis, cùm dicit, [Non est sanitas in carne mea.] Et contritio, siue dolor cordis, cùm subiungit.

a Non est pax ossibus meis] id est, ulterioribus meis.

b A facie peccatorum meorum] quasi dicat, cùm respicio peccata, quæ feci, non habeo pacem cordis; sed dolorem & confusionem. Et hoc præcipuè, quia multa sunt. Vnde sequitur.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, &c.] sicut primò expositum est.

De pœnitēte. h Putruerunt.] Secunda pars, in qua expressiùs enumerat miserias, quas sustinet; quas tamen in prima parte enumerare incipit, sed magis in summa. Supra enim dixit de miseria corporis, *ibi.*] Quoniam sagittæ.] Et de miseria spiritus, *ibi.* [Non est pax ossibus meis, &c.] Et ibi primò conqueritur de inquietudine mentis, quam faciunt primi motus, vt ibi expositum est. Secundò conqueritur de dominio peccati, *ibi.* [Quoniam iniquitates.] Tertio conqueritur de onere peccati, *ibi,* [Sicut onus, &c.] Hic autem quartò conqueritur de diuturnitate peccati, dicens, [Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, peccata, quæ cicatrices vocat, quia sicut ex vulnere remanet cicatrix; sic ex peccato macula, nisi deleatur per pœnitentiam. *Luc.* 10. e. Plagis impositis, id est, peccatis, abierunt. Istæ ergo plagæ, siue cicatrices, non tantum impositæ sunt, sed & præ diuturnitate putruerunt & corruptæ sunt, & ideò fœtent. Vnde *Ier.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Aliquando etiam obducuntur cicatrices exteriùs, & non sanantur vulnera interiùs: & tunc putrescunt, & corrumpuntur. Sic est de peccato, quando factum exteriùs intermittitur, & tamen voluntas interiùs recluditur, non sanatur vulnus, sed putrefit. Propter hoc docet *Isa.* 1. c. sanare vulnera, dicens, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè. A corde enim incipienda est curatio, alioqui non sanatur vulnus, licet cicatrix obducatur. [Putruerunt,] Hoc respicit peccata carnalia. Vnde *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vbi dicit *Greg.* Iumenta in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. *Ier.* 13. a. Abij ad Euphratem, & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Euphrates interpretatur vbertas, & significat diuitias; lumbare significat continentiam. Sed in vbertibus diuitiis computrescit & perit castitas. *Ierem.* 5. b. Saturaui eos, & mœchati sunt. *Ierem.* 32. d. Possederunt, & non obedierunt voci tuæ Domine. Ibi dicit *Glos.* quod nihil est medium inter possessionem & inobedientiam.

i Corruptæ sunt.] Hoc respicit peccata spiritualia. Vnde *Naum* 2. a. Reddet Dominus superbiam Israel, quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. [Putruerunt] dico [& corruptæ sunt à facie insipientiæ meæ] id est, propter insipientiam meam, scilicet, quia non sentiebam amaritudinem peccati, & dolorem vulnerum meorum, quia si sapiens fuissem, & saporassem amaritudinem peccatorum, non ita dimisissem vulnera putrefieri, sed Medico ostendissem, & medicinam recepissem. *Ambrosius.* Periculosissimè ægrotat, qui se ægrotare ignorat. *Isa.* 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam, *Baruch.* 3. c. Quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. *In cantico Deuteron.* Gens absque consilio, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Saperent amaritudinem præteritorum peccatorum. Intelligerent vanitatem præsentium rerum. Nouissima prouiderent, quantum ad necessitatem futurorum, scilicet, quomodo responderent in iudicio, & accipient pro meritis siue bonum, siue malum. Quintò conqueritur de damno, quod facit peccatum, dicens. *Deut. 32. d.*

m Miser factus sum.] Miseria & beatitudo contraria sunt. Beatus autem dicitur, cui omnia optata succedunt. Vnde miser est, qui frustratur desideriis suis. Miser ergo fit homo per peccatum: quia illi pœnæ obligatus est, in qua omne desiderium frustrabitur: Vel quia postquam homo computruit in peccato, Diabolus iam non ministrat ei facultatem peccandi, licet peccare desideret. Vnde *Osea* 2. b. Sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et quod sic faciat miserum peccatum, dicitur *Prou.* 14. d. Miseros facit populos peccatum. Miserum ergo facit peccatum, quia æternæ miseriæ obligat peccatorem. Sed pauci reputant, vel attendunt hanc miseriam. *Apoc.* 3. d. Dicis, quia diues sum, & nullius indigeo: & nescis, quia miser es, & miserabilis, &c. Sextum, de quo conqueritur, est incuruatio suæ mentis ad terrena. Vnde dicit.

o Et curuatus

Potest autem totum exponi in bonum, vt sic dicatur ab illo loco.

Aliter de pœnitente. h Putruerunt, &c.] Vt dicat pœnitens,] Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, putredinem, & corruptionem earum sensi, id est, peccatorum. Vnde quædam litera meliùs habet: Computruerunt, & deteriorauerunt, &c. *Ioel.* 2. e. Ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius: quia superbè egit. *Amos* 4. c. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, id est, putredinem peccatorum, per quæ quasi castra Deum impugnabaris. Et hoc.

k A facie] id est, à cognitione. l Insipientiæ meæ. Vnde *Naum* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Et hoc sequitur.

m Miser factus sum] id est, pœnitens, secundum quod dicit *Iac.* 4. c. Miseri estote, & lugete, & plorate, quasi dicat, miseros vos cognoscite, & sic lugete. Qui enim non sentit se esse miserum, non petit misericordiam.

De pœnitēt. ⊕ *a* Et curuatus sum] ad terrena. *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. De his duobus, *infr. in Psal.* 68. Obscurentur oculi eorum, ne videant: (hic potest notari miseria, quia nihil tantùm appetitur in terra quantùm visus) & dorsum eorum semper incurua, id est, rationem. Et hoc non

& *a* curuatus sum vsque in *b* finem: *c* tota die contristatus † *d* ingrediebar. *e* Quoniam † lumbi mei impleti sunt illusionibus: & *f* non est sanitas in carne mea. † *g* Afflictus sum & *h* humiliatus sum † nimis; *i* rugiebam à *k* gemitu cordis mei. † *l* Domine, ante te omne desiderium meum: & *m* gemitus meus à te non est abscōditus.

49. dist. c. 1. ver. gibbosus. non parum temporis. Sed. *b* Vsque in finem vitæ meæ. Et verè vsque in finem: Quoniam. *c* Tota die contristatus ingrediebar] viam, quæ tendit ad mortem, i. vellem, nollem, quotidie appropinquabam morti. *Iob* 7. b. Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur: & consumpti sunt absque vlla spe. *Psal.* 120. Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum. Et hoc est septimum malum, quod facit peccatum: quia etiam abbreuiat vitam peccatoris, secundum quod dicitur *in Psalm.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Octauum est illusio: Vnde dicit.

al. † ambulabam.
al. † anima mea completa est.
al. † Incuruatus.
al. † vsquequaque.
al. † non habet Domine.

Delectationes carnis dicuntur illusiones. *e* Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] id est, delectationibus carnalibus: Quæ non vocandæ sunt delectationes; sed potiùs illusiones, propter duas causas. Primò, quia statim pòst, vellet homo non peccasse. Vnde dixit Philosophus: Non emo tanti pœnitere. Hoc dixit, quia quædam mulier magnum pretium petebat ab eo, vt consentiret ei. Secundò, quia per momentaneam delectationem æterno incendio obligatur peccator. Talis non potest pœnis illudi. Vnde *Gregor.* Momentaneum est, quod delectat; æternum est, quod cruciat. Et idem *reg.* Quid insanius, quàm pro momentanea delectatione æternis se mancipare suppliciis? Et intelligitur hoc tam de lumbis mentis, quàm de lumbis carnis, *Luc.* 12. e. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Ibi require. Nonum est, quia corpus debilitatur per peccatum. Vnde dicit.

f Et non est sanitas in carne mea] 1. *Cor.* 6. d. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. *Prou.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, scilicet, Diabolo, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena: & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem, & corpus tuum. Vel, [Non est sanitas in carne mea] quia ex seipsa infirmitatem habet. *Matth.* 26. d. Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Decimum est, quia homo laborem multum sustinet in peccato. Vnde dicit.

g Afflictus sum] scilicet, labore, *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Vndecimum, quia viles fiunt homines per peccatum: Vnde addit.

h Et humiliatus sum nimis] quia factus sum seruus peccati & Diaboli. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas! Duodecimum est, quia homo non satiatur peccato: Vnde addit.

1. Petr. 5. c. *i* Rugiebam [id est, peccare quærebam, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sed hoc non fictè faciebam exteriùs: Sed.

k A gemitu cordis mei] quasi rugitus exterior procedebat à desiderio & dolore interiori. *Matth.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Sed hoc, Domine, non poteram abscondere à te, cui omnia nuda sunt & aperta. *Hebr. 4. d.* Et hoc est, quod sequitur.

l Domine, ante te omne desiderium meum] id est, tibi manifestum est, & patens. *m* Et gemitus meus à te non est absconditus,] sed apertus, *Psalm.* 7. Scrutans corda & renes Deus. Tertiumdecimum malum, quod facit peccatum, est, quod aufert pacem cordis. Vnde sequitur, quod dicit.

⊕ Cor meum

Aliter de pœnitente. * *a* Et curuatus sum] id est, satisfactioni me subdidi. *Mich.* 6. b. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso. Et non ad horam, sed.

b Vsque in finem] id est, perseueranter. *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quomodo possit homo perseuerare, subiungit.

c Tota die contristatus] de peccatis tristitia, quæ secundum Deum est: quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur, vt dicitur 2. *Cor.* 7. c. *d* Ingrediebar] pœnitentiam, id est, ingredientem me reputabam, & incipientem, non perfectum, sicut dicitur *infr. Psalm.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Et *Eccl.* 18. a. Cùm consummauerit homo, tunc incipiet. Qui enim incipit, sollicitus est magis, & timet, ne fortè non possit perficere; & ideò ardentiùs agit. Et hoc satis innuitur 2. *Cor.* 7. c. vbi post illa verba, quæ prædicta sunt, adiungitur: Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari quantam in nobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Et verè incipientem & imperfectum me possum, & debeo reputare.

e Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] scilicet motibus carnis ad me humiliandum, sicut in Paulo, 2. *Cor.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet.

f Et non est sanitas in carne mea] immò languor, concupiscentia, fomes, lex carnis, de qua *Rom.* 7. d. Ego ipse mente seruio legi Dei; carne autem legi peccati. *De pœnit. di. 1. c. in actione.*

g Afflictus sum corpore. 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.

h Et humiliatus sum nimis] in corde. Hoc necesse est post prædictam abstinentiam, ne de ea superbiat. Vnde *suprà.* Humiliabam in ieiunio animam meam. *Psalm.* 34.

i Rugiebam in confessione.

k A gemitu cordis mei] à contritione, à qua cùm exit confessio, non sicut narratio, vel fabula profertur; sed sicut rugitus. Vnde *Iob* 3. d. Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. Et sic notantur hic illa tria, quæ sunt in pœnitentia, scilicet, confessio & satisfactio, cùm dicitur [Rugiebam.] Contritio, cùm dicitur [A gemitu cordis mei.] Quod autem dicitur [humiliatus sum] vnicuique debet adiungi: quia quodlibet debet fieri in humilitate. Et etiam notandum, quod dicit [Nimis] Humiliatur enim satis quis, cùm subdit se maiori: humiliat se valde, qui se subdit pari: sed ille subdit se nimis, qui se subdit inferiori. *Tres gradus humiliatis.* De prima humiliatione, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. De secunda *Eccl.* 7. b. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. De tertia, *hic*, & *Phil.* 2. a. Semetipsum exinaniuit. Et pòst. Humiliauit semetipsum formam serui accipiens. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ & transgressionis, &c. Et posset aliquis dicere, quare ita gemis & rugis? Et reddit causam, scilicet, quia Deo placet. Vnde sequitur. *l* Domine, ante te omne desiderium meum] i. tibi placet. Sicut *Matt.* 11. d. Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. *m* Et gemitus meus à te non est absconditus] quia vsque ad te penetrat, & tibi acceptus est. *Psalm.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.

* Cor meum

Allegoricè de Christo. *g* Afflictus sum, &c.] Posset autem exponi de Christo totum à principio, quia quædam conueniunt ei in persona membrorum; quædam autem in persona sua. Sed ab illo loco [Afflictus sum, &c. magis propriè in persona Christi exponitur, vt dicat Christus [Afflictus sum] in Passione multiplici afflictione, scilicet sputis, alapis, opprobriis, Crucis afflictione, spinarum coronatione, vestis illusione, aceti potatione, pedum & manuum fossione, & huiusmodi, quæ pro nobis sustinuit patienter: & nos miseri pro eo non volumus sustinere. *Thren.* 1. d. Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. *Isa.* 53. b. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

h Et humiliatus sum nimis] quasi dicat, excessi in humilitate, *Luc.* 9. d. Moyses & Elias visi erant in Maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ, & transgressionis, &c.

i Rugiebam à gemitu, &c.] id est, fortiter, & terribiliter quantum ad malos, clamabam, dicens: In manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. f. Clamans voce magna Iesus ait. In manus tuas, &c. Et *Matt.* 27. f. Clamauit Iesus voce magna: Eli, Eli, &c. Et pòst, Iesus autem iterum exclamans voce magna emisit spiritum. *Isa.* 21. c. Clamauit, vt leo, super speculam Domini: ego sum stans iugiter per diem, &c. Item clamauit in oratione, *Hebr.* 5. b. Clamore valido & lachrymis preces offerens. Et bene dicit [Rugiebam] quia ipse est leo de Tribu Iuda, *Apoc.* 5. b. Sed non in vanum clamaui, quia exauditus sum. Vnde addit. *l* Domine, ante te omne desiderium meum, &c.] Sicut suprà expositum est de pœnitente. *Hebraeor.* 5. b.

A Cum clamore

⊖ a Cor meum conturbatum est in me.] Et bene dicit *De pœnitẽte.* [In me] quia quandoque boni viri conturbantur in exterioribus; sed quando in se reuertuntur, pacificantur. Sed mali etiam in seipsis conturbantur. Vnde *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Et non est pax impiis, dicit Dominus. Quartum decimum est, quia debilem, & impotentem reddit hominem. Vnde addit.

a Cor meum conturbatum est; † b dereliquit me virtus mea: c & lumen oculorum meorum: † d & ipsum non e est mecum. Amici mei, f & g proximi mei h aduersum me appropinquauerunt, & i steterunt. Et † k qui iuxta me erant, l de longè steterunt: & vim m faciebant

al. † & deseruit me fortitudo. *al. non habet.* *al. † & ipsa.* *al. † proximi mei a.*

b Dereliquit me virtus mea] quæ consistit in bonis gratuitis, & naturalibus. Sed per peccatum spoliatur homo gratuitis, & vulneratur in naturalibus, sicut dicitur *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto. *Thren.* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Quintum decimum est, quia excæcat mentem hominis. Vnde sequitur.

c Et lumen oculorum meorum] supple, reliquit me.

d Et ipsum] lumen.

e Non est mecum] Lumen oculorum, Christus est, qui est lumen de lumine, *Ioan.* 1. a. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et hoc lumen relinquit hominem propter peccatum eiusdem hominis; vnde homo cæcus fit, *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem: vel sic potest construi, vt in hac clausula, non nisi vnum: vel si duo sunt, alterum superfluat, vt dicatur [& ipsum] id est, verum [lumen oculorum meorum non est mecum.] Et non mutatur sensus. Et sic habemus in hoc versu, quòd peccatum aufert homini velle bonum, posse bonum, & nosse bonum. Velle bonum, cùm dicit: Cor meum conturbatum est: quia sicut dicitur. *Sap.* 17. c. Semper præsumit sæua, perturbata conscientia: Posse bonum, cùm dicit [Dereliquit me virtus mea,] Nosse bonum, cùm dicit; [Et lumen oculorum meorum.] Item hunc versum sic exponit *B. Bern.* [Cor meum conturbatum est] & inde dolor. [Dereliquit me virtus mea] & inde pauor. [Et lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum] & inde error. Et addit. O quàm malam trinitatem. Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cùm error a ratione, dolor à voluntate, pauor à memoria recesserit, & successerit mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primum faciet Deus veritas. Secundum Deus charitas. Tertium Deus potestas. Quid simile experiuntur filij huius sæculi in carnis illecebris, in mundi spectaculis, in Sathanæ pompis?

Aliter de pœnitente. * a Cor meum, &c.] Hic ponit tria quæ sunt in pœnitente, contra tria, quæ sunt in peccatore. In peccatore enim est delectatio in corde, fortitudo mala in opere, præsumptio nequam in defensione. Quæ tria tanguntur *Isa.* 5. e. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, scilicet, delectando in peccato, & bonum abiiciendo. Ecce primum. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ecce secundum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Ecce tertium. Contra primum dicit hic.

a Cor meum conturbatum est, id est, omninò turbatum in me, non in Deo, in quo pax habetur. *Ioan.* 16. g. Vt in me pacem habeatis. *Psal.* 41. Ad meipsum anima mea conturbata est. *Greg.* Iustum est, vt in se semper mœrores inueniat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quærebat. Contra secundum dicit.

b Dereliquit me virtus mea.] Bene dicit, [mea.] qua fortis erat ad malum, sicut asinus in parte posteriori. Et assumet me virtus diuina, vt sim fortis ad bonum, & turbatus de peccatis. Nam talem turbatum non derelinquit virtus Altissimi. Vnde Mariæ, quæ interpretatur amarum mare, & significat pœnitentiam, dicit Angelus, *Luc.* 1. d. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideò notabiliter dicitur *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Non dicit amittent, nec sument; sed mutabunt, in quo vno verbo notatur, quòd deponent malam, & sument bonam. Contra tertium dicit.

c Et lumen oculorum meorum, &c.] quod, scilicet, me sapientem ostendebat in oculis meis, & ita defendebam peccatum. Vnde dicit Dñs *Ioan.* 9. g. Si cæci essetis, peccatum non haberetis; nunc autem, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet. Hæc tria inueniuntur in conuersione Pauli: Ibi enim dicitur, quòd tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? *Act.* 9. a. In quo notatur conturbatio cordis, quia tremebat, & stupebat. Item ibi dicitur: Cadens in terram audiuit vocem, &c. In quo notatur id, quod hic dicitur: [Dereliquit me virtus mea.] Vnde cantatur de ipso: Prostratus sæuissimus persecutor; sed erectus est fidelissimus Prædicator: Ecce mutatio fortitudinis. Item ibi dicitur: Apertisque oculis, nihil videbat: Hoc est, quod hic dicitur: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

f Amici mei.] Suprà habitum est, quid patitur peccator in seipso à peccatis suis: & secundum aliam expositionem, quomodo pœnitentiam suam implet. Hic autem ostendit pœnitens, quæ, & quot patitur in sua pœnitentia a proximis. Primum est, amicorum impugnatio. Vnde dicit: [Amici mei] ficti. g Et proximi mei] cognatione, vel cohabitatione.

h Aduersum me appropinquauerunt] cùm me viderunt pœnitentiam assumere, volentes me retrahere. Vnde *Eccl.* 6. a. Est amicus secundum tempus suum; & non permanebit in tempore tribulationis: Isti enim sunt amici hominis, quandiu sæculariter vult viuere, & pascere, & potare eos: Sed quando tribulatur spiritus eius, & mouetur ad pœnitentiam, non permanent. Et propter hoc bene sequitur ibi: Ab inimicis tuis separare, id est, à Dæmonibus, quibus es iunctus per peccatum, sed separare ab eis per pœnitentiam: Et non solum hoc, sed & ab amicis tuis attende, ne, scilicet, impediant pœnitentiam tuam. Secundum, est impugnationis continuatio. Vnde addit. i Et steterunt] quasi dicat, non recesserunt. Tertium, est amicorum destitutio, quod plus est, quàm impugnatio. Aliquando enim impugnat quis & manet amicus: De quo dicit. k Et qui iuxta me erant] id est, mihi iuncti per amicitiam. l De longè steterunt] separati, rupto vinculo amoris. *Iob* 19. c. Fratres meos longe fecit à me. Et post. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me. Talis amicus non erat *B. Bernard.* qui dicit ad Eugenium Papam: Olim mihi inuisceratus es, non mihi tam facilè à medullis extraheris: ascende in cœlum, descende in abyssum, non recedes à me: sequar te, quocunque ieris. Quartum, est violenta persecutio. Vnde addit. m Et vim faciebant.] Sic multoties faciunt aliqui agentibus pœnitentiam: cogunt eos infringere ieiunia, & omittere orationes, & huiusmodi.

De contradictionibus quas patiuntur pœnitentes à proximis.

⊖ Qui quærebant *Alleg.*

A Cum clamore valido, & lachrymis preces offerens, exauditus est pro sua reuerentia. *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum.

a Cor meum conturbatum est,] tristitia naturali, propassionis, & compassionis. Vnde *Matth.* 26. d. Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Psalm.* 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. *Ioan.* 11. d. Infremuit Iesus spiritu, & turbauit semetipsum.

b Dereliquit me virtus mea] secundum opinionem Iudæorum, dicentium *Matth.* 27. e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. c Et lumen oculorum] id est, Apostolorum, quasi dicat, ipsi Apostoli excæcati fuerunt, & me non cognouerunt per veram fidem. *Psal.* 87. Oculi mei languerunt præ inopia. Vel sic: Oculi, sunt Prælati, & Prædicatores: Horum oculorum lumen fuerunt Apostoli, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. d Et ipsum] lumen. e Non est mecum.] *Zach.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. *Ioan.* 16. g. Venit hora, & iam nunc venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. f Amici mei, & proximi mei.] Iudæi, & Iudas. h Aduersum me appropinquauerunt.] *Matth.* 26. e. Ecce appropinquabit, qui me tradet: Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & turba multa cum gladiis, & fustibus, &c. Et accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? i Et steterunt] quia non propter hoc, quia ita benignè locutus est, & seipsum obtulit eis, cessauerunt à malitia.

k Et qui iuxta me erant] scilicet, Apostoli, qui comitabantur me. l De longè steterunt] quia reliquerunt me. Vnde *Matth.* 26. f. Tunc Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt, &c. Petrus autem sequebatur à longè. m Et vim

De pænitentia.

a qui quærebant animã meam. † Et b qui inquirebant mala mihi, c locuti sunt † vanitates: & d dolos tota meditabantur. e Ego autem † tanquam surdus non audiebam, & sicut f mutus † non aperiens os suum. Et g factus sum, sicut homo non audiens, & non h habens in ore suo † redargutiones. Quoniam in te i Dñe speraui: tu k exaudies

al. † Qui quærebant mala mihi.
al. † dolum.
al. † velut.
al. † qui non aperit.
al. † argutiones.

a Qui quærebant animam meam] non sibi, sed Diabolo. Sibi enim quærunt temporale emolumentum; sed Diabolo venantur animam. Canes enim venatici sunt ipsius Diaboli. Et quando ceperunt bestiam, Diabolus dat eis pellem, id est, exteriora; interiora autem sibi retinet; quia corpus & animam retinet, assanda in igne gehennæ. Sed eorum violentiæ violentiùs est resistendũ, vnde *Eccl.* 4. d. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia; & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Sed quidam sunt ita molles, & effæminati, quòd nolunt agonizare; sed dimittunt sibi vim fieri. Quidam autem bene vim vi repellunt. De vtrisque satis bene habetur 1. *Mach.* 2. b. vbi dicitur, quòd cùm fugisset Matathias, & sequaces eius multi in desertum, venerunt aduersus eos viri exercitus Regis Antiochi, & constituerunt aduersus eos prælium in die Sabbatorum: & illi non responderunt eis, nec lapidem miserunt, nec opilauerunt loca occulta: & mortui sunt ex eis vsque ad mille animas hominum. Antiochus est Diabolus, qui magnum habet exercitum. Mathathias, & sequaces eius, sunt pœnitentes. Cætera omnia plana sunt satis, & notabilia. Et sequitur ibi dè viris, qui resistunt violentiæ malorum. Dixit vir proximo suo; si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt: & non pugnauerimus aduersus Gentes pro animabus nostris, citiùs disperdent nos à terra. Et ostendit modum, quo persecuti sunt eum, scilicet, opere, ore, & corde. Opere per hoc, quod dicit; [Vim faciebant, &c.] Ore, per hoc, quod sequitur. b Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates;] id est, de vanis, & inutilibus, scilicet, de mundi diuitiis, & carnis delitiis, quas mihi suggerebant. *Isa.* 22. d. Comedamus, & bibamus, &c. *Prou.* 1. b. Omnem pretiosam substantiam reperiemus; implebimus domus nostras spoliis: marsupium sit vnum omnium nostrum, &c. Et quòd hæc sint vana, & vanitas, dicit *Eccl.* 1. c. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole: & ecce vniuersa vanitas. Non dicit, supra Solem, quia ibi est veritas, non vanitas. Inquirunt autem mala auari propriè. Vnde 1. *Cor.* 1. c. Vbi inquisitor huius sæculi? Item detractores. Vnde dicit *Basilius.* Musca sanam carnem non curat, & vlceri insidet. Et *Greg. super Ezech.* 19. Cum bona, quæ vident, accusare nequeunt; mala quæ non vident, ad accusationem trahunt. Item persecutio cordis notatur, cùm subiungit.

d Et dolos tota die meditabantur.] *Ier.* 9. c. Pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. De his tribus non agit hic rectò ordine, quia primò est peccatum cordis, deinde oris, tertiò operis. Et transuertit hunc ordinem, ad innuendum peruersitatem peccati. De his tribus *Luc.* 6. d. Beati eritis, cùm vos oderint homines & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filium hominis. Postea ostendit, quomodo se habuit erga ista. Et primò ostendit, quòd ex verbis eorum non irritabatur. Vnde dicit.

g Ego autem] quasi dicat, illi ita: Ego autem tanquam surdus non audiebam, id est, non audire videbar, quia dissimulabam. De tali surdo dicitur *Leuit.* 19. c. Non maledices surdo. Secundum est, quia nec verbo reclamabat. Vnde addit.

f Et sicut mutus non aperiens os suum] *Ezech.* 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Tertiò ostendit patientiam eius non solum esse exteriùs, sed etiam interiùs in corde. Vnde subiungit.

g Et factus sum, sicut homo non audiens:] Hic enim idem dicit, quod primò dixit: Ego autem tanquam surdus, &c. Sed illud refertur ad exteriorem patientiam; istud autem ad interiorem. Vel primum ad contumelias, istud autem ad laudes, siue adulationes. Vnde dicit *Hieronym.* Si ad patriam tendimus, cantus Sirenarum non audiamus. Sirenæ, sunt adulatores. De quibus *Isa.* 13. d. Et Sirenæ in delubris voluptatis, id est, in domibus Magnatum, qui faciunt se adorari, sicut idola. Quartò ostendit, quòd nec se excusauit. Vnde dicit.

h Et non habens] supple, factus sum homo [non habens in ore suo redargutiones] quibus, scilicet, se excusans, illos argueret, quia me iniustè persequebantur arguendo. Est ergo sensus. Illos, qui me arguebant, non redarguebam; sed patienter sustinebam, licet eos possem redarguere. *Roman.* 12. d. Non vosmetipsos defendentes, charissimi; sed date locum iræ. Hæc quatuor per ordinem tangit *Iob* 3. d. Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui, & venit super me indignatio? Dissimulaui, quia non ostendi impatientiam exterius. Silui, quia non reclamaui. Quieui, quia non fui turbatus interiùs. Venit super me indignatio, quia non repuli eam excusando me.

A faciebant, qui quærebant animam meam,] scilicet, Iudæi, qui me violenter captum duxerunt ad Principem Sacerdotum: Vnde ibi *Matt.* 26. e. dicitur: Accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tentauerunt eum. Et postea sequitur: Tenentes Iesum duxerunt ad Caipham, Principem Sacerdotum. a Et qui inquirebant mala mihi, id est, Iudæi, qui inquirebant, vtrum in eo inuenirent causam mortis, sicut dicitur *in Psalm.* 63. Scrutati sunt iniquitates. *Allegor.* *De pænitentia.*

c Locuti sunt vanitates] id est, falsitates, dicendo falsa testimonia. Vel, Locuti sunt vanitates, id est, in vanum, quia non poterant aliquid probare contra eum. Vnde *in Ps.* ei, quod modò præmissum est, adiungitur: Defecerunt scrutantes scrutinio. De his omnibus habetur *Matt.* 26. f. Principes Sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent; & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent.

d Et dolos tota die meditabantur.] Non dixit, quòd loquerentur tota die, vel vim facerent tota die; quia aliquando oportebat eos cessare; sed à maligna cogitatione nunquam cessabant. *Psal.* 51. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

e Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.] Hic notatur, & ostenditur patientia eius. *Isa.* 53. c. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. In futuro autem; & loquetur, & vindicabit se, quia ipse est patiens redditor. *Eccles.* 5. b. *Isa.* 42. c. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit cœlum, vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confirmabitur; tacui, semper silui, patiens fui; sicut parturiens loquar, &c. Et nota, quòd sunt plures causæ, quare non audit homo.

Nõ audit, qui
- Surdus est. *Isa.* 42. c. Surdi audite, & cæci intuemini.
- Dormit. *Eccl.* 22. a. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam.
- Distat, *infrà Psal.* 72. Qui elongant se à te, peribunt. Item *Psal.* 86. Laboraui clamans.
- Obturat aures, *Psal.* 57. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.
- Dissimulat, 1. *Reg.* 10. d. Ille dissimulabat se audire.
- Mortuus est, *Sap.* 13. d. Non erubescit loqui cum eo, qui sine anima est.
- Contemnit, *Prou.* 13. a. Qui illusor est, non audit, cùm arguitur.
- Idolum est, *Psal.* 113. Aures habent, & non audient.
- Positus est in loco silentij. 1. *Reg.* 2. b. Impij in tenebris conticescunt.
- Positus est in tumultu. *Isa.* 17. d. Tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum.
- Positus est in loco obtruso. *Iob* 7. c. Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?
- Prudens est, quia non audit contumelias. *Iob* 39. a. Clamorem exactoris non audit.

i Quoniam in te, Domine, speraui.] Tertia pars, in qua affirmat se esse exaudiendum. Continuatio. Hæc mala patienter sustinui: Sed [Tu, Domine Deus meus] non es oblitus mei. Sed.

k Exaudies me] in tribulatione clamãtẽ. Et hoc [Quoniã in te, Domine,

g Et factus sum, &c.] Vel possunt ita legi isti quatuor versus, vt ea, quæ in his dicuntur, causæ sint eius, quod præmisit. Factus sum, sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Et hoc. i Quoniam, &c.] quasi dicat, sustinui, nec reclamaui, propter ista, quæ sequuntur. Et est prima ratio, expectatio præmij, quod est ipse Deus. Vnde dicit: Quoniam in te, Domine, speraui, i. speraui, quòd te haberem in præmium. *Ps.* 70. Quoniam tu es Domine, spes mea. Secunda ratio est, quia eos, qui talia patiuntur, exaudit Dñs in petitionibus suis. Vnde sequitur. *Aliter.*

k Tu exaudies me, Dñe, Deus meus] vt suprà expositũ est.

Depœnitentia. ✱ te, Domine, speraui.] *Psal.* 119. Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me. *Ierem.* 17. Spes mea tu in die afflictionis meæ. [In te] non in homine. *Ierem.* 17. a. Maledictus homo, qui confidit in homine. Et verè [Speraui] cuius hoc fuit indicium. *a* Quia dixi] id est, petij à te. *b* Nequando:] id est, aliquando.

c Supergaudeant mihi:] id est, valde gaudeant super me. *d* Inimici mei: Dæmones, vel mali homines. Et vndegaudent inimici? Sol. *Eccl.* 18. d. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, dabit te in gaudium inimicis tuis. *Ecclesi.* 8. b. Omnes morimur, & in gaudium volumus venire. *Gloss.* inimicorum, quasi dicat.

me Dñe Deus meus. *a* Quia dixi *b* nequando † *c* supergaudeant mihi inimici *d* mei: & dum *e* commouentur pedes mei, † *f* super me magna locuti sunt. Quoniam *g* ego in flagella paratus sum: *h* & dolor meus † in conspectu meo semper. Quoniam *k* iniquitatem meã † annunciabo: & *l* cogitabo pro peccato meo.

Al. † exultent. *al.* † insultent. *al.* † in *al.* † ante me est. *al.* † pronunciabo, & coram gero.

Memorare nouissima tua: & in æternum non peccabis, vt dicitur *Ecclesi.* 7. d. Et non immeritò petij. *e* Et] id est, quia: Dum commouentur pedes mei; id est, dum affectibus titubant, & à Deo remoti ad peccatum tendunt. *f* Super me magna locuti sunt:] insultando, & deridendo. *Thren.* 2. e. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui. Verè me exaudies: Quoniam in te speraui, vt ostensum est. Et etiam.

g Quoniam ego in flagella paratus sum,] id est, quoniam paratus sum quamlibet pœnitentiam facere. Et non fictè, sed ex vero corde, & contrito. Vnde addit. *h* Et dolor meus:] id est, dolor pro peccato meo habitus.

i In conspectu meo semper] id est, respicio semper oculo intellectus peccatum, non ad delectandum, sed ad dolendum. Et sic, dolor sumitur hic pro causa doloris, scilic. pro peccato. Sed tamen nota, quòd debet recoli ad dolendum. Sic exaudiuit Dominus Dauid. 2. *Reg. vlt.* c. quando dixit. Ego sum, qui peccaui: ego sum, qui iniquè egi. Ecce quod ex dolore cordis confitebatur peccatum. Et postea ostendit se paratum in flagella, dicens. Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Et notantur hic tres partes pœnitentiæ, scil. satisfactio, cùm dicit: In flagella paratus sum. Contritio, cùm dicit, Dolor meus, &c. Confessio in hoc, quod sequitur. *k* Quoniam iniquitatem meam, &c.] in confessione. Et quia confessio debet esse præmeditata, subiungit.

l Et cogitabo pro peccato meo,] ne sc. aliquid remaneat incontritum, vel non dictum in confessione. *Isa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sic ergo construe. [Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu, &c. quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo:] Repete: Tu exaudies me: Quia tales pœnitentiam agentes, exaudit Dominus. *Psal.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. *Prou.* 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Aliter. ✱ Tertia est, ne inimici gaudeant de impatientia sua. Vnde sequitur. *a* Quia dixi: nequandò supergaudeant mihi inimici mei,] scil. si impatiens fuero. *Psal.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero. Quarta est, ne patiatur eorum irrisionem. Vnde addit.

e Et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt. *Psal.* 34. Dixerunt euge, euge, viderunt oculi nostri. Item *Psal.* 24. Neque irrideant me inimici mei. Quinta est, quia scit se maiora meruisse. Vnde dicit.

g Quoniam ego in flagella paratus sum,] id est, benè merui flagellari. *Prou.* 19. d. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Ecce grauia flagella. Sexta ratio, est memoria peccatorum. Vnde sequitur.

h Et dolor meus in conspectu meo semper.] Septima ratio, quare non remurmurat, vel reclamat, est, quia habet os alij officio mancipatum, scilicet, confessioni peccatorum. Vnde subiungit.

k Quoniam iniquitatem meam annunciabo.] *Iob* 7. c. Non parcam ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei. Octaua est, quia etiam cor est alio studio occupatum, scilicet, ad cogitandum de peccatis: Vnde dicit:

l Et cogitabo pro peccato meo] non perpetrando, sed dolendo. Hic possunt fieri duæ distinctiones: Vna ibi:

e Dum commouentur pedes mei:] quia dicuntur pedes boni, & pedes mali, & vtrobique multipliciter:

Pedes.

Boni.

- Ad literam. *Luc.* 10. g. Maria sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.
- Dei stabilitas. *Psalm.* 17. Caligo sub pedibus eius. *Isa. vlt.* a. Terra scabellum pedum meorum.
- Christi humanitas. *Iob* 20. c. Vidit duos Angelos, vnum ad caput, & vnum ad pedes. Per caput intelligitur Diuinitas; per pedes humanitas.
- Christi paupertas. *Luc.* 7. f. lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis, id est, temporalibus tergebat.
- Infirmi in Ecclesia. 1. *Cor.* 12. b. Si dixerit pes: quia non sum manus, non sum de corpore; num ideò non est de corpore?
- Martyres. *Psalm.* 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine. *Deut.* 33. d. Tingat oleo pedem suum, ferrum, & æs calceamentum eius.
- Apostoli. *Isa.* 52. b. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem. *Ephes.* 6. c. Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.
- Prædicatores. *Apoc.* 10. a. Posuit pedem suum dextrum super mare.
- Virtutes. *Eccl.* 24. a. Sublimium colla propria vi calcaui. *Psalm.* 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius.
- Afflictiones. *Iob* 29. a. Lauabam pedes meos butyro.
- Merita Sanctorum. *Rom. vlt.* c. Deus pacis conteret Sathanam sub pedibus vestris.
- Desideria *Ezech.* 1. b. Pedes eorum pedes recti. *Psal.* 121. Stantes erant pedes nostri.
- Finales Sancti. *Psalm.* 17. Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum. *Abac.* 3. d. Et ponet pedes meos quasi ceruorum.
- Vltima regna. *Dan.* 2. e. Pedum pars ferrea, pars fictilis.
- Sustentatores pauperum. *Iob* 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo.
- Finis vitæ. 1. *Reg.* 2. b. Pedes Sanctorum suorum seruabit. *Psal.* 56. Laqueum parauerunt pedibus meis. *Gen.* 3. c. Tu insidiaberis calcaneo eius.
- Immortalitas. *Ezech.* 37. c. Steterunt super pedes meos.

Mali.

- Mala voluntas. *Thren.* 1. c. Sordes eius in pedibus eius.
- Pronitas ad malum. *Prou.* 1. b. Pedes eorum ad malum currunt. *Psal.* 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
- Superbia. *supra Psalm.* 35. Non veniat mihi pes superbiæ.
- Spes cassa. *Prou.* 25. c. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli.
- Licentia voluptatis. *Matth.* 22. b. Ligatis manibus, & pedibus, id est, licentia peccandi ablata.
- Hypocrisis. 2. *Reg.* 9. d. Miphiboseth claudus erat vtroque pede. Miphiboseth interpretatur, decor ignominiæ. Vtroque pede, id est, scientia, & virtute.
- Mors iniqui. *Iob* 18. b. Tenebitur planta eius laqueo.
- Inconstantia animi. *Isa.* 23. b. Ducent eam longè pedes sui ad peregrinandum.
- Consensus suggestionis. *Baruch.* 5. c. Exierunt à te pedibus, ducti ab inimicis.

Item ibi. *g* Quoniam ego in flagella paratus sum] facienda est alia distinctio, secundũ primam expositionem: quia paratus debet esse homo ad flagella propter multas causas.

Videlicet,

- Propter magnitudinem præmij. 1. *Cor.* 9. d. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. 2. *Cor.* 4. d. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. *Rom.* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
- Quia per illa scit se æternam pœnam euadere. Vnde *Greg.* Sancti temporalem pœnam lucrum putant, quia per hanc æternam se euadere non ignorant. *Abac.* 3. d. Ingrediebatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.

a Inimici verò Domini,]id eſt,amici huius mundi.*b* mox] id eſt, ſtatim. *c* Vt honorificati fuerint.]honoribus & potentia. *d* Et exaltati.]gloria. *e* Deficientes ,deficient,] id eſt , aſſiduè deficient. *f* Quemadmodum fumus,] deficit. Inimici Domini , ſunt peccatores, diligentes mundum. *Iacob.*4.a. Quicunque voluerit amicus eſſe huius mũdi , inimicus Dei conſtituitur. 2. *Timoth.* 4. b. Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum. *Augustinus*:O ſæculum nequam quod tuos beare ſic ſoles amicos , vt Dei facias inimicos.Inimici etiã

Inimici *a* verò Domini,† *b* mox vt *c* honorificati fuerint , & *d* exaltati,*e* deficientes, † *f* quẽadmodum fumus , deficient. † *g* Mutuabitur peccator *h* & non ſoluet ; *i* iuſtus autem miſeretur & † *K* tribuet. *l* Quia benedicentes † ei *m* hæreditabunt terram ; *n* maledicentes autem † ei *o* diſperibunt.

Caph.
al. † ſtatim vt gloriabũtur & exaltabuntur.
al. † ſicut.
al. † fœnerauit.
al. † retribuet.
al. † commodat.
al. † cum hæreditate poſſidebũt.
al. † illum diſperient.

Dñi ſunt,quicunque ſunt inimici veritatis,iuſtitiæ,pacis.Et tales honorificati , deficiunt ſtatim , etiam ſi mille annis vixerint. *Pſal.*89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna,quæ præterit.Hæc enim vita non eſt , niſi momentum vel punctum reſpectu æternæ vitæ. Vnde *Iacob.*4 d.Quæ eſt vita veſtra ? vapor eſt ad modicũ parens,& deinceps exterminabitur. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcendunt. Et nota etiam, quod geminatio defectionis, duplicem defectum notat:quia deficient in temporalibus,affligenturque in corpore : & deficient in ſpiritualibus,affligenturque in mente.Sicut econtrario boni abundabunt in ſtola corporis,& in ſtola animæ. Vel ſimpliciter notat mali aggrauationem. *Greg.*Erit miſeris mors ſine morte,finis ſine fine, defectus ſine defectu. *f* Quemadmodum fumus,]congrua eſt ſimilitudo. Fumus enim quanto magis aſcendit, tantò magis euaneſcit. Sic & ipſi , quantò altiùs extolluntur in ſæculo,tantò profundiùs merguntur in inferno. *Pſal.* 72. Deiecisti eos, dum alleuarentur. *Iob* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum,& non ſubſiſtent.*Oſea* 13. b. Erunt quaſi nubes matutina,& ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area , & ſicut fumus de fumario : Ecce propter hoc cõparantur iſtis quatuor,quia cito tranſeunt. Et propter ſpeciales alias proprietates : ſunt enim impij nubes in promiſſione longæ vitæ ; ſed tamen fallunt,ſicut nubes promittunt pluuiam,& plerumque fallunt.*Prou.*25. b.Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes,vir glorioſus & promiſſa non complens.Item impij ſunt ros,promittẽdo ſibi vanam delectationem, de quo rore *Cant.*5. a. Caput meum, id eſt,mens, plenum eſt rore,id eſt,vana delectatione,dicit anima. Item ſunt puluis,quia per curioſitatem & ſollicitudinem temporalium incompacti,& diuiſi. *Pſal.* 1. Non ſic impij, non ſic ; ſed tanquam puluis,quem proiicit ventus à facie terræ.*Greg.*Subſiſtere nequeunt,qui ab æternæ eſſentiæ ſoliditate diuiduntur. Sunt etiam fumus aſcendens per ſuperbiam,*Pſ.*73.Superbia eorum,qui oderunt,aſcendit ſemper. *Iſa.*65. a.Iſti fumus erunt in furore meo. Et nota, quòd multæ ſunt proprietates fumi, quæ notantur his verſibus,

Proprietates fumi conuenientes ſuperbo.

Aſcendit , niger , tenuis , lacrymoſus , ab igne ,
Deficit , oſtendit ventum , tingit , tenebroſus.

*Pſal.*73.

Hæc conueniunt ſuperbo, quia aſcendit,ſecundum illud, Superbia eorum,qui te oderunt,aſcendit ſemper. Item eſt niger, *Baruch.*5. c.Nigræ ſunt facies eorum a fumo,qui in domo eſt,ſupple,conſcientiæ.Item eſt tenuis,id eſt,inanis. *Iſa.*41.c Erunt,quaſi non ſint:& peribunt viri, qui contradicunt tibi. Hi ſunt ſuperbi. *Et* 40.d.Omnes Gentes,quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo,& quaſi nihil,& inane reputatæ ſunt ei. Item lacrymoſi, quia lædunt alios. *Iob* 24. b.De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Naſcitur ab igne ambitionis. *Pſalm.*57. Supercecidit ignis,& non viderunt Solem. Item deficit,ſicut hic patet.Item oſtendit ventum. *Oſea* 12. a. Ephraim paſcit ventum , & ſequitur æſtum. Item tingit,vnde *Iſa.*13.b.Facies combuſtæ vultus eorum. Quartò comparat bonos malis in opere, cùm ſequitur.

Ad literam.

g Mutuabitur,&c.]ad literam, *Eccl.*29.a. Multi quaſi adinuentionẽ æſtimauerunt fœnus,& præſtiterunt moleſtiam his,qui ſe adiuuerunt,&c.vſque ibi.Si autem potuerit reddere,aduerſabitur,ſolidi vix reddet dimidium,& computabit illud quaſi inuentionem. Vel ſic,Mutuabitur à Deo, duo minuta,id eſt,corpus & animam.Vnde *Sap.*15.d.dicitur de idolis.Pedes eorum pigri ad ambulandum : homo enim fecit illos:& qui ſpiritum mutuatus eſt,is finxit illos. *h* Et non ſoluet] Deo,quia tradidit Diabolo tam corpus, quam animam in peccato.*Gen.*14.d.Da mihi animas ; cætera tolle tibi.Non poteſt cantari in perſona talium,quod de defũctis cantat *Eccleſia*.Modò reddo tibi Creatori animam meam. Non enim tunc iam eſt in manu eius, ſed in manu Diaboli. Non ſic Dauid,qui dicebat : *Pſ.*118.Anima mea in manibus meis ſemper: quaſi dicat , paratus ſum reddere eam. Et *Iob* 13. b.Animam meam porto in manibus meis. Vel ſic: Mutuabitur peccator,bona omnia,quæ habet,tam ſpiritualia, quàm naturalia, quam temporalia. *Prou.*22.b.Qui accipit mutuũ,ſeruus eſt fœnerantis. *Matt.* 25. b. Homo peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua.Et non ſoluet,ea Deo attribuendo, & multiplicata cum vſura Deo referẽdo.*Matt.*25. c. Serue male, & piger, oportuit te committere pecuniam meam nummulariis:& veniens ego recepiſſem vtiq; quod meum eſt cum vſurà.*Greg.*Stultus eſt debitor,qui gaudens pecuniam accipit:& tempus,quo debeat reddere,non attẽdit. *Luc.*16.a.Redde rationem villicationis tuæ.Vel ſic:Mutuabitur peccator,voluptatem & delectationẽ peccati,à fœneratore peſſimo Diabolo,de quo dicitur : *Pſ.*108.Scrutetur fœnerator omnẽ ſubſtantiam eius, qui nunquam vellet ſortem ſibi reddi ; ſed ſemper multiplicari vſque ad mortem. Et non ſoluet,per confeſſionem,reſeruans confeſſionem vſque ad lectum mortis. Contra quem dicitur *Eccl.*17.d.Ne demoreris in errore impiorum,ante mortem confitere:A mortuo enim,quaſi nihil,perit confeſſio. Etiam ille, qui audit Theologiam,vel ſermonem mutuatur verbum Dei ; ſed peccator eſt,ſi non reddit & ſoluit operando,& tempore debito prædicando : quia ſicut dicitur *Iacob.*4.d. Scienti bonum facere, & non facienti,peccatum eſt illi. *i* Iuſtus autem miſeretur,] intùs in corde compatiendo. *k* Et tribuet,]exteriùs in opere ſubueniendo. *Pſal.* 111.Iucundus homo,qui miſeretur & commodat : diſponit ſermones ſuos in iudicio, id eſt, ordinat,quid reſpondebit Iudici,imò miſerendo format & dictat ſententiam, quam pro eo dabit Iudex,dicens:*Matt.*25.c.Eſuriui & dediſtis mihi manducare,&c. Miſeretur autem Iuſtus,primò ſui ipſius , ſecundum quòd dicit *Aug.* Qui vult ordinatè dare eleemoſynam,debet à ſeipſo incipere. Vnde *Eccl.*30. d. Miſerere animæ tuæ placens Deo. *k* Et tribuet,*Luc.*6.e. Omni petenti te tribue. Quædam litera hic habet,Retribuet:& competenter:quia quod vni ex minimis Dñi facimus,ei facimus ; ſed ei nihil poſſumus tribuere , quaſi ex noſtro;ſed tãtùm retribuere,quaſi ex ſuo,imò verè ex ſuo. Vnde quærebat Dauid : *Pſ.*115. Quid retribuam Dño pro omnibus,quæ retribuit mihi?id eſt,quid ei retrò tribuam? 1.*Cor.*4.b.Quid habes,quod non accepiſti ? 1. *Paral.vlt.*d. Tua ſunt omnia : quæ de manu tua accepimus , dedimus tibi. *Auguſt.*Dicit tibi Chriſtus:da mihi,dedi tibi: habuiſti largitorem,habe debitorẽ,habe & fœneratorem. *Prou.*19. c.Fœneratur Domino , qui miſeretur pauperis. Retribuit etiam Deo,qui de bono, quod habet, gratias agit , & ad Deum refert,non aſcribens ſibi, vt ad locum,vnde exeunt flumina reuertantur, *Eccl.*1.b.Et hoc facit Iuſtus in ſpe retributionis æternæ. Vnde ſequitur. *l* Quia benedicentes ei.] ſcilicet, Domino, id eſt, in omnibus gratias agentes. *m* Hæreditabunt terram,]ſcil.viuentium,ſecundum quod dicitur *Gen.*27.d.Qui benedixerit tibi,benedictionibus repleatur:Vox eſt Patris ad filiũ.Benedicentes,nõ ſolùm verbo,ſed & facto.1.*Cor.*10. Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis : omnia in gloriã Dei facite.Propriè autem benedicentes Deum dicuntur Religioſi,qui Deum benedicunt pſallendo,prædicando, & bene viuendo,ſecundùm quod diximus *ſuper Pſal.*33 *illum*:Benedicam Dñm in omni tempore. Et hi meritò hæreditabunt terram,viuentium,quia exhæredant ſe de terra morientium , dicentes: *Pſal.*141. Portio mea ſit in terra viuentium. Vnde *Matt.*5. a.Beati pauperes ſpiritu : quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. *Marc.*10.d.Nemo eſt,qui reliquerit domum,aut fratres,aut ſorores,aut patrem,aut matrẽ,aut filios,aut agros propter me , & propter Euangelium prædicandum , qui non accipiat centies tantum,&c.& in futuro vitam æternam. *Prou.*2.d.Qui recti ſunt,hæreditabunt in terra:& ſimplices habitabunt in ea. Recti ſunt,qui non curuantur ad terrena:ſimplices,qui nolunt duobus Dominis ſeruire,ſed ſimplici Deo. *n* Maledicentes autem ei,]id eſt,Domino. *o* Diſperibunt.]*Gen.*27.d.Qui maledixerit tibi,maledictionibus repleatur. Maledicentes, non tantum verbo,ſed facto.*Greg.* Quantaſcunque laudes lingua reſonat,vita blaſphemat. Diſperibunt,id eſt, diuerſis pœnis interibunt. In præſenti, vt patet in Iudæis diſperſis. Et in futuro. *Iſa.* 66. g.Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi notantur diuerſæ pœnæ.Nec ſolùm in futuro remunerabit bonos Dominus ; ſed etiam in præſenti , ſecundùm quod dicitur in *Pſalm.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Remunerat autem multipliciter , ſicut hic oſtenditur. Primò , quia dirigit opera eorum. Vnde ſequitur

Aliter.

Lamech.

Aliter.

Apud.

a Apud Dominum,] id est, à Domino. b Gressus hominis.] id est, opera & affectus. c Dirigentur,] qui in se tortuosi sunt. Melius autem dixit: Apud Dominum, quàm si dixisset, à Domino: quia ibi duo notantur, cùm dicit, Apud, videlicet, Dei maxima potestas, & humani arbitrij libertas. Cùm enim dicit:

Mem.
al. † à Domino.
al. † cupit nimis.
al. † conturbabitur.
Nun.
al. † firmat
al. † eius.
al. † Iuuenis.
al. † egens pane.
Samech.
al. † fœneratur.

† a Apud Dominum b gressus hominis c dirigentur: & viam d eius † e volet. Cum f ceciderit Iustus, non † g collidetur: quia Dominus † supponit h manum † suam. † i Iunior fui k etenim senui: & non vidi l Iustum derelictum, m nec semen eius † quærens n panem. o Tota die miseretur, & † commodat: & p semen illius in q benedictione erit. r Declina à malo & fac bonũ, & f inhabita in t sæculũ sæculi.

Apud Dominũ: idem est, ac si dicat? Non oportet Dominum laborare ad hoc, sed dicit vel ordinat, & statim factum est: quia apud eum est hoc, nec indiget extrinseco. Item in hoc quod dicit: Apud Dominum dirigentur, notatur, quod si velimus, vt dirigantur gressus nostri, oportet nos, quantum in nobis est, surgere ad ipsum per applicationem liberi arbitrij: quia apud eum est, quod volumus: nec violenter dabit nobis, nisi ostendamus ei, quod velimus habere. Et propter hoc benè dicitur *Prou.* 16. b. Cor hominis disponet viam suam; sed Domini est dirigere gressus eius. Et *in eod.* a. Reuela Domino opera tua: & dirigentur cogitationes tuæ. Item *Prou.* 28. b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur. Secundò remunerat, quia facit eos in via Domini delectari, vnde sequitur. d. Et viam eius,] id est, Domini.

e Volet] Dominus, id est, velle eum faciet, sicut dicitur *Rom.* 8. c. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id est, facit nos postulare. Et quod Dominus faciat nos velle viam istam, dicitur, *Phil.* 2. b. Deus, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Psal.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. Vel, volet, ipse homo, cuius gressus dirigentur: Viam eius, sc. Dei, quæ est via vitæ: & ideò amplectenda ab his, qui habent pedes directos, secundum illud *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. *Ierem.* 21. c. Hæc dicit Dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Sed quam eliget Iustus? *Psal.* 111. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Tertiò remunerat Dominus bonos in hoc, quod custodit eos, ne cadant in peccatum mortale: vnde addit. f Cùm ceciderit Iustus] per peccatum veniale, quod est casus in domo, non à domo. *Prou.* 24. b. Septies cadet Iustus, & resurget. g Non collidetur] per mortale, quia etsi vulneretur in naturalibus; non tamen spoliatur gratuitis. Et ita licet lædatur; non tamen colliditur. h Quia Dominus supponit manum suam] scil. manum misericordiæ, quæ eum suscipit. Ideò *Psal.* 30. nolens collidi, dicebat: In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. Benè enim securi sunt, qui in manu eius sunt. Vnde *Sap.* 3. a. Iustorũ animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis. i Iunior fui.] Tertia pars, in qua primò ostendit Iustum non derelinqui. Et loquitur Ecclesia, vel Propheta in persona Ecclesiæ generalis. Dicit ergo Ecclesia: Iunior fui, quia paruula in tempore Abel, quando vbera nondum habebat, vt posset prædicare. Sed in tempore Apostolorum fuit adolescentula, quia calida, pulchra, fœcunda. Sed nunc est anus frigida & rugosa, vnde dicit. k Etenim senui.] *Matt.* 24. b. Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *Iob* 16. b. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Et licet tantùm durauerim, dicit Ecclesia, tamen. l Non vidi Iustum derelictum] à Domino; supple, finaliter, nisi fortè corporaliter ad tempus, secundùm quod dicitur *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te. m Nec semen eius,] id est, imitatores eius

n Quærens panem,] id est, nimis indigens pane, *Matth.* 7. d. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Vel sic: Nec semen eius quærens panem, id est, principaliter intendens corporalibus: quia si hoc facit aliquis, non est Iustus, nec est semen Iusti. *Luc.* 12. d. Nolite quærere, quid manducetis, aut bibatis: hæc enim omnia Gentes inquirunt. *Greg.* Qui paupertatem in terris metuit, æternæ fœlicitatis abundantiam abscondit. Vel de pane spirituali intelligi potest, quem semen Iusti etsi quærat appetendo, non tamen quærit mendicando; quia Iusti abundant isto pane: secundùm quod dicit Apostolus *Col.* 3. c. Verbum Christi habitet in vobis abundanter. *Prou.* 15. b. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Vel sic potest construi, & secundum hoc minus habebit calumniæ: Non vidi Iustum derelictũ, nec semen eius, supple, vidi derelictum. Semen dico, quærens panem, id est dicens: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quia qui sic quærit, non derelinquitur à Dño. *Ps.* 9. Non derelinquis quærentes te, Domine. Et manifestum est, quod non derelinquitur Iustus: nec semen eius ex indigentia quærit panem, quia sequitur. *Matth.* 6. b.

o Tota die miseretur & commodat.] Ex hoc manifestum est, quod Dominus non derelinquit eum, qui ad eum venit tota die in pauperibus, quibus miseretur & commodat. Dicit enim *Matt.* 25. d. Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Vnde narrat *B. Greg.* quod quidam bonus homo erat, qui libenter recipiebat & pascebat pauperes: & quadam die venit Dominus ad domum illius in specie peregrini pauperis, quem cùm ille recepisset, & vellet dare aquam manibus illius vt pranderet, vertit se, vt acciperet aquam, & Dominus disparuit. Quo facto cùm ille stupefactus esset, in sequenti nocte apparuit ei in visu Dominus, dicens: Cæteris diebus recipiebas me in membris meis: sed hodie me in persona propria recepisti. Item per hoc, quòd tota die miseretur & commodat, manifestum est, quòd non est quærens panem, vt dictum est, sed abundat. Vnde miseretur & commodat. Miseretur in affectu, commodat in effectu. *Prou.* 19. c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. *Deut.* 15. b. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo & egeno & pauperi, qui tecum versantur in terra. Et dicitur hic: Miseretur & commodat, tam de corporali, quàm spirituali subuentione. Et non in vanum facit hoc, quia sequitur. p Et semen illius,] id est, opera & miserationes, quæ facit, vt fructum æternum recipiat. q In benedictione erit, id est, afferet ei benedictionem æternam. Vnde *Deut.* 23. d. Fratri tuo absque vsura id, quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore in terra, ad quam ingrederis possidendam. *Matt.* 25. c. Esuriui & dedistis mihi, &c. Et post: Venite benedicti, &c. Vel etiam, semen illius, tam filij, quàm opera: In benedictione erit, etiam in præsenti, quia ad literam pauperes benedicunt eis & filiis suis, quando recipiunt eleemosynam. Et Dominus etiam dat eis benedictionem gratiæ, & post benedictionem gloriæ. Vnde 2. *Cor.* 9. b. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. *Chrys.* Considerate, qualiter pauperes benedicunt, qui recipiunt: & cogitate qualiter Dominus remunerat, cui plus placet. Et ne quis nimis confidat de eleemosynis, & putet se posse per eleemosynas emere licentiam peccandi, maximè per hoc, quod dicitur *Luc.* 11. f. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis: Ideò sequitur. r Declina à malo, & fac bonum] Si vis, quòd eleemosynæ tuæ placeat Deo, declina à malo, id est, à peccato, vel Diabolo. Et quia vt dicit *Greg.* minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat bonis operibus insudare: ideò adiungit: Et fac bonum, non tantùm eleemosynas, sed quodcunque potes: *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum. Non tantùm vnum. *Eccl.* 9. c. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare. Declinatur autem à malo per timorem: vnde *Pr.* 15. d. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Bonum autem fit per amorem: vnde dicit Apost. *Gal.* 5. b. Fides, quæ per dilectionem operatur. Post hæc ostendit causas, quare ista duo debeamus facere. Prima ratio est, quia sunt causa inhabitationis æternæ beatitudinis. Vnde sequitur. s Et inhabita.] Secunda, quia placent Deo: quòd notatur *ibi*: Quia Dominus amat iudicium. Tertia, quia acquirunt consortium Dei: quod notatur *ibi*: Et non derelinquet Sanctos suos. Quarta, quia per illa conseruatur homo ab omni malo: quod notatur *ibi*: In æternum conseruabuntur. Dicit ergo: Et inhabita, quasi dicat, si declines à malo, & facias bonum, inhabitabis cœlestem mansionem. *Qualiter declinandum sit à malo & faciendum bonum.*

t In sæculum sæculi,] id est, in æternum. Et signanter dicit, inhabita, nec addit vbi: in quo innuit, quod non est habitatio; nisi cœlestis, quæ propriè debeat dici Inhabitatio, quia in temporalibus istis omnes sunt hospites. Vnde *Sap.* 5. c. Spes impij quasi lanugo, &c. Et post addit: Et tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuum viuent. *Iob* 27. d. Ædificauit sicut tinea domum suam: & sicut custos fecit vmbraculum. Ita est de diuitibus: Tinea enim facit domum suam in veste, & excutitur & conculcatur & perit: Sic diuites cùm ædificauerunt palatia, excutiuntur per mortem & cadunt in infernum, vbi conculcantur & pereunt in æternum. Item custos vinearum, vel segetum non habitat in vmbraculo, nisi ad tempus: Sic & ipsi diuites in temporalibus istis non habitant nisi ad momentum. Vnde ibi sequitur, quod addit *Iob*: Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, &c. Secunda causa est, quia ista placent Deo. Vnde sequitur,

a Quia

a Quia Dominus] quaſi dicat, ideò etiam debes declinare à malo & facere bonum : Quia Dominus amat iudicium diſcretionis, quo ſeparat homo malùm à bono. *Iſa.* 61. c. Ego Dominus diligens iudicium. *Ierem.* 15. d. Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. Hæc autem diſcretio, ſiue ſeparatio ita debet fieri, vt eligatur bonum, & reprobetur malum, vt dictum eſt. Vnde *Pſal.* 44. dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. *Iſa.* 7. c. Butyrum & mel, &c. Non econuerſo, ſicut faciunt quidam, de quibus. *Ierem.* 4. f. Sapientes ſunt, vt faciant mala; benè autem facere neſcierunt. De hoc autem iudicio diſcretionis 1. *Corinth.* 11. g. ſi noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Tertia cauſa eſt, quia hac habetur conſortium Dei ſpirituale. Vnde ſequitur.

a Quia Dominus amat iudicium, & non *b* derelinquet Sanctos ſuos : in *c* æternum conſeruabuntur. *d* Iniuſti punientur : & *e* ſemen impiorum *f* peribit. *g* Iuſti † autem hæreditabunt terram, & *h* inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam. Os *i* Iuſti meditabitur *k* ſapientiam : & *l* lingua eius *m* loquetur iudicium. *n* Lex Dei eius in corde ipſius : & non *o* ſupplantabuntur greſſus eius. *p* Conſiderat peccator Iuſtum, & quærit † *q* mortificare eum.

Eyn.
al.† hæreditate poſſidebunt.
al.† perdere.

b Et non derelinquet Sanctos ſuos.] *Iſa.* 43. a. Cum tranſieris per aquas, tecum ero. Aquæ ſunt diuitiæ & delitiæ, per quas non ſolum tranſeunt mundani, ſed ſubmergunt ſe in illis. Qui enim vult tranſire per aquam, videt vbi minor eſt aqua, & ibi intrat; ita faciunt Sancti viri. Et ideò benè dicit hic, Sanctos, id eſt, ſine terra, quia quantum minus poſſunt, retinent de terra, & de aqua. Sed mundani intrant aquam diuitiarum, & delitiarum, vbi vident eam eſſe maiorem : & ideò ſubmerguntur cum eis. Ergo qui tranſeunt, eſt Dominus cum eis, nec eos derelinquit. Vnde dicitur Deus eorum. *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocat nos, vt eamus viam triùm dierum in ſolitudinem. Hebræus, tranſiens interpretatur. Solitudo, eſt Religio. Via trium dierum eſt triplex votum, quod fit in religione, ad quam vocat Deus Hebræorum; ſed homines ſurdam aurem faciunt ei: ſed timere debent, ne Deus derelinquat eos. Quarta cauſa eſt, quia non ſolùm per hæc habent diuinum conſortium, ſed & præſidium. Vnde addit : *c* In æternum conſeruabuntur,] à Domino, qui dicitur cuſtos. *Iſa.* 21. c. Cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte? Vnde non negauit ſe eſſe Samaritanum. *Ioa.* 8. f. quia Samaritanus idem eſt, quod cuſtos. Qui autem bene vult ſeruari, Deo committat totam cuſtodiam : quia qui nimis curioſè vult ſe cuſtodire, Deus dimittit eum ſibi, & ita citò perdit ſeipſum. Vnde *Ioan.* 12. d. Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit animam ſuam, in vitam æternam cuſtodit eam. Et vbi benè cuſtoditur anima, Aigail docuit 1. *Reg.* 25. e. dicens ad Dauid : Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Faſciculus viuentium eſt congregatio Sanctorum virorum, vbi anima facilius cuſtoditur, quia qui ibi eſt, tot habet oculos & cuſtodes ad ſe cuſtodiendum, quot fratres ſunt in congregatione: quia quòd alter videt reprehenſibile in alio, charitatiuè corrigit; & ſic cuſtoditur. Vnde dicit *Aug. in regula* : Deus, qui habitat in vobis, etiam iſto modo cuſtodiet vos ex vobis. Et loquitur de modo, quo ſe inuicem corrigere debent. Et ideò dicit *Eccl.* 4. c. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum. Habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Et ſi duos, ergo multò fortiùs plures. Et hoc in ipſo verbo notatur, cùm dicit : conſeruabuntur, id eſt, ſimul ſeruabuntur. Religio enim eſt reſeruatorium Domini : vnde tutum eſt ibi eſſe. *Pſal.* 132. Ecce quam bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Poſuit quatuor rationes, quæ alliciunt homines ad bonum faciendum per amorem, & etiam ad malum declinandum per timorem, poſtea ponit vnam, quæ ſpecialiter moueat ad timorem, per quem propriè declinatur a malo, vnde dicit.

d Iniuſti punientur] ſicut & boni remunerabuntur. *Matt.* 25. b. Ibunt hi in ſupplicium æternum. *Eccl.* 7. b. Vindicta carnis impij ignis & vermis. Et poſſet aliquis dicere : Etſi ſint iniuſti; tamen aliquà bona fecerunt, per quæ ſaluabuntur. Non dicit : imo. *e* Et ſemen impiorum peribit,] id eſt, opera, ſi qua ſeminauerint non afferent fructum. *Oſeæ* 9. d. Radix eorum exſiccata eſt; fructum nequaquam facient. Radix eſt charitas. Vnde *Gr.* Nihil habet viriditatis ramus boni operis, niſi manſerit in radice charitatis. 1. *Cor.* 13. a. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero : nihil mihi prodeſt. Vel, Semen impiorum, id eſt, verbum Dei, ſi ab ipſis, vel in ipſis ſeminetur. *f* Peribit] quia non affert fructum boni operis. Et notandum quod ſemen iſtud perit propter multas cauſas, videlicet, propter ſui corruptionem, *Sap.* 12. b. Semen enim erat maledictum ab initio. *Oſeæ* 8. b. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent, culmus ſtans non eſt in eis, germen non faciet farinam. Item propter ſiccitatem. *Iac.* 5. d. Elias erat homo ſimilis nobis, paſſibilis : & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum pluuiam dedit, & terra dedit fructum ſuum. De hoc habetur 3. *Reg.* 18. g. Item propter ſalſuginem. *Soph.* 2. c. Siccitas ſpinarum & aceruus ſalis, & deſertum vſque in æternum. Item propter ſpinas, & petras, & aues, de quibus *Matth.* 13. a. Creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea, ſcil. ſemina. Item propter pluuiam ſuperfluam, *Prou.* 28. a. Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames. Item propter agrum incultum, *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam ſtulti viri : & ecce totum repleuerant vrticæ. Item quia eſt via beſtiarum. *Iſa.* 51. g. Poſuiſti, vt terram, corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. Econtra dicitur de bonis : Mala beſtia non aſcendet per eam. Item propter nimium frigus infidelitatis, *Eccl.* 43. c. Gelu quaſi ſalem effundet, & extinguet viride ſicut ignem. Dico, quod ſemen impiorum peribit.

Qualiter verbum Dei pereat.
Zadik.
Iſa. 35. d.

g Iuſti autem hæreditabunt terram?] viuentium. *Eccleſ.* 44. b. Cum ſemine eorum permanet bona hæreditas. Nec vt Mammotrephi, aut ſub pædagogo poſiti hæreditabunt eam; ſed liberi & Domini & Reges ſuper eam erunt : Vnde addit.

h Et inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.] Super notat dominium. *Matth.* 25. b. Supra multa te conſtituam. Poſtea ponit triplex meritum omnium horum. Primum eſt ſancta meditatio : Vnde dicitur.

Triplex meritum.

i Os Iuſti meditabitur ſapientiam.] Et attribuitur ori, quod eſt cordis, propter conſonantiam, ſicut dictum eſt ſuprà, *ibi* : Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam. Et in hoc oſtenditur, quod priùs meditari debemus, quàm loqui, *Prouerb.* 18. c. Qui priùs reſpondet, quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *Eccl.* 5. d. Si eſt tibi intellectus, reſponde; ſin autem, manus tua ſit ſuper os tuum. *k* Sapientiam.] Chriſtum. 1. *Cor.* 1. d. Prædicamus Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Iſtam ſapientiam meditari debemus. Vnde *Cant.* 8. b. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris; dedit enim pro te animam ſuam. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem. Vel, Sapientiam, id eſt, ſacram Scripturam. *Pſal.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. *Prou.* 9. d. Beatus, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Secundum eſt diſcreta locutio, vnde ſequitur.

Pſalm. 34.

l Et lingua eius,] id eſt, Iuſti.

m Loquetur iudicium,] id eſt, diſcretionem. *Pſalm.* 111. Diſponit ſermones ſuos in iudicio. *Eccl.* 21. d. Verba prudentium ſtatera ponderabuntur. Et 28. d. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris in lingua. Ibi dicit *Interlin.* vt nihil indiſcretum loquaris. Tertium meritum eſt bona voluntas. Vnde dicit.

n Lex Dei eius in corde ipſius.] Lex, ſcilicet, naturæ, lex Scripturæ, lex gratiæ. *Pſalm.* 1. Sed in lege Domini voluntas eius. Oſtenſis meritis, per quæ viri ſancti merentur ea, quæ prædicta ſunt, iterum enumerat hic quædam præmia, quæ ex meritis iuſtorum, ſequuntur. Primum eſt, quod conſeruantur, ne cadant in peccatum : Vnde addit.

Præmia quæ ſequuntur ex merito Iuſtorum.

o Et non ſupplantabuntur greſſus eius,] id eſt, non cadet in foueam peccati. Et quid mirum? Qui enim ambulat in lege Domini, non ceſpitat : quia vt habetur *Prouerb.* 6. c. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. *Ioan.* 11. b. Qui ambulat in lumine non offendit. Secundum eſt, quòd eripit eos Dominus ab hominibus malis : Vnde addit.

p Conſiderat peccator Iuſtum, &c.] Hoc planum eſt de Iudæis, & de Chriſto, quem ipſi obſeruabant : & de Iuſto quolibet quem conſiderat peccator, non vt imitetur, ſed vt accuſet. *Prouerb.* 24. b. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo Iuſti. Item conſiderat, vt malignetur. Vnde addit

q Et quærit mortificare eum.] Vnde *Sap.* 2. c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. Et poſt addunt : Morte turpiſſima condemnemus eum. Mortificare, corporaliter, vel ſpiritualiter.

Dominus

Dominus *a* autē non *b* derelinquet eum in *c* manibus *d* eius: *e* nec damnabit eum, cùm *f* iudicabitur † illi. *g* Expecta Dñm, & *h* custodi † viam eius: & *i* exaltabit te, vt *k* hæreditate † *l* capias terram, cùm *m* perierint peccatores, videbis. Vidi impium † *n* superexaltatum, & *o* eleuatum sicut *p* cedros Libani. Et *q* transiui, & *r* ecce non *s* erat; & *t* quæsiui eum, *u* & non est inuentus locus eius. *x* Custodi † innocentiam, & vide *y* æquitaté: quoniam sunt *z* reliquiæ homini pacifico. *a* Iniusti autem disperibunt *b* simul: *c* reliquiæ impiorum † *d* interibunt. *e* Salus autem Iustorum à Domino; & *f* protector eorum in *g* tempore tri-

al. † ille.
Kaph.
al. † vias.
al. † possideas.
al. † superexaltari & eleuari.
Res.
al. † veritatem.
al. † directionem.
Schin.
al. † peribunt.
Tau.

a Dominus autem.] Licet peccator ita quærat mortificare Iustum. *b* Non derelinquet eum] scil. Iustum. *c* In manibus] id est, in potestate & crudelitate. *d* Eius] peccatoris. *Ps.*34. Eripiens inopem de manu fortiorum eius. *Act.* 12.b. Nunc scio vere, quia misit Dñs Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, &c. Licet autē Dñs quandoq; derelinquat corpora Sanctorum in manibus peccatorum (secundum quod dicitur *Thren.* 1. e. Dedit me Dñs in manu, de qua non potero surgere. Et *Iob* 9. c. Terra data est in manus impij) tamen de quolibet eorū vere dici potest, quòd Dñs non derelinquit eum in manibus eius, quia non totum derelinquit. Corpus enim est pars indignior; anima verò dignior, quam non derelinquit Dñs in manibus eorum. Vnde dicit eis, *Matt.*10. d. Nolite timere eos, qui corpus occidunt; animam autem non possunt occidere. *Iob* 2.b. Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua. Tertium est, quòd immunes erūt à pœna æterna. Vnde addit. *e* Nec, &c.] Dñs, eum. Iustum. *Psal.*111. Ab auditione mala non timebit. Quartum, quia saluabuntur. Vnde addit. *f* Cùm, &c.] i. cum sententia dabitur pro eo. *Matt.*25.c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Venite, benedicti, &c. *Iob* 36.a. Non saluat impios, & iudiciū pauperibus tribuit. Ex quo ergo tot bona sunt viri iusti, postea hortatur Propheta, vt homo iustitiá suam tenere non deserat. Vnde addit. *g* Expecta Dñm] quasi dicat, non deficias in tribulationibus; sed patienter expecta Dñm, qui te remunerabit. *Iac.*5. b. Patientes estote, fratres, vsque ad aduentum Dñi: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum: patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquabit. Sed ne in vanum expectes, interim. *h* Custodi viam eius.] Aliter enim Deo venienti non poteris occurrere, nisi viam eius teneas. Quæ duplex est, scilicet, misericordia & veritas, *Psal.*24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, *Psal.*17. Retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi: quia custodiui vias Domini. *i* Et exaltabit te.] Hic replicat prēmia, vt magis alliciat. Et notat duo, gratiam in præsenti, gloriam in futuro: De primo dicit; Et exaltabit te, in augmento virtutum & bonorum operum. De secundo dicit. *k* Vt hæreditate] id est, iure hæreditario.

l Capias terram] viuentium. Et hæc dictio, vt, notat causam: Non enim potest illam altam terrá capere, qui priùs non fuerit in virtutibus & bonis operibus exaltatus, secundum quod sup. dictum est: Iusti autem hæreditabunt terram. Sed quia multi sunt, qui non volunt expectare hæreditatem istam, quia non vident eam in præsenti, secundum quod *Psal.* 105. alio dicitur: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: Imo sequitur. *m* Cùm perierint, &c.] Et si non videas modò peccatores autem peribunt in die iudicij, licet modò se contueruent. *Ier.*4. c. In die illa, dicit Dñs, peribunt cor Regis & cor Principum, &c. Videbis, dico, & tua bona, & illorum mala. De primo propriè intelligi potest illud *Is.*60.a. Tunc videbis, & afflues; & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. De secundo *Isa.*66.g. Egredientur, & videbunt cadauera virorū, qui præuaricati sunt in me. *n* Vidi, &c.] Supra ostendit dignitatem sanctorum æternam esse, hic ostendit dignitatem malorum phantasticá esse & transitoriam. Vnde dicit: Vidi impium superexaltatum, i. vltra quam deberet, & super alios exaltatum honoribus. *o* Et, &c.] superbia, non parū: Sed. *p* Sicut, &c.] i. sicut cedri altiores sunt alijs arboribus, & præcipuè cedri ex Libano; ita ipse impius omnibus se supponit in corde suo. Et tales cōpetenter signantur per cedros Libani: quia Libanus candidatio interpretatur: & ipsi nitent candore huius sæculi. Vidi, dico, sed non admirans eum, steti quasi ad spectaculum, sicut stulti huius mundi faciunt. Sed. *q* Et transiui] ad contéplandū æterna. *r* Et ecce] quasi in euidenti & in proximo, vidi, quòd. *s* Non erat] id est, quod sua dignitas nulla erat, & suum esse etiam non esse erat; quia socius erat eius, qui non est, scil. Diaboli. *Greg.* Cùm æterna retributio cogitatur, præsens gloria, quá sit nulla cognoscitur. Idem: Contemnuntur téporalia, cùm considerantur æterna. Bonū est ergo transire, *Luc.*2.c. Transeamus vsque Bethleem, &c. *Eccl.*24.c. Trāsite ad me omnes, qui cōcupiscitis me: & à generationibus meis implemini. Vel sic, Transiui, supple, modicum téporis, scil. vsque ad nouissima eius. Et ecce nō erat, i. ita parua erat vita eius, quòd nec reputari deberet. *Iac.*4.d. Quæ est vita vestra? Vapor ad modicū parens, & deinde exterminabitur. *Eccl.*10.b. Omnis potētatus vita breuis. *Iob* 20.a. Gaudium hypocritæ adinstar puncti. *t* Quæsiui eum] impium, i. ad memoriá reduxi. *u* Et non est inuentus locus eius] id est, vestigium aliquod. Vel, Locus eius, id est, possessiones. *Ps.*108. Eijciantur de habitationibus suis. Vel, Locus, i. delectatio, vel corpus, vel vtilitas, qua vtilis est alijs. *x* Custodi innocentiam.] Hic iterum hortatur ad bonū: quia hæc est intentio Prophetæ, monere ad bonum, & allicere promissione æternorū bonorum, & reuocare a malo per comminationem malorum. Vnde de his intercalariter hic agit quasi per totum. Primò de vno, posteà de alio loquens. Vnde & hic. [Custodi innocentiá] amore æternorum præmiorum. *y* Et vide æquitatem] Dei, qua malos condénabit, vt sic fugias mala. Vel sic, Custodi innocentiam] ad Deum. Et vide æquitaté] ad proximum, vt scil. non facias aliis, quod tibi non vis fieri. Et imò [custodi innocentiam, &c.] *z* Quoniam, &c. i. quonia Deus reliquit eas, s. innocentiá & æquitatem, [Homini] quasi in testaméto pacis. Vnde *Eccl.*45.d. Statuit illi testamentū pacis. *Ioan.* 14.d. Pacem relinquo vobis, pacé meam do vobis. In pace autē concurrunt hæc duo; innocentia, qua nulli noceamus: & æquitas, qua cunctis, vt æquum est, subueniamus. Vel sic: Quoniá sunt reliquiæ homini pacifico] i. ideò sunt illa prædicta facienda: quoniam Deus reseruat homini pacifico, qui innocentiam custodit & æquitaté facit. Reseruat, dico, reliquias Paradisi, conuiuiū æternum. Vnde *Tob.* 13.d. Beatus ero, si fuerint reliquiæ semini meo. Vel sic, Reliquiæ sunt consolationes, quas de conuiuio suo cœlesti mittit Dñs quandoque ad corda eorum, qui expectant in porta, videlicet, in tribulationibus per quas oportet intrare in regnum cœlorum. Custodi ergo innocentiá, vt nulli malum inferas. Et vide æquitaté, vt omnibus bona facias, quod est esse pacificū. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, i. tali dantur. Exemplū de pauperibus qui rixantur & percutiunt se cum scutellis suis, quádo venit eleemosynarius nihil dat eis; sed eis, qui sedent ad portá, & expectant in pace, dat reliquias, i. consolationes, quibus gustatis multū accenduntur, & desiderant, vt possint intrare ad mensam, vnde venerunt illæ reliquiæ. Propter hoc dicitur alibi in *Ps.*20. In reliquijs tuis præparabis vultum eorū, i. voluntaté & desideriū. Ita est de bonis. Mali autē non habebunt parté in reliquiis illis. Vnde sequitur. *a* Iniusti, &c.] i. diuersis pœnis peribunt. De quarū diuersitate *Eccl.*39. d. Ignis, grando, fames & mors: omnia hæc ad vindictá creata sunt, bestiarū dentes & scorpij & serpentes & rhomphæa vindicás in exterminium impiorū. Hic possunt multa genera pœnarū intelligi. Et licet diuersitas sit in pœnis, tamen peribūt *b* Simul. Vnde *Isa.*24.d. Congregabuntur in cōgregatione vnius fascis in lacū, & claudentur ibi in carcere. *c* Reliquiæ, &c.] i. bona téporalia, quæ reliquerūt. *d* Interibunt] quia, *Non habet euentus sordida præda bonos.* Dicuntur autem temporalia reliquiæ impiorū, quia velint, nolint relinquēt. Vnde *Iob* 27.d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet. *Ps.*48. Et relinquent alienis diuitias suas. Vel, Reliquiæ impiorum, sunt filij eorum, qui interibunt, quia plerunq; cōtingit, quod tales prauū exitū habent. Vnde *Sap.*4. a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Vel sic punctari cōgruè potest: [Iniusti disperibunt] vt expositū est, & cū eis, simul reliquię impiorū interibunt. *e* Salus, &c.] Iam multoties dixit de bonis, quæ habent boni hic iterū dicit de eisdem post pœnas malorū assignatas. Et ne aliquis sibi bona illa ascribat, ostendit ea esse a Dño, & enumerat ea. Primū est gratiæ infusio, de quo dicit: Salus autē Iustorum est à Dño. Salus dicitur infusio gratiæ, quia morbum peccati expellit. Vnde dicit Apost. 1. *Cor.*15. b. Gratia Dei sum id, quod sum, q. d. gratia Dei reduxit me ad vitam. Et hæc [salus Iustorum] est à Dño. *Act.*4.b. Non est in aliquo alio salus. *Hebr.*5.c. Factus est omnibus obtéperātibus sibi causa salutis. In cuius rei figuram dixerunt ad Ioseph *Gen.*47. f. Salus nostra in manu tua est. Secūdū est protectio in tribulatione. Vnde addit. *f* Et protector, &c.] supple, est Dñs. *g* In tempore, &c.] interioris, scilicet, tentationis. *Eccl.*2.a. Fili,

Iob 18. c.
Tob. 4. c.
Act. 14. d.

Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & præpara animam tuam ad tentationem, 1. *Cor.* 10. c. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet cum tentatione etiam prouentum. Tertium est auxilium Domini in bene operando. Vnde dicit. *a* Et adiuuabit eos Dñs] id est, Iustos ad bene operandum. Quartum est libertatis donatio à seruitute prauæ consuetudinis. Vnde dicit. *b* Et liberabit eos] à praua cõsuetudine. *Io.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quintum est liberatio a persecutoribus. Vnde sequitur. *c* Et eruet eos à peccatoribus.] *Psal.* 143. Erue me de manu filiorum alienorum, s. peccatorum, qui sunt filij non Dei, sed Diaboli. Sextum est vitæ æternæ adeptio. Vnde sequitur. *d* Et saluabit eos. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, &c. In fine subiungit meritum Iustorum dicens. *e* Quia sperauerunt in eo.] Vnde suprà in hoc psalmo dixit: Spera in eo, & ipse faciet. *Rom.* 5. a. Spes non confundit. Et *Psal.* 16. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

al. † eruet. *al.* † eximet.

bulationis: Et *a* adiuuabit eos Dñs, & † *b* liberabit eos, & *c* † eruet eos à peccatoribus, & † *d* saluabit eos: *e* quia sperauerunt in eo.

Psalmus Dauid in rememoratione. XXXVII.

al. † indignatione tua. *al.* † vultu.

f Domine, *g* ne in † furore tuo arguas me: *h* neque in ira tua † corripias me. *i* Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt *k* mihi: & *l* confirmasti super me manum tuam. *m* Non est sanitas in carne mea *n* à facie iræ *o* tuæ:

EXPOSITIO PSALM. XXXVII.

Domine, ne in furore, &c. Titulus. *Ps. Dauid in rememoratione.*] Superiùs commendauit Propheta multipliciter statum bonorum, & reprobauit statum malorum. Hic autem agit de pœnitentia, per quam acquiritur status bonorum, & status malorum vitatur. Ibi cauere docuit, ne peccemus, cùm dixit: Noli æmulari, &c. Hic docet nos pœnitere, si peccauerimus. *Eccl.* 21. a. Fili, peccasti? non adiicias iterum: Ecce primum. Sed de pristinis deprecare Deum: Ecce secundum. Et est iste psalmus tertius eorum, qui pœnitentiales dicuntur. Sed quia pœnitentia debet fieri in dolore, in timore, in amore: Ideò bene intitulatur psalmus iste *de rememoratione*. Vnde is est sensus: Psalmus iste attribuitur Dauid; id est, pœnitenti, qui psalmus habitus est in rememoratione, quia pœnitentia de qua hic agitur, fit in rememoratione peccatorum, quæ generat in corde dolorem. Item in rememoratione suppliciorũ, quæ generat timorem. Item in rememoratione præmiorum, quæ accendit amorem. Intentio est monere ad pœnitentiam. Modus. Quatuor sunt partes. Primò captat misericordiam, pœnas, quas patitur, summatim perstringens. Secundo ponit narrationem, in qua enumerat miserias, *ib.*, Putruerunt. Tertiò, quia inter tot mala sperauit in Domino, affirmat se audiendum a Domino cum commemoratione emendationis, *ibi.* Quoniam in te, Domine, speraui. Quartò ponit lætam conclusionem de salute, vt certa sit spes imitantibus, sicut est in omnibus psalmis pœnitentibus, *ibi*: Ne derelinquas me. Pœnitens ergo primò petit à se remoueri, quod maxime timet, scilicet damnationem æternam, dicens. *f* Domine] Deus, cui seruire volo. *g* Ne in furore tuo arguas me] i. in æterna damnatione, qua condemnans impios furiosus apparebis. *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. Secundò petit à se remoueri pœnam purgatorij, dicens. *h* Neque in ira tua corripias me.] Sicut enim licet argui in furore & corripi in ira grauia sint; tamen primum grauius est, quàm secundum: Sic licet æterna damnatio & purgatorij purgatio vtrumque graue sit; tamen damnatio æterna in infinitum grauior est. Vnde dicit *B. Aug.* Ille ignis sic se habet ad nostrum ignem, sicut se habet veritas ad picturam: Et loquitur de igne purgatorij. Sed sicut se habet ignis purgatorij ad nostrum, sic se habet ignis gehennæ ad ignem purgatorij. Ideò ergo timet non solùm primum, sed & secundum. Vnde dicit: Neque in ira tua corripias me. *Hebr.* 10. f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Notandum est autem, quòd cum petit se non corripi in ira, & non argui in furore, non recusat corripi in misericordia, & argui in mansuetudine, hoc est, in præsenti flagellari. *Ier.* 10. d. Corripe me, Domine, veruntamen in iudicio & non in furore. In iudicio, s. præsentis afflictionis, quæ est misericordia. Vnde *Aug.* Magna misericordia est, misericordiam in præsenti non consequi. 2. *Mach.* 6. c. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere; sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium est. Hoc etiam petit *Psalm.* 140. alibi: Corripiet me Iustus in misericordia, & increpabit me. Huic petitioni respondet Dominus, *Isa.* 48. b. Longè faciam à te furorem meum. Post ostendit se non debere argui in furore, quia iam arguitur in misericordia. Vnde dicit. *i* Quoniam sagittæ, &c.] Et hic captat beneuolentiam. Secundò à propria miseria, quam primò captauit in persona Iudicis, *ibi*, [Domine.] Ostendit autem miseriam suam esse multiplicem. Prima est à peccato primi hominis. Vnde dicit [Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi] i. pœnalitates, esuries, sitis, frigus, calor, lassitudo, ægritudo: quæ sicut sagittæ in arcu intenduntur, & postea in obiectum corpus infiguntur; sic istas pœnalitates intendit Dominus in arcu comminationis, dicens Adæ, *Gen.* 2. c. Quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Et cùm comedit Adam, infixæ sunt ei istæ sagittæ, & nobis in eo. Vnde bene dicit, non tantùm fixæ, sed infixæ. Multum enim intimè fixæ fuerunt, quæ nos in ipso vulnerauerunt. De arcu isto & sagittis dicitur *in Ps.* 7. Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Arcus est comminatio, siue iustitia Dei, & vasa mortis sunt prædictæ sex miseriæ, quæ mortem hominis inferunt. Sicut significatum fuit *Ezech.* 9. a. vbi dicitur, quòd sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, & vniuscuiusque vas interitus in manus eius. Eadem vasa sagittæ sunt quas Dominus ardentibus effecit, i. igne peccati originalis & fomitis succensis. De his sagittis *Iob* 5. c. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima, i. in morte non tanget te malum. Et hoc allegat hic, s. vt per istas sex tribulationes liberetur, ne in morte tangatur a malo pœnæ gehennalis, vel purgatorij. Vel [Sagittæ] possunt vocari motus carnis, quæ sagittæ Domini esse dicuntur, quia eas permittit infigi homini, vt humilietur. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, i. spirituositatem & superbiam meam, 4. *Reg.* 13. c. Sagitta salutis, Domini, sagitta salutis contra Syriam, i. contra superbiam. Syria enim sublimis interpretatur. Sed ne quis diceret, quòd parum infixæ sunt, addit. *l* Et confirmasti super me manum tuam] i. firmiter & fortiter me percussisti manu vindicante. *Thren.* 3. a. Tantùm in me vertit & conuertit manum suam. Post ostendit has sagittas vniuersaliter esse infixas. Vnde dicit. *m* Non est sanitas in carne mea] quia totus homo corruptus est. Vnde *Isa.* 1. b. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, i. in homine. Item ibidem. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? *Rom.* 7. c. Scio, quòd non habitat in me bonum, hoc est, in carne mea. *n* A facie iræ tuæ] i. ab instantia vindictæ in Adam, & in me exercitæ. Ab hac facie.

Sex miseriæ humani generis.

Partitio Psalmi.

De pœnitẽte.

o voluit se

Aliter de pœnitente.

f Domine, ne, &c.] Possunt autem hæc exponi in persona pœnitentis, non inflictam miseriam deplorantis, vt supra habitum est, sed assumptam pœnitentiam coram Domino memorantis & dicentis, Domine, ne in furore tuo arguas me, i. ne punias in inferno. *h* Neque, &c. neque punias me in purgatorio, aut in illo igne maximè, qui præcedet faciem Christi ad iudicium venientis, quo mundi facies comburetur. De quo 2. *Petr. vlt.* c. Expectate & properate in aduentum Domini nostri Iesu Christi, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. *i* Quoniam, &c.] i. auctoritates Sacræ Scripturæ. *k* Infixæ, &c.] De quibus *inf. Psal.* 113. Sagittæ potentis acutæ. Hæ debent infigi cordi nostro, non semper portari in pharetra. *l* Et confirmasti, &c.] q. d. ego sagittis prædictis vulneratus me supposui manui tuæ, eligens te in Dominum, secundum quod dicitur, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Tu verò misericors non me repulisti; sed electionem meam confirmasti. Hoc est [Confirmasti manum, &c.] Per hoc, quod dicit, Confirmasti, duo notantur. Per firmasti notatur firma constantia. Per [confirmasti] vera continuatio. Per [super] humilitas pœnitentis. Ostendit autem magnitudinem pœnitentiæ suæ, cùm subditur. *m* Non, &c.] i. in corpore meo, non est membrum, quod pœnitentia non castiget: ita vt caro infirmetur, vt spiritus conualescat. 2. *Cor.* 12. d. Cùm infirmor, s. carne, tunc potens sum, videlicet spiritu. *Rom.* 9. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iustitiæ ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et hoc. *n* A facie] i. à respectu & memoria. *o* Iræ, &c.] q. d. quia præuidi illam futuram iram. Ideò hic ago pœnitentiam.

De qua ira

voluit se abscondere Adam, quando dixit Dominus: Adam, vbi es. Et respondit. Audiui vocem tuam in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Nec solùm in corpore, sed & in anima ostendit se puniri, scilicet, per corruptionem peccati originalis. Vnde addit.

De pœnitẽte. *Gen.3.b.*

a Non est pax ossibus meis, à b facie c peccatorum d meorum. Quoniam e iniquitates meæ † supergressæ sunt caput meum: & f sicut † onus graue grauatæ g sunt super me. † h Putruerunt & i corruptæ sunt cicatrices meæ, k à facie insipientiæ l meæ. † m Miser factus sum

al. † sustinuerunt. *al. † facis graui.* *al. † computruerunt et: putruerunt liuores mei.* *al. † Miseriis afflictus.*

a Non est pax ossibus meis] i. interioribus viribus animæ. b A facie] i. ab instantia. c Peccatorum] i. proximiorum motuum. d Meórum] quia à fomite, qui in me est, surgunt. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vel de peccatis actualibus potest hoc legi, [A facie peccatorum] id est, a praua consuetudine, quæ facies dicitur, qua sæpius videntur, & cognoscuntur per experientiam peccata. Nec solùm pacem meam turbant, sed etiam præualent. Vnde sequitur.

De pœn.di. 3. c. iterum. & dis.4. §. si.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum] id est, superauerunt rationem tripliciter, videlicet, quantum ad numerum, quia multæ, & quantum ad locum: quia vsque in cœlum ascenderunt; & quantum ad dominium; quia me in seruitutem redegerunt. De duobus primis dicitur 1. *Esd.* 9. d. Quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque in cœlum. De tertio *Ioan*. 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Psalm*. 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. Et quia iugum Diaboli, vel peccati non est suaue, nec onus leue, adiungit.

f Et sicut onus graue grauatæ] id est, grauiter impressæ & grauantes, & grauiter deprimentes & manentes.

g Sunt super me] scilicet, iniquitates. Vnde *Iob* 7. d. Quare posuisti me contrarium tibi, scilicet, per peccatum, & factus sum mihimetipsi grauis? Et vt ostendat, quod est pondus aggrauans, subdit: Cur non tollis peccatum meum, &c. *Isa*. 58. b. Solue fasciculos deprimentes. Sed quid est, quòd homo portat tantum onus, & tamen non sentit? Solutio. Quia mortuus est, vel ebrius, vel furiosus. Item nota, quòd in his versibus annumerat mala sua per binarium. Et hoc est, quia natura peccati procedit per diuisionem, & vbicunque est peccatum, ibi est separatio & diuisio. Vnde *Sap*. 1. a. Peruersæ cogitationes separant a Deo. *Isa*. 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.

Aliter de pœnitente.

De qua ira. *Apoc*. 6. d. Dicent montibus & petris; Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Non est ergo mirum, si hic operit se cilicio & pœnitentia, qui cogitat de illa ira, in qua volent operiri montibus, & non poterunt. Vnde dicit *Iere*. 31. d. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum: confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ, id est, postquam conuertisti me ad videndum faciem tuam iratam, & postquam ostendisti mihi eam, percussi corpus meum exteriori afflictione, pœnitentiæ, & cor meum confusione & contritione. Et hæc duo etiam dicuntur hic, scilicet pœnitentia in maceratione carnis, cùm dicit, [Non est sanitas in carne mea.] Et contritio, siue dolor cordis, cùm subiungit.

a Non est pax ossibus meis] id est, interioribus meis.

b A facie peccatorum meorum] quasi dicat, cùm respicio peccata, quæ feci, non habeo pacem cordis; sed dolorem & confusionem. Et hoc præcipuè, quia multa sunt. Vnde sequitur.

e Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, &c.] sicut primò expositum est.

De pœnitẽte.

h Putruerunt.] Secunda pars, in qua expressiùs enumerat miserias, quas sustinet; quas tamen in prima parte enumerare incipit, sed magis in summa. Suprà enim dixit de miseria corporis, *ibi*.] Quoniam sagittæ.] Et de miseria spiritus, *ibi*. [Non est pax ossibus meis, &c.] Et ibi primò conqueritur de inquietudine mentis, quam faciunt primi motus, vt ibi expositum est. Secundò conqueritur de dominio peccati, *ibi*, [Quoniam iniquitates.] Tertio conqueritur de onere peccati, *ibi*, [Sicut onus, &c.] Hic autem quartò conqueritur de diuturnitate peccati, dicens, [Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, peccata, quæ cicatrices vocat, quia sicut ex vulnere remanet cicatrix; sic ex peccato macula, nisi deleatur per pœnitentiam. *Luc*. 10. c. Plagis impositis, id est, peccatis, abierunt. Istæ ergo plagæ, siue cicatrices, non tantum impositæ sunt, sed & præ diuturnitate putruerunt & corruptæ sunt, & ideò fœtent. Vnde *Ier*. 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Aliquando etiam obducuntur cicatrices exteriùs, & non sanantur vulnera interiùs: & tunc putrescunt, & corrumpuntur. Sic est de peccato, quando factum exteriùs intermittitur, & tamen voluntas interiùs recluditur, non sanatur vulnus, sed putrescit. Propter hoc docet *Isa*. 1. e. sanare vulnera, dicens, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè. A corde enim incipienda est curatio, alioqui non sanatur vulnus, licet cicatrix obducatur. [Putruerunt,] Hoc respicit peccata carnalia. Vnde *Ioel*. 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vbi dicit *Greg*. Iumenta in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. *Ier*. 13. a. Abij ad Euphratem, & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Euphrates interpretatur vbertas, & significat diuitias; lumbare significat continentiam. Sed in vberibus diuitijs computrescit & perit castitas. *Ierem*. 5. b. Saturaui eos, & mœchati sunt. *Ierem*. 32. d. Possederunt, & non obedierunt voci tuæ Domine. Ibi dicit *Glos*. quod nihil est medium inter possessionem & inobedientiam.

i Corruptæ sunt.] Hoc respicit peccata spiritualia. Vnde *Naum* 2. a. Reddet Dominus superbiam Israel, quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. [Putruerunt] dico [& corruptæ sunt à facie insipientiæ meæ] id est, propter insipientiam meam, scilicet, quia non sentiebam amaritudinem peccati, & dolorem vulnerum meorum, quia si sapiens fuissem, & saporassem amaritudinem peccatorum, non ita dimisissem vulnera putrefieri, sed Medico ostendissem, & medicinam recepissem. *Ambrosius*. Periculosissimè ægrotat, qui se ægrotare ignorat. *Isa*. 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. *Baruch*. 3. c. Quoniam non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. *In cantico Deuteron.* Gens absque consilio, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent. Saperent amaritudinem præteritorum peccatorum. Intelligerent vanitatem præsentium rerum. Nouissima prouiderent, quantum ad necessitatem futurorum, scilicet, quomodo respondebunt in iudicio, & accipient pro meritis siue bonum, siue malum. Quintò conqueritur de damno, quod facit peccatum, dicens. *Deut. 32. d.*

m Miser factus sum.] Miseria & beatitudo contraria sunt. Beatus autem dicitur, cui omnia optata succedunt. Vnde miser est, qui frustratur desiderijs suis. Miser ergo fit homo per peccatum: quia illi pœnæ obligatus est, in qua omne desiderium frustrabitur: Vel quia postquam homo computruit in peccato, Diabolus iam non ministrat ei facultatem peccandi, licet peccare desideret. Vnde *Osea* 2. b. Sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et quod sic faciat miserum peccatum, dicitur *Prou*. 14. d. Miseros facit populos peccatum. Miserum ergo facit peccatum, quia æternæ miseriæ obligat peccatorem. Sed pauci reputant, vel aduertunt hanc miseriam. *Apoc*. 3. d. Dicis, quia diues sum, & nullius indigeo: & nescis, quia miser es, & miserabilis, &c. Sextum, de quo conqueritur, est incuruatio suæ mentis ad terrena. Vnde dicit.

o Et curuatus

Potest autem totum exponi in bonum, vt sic dicatur ab illo loco.

Aliter de pœnitente.

h Putruerunt, &c.] Vt dicat pœnitens,] Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ] id est, putredinem, & corruptionem earum sensi, id est, peccatorum. Vnde quædam litera meliùs habet: Computruerunt, & deteriorauerunt, &c. *Ioel*. 2. e. Ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius: quia superbè egit. *Amos* 4. c. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, id est, putredinem peccatorum, per quæ quasi castra Deum impugnabatis. Et hoc.

k A facie] id est, à cognitione. l Insipientiæ meæ. Vnde *Naum* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. Et hoc sequitur.

m Miser factus sum] id est, pœnitens, secundum quod dicit *Iac*. 4. c. Miseri estote, & lugete, & plorate, quasi dicat, miseros vos cognoscite, & sic lugete. Qui enim non sentit se esse miserum, non petit misericordiam.

a Et curuatus sum] ad terrena. *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. De his duobus, *infr. in Psal.* 68. Obscurentur oculi eorum, ne videant: (hic potest notari miseria, quia nihil tantùm appetitur in terra quantùm visus) & dorsum eorum semper incurua, id est, rationem. Et hoc non non parum temporis. Sed. b Vsque in finem vitæ meæ. Et verè vsque in finem: Quoniam. c Tota die contristatus ingrediebar] viam, quæ tendit ad mortem, i. vellem, nollem, quotidie appropinquabam morti. *Iob* 7. b. Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur: & consumpti sunt absque vlla spe. *Psal.* 120.

De pœnitētia. 49. dist. c. 1. ver. gibbosus.

al. † ambulabam. *al.* † anima mea completa est. *al.* † Incuruatus. *al.* † vsquequaque. *al.* † non habet Domine.

& a curuatus sum vsque in b finem: c tota die contristatus † d ingrediebar. e Quoniam † lumbi mei impleti sunt illusionibus: & f non est sanitas in carne mea. † g Afflictus sum & h humiliatus sum † nimis; i rugiebam à k gemitu cordis mei. † l Domine, ante te omne desiderium meum: & m gemitus meus à te non est absconditus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum. Et hoc est septimum malum, quod facit peccatum: quia etiam abbreuiat vitam peccatoris, secundum quod dicitur *in Psalm.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Octauum est illusio: Vnde dicit.

Delectationes carnis dicuntur illusiones.

e Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] id est, delectationibus carnalibus: Quæ non vocandæ sunt delectationes; sed potiùs illusiones, propter duas causas. Primò, quia statim pòst, vellet homo non peccasse. Vnde dixit Philosophus: Non emo tanti pœnitere. Hoc dixit, quia quædam mulier magnum pretium petebat ab eo, vt consentiret ei. Secundò, quia per momentaneam delectationem æterno incendio obligatur peccator. Talis non potest pœnis illudi. Vnde *Gregor.* Momentaneum est, quod delectat; æternum est, quod cruciat. Et idem *reg.* Quid insanius, quàm pro momentanea delectatione æternis se mancipare suppliciis? Et intelligitur hoc tam de lumbis mentis, quàm de lumbis carnis, *Luc.* 12. e. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Ibi require. Nonum est, quia corpus debilitatur per peccatum. Vnde dicit.

f Et non est sanitas in carne mea] 1. *Cor.* 6. d. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. *Prou.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, scilicet, Diabolo, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena: & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem, & corpus tuum. Vel, [Non est sanitas in carne mea] quia ex seipsa infirmitatem habet. *Matth.* 26. d. Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Decimum est, quia homo laborem multum sustinet in peccato. Vnde dicit.

g Afflictus sum] scilicet, labore, *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Vndecimum, quia viles fiunt homines per peccatum: Vnde addit.

h Et humiliatus sum nimis] quia factus sum seruus peccati & Diaboli. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Ierem.* 2. g. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas! Duodecimum est, quia homo non satiatur peccato: Vnde addit.

1. Petr. 5. c.

i Rugiebam [id est, peccare quærebam, sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Sed hoc non fictè faciebam exteriùs: Sed.

Hebr. 4. d.

k A gemitu cordis mei] quasi rugitus exterior procedebat à desiderio & dolore interiori. *Matth.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c. Sed hoc, Domine, non poteram abscondere à te, cui omnia nuda sunt & aperta. Et hoc est, quod sequitur.

l Domine, ante te omne desiderium meum] id est, tibi manifestum est, & patens. m Et gemitus meus à te non est absconditus,] sed apertus, *Psalm.* 7. Scrutans corda & renes Deus. Tertiumdecimum malum, quod facit peccatum, est, quod aufert pacem cordis. Vnde sequitur, quod dicit.

* Cor meum

Aliter de pœnitente.

* a Et curuatus sum] id est, satisfactioni me subdidi. *Mich.* 6. b. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso. Et non ad horam, sed.

b Vsque in finem] id est, perseueranter. *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quomodo possit homo perseuerare, subiungit.

c Tota die contristatus] de peccatis tristitia, quæ secundum Deum est: quæ pœnitentiam in salutem stabilem operatur, vt dicitur 2. *Cor.* 7. c. d Ingrediebar] pœnitentiam, id est, ingredientem me reputabam, & incipientem, non perfectum, sicut dicitur *infr.* 1 *Psalm.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Et *Eccl.* 18. a. Cùm consummauerit homo, tunc incipiet. Qui enim incipit, sollicitus est magis, & timet, ne fortè non possit perficere; & ideò ardentiùs agit. Et hoc satis innuitur 2. *Cor.* 7. c. vbi post illa verba, quæ prædicta sunt, adiungitur: Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari quantam in nobis operatur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Et verè incipientem & imperfectum me possum, & debeo reputare.

e Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus] scilicet motibus carnis ad me humiliandum, sicut in Paulo, 2. *Cor.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet.

f Et non est sanitas in carne mea] immò languor, concupiscentia, fomes, lex carnis, de qua *Rom.* 7. d. Ego ipse mente seruio legi Dei; carne autem legi peccati. *De pœnit. di. 1. c. in actione.*

g Afflictus sum corpore. 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.

h Et humiliatus sum nimis] in corde. Hoc necesse est post prædictam abstinentiam, ne de ea superbiat. Vnde *suprà.* Humiliabam in ieiunio animam meam. *Psalm.* 34.

i Rugiebam in confessione.

k A gemitu cordis mei] à contritione, à qua cùm exit confessio, non sicut narratio, vel fabula profertur; sed sicut rugitus. Vnde *Iob* 3. d. Quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. Et sic notantur hic illa tria, quæ sunt in pœnitentia, scilicet, confessio & satisfactio, cùm dicitur [Rugiebam.] Contritio, cùm dicitur [A gemitu cordis mei.] Quod autem dicitur [humiliatus sum] vnicuique debet adiungi: quia quodlibet debet fieri in humilitate. Et etiam notandum, quod dicit [Nimis] Humiliatur enim satis quis, cùm subdit se maiori: humiliat se valde, qui se subdit pari: sed ille subdit se nimis, qui se subdit inferiori. De prima humiliatione, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. De secunda *Eccl.* 7. b. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. De tertia, *hic*, & *Phil.* 2. a. Semetipsum exinaniuit. Et pòst. Humiliauit semetipsum formam serui accipiens. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ & transgressionis, &c. Et posset aliquis dicere, quare ita gemis & rugis? Et reddit causam, scilicet, quia Deo placet. Vnde sequitur. l Domine, ante te omne desiderium meum] i. tibi placet. Sicut *Matt.* 11. d. Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. m Et gemitus meus à te non est absconditus] quia vsque ad te penetrat, & tibi acceptus est. *Psalm.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Tres gradus humilitatis.*

* Cor meum

Allegoricè de Christo.

g Afflictus sum, &c.] Posset autem exponi de Christo totum à principio, quia quædam conueniunt ei in persona membrorum; quædam autem in persona sua. Sed ab illo loco [Afflictus sum, &c. magis propriè in persona Christi exponitur, vt dicat Christus [Afflictus sum] in Passione multiplici afflictione, scilicet sputis, alapis, opprobriis, Crucis afflictione, spinarum coronatione, vestis illusione, aceti potatione, pedum & manuum fossione, & huiusmodi, quæ pro nobis sustinuit patienter: & nos miseri pro eo non volumus sustinere. *Thren.* 1. d. Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. *Isa.* 53. b. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

h Et humiliatus sum nimis] quasi dicat, excessi in humilitate, *Luc.* 9. d. Moyses & Elias visi erant in Maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. *Thren.* 3. c. Recordare paupertatis meæ, & transgressionis, &c.

i Rugiebam à gemitu, &c.] id est, fortiter, & terribiliter quantum ad malos, clamabam, dicens: In manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. f. Clamans voce magna Iesus ait. In manus tuas, &c. Et *Matt.* 27. f. Clamauit Iesus voce magna: Eli, Eli, &c. Et pòst, Iesus autem iterum exclamans voce magna emisit spiritum. *Isa.* 21. c. Clamauit, vt leo, super speculam Domini: ego sum stans iugiter per diem, &c. Item clamauit in oratione, *Hebr.* 5. b. Clamore valido & lachrymis preces offerens. Et bene dicit [Rugiebam] quia ipse est leo de Tribu Iuda, *Apoc.* 5. b. Sed non in vanum clamaui, quia exauditus sum. Vnde addit. l Domine, ante te omne desiderium meum, &c.] Sicut suprà expositum est de pœnitente. *Hebr. aor.* 5. b.

A Cum clamore

De pœnitẽte. ⊖ a Cor meum conturbatum est in me.] Et bene dicit [In me] quia quandoque boni viri conturbantur in exterioribus; sed quando in se reuertuntur, pacificantur. Sed mali etiam in seipsis conturbantur. Vnde *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Et non est pax impiis, dicit Dominus. Quartum decimum est, quia debilem, & impotentem reddit hominem. Vnde addit.

> a Cor meum conturbatum est; † b dereliquit me virtus mea: c & lumen oculorum meorum: † d & ipsum non e est mecum. Amici mei, f & g proximi mei h aduersum me appropinquauerunt, & i steterunt. Et † k qui iuxta me erant, l de longè steterunt: & vim m faciebant

al. † & deseruit me fortitudo. *al.* non habet. *al.* † & ipsũ. *Al.* † proximi mei a.

b Dereliquit me virtus mea] quæ consistit in bonis gratuitis, & naturalibus. Sed per peccatum spoliatur homo gratuitis, & vulneratur in naturalibus, sicut dicitur *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto. *Thren.* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Quintum decimum est, quia excæcat mentem hominis. Vnde sequitur.

c Et lumen oculorum meorum] supple, reliquit me.

d Et ipsum] lumen.

e Non est mecum] Lumen oculorum, Christus est, qui est lumen de lumine, *Ioan.* 1. a. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et hoc lumen relinquit hominem propter peccatum eiusdem hominis; Vnde homo cæcus fit, *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem: vel sic potest construi, vt in hac clausula, non nisi vnum: vel si duo sunt, alterum superfluat, vt dicatur [& ipsum] id est, verum [lumen oculorum meorum non est mecum.] Et non mutatur sensus Et sic habemus in hoc versu, quòd peccatum aufert homini velle bonum, posse bonum, & nosse bonum. Velle bonum, cùm dicit: Cor meum conturbatum est: quia sicut dicitur. *Sap.* 17. c. Semper præsumit sæua, perturbata conscientia: Posse bonum, cùm dicit [Dereliquit me virtus mea,] Nosse bonum, cùm dicit; [Et lumen oculorum meorum.] Item hunc versum sic exponit *B. Bern.* [Cor meum conturbatum est] & inde dolor. [Dereliquit me virtus mea] & indè pauor. [Et lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum] & inde error. Et addit. O quàm malam trinitatem. Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cùm error à ratione, dolor à voluntate, pauor à memoria recesserit, & successerit mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primum faciet Deus veritas. Secundum Deus charitas. Tertium Deus potestas. Quid simile experiuntur filij huius sæculi in carnis illecebris, in mundi spectaculis, in Sathanæ pompis?

Aliter de pœnitente. * a Cor meum, &c.] Hic ponit tria quæ sunt in pœnitente, contra tria, quæ sunt in peccatore. In peccatore enim est delectatio in corde, fortitudo mala in opere, præsumptio nequam in defensione. Quæ tria tanguntur *Isa.* 5. e. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, scilicet, delectando in peccato, & bonum abiiciendo. Ecce primum. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendam ebrietatem. Ecce secundum. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Ecce tertium. Contra primum dicit hic.

a Cor meum conturbatum est, id est, omninò turbatum in me, non in Deo, in quo pax habetur. *Ioan.* 16. g. Vt in me pacem habeatis. *Psal.* 41. Ad meipsum anima mea conturbata est. *Greg.* Iustum est, vt in se semper mœrores inueniat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quærebat. Contra secundum dicit.

b Dereliquit me virtus mea.] Bene dicit, [mea.] qua fortis erat ad malum, sicut asinus in parte posteriori. Et assumet me virtus diuina, vt sim fortis ad bonum, & turbatus de peccatis. Nam talem turbatum non derelinquit virtus Altissimi. Vnde Mariæ, quæ interpretatur amarum mare, & significat pœnitentiam, dicit Angelus, *Luc.* 1. d. Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideò notabiliter dicitur *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Non dicit amittent, nec sument; sed mutabunt, in quo vno verbo notatur, quòd deponent malam, & sument bonam. Contra tertium dicit.

c Et lumen oculorum meorum, &c.] quod, scilicet, me sapientem ostendebat in oculis meis, & ita defendebam peccatum. Vnde dicit Dñs *Ioan.* 9. g. Si cæci essetis, peccatum non haberetis; nunc autem, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet. Hæc tria inueniuntur in conuersione Pauli: Ibi enim dicitur, quòd tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? *Act.* 9. a. In quo notatur conturbatio cordis, quia tremebat, & stupebat. Item ibi dicitur: Cadens in terram audiuit vocem, &c. In quo notatur id, quod hic dicitur: [Dereliquit me virtus mea.] Vnde cantatur de ipso: Prostratus sæuissimus persecutor; sed erectus est fidelissimus Prædicator: Ecce mutatio fortitudinis. Item ibi dicitur: Apertisque oculis, nihil videbat: Hoc est, quod hic dicitur: Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

f Amici mei.] Suprà habitum est, quid patitur peccator in seipso à peccatis suis: & secundum aliam expositionem, quomodo pœnitentiam suam implet. Hic autem ostendit pœnitens, quæ, & quot patitur in sua pœnitentia a proximis. Primum est, amicorum impugnatio. Vnde dicit: [Amici mei] ficti. g Et proximi mei] cognatione, vel cohabitatione.

De contradictionibus quas patiuntur pœnitentes à proximis. h Aduersum me appropinquauerunt] cùm me viderunt pœnitentiam assumere, volentes me retrahere. Vnde *Eccl.* 6. a. Est amicus secundum tempus suum; & non permanebit in tempore tribulationis: Isti enim sunt amici hominis, quandiu sæculariter vult viuere, & pascere, & potare eos: Sed quando tribulatur spiritus eius, & mouetur ad pœnitentiam, non permanent. Et propter hoc bene sequitur ibi: Ab inimicis tuis separare, id est, à Dæmonibus, quibus es iunctus per peccatum, sed separare ab eis per pœnitentiam: Et non solùm hoc, sed & ab amicis tuis attende, ne, scilicet, impediant pœnitentiam tuam. Secundum, est impugnationis continuatio. Vnde addit. i Et steterunt] quasi dicat, non recesserunt. Tertium, est amicorum destitutio, quod plus est, quàm impugnatio. Aliquando enim impugnat quis & manet amicus: De quo dicit. k Et qui iuxta me erant] id est, mihi iuncti per amicitiam. l De longè steterunt] separati, rupto vinculo amoris. *Iob* 19. c. Fratres meos longe fecit à me. Et post. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam, auersatus est me. Talis amicus non erat *B. Bernard.* qui dicit ad Eugenium Papam: Olim mihi inuisceratus es, non mihi tam facilè à medullis extraheris: ascende in cœlum, descende in abyssum, non recedes à me: sequar te, quocunque ieris. Quartum, est violenta persecutio. Vnde addit. m Et vim faciebant.] Sic multoties faciunt aliqui agentibus pœnitentiam: cogunt eos infringere ieiunia, & omittere orationes, & huiusmodi.

Alleg. ⊖ Qui quærebant

A Cum clamore valido, & lachrymis preces offerens, exauditus est pro sua reuerentia. *Prou.* 11. d. Desiderium Iustorum omne bonum.

a Cor meum conturbatum est,] tristitia naturali, propassionis, & compassionis. Vnde *Matth.* 26. d. Cœpit Iesus contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem. *Psalm.* 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. *Ioan.* 11. d. Infremuit Iesus spiritu, & turbauit semetipsum.

b Dereliquit me virtus mea] secundum opinionem Iudæorum, dicentium *Matth.* 27. e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. c Et lumen oculorum] id est, Apostolorum, quasi dicat, ipsi Apostoli excæcati fuerunt; & me non cognouerunt per veram fidem. *Psal.* 87. Oculi mei languerunt præ inopia: Vel sic: Oculi, sunt Prælati, & Prædicatores: Horum oculorum lumen fuerunt Apostoli, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. d Et ipsum] lumen. e Non est mecum.] *Zach.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. *Ioan.* 16. g. Venit hora, & iam nunc venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis. f Amici mei, & proximi mei.] Iudæi, & Iudas. h Aduersum me appropinquauerunt.] *Matth.* 26. e. Ecce appropinquabit, qui me tradet: Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & turba multa cùm gladiis, & fustibus, &c. Et accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid venisti? i Et steterunt] quia non propter hoc, quia ita benignè locutus est, & seipsum obtulit eis, cessauerunt a malitia.

k Et qui iuxta me erant] scilicet, Apostoli, qui comitabantur me. l De longè steterunt] quia reliquerunt me. Vnde *Matth.* 26. f. Tunc Discipuli omnes, relicto eo, fugerunt, &c. Petrus autem sequebatur à longè. m Et vim

De pœnitente.

a Qui quærebant animam meam] non sibi, sed Diabolo. Sibi enim quærunt temporale emolumentum; sed Diabolo venantur animam. Canes enim venatici sunt ipsius Diaboli. Et quando ceperunt bestiam, Diabolus dat eis pellem, id est, exteriora; interiora autem sibi retinet; quia corpus & animam retinet, assanda in igne gehennæ. Sed eorum violentiæ violentiùs est resistendū, vnde *Eccl.* 4.d. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia; & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Sed quidam sunt ita molles, & effæminati, quòd nolunt agonizare; sed dimittunt sibi vim fieri. Quidam autem bene vim vi repellunt. De vtrisque satis bene habetur 1. *Mach.* 2.b. vbi dicitur, quòd cùm fugisset Matathias, & sequaces eius multi in desertum, venerunt aduersus eos viri exercitus Regis Antiochi, & constituerunt aduersus eos prælium in die Sabbatorum: & illi non responderunt eis, nec lapidem miserunt, nec opilauerunt loca occulta: & mortui sunt ex eis vsque ad mille animas hominum. Antiochus est Diabolus, qui magnum habet exercitum. Mathathias, & sequaces eius, sunt pœnitentes. Cætera omnia plana sunt satis, & notabilia. Et sequitur ibi de viris, qui resistunt violentiæ malorum. Dixit vir proximo suo; si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt: & non pugnauerimus aduersus Gentes pro animabus nostris, citiùs disperdent nos à terra. Et ostendit modum, quo persecuti sunt eum, scilicet, opere, ore, & corde. Opere per hoc, quod dicit; [Vim faciebant, &c.] Ore, per hoc, quod sequitur. b Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates;] id est, de vanis, & inutilibus, scilicet, de mundi diuitiis, & carnis delitiis, quas mihi suggerebant. *Isa.* 22. d. Comedamus, & bibamus, &c. *Prou.* 1.b. Omnem pretiosam substantiam reperiemus; implebimus domus nostras spoliis: marsupium sit vnum omnium nostrum, &c. Et quòd hæc sint vana, & vanitas, dicit *Eccl.* 1.c. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole: & ecce vniuersa vanitas. Non dicit, supra Solem, quia ibi est veritas, non vanitas. Inquirunt autem mala auari propriè. Vnde 1. *Cor.* 1.c. Vbi inquisitor huius sæculi? Item detractores. Vnde dicit *Basilius*. Musca sanam carnem non curat, & vlceri insidet. Et *Greg. super Ezech.* 19. Cum bona, quæ vident, accusare nequeunt; mala quæ non vident, ad accusationem trahunt. Item persecutio cordis notatur, cùm subiungit.

> a qui quærebant animã meam. † Et b qui inquirebant malà mihi, c locuti sunt † vanitates: & d dolos tota meditabantur. e Ego autem † tanquam surdus non audiebam, & sicut f mutus † non aperiens os suum. Et g factus sum, sicut homo non audiens, & non h habens in ore suo † redargutiones. Quoniam in te i Dñe speraui: tu k exaudies

al. † Qui quærebant mala mihi.
al. † dolum.
al. † velut.
al. † qui non aperit.
al. † argutiones.

d Et dolos tota die meditabantur.] *Ier.* 9. c. Pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. De his tribus non agit hic recto ordine, quia primò est peccatum cordis, deinde oris, tertiò operis. Et transuertit hic ordinem, ad innuendum peruersitatem peccati. De his tribus *Luc.* 6. d. Beati eritis, cùm vos oderint homines & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum propter filium hominis. Postea ostendit, quomodo se habuit erga ista. Et primò ostendit, quòd ex verbis eorum non irritabatur. Vnde dicit.

g Ego autem] quasi dicat, illi ita: Ego autem tanquam surdus non audiebam, id est, non audire videbar, quia dissimulabam. De tali surdo dicitur *Leuit.* 19. c. Non maledices surdo. Secundum est, quia nec verbo reclamabat. Vnde addit.

f Et sicut mutus non aperiens os suum] *Ezech.* 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Tertiò ostendit patientiam eius non solum esse exteriùs, sed etiam interiùs in corde. Vnde subiungit.

g Et factus sum, sicut homo non audiens:] Hic enim idem dicit, quod primò dixit: Ego autem tanquam surdus, &c. Sed illud refertur ad exteriorem patientiam; istud autem ad interiorem. Vel primum ad contumelias, istud autem ad laudes, siue adulationes. Vnde dicit *Hieronym.* Si ad patriam tendimus, cantus Sirenarum non audiamus. Sirenæ, sunt adulatores. De quibus *Isa.* 13. d. Et Sirenæ in delubris voluptatis, id est, in domibus Magnatum, qui faciunt se adorari, sicut idola. Quartò ostendit, quòd nec se excusauit. Vnde dicit.

h Et non habens] supple, factus sum homo [non habens in ore suo redargutiones] quibus, scilicet, se excusans, illos argueret, quia me iniustè persequebantur arguendo. Est ergo sensus. Illos, qui me arguebant, non redarguebam; sed patienter sustinebam, licet eos possem redarguere. *Roman.* 12. d. Non vosmetipsos defendentes, charissimi; sed date locum iræ. Hæc quatuor per ordinem tangit *Iob* 3. d. Nonne dissimulaui, nonne silui, nonne quieui, & venit super me indignatio? Dissimulaui, quia non ostendi impatientiam exterius. Silui, quia non reclamaui. Quieui, quia non fui turbatus interiùs. Venit super me indignatio, quia non repuli eam excusando me.

Allegor. A faciebant, qui quærebant animam meam,] scilicet, Iudæi, qui me violenter captum duxerunt ad Principem Sacerdotum: Vnde ibi *Matt.* 26. e. dicitur: Accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et postea sequitur: Tenentes Iesum duxerunt ad Caipham, Principem Sacerdotum. a Et qui inquirebant mala mihi] id est, Iudæi, qui inquirebant, vtrum in eo inuenirent causam mortis, sicut dicitur *in Psalm.* 63. Scrutati sunt iniquitates. *De pœnitente.*

c Locuti sunt vanitates] id est, falsitates, dicendo falsa testimonia. Vel, Locuti sunt vanitates, id est, in vanum, quia non poterant aliquid probare contra eum. Vnde *in Ps.* ei, quod modò præmissum est, adiungitur: Defecerunt scrutantes scrutinio. De his omnibus habetur *Matt.* 26. f. Principes Sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent; & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent.

d Et dolos tota die meditabantur.] Non dixit, quod loquerentur tota die; vel vim facerent tota die; quia aliquando oportebat eos cessare; sed à maligna cogitatione nunquam cessabant. *Psal.* 51. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

e Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.] Hic notatur, & ostenditur patientia eius. *Isa.* 53. c. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. In futuro autem; & loquetur, & vindicabit se, quia ipse est patiens redditor. *Ecclesi.* 5. b. *Isa.* 42. c. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit cœlum, vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confirmabitur; tacui, semper silui, patiens fui; sicut parturiens loquar, &c. Et nota, quòd sunt plures causæ, quare non audit homo.

Nõ audit, qui
- Surdus est. *Isa.* 42. c. Surdi audite, & cæci intuemini.
- Dormit. *Eccl.* 22. a. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam.
- Distat, *infrà Psal.* 72. Qui elongant se à te, peribunt. Item *Psal.* 86. Laboraui clamans.
- Obturat aures, *Psal.* 57. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.
- Dissimulat, 1. *Reg.* 10. d. Ille dissimulabat se audire.
- Mortuus est, *Sap.* 13. d. Non erubescit loqui cum eo, qui sine anima est.
- Contemnit, *Prou.* 13. a. Qui illusor est, non audit, cùm arguitur.
- Idolum est, *Psal.* 113. Aures habent, & non audient.
- Positus est in loco silentij. 1. *Reg.* 2. b. Impij in tenebris conticescunt.
- Positus est in tumultu. *Isa.* 17. d. Tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum.
- Positus est in loco obtruso. *Iob* 7. c. Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?
- Prudens est, quia non audit contumelias. *Iob* 39. a. Clamorem exactoris non audit.

i Quoniam in te, Domine, speraui.] Tertia pars, in qua affirmat se esse exaudiendum. Continuatio. Hæc mala patienter sustinui: Sed [Tu, Domine Deus meus] non es oblitus mei. Sed.

k Exaudies me] in tribulatione clamãtẽ. Et hoc [Quoniã in te, Domine,

Aliter. g Et factus sum, &c.] Vel possunt ita legi isti quatuor versus, vt ea, quæ in his dicuntur, causæ sint eius, quod præmisit. Factus sum, sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Et hoc. i Quoniam, &c.] quasi dicat, sustinui, nec reclamaui, propter ista, quæ sequuntur. Et est prima ratio, expectatio præmij, quod est ipse Deus. Vnde dicit: Quoniam in te, Domine, speraui, i. speraui, quòd te haberem in præmium. *Ps.* 70. Quoniam tu es Domine, spes mea. Secunda ratio est, quia eos, qui talia patiuntur, exaudit Dñs in petitionibus suis. Vnde sequitur.

k Tu exaudies me, Dñe, Deus meus] vt suprà expositũ est.

* Tertia

De pœnitentia. ° te, Domine, ſperaui.] *Pſal.* 119. Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me. *Ierem.* 17. Spes mea tu in die afflictionis meæ. [In te] non in homine. *Ierem.* 17. a. Maledictus homo, qui confidit in homine. Et verè [Speraui] cuius hoc fuit indicium. *a* Quia dixi] id eſt, petij à te. *b* Nequando:] id eſt, aliquando.

c Supergaudeant mihi:] id eſt, valde gaudeant ſuper me. *d* Inimici mei: Dæmones, vel mali homines. Et vnde gaudent inimici? Sol. *Eccl.* 18. d. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, dabit te in gaudium inimicis tuis. *Eccleſ.* 8. b. Omnes morimur, & in gaudium volumus venire. *Gloſſ.* inimicorum, quaſi dicat.

Al. † exultent. *al.* † inſultent. *al.* † in *al.* † ante me eſt. *al.* † pronunciabo, & coram gero.

me Dñe Deus meus. *a* Quia dixi *b* nequando † *c* ſupergaudeant mihi inimici *d* mei: & dum *e* commouentur pedes mei, † *f* ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam *g* ego in flagella paratus ſum: *h* & dolor meus † in conſpectu meo ſemper. Quoniam *k* iniquitatem meã † annunciabo: & *l* cogitabo pro peccato meo.

Memorare nouiſſima tua: & in æternum non peccabis, vt dicitur *Eccleſ.* 7. d. Et non immeritò petij. *e* Et] id eſt, quia: Dum commouentur pedes mei; id eſt, dum affectibus titubant, & à Deo remoti ad peccatum tendunt.
f Super me magna locuti ſunt:] inſultando, & deridendo. *Thren.* 2. c. Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: Verè me exaudies: Quoniam in te ſperaui, vt oſtenſum eſt. Et etiam.
g Quoniam ego in flagella paratus ſum,] id eſt, quoniam paratus ſum quamlibet pœnitentiam facere. Et non fictè, ſed ex vero corde, & contrito. Vnde addit. *h* Et dolor meus:] id eſt, dolor pro peccato meo habitus.
i In conſpectu meo ſemper] id eſt, reſpicio ſemper oculo intellectus peccatum, non ad delectandum, ſed ad dolendum. Et ſic, dolor ſumitur hic pro cauſa doloris, ſcilic. pro peccato. Sed tamen nota, quòd debet recoli ad dolendum. Sic exaudiuit Dominus Dauid. 2. *Reg. vlt.* c. quando dixit. Ego ſum, qui peccaui: ego ſum, qui iniquè egi. Ecce quod ex dolore cordis confitebatur peccatum. Et poſtea oſtendit ſe paratum in flagella, dicens. Vertatur, obſecro, manus tua contra me. Et notantur hic tres partes pœnitentiæ, ſcil. ſatisfactio, cùm dicit: In flagella paratus ſum. Contritio, cùm dicit, Dolor meus, &c. Confeſſio in hoc, quod ſequitur. *k* Quoniam iniquitatem meam, &c.] in confeſſione. Et quia confeſſio debet eſſe præmeditata, ſubiungit.
l Et cogitabo pro peccato meo,] ne ſc. aliquid remaneat incontritum, vel non dictum in confeſſione. *Iſa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sic ergo conſtrue. [Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu, &c. quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo:] Repete: Tu exaudies me: Quia tales pœnitentiam agentes, exaudit Dominus. *Pſal.* 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. *Prou.* 28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur; qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.
Alit. ° Tertia eſt, ne inimici gaudeant de impatientia ſua. Vnde ſequitur. *a* Quia dixi: nequando ſupergaudeant mihi inimici mei,] ſcil. ſi impatiens fuero. *Pſal.* 12. Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero. Quarta eſt, ne patiatur eorum irriſionem. Vnde addit.
e Et dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. *Pſal.* 34. Dixerunt euge, euge, viderunt oculi noſtri. Item *Pſal.* 24. Neque irrideant me inimici mei. Quinta eſt, quia ſcit ſe maiora meruiſſe. Vnde dicit.
g Quoniam ego in flagella paratus ſum,] id eſt, bene merui flagellari. *Prou.* 19. d. Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus. Ecce grauia flagella. Sexta ratio, eſt memoria peccatorum. Vnde ſequitur.
h Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.] Septima ratio, quare non remurmurat, vel reclamat, eſt, quia habet os alij officio mancipatum, ſcilicet, confeſſioni peccatorum. Vnde ſubiungit.
k Quoniam iniquitatem meam annunciabo.] *Iob* 7. c. Non parcam ori meo: loquar in tribulatione ſpiritus mei. Octaua eſt, quia etiam cor eſt alio ſtudio occupatum, ſcilicet, ad cogitandum de peccatis: Vnde dicit:
l Et cogitabo pro peccato meo] non perpetrando, ſed delendo. Hic poſſunt fieri duæ diſtinctiones: Vna ibi:
e Dum commouentur pedes mei:] quia dicuntur pedes boni, & pedes mali, & vtrobique multiplicitèr:

Pedes

- Boni.
  - Ad literam. *Luc.* 10. g. Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.
  - Dei ſtabilitas. *Pſalm.* 17. Caligo ſub pedibus eius. *Iſa. vlt.* a. Terra ſcabellum pedum meorum.
  - Chriſti humanitas. *Iob* 20. c. Vidit duos Angelos; vnum ad caput, & vnum ad pedes. Per caput intelligitur Diuinitas; per pedes humanitas.
  - Chriſti paupertas. *Luc.* 7. f. lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis, id eſt, temporalibus tergebat.
  - Infirmi in Eccleſia. 1. *Cor.* 12. b. Si dixerit pes: quia non ſum manus, non ſum de corpore; num ideò non eſt de corpore?
  - Martyres. *Pſalm.* 67. Vt intingatur pes tuus in ſanguine. *Deut.* 33. d. Tingat oleo pedem ſuum, ferrum, & æs calceamentum eius.
  - Apoſtoli. *Iſa.* 52. b. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem. *Epheſ.* 6. c. Calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.
  - Prædicatores. *Apoc.* 10. a. Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare.
  - Virtutes. *Eccl.* 24. a. Sublimium colla propria vi calcaui. *Pſalm.* 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
  - Afflictiones. *Iob* 29. a. Lauabam pedes meos butyro.
  - Merita Sanctorum. *Rom. vlt.* c. Deus pacis conteret Sathanam ſub pedibus veſtris.
  - Deſideria. *Ezech.* 1. b. Pedes eorum pedes recti. *Pſal.* 121. Stantes erant pedes noſtri.
  - Finales Sancti. *Pſalm.* 17. Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum. *Abac.* 3. d. Et ponet pedes meos quaſi ceruorum.
  - Vltima regna. *Dan.* 2. c. Pedum pars ferrea, pars fictilis.
  - Suſtentatores pauperum. *Iob* 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo.
  - Finis vitæ. 1. *Reg.* 2. b. Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit. *Pſal.* 56. Laqueum parauerunt pedibus meis. *Gen.* 3. c. Tu inſidiaberis calcaneo eius.
  - Immortalitas. *Ezech.* 37. c. Steterunt ſuper pedes meos.
- Mali.
  - Mala voluntas. *Thren.* 1. c. Sordes eius in pedibus eius.
  - Pronitas ad malum. *Prou.* 1. b. Pedes eorum ad malum currunt. *Pſal.* 13. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
  - Superbia. *ſupra Pſalm.* 35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ.
  - Spes caſſa. *Prou.* 25. c. Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli.
  - Licentia voluptatis. *Matth.* 22. b. Ligatis manibus, & pedibus, id eſt, licentia peccandi ablata.
  - Hypocriſis. 2. *Reg.* 9. d. Miphiboſeth claudus erat vtroque pede. Miphiboſeth interpretatur, decor ignominiæ. Vtroque pede, id eſt, ſcientia, & virtute.
  - Mors iniqui. *Iob* 18. b. Tenebitur planta eius laqueo.
  - Inconſtantia animi. *Iſa.* 23. b. Ducent eam longè pedes ſui ad peregrinandum.
  - Conſenſus ſuggeſtionis. *Baruch.* 5. c. Exierunt à te pedibus, ducti ab inimicis.

Item ibi. *g* Quoniam ego in flagella paratus ſum] facienda eſt alia diſtinctio, ſecundũ primam expoſitionem: quia paratus debet eſſe homo ad flagella propter multas cauſas.

Videlicet,
- Propter magnitudinem præmij. 1. *Cor.* 9. d. Illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. 2. *Cor.* 4. d. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. *Rom.* 8. d. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.
- Quia per illa ſcit ſe æternam pœnam euadere. Vnde *Greg.* Sancti temporalem pœnam lucrum putant, quia per hanc æternam ſe euadere non ignorant. *Abac.* 3. d. Ingrediebatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.

r vt requiescam in die tribulationis, &c.

Videlicet.
Quia videt se meruisse illa. Vnde *Mich. vlt.* b. Iram Domini portabo, quia peccaui ei. *Ierem.* 10. d. Hæc infirmitas mea: portabo illam.
Quia necesse est, vt patiatur illa; quia aut homo punit in præsenti; aut Deus puniet, vel in futuro, vel etiam in præsenti. Vnde debet facere de necessitate virtutem. *Ierem.* 49. c. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent; & tu quasi innocens relinqueris?
Quia per hæc Discipulus Christi esse probatur. Vnde *Matth.* 16. d. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Bernard.* Totus debet esse in disciplinis Discipulus Christi; vt humilietur ad timorem, erudiatur ad scientiam, exerceatur ad patientiam, coronetur ad gloriam.
Quia quantò homo pronior est ad flagella toleranda, tantò Deus pronior est ad miserendum. 2. *R. g. vlt.* c. ego sum, qui peccaui, ego iniquè egi: vertatur, obsecro, manus tua contra me: & tunc quando dixit hoc, Dominus misertus est eius, & ipsius populi.
Quia sunt signa ad habendam æternam beatitudinem. *Hebr.* 12. b. Flagellat omnem filium, quem recipit. Ibi dicit *Augustin.* Si exceptus es à numero flagellorum, exceptus es à numero filiorum.

Inimici *a* autem mei *b* viuunt, & *c* confirmati sunt *d* super me: & *e* multiplicati sunt, qui *f* oderunt me *g* iniquè. † *h* Qui retribuunt mala pro bonis, *i* detrahebant mihi: quoniam *k* sequebar bonitatem. Ne *l* derelinquas me, *m* Domine *n* Deus *o* meus: *p* ne discesseris à me. *q* Intende in adiutorium meum, *r* Domine, Deus salutis meæ.

In finem canticum Dauid pro Idithum. Ps. XXXVIII.

al. † Detrahebāt mihi, qui retribuunt mala pro bonis, qui persecutus sum iustitiam.

a Inimici autem mei] Pœnitens iste, demonstratiuo modo vtitur. Superiùs enim commendauit partem suam; hic autem infirmat partem aduersariorum, captans beneuolentiam à persona eorum. Et primò ostendit eorum falsam beatitudinem. Continuatio. Illi ita mihi fecerunt; & ego ita me habui patienter, & pœnitentiā feci; Inimici autem mei, sc. mali, & mundani homines. *b* Viuunt] id est, fruuntur temporalibus. *Iacob.* 4. d. Quæ est vita vestra? Vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. *Iob* 21. a. Quare impij viuunt, sublimitati sunt, confortatique diuitiis? Hanc vitam non habebat Paulus, qui dicit 1. *Corinth.* 15. d. Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres. Secundò ostendit eorum vanam securitatem. Vnde addit.

c Et confirmati sunt] in malo suo, securè peccantes. *Eccles.* 8. b. Quia non profertur citò contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. *Iob* 22. c. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ: & non est virga Dei super illos. Tertiò ostendit eorum malitiam, qua Iustos opprimunt. Vnde addit.

d Super me] quasi dicat, ex sua prosperitate, & securitate opprimebant me. *Sap.* 2. b. Opprimamus Iustum pauperem. *Abac.* 1. a. Quare taces conculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris. Quartum est, quia multi sunt. Vnde dicit

e Et multiplicati sunt.] *Eccles.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus. Postea ostendit modum, quomodo persequuntur eum, scilicet, corde, ore, & opere. Cordis persecutio notatur, cùm dicit. *f* Qui oderunt me,] Non perfecto odio, de quo *in Psalm.* 138. Perfecto odio oderam illos. Sed.

g Iniquè] id est, ex sola malitia, & non causa aliqua vrgente. *Psalm.* 24. Respice inimicos meos: quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. *Ioan.* 15. d. Oderunt me gratis. Et quòd sic iniquè oderunt. Probatio.

h Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi.] Mala pro malis retribuerent, si causam haberent, & odirent; sed quia retribuunt mala pro bonis, ideò manifestum est, quòd ex pura malitia, & iniquo odio hoc faciunt. Persecutio operis notatur *ibi*: Qui retribuunt, &c. Persecutio oris, *ibi*: *i* Detrahebant mihi.] Retribuere bona pro malis, lex Dei est, & procedit ex charitate. Retribuere bona pro bonis, lex mentis est: & hæc procedit ex æquitate. Retribuere mala pro malis, lex carnis est: & hæc procedit ex iniquitate. Retribuere mala pro bonis, lex Diaboli est: & procedit ex peruersitate. De prima *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. De secunda, *Prou.* 8. b. Ego diligentes me diligo. De tertia. *Rom.* 12. d. Nulli malum pro malo reddentes. De quarta *Ierem.* 18. d Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Et hoc faciunt propriè detractores. Vnde bene dicit; Detrahebant mihi; id est, de bono meo aliquid trahebant, & extrahebant, quantum poterant, illud occultis morsibus obfuscantes. *Prou.* 13. b. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat. *Psalm.* 100. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. *Roman.* 1. d. Detractores Deo odibiles. Hæc autem omnia faciebant, non ex alia causa, nisi *k* Quoniam sequebar bonitatem, id est, quia volebam fieri bonus. *Prou.* 13. d. Detestantur stulti eos, qui fugiunt mala. Et 14. a. Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via. *l* Ne derelinquas me, &c. Quarta pars vbi exultans de salute, qua expectat salutis Auctorem, rogat, vt eum ad salutem perducat. Et petit primò gratiam conseruantem, cùm dicit: Ne derelinquas me, &c. Secundò gratiam promouentem, cùm dicit: Intende in adiutorium. Tertiò gratiam consummantem, cùm dicit: Domine, Deus salutis meæ. Dicit ergo: Ne derelinquas me in tribulatione. *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. *m* Domine] quem timeo. *n* Deus] quem colo. *o* Meus] quem diligo. *Deut.* 4. e. Deus misericors, Dominus, Deus tuus est: non dimittet te. *Eccl.* 23. a. Domine Pater, & Dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Et si ad modicum videaris derelinquere me, secundum quod dicitur *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, tamen omnino. *p* Ne discesseris à me.] Aliquando enim derelinquit mater puerum, vt videat, si stare, & incedere possit; sed tamen non discedit ab eo, sed iuxta eum est; vt si forte titubare cœperit, apponat manum ne cadat. Sic Dominus in tribulatione, & tentatione facit. Vnde *Isa.* cùm dixisset: Ad punctum in modico dereliqui te, adiunxit: Et in miserationibus magnis congregabo te. Et post addit: Misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Et *in Psal.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo ei in veritate mea, quasi dicat, licèt modò videar nocere, sed tamen non noceo in veritate, sed prosum: Sicut Medicus non nocet ægro, licet vrat, vel in aliquo lædat eum: Sic ergo petit gratiam conseruantem. Postea autem petit gratiam promouentem, dicens. *q* Intende in adiutorium meum] id est, intente adiuua me, vt proficiam. Idem *infrà* dicitur *Psal.* 69. Deus, in adiutorium meum intende. Et notādum quod istum versiculum dicit Ecclesia in principio omnium horarum: quia versiculus iste valet contra omnes tentationes. Et cùm incipimus orare, Diabolus incipit tentare. Vnde cùm oramus, docemur à Domino abscondere nos, ne Diabolus possit adire nos. *Matth.* 6. a. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso hostio, ne sc. Diabolus intret, ora Patrem tuum. Et vt Dominus intendat, non sua merita, sed Domini beneficiā allegat, dicens. *r* Domine, Deus salutis meæ] quasi dicat, spero, & audacius peto hoc à te: quia mihi maiora fecisti: quia me proprio sanguine redemisti: Quod notat, cùm dicit: Domine, scil. qui me in seruum emisti. Item quia me de nihilo creasti: Quod notat, cùm dicit: Deus, sc. qui me creasti. Item quia à te etiam maius expecto, sc. æternam saluationem: Vnde addit: Salutis meæ, sc. auctor, dator, & promissor. Et memorans promissum, tacitè requirit soluendum: Vnde hic petit gratiam consummantem, quam expectat ab eo, qui dedit conseruantem, & promouentem, præuenientem, & subsequentem. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ: Ad quam nos perducat salutis Auctor Iesus Christus, Amen.

EXPOSITIO PSAL. XXXVIII.

Dixi, custodiam, &c.] Titulus. *In finem canticum Dauid pro Idithum.*] In præcedenti Psalmo loquebatur pœnitens afflictus multis mundi miseriis: In hoc autem Psalmo promittit se transire omnia mūdana, quia in mundo non est, nisi labor, & afflictio spiritus: Et ideò cogit hic mundus homines transire ab ipso, sicut dicit *Gr.* Dum tot calamitates ingeminat, dum tot aduersitatibus pulsat mundus iste, quid aliud, quam ne diligatur, clamat? Et ideò intitulatur Psalmus iste, *pro Idithum*, quod interpretatur transiliens, Et est sensus tituli talis: Canticum, id est, tractatus iste, qui dicitur canticum, quia in eo agitur de æterna beatitudine, ad quam iucundū est transire, dirigens nos in finem, est, vel attribuitur, Dauid, id est, cuilibet fideli. Canticum, dico, factum, pro Idithum, i. de Idithum, i. de transiliente mundum, carnem, & rationem. Mundum, per contemptum

temptum. Carnem, per macerationem. Rationem, per contemplationem. Intentio, eſt mouere, vt ſine offendiculo poſſumus tranſilire. Offendiculum autem, quo ſæpiùs offenditur, eſt lingua, vnde monet refrænare linguam. Modus. Tripartitus eſt Pſalmus. Primò agit de continentia linguæ, & petit finem ſuum ſibi oſtendi. Secundò oſtendit ſubitum hominis tranſitum, & caſum, & ſe Deum expectare, *ibi*, [veruntamen in imagine.] Tertiò petit ſibi Deum adeſſe, & peccata dimitti, vt proſpero fine poſſit exire. *ibi* [Exaudi orationem meam,] iſte ergo tranſiliens dicit primò ſe vitare vicinius offendiculum, ſc. vitium linguæ. Vnde dicit. *a* Dixi] in corde, id eſt, firmiter propoſui. *b* Cuſtodiam] vt cuſtodirem. *c* Vias meas] quæ multæ ſunt: ſc. cogitationes, locutiones, operationes. De quibus *Ierem*.7. a. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra. Et ideò [cuſtodiam. *d* Vt non delinquam, &c.] Quia niſi ſollicitè cuſtodiat homo vias ſuas, citò labitur in lingua. Vnde petebat *Pſal*.104. Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis. *Eccl*. 22. d. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum: vt non cadam in ipſis, & lingua mea perdat me? Vel. Ita bene [cuſtodiam vias meas, vt non deliquam in lingua mea] quod eſt perfectio. Vnde *Iac*. 3. 2. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir: *Eccl*. 14. a. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Notandum eſt autem, quòd multipliciter dicuntur viæ hominis cuſtodiri. Et multipliciter dicitur delinquere homo in lingua.

Partitio Pſalmi.

Debemus cuſtodire vias noſtras.

- Perſeuerando, ne ſc. eas relinquamus per pigritiam. *Gen*. 2. c. Poſuit Dominus hominem in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illud, ſc. opus ſuum.
- Circumſpiciendo, ne aberremus per ignorantiam: *Prou*. 14. b. Eſt via, quæ videtur homini recta; nouiſſima autem eius ducunt ad mortem.
- Eas ſub pede tenendo, ne eas amittamus per ſuperbiam. *Pſalm*.103. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. *Prou*. 10. b. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Ad huiuſmodi cuſtodiam monet *Aggæi* 1. b. Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras: ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum: Superbi enim quandoque multum ſeminant, quando bona opera faciunt; ſed parum inferunt, id eſt, intùs ferunt, quia totum exteriùs vento exponunt.
- Directè ambulando, ne declinemus ad dexteram, vel ad ſiniſtram. *Num*.21.e. Non declinabimus in agros, & vineas: non bibemus aquas ex puteis: via regia gradiemur, &c.
- Excludendo hoſtis verſutiam. *Pſal*.141. In via hac, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

d Vt non delinquam in lingua mea.]

In lingua delinquitur.

- Detrahendo: *Prou*.13.b. Qui detrahit alicui rei, in futurum ſe obligat. *Sap*.1.c. A detractione parcite linguæ.
- Adulando: *Pſalm*. 54. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, &c.
- Mentiendo: *Sap*.1.c. Os, quod mentitur, occidit animam.
- Veritati contradicendo: *Iſa*. 50. b. Dominus Deus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico. *Aug. in libro de natura boni*. Multi ſtudio contradicendi amiſerunt ſenſum.
- Peruersè iurando: *Eccl*.32.b. Vir multum iurans, replebitur iniquitate: & non diſcedet à domo illius plaga.
- Verbum Domini indignis proponendo: *Matth*.7.a. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.
- Importunè loquendo; *Eccl*.3.b. Eſt tempus tacendi, & tempus loquendi.
- Superfluè, & inutilia loquendo. *Eccl*. 23. b. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum; eſt enim in illa verbum peccati: *Matth*. 12. c. De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij.
- Falſum teſtimonium perhibendo: *Exod*. 20. c. Non loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. *Prou*.19.a. Teſtis falſus non erit impunitus.
- Diſcordias inter fratres ſeminando: *Prou*.6.c. Sex ſunt, quæ odit Deus; & ſeptimum deteſtatur anima eius. Et enumerans illa ſeptem, ſeptimum ponit hoc. Eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.
- Verbis alium decipiendo. *Eccl*.37. c. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur: non eſt illi à Domino data gratia:

Et in hoc verſu notantur tria, videlicet, deliberatio, cùm dicitur [Dixi] Cautela in operando, *ibi* [Cuſtodiam] Cautela in loquendo, *ibi*: [Vt non delinquam:] Poſtea addit, & oſtendit ſe non ſolùm deliberaſſe; ſed ſuo propoſito diligentiam poſuiſſe. Vnde dicit. *e* Poſui ori meo cuſtodiam,] quaſi dicat, non ſolùm ſeruabo, ſed & ſeruaui. *Prouerb*. 21. d. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. Et oſtendit, quòd hoc fecit, quando magis neceſſarium fuit, ſcilicet.

a **DIxi: *b* cuſtodiam *c* vias meas: vt non *d* delinquam in lingua mea. *e* Poſui ori meo cuſtodiam, cum † *f* conſiſteret peccator aduerſum me. † *g* Obmutui, & *h* humiliatus ſum, & *i* ſilui**

al. † conſiſtit.
al. † obſurdui.

f Cùm conſiſteret peccator aduerſum me] id eſt, Diabolus, vel malus homo, inſidians, & prouocans, & paratus accuſare. *Pſalm*. 36. Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Et *ibidem*: Obſeruabit peccator iuſtum, &c. *Eccl*. 11. d. Homo peccator ſanguini inſidiatur: attende tibi à peſtifero; fabricat enim mala, ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. *Matth*. 22. b. Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone. Tunc ergo neceſſe eſt ponere ori cuſtodiam, ne aliquid rapiant ex ore. *Prouerb*. 25. d. Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu; ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Et in ſequentibus probat, quòd poſuit cuſtodiam. Cuſtos enim oſtij, quando opus eſt, claudit oſtium: & quando opus eſt, aperit: & quibuſdam claudit: quibuſdam aperit: Vnde hic ſequitur de vtroque, ſcilicet, de clauſione, *ibi*: Obmutui. Et de apertione, *ibi*: Locutus ſum, &c. Dicit ergo.

g Obmutui,] id eſt, penitùs tacui, nolens ſanctum dare canibus, ſcilicet, peccatori conſiſtenti aduerſum me. Et non feci hoc ex ſuperbia, vel ex ira; ſed ex vera humilitate. Vnde addit. *Matth*.7.a.

h Et humiliatus ſum.] Et obmuteſcens. *i* Silui à bonis,] vt hæc dictio, bonis, ſumatur, vel maſculini generis, vel

Moraliter de religioſis.

a Dixi cuſtodiam, &c.] Poteſt autem exponi ſpecialiter de Religioſo, qui eſt propriè Idithum, id eſt, tranſiliens, ſc. de mundo ad clauſtrum, vt dicat: Dixi cuſtodiam vias meas, quæ ſunt tres viæ, ſiue triplex via. De qua *Exod*. 5. a. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem. Hæc via trium dierum, eſt triplex votum, quod fit in religione, quæ per ſolitudinem deſignatur, videlicet, votum caſtitatis, votum obedientiæ, votum paupertatis; ſiue abrenunciatio proprietatis. Iſtæ viæ cuſtodiuntur, ſicut ſuprà dictum eſt in alia expoſitione. Et bene [Dixit,] id eſt, propoſuit eas cuſtodire: qui vt meliùs poſſit eas cuſtodire, ſe eis alligat vinculo indiſſolubili, quod eſt votum ſolenne. Nec ſolùm illas communes vias cuſtodit; ſed & ſpeciales alias ſemitas, ſcil. ieiunium, & alia: Vnde addit. *d* Vt non delinquam in lingua mea,] malè loquendo, vel etiam comedendo. *e* Poſui ori meo cuſtodiam,] ſcil. Prælatum, qui portat clauem oris mei: quia nec loqui, nec comedere poſſum ſine licentia eius. *Mich*.7. b. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui, id eſt, à carne, quæ primò mouet ad gulam, & deinde ad loquacitatem. Nec ſolùm os Religioſi cuſtodit Prælatus; ſed & omnia membra eorum: quia nec ire, nec operari poſſunt, niſi quantum permittit regula, vel Prælatus. Quod ſignificatum eſt *Geneſ*.41. f. Vnde dixit Pharao Ioſeph: tuo imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Voluntariè enim hic ligant manus, & pedes ſuos, ne tandem nolentes, ligatis manibus, & pedibus proiiciantur in tenebras exteriores, cum illis, qui ad mundi vanitates, & delitias carnis, & ad honores manus, & pedes extendunt: Secundum quod dicit *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. *g* Obmutui.] Duplex eſt cauſa taciturnitatis, ſcil. voluntarium ſilentium, & impotentia loquendi, quæ facit hominem mutum. Clauſtrales voluntarium ſilentium ſibi aſſumunt, & etiam potentiam loquendi ſibi abſcindunt: Sicut aliquis quandoque proiicit clauem domus, quando vult bene cuſtodire, ne aliquis ingrediatur, aut egrediatur. Vtrumque hic notatur. Obmutui, quantum ad impotentiam. *i* Et ſilui à bonis] quantum ad voluntarium ſilentium. Sed quia quidam dicunt: Dominus magis gratum habet paruum bonum, ſi facio in ſæculo animo libero, quàm maius bonum, ſi facerem in religione, vbi quaſi coactus eſſem; Ideò oſtendit cumulum meriti ſui, dicens. *h* Et humiliatus ſum,] quaſi dicat, quòd alij ſubiectus ſum, & quòd ſic ſilentio aſtrictus ſum, non eſt ex ſeruili conditione, ſed ex vera humilitate, quæ *Matth*.22.b.

* quantò

neris, vel neutri, id est, [silui à bonis] hominibus, quod non docui eos. Vel [à bonis] verbis, quæ malis non dixi, quia contemnebant. *Ezech.* 3. g. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. *Amos* 5. d. Ideò prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.

a Et] quia sic oportuit silere à bonis, dolor, &c. Nouus erat dolor pro contemptu, & obstinatione malorum [renouatus est] pro damno bonorum, qui amittunt pastum verbi Dei. Nouus erat, cùm loquebatur, quia contemnebant verbum Dei; renouatus est, cùm silet à bonis, quia paruuli petunt panem: & non est, qui frangat eis. *Thren.* 4. a.

à bonis: & *a* dolor meus renouatus est. *b* Concaluit cor meum *c* intra me; & in *d* meditatione mea exardescet ignis: *e* Locutus sum in *f* lingua mea, *g* notum fac mihi, Domine, finem meum, & *h* numerum dierum meorum, quis est: vt *i* sciam, quid desit mihi.

Iob 16. b. Si locutus fuero, non quiescit dolor meus: & si tacuero, non recedit à me. Sed quia dolor iste posset esse contra malos ex indignatione, quia contemnunt eum: & erga bonos ex appetitu gloriæ, quia, scilicet, vellet eis prædicare propter inanem gloriam: ideò vtrumque remouet, cùm subiungit.

b Concaluit cor meum intra me] id est, simul, tam ad istos, quàm ad illos caluit, quasi dicat, vterque dolor ex charitate cordis procedit. Vel; Concaluit, id est, simul erga Deum, & proximum caluit, quasi dicat, iste dolor ex gemina dilectione, Dei, scilicet, & proximi procedit. Et quia calorem istum non possum pandere, vt ex bono thesauro cordis proferam bona sermonis exhortatorij. Tamen.

Matth. 12. c. *d* In meditatione mea exardescet ignis,] quasi dicat, etsi non possum dilectionem cordis producere ad effectum; intus tamen seruabo affectum. Et bene dicit, non ardebit, sed [exardescet] quod est inchoatiuum: quia sicut charitas nunquam excidit; ita non veterascit, sed semper

1. Cor. 13. c. iuuenescit. Vnde *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, &c. *Rom.* 13. c. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Ibi dicit *Gloss.* quòd charitas dum redditur, non amittitur; sed reddendo multiplicatur.

Moraliter de Religiosis. * quantò magis coram hominibus me deiicit, tantò magis coram Deo me extollit. Et propter hoc bene dicit talibus *Isa.* 30. d. In silentio, & in spe, qua, scilicet, in solo Deo speras, quod ad humilitatem pertinet, erit fortitudo vestra. Sed contra multos Religiosos est, quod ibi sequitur. Et noluistis, & dixistis: nequaquam, sed ad equos fugiemus. Multi enim Religiosi nec in silentio, nec in humilitate volunt manere, sed ad litteram equitare, & mundi pompis intendere.

a Et dolor meus renouatus est.] Dolor Religiosi vetus est, de peccatis, quæ fecit, sed quotidie renouatur pro incolatu huius miseriæ. *Psal.* 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Renouatur autem pro dilatione patriæ. *Rom.* 7. b. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, vt scilicet, anima liberè possit euolare ad patriam?

b Concaluit cor meum] id est, simul caluit, quasi nulla pars frigida, vel tepida remansit. *Apoc.* 3. c. Vtinam calidus esses, aut frigidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Sed non prætermittendum est, quod dicit.

c Intra me.] Multi enim sunt, qui non habent cor intra se, sed extra ad temporalia, ad mundana quæcumque. *Psal.*

Matth. 14. b. 39. Cor meum dereliquit me. Et his flat frigidus ventus Aquilo, nec possunt calefieri. Et inde est, quod refrigescit charitas multorum. Sed boni Religiosi, qui omnia exteriora contemnunt, & obliuiscuntur, cor habent intra se, & ideò calefiunt. *Ierem.* 20. c. Factus est in corde meo, quasi ignis æstuans, clausúsque in ossibus meis. *Thren.* 1. c. De excelso misit ignem in ossibus meis. Hæc est bona gutta inossata, vel artetica: Talis enim dicitur incurabilis. Sic est de amore Dei, quando sic cordi infigitur. *Cant.* 8. c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Et *Cant.* 5. c. Amore langueo. Boni autem Religiosi, qui semper meditantur de bonitate Dei, hunc ignem nutriunt: Vnde addit.

d Et in meditatione mea exardescet ignis] id est, meditatio mea faciet eum exardescere, inchoatiuè, ita quòd nunquam cessabit ardere. *Leuit.* 6. c. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos, subiiciens ligna, &c. Altare, cor est: Sacerdos Religiosus vir: Ligna Christi beneficia, & Sanctorum exempla. Vel Sacerdos, est Christus, secundum ordinem Melchisedech: Ligna, sunt inspirationes.

e Locutus sum, &c.] Suprà diximus, quòd in duobus ostendebat iste transiliens, id est, quod prædixit: [Posui ori meo custodiam, &c.] Videlicet, in eo, quòd claudebat os, quando opportunum erat: Et de hoc habitum est. Et in eo, quòd etiam aperiebat, quando necesse erat: Et de hoc dicitur hic: Locutus sum, non hominibus, quibus obmutui, & silui; sed Deo, scilicet, in oratione. In lectione enim loquitur nobis Deus; nos autem loquimur ei in oratione. Non corde tantùm, sed.

f In lingua mea,] ad litteram, id est, vocali oratione. Vel [In lingua mea,] id est, in idiomate meo, quo scilicet, loqui consueui Deo, scilicet, in desiderio animæ, & deuotione. Vel [In lingua mea locutus sum,] non in aliena. Propterea lingua transilientis, est lingua cœlestis: Aliena, est lingua mundi. Transeuntes, & peregrini lingua cognoscuntur, similiter transilientes Dei: Quia sicut dicitur *Ioann.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur: similiter qui de cœlo est, de cœlestibus loquitur. *Matth.* 26. g. Verè & tu ex illis es, id est, ex Galilæis: nam & loquela tua manifestum te facit. *Act.* 2. b. Nonne omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt, id est, transitores? Locutus sum: Quid? Hoc.

g Notum fac mihi, Domine, finem meum] id est, Christum, qui est finis, & retributio bonorum, sicut dicit *Gloss. super illud Psalm.* 118. Omnis consummationis vidi finem. *Gloss.* id est, Christum, qui est retributio, & beatitudo nostra. *Romanor.* 10. a. Finis legis Christus est, ad iustitiam omni credenti. Et ideò [notum fac] quia nosse illum, est vita æterna; vt dicitur *Ioann.* 17. a. Et nosse illum, est habere illum. Vel [Finem meum,] ad literam, id est, mortem, [notum fac mihi] vt eam in memoria habeam: Quod necessarium est propter multa.

Memoria mortis necessaria est, quia

- Facit contemni diuitias. *Hieron.* Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. *In prologo Bibliæ c.* 8.
- Facit contemni gloriam mundanam, & ineptam lætitiam. *Eccl.* 11. d. Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit: meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum malorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.
- Reprimit superbiam. *Eccl.* 11. b. Quid superbis terra, & cinis? Vnde in die cinerum dicitur homini: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.
- Timorem incutit. *Daniel.* 5. a. Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & Rex aspiciebat articulos manus scribentis: Tunc Regis facies immutata est, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. *Ecclesi.* 41. a. O mors, quàm amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in substantiis suis!
- Est cautela contra omne peccatum. *Eccl.* 7. d. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis; id est, nunquam peccabis. Econtrario dicitur *Thren.* 1. c. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui, &c.
- Est causa dispositionis interioris domus. *Isa.* 38. a. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.

Vel [finem,] id est, diem mortis. *Eccl.* 9. c. Nescit homo finem suum. Vel [finem,] id est, exitum vitæ. *Iob* 6. b. Quis finis meus, vt patienter agam? Ita ergo desiderauit notitiam finis sui. Sed quia non contingit finem consequi, nisi per medium; ideò quærit medium sibi notum fieri, subdens.

h Et numerum dierum meorum:] Repete [Notum fac mihi] *Iob* 10. d. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Et hoc peto, non vt in medio stem, & voluptatibus vacem: Sed.

i Vt sciam, quid desit mihi. Quid,] scilicet, temporis, [desit mihi,] id est, venturum sit. Et [quid] meriti [desit mihi,] vt scilicet, in tempore residuo diligentiùs laborem: Sicut ille, qui videt diem tendere ad occasum, & adhuc grandem viam sibi restare citra locum, quo tendit, festinatiùs, & ardentiùs currit. Vnde 1. *Cor.* 9. d.

Sic currite, vt comprehendatis. 3. *Reg.* 19. b. Surge, comede: grandis enim restat tibi via. Sunt autem, qui volunt scire numerum dierum suorum alia de causa, videlicet, vt instantiùs vacent voluptatibus suis. Vnde tales dicunt, sicut dicitur *Sapient.* 2. a. Dixerunt impij cogitantes apud se, non rectè, exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, &c. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, &c. quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. Postea ostendit se exauditum in hoc, quòd Dominus ostendit ei defectus suos. Et sunt hi defectus,

al. † veteres. *al.* † nihil. *al.* † Quamquam. *Al.* † Ambulet. *al.* † tamen vanè.

a Ecce † *b* mensurabiles posuisti dies meos, & *c* substantia mea tanquam † nihilum ante te. *d* Veruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens. † *e* Veruntamen in *f* imagine † *g* pertransit homo; † sed & *h* frustrà cõturbatur.

per quos hic habet homo causam, quare transilire debeat, & futuram vitam inquirere. Primus defectus est in tempore, scilicet, breuitas vitæ. Vnde dicit.

Nota defectus hominis impellentes ad inquirendum futuram vitam.

a Ecce] in aperto est.

b Mensurabiles posuisti dies meos] id est, ita breue spatium constituisti vitæ meæ, quòd de facili potest mensurari. Sicut exponitur illud *Psalm.* 21. Dinumerauerunt omnia ossa mea. De hac breuitate *Iob* 14. 2. Homo natus de muliere, breui viuens tempore. *Ibidem.* Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Mensurabiles dicit, secundum quantitatem continuam, non discretam, vt, scilicet, diceres, numerabiles: vbi enim aliquod tempus est, illud est mensurabile; non autem numerabile, nisi vbi plures dies conueniunt. Dubium autem est, vtrum viuat quis per aliquot dies, siue per vnam tantum, vel per partem vnius diei. *Matth.* 25. a. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. Secundus defectus est corruptio, quod ibidem notatur secundum aliam translationem, quæ habet [Ecce veteres posuisti dies meos.] *Hebr.* 8. d. Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est. Tertius est fragilitas humana, siue conditionis humanæ fragilitas. Vnde sequitur.

Triplex substantia.

c Et substantia mea quasi nihilum ante te.] *Isa.* 40. d. Omnes Gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Et bene dicit [Ante te] quia quando homo se absolutè respicit, credit se aliquid esse, cùm nihil sit. Sed cùm est coram Deo in oratione, vel contemplatione, vel meditatione, tunc videt se nihil esse. Et non solùm accidentia sua, sed etiam substantiam, id est, quod præcipuum in ipso est, nihil esse reputat. Vnde Abraham cùm coram Domino esset, dixit *Genes.* 18. d. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis. Est autem triplex substantia, scilicet, terrenorum, naturalium, & gratuitorum. De prima, *Genes.* 31. c. Tulit Iacob omnem substantiam, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum. De secunda dicitur *Luc.* 15. c. De filio prodigo, quòd profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. De tertia, *Hebr.* 11. a. Fides sperandarum rerum substantia. Et hæc triplex substantia, quasi nihil est ante Deum, id est, respectu æternorum, quæ sunt ante Deum. Quartus defectus est vanitas. Vnde dicit.

d Veruntamen, &c.] Continuatio. Dico, quòd [substantia mea, quasi nihilum ante te] sed tamen non debet dici substantia, sed potiùs vanitas. Hoc est [Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.] Et fit ibi distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, cùm dicitur [vniuersa.] Est enim vanitas cogitationis, locutionis, operationis. Et qualibet harum dicitur homo vanus. Et ad maiorem expressionem, non solùm vanus, sed ipsa vanitas hic appellatur. *Psalm.* 143. Homo vanitati similis factus est. Est enim omnis homo vanus cogitatione. Vnde in *Psalm.* 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Item locutione, *Psal.* 11. Vana locuti sunt, vnusquisque ad proximum suum. Item operatione. *Psalm.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Item notà, quòd est vanitas essentiæ, cui subiacet omnis creatura. Vnde *Rom.* 8. d. Vanitati enim creatura subiecta est. Item vanitas pœnæ. Huic subiacet sensibilis creatura. *Eccl.siast.* 1. a. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et est vanitas culpæ. Huic subiacet rationalis creatura. *Iob* 11. c. Vir vanus in superbiam erigitur. Et est vanitas specialis pœnæ, scilicet, mortis. Et his omnibus est homo subiectus. Vnde bene dicit [Vniuersa vanitas.] Sed ex quo omnis homo est vanitas, nunquid Christus? Non. Christus enim non est homo viuens tantùm, sed est ipsa vita. *Ioann.* 1. a. Vita erat lux hominum. Et 14. a. Ego sum via, veritas, & vita. Quintus defectus est instabilitas. Vnde sequitur.

Multiplex vanitas.

De casu & transitu hominis.

e Veruntamen, &c.] Et est hic secunda pars, in qua agit de casu, & transitu hominis. Suprà dixit [Omnis homo viuens, & cæter.] Et posset aliquis stultus dicere. Non curo, si vanitas sum, dummodo viuam; & in vanitate suaue est mihi viuere. Quod excludit hic. Dico [Viuens. Veruntamen] non diu viuit, quia.

f In imagine] id est, ad modum imaginis, quæ videtur in speculo, & statim disparet.

g Pertransit homo] citò moriens. Transiens quidem quotidie, sed [pertransit] in morte, id est, perfectè, & ex toto transit: quia nec ipse videtur, nec de eo etiam vestigium aliquod in memoria habetur, sicut imago in speculo. *Psalm.* 9. Perit memoria eorum cum sonitu, ad literam, campanarum. *Iob* 29. b. Transit sicut visio nocturna: oculus, qui eum viderat, non videbit eum: nec vltrà tenebit eum locus eius. Sextus defectus est mentis perturbatio. Vnde addit.

h Sed & frustrà conturbatur] quasi citò pertransit: & ideò in paruo tempore vitæ suæ deberet vel quiescere, vel laborare pro vita æterna. Hoc autem non facit [sed &] id est, etiam [conturbatur frustrà,] id est, pro nihilo: quia pro transitoriis, quæ nihil sunt. *Bernard.* Timent, quæ non oportet: amant, quæ non decet: dolent vanè, gaudéntque vaniùs. *Prouerbiorum* cap. 15. c. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam: Et hoc frustrà. Quia, vt dicitur *Prouerbiorum* 11. d. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos.

Aliter.

Aliter potest exponi versus iste. Dixi, quòd.

d Vniuersa vanitas omnis homo viuens. Veruntamen] licet sit vanitas; factus tamen est ad imaginem. Et.

Imago multiplex.

f In] illa [imagine pertransit homo] ad peccatum. Sed contrarium videtur esse illud, quod dicitur in alio *Psalmo* 72. Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Solutio. Est imago triplex. Creationis, recreationis, similitudinis, sicut dicitur *in Gloss. super illum versum.* Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Imago creationis est, in qua creatus est homo, scilicet, ratio. In hac pertransit homo; quia non amittit homo eam, quantumcunque malus sit: quam habet etiam Diabolus. Imago recreationis est, per quam reformatur imago creata, scilicet, Dei gratia, quæ menti reparandæ infunditur: Hanc amittit homo per peccatum: Et de hac verum est, quod dicitur, Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Imago similitudinis est, ad quam factus est homo: quia factus est ad imaginem, & similitudinem, non Patris tantùm, vel Filij, sed totius Trinitatis. Item est imago dominationis, qua differt homo ab Angelis: Ei enim datum est præesse piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram, vt dicitur *Genes.* 1. d. Est etiam imago principij; quia sicut omnia à Deo sunt, vt à causa efficiente, sic ab vno homine omnes, vt à materia. Et est imago conformitatis naturalium: quia homo est animal mansuetum naturâ.

In verbo, pertransit, sunt tria componentia.

Et nota, quòd in hoc verbo [pertransit] componentia sunt tria, scilicet, per, trans, it. Quia homo per peccatum non tantùm it; sed transit, & pertransit; It enim, & recedit à Deo in consensu mentis. *Psalm.* 77. Spiritus vadens, & non rediens. *Psalm.* 80. Ibunt in adinuentionibus suis. Quia mens vadit de desiderio in desiderium; transit autem in opere: pertransit in obstinatione, vel desperatione. Nos autem è contrario eamus de virtute in virtutem: transeamus de mundo ad religionem: pertranseamus de actione ad contemplationem. De primo itinere *Psalm.* 83. Ibunt de virtute in virtutem. De transeundo ad Religionem dicitur *Isaia* 45. Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt vinctis manibus, & te adorabunt, téque deprecabuntur: tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus. Sabaïm, interpretatur conuertentes, & clamantes. Et significat Religiosos, qui sunt viri fortes corde, sublimes virtute, conuertentes se ad Deum, non per accidens, nec per contra positionem; sed simpliciter in toto corde, per obedientiam: in toto corpore, per diuersam carnis afflictionem: in totis rebus suis, per abrenunciationem

tionem proprietatis. Item clamantes, per prædicationem. *Isa.* 58. a. Clama: ne cesses, &c. Hi ergo, Domine, ad te transibunt: & tui erunt, non sui. *Ioann.* 1. a. Sui eum non receperunt. Post te ambulabunt, abnegantes semetipsos, & tollentes crucem suam vinctis manibus: quia non suam, sed tuam voluntatem facientes. Te adorabunt inclinantes, teque deprecabuntur orantes. Quare? Quia tantùm in te est Deus, id est, non fecerunt sibi alium Deum, sicut multi faciunt sibi ventrem Deum. *Philip.* 3. d. Quorum Deus venter est. Nec diuitias, *Matth.* 6. c. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Nec Baal, id est, superbiam. Nec Beelphegor, id est, libidinem, & sic de aliis. *Augustinus.* Quod vnusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deus est. De pertranseundo dicitur *in Psalm.* 65. In flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso, in flumine, videlicet, tribulationis: De quo *Matth.* 7. d. Venerunt flumina, & flauerunt venti. In hoc flumine positi Sancti pertranseunt pede affectus, ad contemplandum præmium. *Hebræor.* 11. c. Fide Moyses grandis factus magis elegit affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, aspiciebat enim in remunerationem. Vnde etiam fluminis impetus impellunt Sanctos ad pertranseundum, quia dum Sancti hic non habent nisi tribulationem, coguntur suspirare ad sinum quietis æternæ. *Gregorius.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. *Genes.* cap. 7. c. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime a terra. Ibi, id est, in transitu illo, lætaberis in ipso Deo, non in mundo. [Sed & frustrà conturbatur] quasi dicat, etsi pertranseat in imagine, vt ei remaneat imago; tamen parum valet ei, quia turbat, & deturpat eam per sollicitudinem temporalium. *Eccles.* 7. d. Hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: Ecce imago, scilicet, ratio, qua deberet erigi ad superna. Et ipse se immiscuit infinitis quæstionibus: Ecce conturbatio. Hoc autem non vtiliter [sed frustrà] quia sicut dicitur *Prouerbiorum* 10. a. Nihil proderunt thesauri impietatis; iustitia verò liberabit à morte. *Aggæi* 1. b. Qui mercedes congregauit, misit eas in saccum pertusum.

37. dist. c. Homo. — al. † ante te semper.

a Thesaurizat, & ignorat, cui *b* congregabit ea. Et *c* nunc quæ *d* est expectatio mea? nonne Dominus? & *e* substantia mea † apud te est.

a Thesaurizat.] Suprà habuimus sex defectus, siue miserias: quæ sunt causæ, quare transilire debet homo. Hic autem ponitur septima causa, siue miseria, scilicet, labor acquirendi res temporales. Vnde dicit [Thesaurizat] ad litteram, id est, thesauros congregat. Dicitur enim thesaurus, à thesis, quod est positio, & aurum: Vnde thesaurizare, est aurum ponere, scilicet, in arca, vel in terra. *Matth.* cap. 6. c. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Eccl.* 5. a. Noli attendere ad possessiones iniquas. *Eccles.* 31. a. Qui diligit aurum, non iustificabitur.

Vnde dicatur thesaurus.

Moral. Moraliter thesaurizant multi, non in cœlo, sed in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. Hi sunt qui ponunt aurum sapientiæ suæ in mundanis, vbi est ærugo, id est, curæ mundi consumentes, & tinea concupiscentiæ; quæ carnem consumit, & fures, & Dæmones. De quibus tribus 1. *Ioann.* cap. 2. c. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Et ideò talium sapientia non est desursum descendens, vt dicitur *Iacob.* 3. d. sed terrena, animalis, & diabolica. Octauus defectus, siue causa transiliendi est, quia nescit diues, quis succedet ei in diuitiis suis. Vnde sequitur.

b Et ignorat cui congregabit ea.] *Ecclesiastic.* 2. c. Detestatus sum omnem industriam meam, qua sub Sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro, vtrum sapiens, aut stultus futurus sit. Hoc autem præcipuè Clericis competit, qui ignorant, cui congregant: non enim habent determinatos hæredes, sicut laici: Vnde de ipsis propriè dicitur *Ecclesiast.* 6. a. Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines; vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem: & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. Viris enim Ecclesiasticis dedit Deus diuitias Ecclesiæ, quas proprio sudore, & sanguine, tam suo, quàm Martyrum acquisiuit. Non ipsi labore, & sudore suo acquisierunt eas, sicut laici acquirunt suas diuitias. Et dedit illis tria, scilicet, diuitias, substantiam, & honores. Diuitias scientiæ, & eloquentiæ. Substantiam rerum. Honores dignitatum, & prælationum. Qui ergo ita ignorat, cui congregat, stultum se esse demonstrat, sicut dicit Dominus. *Luc.* 12. c. de illo diuite, qui dicebat: Quid faciam, quia non habeo, quò congregem fructus meos? Et ibi sequitur. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te: & quæ parasti, cuius erunt? Ideò dicit *Boëtius.* Tunc solùm pretiosa est pecunia, cùm translata in alios, vsu largiendi desinit possideri. Determinatis miseriis, & defectibus, quæ sunt causæ transiliendi ad Deum, ostendit se ad Deum transilire spe & desiderio. Vnde dicit.

Boëtius lib. 2. *de consol. prosa* 5.

c Et nunc] id est, ex quo tot sunt in mundo miseriæ, & defectus.

d Quæ est expectatio mea, nonne Dominus?] quasi dicat, sic: Ac si dicat: nolo in præsenti ditari; sed expectabo, vt ipsum Dominum habeam in possessionem. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Alia litera [Præstolatio mea tu es.] *Prouerbior.* 10. d. Expectatio Iustorum lætitia. Probatio autem, quod expectatio mea est Dominus, habetur ex hoc, quod sequitur.

e Et substantia mea apud te est] id est, thesaurus meus est in cœlo, quasi dicat, multa bona opera feci, non pro fauore hominum, aut aliquo temporali emolumento; sed pro cœlestibus, *Matth.* 19. c. Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: Ecce, substantia apud Deum. *Prouerbiorum* 10. c. Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius. De substantia autem malorum dicitur *in Psalm.* 138. Substantia mea in inferioribus terræ. Et potest in hoc versu notari duplex stola, quam iustus expectat. Stola animæ, cùm dicit: Quæ est expectatio, & cæter. Stola corporis, cùm subiungit [Et substantia mea apud te est.] Item posset esse thema in aduentu Domini [Et nunc quæ est expectatio mea, & cæter.] *Genes.* 49. b. Ipse erit expectatio Gentium. Et *ibidem* c. Expectabo Salutare tuum, Domine. Et notandum, quòd antiqui Patres expectabant Dominum. Primò vt Doctorem. *Osea* 10. d. Tempus autem requirendi Dominum, cùm venerit: qui docebit vos iustitiam. Vnde quasi iam post aduentum eius dicit *Ioel* 2. f. Exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis Doctorem iustitiæ. Hoc primum desiderium exprimitur in aduentu, in primo O, quod est, O sapientia: Vbi habetur in fine: Veni ad docendum nos viam prudentiæ. Et sumitur de *Luca* 1. g. vbi dicitur. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, &c. Hoc autem primum O sumitur de *Ecclesiastici* 24. a. Secundò expectabant eum, vt Redemptorem. *Psalm.* 110. Redemptionem misit Dominus populo suo. Bursa, in qua reposita fuit ista redemptio, fuit Beata Virgo: Et significatur hoc in secundo O, quod est, O Adonai. Et sumitur de *Iudith vltim.* c. Qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti: Ecce redemptio in bursa: Vnde subiungit: Veni ad redimendum nos in brachio extento. Tertiò vt Liberatorem à Limbo. *Zach.* 9. c. Tu verò in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua: Quod significatur in tertio O, quod est, O radix Iesse. Et sumitur de *Isa.* 11. a. Et in fine subiungitur: Veni ad liberandum nos, &c. Quartò vt Liberatorem à carcere peccatorum. *Threnorum* 3. f. Lapsa est in lacum anima mea: posuerunt super me lapidem. Hoc desiderium exprimitur in quarto O, quod est, O clauis Dauid: Et sumitur de *Isa.* 22. g. Et subiungitur ibi: Veni, & educ vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, & in vmbra mortis: Et sumitur hoc de *Isa.* 42. b. vbi dicitur? Dedi te in fœdus populi, & in lucem Gentium; vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Quintò, vt illuminatorem cordium. *Luc.* 2. c. Quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, &c. Hoc exprimitur in quinto O, quod est, O Oriens: Et sumitur de *Zachar.* 6. d. Et ibi subditur: Et splendor lucis æternæ. Et sumitur de *Sapien.* 7. d. Et subiungitur: Veni, & illumina sedentes in tenebris, & in vmbra mortis: Et sumitur de *Isa.* 9. a. *Psalm.* 111. Exortum est in tenebris lumen rectis corde. Sextò, vt Protectorem contra hostes. *Isa.* 19. d. Mittet eis Saluatorem, & Propugnatorem, qui liberet eos: Hoc petitur in sexto O, quod est: O Rex Gentium: Et subiungitur: Et desidera-

Thema in aduentu Domini. Qualiter antiqui Patres expectabant Dominũ quibusdam respectibus, qui notantur in antiphonis incipientibus ab O.

tus

tus eorum: Quod sumitur de *Aggai* vltim. b. Et in fine dicitur: Veni saluare hominem: &c. Sicut ergo antiqui Patres Dominum expectauerunt venturum in carne; ita & nos expectamus venturum ad iudicium, vt Remuneratorem, & Saluatorem: Quod petimus in septimo O: Quod est, ô Emanuel, Rex, & legifer noster, & cæt. veni ad saluandum nos, &c. Sed quia auxiliis Sanctorum indigemus, in præsenti, & in futuro: Ideò de Sanctis adduntur duæ aliæ antiphonæ. Vnde Octauum O est, ô Thoma Didyme. In quo subiungitur, Succurre nobis miseris, ne damnemur cum impiis in aduentu iudicis. Nonum O est, ô Virgo virginum. Et bene immediatè ante Natiuitatem dicitur: ô Virgo virginum, quia de Virgine natus est ille desideratus Dominus, de quo hic dicit transiliens [Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus?] Sed quia non est ita expeditus ad transiliendum, qui non aliquo peccato impediatur: ideò petit dicens.

Ab *a* omnibus iniquitatibus meis † *b* erue me: *c* opprobrium insipienti dedisti me. *d* Obmutui, & non *e* aperui os meum: *f* quoniam tu fecisti, *g* amoue à me † plagas tuas. *h* A fortitudine manus tuæ *i* ego defeci in † increpationibus: † *k* propter iniquitatem corripuisti hominem. Et *l* tabescere fecisti sicut araneam animam eius: *m* veruntamen *n* vanè conturbatur omnis † homo.

al. † eripe.
al. † Obsurdui.
al. † flagella tua.
al. † argutionibus.
al. † pro iniquitate erudisti.
al. † viuens.

a Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Ab omnibus] id est, a tribus, videlicet, à superbia, auaritia, luxuria. De quibus *Isaia* 24. c. Formido & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Formido refertur ad auaritiam. Vnde dicit *Seneca* de auaro. Videt diuitem, & æstimat prædonem; videt pauperem, & suspicatur furem. Fouea, ad luxuriam. *Prouerbior.* 23. c. Fouea profunda meretrix. Laqueus dicitur subtilis tentatio superbiæ. *Psalm.* 139. Absconderunt superbi laqueum mihi.

b Erue me,] quasi cum violentia. *Ioan.* 1. d. Ecce qui tollit peccata mundi. Postea ostendit merita sua. Primum est patientiæ: De quo dicit.

c Opprobrium insipienti dedisti me,] quia stulti derident verè transilientem. Insipiens autem propriè est diues, de quo in *Psalm.* 48. Simul insipiens, & stultus peribunt. Et tales derident illum, qui diuitias, & mundum contemnit. *Iob* 12. a. Deridetur Iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. *Seneca.* Nondum felix es, nisi tota te turba deriserit. Post ostendit secundò meritum mansuetudinis, cùm subiungit.

d Obmutui, & non aperui os meum.] Sicut enim dicit *Gloss.* super *Matth.* 5. mitis, siue mansuetus non irritat, nec irritatur. Et ideò bene dicit [Obmutui,] interiùs non irritatus.

e Et non aperui os meum,] exteriùs non irritans alios. Nec meliùs reprimitur, aut confunditur exprobrantium insipientia, quam tacendo, & patienter, & mansuetè sustinendo. Vnde 1. *Petr.* 2. c. Vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Et post addit: Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniustè. Et quia licet patienter sustineat; tamen quia à se patientiam non habet, & quantum ex se est, deficere timet: ideò petit hæc à se moueri: Vnde subiungit.

f Quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas,] quasi dicat, [quoniam tu] non ego [fecisti mihi] vt non patienter responderem, aut murmurarem: ideò ne per me ferre non valeam [amoue, &c.] Vel sic. Quoniam tu fecisti] permissiuè [plagas.] Vnde addit [tuas] Ideò.

g Amoue,] quasi dicat: bene potes amouere, quia [tu fecisti] Omnis enim plaga est à Domino permittente, etsi Diabolus inferat eam. Sicut patet *Iob* 2. b. qui à Diabolo percussus est. Et tamen dicit *Iob* 9. d. Auferat à me virgam suam. Et 13. c. Manum tuam longè fac à me. Et vocat plagas opprobria, & detractiones, sicut *Ecclesiastic.* 28. c. Flagelli plaga liuorem facit; plaga autem linguæ comminuet ossa. Et necesse habeo, vt amoueas. Quia.

h A fortitudine manus tuæ,] id est, à graui flagellatione tuæ potentiæ.

i Ego defeci in increpationibus,] id est, in flagellis; quantum in me est. *Iob* 6. b. Quæ est fortitudo mea, vt sustineam? De fortitudine Domini, dicit *Iob* 9. c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Et 23. b. Nolo multa fortitudine contendat mecum; ne magnitudinis suæ mole me premat; proponat æquitatem contra me: & perueniat ad victoriam iudicium meum.

Fortis est Dominus.
- Ad pugnandum. *Psal.* 43. Manus tua Gentes disperdit. *Rom.* 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos.
- Ad flagellandum, vt *hic*. Et *Hebr.* 10. f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.
- Ad protegendum. *Isa.* 49. a. In vmbra manus suæ protegit me.
- Ad tenendum. *Deuteronom.* 32. f. Non est, qui de manu mea possit eruere. *Ioann.* 10. f. Nec rapiet eas quisquam de manu mea.
- Ad portandum. *Isa.* 40. c. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit?
- Ad dominandum. *Isa.* 40. c. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, &c.
- Ad saluandum. *Isa.* 43. b. Ego sum, ego sum: & non est absque me Saluator.

De increpationibus, *Iob* 33. c. Increpat quoque per dolorem in lectulo Et verè, in increpationibus.

k Propter iniquitatem corripuisti hominem, & cæt.] id est, humanum genus, & me inter eos [Increpationibus, & cæt.] dicit pluraliter: quia est increpatio verborum, & verberum, exemplorum, & peccatorum, quibus omnibus corripit Dominus. De prima dicitur 2. *Timoth.* 4. a. Argue, obsecra, increpa. De secunda. *Iob* 33. c. Increpat quoque per dolorem in lectulo. De tertia, *Iob* 5. c. Increpationem Domini ne reprobes. De quarta, *Ierem.* 2. d. Auersio tua increpabit te. Per hoc, quod dicit: Propter iniquitatem, tangit iustitiam, quia non iniustè factum est, sed propter peccatum hominis. Per hoc, quod dicit: Corripuisti, tangit Dei misericordiam, quia verberat non ad perdendum, sed ad corrigendum, vt patet *Prouerbior.* 3. b. Quem enim diligit Dominus, corripit. *Increpatio quadriplex.*

Corripit autem Deus hominem multis modis. Primò, ostendendo opera eius esse inutilia. Vnde subiungit. *Deus corripit hominē multis modis:*

l Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius;] scilicet, hominis, id est tabefactam ostendisti, ad modum araneæ. Vel, fecisti, id est, permisisti, quasi dicat: ostendisti ei, id est, homini, quòd tabe miseriæ plenus, & sine humore virtutum, euiscerauit se in congregatione terrenorum inutilium, sicut aranea euiscerat se in telis suis inutilibus. *Isa.* 59. a. Telas aranearum texuerunt. Propter hoc dicit *Iob* 8. c. Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Vecors enim dicitur, id est, sine corde, quia proiecit cor suum in terrenis. Vnde *Eccles.* 10. b. Nihil iniquiùs, quam amare pecuniam: hic enim, & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Secundò corripit Deus hominem, præsentes iucunditates amaritudinibus respergendo. Vnde addit.

m Veruntamen, hoc est, insuper.

n Vanè conturbatur omnis homo,] id est, præter hoc; quod in huiusmodi sollicitudine temporali est vanitas, est etiam conturbatio: quia est labor in acquirendo; timor in possidendo, dolor in amittendo. Et benè dicit, Omnis homo, nullo excepto, propter paucitatem eorum, qui possunt excipi: qui quasi nulli sunt in respectu aliorum. *Ierem.* 6. c. A minore vsque ad maximum omnes auaritiæ student. Potest autem propriè de inuido exponi, quod dicitur: qui tabescit de bonis aliorum. *De inuidis.*

l Et tabescere fecisti, &c.] *Seneca.* Vtinam in omni ciuitate oculos haberent, scil. inuidi, vt de bonis omnium torquerentur. *Sap.* 6. d. Neque cum inuidia tabescente iter habebo. Item de Hypocritis. Vnde dicitur 2. *Reg.* 13. d. Mansit Thamar tabescens in domo Absalon. Thamar enim, id est, amaritudo pœnitentiæ, tabescit in domo Absalon, qui interpretatur pax patris: tamen fuit bellum patris sui. Vnde significat Hypocritam: quia vnum prætendit in nomine, contrarium exequitur in operatione. Fuit etiam Absalon speciosissimus extra in corpore; & deformissimus intra in anima: sic Hypocrita. Item & de auaro, secundum quod prædictum est, qui araneæ comparatur propter multas proprietates, quæ notantur his versibus. *De hypocritis.* *Auarus comparatur araneæ.*

Persus. *Grossa retrò, succincta, breuis, virus, timet ignem.*
Pro muscis, pendens, viscere texit opus.

Hæc omnia competunt auaro. Est enim grossus retrò, id est, inflatus à posterioribus, scilicet, terrenis. 1. *Cor.* 4. d. Cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt; sed virtutem. Item succinctus est, id est, parcus. *Eccles.* 11. c. Manducabo de bonis meis solus. Et in *eodem.* Est, qui locupletatur parcè agendo. Item breuis est, quia charitatem non habet, quæ est quantitas animæ. Vnde

al. † à me.
al. † inquilinus.
al. † incola.

a Exaudi orationem meam, Domine, & *b* deprecationem meam: *c* auribus percipe lacrymas meas. *d* Ne sileas, † quoniam † *e* aduena ego sum *f* apud te, & *g* peregrinus, *h* sicut omnes patres mei.

Prou. 1. c. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, &c. Item virus habet, per iracundiam, & litem. *Iac. b.* 3. c. Plena veneno mortifero. *Psal.* 23. Venenum aspidum sub labiis eorum. Timet ignem, ad literam, ne res suæ comburantur. Vel ignem prædicationis. *Ierem.* 5. d. Dedi verba mea in ore tuo in ignem. Item pro muscis laborat, id est, pro temporalibus, quæ, vt muscæ, citò auolant. *Iob* 20. b. Velut somnium auolans non inuenietur. *Psalm.* 75. Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Item suspendit se per ambitionem, sicut Iudas, qui laqueo se suspendit, *Matth.* 27. a. Viscere texit opus suum, sicut prædictum est. Vnde *Isa.* 59. a. Telas aranearum texuerunt, &c.

a Exaudi orationem.] Tertia pars, in qua primò petit Deum sibi adesse inter prædicta mala. Et primò supplicat voce, cùm dicit [Exaudi] id est, efficaciter audi [orationem meam, Domine.] Secundò mentis deuotione, cùm subiungit. *b* Et deprecationem meam. Tertiò, lachrymarum effusione, cùm addit.

c Auribus percipe lachrymas meas,] id est, diligenter attende lachrymas, quas, licet transiliens, effundo pro incolatu huius miseriæ, & pro dilatione patriæ. Item nota, quòd oratio, & deprecatio dicunt duos terminos. Oratio enim est ad bonum acquirendum; deprecatio ad malum amouendum; lachrymæ verò ad vtrumlibet quasi condimentum. Sed quomodo possunt lachrymæ auribus percipi? Sol. In hoc innuit, quod apud Deum idem est audibile, & visibile. *Thren.* 2. f. Deduc quasi torrentem lachrymas: & non taceat pupilla oculi tui. *Eccl.* 35. c. Lachrymæ descendunt ad maxillam: & exclamatio eius super deducentem eas. Nos autem debemus effundere lachrymas quadruplices, scilicet, pro peccatis propriis, pro peccatis alienis, pro incolatu huius miseriæ, pro dilatione patriæ. Primæ lachrymæ petunt veniam; Secundæ, clementiam: Tertiæ, consolationem: Quartæ, promissorum exhibitionem. Sed posset modò ei Dominus respondere. Quid petis, quia oras, & deprecaris, & lachrymaris? Vnde ipse aperit, quid petat, scilicet, iucunditatem mentis, dicens.

Quadruplices lacrymas debemus effundere.

d Ne sileas] ô Domine, sed sicut dicitur *Cant.* 2. d. Sonet vox tua in auribus meis. Loquitur autem Dominus pacem, quæ iucundam reddit conscientiam. *Psal.* 84. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Verè in plebem suam, quæ sua, non Diaboli est. Vnde addit. Et super Sanctos suos, &c. Et hoc allegat hic ille transiliens, dicens [Ne sileas, &c.] quasi dicat, omnia ista reliqui temporalia, regnum huius mundi, in quo natus sum filius iræ, reliqui & contemno, vt te sequar. Et ostendit hic duplex meritum. Primum est transitus de regno mundi, ad regnum Christi: Quod notatur, cùm dicit.

e Quoniam aduena ego sum,] à regno mundi.

f Apud te] morans, per spem, & desiderium. Aduena enim dicitur, qui de patria sua recedens, alibi moratur. Secundum meritum est transitus de virtute in virtutem: Quod notatur cùm dicit.

g Et peregrinus.] Peregrinus enim vadit de hospitio in hospitium, donec perueniat ad locum, quò tendit. Sic facit, qui benè transit. *Psalm.* 83. Ibunt de virtute in virtutem, donec videbitur Deus Deorum in Sion: Ecce terminus peregrinationis. Primum meritum pertinet ad incipientes: Secundum ad proficientes. Quia autem addit.

h Sicut omnes Patres mei,] pertinet ad perfectos, quasi dicat. Non ad horam, vel ad modicum sum aduena, & peregrinus; sed simpliciter, & perfectè, sicut omnes Patres mei.] *Deuter.* 33. a. Perfectio tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, &c. *Eccles.* 44. c. Non inuentus est perfectus Iustus. Hæc tria tanguntur 1. *Petr.* 2. c. Obsecro vos, tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis: Ecce apertè de duobus primis. De tertio autem, quod ad perfectionem pertinet, addit: Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam. Qui enim inter gentiliter viuentes benè conuersatur, perfectus est, sicut Loth in Sodomis. Imperfectus enim citò conformat se vitæ eorum, inter quos habitat, secundum quod dicitur in *Psalm.* 105. Et commixti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum,

† *i* Remitte mihi, vt *k* refrigerer *l* priùs quàm † abeam: & *m* ampliùs non ero.

Al. Dimitte me.
Al. eam.
al. Sustinens sustinui.

In finem Psalmus Dauid.

XXXIX.

EXpectans † expecta-

& seruierunt sculptilibus eorum, &c. *Seneca.* Socrati, & Lelio bonitatem suam dissimilis multitudo excutere potuisset. Quia verò non est homo, qui non peccet, & peccatum transilientem impedit; ideo in fine petit remissionem peccatorum, vt expeditè, & sine obstaculo possit transilire: Vnde dicit.

i Remitte mihi,] peccata mea.

k Vt refrigerer.] Peccata enim ignis sunt, & incendunt hominem. *Psalm.* 79. Incensa igni, & suffossa. Vel [Remitte,] id est, iterum mitte gratiam cooperantem.] Vt refrigerer] ab æstu culpæ, & pœnæ. Gratia enim culpam fugat, & pœnam mitigat. Gratia quippe est ros, de quo *Ecclesiast.* 43. c. Medicina omnium in festinatione nebulæ, obuians ros ab ardore venienti, humilem efficiet eum. Hæc nebula, est Christi incarnatio. Ros, est Spiritus sancti gratia. Humilitas autem facit pœnam leuiùs portari. [Remitte vt refrigerer] dico, hic, quia post mortem non est remissio, neque refrigerium, vt patet in diuite, qui nec guttam aquæ potuit habere ad refrigerandam linguam suam. Et hoc est, quod sequitur.

l Priùs quàm abeam, &c.] id est, eam à via huius vitæ.

m Et ampliùs non ero, supple, si sine remissione abiero, vel iero [Amplius non ero] quia malè ero, & malè esse non est esse. Vnde *Ezech.* 28. f. Nihili factus es, & non eris in perpetuum: quia in pœna erunt tales socij Diaboli, qui dicitur non esse, quia malè est. *Iob* 28. c. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est.

EXPOSITIO PSALM. XXXIX.

EXpectans expectaui Dominum, &c.] Titulus [*In finem Psalmus Dauid.*] Finis dicitur consumptionis, vt finita est expensa. Item consummationis, vt finitus est liber, id est consummatus. Sed finis consummationis dupliciter dicitur, scilicet, finis consummans, & finis consummatus. Finis consummans, est iustitia in præsenti, vel nouum testamentum, in quo iustitia docetur. Finis consummatus æterna beatitudo. Et est sensus tituli. Psalmus iste attribuitur Dauid, id est, Christo, vel cuilibet membro Ecclesiæ; dirigens nos in finem consummantem, scilicet, iustitiam, per quam venitur ad finem consummatum, scilicet, beatitudinem. Vel in finem, id est, nouum testamentum consummans, in quo terminatur vetus. In Hebræo habetur [*Pro victoria Psalmus Dauid.*] Quod benè huic, quod hic habemus, competit, quia per victoriam venitur ad finem. Intentione monet legentes, vt relictis figuris legis, & superstitione idololatriæ, ad nouum Testamentum accedant. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò ostendit Ecclesiam expectasse Christi incarnationem, & habuisse eam à Christo nouum Testamentum, per quod multi securi sunt: per quod etiam reprobantur superstitiones. Inuitat etiam ad mirabilia Dei. Secundò exponit illa mirabilia, quæ sunt incarnatio, iustitia prædicationis, liberatio hominum ab iniquitatibus, confusio inimicorum, lætitia sperantium, *ibi*: [Annunciaui, &c.] Ecclesia ergo dicit in persona antiquorum.

n Expectans expectaui Dominum.] Primò ergo ostenditur desiderium Ecclesiæ, cùm dicit: [Expectans, & cæt.]

⊖ Secundò lon-

n Expectans expectaui Dominum, &c.] Moraliter dicit quilibet contemptor temporalium, [Expectans expectaui Dominum,] quasi dicat, licet alij expectent quandoque, non tamen expectant Dominum, sed alia. Vnde notandum, quòd Deus expectat hominem, & homo bonus ex-

Moral.

* pectat

Mystic. ◎ Secundò longanimitas Ecclesiæ, in diu, & patienter expectando, cùm replicat [expectaui] Quid?

a Dominum,] incarnandum. *Abacuch* 2. Si moram fecit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit. *Isa.* 25. c. Ecce Dominus Deus noster iste: Expectauimus eum, & saluabit nos. Tertiò ostendit prouentus huius expectationis. Primus est incarnatio. Vnde dicit.

a Dominum: & † b intendit mihi. Et c exaudiuit † preces meas: d & eduxit me de e lacu miseriæ, f & de luto † fæcis. Et g statuit h supra petram i pedes meos: & k direxit gressus meos.

al. † attendit. *al.* † deprecationem meam. *al.* † limi.

b Et intendit mihi] Dominus, quasi dicat, non sum fraudatus à desiderio meo. *Psalm.* 54. Intende mihi, & exaudi me. Secundus prouentus, est petitionum exauditio. Vnde dicit.

c Et exaudiuit preces meas] quibus, scilicet, rogabam, vt veniret. Vnde dicit in *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Item hoc verificatum fuit quando Apostoli & Sancti orantes, faciebant miracula, & nihil eis negabat Dominus, sicut promiserat eis, *Ioan.* 16. e. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Tertius prouentus, est liberatio eorum, qui erant in Limbo. Vnde addit.

d Et eduxit me, id est, extrà duxit.

e De lacu miseriæ,] id est, de Limbo, vbi tenebantur. Et erat eis miseria, non videre Deum, quem desiderabant. *Zacharia* nono c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Quartus prouentus fuit, quia quantum in ipso fuit, docuit nos exire de subiectione carnalium concupiscentiarum. Vnde addit.

f Et de luto fæcis, &c.] id est, de peccatis carnalibus, quæ dicuntur lutum, quia foetent ad literam, & conculcantur, id est, hominem reddunt conculcatum, & vilem, per infamiam. Ab his Christus suo exemplo nos docuit exire, quia in carne sua omnem passionem sustinuit, & omnes delitias fugit. Vnde prima *Petr.* 4. a. Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit à peccatis; vt iam non hominum desideriis, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. Quintus, fuit confirmatio in fide Christi. Vnde sequitur.

g Et statuit, id est, stabiles fecit.

h Supra petram] Christum, quia vt dicitur 1. *Cor.* 10. a. Petra est Christus.

i Pedes meos, &c.] Apostolos, qui fuerunt pedes Ecclesiæ, qui eam portauerunt, sustinentes pondus diei, & æstus. *Eccles.* 26. d. Pedes firmi super plantas stabilis mulieris, fundamenta æterna supra petram solidam. Ecce hic habetur de Ecclesia, quæ est stabilis mulier: & De Apostolis, qui sunt pedes, & fundamenta: & de Christo, qui est petra solida: & de stabilitione Apostolorum supra istam petram. Sextus prouentus, est directio viæ Paradisi. Vnde dicit.

k Et direxit gressus meos, & cæt.] dando consilium voluntariæ paupertatis. Seruare enim mandata, via erat, & adhuc est, ducens ad patriam; sed tamen vadit circumeundo per temporalia, & sollicitudines huius mundi. Seruare autem consilia, semita recta est, in qua direxit gressus Apostolorum, & totius Ecclesiæ, quæ in voluntaria paupertate, & communitate fundata fuit. De via quærebat ille adolescens, qui dixit Domino *Matthæi* 19. b. Quid faciam, vt vitam æternam habeam? Et Dominus viam docuit eum, cùm subiunxit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Gressus autem eius volens dirigere in semitis consiliorum, adiungit. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes: & da pauperibus, & veni, sequere me. Ille verò dirigi noluit. Vnde sequitur. Cùm audisset adolescens verba hæc, abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Et in hoc multos habet hodie sequaces. Sed Dauid directus à Deo volebat istum sequi, cùm dicebat: Legem pone mihi in via tua: & dirige me in semita recta, propter nomen tuum, quod est Iesus, vt me salues. Septimus prouentus, est lætitia, & laus, & de noua gratia. Vnde sequitur.

◎ Et immisit.

Moral. * pectat Dominum, & mali homines expectant alia, vt patet in sequentibus.

- Expectat.
  - Deus: Hominem ad poenitentiam. *Isa.* 30. d. Expectat Dominus vt misereatur nostri.
  - Homo.
    - Bonus.
      - Dei filiũ
        - Vt Redemptorem, *Abac.* 2. a. Si moram fecerit, expecta eum.
        - Vt Iudicem. *Luc.* 12. e. Et vos similes hominibus expectantibus Dominũ suum. *Heb.* 10. c. Terribilis est quædam expectatio iudicij.
        - Vt Glorificatorem. *Soph.* 3. b. Expecta me, dicit Dominus in die Resurrectionis meæ in futurum.
        - Vt benefactorem. *Iere.* 14. b. Tibi peccauimus, expectatio Israel.
        - Vt hæreditatem. *Thren.* 3. c. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo illum.
      - Gloriam creatam. 2. *Petr.* 3. c. Nouos coelos & nouam terram, & promissa ipsius expectamus.
      - Conuersionem malorum. *Isa.* 59. b. Expectauimus iudicium, & non est: salutẽ, & elõgata est à nobis.
    - Malus.
      - Vindictam. *Prouerb.* 2. d. Præstolatio impiorum furor.
      - Felicitatem terrenam. *Iob* 30. d. Expectabam bona, & venerunt mihi mala. *Prou.* 11. a. Expectatio sollicitorum peribit.
      - Plagas bonorum. *Act.* 12. b. Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. *Thren.* 2. c. En ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.
  - Iudæus. Messiam cum asino. De quo *Gen.* 22. a. Expectate hic cum asino.
  - Omnis creatura. *Roman.* 8. d. Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.

Contemptis ergo aliis, dicit vir iustus. [Expectans expectaui Dñm.] Et in geminatione verbi, etiam notatur desiderium expectantis, & longanimitas. Dñs autem, quem expectaui, non confudit me ab expectatione mea. Sed. b Et intendit mihi.] *Psal.* 33. Oculi Domini super Iustos, & aures eius in preces eorum. Non tantum intendit, sed efficaciter. c Exaudiuit preces meas,] id est, ad effectum audiuit, vt scilicet, faceret quod petebam. Vnde in sequentibus exponit, quæ sunt illa, dicens. d Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis,] id est, de peccato, quod dicitur lacus propter hoc, quod sicut de facili cadit homo in lacum, sed non de facili exit; sic in peccatum de facili cadit, & per se; sed non de facili, nec per se resurgit. *Psalm.* 77. Spiritus vadens, & non rediens. Hoc significatum est in hoc, quòd filij Israel de facili ingressi sunt in Ægyptum. *Gen.* 46. a. Sed cum maxima difficultate exierunt. Et non per se, sed Dei auxilio, vt habetur à *principio Exodi, vsque ad* 15. capit. Dicitur autem non tantùm lacus, sed [lacus miseriæ] quia per peccatum fit homo miser, amissis omnibus bonis, quæ antè habebat; sicut econtrario iustitia ditat. Vnde *Prouerb.* 14. d. Iustitia eleuat Gentem, miseros facit peccatum populos. Dicitur autem lutum propter immunditiam. *Deuteron.* 32. a. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus. Nec simpliciter lutum, sed [lutum fæcis] propter foetorem, & consuetudinem. *Ierem.* 48. b. Requieuit Moab in fæcibus suis, non est transfusus de vase in vas, scilicet, de vase contumeliæ, in vas gloriæ. Cùm autem [eduxit me] postmodum non dimisit recidere in lacum, & lutum. Et hoc est, quod sequitur. g Et statuit supra petram,] id est, stabiliuit in Christo. i Pedes meos] intellectum, videlicet, & affectum: quibus anima, quasi pedibus, cogitando, & desiderando portatur. Intellectus stabilitur in Christi cogitationes; affectus in eius amore. *Exod.* 33. d. Ecce, inquit, est locus apud me: & stabis supra petram. *Isa.* 2. c. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo. Ex boni autem cognitione pariter, & amore, sequitur operatio. Vnde addit. k Et direxit gressus meos, &c.] id est, opera.

Psalm. * Et sit

Psalmus XXXIX.

a Et immisit in os meum canticum b nouum, † c carmen Deo nostro. d Videbunt multi, & e timebunt, & f sperabunt † in Domino. g Beatus vir, cuius est nomen Domini h spes eius: & non i respexit in k vanitates, & l insanias † falsas. m Multa, fecisti tu, Dñe, n Deus meus mirabilia tua: & o cogitationibus tuis nó p est, † qui similis sit tibi. q Annunciaui & r locutus sum, s multiplicati sunt super t numerú,

Mystic. a Et immisit in os meum canticum nouum,] id est, ita me intus repleuit gaudio, vt in ore canticum assumo. b Nouum] quia pro nouis. Vnde in *Psalm. 91.* Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit, scilicet, noua. Noua enim solent homines admirari. Nouum fecit Dominus in Christi Conceptione, quia conceptus est sine virili semine. Nouú in Natiuitate, quia de virgine natus est. Nouum in prædicatione: Beati pauperes spiritu. Mandatum nouum do vobis, &c. Et ita in omnibus factis eius noua possunt inueniri. Vnde Ecclesia nouum canticum incepit cantare. Octauus est lætitia, & gratiarum actio in tribulationibus. Vnde addit. c Carmen Deo nostro.] *Iob 35.c.* Qui dedit carmina in nocte, id est, lætitiam, & gratiarum actionem in tribulatione. *Act.5.g* Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nonus est conuersio aliorum: Vnde subiungit.

Matth.5.a. *Ioan.13.d.* *al.* † hymnum. *al.* † in Deú. *al.* † mendaces. *al.* † quis.

d Videbunt multi,] me laudantem Deum cantico, & carmine supradicto.

e Et timebunt] sibi, quòd non similiter faciant, sed tamen non desperant. Sed f Et sperabunt in Domino.] Hæc enim duo faciunt hominem conuerti ad Deum, scilicet, spes & timor. Et altero deficiente, non potest conuerti. Propter quod dicitur *Deut.24.b.* Non accipies loco pignoris inferiorem, aut superiorem molam. Postea ostendit beatum esse illum, qui sic conuertitur. Vnde addit.

g Beatus vir, cuius nomen,] id est, Christus.

h Est spes eius,] id est, conuertit se ad fidem Christianam, sperans se in ea saluari. Sed quia de duobus populis conuersi sunt, scilicet, de Iudæis, & Gentibus, bene sequitur.

i Et non respexit,] id est, confidentiam non habuit.

k In vanitates,] id est, in cæremonias, quæ non sunt nisi vanitas: & vmbra fuerunt eorum, quæ sunt in nouo Testamento. l Et insanias falsas,] id est, ad simulachra, & idola, quæ colere contra rationem, & insania est, quia falsa sunt: nec est ibi veritas aliqua. *1. Corinth.8. a.* Scimus, quoniam nihil est idolum in mundo. Et posset quærere Iudæus, vel Gentilis. Et Christus nunquid ipse Deus verus? Vnde subiungit probationem, quod Christus sit Deus, dicens.

m Multa fecisti tu,] nón alius.

n Domine, Deus meus mirabilia tua,] id est, mirabilia opera tua, cœlum, & terram creando, tot miracula in aduentu tuo faciendo. Et ex hoc manifestum est te esse Deum: quia nullus posset hæc facere, nisi Deus. *Ps.118.* Mirabilia testimonia tua. *Ioan.5.f.* Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Nec fecisti ista auxilio, aut consilio hominum, sed tua sapientia, & dispositione. Vnde addit.

o Et cogitationibus tuis] id est, tua prouidentia, & sapientia: supple, fecisti illa mirabilia. *Isa.25. a.* Domine, Deus meus es tu, exaltabor, & confitebor nomini tuo: Quoniam fecisti mirabilia, & cogitationes antiquas fideles, Amen. Et ne dicat Iudæus, vel Gentilis, quòd similiter posset alius, scilicet, Moyses, vel Machometus facere. Sequitur.

p Non est, qui similis sit tibi,] quia tuum velle facere est. *Iob 36.c.* Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in Legislatoribus. Quia nec Moyses, qui fuit Legislator Iudæorum: Nec Machometus, qui fuit Legislator Gentium.

Moral. * Et sit splendor Domini Dei nostri super nos: Ecce cognitio notatur in splendore. Amor in hoc, quod dicit: Dei nostri, qui se nobis dedit. Et de operatione statim sequitur. Opera manuum nostrarum dirige. Post hæc autem congruo ordine sequitur Dei laudatio. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Et *Psalm. 32.* Rectos decet collaudatio: Vnde subiungit. *Eccl.15.c.*

a Et immisit in os meum canticum nouum, carmen Deo nostro. Canticum] pertinet ad laudem Diuinitatis [Carmen] ad laudem humilitatis: quia canticum, est exultatio mentis habita de cœlestibus, in vocem prorumpens [Carmen] verò est id, quod metro mensuratur. Bene ergo conuenit canticum Deo homini, in quantum Deo: carmen autē Deo homini, inquantum homini. Et ad designandum in duabus naturis vnam esse personam, dicit vltimò [Carmen Deo nostro] Vel [Canticum] pertinet ad laudem Dei [Carmen ad instructionem proximi, quæ cum mensura facienda est. Vel [Canticum] de futuris bonis [Carmen] de præsentibus. Ex his ergo sequitur proximorum ædificatio. Vnde addit. d Videbunt multi,] quasi dicat, exemplo meo, & doctrina carminis lucente eis, videbunt peccata, & defectus suos, & Dei iustitiam. *Canticum & carmen quid sint, & cui pertineant.*

e Et] ideò, timebunt, & iterum videbunt Dei misericordiam.

f Et] ideò, sperabunt in Domino. Nec frustrà, quia quod ab eo sperant, obtinebunt, scilicet, saluationem. Vnde addit.

g Beatus vir, cuius est nomen Dñi] Iesus, id est, Saluator.

h Spes eius,] id est, qui sperat se consecuturum salutem à Domino, sicut Apostolus, dicens *Phil.3. d.* Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Ideò dico, quod talis est Beatus. Quia beatus dicitur, cui omnia optata succedunt. Et talis salutem, quam optat, habebit. Vnde in *Psalm.36.* Saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Sed quare dicit, cuius, &, eius? Alterum enim videtur superfluum. Solutio; vt denotet, quòd ipse est principium, & finis. Per, cuius, principium, per, eius, finis. Sed quia sunt quidam, qui hic gaudere volunt cum mundo, & regnare postea cum Christo: ideò de beato sperante adiungit. *Quis dicatur beatus.*

i Et non respexit,] id est, retrò aspexit.

k In vanitates] mundi. l Et insanias] peccati, sicut Apostolus *Phil.3. c.* Quæ retrò sunt, obliuiscens; ad ea verò, quæ priora sunt, extendens meipsum. Mundana autem, id est, quæcunque sunt in mundo, dicuntur vanitates. *Ecclesiastes.1. a.* Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Peccata autem dicuntur insaniæ: secundum quod dicit *Gregorius.* Quid insanius, quam pro momentanea delectatione æternis se mancipare suppliciis? *Gal. 3. a.* O insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati non obedire? Dicit autem in Domino, sperando, & non in alio. Quia.

m Multa fecisti tu, Domine mirabilia tua, &c.] Hoc expone, vt supra. *Alleg.*

q Annunciaui.] Secunda pars, in qua ostendit, quæ sint mirabilia. Et loquitur hic Christus, quasi respondens Ecclesiæ, quæ suprà dixit: Multa fecisti, &c. Quasi dicat Christus, verè multa feci, quia, Annunciaui per Prophetas. Hoc fuit vnum mirabile, quod per Prophetas suos filius Dei ventura nunciabat. Secundum mirabile fuit eius Incarnatio. De qua dicit.

r Et locutus sum, incarnando meipsum. Locutus sum, dico, in propria persona, quod antè per Prophetas annunciaueram. *Isa.52. b.* Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quoniam ego, qui loquebar, ecce adsum. *Hebr. 1. a.* Multifariè multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Tertium mirabile est dilatatio Ecclesiæ. Vnde sequitur.

s Multiplicati sunt,] fideles. t Super numerum,] id est, ita, quòd non possunt numerari. *Genes.15. b.* Suspice cœlum, & numera stellas, si potes: sic erit semen tuum. Et *Genes. 13. d.* Si quis potest hominum numerare puluerem, semen quoque tuum numerare poterit. Quartum mirabile, est irritatio, siue mutatio veteris sacrificij. Vnde dicit.
A Sacrificium &

Moral. q Annunciaui, &c.] Moraliter, vox est prædicatoris, dicentis, Annunciaui, futura præmia, & supplicia.

r Et locutus sum,] hortando acquirere præmia, & fugere supplicia. Et ex hoc. s Multiplicati sunt,] boni.

t Super numerum,] id est, valde. De primo, *Isa.21.b.* Pone speculatorem: & quodcunque viderit, annunciet. De secundo, *Isa. 40. a.* Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam. De tertio, *Isa.9. a.* Multiplicasti Gentem. Et ibi præcedit, Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, scilicet, lux prædicationis: Et hoc sequitur, Multiplicasti Gentem. Vnum autem præcipuum est, quod facit auditores multiplicari in bonum, scilicet, quando obedientes sunt Domino illi, qui prædicant. Vnde Adam, quia noluit obedire Domino, ideò amisit dominium, quod super animalia habebat, & etiam super suam carnem, sicut dicit *Gregorius.* Qui Auctori suo esse subditus noluit, ius carnis suæ, quam regebat, amisit. Vnde cùm dixit, multiplicati sunt super numerum, quasi causam subiungens, dixit.

* Sacrificium

a Sacrificium, & oblationem *b* noluisti; † *c* aures autem perfecisti mihi. † *d* Holocaustum & pro *e* peccato non *f* postulasti: *g* tunc dixi: ecce venio. In *h* capite libri scriptum est de me, vt † *i* facerem voluntatem tuam *k* Deus meus, volui, & *l* legem tuam in *m* medio cordis mei.

al. † corpus. al. † holocaustum etiam pro delicto non petisti. al. † faciam.

Alleg. A *a* Sacrificium, & oblationem, &c.] quasi dicat, multiplicati sunt, non merito sacrificiorum, sed merito fidei, quæ per dilectionem operatur. Et hoc est, quod dicit: [Sacrificium,] quod de animabus fiebat: [Et oblationem,] de simila, vel thure, vel oleo.

b Noluisti.] *Isa.* 1. c. Holocausta arietum & adipem pinguium & sanguinem vitulorum, & agnorum & hircorum nolui. Ibi dicit *Gloss.* nunquam. Sed si Dominus noluit sacrificium, quare ergo præcipit? Ad hoc respondet *Chrysostomus* sic: Non est mirum, si placatus retractauit, quod iratus præcepit. *Isa.* capitulo primo d. Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Ideò enim præcepit Dominus, vt sibi offerrent huiusmodi sacrificia, ne idolis ea offerrent. *Leuit.* capitulo decimo septimo b. Adolebit Sacerdos adipem in odorem suauitatis Domino, & nequaquam immolabunt hostias suas Dæmonibus, &c. Et quod dicit *Gloss. Ieronym.* quòd nunquam voluit simpliciter, sed secundario, scilicet, non voluit, vt res, sed vt signa. Item non voluit ipsa sacrificia, sed voluit deuotionem offerentium: Vnde dicit *Augustin.* Nunquam in odoribus sacrificiorum delectatus est Dominus, nisi in fide, & desiderio offerentis. Quintum mirabile est, quod obtulit se pro nobis in ara Crucis obediens Patri vsque ad mortem. Vnde sequitur.

c Aures autem perfecisti mihi,] id est, perfectam obedientiam dedisti mihi, quasi verè sacrificium noluisti, nec per sacrificia placatus es humano generi, sed per obedientiam meam: Vnde Apostolus ad *Hebr.* c. 10. a. introducit istum versum, & sequentem, sic dicens: Impossibile est sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata: Ideò ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi, & cæter. Nec est dissonum, quod hic dicit: [Aures perfecisti,] & ibi: Corpus aptasti, quia obedientia fuit in corporis oblatione, & aptando corpus suum Cruci, perfectam obedientiam habuit, & ostendit. *Philip.* cap. 2. a. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Alio etiam modo dicitur corpus Christi auris, quia sicut verbum aptatur auri: sic verbum Patris carni humanæ.

Corpus Christi dicitur aptum.
- Quia ex sola muliere. *Luc.* 1. d. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.
- Quia sine fœtore coitus. *Daniel.* capitulo 2. e. Abscissus est lapis de monte sine manibus.
- Quia in conceptione formatum. *Ierem.* capitulo 31. d. Creauit Dominus nouum super terram: fœmina circundabit virum.
- Quia non infecit animam infusam. *Psalm.* 14. Qui ingreditur sine macula.

Quòd autem sacrificium noluerit Dominus, probat descendendo ad particularia. Vnde sequitur.

d Holocaustum] quod, scilicet, totum incenditur.

e Et Pro peccato,] id est, sacrificium, & oblationem, quæ fiunt pro peccato, quæ multa erant, vt habetur in Leuitico. Hæc.

f Non postulasti.] *Isa.* 1. d. Cùm veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Et cùm ista tibi non placerent.

g Tunc dixi: ecce venio.] Dixit Christus Deo Patri tunc, cùm omnes ad sacrificia carnalia, & non ad Dei laudem currerent. *Sapient.* 18. c. Cùm quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus, Domine, exiliens de cœlo à regalibus sedibus venit. [Dixi,] facto quod prius annunciaueram per Prophetas. [Ecce,] factus visibilis in carne, [venio] in mundum. *Ioannis* capitulo decimo sexto f. Exiui à Patre, & veni in mundum. [Venio] voluntariè, non coactus adducor. *Aggæi* secundo b. Veniet desideratus cunctis Gentibus. Posteà ostendit causam, quare venit, scilicet, propter salutem animarum. Vnde subdit.

i Vt facerem voluntatem tuam.] Et quæ sit hæc voluntas, ipse dicit, *Ioannis* 6. b. Hæc est voluntas eius, qui misit me Patris, vt omne, quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo, &c. Quia ita.

h In capite libri scriptum est de me,] scilicet, in primo Psalmo. Beatus vir, qui non abiit: Qui de Christo principaliter legitur. Vel sic, [In capite libri,] id est, in Deo Patre, id est, caput libri, id est, Christi, qui est liber in quo debemus legere. *Iob* trigesimo primo d. Librum scribat ipse, qui iudicat. In illo ergo [capite] dicit Christus [scriptum est de me] per præordinationem. [Vt facerem voluntatem tuam.] *Isaiæ* 44. d. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Cyrus interpretatur hæres, & significat Christum, de quo *Matth.* 21. d. Hic est hæres: venite occidamus eum. Hic compleuit voluntatem Domini. Vnde *Isaiæ* 46. d. Vocans ab oriente Iustum, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Hoc autem non fecit inuitus, sed spontaneè. Vnde addit.

k Deus meus volui,] scilicet, facere voluntatem tuam. *Isa.* cap. 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. Nec tantùm volui, sed & feci. Vnde sequitur.

l Et legem tuam,] habui.

m In medio cordis mei.] Legem, id est, charitatem, quæ est noua lex. *Ioannis* capitulo decimotertio d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. *Romanorum* capitulo decimotertio c. Plenitudo legis est dilectio. Hanc legem benè habuit, non in angulo, sed in medio cordis sui; quia sicut dicitur *Ephes.* 5. a. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Moraliter. * *a* Sacrificium, & oblationem noluisti,] id est, minus voluisti, quam obedientiam, quæ notatur in hoc quod sequitur.

c Aures autem perfecisti mihi.] Vnde primo *Regum* decimoquinto e. Melior est obedientia, quàm victimæ. Et ideò qui vult esse Prædicator vtilis, primò oportet, quòd iugo obedientiæ se submittat. Vnde Petrus, qui fuit Apostolorum Prælatus, primò vocatus est Simon, quod interpretatur obediens. Et dicit: [Perfecisti,] vt notet perfectam obedientiam, quæ est in abrenunciatione propriæ voluntatis. Sed multi sunt, qui in quibusdam sacrificiis, & oblationibus, quæ faciunt confidentes, perfectam obedientiam aggredi negligunt, nec perfectas aures habent: Vnde quasi surdis, iterum idem replicat, dicens.

d Holocaustum, & pro peccato non postulasti;] supple, ita quod obedientia negligatur. Et propter hoc.

g Tunc dixi: ecce venio.] Ecce statim venio ad obedientiam, & postea ad prædicandum. [Venio] de sæculo in claustrum, vt obediam, vt postea veniam de claustro in agrum. De primo *Ioannis* primo f. Rabbi vbi habitas? Dicit eis, venite, & videte. *Psalm.* septuagesimoquinto. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. De secundo *Canticorum* 7. d. Veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, scilicet, ad prædicandum: commoremur in villis ad confessiones audiendum; mane surgamus ad vineam ad capiendum vulpeculas, quæ demoliuntur vineas. Sunt autem vulpeculæ, hæretici. Sunt autem quatuor necessaria homini, qui vult exire ad prædicationem, scilicet, testimonium conscientiæ, exemplum operis, & zelus animarum, & scientia. Testimonium conscientiæ notatur, cùm dicit. *Quatuor necessaria Prædicatori*

h In capite libri scriptum est de me,] id est, in recta conscientia, quæ dicitur liber. *Daniel.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Boni operis exemplum notatur, cùm dicit.

i Vt facerem voluntatem tuam.] Zelus, cùm dicit.

k Volui.] Scientia, cùm dicit.

l Et legem tuam in medio cordis mei,] vbi dicitur, quod est quædam concauitas, quæ recipit, & continet vitalem spiritum, quo conseruatur vita. Si autem caro ibi crescat, statim homo moritur: Ita etiam spiritualiter, carnalitas interficit hominem. Notandum autem, quòd liber in multis acceptionibus accipitur in sacra Scriptura. Est enim liber bonus, & liber malus. Vterque autem multipliciter dicitur.

- Liber.
  - Bonus
    - Christus & vita ipsius. *Ezech.* 2. d. Vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, &c.
    - Secreta Dei. *Apoc.* 5. a. Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula eius, &c.
    - Scripturã. *Matth.* 1. a. Liber generationis Iesu Christi, &c.
    - Nouum Testamentum. *Iob* 31. d. Librum scribat ipse, qui iudicat.
    - Naturæ. *Isa.* 34. a. Complicabuntur sicut liber cœli.
    - Vitæ, scil. Beata Virgo. *Eccl.* 24. c. Ego quasi vitis fructificaui. Et post addit: Hæc omnia liber vitæ, &c.
    - Scientiæ Dei. *Dan.* 12. a. Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus est scriptus in libro vitæ.
    - Præscientiæ. *inf.* In libro tuo omnes scribentur.
    - Præsentis iustitiæ. *inf.* Deleantur de libro viuentium. *Exod.* 32. g. Aut dimitte eis, aut dele me de libro tuo, in quo me scripsisti.
    - Conscientiæ. *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt.
    - Memoriæ. *Iob* 19. d. Quis mihi det, vt scribantur sermones mei?
    - Gratiæ Spiritus sancti. *Ierem.* 32. c. Accepi librum possessionis signatum.
    - Ecclesiasticæ congregationis. *Isa.* 34. d. Legite diligenter in libro Domini.
    - Consummationis Dei. *Ierem.* 51. g. Ligabis librum ad lapidem, & proiicies in medium Euphraten, & dices: Sic submergetur Babylon.
    - Religionis. *Isa.* 8. a. Sume tibi librum grandem.
  - Malus.
    - Repudij, *Isa.* 50. a. Quis est iste liber repudij?
    - Diabolici Chirographi. *Coloss.* 2. c. Delens, quod aduersum nos erat, Chirographum decreti, &c.
    - Suggestionis. *Isa.* 39. a. Misit Merodach Baradam filius Baladan Rex Babylonis libros, & munera ad Ezechiam.
    - Curiositatis terrenæ. *Ierem.* 17. b. Recedentes à te in terra scribentur.
    - Cor obstinatum. *Eod. Ierem.* a. Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo.
    - Diabolicæ comminationis. *Isa.* 37. a. Tulit Ezechias libros de manu nunciorum.
    - Inutilium artium. *Act.* 19. d. Multi ex his, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & cõbusserunt eos.

† *a* Annunciaui iustitiam tuam in *b* Ecclesia magna: *c* ecce labia mea non prohibebo: Domine, *d* tu † scisti. *e* Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: *f* veritatem tuam, & salutare tuum dixi. Non † abscondi misericordiam *g* tuam, & veritatem tuam, à † concilio multo.

al. † Benè nunciaui.
al. † cognouisti.
al. † oclaui.
al. † Synagoga multa.

Necessaria Prædicatori ad imitationem prædicationis Christi.

a Annunciaui iustitiam tuam.] Hic loquitur Christus de prædicatione sua: Et assignat plura, quæ etiã Prædicatori sunt necessaria. Et primò ostendit se fuisse eloquentem, cùm dicit: [Annunciaui,] id est, faciliter dixi, & apertè. *Ioann.* 7. g. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Hoc etiam necessarium est Prædicatori, & Prælato. Vnde Moyses ne fieret Prælatus, & Prædicator, allegauit *Exod.* 4. c. Obsecro, Domine, non sum eloquens, &c. Posteà ostendit quid annunciauit, & vbi, & quomodo. Quid, cùm dicit: [Iustitiam tuam,] id est, pœnitentiam, qua iustificatur homo; & quæ iustificat, & punit peccatorem. Et de hac dicit [tuam] quia ad honorem Dei debet fieri, non ad inanem gloriam. Hanc annunciauit Christus *Matth.* 4. c. dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vbi, cùm dicit. *b* In Ecclesia magna,] id est, in templo. *Ioan.* 7. d. Clamabat Iesus docens in templo, &c. Vel, [In Ecclesia,] id est, in congregatione fidelium. [Magna,] id est; vt magna fiat. *Psalm.* 21. Apud te laus mea in Ecclesia magna. Quomodo, cùm dicit. *c* Ecce labia mea non prohibebo, Domine,] quasi dicat, libenter prædicabo. Labia Christi, dicuntur duo Testamenta, de quibus dicit: [Ecce,] id est, manifestum est, quia [non prohibebo] ea, quia nouum testamentum in aperto dedit, & vetus aperuit, quæ antè prohibita erant: quia nec nouum habebatur, nec vetus intelligebatur; Sed Christus agnus occisus, aperuit signacula eius, vt dicitur *Apoc.* 5. b. Similiter Prædicator debet annunciare iustitiam, non stultitiam, aut fabulas. *Prou.* 8. a. Aperientur labia mea, vt recta prædicent. 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum crucifixum, &c. *Dan.* 12. b. Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Item dicit [tuam,] id est, Dei, non illius, qui prædicat, sicut iactatores faciunt. 2. *Cor.* 4. b. Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum. Item debet prædicare, non in thalamo, vel loco occulto, sicut faciunt hæretici in conuenticulis suis, sed [in Ecclesia magna] vbi omnes conueniunt. *Psalm.* 34 Confitebor tibi in Ecclesia magna.

- Ecclesia dicitur magna.
  - Propter magnitudinem fidelium. *Psal.* 34. In populo graui laudabo te.
  - Propter multitudinem fidelium. *Isa.* 54. a. Multi filij desertæ magis, quam eius, quæ habet virum.
  - Propter diffusionem locorum. *Isa.* 49. f. Angustus est mihi locus: fac spatium mihi vt habitem.
  - Propter populorum credentium varietatem. *Ioann.* 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, &c.

Item debet voluntariè prædicare, non prohibere labia. 1. *Corinth.* 9. c. Væ mihi est, si non euangelizauero: si autem volens hoc ago, mercedem habeo; si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Prohibet labia sua, qui, quod prædicat, operari non curat. *Gregor.* Prælatus cùm non agit bona, quæ loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat ipse, quæ non operatur. Et *idem*: Loquentis auctoritas perditur, cùm vox opere non adiuuatur. Et quia quandoque quod ab omnibus rectum videtur, à Deo subtiliùs intuente reprobatur: Ideò subiungit.

d Tu scisti,] quòd prædicta vera sint. 2. *Corinth.* 2. d. Sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Sed sunt nonnulli, qui non prohibent labia sua actu, vel voluntate contraria; sed tamen negligentia, vel nimia humilitate, bona quæ sciunt, aliis non communicant. Et licet primi plus peccent, hi tamen à peccato non sunt immunes: Vnde dicit *Gregor. in pastorali*: Qui magnis muneribus ditati, parere vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt, si districtè iudicentur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis ad publicum venientes prodesse poterunt: Ideò Christus dicit, & quilibet Prædicator dicere debet, quod sequitur.

e Iustitiam tuam, &c.] quasi dicat, iustitiam, quam cognoui, non per negligentiam, aut nimiam humilitatem prædicare dissimulaui. *Prou.* 11. d. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis.

f Veritatem tuam, &c.] Veritas consistit in promissorum adimpletione, salutare in Sanctorum glorificatione. Prædicare ergo debemus [iustitiam,] vt opere perficiatur. [Veritatem] vt credatur. [Salutare] vt diligatur. Primum respicit spem: Secundum fidem: Tertium charitatem. Iustitia prædicanda est iniustis, veritas ignorantibus, salutare desperantibus. Sunt & alij, qui nec propter contrariam voluntatem, aut vitam: neque propter negligentiam, aut nimiam humilitatem dimittunt prædicare veritatem, sed propter timorem. Vnde & hoc remouet, & excludit, cùm subiungit. *g* Non abscondi misericordiam tuam, &c.] id est, propter timorem concilij multi non dimisi, quin prædicarem misericordiam tuam, & veritatem tuam, & docerem homines venire ad te per vias tuas: quia vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. In misericordia venit quærere, & saluum facere, quod perierat, sicut dicitur. *Luc* 19. b. In veritate veniet ad iudicium. *Isa.* 3. c. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui, id est, cum Apostolis, & Euangelicis viris, qui cum eo iudicabunt. Et benè coniungit ista duo, scilic. misericordiam, & veritatem, vt simul sint vinum, & oleum, de quibus *Luc.* 10. f. Vtrumque enim cum altero est prædicandum: ne aut respectus misericordiæ solius moueat ad præsumptionem; aut respectus veritatis mittat in desperationem. Sed cum vinum pungit, & oleum lenit, sanantur vulnera, vt ibi dicitur: *Luc.* 10. f. Vnde *Psal.* 97. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius: Ecce sanitas.

sanitas. Et posteà addit de vino, & oleo: Notum fecit Dominus salutare suum: Ecce oleum. In conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam: Ecce vinum. Vnde expressiùs subiungit: Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel. Et *alibi*: Memor ero Raab, & Babylonis, id est, memorabor, id est, reducam ad memoriam audientium Raab, in qua notatur misericordia: & Babylonem, in qua notatur punitio. Hæc ergo omnia non debet Prædicator tacere propter timorem concilij, sicut nec Dominus. *Matt.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, &c. Et Apost. *Act.* 4. d. Non possumus, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Postquam de prædicatione sua locutus est Christus, conuertit se ad orandum pro se homine, & pro membris. Et hoc necesse fuit: quia prædicatio veritatis occasio fuit, quare impij contra Christum, & suos sæuierunt. Vnde dicit.

a Tu autem, Domine, *b* ne † lõlè facias *c* miserationes tuas à me: *d* misericordia tua, & *e* veritas tua semper susceperũt me. Quoniam *f* circundederunt me mala *g* quorum non est numerus: *h* comprehenderunt me iniquitates meæ, & non *i* potui, vt *k* viderem. *l* Multiplicatæ sunt super *m* capillos capitis mei: & *n* cor meum dereliquit me. † *o* Complaceat tibi Domine, † vt *p* eruas me: Domine, *q* ad adiuuandum me *r* respice.

a Tu autem] ô [Domine] Pater.

b Ne longè facias] id est, ne remoueas. *c* Miserationes tuas à me] homine, & à membris meis. Et probat per consuetudinem miserendi, & per veritatem promittentis, quòd Deus Pater debet misereri. Vnde dicit. *d* Misericordia tua] quæ tibi innata est. *e* Et veritas tua, &c.] id est, nunquam defuit mihi misericordia compatiens, & miserationes promittens, nec veritas promissa soluens. Probat etiam idem per miserias, quas patitur. Vnde addit.

f Quoniam, &c.] id est, pœnæ. *g* Quorum non est numerus. *Isa.* 22. e. Coronans coronabit te tribulatione. *Ps.* 114. Circundederunt me dolores mortis. Et quare ista passus sit, ostendit, quia propter peccata nostra. Vnde subiungit.

h Comprehenderunt me, &c.] id est, meorum, id est, propter peccata ipsorum cõprehensus sum, & punitus. *Thr.* 3. d. Spiritus oris nostri Christus captus est in peccatis nostris. Et ideò [iniquitates] dicit etiam suas esse, quia licet non perpetrauerit culpam; tamen portauit pœnam. *Psal.* 68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. *i* Et non potui,] id est, ita me tractare permisi, ac si impotens essem. Vnde dicebant *Matt.* 27. e. Seipsum non potest saluum facere. Et hoc. *k* Vt viderem] fructum Passionis meæ. *Isa.* 53. d. Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum. Vel sic: [Non potui, vt viderem] id est, non potui videre, quia ità viliter tractauerunt eum, quòd velata facie dabant ei alapas: & dicebant, prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit? *Matth.* 26. g. *l* Multiplicatæ sunt] iniquitates in membris, & pœnæ in me. *m* Super capillos capitis mei,] quasi dicat, infinitæ fuerunt. Nec in his persecutionibus consolationem habui: Quia *n* Et cor meum dereliquit me] id est, Apostoli, qui intimi mihi erant, & in quibus vita Ecclesiæ consistebat. De quibus etiam alibi dicitur: Factum est cor meum tanquam cera liquescens. Et quod dereliquerunt Dominum, prædixit Dominus eis *Ioan.* 16. g. Venit hora vt dispergamini vnusquisque in sua, & me solum relinquatis. *Iob* 29. b. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Ostensis miseriis, petit Christus liberari, dicens:

o Complaceat,] id est, simul placeat. *p* Tibi, vt eruas,] de manibus eorum, quasi dicat, sicut placet tibi, vt me flagelles; ita etiam cum hoc placeat [tibi vt eruas me.] Et sic facit Dominus. Vnde *Prou.* 3. b. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi Pater in filio complacet sibi. *Iob* 5. c. Increpationem Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat, & medetur: percutit & manus eius sanabunt. Et vt interim in tribulatione non deficiam. *q* Domine ad adiuuandum me respice,] oculo misericordiæ, *Psal.* 70. Deus ne elongaueris à me, Deus meus, in auxilium meum respice.

a Tu autem Domine, &c.] Ita etiam debet dicere Prædicator, vt postquam prædicauit, conuertat se ad orationẽ, & defectus suos recognoscat: & postquam misit retia in capturam, lauare etiam retia, & reficere non omittat; sed dicat: [Tu autem, &c.] quasi dicat, qui prædicat misericordiam, dignus est, vt fiat ei misericordia, secundùm quod promittit Dñs. *Ier.* 15. d. Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem meam stabis. Hoc allegat *Ps.* 118. dicens: Veniant mihi miserationes tuæ & viuam, quia lex tua meditatio mea est. Ab impiis autem longè est misericordia, secundùm quod dicitur. *Prou.* 15. d. Longè est Dominus ab impiis. Et in *Ps.* 118. Longè est à peccatoribus salus. Pœnitentes etiam de longè respicit Dominus, & prope facit esse misericordiam suam, secundùm quod dicitur *Luc.* 15. d. de Filio prodigo: Cùm adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. *Thren.* 3. d. Se abiecit, & miserebitur secundùm multitudinem miserationum suarum. Vt autem faciliùs impetret, quod postulat, de etiam receptis se gratum, & memorem esse demonstrat, dicens. *d* Misericordia tua, &c.] Misericordia suscipit fugientem mala mundi. Vnde 1. *Reg.* 22. d. Euadens Abiathar fugit ad Dauid, & ait ei Dauid: Mane mecum, ne timeas: si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam. Veritas, suscipit sequentem bona cœli. *Sapient.* 3. b. Qui confidunt in illum, intelligent veritatem. *Aug.* Proiice te in Deum, non enim ita crudelis est, vt se subtrahat, & te cadere permittat. Postea exponit suam necessitatem subiungens. *f* Quoniam circumdederunt,] quasi dicat, indigeo miserationibus, quia miser sum. [Quoniam circumdederunt me mala] pœnæ & culpæ. *Thren.* 1. f. In circuitu eius hostes eius. *Iob* 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum [Mala] dico, non pauca, sed *g* Quorum non est numerus.] Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? *Naum.* 3. d. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm sint stellæ cœli. 2. *Philip. vlt. in fine.* Peccaui super numerum arenæ maris. Et quod plus est. *h* Comprehenderunt, &c.] quasi in vinculis. *Prouerb.* 5. d. Iniquitates suæ capiunt impium; & funibus peccatorum suorum constringitur. *i* Et non potui, vt viderem,] id est, hoc ipso, quòd ego comprehensus essem, non potui videre. *Osea* 7. c. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. *Isa.* 42. d. Combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit. Vel sic: [Non potui, vt viderem] Deum, quasi dicat, hoc ipso, quod comprehenderunt me iniquitates, excæcatus sum. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum: & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. *Sap.* 2. d. Excæcauit illos malitia eorum. Nec mirum, si non potui videre, quia.

l Multiplicatæ sunt] iniquitates meæ [super capillos capitis mei. Et est recta comparatio. Sicut enim cùm crescunt capilli, operiunt oculos; ita peccata oculos cordis, vt dictum est. Alia ratio est, quare peccata comparantur capillis: quia sicut capilli ex superfluitate nascuntur; sic peccata ex abundantia temporalium. Vnde in *Ps.* 72. Prodiit, quasi ex adipe, iniquitas eorum. Et in *cantico Deut.* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Tertia ratio est, quia sicut capilli radices habent in capite; sic peccata in corde. *Matt.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Quarta ratio est, quia sicut quidam fuscant capillos suos; sic aliqui fuscant peccata, scilicet, hypocritæ. *Ier.* 12. c. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Nec absurdum debet videri, quòd hæc de Prædicatore leguntur, qui iustus, & perfectus debet esse: quia Iustus in principio est accusator sui, vt dicitur *Prou.* 18. c. Et 1. *Ioan.* 1. d. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Et posset dicere ei aliquis: Hæc omnia de corde procedunt, quare ergo non custodis cor tuum; & sic ista cessarent? Ideò bene sequitur. *Peccata comparantur capillis.*

n Et cor meum derelinquit me.] quasi dicat, non sum Dominus cordis mei, sed [derelinquit me.] *Psalm.* 37. Cor meum conturbatum est, &c. Vnde dicit *August.* Nihil corde fugacius. Ideò dicit *Eccl.* 30. d. Contine & congrega cor tuum in sanctitate. Contine, ne effluat: & si effluere cœperit, congrega, ne penitùs derelinquat te. Cor enim Iusti debet esse quasi bonus claustralis, & continere se in cœlo, quod est claustrum animæ. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. Et si cor nostrum dereliquit nos, insequamur illud; & reducamus ad claustrum. Bene ostendit Dauid, quòd cor suum dereliquerat eum, & erat quasi perditum, cum dicit 2. *Reg.* 7. d. Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te. Nisi priùs perditum fuisset, non dixisset: inuenit. Et quia ab istis malis licet velim exire, non possum nisi tu iuues: Ideò.

o Complaceat] quasi dicat, simul mecum placeat, quia placet mihi exire.

p Et tibi, &c.] ab his malis. Et quia vt dicit *Greg.* non sufficit mala non agere, nisi etiam quisquis bonis operibus studeat insudare: Ideò etiam.

q Ad adiuuandum me,] in bonis faciendis.

r Respice] id est, intende, vt suprà. Intende in adiuto-

sium meum. Et *alibi*: Dominus adiutor meus, & protector meus. Adiutor in bonis; protector a malis. *a* Confundantur, &c.] Supra orauit Christus; & Prædicator, siue quilibet fidelis pro se. Sed quia non sufficit, ideò orat hic pro inimicis, & persecutoribus suis, sicut ipse Christus docet. *Matt.* 4. g. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Orans ergo pro eis: Primo petit eis confusionem de peccatis, cùm dicit: Confundantur, bona confusione, de qua *Eccl.* 4. c. Est confusio adducens gratiam & gloriam. Secundò petit eis timorem pœnæ, cum addit.

a confundantur, & *b* reuereantur *c* simul, qui *d* quærunt animam meam, vt auferant eam. † *e* Conuertantur retrorsum, & † *f* reuereantur, qui † *g* volunt mihi mala. *h* Ferant confestim confusionem suam, *i* qui dicunt mihi: euge, euge. *k* Exultent *l* & † lætentur *m* super te *n* omnes † quærentes te: *o* & dicant semper, magnificetur Dominus, *p* qui diligunt Salutare tuum. *q* Ego autem † mendicus sum, & pauper: *r* Dñs † sollicitus est mei.

al. † auertantur.
al. † erubescant.
al. † cogitant.
al. † iucundentur.
al. † qui quærunt.
al. † egenus.
al. † curam habet.

b Et reuereantur,] id est, timeant pœnam quam meruerunt.

c Simul,] id est, omnes ita confundantur, & timeant. De his duobus dicitur supra. Erubescant & conturbentur omnes inimici mei. Erubescant: Ecce confusio. Conturbentur: Ecce timor. *Sap.* 5. a. Turbabuntur timore horribili. Et hæc necessaria est, quia sicut dicitur, *Ecclesiast.* 1. c. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

d Qui quærunt animam meam,] dicit Christus, vel vir iustus. Herodes, & Pilatus quæsierunt animam Christi. *Matt.* 2. c. Futurum est, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. *Luc.* 22. a. Quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo eum interficerent. Mali quærunt animam Iusti, quando quærunt substantiam eius. *Psal.* 93. Captabant in animam Iusti, & sanguinem innocentem condemnabant. *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est: & qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Tertiò petit eis conuersionem ad pœnitentiam, cùm dicit.

e Conuertantur retrorsum] id est, post Deum, qui Deum post se reliquerant, sequentes peccatum, sicut dicit *Ierem.* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Sic voluit conuerti Petrum, quando dixit ei. *Marc.* 8. d. Vade retrò me, Sathana. Quartò petit eis timorem Dei, cùm addit. *f* Et reuereantur,] id est, timeant timore reuerentiæ. *Eccl.* 1. b. Timenti Deum bene erit in extremis. Illi dico, conuertantur, &c.

g Qui volunt mihi mala] id est, omnes peccatores, *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Quintò petit eis confusionem in confessione peccatorum. Est enim confusio in consideratione peccatorum: Et de hac prædictum est. Confundantur, &c. Et est alia confusio in confessione, de qua dicit hic. *h* Ferant confestim,] &c. Et bene dicit, ferant: quia grauis, & laboriosa valde est ista confusio, quando facit homo alium conscium suæ nequitiæ. Quidam autem sunt qui non ferunt istam confusionem, sed abiiciunt, qui scilicet, vel nolunt confiteri, vel confitentes non erubescunt, sed sicut fabulam: vel (quod peius est) sicut magnificum factum narrant peccatum suum. De primo dicit *Eccl.* 4. c. Pro anima tua non confundaris dicere verum, i. non dimittas confiteri propter verecundiam. De secundo, *Ier.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. *Gen.* 20. d. Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris, memento te deprehensam. Et dicit: Ferant confestim, quasi dicat, breuis est, & citò potest portari. Simile *Iob* 5. a. Vidi stultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius statim. Vel ideò dicit, Confestim, quia quam citò sentit homo se peccasse, statim debet ire ad confessionem, non expectare vsque ad infirmitatem, vel senectutem. *Eccl.* 17. d. Ne demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. Et post: Viuus & sanus confiteberis.

Nota contra nolentes confiteri, vel non erubescentes.

i Qui dicunt, &c.] Euge quandoque ponitur applausoriè, quandoque derisoriè. Hic autem ponitur adulatoriè. *Prou.* 26. d. Cùm submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde eius. Et notatur in his tribus versibus triplex peccatum inimicorum, videlicet, operis, cordis, oris. Operis, cùm dicit: Qui quærunt, &c. Cordis, cùm dicit. Qui volunt mihi mala. Oris, cùm dicit: Qui dicunt, &c. Facta oratione pro inimicis, orat Christus, & vir iustus pro amicis, videlicet, pro bonis. Et primò petit eis duplicem lætitiam. Futuram, quæ æterna erit, cùm dicit.

Triplex peccatum.

k Exultent.] Præsentem, quæ temporalis est cum addit.

l Et lætentur.] Et quòd de his intelligi debeat, patet per alium locum, vbi dicit *Ps.* 149. Exultabunt Sancti in gloria: & lætabuntur in cubilibus suis. Quia enim illam futuram æternam lætitiam adhuc habere non possumus, ne interim deficiamus, dat Deus aliquando lætitiam in cordibus nostris, quæ est quasi quædam prægustatio futuræ: De qua in *Psalm.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine: dedisti lætitiam in corde meo. Sed quia hæc lætitia non est de præsentibus, addit.

m Super te,] non super aliis. *Iob* 31. c. Si lætatus sum super multis diuitiis. Et quibus petit hoc, subiungit.

n Omnes quærentes te,] non sua, sicut quidam, de quibus *Ioan.* 6. c. Quæritis me, quia manducastis ex panibus. Secundò petit eis laudem Dei, cùm subiungit.

o Et dicant semper, magnificetur Dominus.] Hæc dictio, semper, est Diasyrticum, quia sic potest iungi: Dicant semper illud, quod sequitur, magnificetur Dominus. Et in hoc sensu potest legi, & de præsenti, & de futuro, quia in præsenti non debemus cessare à laude Dei. Vnde *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Et in futuro laudabimus sine fine. Vnde *Augustinus*, in fine de ciuitate Dei. Ibi vacabimus, & videbimus: videbimus, & amabimus: amabimus, & laudabimus: Ecce quod erit in fine sine fine. *Isa.* capitulo quinquagesimoprimo a. Consolabitur Dominus Sion, gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Vel potest iungi sic: Et dicant istud, quod sequitur, semper magnificetur Dominus, id est, magnus reputetur, sicut in se magnus est, quia maior fieri non potest. Hoc dicant illi.

p Qui diligunt Salutare tuum,] id est, Christum, de quo *Luca* 2. e. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum. Hoc est argumentum, quòd charitatem debet habere, qui vult prædicare. Vnde *Gregorius*. Officium prædicationis assumere non debet, qui charitatem ad proximum non habet. Et nota quòd sicut in prædictis tribus versibus notata fuerunt tria mala, cordis, oris, operis: Ita in hoc solo versu notantur tria bona. Cordis, cum dicit: Exultent, & lætentur. Operis, cùm dicit: Quærentes te. Oris, cùm dicit: Et dicant, &c. Et notatur infinitas mali, per hoc, quòd malum ponitur in tribus versibus; bonum autem in vnico. Item in hoc versu non tantùm tria bona; sed vndecim bona tanguntur contra vndecim mala. Exultent, contra acidiam: Lætentur, contra iram: Super te, contra cupiditatem, quasi non super aurum, vel argentum: Omnes, contra singularitatem: Quærentes, contra pigritiam: Et dicant, contra taciturnitatem confessionis, & laudis: Semper, contra interruptionem boni: Magnificetur, contra inuidiam: Dominus, contra superbiam: Qui diligunt, contra odium: Salutare, contra infirmitatem spiritus.

Triplex bona.

Vndecim bona contra vndecim mala.

q Ego autem, & cæt.] quasi dicat, dico, quòd, Exultent, & lætentur, & cæt. non aliena, quæ sunt huius mundi. Et quod te solum debeant quærere: Ego, dicit Christus, ostendi eis per exemplum meum. Et hoc est: Ego autem mendicus sum, & cætera. Mendicus fuit Christus, quærens ab aliis necessaria. Nec hoc sine omni necessitate faciebat, sicut quandoque faciunt trutanni; & ideò dicit, non tantum mendicus, sed & pauper. 2. *Corinth.* 8. b. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi: quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues. Hoc est, quod dicitur in *Psal.* 48. Simul in vnum diues, & pauper. *r* Dominus sollicitus est mei.] Vnde *Matth.* 4. b. Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

A Adiutor

q Ego autem, &c.] Ita etiam debent dicere imitatores Christi: Ego autem mendicus sum, & pauper. Hæc enim duo in eis, qui se Christi ministros esse profitentur, simul debent esse. Multi enim sunt mendici, qui pauperes non sunt; sed mendicando congregant, vt trutanni, & etiam quæstuarij Prædicatores: & quotquot sunt Clerici, & Prælati, qui oblationes recipiunt, & requirunt, & ex his thesauros faciunt, vel immoderatè expendunt: Pauperes verò, & non mendici, sunt multi pauperes, ad literam, qui mendicare erubescunt: & hi non sunt pauperes spiritu, sed re tantùm. In Christo autem & suis imitatoribus, nec paupertas à mendicitate, nec mendicitas à paupertate recedit. Tertium verò oportet habere, quod sequitur, scilicet, confidentiam de Domini promissione. Vnde addit.

Moral.

r Dominus autē, &c.] Et sic in hoc versu notantur tria quæ

Deus

Aug. A *a* Adiutor meus,] in mirabilibus faciendis. *b* Et protector meus,] in perſecutionibus illatis. *c* Tu es,] quaſi dicat, in hoc apparet, quòd Dominus ſollicitus eſt mei, quia & adiuuat ad bonum, & protegit à malo. *Deuteron.* 33. d. In Domino ſcutum auxilij mei. *d* Deus meus ne tardaueris,] reddere mihi præmium Paſſionis, vt alij fortiores fiant ad patienter ſuſtinendum. De illo merito, & præmio, dicitur *Phil.p.*2.a. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, &c.

† libera- -dio, mine.

a Adiutor meus, & † *b* protector meus † tu *c* es: *d* Deus meus ne tardaueris.

In finem Pſalm. Dauid.

al. * Deus diligit, & odit eorum contraria, ſicut dicit *Eccleſiaſt.* 25. a. Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum; diuitem mendacem, pauperem ſuperbum, ſenem fatuum, & inſenſatum. Diuites mendaces ſunt, qui mendicantes paupertatem profitentur; ſed in theſauris recondentes, vel delitiosè viuentes; paupertatis veritatem non habent. Recipiendo pauperes ſunt; ſed vtendo diuites ſunt. Pauper ſuperbus eſt, qui mendicare erubeſcit: Hoc enim ex ſuperbia eſt. Senex fatuus eſt, quicunque plenus mundi ſapientia, quæ ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Corinth.* 3. d. Dei ſapientiæ non acquieſcit, quæ dicit: Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. *Matth.* 6. d. Et eradicato fundamento Eccleſiæ, & religionis, quod eſt Petra Chriſtus. 1. *Corinth.* 10. a. diuitias dicunt eſſe fundamentum. Vnde cùm in aliqua Eccleſia, vel religione non ſunt diuitiæ, dicunt, quòd ſine fundamento eſt. Sed magis credendum eſt Apoſtolo, qui dicit. 1. *Corinth.* 3. c. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Ideò dicit hic verus pauper: Dominus ſollicitus eſt mei. Ideò etiam alibi dicitur *in Pſalm.* 54. Iacta ſuper Dominum curam tuam: & ipſe te enutriet. Et 1. *Petr.* 5. b. Omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. Nec tantùm ſollicitus eſt prouidendo ſuſtentationem; ſed & adiutor eſt in operatione, & protector in tentatione. Vnde adiungit.

a Adiutor meus, & protector meus tu es,] ſupple, in præſenti; ſed in futuro eris Saluator. Et ne diu te caream. *d* Deus meus ne tardaueris: Tu, ſcilicet, qui Deus es, per creationem, meus, per recreationem, ne tardaueris, quin citò venias ad ſaluationem. *Iſa.* 35. a. Puſillanimes confortamini, & nolite timere: ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Primum dicit vltionem, quantum ad malos; ſed quantum ad bonos dicit, ſaluabit nos, quod nobis præſtare dignetur ipſe Saluator Ieſus Chriſtus. Amen.

EXPOSITIO PSALM. XL.

BEatus, qui intelligit, &c.] Tit. *In finem Pſal. Dauid.* Iſte titulus patet. Secundum autem *Ieron.* titulus talis eſt. *In finem intellectus filiis Chore.* Sæpè in titulis Pſalmorum fit mentio de filiis Chore: quia licet Chore propter ambitionem perierit, vt legitur *Num.* 16. e. tamen quidam de ſuis filiis malitiam illius non ſunt imitati, & à Dauid in miniſterio domus Domini ſunt aſſumpti. Item propter nominis interpretationem maximè ſumitur in iſto titulo. Chore enim Caluaria interpretatur, in quo loco crucifixus eſt Dominus: Et filij Chore dicuntur ſpecialiter imitatores Paſſionis Domini. Vnde is eſt ſenſus tituli: Intellectus huius Pſalmi, tendens in finem, Chriſtum, attribuitur, filiis Chore, i. imitatoribus Paſſionis Chriſti. Intétio eſt, vt moneat credere in Chriſtum Deum, pauperem, crucifixum, reſuſcitatum. Vnde tripartitus eſt

Partitio Pſalmi. Pſalmus. Primò commendat eum, qui Chriſtum pauperé, & egenum videns, nihilominus eum eſſe verum Deum credit. Secundò agit de Paſſione Chriſti, *ibi*: Inimici mei. Tertiò de Reſurrectione ipſius, *ibi*: Tu autem, Domine. Dicit ergo. *e* Beatus, qui, &c.] Chriſtum, i. qui per hoc, quod oculis corporis videt eum pauperem, & egenum, oculo fidei intelligit id, quod ſuprà id, quod videtur eſt, ſc. Diuinitatem in eo eſſe intelligit per fidem. *Act.* 15. b. Fide purificâs corda eorum. *Matth.* 5. a. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. *f* Super egenum, & pauperem.] Chriſtus fuit egenus, & pauper, ſecundum quod prædictum eſt, *ibi*: Ego autem mendicus ſum, & pauper. Et ſuper iſtum etiam debemus intelligere, i. in eum, vt recogitemus, quod pro nobis fecerit. Vnde *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam. Sed ſicut dicitur *Iſa.* 57. a. Iuſtus perit: & non eſt, qui recogitet in corde ſuo. Poteſt etiam ſic legi: Beatus, qui, &c.] i. ſuper Chriſtum, qui egenus, & pauper eſt in membris ſuis, ſicut dicturus eſt in iudicio. Vnde *Matth.* 25. d. Nudus fui, & cooperuiſtis me, &c. Et item: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sed multi ſunt, qui nolunt intelligere ſuper iſtum egenum; ſed ſatis attenti ſunt ſuper eum diuitem. Vnde dicit *Aug.* Chriſtus donat & eget: quando donat, vis accipere; quando eget, non vis dare. Vel ſic: Super egenum & pauperem, quemcunque. Et dicit, intelligit, quia maius eſt dare animam compatiendo, quàm pecuniam. *Iſa.* 58. c. Cùm effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris; orietur in tenebris lux tua. Et debemus intelligere ſuper eum, quod eſt eius naturæ nobiſcum, & eiuſdem conditionis, & de eodem luto. *Iob* 33. a. De eodem quoque luto ego formatus ſum. Et notandum, quòd dicitur pauper, bonus, & malus: & vterque multipliciter.

PSAL. XL.

BEatus, *e* qui intelligit *f* ſuper egenum, & pauperem: in *g* die mala liberabit eum Dominus:

Pauper.
- Bonus.
  - Ad literam. *Deuter.* 15. c. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ.
  - Chriſtus. 2. *Cor.* 8. b. Propter vos egenus factus eſt. *Matth.* 8. c. Filius hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.
  - Clauſtralis, 2. *Cor.* 6. b. Tanquam nihil habentes. *Matth.* 19. d. Ecce nos reliquimus omnia.
  - Quilibet humilis. *Matt.* 5. a. Beati pauperes ſpiritu. *Iſa. vlt.* a. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculũ, &c.
  - Abſtinens. *Tob.* 4. d. Pauperem vitam gerimus, &c.
  - Martyr. *Eccl.* 13. a. Pauper læſus tacebit. *Hebr.* 11. g. Egentes, anguſtiati, &c.
  - Apoſtolus. *Act.* 3. a. Aurum & argentum non eſt mihi.
  - Pœnitens. *Eccl.* 10. d. Pauper gloriatur per diſciplinam. *Iſa.* 48. b. Elegi te in camino paupertatis.
  - Captiuus. *Gen.* 41. g. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.
  - Illiteratus. *Prou.* 12. b. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus, & indigens pane. *Eccl.* 13. d. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic?
- Malus.
  - Diabolus. *Prou.* 4. d. Egeſtas à Domino in domo impij.
  - Hypocrita. *Apoc.* 3. Neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper.
  - Piger. *Eccl.* 40. d. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas.
  - Maledictus. *Eccl.* 13. d. Nequiſſima paupertas in ore impij.
  - Impatiens. *Prou.* 13. b. Qui pauper eſt, increpationem non ſuſtinet.
  - Mendax. *Eccl.* 13. c. Execratio diuitis pauper.
  - Infirmus in fide. *Eccl.* 11. b. Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate.
  - Adulter. *Prouerb.* 6. d. Qui adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam.
  - Auarus. *Ieron.* Auaro deeſt tam quod habet, quàm quod non habet. *Eccl.* 38. b. Subſtantia inopis ſecundum cor eius.

In prologo Bibliæ c. 8.

Sic ergo tripliciter intelligendum eſt: Super egenum & pauperem: Per fidem, vt dictum eſt, Diuinitatis in Chriſto: Per compaſſionem ad Chriſtum: Per compaſſionem ad pauperes. Et homini, qui ſic, intelligit ſuper egenum & pauperé, multa bona promittit. Primum eſt bonum vitæ æternæ. Quod diuiditur in duo. Primum eſt habere omne bonum, de quo dicit: Beatus. Ille enim eſt beatus, cui omnia optata ſuccedunt. Secundum eſt carere omni malo, de quibus ſubiungit. *g* In die mala liberabit eum Dominus.] Dies mala, eſt dies iudicij. *Eccl.* 7. b Diem malam

Bona quæ conſequitur intendens ſuper egenum. & pauperem.

malam præcaue. Quæ dicitur mala, malitia pœnæ. *Soph.*1.d. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, &c. Secundò promittit ei bona vitæ præsentis, plura. Primò gratiam conseruantem. Vnde dicit. *a* Dñs conseruet eum,] qui intelligit credendo. *Ierem.*5.a. Domine, oculi tui prospiciunt fidem. Vel [Eum] compatientem Christo, & in se, & in pauperibus. *Ps.*144. Custodit Dominus omnes diligentes se. [Conseruet] id est, ex toto seruet. *Iacob.*2.b. Qui offenderit in vno, factus est omnium reus. Vel [Conseruet] id est, cum illo seruando seruet. 1. *Cor.*3. b. Dei adiutores sumus. Vel [Conseruet,] id est, cum aliis seruet. *Prou.*18. d. Frater, qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. *August.* in regula Clericorum : Deus, qui habitat in vobis, etiam isto modo Custodiet vos ex vobis, id est, si aliter sit sollicitus ex altero. Secundò promittit eis gratiam viuificantem, dicens. *b* Et viuificet eum] credentem. *Abac.*2.a. Iustus ex fide viuit. Vel [eum] compatientem 1. *Timoth.*4.c. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Tertiò gratiam consummantem, cùm addit. *c* Et beatum faciat eum in terra,] id est, in præsenti vita. Et quomodo potest homo esse beatus in terra? Per spem. *Roman.*8.e. Spe salui facti sumus. *Coloss.*2.c. In quo & resurrexistis per fidem: Ecce beatitudo resurrectionis per fidem. Quartò liberationem à peccatis, quæ sunt ex suggestione Diaboli. Vnde sequitur. *d* Et non tradat eum in animam inimicorum eius, id est, in voluntatem, & desiderium eorum, licet quandoque tradat in manibus eorum. *Iob* 9. c. Terra tradita est in manus impij ad probationem, non tamen tradit in voluntatem eorum, quæ est, vt ad peccatum perducatur. Vnde *Iob* 1. c. Ecce omnia, quæ habet, in manu tua sunt. Et 2. *eiusdem* b. Ecce in manu tua est: Non dicit in voluntate. Vnde voluntatem Diaboli reprimens, statim subiungit, *ibi* : Veruntamen animam illius serua. Quintò liberationem à peccatis, quæ sunt ex tentationibus carnis: Vnde dicit. *e* Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.] Caro enim est lectus, in quo requiescit homo. *Ierem.*31. d. Vsquequo deliciis dissolueris, filia vaga? Sed Dominus immittendo dolorem, vel infirmitatem, facit esse lectum doloris : Et sic fert opem, quia sicut dicitur *Eccles.* 11. d. Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ maximæ. Et hoc est, quod sequitur. *f* Vniuersum stratum eius,] id est, vniuersam carnis voluptatem. *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis, &c.

g Versasti,] id est, conuertisti in angustias, & dolores. Vel [Versasti,] id est, carnem, quæ potiùs spiritui præerat, versasti, vt spiritui subdita esset. *Genes.*4. a. Sub te erit appetitus eius : & tu dominaberis illius. *h* In infirmitate eius,] quam ei propter hoc contulisti. 2. *Corinth.*12. c. Virtus in infirmitate perficitur. *Psalm.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Hæc etiam sex possunt assignari sex operibus misericordiæ, de quibus *Matth.*25. c. Quæ notantur his versibus.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Hoc vltimum, quod septimũ est, non habetur in Matthæo, scilicet, sepelire mortuos, sed de Tobia sumitur. De illo ergo, qui facit opera misericordiæ, de quo expositum est : [Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem] dicit [Dominus conseruet eum,] quia, tegit, [Viuificet,] quia, cibat. [Beatum faciat,] quia, visitat. [Et non tradat eum in animam, &c.] quia, redimit. [Opem ferat illi,] quia, colligit. [Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius] dando sanitatem, quia, condit. Item, quia dicit, non tantùm [stratum,] sed addit [vniuersum] notandum, quòd multiplex dicitur lectus, siue stratum, & quodlibet versat Dominus in infirmitate.

Lectus dicitur.
- Caro, vt suprà dictum est.
- Amor temporalium. *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea ; quæsiui, & non inueni. Hunc lectulum versat Dominus in infirmitate hominis, quia facit temporalia expendi. *Iob* 2. b. Pellem pro pelle : & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua.
- Conscientia. *Psal.*6. Lauabo per singulas noctes lectum meum. *Cant.* 3 c. En lectum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. Hunc versat Dominus in infirmitate per confessionem. *Eccles.* 18. c. In tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam. *Eccl.*11. d. In fine hominis denudatio operum illius. *Luc.*15. b. Mulier, quæ perdiderit drachmam, i. e. gratiam, euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat.

Lectus etiam dicitur.
- Otium, siue quies, vel contemplatio. *Matth.* 24.d. Erunt duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.
- Æterna requies. *Luc.*11.a. Pueri mei mecum sunt, &c.
- Æterna dãnatio. *Isa.*14.c. Subter te sternetur tinea, &c.

Positis illis bonis, quæ promittit eis, qui fidem Christi, & compassionem proximi habuerint : Propheta non de se præsumens, ad Dei misericordiam recurrit, petens ea sibi, non suis meritis, sed misericordia Dei dari. Vnde sequitur. *i* Ego dixi.] Et si ego : ergo & vos alij dicere debetis. Quid? *k* Domine,] qui potens es.

Dominus *a* conseruet eum, & *b* viuificet eum, & *c* beatum faciat eum in terra : *d* & non tradat eum in † animam inimicorũ eius. Dominus *e* opem ferat illi super lectum doloris eius : † *f* vniuersum stratum eius † *g* versasti in *h* infirmitate eius. *i* Ego dixi, *k* Domine, *l* miserere mei : *m* sana animam meam, quia *n* peccaui tibi. Inimici *o* mei *p* dixerunt mala mihi : quando *q* morietur, *r* & peribit nomen eius. † Et si *s* ingrediebatur,

l Miserere mei.] *Sap.* 11. d. Misereris omnium, quia omnia potes. Et in collecta: Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserendo manifestas. *m* Sana animam meam,] tu qui es Medicus animarum, & indigeo misericordia, & sanitate. *n* Quia peccaui tibi,] id est, contra te. Quasi dicat : Miserere mei, quia confiteor me miserum. [Sana] quia confiteor me ægrum. [Miserere] quo ad offensæ dimissionem. [Sana animam] quoad sequelæ peccati, id est, pœnæ deletionem. *Ierem.*17.b. Sana me, Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Cùm autem dicit: [Sana] ostendit, quòd non est insanabilis plaga sua : Sicut econtrario. *Ierem.*14. d. Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Et *Ierem.* 30. b. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

Al. † manus inimici eius.

Al. † totum.

Al. † vertisti.

Al. † Et ingrediebantur, vt viderent, vana locutum est cor meorũ, congeregauerunt.

o Inimici mei dixerunt.] Secunda pars, in qua Christus agens de sua passione, loquitur de crucifixoribus suis, qui non super egenum intellexerunt ; sed tantùm egenum hominem eum putauerunt. Et primò ostendit eos malam voluntatem habuisse, cùm dicit : [Inimici mei.] *Psal.*34. Qui oderunt me gratis. Secundò ostendit eorum falsitatem, dicens.

p Dixerunt mala mihi,] id est, contra me. *Psal.*108. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. Et *alibi*: Posuerunt, id est, deposuerunt aduersum me mala pro bonis. Tertiò ostendit eorum crudelitatem, qua mortem illius appetebant, cùm subiungit.

q Quando morietur] supple, dicentes [quando morietur.] *Psalm.* 93. Captabant in animam Iusti, & sanguinem innocentem condemnabant. Quartò ostendit eorum inuidiam, quia non tantùm mortem eius procurare, sed & memoriam nominis eius delere volebant. Vnde addit.

r Et,] dicentes hoc, [quando peribit nomen eius.] De his duobus. *Ierem.* 11. d. Cogitauerunt super me consilia, dicentes : mittamus lignum in panem eius: Ecce de morte. Et eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur ampliùs : Ecce de nominis abolitione. Quintò ostendit eorum perditionem, cum dicit.

s Et si ingrediebatur] aliquis familiarem se simulans,

Moraliter,] dicit vir iustus. *o* Inimici mei, scilicet, mundus, caro, Dæmonia. *p* Dixerunt mala mihi,] suggerendo. Mundus suggerit auaritiam : caro gulam, & luxuriam : Diabolus superbiam, inuidiam, & iram. Et ad quid] dixerunt] hæc [mala mihi?] Vt me ad mortem peccati traherent. Vnde sequitur. *q* Quando morietur,] quasi hoc dicebant sibimet de me, [quando morietur] per peccatum. *r* Et peribit nomen eius,] quod scriptum est in cœlo. Et notandum, quòd duo sunt homini necessaria, scilicet, bona vita, & bona fama. Et hæc duo conantur isti inimici penitùs extinguere. Et ideò dicunt [Quando morietur, quoad vitam, [& peribit nomen eius,] quoad famam. *Eccl.*41.c. Bonæ vitæ numerus dierum ; bonum autem nomen permanebit in æuum. Et *ibidem* : Curam habe de bono nomine. Sed econtrario de malis dicitur *Isa.* 14. f. Perdam Babylonis nomen, id est, animæ peccatricis.

Moraliter.

s Et si ingrediebatur.] Hunc versum sic exponit *Augustinus.* Curiosus quisque tunc quasi ad videndum ingreditur, quando alienum secretum sagaci studio perscrutatur : Vana loquitur, quando vt minus possit esse suspectus, eos à quibus caueri non vult, se diligere fingit. Deinde iniquitatem congregat, quia liberè admissus, quidquid reprehensibile videt, in corde coaceruat. Exponitur de visitatoribus, qui ingrediuntur videre Ecclesias, & loquuntur vana, quia de diuitiis, & so-

lis tem

Allegoricè.

A mulans ad hoc sc. *a* Vt videret] i. e. exploraret libertatem meam, videns, si posset me reprehensibilem inuenire. *b* Vana loquebatur] cum illis, qui dixerunt, *Matth.* 22. b. Scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c. Et ideò hæc esse vana, etsi vera constat: Quia *c* Cor eius] i. e. ipse in corde suo. *d*. Congregauit iniquitatem sibi.] Vnde in *Psalm.* 26. Mentita est iniquitas sibi. Et congregata iniquitate intus in corde. *e* Egrediebatur foras,] ad Principes, vt proditioné perageret. Hoc præcipuè Iudæ conuenit: De quo dicitur *Ioann.* 13. d. quòd cùm accepisset buccellam, exiuit continuò. *f* Et loquebatur in idipsum] vanitatis, i. e. loquebatur vana, & falsa. Vel [in idipsum] iniquitatis, i. e. iniquitatem, quam conceperat in corde, effudit in locutione. Vnde de Iuda dicitur *Matt.* 26. b. quòd abiit ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Sed ne soli Iudæ imputetur: Ecce quod sequitur. *g* Aduersum me susurrabant] non vnus tantùm, sed *h* Omnes inimici mei] Iudæi. Et notantur hic tria eorum mala, scilic. occulta detractio, cùm dicit: [Susurrabant, scil. vnus in aure alterius. Maligna cogitatio, cùm addit. *i* Aduersum me cogitabant mala.] *Ioan.* 11. g. Ab illa die cogitauerunt, vt interficerent eum. [Mala] dico [mihi] secundum opinionem eorum, qui putabant malum mihi facere, sed sibi potiùs faciebant. Vel [cogitabant mihi,] i. e. ad vtilitatem meam, quia inde creuit fructus Ecclesiæ. Tertiò notatur eorum conspiratio, cùm sequitur. *k* Verbum iniquum, &c. *Matth.* 26. a. Consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. [Verbum,] contra verbum Dei: [Iniquum,] contra ipsam æquitatem: [Statuerunt] † contra Iudicem. *l* Constituerunt,] quia in malo conuenerunt. *m* Aduersum me,] veritatem ipsi aduersarij veritatis. Sed nunquid poterunt præualere, & quod intendunt, peragere? Non, quia licet moriatur, quia homo est; tamen non peribit nomen eius, quia resurget, eo quòd Deus est. Hoc est, quod sequitur. *n* Nunquid qui dormit,] id est, Christus, qui moritur. *o* Non adiiciet, vt resurgat,] quasi dicat, adiiciet, vt resurgat. Duæ enim negationes relinquunt affirmationem.

Al. † Egrediebatur.

Al. † Simul in vnum.

vt *a* videret, *b* vana loquebatur, *c* cor eius *d* congregauit iniquitatem sibi: † *e* Egrediebatur foras, & † *f* loquebatur in idipsum. † *g* Aduersum me susurrabant *h* omnes inimici mei: *i* aduersum me cogitabant mala mihi. *k* Verbum iniquum † *l* constituerunt *m* aduersum me: *n* nunquid qui dormit, non *o* adiiciet, vt resurgat? *p* Etenim homo pacis meæ, in † quo *q* speraui, qui *r* edebat panes meos: † *s* magnificauit super

Al. propter.

- Dormitio.
  - Bona.
    - Naturæ. *Matth.* 26. d. Inuenit eos dormientes.
    - Gratiæ. *Iob* 33. b. Quando irruit sopor super homines.
    - Contemplationis. *Cant.* 5. a. Ego dormio, &c.
    - Mortis. *Psalm.* 3. Ego dormiui. Et *Ioan.* 11. b. Lazarus amicus noster dormit.
  - Mala.
    - Culpæ. *Ephes.* 5. d. Exurge, qui dormis, &c.
    - Corporis, vel odij. *Psal.* 75. Dormierunt somnum suum.
    - Adulationis. *Prouerb.* 23. d. Eris sicut dormiens in medio maris, &c.

Mors Christi dicitur dormitio.

Dicitur autem mors Christi dormitio propter multa. Primò, quia fuit voluntaria, sicut dormitio. *Isa.* 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. *Ioan.* 10. d. Ego potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Secundò, quia ad horam detentus fuit in morte, sicut homo ad horam detinetur in somno. *Psalm.* 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tertiò, quia sicut corpus dormientis destitutum videtur, & sine regimine; sic corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, in morte Christi destitutum videbatur. *Zach.* 13. e. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. Quartò, quia sicut per somnum melioratur corpus; sic Ecclesia per mortem Christi. *Luc.* 12. f. Baptismo habeo baptizari, scilic. morte, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? q. d. cum perficietur, dilatabor in Ecclesia. Propter hoc dicit *Augustin.* Dormit Adam, vt fiat Eua: oritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua de latere; mortuo Christo percutitur latus lancea, vt fluant Sacramenta, quibus fiat Ecclesia. Hic etiam posset per se assignari quinta ratio. [Qui] ergo sic [dormit] *o* Adiiciet, vt resurgat.] Et signanter dicit [adiiciet] q. d. mori fuit principale, alia autem adiacentia. Vel crucifixoribus suis principaliter, & solùm cura fuit, vt moreretur; ipse autem ipsis nolentibus adiecit Resurrectionem. Dixit [Qui dormit, &c.] Sed nunquid Christe, dormisti? Ita. *p* Etenim, dicit Christus [homo pacis, &c.] q. d. verè mortuus fui, quia Iudas tradidit me in manus quærentium animam meam. Et in hoc versu aggrauatur peccatum Iudæ multis modis. Primò, quia Christus erat ei pacificus: & ideò nequius fuit eum tradere; quod notatur, cùm dicit [Homo pacis meæ] i. e. cum quo ego pacem habebam, licet ipse mihi non ita. *Psalm.* 45. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, &c. Secundò, quia familiaris, quod notat, cùm addit. *q* In quo speraui] id est, sperare potui, vel debui, secundum vsum communem eorum, qui in suis familiaribus confidunt. Tertiò, quia beneficus. Vnde dicit. *r* Qui edebat] ad litteram. Vnde dixit *Luc.* 22. c. Ecce manus tradentis me mecum est in mensa. In primo redarguitur Iudas de infidelitate. In secundo de deceptionis fraude. In tertio de seditione. Talis ergo, dicit Christus.

Peccatum Iudæ fuit grauissimum.

Al. † disposuerunt.

50. *dist. c. ponderet, & c. sacerdotes.*

Al. † quem.

Al. † ampliauit.

s Magnificauit, &c.] id est, perditionem occultam. Magna enim fuit ipsa proditio; sed magnificata fuit, quia a tali facta est, qui sic videbatur amicus, & familiaris eius. Et notandum, quòd propter multas causas voluit Christus tradi ab eo, qui videbatur esse amicus illius. Prima ratio est, ne homo ponat spem A suam in homine.

Quare Christus tradi voluit ab eo, qui sibi amicus videbatur.

Moraliter.

* lis temporalibus faciunt mentionem, & postea congregant iniquitatem, id est, mammonam iniquitatis. *Abac.* 2. c. Væ qui congregat auaritiam domui suæ. Et bene dicit. *c* Cor eius,] ex quo omne vitium: Ideò dicitur infrà. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, etsi quandoque liceat manum apponere. *e* Egrediebatur foras,] qui ingressus est ad explorandum, egreditur ad detrahendum. Quod enim in corde suo congregauit de malo alterius, tacere non potest, quia sicut dicitur *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. Et sicut bonus homo de bono thesauro profert bona, vt ibi dicitur: Similiter malus homo de malo thesauro profert mala. *Eccl.* 19. b. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis: Sagitta infixa femori canis; sic verbum in corde stulti. Canis enim nunquam est in pace, donec sagittam extraxerit de femore; sic detractor non quiescit, donec malum quod in corde suscepit de alio, exteriùs effundens euomat. Vnde dicit. *f* Et loquebatur in idipsum,] id est, de hoc ipso, vel iterato, vel simul cum aliis detractoribus: Quod fit præcipue in conuiuiis diuitum. Vnde *Prou.* 23. c. Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt, sc. carnes crudas, carnalitates, & vitia aliorum. Vnde manifestius subiungit. *g* Aduersum me, &c.] Proprium est detractorum susurrare. Vnde *Rom.* 1. d. Susurrones, detractores, Deo odibiles. *Eccl.* 28. b. Susurro, & bilinguis maledictus. *Eccl.* 21. d. Susurro coinquinabit animam suam. Quod autem sequitur. *i* Cogitabant, &c.] præcedit susurrium. Prius est enim cogitare, & pòst susurrare: Sed præposterando ordinem, dat intelligi eorum peruersitatem. Simile *Exod.* 19. b. Omnia, quæcunque præcepit nobis Dominus, faciemus, & audiemus. Hæc ergo dicta sunt de detractoribus. Quod autem sequitur, de adulatoribus, exponendum est. *k* Verbum, &c.] Et quod sit illud verbum, subiungit. *n* Nunquid qui dormit, &c.] Dicunt enim adulatores: Dñs adhuc satis pœnitentiam faciet: bene potestis modò bibere, & comedere, & cætera facere, vos estis adhuc iuuenes, quando senueritis, tunc facietis pœnitentiam. Hoc meliùs exprimit alia littera, quæ sic habet [Verbum Diaboli, &c.] Verbum Diaboli fuit: Nequaquam moriemini: Et modò per adulatores, qui sunt organa eius, dicit: Nequaquam adhuc moriemini, sed restat vobis magnum tempus: Primò ad peccandum, & postmodum ad pœnitentiam faciendam. Hoc est, quod dicunt: [Nunquid, &c.] per peccatum [non adiiciet, vt resurgat] per pœnitentiam, q. d. imò resurget. Et hoc est [verbum iniquum] quia ita decipiunt hominem, & in peccato suo faciunt eum mori, antequam resurgat. Vnde *Isa.* 24. d. Grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet, vt resurgat. De isto somno dicitur *Ephes.* 5. d. Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Nec differendum est, quia iam est hora surgendi, sicut dicit Apost. *Rom.* 13. d. Hora est iam nos de somno surgere. Et qui sunt, qui hoc faciunt, declarat, dicens. *p* Etenim homo pacis meæ,] vt vicini. *q* In quo speraui,] vt consanguinei, & amici huius mundi. *r* Qui edebat panes meos] ad literam, scilicet, commensales. *s* Magnificauit * super me

Alleg. A suam in homine. *Ierem.*17.a. Maledictus, qui confidit in homine: & qui ponit carnem brachium suum. Secunda, ne homo credat se homini. *Ioan.*2.d. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, &c. *Ierem.*12.b. Fratres tui, & domus patris tui ipsi etiam pugnauerunt aduersus te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona. Tertia ratio est, vt homo Christianus discat persecutionem sustinere, non solùm ab inimicis, sed & à domesticis. *Ioan.*15. c. Non est seruus maior Domino suo; si me persecuti sunt, & vos persequentur. Quarta est, vt homo ab amicis, & familiaribus suis sibi caueat. *Eccl.*6.b. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. *Mich.*7.b. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Et *ibid.* Nolite credere amico, & nolite confidere in Duce. Quinta est, vt ostenderet, quòd domestici efficaciores sunt ad nocendum. *Greg.* Cùm Diabolus se propriis viribus nihil aduersum nos proficere conspicit, per linguas nobis adhærentium sæuit. *Ieron.* Nulla pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus. *Matth.* 10. d. Inimici hominis domestici eius.

me supplantationem. *a* Tu autem, Domine, *b* miserere mei, & *c* resuscita me: & † *d* retribuam eis. In hoc *e* cognoui, quoniam *f* voluisti me: quoniá non *g* gaudebit inimicus meus super me. *h* Me autem propter innocentiam *i* suscepisti: & *k* confirmasti me in *l* conspectu tuo in *m* æternum.

Al. † reddam illis.

Moraliter. * super me supplantationem,] id est, magis, quàm inimici me supplantat, sicut Iacob supplantauit Esau, quantum ad hoc, quod supplantatus hæreditatem amittit; sed non quãtum adhoc, quod eam supplantator acquirit. Isti enim domestici auferunt hæreditatem æternã; non tamen eam sibi acquirunt. Vnde potest eis dici illud *Matt.*23.b. Væ vobis, qui clauditis regnum cælorum ante homines: Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. *Eccl.*20.b. Homini fatuo non erit amicus: & non erit gratia in bonis illius: qui edunt panes illius, falsæ linguæ sunt. Et rectè supplantantur, qui in carnis voluptatibus moriuntur: Pes enim est affectus, planta finis est voluntatis, sub planta est caro mortua, & ipsi in carne mortua terminant suam voluntatem. Notandum etiam, quòd est panis bonus, & panis malus.

Panis
- Bonus.
  - Ad literam. *Isa.*58.b. Frange esurienti panem tuú. *Deut.*8.a. Non in solo pane viuit homo.
  - Ipsa Trinitas. *Luc.* 11. a. Amice, accommoda mihi tres panes. *Matth.*6.b. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.
  - Corpus Christi. *Ioan.* 6. e. Ego sum panis viuus. *Ierem.* 11. d. Mittamus lignum in panem eius.
  - Ecclesia. 1. *Cor.*10.d. Vnus panis multi sumus.
  - Anima. *Osea* 9.a. Panis eorum anima ipsorum.
  - Scriptura sacra. *Isa.* 55. a. Quare appenditis argentum vestrum, & non in panibus? *Thren.* 4. a. Paruuli petierunt panem, & non est, &c.
  - Quinque libri Moysi. *Ioan.*6. a. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, per quinque significatur Moyses.
  - Apostoli. *Leuit.*24. a. Coques duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas.
  - Pœnitentia. 3. *Reg.* 19. a. Ecce ad caput eius panis subcinericius. Et *infrà*. Quia cinerem, tanquam panem manducabam.
  - Charitas. *Luc.*11. b. Si petierit panem, nunquid lapidem dabit illi? *Isa.* 33. c. Panis ei datus est, aquæ eius fideles.
  - Robur prædicationis, *infrà*. Omne firmamentum panis contriuit. *Isa.* 3. a. Auferet Dominus omne robur panis, &c.
  - Refectio contemplationis. *Isa.* 30. e. Dabit ei Dominus panem arctum, & aquam breuem. *Dan.*10.a. Panem desiderabilem non comedi.
  - Beatitudo æterna. *Genes.*49.c. Aser pinguis panis eius. *Luc.*14. d. Beatus, qui manducabit panem in regno cœlorum.
- Malus.
  - Hæresis. *Prou.*9. d. Panis absconditus suauior.
  - Mendacium. *Prou.*20.c. Suauis est homini panis mendacii.
  - Delectatio carnalis. *Iob* 20.b. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecùs.
  - Adiutorium ad malum. *Ios.*9. Panes calidos sumpsimus.
  - Hypocrisis. *Osea* 7.c. Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reuersatur. *Luc.*12.a.

Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. *a* Tu autem Domine, &c.] Tertia pars, in qua Christus post prædictas tribulationes, quasi auis ad nidum recurrens, orat Patrem, & petit suam Resurrectionem. q.d. Illi ita fecerunt: Tu autem, Domine Pater. *b* Miserere mei] *Alleg.* hominis, qui in prædictis miseriis sum. *c* Et resuscita me,] gloriosa Resurrectione. Postea petit vltionem inimicorum, dicens. *d* Et retribuam eis] sc. Iudæis. Secundum hanc lectionem, retribuam, est optatiui modi. Vel potest esse indicatiui: Et tunc est comminatio: Retribuam, in præsenti, vt dispergantur per Titum, & Vespasianum: & in futuro, vt damnentur, nisi conuersi fuerint. Et propter hoc bene dicit; retribuam, quasi tribuam in præsenti, sed retribuam in futuro. Habito de vltione quantum ad exteriorem pœnam, subiungit de confusione eorum quantum ad interiorem dolorem. Vnde dicit. *e* In hoc cognoui, &c.] Hoc dupliciter potest legi. Primò sic: Cognoui, quoniam non gaudebit diu inimicus meus, Iudæus, super me. Quantò enim lætiores fuerunt Iudæi de morte Christi, tantò magis confusi fuerunt, & dolentes de Resurrectione ipsius. [Cognoui] dico, sed per quod experimentum? In hoc. *f* Quoniam, &c.] id est, quod complacui tibi intantum, quòd non relinqueres me in voluntate eorum. Vel sic: Cognoui, id est, alios cognoscere feci hoc. Quoniam voluisti me, id est, dilexisti, per quod te feci cognoscere, in hoc. *g* Quoniam, &c.] quasi dicat, per hoc, quod resuscitasti me, & eripuisti me de manu Pilati, & de omni expectatione plebis Iudæorum, cognouerunt fideles, quia tu me dilexisti. Facta mentione de sua Resurrectione, ponit causam illius, scilicet, quia innocens passus est. Vnde sequitur. *h* Me autem, &c.] quasi dicat, non immeritò suscitasti me. Autem, pro sed. Sed, propter innocentiam, quam, licet pœnam nocentium sustinerem, habui, id est, Suscepisti] me; de sepulchro, & susceptum cadere non permisisti: Sed *k* Et confirmasti me,] gloria impassibilitatis & immortalitatis. Non ad horam, sed.
m In æternum] id est, in æterna beatitudine, quæ est in conspectu tuo. Vel, Confirmasti me, vt essem in conspectu tuo in æternum. Sequitur conclusio laudatiua.

A Benedictus

Moral. Moraliter,] debet dicere peccator supplantatus. *a* Tu autem, &c.] quia miser sum. *c* Et resuscita me,] quia mortuus sum. Resuscita, dicit, non tantùm suscita, quasi dicat, iam aliàs suscitasti me; & morti me iterum dedi, reuertens ad vomitum: Vnde iterum me resuscita: & retribuam eis, inimicis sc. illis tribus, mundó, carni, Diabolo. Quibus retribuit pœnitens, cùm de illis in pœnitentia vindictam sumit. De carne per ieiunium, de mundo per eleemosynas, & mundi contemptum, de Diabolo per orationem, & fraternum amorem. *Tob.*12.b. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna magis, quàm thesauros auri recondere. *Matth.* 17. c. Hoc genus Dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium. Vel sic. *b* Miserere mei] id est, libera me de statu miseriæ. *c* Et resuscita me] i. e. da mihi statum gratiæ.
d Et retribuam eis] id est, des mihi statum gloriæ, vt eo iudicem tecum. Facta petitione, conuertit se ad gratiarum actionem de beneficiis iam ante collatis. Vnde dicit. *e* In hoc, &c.] finaliter, super me, quasi securus peto tuam misericordiam, licet reuersus fuerim post pœnitentiam iterum ad peccatum: quia ex hoc, quod iam aliàs dignatus es me suscipere ad pœnitentiam, perpendo, quod etiam adhuc me suscipies; & ita non gaudebit, &c. Diabolus, super me, cùm me receperis ad pœnitentiam. *Mich.* 7.b. Ne læteris, inimica mea, super me, quia cecidi; surgam, iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. Et sic in hoc versu gratias referendo de ante collatis beneficiis, per hoc inducit munificum largitorem ad danda ampliora: Vnde iam quasi suscepto eo, quod postulat, subiungit, *h* Me autem, &c.] recuperandam. *i* Suscepisti,] manu misericordiæ ad pœnitentiam, volens me perducere ad illum montem tuum, ad quem nullus ascendet, nisi innocens. *Psal.*23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, &c. *Iob* 22. d. Saluabitur innocens: saluabitur autem munditia manuum suarum. *k* Et confirmasti me] vt de cætero non reincidam in peccatum: Vt sim. *l* In conspectu, &c. i. omnibus dieb. vitæ meæ tibi placeam: secundum istam huius versus expositioné habetur quædá collecta in Quadragesima, quæ est talis;

* Deus

Aug.

A a Benedictus Dominus.] Et est vox Christi gratias agentis de sua Resurrectione, vel vox Prophetæ, vel ipsius Ecclesiæ ipsi Christo congratulantis, & pro Resurrectione illius, ad quam nostra sequitur, gratias referentis. Dicit ergo: Benedictus sit.

b Dominus] non terrenus, sed:

c Deus Israël,] id est, credentium populorum, qui Deum per fidem contemplantur. Et hoc non ad tempus, sed. e A sæculo,] id est, ab initio.

al. † & dicet omnis populus.

a Benedictus b Dominus c Deus d Israël à e sæculo, & in f sæculum : † g fiat h fiat.

In finem intellectus filiis Chore.

f Fiat, fiat.] Geminatio innuit certitudinem de re desiderata, & desiderij magnitudinem in desiderante. In Hebræo habetur: Amen, amen, secundum *Ierem.* qui hunc librum in quatuor diuisiones partitur. Hic terminatur primus liber.

Moral. * Deus innocentiæ restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum, vt Spiritus tui feruore concepto, & in fide inuestiantur stabiles, & in opere efficaces. Vel de futuro potest legi: [Me autem propter innocentiam vitæ meæ] suscepisti, i. suscipies ad gloriam. [Et confirmasti me,] i. confirmabis. [In conspectu tuo] vt te fruar, & in te delecter. *I rom.* 8. d. Delectabar per singulos dies coram eo. [In æternum] i. sine fine. Qui enim ibi suscipietur, iam de cætero non timebit lapsum. Propter hoc dicitur in *Psal.* 147. ad Ecclesiam triumphantem, quæ iam ibi suscepta est: Lauda, Ierusalem, Dominum: lauda Deum tuum, Sion. Quoniam confortauit seras portarũ tuarum, &c. Et post: Qui posuit fines tuos pacem. Multò fortius medium, quia semper in finibus, & in marchia solet esse guerra. Istum versum deberet dicere quilibet Prælatus:

De Prelatis. [Me autem propter innocentiam suscepisti] in Prælationem. Multi enim sunt, quos Deus non suscepit ad prælationem: sed ipsi sibi eam assumunt dementientes Apostolum, qui dicit *Hebr.* 5. a. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatus est a Deo tanquam Aaron. Sed nunquid mentitur Apostolus? Non. Sed verè, qui assumit sibi honorem, non est quisquam: quia dum se aliquid magnum facere attentat, socium se facit illius, qui non est, qui

Iob 18. *c.* se aliquid magnum voluit facere, dicens: In cœlum conscendam: super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in monte Testamenti. *Isa.* 14. d. Et ad nihilum redactus est. Vnde ibi sequitur: Veruntamen ad infernum detraheris, &c. Et post: Quasi cadauer putridum non habebis consortium. Et quia multi tales hodie sunt in prælationibus, potest dici de illis illud *Iob* 18. c. Habitent in tabernaculo eius, sc. Christi, i. in Ecclesia, socij eius, qui non est. Quare autem suscipiantur à Domino, ostendit, cùm dicit: [Propter innocentiam.] Vnde cùm peccator fit Prælatus, constat, quòd à Domino non suscipitur. Plerique etiam à Domino suscipiuntur, & innocentes sunt, quando suscipiuntur ad Prælationem. Sed in Prælatione mali fiunt. Et tales non possunt dicere id, quod hic sequitur: [Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum] quia Dominus proijcit eos à suo conspectu. De hoc habemus exemplum in Saul, quem propter innocentiam suscepit Dominus, sicut dicitur 1. *Reg.* 15. d. Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis caput in Tribubus Israel factus es? Sed non confirmauit eum in conspectu suo, eo quod ille malus factus est. Vnde in eodem capitulo dicit ei Samuel: Pro eo, quod abiecisti sermonẽ Domini, abiecit te Dominus. In quo Petrus significatur, qui introductus est per Ioannem in domum Principis Sacerdotum: Sed ibi cum ancilla ad ignem, Dominum negauit: *Matth.* 26. g. Cui autem hæc, quæ præcedunt, fecit Dominus, non debet ingratus esse, sed gratias Deo referre, dicens quod sequitur.

a Benedictus Dominus Deus, &c. Benedictus] quia benefactor.

b Dominus,] quia seruorum protector.

c Deus] cultorum exauditor.

d Israel] speculatorum gloria.

e A sæculo] quia temporalium largitor.

f In sæculum] quia æternorum promissor.

g Fiat] propter beneficium creationis.

h Fiat] propter beneficium recreationis. *Tob.* 12. b. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Hanc nobiscum faciat misericors & miserator Dominus. Amen.

EXPOSITIO PSAL. XLI.

Quemadmodum desiderat, &c. [Titulus. [In finem intellectus filiis Chore.] In præcedenti Psalmo egit de fide. Et quia fides sine charitate mortua est, ideò benè sequitur iste Psalmus, in quo agit de charitate. Et est sensus tituli talis. [Intellectus] huius Psalmi, qui de charitate tractat, dirigens nos [In finem] id est, ad Christum diligendum, conuenit [filiis Chore,] id est, imitatoribus crucifixi, quia sicut dicitur *Ioan.* 15. b. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam quis ponat pro amicis suis. In hoc Psalmo loquitur fidelis solum Deum sitiens. Materia, de qua loquitur, est charitas. Intentio, est monere, ne desiderium temporale præferatur desiderio æternæ vitæ. Modus. Bipartitus est Psalmus iste. Primò ostendit vir iustus esse desiderium suum, ad Deum esse. Secundò spe Dei confortat sensualitatem suam contra perturbationes, *ibi:* [Quare tristis es anima mea.] Agens ergo de charitate, quia desiderare est primus motus charitatis, à desiderio incipit, dicens.

PSAL. XLI.

Quemadmodũ desiderat i ceruus ad fõtes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te, Deus.

al. † sicut.

Partitio Psalmi.

i Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c.] Notandum, quod in Glossis dicitur, quòd ceruus caligantibus oculis extrahit serpentem à cauernis, suis naribus, quem cùm comederit, protinus currit ad fontem & bibit, & deinde proijcit cornua, & totus immutatur. Sicut ergo ceruus desiderat hausto veneno venire ad fontem aquarum: ita anima fidelis hominis hausto peccato, i. reuocato ad memoriam, desiderat venire ad Deum: & venit ad fontem pœnitentiæ, in quo refrigerium inuenit contra peccatum. Comparatur autem vir iustus ceruo propter multas rationes, videlicet, propter proprietates cerui, quæ in viro iusto reperiri debent. Quæ notari possunt his versibus:

Clune natans portat, vorat hydros, cornua mutat.
Cor senis offescit, salit, & sitit, & iuuenescit.
Siluester, lapidus, viuax, velox, sine cauda.
Pes durus, fuluusque pilus, venatio, fœtus.
Pugnat ob vxores, fusa pinguedine squalens:
Surdus demissis, benè rectis auribus audit.

Vir iustus comparatur ceruo. Versus.

Hæ proprietates competunt viro iusto. Ipse enim clune portat, secundum illud *Gal.* 6. a. Alter alterius onera portate. Et hoc natans in hoc mari magno & spatioso, quod est mundus. Item Iustus vorat hydros, id est, peccata annihilat. *Osea* 4. b. Peccata populi mei comedent. Item cornua mutat, secundum illud *Roman.* 9. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem Item cor iusti offescit, i. magis & magis in bono solidatur. Durum enim fuit cor Apostoli, cùm dixit ad *Rom.* 8. g. Certus sum, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque potestates, &c. poterunt nos separare à charitate Christi. Et *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus. Item Iustus salit vltra spinas diuitiarum, & lutum, vel foueam luxuriæ. *Isa.* 35. b. Tunc saliet sicut ceruus claudus. Item Iustus sitit, sicut dicitur hic. Item iuuenescit, sicut dicitur *Ephes.* 4. f. Renouamini spiritu mentis vestræ. *Coloss.* 3. b. Expoliantes vos veterem hominem. *Psal.* 102. Renouabitur, vt Aquilæ, iuuentus tua. Item Iustus est siluester, id est, in montibus & excelsis habitans. *Psal.* 103 Montes excelsi ceruis, petra refugium herinaciis. Item est lapidus. *Eccl.* 49. a. In omni ore, quasi mel, indulcabitur memoria eius. Item est viuax, quia vita contemplatiua hic incipit, & nunquam desinit. *Sap.* 5. c. Iusti autem in perpetuum viuent. Item est velox. *Eccl.* 31. c. In omnibus operibus tuis esto velox. Item est sine cauda, id est, sine operculo peccatorum per hypocrisim. 1. *Pet.* 2. c. Neque velamentum habentes malitiæ libertatem. Item habet pedem durum, id est, affectum solidum. *Abac.* 3. d. Ponet pedes meos quasi ceruorum. Item habet pilum fuluum, i. carnem pallidam, secundùm quod dicit Poeta:

Palleat omnis amans, color est hic aptus amanti. *Ouid lib.* 1. *de arte.*

Matth. 3. a. Ioannes erat vestitus pilis camelorum. Item Iustus venatio Diaboli & malorum hominum. *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in Eremo: & sic & pascua diuitum sunt pauperes. Item multos habet fœtus, i. multa bona opera, quorum matres sunt virtutes. *Iud.* 8. g. Habuit

T Ierobaal

Ierobaal septuaginta filios, eo quod plures habuit vxores. Item pugnat ob vxores, quia pro virtutibus, *Eccl.4.d.* Pro iustitia agonizare pro anima tua vsque ad mortem, certa pro iustitia. *2.Timoth.2.a.* Labora sicut bonus miles Christi. Item Iustus fusa pinguedine, id est, amissa deuotione squalet, *infr. Psal.* 101. Ossa mea sicut cremium aruerūt: percussus sum, vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Item surdus est, cùm aures demittuntur ad temporalia; sed benè audit, cum eriguntur:

al. non habet † fontē. al. † fortem.

a Sitiuit anima mea ad Deum † *b* fontem viuum: *c* quando veniam, & apparebo *d* ante faciem Dei? *e* Fuerunt mihi lachrymæ meæ *f* panes *g* die, ac *h* nocte: *i* dum dicitur mihi quotidie: vbi *k* est Deus tuus? Hæc † *l* recordatus sum, & *m* effudi in *n* me animam *o* meam: quoniam † *p* transibo in *q* locum tabernaculi admirabilis vsque *r* ad domum Dei.

al. † meditatus. al. † ingrediar.

Isa.50.b. Erigit mane, mane erigit mihi aurem. *Psalm.84.* Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Igitur benè dicit: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus. Desiderat, *Isa.26.b.* Anima mea desiderauit tē in nocte. Et *eodem, suprà*: Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. *Prou.13.b.* Lignum vitæ desiderium veniens. Anima. Infrà dicit etiam caro: *Psalm.62.* Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. ad te, supple, currere, vel trahi. *Cantic.1.a.* Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum. *B. Bern.* Qui amat ardentiùs, currit velociùs & peruenit citiùs. *Ioan.20.a.* Currebant duo simul; sed ille alius discipulus currebat citiùs Petro. Vel, Ad te, vocari, vel ferri, sicut lata fuit anima Lazari, vt habetur *Luc.16.f.* Hic reprehenduntur pigri, qui tardant venire ad Deum. Tales non sunt cerui. *Eccl.31.c.* In omnibus operibus tuis esto velox. *Prou.21.d.* Desideria occidunt pigrum, supple, quæ nunquam prorumpunt in opus. *Eccl.24.d.* Ego quasi Tigris. Tigris interpretatur velox, & etiam Tigris est animal velox. Alia litera habet: Sicut areola præparata ad irrigationes aquarum; sic anima mea præparata est ad te, Deus.

a Sitiuit anima mea.] Dico, quòd desiderat, nec nunc primò incipit desiderare, sed iam olim, sitiuit anima mea ad Deum. Et meritò, quia. *b* Fontem] a quo omnia bona fluunt, & ideò, viuum. Et quid sitierit, aperit.

c Quando veniam & apparebo ante faciem Dei,] quasi dicat, tardè est mihi, quòd veniam & appaream: quia tunc satiabor fonte viuo. Vnde in *Psalm.16.* Satiabor, cùm apparuerit gloria tua, id est, cùm gloriosus apparebo ante faciem tuam, quam gloriam à te habebo. Et propter hoc meliùs dicit: Apparebo ante faciem Dei, quàm si diceret, apparebit mihi facies Domini: quia sicut dicitur *1. Ioan.3.a.* Nondum apparuit, quid erimus; scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Et nota per hoc, quod dicit: Sitiuit, quòd sitis ex salis vsu prouenit: & similiter sitire Deum ex sale sapientiæ. *Eccl 24.c.* Qui bibunt me, adhuc sitient. *Matth.5.a.* Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Est autem aliud sal huic contrarium, scil. sapientia mundi, de quo *1. Esdr.4.c.* Memores salis, quod in palatio comedimus, hoc est, tal auaritiæ, quod in palatiis multum est in vsu.

b Fontem viuum.] *Ier.2.c.* Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. *Ps 35.* Quoniam apud te est fons vitæ.

c Quando veniam & apparebo, &c.] Sicut hoc desiderabile est Iustis & delectabile erit eis, ita econtrario malis erit horribile & intolerabile; quia apparebunt in conspectu Domini sordidi & vacui. *Matth 22.b.* Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? *Exod.23.b.* Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et de hoc dicit *Anselm.* Latere erit impossibile, apparere intolerabile.

d Ante faciem] bonis delectabilem: malis terribilem. *Iob 33.d.* dicit de bonis: Placabilis erit ei, & videbit faciem eius in iubilo. De malis, *Apoc.6.d.* Dicent montibus & petris: cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum. Et nota, quòd hic notatur triplex status, videlicet, incipientium, proficientium, perfectorum. Incipientes, quærunt refrigerium. Et hoc notatur, *ibi*: Quemadmodum desiderat ceruus, &c. Proficientes, quærunt delectari, & gustare dulcedinem Dei, quod notatur, *ibi*: Sitiuit anima mea, &c. Perfecti cupiunt dissolui & esse cum Christo, quod notatur *ibi*: Quando veniam, &c. Sed qui tantùm Deum desiderat, de incolatu huius miseriæ, & dilatione patriæ plorat. Vnde addit.

e Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.] Hic etiam aperit causam sitis. Qui enim comedit cibum salsum & amarum, citò sitit. Vnde & Christus, cui dederunt in escam suam fel, dicit in Passione: Sitio. *Ioan.19.f.* Lachrymæ ad literam, salsæ sunt & amaræ. Dicit ergo: Fuerunt mihi lachrymæ meæ, &c.] quasi dicat, ego plorauí pro irriguo superiori & inferiori, id est, pro dilatione patriæ, & incolatu huius miseriæ, sicut Axa: *Iosue 15.d.* & *Iudic.1.c.*

f Panes] id est, refectio spiritualis. *Psalm.* 101. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meū cum fletu miscebam.

g Die] quando fit prandium.

h Ac nocte] quando fit cœna, quasi dicat, in prandio & cœna comedi istos panes. Vel, die prosperitatis: ac nocte aduersitatis: Vel & in vita, & in morte. Super hunc versum *Richard.* Huiusmodi panem aliquando homo interior solus comedit, aliquando domesticum suum vt secum comedat, multa fatigatione compellit. Spiritus quidem solus comedit, quando nimis de peccatis dolet, sed lachrymas nulla ratione valet extorquere; Panem doloris & vinum compunctionis pariter sumunt, cùm interior homo ingemiscit & exterior vberum lachrymas fundit. Qui verò iam ex æternorum desiderio lachrymatur, cibis profectò dulcibus saginatur. Has etiam lachrymas excitant iugiter malorum opprobria. Vnde addit.

i Cum dicitur mihi quotidie] à malis.

k Vbi est Deus tuus.] Quia enim eum non vident, eum non esse reputant. Et est maxima ignorantia, nescire vbi ille est, qui vbique est. *Sap.2.d.* Excæcauit illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ. Et ideò dicunt: Vbi est Deus tuus; i. quem quasi mercedem expectas, nec aliud habere desideras. *Greg.* Bona mens nil suum reputat, donec illud, quod singulariter appetit, apprehendat. Postea probat, quòd ista opprobria excitauerunt in eo lachrymas & deuotionem, dicens.

l Hæc [opprobria recordatus sum] quasi, non exiui extra me, vbi non inuenirem nisi asperitatem, & punctiones exprobrantium; sed intra me quæsiui consolationem. Et hoc est.

m Effudi] *Thr.2.f.* Effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini.

n In me] per deuotionem, non extra me, per ostentationem, vel curiositatem.

o Animam meam.] Anima ferrea non liquefit, nisi magno igne. *Ier.6.g.* Æs & ferrum vniuersi corrupti sunt. Sed anima cerea citò liquefit. *Cantic.r.6.b.* Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Lapidea verò nunquam liquefit. *Zach.7.c.* Cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirent legem. Posuit causam impulsiuam suæ deuotionis: Postea ponit causam efficientem, vel finalem, dicens.

p Quoniam transibo, & cætera:] quasi dicat: Illi per opprobria sua me impellebant; sed prægustatio cœlestis dulcedinis me attrahebat: Hoc est. Quoniam transibo, mare mundi, murum carnis, spinas peccati transiliens.

q In locum tabernaculi admirabilis] id est, Ecclesiæ militantis, cuius locus est Christus, quia in Christo fundata est. Dicitur autem Ecclesia militans tabernaculum, quia in ea peregrinantes & militantes Deo, pascunt & cubant. *Canticor.1.b.* Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Item quia ibi armantur, *2. Corinth.10.b.* Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, &c. Item quia ibi vulnerati sanantur. *Luc.10.f.* Samaritanus duxit sauciatum in stabulum, & curam illius egit. Dicitur autem admirabile istud tabernaculum propter Sacramentorum efficaciam. Item propter Sacramentorum continentiam. Item propter eorum, quæ in Ecclesia fiunt: admirabilem ordinem. Transibo ergo in locum huius tabernaculi] id est, ad Christum contemplandum per fidem. Vel, in locum tabernaculi, id est, in ipsam Ecclesiam, quæ est locus, in quo Christus cum fidelibus habitat. Nec extra locum istum inuenitur. Nec ibi sistam, sed pertransibo.

Ecclesia militans dicitur tabernaculū.

r Vsque ad domum Dei,] i. Ecclesiam triumphantem, de qua *Baruch 3.c.* O Israel, quàm magna est domus Dei, *Ioan.14.a.* In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Ad hanc domum transit in præsenti vir iustus spe; in futuro autem transit re. *Ps.121.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et quomodo transeat, subdit,

a In voce

a In voce exultationis, &c.] De præsenti sic legitur: [Exultationis] de Dei beneficiis.

b Et confessionis] de propriis peccatis. Primam vocem dat deuotio: Secundam contritio. Prima est contra acediam. Secunda contra superbiam. De his in *Psal.* 117. Vox exultationis & salutis in tabernaculis Iustorum. Confessio salus dicitur, quia per eam sanantur vulnera peccatorum. *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. De futuro sic legitur: Exultationis, quantum ad suam fœlicitatem, de qua exultabit. Et confessionis, sc. laudis, quantum ad Dei bonitatem. De his *Isa.* 51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. In voce, dico, quæ est.

c Sonus epulantis] quia in præsenti epulatur anima, cùm Dei beneficiis reficitur. *Apocal.* 3. d. Intrabo & cœnabo cum ipso, & ipse mecum. Item cum de peccatis contritus homo confitetur. *sup. Psalm.* 117. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Item in futuro splendidè epulabitur. *Psalm.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. *Isa.* 65. Serui mei comedent, & vos esurietis. Et de his diuersis refectionibus procedunt istæ diuersæ voces. Vnde benè dicitur: Vox exultationis & confessionis sonus epulantis.

d Quare tristis es, anima mea, &c.] Secunda pars, in qua ratio, quæ prædictas consolationes habet, increpat, & confortat sensualitatem, quæ de præsentibus malis tristatur. Vnde dicit: Ex quo, scilicet, tot bona habes, & habebis, quæ potiùs gaudere deberes: Et quare conturbas me, id est, rationem, secundum quod suprà dictum est. *Psalm.* 6. Anima mea turbata est valdè. Mala enim tristitia turbat rationem, sicut fumus oculum. Vnde notandum, quòd est tristitia mala, & tristitia bona, & quælibet multiplex.

Tristitia
- Bona.
  - Naturalis timoris, sc. horror mortis. *Matth.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem.
  - Grauitas religionis. 2. *Corinth.* 6. b. Quasi tristes; semper autem gaudentes.
  - Corporalis infirmitas; *Iac.* 5. c. Tristatur aliquis vestrum? oret: æquo animo est? psallat.
  - Pœnitentiæ, 2. *Cor.* 7. c. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. *Mal.* 3. d. Ambulauimus tristes coram Domino.
  - Compassionis. *Rom.* 9. a. Tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo.
  - Increpationis. *Eccl.* 22. d. Si aperuerit os triste, ne metuas.
  - Hæsitationis. *Matth.* 26. b. Contristati valde cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum, Domine?
- Mala.
  - Stuporis. *Luc.* 22. e. Inuenit eos dormientes præ tristitia.
  - Sollicitudinis. *Eccl.* 30. d. Tristitiam ne des animæ tuæ, & ne affligas temetipsum.
  - Acediæ. *Eccl.* 25. c. Omnis plaga tristitia cordis est. *Prou.* 17. d. Spiritus tristis exsiccat ossa.
  - Amaritudinis. *Isa.* 42. a. Non erit tristis, neque turbulentus.
  - Auaritiæ. *Eccl.* 4. a. Declina pauperi sine tristitia.
  - Desperationis. 2. *Corinth.* 2. b. Consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur. 1. *Thessal.* 4. c. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri, qui spem non habent.
  - Fictionis. *Matth.* 6. b. Nolite fieri, sicut hypocritæ tristes.
  - Sæculi. *Matth.* 19. c. Cùm audisset adolescens verba hæc, abiit tristis. 2. *Cor.* 7. c. Tristitia sæculi mortem operatur.
  - Quælibet pœna temporalis. *Eccl.* 5. b. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste?
  - Gehennæ. *Sap.* 27. a. Personæ tristes illis apparuerunt.

De mala ergo tristitia, non de bona dicit hic: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Hoc pertinet ad increpationem. Postea sequitur confortatio.

e Spera in Deo.] *Psalm.* 52. Et in Domino sperans non infirmabor. Et sperare potes. *f* Quoniam adhuc] in præsenti. *g* Confitebor illi] id est, simul omnia peccata fatebor. Vel, Confitebor, id est, totus fatebor, sc. corde, ore, opere: Non sicut dicitur *Isa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. [Illi] qui est. *h* Salutare] id est, Saluator & Creator. *i* Vultus mei] id est, in vultu meo, quasi dicat, in eadem natura, in qua & ego. *Iob* 19. b. In carne mea videbo Deum Saluatorem meum.

In *a* voce exultationis & *b* confessionis, † *c* sonus epulantis. *d* Quare tristis es, anima mea: & quare conturbas me? *e* Spera in † Deo, quoniam † *f* adhuc *g* confitebor illi: *h* salutare *i*, vultus mei, & *k* Deus meus. † Ad *l* meipsum anima mea † *m* conturbata est: *n* propterea † *o* memor ero tui de terra Iordanis & *p* Hermonij *q* à monte † modico.

al. † soni festiuitatẽ celebrantis. *al.* † Dominum. *al.* non habet † adhuc. *al.* † A me ipso. *al.* † turbata. *al.* † memoratus sum tui, Domine. *al.* † paruo.

Est ergo salutare per recreationem, ipse idem. *k* Deus meus] per creationem: postea ostendit, vnde anima habeat tristitiam hanc. Vnde addit. *l* Ad meipsum anima mea] supple, conuersa.

m Conturbata est] id est, à seipsa habet conturbationem. *Greg.* Iustum est, vt in se semper dolores inueniat, qui relicto vero gaudio in se gaudia quærebat. *Psal.* 142. In me turbatum est cor meum. Posita turbatione, ponit remedium turbationis, scil. memoriam Dei. Vnde dicit.

n Propterea] id est, quia in me non inuenio nisi turbationem. *o* Memor ero tui] in præsepio vagientis, ad humiliandum. [Tui] in Cruce morientis, ad diligendum. [Tui] ad iudicium venientis, ad timendum. [Tui] in cœlo regnantis, ad sperandum: Sic [memor ero tui] ô Christe, vt in tui memoria consolationem admittam. *Psalm.* 76. Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum. Et ostendit multiplices causas, quare debeamus esse memores Dei, scil. diuersa beneficia Dei. Prima causa est innocentia baptismalis. Qui enim ante Baptismum fuimus filij iræ, & in Baptismo facti sumus filij gratiæ & hæredes gloriæ, debemus multum commendare memoriæ tantum beneficium, & ipsum Dominum beneficij. Et hoc est, quod dicit: [Memor ero tui de terra Iordanis,] id est, pro eo quod in Baptismo, qui per Iordanem designatur, facti sumus terra fertilis, qui priùs eramus terra deserta, & sterilis. *Isa.* 35. a. Lætabitur deserta & inuia. Ibi dicunt *Septuag.* Florebunt, & exultabunt deserta Iordanis. Secunda causa est beneficium Dei, quod dat homini, vt contemnat mundum. Vnde addit.

Multiplices causæ, quare memores esse debemus Dei.

p Et Hermonij] quod interpretatur anathematizatio, per quod contemptus mundi notatur. Qui enim contemnit mundum, dicit, sicut dixit Iosue de Iericho: *Iosue* 6. c. Sit ciuitas hæc anathema: & omnia, quæ in ea sunt. Iericho enim, quod interpretatur Luna, significat mundum deficientem. Iosue autem interpretatur Saluator, & significat Saluatorem nostrum, qui anathematizat mundum, dicens: Væ vobis diuitibus: *Luc.* 6. d. & *Matth.* 18. a. Væ mundo à scandalis. Scandala sunt omnia temporalia, quibus anima offendit. Item 1. *Ioann.* 4. e. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in, &c.

Anathematizare debemus.
- Carnalia desideria. *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas ne eas.
- Propriam voluntatem. *Matth.* 16. d. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c.
- Diabolum. *Matth.* 4. b. Vade, Sathana.
- Mundum. *Luc.* 14. g. Qui non renunciauerit patri, aut matri, &c.

Tertium est humilitas virtutum, quando, sc. homo habens cultum virtutum non superbit, sed humiliter de se sentit, & sibi displicet. Vnde *Ezech.* 20. g. Displicebitis vobis in conspectu vestro, &c. Vnde dicit.

q A monte modico] per montem intelligitur culmen virtutum: per modicum humilitas. *Ecclesiastic.* 3. c. Quantò maior es, humilia te in omnibus. Hermon, ad literam mons est modicus iuxta Iordanem. Et sic potest construi. [De terra Iordanis & de terra Hermonij, scilicet, à monte modico.] Vel sic: [A monte modico Hermonij, & redit in idem. Quarta causa est duorum Testamentorum sui adhuc concors prouocatio Vnde dicit.

a Abyssus *b* abyssum inuocat: in *c* voce cataractarum tuarum. † *d* Omnia excelsa tua, & *e* fluctus tui *f* super me † transierunt. In *g* die mandauit Dñs misericordiã suam: & *h* nocte † *i* canticum eius. *k* Apud me oratio *l* Deo vitæ *m* meæ: *n* dicam Deo, *o* Susceptor meus es.

al. † Omnes suspensiones tuæ.
al. † ingressi sunt.
ar. † declarauit.
Duo Testamenta dicuntur abyssi.

a Abyssus] id est, nouum Testamentum. *b* Abyssum inuocat] i. vetus Testamentum, supple, ad testimonium. *Ioan.5.f.* Scrutamini Scripturas: illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et pòst. Si crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Vel vetus inuocat nouum ad sui complementum. *Matt.5.b.* Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut Prophetas, non veni soluere, sed adimplere. Et benè dicit: Inuocat, i. intùs vocat: Vnum enim testamentum est in alio, sicut rota in medio rotæ. Dicuntur autem duo Testamenta abyssi, pluribus rationibus. Primò, quia sunt inscrutabilia. *Eccl.1.a.* Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Secundò, quia exhauriri non possunt. *Eccl.24.d.* A mari enim abundabit cogitatio eius, & consilium eius in abysso magna. Cogitatio potest referri ad vetus Testamentum, consilium ad nouum. Tertiò, quia omnes riui scientiarum ab ipsis emanant. *Gen.7.* b. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Quartò propter obscuritatem: *Gen.1.a.* Tenebræ erant super faciem abyssi. *Psalm.17.* Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Quintò, quia omnes alias facultates recipit scientia duorum Testamentorum. *Eccl.1.b.* Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat. Sic ergo: Abyssus abyssum inuocat. Et hoc: *c* In voce cataractarum tuarum] id est, per doctrinam Prophetarum & Apostolorum, à quibus fluenta doctrinæ nobis manant sicut à cataractis flumina aquarum. Ad literam enim cataractæ dicuntur ostia illa, per quæ, quasi per subtiles meatus, effluunt aquæ: secundum *Greg.* sic exponitur: Abyssus dicitur iudicium. Vnde in *Psalm.35.* Iudicia tua abyssus multa. Abyssus ergo abyssum inuocat, cùm homo rimore futuri iudicij prouocatur interiùs in corde ad iudicandum seipsum. *Greg.* Abyssus abyssum inuocare, est de iudicio ad iudicium peruenire. Et hoc fit: In voce cataractarum tuarum, i. in exhortatione sanctorum Prædicatorum. Vnde ad hoc hortatur Apostolus *1.Cor.11.g.* Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.

Aliter. Vel in malo sic: Abyssus expensarum, Abyssum inuocat rapinarum. *Eccl.5.c.* Vbi multæ sunt opes, & multi sunt, qui comedunt eas.

Aliter. Vel malus homo, malum hominem. *Prou.1.b.* Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis: si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini, &c. Vel peccatum, peccatum: sicut superbia, auaritiam; gula, luxuriam; ira, homicidium, &c. *Matth.12.d.* Assumit septem Spiritus nequiores se. *Greg super Ezech.3.* Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox pondere suo trahit ad aliud. *Isa.34.c.* Occurrent Dæmonia, onocentaurus & pilosus clamabit alter ad alterum. Et hoc in voce cataractarum tuarum] id est, testimonio Sanctorum, sicut ostenditur per diuersa loca Scripturæ. Item abyssus, misericordiæ Christi abyssum inuocat miseriæ generis humani. Et hoc, in voce cataractarum, id est, in virtute plagarum, quæ clamant misericordiam. *Hebr.12.f.* Accessistis ad Sion montem, & Iudicem omnium, & Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quam Abel: videte, ne recusetis loquentem. Quinta causa memoriæ Dei est, quia ad hoc nos stimulant tribulationes. Vnde sequitur.

d Omnia excelsa tua, &c.] Excelsa dicit imbres, quæ de excelso descendunt.

e Fluctus] dicit mare. Est ergo sensus: Omnia excelsa tua, id est minores tribulationes. Et fluctus tui, id est, maiores tribulationes.

f Super me transierunt] opprimentes me. Et ideò, memor ero tui, quia vexatio dat intellectum, vt dicitur *Isa.28.c. Ionæ 2.d.* Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum. Et nota, quòd dicit: Transierunt, non steterunt Super Electos enim transit tribulatio, quasi virga super dorsum pueri. *2.Cor.4.d.* Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, &c. Sed super reprobos stabit in æternum. *Isa.30.g.* Erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum. Tribulationes verò dicuntur excelsa, quia in cœlum eleuant: fluctus verò, quia humiliando deprimunt. De primo, *Gen.7.b.* Inundauerunt aquæ diluuij, &c. De secundo, *Iob 6.a.* Sagittæ Domini in me sunt, &c. Sexta causa, quare homo debet esse memor Dei, est, quia tenetur ad Dei mandata implenda, & non potest eius mandata implere, qui eius obliuiscitur. Et ideò sequitur.

g In die mandauit Dominus misericordiam suam] quasi dicat, ideò memor ero, quia in die prosperitatis mandauit, id est, præcepit, misericordiam suam] quæ est, quod corrigit nos in præsenti, vt in æternum parcat. *Greg.* Magna misericordia est, in præsenti misericordiam non consequi. Est ergo sensus, Mandauit Dominus, vt cùm simus in præsenti prosperitate, timeamus æternam aduersitatem, & parati simus tribulationem sustinere: quia dicit *August.* Illis ad tempus parcit, quos in æternum damnabit. Secundò mandat Dominus, vt in habita tribulatione gaudeamus. Vnde addit.

h Et nocte] aduersitatis [mandauit Dominus.

i Canticum eius] id est, vt in eo gaudeamus, attendentes, quòd quem Dominus diligit, castigat: & flagellat omnem filium, quem recipit. *Hebr.12.b.* & quòd per istas tribulationes intrabimus in regnum cœlorum. De his duobus mandatis, *Eccl.11.c.* In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum. Vel, in die prosperitatis, mandauit Dominus misericordiam suam, id est, sibi fieri; dando eleemosynas, secundùm quod dicitur *Tob.4.b.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. In antecedente notatur prosperitas, cùm dicitur: Si multum, &c. In consequente misericordia, cùm dicitur: Abundanter tribue. Et nocte, vt suprà expositum est. Vel, in die, ad literam mandauit Dominus misericordiam suam id est, vt de die operibus misericordiæ insistatur. Et nocte canticum eius] id est, vt de nocte eius laudibus, & ei vacetur. Sic Dominus faciebat de die prædicans, & de nocte orationibus vacans. Vnde dicitur *Luc.6.c.* Exut in montem orare, & erat pernoctans in oratione. Et cùm dies factus esset, vocauit Discipulos suos, & descendens de monte cum illis, stetit in loco campestri: Et tunc fecit sermonem illum magnum, incipiens sic: Beati pauperes spiritu, &c. Post sermonem sanauit ægros. *Luc.7.* Et sic impleuit priùs, quòd mandaturus erat. Cœpit enim primò facere, & postea docere: *Act.1.a.*

k Apud me, &c.] Suprà quæsiuit synderesis à sensualitate, seu spiritus ab anima, vel ratio a voluntate, quare tristatur à tribulationibus, *ibi*: Quare tristis es anima mea, &c. Et postea posuit vnum remedium contra tristitiam, scilicet, memoriam Dei, *ibi*: Propterea memor ero tui. Hic autem ponitur secundum remedium, scilicet, oratio. Vnde dicit: Apud me oratio, quasi dicat, propter tristitiam animæ meæ memor ero Dei, & etiam est & erit, apud me oratio, quasi dicat, non oportet me multum laborare exteriùs quærendo oblationes, sicut Iudæi faciebant. Vnde *Ierem.6.e.* Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? Sed ego in me habeo, quod Deo gratum offeram, scilicet, orationem. Et hoc est, quod dicit: Apud me est oratio, supple, exhibenda Deo. Item, Apud me, id est, in secreto conscientiæ, non apud homines per iactantiam, est oratio exhibenda.

l Deo] non Regi terreno. De his duobus: *Matth.6.a.* Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum. Deo, dico.

m Vitæ meæ] id est, qui est vita mea. *Deut.30.d.* Ipse est enim vita tua. Vel, Deo vitæ meæ, triplici, scil. vitæ naturæ, vitæ gratiæ, vitæ gloriæ, supple datori & conseruatori & defensori. *Psalm.26.* Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, &c. Et quid oret, subiungit.

n Dicam Deo] gaudendo & gratias referendo.

o Susceptor meus es] id est, susceptor meæ naturæ. *Psal.72.* Et cum gloria suscepisti me. Et per hoc confitetur in Christo vtramque naturam, scilicet, suscipientem & susceptam, scilicet, diuinam & humanam. Et hoc confiteri, est orare & allegare, quod debeat nos custodire, qui nostram naturam suscepit. Vel sic: Susceptor meus es, id est, me ad pœnitentiam non tantùm suscipis; sed etiam assuetus es suscipere. Susceptor enim notat vsum & consuetudinem; sicut scriptor, & huiusmodi verbalia nomina. De hac susceptione, *Ieremiæ 3.a.* Fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Hunc duplicem modum susceptionis, & in primo, duplicem Christi naturam innuit *Luc.18.g.* vbi dixit cæcus: Iesu fili Dauid, miserere mei. Iesu fili Dauid, Ecce prima susceptio. In Iesu notatur Diuinitas: in filio Dauid humanitas, quam suscepit. Miserere mei, dicit secundam susceptionem, in

qua

qua misericordia Saluatoris suscipit peccatorem ad pœnitentiam. Vel, Susceptor meus, id est, sursum captor in contemplatione cœlestium, secundùm illud *Prouerb.* 29. d. Qui sperat in Domino, subleuabitur. *Psalm.* 3. Ego dormiui & soporatus sum, scilicet, contemplatione eorum, quæ facta sunt in Christo homine, & exsurrexi ad contemplandum Diuinitatem: & Dominus suscepit me, quasi sursum cepit & traxit: quia per me non poteram ascendere: Sic Paulus dicit, non se ascendisse, sed raptum fuisse vsque ad tertium cœlum. 2. *Cor.* 12. a. Et nota, quòd hæc quatuor necessaria sunt in oratione: Piè, pro se, perseueranter, ad salutem, quæ innuuntur in hoc versu. Per hoc, quod dicit Deo, innuitur piè, per vitæ, ad salutem, per meæ, pro se, per hoc, quod dicit, dicam, notatur perseueranter. Positis remediis contra tristitiam in sua oratione, exponit Domino causas tristitiæ, quasi conferendo, dicens.

a Quare oblitus es mei: & *vt quid.* † *b* quare contristatus incedo: *c* dum affligit me inimicus? *d* Dum confringuntur ossa mea, *e* exprobrauerunt mihi, qui tribulant me, † *non et inimici mei.* inimici mei. *f* Dum † dicunt *† dicitur.*

a Quare oblitus es mei] ex quo susceptor meus es? Prima ergo causa tristitiæ est dilatio patriæ, de qua conqueritur Domino, cùm dicit: Quare oblitus es mei, id est, videris esse oblitus, promissa gaudia differendo? *Psalm.* 12. Vsquequo, Domine, obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me? Dicitur etiam Deus obliuisci, quando non miseretur, & quando non punit. De primo, *Iob* 24. d. Obliuiscaris eius misericordia. De secundo, *Psalm.* 136. Memor esto, Domine, filiorum Edom. Bonorum autem nunquam obliuiscitur Deus. *Isa.* 49. d. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit; ego tamen non obliuiscar tui. Secunda causa est miseria, quam patitur à sensualitate. Vnde dicit. *[margin: quatuor necessaria in oratione.]*

b Et quare contristatus incedo] secundùm sensualitatem. *Matth.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et in *eodem*: Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Sed sicut per [contristatus] notatur tribulatio; ita per [incedo] notatur profectus. Et ideò benè coniunguntur hæc duo, cùm dicit: [Contristatus incedo] quia tribulatio & tristitia talis est stimulus vrgens nos ad incedendum. *Gregor.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Sed breuitas tribulationis exprimitur, cùm addit.

c Dum affligit me inimicus.] Et notatur hic tertia causa tristitiæ, scilicet, tribulatio, quam patitur ab inimicis inuisibilibus, tam corporaliter, quam spiritualiter. De corporali afflictione dicit: Dum affligit me inimicus, scilicet; Diabolus, sicut afflixit Iob in rebus. Vnde *Iob* 1. c. Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt. Item in corpore. Vnde *Iob* 2. b. Ecce in manu tua est, &c. De spirituali autem afflictione, sequitur.

d Dum confringuntur ossa mea] id est, virtutes comminuuntur per peccatum, aut vires animæ tentatione concutiuntur. Quarta causa, est tribulatio, quam sustinet ab inimicis visibilibus. Vnde addit.

e Exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei,] scilicet, mali homines, qui tribulant inferendo plura mala: Quorum primum est exprobratio peccati. Vnde dicit: Exprobrauerunt mihi. Secundum est improperium de religione, siue sanctitate. Vnde sequitur.

f Dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus] quasi dicat, nusquam: aut si est, non curat de te: & ita stultum est tali Deo seruire. De Ecclesia autem propriè legitur hoc: *[margin: Aliter de Ecclesia.]*

d Dum confringuntur ossa, &c.] Hæc est enim lamentatio Ecclesiæ, cuius ossa confringuntur, quando Prælati, vel viri Ecclesiastici, in quibus fortitudo Ecclesiæ consistit, per peccatum à statu rectitudinis deiiciuntur & comminuuntur, contra illud *Exod.* 12. g. Os non comminuetis ex eo, & *Ioann.* 19. g. Et nota, quòd ossa arida de facili franguntur, & difficilè renouantur: Sic est de Prælatis & Clericis. *Psalm.* 101. Ossa mea, sicut cremium aruerunt. Et causam dicit *Iob* 30. d. Ossa mea aruerunt præ caumate, scilicet, ardore cupiditatis, & ambitionis. Et *Prou.* 17. d. Spiritus tristis exsiccat ossa, scilicet, tristitia sæculi. Propter hoc dicit *Ierem.* 30. b. Insanabilis fractura tua. Et nimis fragile est illud os, quod lingua potest frangere. *Ecclesi.* 28. c. Plaga linguæ comminuet ossa. Et benè dicit: Confringuntur. Et quia omnes exceptis paucis franguntur: & quia cum eis alij franguntur per malum eorum exemplum: Vnde benè coniungit, Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei, hæretici & mali Christiani. Hoc enim est, quod præcipuè exprobrant hæretici sanctæ Ecclesiæ, videlicet, peccata Prælatorum. *f* Dum dicunt mihi:] ecce exprobratio.

mihi *g* per singulos dies, vbi *h* est Deus tuus: *i* quàre tristis es, anima mea, & quare conturbas me? *k* Spera in † Deo, quoniam adhuc confitebor illi: Salutare vultus, mei & Deus meus. *[margin: al. † Domino.]*

g Per singulos dies] ecce instantia. Quid dixerunt? *h* Vbi est Deus tuus,] quasi dicat, exemplum vitæ Christi, vbi relucet? In Prælatis & Clericis, in quibus maximè deberet relucere, ibi non relucet. Christus enim pauper; ipsi diuites; Christus humilis, ipsi superbi; Christus laborauit, ipsi otio & voluptatibus vacant. Et propter hoc dicit *B. Bernard.* Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Non sic Apostolus, qui in se Christum aliis ostendebat, dicens: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, 1. *Cor.* 11. a. & 2. *Cor.* 13. a. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Quasi quærerent ab eo: Vbi est Deus tuus? Item super illud verbum: Dum dicunt mihi per singulos dies: potest distingui dies bona & dies mala, vt patet.

- Dies
  - Bona.
    - Angeli boni. *Psalm.* 18. Dies diei eructat verbum.
    - Homines electi. *Psalm.* 95. Annunciate de die in diem Salutare eius.
    - Vita viæ. *Ioan.* 11. b. Qui ambulat in die non offendit.
    - Tempus gratiæ. *Ioann.* 8. g. Abraham exultauit, vt videret diem meum.
    - Ætas hominis. *Gen.* 8. d. Nox & dies non requiescent.
    - Fides. *Rom.* 13. d. Nox præcessit; dies autem appropinquauit.
    - Intelligentiæ. 1. *Cor.* 4. a. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die.
    - Visitationis. 1. *Petr.* 2. c. Glorificent Deum in die visitationis.
    - Innouationis. *Thren.* 5. d. Innoua dies nostros, sicut à principio.
    - Pœnitentiæ. *Rom.* 14. a. Alius iudicat inter diem & diem.
    - Salutis. 2. *Cor.* 6. a. Ecce nunc dies salutis. Sumitur de *Isa.* 49. c.
    - Consolationis. *Thren.* 1. g. Adduxisti diem consolationis.
    - Desiderij cœlestis. *Canticorum* 2. d. Pascitur inter lilia, donec aspiret dies.
    - Iudicij. *Phil.* 1. a. Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Domini nostri Iesu Christi.
    - Æternitatis. 2. *Petr.* 3. d. Ipsi gloria nunc & in diem æternum. *Zachar.* 14. b. Erit dies vna, quæ nota est Domino. *Psalm.* 83. Melior est dies vna, &c.
  - Mala.
    - Culpæ. *Iob* 3. a. Pereat dies in qua natus sum, &c. *Ierem.* 20. d. Maledicta dies, in qua natus sum.
    - Mortalitatis. *Eccles.* 7. a. Melior dies mortis die natiuitatis.
    - Angelus apostata. *Iob* 3. a. Dies illa vertatur in tenebras.
    - Prosperitas sæculi. *Psalm.* 120. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.
    - Delectatio. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos.
    - Gloria Antichristi. *Ierem.* cap. 17. c. Diem hominis non desideraui: tu scis.
    - Timoris mundani. *Isa.* 37. a. Dies tribulationis & angustiæ dies hæc.
    - Vltionis. *Exod.* 32. g. Ego autem in die vltionis visitabo contra peccatum eorum.
    - Damnationis. *Sophon.* 1. d. dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ.

Positis causis tristitiæ, iterum consolatur animam suam, sicut priùs, dicens: Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, Salutare vultus mei, & Deus meus. Isti duo versus suprà habiti sunt, & expositi. Sed ideò repetit, quia cùm frequens sit tribulatio, necessaria est frequens consolatio. Similis repetitio habetur *Ioann.* 1. c. Confessus est & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus.

In finem Psalmus Dauid.

PSALM. XLII.

a IVdica me, Deus *b* & *c* discerne causam meã de Gente non sancta: *d* ab homine iniquo & *e* doloso erue † me. *f* Quia tu es Deus fortitudo mea: † *g* quare me repulisti: & † *h* quare tristis incedo, dum *i* affligit me inimicus?

al. † eripe. *al.* † vt quid. *al.* † vt quid.

Idem enim sæpè respondit, quia sæpè fuit ei obiectum. Et nota, quòd tristitia expellenda est multis rationibus. Primò, quia vniuersaliter vulnerat. *Eccl.* 25. c. Omnis plaga tristitia cordis est. Secundò, quia interficit. Tertiò, quia inutilis est. De his duobus *Eccl.* 30. d. Tristitiam longè expelle à te: Multos enim tristitia occidit, & non est vtilitas in ea. Quartò, quia bonos mores dissipat. *Prou.* 25. c. Sicut tinea vestimento; sic tristitia cordi. Quintò, quia deuotionem extinguit. *Prou.* 17. d. Spiritus tristis exsiccat ossa. Sextò, quia gaudium spirituale exsufflat. *Eccl.* 30. c. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Septimò quia inducit fastidium spiritualium. *Num.* 21. b. Tædere cœpit populum itineris & laboris, & dixit: Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Octauò, quia facit hominem ineptum bello spirituali. *Deut.* c. 20. b. Quis est formidolosus & corde pauido, reuertatur in domum suam. *Eccl.* 38. b. A tristitia festinat mors & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit ciuitatem.

Tristitia expellenda multis rationibus.

EXPOSITIO PSALM. XLII.

IVdica me Deus.] Titulus. *In finem Psalmus Dauid.* Psalmus iste tendens in finem est Dauid Prophetæ, vel viri iusti loquentis hic in persona corporis Christi mystici, quod est Ecclesia. Materia, de qua loquitur, est de orando Deum contra pressuras huius sæculi. Intentio est monere nos, ne vacillemus in pressuris. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò conqueritur de permixtione malorum cum bonis: & petit separari. Secundò agit de lætitia in fine habenda, *ibi*: Et introibo. Continuatio huius Psalmi ad præcedentem. Ibi egit de charitate: Sed qui Deum verè amat, statim mundus eum odit & persequitur. *Ioan.* 15. c. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, propterea odit vos mundus. Et pòst addit: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. *Tob.* 12. c. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Primò autem potest Psalmus iste exponi de Christo posito in pressura Passionis, & dicente.

Aleg.

a Iudica me Deus] Pater, qui iustè iudicas: Nam Iudæi & Pilatus iniustè me iudicant. *Psal.* 34. Exurge, & intende iudicio meo. Item *Psal.* 7. Deus Iudex iustus.

b Et] vt meliùs iudices.

c Discerne causam meam de Gente non sancta] quasi per hoc, quòd gens Iudæorum non sancta, sed nequam & iniqua me persequitur, apparet manifestè, quòd causa mea iusta est & bona. Vnde *Psal.* 9. Vide humilitatem meam de inimicis meis. Vel sic: Discerne causam meam de Gente non sancta, id est, attende: quia alia est causa Passionis meæ, quare patior, videlicet, salus humani generis: & alia est causa, quare me crucifigunt, videlicet, inuidia.

d Ab homine iniquo,] videlicet, à Pilato, qui fuit iniquus tradendo Iesum Iudæis crucifigendum, & Barrabam dimittendo. *Matth.* 27. c. Tunc dimisit illis Barrabam; Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Sed quia Pilatus malitiam suam voluit palliare, sicut ibi dicitur, quòd lauit manus aqua coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine Iusti huius: Ideò benè hic addit.

e Et doloso, &c.] Et hoc mihi facias.

f Quia tu es Deus, fortitudo mea.] *Psal.* 30. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & cùm sis fortitudo mea.

g Quare me repulisti] vt videtur, quia persecutioni me me exposuisti. *Psalm.* 21. Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? *h* Et quare tristis incedo] ego homo, & hoc secundùm sensualitatem tantùm. *Matth.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. *i* Dum affligit me inimicus,] Pilatus flagellando, Iudæi faciendo colaphisari, conspui, & crucifigi.

A *a* Emitte lucem

a Iudica me, Deus.] Potest etiam iste Psalmus exponi de Ecclesia, siue de quolibet fideli potest legi, sicut in principio diximus. Et sicut dictum est, primò agens de permixtione malorum cum bonis, petit separari ab eis. Est autem duplex separatio, scilicet, plena, quæ erit in futuro, & semiplena, quæ est in præsenti. De prima dicit: Iudica me, Deus, id est, separa me à malis in iudicio futuro, de quo *Matth.* 25. c. Sedebit filius hominis in sede Maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes Gentes, & separabit eos inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis, &c. De secunda separatione addit.

Moral.

Duplex separatio.

b Et discerne causam meam de Gente non sancta,] id est, terrena sapiente & quærente. Sanctus enim idem est, quod agios, id est, sine terra. Et benè dicit: Causam, non locum, quasi dicat, licet sim cum eis loco; non tamen causa: si numero, non tamen merito: quasi dicat, pone me cum agnis, vel ouibus: & separa me ab hœdis, quantum ad meritum, quod causa est respectu præmij. Sed quia mali non permittunt alios à se separari, subiungit.

d Ab homine iniquo & doloso erue me] quasi per violentiam. Eosdem intelligere debemus per Gentem non sanctam, & per hominem iniquum & dolosum, scilic. malos. Et dicuntur Gens non sancta, quantum ad seipsos; homines verò iniqui & dolosi quantum ad alios. quos vel apertè lædunt, & sic iniqui dicuntur: vel occultè, & sic dolosi vocantur. Et nota, quòd hic captat beneuolentiam à persona Iudicis, & à persona propria. Iudicem autem commendat primò à dignitate iudiciaria, cùm dicit: Iudica me, scilicet, tu Christe. *Ioann.* 5. d. Iudicium omne dedit filio. Secundò à bonitate, dicens: Deus. Tertiò à sapientia & discretione, cùm dicit: Et discerne causam meam. Quartò à fortitudine. Vnde sequitur.

f Quia tu es Deus fortitudo mea,] & continuatur ei, quod dictum est: erue me, quia tu es fortitudo mea, quasi dicat, Non sufficio mihi, cùm ipsi fortiter me velint tenere, sed tu es fortitudo mea. Et ideò, erue me ab eis, qui solus potes. *Exod.* 3. f. Scio, quòd non dimittet vos Pharao Rex Ægypti, vt eatis, nisi per manum validam: Extendam enim manum meam, vt percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hæc dimittet vos. Secundò captat beneuolentiam à persona aduersariorum, ostendendo eos peccare in Deum, *ibi*: De Gente, quia Gentes ignorant Deum. Et in se, *ibi*: Non sancta. Et in proximum dupliciter. Apertè, *ibi*: Ab homine iniquo. Et occultè, *ibi*: Et doloso. Tertiò captat beneuolentiam Iudicis à persona propria, ostendens primò suam humilitatem, cùm dicit: Quia tu es Deus fortitudo mea, vt sustineam. *Psalm.* 27. Dominus fortitudo plebis suæ. Secundò ostendit suam miseriam: Quæ triplex est. Prima est abiectio, quam patitur à Deo: Vnde dicit.

g Quare me repulisti.] Hoc etiam benè sequitur ad illud, quod præmissum est, Quia tu es Deus fortitudo mea: Et, Dominus fortitudo plebis suæ: Et alibi dicit: *Psalm.* 97. Quia non repellet Dominus plebem suam: Quare ergo me repulisti? Solutio. Cùm exponit hominem tribulationi, videtur eum repellere; sed in veritate non repellit, immò potiùs suscipit. Vnde dicit in *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Secunda miseria, quam patitur, est à seipso. Vnde sequitur.

h Et quare tristis incedo.] Hoc suprà expositum est. Tertia miseria, quam patitur, est à seipso. Vnde addit.

i Dum affligit me inimicus.] Item hic notantur quinque, quæ exiguntur in iudicio. Primum est auctoritas iudicandi, quæ notatur, cùm dicit: Deus. *Psal.* 7. Deus Iudex. Secundum est discretio, *ibi*: Discerne. Tertium est sententiæ prolatio, *ibi*: Iudica me. Quartum est sententiæ executio: *ibi*: Ab homine iniquo & doloso erue me. Quintum est fortitudo, *ibi*: Quia tu es fortitudo mea. *Eccles.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Item nota, quòd illi quæstioni: Quare me repulisti] potest dari multiplex responsio, quia Dominus etiam Iustos repellit, id est, repellere videtur eos tribulationibus exponendo; sunt autem multæ rationes, quare Dominus Iustos exponat tribulationibus, & auferat temporalia. Prima est, ne temporalibus adhæreant, & Deum derelinquant, sicut coruus non rediit ad Noe in arcam: * *Gen.* 8. a.

Notantur quinque quæ exiguntur in iudicio.

Dominus exponit Iustos tribulationibus propter multas rationes.

Reg. A *a* Emitte lucem tuam & veritatem tuam,] id est, manifesta & clarifica me, ostendens, quod non repulisti me, nec dereliquisti. *Ioan.* 12. d. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo, dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Hoc est, quod hic sequitur. *c* Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum] q. d. propter ipsa, scilicet, propter lucem & veritatem, id est, vt cognoscerent homines veritatem: veni ego de sinu Patris in vterum Virginis, de vtero in præsepium, de præsepio in templum, &c. vsque ad Crucem. Hæc fuit eius deductio. Sed quia illa bene expleuit, meruit gloriam Resurrectionis. Vnde addit. *e* Et adduxerunt in montem sanctum tuum] id est, in cœlum in die Ascensionis. *Phil.* 2. a. Factus est obediens, &c. Propter quod exaltauit illum, &c. Mons autem dicitur cœlum. Vnde in *Psal.* 23. Quis ascendet in montem Domini. *g* Et id est, in tabernacula tua] in quibus habitat cœlestis exercitus. *Psal.* 83. Quàm dilecta tabernacula tua, Domine, &c. *Isa.* 33. d. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. Et sequitur. Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia solummodo ibi magnificus Dominus Deus noster. *h* Et introibo] in illis tabernaculis. *i* Ad altare Dei] intransitiuè, id est, ad altare, quod est Deus, ad quem intrantes sumuntur in holocaustum igne amoris succensi. Et hoc est, quod sequitur:

al. † perduxerunt.

a Emitte lucem tuam, & *b* veritatem tuam: *c* ipsa me *d* deduxerunt, & † *e* adduxerunt in *f* montem sanctum tuum *g* & in tabernacula tua. Et *h* introibo *i* ad altare Dei: *k* ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. *l* Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: † *m* quare tristis es, anima mea, & † quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam *n* adhuc confitebor illi: *o* Salutare vultus mei, & Deus meus.

al. † vt quid.
al. † vt quid.

k Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam] id est, me nouum hominem. Quod tunc præcipuè apparuit, quando ascendit Deus in iubilatione, sicut in *Psalm.* 46. dicitur. Et quia sic remunerabis me, ô Pater, ideò interim patienter sustinebo Passionem, & te laudabo: Hoc est. *l* Confitebor tibi in cithara, &c.] id est, in Cruce, in qua omnes artus eius extensi, sicut chordæ in cithara, dulcem Domino reddiderunt melodiam. Et ad literam, in Cruce Dominum confitebatur dicens: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et iterum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? In hac cithara psallens verus Dauid, id est, Christus, reduxit arcam Domini in prædictum montem, & in prædicta tabernacula; secundum quod habetur 2. *Reg.* 6. c. In hac etiam cithara psallens effugauit Spiritum malum a Saul, id est, à genere humano, sicut habetur 1. *Reg.* 16. d. Sed quia, vt prænabitum est, sensualitas eius contristata fuit: Ideo increpans eam & confortans, subdit. *m* Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo:] Ecce consolatio. *n* Quoniam adhuc confitebor illi] non solùm in Cruce, sed & in gloria. Christus enim homo laudat Deum in patria. Et subiungit. Quare, quia scil. *o* Salutare vultus mei & Deus meus,] id est, quia tu Deus saluasti, & me hominem, & illos, super quos signatum est lumen vultus tui, scil. humiles spiritu: quia sicut dicitur *Psal.* 33. Humiles spiritu saluabit. Humiles autem spiritu habent vultum Christi, quia sunt ei similes: De quo *Isa.* 53. a. Non erat ei species, neque decor. Et post: Quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Vt ei assimilemur, monet Apostolus 1. *Cor.* 15. f. dicens: Si portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis.

Luc. 23. f.
Matth. 27. f.

Mod. * *Gen.* 8. a. Et dicitur, quòd cadauere aliquo illectus fuit. *Greg.* Qui in præsenti fœlicitatem quæsitam inuenit, Auctorem, qui eam tribuit, non requirit. Secunda est, vt homo se exerceat. *Rom.* 5. a. Tribulatio patientiam operatur. *Greg.* Tentatio, cui non consentitur, non est vorago vitiorum; sed exercitium virtutum. Tertia est, vt eum attentiùs quæramus. *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Vnde per contrarium dicitur *Isa.* 57. c. Viam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Hoc significatur *Gen.* 41. g. vbi Manasses dicitur prior Ephraim. Manasses enim interpretatur obliuio; Ephraim autem fructificans. *Gen.* 40. d. Succedentibus prosperis. Præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Quarta est, vt eum ardentiùs diligamus. *Psalm.* 9. Dum superbit impius, incenditur pauper. *Dan.* 3. e. Non cessabant, qui miserant eos, ministri Regis succendere fornacem. Quinta est, vt sciamus bona nostra non habere à nobis; *Isa.* 45. a. Accinxi te, & non cognouisti me. Sexta est, vt exemplo eorum & patientia infirmi roborentur. *Gregor.* Facta præcedentium recolamus: & grauia non erunt, quæ sustinemus *Iac. vlt.* b. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, longanimitatis, laboris & patientiæ, Prophetas, &c. Et post: Sufferentiam Iob audistis, & finem vidistis Domini. Septima est, vt mali terreantur. *Prou.* 11. d. Si Iustus in terra recipit, quantò magis impius peccator. *Luc.* 23. e. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Aliter. *a* Emitte lucem tuã.] Hoc potest exponi de Incarnatione: Christus enim est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: *Ioan.* 1. a. Hanc petit Ecclesia in persona antiquorum emitti, i. extra mitti de sinu Patris. *Isa.* 16. a. Emitte agnum, Dñe, Dominatorem terræ. *b* Et veritatem tuam] scil. Christum, qui dicit *Io.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. Vel hoc potest referri ad missionem Spiritus sancti, de quo *Io.* 16. c. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Vel sic: [Emitte lucem tuam, & veritatem tuam] creatam, sc. Lucem gratiæ, contra tenebras ignorantiæ & culpæ. Veritatem triplicem, sc. vitæ, doctrinæ, iustitiæ. Hæc est illa omnis veritas, de qua præhabitum est: Docebit omnem veritatem. De hac luce & veritate *Ioan.* 1. b. Gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. [Ipsa] s. lux & veritas. *d* Deduxerunt] per viam. *e* Et adduxerunt] ad patriam. Hoc est, quod dicit. *f* In montem sanctum tuum, & in tabernacula tua] vt suprà expositum est: De quibus tabernaculis *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ. Ad hoc ergo adducunt lux & veritas, sicut dicitur *Ezech.* 40. a. Adduxit me manus Domini in visionibus Dei in terram Israël: & dimisit me super montem excelsum nimis, &c. Visiones Dei sunt lux gratiæ, & veritas illa triplex. Per gratiam enim videmus & cognoscimus Deum: Et per veritatem cognoscitur, & videtur Deus in nobis. Et loquitur Ecclesia hic pro illis, qui iam sunt in gloria. Vel quilibet Iustus, qui iam hic adductus est per spem, & ibi habitat cogitatione & auiditate. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. Vel de præsenti potest legi: [Adduxerunt in montem sanctum tuum] id est, Ecclesiam militantem, vt de ea sim merito, de qua dicit Christus in *Psalm.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Eadem etiam Ecclesia intelligitur per tabernacula. In tabernaculis enim militatur, & ipsa militans à militando dicitur.

h Et introibo ad altare Dei.] Hæc est secunda pars, in qua agit de lætitia in fine habenda. Eodem modo exponitur de Ecclesia, vel de quolibet Iusto, quo suprà expositum est de Christo. *k* Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam] spiritualem, id est, statum gratiæ: Qui dicitur iuuentus propter multa. Primò, quia iuuentus speciosa est: sic homo in statu gratiæ. *Cant.* 5. d. Quò abijt Dilectus tuus, ô pulcherrima inter mulieres? Secundò, quia iuuentus fortis est: sic vir spiritualis. *Psal.* 58. Fortitudinem meam ad te custodiam. Tertiò, quia bellicosa, sic Iustus. *Prou.* 28. a. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Quartò, quia acutè videt iuuenis; sic homo spiritualis. 1. *Cor.* 2. d. Spiritualis homo omnia diiudicat. Quintò, quia strenuè operatur. Vnde *Eccles.* 11. c. Mane semina semen tuum: & vespere non cesset manus tua. Et *ibidem* d. Lætare ergo iuuenis, &c. Postea ostendit, quo merito intratur ad Deum, scil. per pœnitentiam. Vnde addit.

Status gratiæ dicitur iuuentus.

l Confitebor tibi in cithara] id est, sic faciam pœnitentiam, vt tu Deus glorificeris in operibus. Cithara enim significat pœnitentiam: quia sicut cithara extendit chordas; sic & pœnitentia debet extendere omnia membra hominis plectro præceptorum, vt singula membra castigentur. Et ideò bene dicit: [Confitebor] id est, simul omnibus chordis fatebor, quæ chordæ, si nimis tendantur, rumpuntur: si nimis laxentur, nihil sonant. *Apoc.* 14. a. Vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Sed quia sensualitas hominis de pœnitentia contristatur: Ideo confortat eam, subiungens. *m* Quare tristis es, anima mea: & quare conturbas me? Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi Salutare vultus mei & Deus meus.] Expone sicut suprà expositum est in fine præcedentis Psalmi, qui similiter terminauit de tristitia & consolatione. Dicit Apostolus ad *Hebr.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris: Ecce tristitia. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ: Ad quem nos perducat Deus noster: Amen.

Psalmus XLIII.

In finem filiis Chore Psalmus ad intellectum. XLIII.

a DEus auribus nostris audiuimus: b patres nostri annunciauerunt nobis. c Opus, quod d operatus es in diebus eorum: & in e diebus antiquis. f Manus tua g Gentes disperdidit, & h plantasti eos. † i Afflixisti populos & k expulisti eos. † l Nec enim in gladio suo m possederunt n terrã: & o brachiũ eorũ nõ † p saluauit eos.

Al. † *infirmasti.*
Al. † Non.
Al. † saluos fecit.

DEus auribus nostris.] Titulus: [*In finem filiis Chore Psalmus ad intellectum.*] Sensus huius tituli talis est. Psalmus iste dirigens nos in finem, id est, in Christum, conuenit filiis Chore, id est, imitatoribus Passionis, videlicet, Martyribus, ad intellectũ, id est, vt intelligant, quare Dominus exponat eos tribulationibus, & à sæculi prosperitate faciat eos alienos, videlicet, vt solum Deum appetant: & propter cæteras causas, quas suprà habuimus *in præcedenti Psalm. 41. super illud verbum*: Quare me repulisti? In hoc ergo Psalmo loquuntur Martyres. Materia est, consolatio infirmorum. Intentio est monere ad contemptum temporalium, & appetitum cœlestium. Modus talis est. Tripartitus est Psalmus. Primò agit de beneficiis collatis antiquis. Secundò de malis, quæ sustinent Sancti, *ibi*: Nunc autem repulisti. Tertiò petit auxilium, *ibi*: Exurge: quare. Continuatio. In præcedenti Psalmo ponuntur, & petuntur consolationes. Dicunt ergo Martyres & quilibet Sancti tribulationibus expositi, & admirantes dicunt. a Deus! auribus nostris audiuimus,] sicut admirantes super aliquo solemus exclamare: Deus. Et in hac prima parte ponuntur tria argumenta, per quæ probat, quòd mirum videtur, quòd Deus exponit Martyres & Sanctos persecutionibus & tribulationibus. Primò probat hoc à minori, quasi dicat, populo duræ ceruicis, sc. Iudæis, dedisti tot bona: Et enumerat ea vsque *ibi*: [Tu es ipse Rex meus:] Ergo mirum est, quomodo populum sanctum, & te super omnia diligentem, permittis affligi. Sed posset aliquis quærere, quomodo scis, quæ fecerit Iudæis? Ecce quomodo [Auribus nostris audiuimus, quia. b Patres nostri annunciauerunt nobis.] Et notanda sunt hic tria, quæ necessaria sunt ad hoc, vt aliquis bene doceatur. Primum est intentio, & attentio eius, qui docetur: quod notatur *ibi*: Auribus nostris audiuimus. *Matth. 13. b.* & *Apoc. 3. d.* Qui habet aures audiendi, audiat. *Ezech. 23. d.* Nasum tuum, & aures tuas præcident. Secundum est auctoritas, & scientia eius qui docet: quod notatur *ibi*: [Patres. *Iob 12. c.* In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. *1. Cor. 4. c.* Et si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres. Tertium est, vt is, qui docet, & qui docetur inuicem se diligant: quod notatur, cùm dicit: Patres nostri. Et quid annunciauerunt? Opera Domini. Et ponit primò opera magnificentiæ, quæ fecit Iudæis educendo eos de Ægypto, & diuidendo mare rubrum, & traducendo Iudæos, & submergendo Ægyptios. Vnde dicit.

Partitio Psalmi.

Tria necessaria sunt ad hoc, vt quis bene doceatur.

c Opus, scilicet illud magnificum opus.

d Quod operatus es in diebus eorum] scilicet, filiorum Israel.

e Et in diebus antiquis,] id est, ab initio mundi. Secundò ponit opera potentiæ. Vnde sequitur.

f Manus tua,] id est, potentia tua.

g Gentes disperdidit,] illas, quæ erant in terra promissionis: Amorrhæum & Eueum & alias, de quibus *Deu. 7. c.* Et in multis aliis locis: Disperdidit, id est, diuersis pœnis & afflictionibus, & in diuersis locis perdidit. Tertiò ostendit opera misericordiæ in Iudæos: Vnde addit.

h Et plantasti eos, scil. Iudæos, in terra promissionis, de qua Gentes disperdidisti. De his tribus operibus in *Psalm. 79.* Vineam de Ægypto transtulisti: Ecce primum. Vinea autem est populus Israël: Vnde *Isa. 5. b.* Vinea Domini exercituum domus Israël est. Postea sequitur in *Psal.* Eiecisti Gentes: Ecce secundum. Et plantasti eam: Ecce tertium. Sed qui tunc plantati fuerunt, postea auulsi sunt, secundum illud *Ierem. 45. b.* Quos plantaui, ego euellam. Postea hic ostendit, quo ordine hoc fecerit: Vnde subiungit, quòd primò afflixit eos, dicens i Afflixisti populos] scilicet, Gentiles, *Sap. 12. a.* Misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. Secundò expulit eos: Vnde addit. k Et expulisti eos.] Postmodum ostendit, quòd ipse Deus, non Iudæi, hæc omnia fecit: Vnde sequitur. l Nec enim in gladio suo,] id est, per arma sua. m Possederunt,] id est, in possessionem acceperunt. n Terram] promissionis.

o Et brachium eorum,] id est, fortitudo ipsorum Iudæorum. p Non saluauit eos] ne ab inimicis superarentur.

q Sed dextera

a Deus auribus, &c.] Moraliter in his quinque versibus profectus hominis docetur, quia primò audiendum est à Patribus, sicut expositum est in primo versu, *Eccl. 6. d.* In multitudine Presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ eorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire. Secundò consideranda sunt exempla operum bonorum: quod per secũdum versum, scil. Opus, quod operatus es, &c.] datur intelligi, & maximè opus Christi considerandum est, quod operatus est in nobis, id est, inter nos & pro nobis: Opus, scilicet, nostræ redemptionis, quod operatus es in Cruce moriendo. *Psalm. 73.* Operatus est salutem in medio terræ. *Abac. 3. a.* Domine, opus tuum, in medio annorum, viuifica illud. Tertiò disperdendæ sunt Gentes septem, i. e. septem vitia. Quartò plantandæ sunt virtutes. Quintò affligere debemus populos, id est, Dæmones prædicando, docendo, orando. Sextò ab aliis vitia pellere: quæ quatuor notantur in illo tertio versu. f Manus tua, &c.] Septimò totum debemus Deo attribuere: quod notatur in quarto versu & in sequenti, cùm dicit. l Nec enim in gladio, &c.] Significantur autem septem peccata criminalia per septem Gentes, de quibus dicitur *Deut. 7. a.* Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris: & deleuerit Gentes multas coram te, Ethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum, Eueum & Iebusæum, percuties eas vsque ad internecionem: Non inibis cum eis fœdus, &c. Per Gergezæum, qui interpretatur colonum eiiciens, vel aduena appropinquans, significatur superbia, quæ eiecit Diabolum de cœlo, & Adam de Paradiso: Et ita dicitur colonum eiiciens. Dicitur etiam aduena appropinquans: quia quantò magis homo vult per superbiam Deo appropinquare, i. e. exaltari, tantò magis alienatur à Deo. Vnde *Isa. 14. d.* Dicebas in corde tuo, ascendam in cœlum: similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. *Iob 20. a.* Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Per Ethæum, qui interpretatur stupens, vel formidans, significatur stupens inuidia, quæ formidat fœlicitatem alienam. *Iob 5. a.* Paruulum occidit inuidia. *Sen.* Vtinam inuidi vbique oculos haberent, vt omnium fœlicitate torquerentur. Item inuidia dicitur stupor: quia duobus modis accipitur stupor, qui ambo inuidiæ competunt. Dicitur enim stupor idem, quod admiratio; quod bene conuenit inuidiæ, dicenti illud poëticum:

Moraliter.

Per septem Gentes septem criminalia peccata significantur.

Fertilior seges est alienis semper in agris:
Vicinumque pecus grandius vber habet.

Ouidius lib. 1. de arte.

Item stupor dicitur esse in dentibus, quando homo non bene comedit, & inuidia facit sibi insipida omnia bona aliorum: quia sicut dicit Horatius:

Inuidus alterius macrescit rebus opimis.

Horatius in epistolis.

Amos 4. b. Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris. Per Amorrhæum, qui interpretatur amaricans, significatur acidia. *Hebr. 12. d.* Videte, ne qua radix amaritudinis sursum germinet. Per Ethæum, qui interpretatur lapides colligens, significatur ira. *Eccl. 10. b.* Qui transfert lapides, affligetur in illis. *Prou. 26. d.* Qui voluit lapidẽ, reuertetur ad eum. Per Chananæum, qui interpretatur negotiator, significatur auaritia. *Apoc. 18. c.* Negociatores terræ flebunt. *Prou. 10. c.* Cor impiorum pro nihilo. *Eccl. 10. b.* Nihil iniquius, quàm amare pecuniam: Hic enim & animam suam venalem habet. Per Iebusæum qui interpretatur præsepe, significatur gula, quæ semper vult esse ad mensam, quasi animalia bruta ad præsepe. *Isa. 5. c.* Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum vsque ad vesperam. Per Pherezæum, qui interpretatur disseminans, significatur luxuria, quæ non curat, vbi semen spargat. *Ezech. 23. c.* Insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt, vt carnes asinorum; & sicut fluxus equorum fluxus eorum. *Ierem. 5. c.* Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Istæ ergo malæ Gentes debent disperdi, id est, penitùs destrui, sicut dicitur hic. Manus tua Gentes disperdidit: Et percuti vsque ad internecionem, sicut dicitur *in Deut.* in præmissa auctoritate. Cùm autem dicit. l Nec enim gladio suo, &c.] excludit ab eis omnem potentiam, quia brachium est de substantia rei: Gladius autem extrinsecus est:

q Et ideò notat

Mysticè. a Sed dextera tua] id est, prosperitas, quam eis dedisti: quia succedebat bene. b Et brachium tuum] id est, potentia tua. c Et illuminatio vultus tui] id est, illuminatum, & sanum consilium tuum de tua voluntate † procedens. Et hoc fecisti, non suis meritis, sed tua benignitate. Hoc est, quod sequitur.

Al. † *pendens.*

> a Sed dextera tua, & b brachium tuum, c & illuminatio vultus tui, quoniam † d complacuisti in eis. e Tu es ipse f Rex meus, & g Deus meus: h qui mandas salutes i Iacob.

Al. † *complacuit tibi in illis.*

d Quoniam complacuisti in eis] id est, placuit tibi, ô Deus, vt hoc illis faceres. [Complacuisti] dicit, vt pluralitas personarum ostendatur. Toti enim Trinitati placuit. Vel per [Complacuisti] notat mutuum placitum Dei, scilicet, & ipsorum, vt Deus eis, & ipsi Deo placeant. Hic terminatur primum argumentum.

Moraliter. * Et ideò notat, quòd nec à nobisipsis, nec ab intrinseca operatione adiutorium habemus sufficiens ad prædicta facienda; sed à Deo, id est, à tota Trinitate, quæ notatur in sequenti versu, cùm dicit. a Sed dextera tua:] hoc ad Patrem refertur. b Et brachium tuum] hoc ad filium. c Et illuminatio vultus tui] hoc ad Spiritum sanctum. Simile habetur supra. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo: Dominus protector vitæ meæ. Illuminatio, hoc refertur ad Spiritum sanctum, Salus ad filium, Protector ad Patrem.

Mysticè. e Tu es ipse Rex meus.] Hic est secundum argumentum, quod sic fit. Tu, Domine, tantùm dilexisti nos, quòd misisti pro nobis filium tuum in terris. Ergo mirum est, quod permittit nos ita malè tractari. Vnde conuertens sermonem suum ad Christum; [Tu es ipse Rex meus, & Deus meus,] quasi dicat, ex quo talem Regem habeo, non ita deberem tractari. Ostendit ergo se habere fidem de humanitate Christi, cùm dicit. f Rex meus] & fidem de Deitate, cùm addit.

Commendatio Christi multiplex. Moraliter. g Et Deus meus.] Et fidem veteris Testamenti contra Manichæos, cùm dicit. h Qui mandas salutes Iacob.] Et commendat Christum multipliciter. Primò ab excellentia essentiæ, *ibi*; [Tu es;] *Exod.* 3. d. Ego sum, qui sum. Et posteà dicit. Qui est, misit me ad vos. Secundò commendat eum ab immutabilitate essentiæ, *ibi* [Ipse] Tertiò ab officio doctrinæ, & regiminis, *ibi* [Rex meus] quia regit, instruit, prouidet, protegit, pascit, punit, remunerat. Et ideò bene dicit, [Rex] non Tyrannus. *Isaia* 33. d. Dominus Iudex noster, Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster. Et benè, Rex, quia sicut dicitur *Apocalip.* 19. c. In capite eius diademata multa. Et meritò dicitur Rex, & habet diademata, quia legitimè certauit. 2. *Tim.* 2. a. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Quartò commendat eum à dignitate naturæ, *ibi* [Et Deus meus.] Quintò à liberalitate, *ibi* [Qui mandas salutes Iacob;] id est, illi populo antiquo [Salutes] scilicet, corporales. Mandauit enim illis Dominus salutes per alios; modernos autem salutat per seipsum, quos etiam ipse osculatus est. *Cantic.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui. *Hebr.* 1. a. Multifariè multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. De hoc loco, vbi dicitur; [Mandas salutes Iacob] & de alio, *infrà Psal.* 132. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: tractum est, quòd Dominus Papa mandat salutem, & benedictionem. e Tu es ipse Rex, &c.

Moraliter. Moraliter, qui est verus miles Christi, potest verè dicere [Tu es ipse Rex meus.] Et qui est verus cultor, potest dicere.

g Et Deus meus;] Si ergo es miles, pugna; si cultor, in spiritu, & veritate adora.

h Qui mandas salutes Iacob] plures, scilicet tres, interiorem, exteriorem, & æternam salutem.

Gen. 27. *b.* i Iacob] id est, similibus Iacob: quia talibus dabit Dominus illas tres salutes, qui, videlicet, fuerint lenes per mansuetudinem, vt benedictionem æternam accipiant, sicut Iacob, qui lenis fuit, & benedictionem patris accepit. *Gen.* 28. b. Item qui sicut Iacob fugit fratrem suum Esau, carnem suam, quæ frater est, fugerint. *Gen.* 30. Item qui sicut Iacob duas vxores fœcundauit, fœcundi fuerint in actiua, & contemplatiua vita. Item qui fugerint à Laban, id est, à mundo, quia Laban interpretatur dealbatus. *Gen.* 31. Item qui oues, id est, subditos, & simplices pauerint verbo, exemplo, & temporali subsidio, sicut Iacob oues pauit. *Gen.* 30. Item qui luctantes fuerint, & præualuerint ad Angelum magni consilij, lachrymis, & oratione deuota, sicut Iacob luctatus est. *Gen.* 32. f. Et *Osea* 12. b. Fleuit & rogauit eum. Ecce duo brachia, quibus luctari debemus. Et ibi dicitur, Inualuit ad Angelum, & cōfortatus est. Sed quia pauci modò in huiusmodi inueniuntur similes Iacob, & salutes, quas mandat Dominus, non acceptant: Ideò potest dici illud *Tren.* 1. f. Mandauit Dominus aduersum Iacob in circuitu eius hostes eius. Quare? Sequitur ratio. Facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Sequitur Tertium, cùm dicit. k In te inimicos nostros, &c.] Et sic elicitur tertium argumentum. Ex quo Dominus tot bona faciet in futuro Sanctis, quòd etiam alios iudicabunt, sicut dicitur *Matth.* 19. d. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Israel. Ergo mirum videtur, quomodo permittit eos Dominus hic tantis tribulationibus affici. Et ostendit duplicem potestatem, quam in futuro habebunt. Prima est potestas iudiciaria. Vnde dicit; [in te] id est, in virtute nobis à te data.

> k In l inimicos nostros m ventilabimus † n cornu: & in o nomine tuo p spernemus insurgentes in † nobis. Non enim in arcu meo sperabo: & r gladius

Mysticè. *Al.* † *non habet.* *Al.* † *cornu.* *Al.* † *nos.*

m Ventilabimus, id est, iudicabimus, separando granum à paleis. l Inimicos nostros] id est, peccatores reprobos, qui odio habent bonos, & inquantum mali odiuntur ab ipsis, sicut in *Psal.* 138. dicitur; Perfecto odio oderam illos. Et *Psal.* 118. Iniquos odio habui. De ventilatione dicitur *Matth.* 3. c. Cuius ventilabrum in manu sua, &c. n Cornu] Hoc nomen potest esse ablatiui casus, vel vocatiui. Ablatiui, vt sit sensus [Ventilabimus cornu;] id est, fortitudine. Vel vocatiui, vt sit sensus [In te] o [cornu] id est, ô tu Christe, qui es [cornu] id est, fortitudo nostra, & omnium Sanctorum. *Luc.* 1. g. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis in nobis. Secunda potestas est, quia conculcabunt malos, & ipsos Dæmones. Vnde addit. o Et in nomine tuo] id est, in virtute tua nominabili.

p Spernemus insurgentes in nobis,] scilicet, malos homines, & Dæmones. Alia littera expressiùs dicit, quæ sic habet [in nomine tuo conculcabimus aduersarios. *Isai.* 37. d. despexit te, subsannauit te, virgo filia Sion. Loquitur ad Sennacherib, id est, ad malos, & Dæmones. Virgo filia Sion, est congregatio bonorum. *Malach. vlt.* a. Salietis sicut vitulus de armento: & calcabitis impios, cùm fuerint cinis, sub planta pedum vestrorum. Pòst ostendit, quòd Sancti habebunt has dignitates merito humilitatis. Et diuidit humilitatem Sanctorum in quatuor partes. Prima est, quando homo bona sua sibi non attribuit. De quo dicit. q Non enim in arcu meo sperabo, quibus Diabolum sagitto. Secunda est, quando salutem suam sibi non attribuit. Vnde dicit. r Et gladius meus non saluabit me] id est, fortitudo mea, qua resistere sufficiam. Tertia est, quando attribuit Deo saluationem suam. Et hoc facit, cùm subiungit. * Saluasti

Moraliter. * k In te inimicos nostros, &c.] Potest etiam exponi eodem modo moraliter sic [in te ventilabimus,] id est, quasi puluerem, aut paleam deiiciemus. l Inimicos] scil. mundum, carnem, Diabolum. *Psal.* 17. Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murum. Ventilatio fit cum manibus. Et sit ibi duplex motus, scil. sursum, & deorsum: per quod significatur bona operatio facta in dilectione Dei, & proximi [in te] id est, tibi adhærendo. *Iob* 17. a. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. n Cornu] id est, fortitudine Christi incarnati. Sic enim exponit *Beda*. Quia cornu est & durus carne, & mollius osse: sic Christus nec videbatur penitùs in sua Maiestate, nec penitùs in humanitate.

o Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis;] id est, motus omnis peccati intùs in corde surgentes. Quos illi spernunt, qui eos cum indignatione repellunt; sed non spernunt qui eos recipiunt, & quasi cum eis colloquentes in ipsis delectantur. *Prouerb.* 16. b. Indignatio Regis, nuncij mortis. Nuncij mortis sunt suggestiones Diaboli, & motus peccati. Diabolus enim & peccatum dicitur mors, quia animam interficiunt. Quos nuncios indignatur Rex, id est, ille, qui bene se regit. De quo *Prou.* 20. b. Rex, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Spernemus ergo eos, non præsumentes de nobis; sed de tuo auxilio confidentes.

q Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.] Quasi dicat, non in minore virtute mea, nec in maiore sperabo. Vel [Arcus] Dicitur scientia sacræ Scripturæ, Vnde *Iob* 29. d. Arcus meus in manu mea instaurabitur. [Gladius meus non saluabit me] est prædicatio

Myſtic. ⊖ a Saluaſti enim nos, &c.] Tyrannis & Dæmonibus. Quarta eſt, qua attribuit Deo victoriam ſuam de hoſtibus. Et hoc dicit, cùm addit. b Et odientes nos confudiſti.] Eoſdem vocat odientes, quos vocauit affligentes. Sed plus eſt confundere eos, quam ſaluare de manibus eorum.

meus non † ſaluabit me, † a Saluaſti enim nos † de affligentibus nos: & † b odientes nos confudiſti. c In Deo d laudabimur e tota die: & in f nomine tuo g confitebimur tibi in h ſæculum. Nunc i autem repuliſti, & k confudiſti nos: & non l egredieris, † Deus, in virtutibus noſtris. m Auertiſti nos n retrorſum † o poſt inimicos noſtros: & qui p oderunt nos, diripiebant q ſibi. r Dediſti nos, ſ tanquam oues eſcarum: & in † t Gentibus diſ-

al. † ſaluum faciet.
al. † Liberaſti.
al. † ex.
al. † eos qui oderant.
al. † non habet.
al. † Deus.
al. † præ inimicis noſtris.
al. † nationibus.

Aliquando enim ſaluatur quis de manu Regis, vel alterius inimici ſui, quod cedit ad honorem Regis, vel illius, qui ei aduerſatur, vt cum perterritus fugit ab eo, vel intrat locum ignominioſum, vt euadat hoſtem ſuum. Sed tunc confunditur hoſtis, quando vincitur & captiuus ducitur. Et hoc fiet in die iudicij de malis hominibus, qui hic Sanctos Chriſti perſecuti ſunt; & de malis Spiritibus; quorũ inſtinctu hoc fecerunt. Sed dicit. Saluaſti & confudiſti: quia tam certi ſunt de hoc Sancti, quaſi ſi præteritum eſſet. Nec ſola prædicta habebunt Sancti meritò humilitatis ſuæ; imò hæc duo, quæ ſequuntur. Primum eſt exultatio continua & æterna. Vnde dicit. c In Deo,] exiſtentes. d Laudabimur] id eſt, iucundi & laudabiles erimus. e Tota die] id eſt, in æternum. *Zach.* vlt. b. Erit dies vna, quæ nota eſt Dño. *Pſal.* 83. Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Secundum quod habebunt Sancti, eſt laus continua: Vnde ſubiungit. f Et in nomine tuo] id eſt, virtute & re nominis tui, quod eſt Ieſus. g Confitebimur tibi] id eſt, habentes ſaluationem noſtram, laudabimus te. h In ſæculum] ſempiternum. *Pſalm.* 83. In ſæcula ſæculorum ladabunt te.

Moral. * catio. *Eph.* 6. c. Et gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. Et in neutro iſtorum ponenda eſt ſpes ſalutis; ſed in ſolo Saluatore: & ideò bene addit cauſam. a Saluaſti enim nos, &c.] tu, ſcil. non alius. *Act.* 4. b. Non eſt in aliquo alio ſalus. *Deut.* 33. d. Beatus es tu, Iſrael: quis ſimilis tui erit, popule, qui ſaluaris in Domino? ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ Deus tuus. Scutum, videlicet, ad defenſionem, & gladius ad impugnationem. b Et odientes, &c.] quia ſalus Iuſtorum, eſt confuſio Dæmonum & hominum malorum. Vnde *Mich.* 7. b. Educet me Dominus in lucem, & videbo iuſtitiam eius: & aſpiciet me inimica mea, & operietur confuſione.

Myſtic. c In Deo laudabimur] vt *ſup.* expoſitum eſt. *Pſal.* 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine, &c.

i Nunc autem.] Secunda pars, in qua enumerat mala, quæ hic ſuſtinent Sancti. Et eſt concluſio trium præcedentium argumentorum. Quaſi, tu quoniam tot bona feciſti populo duræ ceruicis, & tãtùm dilexiſti nos, quòd filium tuum, Deus Pater, miſiſti pro nobis, & tot bona facies nobis in futuro [Nunc autem repuliſti nos] quaſi dicat, mirum eſt. Enumerans autem mala, quæ hic ſuſtinent Sancti, diuidit ea in duo, ſcil. in dura & in turpia. Dura autem diuidit in plura. Primum eſt anxietas de dilatione patriæ: Vnde dicit. [Nunc autem repuliſti nos] ſcil. ab ingreſſu patriæ. *Pſ.* 88. Tu verò repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum. Secundum eſt confuſio exterior, qua confundebantur Sancti, quia eis imponebantur multa mala. Vnde dicit. k Et confudiſti nos.] Et nota modum loquendi Sanctorum. Dicunt enim, quod tribulatio à Deo eſt, quicunque eam inferat, ſecundum quod dicit *Iob* 1. d. Dominus dedit, Dominus abſtulit. Et tamen ad literam Chaldæi irruerunt in eum. Et 2. *Reg.* 16. b. Dominus præcepit Semei, vt malediceret Dauid. Tertium eſt, auxilij diuini ſubtractio. Vnde addit. l Et non egredieris Deus, &c.] id eſt, in exercitibus, ſicut ſolebas facere, quando vnus perſequebatur mille, & duo fugabant decem millia. Sicut dicitur in cantico *Deuteron.* 32. c. Quartum eſt auerſio à fide, quantum ad eos, qui defecerunt inter tormenta. Vnde dicit. m Auertiſti] id eſt, quoſdam ex nobis. n Retrorſum] à fide.

o Poſt inimicos noſtros] Tyrannos, vt victi eorum ſequerentur errorem, negando fidem, ſaltem voce tenus; quorum vnus fuit ipſe Petrus. Vel ſecundum aliam litteram, iſtud quartum eſt perſecutio, qua de loco ad locum fugabantur ſancti. Sic enim habet alia littera. [Vertiſti terga noſtra hoſtibus.] *Matt.* 10. c. Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Quintum eſt incarceratio, vel bonorum eorum direptio: Vnde addit. p Et qui oderunt nos, &c.] id eſt, dirè rapiebant nos, vt ad carceres traherent.

q Sibi] id eſt, vt ſuam crudelitatem ſatiarent, qua ſanguinem noſtrum ſitiebant. *Hebr.* 11. g. Alij verò ludibria & verbera experti, inſuper & vincula & carceres. Vel [Sibi] id eſt, malo ſuo. Vel [Diripiebant] id eſt, diſtrahebant, & diuerſi rapiebant ſibi bona noſtra, quia bona Sanctorum confiſcabantur, ſicut præda, ſecundum illud *Iſa.* 59. c. Facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſſit à malo, prædæ patuit. Sextum eſt vtilitas mortis. Vnde ſequitur.

r Dediſti nos] ſcilicet, ad occiſionem.

ſ Tanquam oues eſcarum] quæ ad aliud non ſunt vtiles. Sunt enim quædam oues fœtoſæ, quæ non libenter occiduntur; ſed cum deſinunt fœtus parere, tunc non curatur de eis, ſed occiduntur de facili: ſic Martyres inutiles reputabantur & viliter occidebantur, *infrà.* Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Et ideò etiam dicit, Eſcarum: quia Tyranni delectabantur in tormentis Sanctorum, quaſi in eſcis. Septimum eſt exilium: Vnde dicunt. t Et in Gentibus diſperſiſti nos] id eſt, inter Gentes diuerſas. Sicut Ioannes Euangeliſta, & Beatus Clemens, & multi alij exulauerunt. *Hebr.* 11. g. In ſolitudinibus errantes. Octauum eſt mortis eorum inutilitas ſecundum opinionem Tyrannorum. Vnde ſequitur,

⊖ Vendidiſti populum

i Nunc autem repuliſti, &c.] Moraliter] in his ſex verſibus notatur proceſſus, vel potiùs caſus peccatoris. Poſſunt enim dicere peccatores. Nunc autem repuliſti nos à tui contemplatione. Hoc eſt primum, quia ſicut dicitur in *Pſalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. k Et confudiſti nos] in noſtri conſideratione. *Ier.* 31. d. Poſtquam oſtendiſti mihi, confuſus ſum, & erubui. *Ezech.* 2. g. Diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro, &c. Oſtendit autem Dominus homini, quam debilis ſit, cùm eum ſibi relinquit. Vnde bene ſubdit. l Et non egredieris, Deus, &c.] ſcilicet non defendes nos à Diabolo, cui ſubiecimus nos per peccata. Et ideò m Auertiſti] id eſt, auerti permiſiſti, nos poſt inimicos noſtros: vt nos victos ducant, quò voluerint, *inſ.* *Timoth.* 5. c. Iam enim quædam verſæ ſunt poſt Sathanam.

p Et qui oderunt nos, &c.] quia omnia bona, quæ habet homo, auferunt ab eo, ſpoliantes eum gratuitis, & vulnerando in naturalibus, ſicut dicitur *Luc.* 10. Quod ſignificatum eſt 1. *Reg.* 23. a. vbi dicitur. Ecce Philiſthiim oppugnant Ceilam & diripiunt areas. Ceila interpretatur extollens ſemetipſam: & ſignificat animam peccatricem, quæ peccando extollit ſe aduerſus Deum. Et præcipuè illam, quæ de virtutibus ſuperbit: Philiſthiim, id eſt, Dæmones diripiunt areas eius, id eſt, fructus eius, licet iam ſint in maturitate. Et hoc eſt ſimile naui periclitanti in ipſo portu. Quia ergo dicit, Diripiebant, pertinet ad ſpoliationem gratuitorum. Quod autem ſequitur.

r Dediſti nos, tanquam oues eſcarum,] pertinet ad vulnerationem naturalem, quam facit peccatum. *Eccleſiaſt.* 21. a. quaſi à facie colubri fuge peccata: ſi acceſſeris ad ea, ſuſcipient te dentes Leonis. Nec ſolùm hæc mala faciunt; ſed & hominem valde diſtrahunt: Vnde ſequitur.

t Et in Gentibus, &c. *Exod.* 5. b. Diſperſus eſt omnis populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. Et hæc omnia, quæ hic Deo attribuuntur, cùm dicitur [dediſti, diſperſiſti, &c.] permiſſiuè intelligenda ſunt, ſicut dicitur *Amos* 3. b. Si erit malum in ciuitate, quod non faciat Dñs? Sed ſi inter tot mala, quæ facit peccatũ aliquam vtilitatem præſtaret, non eſſet tantum mirum ſi homines diligerent peccatum; ſed nulla vtilitas ibi eſt, vnde ſequitur

* Vendidiſti, id eſt, vendi

Super illum autem verſum.

r Dediſti nos, tanquam oues eſcarum] notandæ ſunt proprietates ouis, quæ viris religioſis conueniunt: Quæ notantur his verſibus. *Proprietates ouis conuenientes Religioſis.*

Fœta, bidens, dormit, veſtita, lupum timet, imbres,
Carne iuuat, pelle, vellere, lacte, fimo.
Cernit humanum, balans, edit herbas, hoſtia velox,
Paſtorem ſequitur, in grege ſola dolet.
Ruminat, innocuo cornu, pede, vertice duro.
Tonſa tacet, maculat morbida peſte gregem.

Hæc omnia conueniunt Religioſis. Ouis igitur eſt fœta. *Cant.* 4. a. Omnes gemellis fœtibus, &c. Secundùm illud *Pſ.* 143. Oues eorum fœtoſæ. Et *Iſa.* 4. c. Fœtas ipſe portabit. Ita etiam Religioſi fœtoſi ſunt: Quia etiam indifferentia opera, quæ ex obedientia faciunt, fructuoſa ſunt eis, &

▲ meritoria vitæ æternæ

meritoria vitæ æternæ. Vnde bene significantur per Issachar, qui interpretatur vir mercedis, quia de minimis etiam mercedem expectant. De quo *Genes.* 49. c. Issachar asinus fortis, accubans inter terminos, vidit requiem, quòd esset bona: & supposuit humerum ad portandum, factúsque est tributis seruiens. Dicitur enim Religiosus Issachar, propter mercedem copiosam. Asinus fortis, propter suaue onus Domini, quod fortiter portat. Habitat inter terminos mundi & cœli, quia nec de mundo est, nec adhuc in cœlo est. Videt, per contemplationem. Supponit humerum, per actionem voluntariè, non in angaria portans crucem suam. Tributis seruit, per promptam obedientiam. Item est bidens, quia duos habet dentes incisiuos, quibus carpit herbam, & pascitur in montibus, vbi magna animalia non possunt pasci. Sic Religiosus habet duo, scilicet munditiam conscientiæ, & humilitatem cordis, quibus pascit vireta Sacræ Scripturæ, quæ paruulos pascit, & Philosophos dimittit inanes. Sine enim illis duobus dentibus non potest sumi. Quia sicut dicitur *Sapient.* 1. a. In maleuolam animam non introibit Sapientia. Et *Matth.* 11. d. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus; & reuelasti ea paruulis. Item dormit vestita: sic Religiosi ad litteram. *Neemiæ* 4. d. Ego, & fratres mei non deponebamus vestimenta nostra. Item timet lupum, & Religiosus timet illum lupum infernalem, de quo *Ioan.* 10. b. Lupus rapit, & dispergit oues. Item fugit imbres, id est, conscientiæ remorsiones. *Prou.* 19. b. & 27. c. Tecta iugiter perstillantia litigiosa mulier, id est, conscientia mala. Item carne iuuat, quia & Religiosi ministrant carnalia. *Iob* 31. d. Quis det de carnibus eius, vt saturemur? Item Iusti, sicut oues, à malis comeduntur, vt hic. Item pelle iuuat, id est, carnis suæ macerationes prosunt aliis. *Psal.* 103. Extendens cœlum, sicut pellem, id est, hominem sanctum. Item iuuat vellere, id est, exteriori conuersatione. *Iob* 31. b. De velleribus ouium mearum calefactus est. Item lacte, id est, consolatione. *Cant.* 4. c. Mel & lac sub lingua tua. Item fimo propter terræ stercorationem, i. peccatorum memoriam. *Ps.* 50. Iniquitatem meam ego cognosco, &c. Et fimo, i. increpatione. *Eccl.* 22. a. De stercore boum lapidandus est piger. Item cernit humum: Ecce humilitas. *Luc.* 18. c. Nec audebat oculos ad cœlum leuare. Bene cernebat humum Abraham, qui dicebat *Gen.* 18. d. Loquar ad Dñm meum, cùm sim puluis & cinis. Item balat, non vlulat vt lupus, qui respicit cœlum: & sitit sanguinem & carnes. *Matt.* 26. g. Loquela tua manifestum te facit. Item edit herbas, i. auctoritates S. Scripturæ, non sicut illi, de quibus *Michea* 3. a. dicitur. Comederunt carnem populi mei. Item ouis fuit in lege hostia: & ipsi corpora sua mactant in carnis maceratione, & animam in obedientiæ promptitudine, quod maius est: quia melior est obedientia, quam victimæ. 1. *Reg.* 15. e. Item est velox. *Eccl.* 32. c. Hora surgendi non tetrices, i. non tardes. Et 5. *eiusdem* c. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Item pastorem suum cognoscit & sequitur, non alium. *Ioan.* 10. e. Sequuntur me: & ego vitam æternam do eis. Sequuntur quidem per voluntariam paupertatem. *Matth.* 19. d. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Item libenter est in grege. *Act.* 2. a. Erant omnes Discipuli pariter in eodem loco, pariter, corde; in eodem loco, corpore. Item sola dolet, propter illud *Eccl.* 4. c. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Ideò *Luc.* 10. a. misit Dominus Discipulos binos ad prædicandum. Item ruminat psalmos & lectiones. *Deut.* 14. b. Sus quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. Item est innocua cornu: quia Religiosus etsi prædicandi habeat potestatem; non tamen excommunicandi 2. *Cor.* 10. c. Si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam nobis Deus dedit in ædificationem, & non in destructionem nostram, non erubescam. Item pede duro, ad sustinendas persecutiones, vt non offendat ad lapidem pedem suum. *Ier.* 13. c. Antequam offendant pedes vestri ad montem caliginosum. Item est vertice duro, ad sustinenda opprobria. *Ezec.* 3. b. Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Item tonsa tacet, sicut Christus. *Isaiæ* 53. c. Coram tondente se obmutescet. Sed multi istam proprietatem amiserunt: quia antequam in modico permittant se tonderi, id est, temporalibus minui, litigant, & clamant, ita quod per totam Prouinciam auditur clamor eorum, & multotiens

Al. † iubilationibus.
Al. † in.

persisti nos. *a* **Vẽdidisti** *b* **populum tuum** *c* **sine pretio: &** *d* **non fuit multitudo in † commutationibus eorũ** *e* **Posuisti nos † opprobriũ vicinis nostris: †** *f* **subsannationem, & derisum his, qui in circuitu nostro sunt.** *g* **Posuisti nos in similitudinẽ † Gentibus:** *h* **commotionem capi-**

transit Alpes, & ad aures Domini Papæ & fratrum perueniens, non sinit eos dormire somno contemplationis. Item si morbida est ouis, totum gregem maculat. *Eccl.* 13. a. Qui tangit picem, coinquinatur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.

Mysticè. *a* Vendidisti populum tuum,] id est, Sanctos. *c* Sine pretio,] quia nullam vtilitatem inde secutam esse æstimabant Tyranni. Et secundum eorum opinionem.

Al. † risum & contemptum.
Al. † in nationibus.

d Non fuit multitudo, &c.] id est, pro illis, qui propter fidem occisi sunt, non successerunt multi credentes. Sed falsò credebant hoc, quia in sanguine Martyrum fundata est Ecclesia. Sic opinabatur Pharao dicens, *Exod.* 1. b. Ecce populus Israel multus & fortior nobis est: venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. Sed frustratus est à spe sua: quia ibi sequitur, quod quantò magis opprimebantur, tantò magis multiplicabantur. Sic fuit de Martyribus & de ipso Christo, quem occiderunt Iudæi, ne amitterent Gentem & locum, sicut dicunt *Ioann.* 11. f. & eo ipso amiserunt, & ex hoc multiplicatio Ecclesiæ secuta est. Vnde *Ioann.* 12. d. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et secundum hoc dicitur Dominus vendere Sanctos, quia multi per mortem eorum acquiruntur Domino, & ideò non [sine pretio,] vt mali æstimant. Enumeratis duris, quæ passi sunt Sancti, enumerat turpia, quorum primum est opprobrium. Vnde dicit.

e Posuisti nos opprobrium, &c.] quod grauius est, quàm si extraneis. Ita facti sumus opprobrium vicinis nostris. Opprobrium autem diuidit in duo, scilic. in subsannationem & derisum. Vnde sequitur.

f Subsannationem & derisum, &c.] Subsannatio est, quæ fit cum naso contracto ex indignatione. Derisus autem fit cum risu & gestu. Tertium est, quia positi sunt exemplar maledictionis. Vnde additur. *g* Posuisti nos in similitudinem, &c.] vt videlicet de nobis sumant formam maledicendi aliis, dicentes, sic pereas vt Laurentius & Vincentius, & huiusmodi. *Sap.* 5. a. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Quartum est commotio capitis. Vnde addunt. *h* Commotionem capitis] supple, posuisti nos, [in populis.] Et commotio capitis signum est comminationis & indignationis. Vnde de Iudæis dicitur *Matth.* 27. e. Mouebant capita sua dicentes, Vah! qui destruis templum Dei. Et in *Psalm.* 21. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis: & mouerunt caput.

Moraliter. * *a* Vendidisti,] id est, vendi à semetipso permisisti.

b Populum tuum,] quem tuo sanguine emisti. Et in hoc notatur eorum ingratitudo, qui se aliis vendunt.

c Sine pretio, id est, pro nihilo. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? De venditione hac, *Isa.* 50. a. Quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, quasi dicat, ego propriè non vendidi vos, sed peccata vestra vendiderunt vos; vel vosipsi vendidistis vos pro peccato. *Isa.* 52. a. Gratis venundati estis. Diabolus enim emit animas peccatorum, & soluit eis monetam peccati. Et peccatum nihil est. Vnde bene dicitur. [Vendidisti sine pretio,] id est, pro nihilo. Et potest dicere aliquis, Verum est, quòd [sine pretio,] sed tamen non sine commutatione, quia licet æternam fœlicitatem amittant peccando; tamen pro illa recipiunt præsentem. Vnde contra tales dicit. *d* Et non fuit multitudo in commutationibus eorum, quasi dicat: multa sunt, & æterna, quæ amittunt; sed pauca, & momentanea, quæ recipiunt. *Gregor.* Momentaneum est, quod delectat; æternum verò est, quod cruciat. Hæc prædicta mala fecit peccatum in homine quantum in se. Sequuntur autem quatuor mala, quæ facit in respectu aliorum. Primum est, quod contemnuntur à cæteris Christianis. Vnde dicit. *e* Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.] Secundum est, quod irridentur à Dæmonibus. Vnde addit. *f* Subsannationem & derisum his, qui in circuitu nostro sunt,] id est, Dæmonibus. De quibus *Iob* 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. 1. *Pet.* 5. b. Aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Tertium est, quia æquiparat eos Gentibus. Vnde dicit. *g* Posuisti nos in similitudinem, &c.] Quartum quia eos infamat apud omnes. Vnde addit. *h* Commotionem capitis, &c.]

a Tota die verecundia

Mysticè. a Tota die verecundia.] Ostensis suprà omnibus, quæ Martyres patiuntur extrà, hic ostendit, quæ patiuntur intrà. Primò, verecundiam quandam, quam naturali corruptione habet animus hominis, quando viliter tractatur. Et de hac tentabantur Martyres: Vnde dicit: Tota die, non tantùm vna hora.

b Verecundia mea,] id est, illa tentatio verecundiæ à sensualitate mea procedens.

c Contra me est,] tentans rationem, vt ei consentiat. Et posset dici, quia non est magna ista confusio, immò est, vnde addit. d Et confusio faciei meæ, id est, in facie per quendam ruborem apparens. e Cooperuit, ex omni parte. f Me,] quia non tantùm facies ruborem ostendit; sed & totum corpus horret. Sed adhuc est tolerabilis verecundia, quæ ab amicis ad correctionem infertur: hæc autem non sic; sed ab inimicis exercetur ad perditionem. Diuidit autem inimicorum quatuor genera. Primum est apertè blasphemantium, quod notat cùm dicit. g A voce exprobrantis, apertè. Secundum genus est occultè detrahentium. Vnde addit.

Al. † vultus mei operuit.

Quatuor genera inimicorum.

tis in populis. a Tota die b verecundia mea c contra me est: & d confusio † faciei meæ e cooperuit f me. g A voce exprobrantis & h obloquentis: i à facie inimici & k persequentis. Hæc l omnia m venerũt super nos, † n nec obliti sumus te: & o inique non egimus in Testamento tuo. Et p non recessit retrò q cor nostrum:

h Et obloquentis,] id est, occultè mordentis & detrahentis. Tertium genus est malam voluntatem habentium. Vnde sequitur. i A facie inimici,] id est, in corde odientis. Quartum est opere nocentium. De quo addit. k Et persequentis.] Post ostendit triplicem consolationem sanctorum Martyrum contra prædicta mala. Prima est innocentia. Secunda est bona conscientia. Tertia est bona causa. Innocentia autem consistit in tribus. Primò in intelligentia, id est, in fide, quod notat, cùm dicit. l Hæc omnia,] scilicet, prædicta mala.

Triplex consolatio Martyrum.

Hebr. 11. a.

m Venerunt super nos, nec] tamen [obliti sumus te] Hanc memoriam facit fides vigere: quia fides est argumentum non apparentium. Sed quia, vt dicitur *Iacob. 2. d.* Fides sine operibus mortua est. Ideò ad veram innocentiam secundò exigitur bona operatio: Vnde subdit.

o Et iniquè non egimus, &c.] id est, Testamentum tuum nouæ legis, quod seruandum accepimus, seruauimus, & executi sumus. Iniquè enim agit, qui testamentum, quod exequendum accepit, mortuo testatore exequi nolens desinit aperire. Sed quia ipsa opera nisi fiant ex charitate, meritoria non sunt: ideò ad innocentiæ perfectionem, cum fide & opere necessaria est tertiò bona voluntas, quam facit charitas. De qua subiungit. p Et non recessit,] à Deo. q Retrò cor nostrum,] sed Deo per charitatem inseparabiliter adhæsit. Vnde de Martyribus legitur illud *Roman.* 8. g. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, &c. Innocentia ergo in his tribus consistit. In bona fide, in bono opere, in bona voluntate. Primum spectat ad rationabilem, secundũ ad irascibilem, tertium ad concupiscibilem.

* ⊖ De his tribus

Moraliter. Moraliter potest legi totum ab illo loco. a Tota die verecundia mea contra me est.] Suprà enim dixit moraliter in persona peccatorum, quæ mala facit peccatum. Hic autem in persona pœnitentis ostendit processum pœnitentiæ, per quam peccatum deletur. Quasi si quis quæreret: quomodo liberaberis à peccato, quod tot mala tibi facit? Ecce quomodo. [Tota die verecundia mea contra me est.] Hic notatur † confessio. In confessione enim cognoscit homo peccatum suum, & tunc verecundatur apud se propter enormitatem peccati: & illa verecundia multùm onerat hominem, & accusat apud seipsum. Hoc est, quod dicit.

Processus pœnitentiæ, per quã peccatum deletur.

Al. † confusio.

b Verecundia mea,] ex propriis meis exiens. c Contra me est,] & hoc non ad horam, sed tota die. Vnde *Psalm. 37.* Tota die contristatus ingrediebar. De hac verecundia, quæ ex cognitione peccati nascitur, dicitur *Eccl. 32. b.* Ante verecundiam præibit gratia, quæ, scilicet, illuminat hominem ad cognoscendum suam turpitudinem. In confessione autem confunditur facies hominis, ad literam: Vnde dicit.

d Et confusio faciei meæ cooperuit me.] De hac confusione. *Eccl. 4. c.* Est confusio adducens gratiam & gloriam. Gratia enim præueniens præcedit verecundiam, vt suprà dictum est; sed gratia subsequens, quæ conseruat hominem, subsequitur † confessionem. Vnde *Eccl. 32. b.* Post verba illa prædicta. Ante verecundiam præibit gratia, statim sequitur. Et pro reuerentia accedet tibi gratia bona. Pro reuerentia, videlicet, quam exhibet homo Deo in

Al. † confusionem.

confessione: Et in hoc, quod dicit: e Cooperuit,] notatur, quòd confessio debet esse integra: non enim dicit tantùm operuit, sed cooperuit. Item in hoc notatur, quòd confessio abscondit hominem ab ira Dei. Vnde *Psalm. 31.* Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, scil. in contritione: & quorum tecta sunt peccata, in confessione. Quid autem moueat ad confitendum, ostendit, cùm subiungit.

g A voce exprobrantis & obloquentis,] id est, ab accusatione propriæ conscientiæ, quæ exprobrat homini, turpitudinem peccati ostendendo: & obloquitur, æterna supplicia comminando. De hac voce *Rom. 2. c.* Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & & inter se inuicem cogitationum accusantium, &c. Primum ergo, quod facit hominem ad confessionem præparare, est accusatio præcedentium peccatorum; Secundum autem, est instantia pœnitentium tentationum. Vnde addit.

Al. † & obliti non.

i A facie inimici] id est, ab instantia triplicis inimici, Mundi, carnis, Diaboli, qui nos habent odio, & ideò dicuntur [inimici.] Nec sufficit eis odium, immò & infestant. Vnde addit. k Et persequentis.] De his inimicis & persecutoribus *Thren. 4. d.* Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis: super montes persecuti sunt nos, id est, in prælationibus, vbi maximè persequuntur hominem, quia totum pondus prælij vertitur in Saül. 1. *Reg. vlt.* 2. Vel existentes in eminenti vita dicuntur esse super montes, quos etiam præcipuè persequuntur hostes. Vnde *Gregor.* Illos pulsare negligit, quos iam quieto iure possidere se sentit. Sed quia sunt quidam, qui videntes magnitudinem & enormitatem peccatorum, & sentientes tantam instantiam tentationum, in seipsis desperant, & peccato dimittunt habenas. Ideò ostendit se non ita facere. Vnde sequitur. l Hæc omnia, sc. prædicta peccata, & conscientiæ exprobratio, & oblocutio, & tentationum instantia.

m Venerunt super nos,] quasi opprimentes nos.

n Nec] tamen [obliti sumus te,] qui es ipsa misericordia. *Psal. 58.* Deus meus, misericordia mea. *Psal. 76.* Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Qui hoc non obliuiscitur, nunquam desperat. Quia vt dicit *B. Bernard.* maior est Christi pietas, quàm quæuis iniquitas. Qui verò hoc obliuiscitur, citò desperat. Vnde cantat *Ecclesia.* Tribularer, si nescirem misericordias tuas, Domine, &c. Sic oblitus erat Cain, qui dixit *Genes. 4. b.* Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Sed quia sunt alij, qui tantùm de Dei misericordia præsumunt, quòd facere pœnitentiam nolunt: Istud remouet, cùm subiungit.

o Et iniquè non egimus in Testamento tuo.] Testamentum Christi, quod fecit ante mortem suam, est pax inter Deum & hominem. Secundum quod dicit *Ioan. 14. d.* Pacem relinquo vobis. *Eccl. 45.* Statuit illi testamentum pacis. Ad hoc autem, quòd fiat pax inter aliquos, oportet, quòd vterque in aliquo flectatur à suo proposito. Similiter in pace facienda inter Deum & hominem, Deus flectitur à sua iustitia per misericordiam: & homo quasi ei occurrit & assurgit per pœnitentiam. Vnde dicitur in *Psalm. 84.* Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Misericordia, scilicet, Dei remittentis peccatum; & veritas hominis seipsum condemnantis. Iustitia & Pax osculatæ sunt. Iustitia, scil. pœnitentis satisfacere curantis; & pax Dei ipsum recipientis. Æquitas ergo est, quando vterque, quod ad eum pertinet, facit. Inæqualitas autem, siue iniquitas est, si alter subtrahat se ab eo, quod facere debet. Et sic homo iniquè, id est, inæqualiter agit in Testamento Dei quando se retrahit à pœnitentia facienda. Sunt etiam quidam, qui pœnitentiam faciunt; sed in ea non perseuerant. Et hoc etiam remouet, cùm subiungit.

p Et non recessit retrò cor nostrum.] Recessit à pœnitentia, cui se coniunxerat. *Exod. 32. b.* Citò recesserunt de via, quam ostendisti eis. Debet enim homo semper procedere, id est, proficere in pœnitentia, & non retroire. Quia habetur *Luc. 9. d.* Nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retrò aptus est regno Dei. Dicit etiam. q Cor nostrum,] non corpus: quia sunt quidam, qui etiam manent in aliqua pœnitentia semper: quia etiam Dominus flagellat multos illis inuitis: sed cum murmure sustinent. Hi significati sunt per latronem, qui crucifixus est à sinistris Domini. Et per Simonem Cyreneum, quem angariauerunt, vt

* tolleret Crucem

Mystic.

a De his tribus *Gala*. 5. b. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium; sed fides, quæ per dilectionem operatur. Fides, ecce primum. Operatur, ecce secundum. Per dilectionem, ecce tertium. Hanc autem triplicem innocentiam attribuit non sibi, sed Deo. Vnde addit.

& a declinasti semitas nostras b à via tua. c Quoniam humiliasti nos in † loco afflictionis: & † d coopeuit nos e vmbra mortis. Si f obliti sumus g nomen Dei nostri: & si h expandimus manus nostras ad Deum alienum. i Nonne Deus requiret ista? k ipse enim nouit † abscondita cordis. l Quoniam propter te mortificamur tota die: † m æstimati sumus, sicut n oues occisionis. o Exurge, p quare obdormis, Domine? q exurge, & ne repellas in † finem.

al. † infirmitatem.
al. † operuit.
al. † occulta.
al. † deputati.
al. † vsque.

a Et declinasti, &c.] id est, inclinatione & fortitudine ad rectitudinem reduxisti. Et hoc.

b A via tua] id est, exemplo viæ tuæ. *Psalm*. 24. Dirige me in veritate tua. Et quòd verè ad veritatem viæ Christi suas semitas dirigat, ostendit, cùm subiungit.

c Quoniam humiliasti, &c.] i. in carnificio Tyrannorũ, vbi Martyres affligebantur: quia & vilia, & aspera sustinebant, sicut & Dominus sustinuit. Et etiam mortem. Vnde sequitur.

d Et coopeuit nos, &c.] id est, mors temporalis & corporalis, quæ non est nisi vmbra in respectu mortis spiritualis & mortis æternæ, quæ vera mors dicitur, quia permanens est in æternum. Propter hoc dicit *Gregor*. Quos constat non spiritus, sed sola carne mori, nequaquam vera morte, sed vmbra mortis dicunt se operiri. Secunda consolatio Sanctorum, est bona conscientia. Vnde sequitur.

f Si obliti sumus, &c.] quasi dicat, quod dico, quòd non obliti sumus te, bona conscientia dico, & coram Deo. [Si] enim [obliti sumus, &c.] Nonne Deus requiret ista? Et nota, quòd contra illa tria, in quibus innocentiam consistere supra diximus, videlicet, fidem & operationem & bonam voluntatem, hic ponit tria contraria. Vnde dicit. [Si obliti sumus nomen Dei nostri] contra fidem. [Et si expandimus manus nostras ad Deum alienum,] contra bonam operationem [Expandimus] dico, id est, ex corde pandimus, contra bonam voluntatem. [Expandimus manus] ad literam, adorando idola. Vel [manus] id est, opera, quæ ad Deum alienum expandit: qui quod facit, idolo attribuit. Si hæc, inquam, fecimus. Nonne Deus requiret ista? Et posset aliquis dicere: Non, quia ignorat. Quod remouet, cùm addit.

k Ipse enim nouit abscondita cordis. *Psal* 7. Scrutans corda & renes Deus. Tertia consolatio, est iusta causa, de qua sequitur.

l Quoniam propter te mortificamur tota die.] Pœna enim non facit Martyrem, sed causa. Et sic continuandum est. Dico vobis, quòd ipse Deus nouit abscondita cordis, scilicet, nostri, in quo est abscondita pura intentio, qua propter Deum mori eligimus: Vnde ad eum, qui est conscius cordis sui se conuertit Propheta in persona Martyrum dicens. [Quoniam propter te mortificamur tota die] scilicet, istud absconditum nouisti. Cùm ergo dicit [Propter te] ostendit causam. Cùm autem dicit [mortificamur] ostendit pœnam. Pœnam autem ostendit esse continuam, cùm dicit [Tota die.] Item vilem, cùm addit.

m Æstimati sumus] à malis.

n Sicut oues occisionis, quæ non reputantur vtiles, nisi ad occidendum, sicut supra dictum est. *ibi*. [Dedisti nos tanquam oues escarum.]

* tolleret Crucem Iesu. *Matth*. 27. d. Sunt autem & alij, qui faciunt pœnitentiam ex corde & perseueranter; sed tamen inde extolluntur. Vnde & hoc remouet, cùm addit.

a Et declinasti semitas nostras] id est, decliues & tortuosas esse ostendisti. Et hoc.

b A via tua, id est, exemplo viæ tuæ, quia in comparatione factorum suorum, facta nostra omnia annihilantur. Vnde bene dicit [Semitas nostras.] Dicitur enim semita, quasi semis iter, quod est semis via: quia totam viam Domini non possumus tenere. *Isa*. 53. b. Vnusquisque in viam suam declinauit. Et 57. c. eiusdem. Declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei.

Duæ autem sunt causæ, quare homo multum humiliter de se sentit, videlicet, cùm affligitur, & cùm in venialia peccata frequenter labitur. Vnde subiungit.

c Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis] id est, in hoc mundo, qui dicitur locus afflictionis. Quia sicut dicitur *Ecclesiastic*. 1. c. Non est in eo, nisi vanitas & afflictio spiritus. Et *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem. *Ioan*. 16. g. In mundo pressuras habebitis.

d Et coopeuit nos] vndique.

e Vmbra mortis] id est, peccatum veniale. Mors enim dicitur & est peccatum mortale, quia interficit animam. Vmbra autem mortis, dicitur peccatum veniale, vel tentatio. *Luc*. 10. g. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Et in his supra dictis Deum testem inuocat, cùm subiungit.

f Si enim obliti sumus] desperando, vt dictum est.

g Nomen Dei nostri] quod est Iesus, id est, Saluator, quod plenum est misericordia, quia secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Titum* 3. b.

h Et si expandimus manus nostras ad Deum alienum] exponendo nos peccatis, & faciendo ipsum peccatum Deum nostrum, quia sicut dicit *August*. quod vnusquisque colit, & veneratur: hoc sibi Deus est.

i Nonne Deus requiret ista?] quasi dicat, ita requiret. *Psalm*. 30. Quoniam veritatem requiret Dominus: & retribuet abundanter facientibus superbiam. Et verè requiret.

k Ipse enim noluit abscondita cordis.] *Sap*. 6. a. Interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Et cognoscens abscondita cordis, scit, & cognoscit istud, quod sequitur.

l Quoniam propter te mortificamur tota die.] In hoc, quod dicit: mortificamur, ostendit asperitatem & magnitudinem suæ potentiæ, quantum ad carnis mortificationem, quæ necessaria est pœnitentibus. *Gal*. 5. d. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. *Colos*. 3. a. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et mortificanda est caro propter hoc, quia caro viua & petulans signum est lepræ. *Leuitic*. 13. b. Si apparuerit caro viua, lepra vetustissima iudicabitur. Et hoc exponit Apostolus 1. *Timoth*. 5. a. Quæ in delitiis est viuens, mortua est. Et de hac mortificatione dicit *Richar*. Scimus, quia in Dei oculis maioris meriti est sæpe mortificari, quàm mori. Nonne mors Martyrum tantò erat pretiosior, quantò ante mortem pœna productior? Cùm autem dicit, [propter te,] notat puram intentionem contra hypocritas: quia sicut dicitur *Matthæi* sexto b. exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Cùm autem dicit, [tota die] notat perseuerantiam, quæ necessaria est in pœnitentia: quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Hæc tria, scilicet, mortificationem, puram intentionem, perseuerantiam notat Apostolus secundæ *Corinthiorum* quarto c. Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes; vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Mortificationem; ecce primum. Semper, ecce perseuerantia. Vt & vita, &c. ecce intentio & finis. Sed quia horum omnium custos debet esse humilitas. Bene sequitur.

m Æstimati sumus] id est, reputati à nobismetipsis.

n Sicut oues occisionis] id est, viles & inutiles, iuxta consilium Domini, *Lucæ* vndecimo septimo c. Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus.

Allegoricè & moraliter.

o Exurge.] Tertia pars. Posita superiùs triplici consolatione contra mala, quæ patiuntur Sancti; quia tamen hæc non sufficiunt sine diuino auxilio, ideò ad illud recurrunt in hac tertia parte, petentes auxilium Dei, dicentes: [Exurge.] Et potest legi eodem modo de Martyribus allegoricè, & de pœnitentibus moraliter, dicentibus. [Exurge,] in auxilium. *Psalm*. 34. Exurge in adiutorium mihi. Et enumerat mala, à quibus Sancti & pœnitentes liberari volunt. Primum, est æternæ retributionis dilatio. Vnde dicit.

p Quare obdormis, Domine.] Nota, quòd Christus dormitauit, quando fuit mortalis: dormiuit, quando mortuus fuit: obdormit, retributionem æternam differendo. *Luc*. 8. d. Nauigantibus illis, obdormiuit Dominus: & descendit procella venti in stagnum, id est, tribulatio in mundum. Hoc est secundum, à quo petunt liberari expositi tribulationi. Vnde sequitur.

q Exurge & ne repellas, &c.] i. in æternum, licet

ad præsens repellas, i. repellere videaris. *Romanorum* vndecimoprimo a. Nunquid Deus repulit populum suum, quem præsciuit? Tertium, est subtractio gratiæ, quoad quædam membra Ecclesiæ. Vnde sequitur.

a Quare faciem tuam auertis?] Facies dicitur gratia Dei, vel respectus misericordiæ eius. Vnde *Sapient.* 4. c. Gratia & misericordia Dei est in Sanctos eius: & respectus in Electos illius. Quartum, est miseria innata & generalis. Vnde addit.

b Obliuisceris inopiæ nostræ.] Inops dicitur homo qui est sine opibus & sine ope. Et sic nascitur, & moritur omnis homo, nisi Deus cum eo moriente sit. *Iob* 1. d. Nudus egressus sum ex vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Deus autem est homini opes & opis. *Tob.* 10. b. Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere. Quintum, est tribulatio corporalis. Vnde addit.

al. † inopiā nostram & tribulationē nostram.

al. † adhæsit.

al. † libera.

c Et tribulationis nostræ] quare, scilicet, obliuisceris? *Psalm.* 30. Miserere mei, Domine: quoniam tribulor. Sextum, est peccatum cogitationis. Vnde dicit.

d Quoniam humiliata est] id est, inclinata.

e In puluere] prauæ cogitationis. *f* Anima nostra] id est, ratio. Alia litera habet [Incuruata est.] *Isa.* 51. g. Incuruare, vt transeamus, & vbi? In puluere, terrenorum. De quo *Matthæi* decimo b. Excutite puluerem de pedibus vestris. Ergo multò fortiùs de oculis, & maximè de anima, 1. *Machab.* 5. f. Ephron prohibuit Iudeæ transitum in Ierusalem. Ephron interpretatur puluis inutilis, qui multos prohibet transire in supernam Ierusalem, quæ est mater nostra. Nota proprietates pulueris his versibus.

a Quare faciem tuam auertis: *b* obliuisceris † inopiæ nostræ, & *c* tribulationis nostræ? *d* Quoniam humiliata est *e* in puluere *f* anima nostra: † *g* conglutinatus est in *h* terra *i* venter noster. *k* Exurge, Domine, *l* adiuua nos: & † *m* redime nos *n* propter nomen tuum.

In finem pro his, qui commutabuntur filiis Chore ad intellectum canticum pro Dilecto.

PSAL. XLIV.

o ERVCTAVIT *p* cor meum *q* verbum bonū: *r* dico ego opera mea *s* Regi. *t* Lingua mea calamus Scribæ

Proprietates pulueris.

Aridus, instabilis, sterilis, leuis, innumerosus,
Sordidus, excæcat, pulices facit, imbre lutum fit.

Septimum malum, est peccatum sensualitatis, quantum ad prauam voluntatem. Vnde addit.

g Conglutinatus est] per amorem.

h In terra] id est, in terrenis.

i Venter noster] id est, sensualitas, quæ est mollis, sicut venter, & plena immundis cogitationibus, ex quibus oriuntur torsiones spirituales. *Isa.* 13. b. Torsiones & dolores tenebunt, &c. *Ierem.* 4. e. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo; sensus cordis mei turbati sunt in me. De hac conglutinatione, *Genes.* 34. a. Conglutinata est anima Sichen cum Dina. Dina interpretatur causa, Sichen humerus. Et illis, qui libenter supponunt humerum ad sarcinas mundi portandas, libenter conglutinant animam suam cum Dina, id est, cum causa, & præcipuè Aduocati. *Prouerbiorum* 17. b. Semper iurgia quærit malus. *Psalm.* 118. Adhæsit pauimento anima mea. Per pauimentum, quod teritur & pictum est, significantur temporalia, quæ speciosa videntur, quæ animam interficiunt, quando eis adhæret. Et ideò sequitur *ibi*: Viuifica me secundum verbum tuum. Nisi enim se mortuum sensisset, non illud subiunxisset. Contra istas miserias petunt triplex remedium. Primum est, vt Deus eos erigat ad cœlestia. Vnde sequitur.

Psalm. 62. *k* Exurge, Domine] id est, fac nos exurgere, vt anima, quæ pauimento adhæret, ad te erigatur. Et possumus dicere: Adhæsit anima mea post te. Secundum est auxilium Dei in bene operando. Vnde addit.

l Adiuua nos] ad benè operandum. Tertium est liberatio ab omni malo. Vnde dicit.

m Et redime nos] à malo. Item nota, quòd ter dicit [Exurge.] Primò, [exurge] vt liberes à culpa. Secundò [exurge] vt liberes à pœna. Tertiò [exurge,] vt liberes à mundo, & ab his, quæ sunt in mundo. Vel primò, vt purges à peccatis: secundò, vt des gratiam: tertiò, vt conferas gloriam. [Domine,] ecce seruitutis confessio. [Adiuua] transmigrantes, vel luctantes. [Et redime] captiuos. In fine ostendit causam omnium horum, cùm subiungit.

n Propter nomen tuum] non propter merita nostra. *Ezech.* 20. g. Scietis, quia ego sum Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum. *Psalm.* 53. Deus, in nomine tuo saluum me fac. Vnde *Psalm.* 112. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in sæculum.

Deus exurgit:
- Naturam nostram assumendo. *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, &c.
- A morte resuscitando, *Rom.* 4. d. Mortuus est propter delicta nostra, &c.
- Incomprehensibilem se ostendendo. *Psal.* 63. Accedet homo ad cor altum.
- Stantes confortando. Vnde *suprà*, Exurge: quare obdormis, Domine?
- Deficientes releuando, *suprà* Exurge, & ne repellas.
- Ad cœlum à terrenis eleuando, vt hic.

EXPOSITIO PSALM. XLIV.

o ERuctauit cor meum.] Titulus. [*In finem pro his, qui commutabuntur filiis Chore ad intellectum, canticum pro Dilecto.*] Suprà egit Propheta de victoria Martyrum; victoriam autem sequitur laus. Vnde bene subiungitur Psalmus iste, in quo cantantur laudes Christo, à quo est omnis victoria, quia primus vicit Diabolum & mundum, sumptis armis in tabernaculo suo, id est, in vtero Beatæ Virginis. Vnde Propheta cantat hic carmen, quod dicitur Epithalamium, id est, carmen factum pro thalamo. Vnde sensus tituli talis est. [Canticum] id est, psalmus iste est, [pro] id est, de, [Dilecto,] & est dirigens nos [in finem] id est, in æternam beatitudinem, [pro his, qui commutabuntur] id est, pro Sanctis, [filiis] id est, qui sunt filij, id est, imitatores, [Chore] id est, Passionis Christi, [ad intellectum] id est, vt intelligant mysterium Incarnationis. In hoc Psalmo loquitur Propheta, vel vir iustus. Materia, de qua loquitur, est de nuptiis Christi & Ecclesiæ, Sponsi, & Sponsæ, & Regis & plebis. Intentio est monere ad laudem Christi & Ecclesiæ. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, se promittit laudaturum Deum. Secundò, laudat Sponsum, *ibi*: [Speciosus.] Tertiò submissiùs laudat Sponsam, *ibi*: [Audi, filia.] Volens ergo Propheta in nuptiis cantare, commendat carmen suum multipliciter. Primò à plenitudine sapientiæ, cùm dicit.

o Eructauit] quasi de pleno. *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis, os loquitur, *Prou.* 22. c. Cùm seruaueris eam in ventre tuo, redundabit in labiis tuis. Secundò ab interiori sapore, cùm dicit.

p Cor meum.] *Gregorius.* Illi soli de Deo suauiter loqui nouerunt, qui eum totis cordis visceribus amare didicerunt. Tertiò à fidelitate sermonis, cùm dicit.

q Verbum bonum] non fabulas, non falsa, non vana, 2. *Corinth.* 2. d. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei; sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur. Quartò, à conformitate operis & sermonis, cùm dicit.

r Dico ego opera mea Regi] id est, illa, quæ dico, facio: & illa, quæ facio, prædico: ne dicatur mihi: Qui prædicas non furandum, furaris. *Romanorum* secundo c. *Gregorius.* Loquentis auctoritas perditur, cùm vox opere non adiuuatur. Vnde *Romanorum* 15. d. Nihil audeo loqui eorum, quæ per me non efficit Christus. Et dicit [Ego,] quasi discretiuè, quasi dicat, pauci sunt, qui ita faciant. Sermocinatores enim sunt multi; *Luc.* 1. a. operarij verò pauci. Quintò, à bona intentione, cùm dicit.

s Regis] id est, ad honorem Regis Christi. *Isa.* 24. c. In doctrinis glorificate Dominum. Sextò, commendat carmen à Spiritus sancti dictamine, cùm subiungit.

t Lingua mea] est, [calamus Scribæ] i. e. Spiritus sanctus, quasi dicat, quod loquor, à memetipso non loquor,

sed

sed à Spiritu sancto. *Matthæi* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Sicut enim calamus non scribit, quod vult; sed quod scribens vult: sic homo non prædicat à se, sed a Spiritu sancto dictante & scribente in corde Prædicatoris, & in cordibus audientium. *Ierem.* 31. f. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Septimò commendat carmen à celeritate, cum addit.

a velociter scribentis. b Speciosus c forma præ filiis d hominum,

a Velociter scribentis. Spiritus enim sanctus non paulatim & cum mora gratiam suam infundit, sicut acquiritur scientia per longum studium; sed subitò & citò. Vnde *Act. enim* secundo a. Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis. Ibi dicit *Gloss.* Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Et notandum, quod multa sunt, quæ impediunt, ne fiat Scriptura. Primum est defectus incausti. Sine incausto enim non fit littera: & si protrahatur, figura non apparet. Calamus igitur est lingua Prædicatoris; incaustum est gratia Spiritus sancti: Sine qua nulla prædicatio apparet, nec fructum profert. Vnde dicit *Gregorius.* Frustrà exteriùs laborat lingua Prædicatoris, nisi intùs adsit gratia Saluatoris. Econtrario *Ecclesiastici* sexto a. Lingua Eucharis in bono homine abundabit, ecce incaustum. Secundum est, si calamus sit nimis subtilis, vel nimis grossus: sic Prædicator temperare debet stilum suum secundum capacitatem audientium. Vnde *Gregor. in sta pastorali.* Pro qualitate audientium formari debet sermo Doctorum, vt vox sua singulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat. Tertium est, si calamus manu non tenetur, sed tantum ore. 2. *Thessal.* 3. d. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni Epistola, ita scribo. Multi salutant ore, qui prædicant salutem Gentibus: sed non salutant manu sua, quia opera salutis non faciunt. Vnde non habentes signum, quod habebat Apostolus in omni Epistola sua, pseudoapostoli iudicandi sunt. Quartum est, si scriptor sit cæcus, id est, Prædicator indoctus. *Isaiæ* 56. d. Speculatores eius cæci omnes. Quintum impedimentum est ex parte pergameni, si sit pilosum, si humidum, si nigrum, si nimis tenue. Pilus est auaritia, humiditas luxuria, nigredo superbia & ira, tenuitas manis gloria. Pergamenum autem est cor hominis, in quo scribit Spiritus sanctus. Sicut prædictum est in auctoritate *Ieremi.* 31. f. Scribam legem meam in corde eorum. Et *Prou.* 7. a. Scribe eam in tabulis cordis tui. Hoc ergo pergamenum sic debet aptari.

Multa impediunt, ne Spiritus sanctus scribat in corde hominis.

Quomodo cor ad modū pergameni debeat separari vt in eo scribat Spiritus sanctus.

Primò debet separari à carne per abrenunciationem carnalium desideriorum. *Romanorum* 8. b. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. *Ecclesiastici* 47. a. Surrexit Nathan Propheta, quasi adeps separatus à carne.

Secundò debet poni in conspectu per contritionem & dolorem. *Ierem.* 31. d. Pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam.

Tertiò, debet depilari per confessionem. *Ezech.* 5. a. Sume tibi gladium acutum radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Sume, scilicet, spontaneè, gladium confessionis, quo Diabolus interficitur, radentem pilos, id est, spiritualia peccata, & duces per caput tuum, id est, per mentem, confitendo malas voluntates: & per barbam, confitendo malas operationes, in quibus apparet fortitudo hominis ad malum, sicut in barba apparet virilitas. Debet etiam sumi statera, vt iusto iudicio ponderentur: & debent diuidi, vt confiteatur homo singula peccata, non in grosso.

Quartò, debet extendi in latum, per charitatem, & in longum, per futurorum expectationem. De primo 2. *Cor.* 6. c. Cor nostrum dilatatum est. De secundo. *Philip.* 3. c. Posteriorum oblitus, ad interiora me extendo. *Psal.* 103. Extendens cœlum, sicut pellem.

Quintò, debet exsiccari ab humore carnalis delectationis per ardorem tribulationis. *Ecclesiast.* 43. a. Sol in Meridiano exurens montes. *Osea* 13. d. Adducet Dominus ventum vrentem de deserto, & siccabit venas mortis. *Psalm.* 73. Et siccabit fluuios Ethan. Ethan interpretatur fortis, & significat Diabolum. De quo *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus, &c. Fluuij Ethan, sunt prauæ cogitationes, quas immittit Diabolus in cor.

Sextò, debet radi per satisfactionem. *Psal.* 107. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.

Septimò, debet pumicari per mansuetudinem, *Iacob.* 1. c. In mansuetudine suscipite insitum verbum.

Octauò regulari debet per exemplorum Sanctorum considerationem. *Isa.* 38. b. quòd Sol descendit in horologio Achaz per decem lineas. Sol, id est, cognitio Dei, per has regulas descendit.

Nonò, superscribitur per tenacem memoriæ impressionem, *Eccl.* 21. c. Cor fatui, quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.

Decimò, corrigitur per discussionem, & malorùm suorum detestationem. *Isa. m.* 1. Iustitia & iudicium correctio sedis eius. Item hic notandum, quòd Prædicator, siue lingua Prædicatoris, vt sit calamus Scribæ, habere debet multa.

Nota, quòd lingua Prædicatoris dicitur calamus propter multa.

Primò, quia debet crescere in aqua doctrinæ. *Psalm.* 1. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Et *alibi*: Super aquam refectionis educauit me.

Secundò, quia debet esse vacuus per humilitatem. Tuba, enim per quam Prædicator designatur, non resonat, nisi sit vacua. *Numer.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, &c.

Tertiò, quia debet esse planus exteriùs per honestam conuersationem, *Thren.* 4. b. Nitidiores Nazaræi eius lacte.

Quartò, quia congruo tempore debet colligi ad officium suum. *Psalm.* 1. Fructum suum dabit in tempore suo. *Eccles.* 20. a. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus.

Quintò, quia debet acui per subtilitatem. Vnde *infrà*, Sagittæ tuæ acutæ. 1. *Reg.* 13. d. Descendebat omnis Israel ad Philisthiim, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, &c. *Ioel. vlt.* b. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas.

Sextò, quia scindi debet distinctè & apertè prædicans. 1. *Cor.* 14. b. Nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id, quod canitur?

Septimò, quia debet incausto repleri, id est, Sancti spiritus gratia, vt prædictum est. Vnde econtrario, *Eccl.* 20. c. Homo Acharis, quasi fabula vana. De hoc incausto 2. *Cor.* 3. a. Vos estis Epistola Christi ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed Spiritu Dei viui.

Octauo, quia sicut Scriptor à sinistra parte ducit lineam suam in dexteram: sic Prædicator prædicationem suam. *l* Et omnia, quæ in hac vita sinistra facit, debet dirigere ad dexteram vitæ æternæ. *Ioan. vlt.* b. Mittite in dexteram nauigij & inuenietis, scilicet, in futuro. Commendato carmine suo in prima parte huius Psalmi. In secunda parte transfert se ad laudem Sponsi, & commendat eum multipliciter. Primò à pulchritudine, cùm dicit.

Commendatio Christi multiplex.

b Speciosus forma.] Et loquitur Propheta ad Sponsum, vnde supplendum est. Tu es[speciosus forma.] Sed contrà *Isa.* 53. a. Non est species ei, neque decor. Solutio. Hoc quod dicitur in Isaia, intelligendum est de ignominia Passionis.

Allego.

c Forma] id est, candore, & habitu. Luce: *Eccles.* 43. b. Mundum illuminans in excelsis Dominus. Candore. *Sap.* 7. d. Candor est lucis æternæ. Habitu, *Isaia* 63. a. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis suæ. *Iob* 40. a. Circumda tibi decorem, & in sublime erigere. Secundò commendat eum ab excellentia pulchritudinis, cùm addit.

d Præ filiis hominum] quia de plenitudine eius omnes accepetunt: quia ipse est speciei generator, vt dicitur *Sapientia* 13. a. vbi loquens de creaturis Scriptura sic dicit. Quorum & si specie delectati Deos putauerunt, sciant quantò his Dominator speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. Et posset hic dicere, præ Angelis, quia etiam Angelis speciosior est; sed quia Christum hominem commendat: ideò meliùs dicit [Præ filiis hominum.] Signum autem est suæ pulchritudinis, quod in eum Angeli desiderant prospicere, vt dicit Petrus 1. *Petri* 1. c. Est enim pulcher & secundum Diuinitatem & secundum humanitatem. Vnde *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus, quantum ad munditiam humanitatis. Rubicundus, quantum ad splendorem Diuinitatis. Vnde sequitur ibi *in Cantic.* Caput eius aurum optimum. Per caput enim intelligitur Diuinitas, quia caput Christi Deus, sicut dicit Apostolus 1. *Corinth.* 11. a. Hanc duplicem pulchritudinem ostendit

Allegoricè. A Dominus in transfiguratione *Matthæi* 17. a. Vnde ibi dicitur. Resplenduit facies eius, sicut Sol: & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Per faciem intelligitur Diuinitas, de qua dicit Dominus Moysi, *Exod.* 33. d. Faciem meam videre non poteris. Per vestimentum intelligitur humanitas: quia habitu inuentus est vt homo, *Philip.* 2. a. *e* Tertiò commendat eum ab eloquentia, cùm subiungit.

a diffusa est gratia in *b* labiis tuis: *c* propterea benedixit *d* te Deus in *e* æternum. *f* Accingere † *g* gladio *h* tuo *i* super femur tuũ, *k* potentissi-

al. † gladiũ tuum.

a Diffusa est gratia in labiis tuis] id est, verba tua sunt gratiosa. *Ioannis* 7. g. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. *Ecclesiastic.* 8. a. Sermo eius potestate plenus est. *Matthæi* 7. d. Erat loquens, sicut potestatem habens. Et propter abundantiam gratiarum dicit [Diffusa] non tantùm fusa. Vel sic potest legi. [Diffusa est gratia] id est, distributa, & abundanter data hominibus.

Aliter. *b* In labiis tuis] id est, in prædicatione tua; quia eo prædicante conuersi sunt homines, & mundus Deo reconciliatus. Vnde *Ioann.* 15. a. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Vel, [In labiis] id est, in osculo, quo nos osculatus est, carnem nostram sumendo, & nostram naturam sibi vniendo. Vnde *Canticorum* 1. a. Osculetur me osculo oris sui. In hoc osculo, diffusa est homini gratia. Vnde *Oseæ* 6. Veniet, quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ, id est, veniens in carnem, dabit nobis gratiam præuenientem & subsequentem. *Sapient.* 7. b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, id est, cum Sapientia, quæ est filius Dei. Ecce quanta diffusio gratiæ, scilicet, omnia bona. Vel de Spiritus sancti missione potest legi sic. [Diffusa est gratia] Spiritus sancti. In labiis tuis, id est, in Apostolis, per quos Spiritus sanctus loquebatur. *Gregorius* Omnes, qui Christum prædicamus, organa veritatis sumus. Quartò commendat eum à Domini benedictione, cùm addit.

c Propterea benedixit te Deus in æternum] quasi dicat, meritò vera sunt, quæ prædixi de te. Quia, propterea, id est, vt sic diffunderetur, sicut prædixi.

d Benedixit te Deus] non benedictione sinistræ, sed dexteræ. Hoc est, quod dicit.

e In æternum, *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Quintò commendat eum à potestate, dicens.

f Accingere.] Et potest esse imperatiui modi, sic. Tu qui talis es, vt dictum est. Accingere, id est, accingaris. Vel indicatiui, sic: Accingere, id est, accingeris.

g Gladio tuo] id est, potentia tua. Vel secundum *Chrysostomum*, gladius est Crux, quo accinctus Christus Diabolum vulnerauerit. Dicit enim *Chrysostomus*, quòd isto gladio Diabolus letale vulnus accepit. Vel gladius dicitur sermo diuinus, de quo *Matthæi* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium. Et dicitur sermo diuinus gladius, qui resecat vitia & separat malum à bono. *Hebr.* 4. c. Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. *Apocalypsis* 2. e. Veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

i Super femur tuum] id est, super carnem tuam. Pro carne enim femur specialiter sumitur, quia femur humanæ propaginis est seminarium. Vnde manu supposita femori Abrahæ, iurauit ei seruus suus. *Genesis* 44. a. Similiter Ioseph, Iacob patri suo. *Genesis* 47. g. quasi dicat. Iuro per eum, qui de progenie tua nascetur. [Super femur tuum accingere,] dicit, quia Christus in carne deuicit mundum, Iudæum, & Diabolum. Et Christus assumendo carnem, accinxit se super femur suum, quasi contra illos tres hostes pugnaturus. [Accingere,] non segniter, aut lassè. Sed

k Potentissimè,] aduerbialiter dicitur. Nec dicit tantùm, potenter, aut potentiùs, sed [potentissimè.] Gladium suprà vocauimus tripliciter, scilicet, potentiam, Crucem, diuinum sermonem. Potentiâ accingit se Christus, non tantùm fortiter, sed [potentissimè: quia fortissimus est. *Iob* 15. c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Gladio Crucis potenter accinxit se Christus, quando baiulans sibi Crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, vt dicitur *Ioann.* 19. b. Potentiùs, quando ipsam Crucem ascendens manus & pedes Cruci affigendos exposuit. Potentissimè, quando iam crucifixus & dolorem sentiens, & contumeliam audiens Iudæorum dicentium: *Matthæi* 27. e. Si Rex Israel est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei: noluit descendere, cùm posset; sed in Cruce mori elegit. Gladio autem verbi Dei potenter accinxit se, fortiter illud prædicando. Sicut dicitur *Matthæi* 7. d. Erat loquens, sicut potestatem habens. Potentiùs, quod ore prædicauit, opere adimplendo. *Luc.* 24. c. Fuit vir Propheta potens in opere & sermone. Potentius est autem opus, quàm sermo. Vnde *Matthæi* 5. c. Si quis soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum; qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Potentissimè verò accinxit se isto gladio, contumelias & iniurias libenter sustinendo. *Psal.* 91. Bene patientes erunt, vt annuncient. *Prouerbiorum* 15. d. Melior est patiens viro forti, &c. *Prouerbiorum* 19. b. Doctrina viri per patientiam noscitur. Vel potest sumi nominaliter [potentissime,] vt sit sensus. [O potentissime, accingere, &c.] Postea ostendit causam potentiæ, cùm subiungit:

A *a* Specie tua

Moral. * *a* Diffusa est gratia in labiis tuis, scilicet, gratia gratis data. Hæc est eloquentia, quam quia Moyses non habere se æstimabat, prædicationis officium & prælationis fastigium recusabat dicens. *Exod.* 4. c. Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius, &c. quia vt dicit *Gregorius*. Frustrà laborat exteriùs lingua Prædicatoris, nisi adsit interiùs gratia Saluatoris. Ideò tertiò necessaria est Dei gratia. Gratia, dico, gratum faciens, quæ notatur in eo, quod sequitur.

c Propterea,] scilicet, vt possis præbere exemplum bonæ conuersationis, & vt proficias in sermone prædicationis.

d Benedixit te Deus in æternum, scilicet, benedictione ducente ad æternitatem gloriæ. Propter hoc bona est consuetudo, quod Prædicator, antequam prædicare incipiat, benedictionem petat. Vel, Propterea, id est, quia prædicas. [Benedixit te, &c.] Quia sicut dicitur *Prouerbiorum* 11. d. Anima, quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem Domini super caput vendentium. Nec solùm hæc tria necessaria sunt Prædicatori: sed etiam id, quod sequitur, vt contra insidias Diaboli accingatur gladio disciplinæ. Vnde non tantùm ei, sed cuilibet fideli dicitur.

f Accingere,] pugnaturus.

g Gladio,] id est, disciplina.

h Tuo,] id est, voluntariè à te sumpto. *Psalm.* 2. Apprehendite disciplinam, &c. Et nota, quòd cùm accingitur homo gladio, vel ense suo, tunc est gladius in vagina. Cùm autem necesse est pugnare, extrahit gladium de vagina. Et cùm dicitur. [Accingere gladio] sumitur pro ipso gladio & pro vagina. Sic in disciplina duo sunt per effectum, videlicet, carnis afflictio, & spiritus confortatio. 2. *Corinth.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur. Et pòst. Cùm infirmor, tunc potens sum. Qui verò hunc gladium, scilicet, fortitudinem spiritus habet in vagina, id est, in carnis debilitate, si inuadat eum inimicus, extrahit gladium, & percutit inimicum. Sicut Dominus ieiunio debilitatus in carne, non fuit debilitatus in spiritu. Vnde extrahens gladium, deuicit Diabolum tentantem. *Matthæi* 4. a. Quia verò huiusmodi disciplina carnem suppeditat. Bene dicit.

i Super femur tuum.] *Canticorum* 3. c. Vniuscuiusque ensis super femur suum. Sed quia sunt quidam, qui nimis debiliter & lassè accingentes se, citò amittunt gladium, Ideò addit.

k Potentissimè:] Hoc est, triplici vinculo, siue habena, qua gladium nostrum debemus circa renes nostros ligare, ne auferatur à nobis. Quia funiculus triplex difficile rumpitur, vt dicitur *Eccles.* 4. c. Prima habena & vinculum, est pudor sæculi. Secunda, timor supplicij. Tertia, amor Dei. Primò accingitur homo potenter. Secundò potentiùs. Tertiò potentissimè, quia amor vincit omnia. Vnde *Cantic.* 8. b. Fortis est, vt mors, dilectio. Et hoc facias:

* *a* Specie tua

Alleg. A *a* Specie tua, &c.] Si, ly [potentissimè] sit aduerbaliter positum, tunc construitur. Verè, potentissimè, potes te accingere, quia es speciosus & pulcher. Sicut communiter dicitur, Ille, vel ille bene potest esse bellator, quia formosus est. Hoc est ergo dictum, potes accingere te gladio potentissime. Potes, inquam, Specie tua, quantum ad Diuinitatem. (al. † potentissimè.)

b Et pulchritudine tua] quantum ad humanitatem: Non enim solum inquantum Deus, fuit potens, sed in quantum homo. Vnde *Matth. vlt.* d. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Si autem, potentissime, sit nominaliter positum. Idem est sensus. Et sic construitur. O potentissime, specie tua & pulchritudine tua, vt suprà expositum est. Hæc est illa duplex pulchritudo, de qua suprà diximus, *ibi*. Speciosus forma præ filiis hominum, scilic. secundum Diuinitatem, *Cant.* 1. d. Ecce tu pulcher es, Dilecte mi, & decorus. Vel hoc, quod dicitur. Specie tua & pulchritudine tua, potest construi cum hoc, quod sequitur.

mè. *a* Specie tua & *b* pulchritudiue tua, *c* intende, *d* prosperè procede, & *e* regna. *f* Propter veritatem & *g* mansuetudinem *h* & iustitiam: *i* & deducet te *k* mirabiliter *l* dextera *m* tua. *n* Sagittæ tuæ *o* acu-

c Intende.] Vt sit sensus. Intende, id est, hominem pereuntem respice. Specie tua, id est, misericordia Diuinitatis, quæ per speciem significatur. Et pulchritudine tua, id est, humilitate humanitatis. De his duobus dicit Dominus *Exod.* 3. b. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto. Ecce primum. Et descendi, vt liberarem eum de manibus Ægyptiorum, & cæter. Ecce secundum. Et commendat hic Sponsum à tribus præcipuè. A misericordia, cùm dicit. Intende, vt dictum est. Ab vtilitate, cùm addit.

d Prosperè procede] id est, procede de vtero Virginis. De quo processu *Psalm.* 18. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Prosperè, id est, ad prosperitatem, & vtilitatem nostram: quia omnia bona nobis contulit, sicut dictum est *ibi*. Diffusa est gratia in labiis tuis, secundum tertiam expositionem. Tertiò commendat à victoria, quam habuit de Diabolo, cùm subiungit.

e Et regna] super fideles, quos de manu Diaboli eripuisti: qui tibi per fidem subiiciuntur. Vnde petunt fideles, Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, &c. *Matth.* 6. b. Postea commendat eum ab aliis tribus, videlicet, à veritate, a mansuetudine, a iustitia, quæ necessaria sunt regnare volenti. De quibus sequitur.

f Propter veritatem, &c.] Continuatio. Dico. [Procede & regna.] Et hoc, [propter veritatem] implendam.

g Et mansuetudinem] exhibendam.

h Et iustitiam] exercendam. Veritas impleta est in promissis datis. Mansuetudinem exhibuit, ferendo malos. Vnde cum publicanis & peccatoribus manducabat. *Matt.* 9. b. Et adulteræ dixit. Nec ego te condemnabo, *Ioan.* 8. b. Et pro inimicis orauit, *Luc.* 23. e. dicens, Pater, dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Iustitiam exercuit in dispersione Iudæorum per Titum & Vespasianum, & in eorum excæcatione, vt plenitudo Gentium intraret, vt dicit Apostolus, *Roman.* 11. c. Possunt etiam hæc tria reddi tribus præcedentibus, singula singulis, vt sic dicat. Intende, propter veritatem inserendam in nobis, [procede] propter mansuetudinem dandam nobis, [Regna] propter iustitiam faciendam pro nobis. Et verè facies. Vnde sequitur.

i Et deducet te, &c.] scil. vt hæc facias.

l Dextera] id est, potentia.

m Tua] non aliena, deducet te, de sinu Patris in vterum Virginis, inde ad præsepium, inde ad Crucem, inde ad sepulchrum, inde ad cœlum.

k Mirabiliter] quia multi mirabuntur. Vnde *Luc.* 2. c. Mirati sunt omnes, qui audierunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Vel, Mirabiliter, quia tota illa deductio plena fuit miraculis. Vnde initium miraculorum fuit, quod factus fuit Deus homo, verbum caro, mater virgo. De aliis patet. Vel, Deducet, de populo ad populum, mirabiliter, vt priùs. Mirabiliter ductus fuit à dextera sua per medium Iudæorum, qui eum volebant præcipitare. *Luc.* 2. c. Vnde dicitur ibi. Iesus autem transiens per medium illorum ibat.

Moral. * *a* Specie tua, &c. [id est, sicut decet speciem & pulchritudinem tuam. Specie, quantum ad naturalia; pulchritudine, quantum ad gratuita. Hæc est imago, & similitudo Dei, ad quam factus est homo. Est ergo sensus, ac si dicat. Debes accingi gladio tuo [potentissimè] quia non decet ita speciosum & pulchrum militem, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est, gladium suum debiliter tenere, vel flatu leui proiicere. Vel coniungatur cum eo, quod sequitur.

c Intende] vt sit sensus. [Specie tua & pulchritudine tua intende] id est, in finem, qui est Deus, tende, sicut te decet species tua humana. Homo enim ad hoc factus est, vt Deum contempletur. Vnde illud.

Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. (Ouidius lib. 1. metamor.)

Eccl. 7. d. Hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum; & ipse infinitis se miscuit quæstionibus.

b Et pulchritudine tua] id est, sicut decet te, gratia facit animam esse pulchram, & speciem illuminat. Et ne tantùm voluntate in Deum tendas.

d Prosperè procede] proficiendo, & non retrocedendo vt cancer.

e Et] sic, [regna] hic super te ipsum; in futuro autem in regno cœlorum. Qui enim in Deum non tendit, & proficiendo in virtutibus prosperè non procedit, non rex efficitur; sed seruus peccati. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Intendere pertinet ad vim rationabilem: procedere, ad concupiscibilem: regnare, ad irascibilem. Rationabilis enim dum veritatem inquirit, quid aliud facit, quàm intendit, siue intelligit? Concupiscibilis verò dum bonitatem, siue suauitatem appetit, quid aliud facit, quàm pedibus affectus procedit? Irascibilis autem dum in prauos motus desæuit, quid aliud facit, quàm regnat? Et propter hoc bene sequitur.

f Propter veritatem] quantum ad rationabilem.

g Et mansuetudinem] quantum ad concupiscibilem.

h Et iustitiam] quantum ad irascibilem. Vel sic dico: Rege, in futuro propter veritatem oris, & mansuetudinem cordis, & iustitiam operis, ne mentiamur in confessione, ne tepescamus in contritione, ne defraudemus in satisfactione. Hæc est via trium dierum, de qua dicit Moyses *Exod.* 5. a. Ibimus viam trium dierum in solitudinem. Via est pœnitentia: tres dietæ sunt contritio, confessio, & satisfactio.

i Et] in hac via, [deducet te mirabiliter dextera tua, id est, opera bona, & præcipuè opera misericordiæ. Vnde *Prouerb.* 18. c. Donum hominis dilatat viam eius, & ante Principes spatium ei facit. Bona autem opera dextera vocantur. Sicut dicit Dominus *Matth.* 6. a. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Specialiter autem Prælato dicitur.

c Intende] vigilando super gregem. Vnde Episcopus idem est, quod superintendens. *Act.* 20. f. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, &c. (De Prælatis.)

d Prosperè procede] discurrendo. *Prou.* 6. a. Discurre, festina, suscita amicum tuum.

e Et regna] hostes repellendo à regno tuo, scilicet, ab Ecclesia, quam regere habes.

f Propter veritatem] in docendo.

g Et mansuetudinem, in corripiendo. *h* Et iustitiam] pertinaces puniendo. *n* Sagittæ tuæ acutæ.] Suprà commendauit Christum à potentia, *ibi*. Accingere gladio tuo, &c.] Sed quia gladio non feriuntur nisi iuxta positi, posset quis putare, quòd abbreuiata esset manus Domini, & potentia eius aliquo termino clauderetur. Vnde ad hunc errorem remouendum valet, quod hic potentiam eius exprimit per sagittas, quæ procul positos vulnerant: & per hoc, quòd per hæc duo, sc. per gladium, qui vulnerat de prope: & per sagittam, quæ vulnerat à longè, potentiam Dei designat, eandem potentiam incomprehensibilem esse demonstrat. Dicit ergo. [Sagittæ tuæ.] O Christe, id est, verba tua, quæ vulnerant corda hominum vulnere timoris & amoris. Timoris vt à malo reuocet; Amoris, vt ad bonum prouocet. Vel [Sagittæ tuæ] id est, † verba tua (al. † verbera.) (*Iob* 6. a. Sagittæ Domini, &c. 4. *Reg.* 14. c. Sagitta Domini, sagitta salutis) sunt. *o* Acutæ] quia non solùm ad pruriginem aurium hæc sunt sicut verba Philosophorum; sed habent vitæ æternæ promissionem. Vnde

A acumine suorum

n Sagittæ tuæ acutæ, &c.] Moral. Prædicatori conuenit, eodem modo, quo de Christo exponendo diximus. Nam sagittæ Prædicatrois, sunt verba S. Scripturæ; & sagittarij sunt Prædicatores, & Prælati. De quibus *Esd.* 13. d. Ecce ego suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, neç aurum velint; sed sagittis paruulos interficiant. (Moral.)

 * Talium enim

Psalmus XLIV.

Alleg. A acumine suorum verborum vsque ad cor vulneratus Petrus, dicebat, *Ioan.* 6. g. Domnie, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et Sponsa. *Cant.* 4. c. Vulnerata charitate ego sum. Et bene [acutæ] quia, supple, penetrant vsque.

c In corda inimicorum Regis] id est, tuiipsius, qui es Rex noster. *Hebr.* 4. c. Viuus est sermo Dei, &c. Et ideo. *a* Populi sub, &c. per deiectionem. Vnde *Ioan.* 18. b. Cùm dixisset Iesus ministris Sacerdotum & Pharisæorum, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Vel [Cadent] in bono sensu, id est, tibi subiicient se. Vnde *Act.* 2. f. cùm audissent Iudæi verbum Domini per os Petri, dicitur *ibi*. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad Reliquos Apostolos. Quid faciemus, viri fratres? Et baptizati sunt circiter tria millia. Sic ergo [cadent] humiliando se. *Isa.* 47. a. Descende, sede in puluere. Vel, [Cadent] adorando, secundum illud 1. *Cor.* 14. e. Cadens in faciem adorauit. Postea commendat eum à tranquillitate iudicij, cùm subiungit.

> tæ † *a* populi sub te *b* cadent in † *c* corda inimicorum Regis. *d* Sedes tua, Deus, in *e* sæculum sæculi: *f* virga † directionis *g* virga *h* regni tui. *i* Dilexisti iustitiam, & *k* odisti iniquitatem; *l* propterea vnxit *m* te *n* Deus, *o* Deus tuus † oleo lætitiæ præ *p* consor-

al. † corde.
al. † recta.
al. † exultationis præ participibus.

d Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi] quasi dicat, tu es Iudex in æternum, & cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Item in hoc, quod dicit.

e In sæculum sæculi] commendat ejus iudicium & tranquillitatem ab æternitate. *Hebr.* 1. c. Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi. Et sequitur ibi hic idem versus. Et hoc est contra Paulum Samotanum hæreticum, qui dicit, quòd Christus incepit de Beata Virgine. *Luc.* 1. c. Sedebit in domo Iacob in æternum. Vel [Sedes] Christi, dicitur Beata Virgo, 3. *Reg.* 10. c. Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. Item quælibet anima sancta. *Isa.* *vltim.* a. Cœlum mihi sedes est. Postea commendat eum ab æquitate correctionis, cùm addit.

f Virga directionis.] Et a dignitate regia, subdens.

g Virga regni tui.] Quod sic legendum est. [Virga] id est, gubernatio.

h Regni tui] quod est Ecclesia, est [virga directionis] id est, æqua correctio, quæ distortos dirigit, & directos regit. Vnde *Psalm.* 2. Reges eos in virga ferrea, id est, in correctione inflexibili: & qui noluerint corrigi, tanquam vas figuli confringes eos. Postea commendat eum ab amore iustitiæ, & odio iniquitatis, cùm subiungit.

i Dilexisti iustitiam, &c.] quasi dicat, verè virga directionis, &c. quia [dilexisti iustitiam.] Ecce rectitudo, quia vt dicit *Anselmus* Iustitia est rectitudo voluntatis per se seruata. *Psal.* 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Et quia hoc non sufficit. Sequitur.

k Et odisti iniquitatem] non homines: vitium, non naturam. *Psalm.* 118. Iniquitatem odio habui, & abominatus sum. *Sapient.* 11. d. Diligis omnia, quæ sunt: & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Iniquitas enim nihil est: & Deus iniquitatem non fecit: vsque ad inferos non placebit iniquus.

l Propterea] id est, quia hæc fecisti, vel vt hæc faceres. O *n* Deus] scilicet, fili. *o* Deus] Pater.

m Vnxit te oleo lætitiæ] id est, plenitudine charismatum, ex quibus est lætitia.

p Præ consortibus tuis] id est, Apostolis & aliis Sanctis, qui de plenitudine eius acceperunt ad mensuram; sed ipsi soli dedit Deus Spiritum non ad mensuram, sicut dicitur *Ioan.* 3. d. Christus secundum quod homo dicitur vnctus; secundum quod Deus dicitur vngens. Vnctus etiam dicitur Christus per figuram, id est signatus per lapidem vnctum, quem Iacob erexit in titulum fundens oleum desuper. *Gen.* 28. d. Hic possunt erubescere Iudæi. Nam Deus in vocatiuo casu legitur pro Filio; in nominatiuo vero ponitur pro Patre. Et hoc in Hebraica veritate apertè distinguitur.

● Myrrha & gutta

Moral. * Talium enim Prædicatorum sagittæ acutæ sunt, & possunt vitia interficere; qui aurum non volunt, nec argentum quærunt. Vnde 2. *Reg.* 1. d. dicitur. Sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorsum. Acuta enim sagitta non abit retrorsum; obtusa autem retrorsum abit, quia non infigitur. Ionathas interpretatur columba dans: & significat Prædicatorem bonorum, qui debet esse columba per innocentiam, & dans eloquia verbi Dei, non vendens, sicut quæstuarij & cupidi, quorum sagittæ retrocedunt, quia obtusæ sunt. [Sagittæ acutæ] dico, penetrantes. *c* In corda inimicorum Regis] id est, peccatorum. Ideò.

a Populi sub] eo, id est, qui ei subditi sunt. *d* Cadent] humiliati, sub manu Domini, vt præhabitum est. Et nota proprietates sagittæ his versibus.

Lignea, recta, vigens, gracilis, capitata, rotunda.
Ferro, barbato, lato, pennata, secante. *Versus.*
Arcu iacta rotat, volat eminus, & pharetratur.

Hæ proprietates competunt verbo Dei. Dicitur enim ligneum, secundum illud *Prou.* 15. a. Lingua placabilis lignum vitæ. Item est rectum, secundum illud *Prou.* 8. a. Iusti sunt omnes sermones mei, & recti intelligentibus. Item riget. *Eccl.* 15. a. Firmabitur in illo, & non flectetur. Item gracile est per humilitatem. *Exod.* 6. c. secundum aliam litteram. Gracilis vocis ego sum. *Iob* 4. c. Suscepit auris mea venas susurrij eius. Item est capitatum, non nimis prolixum. *Eccl.* 32. b. Habeat caput responsum tuum. Item rotatum. *Psalm.* 76. Vox tonitrui tui in rota. Item verbum Dei habet ferrum. Oportet ènim quandoque durè loqui, scilicet, contra obstinatos. 2. *Reg.* 23. a. Si quis voluerit eas tangere, armabitur ferro. Item est barbatum, id est, habet duos vncos, quibus attrahit, videlicet, promissionis, & comminationis. Quod significatum est *Matth.* 17. d. Mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & inuenies staterem in ore eius. Libenter capit Dominus piscem, qui habet staterem in ore, i. diuitem. Item latum est. *Psal.* 118. Latum mandatum tuum nimis. Item est pennatum. *Malach.* 4. a. Sanitas in pennis eius. Item secans est. *Hebr.* 4. c. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omnigladio ancipiti. Item verbum Dei proiicitur ab arcu, id est, à Sacra Scriptura, & non ab inuentione propria, vel prophetia. 4. *Reg.* 13. c. Affer arcum & sagittas. Et cùm attulisset, & manum posuisset, superposuit Elisæus manus suas. Nisi enim verus Elisæus, id est, Christus superponat manus suas, inutilis est prædicatio & etiam operatio nostra. Item verbum Dei rotat. Quod significatur *Exod.* 25. d. & 37. c. Sphærulæque simul & lilia. Item volat, *Psalm.* 17. Volauit super pennas ventorum. 2. *Thessal.* 3. a. Sermo Dei currat, & clarificetur. Item volat eminùs, *Isa.* 57. d. Pacem his, qui propè; & pacem his, qui longè. Item pharetratur. *Isa.* 49. a. In pharetra sua abscondit me. Et verbum Dei abscondendum est porcis & canibus. *Matth.* 7. a. Nolite sanctum dare canibus, & nolite spargere Margaritas vestras ante porcos. His ergo sagittis vulnerantur corda inimicorum Regis, id est, malorum hominum: & fugantur lupi, id est, Dæmones: & capitur venatio Domini, *Gen.* 27. a. Affer mihi de venatione tua, vt comedam. Sed ne Prædicator tantum intendat venationi, quòd nunquam redeat ad locum suum, ideò vt post actionem redeat ad contemplationem, dicitur ei, quod sequitur.

d Sedes tua est Deus] id est, in quo debes post laborem, immò in ipso labore quiescere. *Io.* 16. g. In me pacê habeatis; in mundo pressuras habebitis. Et non ad tempus, sed.

e In sæculum sæculi] id est, in hoc sæculo per contemplationem iugiter; & in futuro per fruitionem æternaliter. *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, id est, Deum. *Aug.* Inquietum est cor nostrum, Domine, donec perueniat in te. Et qui sic in Deo quiescit, & per hoc in se tranquillus est, de facili potest alios corrigere. Vnde bene sequitur.

f Virga directionis, &c.] id est, virga, siue potentia, qua alios debes regere, alios dirigit & custodit. Et ideò bene dicit *Isa.* 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, id est, correctio de corde incenso in contemplatione summæ bonitatis, & tunc flos de radice eius ascendet, id est, principium bonæ operationis, id est, bona voluntas & bonum propositum, quod concipit ille, qui ex charitate corripitur: & vt flos ad fructum proficiat, requiescet super eum Spiritus Domini, &c. Et quomodo facienda est correctio, subiungit, dicens.

i Dilexisti iustitiam & odisti, &c.] quasi dicat, ideò dirigis, quia ex amore iustitiæ & odio vitiorum, non hominum corripis. Hoc est, quod dicit *August.* quòd correctio diligenter & misericorditer obseruetur, cum dilectione hominum & odio vitiorum. *Sap.* 1. a. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. *l* Propterea] quia dilexisti, &c.

m Vnxit te Deus, Deus tuus oleo, &c.] id est, propter hoc dedit tibi Deus gratiam, vt de tua correctione lætarentur.

* Sicut enim

Mystice. ⊕ *a* Myrrha & gutta.] Hic incipit laudare Sponsum ab vxore & ornatu nuptiali. Et primò ab ornatu. Myrrha, est species vnguenti miræ amaritudinis, quo vngebantur corpora mortuorum contra vermes & putredinem. Ergo per myrrham significatur mortificatio carnis, quæ valet contra concupiscentias, quæ more vermium de carne scaturiunt, & contra omnem putredinem vitiorum.

tibus tuis. *a* Myrrha & *b* gutta & *c* casia à *d* vestimentis tuis, † & à *e* domibus eburneis; *f* ex quibus *g* delectauerunt te filiæ *h* Regum in *i* honore tuo. *k* Astitit *l* Regina à *m* dextris tuis

al. non habet † &

Gutta, nomen est generale, & ponitur hic pro amoma, quæ est genus vnguenti, quod humiliat & desiccat inflaturas & tumores. Vnde per guttam hic intelligitur humilitas, quæ superbiæ tumorem annihilat. Casia, vel cassia fistula redolet, & tendit in altum, & crescit in locis aquosis. Per quam fides designatur, quæ cœlum penetrat, & in aquis Baptismi crescit. Item casia valet contra fœtorem dentium: sic fides contra fœtentia verba hæreticorum. Vestimenta sunt Ecclesia, i. fideles, qui sunt in Ecclesia. Vnde *Isa.* 49. c. Omnibus his velut ornamento vestieris. Domus etiam Christi, dicitur Ecclesia. Vnde 1. *Cor.* 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Et dicitur Ecclesia domus eburnea: quia per ebur frigidum, intelligitur castitas Sanctorum. Et quia sicut ebur primò obscurum est, sed limis & serris & scopulis lucidum fit, postea celatur & sculpitur: sic Sancti per tribulationes fiunt puriores, & varietate virtutum quasi insculpuntur. Est ergo sensus verborum, quæ dicuntur hic, quòd per exempla Sanctorum, habent minores Ecclesiæ carnis mortificationem, humilitatem & fidem. Et hoc est.

Aliter de Christo. *a* Myrrha] id est, mortificatio carnis.

b Et gutta] id est, humilitas.

c Et casia] id est, fides, spiratur aliis.

d A vestimentis tuis] id est, ab Ecclesia, vel à Sanctis, qui sunt in Ecclesia.

e Et] id est, à domibus eburneis. Vel aliter, vt per vestimentum intelligatur corpus Christi, quo quasi in vestimento latuit Diuinitas. A corpore Christi.

a Myrrha] defluxit, cùm amaritudinem mortis pro redemptione humani generis sustinuit.

b Gutta] quando contra tumorem superbiæ, exemplum nobis humilitatis reliquit: vel quando miraculo inflatos sanauit, & alios dolores curauit.

c Casia] cùm in cœlum ascendit, quò per fidem & operationem bonam eum sequi debemus. Vel à corpore Christi casia produt, i. redemptio per aquam Baptismi. Vel de B. Virgine.

Aliter de B. Virg. *a* Myrrha] contra carnis concupiscentiam.

b Gutta] contra superbiam.

c Casia] contra auaritiam. Hæc spirant.

d A vestimentis tuis,] id est, à virtutibus & operibus tuis, ô B. Virgo. *Cant.* 4. c. Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris.

e A domibus eburneis] i. à pudore tuæ castitatis, quæ fuit exemplar omnibus virginibus continendi.

f Ex quibus] id est, propter quæ odoramenta.

g Delectauerunt te] id est, dulcem, & delectabilem habuerunt.

h Filiæ Regum,] id est, aliæ virgines.

i In honore tuo.] De quo *Eccl.* 24. c. Flores mei fructus honoris & honestatis. Sequitur. *f* Ex quibus] odoramentis virtutum.

h Filiæ Regum] ad literam, vt B. Catharina & aliæ.

g Delectauerunt te] id est, delectabilem habuerunt.

i In honore tuo] i. ad honorem tuum operantes, non curantes honorem patrum. Vel, Reges dicit Apostolos, qui se & alios regebant in virtutibus. Horum filiæ sunt illi, quos Christo genuerunt; qui filiæ dicuntur in fœminino, quia fœcundi fuerunt in bonis operibus. Filiæ, dico, eorum. In honore tuo, non in suo; quia totum honorem attribuebant Apostoli Christo, non sibi. Vnde dicebantur Christiani à Christo, non Petrini à Petro.

Est odor
- Bonorum operum. *Cant.* 4. c. Odor vestimentorum tuorum, &c.
- Bonæ famæ. *Cant.* 1. a. Curremus in odorem vnguentorum tuorum.
- Orationum bonarum. *Apoc.* 5. c. Habentes phialas plenas odoramentorum, &c.
- Virtutum, vt hic, & 2. *Cor.* 2. d. Christi bonus odor sumus.
- Boni consilij. *Prou.* 27. b. Vnguento & variis odoribus, &c.
- Præmij æterni. *Gen.* 27. d. Ecce odor filij mei, &c.

Postea commendat eum à sponsa. Vnde sequitur.

k Astitit Regina.] Astitit erecta per spem, non curua per timorem. Item, Astitit, prompta ad seruiendum. Assistere enim est seruientium.

l Regina] Ecclesia Sponsa.

m A dextris tuis] in potioribus bonis æternis, iam in spe, sed non adhuc in re. *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Congregatio diuitum terrena diligentium stat à sinistris, quia in sinistra eius diuitiæ & gloria. *Prouerbior.* 3. b. Et ideò non est Regina, sed ancilla, quæ cum filio suo eiicietur, quando hœdis, qui erunt à sinistris, dicetur. Ite, maledicti, in ignem æternum. *32. q. 5. c. si Paulus.*

⊕ Sed Regina, *Moral.*

* Sicut enim qui vnctus est, si alios tangit, vngit eos: ita qui gratiam Dei habet abundanter, quando alios amplectens corripit, lenit, & vngit eos. Vnde dicit *Beatus Bernardus.* Nimirum si vngeris, qui vnctum amplecteris. Sequitur.

a Myrrha & gutta, &c.] Hoc competit Prædicatoribus & omnibus Religiosis, & Monialibus. Et est moralitas, secundum, quod prius dictum est, vt carnis mortificatio, quæ per myrrham: & humilitas, quæ per guttam: & fides, quæ per casiam designatur, effluant de vestimentis suis, vt ad litteram talia habeant vestimenta, quæ per asperitatem carnem mortificent: per incompositionem, humilitatem prouocent: per paupertatem & vilitatem fidem ostendant. Qui enim in pretiositate vestium ostendit diuitias, non ostendit se fidem habere. Quia sicut dicit *Ieron.* non habet veram fidem de Deo, qui cupit in his miseris locupletari. Et quòd sic debeant vestiri Prædicatores & Religiosi, exemplum & formam habent à B. Ioanne Baptista, de quo dicitur *Matth.* 3. a. Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ. Et postea addit. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius. In hoc, quod dicit, prædicans, tangit Prædicatores. Per desertum autem religio, siue religiosi notantur. Quibus vtrisque nomen Ioannis necessarium est, vt in ipsis sit gratia Dei. In pilis camelorum, notantur simul paupertas & asperitas vestimenti. In zona pellicea, incompositio, siue humilitas habetur. Et quia ista non tantùm in habitu exteriori, sed in corde interiùs debent esse, & ab illo ad exteriorem habitum procedere. Ideò benè sequitur.

e A domibus eburneis,] id est, à cordibus mundis & castis. Corda enim bonorum Dei domus & habitatio sunt, vt præhabitum est. Sed terribile est, quod dicit *Amos* 3. d. Peribunt domus eburneæ. Et hoc hodie in multis impletur, qui vel corporalem, vel spiritualem castitatem non tenentes, Deum à se & à sua mente excludunt, secundum quod dicitur *Tob.* 6. d. Ostendam tibi, qui sunt, quibus potest præualere Dæmonium. In eos, qui coniugia ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mente excludant: & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et sic myrrha & gutta, &c. non procedunt à domibus eburneis, quia illi, qui fornicationi vacant, mollitiem & compositionem, & pretiositatem vestium, quantum possunt, quærunt. Et de eis, quæ quærunt, satis præsumendum est, quòd incontinentes sint. Vnde *Ecclesiastic.* 19. d. Amictus corporis & risus dentium & gressus hominis enunciant de illo. Qui autem spiritualiter fornicationi per appetitum laudis, & ambitionem honoris se prostituunt, interdum myrrham & guttam & casiam prætendunt; sed non veræ sunt species, imò falsæ & adulterinæ: nec à domibus eburneis spirant, vel exeunt, licet fortè à vestimentis procedant, quia licet exteriùs veniant in vestimentis ouium, intrinsecùs tamen sunt lupi rapaces. *Matth.* 7. c. Et illæ falsæ species spiritualibus hominibus non placent, sed tantum veræ, quæ à vestimentis, & à domibus eburneis procedunt. Vnde de eis sequitur.

f Ex quibus] scilicet, myrrha & gutta & casia.

h Filiæ Regum] id est, sanctæ animæ imitatrices Sanctorum, qui se & alios benè rexerunt.

g Delectauerunt te] id est, delectabilem habuerunt.

i In honore tuo] id est, in seruitio Domini, cui seruire regnare est, vt dicit *Boëtius.* Et *Eccl.* 23. d. Gloria magna est sequi Dominum. Et quantus honor sit, subiungit.

k Astitit Regina,] id est, B. Virgo. Astitit, tibi ad adiuuandum: Vnde benè subdit.

m A dextris tuis] i. e. vt tibi prospera & salubria impetret.

 * vnde dicitur

Mysticè. ✠ *a* Sed Regina introducetur in thalamum,& ad regnum, quando his, qui à dextris erunt, dicetur: Venite benedicti Patris mei, &c. *Matth.*25.c. Astitit,dico: nõn nuda, sed:

a In vestitu,] id est,in connexu,& ornatu virtutum.

in *a* vestitu *b* deaurato: † *c* circundata varietate.*d* Audi, *e* filia, & *f* vide; & *g* inclina *h* aurem tuam, & *i* obliuiscere populum tuum, & *k* domum patris tui. † Et *l* concupiscet Rex † *m* decorem tuum:

al.† circumamicta.
al.† Quoniã concupiuit.
al.† speciem tuam.

b Deaurato,] id est, per sapientiam, quæ est æternorum contemplatio,& prægustatio,decorato. Per aurum enim intelligitur illa præcipua Sapientia, qua sapiunt nobis æterna. Sed quia non integrè possumus hic habere illam Sapientiam, benè dicit: deaurato, non aureo. Vel per vestitum intelliguntur opera, sine quibus homo nudus est. *Apoc.*16. c. Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua,ne nudus ambulet. Per aurum intelligitur charitas, quæ est optima inter virtutes, sicut aurum inter metalla. Vestitus ergo deauratus, sunt opera in charitate facta, quæ ornant Ecclesiam, vt assistat Sponso.

Multiplex varietas in Ecclesia. *c* Circundata varietate] multiplici. Multiplex enim varietas est in Ecclesia,scil.varietas linguarum. Vnde *Act.*2.a.Loquebantur variis linguis Apostoli. Varietas bonarum consuetudinum. Vnde: Nil officit in Ecclesia in eadem fide consuetudo diuersa. Item varietas operum. Vnde *Marc.*13.d. Dedit seruis suis potestatem cuiusque operis. Item varietas præmiorum, quæ in Ecclesia triumphante sunt in re; in militante autem sunt in spe. *Ioan.*14 a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Item varietas virtutum.1.*Cor.*15.f.Stella differt à stella in claritate. Item varietas personarum diuersarum facierum.*Eph.*4.c. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas,alios autem Euangelistas,alios autem Pastores,& Doctores,&c.Et hæc omnia pertinent ad laudem, & decorem Sponsæ.

Moral. * Vnde dicitur Aduocata nostra. Propter quod dicit *B. Bern.*Securum habes,ò homo,accessum ad Deum. Habes filium ante Patrem, ante Filium Matrem. Filius ostendit Patri latus,& vulnera. Mater ostendit Filio pectus,& vbera. Nulla potest esse repulsa, vbi tot occurrunt charitatis insignia.

Mysticè. *a* In vestitu deaurato,] id est, in stola animæ: Et vt quidam piè credunt,in stola corporis.

c Circundata varietate] gratiarum,quas sibi seruientibus impetrat,& largitur.

d Audi filia.] Tertia pars, vbi agitur de laude Sponsæ. Et laudat eam à decore,à gloria,à comitatu, à fœcunditate. Volens autem eam à decore laudare, priùs inuitat eam ad fidem, quæ pulchritudinem inducit. Sicut dicitur *Act.*15.b. Fide purificans corda eorum. Sed quia vt dicit Apostolus *Rom.*10.c. Fides ex auditu: Ideò ab auditu incipit,& dicit: Audi, filia. Propheta hic se connumerat Regibus, quos suprà Patres dixit,*ibi*: Filiæ Regum. Et tanquam vnus ex ipsis,vocat hic Sponsam filiam,quasi sua prædicatione Deo genitam. [Audi,filia] Euangelium.

*1.Cor.*13.*d.* *f* Et vide] Deum per fidem, non adhuc facie ad faciem, sed per speculum & in ænigmate. Vel [Audi] prophetias, quæ Christum incarnandum prædixerunt,[& vide] quia in Christo nato, & passo impletæ sunt. Sed quia multi Iudæi audierunt verba prædicationis Christi, & viderunt mirabilia,quæ fecit, qui tamen non crediderunt: Ideò sequitur.

g Et inclina aurem tuam,] i.humiliter audi,non vt reprehendas,sed vt te corrigas. *Matth.*11.d. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, qui sc.inclinant per humilitatem aures suas. Sed quia populus Iudæorum aures habebat asininas, scil.erectas,& graues, sicut dicitur *Zach.*7.c.Aures suas aggrauauerunt,ne audirent. Et in *Psal.*80. Et non audiuit populus meus vocem meam: Ideò benè sequitur.

i Et obliuiscere populum tuum] i. ritum Iudæorum, & Gentium, scil.cæremonias,& idololatriam.

k Et domum patris tui,] id est,cohabitationem, & consortium peccatorum, quæ sunt domus patris tui antiqui, scilicet,Diaboli,cuius fuisti filia,antequam facta esses per fidem filia Dei.*Ioan.*8.f.Vos ex patre Diabolo estis.*Ioan.*1.a.Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et si hæc feceris,decora eris coram Sponso tuo.

l Et concupiscet Rex] Christus Sponsus.

m Decorem tuum] id est, te decoram.*Cant.*2.d.Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Et hoc non est modicum.

✠ quoniam ipse,

Moral. * Audi, filia, &c.] Moraliter potest exponi satis eodem modo,vt quod Ecclesiæ dictum est,etiam fideli animæ dicatur.

d Audi,filia,] Dei verbum. *Luc.*11.f. Beati, qui audiunt verbum Dei,&c.

f Et vide] exempla Sanctorum. *Hebr.*13.b. Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Et sic verbis admonita,& exemplis instructa.

g Inclina aurem tuam] vt humiliter obedias diuinæ voluntati: Et quia amor mundi,& parentum retrahunt à seruitio Dei; Sequitur.

i Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.] *Greg.* Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed si cursum nostrum præpedit, ignorare. Vel propriè potest esse sermo de sanctimonialibus,quibus multa competunt,quæ notantur in hoc versu. *Aliter de Sanctimonialibus.*

d Audi] ecce obedientia.

e Filia] ecce charitas,quia filiæ est diligere.

f Et vide] per circunspectionem: ecce prudentia.

g Et inclina] ecce humilitas.

h Aurem tuam] ad audiendum lectionem & sermonem, non os tuum ad multiloquium: in quo notatur taciturnitas,tardus autem ad loquendum: multò fortius mulieres, quas non permittit Apostolus loqui in Ecclesia: & inter mulieres præcipuè Moniales, quibus de ordine silentium imponitur.

i Et obliuiscere populum tuum] ecce contemptum mundi. *Iacob.*1.*c.* *1.Cor.*14.*g.*

k Et domum patris tui] ecce abominatio parentum. Item dicitur cuilibet animæ.

d Audi horas Ecclesiasticas. *Iacob.*1.c. Sit omnis homo velox ad audiendum. [Audi] sermones. *Eccles.*8.b. Non te prætereat narratio seniorum. Item [Audi] preces pauperis. *Prouerb.*21.b. Qui obturat aurem ad preces pauperis. Item [Audi] præcepta Prælatorum. *Hebr.vlt.*c. Obedite Præpositis vestris. Item [Audi] Dei inspirationes. *Psalm.*84. Audiam, quid loquatur in me Dominus. Item [Audi] sacram lectionem. *Prouerb.*18.b. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem,oratio eius fiet execrabilis. *Aliter de qualibet anima.*

f Et vide] libros.1.*Tim.*4.d.Attende lectioni.[Vel Vide] Crucem in Ecclesia in memoriam Crucifixi. *Threnor.*1.d. O vos omnes, qui transitis, &c. *Eccles.*29.c. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, dedit enim pro te animam suam. Vel [Vide] exempla Sanctorum. *Hebr.vlt.*b.Quorum imitantes exempla conuersationis, imitamini fidem. Vel [Vide] conscientiam tuam. *Ierem.*2.e. Vide vias tuas in conualle: scito,quid feceris. Item [Vide] iudicium futurum.*Dan.*7.c.Aspiciebam,donec throni positi sunt.

g Et inclina aurem tuam] ad pauperem.*Eccl.*4.a. Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam.

i Et obliuiscere populum tuum.] Cor hominis est quasi ciuitas plena populo cogitationum.*Thren.*1.a.Quomodo sedet sola ciuitas plena populo?

k Et domum patris tui] id est,mundum. *Gen.*12.a. Egredere de terra tua.

l Et concupiscet Rex decorem tuum, vt dictum est. Vel de B.Virgine sic:

d Audi,filia] ô B.Virgo:[Audi] Gabrielis salutationem. *Aliter de B. Virgine.*

f Et vide] Prophetarum Scripturam:& † confer, quia in te completur. *al.*† conside.

g Et inclina aurem tuam] vt per obedientiam concipias filium Dei. Dicitur enim,quòd per aurem concepit.

i Et obliuiscere populum tuum,] id est, non cures blasphemias Iudæorum.

k Et domum patris tui.] Ad literam, vbi texitur genealogia eius. *Matth.*1.non nominatur pater eius. Vel [populum] carnalium desideriorum [& domum patris tui] id est,Moysi,scil.cæremonias legis.

l Et concupiscet Rex decorem tuum] id est, Christus. *Cant.*1.d.Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Benè dicitur hoc, postquam dixit: [Obliuiscere populum tuum, &c.] etiam cuilibet: quasi dicat,si viuis,vt peregrinus,diligeris à Domino. *Deut.*10.d. Deus amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum. *Cant.*1.b. Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauerit me Sol, quasi dicat, peregrina sum, & ideò Sole vsta. *Num.*12.a. Moyses duxit Æthiopissam Et ideò debes obliuisci populum tuum propter eum.

* Quoniam.

Mystice. ☉ *a* Quoniam ipse] non prior pater tuus. *b* Est Dominus] non terrenus, sed *c* Deus tuus. Deus, per creationem: Tuus, per recreationem. Nec solum, tuus, sed omnium: Vnde sequitur.

d Et adorabunt eum] omnia, *Philip.* 2. b. Vt in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. Vel sic:

a quoniam ipse *b* est Dominus *c* Deus tuus, & *d* adorabunt eum. Et *e* filiæ Tyri in *f* muneribus, *g* vultum tuum *h* deprecabuntur, *i* omnes diuites plebis. Omnis *k* gloria eius filiæ *l* Regis † *m* ab intus, in fimbriis *n* aureis, *o* circumamicta † *p* varietatibus. *q* Adducentur Regi virgines *r* post eam: *s* proximæ eius *t* afferentur tibi.

Verè, Deus tuus; vnde, adorabunt eum, in te, ô Ecclesia, omnes populi, de quibus facta es. Probatio. Quia. *e* Et,] id est, etiam, filiæ Tyri, id est, Gentes, de quibus minus videbatur, quæ adorabant idola, supple adorabunt eum, vel venient ad eum. *f* In muneribus,] id est, seipsos offerentes in obsequium Iesu Christi. *Rom.* 12. a. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Per Tyrum autem, quæ est ciuitas Gentium, inter Iudæos sita, intelliguntur Gentes, à parte totum: Et quod præcipuè ad decus, & honorem Ecclesiæ cedit, quantacunque munera Domino offerant, non acceptantur a Domino, nisi in fide & moribus Ecclesiæ officiantur. Vnde benè sequitur. *g* Vultum tuum] ô Ecclesia. *h* Deprecabuntur] vt habeant illum. *i* Omnes diuites plebis,] id est, habentes diuitias spirituales, vel etiam boni habentes diuitias temporales, qui faciunt illud, quod *in Psal.* 61. dicitur: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et ideò, deprecabuntur, id est, requirent, vultum Ecclesiæ, quia si in alia effigie offerant Domino, quàm in vultu Ecclesiæ, id est, si in se mores, & fidem Ecclesiæ non ostendant, dicet eis Dominus: Nescio vos, sicut fatuis virginibus. *Matth.* 25. a. Et eis, qui fecerunt miracula. *Matth.* 7. c. Commendata Sponsa a decore, commendat eam consequenter à gloria: Vnde sequitur. *k* Omnis gloria eius] videlicet. *l* Filiæ Regis,] id est, Ecclesiæ, quæ est & filia, & Sponsa Regis Christi, est. *m* Ab intùs] id est, interiùs, q.d. licet decora sit exteriùs, secundùm quod laudaui eam à decore; tamen non vanè extrà gloriatur de pulchritudine sua; sed omnis gloria eius ab intùs. Et notandum, quòd priùs loquebatur ad Sponsam in secunda persona; hic autem ad alios conuertens sermonem, loqui incipit de illa in tertia persona. Quod tamen absurdum nôn est, quia cùm eam ita laudabat, loquens ei in secunda persona, posset ei aliquis æmulus dicere: Quare adularis ei? Quare excitas eam ad inanem gloriam? Cui obiectioni respondet: Non ex hoc inaniter gloriabitur: quia, omnis gloria eius ab intùs, i. in pura conscientia. Vnde 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et 1. *Cor.* 4. a. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, an ab humano die: Et adhuc posset æmulus dicere: Quid mirum, si omnis gloria eius ab intùs: quia nihil habet exteriùs, vnde posset gloriari? Vnde ad hoc respondet subiungens. *n* In fimbriis aureis.] Filiæ, dico, existentis, in fimbriis aureis, i. habentis fimbrias aureas, i. doctrinam sanam, & bona opera. Per fimbrias enim intelligitur doctrina, illa ratione: quia in fimbriis tunicæ hyacinthinæ Aaron pendebant tintinnabula aurea, vt audiretur sonus eius, quando ingrediebatur, & egrediebatur tabernaculum. *Exod.* 28. f. Aureis, dicit, quia doctrina Ecclesiastica est de cœlesti sapientia. Item quia fimbriæ sunt partes extremæ vestimentorum, per fimbrias intelliguntur opera, quæ perseuerantia ducunt ad finem. Aureis autem, vocat charitatem, in qua fiunt opera Ecclesiæ. Vel, in fimbriis aureis, id est, hominibus, qui circa finem mundi tempore Antichristi aurei erunt, prædicatione Eliæ & Enoch sustinentes impetus, & malleos persecutionum: Et ideò dicit, aureis, non deauratis, vt suprà, in vestitu deaurato. Nec solum in fimbriis habet Sponsa, vnde possit gloriari, sed ex omni parte. Vnde addit. *o* Circumamicta] est ipsa Regina. *p* Varietatibus] multarum virtutum & operum, & bonorum virorum. Sequitur laus Sponsæ à comitatu. *q* Adducentur Regi virgines, &c.] Quia Regina oblita populum suum, & domum patris sui, prima venit ad Regem, in quo, & à quo tantam gloriam habet. *r* Post eam,] virgines, ad litteram, vel habentes mentes pudicas, adducentur, leui & opportuna prædicatione, & gratia Dei, non propria virtute. *Ierem.* 30. d. Applicabo eum, & accedet ad me. Hic notatur gratia, & liberum arbitrium. *Cant.* 1. a. Trahe me post te. Et possent hic dubitare illi, qui non sunt virgines, ne ad eum accedere possent, ad quem solæ virgines adducuntur, nisi subiungeret, Proximæ eius] scilicet, castæ & viduæ, quæ sunt in gradu secundo: Vnde etsi non sint virgines, tamen affines & proximæ sunt Reginæ. Istæ ergo & alij infirmi.

al. † *intrinsecus.*

al. † *varietate.*

Hebr. 11. *a. Sine fide impossibile est placere Deo.*

t Afferentur tibi] ô Rex benigne, qui vis & sitis salutem omnium. Et nota, quòd qui adducitur per proprios pedes, cum adminiculo ambulat; qui autem affertur, non sic; sed penitùs indiget aliquo vehiculo. Benè ergo virgines dicuntur adduci, eo quòd habeant pedes integros & sanos, id est, affectus incorruptos: Viduæ autem & continentes afferri dicuntur, eo quòd habent pedes morbidos, id est, affectus fractos. Hoc etiam tangit Prælatos, qui suas oues debent afferre. Et hoc præceptum est *Num.* 11. c. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulos. Angeli etiam sunt nostri portatores. *Luc.* 16. f. Lazarus portabatur ab Angelis in sinu Abrahæ. *Exod.* 19. a. Portaui vos super alas Aquilarum, id est, Angelorum. Quomodo autem afferentur, subiungit.

☉ Afferentur in

Moral. ✱ *a* Quoniam ipse est Dominus Deus tuus.] Dominus, apparebit in iudicio: quia cognoscetur Dominus iudicia faciens. Deus, apparuit in creatione. Tuus, in recreatione. Non est ergo magnum, si tu obliuiscaris & dimittas populum tuum, & domum patris tui, vt te totum eius seruitio submittas: quia ipse dimisit cœlum, & se totum dedit, vt tibi seruiret. Vnde *Ierem.* 12. b. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Et ideò: Quoniam ipse Dominus Deus tuus, & adorabunt eum omnes fideles. Vnde *Psalm.* 94. Venite adoremus, &c. quia ipse est Dominus Deus noster. Qui autem sint, qui adorent eum, subiungit. *e* Et filiæ Tyri.] Tyrus interpretatur angustia, vel tribulatio. Et tales, qui in tribulatione angustiantur, Dominum adorant. *Osea* 6. a. In tribulatione sua mane consurgent ad me. *Psalm.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Nec solùm tales, sed & *g* Vultum tuum, Domine, deprecabuntur omnes diuites plebis. Diuites meritis, non rebus: Plebis, humilitate. Hæc duo genera hominum Deum adorant, & deprecantur. Primi, ex compunctione. Secundi, ex deuotione. Et inter hæc duo genera interponitur in litera.

Psalm. 94.

f In muneribus] quod diasyrmicum est, quia cum præcedente, & cum sequente legitur: quia tam isti, quàm illi debent, in muneribus, adorare, secundum illud: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Hoc habetur *Exod.* 23. b. & *Deut.* 16. d. *Eccl.* 35. a. In muneribus, quæ obtulerunt Magi Domino. *Matth.* 2. b. Vt offerant aurum, id est, contemptum temporalium. Qui enim dat aurum, & contemnit propter Deum, constat, quòd alia temporalia non diligit. Thus, deuotæ orationis. Myrrham mortificationis: Quæ tria referuntur ad triplex votum Religionis. *k* Omnis gloria eius, sc. fidelis animæ, & religiosæ. *l* Filiæ Regis] per adoptionem, & imitationem, & amorem. *m* Ab intùs] id est in Deo, & à Deo, quem intùs in conscientia habet. *Ierem.* 9. g. Non glorietur sapiens in sapientia sua: & non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur, scire & nosse me. 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Isa.* 24. c. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et gloria eius est. *n* In fimbriis aureis.] Per fimbriam, quæ est finis vestis, significatur finis vitæ hominis. *Matth.* 9. b. Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero, id est, si in fine vitæ similis ei inuenta fuero. Tunc enim erit fimbria aurea. Non ex capitio aureo, id est, non ex initio bonæ vitæ gloriandum est; sed potiùs semper timendum est. Et debet homo se accusare, & iudicare, vsquequo perueniat ad fimbriam, & cùm inuenerit eam esse auream, tunc gloriabitur in æternum, secundùm illud *Prou.* 20. c. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cùm recessent, tunc gloriabitur. Hæc enim vita est tempus nundinarum, vbi emimus nobis necessaria ad futuram vitam: Et cùm recesserimus ex hac vita cum operibus aureis, gloriabimur, & non antè. Quod bene notatur in serie huius versus, cùm dicitur: Omnis gloria eius filiæ Regis ab intùs in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus] quasi dicat, licet amicta sit varietatibus virtutum, & donorum: non tamen in his gloriatur: sed in fimbriis aureis, id est, in operibus finaliter bonis. *Num.* 15. d. Dic filiis Israel, vt faciant sibi fimbrias. *q* Adducentur Regi Virgines, post eam, proximæ eius afferentur tibi.] Hic innuitur vita actiuorum, & vita contemplatiuorum. Quæ adducuntur pedes habent in terra: quæ verò afferuntur, eleuantur à terra. Virgines ergo, quæ adducuntur, actiui sunt, qui in terrenis actibus implicantur; ita

✱ tamen

Mysticè. ⊖ a Afferentur in lætitia,] cordis. b Et exultatione,] corporis. Vel, In lætitia, quantum ad eos, qui afferentur: Et exultatione, quantum ad Prælatos, qui afferunt eos. Et quò adducentur & afferentur? In domum Regis. Vnde sequitur.

68. dist. c. quorum vices. c Adducentur in templum Regis,] cœlestem, videlicet, Ierusalem, vel præsentem Ecclesiam. Sequitur laus Sponsæ à fœcunditate. d Pro Patribus tuis] O Ecclesia, id est, pro Patriarchis, & Prophetis. Vel, pro patribus tuis, carnalibus, carnalem ritum seruantibus, & idola colentibus.

a Afferentur in lætitia, & b exultatione: c adducentur in templum Regis. d Pro Patribus tuis e nati sunt tibi f filij: g constitues eos Principes h super omnem terram. † i Memores erunt nominis tui, † Domine, in k omni generatione & † generationem. l Propterea populi m confitebuntur tibi in n æternum, & in o sæculum sæculi.

al. † memor ero.
al. non habet † Domine.

e Nati sunt tibi] spirituali regeneratione. f Filij] Apostoli, & Prædicatores alij, & conuersi per eorum prædicationem, quos Ecclesia genuit, & multos ex his in sede Patrum spiritualium constituit. Vnde sequitur. g Constitues eos Principes] non in vno tantùm loco, sed:

h Super omnem terram. *Eccl.* 30. a. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se: Et ipsi quid facient?

i Memores erunt nominis tui, Domine] id est, nomen tuum prædicantes, ipsum in memoria habentes, etiam aliis in memoriam adducent. *Sap.* 8. c. Facies Principum mirabuntur me. *Eccl.* 49. a. Memoria Iosiæ in compositione odoris.

k In omni generatione & generationem] id est, semper: Vel, In generatione Iudæorum: Et generatione Gentium, quia vtrique populo prædicauerunt Apostoli.

l Propterea] id est, quia ita nomen tuum prædicantes memorabunt.

m Populi confitebuntur tibi] confessione peccatorum.

n In æternum,] id est, quamdiu durabit præsens status Ecclesiæ.

o Et in sæculum sæculi,] id est, in futuro, Confitebuntur tibi, confessione laudis. *Psalm.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.

Moral. * tamen vt incorrupti remaneant, & mentem suam non prostituant per malam intentionem; sed virgines sint per puritatem mentis, qua soli Deo placere intendunt. Proximæ verò, quæ afferuntur, sunt contemplatiui, qui à terrenis actibus & curis eleuati, Deo fiunt proximi in contemplando, & in eum delectando. Hos vtrosque debent afferre Prælati. *Isa.* 49. f. Afferent filios suos in vlnis, filias suas super humeros suos portabunt. *Exod.* 19. a. Portaui vos super alas Aquilarum, id est, Prælatorum. Hæc nobis signata sunt in Maria, & Martha. *Luc.* 10. g. vbi dicitur, quòd Maria sedebat secus pedes Domini, Martha autem satagebat circa frequens ministerium. *Gregor.* Illa actiuè seruiebat per externis ministerium, altera contemplatiuè per suspensionem cordis in verbum. Et quia est ibi delectatio, adiungit.

a Afferentur in lætitia & exultatione.] Per hoc autem, quod dicit, in lætitia, ablatiuè, significatur quies contemplatiuorum. Per hoc, quod addit.

c Adducentur in templum Regis,] & ponit, in templum, in accusatiuo, significatur motus actiuorum. Tunc adducitur anima in templum Regis, quando egrediens de corpore, adducitur in cœlum, quod terminus est motus Iustorum. De quo templo *in Psal.* 28. In templo eius omnes dicent gloriam. *Isa.* 56. c. Adducam eos in templum sanctum meum, & lætificabo eos. d Pro patribus tuis nati sunt tibi filij] Suprà expositum est in bono de Ecclesia; nunc autem in malo sensu possumus ei dicere: Pro Patribus, id est, pro viris venerabilibus, qui antè erant in Ecclesia præbendati & plantati, quando mortui sunt. e Nati sunt tibi filij.] id est, paruuli & fatui, ad literam, qui stercorant lectum suum, & gremium Ecclesiæ, & in suis fæcibus dormiunt, & quiescunt. *Ierem.* 48. b. Fertilis fuit Moab in adolescentia sua. Moab, ex parte interpretatur, & significat nepotulos Prælatorum, qui ab adolescentia sua fertiles sunt in bonis temporalibus Ecclesiæ. Et sequitur ibi: Requieuit in fæcibus suis. Nec solùm de talibus fiunt Canonici, sed & Prælati. Vnde sequitur.

Aliter contra miserabilem statum Ecclesiæ præsentis.

g Constitues eos Principes super omnem terram.] Quia ferè vbique terrarum inueniuntur tales Prælati, qui potiùs indigerent regi, quàm alios regere. Sed væ terræ, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt, *Eccl.* 10. c. Principes illi & Prælati manè comedunt, qui antequam in vinea Domini laborauerint, emolumenti temporalis refectionem accipiunt. Cùm tamen Apostolus dicat, 2. *Thess.* 3. c. Qui non laborat, non manducet.

b Super omnem terram.] Triplex est terra. Vna, quæ geritur. Alia, quæ teritur. Tertia, quæ petitur. Super primam constituuntur Principes, quia à secunda conculcantur, & ideò à tertia excluduntur. *Triplex terra.* i Memores erunt nominis tui, Domine.] Si iste versus verus esset de Prælatis, sequens versus verus esset de subditis, scilicet. *al. † progenie.*

l Propterea populi cófitebuntur tibi, &c.] quasi si boni sint Prælati, boni erunt & subditi. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis adimplebitur. *Isa.* 55. d. Montes & colles coram vobis cantabunt laudem, id est, Prælati maiores & minores. Et sequitur *ibi*: Omnes regiones plaudent manibus, id est, laici respondebunt operibus. n In æternum] non ad horam, sicut dicitur *Iob.* 5. f. Vos voluistis ad horam exultare in luce eius, *Matth.* 10. c. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: Quod nobis præstare dignetur salutis auctor Christus Iesus. Amen.

In finem Psalmus David pro Arcanis.

PSAL. XLV.

p Deus noster refugiũ, &

EXPOSITIO PSALM. XLV.

Deus noster refugium, &c. Titulus. *In finem Psalmus David pro Arcanis,*] id est, Psalmus iste tendens, in finem Christum, est David, vel cuiuslibet Iusti de Iudæa; pro arcanis, id est, agens de manifestatione Arcanorum diuinæ dispositionis. Secundùm aliam translationem sic est titulus: *In finem Psalmus filiis Chore pro Arcanis.* Filij Chore, sunt filij Crucis, scilicet, Martyres & alij Sancti, qui hic loquuntur de Arcanis: Quæ sunt, quòd Deus homo sit, cùm dicat *in Osee* 11. d. Ego Deus, & non homo. Quòd salus promissa vtrique populo; cùm tamen dicat *Matt.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Quòd Apostoli transierũt ad Gentes: cùm tamen dictũ sit eis, *Matth.* 10. a. In viam Gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Quòd nimia pax fuit in terra tempore Natiuitatis Christi; cùm tamen dicat *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium. Primum, scilicet, quòd Deus homo, notatur in principio, cùm dicit: Deus noster, vt patebit postea. Secundum, scilicet, quòd salus Gentium, notatur *ibi*: Conturbatæ sunt Gentes, &c. Tertium, scilicet, transitus Apostolorum ad Gentes, notatur *ibi*: Transferentur montes in cor maris. Quartum, scilicet, pax, notatur *ibi*: Arcum conteret, &c. Sic ergo patet quæ sit materia huius Psalmi, scilicet, manifestatio Arcanorum. Intentio est monere ad fidem. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò ostendit, quòd omnes, tam Iudæi, quàm Gentiles, debent ponere totam spem in Aduentu Christi. Secundò ostendit, quòd Ecclesia fundatur in Christo, *ibi*: Fluminis impetus. Tertiò narrat magnalia, quæ facta sunt tempore Incarnationis, *ibi*: Venite, & videte. Propheta ergo videns in spiritu multas tribulationes Sanctis insurgere in Aduentu Christi, secundum quod dicitur *Matth.* 2. a. quod audiens Herodes Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Contra tribulationes ostendit dicens.

p Deus noster refugium, &c.] Cùm dicit, Deus, tangit diuinam naturam. Cùm addit.

q Noster,] tangit humanam. Vnde *Gloss.* Noster, id est, nobis communis, carne assumpta. Vnde cùm Christi plura legantur nomina; noster, tamen est quasi proprium eius, secundùm quod homo. Vnde *Ieremia* 23. b. Hoc est nomen, quo vocabunt eum, Dominus Iustus noster. *Isaia* 7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, scilicet, per naturam. Vnde cùm per essentiam, & inhabitantem gratiã sit cum Angelis, sicut nobiscum; non tamen est cum eis per assumptam naturam. Vnde *Hebræorum* 1. d. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Vnde quidam Religiosus in extremis laborans, iam Arcana Dei videns, dixit se non velle esse Angelum, quia habiturus erat humanitatem Deo communem. Ille ergo [Deus noster,] est refugium in ⊖ tribulationibus

Moral. p Deus noster, & cæter.] Moraliter contra tribulationes interiores, quæ sunt tentationes, triplex est remedium, quod ponitur hic. Homo enim euadit eas, aut fugiendo, aut patienter sumendo, aut fortiter resisten-

e tribulationibus] vt grauati ad eum refugiamus, *Prou.* 18. b. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit Iustus, & exaltabitur. Ad hanc turrim confugiebant Martyres. Vnde dicit quidam de sanctis virginibus: Si feras promittas, audito Christi nomine mansuescent. Qui autem ad ipsum refugiunt, consolationem & recreationem inueniunt, vt valeat resistere. Vnde cùm dixisset, Refugium, addit. a Et virtus,] scilicet, vt possint Sancti sustinere. *Psalm.* 27. Dominus fortitudo plebis suæ. Nec solùm dat potentiam resistendi, sed & vincendi. Vnde subiungit.

a virtus; adiutor in b tribulationibus, quæ c inuenerunt nos nimis. d Propterea non timebimus, dum e turbabitur terra, & f transferentur montes in g cor maris. † h Sonuerunt, & i turbatæ sunt k aquæ † l eorum:

al. † Sonauerunt. al. † eius.

a Adiutor in tribulationibus,] *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Et necesse habemus adiutorium eius, quoniam tribulationes graues sunt. Vnde sequitur.

c Quæ inuenerunt nos,] quasi dicat, quærebant nos tribulationes: quia persecutores quærebant nos ad tribulandum, & inuenerunt nos nimis: quia ex nobis non sufficimus resistere. Vnde in persona Diaboli, & persecutorum dicitur *Isa.* 10. d. Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, id est, sicut aues non possunt resistere eis, qui inueniunt suos nidos: sic nec ipsi fortes populi possunt nobis resistere. Sed quia [Deus adiutor] est [in tribulationibus istis.]

d Propterea non timebis.] *Rom.* 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Psal.* 26. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Non timebimus, dicunt filij Chore, id est, Discipuli Crucifixi.

e Dum turbabitur terra,] id est, terreni Iudæi. Vel, terra, id est, Iudæa, quod in idem redit, qui de Christi aduentu, & miraculis factis tam ante mortem, quàm post Passionem, & Resurrectionem turbabantur: vnde & contra ipsum colligebant concilia, vt habetur *Ioan.* 11. f. & *in aliis locis.* Et contra discipulos similiter. *Act.* 4. a. Et quia terra illa verè arida erat, nec pluuiam cælestis doctrinæ, nec radios Solis iustitiæ recipere volens: Ideò.

f Transferentur montes] id est, Apostoli, cœlestem rorem recipientes, & radios Solis primò suscipientes.

g In cor maris] id est, vsque ad intima Gentilitatis: Secundum quod dixerunt Paulus & Barnabas ad Iudæos: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei; sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimus nos ad Gentes, *Act.* 13. g. Gentilitas autem propriè dicitur mare propter amaritudinem peccatorum, & latitudinem multitudinis: Peccatores enim erant Gentes, & multi erant ibi. Nec tantùm in finibus eorum intrauerant, sed in cor, id est, in intima eorum, quasi dicat, per totam terram Gentium ambulauerunt. Vnde *Act.* 13. g. post illa verba: Ecce conuertimus nos ad Gentes, sequitur post pauca: Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem. Hoc est etiam, quod hic subiungitur.

h Sonuerunt] Apostoli, sono prædicationis, de quo *in Psalm.* 118. In omnem terram exiuit sonus eorum. i Et turbatæ sunt,] ad pœnitentiam, scilicet, pœnitendo de peccatis.

k Aquæ] id est, populi. l Eorum] scilicet Gentium, vt fiat relatio ad hunc terminum maris, non ratione vocis, sed ratione significati. Dicuntur autem populi aquæ, ea ratione, qua Gentilitas mare: Si enim Gentilitas mare: ergo populi Gentium aquæ sunt. Hoc etiam habetur *in Apocal.* 17. d. Aquas quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt & Gentes. Vel sic: Aquæ, id est populi: Eorum, id est, Apostolorum. Turbatæ sunt, vt supra, id est, illi, quos Dominus dederat Apostolis: Non enim omnes Gentes motæ sunt ad pœnitentiam; sed quos vocauit Dominus. Vnde *Act.* 13. g. Audientes Gentes, gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Et quòd non omnes crediderũt, patet per hoc, quod sequitur:

e Conturbati sunt,

Nediter. *titer resistendo & rebellando. Si ergo vis fugere, Deus noster refugium est. Si vis patienter ferre: Virtus est. Si vis rebellare: Adiutor est. Sunt etiam quædam tentationes, quæ propriè sunt fugiendæ, vt tentationes carnis, 1. *Cor.* 6. d. Fugite fornicationem. Quædam, quæ propriè sustinendæ, vt infirmitates & iniuriæ. *Eccl.* 2. a. In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Quædam autem propriè sunt peccata diabolica. *Iac.* 3. b. Resistite Diabolo; & fugiet à vobis. b In tribulationibus,] id est, in prædictis tentationibus, quæ tribulationes sunt, quia tribulant cor hominis, secundum quod de prima tentatione dicit Apostolus 1. *Cor.* 7. e. Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. c Quæ inuenerunt nos] quia quærebant, 1. *Petr.* 5. b. Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret. Ibi *Gloss. Cypriani*: Tanquam hostis clausos obsidens muros, explorat, an sit aliqua pars murorum minùs stabilis, cuius aditu ad interiora penetretur: offert oculis formas illicitas, & faciles voluptates, vt scil. visu destruat castitatem; aures per canora tentat, vt molliat Christianum rigorem; linguam conuitio prouocat; iniuriis lacessentibus manum ad cædem instigat: honores terrenos promittit, vt cœlestes adimat: Et cùm latenter non potest fallere, apertos addit terrores: In pace subdolus; in persecutione violentus. Contra quem animus tantùm debet esse præparatus ad resistendum, quantùm ille paratus est ad impugnandum. Et grauamen tentationum & vehementiam adiungit.

c Nimis,] 2. *Cor.* 1. b. Grauati sumus supra modum, ita vt tæderet nos etiam viuere. Et quia [Deus] est, [refugium & virtus,] & [adiutor.] d Propterea non timebimus,] in præsenti, molestiam tentationum.

e Dum turbabitur terra,] id est, caro, impetu tentationum. Nec in futuro in die illa tremenda, [dum turbabitur terra] id est, terreni, & cupidi homines, qui in die iudicij turbabuntur. *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Modò quidem non turbantur, sed in pace quiescunt, vt dicit *Iob* 21. b. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ. Sed Dominus expectat, vt tunc fortiùs turbatione grauentur. Quam turbationem describit *Isa.* 24. d. Concutientur fundamenta terræ, confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius; & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis; & grauabit eam iniquitas sua. Fundamenta terræ sunt causæ cupiditatis & auaritiæ, quæ sunt duæ, scilicet, delitiæ, & honores; omnes enim cupidi alterum horum, vel vtrumque appetunt, quæ tunc concutientur, & ab eis excutientur: quia proiicientur in æternam ignominiam & dolorem. Et quia per diuersas vias, diuersi cupiditatem exercent; ideo benè congruit, quod hic ponit diuersa nomina, quæ diuersis generibus cupidorum aptantur. Confringi enim litigatoribus conuenit. Vnde *Osee* 5. c. Ephraim fractus iudicio. Conteruntur in subtiles partes, hypocritæ. *Isa.* 33. b. Contriti sunt peccatores; possedit timor hypocritas. Mouentur, id est, amouentur Prælati mali. *Apoc.* 2. b. Mouebo candelabrum tuum. Item agitantur Tyranni, 1. *Reg.* 16. c. Agitabat Saül Spiritus nequam à Domino. Hæc in præsenti aliquando fiunt; sed in iudicio integraliter fient, quando id, quod sequitur eueniet, quòd ista à terra auferentur, sicut tabernaculum vnius noctis, &c. Postea sequitur de illis duobus, quæ diximus esse causas, & fundamenta cupiditatis: De honoribus enim & honoratis dicit.

f Transferentur montes,] id est, superbi, & elati in hoc mundo.

g In cor maris,] id est, in profundum æternæ amaritudinis, *Iob* 14. d. Mons cadens defluit, & saxum transfertur, de loco suo. Superbi enim sunt montes per elationem, saxa per duritiam & inflexibilitatem: & isti transferentur de loco suo, de altitudine præsenti: & defluent, & corruent in profundum inferni. Hæc est malorum misera translatio. Bonorum autem fit contraria translatio, secundum quod dicitur *Hebræorum* 11. a. Enoch translatus est, ne videret mortem. De delitiis autem sequitur.

h Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum] id est, delitiæ terrenorum, quæ habent in superficie claritatem, & limpiditatem, in fundo autem fæcem. Claritas est præsens delectatio: Fæx est æterna damnatio. Propter delectationem dicit: Sonuerunt. Aquæ enim limpidæ descendentes de fonte, sonant & sitim prouocant. Propter fæces damnationis dicit: Turbatæ sunt. Sed stulti non respiciunt, nec attendere volunt, nisi sonitum & limpiditatem, vnde bibunt, & ingurgitant se delitiis, non attendentes, quòd oportebit eos postmodum fæces bibere in suppliciis. *Ezech.* 23. e. Epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis. *Isa.* 51. f. Bibisti de manu Domini calicem iræ eius vsque ad fundum. Boni verò è contrario considerantes, bibunt hîc fæces tribulationum, & dolorum, vt in futuro superna iucunditate æternaliter potiantur, iuxta illud *Psalm.* 109. De torrente in via bibet: propterea exaltauit caput. Sed posset aliquis dicere: Non coget me aliquis fæces bibere in futuro, iuxta illud

Esther 1. b.

a a Conturbati sunt montes,] id est, Apostoli. Conturbati, turbatione naturæ, secundum quod Christus turbatus fuisse legitur, *Ioan.* 11. e. non turbatione culpæ, propter quam quis recedit à Deo, de qua dicebat Dominus Apostolis, *Ioan.* 14. à. Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite. Conturbati sunt, dico.

b In fortitudine] id est, in forti persecutione.

c Eius] id est, maris; id est, populi Gentilis, qui persecutus est Apostolos, & plures interfecit. Vel sic: Aquæ eorum, vel, eius, id est, maris, id est, populi Gentium: Sonuerunt, prædicationi Apostolorum contradicentes. Et turbatæ sunt, irascentes contra eos. Et montes, id est, Principes Gentium: Conturbati sunt in fortitudine, id est, in forti prædicatione, Eius, id Spiritus sancti, qui per Apostolos loquebatur, *Matth.* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. De hac fortitudine Spiritus sancti *Mich.* 3. c. Ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & veritate; vt annunciem Iacob scelus suum, & Israël peccatum suum. Hac fortitudine conturbabantur Principes Gentium & Philosophi, quia homines idiotæ, & virgines teneræ habentes istam fortitudinem, confundebant & conuincebant eos, vt patet in B. Vincentio, & in B. Catharina, & in multis aliis.

Moraliter. * *Esther* 1. b. Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum. Propter hoc congruè sequitur.

a Conturbati sunt montes] id est, quantumcunque alti, & potentes in hoc sæculo.

b In fortitudine eius] id est, Dei, qui fortissimus est, vt dicitur *Iob* 9. c. quasi dicat, imò Dominus, qui totum suum calicem bibit: ipsi & omnes Sancti cum eo, primo fæces, & modò bibunt merum gaudium: Vos, qui hic bibitis delectationem, & gaudium, coget, vt postea bibatis æternam tribulationem. Vnde dicit Dominus *Ierem.* 49. c. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem; bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes, quia per memetipsum iuraui, dicit Dominus, &c.

d Fluminis impetus.] Secunda pars, in qua ostenditur, quòd Ecclesia fundatur in Christo Et benè sequitur hoc, quia audito, quòd supra dictum est: Deus noster refugium, &c. posset aliquis quærere: Vbi est Deus? Habetne locum, ad quem confugientes possint in eo saluari, & iucundari? Ita: Quoniam, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, quasi dicat, Dominus ciuitatem habet, scilicet, Ecclesiam: & illa est amœna, quia flumine clausa. Hoc est, quod dicit: Fluminis impetus, id est, inundatio charismatum, à fonte sancti Spiritus emanantium.

e Lætificat ciuitatem Dei,] id est, Ecclesiam in ipso fundatam, quæ incepit à primo Iusto Abel: Et ciuitas malignantium, siue Ecclesia, incepit à primo iniusto Cain. Et impetus malus, & impetus bonus. De malo dicit Poeta:

Mole cuncta ministrat impetus.

Aliter. De bono, hic: Et *Cantic.* 4. d. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Specialiter exponitur hoc de missione Spiritus sancti in die Pentecostes.

d Fluminis impetus, &c.] In hoc notatur, quòd Spiritus sanctus venit subitò. Vnde *Act.* 2. a. Factus est repentè de cœlo sonus. Item fortiter: Vnde *ibidem*: Tanquam aduenientis spiritus vehementis. Item abundanter. Vnde *ibid.*: Et repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Et dicitur spiritus sanctus flumen propter multas rationes.

Quia
- *f* Ima petit, & vacua replet, sc. humiles. *Isa.* … a. Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, &c.
- Reddit cor fœcundum. *Psalm.* 62. Visitasti terram, & inebriasti eam, &c. *Iob* 12. c. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur.
- Terrenitatem corrodit, & consumit in corde hominis. *Iob* 14. d. Alluuione paulatim terra consumitur. Et illud *Greg.* Gustato spiritu, desipit omnis caro.
- Sitim peccandi extinguit. *Ioan.* 4. b. Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum. *Luc.* 1. d. d. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.
- Submergit illos, qui profunda quærunt, & intrant. *Pro.* 25. d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria.
- Locum sibi adiacentem reddit munitum. *Naum* c. *vltim.* b. Aquæ in circuitu eius, aquæ muri eius.

Et adhuc posset dicere aliquis: Forte amœna est ciuitas propter flumen; sed tamen non est firma. Propter hoc benè sequitur. *f* Sanctificauit,] id est, firmauit.

g Tabernaculum suum,] id est, Christus, altus super omnem creaturam. De firmatione *in Psal.* 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, id est, Apostoli, qui sunt fundamenta huius ciuitatis. *Psalm.* 86. Fundamenta eius, id est, Ecclesiæ, in montibus sanctis, id est, in Apostolis. Ecclesia autem militans benè dicitur tabernaculum; quia in ea, quasi in castris, militant fideles, *Iob* 7. a. Militia est vita hominis super terram. Item non tantum firmata est, sed & munita. Vnde sequitur.

> *a* conturbati sunt montes in *b* fortitudine *c* eius. *d* Fluminis impetus *e* lætificat ciuitatem Dei; *f* sanctificauit *g* tabernaculum suum *h* Altissimus. *i* Deus in medio eius non *k* commouebitur:

i Deus in medio eius,] scilicet, Ecclesiæ. *Matth.* 18. c. Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Dicitur etiam esse in medio ciuitatis, sicut bonus Iudex æqualiter omnes iudicans, & omnibus æqualiter consulens. *Act.* 10. e. Non est personarum acceptor Deus. Quod enim in medio est, & in centro, æqualiter se habet ad circumferentiam. Vel, In medio eius, id est, in humanitate communi sibi, & Ecclesiæ. Item non tantùm munita, sed & tuta: Vnde sequitur. *k* Non commouebitur, Deus, de medio eius. *Matth.* *vltimo* d. Vobiscum sum vsque ad consummationem vitæ. Vel, Non commouebitur, Ecclesia à centro suo, Deo, qui est [in medio eius.] Et vt non commoueatur,

De Beata Virgine. *d* Fluminis impetus, &c.] potest hoc exponi de Beata Virgine sic. [Fluminis impetus,] id est, obumbratio Spiritus sancti.

e Lætificat ciuitatem Dei,] id est, Beatam Virginem, in qua habitauit plenitudo Diuinitatis corporaliter, *Coloss.* a. b. Et ex hoc fuit in ea ciuium vnitas, id est, sensualitatis, & rationis plena concordia. Et benè dicitur, [impetus] quia quàm citò dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum, statim filium Dei concepit: Et ex hoc lætificata fuit, sicut ipsamet dicit *Luc.* 1. e. Exultauit spiritus meus in Deo Salutari meo: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c.

Moraliter. *f* Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.] Tabernaculum eius fuit eadem B. Virgo, in qua ipse armauit se armis nostræ mortalitatis, quibus contra Diabolum militauit. *Psalm.* 34. Apprehende arma, & scutum. Hoc tabernaculum sanctificauit Altissimus, quando eam in vtero matris sanctificauit. De hoc tabernaculo dicit ipsa, *Ecclesiast.* 24. a. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. *i* Deus in medio eius,] existens, id est, in vtero Beatæ Virginis. *k* Non commouebitur] A a Diuinitate

Moraliter. *d* Fluminis impetus] id est, abundantia lacrymarum. De quo *Psalm.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Et *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum? *Thren.* 2. f. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem. Cùm enim impetuosè fluunt lacrymæ, omnes sordes vitiorum purgant, & abluunt. [Impetus] iste.

Cor hominis dicitur Ciuitas Dei. *e* Lætificat ciuitatem Dei] id est, cor cuiuslibet fidelis. *Prouerbiorum* 14. b. Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Cor autem Iusti dicitur ciuitas Dei: quia Deus ibi habitat; & ibi debet esse ciuium vnitas, vt omnes cogitationes, affectiones, & desideria vnanimiter in Deum tendant. *f* Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.] Cor hominis etiam est tabernaculum Dei: quia Deus non habitat in eo in pace; sed semper impetitur & impugnatur à Diabolo, & membris eius, qui hominem, in quo Deus habitat, nituntur trahere ad peccatum, & sic Deum ab eo expellere. Vnde *Iob* 19. b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Hoc tabernaculum sanctificat Dominus multis modis. Primò per Baptismum. *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, &c. Item per gratiæ infusionem, 3. *Regum* 8. b. Impleuit gloria Domini domum Domini. Item per eleemosynarum largitionem. *Luca* 11. f. Date eleemosynam; & ecce omnia munda sunt vobis. Item per opera pœnitentiæ. *Exod.* 19. b. Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, & lauent vestimenta sua, vt sint parati in diem tertium. *i* Deus in medio eius non commouebitur]

Cor dicitur etiam tabernaculū, quod Dominus sanctificat multis modis.

[illegible] Adiuuabit eam Deus manè] id est, in principio conuersionis, & bonæ operationis. Et hoc. *b* Diluculo] id est, per diluculum, scil. per illuminationem Spiritus sancti, vel virtutum. Vel diluculo, id est, Incarnationis suæ manifestatione. Vnde alia litera habet: Vultu suo. Sequitur de conuersione Gentium, per quam ciuitas Ecclesia facta est populosa, & impleta est. Vnde dicit. *c* Conturbatæ sunt Gentes, & conturbatæ, & per prædicationem Apostolorum. *d* Et inclinata sunt] id est, fidei & iugo Domini sunt subiecta. *e* Regna] Gentium, scil. & populi. Et quomodo? Ecce. *f* Dedit vocem suam] loquendo per Apostolos. Et hic *g* Mota est terra] a voce eius conterrita. *Psal.* 67. Dabit voci suæ vocem virtutis. De hac inclinatione, & voce, & commotione, *Osea* 11. d. Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet & formidabunt filii maris. Et quis dedit vocem, subiungit. *h* Dominus virtutum,] id est, dator & inspirator. Vel, Dominus virtutum cœlestium, id est, Angelorum, qui est. *i* Nobiscum. Et cum deberet dicere, Emanuel, posuit interpretationem nominis, sc. nobiscum, per carnis nostræ assumptionem. Vnde istum modum exprimens, adiungit. *k* Susceptor noster Deus Iacob. Susceptor noster] id est, nostræ naturæ. Et suscipiens humanam, non deposuit diuinam, sed susceptor est ipse, manens Deus Iacob, id est, minoris populi, per Iacob designati. Vel sic, Deus Iacob, quasi dicat, non recens Deus, nec alienus; secundum quod in *Psalm.* 80. dicitur: Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Sed idem Deus, qui fuit Iacob, & Patrum nostrorum. Vnde ipse inuenitur frequenter dixisse: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.

Al. † vultu suo.

a adiuuabit eam Deus † mane *b* diluculo. *c* Conturbatæ sunt Gentes, & *d* inclinata sunt *e* regna: *f* dedit vocem suam, † *g* mota est terra. *h* Dominus virtutum *i* nobiscum,

Al. † Altissimum.

Exod. 3. b. *De Beata Virgine.*

A *a* Diuinitate in humanitatem, vt istam assumens, aliam relinquat, sed idem erit Deus, & homo. Et hoc est: Non commouebitur, id est, non totaliter mouebitur. Quodam enim modo motus fuit motu pietatis, non alterationis, quando ad eius vterum intrandum, & habitandum se humiliauit; sed non ex toto motus: quia Diuinitatem non deposuit.

a Adiuuabit eam Deus mane] id est, in principio vitæ suæ: Et cum adhuc esset in vtero.

b Diluculo] tenebras originalis peccati tollente.

Moraliter.

Non mouebitur.] Licet tabernaculum obsideatur, & impugnetur; tamen non ex toto mouebitur. *Psal.* 36. Quoniam non derelinquet Sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Non mutuiter erit cum eo: Vnde addit. *a* Adiuuabit eam] [illegible] *b* Deus mane diluculo] id est, in ortu gratiæ. *Malach.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Vel Diluculo, id est, in ortu gloriæ. *Iob* 11. d. Cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer. *c* Conturbatæ sunt Gentes. In hoc versu [illegible] subuersio trium generalium vitiorum. Conturbatæ sunt Gentes, id est, Gentiles, & brutales motus, per carnis mortificationem. *d* Et inclinata sunt regna, superbiæ, per humilitatem. De his duobus *Ier.* 1. b. Ecce constitui te super Gentes, & super regna, vt euellas & destruas. *g* Mota est terra] id est, terrenæ diuitiæ motæ sunt de [illegible] diuitum per eleemosynarum largitionem. Sunt enim terra antequam moueatur, nullum fructum afferunt [illegible]: Sed mota, fructum afferunt futuræ. *Psal.* 111. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Et hæc omnia facta sunt mediante diuina inspiratione. Vnde interponitur. *f* Dedit vocem suam Dominus, id est, internam inspirationem in corde. *Psalm.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Nec mirum, si dat vocem, qui dat etiam pœnitentiam suam: Vnde sequitur. *h* Dominus virtutum nobiscum] per inhabitantem gratiam. Vnde dicit *Prou.* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Sed ad quid est nobiscum? Vt nos tueatur sicut patronus: Vnde addit.

k Susceptor noster Deus Iacob] qui nos suscepit in custodiam, vt medicus, & in tutelam, vt Patronus. Et nos [illegible] suscepit causam, vt eam defendat, *1 Ioan.* 2. a. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. *l* Venite, & videte, &c.] Tertia pars, vbi narrat magnalia tempore Incarnationis facta. Vnde dicit Propheta: Venite, & videte, ad literam. Vel venite] passibus fidei. *m* Et videte] i. e. intelligite intellectu fide illuminato. *n* Opera Dñi, quæ posuit super terram] veniens in terram. Et bene venite debetis ad videndum: quia illa opera sunt. *p* Prodigia] id est, mirabilia, & magna: prodigia enim dicuntur, quasi procul a digito, id est, quæ non ita erit digno ostendi. Et quæ sunt illa prodigia, incipit aperire, dicens. *q* Auferens bella] ad literam. *r* Vsque ad finem terræ] id est, per totum mundum, quia tunc ad literam fuit pax per totum mundum. Vnde *Sap.* 18. c. Cum quietum silentium teneret omnia, omnipotens sermo tuus, Dñe, exiliens, de cœlo, a regalibus sedibus venit, id est, filius tuus. Et ita auferet bella: Vnde ait. *f* Arcum conteret,] &c. quasi dicat, tanta pax erit, quòd vlus illorum non magis erit in terra.

Allegoricè.

k susceptor noster Deus Iacob. *l* Venite, & *m* videte *n* opera Domini, *o* quæ posuit *p* prodigia super terram: *q* auferens bella vsque *r* ad † finem terræ. *f* Arcum

Al. † fines.

Moraliter.

Moraliter dicitur omnibus. *l* Venite] pedibus affectus per amorem. *m* Et videte] oculo intellectus, per fidem & ingenii memoriam. *n* Opera Domini] creationis, & recreationis. *o* Quæ posuit super terram] id est, quæ fecit in terra. *p* Prodigia] id est, mirabilia. Duo libenter videntur, scilicet amabilia, & mirabilia. Primum notatur, cum dicit, [Opera,] quia opus eius amabile debet esse nobis, eo quòd est perutile. De quo in *Psalm.* 73. Operatus es salutem in medio terræ. Secundum notatur, cum dicit [Prodigia.] Ad quæ prodigia admiranda monet nos *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus: Vel potest dici prodigium a prodigo. Et hoc modo fecit Deus prodigia super terram: quia quasi prodigus fuit Dominus, cum pro redimendis inimicis suis proprium filium dedit. Et ideo de Christo dicitur: Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Ibi, in Cruce: In mentis excessu, in prodigalitate Patris. *q* Auferens bella.] Hoc de Christo congrue dicitur, qui venit in terram, vt pacem daret hominibus bonæ voluntatis: Vnde dicitur, Princeps pacis, *Isa.* 9. b. Quadruplex autem bellum abstulit: Erat enim bellum, & guerra inter Deum, & homines, propter præcepti transgressionem. Item inter Angelos, & homines, propter Adæ, & Euæ eiectionem. Item inter homines, & homines, propter diuersarum legum æmulationem. Item inter carnem & spiritum, propter mutuam altercationem: Primò enim spiritus corrupit carnem, & nunc caro corrumpit spiritum. Venit ergo filius Dei, & satisfecit Patri pro homine, factus obediens vsque ad mortem, *Phil.* 2. Et sic facta est pax inter Deum, & homines: De qua dicitur *Isa.* 27. b. Faciet mihi pacem, pacem faciet mihi. Et secundum hoc dicitur, Mediator Dei & hominum, 1. *Tim.* 2. c. Bellum inter Angelos & homines abstulit: quia de ipsis hominibus ruinã angelicam reparauit. Quod ipsi rogant in *Psalm.* 50. Benigne fac, Dñe, in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem. De hac pace dicit *Isa.* 57. a. Veniat pax, requiescat in cubili meo; vos autem accedite huc, i. in cœlum, filii auguratricis, i. vos homines. Item *ibid.* d. Creaui fructum labiorum pacem ei, qui prope est, i. Angelo: & pacem ei, qui longe est, i. e. homini, dicit Dñs. Secundum hoc dicitur, Salomon, i. pacificus. Item bellum inter homines, & homines pacificauit, quia omnes in vnam Ecclesiam, & vnitatem fidei conuocauit. *Io.* 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. *Eph.* 2. c. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Secundum hoc dicitur, lapis angularis. *Isa.* 28. d. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidẽ angularem. Item bellum, quod [illegible] spiritũ & carnem, pacificauit in seipso, vtrumque concorditer in se assumens, & pacifice gerens. Vnde in *Ps.* 48. Simul in vnum diues, & pauper, id est, spiritus & caro in Christo concordes. *Ps.* 75. In pace factus est locus eius. *Eph.* 2. c. Medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt condat duos, id est, spiritum & carnem, in semetipso in vno nouo homine faciens pacem. Secundum hoc dicitur [illegible] *Ps.* 7. Hoc tamen bellum, quod in se penitus extinxit, a nobis penitus non aufert; sed tantum compescit, nobis relinquens motus carnis, vt in eis exercitemur & experiamur debilitatem nostram. Vnde *Iud.* 3. a. Hæ sunt Gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem. Et hic dicitur Christus, [auferens bella vsque ad finem terræ] quia ad omnes se extendit illa pax, qui eam volunt recipere. Et ideo simpliciter dixerunt Angeli: In terra pax hominibus bonæ voluntatis, *Luc.* 2. b. *f* Arcum conteret, & confringet arma, & scuta

Luc. 2. b. *Quadruplex bellum Christus abstulit.*

a erit in terra, quàm ſi eſſent contrita, & conſ acta, aut combuſta. Vel hic notantur duo genera impugnationis, & belli. Vnum occultum, quod fit per inſidias: quod notatur per arcum, qui de longe, & ſe occultis ſagittas iaciens, homines ex improuiſo vulnerat. Aliud manifeſtum, in quo quidam alios inuadunt, & alij ſe defendant. Et hunc modum pugnandi notat, cùm dicit.

a Confringet arma] inuadentium, & impetentium alios.

b Et ſcuta] defendentium ſe.

c Comburet igni] id eſt, penitùs auferet. Et quare fecit Dominus ita mundum eſſe pacificatum? Vt ipſi non occupati bellis, meliùs poſſent, & liberiùs audire doctrinam Domini, & Apoſtoli per totum mundum ire. Vnde ſequitur.

d Vacate, &c. Et eſt vox illa, de qua ſuprà dictum eſt: Dominus dedit vocem ſuam. Idem eſt ergo, ac ſi dicat Propheta: Dominus faciendo iſtam pacem, eo ipſo, quòd faciebat eam, dicebat [Vacate] a bellis, & omni ſtrepitu.

e Et videte] per fidem.

f Quoniam ego ſum Deus. Ego,] ſc. qui in carne viſibilem me demonſtro (Ego enim pronomen eſt demonſtratiuum) Sum Deus, licet homo ſim. Et ego Deus & homo.

Iſa.18.c. g Exaltabor in gentibus] primò. Et pòſt.

Rom.9.f. h Exaltabor in terra] ſcil. Iudæa, quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. Et ſic videntes, dicite, quod ſequitur.

i Dominus virtutum nobiſcum] per naturæ conformitatem.

k Suſceptor noſter Deus Iacob] qui noſtram naturam ſuſcepit, & nos ad pœnitentiam recipiet, ſi velimus ad ipſum conuerti.

Moral. * Comburet igni.] Per arcum, qui de longè ferit, ſignificantur inſidiæ Diaboli, Per arma, bona temporalia. *Prou.* 22.a. Diuitiæ, & gloria, & vita, & arma, & gladij in via peruerſa. Scuta autem ſunt defenſiones peccatorum. *Iob* 41.a. Corpus eius, quaſi ſcuta fuſilia. Sunt autem defenſiones peccatorum quatuor, ſc. excuſatio, verecundia, diminutio, comparatio. Hoc ſcutum quadrangulum ponit Diabolus circa collum fictè confitentis. Arcum ergo contriuit & contriuit: quia per ſe, & per ſuos Prædicatores inſidias Diaboli reuelauit. Vnde dicit Apoſtolus 2. *Cor.* 2. c. Non ignoramus cogitationes eius. Arma confregit, quia ad contemptum diuitiarum prouocauit. Scuta combuſſit igni diuini amoris, docens nos non ſolùm peccata, ſed etiam bona noſtra accuſare. Vnde *Luc.* 17.c. Cùm omnia, quæ præcepta ſunt vobis, bene feceritis, dicatis: ſerui inutiles ſumus. Hoc etiam facit per Prædicatores, qui docent homines, quomodo debeant confiteri, & diuitias ſpernere, & Diaboli inſidias deuitare. Vnde *Ezech.*39.b. Egredientur habitatores de ciuitatibus Ieruſalem, & ſuccendent arma, clypeum, & haſtam, arcum, & ſagittas & baculos. Et ideò auferet Dominus bella, &c. non vt otioſi ſitis; ſed vt ei intendatis. Vnde ſubiungit in perſona Domini.

Quatuor defenſiones peccatorum.

d Vacate & videre, quoniam ego ſum Deus.] Alia littera habet: Ceſſate, & cognoſcite. *Eccl.* 38.c. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis. *Eccl.* 11. b. Fili, ne in multis ſint actus tui. Deus enim non eſt in tumultuoſis, nec ipſi cognoſcunt eum. Vnde *Iob* 28. b. Abyſſus dicit, non eſt in me: & mare loquitur, non eſt mecum. Ergò [vacate] non tamen per pigritiam, quia vt habetur *Eccl.* 33. d. Multam malitiam docuit otioſitas. Et dicit quidam: Otium eſt vacare Deo, Imo negotium negotiorum. Sed dico, quod otium eſt, quod nullam habet vtilitatem, aut vtilitatis intentionem. Et tale otium omnium tentationum, & malarum cogitationum ſentina eſt.

Vacandum eſt.
- Ab actionibus exterioribus, propter ſapientiam addiſcendam. *Eccl.*38.c. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis.
- A ſæcularibus negotiis, propter prædicationem. *Act.*6.a. Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, &c. 2. *Timoth.* 2. a. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.
- A litibus, propter peccatum vitandum. *Eccl.*28. b. Abſtine te a lite, & minues peccata. *Prou.* 29. a. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus.
- A vitiis, propter virtutes. *Iſa.* 1. e. Quieſcite agere peruerſe, &c. *Oſee* 14. b. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, &c.

f Quoniam ego ſum Deus] Hoc eſſet bonum attendere.

Deus enim interpretatur videns, currens, terrens: Ipſe enim eſt videns omnia opera hominis. *Eccleſiaſt.* 17. b. Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper. Et ſequitur: Oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum. *Iſa.*65.a. Populus, qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam ſemper. Item ipſe eſt currens ad iudicium. *Iſa.*3.c. Stat ad iudicandum Dominus. Non dicit, venit, ſed iam ſtat, vt notetur velocitas, & inopinatus, & repentinus aduentus iudicij. Et hoc ipſo eſt terrens. *Amos* 3.b. Leo rugiet: quis non timebit? *Dan.*7.c. Fluuius igneus rapidúſque egrediebatur à facie eius.

conteret, & a confringet arma: b & ſcuta c comburet igni. d Vacate, & e videte, quoniam f ego ſum Deus: g exaltabor in Gentibus, & h exaltabor in terra. i Dominus virtutum nobiſcum: k ſuſceptor noſter Deus Iacob.

In finem Pſalmus David pro filiis Chore.

PSAL. XLVI.

l OMnes Gentes, m plaudite n manib.

g Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.] Bis dicit, [exaltabor,] in quo notatur duplex Chriſti exaltatio. Prima in Cruce, in Paſſione: Secunda in cœlo, in Aſcenſione. De prima, *Ioan.* 3. b. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis. Et *Ioan.*12 c. Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. De ſecunda, *Act.*1.a. Videntibus illis eleuatus eſt, &c. *Pſal.*8. Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.

i Dominus virtutum nobiſcum.] Iſte verſus ſuprà expoſitus eſt: quia bis ponitur. Primò, ſeptimo loco, qui numerus eſt numerus vniuerſitatis: Et hoc ſignificat, quòd Dominus eſt nobiſcum in plenitudine gratiæ. Secundò ponitur in vltimo loco: In quo ſignificatur, quod Dominus erit nobiſcum vſque in finem ſæculi, ſicut dicit *Matth.* 28. d. Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, *Ioſue* 1. a. Non te deſeram, neque derelinquam. Idem ad *Heb.* 13.a. Item cùm in primo loco ponitur iſte verſus, eſt applauſus, hic vero eſt gratiarum actio.

k Suſceptor noſter Deus Iacob] id eſt, luctantium, & ſupplantantium vitia, quos ipſe ſuſcipiet in æterna tabernacula, & nos ibi coronabit, ſi hic victores, & ſupplantatores fuerimus: Et dicet nobis, quod dixit Iacob *Gen.* 35. b. Non vocaberis vltra Iacob; ſed Iſrael erit nomen tuum, id eſt, ampliùs non eritis in lucta; ſed pro victoria coronati, de cætero videbitis Deum facie ad faciem in vita æterna: Ad quam ipſemet victor Chriſtus nos perducat, Amen.

EXPOSITIO PSAL. XLVI.

l OMnes Gentes, plaudite manibus, &c.] Tit. *In finem Pſal. Dauid pro filiis Chore.* In præcedenti Pſalm. Gentes vocauit ad fidem: In iſto eaſdem Gentes ad laudem inuitat: Ipſæ enim Gentes conuerſæ ſunt filij Chore, i. filij Paſſionis. Vnde is eſt ſenſus tituli [Pſalmus] iſte, eſt Dauid, Prophetæ, qui hic loquitur in perſona Apoſtolorum. Pro filiis Chore, i. pro conuerſis Gentibus dirigendis. In finem, i. in Chriſti laudem. Et ex hoc patet intentio, quæ eſt monere ad laudem. Modus, bipartitus eſt Pſalmus. Primò Gentes per gratiam Dei conuerſas inuitat ad laudem Dei. Secundò Aſcenſio, & regnum Dei deſcribitur: & propter hoc monet inſtanter pſallere, *ibi*: Aſcendit Deus in Iubilo. In perſona ergo Apoſtolorum loquitur ad Gentes conuerſas, & in perſona omnium Prædicatorum loquitur ad omnes fideles. Dicit ergò: O vos.

l Omnes Gentes, &c.] quæ recepiſtis beneficium gratiæ Dei.

m Plaudite, &c.] gaudere: Non ſolùm voce, ſed.

n Manibus, &c.] id eſt, bonis operibus.

A Iubilate Deo

Moral. l Omnes Gentes, &c.] Moral. vox eſt Prædicatorum. Non paucos enim vocat Dominus: ſed omnes Gentes, quia vult omnes ſaluos fieri: Et Prædicatores debent omnes hortari ad laudem Dei, ſicut hic. Perfecta autem laus Dei conſiſtit in tribus, videlicet, in mentis deuotione, vocis confeſſione, & exteriore opere. Ad quæ tria hic inuitat. Ad operationem per hoc, quod dicit.

1. Tim.2.b.
Laus perfecta conſiſtit in tribus.

m Plaudite manibus.] Ad mentis deuotionem, per hoc quod dicit:

* Iubilate Deo

a Iubilate Deo] Quomodo ? *b* In voce exultationis] idest, laudate Deum, in voce exprimente mentis exultationem pro æterno. Et bene tangit hic duo, quæ sunt in iubilo, sicut infra dicitur. Iubilus, est ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet. Propter gaudium dicit : [Exultationis] quia taceri non potest, dicit [In voce.] Ideo plaudite, & iubilate. *c* Quoniam Dominus] cuius vos seruos fecistis : Est. *d* Excelsus] Excelsior enim omni creatura potens exaltare sibi seruientes. *e* Terribilis eis, qui nolunt ei seruire. Et. *f* Rex] suos bene regens. *g* Magnus] quia.

a iubilate Deo in *b* voce exultationis. *c* Quoniam † Dominus *d* excelsus, *e* terribilis : *f* Rex *g* magnus *h* super *g* omnem terram. *i* Subiecit † *k* populos nobis : & *l* Gentes *m* sub pedibus nostris. *n* Elegit nobis *o* hæreditatem suam : *p* speciem *q* Iacob, † *r* quem dilexit.

h Super omnem terram] *Psal.* 23. Domini est terra & plenitudo eius, &c. Et *Psal.* 49. Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Et ex hoc apparet, quod magnus sit. Quia.

i Subiecit] nobis Apostolis, qui sumus homines pauperes, & abiecti.

k Populos] id est, Iudæos rationales, legem habentes. Hoc dicunt, quantum ad illos Iudæos, qui crediderunt.

l Et Gentes] id est, barbaras nationes, quæ legem non habebant, sed gentiliter viuebant.

m Sub pedibus nostris] Modus est loquendi, sicut vulgò dicimus, iste tenet eum sub pede, id est dominatur ei. Vel [sub pedibus nostris, id est, sub prædicatione nostra. *Isa.* 52. b. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem ! Et hoc quidem non indiscretè fecit : Sed. *n* Elegit nobis hæreditatem suam] id est, sua dispositione discreta commisit eam nobis, quasi dicat, elegit nos, vt essemus Prælati Ecclesiæ, quam vocat hæreditatem suam : quia eam iure hæreditario possidet. *Psal.* 32. Beata Gens, cuius est Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hæreditatem sibi. Hoc est, quod dicit : Elegit nobis dare hæreditatem suam, vt eam custodiamus, & colamus vomere linguæ, id est, prædicatione, arando : & postmodum bonum semen seminando. [Hæreditatem dico. *p* Speciem] id est, quæ est species. *q* Iacob] id est, similis Iacob, vel significata per Iacob : quia sicut Iacob dedit edulium lentis pro primogenitura, sicut habetur *Gen.* 25. d. Ita ipsi dant illa temporalia pro hæreditate Regni cœlestis. Quem dilexit. Vnde *Mal.* 1. a. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Sic Dominus tales diligit ; & magnum, imo maximum signum dilectionis Dei est, quando dat homini gratiam, vt omnia relinquat propter eum. Vel in persona totius Ecclesiæ dicunt Apostoli.

Alter in persona totius Ecclesiæ.

i Subiecit populos nobis & Gentes sub pedibus nostris] quia etiam populi, & Gentes, qui non credunt, Ecclesiam timent & reuerentur, & ab ea quandoque petunt auxilium. *Isa.* 60. c. Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generatione & generationem. Et hoc significat in Ecclesia pannus, qui ponitur illic, vbi debet legi Euangelium, qui dicitur fasticus, siue fasticum, à fastu, 1. *Cor.* 3. d. Omnia vestra sunt. Et *Luc.* 10. c. Etiam Dæmonia subiiciuntur nobis. Nec tantum ista facit Dominus Ecclesiæ in præsenti, sed in futuro dabit ei hæreditatem regni cœlestis, quam ei præparauit : Vnde sequitur.

n Elegit nobis hæreditatem suam] id est, non nostris meritis, sed sua electione dabit nobis hæreditatem suam, scilicet, æternam patriam, id est, quæ hæreditas, est species, id est, pulchritudo.

Matth. 13. f. *q* Iacob] id est, minoris populi : quia ibi apparebit pulchritudo in eo quando fulgebunt iusti sicut Sol.

r Quem dilexit,] quia ex amore, quem habet erga eum, illam hæreditatem ei præparauit.

Moral. *a* Iubilate Deo] Ad oris confessionem, per hoc, quod dicit.

Plausus duplex. *b* In voce exultationis.] Vel confessio notatur in hoc, quod dicit : In voce. Mentis deuotio, in hoc, quod dicit : Exultationis. Sed notandum, quod duplex est plausus, scilicet malus, de quo *Ierem.* 5. g. Stupor & mirabilia facta sunt in terra : Prophetæ prophetabant mendacium, &c. Sacerdotes plaudebant manibus suis. *Eccles.* 12. d. Plaude manu & multa susurrans, commutabit vultum suum. Item bonus plausus sicut hic. Et *Psal.* 97 : Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini.

c Quoniam Dominus excelsus, terribilis] imò videtur, quod deberet dicere : Quoniam amabilis est. Sol. Terribilis est malis, amabilis bonis : Et de vtroque gaudendum & iubilandum est a sanctis viris. Est ergo Dominus, tuus si seruis : Excelsus, si credis, Terribilis, si times, Rex, si militas : Magnus, si te humilias : Super omnem terram, si non repugnas, si caro tua sit subdita spiritui. Vel sic loquitur contra sex vitia.

c Dominus] contra inobedientiam. *Rom.* 10. c. Non omnes obediunt Euangelio.

d Excelsus contra curiosos perscrutatores, *Iob* 11. b. Excelsior cœlo est, & quid facies ? Et *Eccl.* 3. c. Altiora te ne quæsieris.

e Terribilis] contra luxuriosos. *Iob* 25. a. Potestas & terror apud eum est.

f Rex] contra superbos, qui iniuriantur aliis. *Psal.* 79. Qui regis Israel, intende. *g* Magnus] contra auaros. *Malac.* 1. d. Rex magnus ego sum. Contrarium dicitur de Antichristo, *Isa.* 14. g. De radice colubri egredietur regulus, non Rex. Et dicit quidam, quòd superbia prouenit ex paruitate cordis, humilitas autem ex magnitudine. Et de Rege terreno dicitur *Ioan.* 4. g. Erat quidam Regulus.

h Super omnem terram] contra hæreticos Manichæos, qui dixerunt eum tantum Deum cœli ; & Diabolum esse Deum terræ : Sed ipse est Rex super omnem terram. Ipse enim in principio creauit cœlum & terram, vt habetur *Gen.* 1. a. Sed Manichæi dicunt, sicut dixerunt Syri, 3. *Reg.* 22. c. Deus montium est Dominus ; & non est Deus vallium. Et ibi sequitur : Scietis, quia ego Dominus.

i Subiecit populos nobis, & Gentes sub pedibus nostris,] Moraliter hoc possunt dicere boni Prælati : & est contra superbos Prælatos, qui bonos subditos volunt conculcare. Vnde dicit : Subiecit populos, id est, rationabiliter & humiliter viuentes. — Moraliter de Prælatis.

k Nobis] vt præsimus eis : Non enim conculcandi sunt, licet subditi sint. Sed superbi & malè viuentes conculcandi sunt : Vnde addit. *l* Et Gentes] id est, gentiliter viuentes.

m Sub pedibus nostris] conculcandos. *Luc.* 5. c. Conculca anima mea robustos, non humiles & simplices. *Isa.* 28. a. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Hic notantur tria genera hominum, qui conculcandi sunt à Prælatis, scil. superbi, cùm dicit : Corona superbiæ. Gulosi, siue luxuriosi, cùm dicit : Ebriorum. Auari, aut cupidi, cùm dicit : Ephraim. Subiecit Dominus nobis, non nos, quia nemo assumit sibi honorem, &c. *Hebr.* 5. a. Sed dicitur *Am.* 6. d. in persona multorum : Nonne in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua ? — Tria genera hominum quæ conculcandi sunt à Prælatis.

n Elegit nobis. Hic versus de Prælatis ita exponitur, sicut supra de Apostolis, 1. *Mach.* 4. e. Elegit Iudas Sacerdotes sine macula, habentes voluntatem in lege Dei, & mundauerunt sancta. Possunt autem communiter de omnibus fidelibus exponi isti duo versus.

i Subiecit populos nobis] id est, motus rationis, qui debent regi, & foueri in bonum.

l Et Gentes] id est, Gentiles & brutales motus.

Aliter. *m* Sub pedibus nostris] vt conculcentur a nobis, *Genes.* 4. a. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Et *Genes.* 3. c. Ipsa conteret caput tuum, hoc est initium suggestionis.

n Elegit nobis.] Loquitur de Domino, sicut de bono Patre, qui quando fit partitio inter filios, dilecto filio meliorem partem eligit, nec sustinet, quòd ille alius eligat, quia citò deciperetur. Ita multi sunt, qui si potentiam eligerent gaudere in diuitiis, & deliciis, & honoribus in præsenti, quàm hic affligi, vt postea hæreditatem æternam haberent. *Hebr.* 11. e. Sed Dominus elegit nobis, quasi nescientibus eligere.

o Hæreditatem suam] vitam æternam.

p Speciem Iacob] id est, pulchritudinem Christi, qui supplantauit Diabolum. *r* Quem dilexit] Deus Pater, quasi dicat, Hoc bonum fecit nobis Deus, quod illam hæreditatem reseruat nobis in qua similes erimus Christo in pulchritudine. *Phil.* 3. d. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, 1. *Ioan.* 3. a. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus ; scimus autem, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Vel sic

p Speciem Iacob, quem dilexit,] dico, quod [elegit nobis hæreditatem. Hæreditatem,] dico, [speciem Iacob,] id est, significatam per speciem, id est, per speciosam Rachel, quam Rachel dilexit Iacob, *Genes.* 29. d. Seruiuit Iacob pro Rachel septem annis : & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Sed sicut Iacob cupienti habere Rachel, introducta prius fuit ad eum Lia, quæ interpretatur laboriosa : ita & nobis, si volumus habere Rachel,

* quæ interpretatur visio, siue videns Deum, hoc est, vitam æternam, prius oportet quod accipiamus laborem huius vitæ: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei, sicut dicitur *Act* 14. d. Et ipsum Christum oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam, sicut dicitur *Luc.* vlt. d.

Secunda pars. a Ascendit Deus.] Secunda pars, vbi Ascensio, & Regnum Dei describitur. Dicunt ergo Apostoli conuersis Gentibus, & Prædicatores cunctis fidelibus: [Ascendit,] quasi dicat non solum elegit nobis hæreditatem, sed & ascendit, vt nobis pararet locum, secundum quod ipse dicit, *Ioan.*14. a. Vado vobis parare locum. *Mich.*2. d. Ascendet pandens iter ante eos. *Deuter.* 33. d. Ascensor cœli auxiliator tuus. Ascendit Deus in iubilo Angelorum.

al. † Iubilatione. *al.* † Intelligenter. *al.* † Dominus. *al.* † omnes. *al.* † conuenerunt.

Ascendit a Deus in † b iubilo, & Dominus i c voce tubæ. d Psallite Deo nostro, e psallite: f psallite Regi nostro, g psallite. Quoniam h Rex omnis terræ Deus: i psallite † sapienter. k Regnabit † Deus l super † Gentes: m Deus n sedet o super sedem sanctam suam. p Principes populorum † q congregati sunt A cum Deo Abraham

b In Iubilo] Apostolorum [In Iubilo] redemptorum [In Iubilo] proprio.

Iubilauerunt Angeli propter tria, scilicet, { De hominum reparatione. / De suæ ruinæ restauratione, vel restitutione. / De sui Regis exaltatione. }

Iubilauerunt Apostoli propter tria, scilicet, { De Spiritus sancti certa promissione. / De Gentium multa conuersione. / De Christi glorificatione. }

Iubilauerunt redempti propter tria, scil. { Propter collis humiliationem. / Propter suam redemptionem. / Propter Angelorum associationem. }

Iubilauit Christus propter tria, scilicet, { Quia opus nostræ salutis consummauit. / Quia Diabolum superauit. / Quia Patris voluntatem impleuit. }

Dicit ergo: Ascendit Deus in cœlum. In Iubilo Apostolorum, qui de eius Ascensione admirantes, & gaudentes, iubilabant. Quid sit Iubilus, dictum est supra. Et dicitur in *Gl. ss.* videlicet, quod Iubilus est ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet. Sed nos addere debemus, Habitum pro æternis. In qua definitione notantur tria, videlicet, gaudium, tanquam subiectum, incomprehensibilitas laudati, insufficientia laudantis. Quasi gaudens dicat cum *Ierem.* 1. b. A, a, a, puer sum, nescio loqui, non sufficio laudare, quem laudo: quia incomprehensibilis est; & ego non sum nisi balbutiens. Et nota etiam, quod non dicit, assumptus est, vel translatus, sicut dicitur de Beata Virgine: Assumpta est Maria in cœlum: Et Enoch, quod transtulit eum Deus. *Hebr.* 11. a. *Gen.* 5. c. Sed dicitur ascendit propria virtute, non indigens alterius adminiculo: Tamen habebat Angelos sibi ministrantes. Vnde sequitur.

Act. 1. b. c Et Dominus] ascendit in voce tubæ, id est, manifesta, scilicet, in voce Angelorum, qui manifeste dixerunt Apostolis, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum, &c. Quia ergo ascendit, vt nobis locum præpararet, vnde iubilauerunt Apostoli, debemus & nos gaudere: Vnde monet nos Propheta in persona Apostolorum, vel Prædicatorum, vt psallamus. Vnde sequitur.

d Psallite Deo nostro] id est, bonis operibus laudate eum. Et repetit.

e Psallite, vt bene imprimat cordi nostro. Modus etiam est choraizantium, quando cantilenas suas dicunt, quædam verba frequenter repetendo, vt magis ad gaudium mundi prouocent. Sic præcentores Domini repetunt verba huiusmodi, vt nos ad Domini laudem magis incitent.

f Psallite Regi nostro] victori.

g Psallite] hoc vt supra repetit, propter prædictam causam. Et bene dico Psallite Regi.

h Quoniam Rex omnis terræ Deus, non tantum cœli, sed & plicis terræ, viuentium, morientium, & mortuorum, scilicet, cœli, mundi, & inferni. *Mala* 1. b. c. Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. Et quoniam ipse Deus Creator est Rex, gubernans creata, ideo psallendum est illi, & non Idolis lapideis, & ligneis, vnde sequitur. i Psallite sapienter] Sapienter enim psallit, qui Deo psallit. Insipienter, qui Idolis psallit, sicut olim psallebant Gentes, & insipientes erant. Et sunt illæ gentes, quæ relicto Domino, Idolis seruiebant: quia velint nolint, Dominus regnabit super eas. Vnde sequitur.

k Regnabit Deus] qui est omnipotens.

l Super gentes] *Psalm.* 2. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. *Ezech.* 20. e. In furore effuso regnabo super vos. Vel in bono.

k Regnabit Deus super Gentes] omnes, quia de omni Gente habebit credentes, & obedientes ei: qui olim tantum super Iudæos hoc modo regnabat. Nec mirum, si super Gentes regnat, qui etiam super Angelos regnat. Vnde addit,

m Deus] scilicet, Christus, de quo *Psalm.* Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. *Psalm.* 13. & 52.

n Sedet] ad dexteram Patris.

o Super sedem sanctam suam] scilicet, Angelos. Vnde in *Psal.* 79. Qui sedes super Cherubin. Dico, quod regnabit super Gentes:] Quia.

p Principes populorum,] vt Centurio, & Cæsares. q Congregati sunt,] conuenerunt, credentes, A cum Deo Abraham

Moral. a Ascendit Deus] in corda hominum, per deuotionem.

b In Iubilo, &c.] Duo enim sunt in Ecclesia, quæ præcipue mouent & excitant ad deuotionem, videlicet officium Ecclesiæ, & prædicatio. Primum notatur per Iubilum. Secundum per tubam. De ascensu dicit *Ierem.* 51. f. Recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. De Iubilo dicitur in principio officij Ecclesiæ, Venite, exultemus Domino: Iubilemus Deo salutari nostro. Quando autem Ecclesia cantando circa eandem vocem varias format melodias, tunc Iubilum exprimit, vt in alleluia, & huiusmodi. De tuba prædicationis *Psalm* 80. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ; in præcipuis enim festis præcipue prædicandum est.

Est Iubilus. { Incipientium, qui fit inter syllabas eiusdem dictionis. / Proficientium, qui fit in fine Versiculorum. / Perfectorum, qui fit in fine Antiphonarum. }

d Psallite, &c.] Hic moraliter est notandum, quod quinquies dicit, Psallite; vt omnibus quinque sensibus nostris psallamus: Et propter ista quinque dicitur in *Hymno.*

Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessionem personent.

Vel quinquies dicit: Psallite, quasi dicat, psallite, corde, ore, opere, consuetudine, finali perseuerantia. In vltimo autem [Psallite] addit sapienter, quod ad omnia quinque referri debet, vt sapienter, id est, cum sapore Dei psallamus. *Bern.* Cibi in ore, psalmus in corde, non negligat anima illum terere dentibus intelligentiæ suæ: ne si forte integrum glutiat, frustretur palatum sapore dulciori super mel & fauum. *August.* Hoc versetur in corde, quod profertur in ore.

k Regnabit Deus super Gentes.] Ita deberet esse: Sed multi faciunt, quod Diabolus regnet super eos. *Iob* 41. d. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum seruus est peccati.

m Deus sedet super sedem sanctam suam] id est, super animam viri iusti, quæ est sedes, per humilitatem. *Isa.* vlt. a. Secundum aliam translationem: Super quem requiescet Spiritus meus nisi super humilem, & quietum, &c. [Sanctam] per terrenorum contemptum [Suam] id est, propriam Dei, per voluntatis propriæ abrenunciationem. Sed non sedet ibi, nisi sedes sit parata. *Psal.* 88. Iustitia & Iudicium præparatio sedis tuæ.

p Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham.] Hi sunt Angeli qui principatum acceperunt super populos: & quasi dispersi sunt per diuersos populos, secundum quod habet *Dan.* 10. c. De Principe Regni Græcorum, & de Principe Regni Persarum, & de Michaele, Principe Iudæorum. *Hebræ.* 1. d. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Sed propter peccata hominum coguntur isti principes relinquere eos, secundum quod dicitur in Ecclesiastica historia, quod audita est vox Angelorum dicentium: Transeamus ab his sedibus. Sic ergo potest istud exponi: Principes populorum, id est, Angeli. q Congregati sunt cum

Deo Abraham

A *a* Cum Deo Abraham] id eſt, Chriſto, qui eſt Deus Abraham. Et ſic ſuſcitauit Deus filios Abrahæ de lapidibus, ſecundum quod dicitur *Matth.* 3. b. *Baruch.* 4. g. Filij tui veniunt collecti ab oriente vſque ad occidentem, in verbo ſancti gaudentes in honorem Dei. Ideò congregati ſunt.

b Quoniam Dij fortes terræ,] id eſt, Iudæi vnicornes propter cultum vnius Dei. Dij, quibus dixit Dominus: Ego dixi, Dij eſtis. Terræ, id eſt, terrena diligētes, quia Chriſtum occiderunt, ne perderent locum: Vnde & fortes dici poſſunt. Ipſi tales.

al. † valdè. al. † nimiū. *Pſalm.* 81.

cum *a* Deo Abraham: quoniam Dij *b* fortes terræ † *c* vehementer *d* eleuati ſunt.

Pſalm. vel laus Cantici filiis Chore. ſecunda Sabbati.

PSALM. XLVII.

e MAgnus Dominus, & *f* laudabilis † *g* nimis, *h* in Ciuitate Dei noſtri, *i* in monte ſancto eius. † *k* Fundatur *l* exultatione *m* vniuerſæ terræ,

d Eleuati ſunt] per ſuperbiam. Non parum, ſed.

c Vehementer] quia Chriſtum recipere noluerunt: Et ideò Principes, & populi Gentium congregati ſunt ad vnitatē fidei Chriſtianæ, ſecūdum quod dicitur *Roman.* 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret. Vel ideò congregati ſunt. Quoniam Dij fortes terræ, id eſt, Apoſtoli, fortes in fide, & dilectione: quia neque mors, neque vita potuit eos ſeparare à charitate Chriſti, vt dicitur *Roman.* 8. c. vehementer eleuati ſunt ſignis, & miraculis, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis: *Marc. vlt.* d. Et *in Pſalm.* 128. dicitur de ipſis: Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus. Hoc idem eſt, quod, vehementer eleuati ſunt.

al. † valdè. al. † dilatās.

Moral. *a* Deo Abraham] reuertentes ad eum, relictis populis, ad quos diſperſi, & miſſi fuerant. Et quæ eſt cauſa?

b Quoniam Dij fortes terræ,] id eſt, Prælati.

c Vehementer eleuati ſunt] per ſuperbiam. Dij enim ſunt per ſcientiam, ſcientes bonum, & malum. Vel quia ſe faciunt adorari, ſicut Dij. Vnde *Zach.* 12. d. O paſtor, & Idolum. Fortes ſunt, per ſæcularem potentiam. Terræ, per terrenorum abundantiam. Vehementer eleuati ſunt, per nimiam ſuperbiam. Et propter peccata eorum, & malum exemplum corruunt ſubditi in peccatum, ſicut dicitur *Prou.* 18. b. Regnantibus impiis, ruinæ hominum.

EXPOSITIO PSALM. XLVII.

MAgnus Dominus, &c.] Titulus. *Pſalmus, vel laus Cantici filiorum, vel filiis Chore, ſecunda Sabbati:* Prima die creauit Deus lucem, & diuiſit eam à tenebris. Secunda die creauit firmamentum, & ſuis ornauit luminaribus, Sole, & Luna. Quarta die die ſtellis. Per hoc, quod prima die creauit lucem, ſignificauit ſe die Dominico, qui primus fuit aliorum creatione, reſurrecturum, & ſeparaturum lucem immortalitatis, à tenebris mortalitatis, ſcilicet peccati. Item ſicut ſecunda die firmamentum creauit, & ornauit: ſic poſt Reſurrectionem, quaſi ſecunda die, fundauit Eccleſiam per Apoſtolorum prædicationem, quæ dicitur fundamentum fidei. Suprà *in illo Pſalmo,* Domini eſt terra. Vbi apponitur titulo: Prima ſabbati, agitur de Reſurrectione: Hic autem, vbi in titulo ponitur: Secunda ſabbati, agit de conſtitutione Eccleſiæ. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte, quo monemur ad bonam operationem: Vel [Laus] qua docemur laudare Deum [Cantici] In quo deſcribitur cantilena laudandi Deum, eſt filiorum Chore, vel aſcribitur filiis Chore, id eſt, imitatoribus Paſſionis Chriſti. [Pſalmus] dico, habitus pro his, quæ facta ſunt ſecunda Sabbati, id eſt, pro ſignificatis eorum, videlicet, pro fundatione Eccleſiæ, quæ ſignificata eſt per opera ſecundæ diei.

Eſt ergo materia huius pſalmi, laus Dei, pro conſtitutione Eccleſiæ, & fundatione ipſius, quæ eſt Ciuitas ſummi Regis. Et bene ſequitur iſte pſalmus præcedentem, quia in præcedenti inuitauit ad laudandum Sponſum, & Sponſam; hic autem pſalmus ponitur pro cantilena, in qua laudatur Rex & Ciuitas: Sponſus, & Sponſa: Intentione enim monet, vt ciuitatem iſtam amplificemus. *Partitio Pſalmi.* Modus. Bipartitus eſt pſalmus. Primò agit de fundatione Ciuitatis, & eam deſcribit, & commendat. Secundò gratias agens de aduentu fundatoris, id eſt, Chriſti, monet de gradibus Eccleſiæ diſtribuendis, per quos Saluator poſſit agnoſci, *ibi*: Suſcepimus. In prima parte commendat Ciuitatem, quæ eſt Eccleſia, quinque modis: videlicet, à dignitate Conditoris, *ibi*: Magnus Dominus. Item à ſitu, *ibi*: In monte ſancto. Tertiò ab amplitudine, *ibi*: Fundatur exultatione vniuerſæ terræ, & cætera. Quartò, à benignitate Regis, *ibi*: Cùm ſuſcipiet eam. Quintò, à ſtabilitate ipſius ciuitatis, *ibi*: [Deus fundauit eam in æternum.] De primo ergo dicit. *Commendatio Eccleſiæ ex quinque.*

e Magnus Dominus] id eſt, Dominus eſt magnus, quia ſine termino, cuius potentia termino caret. *Tob.* 13. Magnus es Domine, in æternum. *Pſalm.* 144. Magnitudinis eius non eſt finis. *Eccleſ.* 43. d. Terribilis Dominus, & magnus vehementer.

f Et laudabilis] quia bonus eſt: Bonum enim laudabile eſt. *Pſalm.* 134. Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus. Nec parum eſt laudabilis, ſed.

g Nimis] *Eccleſiaſtic.* 43. d. Glorificantes Dominum, quantumcunque potueritis, ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Et quia ſunt quidam, qui magni reputantur, quia inter paruos, & in parua villa habitant; de quibus parua fieret mentio in magna Ciuitate. Ideò ne Dominus talis putetur, benè ſequitur,

h In ciuitate Dei noſtri,] In Eccleſia, in qua fideles, quaſi ciues, vniuntur in fide, & charitate. Et poſſet aliquis dicere: Multæ ſunt ciuitates, quæ non ſunt famoſæ, nec nominatæ: Vnde adhuc ſequitur contra iſtam exceptionem.

i In monte] In Ciuitate, dico, ſita, in monte ſancto eius, & ideo famoſa. *Matth.* 5. b. Non poteſt abſcondi Ciuitas ſupra montem poſita. Mons iſte, in quo fundata eſt Eccleſia, Chriſtus eſt: De quo *Iſaiæ* 2. a. Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium: & eleuabitur ſuper colles. Et ſequitur de fundatione Eccleſiæ: Et fluent ad eum omnes Gentes, &c. Et in hoc, vt prædictum eſt, commendatur Ciuitas à ſitu. Poſtea commendat eam ab amplitudine. Vnde ſequitur.

k Fundatur] hæc Ciuitas ſuper fundamentum ſuum montem prædictum, ſcil. Chriſtum. De quo 1. *Cor.* 3. c. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Et hoc.

l Exultatione] id eſt, in exultatione, vel per exultationem.

m Vniuerſæ terræ:]

A Quia enim

Moral. Moraliter. *e* Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in Ciuitate Dei noſtri] Ciuitas Dei eſt Religio, in qua eſt ciuium vnitas, corporum & mentium, & victus & veſtitus. Eſt etiam mons ſanctus, per eminentiam ſanctæ vitæ.

h In Ciuitate] ergo Dei noſtri, & in monte ſancto eius, id eſt, in tali Religione, eſt, id eſt, habetur.

e Dominus magnus] quia omnia, quæ ſunt in mundo, pro nihilo reputant, vt Deum poſſint habere. Vnde *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

f Et laudabilis nimis] habetur ab ipſis, qui vt eum liberè poſſint laudare, corde, ore, opere, ab omni cura ſæculi ſe exuunt, vt dicere poſſint: *Pſalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo, ſcilicet, vel in prædicatione, vel in oratione, vel in lectione. Illi, qui ita temporalia amplectuntur, & deſiderant, quòd de Domino parum, aut nihil curant: & qui ita curis ſæculi ſe implicant, quòd laudi diuinæ non poſſint vacare: Dominum, nec magnum, nec laudabilem ſe reputare oſtendunt. Poſſet autem aliquis dicere: Nec in Ciuitate Religionis laudabilis eſt Dominus: quia de rapinis, & ſanguine pauperum fundata eſt hæc Ciuitas, & ædificata: & ita potiùs poteſt eis Dominus dicere: Nomen meum per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut dicitur *Rom.* 2. d. & *Iſa.* 52. b. Hoc autem remouet, cùm dicit.

k Fundatur Ciuitas] Religionis: In.

l Exultatione vniuerſæ terræ,] quia in paupertate fundata fuit, ita quòd nulli calumnia, aut iniuria fiebat: & ita nullus conquerebatur, nullus contriſtabatur; ſed omnes exultabant de fundatione Religionis, & Dominum huius Ciuitatis, Deum videlicet, glorificabant. Propter hoc etiam habetur in regula B. Benedicti, quòd ſi fortè res aliqua monaſterij ſit vendenda, pro minori pretio detur, vt in omnibus glorificetur Deus.

A Quia enim gauisæ sunt de prædicatione Apostolorum, & cum exultatione receperunt verbum Dei, ideò in Christo sunt fundatæ, & radicatæ per fidem, sicut dicitur *Act.* 13. g. Audientes Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam: dissemin abatur autem verbum Dei per vniuersam regionem: Hoc nihil aliud est, quàm quod hic dicitur: Fundatur exultatione vniuersæ terræ, non tantùm Iudææ, in cuius exultatione primò fundata est, quantum ad eos, qui crediderunt Iudæos; sed & vniuersæ,

al. † montes. *al.* † gradib. *al.* † collecti. *al.* † &

† *a* mons Sion: *b* latera Aquilonis *c* Ciuitas Regis magni: Deus in † *d* domibus eius *e* cognoscetur, *f* cùm suscipiet eam. *g* Quoniam, ecce *h* Reges terræ † congregati sunt: † conuenerunt in vnum.

cùm conuerterunt se Apostoli ad prædicandum Gentibus. Vnde de istis, scilicet, de Iudæis, & de Gentibus, de quibus constructa est generalis Ecclesia, Subiungitur.

a Mons Sion] id est, populus Gentilis. Hi sunt.

c Ciuitas Regis magni] id est, ex his duobus populis constituitur Ciuitas, quæ est Ecclesia: Et inter eos, quasi inter ciues eiusdem ciuitatis facta est vnitas: quia eorum vnus est Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Per Aquilonem Diabolus significatur: Aquilo enim ventus est frigidus, & aquas indurat in glaciem: sic Diabolus diuites huius mundi, quos perflat, frigidos reddit, & duros, id est, sine charitate, & sine compassione. Vnde *Ecclesiast.* 43. c. Frigidus ventus Aquilo flauit, & congelauit chrystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum requiescet. Latera Aquilonis, sunt omnes, qui Diabolo adhæreint. Vnde præcipuè Gentiles, qui Dæmonia colebant, dicuntur latera Aquilonis, secundùm quod adhuc dicuntur assistentes alicui, latera illius. Vnde communiter solet dici de aliquo: Bonus quidem est, sed habet praua latera. Sic dixit *Beatus Bernard.* Non dico sanum, dolentem latera. Sic ergo Mons Sion, i. Iudæi conuersi: Et latera Aquilonis, id est, Gentes conuersæ, sunt Ciuitas Regis magni, id est, Dei. Alij enim Reges non sunt nisi reguli. Vniuersalis ergo Ecclesia est Ciuitas. Et sicut in ciuitate vna, multæ sunt domus: sic in vniuersali Ecclesia multæ sunt particulares Ecclesiæ, in quibus à fidelibus eius cognoscitur per fidem, & recognoscitur ab infidelibus. Vnde sequitur.

Eph. 4. *b.*

d Deus in domibus eius,] scilicet, Ciuitatis, id est, in particularibus Ecclesiis.

e Cognoscetur] cognitione fidei. Vel, Cognoscetur, i. percipietur etiam ab illis, qui sunt de Ecclesia: In domibus eius esse per miracula, quæ faciet Dominus in eis per Apostolos & alios Sanctos. Cognoscetur, dico.

f Cum suscipiet eam] quasi dicat, hanc cognitionem à gratia Dei suscipientis eam, vt medicus in cura, & vt architectus ad ædificandum eam, & curandum. Et in hoc commendatur Ciuitas à benignitate Regis.

cognoscitur Deus.
- Per naturalia. *Rom.* 1. c. Inuisibilia ipsius à creatura, &c.
- Per gratiam, vel fidem. *Sap.* 15. a. Nosse te consummata iustitia est.
- Per gloriam. *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna, &c.

Postea probat illud, quòd suprà dixit, quòd latera Aquilonis constituunt Ciuitatem Dei.

g Quoniam ecce Reges,] ad literam.

i Congregati sunt] cum aliis fidelibus ex Iudæis, vt fieret ex eis vna Ciuitas Dei Regis, vnum ouile Christi Pastoris, qui dicit *Ioann.* 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus Pastor. Vnde expressiùs addit: Conuenerunt in vnum. Vel de malis Regibus, & tyrannis potest legi sic: Verè opus est, vt.

Aliter.

f Suscipiet eam, quoniam ecce Reges terræ, Tyranni terrena sapientes.

i Congregati sunt, & conuenerunt in vnum] id est, in vnam prauam voluntatem, vt fideles destruerent, & affligerent. Vel in vnum, id est, contra vnum, scilicet, contra vnitatem dei. Ipsi enim non habebant vnitatem: quoniam quælibet Ciuitas habebat Deum suum. Sed secundùm primam expositionem prosequamur. Dico, quod conuenerunt in vnitatem fidei. Quomodo? Sic.

Moral.

A Ipsi, scilicet Reges

* Secundum etiam opinionem, & sententiam sæcularium, & multorum etiam Religiosorum, qui Apostolum dicentem: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter, id quod positum est, quod est Christus Iesus, 1. *Corinth.* 3. c. dementientes, asserunt Religionem tunc fundatam, quando diuitiis est dotata: potest dici: Fundatur exultatione vniuersæ terræ; quia pauperes terræ, qui sub Principibus à bedellis excoriabantur, gaudebant, & exultabant, quando sub dominio Religionis transferebantur, sperantes se ab eis in pace viuere: Et alij etiam pauperes, qui nihil penitùs habebant, gaudebant quod Religiosi ditarentur, à quibus sperabant se magnum subsidium recepturos: & ita fuit in principio. Et modò in multis locis vtrique spe sua fraudantur: quia à plerisque Religiosis populus, qui sub eis est, acriùs concutitur, & conculcatur, & suâ substantiâ expoliatur, quàm si essent sæculares bedelli: & bona, quæ pauperes deberent comedere, ipsi Monachi cum Tyrannis, & bedellis, & superfluitatibus expendunt. Vnde *Isa.* 5. d. Pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. Agni iuxta ordinem suum pascuntur, quando simplices, & boni claustrales ordinem tenent in claustro: Et ad literam comedunt in refectorio, sicut regula docet. Deserta in vbertatem versa, sunt Religiones, quæ priùs pauperes, & postmodum ditatæ fuerunt: quas & bona earum aduenæ comedunt, quando in cameris, & aulis milites, & diuites mundi cum Abbate, & Balliuis domus splendidè epulantur. Et ita licet talis Religio fuerit fundata in exultatione pauperum; non tamen est consummata. Vnde possunt dicere Domino istud *Isa.* 9. a. Multiplicasti Gentem, id est, auxisti, & augmentasti Religionem, non magnificasti lætitiam. Postea ostendit, in quibus consistit Religio: quoniam habet duas partes, siue duo officia, scilicet, actionem, & contemplationem. Vnde sequitur.

a Mons Sion latera Aquilonis, Ciuitas Regis magni:] Per montem Sion, significantur contemplatiui: Per latera Aquilonis actiui: qui magis sunt expositi frigido vento tentationum. Vnde dixit Diabolus *Isa.* 14. d. Sedebo in lateribus Aquilonis. Hæc ergo duo genera, quæ sunt in Religione, sunt.

c Ciuitas Regis magni] id est, constituunt Religionem.

d Deus in domibus eius cognoscetur] ad literam, quia domus Religiosorum pauperes debent esse, & humiles: sicut Christus non habuit, vbi caput reclinaret: *Matth.* 8. c. Vt facto, non solum ore dicant: Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus: *Heb.* vlt. c. Et de eis dicant, qui vident domos eorum, illud *Gen.* 28. c. Verè Dominus est in loco isto: non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cœli, &c. Et hoc erit.

f Cùm suscipiet eam] id est, cùm accepta, & grata erit. Vnde signum est, quòd Dominus minus acceptat Religionem, quæ castra, & turres, & aulas, & palatia regia ædificat de bonis, quæ pauperibus erogare deberet: vel quod peius est, de eis, quæ pauperibus auferunt per exactiones, & calumnias. Vnde *Abacuc.* 2. c. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius: & liberari se putat de manu mali: Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos: & peccauit anima tua: quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Postea dicit, quomodo fit ista Ciuitas.

g Quoniam ecce] vt omnibus exemplum pateat.

h Reges terræ] qui terram corporis sui regunt, & colunt per disciplinam regularem.

i Congregati sunt,] per conuentus. [Conuenerunt in vnum.] Per [Congregati sunt,] notatur vnitas corporum. Vnde petit *Psalm.* 105. Saluos fac nos, Domine, Deus noster. Quomodo? Et congrega nos de nationibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Per] conuenerunt, notatur vnitas mentium: De qua *August.* Hæc sunt, quæ, vt seruetis, præcipimus in monasterio constituti: Primum, propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis cor vnum, & anima vna in Deo. Hoc sumitur de *Actor.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. [In vnum,] scilicet, in Deum. *Psalm.* 26. Vnam petij à Domino. *Luc.* 10. g. Vnum est necessarium *Psalm.* 132. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Et quomodo accidit, quòd ita conuenerunt? Quia Deus per gratiam suam illuminauit corda eorum ad cognoscendam veritatem. Vnde sequitur.

* *a* Ipsi]

a Ipsi *b* videntes † *c* sic *d* admirati sunt, *e* conturbati sunt, *f* commoti sunt: *g* tremor *h* apprehendit eos. *i* Ibi *k* dolores, vt *l* parturientis: in *m* spiritu vehementi *n* conteres naues Tarsis. Sicut *o* audiuimus, sic *p* vidimus in *q* Ciuitate Dñi virtutum, in *r* Ciuitate Dei nostri: *s* Deus fundauit eam in *t* æternum. *u* Suscepimus, Deus, misericordiam tuam, in *x* medio templi

al. † Ita. al. † violento. al. | Ita &

A *a* Ipsi] Reges. *b* Videntes] per fidem: Vel videntes oculis corporis, miracula & dignitatem Ecclesiæ. *c* Sic] id est, ex eo, quòd viderunt. *d* Admirati sunt.] Vel obstupuerunt alia litera: Secundum quod dicitur 3. *Reg.* 10. a. Et 2. *Par.* 9. a. quòd postquam Regina Saba vidit sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, &c. multa, non erat præ stupore in ea spiritus. Nec solùm admirati sunt, sed. *e* Conturbati sunt] pro peccatis suis. *f* Commoti sunt] ad bene agendum. *g* Tremor] futuri iudicij. *h* Apprehendit eos.] Fortiter apprehendere, violentiam notat. Posteà subiungit descriptionem pœnitentis. *i* Ibi] id est, in tremore, & commotione, & conturbatione. *k* Dolores fuerunt] de peccatis. Nota, quòd tremor est ex parte corporis; dolor ex parte spiritus. Et illi dolores non fuerunt mediocres, sed. *l* Vt parturientis] *Ierem.* 13. d. Nunquid non dolores apprehenderunt te, quasi parturientem mulierem? Item illi dolores non fuerunt inutiles; sed vt parturientis, quia fructum salutis afferunt. *Ioan.* 16. e. Mulier cùm parit, tristitiam habet; cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et dum prædicta fient. Tu. *n* Conteres, &c.] id est, superbiam Gentium euertes: quæ Gentes discurrunt explorantes gaudia mundi, & diuitias quærentes, sicut naues Tarsis, quæ Ciuitas est Metropolis Ciliciæ: & interpretatur, exploratio gaudij. Et bene nauibus comparantur: quia instabiles sunt, cuilibet vento cedentes. Et quomodo conteres? *m* In Spiritu vehementi] id est, per Spiritum sanctum, vel in fortitudine, & timore tui iudicaturi. Vel ad litteram exponitur de nauibus illius loci, quas Herodes confregit in spiritu vehementi, id est, in magna ira: quia credebat, quòd Magos transposuissent in terram suam, quando per aliam viam reuersi sunt in regionem suam, sicut dicitur *Matth.* 2. b. Et licet Herodes contriuerit eas; tamen hoc Domino attribuit: & quia Dominus eas permisit conteri: & quia occasione suæ Natiuitatis contritæ fuerunt. Et cùm hæc prædicta ita se habeant: Ergo. *o* Sicut audiuimus] promissiones propheticas, quæ ista promittebant. *p* Sic vidimus] esse completum. Et videmus. *q* In Ciuitate, &c. id est, in Ecclesia militante, quam Dominus virtutum Angelicarum, vel dator virtutum possidet, & tuetur. Et ne hæretici hoc nomen sibi vsurpent, repentè restringit. *r* In Ciuitate, &c.] id est, in Catholica Ecclesia, quam Deus noster, id est, Christus fundauit. Vnde addit; *s* Deus fundauit eam] Non ad tempus, vt templum: sed. *t* In æternum] quasi dicat, Ecclesia non transfertur, sicut Synagoga: quæ enim est militans Ecclesia, eadem erit triumphans. Vel anagogicè potest esse vox eorum, qui, cùm moriuntur, transeunt ad cœlum. *o* Sicut audiuimus] per fidem: Quia vt habetur *Rom.* 10. c. Fides est ex auditu. *p* Sic vidimus, per remunerationem. *Isa.* 60. a. Tunc videbis, & affiues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum: *q* In Ciuitate, &c.] In Ecclesia triumphante. *s* Deus fundauit, &c.] *Isa.* 54. c. Fundabo te in saphyris. Et 58. d. Fundamenta generationis, & generationis suscitabis.

Anagogicè.

- Ciuitas
  - Singularis
    - B. Virgo. *Psalm.* 86. Gloriosa dicta sunt de te, Ciuitas Dei.
    - Anima fidelis. *Isa.* 23. d. Circui Ciuitatem: bene cane: frequenta Canticum, &c.
  - Generalis
    - Ecclesia militans. *Matth.* 5. b. Non potest Ciuitas abscondi, &c.
    - Ecclesia triumphans. *Hebr.* 12. f. Accessistis ad Sion montem, & Ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem, &c. *Isa.* 33. d. Oculi tui videbunt Ierusalem, &c.

Moraliter de Religiosis.

* *a* Ipsi] Reges. *b* Videntes] qui priùs fuerunt cæci. Videntes Dei bonitatem, & seueritatem. *Rom.* 11. c. Vide bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem; In te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. Item videntes mundi vanitatem. *Eccl.* 3. b. Omnis qui viderit te, resiliet à te. Item videntes sua peccata. *Ierem.* 3. a. Leua oculos tuos in directum: & vide, vbi nunc prostrata sis. *e* Sic admirati sunt, &c.] sicut supra expositum est vsque ibi. *o* Sicut audiuimus] ab eis, qui nos hortabantur ad ingressum Religionis. *p* Sic vidimus, &c.] i. e. In Religione, postquam ingressi sumus. *Ioa.* 1. e. dixit Iesus duobus Discipulis quærentibus: Rabbi, vbi habitas? Venite, inquit, & videte. Vnde 3. *Reg.* 10. a. dixit Regina Saba: Non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quòd media pars mihi nunciata non fuit. Ita est in veritate, & multi hoc experiuntur, & dicunt in bona Religione, quæ fundamentum suum non reliquit] scil. paupertatem & humilitatem. Vnde sequitur. *s* Deus fundauit eam in æternum: quia semper inuenietur paupertas in Religione. *Ierem.* 35. d. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. *Ibi* autem *in eod.* b. dicunt filij Rechab: Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis dicens: Non bibetis vinum vos, & filij vestri vsque in sempiternum: & domum non ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis domos; sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris. Non enim bibunt vinũ delitiarum: nec domos superfluas ædificant. Est enim quædam Religio, vbi habẽt de ordine suo abstinere à vino tribus diebus in hebdomada. Est etiam alia, in qua non possunt ædificare domos sibi proprias, quin teneantur exire ad præceptum eorum, ad quos pertinet dominiũ loci. Sunt autem & aliæ, in quibus nec seminant: nec agros, nec vineas, nec redditus, nec possessiones habent, nec habebunt vnquam. Vnde verum est, quòd fundauit eam Deus in æternum. *u* Suscepimus Deus, &c.] Secunda pars, vbi agens de aduentu Christi monet de gradibus Ecclesiæ distribuendis, per quos Saluator possit agnosci: In duobus primis versibus agit, & reddit gratias de aduentu Christi. Postea de gradibus agit, *ibi*: Distribuite domos eius. Dicit ergo. O Deus, suscepimus misericordiam tuam dupliciter, sc. misericordiæ effectum, & misericordiæ causam. Effectum, i. e. rem Sacramentorum: Causam, i. e. Sacramenta. Et hoc. *x* In medio templi tui] i. e. inter plateas, quæ templum Dei dicuntur propter Sacramenta, quæ participant, sed rem Sacramentorum non participant. Vel, misericordiam, i. e. misericordiæ causam, sc. Christum, quem suscepit corporaliter Simeon in templo: *Luc.* 2. d. Vel sic: Suscepimus Deus, misericordiam tuam, i. e. Christum, per fidem. In medio templi tui, i. e. in communi populi tui. Est enim templum Domini multiplex, sc. templum materiale, templum spirituale, templum sacramentale, templum cœleste. De templo materiali dicitur. *Ierem.* 7. a. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, Templum Domini. Templum spirituale, est congregatio Iustorum. De quo 1. *Cor.* 3. d. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Templum sacramentale, sunt paleæ, id est, mali, qui sunt in Ecclesia. Vnde hic: In medio templi tui. Templum cœleste, est cœlestis patria: De quo *in Psal.* 5. Adorabo ad templum sanctum tuum. Templum singulare, corpus Christi, *Ioan.* 2. d. Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Et quia de tanto beneficio, quod est misericordia Domini, non debemus esse ingrati, secundum quod dicitur *Isa.* 44. d. Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus. Ideò sequitur.

Secunda pars.

Templum Domini est multiplex.

A Secundum nomen

Moraliter de pœnitentibus.

u Suscepimus, &c.] Moraliter vox est pœnitentium. Suscepimus, Deus, misericordiam tuam per remissionem peccatorum. *x* In medio templi tui.] Posset enim aliquis dicere peccatoribus: Quomodo qui tantùm peccastis, misericordiam inuenistis? sic etiam de se dixit Cain: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. *Gen.* 4. b. Et ipsi dicunt: O [Deus,] qui diues es in misericordia. Suscepimus misericordiam tuam in medio templi tui, quasi dicat, omnibus se offert, qui templum suum voluit intrare. Vnde *Bern.* Misericordia est, non in angulo, non in diuersorio: in communi posita est. Vel specialiter de Religiosis, de quibus prima partitio exposita est: vt sit hic vox eorum, & gratiarum actio. *u* Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui] id est, in medio templi spiritualis, id est, Religionis, quasi dicant, hoc ipsum, quod dedisti nobis gratiam intrandi, fuit de tua misericordia: Non omnibus enim datur hæc gratia. Plerique etiam vellent eam habere, quibus non datur, qui sc. vellent habere voluntatem intrandi Religionem; sed non possunt. *Rom.* 9. d. Non est volentis, neque currentis; sed Dei miserentis. Et pòst: Deus, cuius vult, miseretur; & quem vult, indurat. Hoc etiam bene innuitur apud quosdam Religiosos, vbi quando recipiendi adducuntur in capitulum, prosternunt se in medio capituli coram toto conuentu. Et cùm quæritur ab eis: Quid petitis? Respondent: Misericordiam Dei, & vestram, quasi dicant, volumus suscipere misericordiam Dei in medio templi sui.

Aliter de Religiosis.

Allegor. *Cant. 1. a.* *Psalm. 73.* A *a* Secundùm nomen tuum, Deus] id est, sicut nomen tuum diffusum est. *b* Sic & laus tua] diffusa est. Nomen tuum, id est, res nominis tui, scil. salus tua, quam de misericordia tua operatus es in medio terræ, quasi dicat, Illi omnes, qui misericordiam tuam receperunt, laudant te:

tui. Secundum *a* nomē tuum, Deus † sic & *b* laus tua in *c* fines terræ : *d* iustitia plena est dextera tua. *e* Lætetur mons Sion, & *f* exultent filiæ Iudæ, propter *g* iudicia tua, Domine. *h* Circundate Sion, & *i* complectimini eam: *k* narrate in turribus eius. *l* Ponite corda vestra in virtute eius: *m* & distribuite † domos eius, vt *n* enarretis *o* in

al. † ita

al. † gradus.

Nec illi sunt pauci, imò *c* In fines terræ,] est laus tua, id est, per totam terram. Et ideò laudant, quia iustificasti eos: Vnde addit. *d* Iustitia plena, &c. id est, propitiatio tua. Vel filius tuus, ô Pater, plenus est iustitia, id est, iustificatione, qua omnes paratus est iustificare, & multos iustificat. Vnde 1. *Cor.* 6. a Abluti estis: sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et ex hoc. *e* Lætetur mons Sion,] id est, Iudæa, vel generalis Ecclesia.

f Et exultent filiæ Iudæ] id est, Gentes, genitæ à Iuda, id est, ab Apostolis per confessionem. Sed quare magis dicuntur filiæ Iudæ, quam filij? Propter maiorem ornatum virtutum, & abundantiam gratiæ. Sicut enim pater magis ornat filiam nupturam quàm filium; ita Deus maiorem gratiam dedit conuersis de Gentibus, quàm olim Iudæis. Lætentur, dico, & exultent. *g* Propter iudicia tua, Domine] id est, propter Iudæorum excæcationem, & illuminationem Gentium, quæ sunt iudicia Dei occultissima: *Rom.* 11. d. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! &c. Tamen quia per electos ex Iudæis, scilicet, per Apostolos, venit lux ad Gentes, ideò, ô vos Gentes.

h Circumdate Sion] id est, bonos de Iudæis, id est, frequenter, & cum reuerentia estote cum illis. Sicut communiter dicitur, quando aliquis vult ab aliquo aliquid impetrare, & blandè instat, dicitur, quòd vadit ei circa. Circundate ergo eos, id est, frequentate eos, vt ab eis veram doctrinam habere possitis. *Eccl.* 6. d. Si videris sensatum, euigila ad illum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Et circundantes non detrahite: Sed.

i Et complectimini eam] amplexibus charitatis. Vel sic. O vos mali, Circundate Sion, id est, bonos, qui sunt Ecclesia: Et complectimini eam, vt suprà. Et vt cortina cortinam trahat: & qui audit, dicat veni.

Apostoli dicuntur turres triplici de causa. *k* Narrate in turribus eius] Narrate aliis Gentibus, vt trahatis eos ad fidem. *Ps.* 77. Narrantes laudes Domini, & virtutes, & mirabilia eius, quæ fecit. Narrate, dico, sed existentes in turribus eius, id est, firmi in fide, & doctrina Apostolorum, qui sunt præcipuè turres Ecclesiæ. Et dicuntur turres triplici de causa. Per turrem enim munimur in ciuitatibus: Hostes venientes præuidemus: Et de illis, extrinsecis loquimur. Ita Apostoli muniunt, præmonent, & aliis prædicant. Quid autem sit esse in turribus eius, declarat, cùm subiungit. *l* Ponite corda vestra in virtute eius, quasi dicat, si vultis aliis prædicare, habeatis cor plenum virtute, & fortitudine fidei, & charitatis: Hæ enim virtutes omnia vincunt. 1. *Ioan.* 5. a. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. *Cantic.* 8. b. Fortis est vt mors, dilectio.

m Et distribuite domos eius] dupliciter, scilicet, domum à domo diuidendo, id est, qui habent tantùm Sacramentum, ab his, qui habent Sacramentum, & rem Sacramenti. Vel sic: Domum circuncisionis, à domo præputij. Ita factum est, cùm Paulus Gentibus prædicauit; Petrus autem Iudæis. Vnde dicit Apostolus *Gal.* 2. b. Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis, qui enim operatus est Petro in Apostolatu circuncisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Et ideò facta fuit ita diuisio, vt meliùs possent prædicare, & fructum facere, cùm quilibet proprias oues haberet. Vnde sequitur.

n Vt enarretis,] prædicando magnalia Dei, *o* In progenie,] A altera, vel

Moral. * *a* Secundum nomen tuum, Deus, sic & laus tua.] Suprà dixerat, quod laudabilis Deus nimis: Sed posset aliquis dicere: Et si laudabilis sit; quæ tamen vtilitas laudantibus eum? Ecce, ô Deus laudabilis. Secundùm nomen tuum] quod est Christus, & interpretatur vnctus.

b Sic & laus tua] quasi dicat, vnctuosum, & dulce est laudare te. Propter hoc dicit *Psal.* 11. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! Et *Psalm.* 134. Laudate Dominum, quoniam bonus. Sed hanc bonitatem, & dulcedinem non sentit palatum corruptum, cui sapiunt temporalia: Et propter hoc bene addit. *c* In fines terræ] quasi dicat, laudare te dulce est his, in quibus finitus est amor terrenorum. Vnde *Psal.* 32. Rectos decet collaudatio, qui, sc. ad terrena non inclinantur per amorem, sed ad cœlestia diriguntur. Ex quo ergo ita est, quare non omnes contemnunt terrena, & ad cœlestia eriguntur? Sol. Quia. *d* Iustitia plena est dextera tua] id est, via, quæ à dextris est, sc. Religio, vel aliàs contemnere mundum, & agere poenitentiam, est plena ieiuniis, vigiliis, & aliis austeritatibus: per quæ faciunt iustitiam; & sumunt vindictam de peccatis præcedentibus, *Gal.* 5. d. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. Ergo.

e Lætetur mons Sion] id est, Religio.

f Et exultent filiæ Iudæ.] Hoc est proprium ad Moniales, quæ confitentur peccata, vt laudent. Quare?

g Propter iudicia tua, Domine] id est, propter iudicia capituli, per quæ corriguntur. *Psalm.* 24. Diriget mansuetos in iudicio; id est, illos, qui mansuetè suscipiunt correctionem. *h* Circundate Sion] id est, cœlestem patriam, in sanctis meditationibus. *i* Et complectimini eam] affectibus. De his duobus cantat Ecclesia de Confessoribus, & sumitur ab *Aug.* Iste Sanctus dignè in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit Angelorum, quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione, & auiditate in illa æterna patria conuersatus est. Cogitatione circundabat Sion, auiditate complexus est eam. *Prou.* 4. b. Glorificaberis ab ea, cùm eam amplexatus fueris. Sed modò de multis potest dici illud *Thren.* 4. a. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Et sic existentes. *k* In turribus eius narrate] aliis, id est, tunc prædicate. Ille enim, qui est in contemplatione cælestium, quasi in forti turre est: de qua si non exierit, hostis ad eum attingere non valebit. Vnde dicit *Greg. super Iob* 2. In altum mentem fixerat; & ideò hostis ad eum irrumpere non valebat. Similiter qui est in amplexu Christi, & cœlestium per amorem, adhuc fortiorem turrem inhabitat, in qua dum steterit, nihil timere poterit. *Iob* 17. a. Libera me, Domine: & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Per amorem liberatur, id est, liber fit homo, qui per timorem seruus est, & ponitur iuxta Dominum: quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est. 1. *Cor.* 6. d. Et qui in his turribus est, potest aliis securè prædicare, vnde idem repetit in sequenti versu per alia verba.

l Ponite corda vestra in virtute eius] id est, in Christo, qui est virtus, & fortitudo Sion, id est, triumphantis, & etiam militantis Ecclesiæ. Vnde in persona vtriusque dicit *Psal.* 117. Fortitudo mea & laus mea Dominus, &c.

m Et distribuite domos eius] id est, reuoluite in cordibus vestris, quomodo in domo Patris mansiones multæ sunt. *Ioan.* 14. a.

n Vt] sic enarretis, id est, enarrare possitis.

o In progenie altera] i. e. in peccatoribus, quæ dicitur progenies altera, quia à Patre suo, sc. Deo alienauit se. Vnde in *Psal.* 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, &c.

* *Matth.* 3.

De prælatis autem potest exponi ab illo loco. *Aliter de Prælatis.*

h Circundate Sion, &c.] Sion est Ecclesia, quam Prælati debent circundare solliciti de custodia eius, & complecti per zelum, & amorem animarum. Et.

k Narrate in turribus eius] id est, prædicate in eminentia virtutum. *Isa.* c. 40. b. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion.

l Ponite corda vestra in virtute eius] id est, studete profectui Ecclesiæ. 1. *Pet.* 5. a. Forma facti gregis ex animo. Sed econtrario dicitur de malo Prælato *Isa.* c. 10. b. Ipse verò non sic arbitrabitur; sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem Gentium non paucarum. *m* Et distribuite domos eius] id est, diuersis tribuite parochias, & præbendas. Hoc est contra eos, qui vni dant plures præbendas: Ipsi enim non distribuunt, sed eidem dantes, faciunt bigamiam spiritualem. *Psalm.* 111. Dispersit, dedit pauperibus. Potest etiam exponi de prædicatoribus.

h Circundate Sion] id est, sacram Scripturam, omnes libros, & sensus omnes inquirendo. *Aliter de Prælatis & Prædicatoribus.*

i Et complectimini,] intellectu, & affectu. *n* Vt] sic enarretis in progenie altera.] Ita ergo distribuite, vt enarretis in progenie altera, id est, vt prædicare audeatis contra eos, qui aliter faciunt, qui possunt dici progenies viperarum, id est, serpentium. Est enim quoddam genus serpentis, quod habet multa capita. Hæc est generatio mala, & adultera, de qua *Matth.* 12. c. Qui enim vnam habet Ecclesiam, vel præbendam, vnam Sponsam habet. Cùm autem alteram recipit, adulterium spiri-

Alleg. A[illegible]ra,vel generatione,scil.alter in altera, & alter in altera, non omnes in eadem. Vel altera,id est,alium ritum seruante,vos ad hoc enarretis, vt ad ritum Christianum conuertatur: & iam non sit altera, sed vna per fidei vnitatem. Vel sic: Vt enarretis in progenie altera, id est, ita prædicate,vt doctrina vestra ita radicetur, vt vsque ad pastores perueniat.Vel secundum aliam literam:[Et distribuite gradus eius] id est, ordines per Presbyteros, Diaconos, & huiusmodi, vt sic enarretis, id est, enarrari faciatis, per eos, In progenie altera,scil. Christianis futuris,qui sunt progenies altera, id est, secundus populus a Iudæis, quos primum elegit Dominus. Quid autē narrare debeat, subiungit.

progenie altera. *a* Quoniam hic *b* est Deus, Deus noster *c* in æternum, *d* & in sæculum sæculi: & ipse *e* reget nos in *f* sæcula.

In finem filiis Chore Ps. Dauid. Psalm. XLVIII.

g AVdite hæc *h* omnes Gentes: *i* auribus *k* percipite omnes qui *l* habitatis orbem. *m* Quique terrigenæ, & filij *n* hominum: simul *o* in vnum diues, & pauper. Os *p* meum loquetur sapientiam:& *q* meditatio

a Quoniam hic] non alius. Hic, qui in terris digito monstratus est, qui in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Baruch.*3.d Hic ergo,id est,Christus.

b Est Deus,Deus noster.] Iteratio nominis, est nota confirmationis, sicut dicit Ioseph,*Gen.*41.d. Quod autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est. Est, dico, noster, non ad tempus, sicut homines, quos quidam Deos dicebant: Sed in æternum.

d Et] id est,[in sæculum] consecuturum [sæculi.]

e Et ipse reget nos] ne cadamus.

f In sæcula] id est,sine fine. Vel istæ tres determinationes sic possunt legi retrogradè. *f* In sæcula] id est,per successiones temporum. *d* Et in sæculum sæculi]id est,perpetuò. *c* In æternum, id est, temporaliter.

Moral. de Religiosis. * *Matt.*3.b.Progenies viperarum,quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? *Prou.*30.b. Generatio,quæ patri suo maledicit,& matri suæ non benedicit,&c.*a* Quoniam hic est Deus, Deus noster] Deus omnium. Deus noster Religiosorum propriè, quem ipsi emunt, & lucrantur,omnia propter eum relinquentes,& eum sequentes.*Phil.*3.b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam Nec amitti poterit; sed erit noster. *c* In æternum, &c. vt suprà.

De Prælatis. [illegible] talale committit. Et illis debet prædicari. *a* Quoniam hic est Deus, Deus noster] quasi infidelibus: quia si veram fidem haberent,non ita ditari cuperent. *Ier.* Non habet veram fidem de Deo,qui cupit in miseriis locupletari.

EXPOSITIO PSAL. XLVIII.

AVdite hæc,&c.]Titulus. *In finem filiis Chore Psalm. Dauid.* Expositum ne exponas. Supra egit Propheta de spe, *ibi*: Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ. Scriptum est autem *Deut.*24.b. Non accipies loco pignoris superiorem, & inferiorem molam. Vnde competenter in hoc Psalmo agit de timore, quæ est mola inferior, sicut spes superior. Incutit ergo timorem,ostendens,quòd Dominus damnabit amatores huius mundi. Intentio est, monere, ne aliquis appretietur elatos in mundo. Modus talis est: Quatuor sunt partitiones. Primò attentos facit ad noua, & miracula, quæ dicturus est. Secundò incipit *Partitio Psal.* ea prosequi, ostendens, quòd Christus non redimet impios, *ibi*: Cur timebo. Tertiò dicit, quæ impiis, & quæ Iustis reddenda sint, *ibi*: sicut oues. Quartò monet, ne timeantur potentes, *ibi*: Ne timueris, &c. Dicit ergo.

g Audite hæc quæ dicturus sum, ò vos.

h Omnes Gentes] id est, gentiliter viuentes.

i Et auribus cordis.

Gentes duobus modis accipiuntur. *k* Percipite omnes,qui habitatis orbem]id est,ò vos Iusti, quos mundus non possidet,nec habitat,dominando vobis, sed vos habitatis eum,dominando ei.Notandum est ergo, quod Gentes duobus modis accipiuntur. Quandoque enim Gentes dicuntur soli Gentiles: quia manent tales, quales sunt geniti, & nullo eis Sacramentorum remedio subueniunt. Quandoque autem dicuntur Gentes, omnes iniqui gentiliter viuentes: Et secundum hoc sumitur hic, vt expositum est Audite hæc omnes Gentes,auribus percipite,id est perfectè capite, scilicet intus, & extra, quasi dicat, non solùm audiatis, quid vox sonat auribus, sed quid intellectui, & affectui inspiret Spiritus. Simile *Isa.*1.a. Audite cœli,& auribus percipe terra. *l* Qui habitatis orbem.]Nota,quòd habitare multis modis accipitur. Quandoque enim sumitur pro moram facere. Vnde *Gen.*13.c. Abraham habitauit in terra Chanaan, &c. Quandoque pro delectationem habere: Vnde in *Psal.*132.Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Quandoque pro dominium habere,vt hic. Et 4. *Reg.*4.c. In medio populi mei habito. Dixit mulier Sunamitis ad Elisæum. *Habitare multis modis accipitur.*

m Quique terrigenæ,] supple estis.

n Et filij hominum.] Hic est Antithesis,Terrigenæ,contra Gentes[filij hominum]contra hoc dicit: Qui habitatis orbem. Terrigenæ ergo sunt mali amatores terrenorum: qui naturaliter quisque suam amat originem, & ad eam trahitur cor eius, 2. *Reg.*14.d.Omnes nos quasi aquæ dilabimur in terram.Filij hominum sunt boni rationales,discreti & mansueti. Vnde frequenter dictum est Ezechieli: Fili hominis. Postea idem repetit.

o Simul in vnum diues,& pauper] quasi dicat.O tu diues qui terrigena es: & ò pauper spiritu,qui es filiius hominis, qui estis in vnum simul,id est loco, & perceptione Sacramentorum, audite. Vel in vnum,id est,ad idem facti. Vel sic: Audite in vnum,id est, vna intentione. Hic ergo sunt tres combinationes, in quarum qualibet alloquitur bonos,& malos,& monet ad audiendum.Debent enim tam boni,quàm mali audire legem Dei.Mali,vt conuertantur. *Psal.*18. Lex Domini immaculata conuertens animas.Boni incipientes debent eam audire,vt in bono incepto possint perseuerare.*Psal.*118. Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc fortè periissem in humilitate mea. Item proficientes, vt incitentur. *Eccl. vlt.*d. Verba sapientum quasi stimuli. Item perfecti, vt delectentur. *Psalm.*118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua,super mel ori meo.Nota quòd est multiplex vnitas.

Est enim vnitas:
- Indifferentiæ, de qua hic, & refertur ad locum.
- Naturæ. *Ioan.*10.f. Ego & Pater vnum sumus.
- Malitiæ. *Psalm.*2. Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum,&c.
- Gratiæ. *Psal.*132. Ecce quàm bonum,& quam iucundum habitare fratres in vnum.
- Gloriæ. *Ioan.*17.d. Vt sint vnum, sicut & nos sumus.

Quatuor genera peccatorum possunt notari. Possunt autem quatuor genera peccatorum notari, quos Propheta ad audiendum verbum Dei inuitat. Primi sunt luxuriosi, designati per Gentes,quæ à genio dicuntur, qui est Deus naturæ. 1. *Cor.* 5. a. Auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter Gentes. Secundi sunt auari, designati per hoc quod dicitur, Qui habitatis orbem. *Apoc.*8.d. Væ,væ, væ habitantibus in terra. Tertij sunt superbi, designati per hoc,quod dicitur: Quique terrigenæ. Terrigenæ enim dicuntur Gigantes,qui vbique significant superbos. *Eccl.*16. a. non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes. Quarti sunt inobedientes, designati per filios hominum, id est,Adam & Euam,qui fuerunt Deo inobedientes.Vnde alia litera habet,Filij Adam. *Rom.*5.d. Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam Iusti constituentur multi. De quibus dicitur *Eccl* 3.a. Filij sapientiæ Ecclesia Iustorum, & natio illorum obedientia,& dilectio. Posset autem aliquis dicere: Quare audiemus, quæ dicturus es? Et subiungit causam, commendans dicenda: Vnde subdit.

p Os meum loquetur Sapientiam]id est,Christum,qui est Dei Sapientia. 1 *Cor.*1.d.Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis,Christum Dei virtutem, & Dei Sapientiam. Vel de sapientia creata potest intelligi. Vnde *in eadem Epist.*2.b. Sapientiam loquimur inter perfectos, &c. Et quia de sapientia etiam stultè & indiscrete posset aliquis loqui. ne hoc ei imponatur, bene subiungit. *q* Et meditatio cordis mei prudentiam] supple loquetur. Per hoc,quod dicit: Meditatio cordis, notatur discretio, vt priùs veniat sermo ad limam, quam linguam. Sapientia pertinet ad res diuinas: Prudentia, ad res humanas, scil. ad mores. Vel per sapientiam intellige septem dona, per prudentiam septem virtutes. Sed quomodo loquitur cor? Sol. *Eccl.*21.d. Os sapientis in corde eius. Item nota, quòd sapientia propriè est in corde & ore Prudentia verò in opere: Vnde moraliter reprehenduntur illi, qui cogitant, & loquuntur multa bona, & nihil faciunt operando. Posset adhuc aliquis dicere. Tu

loquer-

loquor à temetipso, à quo sapientiam vel prudentiam non habe[o]. Non dico: immò.

a Inclinabo autem [aure]m per humilitaté. Et iterum posse[t] dicere: Nolum[us] [i]c audire: quia scimus ea, quæ dictu[rus] es, eò quod comm[unia] s[u]nt, & omnibus nota. Propter hoc etiam dicit, In parabolam. Sic ergo dicit [Inclinabo aurem meam] interiorem, vt audiam parabolas à Deo intus docente. *Prou.* 3. a. Inclina cor tuum ad cognoscendum prudentiam. *Marc.* 4. a. Docebat eos in parabolis. Ibi dicit *Gloss.* Parabola est, rerum natura discrepantium sibi sub aliqua similitudine facta comparatio. Itē parabola græcè, occulta similitudo latinè: Vnde quia de rebus terrenis, infimis, & grossis sumitur parabola: idcò bene dicitur [Inclinabo, &c.] Et propter humilitatem, quia inclinantes se per humilitatem, à Domino merentur doceri. Vnde *Prou.* 9. a. Si quis est paruulus, veniat ad me, &c. *Matth.* 11. d. Reuelasti ea paruulis. Et adhuc posset dicere aliquis? Non curo si bona dicis, quia tu facis contrarium. Quod remouet dicens.

al. † Intelligentiam.
al. † similitudinem.
al. † vt quid.
al. † abundantia.
14. q. 2. c. in præsenti.

cordis mei † prudentiam. a Inclinabo in † parabolam autem meam: b aperiam in c psalterio d propositionem meam ‡ e Cur timebo in die mala? f iniquitas calcanei mei circundabit me. g Qui confidunt in virtute sua: & in † h multitudine diuitiarum suarum gloriantur. i Frater non k redimit, l redimet homo?

b Aperiam] vt omnibus pateat.

c In psalterio] id est, in operatione, à psallim, quod est tangere.

d Propositionem meam] id est, illud, quod in corde meo propono, scil. æternam beatitudiné. Prima pars huius versus continet Discipulis: Secunda Magistris & Prædicatoribus. Et prius debet homo primam partem facere, vt sit Discipulus, audiendo: & postmodum secundam, vt sit magister, docendo verbo, & exemplo. Vnde hic primò reprehenduntur illi qui nolunt audire. *Osee.* 4. b. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Secundò arguuntur illi, qui priùs volunt docere, quàm audierint. *Ezech.* 3. d. Audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Tertiò reprehenduntur illi qui quod ore prædicant, exemplo non probant. Hi enim non aperiunt propositionem in psalterio, opera enim glossæ sunt doctrinæ. *Greg.* Loquentis auctoritas perditur, cùm vox opere non adiuuatur. Item quartò reprehenduntur quidam, qui habent propositionem, id est, bonum propositum, sed nunquam aperiunt illud. Imò claudunt vsque ad finem vitæ. 2. *Cor.* 8. b. Velle cœpistis ab anno priore, nunc autem, & facto perficite, vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi.

e Cur timebo.] Secunda pars, vbi incipit narrare, quę promisit se dicturum: Et primò de pœna malorum, quæ à timore incipit. Vnde dicitur in persona generalis hominis. Cur timebo in die mala, id est, in die iudicij? Sed nonne Dominus in nocte veniet, secundum illud *Matth.* 25. a. Media nocte clamor factus est: ecce Sponsus venit. Quare ergo dies iudicij dicitur dies, & non nox? Sol. Dicitur dies propter manifestationem operum. *Matth.* 10. c. Nihil opertum, quod non reueletur. *Heb.* 4. d. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi. Mala autem dicitur, malitia pœnæ. *Psalm.* 40. Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. *Soph.* 1. d. Dies illa, dies iræ, dies tribulationis, & angustiæ, &c. Facta quæstione, respondet in persona malorum.

f Iniquitas] quasi dicat. Ideò timendum est mihi, quia iniquitas calcanei mei circundabit me: quia sicut dicit Philosophus, non facit timidum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Iniquitas calcanei dupliciter dicitur, scilicet iniquitas carnalis lapsus, vel iniquitas finalis. Calcaneus enim est infima pars corporis hominis, & ideò potest notare lapsum prouenientem ex inferiori parte rationis, id est, ex sensualitate, siue ex inferiori parte hominis, scil. ex carne. Item quia calcaneus est extrema pars hominis, potest notare finem hominis, id est, mortem, in qua iniquitas, id est pœna pro iniquitate, circundat hominem, vt circulus qui fine caret, & hoc notat æternitatem pœnæ. Item sicut vestis, & hoc notat vtilitatem, quia vestis totum corpus operit, *Psalm.* 108. Operiantur sicut diploide confusione sua. De hoc calcaneo dicitur *Gen.* 3. c. Tu insidiaberis calcaneo eius, id est, fini vitæ eius, tunc enim maximè Diabolus insidiatur: Vnde & Beato Martino insidiatus est, & etiam Christo, vt dicitur in Glossa super Tobiam. Et nota, quòd Diabolus insidiatur, & principio hominis, & medio, & fini. Principio, vt corrumpat intentionem, secundum illud *Thren.* 1. a. Hostes eius in capite eius. Medio, vt bonum inceptum impediat, & corrumpat, secundum illud *Psalm.* 141. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Fini, vt bonum factum annihilet per inanem gloriam, sicut dicitur hic: Et *Gen.* 3. vt supra dictum est. Postea specificat, qui sunt illi quos iniquitas circundabit. Vnde dicit.

g Qui confidunt, &c.] quasi dicat, dico, quòd iniquitas calcanei mei circundabit me, & hoc dico in persona reproborum: de quibus subditur [Qui confidunt in virtute sua.] Per hoc tangit superbos, qui scilicet confidunt in virtute corporis, vel animi. *Eccl.* 17. a Destructi sunt confidentes suæ virtuti. *Iudith* 6. d. Præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. Quod autem sequitur, tangit diuites.

h Et in multitudine diuitiarum suarum gloriantur] Istos etiam circumdabit iniquitas. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis suis corruet. 1. *Tim.* vlt. d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum.

Est confidentia de bonis, scilicet,
- Animæ.
  - Primum est de scientia. *Ier.* 9. g. Non glorietur sapiens in sapientia.
  - Secundum est de Sanctitate. *Rom.* 2. c. Confidis teipsum Ducem esse cæcorum.
  - Tertium est de bona opinione. *Gen.* 11. a. Celebremus nomen nostrum, &c.
- Corporis.
  - Primum est de decore. *Prouer.* vlt. d. Fallax gratia, & vana pulchritudo.
  - Secundum est de robore. *Amos* 6. d. In fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua.
  - Tertium est de generositate. *Luc.* 3. b. Ne dixeris, Patrem habemus Abraham.
- Possessionis.
  - Primum est de hæreditate. *Ierem.* cap. 12. c. Hæreditatem acceperunt, & non eis proderit.
  - Secundum est de possessione acquisita. *Aggæi* 1. b. Qui congregauit mercedes, misit eas in saccum pertusum, id est in mundum.
  - Tertium de possessione commendata. *Luc.* 16. a. Redde rationem villicationis tuæ, *Ier.* 9. b.
- De amici.
  - Omnis amicus fraudulenter incedet. 3. *Reg.* 20. b. Dixit Benadab.
- De familia.
  - Si sufficerit puluis Samariæ populi, pugillus omnis, qui sequitur me.

Et quia etiam sunt alij, qui confidunt in amicis, ostendit eos consequenter esse deceptos, dicens.

i Frater] carnalis, ad literam, vel alius affinis sanguine.

k Non redimit] ab inferno, quia in inferno nulla est redemptio, & quia pro eo nullas eleemosynas fecit. *Dan.* 4. e. Redime peccata tua eleemosynis. Et vere frater non redimit: quia nullus homo purus potest redimere: Vnde dicit. [Redimet homo] quasi dicat, non. Vel sic: Dico, quod frater non redimit, de quo magis videtur [Redimet homo] alius, videlicet extraneus, de quo minus videtur, quasi dicat, non. Et erunt duæ causæ quare fratres huiusmodi non rediment. Vna erit ex parte eorum, quia nolent præ malitia. Vnde *Ier.* 9. b. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedet. Altera

Vel de Christo sic.

i Frater] scilicet, Christus, qui est primogenitus in multis fratribus.

k Non redimet] talem: Non enim iterum passurus est pro nobis. Et ex quo Christus non redimet. l Redimet ne homo purus? Et vere non redimet Christus. Quia

[illegible] ita erit ex parte Dei, qui etiam si vellent ipsi redimere, non tamen susciperet redemptionem. Prou. 6. d. Zelus & furor viri, non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et ideo bene sequitur. a Non dabit Deo] ipse, scil. qui confidit in multitudine diuitiarum, vel frater, vel alius homo. c Placationem suam] id est, propitiationem Dei: id est, non dabit aliquid, pro quo possit Deus placari. Vel suam, id est, hominis, pro qua, scil. possit placare Deum. d Et non dabit Deo pretium redemptionis animæ suæ] id est, oblationem, pro qua possit redimi: quia infernus est inexorabilis auro: & anima est inæstimabilis pretio. Quanti enim pretij est anima, cuius redemptio est ipse Dei filius? 1. Cor. 6. d. Empti estis pretio magno. Soph. 1. d. Argentum eorum, & aurum eorum non poterunt liberare eos in die iræ furoris Domini.

al. † propi-[illegible] suam.

[illegible] q. 2. c. in sequent.

al. † quondam.

non a dabit b Deo † c placationem suam. Et d pretium redemptionis animæ suæ: & e laborabit in f æternum, & g viuet adhuc in h finem. † i Non videbit k interitum l cùm viderit sapientes morientes: m simul † insipiens, & stultus peribunt. Et n relinquent alienis diuitias suas: o sepulchra eorum domus illorum in æternum. p Tabernacula eorum in † q progenie, & r progenie: s voca-

A a Non dabit] iterum. b Deo Patri. c Placationem suam] qua nos reconciliauit ei. Vel [suam] hominis, sc. ad vtilitatem sui. d Et] non dabit pretium redemptionis animæ suæ, i. animam suam pro nostra redemptione, sicut & antè fecit. Vnde Bern. Dedit nobis corpus in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium. Sic ergo Deus in futuro non poterit placari, sed in præsenti tantùm, secundum quod dicit Iacob de Esau, Gen. 32. c. Placabo illum muneribus, quæ præcedit: & postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi. Et nota, quod multipliciter Deus placatur.

Videlicet,
- Contritione. Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.
- Oratione. Eccl. 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit.
- Sacrificio. Psal. 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Et post sperate in Domino.
- Eleemosyna. Heb. 13. c. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis placatur Deus, vel promeretur.

Dictum est, quid mali non habebunt, sc. redemptionē, postea dicit, quod habebunt, sc. pœnam æternam. Vnde dicit. e Et laborabit] i. cruciabitur. In hoc notatur pœnæ acerbitas: non ad tempus, sed. f In æternum] In quo notatur pœnæ diuturnitas. Et posset aliquis dicere: Nonne moriturus est homo, & tunc non laborabit, quia non erit? Propter hoc subdit. g Et viuet adhuc] secundum animam. h In finem] id est, vltra, vel post finem, quia mortuo corpore, viuit anima immortalis, quæ cruciabitur in æternū, & corpus tandem post resurrectionem cum ea. Vel secundum corpus potest legi. Viuet adhuc, quasi dicat, licet corpus modo moriatur, tamen adhuc resurget. Et tunc viuet] nō autem vita beata, sed [In finem] id est, in mortem: Ad hoc enim te urget, vt morte deficiente moriatur. Nota, quod de homine dicitur Iob 5. b. Homo nascitur ad laborem: Sed de impio potest dici, quòd moritur ad laborem. Et in Gen. 3. c. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et isti potest dici: In labore æterno mendicabis panem, & nunquā vesceris, sed etiam mortem mendicabis. Apoc. 9. b. Quærent homines mortem, & non inuenient. Iob 20. c. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Et posset aliquis quærere: Ex quo tot mala, & talis mors æterna malis imminet, quare non resiliunt à sua malitia? Vnde ad hoc respondet, quòd ipsi nolunt præcogitare de malis illis, nec credunt eis, qui dicunt eis. Hoc est, quod sequitur. i Non videbit] id est, non præuidebit, nec intelliget. Vel sic [non videbit] oculo fidei. k Interitum, verum illum, qui est æternus. Greg. Qui cor in præsentibus figit, quæ sequuntur supplicia, non attendit. In cantico Deut. 32. d. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima præuiderent. Greg. Si, ad quas impij pœnas properant, cernerent, puto gressus retraxarent. Ier. 20. c. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Huius autem excæcationis causa est, communis finis malorum & bonorum: Vnde dicit.

l Cùm viderit sapientes morientes] temporaliter. Eccl. 2. c. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat: Et dicitur, quod vnus vtriusque esset interitus. Sap. 7. a. Vnus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus, supple, secundum carnem: Sed multum dissimilis secundum spiritum: quia iustus transit ad gloriam, iniustus autem ad pœnam. Vnde sequitur.

m Simul insipiens, &c.] qui sibi non præuidet in futuro, nec futura mala cogitat: [Stultus] qui etsi cogitat, non cauet. Vel insipiens contra sapientiam. Stultus contra prudentiam. Hæc enim est differentia: Insipiens, est qui non habet sapientiam. Stultus, qui negligit scire. Hi ergo peribunt simul, id est, in corpore & anima. Vel [simul] id est, in congregatione malorum. Isa. 24. d. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum. Sed numquid portabunt secum diuitias? Non. Vnde sequitur. n Et relinquent alienis, &c.] Iob 27. d. Diues cum dormierit, nihil secum aufert, & aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Et quid mirum? Quia totum thesaurum suum posuit in terra vnde recessit. Ideò dicit Dominus, Matth. 5. c. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, quasi dicat, si ibi thesaurizatis, ibi inuenietis: Quia vt habetur Apocal. 14. c. Opera illorum sequuntur illos. 1. Timoth. 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Mundus enim est quidam hospes, qui nos libenter recipit, & multa promittit, tandem nudos expellit. Ecclesi. 29. d. Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, ciba cæteros. Et nota, quòd non dicit [Relinquent amicis, vel notis, sed alienis, quia ad literam multotiens alieni habent diuitias eorum, scilicet, Domini terreni, vel bidelli, vel huiusmodi. Vel Clericorum diuitias habent Episcopi, Decani, Archidiaconi, & huiusmodi. Psal. 108. Diripient alieni labores eius. Eccl. 6. a. Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines: Vir, cui Deus dedit diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. Ipsi etiam amici, & noti, alieni sunt in morte. Iob. 19. b. Noti mei quasi alieni recesserunt à me. Mich. 7. b. Inimici hominis domestici eius.

al. † Imprudens & insipiens.

al. † generatione, & generatione inuocabant.

o Et sepulchra eorum, &c.] Quasi, illi hic relinquent diuitias: & quid habebunt? Hoc [Sepulchra eorum] ad literam sunt domus illorum, in quibus habitant corpora eorum in æternum, huius sæculi, scilicet, vsque ad Resurrectionem. Vel aliter, vt reprehendat eos, qui nimis pretiosa, & sumptuosa sepulchra sibi faciunt præparari, vt sic dicatur, [Sepulchra eorum sunt domus illorum in æternum] secundum opinionem eorum, quasi dicat. Ita pretiosa faciunt sepulchra de marmore, & lapidibus sculptis, ac si ibi habitaturi essent in æternum. Vel aliter: Sepulchra eorum, id est, pœnæ inferni sunt domus eorum, in quibus habitabunt in æternum. De hac sepultura Luc. 16. f. Mortuus est diues, & sepultus in Inferno. Vel sic quarto modo: Domus eorum sunt sepulchra illorum, id est, similia sepulchris. Quemadmodum enim corpus quotidie incineratur in sepulchro: sic homo quotidie annihilatur in palatio. Priùs enim consumitur eius pueritia, post eius adolescentia, deinde iuuentus, & postremò senium. Vnde quidam Religiosus, qui sibi in terra domum effoderat iuxta quantitatem corporis sui, quærenti, quare non sibi ædificabat maiorem domum? dicitur respondisse, Iam ætatem meam amisi. Et Diogenes degens in dolio, consimiliter respondit similiter quærenti, dicens: Non sum victurus, nisi centum annis.

p Tabernacula eorum] id est, domus eorum, sunt duratura, secundum opinionem eorum.

q In progenie] filiorum.

r Et progenie] nepotum.

s Vocauerunt nomina sua,] id est, dederunt causam vocationis nominum suorum, [In terris suis,] id est, in prouinciis suis. Et nota, quòd subtiliter loquitur hic Propheta, quia in modo verborum suorum derogat & possessionibus, & famæ malorum, loquens enim de domibus, & palatiis eorum, dicit: [Tabernacula,] vt significet mobilitatem eorum. Isa. 22. d. Quid tu hic, aut quasi, quis hic, quia excidisti in excelso memoriale diligenter tibi in petra tabernaculum, ecce asportari te faciet Dominus, sicut asportatur gallus gallinaceus. Et mirum est, quòd etiam mali volunt haberi in memoria post mortem. Vnde dicit Chrysostomus: Quanta est inanis gloriæ tyrannis, qua non possunt homines carere, & in luctu. Et idem Chrysostomus.

O stulte, quid tibi prodest post mortem ista memoria, si vbi es, torqueris, & vbi non es, laudaris? Hanc gloriam

minuit

...monet Propheta, dicens. *a* Vocauerunt nomina ſua] ad literam.

b In terris ſuis,] quaſi non vbique, ſed tantum in terris ſuis: Non enim peruenit fama eorum ad omnes extremas nationes. Vnde ait *Boëtius*: Nec fama Ciceronis vſque ad Caucaſum montem peruenit. Nec fama Ouidij vſque ad Græcos peruenit, licet dixerit:

Boët. de conſol. proſa 7.

Iam que opus exegi quod ſcum ira, nec ignes: Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Ouid. lib. 15. metamor.

a ...uetunt nomina ſua in *b* terris ſuis. Et *c* homo cùm in honore eſſet, non *d* intellexit: *e* comparatus eſt iumentis † inſipientibus,

al. † Inſentatis.

Alia litera habet hic: Vocauerunt nominibus ſuis terras ſuas, ſicut Cæſarea Philippi, de qua *Matth. 16.* b. Stultitia autem eſt ita nomen ſuum in terra celebrare, quia quorum nomina ſic ſcribuntur in terra, ipſi delentur de libro vitæ. *Ier. 17.* b. Recedentes a te in terra ſcribentur. *Pſal. 68.* Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam: Deleantur de libro viuentium, & cum Iuſtis non ſcribantur. Vel ſic [Inuocabant nomina eorum in terris ipſorum.] Nomina eorum, ſcilicet, Patrum: Hæredes enim eorum ad ſua ſepulchra inebriant ſe in memoriam eorum. Poſſet aliquis dicere: Quomodo homo rationalis ad tantam ſtultitiam deuenit, vt prædicta faceret? Quod ſoluit dicens.

Gen. 1. d.

c Homo cum in honore eſſet] id eſt, ad Imaginem, & ſimilitudinem Dei factus.

d Non intellexit] ſuam dignitatem, vel egit, ac ſi non intelligeret. Et ideo.

De honore hominis, quẽ habuit.

e Comparatus eſt iumentis] in ſtultitia. Vnde addit [inſipientibus. *f* Et ſimilis factus eſt illis. Factus] non natus [ſimilis.] Immò etiam peior, quia bruta naturam ſuam non excedunt. Et nota, quòd homo triplicem honorem habuit, ſcilicet, honorem creationis, qui magnus fuit; honorem recreationis, qui maior fuit; honorem promiſſionis, qui cùm adimplebitur maximus erit. De primo præcipuè hic loquitur. Et ſecundùm primum honorem notandum, quòd homo fuit in quadruplici honore. Primus fuit, quia factus eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, ſecundum rationem, & intellectum: Contra quod fuit ingratus, quod tangit, cùm dicit: Non intellexit. *Pſal. 35.* Noluit intelligere, vt bene ageret. *Iob 4.* d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Secundus honor fuit, quia præfuit omnibus animantibus: Contra quod dicit: Comparatus eſt iumentis inſipientibus. Et dicit *Chryſoſt. ma...*, quòd peius eſt comparari, quam naſci, ſupple, iumentum. Nam naturaliter non habere rationem, tolerabile eſt, verum ratione decoratum, irrationabili naturæ comparari, voluntatis eſt crimen. *Pſalm. 57.* Furor illius ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, quaſi dicat, non tantùm factus eſt inſipiens; ſed etiam furibundus. Tertius honor fuit, quòd factus eſt homo erectus, quia.

Ouid. lib. 1. metamor.

Os homini ſublime dedit, cœlumque videre:

Contra quod dicit [Et ſimilis factus eſt illis.] Quartus honor fuit, quòd factus eſt ad fruendum Deo: Vnde dicit.

g Hæc via illorum ſcandalum ipſis] quaſi dicat, vt qui eleuari deberent in cœlum, cadant in infernum: Super prædicto verſu dicit *B. Bernard.* Heu quomodo de grege facta eſt egregia creatura: Puto dicere iumenta, ſi poſſent loqui: Ecce Adam factus eſt, quaſi vnus ex vobis. Væ miſero, quòd iam tunc non fuit, qui diceret, Quid ſuperbis terra, & cinis: Hinc beſtiali ſimilitudine, ſimilitudo Dei mutata eſt.

Gen. 3. d. *Eccleſ. 10. b.*

Moral. *Honores auferunt intellectum.*

Moraliter exponi poteſt iſte verſus. *c* Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, &c.] Honores enim, vt dicitur, mutant mores, & auferunt intellectum multis rationibus. Prima eſt, quia nimis occupant homines. *Gregor.* Quos multiplex actio occupat, à ſemetipſis alienos eſſe demonſtrat. Et in verſu.

Pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus.

Secunda eſt, quia inde oritur ſuperbia, quæ excæcat. *Gregor.* Tumor mentis, obſtaculum veritatis. *Iob 15.* d. operuit faciem eius craſſitudo. Tertia eſt, propter aſſiſtentium adulationem. *Pſalm. 9.* Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. *Oſee 9.* Memphis ſepeliet eos. Memphis interpretatur ex ore, & ſignificat adulatores, qui ſepeliunt rationem hominis. Quarta, quia honor facit homines obdormire. *Eccleſiaſt. 34.* a. Somnia extollunt imprudentes. *Pſalm. 57.* Dormitauerunt, qui aſcenderunt equos. Quinta eſt, quia inebriant. *Pſalm. 106.* Aſcendunt vſque ad cœlos, ſcil. per honores, & deſcendunt vſque ad abyſſos, per peccata. Et in ſequenti verſu ſequitur: Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Sexta eſt, quia infatuant. *Eccl. 34.* a. Qui apprehendit vmbram, & ſequitur ventum: ſic qui attendit ad viſa mendacia: Et propter hoc dicit.

d Non intellexit] qualis, ſcilicet, ſuit, qualis eſt, qualis futurus eſt.

& ſimilis *f* factus eſt illis. Hæc *g* via † illorum *h* ſcãdalum *i* ipſis: & *k* poſtea in *l* ore ſuo † *m* complacebũt. *n* Sicut oues in *o* inferno

e Comparatus eſt iumentis inſipientibus,] multis rationibus. Primo quia inclinat ſe ad terrena. *Pſal. 16.* Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Secundò, quia tantum quæ carnis ſunt, quærunt. *Philip. 3.* d. Quorum Deus venter eſt. *Roman. 8.* a. Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. Tertiò, quia vnus alium indiſcretè impetit. *Ezech. 34.* c. Lateribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras. Quartò, quia ſeſſorem non diſcernit. *Eccl. 33.* a. Equus emiſſarius, ſic amicus ſubſannator, ſub omni ſupra ſedente hinnit.

al. † ... Homo pe... ter, quo... iumentis comparetur. *al. † benedicent.*

Homo propter peccata aſſimilatur diuerſis animalibus.

f Et ſimilis factus eſt illis.] Nota, quòd homo propter diuerſa peccata ſimilis efficitur diuerſis animalibus brutis. Aſſimilatur enim porcis, per detractionem: Porcus enim ſtercora comedit, ſic detractores peccata, & turpia aliorum. *Pſalm. 5.* Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Item equo per luxuriam. *Ier. 5.* c. In domo meretricis luxuriabantur equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt. Item aſino, per ſtoliditatem & pigritiam. Item boui, per ſollicitudinem temporalium. *Iob 1.* c. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos. Item vitulo, per gaſtrimargiam. *Ierem. 50.* b. Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam. Item Simiæ, per curioſam conformationem. *Rom. 12.* a. Nolite conformari huic ſæculo. Item leoni, per inconſideratam audaciam. *Prou. 30.* d. Leo fortiſſimus animalium, vel beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. Item vrſo per crudelitatem. *Thren. 3.* b. Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditio. Item pardo, per varietatem *Ier. 13.* d. Nunquid poteſt æthiops mutare pellem ſuam, aut pardus varietatem ſuam? Item vulpi, per doloſitatem. *Matth. 8.* c. Vulpes foueas habent, &c.

g Hæc via illorum] id eſt, talis eſt vita, quæ in honoribus eſt.

h Scandalum] id eſt, occaſio ruinæ. *Auguſtinus.* Cæcus eſt, qui offendit in montem.

i Ipſis] talibus. *Pſal. 68.* Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. *Greg.* Quid eſt poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis? *Pſal. 72.* Deiecisti eos, dum alleuarentur. Hæc eſt via, de qua *Prouerbior. 16.* d. Eſt via, quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem. Nota, quod in ſcandalo tria ſunt, imprudentia, caſus, læſio. Et læſio triplex eſt: Propriæ conſcientiæ, & alterius, & famæ: Et ob hoc dura eſt via talis. *Sapient. 5.* b. Ambulauimus vias difficiles. *Iud. c. 2.* d. Nec dimiſerunt viam duriſſimam.

In ſcandalo tria ſunt.

k Et poſtea] id eſt, poſtquam ſeipſos ſcandalizauerint.

l In ore ſuo] id eſt, per verba ſua.

m Complacebunt] alijs, quia & adulatores, & hæretici placent alijs in verbis ſeductorijs. *Prou. c. 1.* b. Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.

n Sicut oues.] Hic eſt diapſalma: Et eſt tertia pars, in qua oſtendit quas pœnas habebunt mali, & quomodo pœnæ congruent culpis, & quæ præmia habebunt Iuſti. Et agit hic de tribus generibus hominum, videlicet, de malis, & ſummè bonis iudicaturis, & mediocriter bonis iudicandis. De primis in primo verſu: De ſecundis in ſecundo: De tertijs in tertio. De primis dicit: ſicut oues in inferno poſiti ſunt, &c. Et accipitur hic ouis in malo. Circa quam tria attenduntur, videlicet, quòd ignauum animal eſt: quòd tollitur ei lana, & remanet radix in pelle, vt iterum creſcat: quòd pro voluntate paſtoris ducitur de paſcua ad paſcuam. Primum notatur, cùm dicit [ſicut oues] ſcilicet, ignaui.

o In inferno poſiti ſunt,] id eſt, ponentur. Et dicit

o In præterito.

Item nota, quòd iſtæ pœnæ, quas hic enumerat, reſpondent culpis, quia pro potentia, qua in præſenti gloriabantur, dabitur eis in futuro impotentia, & debilitas reſiſtendi pœnis. Vnde dicit. *n* Sicut oues, &c.] *Thren. 1.* b. Abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis, ſcilicet, Diaboli. Item pro loco ſuperiore, quem habebant in præſenti, dabitur eis locus infimus: Vnde dicit. *o* In inferno poſiti ſunt,

Pſal. 62. Introibunt

o in præterito prophetica certitudine. Secundum notatur, cùm dicit:

a Mors, &c.] scilicet, mors æterna. Sicut animalia depascunt herbas, quia non penitùs eradicant herbas, sed radices remanent, vnde iterum crescit herba, ita miseri in inferno à morte corroduntur: sed afflicti iterum reseruabuntur ad pœnas. Vnde quidam sapiēs in inferni pictura hos duos posuit versus:

Hic qua vita? mori: qua spe? superesse dolori.

Qua lex? flere licet: qua causa? superbia dicet.

al. † pastor est eos.
al. † eis recti mane.
al. † liberabit.

positi sunt: a mors † depascet eos. Et b dominabuntur † eorum c Iusti in d matutino: & e auxilium eorum f veterascet in inferno à g gloria eorum. h Verumtamen Deus † redimet animam meam i de manu inferi, cùm k acceperit me. l Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo: & cùm m multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam n cum † interierit, o non sumet omnia: p neque † descendet cum eo q gloria † eius.

al. † morietur, non accipiet hæc omnia.
al. † simul.
al. † domus.

Tertium notatur ibidem secundum aliam literam, quæ est: Mors, &c. Ergo oues sunt mali. Pastor eorum est mors, id est, Diabolus. *Apoc.* 6. b. Nomen illi mors. *Zach.* 11. d. O pastor, & idolum. Locus pascuosus est infernus. De vna pascua transeunt ad aliam: quia de vna pœna ad aliam. *Iob* 24. c. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Sequitur de gloria bonorum, qui sunt iudicaturi.

b Et dominabuntur:] quasi dicat, ex hoc, quòd mors depascet malos, accrescet gloria Sanctis. Quia.

c Iusti dominabuntur eorum] scil. malorum. *Psal.* 57. Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam.

d In matutino] id est, in die iudicij: quia post noctem profundam huius vitæ orietur illud mane, de quo in *Psal.* 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. De hoc dicitur *Sap.* 3. b. Iudicabunt Sancti nationes, & dominabuntur populis.

* *Psal.* 62. Introibunt in inferiora terræ. Item quia volebant vorare diuitias, & delitias, ideò atrocitate pœnarum vorabuntur. Vnde dicit:

a Mors depascet eos.] Super hoc versu sic dicit *Bernard.* Quàm benè dicitur, sicut oues, &c. quia detracto vellere terrenarum diuitiarum, durè pressèque detrusi sempiternis nudi deputabuntur incendiis, semper morientur ad vitam, & viuent ad mortem. Item *ibi Bernard.* Hic caro eorum vermibus, illic anima ignibus deputatur, donec rursus infœlici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendiis, qui socij fuerunt in vitiis. Vna namque pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. Item pro dominio, quod habuerunt in terra, redigentur in seruitutem. Vnde dicit. b Et dominabuntur eorum iusti, &c.] *Malac.* 4. b. Calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Item pro confidentia, quam habuerunt in mundo, erit eis defectus auxilij. Vnde sequitur. e Et auxilium eorum] diuitiarum, amicorum, & virium corporis, in quibus hic confidebant.

f Veterascet in inferno] id est, ad nihilum redigetur, vt pannus putrefactus, *Hebr.* 8. d. Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est. Quod auxilium erat.

g A gloria eorum] triplici, id est, diuitiis, amicis, & viribus. Vel sic: A gloria eorum, id est, propter gloriam, & secundùm gloriam eorum, quam hic habuerunt, sicut dicitur *Apoc.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur. Et nota, quod dicitur vetustas bona, & vetustas mala.

Vetustas
- Bona.
  - Deitatis, *Dan.* 7. c. Vetustus dierum sedit, scil. Deus, qui est æternus.
  - Ætatis, ad literam. *Sap.* 2. b. Non parcamus veterano.
  - Sanctitatis, *Eccl.* 2. b. Serua timorem illius, & in illo veterasce.
  - Scientiæ, *Iob* 15. b. Quid intelligis, quod nesciamus? Et senes & antiqui sunt in nobis multò vetustiores, &c.
  - Veteris testamenti, *Cant.* 7. d. Omnia poma noua & vetera, quasi dicat, fructum legis, non corticem.
  - Pœnalitatis, *Thren.* 3. a. Vetustam fecit pellem meam.
- Mala.
  - Legis naturalis, *Leuit.* 26. b. Vetustissima veterum comedetis.
  - Hæreseos, *Iob* 2. d. Baldath, qui interpretatur vetustas sola, quæ scilicet, est sine Dei gratia, vt ibi *Gregor.* exponit.
  - Idololatriæ, *Isa.* 26. a. Vetus error abiit.
  - Superstitionis, 1. *Cor.* 5. b. Expurgate vetus fermentum.
  - Fomitis. *Rom.* 6. a. Vetus homo noster simul crucifixus est.
  - Prauæ consuetudinis, 2. *Cor.* 5. d. Si qua in Christo noua creatura, vetera transierunt.
  - Inferni, vt hic: Auxilium eorum veterascet in inferno.

Ita, vt suprà dictum est, erit de malis; sed non sic de bonis. Vnde sequitur. h Verumtamen Deus redimet animam meam.] Et sicut suprà malos exterruit, ita hic mediocriter bonos confortat, qui de se non præsumentes timent; sed tamen non desperant. Vnde in persona eorum dicit: Verumtamen Deus redimet animam. *Psal.* 129. Copiosa apud eum redemptio. i De manu inferi] i.e. de potestate Diaboli. *Osea* 13. d. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Et non tantùm de manu, sed etiam de ventre. *Eccl.* vlt. a. De altitudine ventris inferi. Et *Iona* 2. b. De ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. *Ierem.* 51. d. Deuorauit me Nabuchodonosor, i.e. Diabolus. Et nota, quòd qui consentit peccato, est in manu Diaboli; qui autem operatur, est in ore; qui assuescit, est in ventre. *Prou.* 18. a. Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Et hæc redemptio erit. k Cùm acceperit me] per incarnationem, id est, meam carnem. Ideò enim accepit hominem, non Angelum, quia carnem habuit, & misertus est eius. Vnde dixit *Gen.* 6. a. Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Vel cum acceperit me, per gratiam: ad profectum, per Baptismum, & alia Sacramenta. Vel, Cùm acceperit me, per gloriam ad profectum in æterna beatitudine. *Ioan.* 14. a. Iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum; vt vbi ego sum, & vos sitis. Vel, Cùm acceperit, id est, acceptauerit me, non mea. Ideò Dominus ad Cain non respexit, quia non acceptauit eum, nec sua. In hoc versu concipit spem: Postquam verò eam concepit, incipit prædicare, dicens:

Gen. 4. a.

l Ne timueris, &c.] Et est quarta pars, & diapsalma: Et confortat hic infirmos, qui tentantur, quando vident malos in hoc mundo prosperari: Secundum hoc in persona eorum dicit *Iob* 21. a. Quare ergo impij viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitiis? *Ierem.* 12. a. Quare via impiorum prosperatur? Ideò consolatur eos, dicens: Ne timueris cùm diues factus fuerit homo in præsenti. *Gr.* Contemptibilibus contēptibilia dantur. *Gen.* 25. a. Filiis cōcubinarum largitus est Abrahā munera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Et de eo dicit suprà, quòd dedit Abraham cuncta, quæ possederat Isaac. Sic Dominus dat hic malis mobilia, bonis autem reseruat immobilia æternæ hæreditatis. Et ideò non est timendum de hac partitione, sed potiùs valde gaudendum, & ad eam se præparandum. Vnde dicit Dominus *Luc.* 12. d. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Quasi dicat, immò gaudere debetis, & relinquere aliis mobilia, quia regnum vobis seruatur. Vnde ibi addit: Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam. m Et cùm multiplicata fuerit gloria domus eius] non solùm gloria eius, sed & gloria domus eius: quia omnes, qui ad eum pertinent, honorantur: Sed propter hoc non est timendum, nec curandum, 1. *Machab.* 2. g. Gloria eius stercus est, & vermis. *Eccl.* 9. c. Non zelus gloriam, & opes peccatoris; non enim scis, quæ futura sit illius subuersio. Postea assignat plures causas, quare non sit timendum, quando mali florent in mundo. Prima est, quia omnia amittent, vnde dicit.

Quare non sit inuidendum prosperitati malorum.

n Quoniam cùm interierit] diues.

o Non sumet omnia] i.e. nihil sumet, vt sit vniuersalis negatio, & non vniuersalitas negata. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Et *Psal.* 48. Relinquent alienis diuitias suas. Et *Psal.* 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

p Neque descendet cum eo,] in infernum.

q Gloria eius,] quam habebat hic; immò mutabitur gloria in ignominiam, secundùm illud *Osea* 4. b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Et quantò est hic gloriosior homo, tantò erit ibi magis ignominiosus, secundum illud *Ezech.* 32. d. Quò pulchrior es, descende, & dormi cum incircuncisis in medio interfectorum. *Sap.* 6. a. Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Secunda causa est, quia tantùm in præsenti habent locum

suum. Vnde sequitur. *a* Quia anima,] sensualis. *b* Eius] id est, diuitis. *c* In via ipsius] tantùm.
d Benedicetur à Domino benedictione sinistræ. In vita enim benedicitur, & in morte maledicitur. Sicut ille, cui dictum est *Luc.* 16. b. Recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem consolatur, tu verò cruciaris. Vel, Benedicetur, ab hominibus. *Psalm.* 143. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Vel, Benedicetur, ab ipso, secundùm quod alia litera habet: quia animæ suæ in vita sua benedicet. Et cõpetenter dicit, Benedicetur, non dicit, benefiet illi, nisi tantùm in dictione, secundùm quod diues tantũ benedixit animæ suæ, *Luc.* 12. c.

al. † progeniem.

al. † insensatis.

a Quia anima *b* eius in *c* vita ipsius *d* benedicetur: *e* confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. *f* Introibit vsque in † *g* progenies patrum suorum: vsque in *h* æternum non videbit *i* lumen. *k* Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis † insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph. XLIX.

DEus *l* Deorum *m* Dominus *n* locutus est, & *o* vocauit terram. A *p* Solis ortu, vsque *q* ad

dicens: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos. Sed multum aliter contigit ei in re, & operatione, secundum quod ibi sequitur: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te. Sed veriùs dixisset: Anima habes nulla, vel pauca bona reposita, quia secundùm illud *Iob* 24. d. Pauit sterilem, & quæ non parit; & viduæ benè non fecit. Econtrario *Prou.* 11. c. Benefacit animæ suæ vir misericors. Tertia causa est, quia sunt mercenarij, vnde dicit:
e Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei] id est, laudabit te, ô Deus. *Zachar.* 11. a. Benedictus Deus, diuites facti sumus. *Gregor.* Illa vox in tribulatione Deum non inuenit, quæ eum in tranquillitate contempsit. Nos enim in omni statu debemus laudare, & benedicere Deum. *Tob.* 4. d. Omni tempore benedic Deum. *Iob* 13. c. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quarta causa est, quia sunt imitatores paternorum scelerum, vnde sequitur:
f Introibit, imitando.
g Vsque in progenies patrum suorum.] Quicquid enim pater eius acquisiuit, siue per fraudem, siue per vsuras, siue per rapinas, ipse totum vult obtinere, & retinere quasi iure hæreditario, & etiam in aliis vitiis quæ vident tales filij in suis patribus, imitantur eos, & sicut dicitur *Matth* 23. d. impleuit mensuram patrum suorum. Et patrem sequitur sua proles. Sed quos sequuntur in culpa, sequentur etiam in pœna, vnde addit:
h Vsque in æternum non videbit:] id est, nunquam videbit.
i Lumen] id est, Deum, quia hic cæcus est cæcitate mentis, & transibit ad tenebras exteriores. Vnde *Augustinus*, A somno tenebrarum interiorum transibunt ad tormenta tenebrarum exteriorum. Vel de pœna Inferni legi potest totus versus: Introibit vsque in progenies patrum suorum, id est, ad eos descendet in infernum. Et benè dicit, introibit; quoniam pœna inferni semper est in ingressu, quia, vt habetur *Iob* 24. c. Transiet ab aquis niuium ad calorem nimium. *Ecclesiast.* 18. a. Cùm consummauerit homo, tunc incipit. Et tanguntur quatuor pœnæ malorum in Inferno futuræ. Prima est horrenda societas, cùm dicit: Progenies, & dicit pluraliter, propter multitudinem. *Prouerb.* 9. d. In profundis Inferni conuiuæ eius. Secunda pœna, est dolor de amicis, quam tangit, cùm dicit, Patrum, *Luc.* 16. g. Habeo enim quinque fratres, &c. Nolebat enim diues damnatus, vt fratres eius ad infernum venirent, ne de eorum societate magis cruciaretur. Tertium, est pœnæ æternitas, quæ notatur, cùm dicit: vsque in æternum. Quartum, est tenebræ palpabiles, quod notatur, cùm dicitur: non videbit lumen. *Sap.* 17. b. Ignis nulla vis poterat illis lumen præbere. Sed hæc omnia venient homini propter insipientiam. Vnde iterum replicat causam, dicens:
k Homo cum in honore esset, non intellexit.] *Iob* 4. d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt: *Isaia* 5. d. Propterea populus meus ductus est captiuus, quia non habuit scientiam. Versus autem iste suprà habitus est, & diffusè expositus; & ideò non oportet iterum exponere.

Aliter.
Quatuor pœnæ malorum in inferno.

EXPOSITIO PSALM. XLIX.

DEus Deorum Dominus] Titulus [*Psalmus Asaph.*] Asaph interpretatur Latinè congregatio, Græcè Synagoga: Est ergo sensus [Psalmus iste, conuenit Asaph] id est, Synagogæ, quæ hic loquitur secundum partem sui fidelem de mutatione Sacramentorum legalium in sacrificia laudis: Et hoc ad commendationem nostræ fidei, & confutationem incredulitatis Iudæorum. Loquitur etiam de vtroque Christi aduentu. Per primum demulcet, per secundum terret. Sed cum de secundo aduentu, qui terret, ita agat sicut & de primo, qui demulcet, quid est hoc, quod intitulatur: *Psalmus Asaph*, qui constitutus est Cantor in Templo, vt habetur 1. *Paral.* 6. c. & 16. b. Videtur enim quòd æquè benè deberet intitulari ex nomine alterius, qui non cantandi, sed potiùs flendi, vel terrendi alios haberet officium. Solutio. Etiam secundum aduentum secundum benè intitulatur, quia in eo Sancti gaudebunt. Et quia etiam in præsenti vita malis videtur illusio loqui de die iudicij, secundùm illud *Genes.* 19. c. Visus est ei, quasi ludens loqui. Intentio est monere, ne ad sacrificia legalia redeamus. Modus. Tripartitus est Psalmus. In prima parte agit de vtroque Christi aduentu. In secunda parte Christus loquitur, & monet, vt relictis sacrificiis pecudum, fiat sacrificium laudis, *ibi*: Audi popule meus. Tertiò ostendit, quorum sacrificia reprobentur, *ibi*: Peccatori. Dicit ergo. *Partitio Psalm.*
l Deus Deorum] id est, factor Deorum, vel Sanctorum, vel excellentissimus Deorum, 1. *Corinth.* 8. b. Etsi sunt Dij multi, & Domini multi; nobis tamen vnus est iste Deus Deorum. *Alleg.*
m Dominus Dominantium. 1. *Tim.* 6. c. Rex Regum, & Dominus Dominantium.
n Locutus est] per se, & per Apostolos.
o Et vocauit terram] id est, habitantes terram: Metonymia est, non tantùm partem terræ, sed totam terram.
p A Solis ortu vsque ad occasum] id est, ab Oriente vsque ad Occidentem, *Psalm.* 18. Quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et commendat hic Christum multipliciter. Primò, à natura, cùm dicit: Deus. Secundò, ab excellentia operum, cùm dicit: Deorum. Tertiò, à potentia, cùm dicit: Dominus. Quartò, à liberalitate, cùm dicit: Locutus est. Liberalitas enim magna fuit, quòd tantus Dominus proprio ore ita benignè voluit loqui abiectis, & vilis conditionis hominibus. Quintò, à benignitate, qua vocauit Gentes ad regnum, cùm dicit: Et vocauit terram. Sextò, ab amplitudine vocantis, cùm dicit: A solis ortu, & cætera. *Commendatio Christi.*

a Post ostendit

Moraliter hoc dicitur terrendis hominibus. *Morale*
l Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram] id est, terrenos, quasi dicat, qui in terrenis morantur per amorem, excusationem non habent, quia Deus Deorum Dominus omnium vocauit eos verbo, & exemplo ad contemptum terrenorum. *Ierem.* 22. g. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini: Ecce trina citatio. Prima est naturalis corruptio, quæ continua est. Secunda est infirmitas accidentalis. Tertia est peremptoria, sc. ipsa mors. *Deut.* 32. a. Audiat terra verba oris mei. Cùm ergo vocauerit terram, si non venit, non eam excusabit ignorantia, sed damnabit contumacia. *Ioann.* 15. c. Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent: Nunc autem excusationem non habent de peccato. Vnde *in Psal.* 57. Non ignorantes, sed furibundi dicuntur, vbi dicitur: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Sic ipsi ad modum aspidis obturant aures suas, terra, i. e. amore terrenorum, & cauda, i. e. vana spe pœnitendi in fine, ne efficaciter audiant Dominum vocantem ad contemptum mundi & terrenorum. Et licet Dominus contemnatur ab eis; ipse tamen non dedignatur, nec vocare desistit, sed vocat. *p* A Solis ortu] id est, ab infantia, in qua nascitur eis Sol gratiæ in Baptismum.
q Vsque ad occasum] id est, vsque ad mortem, in qua occidit eis Sol, id est, omnis spes gratiæ, & veniæ. Ad quid autem vocat? Ad iustificationem in præsenti, & glorificationem in futuro, sicut dicitur *Rom.* 8. f. Quos vocauit, hos & iustificauit; quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Et suprà dicit *ibidem*: Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, hos & vocauit. Et sic relinquitur, quòd vocat eos ad hoc, vt conformes sint in gloria imaginis filij sui, secundum quod dicitur 1. *Ioann.* 3. a. Nondum apparuit, quid erimus: Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Sed qui ad hanc

pulchritu

Alleg. A Post ostendit ordinem vocationis, quia à Iudæis incepit, vnde dicit.
a Ex Sion,] id est, ex Iudæis.
b Species decoris eius] id est, pulchritudo, scilicet, miracula, & opera excelsa. Alia litera habet: De Sion perfecto decore, *Isa.* 2. a. & *Mich.* 4. a. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Quia primò prædicatus est in Ierusalem, & de Ierusalē exierunt Apostoli, qui Christum prædicauerunt. Vel,

occasum, *a* ex Sion *b* species decoris eius. *c* Deus † *d* manifestè veniet: Deus *e* noster & non *f* silebit. *g* Ignis in *h* conspectu eius † *i* exardescet: & in circuitu *k* eius tēpestas *l* valida.

al. † *manifestus* — *al.* † *ardebit.*

Species decoris eius, id est, humanitas, quæ dicitur species: quia per eam visus est hominibus. Et est decoris, propter immunitatem à peccato. Vel, Species decoris, in via est fides, quæ habetur de Christo; sed decor in patria est ipsa fruitio visionis Dei. Vnde *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt.

Moral. * pulchritudinem voluerit peruenire, oportet, quòd primò habeat mundam vitam, & bona opera. Vnde sequitur:
a Ex Sion species decoris eius,] supple, procedit. Sion interpretatur speculum, siue speculatio: & significat munditiam vitæ. Sicut enim mulier speculo se respicit; & cùm maculam cognoscit, lauat, vel abstergit. Sic homo debet se intus in conscientia respicere, & maculas aquis lachrymarum lauare: & sic fiet mundus. Item Sion interpretatur semen eius, & significat bona opera, quæ debemus seminare, vt metamus in vita æterna. *Galat. vltim.* b. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Et quid sit seminandum, subiungit: Bonum autem facientes, non deficiamus; tempore enim suo metemus, non deficientes. Sic ergo ex Sion, id est, ex speculatione nostræ conscientiæ, & semine bonorum operum procedit, & sequetur in nobis species decoris eius, in quo ei assimilabimur, vt dictum est.

Deus multipliciter dicitur. Nota, quòd Deus multipliciter dicitur: Dicitur enim Deus natura, sicut hic, & *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum & terram. Item dicitur Deus acceptione, *Psalm.* 81. Ego dixi: Dij estis. Item nuncupatione, *Psal.* 95. Omnes Dij Gentium Dæmonia. Item prælatione, *Exod.* 22. d. Diis non detrahes. Item dominatione, *Exod.* 7. a. Ego constitui te Deum Pharaonis.

Deus multipliciter loquitur homini. Item etiam est notandum, quòd Deus multipliciter loquitur homini, siue vocat hominem, scilicet, per inspirationem, *Iob* 4. c. Porrò ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius. Item per prædicationem, *Roman.* 8. f. Quos prædestinauit, hos & vocauit. Item per promissionem, *Iob* 14. d. vocabis me: & ego respondebo tibi. Item per largitionem bonorum. *Prouerb.* 1. c. Vocaui, & renuistis. Item per tribulationem, *Luc.* 14. e. Exi in vias & sepes, & compelle intrare. Item per pœnæ alienæ ostensionem, *Psalm.* 59. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Versus:

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Item per sanguinis aspersionem, vel ostensionem. *Hebr.* 12. f. Sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel. *Isa.* 65. a. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Habito de primo aduentu, sequitur de secundo.

Allegoricè. De secundo aduentu. *c* Deus manifestè veniet,] ad iudicium. Deus alibi dicitur, scilicet, *Matth.* 24. c. Videbunt filium hominis venientem. Quod hic dicitur manifestè, ibi dicitur videbunt. Hic autem vocatur Deus: & ibi filius hominis. In quo notatur, quod est Deus, & homo Christus, qui iudicaturus est. Et verè.
d Manifestè veniet] secundùm quod dicitur *Matth.* 24. b. Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque in Occidentem; ita erit aduentus filij hominis. In primo autem aduentu non manifestè venit, sed sub nube carnis latuit. Et licet fuerit manifestus homo; non tamen Deus manifestus fuit; sed sicut dicitur *Isa.* 65. c. Verè tu es Deus absconditus. Et verè iste, qui veniet iudicaturus, non tantùm Deus, sed & homo est: vnde addit.
e Deus noster] veniet, scilicet, Noster per conformationem naturæ, os de ossibus nostris, & caro de carne nostra. Vnde *Isa.* 7. c. Et vocabitur nomen eius Emanuel.
f Et non silebit:] In primo aduentu tacuit coram Pilato, sicut dicitur *Isa.* 53. c. Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Silet etiam modò Deus quantum ad quosdam, quos permittit currere per campos licentiæ, secundùm quod infra dicitur: Hæc fecisti, & tacui. A quo silentio orat *Psalm.* 27. liberari, dicens: Deus meus, ne sileas à me, ne quando taceas à me; & assimilabor descendentibus in lacum: quasi dicat, si silueris, ero similis descendentibus in lacum. In futuro autem iudicio, non silebit, quia vt habetur *Sophon.* 1. d. Dies illa erit dies tubæ, & clangoris. Et quantò magis tacuerit ante, tantò fortiùs tunc loquetur. Vnde *Isa.* 42. c. Tacui, semper silui, patiens fui; quasi parturiens loquar, quæ asperè, & acutè, & cum maxima anxietate loquitur. De qua asperitate *Psalm.* 90. Ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero: Quod proferet, cùm dicet reprobis: Ite, maledicti, in ignem æternum, *Matth.* 25. d. Posset autem quæri, quæ sunt signa aduentus eius? Ecce manifestum signum.

De igne præcedente iudicium. *g* Ignis in conspectu eius exardescet.] Præcedet enim ignis materialis, qui comburet superficiem terræ, & aëra, quantum ascenderunt peccata hominum, & fumus idololatriæ. Hic ignis erit Iustorum illuminatio, & purgabit quod purgandum inuenerit, vehens eos in æternam beatitudinem: Inuoluet autem malos, & eorum erit vehiculum in infernum. Astabunt Angeli quasi messores separantes malos a bonis, & grana a paleis. Et hoc est, Ignis exardescet, malos inuoluens, & bonos purgans. In conspectu eius, id est, in præsentia eius. *Psal.* 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. *Malach. vlt.* a. Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes iniquitatem stipula, & inflammabit eos dies veniens. 2. *Petr.* 3. c. Elementa eius calore soluentur. Et dicit *Chrysost.* Cum magno territu fluuius igneus rapidus absorbebit terram. Vel sic, Ignis in conspectu eius exardescet, id est, conspicietur à malis, & reprobis, terribilis tanquam ignis. *Isa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum.
k Et in circuitu eius tempestas valida.] Tempestas ista, erit iudicatio ex insperato veniens ad modum tempestatis. Valida, quia citò separabit paleas a granis, sicut tempestas fortis, quæ erit in circuitu eius, id est, in Sanctis iudicantibus, & Angelis ventilantibus, & malos a bonis separantibus: qui dicuntur esse circuitus eius, quia Sancti cum eo sedebunt, & Angeli assistent. Vel sic, Tempestas valida, id est, damnatio erit illis, qui sunt in circuitu eius, id est, in malis. Boni sunt in Deo, quasi in centro: Ipse enim est centrum omnium. Mali verò sunt in circuitu eius, non accedentes ad eum per recta opera. *Psal.* 11. In circuitu impij ambulant. Et *Psalm.* 81. Deus meus, pone illos vt rotam.

A Aduocauit
c Deus manifestè veniet.] Moraliter potest hoc exponi de tertio aduentu. Est enim primus aduentus, quo venit in mundum ad redemptionem. Secundus, quo veniet ad iudicium, ad remunerationem. Tertius, quo venit in animam Iusti ad consolationem. De primo, & secundo habitum est suprà in hoc Psalmo. De tertio, *Ioann.* 14. c. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. De quo etiam potest hoc dici: Deus manifestè veniet, quia cùm mentem hominis visitat, eandem illuminat, & exhilarat, *Ioan.* 7. d. Visitas eum diluculo. Cùm autem ibi venerit, non statim recedit; sed manet, nisi expellatur per peccatum: Vnde dicit.
e Deus noster,] quem, scilicet, possidere in perpetuum possumus. Propter hoc dicit *Ioan.* 14. c. Mansionem apud eum faciemus. Et cùm ibi manebit.
f Non silebit,] sed loquetur ad cor eius, vt dicitur *Osee* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. *Psalm.* 84. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Verba autem eius non sunt tepida, sed ignita: Iuxta illud *Psalm.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Vnde benè addit.
g Ignis charitatis. *h* In conspectu eius,] id est, in anima, quam ipse conspicit.
i Exardescet.] *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. *Psalm.* 17. Ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Quos autem accendit per amorem, commonet ad pœnitentiam. Vnde addit:
k Et in circuitu eius tempestas,] id est, conturbatio ad pœnitentiam.
l Valida, id est, magna. *Psal.* 6. Anima mea turbata est valdè. Vel, valida, id est, valens, & prodens homini ad salutem, 2. *Cor.* 7. c. Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

Alleg. A *a* Aduocauit cœlum.] Nota, quòd in principio Pſalmi tangitur citatio, *ibi*: Locutus eſt, & vocauit terram. Secundò forma, & ſchema iudicij, *ibi*: Deus manifeſtè veniet. Hic autem tangit teſtes, vnde dicit: Aduocauit, id eſt, aduocabit.

b Cœlum deſurſum,] id eſt, cœleſtes Angelos.

d Et terram] id eſt, homines. Vel cœlum, id eſt, bonos iudicaturos. *c* Deſurſum,] vel deſuper, id eſt, ſuper ſedes duodecim: & terram, id eſt, iudicandos. Vel, Cœlum, id eſt, omnes bonos ſimpliciter: & terram, id eſt, omnes malos ſimpliciter: *Romanor*. 14. b. Omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti. Et ad quid aduocabit? *e* Diſcernere,] id eſt, vt diſcernat, vel vt ipſi diſcernant. *f* Populum ſuum,] à non ſuo. Et benè dicit, diſcernere, non videre: quia etiam mali, licet iudicentur; tamen diſcernent. *Ierem*. 25. f. Gladium ego voco ſuper omnes habitatores terræ. Vel, Cœlum & terram, ad literam, *Deut*. 31. g. Inuocabo cœlum & terram in teſtimonium contra vos. Hæc autem aduocatio erit miniſterio Angelorum: & ideò ad eos conuertit ſermonem, & dicit.

al. non habet. † de
al. † Iuſtos.
al. † diſponunt.

a Aduocauit *b* cœlum † *c* deſurſum, & *d* terram *e* diſcernere *f* populum ſuum. *g* Congregate *h* illi † *i* Sanctos eius: *k* qui ordinant *l* teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Et *m* annunciabunt cœli *n* iuſtitiã eius; quoniam *o* Deus Iudex eſt. *p* Audi, populus meus, & *q* loquar Iſraël:

g Congregate,] ô vos Angeli meſſores.

h Illi,] id eſt, ad honorem eius, ſcilicet, Dei.

i Sanctos eius,] omnes, ſcilicet Iuſtos. Hæc congregatio præfigurata eſt *Gen*. 49. a. Congregamini, & audite, filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum. *Iſa*. 43. b. Omnes Gentes congregatæ ſunt ſimul.

k Qui ordinant,] id eſt, ordinauerint.

l Teſtamentum eius ſuper ſacrificia,] id eſt, nouum ſuper vetus. Hoc faciunt illi, qui eligunt ſequi magis paupertatem, & tribulationem, quam diuitias, quæ promittebantur in lege ſacrificantibus. Vel ſic, Ordinant teſtamentum eius, id eſt, reputant promiſſa Dei eſſe ſuper ſacrificia, id eſt, ſuper opera ſua, ſecundum illud *Rom*. 8. d. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vel, Qui ordinant, &c, id eſt, qui dicunt præmium ſequi poſt laborem. Hic eſt ordo rectus. Et poſſet aliquis excuſare ſe de ignorantia, niſi eſſet eis Iudicium venturum annunciatum, vnde addit.

m Et annunciabunt cœli,] id eſt, viri ſpirituales.

n Iuſtitiam eius] qua diſcernet bonos à malis, reddens vnicuique ſecundum quod meruit.

o Quoniam Deus Iudex eſt.] Si enim purus homo Iudex eſſet, poſſet falli, vel corrumpi, vel vinci, & ſic impediretur iuſtitia. Sed Deus eſt Iudex, qui nec falli, nec corrumpi, nec ſuperari poterit. *Pſal*. 7. Deus Iudex Iuſtus, fortis & patiens.

Moral. * *a* Aduocauit cœlum de ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum,] id eſt, faciet, vt contemplatiui de contemplatione deſcendant ad iudicandum infirma carnis ſuæ. Et vt terra, id eſt, actiui, à terrenis actibus ad iudicandum ſemet aſcendant. Et ita quaſi in medio conueniant, & occurrant ſibi actiui, & contemplatiui, cùm iſti deſcendant de monte contemplationis, & illi aſcendant de valle actionis, vt vtrique ſeipſos diſcutiant, & iudicent. Hoc benè ſignificatum eſt in hoc, quod Rachel, & Lia coniunctæ ſunt Iacob. *Gen*. 29. Rachel enim contemplationem, Lia actionem ſignificat. Iacob autem, qui interpretatur luctator, ſiue ſupplantator, ſignificat iudicium, quod ſupplantat, & extirpat vitia, ſecundùm illud *Prou*. 20. b. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Iacob ergo Rachel, & Liam ſibi copulat, quia & contemplatio, & actio iudicium debet habere, quaſi maritum, qui vtramque regat, & cuſtodiat. Et ipſæ ab eo concipiant paruulos, qui cùm creuerint, Patriarchæ fiant, id eſt, motus humilitatis, qui perueniant, & perducant ad faſtigium æternæ ſublimitatis: quia qui ſe humiliat, exaltabitur. *Luc*. 14. c. Hoc eſt ergo, quod dicit: Aduocauit cœlum, id eſt, contemplatiuos.

c Deſurſum,] id eſt, de contemplatione.

d Et terram,] id eſt, actiuos, deorſum.

e Diſcernere populum ſuum;] id eſt, vt diſcernant, & iudicent multitudinem cogitationum, locutionum, & operationum ſuarum. *Iob* 7. c. Suſpendium elegit anima mea, id eſt, iudicium inter contemplationem, & actionem; quaſi inter cœlum, & terram anima ſeipſam iudicans, ſe ſuſpendit in patibulo pœnitentiæ, ne tandem ſuſpendatur in patibulo gehennæ. Sicut docet Apoſtolus 1. *Corinth*. 11. g. Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Et quia nullus de ſe debet præſumere: ſed Sanctorum ſuffragia poſtulare: Ideò benè ſequitur.

g Congregate illi Sanctos eius,] vt ipſi ſimul pro nobis intercedant: Sic faciunt illi, qui dicunt Litanias. Hoc etiam facit Eccleſia, quæ feſtum Omnium Sanctorum ſimul celebrat. Vnde poſſet hoc eſſe thema in feſto Omnium Sanctorum: Congregatæ ſunt, &c. Quod enim Dominus vni Sancto forſitan negaret, omnibus congregatis & orantibus, non negaret: ſicut in clauſtris, quando conuentus totus petit aliquid ab Abbate, non eſt conſuetudinis vt patiantur repulſam. Similiter quando omnes ciues eiuſdem ciuitatis, vel omnes barones eiuſdem regni petunt aliquid à Rege, non de facili negat eis, ſicut habetur 1. *Reg*. 14. g. quòd totus Iſrael congregatus, Ionathan de morte eripuit. Per Ionathan intelligitur peccator, qui contra vetitum Dei Patris comedit mel ſilueſtre, id eſt, delectationem, quæ ſilueſtris eſt, quando non eſt de Deo, aut de ſpiritualibus.

k Qui ordinant, &c.] ſicut ſuprà expoſitum eſt.

p Audi populus meus, &c.] Secunda pars, in qua docet, quid ſit faciendum, & quid non. *Alleg.* Superiùs tetigit de primo aduentu, & de ſecundo pleniùs tractauit, oſtendens, quæ in eo erunt: Hic autem explicat, quæ in primo aduentu facta fuerunt, ſcilicet, abolitio legalium, & ſubſtitutio Euangelij. Et quia magna dicturus erat, ideò hortatur primò populum, vt audiat, dicens: Audi, Vox eſt Domini, de quo ſuprà dixerat Propheta: Deus Deorum Dominus locutus eſt. Hic autem determinat, quid locutus eſt. Hoc ſcilicet, Audi, populus meus, qui meus es, quia te elegi à principio, & legem meam tibi dedi, & de te carnem ſumpſi. Et ideò quia meus es, audire me debes.

q Et,] ſic loquar tibi, Iſraël, cùm audire inceperis, quia ſic dicitur *Eccleſiaſt*. 32. a. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem. Iſrael autem frequenter ſumitur in Prophetis pro Iudæis. Vnde.

A & alibi

p Audi populus meus, &c.] Moraliter dicitur Clericis, *Moral.* & Religioſis. Ipſi enim ſunt populus Domini peculiaris. Omnes enim homines generaliter ſunt populus Domini ratione creationis, & ratione recreationis, & ratione dominationis. Quantum ad creationem dicitur *Iob* 41. a. Omnia, quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. Quantum ad recreationem dicitur 1. *Corinth*. 5. d. Empti enim pretio magno. Quantum ad dominationem, *Iſa*. 49. a. Seruus meus es tu, Iſrael. Populus autem Domini ſpecialiter dicuntur Clerici, & Religioſi, ratione horum trium, & ratione familiaritatis. *Deuteronom*. 7. a. Populus ſanctus es Domino Deo tuo, te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. Propter hoc dicit eis: Audi, populus meus, id eſt, obedi mihi.

q Et loquar Iſrael,] id eſt, tibi, qui debes me videre in contemplatione. Audi, contra ſurdos, Iſraël, contra cæcos. *Iſaia* 42. c. Surdi, audite: & cæci, intuemini ad videndum. Quis cæcus, niſi ſeruus meus: & ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? Populus, contra diſperſos per ſchiſmata, & lites. *Ieremia* 50. c. Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerunt eos, id eſt, motus ſuperbiæ. Meus, id eſt, quietus. *Iſaia* 26. d. Vade, populus meus: intra in cubicula tua, non ad forum. *Baruch* 3. b. Audi, Iſrael præcepta vitæ. *Ieremiæ* 26. d. Audite vocem Domini Dei veſtri, & pœnitebit eum mali, quod locutus eſt aduerſus vos. Et benè dicit primò: Audi, populus meus; & poſtea, loquar: quia ad hoc, quòd Dominus loquatur eis, oportet, quòd ſint populus Domini per ſegregationem ab actibus, & curis ſæcularibus, ſecundùm quod dicitur *Oſea* 2. c. Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius. Item oportet, quòd audiat, id eſt, quòd obediat, quia inobedientes abominatur. *Prou*. 3. d. Abominatio Domini omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Illuſor eſt, qui nomen, vel habitum, vel geſtum ſanctitatis prætendens, præceptis Domini, & Prælati ſui inobediens eſt. *Matth*. 27. d. Genu flexo illudebant ei. Simplices verò ſunt obedientes. Vnde dicit *B. Bernard*. Subditis non licet diſcernere, ſed ſimpliciter obedire. Talibus ergo ſolitariis, & obedien-

tibus

Alleg. A & alibi in *Pſalm.* 113. In exitu Iſraël de Ægypto, &c. Nec tantùm ſimplici verbo loquar, ſed. *a* Et teſtificabor tibi,] id eſt, teſtimonio Scripturarum, & miraculorum tibi oſtendam. Quid? Hoc. *b* Deus, Deus tuus ego ſum,] quaſi dicat, Deus omnium ſum per potentiam, qua omnes creaui, ſed, Deus tuus, propriè, quia tibi promiſſus in Prophetis. Et notatur hic Trinitas per hoc, quòd bis dicit: Deus, Deus, & tertiò, ego ſum, quod eſt nomen proprium Deitatis: *Exod.* 3. d. Ego ſum, qui ſum. Hoc eſt nomen meum. De hoc teſtimonio 1. *Ioan.* 4. c. Nos vidimus, ecce Iſraël, & teſtificamur, quoniam Pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi, non tantùm Iudicem. Et poſſent dicere Iudæi, quia Deus noſter es, ideò offerre tibi debemus ſacrificia. Ad quod reſpondet.

al. † ſuper ſacrificia tua.

a Et teſtificabor tibi, *b* Deus, Deus tuus ego ſum. *c* Non in † ſacrificiis tuis arguam te: *d* Holocauſta autem tua in *e* conſpectu meo ſunt ſemper. Non *f* accipiam de *g* domo tua *h* vitulos:

c Non in ſacrificiis tuis arguam te,] id eſt, ſi non exhibeas ſacrificia pecudum, non puniam te. *Suprà in Pſal.* 39. Sacrificium, & oblationem noluiſti. *Ier.* 7. c. Non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocauſtomatum, & victimarum; ſed hoc præcepi eis: Audite vocem meam: & ero vobis Deus. Item poſſent dicere: Tu non curas de ſacrificiis, quia in ſacrificiis non habes niſi partem: cætera enim cedunt in vſus Sacerdotum & offerentium; ſed holocauſta benè requiris, quæ tota tibi incenduntur. Non dicit, immò.

d Holocauſta tua in conſpectu meo ſunt ſemper] quaſi tædioſa. Talis modus loquendi habetur *Num.* 11. b. Oculi noſtri non vident, niſi man. *Gloſ.* tamen aliter hoc exponit. Item poſſent dicere. Tu non arguis nos de non exhibitis ſacrificiis; ſed tamen benè recipies oblata. Vnde hoc excludit, dicens:

f Non accipiam vitulos] ſcil. in ſacrificium. *g* De domo] tua, id eſt, de templo vbi ſolebas offerre, ô Iſraël, quod templum modò eſt tua domus; ſed olim mea fuit, quam vos Iudæi feciſtis ſpeluncam latronum, vt habetur *Matth.* 21. b. *Ier.* 7. b. Nunquid domus mea facta eſt ſpelunca latronum. Scriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Et ſumitur hoc de duobus locis. Prima pars ſumitur de *Iſa.* 56. c. Secunda de *Ier.* 7. b. *i* Neque de gregibus tuis hircos,] ad literam. Et oſtendit cauſas, quare ea non accipiet. Prima eſt, quia eis non indiget ad augmentandas diuitias ſuas. Vnde dicit?

l Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum,] quæ etiam indomitæ ſunt. *n* Iumenta] habitantia. *o* In montibus,] mea ſunt. *p* Et boues,] quos poſſides, mei ſunt. *Pſalm.* 23. Domini eſt terra, & plenitudo eius. Secunda cauſa eſt, quia non indiget eis ad nouitatem cognitionis: Vnde dicit.

q Cognoui,] ante ſæcula. *r* Omnia volatilia cœli.] Multò magis terreſtria. Et quid mirum, ſi cognouit, qui creauit? *Gen.* 1. d. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat. Tertia cauſa eſt, quia non indiget eis ad delectationem. Vnde addit. *ſ* Et pulchritudo agri mecum eſt,] i. mihi ſeruit: Pulchritudo agri, &c. i. gignentium, & generatorum vbertas. Quarta A* cauſa

Myſtic. Myſticè. *m* Feræ ſiluarum,] ſunt Gentes indomitæ, & incultæ. *n* Iumenta in montibus,] ſimplices in culmine fidei, & aliarum virtutum. *p* Boues,] Apoſtoli, & Prophetæ.

r Volatilia cœli,] ſunt Angeli.

ſ Pulchritudo agri,] ſunt Gentes conuerſæ ad fidem.

⊖ Si eſurie-

Moral. * tibus loquitur Dominus in cordibus eorum: Loquar, loqui eſt hominis rationalis, non brutorum, vel paruulorum. *Eccl.* 32. a. Loquerere tu maior natu, decet enim te primum verbum. Quidam libenter audiunt latratus canum, i. detractorum. Alij cantus Syrenarum, i. adulatorum: *Iſaia* 13. d. Reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius. Syrenæ in delubris voluptatis. Pauci ſunt, qui Deum loquentem velint audire. Vnde etiam Iſraël dicit: *Exod.* 20. c. Non loquatur nobis Deus. *Deut.* 5. c. Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis.

a Et teſtificabor tibi,] in conſcientia tua: Teſtificabor tibi, *Ier.* 29. f. Ego ſum teſtis, & Iudex, dicit Dominus. 1. *Ioan.* 5. b. Hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo.

b Deus, Deus tuus ego ſum.] *Romanor.* 8. c. Spiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei.

Pſalm. 45. Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus. *c* Non in ſacrificiis tuis arguam te.] Hoc principaliter exponi poteſt contra quoſdam Religioſos, qui illa, ad quæ tenentur de præcepto regulæ, vel Prælati, omittunt, & quædam faciunt ſingularia, ad quæ non tenentur. Hæc autem ſingularia dicuntur ſacrificia, non holocauſta: quia in faciendo illa, non ſe totos offerunt, quia ſaltem propriã voluntatem retinent. Et ideò non placent Deo illa ſacrificia. Hoc eſt, quod dicit. *c* Non in ſacrificiis tuis arguam te, ſi omittas ea.

i neque de gregibus tuis *k* hircos. Quoniam *l* meæ ſunt omnes † feræ ſiluarum: *n* iumenta in *o* montibus, & *p* boues. *q* Cognoui omnia *r* volatilia cœli: & † *ſ* pulchritudo agri

al. † beſtiæ ſiluæ.

al. † ſpecies.

d Holocauſta autem tua,] in quibus te totum offers cum propria voluntate.

e In conſpectu meo ſunt ſemper,] id eſt, mihi placent. Holocauſtum verè propriè eſt obedientia, vbi Iſaac dilectus filius offertur in holocauſtum. Sacrificium verò eſt ſingularitas, ſiue in ieiunio, ſiue in vigiliis, & huiuſmodi, quæ de propria voluntate procedunt. 1. *Regum* 15. c. Melior eſt obedientia, quàm victimæ. *Iſa.* 58. a. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras, & neſciſti? Et reſpondet Dominus: Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. Hoc eſt etiam, quòd ſequitur.

f Non accipiam de domo tua,] id eſt, de Religione tua.

h Vitulos.] Per vitulum, qui nullo iugo premitur, ſignificatur hic inobedientia, ſiue inobedientes. Per hircos, qui habent exteriùs aſperitatem in pelle, ſignificatur hypocriſis, de quibus dicit.

i Neque de gregibus tuis,] id eſt, de congregationibus, & conuentibus.

k Hircos,] id eſt, hypocritas. Contra hæc duo vitia dicit Apoſtolus, *Coloſſ.* 3. d. Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, hoc eſt, contra hypocriſim, ſed in ſimplicitate cordis timentes Dominum, hoc eſt, contra inobedientiam.

l Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſiluarum, iumenta in montibus, & boues.] Per feras ſiluarum, ſignificantur Eremitæ, ſecundum quod de ipſo Domino dicitur *Marc.* 1. b. Eratque cum beſtiis: & Angeli miniſtrabant ei. 2. *Machab.* 5. d. Iudas Machabæus receſſit in deſertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat, & fœni cibo veſcentes demorabantur, ne participes fierent coinquinationis.

n Iumenta,] ſunt Prælati, qui portant ſubditos. *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem. Et habitant.

o In montibus,] id eſt, in dignitatibus.

p Boues,] ſunt Theologi, qui arant terram corporum ſuorum per pœnitentiam, & triturant ſacram Scripturam. *Iob* 1. c. Boues arabant, & aſinæ paſcebantur,] id eſt, rudes laici. Hæc igitur omnia ſunt Domini, ſecundùm illud *Deut.* 10. c. Domini Dei tui cœlum eſt, & cœlum cœli, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt. *q* Cognoui omnia volatilia cœli. Per volatilia cœli ſignificantur contemplatiui, quia, vt dicitur *Philip.* 3. d. Conuerſatio eorum cœlis eſt. Quos benè cognouit Dominus: quia frequenter veniunt ad curiam ſuam, & ſtant in conſpectu eius. Et ideò ſunt ab eo cogniti, & approbati. Et nota, quòd per tria cognoſcitur homo, ſcilicet, ex nomine, ex facie, ex voce. Nomine, vt *Exod.* 33. d. Noui te ex nomine. De facie, & voce ſimul, *Cant.* 2. d. Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis.

Per tria cognoſcitur homo.

Cognoſcitur autem auis.
- Ex volatu contemplationis. *Pſ.* 17. Volauit, volauit ſuper pennas ventorum.
- Ex penna, *Pſal.* 67. Pennæ columbæ deargentatæ. Pennæ corui ſunt nigræ.
- Ex voce, columba gemit. *Iſa.* 59. b. Quaſi columbæ meditantes gememus.
- Ex roſtro columba habet rectum, aquila curuum, *Iob* 39. d. Vbicunque fuerit cadauer, adeſt.
- Ex pedibus, id eſt, ex affectibus curuis.
- Ex cibatione, columba granum, aquila carnes comedit.
- Ex prædicatione, accipiter, Archidiaconus.
- Ex cantu, alauda, Religioſus.

ſ Et pulchritudo agri mecum eſt.] Per pulchritudinem agri ſignificatur honeſta vita laicorum, qui ſunt agri colendi, & diligentia, & ſollicitudine Prælatorum, & Prædicatorum. Vnde *Canticorum*

Alleg. A causa est, quia non indiget eis ad necessitatem. Vnde addit: *a* Si esuriero, non dicam tibi,] scilicet, quòd pascas me. Loquitur per synaresim, quia non potest esurire: & ideò non dicam tibi, *b* enim] id est, quia meus est, non alterius.

De voto c. per tuas. *c* Orbis terræ, &c.] id est, omnes creaturæ. Quinta causa est; quia non indiget eis ad nutrimentum. Vnde dicit: *d* Nunquid manducabo carnes taurorum,] ac si essem esuriens? *e* Aut sanguinem hircorum potabo] vt sitiens. *Iud.* 13. c. dixit Manue: faciamus tibi hœdum de capris. Cui respondit Angelus: Si me cogis, non comedam, id est quamuis me cogas.

mecum est. Si *a* esuriero, non dicam tibi : *b* meus est enim *c* orbis terræ & plenitudo eius. *d* Nunquid manducabo carnes taurorum : *e* aut sanguinem hircorum potabo ? *f* Immola Deo *g* sacrificium laudis : *h* & *i* redde Altissimo † *k* vota tua. Et *l* inuoca *m* me in *n* die tribulationis : & † *o* eruam te, & *p* honorificabis me. Peccatori autem *q* dixit Deus : quare tu

al. † preces tuas.
al. † eximam te, & glorificabis.
3. q. 7. §. *idem testatur.*
Mysticè.

⊖ *a* Si esuriero,] Esurit etiam Dominus in pauperibus esurientibus, & esurit nostram salutem, quia sicut dicitur 1. *Tim.* 2. b. Vult omnes homines saluos fieri.

Alleg. *f* Immola Deo, &c.] ostenso, quòd sacrificia pecudum non placent ei, ostendit, quid sacrificari velit, vnde dicit: Immola Deo sacrificium laudis; quod duplex est. Vnum voluntarium, quod dat intelligi, cùm dicit, immola, &c. Aliud est votiuum, de quo addit.

i Et redde Altissimo,] id est, Deo.

k Vota tua,] quæ vouisti. Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Postea ostendit, quæ sint præmia istorum sacrificiorum. Primum est liberatio, de quo dicit. *l* Et inuoca me, i. intùs voca. Quid enim valet strepitus labiorum, vbi cor est mutum? *n* In die tribulationis,] i. in aduersitate. *Greg.* Os, quod prosperitas claudit, aduersitas aperit. Vnde *Ps.* 119. c. Ad Dominum, cùm tribularer clamaui. *o* Et eruam te,] i. liberabo te. Secundum est honor. Vnde addit. *p* Et honorificabis me,] i. causa honoris mihi eris, dando exemplum aliis, vt me honorent. Et per hoc honorabilis eris mihi. 1. *Reg.* 2. f. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Moral. * 7. d. Egrediamur in agrum, commoremur in villis. Egrediamur ad prædicandum; commoremur ad confessiones audiendum. Hæc igitur omnia Dominus habet, & in his delectatur. Et hic loquens ad Religiosum superstitiosum, & singularem, ea præponit ei, vt eum ad humilitatem veræ obedientiæ inuitet. Vnde adhuc ad eum loquens dicit.

a Si esuriero, non dicam tibi] tali, scil. singulari, i. in tuis singularitatibus non delectabor, nec reficiar; sed potiùs in supradictis hominibus. Quia *b* Meus est orbis terræ, & plenitudo eius] i. multos ibi habeo, in quibus delector. Simile dixit ad Eliam, qui dicebat 3. *Reg.* 19. c. Derelictus sum ego solus. Et Dominus dixit ei: Dereliqui mihi in Israël septem millia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal, quasi dicat: ne præsumas de te, quia multos alios bonos habeo, qui mihi seruiunt: quia si præsumas, vel tibi gloriam appetas, non te accepto. Vnde & sequitur.

d Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo, id est, nunquid delectabor in maceratione superborum, qui per tauros: aut hypocritarum, qui per hircos designantur? Notandæ sunt autem proprietates hirci his versibus:

Lana, cibus, visus, sanguis, caro, cornua, fœtus.
Hostia, mons, vitis, dens, pes, vox, barba, libido.
Cauda breuis, corium sotularibus, vtribus aptum.
Lacte caret, fœtet, emissus ruminat hircus.

Proprietates hirci conuenientes hypocritæ. Heb. 9. a. Hæc omnia conueniunt hypocritæ. Ipse enim extra portat lanam caprinam, id est, signum pœnitentiæ. Et *Exod.* 26. c. dicitur, quòd tabernaculum tegebatur sagis extrà, sed intrà erant res pretiosæ, scilicet, aurum, manna, vina, virga, thus, aromata, redolentiæ. Sed sub sagis hypocritarum non sunt nisi stercora. Item cibus hircorum, sunt amaræ frondes, & hypocritarum detractiones. *Iob* 30. a. Qui rodebant in solitudine, & mandebant herbas, & arborum cortices: & radix iuniperorum erat cibus eorum. Item acutè vident; sic hypocritæ mala aliorum. *Eccl.* 14. b. Oculus malus ad mala. Item sanguis hirci frangit adamantem, & lingua hypocritæ etiam virum constantem. *Prou.* 15. a. Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Item caro eius est dura, id est, carnalitas obstinata. *Ier.* 30. c. Dura facta sunt peccata tua. Item cornua habet excelsa, i. superbiam elatam. *Dan.* 8. b. Hircus habebat cornu insigne. Item fœtus eius est bonus, & hypocritæ quandoque bona docent: quia licet ipsi vadant in infernum; docent tamen alios ire in cœlum. Et est miraculum, secundum quod dicitur *Num.* 26. b. Factum est grande miraculum, vt Chore pereunte, filij eius non perirent. Item ex ipso fit hostia, sic de hypocrita. *Leuitic.* 10. d. Hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyses, reperit exustum. Item libenter ascendit: sic hypocritæ ad montem dignitatis. *Ierem.* 49. d. Habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Item vites lædit: sic hypocrita famam Iustorum. *Ioan.* 15. a. Ego sum vitis; & vos palmites. Item dentes non habet hircus in superiori mandibula: sic hypocrita non habet verba charitatis ad reprehendendum, sed verba timoris. *Thren.* 3. b. Confregit ad numerum dentes meos. Item pes eius non est integer, sic affectus hypocritæ in plura diuisus est. *Eccl.* 21. c. Cor fatui quasi vas confractum. *Osea* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Item vocem balantem habet sicut ouis: sic hypocrita verba simplicia. *Gen.* 27. c. Vox quidem vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Item barbam habet prolixam: sic hypocrita, ad literam, in signum sanctitatis, 2. *Reg.* 19. d. Miphiboseth venit illotis pedibus, & intonsa barba. Miphiboseth interpretatur os confusionis, vel os ignominiæ, vel os verecundum. Item libidinosus est: sic hypocrita: *Zachar.* 10. a. Super hircos visitabo. Item cauda eius est breuis: sic finis hypocritæ velox. *Iob* 20. a. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Item corium est aptum sotularibus, & vtribus. Corium hypocritæ, est exterior conuersatio, quæ vtilis est aliis, & munit pedes, id est, affectus eorum: & si esset interiùs munditia cordis, possent recipere vinum gratiæ. *Matth.* 9. b. Non mittunt vinum nouum in vtres veteres. Item lacte caret, sic hypocrita dulcedine consolationis, etsi increpationes habeat. Quòd prophetatum est *Osea* 9. c. vbi dicitur: Da eis, Domine, vbera arentia, supple, sine lacte consolationis. Item fœtet: sic hypocrita, secundùm illud *Matth.* 23. c. Væ vobis, hypocritæ, qui estis sicut sepulchra dealbata, quæ à foris parent hominibus speciosa; intùs autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia: Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti; intùs autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Item hircus emittebatur in desertum, deferens scripta peccata populi, *Leuitic.* 16. e. Sic fit de hypocrita: Lenit enim & attenuat peccata hominum, & assumit super se: & sic mittitur in desertum inferni. Item ruminat: sic hypocrita multos Psalmos ruminat in ore. *Matth.* 6. b. Putant in multiloquio se exaudiri. Sed in multiloquio eorum peccatum non deerit: *Prou.* 10. c. Posteà dicit, quid Religiosus debeat facere, & offerre. *Moral.*

f Immola Deo sacrificium laudis.] Hoc enim est officium Religiosorum, sicut dictum est suprà, *ibi*: Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo, *infrà*: Sacrificium laudis honorificabit me. Immola Deo, non mundo.

g Sacrificium] non bouis, sed. *h* Laudis.] Quomodo potest immolari laus? Nunquid potest occidi? Non. Sed lauda occisum. 2. *Paralipom.* 29. g. Offerte victimas, & laudes in domo Domini, id est, in Ecclesia, non in lecto, vel coquina.

i Et redde Altissimo vota tua,] quæ tria sunt, scil. votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ. *Eccl.* 5. a. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, &c.

l Et inuoca,] id est, intùs in Ecclesia voca, vel intùs in conscientia, vel in te voca. *Ecclesiast.* 2. c. Quis inuocauit illum, & despexit eum? Quoniam pius, & misericors est Deus.

m Me] veritatem, viam, vitam, iustitiam, sanctificationem, sapientiam, redemptionem, 1. *Cor.* 1. d. In Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita.

n In die tribulationis,] id est, tentationis: *Ier.* 30. a. Tempus tribulationis est Iacob.

o Et eruam te,] à tentatione, *Gen.* 32. c. Erue de manu fratris mei, id est, fomitis, vel Diaboli. *Zachar.* 3. a. Nunquid non iste torris est erutus de igne, peccati, scilicet, quo iam incipiebat comburi. *p* Et honorificabis me] non te; sed me non ingratus. *Prouerb.* 3. a. Honora Dominum de tua substantia. *q* Peccatori autem, &c] Tertia pars, vbi ostendit, à quibus sacrificium non vult Deus, scilicet, à peccatoribus. Continuatio. Suprà dixerat: Immola Deo sacrificium laudis. Sed quia hostia oblata à peccatore non est accepta Deo, ne peccator hoc sibi præcipi credat, dicit: *Tertia pars.*

q Peccatori autem dixit Deus: quare tu] talis enarras iustitias meas? Peccator est, qui in peccato moratur, vel qui in peccato notorius est. Et talis prædicare non debet.

Exod.

Exod. 19.b. Bestia, quæ tetigerit montem, lapidabitur, id est, homo bestialiter viuens, montem, id est, sacram Scripturam. *Rom.* 2.a. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Et nota, quòd non pœnitenti, sed peccatori, quia postquam Dauid pœnituit, dixit *Psalm.* 50. Docebo iniquos vias tuas. Sed dum fuit in peccato, dictum est ei illud 1. *Paral.* 22. b. Non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Domum, id est, Ecclesiam per prædicationem. Alia litera habet: Cupido, dixit Deus, quid tibi cum narratione mea? Quod est contra quæstuarios Prædicatores, & contra omnes cupidos, siue pecuniæ, siue laudis. De cupidis Prædicatoribus dicit *Greg.* Fortè ideò contemptum temporalium prædicant, vt ea soli habeant. Nam paupertatem prædicant, vt medicamentum; sed eam fugiunt, vt venenum.

a enarras *b* iustitias meas: & *c* assumis *d* testamentum meum † per *e* os tuum? Tu *f* verò *g* odisti † disciplinã, & *h* proiecisti sermones meos † retrorsum. Si *i* videbas furem, † *k* currebas cum eo: & cum adul-

Al. in
Al. † eruditionem.
Al. † post te.
Al. † simul.

a Quare tu enarras] id est, exteriùs narras de facto, non me ito, quasi dicat, quod tu narras, extra te est, quia non in corde, nec in opere habes illud, quasi dicat, sine vtilitate tua facis.
b Iustitias meas,] quæ sunt de præmiis bonorum, & pœnis malorum. *Psal.* 18. Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda. Posset autem fortassis dicere peccator: Domine, ideò enarro, quia tu præcipis mihi, & mittis me ad prædicandum. Vnde contra hoc addit, dicens:
c Et assumis testamentum meum, &c.] Assumis, scil. præsumptuosè propria auctoritate. *Ierem.* 23. e. Non mittebam eos: & ipsi currebant.
d Testamentum meum,] id est, promissionem de hæreditate. Vel, Testamentum tam vetus, quàm nouum. In primo Testamento promissus erat Christus incarnandus; In nouo autem promittit secundum, quod est vita æterna.
e Per os tuum] quasi dicat non meum. De quo *Ierem.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Gloss.* dicit, Per os tuum, pollutum. *Ecclesi.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia scilicet, pollutum est. Ideò necesse est Prædicatori purgare labia, ne sit vir pollutus labiis, secundum quod dicit *Isa.* 6. b. Væ mihi, quia vir pollutus labiis ego sum. Et pòst addit: Et volauit ad me vnus de Seraphin; & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua: & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Per calculum, significatur confessio, quia calculatio idem est, quod computatio, & in confessione computat homo Deo. Et sicut calculus de altari sumptus est, in quo semper ardebat ignis, sicut dicitur *Leuit.* 6. b. sic confessio à charitate debet procedere. *Prou.* 25. b. Mala aurea in lectis argenteis, qui profert verbum in tempore suo. Hoc competit Prædicatoribus. Mala aurea sunt poma matura, quæ sunt aurei coloris, verba scil. ornata, & matura. Lectus argenteus, Scriptura, vel conscientia candida, & munda. Postea ostendit multa peccata, quare Deus non recipit sacrificium laudis à talibus. Primum est superbia. Vnde dicit.
f Tu verò assumis Testamentum per os tuum,] sed non facis. Tu ipse. *g* Odisti disciplinam,] non dare aliis, sed recipere ab aliis, quod est signum superbiæ, cùm tamen sit amabilis. *Hebr.* 12. b. Fili, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, cum ab eo argueris. Quem enim diligit Deus, castigat. Et *infrà*: In disciplina perseuerante tanquam filiis vobis se offert Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? *Ierem.* 5. a. Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Prou.* 15. d. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam. Ergo multo fortiùs qui odit. Ex quo ergo odisti disciplinam, qua fronte vis esse Magister? Et quæ est hæc disciplina? *Prou.* 15. d. Timor Domini disciplina sapientiæ. Timor autem non est superbis, quia proprium est eorum præsumere. Vnde benè monet Apostolus, *Rom.* 11. c. Noli altum sapere, sed time. *Leuit.* 26. d. Si nolueritis recipere disciplinam; sed ambulaueritis ex aduerso mihi: & ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies. Secundum est abominatio & contemptus verborum Dei. Vnde addit.
h Et proiecisti sermones meos retrorsum,] cùm deberes proiicere temporalia, secundùm illud *Philippen.* 3. c. Quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea, quæ priora sunt, extendens me ipsum. Quidam proiiciunt sermones Domini, & præponunt proprios, quos adinueniunt. De quibus dicit *Hugo*: Omne animal diligit, quod genuit: & placet ei foetus suus. Sed quidam præponunt sermones Aristotelis, vel Galeni. *Neemiæ vlt.* d. Filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè. Tertium est cupiditas. Vnde sequitur.
i Si videbas furem,] ad literam.
k Currebas cum eo, consentiendo, laudando, consilium præbendo, non impediendo, & huiusmodi. Vnde alia litera habet, consentiebas, vbi nos habemus, currebas.

Nouem modis curritur cum fure.
- Primò per iussionem, *Matth.* 14. a. Herodes tenuit Ioannem, &c. id est, iussit occidi.
- Secundò per consilium, *Iob* 12. c. Adducit consiliarios in stultũ finem.
- Tertiò per auxilium, *Rom.* 1. d. Digni sunt morte non solùm, &c.
- Quartò per adulationẽ, *Isa.* 9. c. Qui beatificant populum istum, &c.
- Quintò per receptionem, *Isa.* 3. c. Rapina pauperis in domo vestra.
- Sextò per participationẽ, *Is.* 1. f. Principes tui infideles, socij furum.
- Septimò per taciturnitatem, quando non monet furem, cum monitio posset prodesse, *Deut.* 22. d. Lapidibus obruetur.
- Octauò per non resistentiam, cùm possit. De quo *Aug.* Error cui non resistitur, approbatur. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. *Prou.* 24. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c.
- Nonò per non manifestationem furti, *Matth.* 18. c. Quia si te non audierit, &c.

Qui autem istorum teneantur ad restitutionem, quouis, est versus.

Iussio, consilium, consensus, palpo, receptans,
Participans, nutus, non obstans, non manifestans.

Multi sunt fures.
- Primò mali Prælati. Hi furantur animas Deo. *Ioan.* 10. a. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro. Et *ibid.* b. Omnes, quotquot ante me venerunt, fures sunt, & latrones.
- Secundò Scholares. Hi furantur quaternos sociis. *Ierem.* 23. f. Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque proximo suo.
- Tertiò Principes. Hi furantur res subditis. *Isa.* 1. f. Principes tui infideles, socij furum.
- Quartò omnes sunt fures, qui audiunt in Ecclesia furta interrogari, & celant ea. *Prou.* 29. d. Qui cum fure participat, odit animam suam, adiurantem audit, & non indicat.
- Quintò fures sunt inuidi, qui alienam famam furantur, *Eccl.* 5. d. Super furem est cõfusio, & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem.
- Sextò fures sunt, qui ab ipsis furibus scienter dona, vel eleemosynas, nisi in arcta necessitate recipiũt. Vnde *Greg.* Cauere debemus, ne ab aliis munera recipiamus, qui de lacrymis pauperum congregant diuitias, ne simus socij furum, & dicatur nobis: Si videbas furẽ, currebas cum eo.

Vnde *super illud Luc.* 11. f. Quod superest, date eleemosynam; dicit *Ambr.* Nemo, quod commune est, proprium dicat: plus quàm sufficit, sumptum violenter est obtentum. *Augustin.* Qui rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. Quicquid autem habent diuites, collatum est eis à Domino, vt sint dispensatores eius, & pauperes pascant.

Fur
- Corporalis, 1. *Petr.* 4. d. Nemo vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur.
- Spiritualis. *Ioann.* 10. a. Qui ascendit aliunde, fur est & latro.
- Diabolus, *Luc.* 12. e. Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, &c.
- Dies iudicij, 1. *Thessal.* 5. a. Dies Domini, sicut fur in nocte ita veniet.

Quartò reprehendit eos de luxuria, cùm subiungit.
a Et cum adulteris portionem tuam ponebas,] id est, socius, & particeps eorum eras. *Prou.* 1 b. Sortem mitte nobiscum: marsupium vnum sit omnium: fili mi, ne ambules cum eis. *Osee* 7. a. Omnes adulterantes, quasi clibanus, scil. intùs ardens, extrà sordens. *Leu.* 26. d. Trademini in hostium

hostium manus, scil. Dæmonum, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant. *Hebr. vlt.* a. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. *Eccl.* 19. a. Qui iungit se fornicariis, nequam erit. Sunt autem quidam adulteri spirituales, qui scil. corrumpunt sacram Scripturam. 2. *Cor.* 2. d. Non sumus, sicut plurimi adulterantes verbum Dei. *Psal.* 11. Eloquia Domini, eloquia casta. Item adulteri sunt, qui sunt extra disciplinam. *Hebr.* 12. c. Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. *Sap.* 4. a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. *a* Portionem] in cibo & potu. *Prou.* 23. c. Vacantes potibus, & dantes symbola consumentur.

Adulteri spirituales qui sint.

teris *a* portionem tuam ponebas. Os *b* tuum abundauit malitia: & *c* lingua tua † concinnabat dolos. *d* Sedens aduersus fratrem tuum † *e* loquebaris, *f* & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum; *g* hæc *h* fecisti, & tacui. † *i* Existimasti iniquè, quòd ero *k* † tui similis: *l* arguam te & † *m* statuam contra faciem tuam. *n* Intelligite *o* hæc, qui *p* obliuiscimini Deum: *q* ne quando *r* rapiat, & non sit, qui † *s* eripiat. *t* Sacrificium laudis *u* honorificabit me: *x* & † illic *y* iter, quo ostendam illi *z* Salutare Dei.

Al. † amplexa est dolositatem.
6. q. 1. c. ex merito.
Al. † detrahebas.
Al. † Suspicatus es iniquitatem.
Al. † tibi.

Symbolum græcè, idem est, quòd collatio latinè. Symbola dant detractores, & in mensis præcipuè fiunt detractiones. Quintum est peccatum linguæ, quod duplex est. Primum est detractionis, de quo dicit. *b* Os tuum abundauit malitia, id est, maledictione, scil. detractione. *Prou.* 15. a. Os fatuorum ebullit stultitiam. *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. 1. *Cor.* 6. Maledici regnum Dei non possidebunt. Inconueniens autem est eodem ore Deum laudare, & proximum lacerare. *Iac.* 3. c. Ex ipso procedit maledictio, & benedictio. Et sequitur: Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Prædicator debet esse os Domini, secundum illud *Ierem.* 15. d. Quasi os meum eris. Et ideò nihil ab eo debet effluere, nisi dulcedo, vt possit ei dici: Fauus distillans labia tua. *Cant.* 4. c. Propter hoc dicit *Ieron.* Fœlix lingua, quæ non nouit nisi de diuinis componere sermonem. Secundum peccatum linguæ est adulatio. Vnde addit.

c Et lingua tua concinnabat dolos] id est, componebat dolos, id est, dolosa verba, quæ ipsi componunt, vt placeant. *Psal.* 5. Linguis suis dolosè agebant. Et verè dolos, secundum illud *Isa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Concinnare autem, componere dicitur: quia sicut dicit *Strabus.* Cinnus est genus compositionis ex diuersis mixturis. Similiter adulatores mixturam componunt: quia aliud dicunt, & aliud sentiunt. *Isa.* 32. b. Fraudulenti vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnat ad perdendos mites. *Prou.* 12. c. Qui testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. *Iob* 6. d. Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis. Sextum peccatum, de quo arguit eum, est falsi criminis impositio. Vnde sequitur.

Concinnare quid sit.

d Sedens, &c.] Ecce successio peccatorum. Quia qui cum fure currebat priùs, nunc sedet cum detractore. Ibi labor, hic quies, vtrobique peccatum. *e* Loquebaris,] non dicit, quid, vt intelligat omne malum, quod potest. 2. *Mach.* 4. a. dicitur: Simon pecuniarum, & patriæ delator, loquebatur malè de Onia. Septimum est peccatum scandali, de quo adiungit. *f* Aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum,] id est, occasionem ruinæ. Alia litera dicit: Fabricabas opprobrium. *Eccl.* 11. d. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala. Sed notandæ sunt hic multæ peccati circunstantiæ. Sedens, ecce studium: Aduersus, ecce odium: Fratrem tuum, ecce inhumanitas: Loquebaris, ecce detractio, vel criminis impositio: Et aduersus filium, ecce oppressio, quia filij dicuntur teneri. Matris tuæ, ecce impietas: quia plus solent diligi fratres vterini, quàm qui ex solo patre geniti sunt: Ponebas, ecce malitia, ponere scil. quod deberet amouere: Scandalum, ecce offensio, quia scandalo æquiuocant obex, impactio, casus. Fratrem tamen intelligere possumus omnem hominem, de primo patre descendentem. Filium matris, Christianum quemlibet, qui filius est matris Ecclesiæ, *Mich.* 7. a. Vir fratrem suum venatur ad mortem, 1 *Cor.* 6. b. Vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. Contra hæc prædicta ostendit bonitatem Dei, dicens:

g Hæc,] scil. prædicta peccata. *h* Fecisti, & tacui,] per patientiam. Hæc fecisti, & ideò inexcusabilis es. *Rom.* 2. a. Inexcusabilis es, ô homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea. Et tacui, sed non tacebo. *Isa.* 42. c. Tacui, semper silui, patiens fui; quasi parturiens loquar. *Isa.* 54. d. Omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Quod & in sequenti versu dicit. *i* Existimasti,] ô inique, eo quod tacui. *k* Quia ero tui similis,] id est, quòd placeant mihi mala tua, & quòd consentiam eis. Ideò enim, quod patiens est, promittunt sibi iniqui impunitatem, sicut dicitur *Eccl.* 8. b. Quia non profertur citò contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Sed Dominus qui patiens est, etiam redditor est, sicut dicitur *Eccl.* 5. b. Altissimus est patiens redditor. Vnde dicit. *l* Arguam te,] in iudicio, in furore meo, de quo supra; Domine, ne in furore tuo arguas me. Alia litera hic habet: Ponam ante oculos tuos. Et non ego solus arguam te; sed faciam te argui peccatis tuis. Hoc est, quod sequitur. *m* Et statuam, &c.] peccata, quæ quasi quædam personæ apparebunt in iudicio accusantes peccatores. *Ierem.* 2. d. Arguet te malitia tua, *Eccl.* 32. d. Suis insectationibus arguetur. *Ierem.* 13. d. Ego nudaui femora tua contra faciem tuam: & apparuit ignominia tua, &c. His ostensis monet propheta peccatores, vt conuertantur. Vnde dicit. *n* Intelligite,] id est, intus legite, & in corde reuoluite. *o* Hæc] supradicta, quid Dominus reprobet, quid requirat & approbet, quomodo malos districtè iudicabit. Vos peccatores. *p* Qui obliuiscimini Deum.] *Ierem.* 2. g. Populus meus oblitus est mei diebus innumeris. *Eccl.* 15. d. Viri mendaces non erunt illius memores. *Psal.* 13. Non est intelligens, aut requirens Deum, &c. *Isa.* 57. c. Ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es. Et ideò dum vobis licet, intelligite. *q* Nequando] id est, ne aliquando. *r* Rapiat,] id est, rapi permittat. *s* Et non sit, qui eripiat,] de manu rapientis. *Iob* 5. a. Non erit, qui eripiat, cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet vir armatus, id est, Diabolus. De quo *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum. Et iustè non erit, qui eripiat: quia nullus potest eripere nisi Deus. Et quia ipse Deum oblitus est in sua prosperitate, Deus ipsum obliuiscetur in sua necessitate; secundum quod dicit *Greg.* Hac animaduersione percutitur peccator, vt cùm moritur, obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. Sed quem Deus liberat, nullus potest rapere. *Iob* 10. b. Cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

Al. † constituam.
Al. † erue.
Al. † glorificabit.
Al. † ibi via est, in qua.

Rapit {
- Homo {
  - Malè, 1. *Cor.* 6. b. Neque raptores regnum Dei possidebunt.
  - Benè, *Matth.* 11. b. Regnum cælorum vim patitur, &c.
- Diabolus {
  - *Psal.* 9. Insidiatur, vt rapiat pauperem, 1. *Pet.* 5. b. Quærens quem deuoret.
  - Malè ad pœnam, vt hic. Et *Isa.* 42. d. Facti sunt in rapinam.
- Deus {
  - Benè ad gratiam, *Psalm.* 17. eripuit me de inimicis meis fortissimis. *Amos* 4. d. Facti estis torris, &c.
  - Benè ad gloriam, *Sap.* 4. c. Raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius.

Quid autem debeant intelligere, & quomodo debeant conuerti ad Dominum, subiungit. *t* Sacrificium laudis] si quis obtulerit. *u* Honorificauit me] dicit Dominus, non sacrificium pecudum. Vnde suprà reprobauit sacrificia pecudum, & dixit: Immola Deo sacrificium laudis. Nota quod alia litera habet hic: Qui immolat, &c. Vnde & *Iosue* 7. c. Fili, da gloriam Deo, & confitere, & indica mihi, quid feceris. *Eccl.* 7. d. Sacrificium sanctificationis offerens Domino, *Eccles.* 35. a. Salutare sacrificium est attendere mandatis.

x Et illic,] id est, in sacrificio, vel in honore. Est. *y* Iter, quo ostendam,] manifestabo. *z* Illi Salutare Dei,] id est, meipsum. Et benè illic, in honore est iter, secundum quod dicitur *Eccl.* 11. c. In honore veloci processus illius: Ecce & honor, & iter. Et nota, quòd dicit, ostendam, non dabo, quia in itinere, id est, in via non datur plenè, sed ostenditur. Sicut mercator bladi, ostendit parum de blado: & caupo parum vini dat ad prægustandum. *Sap.* 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. *Prouerb. vltim.* c. Gustauit, & vidit, quòd bona est negociatio eius: Salutare Dei, Christus est, de quo *Isa.* 52. c. Videbunt omnes termini terræ Salutare Dei nostri. Super illud verbum: Quare tu enarras, & cæter. notandum, quòd est quædam prædicatio fraudulenta, sicut prædicatio hæreticorum. *Ioann.* 2. b. Omnis homo primum bonum vinum ponit super mensam, & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam, id est, doctrinam hæreticorum? Item alia est quæstuosa. *Isaia* 1. f. Caupones tui miscent aquam vino.

Prædicatio multiplex.

vino. Hoc faciunt illi, qui austeritatem Scripturæ comparant propter quæstum. Et ita sunt contrarij Domino, qui aquam conuertit in vinum, Io. 2. b. Item alia est suffocata, seu meretricia, i.e. ornatu verborum palliata, Prou. 7. c. Intexui funibus lectum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, &c. i.e. ornaui sermonem meum verbis rhetoricis & sophisticis. Ezech. 23. f. Circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Eccl. 4. d Non abscondas sapientiam in decore suo. Item alia est mimica, scil. mouens ad risum, cùm tamé potiùs deberet mouere ad fletum & gemitum. Cant. 2. g. Vox turturis audita est in terra nostra. Ezech. 33. c. Audiunt sermones meos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos. Item alia est contumeliosa, sc. quando alicui contumelia in sermone irrogatur. Iac. 3. c. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem aquam, & amaram? Item alia est superba. Greg. Non ideò prædicant, vt velint sapientes efficere; sed sapientes quærunt, vt possint suam scientiam aliis ostentare. Item alia est importuna, Eccl. 20. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola, quia non dicit eam in tempore suo. Per contrarium, Prou. 15. c. Sermo opportunus optimus est. Item alia est superflua, Eccl. 20. a. Qui multis vtitur verbis, lædit animam suam. Et in lege: Vir patiens fluxum seminis, immundus iudicabitur. *Leuit. 15. a.*

Psalmus Dauid, cùm venit ad eum Nathan Propheta quando intrauit ad Bersabee.

L.

Miserere *a* mei, Deus, secundum *b* magnam misericordiam tuam. Et secundum *c* multitudinem miserationum tuarum, *d* dele iniquitatem meam.

EXPOSITIO PSALM. L.

Miserere mei, Deus,] Titulus [*Psalmus Dauid cùm venit ad eum Nathan Propheta, quando, vel quoniam intrauit ad Bersabee.*] Huius tituli talis est sensus: Psalmus iste conuenit Dauid Prophetæ agens de pœnitentia, & humilitate, quam habuit, cùm venit ad eum Nathan Propheta, per similitudinem propositam de oue pauperis, redarguens eum de peccato, quod fecit, quando intrauit: vel redarguens eum, quoniam intrauit ad Bersabee. Cuius facti historia plana est, & habetur 2. Reg. 11. & 12. Et benè ponitur hic Psalmus iste. In superiori enim Psalmo egit de terrore iudicij. Hic agit de pœnitentia, vt contra iudicium agamus pœnitentiam, quia, vt habetur Eccl. 1. c. Timor Domini expellit peccatum. Et vt exemplo Dauid speremus veniam peccatorum, secundùm quod dicitur Zach. 12. c. Erit, qui offenderit ex eis in illa die, sicut Dauid. Et quod habetur ibi 2. Reg. 12. d. multùm nos prouocare debet ad sperandum, si humiliter velimus pœnitere, quia quàm citò dixit Dauid: Peccaui, respondit Nathan: Dominus transtulit a te peccatum tuum. Sed quare non ponitur ibi Psalmus iste? Solut. Quia allegoricè ibi de Christo exponitur; pœnitentia autem Christo non conuenit. Item benè ponitur hic Psalmus iste, vt sit quinquagesimus; vt notetur, quòd sicut in anno quinquagesimo, qui Iubileus dicebatur, remittebantur omnia debita, ita per pœnitentiam & humilitatem, de qua hic agitur, impetratur a Domino plena remissio peccatorum. Vnde intentio est monere ad pœnitentiam. Modus. Quinque sunt partitiones. Primò est deprecatio. Secundò confidentia indulgentiæ, & ablutionis ostenditur ibi: Incerta & occulta. Tertiò ex confidentia securus petit deletionem omnium peccatorum, & plenam restitutionem, ibi: Auerte faciem tuam. Quartò, quid restitutus persoluat, ostendit ibi: Docebo. Quintò de ædificatione Ierusalem prophetat ibi: Benignè fac. Dauid ergo pœnitens, & publicè confitens in persona sua, & cuiuslibet pœnitentis, aut etiam totius Ecclesiæ militantis, dicit: *a* Miserere.] Tria principaliter obiecta sunt peccatori in præcedenti Psalmo, sc. furtum, adulterium, & dolositas, cùm dictum est: Si videbas furem, currebas cum eo. Et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnat dolos. Dauid ergo illorum conscius, hic respondet. *a* Miserere mei, Deus, quasi dicat, qui fur sum, vicino ouiculam rapiens: adulter sum, Bersabee illicitè cognoscens: dolosus sum, Vriam innocentem morti exponens. Et sequuntur tria verba his tribus respondentia, sc. Dele iniquitatem meam, quod ad dolositatem referri potest. Laua me ab iniquitate mea, quantum ad homicidium. Et à peccato meo munda me, quantum ad adulterium. Duplicem autem confessionem facit Propheta hic. Primò confitetur se miserum, cùm dicit; Miserere, quia vt habetur Prou. 14. d. Miseros facit populos peccatum. Similiter dicat quilibet veniam & misericordiam sperans exemplo Dauid; Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Zach. 12. c. Proteget Dominus Ierusalem, & erit, qui offenderit ex eis in die illa, sicut Dauid: & domus Dauid sicut Dei, & sicut Angelus in conspectu Dei. Secundò confitetur Deum misericordem, cùm dicit: *b* Secundùm magnam, &c.] non sicut Cain, qui dixit Gen. 4. b. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Item in hoc primo versu notantur quatuor: Grauis miseria, difficilis offensa, Dei omnipotentia, & eiusdem misericordia. Primum notatur, cùm dicit, miserere: quia vbi est magna miseria, necessaria est magna misericordia. C. Isidor. Magna est misericordia, quæ formam serui imposuit Domino mundi, vt panis esuriret, fons sitiret, virtus infirmaretur, vita moreretur, Redemptor venderetur. Eccl. 35. d. Speciosa est misericordia in tempore tribulationis. Secundum notatur, cùm dicit. Mei, pro graui enim offensa, cuius conscius sibi erat, tacet proprium nomen, quod odiosum erat, & proponit pronomen, quod significat merè substantiam. Si enim diceret: Miserere mei, Dauid, vel Regis, posset ei Dominus respondere. Nonne tu es Dauid ille, quem ego elegi secundùm cor meum, & quem ego Regem Israël feci, de post fœtantes accipiens eum? Quomodo ergo ausus fuisti offendere me? Pro nomine ergo odioso, pronomen ponit, quod significat merè substantiam, quam Dominus fecit. Et ideo non est Deo odiosa; quia Deus nihil odit eorum, quæ fecit, sicut dicitur Sap. 11. d. Tertium, sc. potentia, notatur ibi: Deus, potens, cui tamen proprium est misereri, videns culpam & videns pœnitentiam. Quartum ibi: Secundùm magnam misericordiam tuam. Psal. 85. Quia magna est misericordia tua super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Et dicit B. Bern. quòd sicut sunt peccata minima, mediocria, & maxima: ita & misericordia. Parua enim est misericordia dare temporalia, mediocris expectare ad pœnitentiam, magna indignum coronare, & gloriam Dei restituere. Magno igitur peccatori necessaria magna est misericordia. Rom. 5. d. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et ideò in tempore, in quo maximè abundauit iniquitas, datus est Christus, magna, scil. eleemosyna. In primis autem temporibus, parua, quia Abraham, Moyses, &c.

c Et secundùm multitudinem, &c.] quasi dicat, in omni genere quantitatis, scil. in continuo, & discreto, magna est eius misericordia, & miseratio, quia misericordia dicit habitum virtutis, miseratio autem dicit actum. Psalm. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. 1. Para. 21. b. Miserationes eius multæ sunt. Psal. 68. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Item Psal. 150. Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius. Multitudo misericordiæ Dei attenditur secundum multitudinem offensionum, vel frequentiam dimissionum, vel secundùm multitudinem offendentium, i. e. quia multa dimittit, & multotiens, & multis. Magnitudo verò attenditur iuxta magnitudinem miserentis, vel peccatorum, i.e. quia magnus est qui dimittit & magna, quæ dimittit, Isa. 64. b. Miserationum Domini recordabor, & laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus; & super multitudinem bonorum domus Israel, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum. Sed quomodo petit multas, qui paucas facit misericordias? Eccl. 28. a. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecabitur? Eccl. 5. b. Ne adiicias peccatum super peccatum, & ne dicas: miseratio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo citò proximant. Et notatur hic vnitas essentiæ, cùm dicit, magnam. Et Trinitas personarum, cùm dicit, multitudinem. Et ita efficaciter miserearis, vt peccatum tollas. Et hoc est, quod sequitur.

d Dele iniquitatem meam] in proximum commissam. Dele, sicut tu ipse dicis, Isa. 43. d. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et 44. d. Deleui, vt nubem, iniquitates tuas, & quasi nebulam, peccata tua. Nubes dicit peccata mortalia, nebulam venialia. Et ideò dele, quia scripta est. Diabolus enim scribit peccata. Ierem. 17. a. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. Hanc scripturam delet Dominus. Coloss. 2. c. Delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti. Quod manifestum est in Theophilo: Dele, inquam, de anima maculam, de libro memoriam, de conscientia remordentem vermem, de affectu appetitum, de gustu errorem. Et quia quandoque deletur aliquid, & tamen ibi adhuc apparet aliquod vestigium. Ideò adiungit.

Partitio Psalm.

Tria petit Dauid.

Psalm. 26.

Quatuor notantur in hoc versu.

De pœn. dist. 3. c. tantam.

Differentia inter misericordiam, & miserationem.

a Amplius

† *a* Amplius laua *b* me ab iniquitate mea: & à † *c* peccato meo munda me. *d* Quoniam iniquitatem meam ego cognosco; & † *e* peccatum meum *f* cõtra me est semper. Tibi *g* soli peccaui, & † *h* malum *i* coram te feci, vt *l* iustificeris in *m* sermonibus tuis,

al. † magis magisque.
De pœn. dist. 30. per totam.
al. † iniustitia.
al. † delicto.
De pœn. dist. 3. c. illud.
al. † delictũ coram.
al. † malignum.

a Amplius] quasi dicat, non tantùm dele, sed & *b* Laua me.] Vel sic: Amplius laua me, id est, multum laua me. Sic enim habet alia litera. Et meritò multùm lauari indiget, qui multùm inquinatus est. Non enim panno sordido sufficit simplex lotio; sed multæ lotiones, & confricationes, & refricationes adhibentur, antequam dealbetur ad plenum. Sic & in anima. Vnde dictum est Naamam Syro leproso, 4. *Reg.* 5. c. Vade, & lauare septies in Iordane. Non tantùm semel, sed & septies, id est, multotiens. Qui etiam lotus est, citò iterum aliquam immunditiam contrahit, quæ oculos Domini potest offendere. *Iob* 9. d. Si lotus fuero, quasi niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ; tamen sordibus intinges me. Laua ergo me, quia ego sum vestis tua: & non debes indui sordida veste, sicut *Zach.* 4. b. Iesus erat indutus sordidis vestibus. *Isa.* 49. e. Omnibus his velut ornamento vestieris. *Isa.* 1. c. Lauamini, mundi estote. Et 52. d. Mundamini, qui fertis vasa Domini. Est autem triplex lotio: Prima est per Baptismum. Secunda per Pœnitentiam. Tertia per Martyrium. De prima *Zachar.* 13. a. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. De secunda *infrà*: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et illud quod supra dictum est 4. *Reg.* 5. c. Lauare septies in Iordane. Iordanis enim interpretatur descensio eorum, siue riuus iudicij, quod competit pœnitentiæ: in qua homo descendit per humilitatem; & ipsa procedit de corde iudicante se ipsum, sicut riuus de fonte emanat. De tertia *Apoca.* 7. d. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Et propter hanc etiam multiplicem lauationem, dicit Amplius, vel Amplius, quam possint mundare legales hostiæ, *Heb.* 10. a. Impossibile est sanguine hircorum, aut taurorum auferri peccata. Vel amplius, id est, à pœna, & a culpa. Vel amplius, id est, intus & exterius. Iudæi lauant, quod deforis est tantum, *Matth.* 23. c. Vel amplius laua me, quam alios, quia amplius peccaui. 2. *Paralipom. in fine.* Peccaui super numerum arenæ maris: multiplicatæ sunt iniquitates meæ. Et infrà: Indignum saluabis me secundùm magnam misericordiam tuam. Item quia lauantur quædam, quæ tamen non sunt pura, addit.

Triplex lotio.

c Et à peccato meo munda me,] id est, à peccato carnis meæ quod per corruptionem carnis contraxi. *August.* Mulier longè, libido propè. Longè fuit, quod vidit: in se fuit, quod cecidit. Et nota differentiam, quia impietas est in Deum, iniquitas in proximum, peccatum in seipsum. Item nota in his tribus versibus, tria verba, scilicet, Miserere, dele, laua: Miserere ergo secundum Euangelium, non secundum legem, quæ non remittit, sed interficit; sed Euangelium remittit, & non interficit, secundùm illud *Ioan.* 8. Vade, & iam amplius noli peccare. Dicit igitur, Miserere mei tuæ creaturæ, quia nihil odisti eorum; quæ fecisti. *Sap.* 11. d. Dele culpam, quam non fecisti, Laua animam, quam tua imagine signasti, scilicet, corpus quod redemisti.

Lauatur quis.
- Per contritionem, *Ierem.* 4. d. Laua à malitia cor tuum.
- Per confessionem, *Isa.* 43. d. Narra, si quid habes, vt iustificeris
- Per bonam operationem, *Psal.* 25. Lauabo inter innocentes manus meas, *Luc.* 11 f. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.
- Per Baptismi gratiam, *Isa.* 1. c. Lauamini, mundi estote.
- Per sanguinis effusionem, *Apoc.* 7. d. Hi sunt, qui lauerunt stolas suas, &c.

d Quoniam iniquitatem, &c.] Supra petiit misericordiam; hic autem petit iustitiam, & quòd Dominus promisit pœnitentibus indulgentiam. *Ezech.* 18. e. Quacunque hora ingemuerit peccator; omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Et hoc est, ideò munda me, & miserere mei: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & ex eius cognitione punior. Vnde sequitur.

Peccatũ multis modis cognoscitur.

e Et peccatum meum contra me est semper, in conscientia remordente. Nota, quòd peccatum, siue iniquitas multis modis cognoscitur. Cognoscitur enim vt meretrix, vt monstrum, vt gladius, vt serpens. Cognoscitur autem vt meretrix multipliciter, scilicet, facie procaci, *Prou.* 7. c. Procaci vultu blanditur. Item elatis oculis, *Ecclesiast.* 26. b. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum. Item manu rapaci. *Prouerb.* 6. d. Mulier viri pretiosam animam rapit. Item voce blanda. *Prouerb.* 5. a. Fauus distillans labia meretricis. Item quia habet plumbum in ore; quia verba eius semper tendunt ad infernum. *Zachar.* 5. d. Ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, & dixit: hæc est impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Item cognoscitur iniquitas, vt monstrum. *Numer.* 13. d. Ibi vidimus monstra quædam. Peccata enim faciunt homines monstra. Item cognoscitur, vt gladius. *Ecclesiast.* 21. a. Quasi rhomphæa bis acuta, omnis iniquitas. Item vt serpens. *Eccles.* 21. a. Quasi à facie colubri fuge peccata. Ideò dicitur *Ier.* 2. e. Vide vias tuas in conualle.

De pœn. dist. 1. c. & vlt.

f Contra me.] Nota, quòd peccatum est, & stat contra hominem, vt accusator, *Rom.* 2. c. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium. *Anselmus*: A sinistris peccata accusantia, &c. Item vt Aduocatus. Vnde significatur *Act.* 24. a. per Tertullum oratorem, qui contra Paulum allegauit. Tertullus enim interpretatur placens stercore. Et peccatum placet stercore, id est, delectatione transitoria, quæ a Sanctis stercus reputatur. *Philip.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Item vt præliator, *Iudicum* 3. a. Hæ sunt Gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum, & postea discerent filij eorum certare, & habere consuetudinem præliandi. Item vt signum furti, *Thren.* 1. e. Conuolutæ sunt iniquitates meæ, & impositæ collo meo. Item vt formido, *Psalm.* 49. Statuam te contra faciem tuam. Et dicit, Semper: Posset enim esse sicut in multis contingit, quòd peccatum suum ad tempus cognoscunt, & ad tempus inde molestantur, sed statim obliti recidunt in peccatum. Ideò dicit: Peccatum meum contra me est semper. *Eccl.* 5. b. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. *Genes.* 20. d. Quocumque perrexeris, memento te deprehensum. Et dicit meum, non alienum. *Ecclesiast.* 21. d. Pes fatui facilis in domum proximi sui, & homo peritus confunditur a persona potentis. Stultus respicit à fenestra in domum, & vir eruditus foris stabit.

Nota, quomodo peccatum stat contra hominem.

g Tibi soli peccaui.] Contra. Immò & contra Vriam, & contra totum populum. Solutio. Vide expositionem, & non erit obiectio. Tripliciter legitur versus iste. In prima lectione loquitur Trinitati. In secunda Filio, scilicet, Christo. In tertia Patri. Secunda tamen lectio bifurcatur in aliquibus. Similiter & tertia.

Tripliciter peccatur alicui.

Nota ergo, quod peccatur alicui tripliciter, scilicet, vel ad iudicium, siue vt iudici punienti: vel ad comparationem, siue vt nihil delinquenti: vel ad offensam, siue vt offensam patienti. Sed de tertio modo non est hic expositio. Non enim potest dicere, vel Trinitati, vel Christo, vel Patri, Tibi soli peccaui, id est, te solum offendi. Offendit enim & Vriam, & populum. De primo modo, est expositio in prima lectione. De secundo in aliis. Sic ergo legitur secundum primam lectionem, vt loquatur Deo Trinitati. Dico, munda me, quia ad te pertinet mundare, & lauare, ad quem pertinet punire, quia tibi soli peccaui: quia non est supra me alius, quam tu, qui possit punire. Ego enim sum Rex, & non est aliquis præter te super me. Et nota, quod tria faciunt bonum iudicem, scilicet, potentia, scientia, & iustitia. Potentem confitetur Deum, cum dicit: Tibi soli peccaui, sicut expositum est. Sed quia non sufficit potentia sine scientia; ideò scientem omnia confitetur eum, cum subiungit:

Tria faciunt Iudicem.

h Et malum,] commissum in proximum.

i Coram te feci,] id est, te præsente, & vidente, qui vbique es, & omnia nosti, antequam fiant.

k Feci,] non solùm appetij, vel iussi. 2. *Reg.* 12. c. Interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Item non tantùm potentem, & scientem; sed & iustum confitetur eum, cùm addit.

l Vt iustificeris,] quasi dicat, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, quia iustus es, vt iustificeris, id est, vt iustus, & verax inueniaris.

m In sermonibus tuis,] id est, in verbis omnibus, quæ dixisti. Vnde *Matt.* 24. c. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt. Nec mediocriter Iustus, sicut homines, quorum iustitiæ sunt sicut pannus menstruatæ, sicut dicitur *Isaiæ* 64. c. sed summè iustus, vt omnes homines iustitiâ superes. Hoc est quod sequitur, cùm dicit: Vt iustificeris.

a & vincas b cum iudicaris. c Ecce enim in d iniquitatibus e conceptus sum: f & in † peccatis † g concepit me mater mea. h Ecce enim veritatem i dilexisti: k incerta & occulta sapientiæ tuæ mani-

al. † delictis.
al. † in vtero habuit.

a Et vincas] id est superes omnes alios in iustitia.
b Cùm iudicaris] id est, cùm mihi & aliis in iudicio comparatis. *Iob* 25. a. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo? Magna autem est humilitas, vt Dominus velit cum homine iudicari. *Matth.* 6. a. Iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. *Ier.* 25. g. Iudicabitur ipse cum omni carne: sic ergo legitur secùndùm primam lectionem, in qua loquitur Propheta Deo Trinitati. Secunda autem lectio, in qua loquitur Deo homini, id est, Christo, hæc est: Tibi soli peccaui, ô Christe, id est, ad tui comparationem, siue vt nihil delinquenti, quia nullus est sine peccato præter te, idcirco tu solus verè potes arguere peccatores. Vnde ipse dicit Iudæis, *Ioan.* 8. a. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. *Iob* 19. d. Quare me persequimini sicut Deus, quasi dicat, cum sitis homines peccatores, quare me persequimini, ac si essetis sine peccato, hoc est, sicut Deus? *Ibi Gregorius*: Tantò iustius Deus alios punit, quantò in se non habet, quo puniatur. *Roman.* 3. d. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Et ideò benè dicit: Tibi soli peccaui, vt iustificeris in sermonibus tuis, sicut primò expositum est: Et vincas omnes in iustitia, cùm, id est, quamuis iudicaris iniustè à Pilato, & Iudæis. Vel sic, vt vincas Diabolum, vel mortem, cùm, id est quando, iudicaris ab illis iniquis. *Apocal.* 5. b. Vicit leo de Tribu Iuda. *Osee* 13. d. Ero mors tua, ô mors. Hæc est secunda lectio. Secundùm autem tertiam lectionem, in qua ad Deum Patrem loquitur, eodem modo legitur, sicut in prima lectione, vsque ibi: Vt iustificeris in sermonibus tuis, id est, vt iustus & verax appareas in promissis, quibus promisisti mihi, dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et ideò petit, vt mundetur ad hoc, vt hæc promissio impleatur: quia quidam dicebant, quòd propter peccata Dauid impediretur illa promissio, nec de eo Christus nasceretur. Sed non aduertebant quod dicitur infrà: Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu, &c. Vel aliter, Vt iustificeris in sermonibus tuis, quibus peccatoribus pœnitentibus veniam promisisti. Dicebant enim, quod tantùm peccauerat Dauid, quod Deus non remitteret ei peccatum. Contra quos dicit *B. Bernard.* Maior est Christi pietas, quàm quæuis iniquitas. Et vincas, id est, de mendacio conuincas illos, qui dicunt te non implere promissa, cùm iudicaris ab eis, non facere, quod promisisti; siue de filio incarnando, siue de venia largienda. Suprà dixit in genere, Tibi soli peccaui; nunc autem descendit, & confitetur specialiter, & incipit à peccato originali, dicens consequenter.

Psalm. 131.

c Ecce enim] quasi verè peccaui, quia, ecce, non celo.
d In iniquitatibus] id est, in originalibus, & talis, vt pronus sim ad peccandum actualiter.
e Conceptus sum.] In triplici iniquitate concipitur homo, scilicet, in peccato originali, *Rom.* 5. d. Omnes quidem peccauerunt, & egent gloria Dei. Item in pronitate ex fomite. *Gen.* 8. d. Sensus & cogitatio humani cordis proni sunt ad malum ab adolescentia sua. Item in infirmitate, 1. *Cor.* 15. f. Seminatur in infirmitate, & surget in virtute. De his tribus dicitur *Ezech.* 21. f. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam

In triplici iniquitate concipitur homo.

f Et in peccatis] id est, in concupiscentiis libidinis, quæ peccatum esset, nisi per bona coniugij excusaretur.
g Concepit me mater mea.] Sed quare dicit pluraliter, iniquitatibus? Suntne plura peccata originalia? Item *super illud Rom.* 4. a. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, dicit *Gloss.* iniquitates, id est, originalia. Solut. Dicitur pluraliter, propter pluralitatem sequelæ, miseriæ, scilicet, & pœnæ, vel propter pluralitatem nominum originalis peccati. Habet enim quindecim nomina, vt colligi potest *in Gloss. Rom.* 4. & 5. Sed nunquid confitendum est originale peccatum, cùm in Baptismo deleatur? Vtique secundum hoc, quod dicit frater Ioannes. Sed ego non credo, cùm omnino sit extra voluntatem nostram, & de voluntariis tantùm debet esse confessio. Nec Dauid confitetur peccatum originale, nisi vt ostendat miseriæ suæ continuationem. Si peccat homo peccatum actuale, redit & originale, secundùm illud *Isa.* 65. b. Remetiar opus eorum primum in sinu eorum. *Eccl.* 53. d. Donec reddat hominibus secundùm actus suos, & secundùm opera Adæ. Ecce & actuale, & originale. *Isa.* 43. d. Pater tuus primum peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. Et in peccatis concepit me mater mea. Ideò optauit *Ierem.* 20. d. dicens: Audiat clamorem manè, & vlulatum in tempore meridiano, qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Sed quomodo dicit hic Dauid, in iniquitatibus, &c. Nonne Dauid fuit genitus, & conceptus in matrimonio sancto? Et *Hebr.* 13. a. dicitur: Honorabile connubium, & in omnibus thorus immaculatus. Et ipse Christus interfuit nuptiis, & Beata Virgo, vt habetur *Ioan.* 2. a. & dicitur 1. *Cor.* 7. c. quòd non peccat virgo, si nubat. Solut. In iniquitatibus contractis à parentibus, quia dicit *Chrysost.* quod coniugium etsi non sit peccatum; tamen malum est malitia pœnæ. Et quia in opere eius de facili fit malum. Nunquam enim aliter diceret Apostolus; Secundum indulgentiam hoc dico. Si enim simpliciter bonum esset, non ei competeret indulgentia. Item dicit *Chrysost.* quòd nunquam promittitur præmium abstinenti à bono, sed abstinenti à coniugio promittitur præmium. Ergo coniugium non est simpliciter bonum. Sed adhuc obiicitur. Videtur, quòd Dauid velit refundere crimen peccati sui in parentes, & sic in Deum, sicut Eua, *Gen.* 3. c. Solut. Etsi verum dicat, quod contraxit peccatum originale à parentibus, non tamen hoc dicit, vt se excuset, sed vt miseriam suam magis manifestet. Et quare hoc faciat subdit.

Antecessorum originale sit confitendum.

Quare Dauid dicat se conceptum in iniquitatibus, cum esset in matrimonio sancto, & quare matrimonium non sit simpliciter bonum.
1. Cor. 7. b.

h Ecce enim veritatem] quasi dicat, ideò ità confiteor, & manifesto miseriam meam, cùm, quia ecce in euidenti est quòd.
i Dilexisti veritatem] in confitente accusante se ipsum, quia si ipse accusat, tu excusas: si ipse agnoscit, tu ignoscis. Vnde supra dixit *Psal.* 31. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Et quantum istam veritatem dilexisti in latrone *Luc.* 23. f. qui cùm dixisset: nos quidem iustè, nam digna factis recipimus; Postea audiuit à Domino: Hodie mecum eris in Paradiso. Est autem triplex alia veritas, quam Dominus diligit, scilicet, veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritas iustitiæ. Veritas vitæ, contra hypocrisim. *Matth.* 7. c. Veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Doctrinæ, contra hæresim. *Thren.* 3. e. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta Iustitiæ, contra acceptionem personarum. *Prou.* 20 b. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominatio est apud Deum. Hanc triplicem veritatem diligit Dominus. Sed miseri homines magis diligunt vanitatem. Vnde *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Modo potest dici, *Psal.* 11. Diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Et ideò abundant earum contraria, de quibus *Osee* 4. a. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Vel, Dilexisti veritatem, rei & fidei puram, non figuras, & vmbram.

Triplex veritas.

k Incerta & occulta.] Secunda pars, vbi ex auctoritate Dei manifestantis occulta, ostenditur confidentia ablutionis. Vnde dicit: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quod dupliciter potest intelligi, Incerta & occulta sapientiæ tuæ, id est, Incarnationem, Passionem filij tui, & cætera mysteria, qui est Sapientia tua, ô Pater, manifestasti mihi, Ecclesiæ per Prophetiæ reuelationem: quæ tamen aliis quibusdam omnino occulta, quibusdam verò licet non penitùs occulta, tamen incerta fuerunt. Hæc significata fuerunt *Apocalyp.* 5. a. vbi dicitur: Vidi in dextra sedentis super thronum librum scriptum intùs, & foris, signatum sigillis septem. Sedens super thronum, est filius Dei, liber est sacra Scriptura, septem sigilla, sunt septem incerta, & occulta, quæ manifestata fuerunt Prophetæ, & etiam Ecclesiæ. Primum sigillum est conceptio, quòd figuratum est *Isa.* 8. a. Accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et in vellere Gedeonis rore compluto, *Iudic.* 6. g. Secundum sigillum est Natiuitas, quod significatum est *Gen.* 21. in ortu Isaac. Et in rubo sine combustione ardente. *Exod.* 3. a. Et in virga Aaron florente, & frondente, & fructum faciente cum omni cultura. *Numer.* 17. c. Tertium est Passio Domini, quod figuratum est in immolatione vitulæ rufæ. *Numer.* 19. a. Et in immolatione agni Paschalis. *Exod.* 12. a. Et in immolatione hirci. *Numer.* 28. b. Et in occisione Abel. *Genes.* 4. b. Vnde *Apocalypsis* 13. b Agnus, qui occisus est ab origine mundi, id est, præfiguratus occidi. Quartum est Resurrectio, quod figuratum est

Septem sigilla occulta.

Genes. 28. d. vbi dicitur: Cùm euigilasset Iacob de somno. Et post: Mane surgens Iacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper. Iacob, Christus: somnus, mors: lapis, quem supposuit capiti, humanitas, quam supposuit Diuinitati in morte, quē erexit in titulum in Resurrectione, quando ascendit in iubilatione, fudit oleum desuper, id est, gaudium æternum. *Isaia* 61. a. Oleum gaudij pro luctu. Vel lapis, fundamentum Ecclesiæ, id est, Christus, quem erexit in titulum, quando Ecclesiam dilatauit & exaltauit, fundens desuper oleum gratiæ. Quintum est Ascensio, quod significatum est 4. *Reg.* 2. b. in ascensu Eliæ. Sextum est Spiritus Sancti missio, quod figuratum est 3. *Reg.* 18. f. in descensu ignis super altare. Septimum est aduentus Domini, de quo *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Hæc ergo incerta, quæ Deus manifestauit Prophetæ, manifestauit etiam nobis per exhibitionem, per veritatis apertam prædicationem, per interiorem illuminationem. *Luc. vlt.* g. Aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas. *Ioan.* 15. b. Omnia quæcunque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Vel incerta & occulta, sunt ea, quæ dicit *B. Bernard.* Deus homo, mater virgo, cor fidele. Item *Matt.* 13. b. & *Luc.* 8. b. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei; cæteris autem in parabolis. Et confitetur hic peccatum ingratitudinis, quo etiam alia redeunt, q. d. sciens fui; tamen scienter peccaui, *Luc.* 12. f. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Dicit ergo, Incerta & occulta manifestasti mihi. Hoc videtur falsum, secundum illud *Eccl.* 9. a. Omnia in futurum reseruantur incerta. Sol. Iste loquebatur prophetico spiritu, & Dominus amico suo multa reuelat. *Ierem.* 33. a. Clama ad me, & ego exaudiam te, & annunciabo tibi grandia, & firma, quæ nescis. Vel, Incerta & occulta sapientiæ tuæ, id est, cognitionis tuæ, scilicet, remissionem peccatorum, manifestasti mihi, per Nathan Prophetam, qui dixit mihi: Transtulit à te Dominus peccatum tuum. Et quia sic manifestasti mihi, confidenter dico, quòd.

al. † Domine.
50. dist. cap. cū exaudiero.
al. † exaltationem.

festasti mihi. *a* Asperges me † Hyssopo & *b* mundabor; *c* lauabis me, & *d* super niuem dealbabor. *e* Audiitui meo *f* dabis † *g* gaudium & lætitiam, & *h* exultabūt ossa humiliata.

2. Reg. 12. d.
Hyssopus quid sit, & quid significet.

a Asperges me hyssopo] id est, humilitate pœnitentiæ. Hyssopus enim est herba humilis, petrinis locis radicitùs adhærens, medicinalis, tumorémque pulmonis sanans. Vnde significat humilitatem, quæ in Christo petra radicatur, & tumorem superbiæ sanat. Qua asperges me, dicit Propheta in persona Ecclesiæ.

b Et mundabor] à superbia, & ab aliis vitiis, *Prou.* 7. c. Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamomo. Hæc sunt amara, sed odorifera, & salutifera. Et certè cum zelo nihil amarum, [*Cant.* 1. d. Lectulus noster floridus] & aspergens. *c* Lauabis me] contritione cordis, dicit Dauid, sicut aqua Baptismi lauabis peccatores tempore gratiæ. *d* Et super niuem dealbabor] id est, incomparabiliter albus ero sine macula nigredinis peccati. Sic dicere debet pœnitens, Asperges me hyssopo, id est, pœnitentiali humilitate, quæ significatur hyssopo. Sunt enim multæ proprietates hyssopi, quæ pœnitentiæ congruunt, quæ notantur his versibus:

Proprietates hyssopi, quæ pœnitentiæ congruunt.

Parua, calens, pectus purgans, petrosa, screatrix,
Ius sapidat, pleuræ congrua, spargit aquam.

Hæc conueniunt pœnitentiæ. Quæ debet esse humilis, hoc est, parua, quia exultabunt ossa humiliata. Et in veritate parua est, id est, breuis, secundùm illud 2. *Cor.* 4. d. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, &c. Item debet esse calens per charitatem, *Psal.* 38. Concaluit cor meum intra me. Purgans, per contritionem, *infrà*: Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies. Item est petrosa, in duris locis crescens. Ecce satisfactio, quæ dura est, ieiuniis, vigiliis, disciplinis, & huiusmodi, *Cant.* 8. b. Dura sicut infernus æmulatio. Item screatrix est, id est, facit screare: Ecce confessio, *Eccl.* 31. c. Surge è medio, & vome, & refrigerabit te. Item ius sapidat, quia pœnitentia etiam corpus temperat, & à luxuria refrænat, *Matth.* 17. c. Hoc genus non eiicitur nisi per orationem, & ieiunium. Item pleuræ valet, id est, costæ. Multùm enim valet flagellanti, ideò dicit Dauid: Quoniam ego in flagella paratus sum. Item spargit aquam, quia acquirit gratiam. Et tanguntur hic duo genera mundationum, scilicet, venialium, & mortalium. Vnde dicit: Asperges me, & mundabor, quantum ad venialia: Lauabis, quantum ad mortalia. Mortalia Baptismo, & Pœnitentia remittuntur. Venialia autem delentur per multa, quæ notantur his versibus:

Peccata venialia delentur per multa.

Confiteor, tundo, respergor, conteror, or,
Signor, edo, dono, per quæ venia ia pono.

De confessione, *Iacob vlt.* d. Confitemini alterutrum peccata vestra. De tunsione, *Luc.* 18. c. Percutiebat Publicanus pectus suum. De respersione, hic. Et *Num.* 19. c. De contritione, *infrà*: Cor contritum & humiliatum, &c. De oratione, *Matth.* 6. b. Sic autem orabitis. De signatione, *Numer.* 6. d. Sic benedicetis filiis Israel. De esu, *Matth.* 26. c. Comedite ex hoc omnes, videlicet, de Sacramento corporis Domini. De dono, scilicet, de eleemosyna. *Eccl.* 3. d. Ignem ardentem extinguit aqua; ita & eleemosyna resistit peccatis. Item de dono, id est, de condonatione, *Matth.* 6. b. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. Dicit ergo, Asperges me hyssopo, id est, pœnitentia humili: Et mundabor ab immunditiis venialium. Lauabis me, aqua lachrymarum. Et super niuem dealbabor, remota nigredine, & sanguine mortalium peccatorum, *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris, id est peccatis, mundabo vos. Vel sic, vt per quatuor verba, quatuor diuersa notentur: Asperges me hyssopo, id est, humilitate, vt dictum est suprà, qua propriè aspergi dicitur, quia sicut aspersio plantas fœcundat, [*Psalm.* 64. Valles abundabunt frumento] ita humilitas fœcundat & conglutinat virtutes. *Greg.* Qui sine humilitate cæteras virtutes congregat, quasi puluerem in ventum portat. Et mundabor, per contritionem: Lauabis me, per confessionem. Et super niuem dealbabor, per satisfactionem. *Isa.* 1. c. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Sed quia ex mundatione sequitur lætitia, & post luctum pœnitentiæ, gaudium gloriæ, benè subiungit.

Aliter.

e Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Auditui] id est, fidei & obedientiæ, quæ fiunt per auditum, *Rom.* 10. c. Ex auditu fides. Et sunt in obseruatione præceptorum. Vnde *Sap.* 6. c. Custodia legum consummatio incorruptionis est, *Psal.* 18. In custodiendis illis, id est, præceptis, retributio multa, scilicet, lætitia mentis.

f Dabis] de tua gratia, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, *Rom.* 8. d.

g Gaudium & lætitiam] ex parte animæ.

h Et exultabunt, &c.] quantum ad corpus. Sed gaudium est ex parte animæ in actione, lætitia in contemplatione. Vnde *Isa.* 51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea. Vel gaudium potest dici quoad animam, lætitia quoad os, exultatio quoad corpus. Item, Auditui meo, id est, confessioni meæ. *Cant.* 8. d. Quæ habitas in hortis, fac me audire vocem tuam. Dabis gaudium, sine murmure cordis. Et lætitiam, sine contradictione oris. Vel auditui, lectionum & prædicationum, *Eccles.* 24. c. Qui audit me, non confundetur. Et exultabunt ossa humiliata: Per ossa fortitudo carnis intelligitur, quæ humiliata, id est, mortificata, exultat. Vnde *in Psal.* 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, *Glos.* dicit *ibi*: Caro edomita. Propter hoc benè dicit *Iob* 7. c. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Et dicit *Greg.* super illum locum: Cùm mentis intentio ad alta se subleuat, omnem in se fortitudinem vitæ exterioris necat, *Psal.* 89. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala. Vel, Ossa humiliata, sunt virtutes humiles, de quibus dicitur *in Psalm.* 101. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Et *Psalm.* 41. Dum confringuntur ossa mea. Hæc ossa humiliata exultabunt, quia sicut habetur 4. *Reg.* 4. a. Vasa vacua repleuit Elisæus. Sic Dominus humiles replet gaudio Spiritus sancti, *Luc.* 1. e. Exultauit spiritus meus in Deo Salutari meo, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Item ossa, quæ sustinent totam corporis machinam, sunt Prælati, qui portant totam Ecclesiam. *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem, 1. *Reg.* 2. b. Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Alba sunt ossa exteriùs per qualitatem, & medullata interiùs per charitatem. *Ieremia* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. *Psalmus* 31. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi. Hæc si essent humiliata, sine dubio exultarent. *Prouerbiorum* 29. d. Humilem spiritu suscipiet gloria. *Ezechiel* 37. b. Ossa arida audite verbum Domini; ecce ego intromittam Spiritum in vobis,

Per ossa significatur fortitudo carnis.
Item ossa virtutes humiles.
Item ossa Prælati.

& viuetis. *Prou.* 17. d. Spiritus tristis exsiccat ossa. *a* Auerte faciem tuam.] Tertia pars, vbi ex confidentia securus petit deletionem omnium peccatorum. Vnde dicit. Auerte, quasi dicat, vt ad illam lætitiam peruenire possim, hæc, quæ sequuntur facias mihi. Primò. Auerte, &c. quia si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine, quis sustinebit? Sed quomodo dicit, Auerte faciem tuam, cùm alibi dicat: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Item: Ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Sol. Duplex est facies Domini, scilicet facies misericordiæ, & facies iustitiæ. Misericordiæ faciem vult conuerti; sed faciem iustitiæ vult auerti. De prima in *Psal.* 68. Ne auertas faciem tuam à puero tuo. De secunda hic. Hæ duæ facies figuratæ sunt *Ezech.* 41. c. vbi dicitur: Duas facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Prima palma Christi fuit in primo aduentu: & tunc habuit faciem humanam, scil. misericordiæ. Et hæc palma tangitur hic, cùm dicit. Et vincas, cùm iudicaris. Secunda palma erit in secundo aduentu; & tunc habebit faciem leonis, scilicet, iustitiæ, quam petit hic auerti. Videat ergo peccata mea facies misericordiæ, & non facies iustitiæ. *Psal.* 33. Vultus autem Domini super facientes mala, &c. *Abac.* 1. d. Mundi sunt oculi tui, Domine, ne videas malum. Et non tantùm: Auerte faciem, sed, &c. Dele] tua notitia puniente.

De pœn. dist. 1. c. vt cognouerunt.

a Auerte faciem tuam à peccatis meis: & *b* omnes iniquitates meas *c* dele. *d* Cor mundum crea in me, Deus; & *e* spiritum *f* rectum innoua in visceribus meis. *g* Ne proiicias me à facie tua: & *h* Spiritum sanctum tuum ne *i* auferas à me. *k* Redde mihi *l* lætitiam Salutaris tui; & *m* spiritu principali confirma me.

b Omnes iniquitates meas] non vnam tantùm aut duas. Hoc est contra illos, qui non plenè confitentur, vel pœnitent. Sic enim delenda sunt peccata, vt nec in memoria habeantur, nisi ad detestandum. Quod significatum est *Exod.* 17. d. vbi dicitur: Delebo memoriam Amalech de sub cœlo. Amalech interpretatur Gens bruta, & significat peccatum, siue multitudinem peccatorum, quæ bruta sunt secundum effectum, quia brutum, id est, non vtentem ratione reddunt hominem. 1. *Reg.* 15. a. Percute Amalech, & demolire vniuersa eius.

d Cor mundum, &c.] Supra deprecatus est contra mala, vt amouerentur: Hic autem orat pro bonis, vt dentur, cùm subiungit. Cor mundum, &c. Crea dicit, quasi ex nihilo, quia esse morale perdiderat, secundum quod peccatori dicitur *Ezech.* 28. c. Nihili factus es. *Psal.* 27. Ad nihilum redactus sum, & nesciui. *Ier.* 5. e. Audi, popule stulte, qui non habes cor. Cor mundum, quo possim Deum, videre: Quia sicut dicitur *Matth.* 5. a. Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt. Et meritò petit hoc à Domino, quia à se non potest habere. Vnde *Prou.* 20 b. Quis potest dicere: mundum est cor meum? Et in hoc petit naturalium restitutionem, quia per peccatum vulneratus fuit in naturalibus, & spoliatus gratuitis. Vnde secundò petit restitutionem gratuitorum, quibus spoliatus fuerat. Vnde addit.

e Spiritum rectum, &c.] quasi dicat, spiritum meum inueteraui per peccatum, & ad carnalem voluptatem incuruaui. *Baruch.* 3. b. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena? *Psal.* 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Sed tu fac eum nouum, & rectum, vt rectus ad cœlestia dirigatur, & nouus gratiam tuam recipiat. *Matth.* 9. b. Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres; sed vinum nouum in vtres nouos mittunt. *Ezech.* 11. c. Dabo eis cor nouum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum.

f Rectum] dicitur, non sicut in *Io* 16. c. dicitur: Effudit in terra viscera mea, id est, in terrenis. Et vtique non est sanus, sed magnum, & letale vulnus habet, cuius viscera effunduntur in terra: Sicut Iudæ. *Act.* 1. c. Diffusa sunt omnia viscera eius. Vel de Spiritu increato dicitur. Spiritum rectum, &c. id est, Spiritum sanctum infunde cordi meo, qui dicitur nouus, & rectus ab effectu, quia innouat, & rectificat, sicut dicitur Dæmonium mutum, *Luc.* 11. b. De innouatione *Psal.* 103. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. De rectificatione dicit *August.* Spiritus rectus est, quo fit, vt anima in veritate quærenda deuiare, atque errare non possit. Vnde in *hymno* Spiritus sancti dicitur: *Ductore sic te prævio vitemus omne noxium.* Ideò autem [Auerte faciem, &c.]

g Ne proiicias, &c.] Quia si peccata mea respicias, & in immunditia cordis perseuerem, proiicies me; quia propter peccata proiicies homines. Vnde *Isa.* 33. b. Irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. *Ier.* 6. g. Mantiæ eorum non sunt consumptæ; argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Vel potest legi [Ne] non coniunctionaliter, sed aduerbialiter, vt dependeat a præcedentibus. [Ne] id est, non [proiicias me, &c.] id est, ne absorbear maiori tristitia desperando. *Psalm.* 30. Ego dixi in excessu mentis meæ; proiectus sum à facie oculorum tuorum. *Genes.* 4. b. Ecce eiicies me à facie tua hodie. Sed esto simplex, & non proiicieris, secundum illud *Iob* 8. d. Deus non proiiciet simplicem, quasi dicat, hominem non proiiciet, sed hominis peccatum. *Isa.* 38. d. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. *Mich. vlt.* d. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris, i. super Diabolum. *h* Et Spiritum sanctum tuum] i. Spiritum prophetiæ, vel donum Spiritus sancti, quo peccatum meum cognosco, confiteor, & pœniteo.

50. dist. c. Ponderet, & cap. cùm exaudit er, & de pœn. dist. 2. c. si enim

i Ne auferas à me] sed spiritum malum, secundum quod promisisti *Zachar.* 13. a. Spiritum immundum auferam de terra. Dicendo autem [Ne auferas,] petit perseuerantiam, & præsentiam Spiritus sancti continuam. 1. *Paral.* 29. e. Semper in meditatione, vel veneratione tui mens ista permaneat. In præcedenti ergo versu, cum dixit, Spiritum, &c. petiit gratiarum collationem: Hic autem petit conseruationem, cùm dicit [Spiritum, &c.] Dico [ne auferas] sed per præsentiam eius. *k* Redde mihi] pœnitenti. *l* Lætitiam] quam prius habui, sed per peccatum amisi. Lætitiam, dico, non mundi: De qua *Prou.* 2. c. Lætantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed [lætitiam Salutaris tui,] id est, de Salutari tuo, id est, de filio. Vnde alia litera habet. [Lætitiam Iesu tui.] *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem, id est cognoscere Christum, qui est Sol iustitiæ, & lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sine cuius cognitione non habetur lætitia Salutaris. Vnde dicit *Tob.* 5. b. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Et ne redditam lætitiam iterum amittam. *m* Spiritu principali] id est, Spiritus sancti gratia. *n* Confirma me] vt de cætero in peccatum non cadam. Alia litera habet [Potenti.] Et potenti bene competit alios confirmare. Vnde dictum est Apostolis, *Luc.* 24. g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Item Spiritus principalis potest dici Spiritus sapientiæ, qui primò ponitur quasi Princeps. *Isa.* 11. a. Item Spiritus fortitudinis, quia Princeps facit dominari, & Dominos principari. Item Spiritus timoris, quia est principium sapientiæ. *Prou.* 1. a. Quilibet istorum confirmat. Et in his tribus versibus ponit sex verba, quæ Dño propriè conueniunt. Crea, cùm sis Creator. Innoua, cùm sis Recreator. Ne proiicias, cùm sis attractor. *Cant.* 1. a. Trahe me post te. Ne auferas, cùm sis largitor. Redde, cùm sis promissor. Confirma me, cùm sis stabilitor. Et nota, quòd hic ter tangit Spiritum. Primò, *ibi*: Spiritum rectum. Secundò, *ibi*: Spiritum sanctum tuum. Tertiò, *ibi*: Spiritu principali. In quo notatur tota Trinitas, quæ Spiritus est. *Ioan.* 4. d. Spiritus est Deus. Spiritus rectus refertur ad Filium, Spiritus sanctus ad Spiritum sanctum, Spiritus principalis ad Patrem, qui est principium principiorum. Præponitur autem filius Patri, eo quòd primò cadit ad notitiam, & per ipsum cognoscitur Pater. *Ioan.* 14. b. Qui videt me, videt & Patrem. Et *Ioan.* 17. b. Pater manifestaui nomen tuum hominibus. *Matt.* 11. d. Nemo nouit Patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Vel ideò ter tangit Spiritum, quia ter datus est Discipulis, sc. bis in terra, & semel de cœlo. Et primò ante Passionem, vt habetur *Luc.* 9. a. ad sanandum languores. Secundò post Resurrectioné, *Io.* 20. e. Accipite Spiritum S. Tertiò post Resurrectionem, & Ascensioné in die Pentecostes, *Act.* 2. a. Et hoc significat triplex vnctio in puero, sc. Catechismi, Baptismi, & Confirmationis Episcopalis, Vel sic: Per Spiritú rectum, innuitur veritas. Per Spiritum sanctum, bonitas. Per Spiritum principalem, vnitas, sc. modus, species, ordo, vel numerus, pondus, mensura, quæ sunt in omni re, vt habetur *Sap.* 11. d. Vel sic: Spiritus rectus bene ordinat hominé ad proximum, quia rectitudo est in comparatione ad alium. Spiritus S. ordinat ad se, quia sanctificat. Spiritus principalis ad Deum. Vel sic: Spiritus rectus, respicit iustitiam: Spiritus sanctus, boná vitam: Spiritus principalis principatum legitimum, quæ in Prælato debent conuenire. Sed modò potest dici illud *Abac.* 2. d. Ecce iste coopertus est auro & argento, & omnis Spiritus non est in visceribus eius, q. d. nec rectus, nec sanctus, nec Spiritus principalis. Vel sic, Spiritus

rectus dicitur contra auaritiam. *Amos* 3. c. Nescierunt facere rectum, thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in aedibus suis. Spiritus sanctus contra luxuriam. *Hebr.* 12. d. Sequimini sanctimoniam, sine qua nemo vidit Deum. Spiritus principalis contra superbiam. *Eccl.* 10. b. Initium omnis peccati superbia.

Dominus proiicit.
- Peccatum. *Isa.* 38. d. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
- Populum in captiuitatem. *Ier.* 7. c. Proiiciam vos à facie mea.
- Animam in infernum. 1. *Reg.* 25. e. Anima inimicorum tuorum rotabitur, quasi impetu, & circulo fundae.
- Festiuitates gulae, *Amos* 5. f. Odi, & proieci festiuitates vestras.
- Hypocritas, qui deficiunt in tribulatione. *Ierem.* 6. g. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.
- Ambitiosus. 2. *Paral.* 25. d. Adduxerunt eos ad praeruptum cuiusdam petrae, praecipitaueruntque eos de summo in praeceps: qui vniuersi crepuerunt.

a Docebo iniquos.] Quarta pars, vbi dicit, quid restitutus persoluat hoc, scilicet, quod aliis praedicabit. Vnde dicit, Docebo iniquos vias tuas. Ecce quod de peccatore fit Praedicator, quasi dicat, non acquiram mihi tantùm auream per poenitentiam; sed & aureolam per praedicationem. *Dan.* 12. b. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et competenter antequam se praedicaturum diceret, gratiam & confirmationem petit: quia non debet praedicare, nisi gratiam habeat. *Eccl.* 20. c. Homo acharis quasi fabula vana. Propter hoc dictum est Apostolis, *Luc. vlt.* g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. *Mich.* 3. c. Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio, & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum. [Docebo] ergo, inquit, non Iustos, sed [iniquos] qui doctrina indigent. *Ezech.* 2. b. Fili hominis, mitto te ad filios Israel, ad Gentes apostatrices, quae recesserunt à me. *Matth.* 9. b. Non veni vocare Iustos, sed peccatores. Propter hoc missus est Moyses ad eos, qui erant in Aegypto. Et quid docebis eos?

> *a* Docebo iniquos *b* vias tuas; *c* & impij ad te conuertentur. † *d* Libera me *e* de sanguinibus *f* Deus, Deus salutis meae: & *g* exultabit *h* lingua mea iustitiam tuam. *i* Dñe, labia mea aperies; *k* & os meum

al. † Doceam.
50. *dist. c. ponderet.* & *cap. cùm exaudiero,* & *de poenit. dist.* 3. *c. etiam.*
al. † erue.

b Vias tuas] Domine, non meas adinuentiones. *Psalm.* 24. Vniuersae viae Domini misericordia, & veritas. Via misericordiae praedicandae est peccatoribus, ne desperent: via veritatis, vt timeant. Propter hoc bene dicitur Praedicatori, *Prou.* 3. a. Misericordia, & veritas non te deserant: circunda eas gutturi tuo. Vel, [Vias] id est, opera Christi, vt ea imitentur. *Phil.* 2. a. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Vel, [Vias] id est, praecepta, *Matth.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Haec ergo sunt docenda, non inutilia, sicut docent hypocritae vanè gloriantes. *Zach.* 10. a. Simulacra locuta sunt inutile. 1. *Cor.* 9. d. Sic pugno non quasi aerem verberans, supple inanis gloriae: & non inutiliter praedicabo; sed fructum faciam. Vnde sequitur.

c Et impij ad te conuertentur] de malo in bonum. *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Vel, [Conuertentur] id est, totaliter vertentur, non in parte. Sicut dicitur de Herode *Marc.* 6. c. Audito eo, id est, Ioanne, multa faciebat, quasi dicat, non omnia. Et bene dicit [impij] secundùm illud *Matth.* 21. c. Publicani, & meretrices praecedent vos in regno Dei. Et nota Differentiam, quia iniquus dicitur in proximum, impius in Deum, peccator in seipsum.

d Libera me, &c.] Quia ad praedicandum, & docendum necessaria est libertas. Vnde dicit Apost. 1. *Cor.* 6. c. Ego sub nullius redigar potestate: Ideò libertatem petit, cùm subdit: Libera me. Sed quia pessima seruitus est subdi peccatis, & praecipuè peccatis carnalibus, quae magis notabilia sunt in Praedicatore, dicit.

e De sanguinibus] id est, peccatis carnalibus. Hoc dicit Dauid de peccato carnis, quod commisit in Bersabee: quia supra magis petiit pro peccato homicidij. Sed competit cuilibet Praedicatori, & Doctori, qui si serui Christi, fiant serui corporis sui; verbum Dei alligatur in eis, & habent mutum os. Propter hoc dicit 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte cùm aliis praedicauero, ipse reprobus efficiar. Ideò ergo dicit [Libera me de sanguinibus, Deus, Deus] dico, Auctor [salutis meae] quam operatus es in medio terrae, scilicet, redemptionis. Vel dator salutis meae, id est, saluationis futurae. Et sic cùm liberatus ero de sanguinibus.

g Exultabit] id est, cum exultatione annunciabit.

h Lingua mea iustitiam tuam.] Vel de omnibus peccatis, & omnibus poenitentibus generaliter potest legi. *Aliter de poenitentibus.*

d Libera me de sanguinibus] id est, de peccatis, quae multa sunt: Propter quod dicit, Sanguinibus, pluraliter. *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. Libera me, dicit quilibet poenitens.

e De sanguinibus] id est, per tuum sanguinem pretiosum [me] de vili sanguine, libera. *Ioan.* 8. c. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

f Deus, Deus salutis meae.] Deus interpretatur videns, & currens: Et ipse est videns salutem nostram per praedestinationem, & currens in salutem nostram per Incarnationem. *Psal.* 28. Exultauit vt Gigas ad currendam viam. Vel bis dicit. [Deus, Deus] vt sit salus quoad intellectum, & quoad affectum. *Psal.* 26. Dominus illuminatio mea, quoad intellectum: & salus mea, quoad affectum. Et postquam liberaueris me.

g Exultabit] id est, cum exultatione laudabit.

h Lingua mea iustitiam tuam] & antè non, quia tunc mihi diceres: Quare tu enarras iustitias meas, &c. *Psalm.* 87. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditionem? quasi dicat, non. *Isa.* 38. d. Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Sed videtur, quòd peccator liberatus à peccato, potiùs debeat laudare misericordiam, quàm iustitiam Dei: quia per misericordiam liberatus est. Vnde & alibi dicit Dauid: Misericordias Domini in aeternum cantabo. Sol. misericordia Dei est, quòd Dominus primò infundit gratiam poenitentiae: Iustitia autem est, quòd parcit iam poenitenti, eo quod promisit: Et hanc dicit se velle exultando laudare. Item oratio est Praelati boni, & Praedicatoris, & cuiuslibet Religiosi, vel totius Ecclesiae.

d Libera me de sanguinibus] id est, à carnalibus parentibus, amore quorum vincti, vel captiui tenentur. *Mich.* 3. c. Omnia recta peruertitis, qui aedificatis Sion in sanguinibus, *Abac.* 2. c. Vae qui aedificat ciuitatem in sanguinibus, id est, in nepotibus. Legitur 1. *Reg.* 22. d. quòd Doech Idumaeus interfecit Sacerdotes Domini, quos alij satellites Saul, id est, caetera vitia, quae sunt satellites Diaboli, non audebant tangere. Doech interpretatur motus; Idumaeus sanguineus. Hic est amor consanguineorum, qui reuera interficit multos de Sacerdotibus Domini. Dauid verò pro se dicit: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Aliter dicitur de multis, *Iob* 21. a. Sublimati sunt, confortatique diuitiis; semen eorum permanet coram eis; propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Certè qui non fuerit liberatus ab istis sanguinibus, non debet annunciare iustitias Domini. Vnde dicitur [Libera, &c.] quasi dicat, aliter non debeo. Sequitur. *Aliter de Praelatis, & Religiosis.*

i Domine, labia, &c.] Dixerat autem se velle praedicare. Sed ne de praesumptione notetur, Deo totum ascribit, cùm subiungit, Domine labia, &c. Aperies dando gratiam, & scientiam loquendi. *Sap.* 10. d. Sapientia aperuit os mutorum: & linguas infantium fecit disertas. Versus iste dicitur in principio horarum, videlicet, in inceptione Matutinarum, quia tunc maximè tentat Diabolus, & nititur impedire Dei laudem, *Esther.* 14. b. Volunt claudere ora laudantium. Ideò dicitur *Luc.* 11. b. quòd Daemonium erat mutum, eo quòd mutum fecit à laude Dei. Libenter autem aperit os ad lites, & ad alia mala verba, *Eccl.* 20. b. Apertio oris illius inflammatio est. Et quomodo petit labia sua aperiri, qui iam tot dixerat? Nonne aperta fuerunt, cùm dixit: Miserere mei, &c. Item quare non est iste versus primus psalmi huius? Solut. Ad primum. Aperta fuerunt, cùm dixit. [Miserere mei, &c.] sed pro se, scilicet, ad veniam petendum: Nunc petit aperiri pro aliis docendis, quod promiserat immediatè. [Docebo iniquos, &c.] *Exod.* 4. c. Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & caecum? Perge ergo; & ego ero in ore tuo: docebóque, quid loquaris. Ad secundum dicimus, quòd ideo non est primus hic versus: quia multùm debet cucurrisse, & vidisse de biblia, qui vult aliis praedicare.

k Et os meum annunciabit, &c.] quod annunciauit blasphemiam, quia peccata. Sed haec mutatio dexterae Excelsi.

Ideò

Ideo dicitur *Isa.* 54. a. Lauda sterilis, quæ non paris; decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filij desertæ magis, quam eius, quæ habet virum. Sterilis, id est, anima, quæ priùs non habuisti fructum. Dicitur etiam verius iste ter à quibusdam: quia annunciatur da est laus Dei ter. Ante mortem deuotè, post mortem deuotiùs, post Resurrectionem deuotissimè. Item Ecclesia petit, Domine, labia mea, id est, duo Testaméta [aperies] mihi ad intelligendum & prædicandum. *ol.* 4. a. Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendū. De istis labiis Ecclesiæ, dicitur *Cantic.* 4. c. Fauus distillans labia tua, Sponsa. Item [Labia] Ecclesiæ, sunt ipsi Doctores, quos Ecclesia petit aperiri, ne mala vita claudat. *Prouerb.* 8. a. Aperientur labia mea, vt recta prædicent. Item petit Ecclesia [Labia] sua aperiri, non in præsenti solùm; sed in futuro, scilicet, in die iudicij, quando labia proborum erunt clausa, *Matth.* 22. b. At ille obmutuit. Et tunc fine fine, & fine interpolatione laudabit Ecclesia Sponsum. *Psalm.* 70. Repleatur os meum laude. Item: Semper laus eius in ore meo. *Iob* 8. d. Deus non proiiciet simplicem, & non porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Ideò tibi laudes offeram: quia non vis amodo sacrificium pecudum. Hoc est, quod sequitur.

De pœn. dist. 3. c. vt cognoscerunt. 50. dist. c. ponderet. De pœn. dist. 1. c. sacrificium, & dist. 2. c. vt cognoueruni.

al. † spernit.

annunciabit laudem tuam. *a* Quoniam si voluisses, sacrificium *b* dedissem: vtique *c* holocaustis non delectaberis. *d* Sacrificium Deo spiritus contribulatus: *e* cor contritum, & humiliatum, Deus, non † despicies. *f* Benignè fac, Domine, in *g* bona voluntate tua Sion: vt *h* ædificentur muri Ierusalem.

a Quoniam si voluisses, sacrificium] pecudum.

b Dedissem] sicut eo tempore pro expiatione peccati dabatur. Sed ego videns in spiritu tempus, quo ista cessabunt, scio, quod non vis, quod dem sacrificium: quia nec etiam holocaustum, quod maius, & dignius est, vis recipere: Quia.

c Vtique holocaustis non delectaberis] ergo nec sacrificiis. Alia litera planior est, quæ sic habet. Non enim vis, vt feriam victimam. Quia si peccat homo, non ideò est puniendus bos; sed homo, *Isa.* 66. a. Qui immolat bouem, quasi qui interficit virum: & qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem. *Mich.* 6. b. Nunquid placari potest Deus in millibus arietum? quasi dicat, non. Quomodo ergo? *Roman.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam & Deo placentem. Multi dicunt, [Si voluisses] me [sacrificium] intrando Religionem [dedissem] quasi dicat, si Deo placeret, ego intrarem. Vtique holocaustis] vbi natura simul cum vitio destruitur per indiscretionem, non delectaberis. *Eccles.* 4. d. Multò melior est obedientia, quam stultorum victimæ. Vnde post habet alia litera. Holocaustum non tibi placet. Quid ergo placet Deo? Sequitur.

d Sacrificium Deo spiritus contribulatus] quasi dicat, non quæ sunt hominis, vult Deus; sed ipsum hominem, 2. *Corinth.* 12. c. Non quæro, quæ vestra sunt, sed vos. Et dicit, Spiritus, non corpus: quia vt habetur 1. *Timoth.* 4. b. Exercitatio corporis ad modicum vtilis est, supple, cùm est corporis tantum; quia cùm corpus, & spiritus simul exercitantur, tunc valde vtile est. Vnde dicit hic, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, id est, cum corpore tribulatus per pœnitentiam, vt spiritus dolore, & corpus labore afficiatur. Et exponens, quod dixerat, subiungit.

e Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.] Liptote est, minus dicit, & plus significat: Immo aspicies, & respicies, *Isa.* 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? *Dan.* 3. d. In animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur, &c. *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu. Contritum, ecce contritio. Humiliatum, ecce confessio, vbi hominis cor humiliatur multùm. Hæc duo tangit *Eccl.* 7. b. Memento iræ, quoniam non tardabit: humilia valde spiritum tuum. Memento iræ, vt conteraris dolendo de peccatis. Humilia valde spiritum tuum, vt confitearis: Nec pro confusione dimittas confessionem, quod superbia est. Item quodcunque bonum opus sacrificium est Deo, *Eccl.* 35 a. Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. *Baruch.* 2. d. Anima, quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua, & in infimis, & oculi deficientes, & anima esuriens, dat tibi gloriam, & iustitiam Dño. *Isa.* 57. c. In sancto habitans cum contrito, & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium. Et nota, quòd est etiam mala contritio, scil. desperatio, & acidia, & nimis aspera increpatio. De prima, scil. de desperatione, & acidia, *Isa.* 65. c. Vos præ contritione spiritus vlulabitis. De secunda, scilicet, de increpatione aspera. *Prou.* 15. a. Lingua placabilis lignum vitæ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Res autem arida de facili conteritur. *Num.* 11. b. Anima nostra arida est. Spiritus autem Iob non fuit aridus, qui dixit *Iob* 6. a. Indignatio ebibit spiritum meum: Quod enim aridum est, bibi non potest. Non autem de ista contritione mala, sed de bona dicitur; Cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies. Bene contritus, & humiliatus videbatur Abraham, qui dixit *Gen.* 18. d. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis. Sed quia extra muros Ierusalem, id est, extra vnitatem Ecclesiæ non est locus Sacrificiorum, vt habetur *Deut.* 12. c. ideò petit muros Ierusalem spiritualis, id est, Ecclesiæ ædificari. Vnde sequitur.

Moral.

De pœn. dist. 1. c. in actione.

f Benignè fac, Domine, &c.] Quinta pars: Et hoc, quòd dicit: Benignè, potest esse nomen, vel aduerbium, vt sic dicatur. O benigne Domine, fac, vt ædificentur, &c. Vel aduerbium, vt sic dicatur. O Domine, fac benignè, &c. Et satis redit in idem. Benignus enim est Dominus, & ideò etiam benignè facit, *Ioel.* 2. c. Benignus, & misericors est, patiens, & præstabilis super malitia, *Ioan.* 4. a. Scio, quia tu es Deus clemens, & misericors, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Clemens, in creando; misericors, in recreando, patiens, in expectando; multæ miserationis, in consolando, ignoscens, in † condonando. Dicit ergo.

al. † condemnando.

f Benignè fac, Domine, Sion] id est, Ecclesiæ.

g In bona voluntate tua] dupliciter, scilicet, gratis, vt non sibi meritum arrogare videatur. Vel [in bona voluntate tua] id est, vt ei des tuam bonam voluntatem. Hoc est enim benignè agere cum ea, non multiplicare aurum, vel præbendas [Vt] sic, in bona voluntate tua, ædificentur muri Ierusalem, id est, Sacramenta Ecclesiæ, vel Prælati, secundum illud *Isa.* 26. a. Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Et *Cant. vlt.* c. Ego murus, & vbera mea turris, *Isa.* 62. b. Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes. Vel [Muri Ierusalem] spiritualis, id est, Ecclesiæ militantis, & laborantis, vt constituatur cœlestis Ierusalem, sunt fides, spes, charitas, scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob. Muri autem cœlestis Ierusalem, sunt cognitio, pax, & charitas, quæ nunquam excidit, & de vtrisque petit, vt ædificentur.

e Tunc acceptabis

h Vt ædificentur muri Ierusalem.] Nota, quòd petit hic ædificari muros Ierusalem: Sed Clerici destruunt eos, & reædificant muros Iericho, *Iosue* 6. d. Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho, 3. *Regum* 16. g. Ædificauit Ahiel de Bethel Iericho. Ahiel interpretatur viuens Deo, & significat Clericos. Bethel, domus Dei: quasi dicat, de bonis domus Dei ædificant Clerici Iericho, id est, mundum, & ea, quæ de mundo sunt. Item nota, quòd muri Ierusalem primò fuerunt reædificati per Salomonem, qui interpretatur pacificus. Pax enim bene munit Ecclesiam, & animam fidelem: quia in pace factus est locus eius, qui est murus, & antemurale. Sed quod Salomon ædificauit, Ioas destruxit, vt habetur 2. *Paralipomen.* 25. f. Ioas interpretatur temporalitas, quæ ea, quæ pacis sunt, destruit. Vnde dicitur *Genes.* 13. b. quòd Loth, & Abraham non quibant habitare communiter: erat enim substantia eorum multa. Iterum reædificati sunt per Oziam, 3. *Reg.* 15. g. Et postea destructi per Nabuzardan, sicut habetur 4. *Regum* 25. c. Ozias interpretatur videns Deum, & significat fidem, quæ reædificat, quod temporalitas destruit: Quia vt dicit *Ieronymus* qui habet veram fidem de Deo, non cupit in his miseriis locupletari. Sed quod ædificat fides, destruit voluptas carnis in quibusdam, quæ per Nabuzardan designatur, qui interpretatur Princeps coquorum. Postea autem reædificati sunt per Neemiam, qui interpretatur consolator, vel consolatio: & significat flagellum Domini: De quo *in Psalm.* 22. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Flagellum autem, siue disciplina reædificat, quod carnis voluptas destruxerat. Sed postea destructi sunt muri ab Antiocho Rege Syriæ, sicut habetur 1. *Mach.* 1. d. Syria interpretatur sublimis, & Antiochus silentium paupertatis, quod vtrumque superbiam designat, quæ & se eleuat,

nihil adeò Deo displicet, sicut ceruix erecta post peccatum. Et quomodo liceret gloriari in malitia, cùm non liceat gloriari in sapientia,vel diuitiis,vel fortitudine? Vnde *Ier.9.g.* Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis. *Eccl.* 19.a. Qui gaudet in iniquitate & in malitia,deuorabitur, id est, de nota Christi delebitur,secundum illud: Deleantur de libro viuentium.

a malitia, qui *b* potens es in iniquitate? *c* Tota die iniustitiam *d* cogitauit *e* lingua tua: *f* sicut nouacula acuta fecisti dolum. *g* Dilexisti malitiā *h* super benignitatem: *i* iniquitatē magis, quàm loqui æquitatem. *k* Dilexisti omnia verba † præcipitationis, *l* lingua dolosa. *m* Propterea *n* Deus destruet te in finem: *o* euellet te

b Qui potens es in iniquitate] id est,in ebrietate, & alius peccatis. *Isa.5.c.* Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, viri fortes ad miscendum ebrietatem. Vel [iniquitas] de substantia terrena. *Luc.16.c.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et dicitur iniquitas, quia non æqualem faciem habet: modò enim fortuna arridet homini, modò se subtrahit, *Gen. 10. b.* Nemroth cœpit esse potens in terra. Nemroth interpretatur apostata, & significat Diabolum.

al. † submersionis linguam dolosam.

De Diabolo. De Diabolo. *a* Quid gloriaris in malitia] ad tuam suggestionem perpetrata? *Prou. 2. c.* Lætantur, cùm malefecerint,& exultant in rebus pessimis. Ideò quasi conquerendo orat Ecclesia. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me,respice & exaudi me, Dñe,Deus meus,nequando dicat inimicus meus,præualui aduersus eum. Maximè autem gloriatur Diabolus, quando decipit aliquem Prælatum,vel Clericum. Vnde *Isa.10.c.* dicit:Quomodo inuenit manus mea regna idoli; sic & simulacra eorum de Ierusalem,& de Samaria: Nunquid non sicut feci Samariæ,& idolis eius; sic faciam Ierusalem,& simulacris eius? *b* Qui potens,&c.] perpetranda, suggerenda,occultanda. *Iob.41.d.* Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Item de quolibet Tyranno.

De Tyranno. *a* Quid gloriaris,&c.exercita. *b* Qui potens es,&c.]id est, super iniquos tantùm. *Rom. 13.b.* Si malum facis,time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei,qui malum facit. *Isa.10.d.* Nunquid gloriabitur securis contra eum,qui secat in ea? De quolibet inuido.

De inuido. *a* Quid gloriaris,&c.] culpæ,& pœnæ alterius. *Prou.17.a.* Qui in ruina lætatur alterius,non erit impunitus. *b* Qui potens es, &c.] alterius enarranda, & propalanda cum augmento. *Psal.35.* Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit,&c. De vsurario.

De vsurario. *a* Quid gloriaris,&c.]id est,in pecunia malè acquisita? *Eccl.10.d.* Qui gloriatur in substantia,paupertatem veretur. *1.Mach.2.g.* Gloria eorum stercus est,& vermis. *b* Qui potens es, &c.] id est, in pecunia iniquè acquisita, & inæqualiter possessa. *Luc.16. c.* Facite vobis amicos,&c. Sed hæc potestas caduca est,& transitoria: Illa autem permanens, de qua *Luc.19.c.* Et tu esto super quinque ciuitates. *c* Tota die, &c.] id est, statim vt cogitauerit, loquitur. Potens enim esse probatur in iniquitate, qui non fatigatur, nec cessat cogitare, & loqui iniustitiam. *Eccl. 19. b.* A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis,sagitta infixa femori canis; sic verbum in corde stulti.

f Sicut nouacula,&c.] Hoc de Antichristo specialiter dici potest: Quia sicut nouacula acuta promittit innouationem faciei,quam radit: quam tamen non innouat,sed lædit: sic Antichristus faciet dolum promittendo beatitudinem terrenorum,quæ beatitudo non est. Vnde de ipso dicitur *Dan. 8.g.* Dolus in manu eius dirigetur. Vniuersaliter autem dicitur de omnibus malis, & diuitibus huius temporis: quia sicut nouacula acuta radens pilos, & superflua,alleuiat hominem: sic genus malorum aufert Sanctis inutilem sarcinam diuitiarum. Vnde *Isa.7.d.* Radet Dñs in nouacula conducta in his,qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum caput,& pilos,& pedes,& barbam vniuersam.

De Diabolo. De Diabolo. *c* Tota die,]id est,toto tempore,quia nihil aliud facit. *d* Cogitauit, &c.] id est, cogitare facit. *e* Lingua tua,]id est,suggestio tua. *Ier.9.c.* Sagitta vulnerans lingua eorum,id est,Dæmonum, vel detractorum. *f* Sicut nouacula, &c.] sub specie boni malum suggerendo. *Isa. 32. b.* Cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem. Nota proprietates nouaculæ his versibus.

Lenis, secans, venter, coit in se, vulnera, barba;
Lympha tepens, porci tergora, docta manus.

Hæc sunt notanda in tentatione Diaboli. Est enim lenis, secundum illud *Prou.23.d.* Ingreditur blandè. Item est secans. *Eccl.21.a.* Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas. Contra quod dicitur *Ezech. 5. a.* Sume tibi gladium acutum radentem pilos, &c. Item ventrem habet latum, & tentatio ventris maxima est. *1.Cor.6.c.* Esca ventri; & venter escis. Et ad literam hæc nouacula,scil. venter, benè radit pilos temporalium, quia abyssus abyssum inuocat. Item coit in se occultando aciem suam: & Diabolus occultè tentat. Vnde figuratur per Ioab. *2.Reg.20. c.* qui interpretatur inimicus, qui tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum; porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab,qui percussit eum in latere,& effudit intestina eius in terra, & mortuus est. Item vulnera facit, cùm tamen bonus chirurgius potiùs excidat putrida membra,vt vulnera consolidet. *Eccl.27.e.* Plaga dolosi diuidet vulnera. Item & nouacula tollit barbam: sic Diabolus vigorem fortitudinis. *2.Reg.10.a.* Tulit Anon seruos Dauid, rasitque dimidium partem barbæ eorum. Sed aqua tepens præcedit rasuram, id est,adulatio. *Prou.2.c.* Mollit sermones suos. Et in *Psal.54.* Molliti sunt sermones eius super oleum, ecce tepefactio: & ipsi sunt iacula, ecce rasura. Item habet philatorium de corio porci. *Iob 15. c.* Pingui ceruice armatus est. Item manus est docta ad decipiendum. *Dan. 8. g.* Dolus in manu eius dirigetur. Ideò prohibetur *Num.6.a.* Nouacula non transibit super caput eius. De eodem etiam habetur. *Iudic.13.a.* & *1.Reg.1.b.*

g Dilexisti, &c.] Hoc est contra naturam, quia naturale est diligere bonum,& malitiam odire. *Iob 20.b.* Cùm dulce fuerit in ore eius malum,abscondit illud sub lingua sua. *Ioan. 3. c.* Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.

h Super benignitatem.] Ecce peccatum in Spiritum sanctum. *Sap.1. b.* Benignus est Spiritus sapientiæ. *Gal. 5. b.* Fructus autem Spiritus benignitas.

i Iniquitatem magis, &c.] Ecce peccatum in filium, qui dicitur verbum, & æquitas. *Iob 23. b.* Æquitatem proponat contra me,Christum scilicet.

k Dilexisti, &c.] Hic notatur peccatum contra Patrem, qui genuit Verbum æternum stabile, in quo omnia creauit, & stabiliuit. Secundum illud *Psal.101.* Et tu in principio, Domine,terram fundasti. Verba autem præcipitationis dicuntur actiuè, & passiuè, sicut suprà dictum est, scilicet,præcipitata. Actiuè, videlicet, præcipitantia, quia præcipitant in malum ipsum loquentem, secundum quod dicitur *Prou.13.a.* Qui consideratus est ad loquendum,sentiet mala. *Eccl. 10. c.* Labia insipientis præcipitabunt ipsum. Dilexisti] inquam, hæc.

l O lingua dolosa] id est, ô linguose, & dolose. Sed expressiùs dicit vocans eum, non tantùm linguosum, sed ipsam linguam dolosam, sicut dicitur: Dauus est ipsum scelus. Et est emphatica locutio, quando denominantur homines à membris, in quibus maximè eminent, vt Patronus pauperum in causa, dicitur lingua pauperum, secundum quod de seipso dicit *Iob 29.c.* Oculus fui cæco, pes claudo. Alia litera hic habet. Dilexisti omnia verba ad deuorandum. Et hæc sunt verba detractoria. *Isaiæ 9. d.* Vnusquisque carnem brachij fratris sui vorabit, id est, bonum opus per detractionem absumet. Verba præcipitationis, etiam dicuntur verba adulationis. *Isa.9.c.* Erunt, qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. Item verba mali consiliarij, dicuntur verba præcipitationis. *Iob 18. b.* Præcipitabit eum, id est, impium, consilium suum.

m Propterea Deus.] Secunda pars, vbi agit de celeri fine iniqui. Suprà enim egit de culpis malorum; hic agit de pœnis eorundem. Et primò potest legi de Antichristo. Propterea, scilicet, suprà dicta. *De Antichristo.*

n Deus destruet in finem] licet te permittat ante finem regnare. De destructione eius. *Isa. 11. a.* Spiritu labiorum suorum interficiet impium. *2.Thess. 2. b.* Quem Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui,& destruet illustratione aduentus sui.

o Euellet te de tabernaculo tuo] id est, de gloria vana, in qua es ad tempus: sicut homo ad tempus est in tabernaculo. Euellet, dico, auferendo fœlicitatem:

A Et emigrabit

Moraliter. [Moraliter] *m* Propterea Deus, &c.] Hic incutit timorem Prælato malè plantato, dicens. [Propterea,] id est, propter mala tua.

n Deus destruet te in finem,] quasi malè instructum, seu statutum.

o Et euellet te] quasi malam plantam. *Matth. 15. b.* Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. *Iob 18. c.* Euellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi Rex interitus.

& *a* emigrabit te de tabernaculo tuo : & *b* radicem tuam *c* de terra viuentium. *d* Videbunt Iusti & *e* timebunt : & *f* super eum ridebunt, *g* & dicent : *h* ecce *i* homo, qui non *K* posuit Deum adiutorem suum. Sed *l* sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & *m* præualuit in vanitate sua. *n* Ego autem *o* sicut oliua fructifera in *p* domo Dei: *q* speraui in misericordia Dei in *r* æternum, & in sæculum sæculi. *ſ* Confitebor tibi † in sæculum, *t* quia fecisti: *u* & expectabo nomen tuum, *x* quoniam

al. † Domine.

A *a* Et emigrabit,&c.] inferendo pœnam,& miseriam.
b Et radicem tuam] id est, ministros tuos.
c De terra viuentium] in qua nihil habebunt possessionis. Vel de omnibus malis, qui Antichristiani sunt, dicitur. Propterea Deus destruet te in finem. Hic vt suprà dictum est, ponit pœnas malorum. Prima pœna, æterna est, scilicet, infernalis. De qua dicit [Deus destruet te in finem] id est, irrecuperabiliter. *Psal.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. *Isa.* 25. d. Triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleæ in plaustro. Secundò agit de pœna temporali. Quæ quadruplex est. Prima est amissio temporalium: de qua subdit [Euellet te] de temporalibus, in quibus radicatus eras, sicut dicit *Iob* 5.a. Vidi stultum firma radice: & maledixi pulchritudini eius statim. Et *Ier.* 12. a. Quare via impiorum prosperatur? Et pòst. Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum. De his euellitur, quia omnia oportet eum relinquere. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet,&c. Secunda pœna est amissio huius vitæ. Vnde dicit. Et emigrabit te, id est, emigrare faciet ab hac vita. *Iob* 18. c. Consumet brachia illius primogenita mors. Tertia est amissio societatis Sanctorum. Vnde adiungit De tabernaculo tuo, vel [suo] id est, de Ecclesia militante. *Prou.* 27. a. Sicut auis transmigrans de nido suo: sic vir, qui relinquit domum suam. Auis relinquens nidum suum perdit totam pennam, quam posuerat in compositione nidi sui; sic homo moriens. *Iob* 18. c. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius: Quarta est amissio vitæ æternæ. De qua addit [Et radicem tuam] euellet [de terra viuentium] id est, faciet, quòd ibi non mittes radicem. *Iob* 15. d. Non ditabitur, neć perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam, nec recedet à tenebris. Hic ponuntur quatuor, quæ possunt adaptari illis quatuor, quæ in hoc versu dicuntur. Vel [Radicem tuam] id est, cupiditatem. 1. *Tim* 6. b. Radix omnium malorum est cupiditas. Vel radix est mala voluntas, vel suggestio Diaboli. *Isa.* 14. g. De radice colubri egredietur regulus.

Moral.

* *a* Et emigrabit te de tabernaculo tuo,] id est, de prælatione tua. *Isa.* 22. f. Expellam te de statione tua.
b Et radicem tuam] id est, nepotulos tuos.
c De terra viuentium] id est, de Ecclesia, in qua sola viuentes debent institui. *Psalm.* 79. Plantasti radices eius, & impleuit terram. *Iob* 18. d. Deorsum siccentur radices eius. *Ierem.* 1. b. Posui te, vt euellas, quod malè plantatum est: & destruas, quod malè ædificatum est: & disperdas, quod malè congregatum est: & dissipes, quod malè inceptū est.

Tertia pars.

d Videbunt Iusti.] Tertia pars, vbi ostenditur irrisio reproborum, quæ fiet à Sanctis. Vnde dicit. Videbunt Iusti, & timebunt,&c. quasi dicat, mala impiorum erunt ad vtilitatem Iustorum multiplicem. Primò, quia inde fiunt prudentiores. Quod notatur, cùm dicit, Videbunt. *Prou.* 21. b. Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. Videbunt, dico, damnationem Antichristi, vel cuiuslibet impij. Secunda vtilitas est, quia inde fiunt cautiores: Vnde addit.
e Et timebunt.] *Iob* 41. c. Cùm sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. Poëta.

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Tertia est, quia inde iudicant malos irrisione dignos. Vnde subiungit.
f Et super eum ridebunt.] *Psalm.* 2. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. *Eccl.* 27. d. Illusio & improperatio superborum: & vindicta, sicut leo insidiabitur illi. Quomodo autem ridebunt, subiungit.
g Et dicent, ecce homo] scilicet, Antichristus, qui non Deus, sed homo est, licet Deum se mentitus fuerit. 2. *Thess.* 2. b. Extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus. *k* Qui non posuit Deum, &c.] sed posuit eum aduersarium suum, ei scilicet, aduersando: Vnde Antichristus vocatur, id est, contrarius Christo. 2. *Thess.* 2. a. Homo peccati filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur,&c. Dico quod [non posuit,&c.
l Sed sperauit in multitudine,&c.] quas habebat, & per quas multos ad se trahebat. *m* Et præualuit,&c.] id est, licet vanus esset, & vana prædicaret; tamen præualuit, multos ad se trahendo, Sanctos persequendo, & etiam Eliam, & Enoch occidendo, sicut habetur *Apoc.* 11. a. Vel [præualuit in vanitate sua] id est, plus inuenit vanitatis fideles decipiendo. Vel de quolibet impio dicitur. *h* Ecce] quasi omnibus apparens ad confusionis exaggerationem.

Aliter.

i Homo] ab humo, i. terrenus, & carnalis.
k Qui non posuit,&c.] sperando in eo, qui sicut suprà in *Psal.* 17. dicitur, est protector omnium sperantium in se.
l Sed sperauit, &c. ecce Deus auarorum. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis, corruet. *Ezech.* 7. e. Et *Soph.* 1. d. Argentū, & aurum eorum non poterunt eos liberare in die furoris Domini. *m* Et præualuit,&c.] id est, in acquirendo diuitias, & transitoria amplectendo, quod vanum, & ipsa vanitas est. Vnde *Eccl.* 2. d. Peccatori autem dedit [Deus] afflictionem, & curam superfluam, vt addat, & congreget, & tradat ei, qui Deo placuerit: sed & hoc vanitas est, & cassa sollicitudo mentis.

Quarta pars.

n Ego autem.] Quarta pars, vbi dicit, quomodo boni se habeant, quasi dicat, dico, quòd malus sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ego autem, dicit Propheta in persona Iustorum. *q* Speraui in misericordia Dei] non in diuitiis, vt Doech. [Misericordia] dico, duratura. *r* In æternum, & in sæculum] consecuturum, sæculi. Vel [Speraui] non temporaliter tantùm, sed [in æternum.] 1. *Cor.* 15. c. Si in hac vita tantùm sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Vel [Speraui in misericordia Dei] non pro terrenis quærendis, sed pro illis, quæ sunt in æternum. Et in sæculum sæculi, i. e. pro æternis.
n Ego autem] dico, existens.
p In domo Dei] id est, in Ecclesia.
o Sicut oliua fructifera] quasi dicat, spero ex meritis præcedentibus, videlicet, ex meritis fidei, quæ per oliuam semper virentem intelligitur: & ex meritis boni operis, quod per fructiferam notatur. Benè etiam comparatur Iustus oliuæ: quia oliua radicem habet amaram, & fructum dulcem: sic vir iustus, quidquid de terra est, ei sapit amarum: quod autem de cœlo est, dulce. Vndè de *B. Aug.* cantatur. Displicebat ei, quidquid agebat in sæculo præ dulcedine Dei, & decore domus eius, quam dilexit. Similiter pœnitentia habet radicem amaram, id est, principium, & fructum dulcem, sicut dicit Apostolus *Hebr.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, ecce radix: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ, ecce fructum oliuæ. *Matth.* 3. a. Pœnitentiam agite, ecce radix: appropinquabit enim regnum cœlorum, ecce fructus. *Ierem.* 11. c. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. Hic tangit duplicem pulchritudinem, & duplicem vbertatem propter duplicem stolam. Hypocritæ autem licet videantur oliuæ; non tamen sunt oliuæ, sed oleastri, habentes baccas amaras, quia non consequentur dulcedinem vitæ æternæ, sed amaritudinem gehennalis pœnæ. Vnde dicitur *Matth.* 23. c. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa; intùs autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, &c. In fine ad remouendam arrogantiam omnia Deo attribuit, dicens.

Iustus comparatur oliuæ.

Hypocrita autem comparatur oleastro.

ſ Confitebor tibi in sæculum] id est, laudabo te semper.
t Quia fecisti] hæc omnia. Vel sic [Fecisti] non dicit quid, quasi dicat, bona innumerabilia. *Luc.* 1. e. Fecit mihi magna, qui potens est. 1. *Cor.* 2. c. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. Et quomodo posset numerari etiam bonum temporale, quod Dominus facit nobis? Quia vt habetur *Isa.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Et *Phil.* 2. b. Ipse operatur in nobis, & velle, & perficere. Postea promittit se perseuraturum in bono: Vnde addit. *u* Et expectabo nomen tuum] id est, rem nominis tui, quod est Iesus, qui interpretatur Saluator, quasi dicat, expectabo salutem, & saluationem tuam, quam facies in iudicio. *Isa.* 30. d. Deus iudicij Dominus: beati omnes, qui expectant eum. Vel sic: Expectabo,&c. O Deus Pater, id est, filium: quia sicut per nomen cognoscitur quis; sic per filium Pater. Hunc expectant Iusti quasi mercedem suam: Vnde in *Psal.* 38. Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne Dominus? *Gen.* 49. Salutare tuum expectabo, Domine. Et quare expectabo?
x Quoniam bonum est] hoc nomen, id est, dulce, & suaue.

In

a In conspectu,] id est, in iudicio, & æstimatione. *b* Sanctorum tuorum,] qui, scilicet, gustant suauitatem bonitatis eius: sicut gustauerat *B. Bernard.* qui dicebat quoniam Christus erat ei melos in aure, mel in ore, iubilus in corde. *Psal.* 33. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo. Quid autem est sperare in eum, nisi expectare eum.

al. † iucundum.

† bonum est in *a* conspectu *b* Sanctorum tuorum.

In finem intellectus Dauid pro Amalech.

PSAL. LII.

EXPOSITIO PSAL. LII.

al. † imprudens.

Dixit insipiens] Titulus [*in finem intellectus Dauid pro Amalech.*] Hic tangit historiam, quæ habetur 1. *Reg.* 30. a. vbi dicitur, quod absente Dauid, Amalechitæ irruentes in Sicelech paruam ciuitatem, quam dederat ei Achis Rex Geth, expugnauerunt eam, & vxores, & filios, & animaba Dauid captiuantes, succenderunt ciuitatem. Quod cùm Dauid reuersus de exercitu Achis cognouisset, persecutus est Amalechitas, quos percussit, & omnia sua liberauit, & reduxit. Hic autem psalmus agit, non de historia ista, sed de significatione eius. Amalech enim interpretatur lingens terram, per quod significantur amantes terrena, & maximè Antichristus, & complices eius, qui putantes Deum absentem, dicentes Deum non esse malorum punitorem, vel bonorum remuneratorem, captiuabunt homines Sicelech ciuitatis Dauid, id est, Ecclesiæ, quam persequentur tribus persecutionibus in vnam conflatis. Tunc enim hæretica pestis erit, & Tyrannus trucidans Martyres, & falsorum fratrum simulatio. Sed Dauid eam liberabit percussis Amalechitis. Hanc percussionem & liberationem præuidens Propheta in spiritu, hunc psalmum composuit: qui ferè idem est verbis cum quodam præcedente; sed differt titulo, & materia: quia ibi agitur de primo aduentu; hic autem de secundo: Ibi de Iudæis, hic autem de Antichristo. Et est sensus tituli talis. [Intellectus Dauid] mittens nos [in finem] Christum liberatorem Ecclesiæ, exprimitur in hoc Psalmo. [Intellectus] dico, quem habuit [pro Amalech.] id est, de persecutione Ecclesiæ, quam faciet Antichristus, & complices eius, sicut Amalech fecit Siceleeh: & de liberatione, quã faciet Christus, sicut fecit Dauid. *Aug.* ponit pro Amalech, cæteris manẽtibus † Melech, quod interpretatur parturiens. Parturire autem frequenter sumitur pro parturi laborare, & non posse partum emittere. † Melech ergo intelligitur Ecclesia, quæ semper in præsenti laborat, nec partus fructum emittere potest. Vnde Apostolus *Gal.* 4. c. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Et est sensus. Intellectus Dauid, quem habuit, pro † Melech, id est, de Ecclesia parturiente, vel dolente, mittens nos [in Christum finem.] hic exprimitur. Qui ergo loquitur, Dauid est Propheta. Materia, de qua loquitur, est de secundo aduentu, intentio est roborare fideles, scilicet, Ecclesiam. Modus. Tripartitus est Psalmus. In prima parte increpat malos. In secunda commmatur per finem, *ibi.* Nonne scient. In tertia ostendit, quod salus fit parturienti Ecclesiæ, *ibi.* Quis dabit. Primò ergo malos increpans, dicit.

al. † Amalech.

al. † Amalech.

Partitio Psalmi.

De Antichristo.

c Dixit insipiens] Antichristus, vel collectiuè ponitur pro omnibus Antichristianis.

d In corde suo] studio deliberatæ malitiæ. *Rom.* 1. c. Obscuratum est insipiens cor eorum. Quid dixit?

Ecc Iesu. 3. b.

e Non est Deus,] qui, scilicet, mala puniat: Ecce magna insipientia, quia initium sapientiæ timor Domini: Qui autem in corde suo dicit ipsum non esse, non timet eum: & ita non habet principium sapientiæ; & ideò omnino insipiens. Item principium in fide, est credere, quia Deus est: Iuxta illud *Hebr.* 11. b. Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Ipsi verò dicunt contrarium: Et qui errat in principiis, de necessitate errabit in principiatis. Et ideò verè insipiens est, qui dicit, quòd non est Deus. Et quia Antichristus, & sui dicunt non esse Deum, nec timorem eius habent: ideò necesse est, vt in peccatis corruant: quia deficiente timore Domini, qui expellit peccatum, sicut dicitur *Eccl.* 1. c. peccatum se ingerit. Vnde addit. *f* Corrupti sunt, &c.]. In secundo enim aduentu erit maxima corruptio: quia vt habetur *Matth.* 24. b. Quoniam superabundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sicut & in primo aduentu magna fuit corruptio, secundum illud *Gen.* 6. b. Omnis caro corruperat viam suam. Nota, quòd commutat numerum dicendo priùs: Insipiens, & postea [Corrupti sunt] per quod notat, quòd vnum tunc erit caput totius mali, scilicet, Antichristus, & multa membra eius. Corrupti sunt ergo per peccatum carnis.

Dixit † *c* insipiens in *d* corde suo, *e* nõ est Deus. *f* Corrupti sunt, & *g* abominabiles facti sunt in *h* iniquitatibus, *i* nõ est, *k* qui faciat bonũ *e* est] id est, rarus est, *A* Deus de cœlo

g Et abominabiles facti sunt,] per peccatum spiritus, maximè per superbiam, secundum illud *Prou.* 16. a. Abominatio Domini est omnis arrogans. Hæc ambo.

h In iniquitatibus suis,] id est in peccatis tam carnis, quàm spiritus: Et ita intensa, & extensa est corruptela.

i Quòd non est] id est, nullus est in eis.

k Qui faciat, &c.] Vel sic [non

Alleg.

c Dixit insipiens, &c.] De primo aduentu potest legi secundum *glossas*. Dixit insipiens, Iudæus [in corde suo,] vt supra [non est Deus] hic homo; sed est purus homo. *Isa.* 32. b. Fatuus fatua loquetur: & cor eius faciet iniquitatem. *Ierem.* 5. c. Negauerunt Dominum, & dixerunt: non est ipse. *Isa.* 1. a. Cognouit bos possessorem suum, &c.

f Corrupti sunt.] Eodem modo exponitur versus iste de Iudæis, sicut suprà de Antichristianis.

Moral.

c Dixit insipiens.] Moraliter: insipiens propriè dicitur Diabolus. De quo *Ierem.* 17. b. In nouissimo suo inuenietur insipiens. Hic dixit.

d In corde suo,] id est, in corde hominis sibi subiecto per peccatum.

e Non est Deus.] Hoc enim facit homines opinari, quòd articuli fidei non sunt, sicut de Eucharistia, & de iudicio, & de aliis. Vel facit dicere: Non est Deus, id est, videns. *Ecc.* 23. c. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens, quis me videt? &c. *Iob* 24. c. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me videbit oculus. Vel [Non est Deus,] id est, currens, id est, festinans ad iudicium. *Ierem.* 4. c. Audiam vocem buccinæ, quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & vecordes. [Suo] dicit, quia priùs aufert mores, quàm fidem extinguat. *Ierem.* 2. d. Filij Mempheos, & Thaneos constuprauerunt te vsque ad verticem, quasi dicat, etsi corrupta sis per peccatum; tamen adhuc viget fides informis in ratione. Et quia ita suggerit Diabolus, quòd Deus non est, qui iudicet, & puniat, & bonos remuneret: ideò iacent homines diu in peccatis. Vnde sequitur.

f Corrupti sunt] quasi dicat illud *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo *Mich.* 2. c. Propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Et per hoc.

g Abominabiles facti sunt, &c.] vt Deus eos euomat, nec vltra retineat eos in ventre suo. Quod enim abominabile est, nauseam prouocat, & de ventre eiicitur. Patientia autem dicitur venter Dei, in quo diu gerit peccatores. Vnde *Isa.* 46. a. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à mea vulua: vsque ad canos ego portabo. Et nota, quòd ea, quæ corporaliter prouocant nauseam homini, prouocant & spiritualiter Deo. Vnde versus.

Patientia dicitur venter Dei.

Ebrietas, vertigo, mare, corruptio, ventus;
Nauseat, & quinque sensibus id quod obest.

De ebrietate *Iob* 15. b. Abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam, iniquitatem. De vertigine *Prou.* 20. b. Abominatio est apud Deum pondus, & pondus. De mari *Prou.* 16. a. Abominatio Domini omnis arrogans. De corruptione dicitur hic: Corrupti, &c. Et *Isa.* 41. g. Abominatio est, qui elegit vos. De vento *Ierem.* 14. d. Sion, abominata est anima tua De quinque sensibus. De visu *Prou.* 15. c. Abominatio Domini cogitationes malæ. De auditu *Prou.* 3. d. Abominatio Domini, omnis illusor. De odoratu *Isa.* 1. d. Incensum abominatio est mihi. De tactu *Psal.* 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. De gustu *Apoc.* 3. c. Vtinam frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Corrupti sunt, hæretici, & corruptores animarum, & Scripturarum, & Antichristiani corrumpentur ab Antichristo, etiam corrupti sunt multi muneribus, adulationibus, praui doctrinis. Vnde supra *Psal.* 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Item corrupti sunt, id est, corde rupti. *Eccl.* 21. c. Cor fatui, quasi vas confractum, &c. Tales sunt omnes schismatici, & discordes. *Ierem.* 5. b. Et ecce hi magis fregerunt vincula charitatis, & obedientiæ, & fœdera pacis. *i* Non est, &c.] id est, rarus est.

Nota: quæ corporaliter homini prouocant nauseam, spiritualiter prouocant nauseam Deo.

 * Vel [Non est

o eſt,] id eſt, rarus eſt, qui faciat bonum, etiam inter omnes homines de mundo, quia ſicut dicitur *Matth.* 24. b. Tanta erit tribulatio, & malorum deceptio, vt in errorem inducantur, etiam, ſi fieri poteſt, Electi. *Ibidem.* Niſi breuiati fuiſſent dies illi; non fieret ſalua omnis caro; ſed propter Electos breuiabuntur dies illi. Hoc eſt quod ſequitur.

al. † Dominus. *al. † videret.*

† a Deus de cœlo b proſpexit c ſuper filios hominum : vt † d videat ſi e eſt intelligens, f aut requirens Deum g Omnes declinauerunt h ſimul inutiles i facti ſunt : k non eſt qui faciat bonum, l non eſt vſque ad vnum. m Nonne † ſcient omnes, qui operantur iniquitatem : qui n deuorant † plebem meam, vt o cibum panis. p Deum non inuocauerunt † : illic q trepidauerunt

al. † cognoſcent. *al. † populum meum in cibo.* *al. † ibi timuerunt.*

a Deus de cœlo proſpexit] oculo miſericordiæ.

c Super filios hominum] breuiando dies illos propter electos. *Sapient.* 4. c. Gratia Dei, & miſericordia eſt in Sanctos, & reſpectus in Electos illius.

d Vt videat] id eſt, videri faciat.

e Si eſt intelligens] Deum per fidem.

f Aut requirens Deum] per orationem. Non dicit quærens, quaſi ad tempus; ſed [requirens] quaſi perſeueranter. Sunt enim multi, qui modò credunt ad tempus; ſed tunc tempore tentationis recedunt, ſicut dicitur *Luc.* 8. b. Et neceſſe erat, quod reſpiceret: Quia iam.

g Omnes declinauerunt] a fide, quantum ad Deum.

h Simul inutiles] id eſt, nociui.

i Facti ſunt] quantum ad proximum.

k Non eſt, qui faciat bonum] quantum ad ſeipſum.

l Non eſt] dico [vſque ad vnum] id eſt, non eſt etiam vnus. Et eſt hyperbole. Vel Non eſt vſque ad vnum,] id eſt, præter vnum, Chriſtum ſcilicet, & membra eius, qui ſunt vnum corpus in ipſo.

Alleg. A a Deus de cœlo] id eſt, de ſecreto ſuo ante Incarnationem.

b Proſpexit] per incarnationem.

c Super filios hominum] Iudæos.

d Vt videat] id eſt, videri faciat.

e Si eſt intelligens, aut requirens Deum, vt ſuprà. Dico, quòd [proſpexit] & proſpiciens inuenit, quòd.

g Omnes declinauerunt,] per præuaricationem legis. Vel [Omnes declinauerunt] ab eo, maximè in Paſſione, quando nec ipſi Diſcipuli remanſerunt cum eo.

Ioan. 19. a. h Simul inutiles facti ſunt,] id eſt nociui, clamantes vna voce: Crucifige, crucifige, &c. Vnde *Matth.* 27. c. dicit Pilatus: Quid faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt ei omnes: Crucifigatur. Hæ ſunt labruſcæ vineæ Domini. *Iſa.* 5. a. Expectaui, vt faceret vuas; & fecit labruſcas. Hoc eſt, quod ſequitur.

k Non eſt qui faciat bonum,] ſed eſt, qui faciat malum.

l Non eſt vſque ad vnum.] Hoc vt ſuprà poteſt exponi.

De B. Virg. Vel poteſt exponi de Beata Virgine. [Non eſt vſque ad vnum,] id eſt, vſque ad vnam ſolam, Beatam Virginem, quia excepta ea, omnes receſſerunt a fide. Dicitur autem in maſculino genere [vnum] in quo notatur virginis fortitudo, & virilitas.

Moral. * Vel [Non eſt, qui faciat bonum,] ſupple, purum abſque macula, quia vt habetur *Iſa.* 64. c. Omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt quaſi pannus menſtruatæ, & quaſi quis quæreret: Vnde ſcis, quod corrupti ſunt, & cæter. ſubiungit.

a Deus de cœlo proſpexit,] id eſt, procul aſpexit. Procul enim aſpicit peccatores, quia remoti ſunt ab eo. *Iſa.* 46. d. Audite me duro corde, qui longè eſtis.

c Super filios hominum :] In malo ſumitur, ſicut ibi: Filij hominum vſquequò graui corde

d Vt videat ſi eſt intelligens:] id eſt, intra ſe legens Domini veritatem. *Iſa.* 44. c. Obliti ſunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant in corde ſuo. Qui autem non intelligit, non requirit Deum Vnde addit.

f Aut requirens Deum. Iſta duo libenter aſpicit in nobis Dominus, intellectum intelligentem ipſum, & affectum requirentem. *Ierem.* 5. a. Oculi tui Domine, proſpiciunt fidem. Et benè coniungit hæc duo, quia vnum ſine altero parum valet. Clerici videntur intelligere; ſed pauci requirunt: Hæretici econtrario videntur requirere; ſed pauci intelligunt.

g Omnes declinauerunt.] Alia litera: Omnes auerſi ſunt, pariter adhæſerunt. In quibus verbis comprehenditur tota ratio peccati, ſcilicet, auerſio à bono incommutabili, & conuerſio ad bonum commutabile. Quid autem declinant, dicit *Amos* 2. b. Viam humilium declinauerunt. Via humilium eſt pœnitentia, & humilitas, quàm multi declinant, præcipuè Prælati. *Ierem.* capitulo ſexto, g. Omnes iſti Principes declinantes, id eſt, ſunt de numero declinantium ambulantes fraudulenter. *Pſalm.* 124. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Hoc libenter faciunt Clerici, qui ſe obligant ad curas animarum; & tamen ferè omnes declinant à curatione earum, ad ipſam pecuniam. *Prouerbiorum* 6. a. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. Et nota, quòd cùm columnæ declinant, domus eſt proxima ruinæ. *Galat.* 2. b. Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe Eccleſiæ, &c.

h Simul inutiles facti ſunt,] aut per nimiam remiſſionem, aut per nimiam auſteritatem. *Prouerb.* 18. b. Homo remiſſus in operibus ſuis, frater eſt ſua opera diſſipantis. *Eccl.* 4. d. Noli eſſe inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Hoc etiam frequenter accidit de Clericis, & Prælatis. *Amos* cap. 5. b. Galgal captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Si autem inutilis damnatur, quid erit de malitioſo? *Matth.* capitulo vigeſimoquinto, c. Seruum inutilem eiicite in tenebras exteriores. Eis etiam ſatis competit, quod ſequitur, ſcilicet, Clericis & Prælatis.

k Non eſt, qui faciat bonum :] Non dicit, qui dicat, vel audiat. *Roman.* 2. b. Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum; ſed factores.

l Non eſt vſque ad vnum,] id eſt, non eſt, niſi Chriſtus, qui dicit *Iſa.* 63. a. Torcular calcaui ſolus. Quidquid etiam boni facimus, ipſe facit. 1. *Corinth.* 4. b. Quid habes, quod non accepiſti? Vel ſic: Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, neutraliter ſumptum, id eſt, quamuis ſint aliqui, qui interdum aliqua bona faciant; non eſt tamen, qui faciat vſque ad illud vnum, de quo dicit Dominus ei, qui omnia præcepta dicebat ſe cuſtodiuiſſe à iuuentute ſua. *Luc.* 18. d. Adhuc vnum tibi deeſt: Omnia quæcunque habes, vende, & da pauperibus, & veni: ſequere me.

m Nonne ſcient, &c.] Secunda pars, vbi comminatur *Secunda pars.* eis per finem, quaſi dicat, ita dicunt, & faciunt mali; ſed non erit impunitum: quia ſcient in pœna, quod ignorant in culpa, ſcilicet, Deum eſſe punitorem malorum. Hoc eſt, quod dicit: Nonne ſcient omnes, qui operantur iniquitatem, ſcilicet, tam Antichriſtus, & ſui complices, quàm Iudæi crucifixores, & Chriſtiani malè viuentes, quaſi dicat, ſcient vtique. *Pſalm.* 9. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: Qui modò non cognoſcitur iniuriam patiens, vt dicit *Bernard. Apoc.* 1. b. Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent ſe ſuper eum omnes Tribus terræ.

n Qui deuorant plebem meam,] occidendo, perſequendo & bonis temporalibus ſpoliando. *Mich.* 3. a. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt. *Ezech.* 34. a. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis. Deuorare etiam dicit auiditatem, in quo notatur malum deſiderium. *Prouerbiorum* 19. d. Os impiorum deuorat iniquitatem. *Oſea* 4. b. Sacerdotes peccata populi comedent, & animas eorum ſubleuabunt ad iniquitatem.

o Vt cibum panis,] ſcilicet, cum delectatione, & aſſiduè. Panis enim eſt cibus communis, & aſſiduus. *Luc.* 11. a. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

p Deum non inuocauerunt,] quaſi dicat; ſi Deum timerent, prædicta non facerent. Et ponitur conſequens pro antecedente: Qui enim Deum timet, inuocat eum, & ideò cùm deberet dicere: Non timuerunt; dicit [non inuocauerunt.] *Iſaia* 31. a. Non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſraël, & Dominum non exquiſierunt. *Iſaia* 57. b. Viam manus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti. *Greger.* Qui fœlicitatem quæſitam in terris inuenit: auctorem, qui eam tribuit, non requirit. *Auguſtin.* Ea, quæ non poteram tenere ſine te, longè tenebant me à te. Et licet defuerit eis timor Dei; non tamen defuit eis timor mundi. Vnde addit.

q Illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor,] i. e. vbi non fuit timendum, ſcilic. in temporalibus. Spreto enim & eiecto bono timore, intrat malus timor, & econuerſo

timore, vbi non fuit timor. *a* Quoniam Deus † dissipauit *b* ossa *c* eorum, qui *d* hominibus placent: *e* confusi sunt, *f* quoniam Deus spreuit eos. *g* Quis *h* dabit ex Sion *i* Salutare Israël? † cùm † *k* auerterit Dominus captiuitatem † plebis suæ, *l* exultabit Iacob, *m* & lætabitur Israël.

al. † dissipat ossa hominibus placentium.

al. † in auertendo.

al. † conuerterit.

al. † populi sui.

al. † libera.

In finem in carminibus: vel hymnis intellectus Dauid cùm venissent Ziphei ad Saül, & nunciassent, nonne Dauid absconditus est apud nos?

PSALM. LIII.

n DEus in *o* nomine tuo saluum me fac: *p* & in virtute tua † *q* iudica me.

Vnde de non timentibus Deum dicitur *Leuit.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis: & ita fugient quasi gladium. *Iob* 15. c. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur. Hoc præcipuè verum est de auaris. Vnde *Seneca*. Videt pauperem, & suspicatur furem: videt diuitē & æstimat prædonem. De timente autē Deum, dicitur *Ecclesiast.* 34. c. Qui timet Deum nihil trepidabit. *Prouerbior.* 28. a. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit: impius autem fugit nemine persequente. *Prouerbior.* 14. c. In timore Domini fiducia fortitudinis. Vnde benè subiungit causam, quare mali trepidauerunt.

a Quoniam Deus dissipauit] id est, destruxit permissiuè.

b Ossa] id est, virtutes.

c Eorum qui] id est, quia illi.

d Hominibus placent:] Si enim ossa, id est, fortitudinem virtutum haberent in talibus, non timerent. Sed quare dicit: Dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent? Nonne bonum est hominibus placere, secundum illud *Ecclesi.* 8. b. Fuere Magnates sine querela. Et *Exod.* 2. b. *Dan.* 2. g. legitur, quòd Moyses & Daniel fuerunt amici Regum. Et de Neemia, *Neemia* 2. a. Item dicit Apostolus 1. *Cor.* 10. g. Ego per omnia omnibus placeo. 2. *Cor.* 8. d. Prouidentes bona, non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Sol. Bonum est placere hominibus ad alliciendum eos ad bonum: & secundum hoc intelliguntur prædictæ auctoritates & exempla. Malum autem est placere eis pro inani gloria, & sic intelligitur quod hic dicitur: Qui hominibus placent, id est, placere appetunt propter gloriam vanam. Notandum autem, quòd in prædictis duobus versibus posuit Propheta, & exposuit culpam malorum: In isto autem exponit pœnam eorum: Quæ duplex est, scilicet, in amissione boni præsentis; & in confusione æterna. De prima dicit: Quoniam Deus dissipauit, &c. De secunda, sequitur.

e Confusi sunt] id est, confundentur æternaliter.

f Quoniam Deus spreuit eos.] Et hoc quia spreuerunt Deum, *Isa.* 33. a. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? 1. *Reg.* 2. f. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Spernit autem Deus eos, quando non corrigit; sed sinit eos currere per campos licentiæ. Vnde supra *Psal.* 6. Auferuntur iudicia tua à facie eius.

Tertia pars. *g* Quis dabit.] Tertia pars, vbi dicit, quòd erit salus parturienti Ecclesiæ, non ab alio, quàm ab illo, quem stulti negant esse Deum. Hoc est, quod dicit: [Quis] alius veniens [ex Sion] scilicet, de Iudæis.

h Dabit Salutare] id est salutem, Israël populo videnti Deum? quasi dicat, hic solus dabit.

k Cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ.] Alia litera. Cùm reduxerit. Et hoc fuit in Ascensione, secundum illud *Ephes.* 4. b. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. *Ierem.* 29. c. Reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos. *Rom.* 11. d. Veniet ex Sion, qui eripiat, vt auertat impietatem ex Iacob. *Isa.* 59. d. Timebunt, qui ab occidente sunt Dominum; cùm venerit ex Sion Redemptor.

l Exultabit Iacob] scilicet, verus Christianus, qui modò luctatur.

m Et lætabitur Israël] id est, ipse idem factus de Iacob Israel, id est, de viatore comprehensor. Vel per Iacob intelliguntur actiui, qui sunt in lucta: per Israel, contemplatiui, qui Deum vident in contemplatione. *Eccles.* 24. b. In Iacob inhabita, & in Israël hæreditare, quasi dicat, in vita actiua, est breuis habitatio; sed in contemplatiua est hæreditas æterna. *Luc.* 10. g. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, quasi dicat, immò actiua auferetur.

Moraliter. *g* Quis ex Sion] id est, ex numero Prælatorum Ecclesiæ.

h Dabit] gratis. *i* Salutare] id est, Sacramentum, vel beneficium Ecclesiasticum? *Malach.* 1. c. Quis est in vobis, qui incendat altare meum, & claudat ostia mea gratuitò? Quis, raritatem notat vtrobique. *Luc.* 12. e. Quis putas est fidelis, &c. *Matth.* 10. a. Gratis accepistis, gratis date.

k Dum auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ] quæ peruertitur per Prælatos.

l Tunc exultabit Iacob] id est, laïcus.

m Et lætabitur Israel] id est Clericus; *Ezech.* 34. c. Non pascent amplius Pastores seipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum: & non erit eis vltra in escam.

EXPOSITIO PSALM. LIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac, &c.] Titulus: *In finem in carminibus, vel hymnis intellectus Dauid, cùm venissent Ziphei ad Saul, & nunciassent: nonne Dauid est absconditus apud nos?*

Iste titulus sumitur de historia, quæ est 1. *Reg.* 23. c. Non quia Psalmus iste agat de illa historia, sed quia agit de mysterio illius historiæ: Sicut enim Dauid inter Ziphcos latuit: & illi voluerunt eum morti prodere, vel tradere: sic boni in hoc mundo inter malos, qui florent in hoc mundo, latitant, & ab eis impetuntur: & Saül, id est, morti & tribulationibus exponuntur. Ziphei interpretantur florentes, quod huic mysterio competit, à quibus petit hic Propheta, & quilibet vir spiritualis liberari. Est ergo sensus tituli: In hoc Psalmo ostenditur [intellectus Dauid] Prophetæ, vel cuiuslibet fidelis. [Intellectus] dico, habitus pro eo, quòd factum est [cùm venissent Ziphei ad Saül & nunciassent, nonne Dauid absconditus est apud nos?] Per hoc enim intelligitur, quòd florentes in hoc mundo nunciant Saül, id est, morti, vel Diabolo bonos latere inter malos: Quem intellectum habent, qui mentis aciem intendunt in finem, id est, in eorum nouissima, non in præsentia: Et ideo intelligentes eorum falsam fælicitatem terminandam citò in hac aduersitate, quam tunc patiuntur inter incudem & malleum existentes, semper sunt in carminibus, vel hymnis, in omnibus gratias agentes Deo. In hoc ergo psalmo loquitur Propheta, vel Iustus quilibet, vel Ecclesia. Materia est de flore malorum transeuntium, à quibus petit liberari. Intentio est instruere bonos, vt tolerent malos. Qui enim malis commiscentur, necesse est tolerantiam habere. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò orat latens inter Zipheos. Secundò dicit, quid sibi & Zipheis faciat Deus, vnde laudes soluit, *ibi*: [Ecce enim Deus. Dicit ergo Propheta, vel Ecclesia, vel vir sanctus. — *Partitio Psalmi.*

n O Deus] qui vides omnia, & qui curris ad iudicium.

o In nomine tuo saluum me fac.] Nomen Domini, est misericordia. *Ezech.* 20. b. Faciam propter nomen meum. Vel nomen hoc est Christus. *Isa.* 30 f. Ecce nomen Domini venit de longinquo. *Prou.* 18. b. Turris fortissima nomen Domini, &c. Item bene dicitur, nomen: quia datum est ei nomen, quod est super omne nomen: *Philipp.* 2. b. Vel hoc nomen est Tetragrammaton, scilicet, principium vitæ Passionis iste, quod ferebat summus Sacerdos in fronte sua sculptum in lamina aurea & non in ore, vt significetur, quòd Christi memoria, seu Passio portanda est non tantùm in ore, sed in opere & exemplo. Hoc ergo dictum: [Deus, in nomine tuo saluum me fac] id est, salua me in tua Passione. Non dicit, in nominibus. *Matth. vlt.* d. Ite baptizantes eos in nomine Patris, &c. Ideò cuidam interroganti, quod est nomen Dei: respondit Attalus inter tormenta positus: Qui plures sunt, nominibus discernuntur; Qui autem vnus est, non indiget nomine. Vel [In nomine tuo] Christiano. *Isa.* 65. c. Vocauit seruos tuos nomine alio. *Matth.* 6. e. Sanctificetur nomen tuum.

p Et in virtute tua, id est, in iudicio vbi apparebit virtus tua, sicut dicitur *Matth.* 24. c. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna.

q Iudica me] iudicio discretionis, id est, separa me à malis. Vel sic.

q In virtute tua] id est, in misericordia, non in iustitia iudica me: quia proprium est Dei misereri & parcere. Et cùm virtus per se ponitur, intelligitur misericordia. *Sap.* 12. c. Ob hoc, quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis: virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus. Iudica me. Alia littera habet [vlciscere] vel [libera me.]

Deus habet nomen à diuersis, videlicet.

- Ab vnitate. *Malach.* 2. d. Quid vnus quærit nisi semen Dei?
- Ab essentia. *Exod.* 3. d. Qui est, misit me ad vos: hoc mihi nomen est.
- A personis. *Matt.* 28. d. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Apoc.* 19. c. Vocabatur nomen eius verbum Dei.
- A potentia. *Exod.* 6. a. Nomen meum Adonai non indicaui eis.
- Ab immensitate, *Isa.* 9. b. Vocabitur nomen eius admirabilis.
- Ab æternitate. *Apocal.* 3. c. Hoc dicit amen testis fidelis, &c.
- A sapientia, quia Deus interpretatur videns.
- A bonitate, *Luc.* 18. d. Nemo bonus, nisi solus Deus.
- A comparatione ad nos; secundum quod vocatur Dominus. *Ierem.* 16. d. Scient, quia nomen mihi Dominus.
- A cultu speciali. *Exod.* 6. a. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc est nomen meum.
- A gloria prædicationis, *Isa.* 63. d. Vt faceres tibi nomen gloriæ. *Act.* 9. c. Vt portet nomen meum.
- Ab actu iustitiæ. *Ierem.* 23. b. Hoc est nomen, quo vocabunt eum, Dominus iustus noster.
- Ab actu misericordiæ, *Isa.* 9. b. Vocabitur nomen eius consiliarius. *Cant.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum.
- Ab actu dispensationis Christi, id est, ab Incarnatione, *Isa.* 7. c. Vocabitur nomen eius Emanuel.
- A Natiuitate, *Zachar.* 6. c. Oriens nomen eius, *Luc.* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto.
- A Passione. *Exod.* 3. e. Hoc mihi nomen est, scilicet, tetragrammaton. *Phil.* 2. b. Nomen, quod est super omne nomen.
- A descensu ad inferos. *Isa.* 8. a. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe.
- A saluatione humani generis. *Luc.* 1. c. Vocabis nomen eius Iesum. Et quia tu promisisti, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, sicut habetur *Ioann.* 16. e. Ergo ô tu.

Exod. 28. f. Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere celatoris, Sanctum Domino.

a Deus, *b* exaudi *c* orationem meam: *d* auribus percipe verba oris mei. *e* Quoniam alieni *f* insurrexerunt aduersum me, *g* & fortes *h* quæsierunt animam meam: *i* & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. *k* Ecce *l* enim Deus *m* adiuuat me:

a Deus] qui es verax in promissis. *b* Exaudi] id est, ad exitum audi. *c* Orationem meam] qua peto in nomine tuo saluari. Sed notandum, quòd quinque impediunt, ne Deus exaudiat orationem. Primum est, quando oratio non procedit ab eo, à quo debet procedere, videlicet, quando procedit à sensualitate, cùm deberet procedere à ratione, sicut *Matth.* 26. d. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Secundum est indiscretio petitionis, sicut *Matth.* 20. c. Nescitis, quid petatis. *Roman.* 8. e. Quid oremus, sicut oportet, nescimus. Tertium est indignitas petentis, vt de virginibus fatuis, quæ dicunt: Domine, Domine, aperi nobis: sed tamen dicitur eis, nescio vos: *Matth.* 25. a. *Gregorius.* Cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati Iudicis animus ad deteriora prouocatur. Quartum est indignitas eius, pro quo petitur: Sicut 1. *Reg.* 16. a. Vsquequò tu luges Saül, cùm ego abiecerim eum? *Ierem.* 7. d. Noli orare pro populo. Quintum est tribulatio maior futura, vt 2. *Corinth.* 12. c. Propter quod ter Dominum rogaui. Et sequitur: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.

Quinque impedimenta, ne oratio exaudiatur.

d Auribus percipe verba oris mei.] Videtur idem, quòd supra dixerat. [Exaudi orationem meam.] Sed primum intelligi debet de oratione mentali; istud autem de oratione vocali. Sic enim duplex est oratio. Vnde 1. *Corinth.* 14. c. Orabo spiritu, orabo & mente, *Augustinus.* Cùm oratis, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. [Auribus] pluraliter, non tantum vna, sed duabus: Est enim auris cœli, quâ omnia audit, sicut dicitur *Sap.* 1. c. Auris cœli audit omnia. Et est auris misericordiæ, qua Electos audit. De qua in *Psalm.* 70. Inclina ad me aurem tuam, & salua me: Post subiungit causas, quare ita ardenter petit. Prima est, quia habet hostes crudeles: Vnde dicit:

e Quoniam alieni] id est, crudeles.

f Insurrexerunt aduersum me.] Hi alieni, sunt mali homines, hæretici scilicet, & falsi fratres, qui insurgunt, id est, ab intus surgunt, 1. *Ioann.* 2. c. Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non erant. *Prouerb.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Qui in ambitione & pompa sæculi, dies consumit, dat honorem suum alienis: Qui autem in luxuria & opere carnis, dat annos suos crudeli, id est, Diabolo, de quo *Ierem.* 6. f. Crudelis est, & non miserebitur. Secunda causa est, quia habet hostes fortes: Vnde addit.

g Et fortes quæsierunt animam meam] id est, persecutores vel Dæmones, *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, &c. Et nota, quòd Diabolus fortis est, subtilitate, experientia & in propria natura: debilis tamen dicitur respectu boni cordis, quod non potest sufficienter cogere ad peccandum. Vnde *Ieronym.* Debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volentem. Tertia causa est, quia summè nocere volunt ei, quod notat, cum dicit,

h Quæsierunt animam meam] *Matth.* 16. d. Quam commutationem dabit homo pro anima sua? *Isa.* 13. d. Ecce ego suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficiant. *Gregor.* Parum se fecisse æstimat, cùm animam non sauciat. Quarta est, quia non timent Deum, sed contemnunt. Vnde adiungit.

i Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum] quasi dicat, fuerunt sine timore. *Psalm.* 13. Non est timor Dei ante oculos eorum. Et nota, quod hæc oratio ad totam Trinitatem dirigitur, contra quam innuit malos peccare. Per hoc quod dicit: [Alieni] notatur eorum immisericordia peccans contra benignitatem, scilicet, Spiritum sanctum. Per hoc, quod dicit: [Fortes] notatur potentia, qua peccant contra Patrem. Per hoc, quod dicit: [Non proposuerunt] notatur insipientia contra Sapientiam, id est, Filium Dei. Hæc tria etiam notantur, *Ierem.* 5. d. Ecce ego adducam super vos Gentem de longinquo, Ecce alieni: Gentem robustam, Ecce fortes: Gentem, cuius ignorabitis linguam, Ecce insipientes. Potest etiam versus iste legi moraliter de Ecclesia conquerente de Prælatis suis & dicente:

b Exaudi orationem meam, &c. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me. Alieni sunt, qui potiùs quærunt fructum temporalium, quàm animarum. De quibus *Ierem.* 4. d. Auditum est in Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam, quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro. De talibus conqueritur Sponsa in *Canticor.* 5. b. Tulerunt pallium meum, id est, temporalia mea, custodes murorum, non dicit custodes animarum. *Ecclesiastic.* 11. d. Admitte ad te alienigenam, & subuertet te. *Moral.*

f Insurrexerunt.] *Sap.* 2. c. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. *Amos* 6. d. Nunquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?

g Et fortes] id est, Dæmones, vt suprà.

h Quæsierunt animam meam.] Hoc de necessitate consequens est, quando Prælatus per violentiam ingreditur ad eam, & temporalia tantùm quærit; Diabolus tantum animas, dicens Prælato illud *Genes.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Et cùm hæc mala faciant Prælati, non recordantur, quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. *Sapient.* 6. a. Hoc est, quod sequitur.

i Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum] secundum quod de illis malis Sacerdotibus legitur. *Daniel.* 13. a. Auerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum Iustorum. *Prouerbiorum* 18. a. Peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit.

k Ecce enim Deus.] Secunda pars, vbi dicit, quid sibi & Zepheis faciat Deus. Et primò ostendit se exauditum in duobus à Domino. Primò in adiutorio ad bene operandum. Vnde dicit. Ecce enim Deus adiuuat me, quasi dicat, exaudita est oratio mea. Quod patet. *Secunda pars.*

l Enim] pro quia. *k* Ecce] in euidenti est.

m Deus adiuuat me.] Vel sic continua. Dico, quod non proposuerunt Deum ante conspectum suum: quia si proposuissent, me non persequerentur, quia cognoscerent

rent eum mihi esse adiutorem. [Etenim] id est, quia [Ecce] patens est, quòd [Deus adiuuat me] ad benè operandum, vel tempore necessitatis. *Psalm. 9.* Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. *Eccles. 35.* d. Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis. *Isa. 50.* c. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus. *Deuteron. 34.* d. Ascensor cœli auxiliator tuus. *Romanor. 8.* f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Sed nota, quòd Dominus adiuuat infirmos, non sanos, id est, eos, qui de propriis viribus non confidunt, secundum quod dicitur *Roman. 8.* e. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Secundum in quo exauditum se ostendit, est quia dedit ei Deus gratiam contemplandi. Vnde dicit:

al. † virtute.

20. q. 3. c. præsens.

a & Dominus susceptor est animæ meæ. *b* Auerte *c* mala inimicis meis: & in † *d* veritate tua *e* disperde illos. *f* Voluntariè *g* sacrificabo tibi: & *h* confitebor *i* nomini tuo, Domine, quoniam *k* bonum est. Quoniam ex omni tribulatione † eripuisti me: & *m* super inimicos meos † despexit oculus † meus.

al. † eruisti. al. † respexit. al. † tuus.

In finem in carminibus, vel hymnis intellectus Dauid.

a Et Dominus susceptor est animæ meæ.] Susceptor, id est, sursum captor. *Psalm. 3.* Ego dormiui, & soporatus sum, & Dominus suscepit me. Hoc ibi expositum est de somno contemplationis. *Gregor.* de Iob. In altum mentem fixerat, & ideò Diabolus ad eum irrumpere non valebat. Vel sic: Dominus susceptor est animæ meæ, non pecuniæ, quia animam quærit, non alia. *Eccl. 6.* a. Ne dicas, in multitudine munerum meorum respiciet Deus. *Gen. 4.* a. Ad Cain & ad munera eius non respexit. Ideò exemplo Domini dicit Apostolus 2. *Cor. 12.* e. Non quæro, quæ vestra sunt, sed vos. Propter hoc bene dicit *Iob 13.* b. Animam meam porto in manibus meis, quasi paratus ad eam reddendam Domino. Vel sic: Susceptor, id est, defensor & protector. Sicut dicitur *Sapient. 3.* a. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Licet enim corpora Martyrum exponat carnificibus in aram; tamen semper animas suscipit in manu. Vnde *Iob 2.* b. Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. Postea ostendit, quid faciet Dominus Zipheis, id est, inimicis Iustorum, quia scilicet, retribuetur eis & in præsenti, & in futuro. Vnde dicit.

b Auerte] id est, auerte à me.

c Mala inimicis meis] id est, aduersa à me, conuertes ad, vel super inimicos meos. Ideo dicitur secundum aliam literam: Redde malum insidiatoribus meis. Simile *infrà Psalm. 58.* Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Et *Psalm. 78.* Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. *Ierem. 17.* c. Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego. Vel [inimicis] id est, Dæmonibus, quia omne malum, quod homini suggerunt, & quod homo eorum suggestione perpetrat, in caput eorum conuertetur, secundum illud *Eccles. 27.* d. Facienti consilium nequissimum super eum deuoluetur. Et hoc scit Diabolus, & ideò vocatur senex fatuus. *Eccles. 25.* a.

e Disperde illos] malos homines, id est, diuersis pœnis perde.

d In veritate tua] scilicet, in veritate iudicij, quando via veritatis apparebit. Nunc enim via misericordiæ regit viam veritatis. *Iacob. 2.* c. Superexaltat misericordia iudicium. Vel [Disperde] id est, diuide, secundum illud *Luc. 12.* f. Diuidet eum, partemque eius ponet cum infidelibus. Diuiduntur diuites in tres partes. Nam anima datur Dæmonibus, pecunia raptoribus, cadauer vermibus. Quod bene tangitur infrà *Psalm. 62.* vbi dicitur: Introibunt in inferiora terræ, scilicet, corpora: tradentur in manus gladij, scilicet animæ: partes vulpium erunt, scilicet, diuitiæ. Idem habetur *Eccl. 10.* b. Cùm morietur homo, hæreditabit serpentes, bestias & vermes. Serpentes sunt Dæmones: Bestiæ, id est, vastiæ, sunt raptores. Vel de Dæmonibus dicit: [Disperde illos] quia ad modum gregis conueniunt ad tentandum, secundum illud *Matth. 12.* d. Tunc assumit septem spiritus nequiores se. Tentant autem occultando veritatem; sed cùm manifestatur veritas, tunc non præualent, sed fugiunt. Vnde dicit: [In veritate tua disperde illos.] *Psalm. 90.* Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & Dæmonio meridiano. In his quatuor verbis notantur quatuor tentationes inimici,

Diuites diuiduntur in tres partes.

scilicet leuis occulta, leuis aperta, grauis occulta, grauis aperta. Ostenso, quid sibi faciat Deus, & quid inimicis: ne ingratus videatur, offert Deo duplicem oblationem, scilicet, boni operis, & laudis. De prima primò dicit: Voluntariè sacrificabo tibi. De secunda addit: Et confitebor nomini tuo. Dicit ergo:

f Voluntariè] non coactè. Non enim placent Deo coacta seruitia, vt ait *Augustin. Exod. 25.* a. Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis primitias. *Ecclesiast. 24.* b. Quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Non incisus, id est, non coactus. Illa enim gutta, quæ sponte exit, est purissima, & suauissima; ideò præcepit Dominus *Exod. 30.* d. offerri sibi thus lucidissimum. 1. *Paralipom. 19.* d. Si vltro lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum vidi cum ingenti gaudio offerre donaria.

g Sacrificabo tibi] sacrificium boni operis. De quo *Psal. 50.* Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, &c. Et *alibi Psal. 4.* Sacrificate sacrificium iustitiæ, &c.

h Et confitebor] confessione laudis.

i Nomini tuo, Domine] in quo suprà petij & saluatus sum: non meo, sicut hypocritæ & pomposi. *Psalm. 48.* Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et quare confitebor ei?

k Quoniam bonum est. Hæc est summa causa. *Psalm. 117.* Confitemini Domino, quoniam bonus. Vel [Quoniam bonum est] mihi, id est, vtile contra potestatem Diaboli: Quia dicit *Gregorius Nazianzenus*, Dæmones vsque adhuc nomen Christi contremiscunt: Et nos per contentiones nostras blasphemari facimus in Gentibus nomen Domini, sicut dicitur *Roman. 8.* d. & *Isa. 52.* b. Bonitatem autem & vtilitatem huius nominis ostendit consequenter per duo. Primum est, quia liberat ab omni malo: Secundum, quia facit proficere in bono. De primo dicit;

l Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.] *Iob 5.* d. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. *Baruch. 4.* d. Ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. De secundo subiungit.

m Et super inimicos meos despexit oculus meus] id est, oculus mentis dexter, scilicet, affectus sursum tendens, non statuens se declinare in terram, despexit, id est, deorsum aspexit. Super inimicos meos, remanentes in limo profundi. Vnde dixit *Vincentius*: Altior omni sæculo totum mundū despicio. Vel anagogicè potest legi versus iste cum præcedenti; quia in futuro reddemus Deo vitulos labiorum nostrorum: & immolabimus sacrificium laudis, quando omnis tribulatio cessabit, & videbimus reprobos inferiùs in inferno damnatos, secundum illud *Isa. vlt.* g. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

EXPOSITIO PSALM. LIV.

Exaudi Deus, orationem meam.] Titulus. [*In finem in carminibus, vel hymnis intellectus Dauid.*] Per Dauid hic intelligitur Ecclesia, quæ suprà clamabat propter crudelitatem, fortitudinem, & multitudinem hostium: Hic autem clamat propter miserias, quas patitur à se, & ab hostibus tam visibilibus, quàm inuisibilibus. Sed quia per istas miserias exercetur, & proficit in virtute & gratia: ideò reddit gratias Deo de ipsis miseriis. Sicut patet in titulo. Cuius is est sensus. Hic ostenditur [intellectus Dauid] id est, Ecclesiæ intelligentis miserias, in quibus est; sed tamen ille intellectus est [in hymnis, vel carminibus] id est, in vtilitatem, quæ ex eis sequitur. Vel [in finem] Christum. Sciendum ergo, quod in hoc psalmo loquitur Ecclesia in persona sua, vel capitis, Christi scil. Materia est de Passione, vel Resurrectione Christi, intentio est monere bonos, vt mala præsentia attendant, & inter ea plangant. Modus. Tripartitus est Psalmus. In prima parte præmittit orationem contra fluctus maris, id est, contra mala sæculi. In secunda parte pusillanimus iam in solitudine saluus, sperat auxilium Dei, & ciuibus imprecatur, *ibi:*

Partitio Psalmi.

[Expectabam.] Tertiò affirmans ostendit, quid sibi & illis fiat, alternatim procedendo, *ibi:*

[Ego autem.] Notandum autem, quòd in duobus præcedentibus Psalmis orauit contra Antichristum, qui erit maxima tribulatio Ecclesiæ: In isto orat contra falsos fratres. In secundo sequente contra hæreticos. In tertio contra martyricidas. Et sic ordinat retrogradè secundum quantitatem persecutionis. Hæ quatuor persecutiones significantur *Dan. 7.* a. per quatuor bestias. Prima bestia quasi leæna: ecce martyricidæ. Secunda est vrsus, qui est fortis in renibus, sed debilis in capite: & significat hæreticos

Quatuor persecutiones significantur per quatuor bestias.

Albegor. de Christo.

ticos debiles in fide. Tertia est pardus, & significat falsos fratres. Quarta non nominatur, nisi terribilis & mirabilis, scilicet, Antichristus. Contra has quatuor persecutiones ponit quatuor verba, siue quatuor clausulas in hoc versu. Vel contra Diabolum, mundum, carnem, & mortem. Potest autem exponi psalmus ille primò de Christo. Secundò de Ecclesia. De Christo, sic. *a* Exaudi Deus] Pater *b* Orationem meam,] qua oro ad te secundum quod homo. *c* Et ne despexeris deprecationem meam:] Sed [intende mihi, & exaudi me.] Conculcatio est verborũ, ad notandum instantiam. Et dignus sum, quòd audias, quia *e* Contristatus sum] humana infirmitate. *f* In exercitatione mea] id est, Passione. *g* Et conturbatus sum à voce inimici] Iudæi maledicentis. *i* Et à tribulatione peccatoris] Iudæi persequentis. Hoc autem non meo merito, sed suo malo. *k* Quoniam declinauerunt in me iniquitates] idest, mala sua imposuerunt mihi. *n* Et in ira molesti erant mihi, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Et propter hoc: *o* Cor meum conturbatum est in me] id est, intùs, non extra ostendi impatientiam, vel vindictam, vel [In me] id est, non ex necessitate extrinseca, sed tantùm voluntate intrinseca. *p* Et formido mortis cecidit super me] ad literam, quia secundum quod homo mortem horruit. Vel [Formido mortis] id est, mors formidolosa & vsque nunc formidanda [super me] veniens [cecidit] victa, & fracta, sicut olla cadens super lapidem. Vnde *Osee* 13. d. Ero mors tua, ô mors. *q* Timor] animi. *r* Et tremor] corporis, *s* Venerunt super me, & contexerunt me tenebræ] mortis, vel tenebrosi circumdederunt me.

al. † deprecationem.

al. † orationem.

1. dist. c. sancta Romana.

Ioan. 19. a.

PSALM. LIV.

EXaudi, Deus, *b* † orationem meam, & *c* ne despexetis † deprecationem meam: *d* intende mihi, & exaudi me. *e* Contristatus sum in *f* exercitatione mea: & *g* conturbatus sum à *h* voce inimici, & *i* à tribulatione peccatoris. Quoniam *k* declinauerunt in *l* me *m* iniquitates: *n* & in ira † molesti erant mihi. *o* Cor meum † conturbatum est in me: & † *p* formido mortis cecidit super me. *q* Timor *r* & tremor *s* venerunt super me: *t* & *u* contexerunt me *x* tenebræ,

al. † adumbrabant me.
al. † contristatum.
al. † metus.

De Ecclesia, vel de viro iusto.

Secundo modo potest exponi de Ecclesia, siue de quolibet Iusto existente in ea. *a* Exaudi Deus] qui interpretaris videns. *Tor.* 3. d. Vidisti, Domine, iniquitatem illorum aduersum me. *b* Orationem meam] de obtinendis bonis. [Exaudi] id est, vsque ad exitum audi, vel extrà audi, vt alij sciant & prouocentur ad orationẽ, vel ex corde audi. *c* Et ne despexeris deprecationem meam] de malis amouendis, sicut fit, cùm petuntur temporalia: Non enim debent stercora poni super alta cordis. *Prou.* 17. d. Pretiosi spiritus vir eruditus. Et plerumque licet Dominus despiciat huiusmodi deprecationem; dat tamen temporalia, quæ petuntur, sed cum ira, sicut dicitur in *Psal.* 77. Pluit illis manna ad manducandum: Et tamen ibi sequitur: Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Hæc est autem differentia, quòd oratio est de bonis adipiscendis, deprecatio de malis amouendis. *Eccl.* 35. c. Non despiciet Deus loquelam pupilli. *d* Intende mihi, & exaudi me.] Inculcat verba, vt effectum manifestet. Nota quod idem est principium & finis in hoc versu. In quo significatur, quòd ad ipsum dirigitur oratio, qui est principium & finis: alpha & omega. Quatuor verba ponit contra quatuor hostes. Exaudi contra Diabolum tentantem. Et ne despexeris, contra mundum blandientem. Intende contra carnem repugnantem. Exaudi, contra mortem triplicem: culpæ, naturæ, gehennæ. Prima est animæ, secunda corporis, tertia vtriusque. *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra.

Apoc. 1. b. & 21. c.

Nota:
- Quidam despiciuntur, & exaudiuntur, vt Sathan. *Iob.* 1. c. dixit Dominus: Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt. Et *Matth.* 8. d. Dæmones, qui petierunt, vt mitterentur in porcos.
- Quidam exaudiuntur, & non despiciunt *Isa.* 58. c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet.
- Quidam despiciuntur, & non exaudiuntur. *Matth.* 25. a. Domine, aperi nobis. At ille respondens ait: nescio vos. *Prouerb.* 1. d. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam.
- Quidam nec despiciuntur, nec exaudiuntur. 2. *Cor.* 12. c. Ter rogaui Dominum, &c.

Facta oratione, ostendit, qua e mota est oratio, & quòd indiget exaudiri, dicens:
e Contristatus sum,] id est, corpore, & anima tristatus, vel sensualitate & ratione.
f In exercitatione mea.] Notà, quòd est exercitatio corporalis, vt in peregrinatione. Et est alia interior, quæ est pietatis & misericordiæ. De his duabus 1. *Tim.* 4. c. Exerce teipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem ad omnia vtilis est. Tertia exercitatio est in tribulationibus, de qua loquitur hic. Hic enim oportet contristari, si velimus in futuro ad lætitiam transire: omnes enim motus à contrarium sunt. Eligat igitur hicvnusquisque quod voluerit, lætitiam scilicet, vel tristitiam: quia hinc ad suum contrarium transiturus est. *Ioan.* 16. d. Tristitia vestra vertetur in gaudium. *Luc.* 6. d. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. *Greg.* Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Non solum contristatus, sed *g* Et conturbatus sum] id est, simul turbatus corpore & anima.
h A voce inimici & tribulatione peccatoris.] Antithesis est. Duo contra duo, quasi dicat contristatus sum [à voce inimici] obloquentis mihi & contradicentis. Et conturbatus à tribulatione peccatoris affligentis me. Item istis duobus reddit alia duo, dicens:
k Quoniam declinauerunt] quasi dicat, hæc est vox inimici, à qua contristatus sum: vel inimicorum, qui obloquentes imponunt mihi mala: quæ tamen non ego, sed ipsi faciunt. Hoc est, quod dicit: Quoniam ipsi inimici [declinauerunt] id est, intorserunt.
l In me] per detractionem, & oblocutionem.
m Iniquitates] quæ tamen eorum erant, non meæ. Sicut fecerunt Iudæi in Dominum, dicentes: *Ioan.* 8. f. Dæmonium habes. Hi bene possunt dici Antichristiani: quia Dominus declinat contrarium, secundum illud *Isa.* vlt. d. Declinabo super eum quasi fluuium pacem. *n* Et in ira, &c.] Hoc respondet ei, quod dixit: [Conturbatus sum in tribulatione peccatoris, quia in ira molesti erant mihi.] In irà sua, non meo merito similes facti sunt patri suo Diabolo. De quo *Apoc.* 12. c. Væ terræ & mari: quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam.
o Cor meum.] Posset aliquis dicere: Ita faciunt tibi; tu autem quomodo te habes erga eos? Ecce responsio. Cor meum conturbatum est, quasi dicat, oculus rationis meæ turbatus est propter molestias, quas inferunt; sed tamen in me, id est intùs, non extra me, quasi, non vsque ad vindictam, vt vellem reddere malum pro malo. Et quia turbatus est festuca, in ira propassionis.
p Formido mortis cecidit super me] id est, timeo incurrere fraternum odium, quod est mors animæ, sicut dicitur 1. *Ioan.* 3. c. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et ducet ad mortem æternam: Vnde timendum est, quia ibi perpetuò morietur corpus & anima. Vnde addit: *q* Timor, & tremor venerunt super me. Timor animæ, cui timeo à gehenna: Et tremor corporis, cui timeo à flagellis timore naturali. *t* Et] pro quia.
u Contexerunt me] id est, circumdederunt & oppresserunt me. *x* Tenebræ] id est, mali homines, qui emphaticè dicuntur tenebræ, præcipuè propter fraternum odium. 1. *Ioan.* 2. b. Qui odit fratrẽ suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quoniã tenebræ obcæcauerũt oculos eius. *Eph.* 5. b. Fuistis aliquando tenebræ.

Moral.

Moraliter Ecclesia in sua persona potest hoc dicere: *o* Cor meum conturbatum est in me.] Caput in Ecclesia est Prælatus: Cor Religiosus, quia celatur vt cor, & absconditur. *Isa.* 1. b. Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo, quasi dicat, si Prælati languent, & Religiosi dolent, totum corpus infirmatur: Vnde hic conqueritur Ecclesia de corde. Et habet alia litera: [Cor meum doluit in vitalibus meis.] Et ideò dicit Ecclesia.
p Formido mortis cecidit super me] quasi dicat, propter dolorem & infirmitatem cordis timeo & mortem corporis. Ex corde enim vità corporis procedit. Vnde *Prouerb.* 4. d. Omni custodia serua cor tuum: ex ipso enim vita procedit. Et *eiusdem* 14. d. Vita carnium sanitas cordis. Et nota, quod ter ponit hic timorem, dicendo: Formido, timor, tremor, propter triplicem timorem malum, scilicet mundanum, humanum & seruilem. De mundano *Prouerb.* 10. c. Pauor pauperum egestas eorum. De humano 2. *Reg.* 17. c. Cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. De seruili *Prouerb.* 10. d. Pauor his, qui ope

Allegor. A derunt me. *a* Et] videns rebellionem Iudæorum.
b Dixi, quis dabit mihi pennas] potentiæ, secundum quod homo sum, nisi tu, Pater?
e Et volabo] resurgendo.
f Et requiescam] in sinu patris, à quo veni, sicut columba rediens ad arcā.

Et ideò dicit: [Sicut columbæ.] Vel sic: [Volabo] à Iudæis infidelibus. (Et requiescam] in Gentibus credentibus. Vt enim columba inueniens lutosa reuersa est ad arcā; sic Christus inueniens corda Iudæorum lutosa, volauit ad Gentes: Vnde addit.

d.1 deserto. 7. q. 1. c. aduersitas.

a Et *b* dixi: quis *c* dabit mihi pennas sicut *d* columbæ: & *e* volabo, & *f* requiescam? *g* Ecce *h* elongaui *i* fugiens: *k* & mansi in † solitudine.

g Ecce elongaui fugiens) à Iudæis resurgendo, vel ad Gentes eundo per prædicationem Apostolorum. *k* Et mansi in solitudine,] id est, in gentilitate inculta, & à Deo priùs derelicta.

A *a* Expectabam ⊖ qui operantur malum. *a* Et dixi.) Quasi quia inter istas tribulationes ita concutiebar.

De Ecclesia, vel viro iusto.

b Dixi,) id est, liberaui, & optaui.
c Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo] in solitudinem [& requiescam?] Hæc est medicina contra istas tribulationes. *supra Psal.* 31. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Ideò cum Apostolus tribularetur, dixit *ad Rom.* 7. d. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Pennæ sunt sancta desideria & virtutes: Nec sufficit vnica penna: vnde dicit pluraliter. Alæ sunt duo brachia charitatis: vel timor & & amor: vel cognitio & affectio: vel meditatio & oratio *Apoc.* 12. d. Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ, vt auolaret in desertum.
d Columbæ] dicit, non vespertilionis, vel bubonis, qui de nocte volant, vel Milui rapacis. Nota, quò præcipuè Prælati, & viri Ecclesiastici comparantur columbæ propter multas proprietates columbæ, quæ notantur his versibus.

Columbæ proprietates conuenientes Religiosis.

Grex, visus, pulli, fel, oscula, pugna, lapilli:
Grana, latex, nidus, turris, gemitus color, & pes.
Nuncia, simplicitas, fimus, oua, venus, fuga, ceruix.

Primò ergo notandum, quod columba gregatim volat, & extraneam secum congregat in sociam. Primū est contra singularitatem. *Sap.* 11. d. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Numero contra singularitatem, mensura contra immoderantiam, pondere contra leuitatem. Item debemus extraneos colligere, secundum illud *Exod.* 12. g. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circuncidetur priùs omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Item columba visum acuit sanguine suo, *Cant.* 1. d. & 4. a. Oculi tui columbarum. Item pullos & suos & alienos nutrit. 1. *Thess.* 2. b. Facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. *Matth.* 23. d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, &c. Item felle caret. *Sap.* 8. c Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius. *Eccl.* 21. b. Non est sensus, vbi est amaritudo. Item habet oscula. *Prou.* 24. c. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Item pugnat eleuatis alis: & sic significat pugnā, quæ fit per orationem. *Exod.* 17. c. Cùm leuaret Moyses manus, vincebat Israël: Sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Item comedit lapillos. Lapilli sunt laici parui, quos debet Prælatus comedere, id est, Ecclesiæ incorporare, secundum illud *Act.* 10. b. Macta, & manduca. Quod significatur per hoc, quòd Ioannes Baptista comedit locustas, scilicet, parua animalia. 1. *Cor.* 1. d. Non multi nobiles inter vos. Item in iecore columbæ quidam lapides pretiosi purificantur, scilicet, perlæ, vel vniones, vel margaritæ: & prædicatione Sanctorum clarificatur fides Christi, quæ per lapidem significatur. *Matth.* 13. f. Inuenta vna pretiosa margarita abiit, &c. Item grana comedit, non cadauer, sicut faciunt detractores: *Prouerb.* 23. c. Carnes ad vescendum conferunt. Item residet super laticem, id est, aquam. *Cant.* 5. d. Resident super fluenta plenissima. Ibi etiam videt vmbram accipitris, id est, tentationes Diaboli. Item nidus eius durus est, & significat pœnitentiam: Ideò dixit *Iob.* 29. c. In nidulo meo

Matth. 3.

moriar, id est, in pœnitentia. Item in turre habitat. *Cant.* 2. d. Veni amica mea, columba mea, in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ. *Isaia* 60. b. Quasi columbæ ad fenestras suas. Item gemit *Isaia* 59. b. Quasi columbæ meditantes gememus. Item diuersum habet colorem, sc. plumbeum & candidum & significat liuorem pœnitentiæ, & candorem innocentiæ *Cantic.* 5. Sicut columbæ, quæ lacte lotæ sunt. Et *ibid.* 6. b. Capilli tui, sicut grex caprarū, ecce pœnitentia. Item habet pedes pennatos, & significat velocem volatum. *Psalm.* 17. Volauit super pennas ventorum. Item est nuncia pacis. *Genes.* 8. b. Portauit in ore suo ramum oliuæ. Et *Luc.* 3. d. ostendit filium Dei, vbi dicitur: Descēdit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum. Item simplex est. *Matth.* 10. b. Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Item fimus eius calidus est, & significat pœnitentiam & vilitatem Religiosorum. Pauperes comederunt fimum columbarum. 4. *Reg.* 6. f. Quarta pars cabi stercoris colūbarum vendebatur quinque argenteis: Et humiles imitantur eorum pœnitentiam. Item alia est probrietas columbæ, quantum ad fimum: quia nihil ita fœdat Ecclesiam, & nihil tantum maculat spiritualiter Ecclesiam, sicut viri Ecclesiastici. Item oua eius calida sunt, & significat spem. Vt dicit Apostolus *ad Roman.* 12. c. Spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes. Item columba multam facit generaturam, quod bene competit spiritualiter Prælatis. *Isaia vlt.* c. Parturiuit, & peperit Sion filios suos. Vel in malo conuenit Clericis & Sacerdotibus, qui ad litteram plures habent filios, quam alij. Item fugit hostes. 2. *ad Corinth.* 6. c. Nolite iugum ducere cum infidelibus. *Ecclesiast.* 13. c. Quæ communicatio Sanctis ad canem? Item in ceruice habet plumas aureas, & significat sapientiam & eloquentiam. *Matth. quinto* b. Luceat lux vestra coram hominibus.

7. q. 1. c. aduersitas.

e Et volabo,] non ad prædam, sed ad requiem. Vnde sequitur.
f Et requiescam] sicut fecit columba Noë: *Genes. cap.* 8. b. Sed multi volant ad prædam, sc. ad dignitates, & diuitias, & laboriosa opera mundi. *Isaia* 18. a. Væ terræ cymbalo alarum. *Genes.* 49. b. Catulus leonis Iuda, ad prædam, fili mi ascendisti.

In hoc versu tria principaliter notantur. Per hoc enim, quod dicit.
c Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ,] ostendit oportere habere virtutes. Per hoc quod dicit.
e Et volabo,] innuit motum, & conciliationem in virtutibus, & oportere operari, quia vt dicit. *Augustinus*, cum audis Deum requieuisse post opera, frustra speras requiem, nisi post laborem. Per hoc, quod dicit.
f Et requiescam,] innuit remunerationem in cœlis post opera.
g Ecce elongaui fugiens, & cætera.] Dico, quòd petij pennas, & impetraui, quia [Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.] Hunc versum sic exponit *Gregorius*. Fugiens se elongat, qui à turba desideriorum terrenorum in altam Dei contemplationem se subleuat. Manet in solitudine, qui perseuerat in remota mentis intentione. Vel de Religiosis potest legi qui mente & corpore simul fugientes, elongant se à mundo.

De Religiosis.

Et notantur hic quatuor.
g Ecce] in hoc notatur manifestatio exempli.
i Fugiens,] mente & corpore, in hoc notatur derelictio mundi in *primo Regum quarto* c. Ego sum, qui de acie fugi hodie.
h Elongaui,] per hoc notatur contemptus mundi, siue modus fugiendi, scilicet, elongatio ab omni occasione & circumstantia peccati. *Genes.* 19. d. Nec stes in omni circa regione.
k Et mansit in solitudine,] per hoc notatur perseuerantia. [Mansi] non mutaui me de loco ad locum. *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Ecclesiastic.* 11. c. Sta in Testamento tuo.

In solitudine] non in ciuitate, id est, occupationibus sæcularibus. *Eccl.* 38. c. In tempore vacuitatis scribe sapientiam. *Iob* 29. a. Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. *Osea* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.

Sed quare ita bonum est esse in solitudine? Solutio. Ager cultus, nisi custodias, à transeuntibus citò vastatur, & conculcatur: & in via trita non crescit fructus: Et Dæmones libenter terunt animam fructiferam. *Iob* 19. b. Fecerunt sibi viam per me. *Isaia* 51. g Dixerunt animæ meæ; incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Allegoricè. A *a* Expectabam eum] Secunda pars, vbi oſtendit ſe ſperare auxilium Dei: Et imprecatur ciuibus, qui ſolitudinem non quærunt. Sed hæc pars dupliciter, ſicut prima poteſt legi. Primò de Chriſto ſic: [Expectabam] poſitus in agonia Paſſionis.

a Expectam *b* eum, *c* qui ſaluum me † fecit à puſillanimitate ſpiritus *d* & tempeſtate. † *e* Præcipita, Domine, *f* diuide linguas eorum: quoniã *g* vidi *h* iniquitatẽ & *i* contradictionem in ciuitate. *k* Die, ac nocte *l* circundabit eã *m* ſuper muros eius *n* iniquitas

b Eum, ſc Deum Patrem. *c* Qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus] ne in Paſſione malis ce-derem.

Iſa.53. c.

al. † faceret à puſillo animo.

al. † Submerge.

d Et tempeſtate] iræ, quia nec ipſe iratus eſt: quia quaſi ouis coram tundente ſe obmutuit: Nec tempeſtas iræ eorum eum ſubmerſit, quia ſurrexit. Poſtea imprecatur eis dicens: *e* Præcipita, Domine,] eos, qui in altum ſuperbiæ erecti ſunt.

f Diuide linguas eorum,] id eſt, diſperge eos per diuerſas nationes & linguas. Hoc totum fecit Iudæis per Titũ & Veſpaſianum: Et ideò diuide eos quoniam in congregatione non faciunt niſi malum. Hoc eſt, quod ſequitur:

g Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate] Ieruſalem, in qua Iudæi congregati erant. *h* Iniquitatem] in corde, quia odio me habebant, *Pſal.*139. Qui cogitauerunt iniquitates in corde. Et in alio *Pſal.*24. Odio iniquo oderunt me. *i* Contradictionem] in ore, quia mihi tota die contradicebant. *Rom.*10.d. Et *Iſa.*65.a. Tota diẽ expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Nec ad horam fuit eorum iniquitas, nec in mediocribus tantum; ſed in maioribus & aſſiduè. Et hoc eſt, quod ſequitur:

k Die, ac nocte] i. aſſiduè. *l* Circũdabit eam,] vniuerſaliter ad omnes: Sed præcipuè. *m* Super muros eius,] i. ſuper Principes.

n Iniquitas,] quia me oderunt. Nec ſolum oderunt, ſed & perſecuti sũt, nõ tãtũ occultè, ſed & apertè. Vnde ſequitur

A Et labor

De Eccleſia vel viro iuſto. ⊖ De Eccleſia autem, vel quolibet Iuſto ſic legitur. *a* Expectabã eum] dico, quod perſeueraui, & mẽſi in ſolitudine & hoc propter præmium, quia, ſc. expectabam eum, nõ alium, quàm eum. *Phil.*3. d. Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum. Sed quidam expectant, non Saluatorem, ſed Iudicem. *Heb.*12. b. Tanquam filiis ſe offert Deus, ſupple in præſenti: Sed in die iudicij ſe multis offert, tanquam Dominus ſeruis, non vt pater filiis. *Heb.*10. Terribilis eſt quædam expectatio iudicij, quæ conſumptura eſt aduerſarios. *Luc.*12. e. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. *Gen.*49.c. Expectabo Salutare tuum, Domine.

c Qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate] i. liberauit à me à deſperatione & præſumptione. *Præſumptio quare dicatur tẽpeſtas.* Contra primum dicit Apoſtolus. *Heb.*12. b. Non fatigemini animis veſtris deficientes. *Luc.*12. d. Nolite timere, puſillus grex: quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Dicitur autem præſumptio tempeſtas: quia ſicut tempeſtas in mari naues ſubuertit, & impedit, ne ad portum perueniant; ſic præſumptio ſpiritualiter. Vnde *Eccl.*18.b. Vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt: & cognoui ſubuerſionem eorum, quoniã nequã eſt. Et nota, quando nobis exigentibus in mari huius mũdi, & ad portum ſalutis tendentibus, neceſſarius eſt ventus bene portans, qui nec remiſſus, nec nimis immoderatus ſit: Nauis.n. noſtra habens remiſſum ventum, qui dicitur puſillanimitas ſpiritus, tardè currit, & fit prędа piratarum. Habens autem nimium ventum ſiue tempeſtatem, obruitur & fit præda piſcium. Qui ergo nec præſumit, nec deſperat, neceſſariò ſequitur quia ſperat, & hic expectat Dominum: quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis. De qua *Prou.*17, b. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. Oſtenſo quòd ſperat auxilium Dei, imprecatur malis ciuibus dicens:

e Præcipita Domine, & diuide linguas eorum] quaſi dicat linguæ adulatorum in mundo exaltantur: Sed tu præcipita eas, concordant in malo, ſed tu diuide eas. Adulatores.n. præcipitabuntur, quia præcipitant alios. *Iſai.*9. c. Erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati. *Iſa.*25. c. Præcipitabit Dominus in monte hoc faciẽ vinculi colligati, mala enim lingua cõparatur Iezabel, quæ fuit præcipitata, vt habetur 4. *Reg.*9.g. Præcipitate eam deorſum. *f* Et diuide,] Præcipitationẽ bene ſequitur diuiſio Quod enim ſurſum tendit, totum facit, & ſic ſimplicitatem & veritatem; quod vero deorſum tendit, diuiſibilitatem & pluralitatem. Et ideo dicitur diuide, vt Chriſtus habeat maiorem partem. Sed certè modo eſt è contrario, *Gen.*1.a. alia litera in capitulo: Creauit Deus cœlum & terram, vt multum ſit de cœlo & parum de terra. *Iſa* 19.c. Erunt in die illa quinque ciuitates Ægypti loquentes lingua Chananæa. Et quare diuides?

g Quoniam vidi iniquitatem, &c.] vel ad id, quod præmiſſum eſt: [Elongaui fugiens, refertur hoc, quod hic dicitur, quaſi dicat, ideò elongaui, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate Diaboli, quæ eſt mundus, quaſi dicat, qui viderit mundi mala, fugiet mundum. *Ciuitas mundi ſeptem habet vicos.* *Nahum* 3.b. Qui viderit te, fugiet à te. Hæc autem ciuitas habet ſeptem vicos. Primus & quaſi Principalis, eſt iniquitas, id eſt, ſuperbia, quæ eſt non æquitas: quia ſuperbus neminem coæquat ſibi; ſed omnibus vult præeſſe, etiam maioribus; cum verè humilis velit ſubeſſe etiam minoribus. Vnde de ſuperbia dicitur, *Eze.*21. f. Nonne hæc eſt, quæ humilem ſubleuauit & ſublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatẽ ponã eã. Superbia.n. hominem humilem, id eſt, vilem & abiectũ ſubleuat per præſumptionem, & in corde ipſius ſublimem humiliat, quia etiã venerabiles perſonas contemnere eum facit. Hoc eſt iniquitas magna. Et ter dicit iniquitatẽ, contra triplicem gradum humilitatis. Primus eſt ſubdere ſe maiori: ſecundus ſubdere ſe pari: tertius ſubdere ſe minori. Secundus vicus ciuitatis huius eſt contradictiò, Vnde poſt iniquitatem addit: *i* Et contradictionem,] quæ benè ſequitur ſuperbiam, quia vt habetur *Prou.*13.b. Inter ſuperbos ſẽper iurgia ſunt. In hoc vico habitat Tribus Dan, id eſt, Aduocati, quæ Tribus non numeratur in catalogo Sanctorum: *Apoc.*7 a. vbi dicitur: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque ſignemus ſeruos Dei in frontibus eorum. Et poſtea numerat ſignatos, dicens: Ex Tribu Iuda, duodecim millia ſignati, &c. Inter quos nõ computatur Tribus Dan, qui interpretatur cauſa vel iudicium, & ſignificat Aduocatos & contentioſos, quibus timendum eſt, ne à numero ſeruorum Dei excludantur. 1. *Cor.*11.c. Si quis videtur contentioſus eſſe nos talẽ conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. *Iacob.*4. a. Litigatis & belligeratis. *Pſalm.*67. Diſſipa Gentes, quæ bella volunt. *Prou.*30. b. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, &c. Tertius vicus eſt inuidia. De qua dicit: *k* Die, ac nocte circundabit eã ſuper muros eius iniquitas,] i. nequam inuidia. *Matth.*20 b. An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Iniquitas. n. his duobus modis accipitur ſc. vt iniquitas dicatur non æquitas: & ſic eſt ſuperbia; vel vt dicatur nequitia, vel malitia; & ſic eſt inuidia. Quæ bene dicitur circundare

m Super muros eius,] quia altitudini inuidetur. (Et die ac nocte,) quia inuidus de bonis aliorum, quæ in-

⊖ uidet, dolet,

e Præcipita, Domine, & diuide, &c.) Poteſt etiam exponi de clauſtralibus ſic: [Præcipita, Domine, & diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate.] *Pſalm.*68. Fiat habitatio eorum deſerta & in tabernaculis eorũ nõ ſit, qui inhabitet. Ciuitas eſt Religio, in qua debet eſſe ciuium vnitas, vt ſit illis cor vnum & anima vna in Domino: & vt vniformiter, & æqualiter tractentur à Prælatis ſine acceptione perſonarum. Sed contra. Hæc duo videntur in hac ciuitate iniquitas & contradictio. Iniquitas, in Prælatis, i. inæquitas, quia perſonas accipiunt. Vel iniquitas, i. crudelitas & contradictio in ſubditis, quia murmurant, rixantur & faciunt ſchiſmata. Et ideò imprecatur vtriſque dicens.:

e Præcipita, Domine] ſcil. Prælatos depone. *Pſal.*58. Depone eos, protector meus, Domine. *Moraliter. De clauſtralibus.*

f Et diuide linguas eorum) ſcilicet, ſubditorum, id eſt, eos diſperge, quia in ſimul non faciunt niſi rixari. *Geneſ* 49. a. *Act.*4.f. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſperdam eos in Iſrael. Et poſſet aliquis dicere: Non eſt neceſſe Prælatos deponi, aut ſubditos diuidi: quia corrigent ſe, ſed planè non eſt ita, ſicut dicis. Vnde adhuc affirmat illud idem dicens.

k Die, ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas.] Die ac nocte, id eſt, ſemper. In die enim comedunt cum Abbate in camera eius fautores eius, qui ei loquuntur placentia: & in nocte etiam dormiunt, ſicut & ipſe. Alij vero licet debiles ſint aut infirmi, de die comedunt in refectorio & de nocte cantant in choro. Ecce iniquitas & crudelitas prælatorum, qui muri ſunt, aut debent eſſe Religionis. Sic ſuper muros eius iniquitas. Et ne quiſquam excuſetur, ait.

l Circund.,] vt omnes cõprehẽdat. De ſubditis verò quid?

* *a* Et labor

August. A *a* Et labor in medio eius] id est, apertè laborauerunt, vt crucifigerer. Neo hoc merueram: Vnde sequitur? [Et iniustitia.] Et possent dicere Iudæi: verum est, quod hoc fecimus; sed excusamur, quia Discipulus eius vendidit eum nobis. Contra quod dicit. *e* Et non defecit de plateis eius vsura] quasi dicat, non legitimè emerunt, quia in contractu fuit vsura; quia Iudas pœnitentia ductus, sicut dicitur *Matt.* 27. a. retulit eis triginta argenteos: Ipsi tamen nihilominus tenuerunt Iesum, & ita habuerunt vt communiter dicitur, oua & obolum: hoc fuit vsura. Et dicit.

alias † exprobrasset. *al.* † supportassem. *al.* † absconderem me vtique.

& *a* labor in medio eius, & *b* iniustitia. Et non *c* defecit de *d* plateis eius *e* vsura & *f* dolus. *g* Quoniam si inimicus meus † *h* maledixisset mihi: † sustinuissem vtique. Et si is *i* qui oderat me, *k* super me magna locutus fuisset: † *l* abscondissem me forsitan ab eo. *m* Tu vero *n* homo *o* vnanimis: Dux *p* meus

d De plateis eius] scilicet, ciuitatis; quia hæc vsura ad omnium notitiam deuenit; quia Iudas argenteos proiecit in templo; & inde emerunt agrum, qui vsque hodie vocatur Acheldemach, id est, ager sanguinis, sicut dicitur *Matth.* 27. a. Et sicut fuit vsura in Iudæis; sic dolus & proditio in Iuda. Vnde sequitur.

f Et dolus] in Discipulo osculante. *Luc.* 22. e. Iuda, osculo filium hominis tradis? Et de hoc, quasi homo conqueritur quòd si alius extraneus voluisset eum tradidisse, potuisset eum euasisse: sed non ita domesticum.

Vnde addit. *g* Quoniam si inimicus meus] apertus. *h* Maledixisset mihi, sustinuissem vtique quasi dicat, magis tolerabile esset.

i Et si is, qui oderat me,] Iudæus, vel alius.

k Super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. *m* Tu verò] Iuda.

n Homo vnanimis] vt videbatur. *p* Dux, &c.] i. soci⁹ itineris.

A *a* Et notus

De Ecclesia vel viro iusto. ⊖ uidet dolet, & de malis gaudet. *Prou.* 14. d. Vita carnium sanitas cordis; putredo ossium inuidia. *August.* Sciendum, quòd cùm per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, malo inuidiæ tota viscera serpens concutit. Hæc est enim, qua Cain armatur contra Abel fratrem suum: Filij Iacob contra Ioseph: Iudæi contra Christum: Babylonij contra Danielem. Hic est vermis, qui Ionæ hederam consumit, dum prosperitati aliorum inuidendo detrahit. Quartus vicus, est curiositas. Vnde dicit.

a Et labor in medio eius,] id est, in corde, *Eccl.* 3. c. In pluribus operibus tuis ne fueris curiosus, *Isa.* 59. a. Telas araneæ texuerunt. Quintus vicus est ira, vel odium. De quo dicit:

b Et iniustitia. 1. *Ioan.* 3. c. Qui odit fratrem suum, homicida est. Huic meliùs competit alia litera, quę habet, [Insidiæ in vitalibus eius] *August.* Qui alium vult lædere, similis est transuerberāti corpus suum, vt vestem alterius perforet. Sextus vicus est rapina, vel cupiditas. Septimus est hypocrisis. De his duobus addit.

c Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.] De primo dicit *Ierem.* 6. c. A maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student. De secundo, scilicet, de hypocrisi: *Luc.* 12. a. Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Fermentum dicitur, quod ferè omnes corrumpit. Vnde dicit *Bernardus*. In tempore isto planè fœda est Ecclesia, à negotio perambulante in tenebris, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quærit, serpit hodie putrida labes per omne corpus Ecclesiæ, eò periculosiùs, quò interiùs. Propter istam abundantiam, bene dicit hic: [Non defecit:] Et propter impudentiam, quam iam latere non quærit, bene dicit: [De plateis,] Vel totum ad literam potest dici.

c Et non defecit de plateis eius] vbi venduntur venalia. *e* Vsura & dolus] quia aut mercatores putant statim habere pretium rei suæ: & tunc vendunt cum dolo; aut faciunt credentiam suis emptoribus; & tunc plus vendunt ratione termini, quod vsura est. Contra illud *Deut.* 13. c. Non fœnerabis: Et *Luc.* 6. e. Date mutuum nihil inde sperantes. Isti sunt septem montes, & septem capita bestiæ: de quibus dicitur *Apoc.* 17. c. Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet. Contra hæc septem, sunt septem virtutes: *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu, contra superbiam. Beati mites, contra litigationes. Beati, qui lugent miserias alienas, contra inuidiam, quæ luget fœlicitatem alienam, & gaudet de miseriis alienis. Beati, qui esuriunt iustitiam, contra curiositatem, quæ esurit vanitatem. Beati misericordes, contra odium. Beati mundo corde, contra auaritiam, quæ cor implet stercoribus. Beati pacifici, contra hypocrisim, quæ dicit: Pax, pax, & non est pax. Suprà egit de malis, quæ patitur Ecclesia, vel vir iustus ab apertis inimicis: Postea consequenter agit de malis, quæ patitur à falsis fratribus: Quæ ostendit esse intolerabilia multis rationibus. Prima est, quia illata sunt ab inimicis: quod notatur, cum dicit.

Ierem. 8. d.

De malis, quæ patitur Ecclesia à falsis fratribus.

g Quoniam si inimicus] quasi dicat: [Præcipita eos, &c.] non solùm propter prædicta; sed quia etiam est in eis occulta malitia; quia cùm videantur amici; tamen occultè mihi maledicunt, quod intolerabile est. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.] Sed istud non possum ita sustinere, quòd amicus maledicat mihi. *Mich.* 7. b. Inimici hominis domestici eius. *Cant.* 1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Secunda ratio, quare intolerabilia sunt hæc mala, est, quia sunt improuisa. Vnde sequitur.

i Et si is qui oderat me, super magna locutus fuisset] comminando.

l Abscondissem me forsitan ab eo,) sed ab his, qui videntur me amare, non possum me abscondere. Vnde dicit *Beatus Bernardus*. Nunc in Ecclesia impleta est illa prophetia: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara priùs in nece Martyrum, amarior pòst in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum, non fugare, non fugere eos potest. Quod dicit: [Inimicus] potest referri contra fidem. Quod autem dicit: [Qui oderat me] contra charitatem. Tertia ratio est, quia illata sunt à consciis secretorum. Vnde dicit: Tu verò homo vnanimis.] Quarta, quia illata sunt ab eis, qui deberent eum docere. Vnde dicit. *p* Dux meus.] *Matth.* 15. Cæci sunt, & duces cæcorum. Quinta, quia à familiaribus ⊖ inferuntur.

Moraliter. De claustralibus.

* *a* Et labor in medio eius) id est, in conuentu; quia satis laborant quandoque, sed non meritoriè; quia cum labore ibi est & iniustitia: quia nulli reddunt, quod suum est. Prælato enim debent obedientiam & reuerentiam: paribus amorem & auxilium: & inferioribus doctrinam & exemplum. Ipsi verò hæc eis non reddunt; sed superioribus detrahunt, pares odiunt, inferiores corrumpunt: & ideò laborem amittunt. Ita ergo se habent ad inuicem: Sed quid ad extraneos?

c Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.) Plateas enim habent quidam claustrales ad vendendum bladum & lanam, & alias res suas. Et de his etiam [non defecit vsura & dolus] ad literam, vt sup. dictum est de mundanis: qui carius vendunt propter inducias temporis, horrendum est hoc dicere, sed horribilibus est facere. *Osea* 6. d. In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. Propter hoc de ipsis conqueritur Dominus in cuius persona subiungit Propheta.

g Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi. &c.) Maledicere dicuntur Deo tales Religiosi, quia per eos nomen Dei maledicitur & blasphematur: *Romanorum* 2. d. Et *Isaia* 52. b. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Et addit *Apostolus*: Circuncisio quidem prodest, si legem custodias, id est, Religio, si serues regulam Et post: Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.

m Tu verò, &c.) Octo verba ponit in his duobus versibus contra octo partes ingratitudinis, quæ procul debent esse à religione, id est, inhumanitas, inimicitia, scandalum, proditio, consiliorum reuelatio inhospitalitas, deuiatio, contradictio. Hæc sunt monstra claustri in terra promissionis de quibus dicitur *Numer.* 13. d. Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: ibi vidimus monstra quædam. Contra primum dicitur: [Tu verò homo) id est, humanus. Humanitas enim debet esse in claustro, si alicubi est. *Act* 28. a. Barbari præstiterunt nobis non modicam humanitatem. Et si barbari hoc fecerunt, quid ergo facient ciues cœli, id est, viri claustrales? Contra secundum dicitur.

Octo verba contra octo partes ingratitudinis, quæ procul esse debent à Religiosis.

o Vnanimis: Et bene sequitur, quia vbi non est humanitas, non potest esse vnanimitas. *Psalm.* 67. Qui habitare facit vnanimes in domo, id est, in claustro. *Aug.* Hæc sūt, quæ præcipimus: vt obseruetis in Monasterio constituti. Primū, propter quod in vnum estis congregati vt vnanimes habitetis, &c. Contra tertium dicitur. *p* Dux meus] in via plana, vbi nullum scandalum. *Galat.* 5. c. Si Spiritu ducimini, non estis sub lege. *Ps* 76. Deduxisti populum

Allegor. *De Christo.* Λ a Et Notus meus,] quia etiam te præsciui proditorem. Tu inquam, talis supple, quare me tradis?

b Qui etiam simul mecum dulces capiebas cibos] comedendo mecum, ad literam.

c Et in domo Dei,] id est, in templo: Ambulauimus cum consensu.

Ostensa culpa iudæorum & Iudæ, ostendit pœnam. Vnde dicit.

f Veniat mors] i. captiuitas.

g Super illos Iudæos.

h Et descendant in infernum viuētes] i. in acerbam pœnam ipsius captiuitatis. Iudas etiā mortuus est ad literam, & descendit viuens in infernum, quia desperans se suspendit. *Matth. 26. a.*

& a notus meus. b Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in c domo Dei d ambulauimus e cum consensu. f Veniat mors g super illos: & h descendant in i infernum k viuentes. l Quoniā nequitiæ in † m habitaculis eorum: in n medio † eorum. o Ego autem p ad Deum q clamaui r & Dominus † s saluauit me.

al. † hospitio. *al.* † ipsorū. *al.* † exaudiuit.

l Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum,] id est, in domibus eorum, vbi conuenticula & consilia faciebant, quærentes, quomodo Iesum tenerent, & occiderent. Et postea.

De Ecclesia. vel viro iusto. n In medio eorum,) id est, in aperto, quando consilia sua aliis aperuerunt.

⊖ inferuntur. Vnde addit: a Et notus meus,] Sexta, quia à commensalibus. Vnde suddit:

b Qui simul mecum dulces capiebas cibos,] secundum quod dixit Ioseph de fratribus suis: *Genes. 34.* d. Occide victimas, & instrue conuiuium: quia mecum sunt comesturi. Septima, quia à contubernalibus. Vnde dicit. c In domo Dei ambulauimus,] ego & tu. e Cum consensu;] Tu inquam, talis persecutus es me. Vnde hæc est aposiopesis, id est, defectus in locutione. Cibos dulces, intellige spirituales de quibus in *Psal. 118.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? *Cant. 5. a.* Comedi fauum cum melle meo, id est, historicum sensum cum mystico. Et sequitur; Bibi vinum meum cum lacte meo. Vinum, est subtilis doctrina: Lac, facilis. *Isa. 7.* c. Butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Butyrum significat carnalem expositionem, mel spiritualem.

f Veniat mors,] Postquam egit de culpa malorum, agit de pœna eorum. Et sicut aggrauauit culpam; ita aggrauat & pœnam dicens & imprecans: veniat mors super illos, i. malos quasi dicat, nouo mortis genere, & insperato moriantur. Sicut legitur de Chore, Dathan & Abyron: *Num. 16.* e. Per quos bene falsi fratres significantur. Vel meliùs de morte æterna legatur, vt sit sensus Veniat mors, &c.] Sicut Chore, Dathan & Abiron ex improuiso mortui sunt nouo mortis genere; sic isti moriantur mortè æterna. *Prou. 29.* c. Repentinus ei superueniet interitus & eum sanitas non sequetur.

g Super illos] dicit, vt notetur mortis dominium, & oppressio cōtra illos, qui dū viuerent, non timuerūt eā. Vnde, super illos veniet quasi Rex. *Iob 18.* c. Calcet super eū quasi Rex interitus. *Et in eod.* Consummat brachia illius primogenita mors. Sic ergo est mors super malos, sed non sic super bonos, imò sub eis. *Isa. 25.* b. Præcipitabit mortem in sempiternum.

h Et descendant in infernum] ad literam.

k Viuentes, id est, scientes. Hi sunt, qui de industria peccant. *Num. 24.* a. Cadens apertos habet oculos. Vel sic: Viuentes, id est, non potentes ibi mori. *Apocal. 9.* b. Desiderabunt mori: & fugiet mors ab eis. Vel sic: Descendant in infernum viuentes, id est, qui hic viuunt mundo & peccato. Vel, Descendant in infernum viuentes, in claustro. Contra quod dicitur *Coloss. 3.* a. Mortui estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et *Rom. 6.* b. Existimate vos quidem mortuos peccato; viuentes autem Deo,

Vel Moraliter. h Descendant in infernum,] id est, in cupiditatem. k Viuentes,] id est, in hac præsenti vita. Dicitur autem cupiditas, siue cor cupidi infernus, quia non potest impleri. *Prouerb. 27.* c. Infernus & perditio nunquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles. *Eccl. 5.* b. Auarus non implebitur pecunia. *Abac. 2.* d. Dilatauit, quasi infernus animam suam & ipse quasi mors non adimplebitur. Et sequitur ibi: Væ ei, qui multiplicat non sua. Hæc autem accident illis falsis fratribus, l Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum.] Nequitia est malitia, quæ nequit finem consequi, aut propter paupertatem, aut propter sui nimietatem. *Eccl. 20.* c. Est qui vetatur præ inopia peccare. *Et 19.* d. Est qui nequiter se humiliat, id est, quia nequit se exaltare.

m In habitaculis eorum,) id est, in discreto cordis, quod est.

n In medio eorum,] *Ephes. 5.* c. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere. Alia litera habet: Nequitia in congregatione & in medio eorum.

Moraliter. De claustralibus. * tuum in manu Moysi & Aaron. E conuerso multi Duces per scandala ducunt. *Greg.* Si pastor per abrupta vitiorum gradstur, necesse est, vt in præcipitium grex sequatur. *Matth. 15.* b. Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Contra quartum Dicitur: a Et notus meus) id est, secretorum cognitor. Tamen paucissimi debent esse tales. *Eccl. 6.* a. Multi pacifici sint tibi: & consiliarius sit tibi vnus de mille. *Mich. 7.* b. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, id est, ab vxore custodi claustra oris tui. Exemplum de Dalida & Samsone: *Iudic. 16.* d. Contra quintum dicitur: b Qui simul mecum dulces capiebas cibos,] doctrinæ in claustro. Eucharistiæ in Monasterio, vel in refectorio, *Isa. 7.* c. Butyrum & mel comedet vt sciat eligere bonum & reprobare malum, &c. *Gen. 43.* d. Instrue conuiuium, quoniam mecum sunt comesturi meridie. Contra sextum dicitur.

c In domo Dei] vbi recipiuntur hospites, vt dicit Apostolus ad *Heb. 13.* a. Hospitalitatē nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Contra septimum dicitur d Ambulauimus] in via, non in inuio. *Isa. 30.* e. Hæc via, ambulate in ea. Contra octauum dicitur:

e Cum consensu,] id est, sine contradictione, id est, concorditer viuentes. *Eccl. 25.* a. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi benè consentientes. Sequitur de pœna talium claustralium.

f Veniat,] id est, veniet, mors, gehennæ.

g Super illos] opprimens eos, & vocata ab eis. *Sap. 1.* d. Deus mortem non fecit; sed impij manibus & verbis accersierunt.

h Et descendant,] id est, descendent.

i In infernum viuentes] in claustro, vbi deberent esse mortui, & sepulti. *Coloss. 2.* d. Si mortui estis cum Christo ab elementis, id est, elementaris huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis, sc. cibos & vestes & huiusmodi?

l Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum,] id est, in cellario, in granario, in refectorio, in dormitorio. *Os. 9.* c. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Galgal interpretatur rota, vel reuelatio. *Psal. 82.* Domine, pone illos vt rotam, quæ in luto tota mergitur, & posteriùs eleuata, anteriùs mergitur.

n In medio eorum,] id est, in Prælato, qui est medius, vt Iudex. Vel in medio eorum, id est, in communi omnibus consentientibus.

o Ego autem, &c.) Tertia pars, vbi in persona Christi, vel Ecclesiæ, vel Iusti assignat Propheta, quid sibi & persecutoribus fiat: Et de vtroque alternatim loquitur. Hæc autem pars sicut & præmissa, primo de Christo exponitur, quasi dicat Christus, dico quod prædicta mihi fecerunt Iudæi.

o Ego autem ad Deum Clamaui,] id est, prolixè & deuotè oraui. *Luc. 22.* e. Et factus in agonia prolixius orabat &c. Vel clamaui, ad litteram. *Matth. 27.* f. Clamauit voce magna Iesus dicens: Heli Heli lamazabathani, &c. *Allegor. De Christo.*

r Et Dominus saluauit, vel saluabit] me resuscitans me. *Ps. 19.* Saluum fecit Dn̄s Christū suū. Et quòd saluabit me:

Λ a Vespere narrabo

o Ego autem ad Deū clamaui, &c.] De Ecclesia, vel de viro iusto exponitur sic: Ego autem, inter prædictas tribulationes æstuans.

p Ad Deum clamaui. Ego] non per vicarium, sicut Canonici, qui per vicarios cantant, & fortè per vicarios saluabuntur. *Eze. 44.* b. Posuisti custodes obseruationū mearum in sanctuario meo, & vobismetipsis. Ad Deum, non ad nummum ærarium *Malach. 1.* c. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò, &c. *De Ecclesia vel viro iusto.*

q Clamaui.] Dominus non audit susurrantes. *Isa. 40.* b. Vox clamantis: Clama. Et dixi: [Clamaui ad Deum.] Hoc est summum remedium & solum. *2. Paral. 20.* c. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Et *Isaia capitulo decimo* d. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis & mittet eis Saluatorem. Et hoc est, quod hic dicitur: [Ad Deum clamaui.

r Et Dominus] non nummus.

s Saluauit me] non ditaui. [Saluauit] à peccato, ab inferno. Et propter hoc, ne de ingratitudine possim argui:

⊖ a Vespere

Allegoricè. A a Veſpere narrabo & annunciabo,] i. In cœna diſcipulis quando dixit eis: Vado ad eum, qui me miſit. *Ioan.* 16. a. Et multa alia.

Ioan. 18. b. b Et mane] paraſceues, Pilato, quando quæſiuit: Tu es Rex Iudæorum? Et ipſe reſpondit: Tu dicis, & ita eſt ſicut dicis, quia Rex ſum ego confitentium & per me ſaluatum, ſaluabantur. Et *Luc.* 22. g. vt factus eſt dies, &c. Et ſequitur, quod dixit eis: Ex hoc autẽ erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei.

d. † Liberauit. *d.* † me. *De conſ. diſt.* 4. c. *non in vobis.* *d.* † Polluerunt.

c Et meridie,] quando erat in Cruce, & dixit latroni: Hodie mecum eris in Paradiſo. *Luc.* 23. f. Narrabo, ac ſi factum eſſet. e Et annunciabo,] futurum.

a veſpere & b mane & c meridie d narrabo, & e annunciabo: & f exaudiet g vocem meam, † h Redimet in pace animam meã i ab his, qui appropinquant mihi: quoniam k inter multos l erant mecum, m Exaudiet † Deus & n humiliabit illos, o qui eſt ante ſæcula. p Non enim eſt illis cõmutatio, q & non timuerunt Deum: r extendit manum ſuam in retribuendo. † ſ Contaminauerunt teſtamentum eius,

f Et] Dominus,] exaudiet,] id eſt, ad exitum perducet.
g Vocem meam quia ſicut dicam, ita erit. Quia.
h Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi,] vt me capiant in ſermone, vel capiant ad ligandum & flagellandum & crucifigendum. Appropinquant dico.
k Quoniam inter multos] qui me ſequebantur.
l Erant mecum] inſidiantes mihi.
m Exaudiet] dico, me liberando. Et etiam.
n Humiliabit eos] tollens locum & Gentem per Romanos *Ioan.* 11. f. Ipſe pater omnipotens æternus Deus.
o Qui eſt ante ſæcula] id eſt, ab æterno. Et quare hoc? Nonne Deus miſericors eſt, & recipit homines ad pœnitentiam? Ita ſed hoc faciet eis, quia pertinaces ſunt in malitia. Hoc eſt eſt quod ſequitur.
p Non enim illis commutatio,] vt ſcilicet, commutent ſermonem nequam, quem firmauerunt ſibi de me occidendo, nec etiam mutabunt corda poſtea, vt poſt factum pœniteant de ſcelere. Et ſubdit cauſam. q Et non timuerunt Deum.] Timor enim Domini expellit peccatum. *Eccl.* 1. c. Et propter hoc.
r Extendit manum ſuam in retribuendo,] ad feriendum eos. Et meritò, quia. ſ Contaminauerunt Teſtamentum eius, ſcilicet, traditiones legis, addendo & ſupponendo

A indignas ſuas

De Eccleſia vel viro iuſto. Θ a Veſpere & mane & meridie narrabo] laudes eius, ſecundum quod dixit Dominus ei, quem ſaluauerat & à Dæmonio liberauerat, *Luc.* 8. f. Redi in domum tuam, & narra quanta, tibi fecit Deus. *Pſalm.* 65. Venite audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animę meæ. *Aliter.* Nec vna hora tantùm diei hoc faciam, ſed [veſpere & mane meridie] quaſi dicat, tota die. Vel ſic. [Veſpere,] id eſt, in ſenectute. [Mane,] id eſt, in pueritia. Et meridie, i. in iuuentute, quaſi dicat in omni tempore vitæ meæ. *Pſal.* 33. Benedicam Dñm in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. *Aliter.* Vel ſic, Veſpere, id eſt, illis, quibus Sol occidit, ſcilicet peccatoribus. Et mane, i. incipientibus bene agere. Et meridie, i. perfectis. Peccatoribus vt reſiliãt incipiẽtibus, vt proficiãt: perfectis, vt perſeuerẽt, quaſi dicat omnibus narrãda ſunt mirabilia eius, qui ſolẽ ſuũ facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper Iuſtos & peccatores. *Matth.* 5. g. *Aliter.* Vel, Veſpere, id eſt, in morte. Mane, id eſt, in generali reſurrectione Meridie, id eſt, in plena Dei viſione *Ioan.* 11. d. Quaſi meridianus ſulgor conſurget tibi ad veſperam, & cum conſumptum te putaueris, orieris vt lucifer. Dicit autem. d Narrabo & annunciabo.] Narrabo facilia, & annunciabo difficilia. Vel. Narrabo ea, quæ mihi fecit. Et annunciabo ea quæ promiſit. Et ſubiungit præmium dicens.
ſ Et exaudiet vocem meam.] *Ierem.* 23. e. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo. auertiſſem eos vtique à via ſua mala, &c. *Ierem.* 15. d. Si conuerteris conuertam te. *Ierem.* 20. d. Audiat clamorem mane & vlulatum in tempore meridiano. Poſteà oſtendit quomodo Dominus exaudit eum ſcilicet, dando ei pacem æternitatis, qui priùs dedit pacem reconciliationis. Vnde dicit. h Redimet animam meam] collocandam in pace æternitatis. In primo aduentu redemit eam à culpa, & dedit ei pacem reconciliationis. *Iſa.* 43. a. Noli timere, quia redemi te. In ſecundo redimet à pœna, & dabit ei pacem æternitatis. *Iſa.* 1. g Sion in iudicio redimetur. De hoc loquitur hic. Redimet, dico.
i Ab his] id eſt, a falſis fratribus. Qui appropinquant mihi ſocij ſunt ſæpe Iuſtorum. *Iob* 30. d. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum, id eſt, & detractorum & hypocrytarum. Et hoc eſt, quod addit.
k Quoniam inter multos erant mecum] ſicut palea cum granis. Vel, Ab his, qui appropinquant mihi; id eſt, à Dæmonibus, qui vſque ad cor appropinquant. *Iſaia* 40. a. Loquimini ad cor Ieruſalem. Quoniam inter multos erant mecum. *Iob* 40. b. Ecce Behemoth, quem feci tecum. Sic ergo.
m Exaudiet] me, Deus, dando mihi bonum. Sed hoc parum eſſet, ſi perſecutores eſſent immunes à pœna. Vnde adhuc addit: Exaudiet Deus & humiliabit eos, quaſi dicat, etiam in hoc me exaudiet Deus & humiliabit eos, i. vilificauit. Ipſe.
o Qui eſt ante ſæcula,] ſcilicet, Chriſtus, licet in tempore factus ſit homo. Alia litera: Qui Iudex eſt ab initio Et nota, quod humiliatio dicitur in malo, vt hic, ſcilicet, vilificatio, Et *Iſaia.* 2. c. Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt. Dicitur etiam in bono, vt in *Pſal.* 118. Bonum mihi, Domine: quia humiliaſti me: Sic enim idem eſt, quod humilitas. Dicitur etiam ficta humilitas. Vnde 3. *Regum vigeſimo primo* g. Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? *Eccleſ.* 43 c. Obuians ros ab ardore venienti humilem efficiet illum. Et meritò humiliabit illos. *Humiliatio dicitur in bonum & in malum.*
p Non enim eſt illis commutatio,] i. quia ſunt incorrigibiles & obſtinati, nec poſſunt commutari. *Eccleſ.* 1. d. Peruerſi difficilè corriguntur. Quia vt habetur *Prou.* 18. a. Impius cùm in profundum peccatorum venerit contemnit. *Oſea* 7. Ephraim factus eſt ſubcinericius, id eſt, totus ſub terrenitate, qui non reuerſatur. Et nota, quod benè dicit, commutatio, id eſt, ſimul mutatio, quaſi totaliter, quia aliquando quidam mutantur ex parte ſc. corpore, non ſpiritu: habitu, non voluntate. De talibus *Oſea* 12. b. primò loquitur bonis, ſic: Tu ad Dominum Deum tuum conuerteris, ſcilicet, ex toto. Et pòſt addit de aliis: Chanaan in manu eius ſtatera doloſa. Chanaan interpretatur commutatio. Sed hæc eſt doloſitas in ſtatera, minus dare Deo. Et ideo Noe maledixit Chanaan. *Gen.* 9. d. Maledictus Chanaan, &c. Vel, Non eſt illis commutatio, id eſt, pretium redemptionis. *Matth.* 16. d. Quam commutationem dabit homo pro anima ſua? *Ezec.* 7. e. Argentum & aurum eorum non valebit eos liberare in die furoris Domini. Vel, Non eſt illis commutatio: quia impij dant animas ſuas pro nihilo, id eſt, pro peccato. *Prouerbiorum* 10. c. Cor impiorum pro nihilo.
q Et non timuerunt Deum] quaſi dicat, ideò non commutabuntur. *Iſaia* 40. b. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Qui autem ſperant, ipſi timent. Aliter enim non eſt ſpes; ſed præſumptio, ſecundum quod dicit *Greg.* Spes ſine timore luxuriat in præſumptionem, & timor ſine ſpe degenerat in deſperationem. Et *Eccl.* 2. d. Qui timent Deum, præparabunt corda ſua. Ipſi autem non impune ferent, quia iam.
r Extendit manum ſuam in retribuendo] id eſt, vindictam Per hoc, quod dicit: Extendit, innuitur miſericordia, quam habet in puniendo in Præſenti. Non enim adhuc claudit pugnum ſuum ad percutiendum fortiter & durè; ſed quaſi cum palma dat alapam. Item per extendit, etiam notatur comminatio pœnæ æternæ. *Iſa.* 9. d. In omnibus his non eſt auerſus furor eius; ſed adhuc manus eius extenta. Poſſet autem aliquis dicere: Quid eſt hoc? Nonne Dominus fecerat teſtamentum pacis in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, ſicut dicitur. 2. *Cor.* 5. d. quare nunc extendit manum ſuam ad vindictam? Ad hoc quaſi reſpondens ſubiungit.
ſ Contaminauerunt teſtamentum eius.] Et ideò. Teſtamentum non liberauit eos. *Heb.* 10. e. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus, aut tribus teſtibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit? Contaminat Teſtamentum, Dei, ſcilicet, nouum Teſtamentum, qui poſtquam Chriſtus illud ſanguine proprio confirmauit, pro peccatis noſtris moriens, peccare iterum addit, ſicut dicit *Gloſſ.* ſuper præmiſſum verbum ad *Heb.* dicens: Sanguinem pollutum ducit ſi ab eo mundatus ad vomitum redit & pœnitere negligit. Item contaminatur Teſtamentum Dei per indignitatem ſeu malitiam miniſtrorum. *Ezech.* 7. f. Violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabunt illud. Item contaminatur per falſorum admixtionem, ſeu falſam expoſitionem. *Iſaia primo* f. Vinum tuum mixtum eſt aqua. *Malach.*

Allegoricè. A indignas suas additiones: Sicut dicitur pollui aliquid, quando aliquo vili liquore respergitur. Vel, Contaminauerunt Testamentum eius, cum agnum paschalem verum, qui legis erat consummatio spuerunt & viliter tractauerunt. Et ideo:

a Diuisi sunt,] i. per totum mundum dispersi.

b Ab ira,) id est, propter iram.

al.† In Deũ. *c* Vultus eius] i. voluntatis eius. Vel diuisi ab vnitate fidelium.

d Et appropinquauit cor illius] i. Gẽtiles quos dilexit

a diuisi sunt *b* ab ira *c* vultus eius: & *d* appropinquauit cor illius. *e* Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt *f* iacula. *g* Iacta † super Dominũ curam tuam: & *g* ipse te enutriet, & non *h* dabit in *i* æternum *k* fluctuationem Iusto. *l* Tu vero, Deus, Deduces eos in *m* puteum † interitus. Viri *n* sanguinum & † *o* dolosi non *p* dimidiabunt dies suos: *q* ego autem † sperabo in te, Domine.

Communiter enim dicitur, Iste est cor illius, id est, multum diligit eum. Hi appropinquauerunt Deo, qui ante erant longè. *Ephes.* 2. c. Vos gentes, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine ipsius. Vel sic, Appropinquauit cor illius, ad Gentes per dilectionem. Et quomodo? Per prædicationem Apostolorum, de qua subiungit.

e Molliti sunt sermones eius super oleum,] id est, molliter & suauiter dicti. Et tamen.

f Ipsi sunt iacula] quia corda audientium vulnerauerunt charitate.

De Ecclesia vel viro iusto. ⊖ 1. d. Mensa Domini contaminata est. Item contaminatur per inutiles & extraneas expositiones aut Philosophiæ admixtionem. *Ierem.* 16. d. Contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum, id est, dogmatum inutilium. Item contaminatur Testamentum Dei, id est, res testata ab ipso, scilicet, bona Ecclesiæ per malam vitam Prælatorum & Clericorum, qui malè possidẽt, & malè expendunt. *Ierem.* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & bona illius, & ingressi contaminauistis terram meam. *Ezech.* 9. c. Contaminate domum, & implete atria interfectis. Vel contaminatur Testamentum Dei, id est, pactum Baptismi. *Aggæi* 2. c. Si tetigerit pollutus in anima de omnibus his, nunquid contaminabitur? Et quia, contaminauerunt.

Psal. 33. *a* Diuisi sunt) à bonis, merito in præsenti, & diuidentur numero & loco in futuro: vt non habeant cum bonis partem in testamento pacis. Et hoc.

b Ab ira vultus eius] quia vultus Domini super facientes mala. *Thren.* 4. c. Facies Domini diuisit eos, non addet, vt respiciat eos. De diuisione futura. *Luc.* 12. f. Diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. *Matth.* 25. c. Separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Non sic autem diuiduntur boni à Deo. Vnde addit.

d Et appropinquauit,] vel appropinquabit, cor illius,) id est, secreta voluntas eius, scilicet Dei ad bonos. *Prou.* 21. b. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus. *Iacob.* 4. b. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Cognitio autem voluntatis Dei appropinquat ad hominem per expositionem sacræ Scripturæ. Vnde sequitur.

e Molliti sunt sermones eius super oleum] dum suauiter exponitur Scriptura, vt prædictum est suprà.

f Et,) tamen ipsi sunt iacula, penetrantes vsque ad cor. De mollitie. *Psalm.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. De penetratione. *Hebr.* 4. c. Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.

Sermo Dei cõparatur oleo.
- Propter lucem. *Ps.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum.
- Quia supernatat. *Eccl.* 9. d. Verba sapiẽtum audiuntur in silentio.
- Propter refectionem. *Deut.* 8. a Non in solo pane viuit homo, &c. *Ezech.* 3. a. Cibauit me volumine.
- Propter sanationem. *Sap.* 16. b. Neque herba, neque malagma sanauit eos, &c.
- Propter mollitiem, vel suauitatem. *Eccl.* 40. c. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam.

Aliter de adulatore. Vel de adulatore exponi potest: molliti sunt sermones eius, i. adulatoris super oleum, &c. *Prou.* 29. a. Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur cum amico suo, expandit rete pedibus eius. *Isa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. *Gregor.* Ille demum aculeum in auditorum mente relinquere potest, qui non pungit, sed vngit. *Ezech.* 2. c. Cum scorpionibus habitas. Vel sic, Molliti sunt, in adulatione quam facit in præsentia eius, qui adulatur. Et ipsi sunt iacula, in detractione in absentia illius. *Prou.* 25. c. Iaculum, & gladius & sagitta acuta, homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimoniũ. Talis est & adulator & detractor: quia vterque falsum perhibet testimonium. Iste, vt placeat; ille vt noceat. Vel de Diabolo, Molliti sunt sermones eius, id est, suggestiones Diaboli. *Aliter de Diabolo.* *Iob.* 40. d. Loquetur tibi mollia. Et ipsi sunt iacula, quia animã interficiunt si eis consentiatur. *Eccl.* 51. a. Dentes illius interficientes animas hominum.

al.† corruptionis. *al.† dolositatis.* *al.† speraui.*

g Iacta super Dñm] quasi dicat, ex quo verba Domini sunt ita mollia & dulcia: Ergo ne sis sollicitus animæ tuæ quid manduces, sed iacta super Dominum curam tuam: *Matth.* 7. d. & ipse te enutriet dulcedine verbi sui. *Matth.* 4. a. & *Deut.* 8 a. Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Vel secundum aliam lecturam sic continua, quasi dicat, ita vngunt & pungunt tam adulatores, quam detractores, quam ipse Diabolus, sed vt non timeas eos, Iacta super Dominum curam tuã. *August.* Projice te in Deum, non est tam crudelis, vt se subtrahat, & te cadere permittat. Hoc est contra illos, qui solliciti sunt de terrenis nec ea volunt dimittere, vt Domino se committant. 1. *Petr.* 5. b. Omnem sollicitudinẽ vestram projicientes in eum quoniam ipsi cura est de vobis, 2. *Cor.* 9. c. Qui administrat semen seminanti & panem ad manducandum præstabit. *Psalm.* 36. Non vidi Iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Hoc est, quod sequitur.

g Et ipse te enutriet.] Et quid mirum cum ipse sit cibus? *Ioan.* 6. c. Ego sum panis viuus. Sed quia dicunt aliqui: Bene iactarem curam meam in Domino & omnibus propter ipsum abrenunciarem, nisi timerem, ne postea pœniterem subiungit.

h Et non dabit in æternum fluctuationem Iusto. Non dabit,] id est, non permittet dari.

i In æternum,] licet ad horam det.

k Fluctuationem,] id est, instabilitatem, *Iacob* 1. a. Qui hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Sed non sic de illis, qui indubitenter iactant curam sui in Dominum. *Prou.* 10. d. Iustus quasi fundamentum sempiternum. *Psalm.* 70. In te confirmatus sum ex vtero. *Eccl.* 15. a. Firmabitur in illo, & non flectetur. Sed malis quid faciet subiungit.

l Tu verò, Deus, deduces eos,] id est, iniustos.

m In puteum interitus,] id est, in infernum. *Apocal.* 9. a. Data est ei clauis putei, & aperuit puteum abyssi. Vel, in puteum interitus; in præsenti, id est, in profunditatem peccati. *Psalm.* 68. Neque vrgeat super me puteus os suum. Hæc autem deductio citò fiet. Vnde sequitur.

n Viri sanguinum, & dolosi, &c. Viri sanguinum] sunt violenter & apertè nocentes.

o Dolosi.] fraudulenter nocentes. Vel, Viri sanguinum, sunt detractores, qui carnes viuas ad vescendum conferunt, sicut dicitur *Prouerbiorum.* 23. c. Dolosi, sunt adulatores. *Isaia* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt Tales igitur,

p Non dimidiabunt dies suos] ad literam, quia peccata consumunt corpus. *Ezech.* 22. a. Appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorũ tuorum. Sed nonne videtur contrarium *Eccles.* 7. c. Iustus perit in iustitia sua: & impius multo viuit tempore. Solutio patet per hoc, quod dicit suos, non dicit dies ætati suæ, sed suos, id est, quo sibi promiserunt. Sicut *Luc.* 12. c. Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos. Ecce quid sibi promittebat. Sed non dimidiauit, Vnde ibi sequitur. Stulte hac nocte repetent animã tuam à te. *Iob.* 22. c. Viri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum. Vel sic, Non dimidiabunt dies suos, faciendo bonum per dimidietatem vitæ suæ, secundũ illud *Rom.* 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ ad iniquitatẽ ita nũc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. *Isa.* 38. b. In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi: quæsiui residuum annorum meorum, vt sc. in alia medietate reuertar ad portas Paradisi. Ita illi.

q Ego autem sperabo in te, Domine] *Iob* 13. c. Etiam si occiderit me sperabo in eum, Nota, quod est puteus bonus, & puteus malus.

Puteus bonus

Puteus
Bonus
Gloriæ, i. Christus. *Genesis vigesimo primo* d. Fodi puteum istum; idcirco vocatus est locus ille Bersabee, Bersabee interpretatur puteus satietatis. *Psa.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.
Vitæ, scilicet, Ecclesia, vel beata Virgo. *Cant.* 4. d. Puteus aquarum viuentium.
Scripturæ. *Genes.* 16. d. Vocauit puteum illum, puteum viuentis & videntis me.
Naturæ *Prouerbiorum quinto* c. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui deriuentur foras, id est, fac in opere, quod habes in natura.
Charitatis. *Genes.* 25. e. Isaac fodit puteum, vocauit nomen illius latitudo.
Spei. *Eodem.* g. Appellauit eum abundantiam.
Fidei. *Num.* 21. d. Ascendat puteus, &c. Vsque: In datore legis.
Prudentiæ. 2. *Reg.* 17. d. Ingressi sunt in domum cuiusdam viri, qui habebat puteum in vestibulo suo.
Prædicationis. *Eccles.* 50. a. In diebus eius emanauerunt putei aqua um.
Expositionis litteralis. *Ecclesiastic.* 48. c. Fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. Vndè legales ceremoniæ dicuntur putei. *Genesis* 29. c. Amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Et *Exod.* 2. c. Moyses sedit iuxta puteum.
Malus
Calumniæ, id est, litigatorum. *Genes.* 26. d. Vocauit nomen putei calumniam.
Inimicitiæ, qui bene sequitur. *Eodem* e. Appellauitque eum inimicitias.
Hæreticæ doctrinæ. *Num.* 21. e. Non bibemus aquas ex puteis tuis, dicitur ad Seon.
Consanguinitatis. *Num.* 20. c. Dicitur ad Edom: Non bibemus aquas de puteis tuis.
Infamiæ. *Apoc.* 9. a. De fumo putei exierunt locustæ, i. adulatores.
Luxuriæ. *Prou.* 13. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena.
Mundanæ gloriæ. *Isaia decimo quinto* d. Vsque ad puteum Helim clamor eius. Helim interpretatur deficiens, & vana gloria mundi deficit. 1. *Petr.* 1. d. Omnis gloria eius, quasi flos fœni.
Cuiuslibet profundi peccati. *Psalm.* 68. Neque vrgeat super me puteus os suum.
Inferni, vt hic, & *Zachar* 9. c. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, scilicet, misericordiæ.

EXPOSITIO PSALM. LV.

MISERERE mei, Deus, &c.] Titulus. [In finem pro populo, qui à sanctis longè factus est, in tituli inscriptione ipsi Dauid, cù tenerent eum Allophyli in Geth.] Suprà egit de falsis fratribus: Hic autem agit de allophylis, i. de apertis malis, per quos exprimitur à Sanctis vinum iustitiæ, tanquam per torcular, quod notatur in titulo, qui sumptus est partim ab Euangelio, partim ab historia Regum. Legitur. n. in Euangelio *Io.* 19. d. Quod supposuit Pilatus capiti Christi in Cruce inscriptionem tituli: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Cui contradixerunt Iudæi, dicentes: Noli scribere: Rex Iudæorum, sed quia dixit se Regem Iudæorum. Quibus respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi, i. non delebitur. Nec hoc à semetipso dixit: Erat enim per Spiritum sanctum prophetatum in titulis aliorum psalmorum, vbi habetur sic: Non corrumpas tituli inscriptionem. Titulo etiam contradicunt, qui in peccatis recidiuant, quasi negantes Christum passum fuisse, & iterum ipsum passurum, dicentes facto suo. *Hebr.* 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Populus ergo Iudæorum & conuentus malignantium, longè fuerunt, & sunt à Sanctis, meritò, per hoc, quod contradixerunt, & contradicunt inscriptioni tituli. Quod autem sequitur, sumitur de. 1. *Reg.* 21. d. Quia cùm fugeret Dauid à facie Saül, fugit ad Achis Regem Geth, quæ erat ciuitas Allophylorum, vbi Dauid fuit peregrinus; sed non retentus. Per Dauid ergo Christus intelligitur, de semine Dauid secundum carnem natus. Per Allophylos, qui alienigenæ dicuntur, persecutores Christi & Ecclesiæ; qui alieni sunt à Deo, qui tenuerunt Christum in capite, & nunc in mébris. [In Geth] quod interpretatur torcular, id est in pressuris huius mundi, quæ vtiles sunt nobis sicut torcular vuæ, quæ quasi inutilis est, nisi vinum eliciatur, & exprimatur in torculari. Est ergo sensus tituli. Psalmus [iste, mittens nos] [in finem] Christum, scriptus, [pro populo] saluando. Vel, [pro populo,] id est, contra populum, scilicet, Iudæorum & persecutorum ad accusandú eum, [qui] populus,] longe factus est à Sáctis] non loco, sed mente, [in tituli inscriptione,] id est, quia contraxit & contradicit titulo Christi. & Passioni eius. Hic, inquam, [psalmus] ascribitur, [ipsi Dauid] id est, Christo, qui psalmus scriptus est de eo, quod factum fuit, [cum Allophyli] id est, alienigenæ, [tenerent eum] in capite, & nunc tenent in membris, [In Geth,] id est, in pressuris Christo adhuc clamante: Saule, Saule, quid me persequeris? *Act.* 9. a Est ergo materia, persecutio hæreticorum & persecutorum Ecclesiæ. Intentio, confirmare corda debilium contra tribulationes. Modus tripartitus est. Psalmus. Primo orans Ecclesia in pressura, summatim tangit tribulationes, quas patitur, & in fine dicens se non timere. Secundò enumerat mala, quæ sustinendo sit inimicorum † execratio, *ibi* [Tota die] Tertio de malis istis liberata, laudem se cantare promittit. *ibi*: [In me sunt.] Propheta ergo in persona Ecclesiæ, vel viri iusti pressi à peccatoribus, sicut vua in torculari, clamat ad Dominum Dicens:

In finem pro populo, qui à Sanctis longè factus est in tituli inscriptione ipsi Dauid, cum tenerent eum Allophyli in Geth.

PSAL. LV.

a MIserere mei, De⁹, quoniã b conculcauit me homo: al. † mihi, Domine.

Partitio psalmi.

al. † conuersio.

a Miserere mei, Deus] Et necesse habeo.
b Quoniam conculcauit me homo] ab humo dictus, quasi dicat, non sanctus, quod est sine terra: sed terrenus. Et alludit ei, quod dicitur in titulo, pro populo, qui à sanctis longe factus est. Conculcauit,] pedibus superbiæ. *Psalm. trigesimo quinto.* Non veniat mihi pes superbiæ. Conculcatur autem homo iustus, vt vua. *Osea nono* c. Quasi vuas in deserto inueni Israel. *Isaia decimo sexto* c. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat: Ecce solarium eorum, qui conculcantur. Tunc dicunt illud *Iudicior. quint.* e. Conculca, anima mea robustos. Item conculcatur Iustus, sicut vestis. Vestis enim Dei Iusti sunt secundum illud. *Isaia quadragesim. nonó* e. Omnibus his velut ornamento vestieris. Vestis autem quando conculcatur à fullonibus, mundior & clarior efficitur. Munditia verò & claritas decet vestem Dei. *Marc. nono* a. Vestimenta eius facta sunt splendida & candida nimis, sicut nix, qua- De Ecclesia vel viro iusto. Iustus cõculcatur, vt vua vestis.

Vel de Diabolo legitur. b Quoniam conculcauit me homo,] id est, Diabolus, qui homo dicitur ab homine deuicto. Vnde *Matth.* 13. d. Inimicus homo hoc fecit. [Conculcauit,] id est, cum aliis calcauit. Multos enim socios habet Diabolus. *Matth.* 12. d Assumit septem alios Spiritus nequiores se. Vel, [conculcauit,] id est, ex toto calcauit. Vel, conculcauit,] id est, de vno vitio in aliud calcauit. Hoc potest dicere pœnitens. De peccatore enim dicitur *Iob.* 18 c. Calcet super eum, quasi Rex interitus, i. Diabolus. *Apoc.* 6. b. Nomen illi mors. Conculcat autem Diabol⁹ peccatorum hoc Aliter de Diabolo.

Item potest esse vox Christi conquerentis de malo Sacerdote, qui indigne accipit corpus Christi. Vox Christi cõtra malum Sacerdotem.
b Miserere mei, Deus] in hospitio, ad quod intraturus sum.
a Quoniam conculcauit me homo] carnalis & terren⁹ Sacerdos. *Heb.* 10. c Quãtò putatis deteriora mereri, qui filiú Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutú duxerit. Aba-

Item potest esse vox Ecclesiæ contra Prælatum malum. Vox Ecclesiæ contra Prælatum malum.
a Miserere mei, Deus] quia misera sum. *Threnorum* 1. g. Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus, & cor meum subuersum est in memetipsa, Quare? Quia.
b Conculcauit me homo] Prælatus carnalis. 1. *Corinthior.* 3. a. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulabitis? 1. *Machabaor.* 3. f. Ierusalem non habitabatur; sed erat sicut desertum, & sanctum conculcabatur, & filij alienigenarum erant in arce, id est, in dignitate.
a Tota die im-

Item potest esse vox sacræ Scripturæ a Miserere mei, De⁹, quoniã cõculcauit me homo] hæretic⁹ vel Doctor malus, violéter exponédo, aut malè viuédo. Mala:n. vita Doctoris Vox sacræ Scripturæ.

A nix, qualia fullo super terram non potest candida facere. Quæ autem sit illa conculcatio, aperit dicens.
a Tota die impugnans,] id est, toto tempore vitæ meæ.
c Tribulauit me] *Psalm.* 128. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

θ Peccatorem hoc modo. Primò insilit in eum per prauam suggestioné. Secundò attripit eum per delectationem. Tertio deiicit eum per consensum in operationem. Quartò conculcat eum per præsumptionem & iterationem. *Daniel.* 7. b. Reliqua pedibus suis conculcabat. Hæc autem conculcatio assidua est. Vnde addit. *a* Tota die,] id est, continue.

a tota die † *b* impugnans *c* tribulauit me *d* Cóculcauerunt me inimici mei *e* tota die: quoniam *f* multi *g* bellantes aduersum me. Ab *h* altitudine diei *i* timebo: *k* ego vero in te † sperabo. In *l* Deo laudabo sermones meos, † in *m* Deo speraui: non *n* timebo, quid faciat mihi † ca-

al. † bellans.
al. † speraui, Domine.
al. † tota die in Domino.
al. † homo.

b Impugnans,] id est, pro interioribus pugnans.
c Tribulauit me] *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt. *Greg.* Assidue pulsat, vt saltem tædio deiiciat. Item conculcatur homo iustus, vt oliua. *Mich.* 6. d. Tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo. Item vt lutum. *Num.* 3. c. Intra in lutum, & calca & tenens subige laterem.
* xerit? *Abacuc* 1. a. Quare respicis contemptores & taces impio conculcante iustiorem se, id est, Christum in hospitio suo susceptum? *a* Tota die impugnans tribulauit me,] cantans Missas pro obulis, & Sacramenta ministrans pro denariis.
Θ *a* Tota die impugnans tribulauit me.] Ad literam enim quando debent orare, aut prædicare, aut confessare, pugnant armis, vel litigant in causis. *Isa.* 22. b. Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis, & conculcationis & fletuum à Domino Deo exercituum in valle visionis.
Δ contemptibilem reddit sacrá scripturam. Hæc est enim mulier fornicaria secundum opinionem hominum, de qua dicitur *Eccl.* 9. b. Mulier fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. *a* Tota die impugnans tribulauit me] legendo, disputando, prædicando. *Ps.* 16. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Et quia in singulari dixerat [Homo conculcauit [posset aliquis credere, quod Ecclesia vnum solum hominem, vel Dæmonem conculcatorem haberet, & de facili posset resistere, quod remouet, cum subiungit pluraliter. *d* Conculcauerunt me inimici mei.] Et hoc,
e Tota die,] id est, continuè, sicut supra dictum est. Et bene dico in plurali [Conculcauerunt inimici.] *f* Quoniam multi] non tantum vnus, sunt. *g* Bellantes aduersum me] tam homines, quam Dæmones, tam prælati, quam subditi: tam aduocati, quam hæretici. Vnde *Ierem.* 12. c. Pastores multi à pascendo dicti demoliti sunt vineam meam, & deseruerunt portionem meam, id est, desertam fecerunt. Quia ergo assiduè impugnant: & quia multi sunt, non est mirum, si clamo ad te Domine. Sunt etiam potentes, vnde magis timendi. Hoc est, quod sequitur, *h* Ab altitudine diei,] id est, à fortitudine prosperitatis & magnitudine. *i* Ego timebo] saltem secundum sensualitatem. Vel interrogatiue sic [Ab altitudine diei,] eorum, quæ tantum diei est, & parum durat [timebo?] quasi dicat, non: quia cito transit. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus breuis vita.
k Ego vero in te sperabo] O Domine, quod ad vtrumque modum legendi potest aptari, quasi dicat si timebo secundum sensualitatem; tamen sperabo secundum rationem. Vel secundo modo sic [Non timebo] licet multi potentes sint, sed [sperabo in te] Domine 2. *Paral. decimo quart.* c. Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus. *Et vigesim. quinto* c. *eiusd.* Si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Dñs ab hostibus. Vel sic potest legi [Ab altitudine diei,] id est, prosperitatis meæ [timebo] dicit Ecclesia, vel anima. Secundum quod dicit *Gregor.* Cum vtraque fortuna sit timenda, magis timenda est prospera, quam aduersa. *Ps.* 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Quid si autem tempestas ista, docet *Gregor.* dicens. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? Vel [Ab altitudine diei] id est, à profunditate scientiæ, quia sicut dicit *Greg.* vbi maius est donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. *Eccl.* 1. d. Qui addit scientiam, addit & dolorem. Vel hoc [Ab altitudine diei timebo] est vox Ecclesiæ primitiuæ cóquerentis quod in diebus festiuis strages Martyrū fiebat, sicut Ioannes decollatus fuit in die Natalis Herodis. *Marc. sexto* c. Et *Mach.* 6. b. Ducebantur cùm amara necessitate in die Natalis Regis ad sacrificia. Et *Actuum decimo secundo* a. Volebat Herodes in tempore Paschæ interficere Petrum. Et similiter Christus fuit crucifixus in die festo, licet Iudæi dixissent. *Matth. vigesimo sexto* a. Non in die festo. Est etiam vox Christi conquerentis de peccatis, quæ modò frequentiùs perpetrantur in festis, quam in profestis diebus. Vndè dicit. [Ab altitudine diei timebo,] quia tunc iterum crucifigunt me peccatores. Et quantò dies altior, tantò crudeliùs eum persequuntur. Vndè *Isaia primo* d. Calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Et subiungit: Quare: Laboraui sustinens, quasi dicat, iterum me facitis pati per vestra peccata. Vndè addit. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Vel. [Ab altitudine diei,] i. à die iudicij, quæ est alta dies, in qua omnes congregantur audire sententiam [timebo.] *Iob vigesimo sexto* c. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. *Soph. primo* d. Vox diei amara, tribulabitur ibi fortis. [Ego verò in te sperabo] non in homine. *Ieremiæ decimo septimo* a. Maledictus, qui confidit in homine. Item. [Ab altitudine diei] Paschæ, qui est altus dies, in quo Dominus omnes pascit corpore suo, & potat sanguine suo [timebo] ne in conuiuio Domini stultè, aut malè habeam coram tot & tantis conuiuis, & tam nobilibus, Angelis dico. *Ecclesiastic. decimo quarto* b. Non defrauderis à die bono, & particula, i. hostia, diei bonæ non te prætereat. *Ecclesiastic. septimo* b. In die bona fruere bonis, & malum diem præcaue, i. ne sit tibi mala dies illa. Et quamuis sit mala, non desperabo. [Ego verò in te sperabo, quia Spes facit præcauere mala.
l In Deo laudabo sermones meos,] quasi dicat, quia sperabo in Deo, loquar de eo, secundùm quod ipse dederit mihi. Nec quod loquar, mihi ascribam. Hoc est laudare sermones suos, id est, laudabiles ostendere in Deo non in alio. Notandum enim, quòd quidam laudant sermones suos in nitore verborum: Contra illud. *Exod. vigesimo* d. Non ædificabitis mihi altare de sectis lapidibus. *Ecclesiast. quarto* d. Non abscondas sapientiam in decore eius. Alij laudant eos in obscuritate: Contra illud in *Ecclesiast. vigesimo quarto* c. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Prouerbiorum vndecimo.* Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Item alij in superuacua subtilitate. *Ecclesiast. tertio* c. In superuacuis rebus noli esse sollicitus. Per contrarium. *Isaia* 2. b. Conflabunt gladios suos in vomeres. Item alij in nociua subtilitate. *Prouerbiorum* 25. d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria. Item alij in humana sapientia: Contra illud. 1. *Corinth.* 2. a. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. 1. *Cor.* 1. c. Misit me Deus euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur Crux Christi. Item alij in falsitatis admixtione. *Ierem.* 23. c. Qui habet sermones meos, loquatur sermones meos verè. Sic non laudat vir iustus, sed in Deo, ostendens per sermonis simplicitaté & feruorem, quòd sermo est Dei. 1. *Petr.* 4. c. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Et posset aliquis dicere ei: tu non audebis loqui eorum timore perterritus. Propter hoc bene subiungit.

Multi multipliciter laudant sermones suos.

m In Deo speraui,] non iam in futuro dicit, sperabó; sed in præterito, sperauit. Et ideò.
n Non timebo, quid faciat mihi caro,] i. homines carnales. Sic Petrus & Ioannes iam sperantes in Domino, fiducialiter dixerunt Iudæis, qui denunciabant eis, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu: Non possumus, inquiunt, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Notandum autem, quòd caro multipliciter accipitur. Homo enim fragilis dicitur caro. *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum. *Isaia* 40. b. Videbit omnis caro Salutare Dei. Item mulier dicitur caro. *Ioan.* 1. b. Neque ex voluntate carnis, i. mulieris, neque ex voluntate viri. Item omne viuens. *Psalm.* 145. Qui dat escam omni carni. Item cognati & parentes. *Isaia* 58. c. Carnem tuam ne despexeris. Ibi habent *Septuaginta*: Domesticos seminis tui ne despexeris. Item sensualitas. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. Item carnalis intelligentia. *Matth.* 16. c. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Item carnalia desideria. *Iob* 19. d. Et carnibus meis saturamini. Item carnale opus. *Gen.* 2. d. Erunt duo in carne vna. Item fragilitas. *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est. Item mollities cordis. *Ez.* 36. f. Dabo vobis cor carneum. Item peccatum. 1. *Cor.* 15. f. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et de his omnibus generaliter debet dicere Iustus: [Non timebo, quid faciat mi

Act. 4. d.
Caro multipliciter accipitur.
Luc. 3. a.

faciat mihi caro. *a* Tota die,&c.] Secunda pars vbi oſtendit mala,quæ patitur,quaſi dicat,dico,quod] non timebo, quod faciat mihi caro [vel carnales homines. Et poſſet quis quærere quid mali faciunt tibi? Reſpondet: [Tota die, &c.] quaſi dicat plura mala. Quorum primum eſt, quia contemnunt verba eius volentes eum capere in ſermone,id eſt,Eccleſiam. Vnde dicit: [Tota die,] id eſt aſſiduè.

b Verba mea,] licet ſint in Deo laudabilia,ipſi. *c* Execrabantur,] quia vt habetur *Eccl.* 1. c. Execratio peccatoribus ſapientia. Execrabantur, id eſt, contemnebant, & execrabilia oſtendere ea, malè interpretando, & morſibus detractionis obfuſcando nitebantur, quia nihil adeo bene dictum eſt, quod non poſſit deprauari. Secundum eſt,quia malum machinantur contra eam. Vnde addit.

ro. *a* Tota die *b* verba mea † *c* execrabantur: *d* aduerſum me † omnes cogitationes eorum in *e* malum. † *f* inhabitabunt, & *g* abſcondent: ipſi *h* calcaneum meum obſeruabunt. *i* Sicut † ſuſtinuerunt *k* animam meam, pro *l* nihilo *m* ſaluos facies illos: in *n* ira populos † confringes. *o* Deus, vitam meam annunciaui tibi: † *p* poſuiſti lachrymas meas in conſpectu

al. † abominabantur.
al. † omnia conſilia.
al. † Incolët.
al. † expectauit anima mea.
al. † deduces,
al. † poſui.

d Aduerſum me omnes cogitationes eorum] erant.
e In malum.] *Matth.* 9. a. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? *Ierem.* 4. d. Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Et* 18. c. eiuſdem. Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes, venite, & percutiamus eum lingua. Hic tangit duo prædicta mala, ſcilicet, detractionem, & machinationem. Hæretici etiam, tota die verba, Eccleſiæ, id eſt, Miſſas, & horas, & omnia verba ſacramentalia execrantur, & derident. Sed dicitur *Eccl.* 15. c. Omne execramentum erroris odit Dominus. Aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum. *Ier.* 18. d. Tu ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortẽ. *Iob* 6. d. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis ad increpandum tantùm eloquia côncinnatis. *Pſalm.* 58. Et de execratione, & mendacio annunciabuntur, id eſt, excommunicabuntur, in ira conſummationis, & non erunt. Ideo dicit *Eccl.* 17. c. Nimis odito execrationem. Tertium eſt dolus. Vnde ſequitur.
f Inhabitabunt[mecum.
g Et abſcondent] malum, quod cogitant, vt ſcilicet, efficacius poſſint conſummare, Ecce dolus. *Ezech.* 2. c. Cum ſcorpionibus habitas *Ieron.* Nulla peſtis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Quartum malum eſt, quia inſidias tendunt. Vnde adiungit.
h Ipſi calcaneum meum obſeruabunt, id eſt, pedem meum ad lapſum perſpicientes, ſi caderem, vel in aliquo deuiarem: vt mihi inſultare poſſent. Vnde *Auguſt.* conqueritur dicens: Verborum aucupes, ſyllabarum dinumeratores, nodoſas calumnias mihi proponentes, vt me capere poſſent in verbo, nodum in ſcirpo, fiſſuram in plano, angulum in circulo quærentes. Et dicit, non pedem, ſed calcaneum: vt notet eorum perſeuerantiam in malo: quia vſque in finem operis, vel vitæ Iuſtorum non ceſſant eis inſidiari. Vel ſic, Inhabitabunt, vitia intùs in corde, quæ per confeſſionem non euomuntur. *Iſaiæ* 26. d. Iuſtitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. Et abſcondent. *Iob* 15. d. Sapientes confitentur, & non abſcondunt. Ipſi, id eſt, Dæmones, calcaneum meum obſeruabunt, id eſt, in finem vitæ. *Geneſ.* 3. c. Tu inſidiaberis calcaneo eius. *Pſal.* 48. Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Alia litera habet: Congregabantur abſconditè; plantas meas obſeruabant, expectantes animam meam. Vel ſic. Inhabitabunt, id eſt, intùs mecum habitabunt, hæretici cum Catholicis, dicit Eccleſia. Et abſcondent, imperitis deceptiones ſuas. Ipſi, hæretici calcaneum meum, id eſt, extremos, & infirmos, obſeruabunt, ad decipiendum. Tales enim decipiunt hæretici *Deuteron.* 25. d. Memento, quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris de Ægypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, occiderit.

Aliter.

Aliter.

i Sicut ſuſtinuerunt,&c.] Enumeratis mala, quæ bonis inferunt mali, ſubiungit cauſam, quare inferunt, ſcilicet, inuidiam. Vnde dicit: Sicut ſuſtinuerunt, quaſi dicat Eccleſia; hæc mihi fecerunt. Sicut, id eſt, quia, ſuſtinuerunt, vt onus.
k Animam meam,] id eſt, vitam, inuidentes, & dolentes quod non poſſunt me extinguere. Graue enim pondus videtur impio ſocietas Iuſti ſecundum illud *Eccl.* 13. a. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Vnde *Sap.* 2. c. dicunt impij de Chriſto: Grauis eſt nobis ad videndum. Vel Suſtinuerunt, id eſt, expectauerunt ad perdendum, ſecundum illud *Pſalm.* 118. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me. Poſteà Eccleſia reddit bonum pro malo, & orat pro eis, dicens:
l Pro nihilo,] id eſt, gratis, id eſt, ſine merito eorum.
m Saluos facies illos,] id eſt, malos, qui pœnituerunt. *Iſa.* 52. a. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini. Hæc autem gratia fiet ſalua iuſtitia: quia qui pœnitentiam non egerint, non ſaluabuntur. Vnde ſubdit.
n In ira populos,] id eſt, malos impœnitentes, confringes. Vel in alio ſenſu, vt legatur interrogatiuè: Pro nihilo ſaluos facies illos? quaſi dicat, non. Sed, in ira populos confringes. *Pſalm.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Vel ſecundum aliam literam ſic punctetur. Sicut ſuſtinuit anima mea eos, per patientiam; ita tu Domine, pro nihilo, id eſt gratis, licet non meruerint, ſaluos facies illos. Quomodo? Per flagella. Vnde ſequitur: In ira, non conſumptionis puniendo æternaliter, ſed conſummationis, qua filij flagellantur ad correctionem: Populos confringes, id eſt, corripies. Vel, In ira, id eſt, in præoſtenſione iræ tuæ futuræ. *Ierem.* 31. d. Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, confuſus ſum, & erubui: quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. Ita facies illis: Et ego ad eruditionem eorum, & vtilitatem meam, & gloriam tuam.
o O Deus, vitam annunciaui tibi,] bonam & malam. Vitam bonam tibi aſcribendo, & gratias agendo; malam autem, in qua fui, confitendo. Sed poteſt quæri, ad quid nunciatur Deo, qui omnia ſcit? Vnde *Ioan.* 21. e. Domine tu omnia noſti. Solutio. Bona debemus nunciare ad Dei laudem, & proximi ædificationem; Mala autem propter plures cauſas. Primò ad Dei gloriam. *Ioſue* 7. c. Da gloriam Domino Deo Iſraël: atque indica mihi, quid feceris. Secundò propter iudicium Sacerdotis, ad cuius pertinet officium iudicare de huiuſmodi. Vnde *Leuit.* 13. frequenter dicitur, ad arbitrium Sacerdotis iudicabitur homo leproſus, vel non leproſus. Tertiò propter humilitatem. *Eccleſ.* 4. a. Presbytero humilia animam tuam. Quartò, vt erubeſcat. Hoc enim eſt magna pars ſatisfactionis. *Eccl.* 4. c. Pro anima tua non confundaris dicere verum: Eſt enim confuſio adducens peccatum: & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Quintò ad cautelam, vt videlicet homo videns, quod oportet peccata confiteri, timeat facere, quod timet alij reuelare. *Eccleſ.* 4. d. Ne confundaris confiteri peccata tua, & ne te ſubijcias omni homini pro peccato. Sextò propter ſuffragia Sacerdotis. Vnde *Leuit.* 4. frequenter dicitur: Orabit pro eo Sacerdos: & dimittetur ei. Vnde verſus.

Gloria iudicium vilem rubere timere.
Auxilium cauſam præſtant, vt confiteamur.

Nota eſt vita {
- Naturæ. *Geneſ.* 2. b. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.
- Culpæ. 2. *Timoth.* 5. a. Vidua in diliciis viuens, mortua eſt.
- Gratiæ *Galat.* 2. d. Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.
- Gaudij de bonis aliorum. 1. *Theſſal.* 3. c. Nunc viuimus ſi vos ſtatis in Domino.
- Gloriæ. *Coloſſ.* 3. a. Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, &c.

Poſt confeſſionem autem ſequitur ſatisfactio, quæ Deum placat. Vnde ſubiungit.
p Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo,] id eſt, acceptas habuiſti. In hoc intelligitur Satisfactio: Non enim legitur Magdalena aliter ſatisfeciſſe, niſi cum lacrymis: *Luc.* 7. f. Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Et bene dicit: [In conſpectu tuo,] quia libenter reſpicit Deus lacrymas. *Iſa.* 38. a. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Item in conſpectu Domini ponuntur lacrymæ, ſicut vinum, vnde bibat. *Pſalm.* 101. Potum meum cum fletu miſcebam. Sed quid educit iſtas lacrymas? Vtique cordis compunctio, quæ contritio poteſt dici *Eccl.* 22. c. Pungens oculum deducit lacrymas. De virtute autem, quam habent lacrymæ apud Deum, dicit *Ambr.* Oratio lenit, lacryma cogit. *Iudith.* 8. b. Indulgentiam eius fuſis lacrymis poſtulemus. Ibi *Gloſſa*.

Lacrymæ pondera vocis habent:

Quæ imperant, non ſupplicant. Sed intelligendum eſt de lacrymis, quæ ſunt pro peccatis; non de illis, quæ ſunt pro temporalibus: quæ inutiles ſunt, vel nociuæ. *Geneſis vigeſimo ſexto.* d. dicunt paſtores Geraræ, id eſt, Dæmones: Noſtra eſt aqua. Lacrymæ etiam, quæ

propter,

ticos debiles in fide. Tertia eſt pardus, & ſignificat falſos fratres. Quarta non nominatur, niſi terribilis & mirabilis, ſcilicet, Antichriſtus. Contra has quatuor perſecutiones ponit quatuor verba, ſiue quatuor clauſulas in hoc verſu. Vel contra Diabolum, mundum, carnem, & mortem. Poteſt autem exponi pſalmus iſte primò de Chriſto. Secundò de Eccleſia. De Chriſto, ſic: a Exaudi Deus] Pater b Orationem meam,] quia oro ad te ſecundum quod homo. c Et ne deſpexeris deprecationem meam:] Sed [intende mihi, & exaudi me.] Conculcatio eſt verborũ, ad notandum inſtantiam. Et dignius ſum, quòd audias, quia e Contriſtatus ſum] humana infirmitate. f In exercitatione mea] id eſt, Paſſione. g Et conturbatus ſum à voce inimici] Iudæi maledicentis. i Et à tribulatione peccatoris] Iudæi perſequentis. Hoc autem non meo merito, ſed ſuo malo. k Quoniam declinauerunt in me iniquitates] id eſt, mala ſua impoſuerunt mihi. n Et in ira moleſti erant mihi, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Et propter hoc: o Cor meum conturbatum eſt in me] id eſt, intùs, non extra oſtendi impatientiam, vel vindictam, vel [In me] id eſt, non ex neceſſitate extrinſeca, ſed tantùm voluntate intrinſeca. p Et formido mortis cecidit ſuper me] ad literam, quia ſecundum quod homo mortem horruit. Vel [Formido mortis] id eſt, mors formidoloſa & vſque nunc formidanda [ſuper me] veniens [cecidit] victa, & fracta, ſicut olla cadens ſuper lapidem. Vnde *Oſea* 13. d. Ero mors tua, ô mors. q Timor] animi. r Et tremor] corporis, ſ Venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ] mortis, vel tenebroſi circumdederunt me.

Allegor. de Chriſto.

al. † deprecationem.

al. † orationem.

1. diſt. c. ſancta Romana.

Ioan. 19. a.

PSALM. LIV.

EXaudi, Deus, b † orationem meam, & c ne deſpexeris † deprecationem meam: d intende mihi, & exaudi me. e Contriſtatus ſum in f exercitatione mea: & g conturbatus ſum à h voce inimici, & i à tribulatione peccatoris. Quoniam k declinauerunt in l me m iniquitates: n & in ira † moleſti erant mihi. o Cor meum † conturbatum eſt in me: & † p formido mortis cecidit ſuper me. q Timor r & tremor ſ venerunt ſuper me: t & u contexerunt me x tenebræ,

al. † adumbrabant me.
al. † contriſtatum.
al. † metus.

A

De Eccleſia, vel de viro iuſto.

Secundo modo poteſt exponi de Eccleſia, ſiue de quolibet Iuſto exiſtente in ea. a Exaudi Deus] qui interpretaris videns. *Tor.* 3. d. Vidiſti, Domine, iniquitatem illorum aduerſùm me. b Orationem meam] de obtinendis bonis. [Exaudi] id eſt, vſque ad exitum audi, vel extrà audi, vt alij ſciant & prouocentur ad orationẽ, vel ex corde audi. c Et ne deſpexeris deprecationem meam] de malis amouendis, ſicut fit, cùm petuntur temporalia: Non enim debent ſtercora poni ſuper alta cordis. *Prou.* 17. d. Pretioſi ſpiritus vir eruditus. Et plerunque licet Dominus deſpiciat huiuſmodi deprecationem; dat tamen temporalia, quæ petuntur, ſed cum ira, ſicut dicitur in *Pſal.* 77. Pluit illis manna ad manducandum: Et tamen ibi ſequitur: Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Hæc eſt autem differentia, quòd oratio eſt de bonis adipiſcendis, deprecatio de malis amouendis. *Eccl.* 35. c. Non deſpiciet Deus loquelam pupilli. d Intende mihi, & exaudi me.] Inculcat verba, vt effectum manifeſtet. Nota quod idem eſt principium & finis in hoc verſu. In quo ſignificatur, quòd ad ipſum dirigitur oratio, qui eſt principium & finis: alpha & omega. Quatuor verba ponit contra quatuor hoſtes. Exaudi contra Diabolum tentantem. Et ne deſpexeris, contra mundum blandientem. Intende contra carnem repugnantem. Exaudi, contra mortem triplicem: culpæ, naturæ, gehennæ. Prima eſt animæ, ſecunda corporis, tertia vtriuſque. *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra.

Apoc. 1. b. & 21. c.

Nota:
- Quidam deſpiciuntur, & exaudiuntur, vt Sathan. *Iob.* 1. c. dixit Dominus: Ecce vniuerſa, quæ habet, in manu tua ſunt. Et *Matth.* 8. d. Dæmones, qui petierunt, vt mitterentur in porcos.
- Quidam exaudiuntur, & non deſpiciunt *Iſa.* 58. c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet.
- Quidam deſpiciuntur, & non exaudiuntur. *Matth.* 25. a. Domine, aperi nobis. At ille reſpondens ait: neſcio vos. *Prouerb.* 1. d. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam.
- Quidam nec deſpiciuntur, nec exaudiuntur. 2. *Cor.* 12. c. Ter rogaui Dominum, &c.

Facta oratione, oſtendit, qua re mota eſt oratio, & quòd indiget exaudiri, dicens:

e Contriſtatus ſum,] id eſt, corpore, & anima triſtatus, vel ſenſualitate & ratione.

f In exercitatione mea.] Nota, quòd eſt exercitatio corporalis, vt in peregrinatione. Et eſt alia interior, quæ eſt pietatis & miſericordiæ. De his duabus 1. *Tim.* 4. c. Exerce teipſum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt; pietas autem ad omnia vtilis eſt. Tertia exercitatio eſt in tribulationibus, de qua loquitur hic. Hic enim oportet contriſtari, ſi velimus in futuro ad lætitiam tranſire: omnes enim motus à contrarium ſunt. Eligat igitur hic vnuſquiſque quod voluerit, lætitiam ſcilicet, vel triſtitiam: quia hinc ad ſuum contrarium tranſiturus eſt. *Ioan.* 16. d. Triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. *Luc.* 6. d. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. *Greg.* Abel eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet. Non ſolum contriſtatus, ſed g Et conturbatus ſum] id eſt, ſimul turbatus corpore & anima.

h A voce inimici & tribulatione peccatoris.] Antitheſis eſt. Duo contra duo, quaſi dicat contriſtatus ſum [à voce inimici] obloquentis mihi & contradicentis. Et conturbatus à tribulatione peccatoris affligentis me. Item iſtis duobus reddit alia duo, dicens:

k Quoniam declinauerunt] quaſi dicat, hæc eſt vox inimici, a qua contriſtatus ſum: vel inimicorum, qui obloquentes imponunt mihi mala: quæ tamen non ego, ſed ipſi faciunt. Hoc eſt, quod dicit: Quoniam ipſi inimici [declinauerunt] id eſt, intorſerunt.

l In me] per detractionem, & oblocutionem.

m Iniquitates] quæ tamen eorum erant, non meæ. Sicut fecerunt Iudæi in Dominum, dicentes: *Ioan.* 8. f. Dæmonium habes. Hi bene poſſunt dici Antichriſtiani: quia Dominus declinat contrarium, ſecundum illud *Iſa. vlt.* d. Declinabo ſuper eum quaſi fluuium pacem. n Et in ira, &c.] Hoc reſpondet ei, quod dixit: [Conturbatus ſum in tribulatione peccatoris, quia in ira moleſti erant mihi.] In ira ſua, non meo merito ſimiles facti ſunt patri ſuo Diabolo. De quo *Apoc.* 12. c. Væ terræ & mari: quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam.

o Cor meum.] Poſſet aliquis dicere: Ita faciunt tibi; tu autem quomodo te habes erga eos? Ecce reſponſio. Cor meum conturbatum eſt, quaſi dicat, oculus rationis meæ turbatus eſt propter moleſtias, quas inferunt; ſed tamen in me, id eſt intùs, non extra me, quaſi, non vſque ad vindictam, vt vellem reddere malum pro malo. Et quia turbatus eſt feſtuca, in ira propaſſionis.

p Formido mortis cecidit ſuper me] id eſt, timeo incurrere fraternum odium, quod eſt mors animæ, ſicut dicitur 1. *Ioan.* 3. c. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ducet ad mortem æternam: Vnde timendum eſt, quia ibi perpetuò morietur corpus & anima. Vnde addit: q Timor, & tremor venerunt ſuper me. Timor animæ, cui timeo à gehenna: Et tremor corporis, cui timeo à flagellis timore naturali. r Et] pro quia.

u Contexerunt me] id eſt, circumdederunt & oppreſſerunt me. x Tenebræ] id eſt, mali homines, qui emphaticè dicuntur tenebræ, præcipue propter fraternum odium. 1. *Ioan.* 2. b. Qui odit fratrẽ ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quoniã tenebræ obcæcauerũt oculos eius. *Ephe.* 5. b. Fuiſtis aliquando tenebræ.

Moraliter Eccleſia in ſua perſona poteſt hoc dicere:

Moral.

o Cor meum conturbatum eſt in me.] Caput in Eccleſia eſt Prælatus: Cor Religioſus, quia celatur vt cor, & abſconditur. *Iſa.* 1. b. Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vſque ad verticem non eſt ſanitas in eo, quaſi dicat, ſi Prælati languent, & Religioſi dolent, totum corpus infirmatur: Vnde hic conqueritur Eccleſia de corde. Et habet alia litera: [Cor meum doluit in vitalibus meis.] Et ideò dicit Eccleſia.

p Formido mortis cecidit ſuper me] quaſi dicat, propter dolorem & infirmitatem cordis timeo & mortem corporis. Ex corde enim vita corporis procedit. Vnde *Prouerb.* 4. d. Omni cuſtodia ſerua cor tuum: ex ipſo enim vita procedit. Et *eiuſdem* 14. d. Vita carnium ſanitas cordis. Et nota, quod ter ponit hic timorem, dicendo: Formido, timor, tremor, propter triplicem timorem malum, ſcilicet mundanum, humanum & ſeruilem. De mundano *Prouerb.* 10. c. Pauor pauperum egeſtas eorum. De humano 2. *Reg.* 17. c. Cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur. De ſeruili *Prouerb.* 10. d. Pauor his,

qui ope

Allegor. A derunt me. *a* Et] videns rebellionem Iudæorum.
b Dixi, quis dabit mihi pennas] potentiæ, secundum quod homo sum, nisi tu, Pater?
e Et volabo] resurgendo.
f Et requiescam] in sinu patris, à quo veni, sicut columba rediens [ad arcā.
Et ideò dicit: [Sicut columbæ.] Vel sic: [Volabo] à Iudæis infidelibus. (Et requiescam] in Gentibus credentibus. Vt enim columba inueniens lutosa reuersa est ad arcā; sic Christus inueniens corda Iudæorum lutosa, volauit ad Gentes: Vnde addit.

a Et *b* dixi: quis *c* dabit mihi pennas sicut *d* columbæ: & *e* volabo, & *f* requiescam? *g* Ecce *h* elongaui *i* fugiens: *k* & mansi in ✝ solitudine.

al. deserto. *7. q. 1. c. aduersitas.*

g Ecce elongaui fugiens) à Iudæis resurgendo, vel ad Gentes eundo per prædicationem Apostolorum. *k* Et mansi in solitudine,] id est, in gentilitate inculta, & à Deo priùs derelicta.

De Ecclesia, vel viro iusto. ⊖ A *a* Expectabam ⊖ qui operantur malum. *a* Et dixi.) Quasi quia inter istas tribulationes ita concutiebar.
b Dixi,) id est, liberaui, & optaui.
c Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo] in solitudinem [& requiescam?] Hæc est medicina contra istas tribulationes. *supra Psal. 31.* Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Ideò cum Apostolus tribularetur, dixit *ad Rom. 7.* d. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Pennæ sunt sancta desideria & virtutes: Nec sufficit vnica penna: vnde dicit pluraliter. Alæ sunt duo brachia charitatis: vel timor & & amor: vel cognitio & affectio: vel meditatio & oratio *Apoc. 12.* d. Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ, vt auolaret in desertum.
d Columbæ] dicit, non vespertilionis, vel bubonis, qui de nocte volant, vel Milui rapacis. Nota, quòd præcipuè Prælati, & viri Ecclesiastici comparantur columbæ propter multas proprietates columbæ, quæ notantur his versibus.

Columbæ proprietates cōmenistes Religiosis.

Grex, visus, pulli, fel, oscula, pugna, lapilli:
Grana, latex, nidus, turris, gemitus color, & pes.
Nuncia, simplicitas, fimus, oua, venus, fuga, ceruix.

Primò ergo notandum, quod columba gregatim volat, & extraneam secum congregat in sociam. Primū est contra singularitatem. *Sap. 11.* d. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Numero contra singularitatem, mensura contra immoderantiam, pondere contra leuitatem. Item debemus extraneos colligere, secundum illud *Exod. 12.* g. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circuncidetur priùs omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Item columba visum acuit sanguine suo, *Cant. 1.* d. *&* 4. a. Oculi tui columbarum. Item pullos & suos & alienos nutrit. *1. Thess. 2.* b. Facti sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. *Matth. 23.* d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, &c. Item felle caret. *Sap. 8.* c Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius. *Eccl. 21.* b. Non est sensus, vbi est amaritudo. Item habet oscula. *Prou. 24.* c. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Item pugnat eleuatis alis: & sic significat pugnā, quæ fit per orationem. *Exod. 17.* c. Cùm leuaret Moyses manus, vincebat Israël: Sin autem paulūlum remisisset, superabat Amalech. Item comedit lapillos. Lapilli sunt laici parui, quos debet Prælatus comedere, id est, Ecclesiæ incorporare, secundum illud *Act. 10.* b. Macta, & manduca. Quod significatur per hoc, quòd Ioannes Baptista comedit locustas, scilicet, parua animalia. *1. Cor. 1.* d. Non multi nobiles inter vos. Item in iecore columbæ quidam lapides pretiosi purificantur, scilicet, perlæ, vel vniones, vel margaritæ: & prædicatione Sanctorum clarificatur fides Christi, quæ per lapidem significatur. *Matth. 13.* f. Inuenta vna pretiosa margarita abiit, &c. Item grana comedit, non cadauer, sicut faciunt detractores: *Prouerb. 23.* c. Carnes ad vescendum conferunt. Item residet super laticem, id est, aquam. *Cant. 5.* d. Resident super fluenta plenissima. Ibi etiam videt vmbram accipitris, id est, tentationes Diaboli. Item nidus eius durus est, & significat pœnitentiam; Ideò dixit *Iob. 29.* c. In nidulo meo

Matth. 3.

moriar, id est, in pœnitentia. Item in turre habitat. *Cant. 2.* d. Veni amica mea, columba mea, in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ. *Isaia 60.* b. Quasi columbæ ad fenestras suas. Item gemit *Isaia 59.* b. Quasi columbæ meditantes gememus. Item diuersum habet colorem, sc. plumbeum & candidum & significat liuorem pœnitentiæ, & candorem innocentiæ *Cantic. 5.* Sicut columbæ, quæ lacte sunt lotæ. Et *ibid. 6.* b. Capilli tui, sicut grex caprarū, ecce pœnitentia. Item habet pedes pennatos, & significat velocem volatum. *Psalm. 17.* Volauit super pennas ventorum. Item est nuncia pacis. *Genes. 8.* b. Portauit in ore suo ramum oliuæ. Et *Luc. 3.* d. ostendit filium Dei, vbi dicitur: Descēdit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum. Item simplex est. *Matth. 10.* b. Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Item fimus eius calidus est, & significat pœnitentiam & vilitatem Religiosorum. Pauperes comederunt fimum columbarum. *4. Reg. 6.* f. Quarta pars cabi stercoris columbarum vendebatur quinque argenteis: Et humiles imitantur eorum pœnitentiam. Item alia est proprietas columbæ, quantum ad fimum: quia nihil ita fœdat Ecclesiam, & nihil tantum maculat spiritualiter Ecclesiam, sicut viri Ecclesiastici. Item oua eius calida sunt, & significat spem. Vt dicit Apostolus *ad Roman. 12.* c. Spiritu feruentes, Domino seruientes, spe gaudentes. Item columba multam facit generaturam, quod bene competit spiritualiter Prælatis. *Isaia vlt.* c. Parturiuit, & peperit Sion filios suos. Vel in malo conuenit Clericis & Sacerdotibus, qui ad litteram plures habent filios, quam alij. Item fugit hostes. *2. ad Corinth. 6.* c. Nolite iugum ducere cum infidelibus. *Ecclesiast. 13.* c. Quæ communicatio Sanctis ad canem? Item in ceruice habet plumas aureas, & significat sapientiam & eloquentiam. *Matth. quinto* b. Luceat lux vestra coram hominibus.

7. q. 1. c. aduersitas.

e Et volabo,] non ad prædam, sed ad requiem. Vnde sequitur.
f Et requiescam] sicut fecit columba Noë: *Genes. cap. 8.* b. Sed multi volant ad prædam, sc. ad dignitates, & diuitias, & laboriosa opera mundi. *Isaia 18.* a. Væ terræ cymbalo alarum. *Genes. 49.* b. Catulus leonis Iuda, ad prædam, fili mi ascendisti.
In hoc versu tria principaliter notantur. Per hoc enim, quod dicit.
c Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ,] ostendit oportere habere virtutes. Per hoc quod dicit.
e Et volabo,] innuit motum, & concitationem in virtutibus, & oportere operari, quia vt dicit. *Augustinus*, cum audis Deum requieuisse post opera, frustra speras requiem, nisi post laborem. Per hoc, quod dicit.
f Et requiescam,] innuit remunerationem in cœlis post opera.
g Ecce elongaui fugiens, & cætera.] Dico, quòd petij pennas, & impetraui, quia [Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.] Hunc versum sic exponit *Gregorius*. Fugiens se elongat, qui à turba desideriorum terrenorum in altam Dei contemplationem se subleuat. Manet in solitudine, qui perseuerat in remota mentis intentione. Vel de Religiosis potest legi qui mente & corpore simul fugientes, elongant se à mundo. *De Religiosis*
Et notantur hic quatuor.
g Ecce] in hoc notatur manifestatio exempli.
i Fugiens,] mente & corpore, in hoc notatur derelictio mundi in *primo Regum quarto* c. Ego sum, qui de acie fugi hodie.
h Elongaui,] per hoc notatur contemptus mundi, siue modus fugiendi, scilicet, elongatio ab omni occasione & circumstantia peccati. *Genes. 19.* d. Nec stes in omni circa regione.
k Et mansi in solitudine,] per hoc notatur perseuerantia. [Mansi] non mutaui me de loco ad locum. *Eccl. 10.* a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Ecclesiastic. 11.* c. Sta in Testamento tuo.
In solitudine] non in ciuitate, id est, occupationibus sæcularibus. *Eccl. 38.* c. In tempore vacuitatis scribe sapientiam. *Iob 29.* a. Quando secretò Deus erat in tabernaculo meo. *Osea 2.* c. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.
Sed quare ita bonum est esse in solitudine? Solutio. Ager cultus, nisi custodias, à transeuntibus citò vastatur, & conculcatur: & in via trita non crescit fructus: Et Dæmones libenter terunt animam fructiferam. *Iob 19.* b. Fecerunt sibi viam per me. *Isaia 51.* g Dixerunt animæ meæ; incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Allegoricè. A *a* Expectabam eum] Secunda pars, vbi ostendit se sperare auxilium Dei: Et imprecatur ciuibus, qui solitudinem non quærunt. Sed hæc pars dupliciter, sicut prima potest legi. Primò de Christo sic: [Expectabam] positus in agonia Passionis.

b Eum, sc. Deum Patrem. *c* Qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus] ne in Passione malis cederem.

Isa.53. c.
al. † faceret à pusillo animo.
al. † Submerge.

a Expectam *b* eum, *c* qui saluum me † fecit à pusillanimitate spiritus *d* & tempestate. † *e* Præcipita, Domine, *f* diuide linguas eorum: quoniã *g* vidi *h* iniquitatẽ & *i* contradictionem in ciuitate. *k* Die, ac nocte *l* circundabit eã *m* super muros eius *n* iniquitas

d Et tempestate] iræ, quia nec ipse iratus est: quia quasi ouis coram tundente se obmutuit: Nec tempestas iræ eorum eum submersit, quia surrexit. Postea imprecatur eis dicens: *e* Præcipita, Domine,] eos, qui in altum superbiæ erecti sunt.

f Diuide linguas eorum,] id est, disperge eos per diuersas nationes & linguas. Hoc totum fecit Iudæis per Titũ & Vespasianum: Et ideò diuide eos quoniam in congregatione non faciunt nisi malum. Hoc est, quod sequitur:

g Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate] Ierusalem, in qua Iudæi congregati erant. *h* Iniquitatem] in corde, quia odio me habebant, *Psal.139.* Qui cogitauerunt iniquitates in corde. Et in alio *Psal.24.* Odio iniquo oderunt me. *i* Contradictionem] in ore, quia mihi tota die contradicebant. *Rom.10.d.* Et *Isa.65.a.* Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Nec ad horam fuit eorum iniquitas, nec in mediocribus tantum; sed in maioribus & assiduè. Et hoc est, quod sequitur:

k Die, ac nocte] i. assiduè. *l* Circũdabit eam,] vniuersaliter ad omnes: Sed præcipuè. *m* Super muros eius,] i. super Principes.

n Iniquitas,] quia me oderunt. Nec solum oderunt, sed & persecuti sũt, nõ tãtũ occultè, sed & apertè. Vnde sequitur

Λ Et labor

De Ecclesia vel viro iusto. ☉ De Ecclesia autem, vel quolibet Iusto sic legitur. *a* Expectabã eum] dico, quod perseueraui, & mẽsi in solitudine & hoc propter præmium, quia, sc. expectabam eum, nõ alium, quàm eum. *Phil.3. d.* Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum. Sed quidam expectant, non Saluatorem, sed Iudicem. *Heb.12. b.* Tanquam filiis se offert Deus, supple in præsenti: Sed in die iudicij se multis offert, tanquam Dominus seruis, non vt pater filiis. *Heb.10.* Terribilis est quædam expectatio iudicij, quæ consumptura est aduersarios. *Luc.12. e.* Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum. *Gen.49.c.* Expectabo Salutare tuum, Domine.

c Qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate] i. liberauit à me à desperatione & præsumptione. Contra primum dicit Apostolus. *Heb.12. b.* Non fatigemini animis vestris deficientes. *Luc.12. d.* Nolite timere, pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Dicitur autem præsumptio tempestas: quia sicut tempestas in mari naues subuertit, & impedit, ne ad portum perueniant; sic præsumptio spiritualiter. Vnde *Eccl.18.b.* Vidit præsumptionem cordis eorum, quoniam mala est: & cognoui subuersionem eorum, quoniã nequã est. Et nota, quando nobis exigentibus in mari huius mũdi, & ad portum salutis tendentibus, necessarius est ventus bene portans, qui nec remissus, nec nimis immoderatus sit: Nauis n. nostra habens remissum ventum, qui dicitur pusillanimitas spiritus, tardè currit, & fit præda piratarum, Habens autem nimium ventum siue tempestatem, obruitur & fit præda piscium. Qui ergo nec præsumit, nec desperat, necessariò sequitur quia sperat, & hic expectat Dominum: quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis. De qua *Prou.17.b.* Gemma gratissima expectatio præstolantis. Ostenso quòd speret auxilium Dei, imprecatur malis ciuibus dicens:

Præsumptio quare dicatur tempestas.

e Præcipita Domine, & diuide linguas eorum] quasi dicat linguæ adulatorum in mundo exaltantur: Sed tu præcipita eas, concordant in malo, sed tu diuide eas. Adulatores. n. præcipitabuntur, quia præcipitant alios. *Isai.9. c.* Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. *Isa.25.c.* Præcipitabit Dominus in monte hoc faciẽ vinculi colligati, mala enim lingua cõparatur Iezabel, quæ fuit præcipitata, vt habetur *4.Reg. 9.g.* Præcipitate eam deorsum. *f* Et diuide,] Præcipitationẽ bene sequitur diuisio: Quod enim sursum tendit, totum facit, & sic simplicitatem & veritatem; quod vero deorsum tendit, diuisibilitatem & pluralitatem. Et ideo dicitur diuide, vt Christus habeat maiorem partem. Sed certè modo est è contrario, *Gen.1.a.* alia litera in capitulo: Creauit Deus coelum & terram, vt multum sit de coelo & parum de terra. *Isa 19.c.* Erunt in die illa quinque ciuitates Ægypti loquentes lingua Chananæa. Et quare diuides?

g Quoniam vidi iniquitatem, &c.] vel ad id, quod præmissum est: [Elongaui fugiens] refertur hoc, quod hic dicitur, quasi dicat, ideò elongaui, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate Diaboli, quæ est mundus, quasi dicat, qui viderit mundi mala, fugiet mundum. *Nahum 3.b.* Qui viderit te, fugiet à te. Hæc autem ciuitas habet septem vicos. Primus & quasi Principalis, est iniquitas, id est, superbia, quæ est non æquitas: quia superbus neminem coæquat sibi; sed omnibus vult præesse, etiam maioribus; cum verè humilis velit subesse etiam minoribus. Vnde de superbia dicitur, *Eze.21. f.* Nonne hæc est, quæ humilem subleuauit & sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatẽ ponã eã. Superbia n. hominem humilem, id est, vilem & abiectũ subleuat per præsumptionem, & in corde ipsius sublimem humiliat, quia etiã venerabiles personas contemnere eum facit. Hoc est iniquitas magna. Et ter dicit iniquitatẽ, contra triplicem gradum humilitatis. Primus est subdere se maiori: secundus subdere se pari: tertius subdere se minori. Secundus vicus ciuitatis huius est contradictio, Vnde post iniquitatem addit: *i* Et contradictionem,] quæ benè sequitur superbiam, quia vt habetur *Prou.13.b.* Inter superbos sẽper iurgia sunt. In hoc vico habitat Tribus Dan, id est, Aduocati, quæ Tribus non numeratur in catalogo Sanctorum: *Apoc.7 a.* vbi dicitur: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quousque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Et postea numerat signatos, dicens: Ex Tribu Iuda, duodecim millia signati, &c. Inter quos nõ computatur Tribus Dan, qui interpretatur causa vel iudicium, & significat Aduocatos & contentiosos, quibus timendum est, ne à numero seruorum Dei excludantur. *1.Cor.11.c.* Si quis videtur contentiosus esse nos talẽ consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. *Iacob.4. a.* Litigatis & belligeratis. *Psalm.67.* Dissipa Gentes, quæ bella volunt. *Prou.30. b.* Generatio quæ pro dentibus gladios habet, &c. Tertius vicus est inuidia. De qua dicit: *k* Die, ac nocte circundabit eã super muros eius iniquitas,] i. nequam inuidia. *Matth.20 b.* An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Iniquitas. n. his duobus modis accipitur sc. vt iniquitas dicatur non æquitas: & sic est superbia; vel vt dicatur nequitia, vel malitia; & sic est inuidia. Quæ bene dicitur circundare

Ciuitas mundi septem habet vicos.

m Super muros eius,] quia altitudini inuidetur. (Et die ac nocte,) quia inuidus de bonis aliorum, quæ in-

☉ uidet, dolet,

e Præcipita, Domine, & diuide, &c.) Potest etiam exponi de claustralibus sic: [Præcipita, Domine, & diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate.] *Psalm.68.* Fiat habitatio eorum deserta & in tabernaculis eorũ nõ sit, qui inhabitet. Ciuitas est Religio, in qua debet esse ciuium vnitas, vt sit illis cor vnum & anima vna in Domino: & vt vniformiter, & æqualiter tractentur à Prælatis sine acceptione personarum. Sed contra. Hæc duo videntur in hac ciuitate iniquitas & contradictio. Iniquitas, in Prælatis, i. inæqualitas, quia personas accipiunt. Vel iniquitas, i. crudelitas & contradictio in subditis, quia murmurant, rixantur & faciunt schismata. Et ideò imprecatur vtrisque dicens:

e Præcipita, Domine] scil. Prælatos depone. *Psal.58.* Depone eos, protector meus, Domine.

f Et diuide linguas eorum) scilicet, subditorum, id est, eos disperge, quia in simul non faciunt nisi rixari. *Genes 49. a.* Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israel. Et posset aliquis dicere: Non est necesse Prælatos deponi, aut subditos diuidi: quia corrigent se, sed planè non est ita, sicut dicis. Vnde adhuc affirmat illud idem dicens.

Moraliter. De claustralibus. Act.4.f.

k Die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas.] Die ac nocte, id est, semper. In die enim comedunt cum Abbate in camera eius fotores eius, qui ei loquuntur placentia: & in nocte etiam dormiunt, sicut & ipse. Alij vero licet debiles sint aut infirmi, de die comedunt in refectorio & de nocte cantant in choro. Ecce iniquitas & crudelitas prælatorum, qui muri sunt, aut debent esse Religionis. Sic super muros eius iniquitas. Et ne quisquam excusetur, ait:

l Circund.] vt omnes cõprehẽdat. De subditis verò quid?

a Et labor

Allegor. A *a* Et labor in medio eius]id est, apertè laborauerunt, vt crucifigerer. Nec hoc merueram: Vnde sequitur? [Et iniustitia.] Et possent dicere Iudæi; verum est, quod hoc fecimus; sed excusamur, quia Discipulus eius vendidit eum nobis. Contra quod dicit. *c* Et non defecit de plateis eius vsura] quasi dicat, non legitimè emerunt, quia in contractu fuit vsura; quia Iudas pœnitentia ductus, sicut dicitur *Matt*.27.a. retulit eis triginta argenteos: Ipsi tamen nihilominus tenuerunt Iesum, & ita habuerunt vt communiter dicitur, oua & obolum: hoc fuit vsura. Et dicit.

alias † exprobrasset.
al. † supportassem.
al. † absconderem me vtique.

& *a* labor in medio eius, & *b* iniustitia. Et non *c* defecit de *d* plateis eius *e* vsura & *f* dolus. *g* Quoniam si inimicus meus † *h* maledixisset mihi: † sustinuissem vtique. Et si is *i* qui oderat me, *k* super me magna locutus fuisset: † *l* abscondissem me forsitan ab eo. *m* Tu vero *n* homo *o* vnanimis: Dux *p* meus

d De plateis eius] scilicet, ciuitatis; quia hæc vsura ad omnium notitiam deuenit; quia Iudas argenteos proiecit in templo; & inde emerunt agrum, qui vsque hodie vocatur Acheldemach, id est, ager sanguinis, sicut dicitur *Matth*.27.a. Et sicut fuit vsura in Iudæis; sic dolus & proditio in Iuda. Vnde sequitur.

f Et dolus]in Discipulo osculante. *Luc*.22.e. Iuda, osculo filium hominis tradis? Et de hoc, quasi homo conqueritur quòd si alius extraneus voluisset eum tradidisse, potuisset eum euasisse sed non ita domesticum.

Vnde addit. *g* Quoniam si inimicus meus] apertus. *h* Maledixisset mihi, sustinuissem vtique quasi dicat, magis tolerabile esset.

i Et si is, qui oderat me,] Iudæus, vel alius.

k Super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. *m* Tu verò] Iuda.

n Homo vnanimis] vt videbatur. *p* Dux, &c.] i. soci' itineris.

A *a* Et notus

De Ecclesia vel viro iusto. ⊖ uidet dolet, & de malis gaudet. *Prou*.14. d. Vita carnium sanitas cordis; putredo ossium inuidia. *August*. Sciendum, quòd cùm per omne vitium antiqui hostis virus humano cordi infundatur, malo inuidiæ tota viscera serpens concutit. Hæc est enim, qua Cain armatur contra Abel fratrem suum: Filij Iacob contra Ioseph: Iudæi contra Christum: Babylonij contra Danielem. Hic est vermis, qui Ionæ hederam consumit, dum prosperitati aliorum inuidendo detrahit. Quartus vicus, est curiositas. Vnde dicit.

a Et labor in medio eius,] id est, in corde, *Eccl*.3.c. In pluribus operibus tuis ne fueris curiosus, *Isa*.59. a. Telas araneæ texuerunt. Quintus vicus est ira, vel odium. De quo dicit:

b Et iniustitia. 1. *Ioan*.3. c. Qui odit fratrem suum, homicida est. Huic meliùs competit alia litera, quę habet, [Insidiæ in vitalibus eius] *August*. Qui alium vult lædere, similis est transuerberāti corpus suum, vt vestem alterius perforet. Sextus vicus est rapina, vel cupiditas. Septimus est hypocrisis. De his duobus addit.

e Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.] De primo dicit *Ierem*.6. c. A maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student. De secundo, scilicet, de hypocrisi: *Luc*. 12.a. Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Fermentum dicitur, quod ferè omnes corrumpit. Vnde dicit *Bernardus*. In tempore isto planè fœda est Ecclesia, à negotio perambulante in tenebris, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quærit, serpit hodie putrida labes per omne corpus Ecclesiæ, eò periculosiùs, quò interiùs. Propter istam abundantiam, bene dicit hic: [Non defecit:] Et propter impudentiam, quam iam latere non quærit, bene dicit: [De plateis,] Vel totum ad literam potest dici.

e Et non defecit de plateis eius] vbi venduntur venalia. *e* Vsura & dolus] quia aut mercatores putant statim habere pretium rei suæ: & tunc vendunt cum dolo; aut faciunt credentiam suis emptoribus; & tunc plus vendunt ratione termini, quod vsura est. Contra illud *Deut*. 13. c. Non fœnerabis: Et *Luc*. 6. e. Date mutuum nihil inde sperantes. Isti sunt septem montes, & septem capita bestiæ: de quibus dicitur *Apoc*. 17.c. Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet. Contra hæc septem, sunt septem virtutes: *Matth*. 5. a. Beati pauperes spiritu, contra superbiam. Beati mites, contra litigationes. Beati, qui lugent miserias alienas, contra inuidiam, quæ luget fœlicitatem alienam, & gaudet de miseriis alienis. Beati, qui esuriunt iustitiam, contra curiositatem, quæ esurit vanitatem. Beati misericordes, contra odium. Beati mundo corde, contra auaritiam, quæ cor implet stercoribus. Beati pacifici, contra hypocrisim, quæ dicit: Pax, pax, & non est pax. *Ierem*.8.d. Suprà egit de malis, quæ patitur Ecclesia, vel vir iustus ab apertis inimicis: Postea consequenter agit de malis, quæ patitur à falsis fratribus: Quæ ostendit esse intolerabilia multis rationibus. Prima est, quia illata sunt ab inimicis: quod notatur, cum dicit.

De malis, quæ patitur Ecclesia à falsis fratribus.

g Quoniam si inimicus] quasi dicat: [Præcipita eos, &c.] non solùm propter prædicta; sed quia etiam est in eis occulta malitia; quia cùm videantur amici; tamen occultè mihi maledicunt, quod intolerabile est. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.] Sed istud non possum ita sustinere, quòd amicus maledicat mihi. *Mich*.7. b. Inimici hominis domestici eius. *Cant*.2.b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Secunda ratio, quare intolerabilia sunt hæc mala, est, quia sunt improuisa. Vnde sequitur.

i Et si is, qui oderat me, super magna locutus fuisset] comminando.

l Abscondissem me forsitan ab eo,) sed ab his, qui videntur me mare, non possum me abscondere. Vnde dicit *Beatus Bernardus*. Nunc in Ecclesia impleta est illa prophetia: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara priùs in nece Martyrum, amarior pòst in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum, non fugare, non fugere eos potest. Quod dicit: [Inimicus] potest referri contra fidem. Quod autem dicit: [Qui oderat me] contra charitatem. Tertia ratio est, quia illata sunt à consciis secretorum. Vnde dicit: Tu verò homo vnanimis.] Quarta, quia illata sunt ab eis, qui deberent eum docere. Vnde dicit. *p* Dux meus.] *Matth*. 15. Cæci sunt, & duces cæcorum. Quinta, quia à familiaribus ⊖ inferuntur.

Moraliter. De claustralibus.

* *a* Et labor in medio eius) id est, in conuentu; quia satis laborant quandoque, sed non meritoriè; quia cum labore ibi est & iniustitia: quia nulli reddunt, quod suum est. Prælato enim debent obedientiam & reuerentiam: paribus amorem & auxilium: & inferioribus doctrinam & exemplum. Ipsi verò hæc eis non reddunt; sed superioribus detrahunt, pares odiunt, inferiores corrumpunt: & ideò laborem amittunt. Ita ergo se habent ad inuicem: Sed quid ad extraneos?

e Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.) Plateas enim habent quidam claustrales ad vendendum bladum & lanam, & alias res suas. Et de his etiam [non defecit vsura & dolus] ad literam, vt sup. dictum est de mundanis: qui carius vendunt propter inducias temporis, horrendum est hoc dicere, sed horribilibus est facere. *Osea* 6. d. In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. Propter hoc de ipsis conqueritur Dominus in cuius persona subiungit Propheta.

g Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi. &c.) Maledicere dicuntur Deo tales Religiosi, quia per eos nomen Dei maledicitur & blasphematur: *Romanorum* 2.d. Et *Isaia* 52. b. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Et addit *Apostolus*: Circuncisio quidem prodest, si legem custodias, id est, Religio, si serues regulam Et post: Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est.

Octo verba contra octo partes ingratitudinis, quæ procul esse debent à Religiosis.

m Tu verò, &c.) Octo verba ponit in his duobus versibus contra octo partes ingratitudinis, quæ procul debent esse à religione, id est, inhumanitas, inimicitia, scandalum, proditio, consiliorum reuelatio inhospitalitas, deuiatio, contradictio. Hæc sunt monstra claustri in terra promissionis de quibus dicitur *Numer*.13. d. Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: ibi vidimus monstra quædam. Contra primum dicitur: [Tu verò homo] id est, humanus. Humanitas enim debet esse in claustro, si alicubi est. *Act* 28. a. Barbari præstiterunt nobis non modicam humanitatem. Et si barbari hoc fecerunt, quid ergo facient ciues cœli, id est, viri claustrales? Contra secundum dicitur.

o Vnanimis: Et bene sequitur, quia vbi non est humanitas, non potest esse vnanimitas. *Psalm*. 67. Qui habitare facit vnanimes in domo, id est, in claustro. *Aug*. Hæc sūt, quæ præcipimus: vt obseruetis in Monasterio constituti. Primū, propter quod in vnum estis congregati vt vnanimes habitetis, &c. Contra tertium dicitur. *p* Dux meus] in via plana, vbi nullum scandalum. *Galat*.5. c. Si Spiritu ducimini, non estis sub lege. *Ps* 76. Deducisti populum

Allegor. De Christo.

A *a* Et Notus meus,] quia etiam te præsciui proditorem. Tu inquam, talis supple, quare me tradis?

b Qui etiam simul mecum dulces capiebas cibos] comedendo mecum, ad literam.

c Et in domo Dei,] id est, in templo: Ambulauimus cum consensu.

Ostensa culpa iudæorum & Iudæ, ostendit pœnam. Vnde dicit.

f Veniat mors] i. captiuitas.

g Super illos Iudæos.

h Et descendant in infernum viuẽtes] i. in acerbam pœnam ipsius captiuitatis. Iudas etiã mortuus est ad literam, & descendit viuens in infernum, quia desperans se suspendit.

& *a* notus meus. *b* Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in *c* domo Dei *d* ambulauimus *e* cum consensu. *f* Veniat mors *g* super illos: & *h* descendant in *i* infernum *k* viuentes. *l* Quoniã nequitiæ in † *m* habitaculis eorum: in *n* medio † eorum. *o* Ego autem *p* ad Deum *q* clamaui *r* & Dominus † *s* saluauit me.

al. † hospitio.
al. † ipsorũ.
al. † exaudiuit.

Matth. 26. a.

l Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum,] id est, in domibus eorum, vbi conuenticula & consilia faciebant, quærentes, quomodo Iesum tenerent, & occiderent. Et postea.

De Ecclesia. vel viro iusto.

n In medio eorum,) id est, in aperto, quando consilia sua aliis aperuerunt.

⊖ inferuntur. Vnde addit *a* Et notus meus,] Sexta, quia à commensalibus. Vnde suddit:

b Qui simul mecum dulces capiebas cibos,] secundum quod dixit Ioseph de fratribus suis: *Genes.* 34. d. Occide victimas, & instrue conuiuium: quia mecum sunt comesturi. Septima, quia à contubernalibus. Vnde dicit. *c* In domo Dei ambulauimus,] ego & tu. *e* Cum consensu;] Tu inqnam, talis persecutus es me. Vnde hæc est aposiopesis, id est, defectus in locutione. Cibos dulces, intellige spirituales de quibus in *Psal.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? *Cant.* 5. a. Comedi fauum cum melle meo, id est, historicum sensum cum mystico. Et sequitur: Bibi vinum meum cum lacte meo. Vinum, est subtilis doctrina. Lac, facilis. *Isa.* 7. c. Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Butyrum significat carnalem expositionem, mel spiritualem.

f Veniat mors,] Postquam egit de culpa malorum, agit de pœna eorum. Et sicut aggrauauit culpam; ita aggrauat & pœnam dicens & imprecans: veniat mors super illos, i. malos quasi dicat, nouo mortis genere, & insperato moriantur. Sicut legitur de Chore, Dathan & Abyron: *Num.* 16. e. Per quos bene falsi fratres significantur. Vel meliùs de morte æterna legatur, vt sit sensus Veniat mors, &c.] Sicut Chore, Dathan & Abiron ex improuiso mortui sunt nouo mortis genere; sic isti moriantur mortẽ æterna. *Prou.* 29. c. Repentinus ei superueniet interitus & cum sanitas non sequetur.

g Super illos] dicit, vt notetur mortis dominium, & oppressio cõtra illos, qui dũ viuerent, non timuerũt eã. Vnde, super illos veniet quasi Rex. *Iob* 18. c. Calcet super eũ quasi Rex interitus. *Et in eod.* Consummat brachia illius primogenita mors. Sic ergo est mors super malos, sed non sic super bonos, imò sub eis. *Isa.* 25. b. Præcipitabit mortem in sempiternum.

h Et descendant in infernum] ad literam.

k Viuentes, id est, scientes. Hi sunt, qui de industra peccant. *Num.* 24. a. Cadens apertos habet oculos. Vel sic: Viuentes, id est, non potentes ibi mori. *Apocal.* 9. b. Desiderabunt mori: & fugiet mors ab eis. Vel sic: Descendant in infernum viuentes, id est, qui hic viuunt mundo & peccato. Vel, Descendant in infernum viuentes, in claustro. Contra quod dicitur *Coloss.* 3. a. Mortui estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et *Rom.* 6. b. Existimate vos quidem mortuos peccato; viuentes autem Deo,

Vel Moraliter. *h* Descendant in infernum,] id est, in cupiditatem. *k* Viuentes,] id est, in hac præsenti vita. Dicitur autem cupiditas, siue cor cupidi infernus, quia non potest impleri. *Prouerb.* 27. c. Infernus & perditio nunquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. *Abac.* 2. d. Dilatauit, quasi infernus animam suam & ipse quasi mors non adimplebitur. Et sequitur ibi: Væ ei, qui multiplicat non sua. Hæc autem accident illis falsis fratribus. *l* Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum.] Nequitia est malitia, quæ nequit finem consequi, aut propter paupertatem, aut propter sui nimietatem. *Eccl.* 20. c. Est qui vetatur præ inopia peccare. *Et* 19. d. Est qui nequiter se humiliat, id est, quia nequit se exaltare.

m In habitaculis eorum,) id est, in discreto cordis, quod est.

n In medio eorum,] *Ephes.* 5. c. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere. Alia litera habet: Nequitia in congregatione & in medio eorum.

Moraliter. De claustralibus.

* tuum in manu Moysi & Aaron. E conuerso multi Duces per scandala ducunt. *Greg.* Si pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt in præcipitium grex sequatur. *Matth.* 15. b. Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Contra quartum Dicitur: *a* Et notus meus) id est, secretorum cognitor. Tamen paucissimi debent esse tales. *Eccl.* 6. a. Multi pacifici sint tibi: & consiliarius sit tibi vnus de mille. *Mich.* 7. b. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, id est, ab vxore custodi claustra oris tui. Exemplum de Dalida & Samsone: *Iudic.* 16. d. Contra quintum dicitur: *b* Qui simul mecum dulces capiebas cibos,] doctrinæ in claustro. Eucharistiæ in Monasterio, vel in refectorio, *Isa.* 7. c. Butyrum & mel comedet vt sciat eligere bonum & reprobare malum, &c. *Gen.* 43. d. Instrue conuiuium, quoniam mecum sunt comesturi meridie. Contra sextum dicitur.

c In domo Dei] vbi recipiuntur hospites, vt dicit Apostolus ad *Heb.* 13. a. Hospitalitatẽ nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. Contra septimum dicitur: *d* Ambulauimus] in via, non in inuio. *Isa.* 30. e. Hæc via, ambulate in ea. Contra octauum dicitur:

e Cum consensu,] id est, sine contradictione, id est, concorditer viuentes. *Eccl.* 25. a. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi benè consentientes. Sequitur de pœna talium claustralium.

f Veniat,] id est, veniet, mors, gehennæ.

g Super illos] opprimens eos, & vocata ab eis. *Sap.* 1. d. Deus mortem non fecit; sed impij manibus & verbis accersierunt.

h Et descendant,] id est, descendent.

i In infernum viuentes] in claustro, vbi deberent esse mortui, & sepulti. *Coloss.* 2. d. Si mortui estis cum Christo ab elementis, id est, elementaris huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis, sc. cibos & vestes & huiusmodi?

l Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum,] id est, in cellario, in granario, in refectorio, in dormitorio. *Os.* 9. c. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Galgal interpretatur rota, vel reuelatio. *Psal.* 82. Domine, pone illos vt rotam, quæ in luto tota mergitur, & posteriùs eleuata, anteriùs mergitur.

n In medio eorum,] id est, in Prælato, qui est medius, vt Iudex. Vel in medio eorum, id est, in communi omnibus consentientibus.

o Ego autem, &c.) Tertia pars, vbi in persona Christi, vel Ecclesiæ, vel Iusti assignat Propheta, quid sibi & persecutoribus fiat: Et de vtroque alternatim loquitur. Hæc autem pars sicut & præmissa, primo de Christo exponitur, quasi dicat Christus, dico quod prædicta mihi fecerunt Iudæi.

Allegor. De Christo.

o Ego autem ad Deum Clamaui,] id est, prolixè & deuotè oraui. *Luc.* 22. e. Et factus in agonia prolixius orabat &c. Vel clamaui, ad litteram. *Matth.* 27. f. Clamauit voce magna Iesus dicens: Heli Heli lamazabathani, &c.

r Et Dominus saluauit, vel saluabit] me resuscitans me. *Ps.* 19. Saluum fecit Dñs Christũ suũ. Et quòd saluabit me; Λ *a* Vespere narrabo

De Ecclesia vel viro iusto.

o Ego autem ad Deũ clamaui, &c.] De Ecclesia, vel de viro iusto exponitur sic: Ego autem, inter prædictas tribulationes æstuans.

p Ad Deum clamaui. Ego] non per vicarium, sicut Canonici, qui per vicarios cantant, & forte per vicarios saluabuntur. *Eze.* 44. b. Posuisti custodes obseruationũ mearum in sanctuario meo, & vobismetipsis. Ad Deum, non ad nummum ærarium *Malach.* 1. c. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò, &c.

q Clamaui.] Dominus non audit susurrantes. *Isa.* 40. b. Vox clamantis: Clama. Et dixi: [Clamaui ad Deum.] Hoc est summum remedium & solum. 2. *Paral.* 20. c. Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Et *Isaia capitulo decimo* d. Clamabunt ad Dominum à facie tribulantis & mittet eis Saluatorem. Et hoc est, quod hic dicitur: [Ad Deum clamaui.

r Et Dominus] non nummus.

s Saluauit me] non ditaui. [Saluauit] à peccato, ab inferno. Et propter hoc, ne de ingratitudine possim argui:

⊖ *a* Vespere

Allegoricè. A a Veſpere narrabo & annunciabo,] i. in cœna diſcipulis quando dixit eis: Vado ad eum, qui me miſit. *Ioan.* 16. a. Et multa alia.

Ioan. 18. b. b Et mane] paraſceues, Pilato, quando quæſiuit: Tu es Rex Iudæorum? Et ipſe reſpondit: Tu dicis, & ita eſt ſicut dicis, quia Rex ſum ego continentium & per me ſaluatum, ſaluabantur. Et *Luc.* 22. g. vt factus eſt dies, &c. Et ſequitur, quod dixit eis: Ex hoc autē erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei.

al. † Liberamur.

al. † me.

De conſ. diſt. 4. c. non in vobis.

c Et meridie,] quando erat in Cruce, & dixit latroni: Hodie mecum eris in Paradiſo. *Luc.* 23 f. Narrabo, ac ſi factum eſſet. e Et annunciabo,] futurum.

al. † Polluerunt.

a veſpere & b mane & c meridie d narrabo, & e annunciabo: & f exaudiet g vocem meam, † h Redimet in pace animam meā i ab his, qui appropinquant mihi: quoniam k inter multos l erant mecum. m Exaudiet † Deus & n humiliabit illos, o qui eſt ante ſæcula. p Non enim eſt illis cōmutatio, q & non timuerunt Deum: r extendit manum ſuam in retribuendo. † ſ Contaminauerunt teſtamentum eius,

f Et] Dominus,] exaudiet,] id eſt, ad exitum perducet.
g Vocem meam] quia ſicut dicam, ita erit. Quia.
h Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi,] vt me capiant in ſermone, vel capiant ad ligandum & flagellandum & crucifigendum. Appropinquant dico.
k Quoniam inter multos] qui me ſequebantur.
l Erant mecum] inſidiantes mihi.
m Exaudiet] dico, me liberando. Et etiam.
n Humiliabit eos] tollens locum & Gentem per Romanos *Ioan.* 11. f. Ipſe pater omnipotens æternus Deus.
o Qui eſt ante ſæcula] id eſt, ab æterno. Et quare hoc? Nonne Deus miſericors eſt, & recipit homines ad pœnitentiam? Ita ſed hoc faciet eis, quia pertinaces ſunt in malitia. Hoc eſt eſt quod ſequitur.
p Non enim illis commutatio,] vt ſcilicet, commutent ſermonem nequam, quem firmauerunt ſibi de me occidendo, nec etiam mutabunt corda poſtea, vt poſt factum pœniteant de ſcelere. Et ſubdit cauſam. q Et non timuerunt Deum.] Timor enim Domini expellit peccatum. *Eccl.* 1. e. Et propter hoc.
r Extendit manum ſuam in retribuendo,] ad feriendum eos. Et meritò, quia ſ Contaminauerunt Teſtamentum eius, ſcilicet, traditiones legis, addendo & ſupponendo A indignas ſuas

De Eccleſia vel viro iuſto. ⊖ a Veſpere & mane & meridie narrabo] laudes eius, ſecundum quod dixit Dominus ei, quem ſaluauerat & à Dæmonio liberauerat, *Luc.* 8. f. Redi in domum tuam, & narra quanta, tibi fecit Deus. *Pſalm.* 65. Venite audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animę meæ. Nec vna hora tantùm diei hoc faciam, ſed [veſpere & mane meridie] quaſi dicat, tota die. Vel ſic. [Veſpere,] id eſt, in ſenectute. [Mane,] id eſt, in pueritia. Et meridie, i. in iuuentute, quaſi dicat in omni tempore vitæ meæ. *Pſal.* 33. Benedicam Dñm in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. *Aliter.* Vel ſic, Veſpere, id eſt, illis, quibus Sol occidit, ſcilicet peccatoribus. Et mane, i. incipientibus bene agere. Et meridie, i. perfectis. Peccatoribus vt reſiliāt incipiētibus, vt proficiāt: perfectis, vt perſeuerēt, quaſi dicat omnib⁹ narrāda ſunt mirabilia eius, qui ſolē ſuū facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper Iuſtos & peccatores. *Matth. 5. g.* *Aliter.* Vel, Veſpere, id eſt, in morte. Mane, id eſt, in generali reſurrectione Meridie, id eſt, in plena Dei viſione *Ioan.* 11. d. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam, & cum conſumptum te putaueris, orieris vt lucifer. Dicit autem. d Narrabo & annunciabo.] Narrabo facilia, & annunciabo difficilia. Vel. Narrabo ea, quæ mihi fecit. Et annunciabo ea quæ promiſit. Et ſubiungit præmium dicens.

Aliter.

f Et exaudiet vocem meam.] *Ierem.* 23. e. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo. auertiſſem eos vtique à via ſua mala, &c. *Ierem.* 15. d. Si conuerteris conuertam te. *Ierem.* 20. d. Audiat clamorem mane & vlulatum in tempore meridiano. Poſteà oſtendit quomodo Dominus exaudit eum ſcilicet, dando ei pacem æternitatis, qui priùs dedit pacem reconciliationis. Vnde dicit. h Redimet animam meam] collocandam in pace æternitatis. In primo aduentu redemit eam à culpa, & dedit ei pacem reconciliationis. *Iſa.* 43. a. Noli timere, quia redemi te. In ſecundo redimet à pœna, & dabit ei pacem æternitatis. *Iſa.* 1. g Sion in iudicio redimetur. De hoc loquitur hic. Redimet, dico.

i Ab his;] id eſt, a falſis fratribus. Qui appropinquant mihi ſocij ſunt ſæpe Iuſtorum. *Iob* 30. d. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum, id eſt, & detractorum & hypocrytarum. Et hoc eſt, quod addit.
k Quoniam inter multos erant mecum] ſicut palea cum granis. Vel, Ab his, qui appropinquant mihi; id eſt, à Dæmonibus, qui vſque ad cor appropinquant. *Iſaiæ* 40. a. Loquimini ad cor Ieruſalem. Quoniam inter multos erant mecum. *Iob* 40. b. Ecce Behemoth, quem feci tecum. Sic ergo.
m Exaudiet] me, Deus, dando mihi bonum. Sed hoc parum eſſet, ſi perſecutores eſſent immunes à pœna. Vnde adhuc addit: Exaudiet Deus & humiliabit eos, quaſi dicat, etiam in hoc me exaudiet Deus & humiliabit eos, i. vilificauit. Ipſe.
o Qui eſt ante ſæcula,] ſcilicet, Chriſtus, licet in tempore factus ſit homo. Alia litera: Qui Iudex eſt ab initio Et nota, quod humiliatio dicitur in malo, vt hic, ſcilicet, vilificatio, Et *Iſaia.* 2. c. Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt. Dicitur etiam in bono, vt in *Pſal.* 118. Bonum mihi, Domine: quia humiliaſti me: Sic enim idem eſt, quod humilitas. Dicitur etiam ficta humilitas. Vnde 3. *Regum vigeſimo primo* g. Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? *Eccleſ.* 43. e. Obuians ros ab ardore venienti humilem efficiet illum. Et meritò humiliabit illos. *Humiliatio dicitur in bonum & in malum.*
p. Non enim eſt illis commutatio,] i. quia ſunt incorrigibiles & obſtinati, nec poſſunt commutari. *Eccleſ.* 1. d. Peruerſi difficilè corriguntur. Quia vt habetur *Prou.* 18. a. Impius cùm in profundum peccatorum venerit contemnit. *Oſea* 7. Ephraim factus eſt ſubcinericius, id eſt, totus ſub terrenitate, qui non reuerſatur. Et nota, quod benè dicit, commutatio, id eſt, ſimul mutatio, quaſi totaliter, quia aliquandò quidam mutantur ex parte ſc. corpore, non ſpiritu: habitu, non voluntate. De talibus *Oſea* 12. b. primò loquitur bonis, ſic: Tu ad Dominum Deum tuum conuerteris, ſcilicet, ex toto. Et pòſt addit de aliis: Chanaan in manu eius ſtatera doloſa. Chanaan interpretatur commutatio. Sed hæc eſt doloſitas in ſtatera, minus dare Deo. Et ideo Noe maledixit Chanaan. *Gen.* 9. d. Maledictus Chanaan, &c. Vel, Non eſt illis commutatio, id eſt, pretium redemptionis. *Matth.* 16. d. Quam commutationem dabit homo pro anima ſua? *Ezec.* 7. e. Argentum & aurum eorum non valebit eos liberare in die furoris Domini. Vel, Non eſt illis commutatio: quia impij dant animas ſuas pro nihilo, id eſt, pro peccato. *Prouerbiorum* 10. c. Cor impiorum pro nihilo.
q Et non timuerunt Deum] quaſi dicat, ideò non commutabuntur. *Iſaia* 40. b. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Qui autem ſperant, ipſi timent. Aliter enim non eſt ſpes; ſed præſumptio, ſecundum quod dicit *Greg.* Spes ſine timore luxuriat in præſumptionem, & timor ſine ſpe degenerat in deſperationem. Et *Eccl.* 2. d. Qui timent Deum, præparabunt corda ſua. Ipſi autem non impune ferent, quia iam.
r Extendit manum ſuam in retribuendo] id eſt, vindictam Per hoc, quod dicit: Extendit, innuitur miſericordia, quam habet in puniendo in Præſenti. Non enim adhuc claudit pugnum ſuum ad percutiendum fortiter & durè; ſed quaſi cum palma dat alapam. Item per extendit, etiam notatur comminatio pœnæ æternæ. *Iſa.* 9. d. In omnibus his non eſt auerſus furor eius; ſed adhuc manus eius extenta. Poſſet autem aliquis dicere: Quid eſt hoc? Nonne Dominus fecerat teſtamentum pacis in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, ſicut dicitur. 2. *Cor.* 5. d. quare nunc extendit manum ſuam ad vindictam? Ad hoc quaſi reſpondens ſubiungit.
ſ Contaminauerunt teſtamentum eius.] Et ideò. Teſtamentum non liberauit eos. *Heb.* 10. e. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus, aut tribus teſtibus moritur, quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit? Contaminat Teſtamentum, Dei, ſcilicet, nouum Teſtamentum, qui poſtquam Chriſtus illud ſanguine proprio confirmauit, pro peccatis noſtris moriens, peccare iterum addit, ſicut dicit *Gloſſ.* ſuper præmiſſum verbum ad *Heb.* dicens: Sanguinem pollutum ducit ſi ab eo mundatus ad vomitum redit & pœnitere negligit. Item contaminatur Teſtamentum Dei per indignitatem ſeu malitiam miniſtrorum. *Ezech.* 7. f. Violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabunt illud. Item contaminatur per falſorum admixtionem, ſeu falſam expoſitionem. *Iſaia primo* f. Vinum tuum mixtum eſt aqua. *Malach.* ⊖ 1. d. Men-

Allegoricè. A indignas ſuas additiones : Sicut dicitur pollui aliquid, quando aliquo vili liquore reſpergitur. Vel, Contaminauerunt Teſtamentum eius, cum agnum paſchalem verum, qui legis erat conſummatio ſpuerunt & viliter tractauerunt. Et ideo :

a Diuiſi ſunt,] i. per totum mundum diſperſi.
b Ab ira,) id eſt, propter iram.
al.† In Deũ. *c* Vultus eius] i. voluntatis eius. Vel diuiſi ab vnitate fidelium.
d Et appropinquauit cor illius] i. Gẽtiles quos dilexit

a diuiſi ſunt *b* ab ira *c* vultus eius : & *d* appropinquauit cor illius. *e* Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum : & ipſi ſunt *f* iacula. *g* Iacta † ſuper Dominũ curam tuam : & *g* ipſe te enutriet, & non *h* dabit in *i* æternum *k* fluctuationem Iuſto. *l* Tu vero, Deus, Deduces eos in *m* puteum † interitus. Viri *n* ſanguinum & † *o* doloſi non *p* dimidiabunt dies ſuos : *q* ego autem † ſperabo in te, Domine.

Communiter enim dicitur, Iſte eſt cor illius, id eſt, multum diligit eum. Hi appropinquauerunt Deo, qui ante erant longè. *Epheſ.* 2. c. Vos gentes, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine ipſius. Vel ſic, Appropinquauit cor illius, ad Gentes per dilectionem. Et quomodo? Per prædicationem Apoſtolorum, de qua ſubiungit.

e Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum,] id eſt, molliter & ſuauiter dicti. Et tamen.

f Ipſi ſunt iacula] quia corda audientium vulnerauerunt charitate.

De Eccleſia vel viro iuſto. ⊖ 1. d. Menſa Domini contaminata eſt. Item contaminatur per inutiles & extraneas expoſitiones aut Philoſophiæ admixtionem. *Ierem.* 16. d. Contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, id eſt, dogmatum inutilium. Item contaminatur Teſtamentum Dei, id eſt, res teſtata ab ipſo, ſcilicet, bona Eccleſiæ per malam vitam Prælatorum & Clericorum, qui malè poſſidet, & malè expendunt. *Ierem.* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & bona illius, & ingreſſi contaminauiſtis terram meam. *Ezech.* 9. c. Contaminate domum, & implete atria interfectis. Vel contaminatur Teſtamentum Dei, id eſt, pactum Baptiſmi. *Aggai* 2. c. Si tetigerit pollutus in anima de omnibus his, nunquid contaminabitur? Et quia, contaminauerunt.

Pſal. 33. *a* Diuiſi ſunt] à bonis, merito in præſenti, & diuidentur numero & loco in futuro : vt non habeant cum bonis partem in teſtamento pacis. Et hoc.

b Ab ira vultus eius] quia vultus Domini ſuper facientes mala. *Thren.* 4. c. Facies Domini diuiſit eos, non addet, vt reſpiciat eos. De diuiſione futura. *Luc.* 12. f. Diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. *Matth.* 25. c. Separabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Non ſic autem diuiduntur boni à Deo. Vnde addit.

d Et appropinquauit,] vel appropinquabit, cor illius,) id eſt, ſecreta voluntas eius, ſcilicet Dei ad bonos. *Prou.* 21. b. Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus. *Iacob.* 4. b. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Cognitio autem voluntatis Dei appropinquat ad hominem per expoſitionem ſacræ Scripturæ. Vnde ſequitur.

e Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum] dum ſuauiter exponitur Scriptura, vt prædictum eſt ſuprà.

f Et,) tamen ipſi ſunt iacula, penetrantes vſque ad cor. De mollitie. *Pſalm.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. De penetratione. *Hebr.* 4. c. Viuus eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.

Sermo Dei cõparatur oleo.
- Propter lucem. *Pſ.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum.
- Quia ſupernatat. *Eccl.* 9. d. Verba ſapiẽtium audiuntur in ſilentio.
- Propter refectionem. *Deut.* 8. a Non in ſolo pane viuit homo, &c. *Ezech.* 3. a. Cibauit me volumine.
- Propter ſanationem. *Sap.* 16. b. Neque herba, neque malagma ſanauit eos, &c.
- Propter mollitiem, vel ſuauitatem. *Eccl.* 40. c. Tibiæ & pſalterium ſuauem faciunt melodiam.

Aliter de adulatore. Vel de adulatore exponi poteſt : molliti ſunt ſermones eius, i. adulatoris ſuper oleum, &c. *Prou.* 29. a. Homo, qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur cum amico ſuo, expandit rete pedibus eius. *Iſa.* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt. *Gregor.* Ille demum aculeum in auditorum mente relinquere poteſt, qui non pungit, ſed vngit. *Ezech.* 2. c. Cum ſcorpionibus habitas. Vel ſic, Molliti ſunt, in adulatione quam facit in præſentia eius, qui adulatur. Et ipſi ſunt iacula, in detractione in abſentia illius. *Prou.* 25. c. Iaculum, & gladius & ſagitta acuta, homo, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimoniũ. Talis eſt & adulator & detractor : quia vterque falſum perhibet teſtimonium. Iſte, vt placeat ; ille vt noceat. Vel

Aliter de Diabolo. de Diabolo, Molliti ſunt ſermones eius, id eſt, ſuggeſtiones Diaboli. *Iob.* 40. d. Loquetur tibi mollia. Et ipſi ſunt iacula, quia animã interficiunt ſi eis conſentiatur. *Eccl.* 51. a. Dentes illius interficientes animas hominum.

al.† corruptionis. *al. † doloſitatis.* *al.† ſperaui.*

g Iacta ſuper Dñm] quaſi dicat, ex quo verba Domini ſunt ita mollia & dulcia : Ergo ne ſis ſollicitus animæ tuæ quid manduces, ſed iacta ſuper Dominum curam tuam: *Matth.* 7. d. & ipſe te enutriet dulcedine verbi ſui. *Matth.* 4. a. & *Deut.* 8 a. Non in ſolo pane viuit homo ; ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Vel ſecundum aliam lecturam ſic continua, quaſi dicat, ita vngunt & pungunt tam adulatores, quam detractores, quam ipſe Diabolus, ſed vt non timeas eos, Iacta ſuper Dominum curam tuã. *Auguſt.* Proiice te in Deum, non eſt tam crudelis, vt ſe ſubtrahat, & te cadere permittat. Hoc eſt contra illos, qui ſolliciti ſunt de terrenis nec ea volunt dimittere, vt Domino ſe committant. 1. *Petr.* 5. b. Omnem ſollicitudinẽ veſtram proiicientes in eum quoniam ipſi cura eſt de vobis, 2. *Cor.* 9. c. Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti & panem ad manducandum præſtabit. *Pſalm.* 36. Non vidi Iuſtum derelictum, nec ſemen eius querens panem. Hoc eſt, quod ſequitur.

g Et ipſe te enutriet.] Et quid mirum cum ipſe ſit cibus? *Ioan.* 6. e. Ego ſum panis viuus. Sed quia dicunt aliqui : Bene iactarem curam meam in Domino & omnibus propter ipſum abrenunciarem, niſi timerem, ne poſtea pœniterem ſubiungit.

h Et non dabit in æternum fluctuationem Iuſto. Non dabit,] id eſt, non permittet dari.

i In æternum,] licet ad horam det.

k Fluctuationem,] id eſt, inſtabilitatem, *Iacob* 1. a. Qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Sed non ſic de illis, qui indubitanter iactant curam ſui in Dominum. *Prou.* 10. d. Iuſtus quaſi fundamentum ſempiternum. *Pſalm.* 70. In te confirmatus ſum ex vtero. *Eccl.* 15. a. Firmabitur in illo, & non flectetur. Sed malis quid faciet ſubiungit.

l Tu verò, Deus, deduces eos,] id eſt, iniuſtos.

m In puteum interitus,] id eſt, in infernum. *Apocal.* 9. a. Data eſt ei clauis putei, & aperuit puteum abyſſi. Vel, in puteum interitus ; in præſenti, id eſt, in profunditatem peccati. *Pſalm.* 68. Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Hæc autem deductio citò fiet. Vnde ſequitur.

n Viri ſanguinum, & doloſi, &c. Viri ſanguinum] ſunt violenter & apertè nocentes.

o Doloſi.] fraudulenter nocentes. Vel, Viri ſanguinum, ſunt detractores, qui carnes viuas ad veſcendum conferunt, ſicut dicitur *Prouerbiorum.* 23. c. Doloſi, ſunt adulatores. *Iſaia* 3. c. Qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt Tales igitur,

p Non dimidiabunt dies ſuos] ad literam, quia peccata conſumunt corpus. *Ezech.* 22. a. Appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tempus annorũ tuorum. Sed nonne videtur contrarium *Eccleſ.* 7. c Iuſtus perit in iuſtitia ſua : & impius multo viuit tempore. Solutio patet per hoc, quod dicit ſuos, non dicit dies ætatis ſuæ, ſed ſuos, i. e. quo ſibi promiſerunt. Sicut *Luc.* 12. c. Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos. Ecce quid ſibi promittebat. Sed non dimidiauit, Vnde ibi ſequitur. Stulte hac nocte repetent animam tuam à te. *Iob.* 22. c. Viri iniqui, qui ſublati ſunt ante tempus ſuum. Vel ſic, Non dimidiabunt dies ſuos, faciendo bonum per dimidietatem vitæ ſuæ, ſecundũ illud *Rom.* 6. d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ ad iniquitatẽ, ita nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. *Iſa.* 38. b. In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi : quæſiui reſiduum annorum meorum, vt ſc. in alia medietate reuertar tam ad portas Paradiſi. Ita illi.

q Ego autem ſperabo in te, Domine] *Iob* 13. c. Etiam ſi occiderit me ſperabo in eum, Nota, quod eſt puteus bonus, & puteus malus.

Puteus bonus

- Puteus
  - Bonus
    - Gloriæ, i. Christus. *Genesis vigesimo primo* d. Fodi puteum istum; idcirco vocatus est locus ille Bersabee, Bersabee interpretatur puteus satietatis. *Psa.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.
    - Vitæ, scilicet, Ecclesia, vel beata Virgo. *Cant.* 4. d. Puteus aquarum viuentium.
    - Scripturæ. *Genes.* 16. d. Vocauit puteum illum, puteum viuentis & videntis me.
    - Naturæ *Prouerbiorum quinto* c. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui deriuentur foras, id est, fac in opere, quod habes in natura.
    - Charitatis. *Genes.* 25. e. Isaac fodit puteum, vocauit nomen illius latitudo.
    - Spei. *Eodem.* g. Appellauit eum abundantiam.
    - Fidei. *Num.* 21. d. Ascendat puteus, &c. Vsque: In datore legis.
    - Prudentiæ. 2. *Reg.* 17. d. Ingressi sunt in domum cuiusdam viri, qui habebat puteum in vestibulo suo.
    - Prædicationis. *Eccles.* 50. a. In diebus eius emanauerunt putei aquarum.
    - Expositionis litteralis. *Ecclesiastici.* 48. c. Fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. Vndè legales ceremoniæ dicuntur putei. *Genesis* 29. c. Amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Et *Exod.* 2. c. Moyses sedit iuxta puteum.
  - Malus
    - Calumniæ, id est, litigatorum. *Genes.* 26. d. Vocauit nomen putei calumniam
    - Inimicitiæ, qui bene sequitur. *Eodem* e. Appellauitque eum inimicitias.
    - Hæreticæ doctrinæ. *Num.* 21. e. Non bibemus aquas ex puteis tuis, dicitur ad Seon.
    - Consanguinitatis. *Num.* 20. c. Dicitur ad Edom: Non bibemus aquas de puteis tuis.
    - Infamiæ. *Apoc.* 9. a. De fumo putei exierunt locustæ, i. adulatores.
    - Luxuriæ. *Prou.* 13. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena.
    - Mundanæ gloriæ. *Isaiæ decimo quinto* d. Vsque ad puteum Helim clamor eius. Helim interpretatur deficiens, & vana gloria mundi deficit. 1. *Petr.* 1. d. Omnis gloria eius, quasi flos fœni.
    - Cuiuslibet profundi peccati. *Psalm.* 68. Neque vrgeat super me puteus os suum.
    - Inferni, vt hic, & *Zachar* 9. c. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, scilicet, misericordiæ.

EXPOSITIO PSALM. LV.

MISERERE mei, Deus, &c.] Titulus. [In finem pro populo, qui à sanctis longè factus est, in tituli inscriptione ipsi Dauid, cùm tenerent eum Allophyli in Geth.] Suprà egit de falsis fratribus: Hic autem agit de allophylis, i. de apertis malis, per quos exprimitur à Sanctis vinum iustitiæ, tanquam per torcular, quod notatur in titulo, qui sumptus est partim ab Euangelio, partim ab historia Regum. Legitur. n. in Euangelio *Io.* 19. d. Quod supposuit Pilatus capiti Christi in Cruce inscriptionem tituli: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Cui contradixerunt Iudæi, dicentes: Noli scribere: Rex Iudæorum; sed quia dixit se Regem Iudæorum. Quibus respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi, i. non delebitur. Nec hoc à semetipso dixit: Erat enim per Spiritum sanctum prophetatum in titulis aliorum psalmorum, vbi habetur sic: Non corrumpas tituli inscriptionem. Titulo etiam contradicunt, qui in peccatis recidiuant, quasi negantes Christum passum fuisse, & iterum ipsum passurum, dicentes facto suo. *Hebr.* 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Populus ergo Iudæorum & conuentus malignantium, longè fuerunt, & sunt à Sanctis, meritò, per hoc, quod contradixerunt, & contradicunt inscriptioni tituli. Quod autem sequitur, sumitur de. 1. *Reg.* 21. d. Quia cùm fugeret Dauid à facie Saül, fugit ad Achis Regem Geth, quæ erat ciuitas Allophylorum, vbi Dauid fuit peregrinus; sed non retentus. Per Dauid ergo Christus intelligitur, de semine Dauid secundum carnem natus. Per Allophylos, qui alienigenæ dicuntur, persecutores Christi & Ecclesiæ, qui alieni sunt à Deo, qui tenuerunt Christum in capite, & nunc in mẽbris. [In Geth] quod interpretatur torcular, id est in pressuris huius mundi, quæ vtiles sunt nobis sicut torcular vuæ, quæ quasi inutilis est, nisi vinum eliciatur, & exprimatur in torculari. Est ergo sensus tituli. [Psalmus [iste, mittens nos [in finem] Christum, scriptus, [pro populo] saluando. Vel, [pro populo,] id est, contra populum, scilicet, Iudæorum & persecutorum ad accusandũ eum, [qui] populus,] longe factus est à Sãctis] non loco, sed mente, [in tituli inscriptione,] id est, quia contraxit & contradicit titulo Christi, & Passioni eius. Hic, inquam, [psalmus] ascribitur, [ipsi Dauid] id est, Christo, qui psalmus scriptus est de eo, quod factum fuit, [cum Allophyli] id est, alienigenæ, [tenerent eum] in capite, & nunc tenent in membris, [In Geth,] id est, in pressuris Christo adhuc clamante: Saule, Saule, quid me persequeris? *Act.* 9.

In finem pro populo, qui à Sanctis longè factus est in tituli inscriptione ipsi Dauid, cum tenerent eum Allophyli in Geth.

PSAL. LV.

a MIserere mei, De⁹, quoniã b conculcauit me homo: *al.* † mihi, Domine.

a Est ergo materia, persecutio hæreticorum & persecutorum Ecclesiæ. Intentio, confirmare corda debilium contra tribulationes. Modus tripartitus est. Psalmus. Primo orans Ecclesia in pressura, summatim tangit tribulationes, quas patitur, & in fine dicens se non timere. Secundò enumerat mala, quæ sustinendo fit inimicorum † execratio, *ibi* [Tota die] Tertio de malis istis liberata, laudem se cantare promittit. *ibi*: [In me sunt.] Propheta ergo in persona Ecclesiæ, vel viri iusti pressi à peccatoribus, sicut vua in torculari, clamat ad Dominum Dicens: *Partitio. psalmi.* *al.* † conuersio.

a Miserere mei, Deus] Et necesse habeo.

b Quoniam conculcauit me homo] ab humo dictus, quasi dicat, non sanctus, quod est sine terra: sed terrenus. Et alludit ei, quod dicitur in titulo, pro populo, qui à sanctis longe factus est. Conculcauit,] pedibus superbiæ. *Psalm. trigesimo quinto.* Non veniat mihi pes superbiæ. Conculcatur autem homo iustus, vt vua. *Osea nono* c. Quasi vuas in deserto inueni Israel. *Isaiæ decimo sexto* c. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat: Ecce solatium eorum, qui conculcantur. Tunc dicunt illud *Iudicior. quint.* e. Conculca, anima mea robustos. Item conculcatur Iustus, sicut vestis. Vestis enim Dei Iusti sunt secundum illud. *Isaiæ quadragesim. nonò* e. Omnibus his velut ornamento vestieris. Vestis autem quando conculcatur à fullonibus, mundior & clarior efficitur. Munditia verò & claritas decet vestem Dei. *Marc. nono* a. Vestimenta eius facta sunt splendida & candida nimis, sicut *De Ecclesia vel viro iusto. Iustus cõculcatur, vt vua vestis.*

A nix, qua-

Vel de Diabolo legitur. b Quoniam conculcauit me homo,] id est, Diabolus, qui homo dicitur ab homine deuicto. Vide *Matth.* 13. d. Inimicus homo hoc fecit. [Conculcauit,] id est, cum aliis calcauit. Multos enim socios habet Diabolus. *Matth.* 12. d Assumit septem alios Spiritus nequiores se. Vel, [conculcauit,] id est, ex toto calcauit. Vel, conculcauit,] id est, de vno vitio in aliud calcauit. Hoc potest dicere pœnitens. De peccatore enim dicitur *Iob.* 18 c. Calcet super eum, quasi Rex interitus, i. Diabolus. *Apoc.* 6. b. Nomen illi mors. Conculcat autem Diabol⁹ *Aliter de Diabolo.*

peccatorum hoc

Item potest esse vox Christi conquerentis de malo Sacerdote, qui indigne accipit corpus Christi: *Vox Christi cõtra malum Sacerdotem.*

b Miserere mei, Deus] in hospitio, ad quod intraturus sum.

a Quoniam conculcauit me homo] carnalis & terren⁹ Sacerdos. *Heb.* 10. c Quãtò putatis deteriora mereri, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutũ duxerit. *Aba-*

Item potest esse vox Ecclesiæ contra Prælatum malum. *Vox Ecclesiæ contra Prælatum malum.*

a Miserere mei, Deus] quia misera sum. *Threnorum* 1. g. Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus, & cor meum subuersum est in memetipsa, Quare? Quia.

b Conculcauit me homo] Prælatus carnalis. 1. *Corinthior.* 3. a. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulabitis? 1. *Machabaor.* 3. f. Ierusalem non habitabatur; sed erat sicut desertum, & sanctum conculcabatur, & filij alienigenarum erant in arce, id est, in dignitate.

a Tota die im-

Item potest esse vox sacræ Scripturæ a Miserere mei, De⁹, quoniã cõculcauit me homo] hæretic⁹ vel Doctor malus, violẽter exponẽdo, aut malè viuẽdo. Mala.n. vita Doctoris *Vox sacra Scriptura.*

 contemptibilem

A nix, qualia fullo super terram non potest candida facere. Quæ autem sit illa conculcatio, aperit dicens.

a Tota die impugnans,] id est, toto tempore vitæ meæ.

c Tribulauit me] *Psalm.* 128. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

d Peccatorem hoc modo. Primò insilit in eum per prauam suggestionē. Secundò arripit cum per delectationem. Tertio deiicit eum per consensum in operationem. Quartò conculcat eum per præsumptionem & iterationem. *Daniel.* 7. b. Reliqua pedibus suis conculcabat. Hæc autem conculcatio

al. † bellans.

al. † speraui Domine.

al. † tota die in Domino.

al. † homo.

a tota die † *b* impugnans *c* tribulauit me *d* Cōculcauerunt me inimici mei *e* tota die: quoniam *f* multi *g* bellantes aduersum me. Ab *h* altitudine diei *i* timebo: *k* ego vero in te † sperabo. In *l* Deo laudabo sermones meos, † in *m* Deo speraui: non *n* timebo, quid faciat mihi † caro.

assidua est. Vnde addit. *a* Tota die,] id est, continuè.

b Impugnans,] id est, pro interioribus pugnans.

c Tribulauit me] *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt. *Greg.* Assiduè pulsat, vt saltem tædio deiiciat. Item conculcatur homo iustus, vt oliua. *Mich.* 6. d. Tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo. Item vt lutum. *Num.* 3. c. Intra in lutum, & calca & tenens subige laterem.

* xerit? *Abacuc* 1. a. Quare respicis contemptores & taces impio conculcante iustiorem se, id est, Christum, in hospitio suo susceptum? *a* Tota die impugnans tribulauit me,] cantans Missas pro obulis, & Sacramenta ministrans pro denariis.

Θ *a* Tota die impugnans tribulauit me.] Ad literam enim quando debent orare, aut prædicare, aut confessare, pugnant armis, vel litigant in causis. *Isa.* 22. b. Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis, & conculcationis & fletuum à Domino Deo exercituum in valle visionis.

Δ contemptibilem reddit sacrā scripturam. Hæc est enim mulier fornicaria secundum opinionem hominum, de qua dicitur *Eccl.* 9. b. Mulier fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. *a* Tota die impugnans tribulauit me] legendo, disputando, prædicando. *Ps.* 16. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Et quia in singulari dixerat [Homo conculcauit (posset aliquis credere, quod Ecclesia vnum solum hominem, vel Dæmonem conculcatorem haberet, & de facili posset resistere, quod remouet, eum subiungit pluraliter. *d* Conculcauerunt me inimici mei.] Et hoc.

e Tota die,] id est, continuè, sicut supra dictum est. Et bene dico in plurali [Conculcauerunt inimici.] *f* Quoniam multi] non tantum vnus, sunt. *g* Bellantes aduersum me] tam homines, quam Dæmones, tam prælati, quam subditi: tam aduocati, quam hæretici. Vnde *Ierem.* 12. c. Pastores multi à pascendo dicti demoliti sunt vineam meam, & deseruerunt portionem meam, id est, desertam fecerunt. Quia ergo assiduè impugnant: & quia multi sunt, non est mirum, si clamo ad te Domine. Sunt etiam potentes, vnde magis timendi. Hoc est, quod sequitur, *h* Ab altitudine diei,] id est, à fortitudine prosperitatis & magnitudine. *i* Ego timebo] saltem secundum sensualitatem. Vel interrogatiue sic [Ab altitudine diei,] eorum, quæ tantum diei est, & parum durat [timebo?] quasi dicat, non: quia cito transit. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus breuis vita.

k Ego vero in te sperabo] O Domine, quod ad vtrumque modum legendi potest aptari, quasi dicat si timebo secundum sensualitatem; tamen sperabo secundum rationem. Vel secundo modo sic [Non timebo] licet multi potentes sint, sed [sperabo in te] Domine 2. *Paral. decimo quart.* c. Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus. *Et vigesim. quinto* c. *eiusd.* Si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Dñs ab hostibus. Vel sic potest legi [Ab altitudine diei,] id est, prosperitatis meæ (timebo) dicit Ecclesia, vel anima. Secundum quod dicit *Gregor.* Cum vtraque fortuna sit timenda, magis timenda est prospera, quam aduersa. *Ps.* 68. Veni in altitudinem maris; & tempestas demersit me. Quid si autem tempestas ista, docet *Gregor.* dicens. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? Vel [Ab altitudine diei] id est, à profunditate scientiæ, quia sicut dicit *Greg.* vbi maius est donum scientiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ *Eccl.* 1. d. Qui addit scientiam, addit & dolorem. Vel hoc [Ab altitudine diei timebo] est vox Ecclesiæ primitiuæ cōquerentis quod in diebus festiuis strages Martyrū fiebāt, sicut Ioannes decollatus fuit in die Natalis Herodis. *Marc. sexto* c. Et *Math.* 6. b. Ducebantur cùm amara necessitate in die Natalis Regis ad sacrificia. Et *Actuum decimo secundo* a. Volebat Herodes in tempore Paschæ interficere Petrum. Et similiter Christus fuit crucifixus in die festo, licet Iudæi dixissent. *Matth. vigesimo sexto* a. Non in die festo. Est etiam vox Christi conquerentis de peccatis, quæ modò frequentiùs perpetrantur in festis, quàm in profestis diebus. Vndè dicit. [Ab altitudine diei timebo,] quia tunc iterum crucifigunt me peccatores. Et quantò dies altior, tantò crudeliùs eum persequuntur. Vndè *Isaia primo* d. Calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. Et subiungit: Quare. Laboraui sustinens, quasi dicat, iterum me facitis pati per vestra peccata. Vndè addit. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Vel. [Ab altitudine diei,] i. à die iudicij, quæ est alta dies, in qua omnes congregantur audire sententiam [timebo.] *Iob vigesimo sexto* c. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. *Soph. primo* d. Vox diei amara, tribulabitur ibi fortis. [Ego verò in te sperabo] non in homine. *Ieremiæ decimo septimo* a. Maledictus, qui confidit in homine. Item. [Ab altitudine diei] Paschæ, qui est altus dies, in quo Dominus omnes pascit corpore suo, & potat sanguine suo [timebo] ne in conuiuio Domini stultè, aut malè habeam coram tot & tantis conuiuis, & tam nobilibus, Angelis dico. *Ecclesiastic. decimo quarto* b. Non defrauderis à die bono, & particula, i. hostia, diei bonæ non te prætereat. *Ecclesiastic. septimo* b. In die bona fruere bonis, & malum diem præcaue, i. ne sit tibi mala dies illa. Et quamuis sit mala, non desperabo. [Ego verò in te sperabo, quia Spes facit præcauere mala.

l In Deo laudabo sermones meos,] quasi dicat, quia sperabo in Deo, loquar de eo, secundùm quod ipse dederit mihi. Nec quod loquar, mihi ascribam. Hoc est laudare sermones suos, id est, laudabiles ostendere in Deo non in alio. Notandum enim, quòd quidam laudant sermones suos in nitore verborum: Contra illud. *Exod. vigesimo* d. Non ædificabitis mihi altare de sectis lapidibus. *Ecclesiast. quarto* d. Non abscondas sapientiam in decore eius. Alij laudant eos in obscuritate: Contra illud in *Ecclesiast. vigesimo quarto* c. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Prouerbiorum vndecimo.* Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Item alij in superuacua subtilitate. *Ecclesiast. tertio* c. In superuacuis rebus noli esse sollicitus. Per contrarium. *Isaiæ* 2. b. Conflabunt gladios suos in vomeres. Item alij in nociua subtilitate. *Prouerbiorum* 25. d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria. Item alij in humana sapientia: Contra illud. 1. *Corinth.* 2. a. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. 1. *Cor.* 1. c. Misit me Deus euangelizare, non in sapientia verbi, vt non euacuetur Crux Christi. Item alij in falsitatis admixtione. *Ierem.* 23. e. Qui habet sermones meos, loquatur sermones meos verè. Sic non laudat vir iustus, sed in Deo, ostendens per sermonis simplicitatē & feruorem, quòd sermo est Dei. 1. *Petr.* 4. c. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Et posset aliquis dicere ei: tu non audebis loqui eorum timore perterritus. Propter hoc bene subiungit.

Multi multipliciter laudant sermones suos.

m In Deo speraui,] non iam in futuro dicit, sperabo; sed in præterito, sperauit. Et ideò.

n Non timebo, quid faciat mihi caro,] i. homines carnales. Sic Petrus & Ioannes iam sperantes in Domino, fiducialiter dixerunt Iudæis, qui denunciabant eis, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu: Non possumus, inquiunt, quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Notandum autem, quòd caro multipliciter accipitur. Homo enim fragilis dicitur caro. *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum. *Isaia* 40. b. Videbit omnis caro Salutare Dei. Item mulier dicitur caro. *Ioan.* 1. b. Neque ex voluntate carnis, i. mulieris, neque ex voluntate viri. Item omne viuens. *Psalm.* 145. Qui dat escam omni carni. Item cognati & parentes. *Isaia* 58. c. Carnem tuam ne despexeris. Ibi habent *Septuaginta*: Domesticos seminis tui ne despexeris. Item sensualitas. *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum. Item carnalis intelligentia. *Matth.* 16. c. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Item carnalia desideria. *Iob* 19. d. Et carnibus meis saturamini. Item carnale opus. *Gen.* 2. d. Erunt duo in carne vna. Item fragilitas. *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est. Item mollities cordis. *Ez.* 36. f. Dabo vobis cor carneum. Item peccatum. 1. *Cor.* 15. f. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Et de his omnibus generaliter debet dicere Iustus: [Non timebo, quid faciat mi

Act. 4. *d.*

Caro multipliciter accipitur.

Luc. 3. *a.*

faciat mihi caro. *a* Tota die,&c.] Secunda pars vbi ostendit mala, quæ patitur, quasi dicat, dico, quod] non timebo, quod faciat mihi caro [vel carnales homines. Et posset quis quærere quid mali faciunt tibi? Respondet: [Tota die, &c.] quasi dicat plura mala. Quorum primum est, quia contemnunt verba eius volentes eum capere in sermone, id est, Ecclesiam. Vnde dicit: [Tota die,] id est assiduè.

b Verba mea,] licet sint in Deo laudabilia, ipsi. *c* Execrabantur,] quia vt habetur *Eccl.* 1. c. Execratio peccatoribus sapientia. Execrabantur, id est, contemnebant, & execrabilia ostendere ea,

ro. *a* Tota die *b* verba mea † *c* execrabantur: *d* aduersum me † omnes cogitationes eorum in *e* malum. † *f* inhabitabunt, & *g* abscondent: ipsi *b* calcaneum meum obseruabunt. *i* Sicut † sustinuerunt *k* animam meam, pro *l* nihilo *m* saluos facies illos: in *n* ira populos † confringes. *o* Deus, vitam meam annunciaui tibi: † *p* posuisti lachrymas meas in conspectu

al. † abominabantur.
al. † omnia consilia.
al. † Incolêt.
al. † expectauit anima mea.
al. † deduces,
al. † posui.

malè interpretando, & morsibus detractionis obfuscando nitebantur, quia nihil adeo bene dictum est, quod non possit deprauari. Secundum est, quia malum machinantur contra eam. Vnde addit.

d Aduersum me omnes cogitationes eorum] erant.

e In malum.] *Matth.* 9. a. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? *Ierem.* 4. d. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Et* 18. c. eiusdem. Venite cogitemus contra Ieremiam cogitationes, venite, & percutiamus eum lingua. Hic tangit duo prædicta mala, scilicet, detractionem, & machinationem. Hæretici etiam, tota die verba, Ecclesiæ, id est, Missas, & horas, & omnia verba sacramentalia execrantur, & derident. Sed dicitur *Eccl.* 15. c. Omne execramentum erroris odit Dominus. Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. *Ier.* 18. d. Tu scis omne consilium eorum aduersum me in mortē. *Iob* 6. d. Quare detraxistis sermonibus veritatis ad increpandum tantùm eloquia cōncinnatis. *Psalm.* 58. Et de execratione, & mendacio annunciabuntur, id est, excommunicabuntur, in ira consummationis, & non erunt. Ideo dicit *Eccl.* 17. c. Nimis odito execrationem. Tertium est dolus. Vnde sequitur.

f Inhabitabunt] mecum.

g Et abscondent] malum, quod cogitant, vt scilicet, efficacius possint consummare, Ecce dolus. *Ezech.* 2. c. Cum scorpionibus habitas *Ieron.* Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Quartum malum est, quia insidias tendunt. Vnde adiungit.

b Ipsi calcaneum meum obseruabunt, id est, pedem meum ad lapsum perspicientes, si caderem, vel in aliquo deuiarem: vt mihi insultare possent. Vnde *August.* conqueritur dicens: Verborum aucupes, syllabarum dinumeratores, nodosas calumnias mihi proponentes, vt me capere possent in verbo, nodum in scirpo, fissuram in plano, angulum in circulo quærentes. Et dicit, non pedem, sed calcaneum: vt notet eorum perseuerantiam in malo: quia vsque in finem operis, vel vitæ Iustorum non cessant eis insidiari, Vel sic, Inhabitabunt, vitia intùs in corde, quæ per confessionem non euomuntur. *Isaia* 26. d. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. Et abscondent. *Iob* 15. d. Sapientes confitentur, & non abscondunt. Ipsi, id est, Dæmones, calcaneum meum obseruabunt, id est, in finem vitæ. *Genes.* 3. c. Tu insidiaberis calcaneo eius. *Psal.* 48. Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Alia litera habet: Congregabantur abscondite; plantas meas obseruabant, expectantes animam meam. Vel sic. Inhabitabunt, id est, intùs mecum habitabunt, hæretici cum Catholicis, dicit Ecclesia. Et abscondent, imperitis deceptiones suas. Ipsi, hæretici calcaneum meum, id est, extremos, & infirmos, obseruabunt, ad decipiendum. Tales enim decipiunt hæretici *Deuteron.* 25. d. Memento, quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris de Ægypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, occiderit.

Aliter.

Aliter.

i Sicut sustinuerunt, &c.] Enumeratis malis, quæ bonis inferunt mali, subiungit causam, quare inferunt, scilicet, inuidiam. Vnde dicit: Sicut sustinuerunt, quasi dicat Ecclesia; hæc mihi fecerunt. Sicut, id est, quia, sustinuerunt, vt onus.

k Animam meam,] id est, vitam, inuidentes, & dolentes quod non possunt me extinguere. Graue enim pondus videtur impio societas Iusti secundum illud *Eccl.* 13. a. Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Vnde *Sap.* 2. c. dicunt impij de Christo: Grauis est nobis ad videndum. Vel Sustinuerunt, id est, expectauerunt ad perdendum, secundum illud *Psalm.* 118. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me. Posteà Ecclesia reddit bonum pro malo, & orat pro eis, dicens:

l Pro nihilo,] id est, gratis, id est, sine merito eorum.

m Saluos facies illos,] id est, malos, qui pœnituerunt. *Isa.* 52. a. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Hæc autem gratia fiet salua iustitia: quia qui pœnitentiam non egerint, non saluabuntur. Vnde subdit.

n In ira populos,] id est, malos impœnitentes, confringes. Vel in alio sensu, vt legatur interrogatiuè: Pro nihilo saluos facies illos? quasi dicat, non. Sed, in ira populos confringes. *Psalm.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Vel secundum aliam literam sic punctetur. Sicut sustinuit anima mea eos, per patientiam, ita tu Domine, pro nihilo, id est gratis, licet non meruerint, saluos facies illos. Quomodo? Per flagella. Vnde sequitur: In ira, non consumptionis puniendo æternaliter, sed consummationis, qua filij flagellantur ad correctionem: Populos confringes, id est, corripies Vel, In ira, id est, in præostensione iræ tuæ futuræ. *Ierem.* 31. d. Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum, & erubui: quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Ita facies illis: Et ego ad eruditionem eorum, & vilitatem meam, & gloriam tuam.

o O Deus, vitam annunciaui tibi,] bonam & malam. Vitam bonam tibi ascribendo, & gratias agendo; malam autem, in qua fui, confitendo. Sed potest quæri, ad quid nunciatur Deo, qui omnia scit? Vnde *Ioan.* 21. e. Domine tu omnia nosti. Solutio. Bona debemus nunciare ad Dei laudem, & proximi ædificationem; Mala autem propter plures causas. Primò ad Dei gloriam. *Iosue* 7. c. Da gloriam Domino Deo Israël: atque indica mihi, quid feceris. Secundò propter iudicium Sacerdotis, ad cuius pertinet officium iudicare de huiusmodi. Vnde *Leuit.* 13. frequenter dicitur, ad arbitrium Sacerdotis iudicabitur homo leprosus, vel non leprosus. Tertiò propter humilitatem. *Eccles.* 4. a. Presbytero humilia animam tuam. Quartò, vt erubescat. Hoc enim est magna pars satisfactionis. *Eccl.* 4. c. Pro anima tua non confundaris dicere verum: Est enim confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Quintò ad cautelam, vt videlicet homo videns, quod oportet peccata confiteri, timeat facere, quod timet alij reuelare. *Eccles.* 4. d. Ne confundaris confiteri peccata tua, & ne te subijcias omni homini pro peccato. Sextò propter suffragia Sacerdotis. Vnde *Leuit.* 4. frequenter dicitur: Orabit pro eo Sacerdos: & dimittetur ei. Vnde versus.

Gloria iudicium vilem rubere timere.
Auxilium causam præstant, vt confiteamur.

Nota est vita
- Naturæ. *Genes.* 2. b. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.
- Culpæ. 1. *Timoth.* 5. a. Vidua in diliciis viuens, mortua est.
- Gratiæ. *Galat.* 2. d. Viuo iam nón ego, viuit verò in me Christus.
- Gaudij de bonis aliorum. 1. *Thessal.* 3. c. Nunc viuimus si vos statis in Domino.
- Gloriæ. *Coloss.* 3. a. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, &c.

Post confessionem autem sequitur satisfactio, quæ Deum placat Vnde subiungit.

p Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo,] id est, acceptas habuisti. In hoc intelligitur Satisfactio: Non enim legitur Magdalena aliter satisfecisse, nisi cum lacrymis: *Luc.* 7. f. Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Et benè dicit: [In conspectu tuo,] quia libenter respicit Deus lacrymas. *Isa.* 38. a. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Item in conspectu Domini ponuntur lacrymæ, sicut vinum, vnde bibat. *Psalm.* 101. Potum meum cum fletu miscebam. Sed quid educit istas lacrymas? Vtique cordis compunctio, quæ contritio potest dici *Eccl.* 22. c. Pungens oculum deducit lacrymas. De virtute autem, quam habent lacrymæ apud Deum, dicit *Ambr.* Oratio lenit, lacryma cogit. *Iudith.* 8. b. Indulgentiam eius fusis lacrymis postulemus. Ibi *Glossa.*

Lacryma pondera vocis habent:

Quæ imperant, non supplicant. Sed intelligendum est de lacrymis, quæ sunt pro peccatis; non de illis, quæ sunt pro temporalibus: quæ inutiles sunt, vel nociuæ. *Genesis vigesimo sexto.* d. dicunt pastores Geraræ, id est, Dæmones: Nostra est aqua. Lacrymæ etiam, quæ propter,

propter, vel contra oppressores effunduntur, magnum effectum habent apud Deum. *Ecclesiast. trigesimo quinto* c. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Sunt autem lachrymæ desperatorum, quæ nihil valent apud Deum. Vndè. *Hebr.* 12. e. Dicitur de Esau. Non enim inuenit pœnitentiæ locũ, quamquã cũ lachrymis inquisisset eam. [Proposuisti] dico.

tuo *a* Sicut & in promissione tua; *b* tunc *c* conuertentur inimici mei *d* retrorsum. In quacunque *e* die *f* inuocauero te: *g* ecce † *h* cognoui, quoniam *i* Deus meus es.† In *k* Deo laudabo verbum, in *l* Dño † laudabo sermonem: *m* in Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi homo.

Al.† sciui.
Al.† tu.
Al.† prædicabo.

a Sicut & in promissione tua,] i. sicut promisisti. *Ezec.* 18. e. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. *Romanorum quarto* d. Plenissimè sciens, quia quæcunque promisit Deus, potens est facere. *Sapient. decimo secundo* c. Parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum.

b Tunc,] i. quando confringes populos & pones lachrymas meas in conspectu tuo, acceptam tibi esse ostendens pœnitentiam meam.

c Conuertentur inimici mei,] humiliati propter flagellum tuum & exemplum meum.

d Retrorsum] vt te sequantur, Domine, seruientes tibi, qui præcedere volebant te aduersante, secundum illud *Marc.* 8. d. Vade retrò, Sathana. *Isaia* 31. c. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis, filij Israel. Vel sic: [Tunc conuertentur inimici mei] homines mali, vel Dæmones [retrorsum] fugientes à me, qui me priùs fugabant [Conuertentur] dico [sicut & in promissione tua,] i. sicut, vel quia promisisti *Leuit.* 26. b. Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum ex vobis decẽ millia. *Et Deut.* 28. a. Per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. Dico, quòd acceptastis pœnitentiam meam; & inimicos conuersus ad pœnitentiam recipies. Et verè, quia semper ad hoc paratus es. Hoc est, quod sequitur.

e In quacunque die] siue innocentiæ, siue post innocentiam. Vel. [In quacunque die,] scilicet, siue pueritiæ, siue iuuentutis, siue senectutis. *f* Inuocauero te,] i. intùs in corde contrito & humiliato vocauero.

g Ecce,] statim.

h Cognoui] per experientiam.

i Quoniam Deus meus es] qui mihi subuenis & recipis pœnitentem. *Psalm.* 94. Quoniam non repellet Dominus plebem suam. Quod autem dicit. [In quacunque die] expressiùs dicit *Ezech.* 18. e. Secundum aliam litteram. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs. Sed signanter & mysticè dicit hic [die] vt notet, quod in die prosperitatis inuocandus est Dominus, non tantum in nocte aduersitatis, vt multi faciunt. *Eccles.* 17. d. Viuus & sanus confiteberis & laudabis Deum: & tunc gloriaberis in miserationibus eius. *Ioël* 2. g. Omnis quicunque inuocauerit Dominum, saluus erit. Quia ergo Dominus ita suscipit quacunque hora inuocantes, & ita est in omnibus inuocantibus eum: Ideò.

k In Deo laudabo verbum,] i. ad honorem Dei, eius doctrinam commendabo quæ inducit hominem ad inuocandum, sicut dicitur *Rom.* 10. c. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt: aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Et tandem concludit: Ergo fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei. Et laudabile est verbum Dei, Propter quod adhuc idem repetit per alia verba, subiungens.

l In Domino laudabo sermonem,] i. quicquid loquar, ei attribuam cum laude. Vel potest differre verbum à sermone, vt sit verbum, quod docet: & appellatur lectio. Sermo autem, quod hortatur: & hoc dicitur prædicatio. Vtrumque autem monet hominem ad inuocandum Deum: vnde vtrumque laudabile est. Hoc autem multipliciter aliter legitur in glossis; sed sufficit videre legendo glossas. Item versus etiam supra habitus est & expositus, similiter in fine primæ patris: vnde breuiùs transeundum est.

m In Deo speraui, non timebo, quid faciat mihi homo.] Supra dixit [caro] & est idem sensus. Vndè ibi sic expositum est [caro,] i. homines carnales. Et hic [homo,] id est, terrenus ab humo. Ter dicit [non timebo] propter tres malos timores humanum, mundanum seruilem.

n In me sunt, &c.] Tertia pars, vbi vir iustus iam quasi de malis huius sæculi liberatus, laudare Deum se promittit. Vndè dicit. [In me sunt,] quasi dicat, non timebo, quid faciat mihi homo exteriùs; cùm bonum interius mihi non possit surripere: per quod tibi placebo, qui [in me] non extra [sunt.]

In *n* me sunt, *o* Deus, vota tua, *p* quę reddam, † *q* laudationes tibi. Quoniam † *r* eripuisti *s* animam meam de morte, & *t* pedes meos *u* de lapsu: vt *x* placeam coram Deo in *y* lumine viuentium.

In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saül in speluncam.

Al.† laudes.
Al.† eripuisti.

o O Deus vota tua,] i. illa quæ desideras, scilicet.

q Laudationes tibi,] i. ad honorem tuum faciendæ. *p* Quæ] vota, reddam, tibi. Vel sic. In me sunt, Deus, vota tua, scilicet, anima & virtutes, quæ desideras, & quæ etiam ibi deuoui. Quæ reddam, cùm scriptum sit: Vouete & reddite, Laudationes tibi, i. ad laudem tuam, & honorem. In hoc ostenditur, quòd plus diligit Dominus animam & bonam voluntatem, quàm censum, vel substantiam exteriorem. *Greg.* Non est vacua manus à munere, dum arca cordis plena est bonâ voluntate. *Exod.* 23. b. Non apparebis in conspectu meo vacuus. *Marc.* 12. d. Vidua hæc pauper plus omnibus misit. Nota quod triplex est votum, Baptismi, Ordinis, Religionis: quæ tria in homine debent esse, ita vt ab eo non scindantur per transgressionem. Primum votum debet esse in omnibus. Secundum in Clericis. Tertium in Religiosis. Sed multi possunt dicere veriùs: In me non sunt vota tua, quia multi sunt illorum transgressores. *Prou.* 20. d. Ruina est homini deuotare Sanctos. Quia sine obedientia & perseuerantia non soluitur votum. Quod significatur *Leu.* 22. c. Vbi dicitur. Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntariè offerrè potest; votum autem ex his solui non potest. Et subiungit causas, quare reddet laudationes Deo. Prima est, quia Dominus liberabit eum à morte æterna. Vndè dicit.

Votum triplex.

r Quoniam eripuisti,] i. eripies in futuro. Vel, eripuisti, in præsenti spe, & tandem eripies re.

s Animam meam de morte] æterna. *Osea* 13. d. De morte redimam eos. Secunda causa est, quia liberauit eum Dominus à pronitate peccandi: Vndè dicit.

t Et pedes meos,] i. affectus eripuisti.

u De lapsu,] i. de pronitate peccandi. *Thren.* 4. d Dicunt peccatores. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. Sic enim est, quòd cũ homo vagus discurrit per plateas & vicos citò labitur in peccatum. Et propter hoc dicitur. *Eccl.* 9. b. Noli circumspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Tertia causa est, quia dabit vitam æternam: Vndè dicit. *x* Vt placeam] quasi prædicta duo faciet mihi, propter hoc tertium, vt placeam, &c. Vel ad aliud præcedens verbum referri potest. Reddam laudationes, vt placeam coram Deo, non hic tantùm, &c. *y* In lumine viuentium, i. in splendoribus Sanctorum, in æterna beatitudine. *Ps.* 35. In lumine tuo videbimus lumen. 1. *Tim. vlt.* c. Lucem habitat inaccessibilem. Hęc tria, quę in hoc versu cõtinentur, tribus personis attribuũtur. Quoniã eripuisti animã meã de morte: hoc attribuit potentiæ Patris. Et pedes meos de lapsu: hoc sapiẽtiæ filij. Vt placeã, &c. hoc charitati & benignitati Spiritus sancti.

EXPOSITIO PSALM. LVI.

MIserere mei, &c.] Titulus. [*In finem ne disperdas*] *vel*] *corrumpas Dauid in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saül in Speluncam.*] Tangit historiam, quæ habetur. 1. *Reg.* 22. a. Quòd, videlicet, fugit Dauid à facie Saül & latuit in spelunca. Sed non legitur Dauid titulum erexisse. Vndè de Dauid ad litteram non legitur titulus iste; sed mysticè de Christo, qui per Dauid intelligitur. Per speluncam intelligitur caro humana, in qua Diuinitas latuit. Vel sepulchrum dicitur spelunca, vel Gentilitas ad quam transiuit excæcaata Iudæa. Est ergo sensus, Psalmus iste, dirigens nos, in finem, i. Christũ, agit de Passione & resurrectione Christi, & de passione & liberatione Martyrũ, ne disperdas, vel corrumpas, ô Pilate, vel Iudææ, vel aliud, Dauid, i. Christũ, in tituli inscriptione, i. dicendo Christum nõ esse Regẽ, quod quidẽ titulus asserit: vel negando eius Passionẽ, quæ figurata est nõ posse negari per tituli inscriptionẽ, quã non deleuit Pilatus: quod scripsi, scripsi. Inscriptione, dico, mutata, si crederetur Iudæis, cũ fugeret à facie Saül, i. abscõderet à se Iudæis latens [in spelũca] carnis, vel sepulchri, vel Gentilitatis. Materia ergo huius Psalmi est *Ioan.* 19. d.

Christi

Christi Passio & Resurrectio, vel Martyrum persecutio & liberatio. Intentio, est monere, vt nullus titulo Crucis contradicat, sed Christum Regem suum esse quilibet confiteatur verbo & opere. Modus Tripartitus est Psalmus.
Partit. Psalmi. In prima parte Propheta in persona Christi & Martyrum inter tormenta & tribulationes exclamat ad Deum Patrem, & prædicat liberationem. In secunda ostendit, per quid sit liberatus, & à quibus, *ibi* [Misit Deus.] In tertia post Resurrectionem & liberationem laudes promittit, *ibi*: [Paratum cor meum.] Nota, quod hic est tertius psalmus, qui incipit per, Miserere. Tres enim sunt tales, contra triplicem miseriam. Primus est contra miseriam carnis, quam luxuria facit, per quā Dauid peccauit adulterio. Secundus est contra miseriā mundi quā auaritia facit. Iste vero est contra miseriam spiritus, quam superbia facit, quia hæc miseria est periculosissima, quando, scil. intrant aquæ tribulationis vsque ad animam: Ideo hic geminat Miserere. Vel quia pro se, & corpore suo petit. Dicit ergo pro se & pro Martyribus.

al. † *saluum fecit.*

PSAL. LVI.

a Miserere mei, *b* Deus, miserere mei *c* quoniā in te confidit anima mea. Et in *d* vmbra alarum tuarum sperabo, *e* donec transeat iniquitas. *f* Clamabo ad *g* Deum altissimum, *h* Deum, qui bene fecit mihi. Misit de *i* cœlo, & † *k* liberauit me.

a Miserere mei [in Passione constituti.
b O Deus]Pater, miserere mei.] Et vt tactum est ad maiorem expressionem Passionis ingeminat, vel vt à duplici miseria liberetur, assumpta, sc. & illata. Et allegat multiplex meritum suum. Primum est confidentia. Vnde dicit.
c Quoniam in te confidit anima mea] omni charismate plena. *Matth* 17.e, Confidit in Deum, liberet eum nunc, si vult, Secundum est spes: Vnde sequitur.
d Et in vmbra alarum tuarum sperabo] id est, In protectione misericordiæ & veritatis tuæ. *Psalm.* 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt, scilicet, Iudæorum. Tertium est perseuerantia: quod notatur, cum subdit.
Alleg. *e* Donec, &c.] quasi dicat, non ad horam sperabo, sed [donec transeat iniquitas] persecutorum, quod est, quum corpus occiderint. Vnde *Lucæ duodecimo.* a. Ne terreamini ab his qui corpus occidunt: & post hæc non habent amplius, quid faciant. Quartum est deuotio. Vnde dicit.
f Clamabo] cordis clamore.
g Ad Deum altissimum]Patrem. *Matt.* 27.f. Clamauit Iesus voce magna dicens Heli, heli, &c. Et post. Clamans voce magna emisit spiritum. *Heb.* 5.b. Cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Quintum est recognitio beneficij Dei: Vnde addit.
h Deum, qui bene fecit mihi] homini, dando spiritum, non ad mensuram. *Ioan.* 3. d. Postea enumeratis meritis ostendit, quæ sequuntur ex eis. Primum est, quod Deus misit ei auxilium. Vnde dicit.
i Misit de cœlo]auxilium suum. *Luc.* 22.c. Apparuit ei Angelus de cœlo confortans eum. Secundum est, quod Deus suscitauit illum, & animas Sanctorum suorū de manu Tyrannorum liberauit. Vnde dicit. *k* Et liberauit me, sicut dictū est. Tertium est, quod inimicos puniuit: Vnde sequitur
Δ Dedit in

Vmbra {
Bonus Prælatus. *Exod.* 35.d. Ecce vocauit Dominus ex nomine Beseleel. *Ol.* Beseleel interpretatur vmbra.
Protectio Dei. *Is.* 49.a. In vmbra manus suæ protexit me.
Gratia Spiritus sancti. *Luc.* 1.d. Virtus Altissimi obumbrabit tibi.
Lex Moysi *Hebr.* 10.a. Vmbram habens lex futurorum.
Humanitas Christi. *Thren.* 4.d. Cui diximus, sub vmbra tua viuemus.
Crux Christi. *Cant.* 2.a. Sub vmbra illius, quem desideraui, sedi.
Refrigerium. *Iona* 4.c. Hedera ascendit, vt esset vmbra super caput Ionæ.
Temporalia. *Eccles.* 34.a. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia.
Ignorantia. *Isa.* 9. a. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. *Psalm.* 106. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis.
Amator mundi. *Iob* 28.a. Vmbrā mortis diuidit torrēs.
Humana vita, *Iob* 14. a. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra.
Pœnalis, *Iob* 3. a. Obscurent eam tenebræ & vmbra mortis.

Alæ {
Volupras. *Iob* 40.c. Sub vmbra dormit.
Infidelitas. *Luc.* 1. g. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.
Gehenna. *Iob* 10. d. vbi vmbra mortis, & nullus ordo, &c.
Pietas & seueritas, misericordia & veritas. Vnde *Exod.* 19.a. Vidistis, quid fecerim Ægyptiis: quomodo portauerim vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi.
Diaboli superbia & astutia. Vnde *Osea* 4.d. Ligauit eum spiritus in alis suis.
Prælati boni, charitas & castitas. Vnde *Apoc.* 12. d. Datæ sunt mulieri duæ alæ Aquilæ magnæ.
Clerici duæ manicæ capæ. *Ier.* 2. g. Inuentus est sanguis pauperum & innocentum in alis tuis.
Mali Prælati rapacitas, prodigalitas. Vnde *Zac.* 5. d. Habebant alas, quasi alas milui: & leuauerunt amphoram.

Moraliter, dicere debet pœnitens.
a Miserere mei, Deus, quia peccaui omittendo [Miserere mei] quia peccaui committendo. Vel propter peccatum originale & superadditum: vel propter miseriam culpæ & pœnæ. Item [miserere] in morte [miserere] in iudicio. *Moraliter.*
c Quoniam in te confidit anima mea. *Ier.* 17.b. Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Dominus fiducia eius, *Psalm.* 14. Deus meus, in te confido: non erubescam. Sed quare non dicit: Credit in te, vel diligit sicut dicit [confidit] cum fides maxime saluet? Vnde dicitur *Luc.* 7.g. Fides tua te saluam fecit. Solut. multi credunt & diligunt: & tamen non confidunt: quia spes habet repressiuum. scilicet, timorem: Amor verò, vel fides non. Et ideo spes maximam habet remunerationem: secundum quod dicitur *Hebr.* 10. g. Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. *Osea* 12. b. Misericordiam & iudicium custodi: & spera in Deo tuo semper. *Eccl.* 11.c. Confide in Deo, & mane in loco tuo.
d Et in vmbra alarum tuarum sperabo] id est, in protectione Crucis contra Diabolum. Alæ enim expansæ crucem faciunt & vmbram: & Dominus alas suas expandit in Cruce, sicut dicit *Isa.* 95.a. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum. *Cant.* 2. a. Sub vmbra illius, quem desideraui, sedi, id est, sub vmbra Crucis. *Psal.* 139. Obumbrasti super caput meum in die belli.
e Donec transeat iniquitas] id est, vsque in finem mundi: quia semper quamdiu erit mundus, durabit iniquitas, *Matth.* 23.b. Abundabit iniquitas. 2. *Ioan. vltim.* d. Totus mundus in maligno positus est. Hoc sequitur ad confidentiam.
f Clamabo ad Deum altissimum]Clamabo notat intentionem orationis [Ad Deum] notat directionem. *Ps.* 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo [Altissimum] in hoc notatur excellentia potentiæ, scientiæ & bonitatis Dei, licet in excelsis habitet, humilia respicit. Sed nota quod clamorem impediunt quatuor. Primum est raucitas. *Psal.* 68. Raucæ factæ sunt fauces meæ, quando, scilicet, aridus est homo à deuotione. Secundum est, quando arctatur guttur laqueo, sicut factum est Iudæ proditori. *Matt.* 27.a. Qui abiens laqueo se suspendit. Laqueus est subtilis tentatio. Tertium est si sit statua. Statua enim non clamat, quia spiritum non habet: Sic homo sine Spiritu sancto statua est. *Ioan.* 15.a. Sine me nihil potestis facere. *Rom.* 8.e. Spiritus postulat pro nobis. Quartum est, quando habet os obstructum. *Psal.* 9. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est Tales habent os obstructum. Item qui nihil cogitant, nisi de carnalibus, habent similiter ora obstructa: sicut isti, qui dicunt, *Isaia vigesimo secundo* d. Comedamus & bibamus; cras enim moriemur. Qui ergò clamare vult ad Dominum, caueat sibi ab his quatuor. Et posset dicere aliquis, quare clamabis ad Altissimum, cum tu sis in imo: non audiet, nec exaudiet te Dominus? Ad quod respondet, cum subiungit. *Quatuor impediunt clamorem.*
h Deum qui bene fecit mihi] quasi dicat, ideo securus clamabo ad eum quia iam alias, cum non clamarem: Bene fecit mihi] Post clamorem mittit auxilium. *Iudicum tertio.* b. Clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem Othoniel, id est, responsionem Domini. Et subiungit, quid fecerit sibi Deus.
i Misit de cœlo.] Non dicit quid, sed quasi omnibus notum iacet, quia filium suum misit, sicut dicitur *Galat. quarto* a. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Per effectum etiam determinat quid miserit, cum subiungit. *k* Et liberauit me:] Hoc enim fuit per filium. *Ioan.* 8.e. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, quasi dicat, nō aliter poteritis liberari. Alius effectus Incarnationis fuit cōfusio Diaboli. Vnde sequitur:
a Dedit in

Allegor. A *a* Dedit in opprobrium conculcantes me:] id est, Iudæos, quos per vniuersum mundum venditos disperdidit, vt & ipsi conculcarentur, *Isa.* 10. b. Mandabo illi, sc. Principi Romano, vt auferat spolia, diuidat prædam, & ponat illum, sc. populum Iudæorum in conculcationem, quasi lutum platearum.

a dedit in opprobrium conculcantes me: Misit † *b* Deus *c* misericordiam suam, & *d* veritatē suam: & † *e* eripuit animam meam de *f* medio catulorum leonum, *g* dormiuit *h* conturbatus. Filij *i* hominum *k* dentes eorum *l* arma, & *m* sagittæ: & *n* lingua eorum gladius acutus. *o* Exaltare *p* super cœlos, Deus:

al. † de cœlo.
al. † eruit.

* *a* Dedit in opprobrium conculcantes me] scilicet Dæmones. *Osea* 13. d. Ero mors tua, ô mors. *Iud.* 14. d. Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Mulier Hebræa, est Beata Virgo. Nabuchodonosor, & Holofernes Diabolum significant. Cui Beata Virgo fecit confusionem, quando per prærogatiuam humilitatis meruit, vt filius Dei carnem sumeret de ipsa. Posset hoc esse thema in festo sancti Petri ad vincula. Misit de cœlo, & liberauit me, secundum illud *Act.* 12. b. Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit eum de manu Herodis, &c. [Dedit in opprobrium conculcantes me] secundum quod ibi sequitur quod Herodes inquisitione facta fecit interfici custodes. Et tunc adimpletum est illud *Prouerb.* 11. b. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.

Alleg. *b* Misit Deus, &c.] Secunda pars, vbi ostendit apertè quid miserit loquens in persona membrorum. Sed prius in persona capitis prosequamur totam istam partem, sicut & primam fuimus prosecuti. Supra dixit Christus, quod [misit] ei [de cœlo] Deus Pater auxilium. Illud autem auxilium processit de misericordia, & veritate Dei Patris. De misericordia respectu præsentis miseriæ, in qua erat filius secundum quod homo. De veritate respectu promissionum. Propter hoc dicit [Misit Deus] Pater.

c Misericordiam suam:] liberantem me, de miseria præsentis sæculi.

d Et veritatem suam:] soluentem promissa.

e Et eripuit animam meam] licet corpus exponeret. *Iob* 9. c. Terra tradita est in manus impij. *Matt.* 10. d. Animam autem non possunt occidere.

f De medio catulorum leonum] id est, Iudæorum, qui dicuntur catuli leonum propter ferocitatem cordium, & rugitum oris, quo contra Dominum clamabant. *Ps.* 103. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, *Ier.* 12. b. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua. Dico, quod eripuit animam, & corpus exposuit, non tamen ad longum tempus, quia cito etiam corpus suscitauit. Vnde addit.

g Dormiui] in morte: de facili excitandus. *Ier.* 31. e. Quasi de somno excitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. *h* Conturbatus] id est, tribulatus corporis passione. Vel sic [Dormiui conturbatus] id est, quietus fui, & patiens in Passione [Conturbatus] scilicet, non ratione, sicut imponebatur ei. *Iob* 4. b. Tetigi te, & conturbatus es, vbi est timor tuus, fortitudo & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Postea ostendit quomodo, & per quos fuit conturbatus, dicens. *i* Filij hominum, &c.] Hoc ponitur, vt locum habeat sequens relatio, sicut *Ps.* 121. Ierusalem, quæ ædificatur, vt ciuitas: [Filij hominum] id est, Iudæi. Hi sunt quos prius vocauit catulos leonum.

k Dentes eorum] sunt.

l Arma] quibus me impugnabant, ineuntes contra me.

m Et sagittæ] quibus me iam crucifixum sagittabunt, dicentes. *Matt.* 24. e. Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum.

n Et lingua eorum gladius acutus] quando illum cædebant per falsa testimonia. *Prou.* 25. c. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Quod autē sic facerent, habetur *Matt.* 26. f. Principes Sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Dominum. Item tunc fuit lingua eorum gladius acutus accelerans mortem quando clamabant. Crucifige crucifige eum. Illi ita mihi faciunt. Sed tu, ô Deus Pater.

o Exaltare] id est, fac me exurgere, vt manifesteris esse.

Ioan. 19. *a.* *p* Super cœlos] id est, Angelos. Et per meam Resurrectionem diuulgetur.

A *a* Super

* In persona autem viri iusti sic exponitur.

Moral. de viro iusto. *b* Misit Deus misericordiam suam.] Hic determinat, quod in præcedenti versu indeterminate dixerat, dicens quod misit Deus de cœlo, scilicet, misericordiam suam, id est, Christum, qui est misericordia, & veritas. *Psal.* 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Misericordia quoad primum aduentum; veritas quoad secundum. Primò misit misericordiam, vt liberaret à culpa. Secundò mittet veritatem, vt liberet à pœna. Tunc enim absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, &c. vt habetur *Apoc.* 7. d.

e Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum] id est, Dæmonum. 1. *Pet.* 5. b. Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Et bene dicit [de medio] eo quod circuierunt, & circumdant. *Iob.* 19. b. obsederunt in gyro tabernaculum meum. Vel leones Dæmones sunt; catuli leonum, sunt detractores, qui sanguine gaudent, id est, peccatis aliorum, & morsibus ludunt, id est, detractionibus, & os habent fœtidum, vt leones: quia non loquuntur nisi de fœtore, & peccatis aliorum. *Ioel* 1. b. Dentes eius vt dentes leonis & molares eius, vt catuli leonum. *De pœnit. dist.* 1. *c. periculosè, & c. nolo.*

g Dormiui, id est, quieui in Christo.

h Conturbatus] in mundo. *Ioan.* 16. g. In me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis. De qua conturbatione, & pressura, subiungit.

i Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ] Filij hominum sunt, patrum imitatores peccatores. Homines enim dicuntur peccatores, sicut dicitur 1. *Cor.* 3. a. Cum sint inter vos zelus, & contentio, &c. nonne homines estis? id est, peccatores. Et *in Num.* 32. c. Ecce vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, & alumni hominum peccatorum. Horum [dentes] id est, verba detractoria, quibus corrodunt alios, sunt [Arma, & sagittæ] Per arma impugnantur prope stantes. Vnde vbi habemus [Arma] alia litera habet [Lancea] Per sagittas impugnantur longe stantes. Et ipsi detrahunt tam propinquis, quam remotis: tam domesticis, quàm extraneis. *Iob* 4. a. Per gyrum dentium eius formido, quasi dicat, omnes quidem possunt timere à detractione eius, quia nulli parcit. Nec tantum vulnerant, sed & occidunt. Vnde addit.

n Et lingua eorum gladius acutus.] Vnde petit alibi *in Psalm.* 119. Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Vel hoc dicitur ad malum eorum, quasi dicat plus sibi nocent, quam aliis, quia cum alios vulnerant, & sagittant, seipsos gladio peccati occidunt. Et hoc est [lingua eorum gladius acutus] sibi ipsis supple, quos per hoc spiritualiter interficiunt. *Eccl.* 28. c. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam.

Dentes {
- Inanis spei. *Prou.* 25. c. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli, &c.
- Apertæ rapacitatis. *Ioel.* 1. b. Dentes eius, vt dentes leonis: & molares eius, vt catuli leonis.
- Occultæ detractionis. *Mich.* 3. b. Hæc dicit Dñs super Prophetas, qui seducunt populũ meũ, qui mordēt dentib⁹ suis, &c.
- Apertæ impugnationis, vt hic.
- Venenosæ, & peremptoriæ prædicationis. *Prouerb.* 30. b. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet.
- Salubris prædicationis. *Cant.* 6. b. Dentes tui, sicut greges ouium, &c.

o Exaltare super cœlos Deus.] Quasi dicat, quia inter tot mala pressus, & commotus in te dormiui, & refrigerium inueni, laudare te debeo. Et propter hoc dico [Exaltare,] id est, exalteris [ô Deus] Pater, vel ô tu Christe. Et nota, quod exaltatur Deus Pater tripliciter. Primò per famam. *Isaia* 2. c. Exaltabitur Dominus solus in die illa. Secundò per intelligentiam. *Psalmo sexagesimo tertio.* Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Tertiò per potentiæ manifestationem. *Psalmo* 20. Exaltare, Domine, in virtute tua. Item exaltatur Christus multipliciter, scilicet, in Passione, *Ioan.* 12. a. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et *Ioan.* 3. b. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis. Item in Resurrectione. *Philippicor.* 2. b. Propter quod & Deus exaltauit illum. *Ecclesiast.* 11. a. Sapientia humiliati exaltabit caput eius. Item in Ascensione. *Psalm.* 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos, Item in conuersione Gentium. *Psalm.* 45. Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra. Tandem exaltabitur in iudicio. *Is.* 52. d. Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Et quia huiusmodi exaltatio nota erit bonis, & etiam malis dicit; [Super cœlos;] Et postea subiungit

Deus Pater exaltatur tripliciter.
Christus exaltatur multipliciter.

* *a* Et super

Allegor. De Christo. A a Super omnem terram gloria tua,] i. super omnes habitatores terræ. Vel, Super omnem terram, i. super terram viuentium, morientium, mortuorum. De quibus *Philip.* 2. b. Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Postea iterum redit ad ostendendum nequitiam Iudæorum persequentium. Et per hanc inordinationem, scilicet, quòd primò de exaltatione, & post de tentatione agit, ostendit, quòd non est ordo quærendus in Prophetis. Dicit ergo.

Al. † omni terra. *Al.* † Muscipulam. *Al.* † ipsi. *Al.* † psallã.

& † super a omnem terram gloria tua. † b Laqueum parauerunt c pedibus meis: & d incuruauerunt e animam meam, f foderunt ante faciem meam g foueam: & h † inciderunt in eam. i Paratum cor meum, k Deus, l paratum cor meum: m cantabo, & † n psalmum dicam Domino.

b Laqueum parauerunt,] i. nodosas & subtiles, & quasi insolubiles obiectiones.

c Pedibus meis] qui sunt obiurgationes ad malos, promissiones ad bonos, miracula ad incredulos, doctrina ad ignaros. His enim quasi quibusdam pedibus intrabat Iesus ad corda eorum. Sed parabant istis laqueum, quando mulierem deprehensam in adulterio ei adducebant. *Ioannis* 8. a. Et quando quærebant, Si licet dari censum Cæsari, annon *Matth.* 22. b. Et in pluribus aliis locis ei insidiantes.

d Et incuruauerunt,] i. incuruare voluerunt.

e Animam meam] conantes me deprimere, & trahere ad consensum malitiæ suæ.

f Foderunt ante faciem meam,] i. me non ignorante.

g Foueam] mortem, scilicet, sicut dicitur de peccatore: Donec fodiatur peccatori fouea, id est, mortis. *Sapient. secundo* d. Morte turpissima condemnemus eum. Vndè *Ieremias decimo octauo* d. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Fodientes autem foueam, non Christo nocuerunt, sed sibi. Vndè addit.

h Et inciderunt in eam.] *Ecclesiast.* 10. b. Qui fodit foueam, incidet in eam. Vndè *Ieremias* 18. d. Post illud verbum. Foderunt foueam, &c. Sequitur. Adduces super omnes eos latronem repente, quia foderunt foueam, vt caperent me.

* a Et super omnem terram gloria tua.] Vel, per Cœlos contemplatiui. Per terram actiui intelligi possunt.

Optat Ecclesia Christum exaltari.
- Vt semper quæratur *Psalm.* 104. Quærite faciem eius semper.
- Vt vehementer desideretur. *Prou.* 13. b. Spes, quæ differtur, affligit animam.
- Ne quis æstimet se comprehendisse. *Phil.* 3. c. Sequor autem, si quomodo comprehendam, &c.
- Vt fides habeat meritum. *Ioan.* 16. b. Expedit vobis, vt ego vadam.
- Ne deliciæ contemplationis impediant curam subditorum. Vndè *Cant.* 2. d.

Surge, propera, amica mea, & cætera. Ibi *Gloss.* Interrumpe contemplationem, & labora in acquisitione aliorum.

b Laqueum parauerunt] non, dicit qui, quia innominabiles sunt, & indigni nomine. *Iob* 18. c. Socij eius, qui non est. Ideò non nominatur diues. *Luc.* 16. e. Sed Lazarus nominatur. Hi autem, qui parant laqueum, sunt Dæmones, vel mali homines. De quibus *Ierem.* 5. f. Inuenti sunt populo meo impij, insidiãtes quasi aucupes, laqueos, ponẽtes & pedicas ad capiendos viros. Hic autem notantur tria vitia. 1. *Ioan.* 2. c. Omne, quod est in mundo, est cocupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Per laqueum, superbia: per incuruauerunt, auaritia: per foueam, luxuria. De primo ergo dicit: Laqueum parauerunt pedibus meis, scilicet, laqueum superbiæ. *Psalm.* 139. Absconderunt superbi laqueum mihi. De secundo, scilicet, de auaritia dicit.

d Et incuruauerunt animam meam:] ad terrena. *Isaia* 51. g. Dixerunt animæ meæ: incuruare, vt transeamus. *Bern.* Mentitur, non est transitu[r]us, sed grauiter oppressurus. *Luc.* 13. d. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem & octo annis, &c. *Et suprà* b. Dixerat. Erat inclinata, nec omninò poterat sursum respicere. De tertio, scilicet, de luxuria, dicit.

f Foderunt ante faciem meam foueam.] *Prou.* 23. c. Fouea profunda meretrix. Hanc foueam fodit, & parat diabolus, quando mulieres adducit in medium, vt decipiant homines Et benè: Ante faciem, quia per oculos capiuntur, sicut Dauid: 2. *Regum.* 20. a. Qui vidit Bersabee lauantem se, & captus fuit in concupiscentia: *Thren.* 3. f. Oculus meus depredatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Hanc etiam foueam fodiunt vetulæ consiliatrices stupri, & omnes consentientes.

h Et inciderunt in eam,] quia in culpa socij sunt cum eis quos peccare faciunt: vel quibus consentiunt. *Roman.* 1. d. Quia talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus. Totum quicquid videmus in mundo, est laqueus, vel fouea animarum. *Isa.* 24. c. Formido, & fouea animarum. *Isa.* 24. c. formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. *Sapient.* 14. b. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Nota, quòd Diabolus quibusdã fodit à tergo foueã: Et illi si procedant, non habent periculum, sed qui retrocedunt, vt apostatæ, vel tepescentes. *Prouerbiorum* 4. c. Via impiorum tenebrosa; nesciunt, vbi corruant. *Ieremiæ* 3. a. Vide, vbi nunc prostrata sis. Sic cecidit Eli. 1. *Regum* 4. c. *Isa.* 28. d. Vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur.

Allegor. i Paratum cor meum, &c. Tertia pars, in qua laudes promittit post liberationem suam. Et dicit Christus, Paratum cor meum, q. d. illi mihi foueam foderunt, sed non mihi nocuerunt, quia patiens fui. Hoc est, quod dicit.

k O Deus] Pater, Paratum cor meum est ad sustinendum. Et benè dicit cor, quia spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: *Matth.* 26. d.

l Paratum cor meum:] Hoc bis dicit, ideò, quia ad opprobria, & flagella paratam habuit voluntatem: Et hæc illi illata fuerunt, secundùm quod dicunt mali, *Sapient. secundo* d. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Sed quia patientia non debet esse tristis, vel amara, sed debet esse cum lætitia, addit.

m Cantabo] gratias agendo. Item cum bono opere. Vnde adiungit.

n Et psalmum dicam.] In hoc innuit, quòd opera sua laudem Dei resonabant. Vel sic: Bis dicit: Paratum, quia Christus habuit cor paratum ad patiendum, & ad laudandum: Et ideò sequuntur duo verba: Cantabo, quoad laudem. Et psalmum dicam, quoad passionem. Per patientiam autem data est Christo gloriosa Resurrectio, de qua subiungit apostrophando ad carnem suam.

Moraliter. A Exurge gloria

Moraliter, debet dicere quilibet. i Paratum cor meum Deus: Et bis dicere debet: Paratum cor meum, quasi dicat, paratum, est ad præcepta, paratũ est ad consilia. Vel secundùm quod in vulgari sonat, paratum, sc. parare bis dicit, quia dupliciter dicitur quid parari, videlicet, quando aliqua immunditia, vel aliquid inhonestum amouetur ab eo, sicut pomum paratur. Item quando aliquid pulchrum, & honestum ei apponitur, sicut templum paratur, quando cortinæ, & panni serici tenduntur in eo ad ornatum. His duobus modis debet cor nostrum parari, videlicet, vt omnem immundam, & noxiam cogitationem amoueamus, & ornamenta virtutum, & bonorum operum, quantum in nobis est, admoueamus, & superponamus cordibus nostris: Et sic poterimus dicere: Paratum cor meum, Deus, id est, ab omni immunditia purgatum.

l Paratum cor meum] id est, in omni virtute, & bono opere ornatum. Et in tali corde est gaudium in Spiritu S. & melodia. Vnde addit.

m Cantabo, & psalmum dicam.] *Ephes. quinto* d. tanguntur hæc tria: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: Ecce paratio per remotionem immunditiæ. Sed implemini Spiritu sancto. Ecce paratio per admotionem ornatus. Et postea addit de gaudio, dicens statim: Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino, non tantum ore, sicut *Isa. vigesimo nono* d. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Item nota, quod hic tanguntur tres partes pœnitentiæ. Paratum cor meum, Ecce contritio. Et dicit bis paratum, vt sit contritio pro malis commissis, & pro bonis omissis. *Ierem.* 17. c. Duplici contritione contere eos. Cantabo. Ecce confessio. *Isaia* 23. d. Bene cane frequenta canticum: Hoc de confessione exponitur. [Et psalmum dicam,] Ecce satisfactio in opere quia ad literam Psalmi iunguntur pro satisfactione. Post pœnitentiam autem sequitur testimonium conscientiæ, quia ex ea nascitur. Vnde sequitur in voce pœnitentis.

Tres pœnitentiæ partes hic tanguntur.

Alleg or.

a Exurge, gloria mea,] i. caro, in qua gloriosa gessi opera, & quæ est causa gloriæ meæ.

b Exurge psalterium & cithara,] caro, quæ fuisti psalterium, sonum reddens à superiori, diuina miracula operando. Et cithara, sonum reddens ab inferiori, humana tormenta patiendo. Et determinat horam Resurrectionis, dicens.

Al. † psallam.
Al. † recta.

d Exurgam diluculo] alia litera: Mane exurge, gloria mea, vox Patris ad filium. *Prou.* 10 Gloria patris filius Sapiens. Ipse fuit psalterium in Passione. *Thren.* 3.g. Ego sum psalmus. Vel, cithara extensus in Cruce. *Isaia* 16.e.c. Venter meus [exurgam diluculo] quasi cithara sonabit. *Ecclesi.* 24. De Antelucanum illumino omnibus. *Osea* 6. b. Quasi diluculum præparatus est egressus eius, de inferno, scilicet, vel sepulchro. Post ostendit duplicem fructum Resurrectionis. Primus, est laus vniuersalis in verbo, vndè dicit.

a Exurge, gloria mea, b exurge psalterium & c cithara: d exurgam diluculo. e Confitebor tibi in populis, Domine: & † f psalmum dicam tibi in Gentibus. g Quoniam magnificata est vsque h ad cœlos i misericordia tua: & vsque k ad nubes l veritas tua. m Exultare super cœlos, Deus: & n super omnem terram gloria tua.

In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione.

PSALM. LVII.

SI o verè vtique iustitiam loquimini, † p rectè iudicate, filij q hominum

e Confitebor tibi in populis, Domine,] i. confiteri tibi faciam à populis conuersis per meam & meorum prædicationem. Secundus, est laus vniuersalis in opere. Vndè dicit.

f Et psalmum dicam tibi in Gentibus,] i. faciam, quòd gentes bona opera facient ad laudem tuam. Et hoc.

g Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua Misericordia Dei, est humanitas Christi, quæ in Ascensione magnificata est.

h Vsque ad cœlos] secundùm illud. Eleuata est magnificentia tua super cœlos.

l Et veritas tua,] i. ego, qui sum veritas. *Ioan.* 14.a.

k Vsque ad nubes] secundùm illud *Act.* 1. b. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et propter hoc.

m Exultare super cœlos Deus] Pater, i. lauderis ab Angelis. Et non solùm ab Angelis, sed & ab hominibus. Vndè sequitur.

n Et super omnem terram gloria tua,] quia propter Christi Ascensionem laudauerunt Angeli Deum, & glorificauerunt eum Apostoli & alij homines.

Moraliter.

* a Exurge, gloria mea,] i. testimonium conscientiæ meæ, quod per peccatum cecideras, exurge per pœnitentiam. 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Sed quia per peccatum non tantùm perdit homo testimonium conscientiæ, sed & bona opera, quæ fecerat, mortificantur: & confessio, quam de peccatis præcedentibus fecerat, periclitatur. Ideò pœnitens dicit, non tantùm: Exurge gloria mea, sed addit.

b Exurge psalterium,] i. extra surgant in publicum opera mortificata.

c Et cithara,] confessio de operibus, siue de Psalmis 1. *Cor.* 14. f. Vnusquisque vestrum psalmum habet. De cithara confessionis. *Isaia* 23. d. Sume tibi citharam, i. confessionem: circui ciuitatem, i. conscientiam. Et quia multi sunt, qui nolunt pœnitere vsque ad mortem, ne de talibus esse videatur, adiungit.

d Exurgam diluculo,] i. citò pœnitebo. *Eccl.* 1. b. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Multi autem dicunt: Exurgam crepusculo. Et contra illos dicit statim *in Ecclesi.* 5. c. Post prædicta verba. Subitò veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet, i. aduersis pœnis perdet. Et quia post euasionem periculi, laudandus est Deus, subiungit.

e Confitebor tibi] confessione laudis, quod benè sequitur, postquam dixit: Exurgam diluculo, sicut alauda & aliæ aues, quæ diluculo surgunt, statim incipiunt laudare Creatorem suum. Benè ergo dicit: Confitebor tibi in populis, Domine,] i. laudabo te coram populis prædicando. Nec tantùm prædicando, sed & bonum exemplum præbendo. Hoc est, quod sequitur.

f Psalmum dicam tibi in Gentibus, i. faciam opera coram Gentibus, quæ erunt ad honorem tuum, secundum illud *Matth.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus; scilicet, prædicatione, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. *Tob.* 12. b. Benedicite Deum, cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Et meritò hoc debeo facere.

g Quoniam magnificata est vsque ad cœlos,] scilicet, dando pœnitentibus.

i Misericordia tua] quasi dicat, laudandus es, quia tanta est misericordia tua, vt non tantùm pœnitentibus peccata dimittas; sed & regnum cœlorum promittas. *Matth. quarto* c. Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum. Nec hoc clam facis, sed per Prædicatores tuos omnibus publicari facis. Hoc est, quod sequitur.

l Et veritas tua,] scilicet, huius promissionis, non tantùm in se magna est, sed magnificatur.

k Vsque ad nubes,] i. adeò vt eam facias in terram, i. in corda peccatorum instillari, & pluas eam de nubibus tuis, i. de Prædicatoribus tuis, vt terrena corda aqua illarum nubium irrigata, germinent propositum bonum, & faciant dignos fructus pœnitentiæ. *Ioël.* 2. e. Noli timere terra, exulta, & lætare: quoniam magnificauit Dominus, vt faceret. Nolite timere animalia religionis, quia germinauerunt speciosa deserti, lignum attulit fructum suum. Dicuntur autem Prædicatores nubes, secundùm quod dicit *Gloss.* quia de ipsis quasi de nubibus Dominus coruscat miraculis, tonat minis, pluit doctrinis. Vndè *Isaia* 60. b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? *Et Isaia* 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eos imbrem. Et quia ita magnificata est misericordia & veritas tua, Deus: Ergo.

m Exultare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua,] quasi dicat, iusti & peccatores glorificent Deum. Per cœlos enim intelliguntur Iusti; per terram peccatores. *Isaia vlt.* a Cœlum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum. Et quomodo exaltatur Deus super istos cœlos? Solut. Sancti ferunt Deum, & cùm seipsos exaltant per eminentiam vitæ; & Deum quem portant, exaltant. *Cant.* 1 d. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Ecce quomodo portat eum Sponsa. Quomodo autem seipsos & Deum in se exaltant, benè innuit *Dan.* 2. e. Vbi dicitur, quòd lapis, qui percusserat statuam factus est mons magnus. Lapis iste est vir sanctus: statua est imago mundi, erecta in cordibus hominum mundanorum. Hanc percutit, cùm mundum contemnit. 1. *Cor.* 7. f Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Super terram autem peccatorum est gloria Domini, cùm ipsi peccata confitentur. *Iosue* 7. c. Da gloriam Domino Deo Israël, & confitere, &c.

EXPOSITIO PSALM. LVII.

SI verè vtique iustitiam loquimini, &c.] Titulus. In finem, ne corrumpas, vel disperdas Dauid in tituli inscriptionem. Idem habuimus in præcedentis psalmi titulo. Et ideò non oportet iterum exponere. Suprà orauit Ecclesia, vel ipse Christus caput Ecclesiæ contra quatuor persecutiones, scilicet, martyricidarum, hæreticorum, falsorum fratrum, & Antichristi. Hic autem loquitur Propheta in persona Christi, vel Ecclesiæ, vel viri iusti contra quintam persecutionem, scilicet, Iudæorum, quæ prima fuit. Moraliter autem contra malos Iudices & Prælatos. Intentio est monere, ne quis Christi regno contradicat, sed ad eum quilibet redeat. Modus: Tripartitus est Psalmus. Primò exprobrat Iudæis, ne nos eis similia faciamus. Secundò dicit, quæ erit eis retributio: *ibi.* Deus conteret. Tertiò ostendit correctionem Iustorum, quæ sequitur de vltione iniquorum: *ibi.* Lætabitur. Dicit ergo Christus ad Iudæos. *Partitio. Psalmi.*

Allegor.

q O filij hominum,] i Prophetarum.

o Si verè vtique; iustitiam loquimini] quod vtique facitis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & cætera. *Matth.* 22. b.

p Rectè iudicate] credendo me veracem, non, dicendo me Dæmonem habere. Sed non rectè iudicatis. Probatio.

A Et enim,] id est,

Moraliter loquitur ad Prælatos & Iudices & Clericos dicens.

Moraliter.

q O filij hominum] non brutorum,] quasi dicat. O vos, qui rationabiles esse debitis.

o Si verè vtrique iustitiam loquimini] quod tota die faciunt disputantes & colloquentes de iustitia.

p Rectè iudicate] secundùm rectitudinem legis, secundùm ordinem iuris. *Deut.* 16. d. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas Tribus tuas, vt iudicent populum

* iusto iudicio

Alleger. De Christo. A *a* Etenim,] i. quia. *c* Iniquitates operamini,] licet non re; tam n. *b* In corde] quasi dicat, non rectè iudicatis, quia fabricatis contra me malas cogitationes. Et hoc facitis existentes. *d* In terra,] i. diligentes terrena, timentes ne amittatis locum & Gentem. Ita cogitatis, & cùm potestis facere. *f* Manus vestræ, &c.] i. congregant iniquitates. *Ioann.* Sic sumitur manus ad litteram. Vel manus eorum phalanges, vel Principes, vel potestates eorum, qui iniquitates concinnabant in conciliis suis. *Ioan.* 11. Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersùs Iesum, &c. Et quomodo est hoc? Ecce. *g* Abalienati sunt, &c.] i. præsciti sunt à Deo fore peccatores, antequam nascerentur. *i* Errauerunt ab vtero,] id est, præsciti sunt erraturi, cùm adhuc essent in vtero. Vel, sic possent dicere. Nos iusti sumus, quia sumus filij Abrahæ, & sanctorũ Patriarcharum. *Ioann. 8. e.*

A * iusto iudicio, q.d. non tantũ in ore habeatis iustitiã, sed in opere. *Moraliter. De Prælatis.* Notandũ est autem, quod ad rectè iudicandũ multa sunt necessaria, quæ cõcurrere debent in iudicib⁹ vestris.

Ad rectè iudicandum sunt necessaria Iudicibus.

- Primò, vt quod præcipiunt, ipsi faciant. 1. *Prou.* 4. d. Iustum est, vt iudicium incipiat à domo Domini. Non sicut multi faciunt, de quibus *Matth.* 23. a. Qui alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt super humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere. Oportet etiam, quod ex charitate faciant iustitiam. *Sap.* 1. a. Diligite iustitiam.
- Secundò, vt ordinem iuris non prætermittant. *Deut.* 17. d. Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis. Et post sequitur: Vt non declinet in partem dexteram, vel sinistram.
- Tertiò, vt veritatem causæ plenè inuestigent. Vndè *Iob* 29. c. Causam, quam nesciebam, diligenter inuestigabam.
- Quartò, vt personam non accipiant. *Prou.* 28. c. Qui cognoscit in iudicio faciem, non benè facit.
- Quintò, vt non cedant fauori, vel clamori multorum. *Exod.* 23. a. Ne sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.
- Sextò, vt propter timorem non declinent à rectitudine iudicij. *Eccles.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis.
- Primò vt nõ plus debito cõpatiantur. *Exod.* 23. a. Pauperis non misereberis in iudicio.
- Octauò, vt munera non accipiant. *Exod.* 23. a. Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes & subuertunt verba Iustorum.
- Nonò, vt nullas preces in præiudicium aduersæ partis admittant. Vndè *B. Bern.* Consilio non prece gerendum est, vbi autem non licet facere, quod volo, quis locus rogandi? quasi dicat, nullus.

Hæc ergo nouem necessaria sunt ad rectè iudicandum. Ergo [Rectè iudicate.] Sed nonne Pater omne iudiciũ dedit filio? *Ioan.* 5. d. Ita. Sed Iudices & Prælati sunt Vicarij Christi. Vndè necesse est eis, vt rectè iudicent, & cautè, cùm tanti, & tam iusti Iudicis vices gerant. 2. *Paral.* 19. b. Videte, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit.

Iudicium violatur.

- Negligentia. *Ierem.* 48. b. Maledictus, qui opus Dei facit negligenter.
- Ignorantia. *Ier.* 2. b. Tenentes legẽ nescierũt me.
- Timore pellis, vel possessionis, vel infamiæ, vel parentũ. *Eccl.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrũpere iniquitates.
- Amore. *Act.* 24. g. Volens autem Fælix præstare gratiam Iudæis, reliquit Paulum vinctum.
- Odio. *Act.* 23. a. Tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legẽ iubes me percuti.
- Munere. *Mich.* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant.
- Inuidia. 3. *Reg.* 21. c. Facite Naboth sedere inter primos, &c.
- Personarum acceptione. *Eccl* 20. c. Est qui præ confusione perdet animam suam. *Et alibi.* Prudentia personæ perdet eam; personæ autem acceptione perdet se.
- Mora. *Abac.* 1. b. Non peruenit ad finem iudicium, idcircò egreditur iudicium peruersum.

His omnibus dicitur *Isaia* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas. Et possent dicere ad quid mones nos? Nonne rectè iudicamus? Et respondet: Non. *a* etenim in corde iniquitates operamini, &c.] quasi dicat, iniquæ sunt vestræ cogitationes, & iniustæ operationes. Vel sic. Iniqui Iudices estis in deliberando, & iniusti in exequendo.

a Etenim in *b* corde *c* iniquitates operamini in *d* terra: † *e* iniustitias *f* manus vestræ † concinnant. *g* Alienati sunt peccatores *h* à vulua, *i* erra-

al. † iniquitates. *al.* † connectunt.

Hoc est, quod dicit: Etenim in corde operamini, id est, cogitatis. Cordis enim operatio nihil aliud est quam cogitatio, vel affectio. *c* Iniquitates,] id est, iniqua iudicia, vel peccata. Et hoc. *d* In terra,] scilicet, cor habentes in terra: Nam si in cœlo esset conuersatio vestra, nihil iniquum cogitaret. Nec etiam si in inferno esset, quia ibi non fit, nisi iustitia. De talibus dicitur *Dan.* 13. d. Venerunt duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. Susanna, quæ bona mulier erat, quæ etiam interpretatur lilium, vel gratia, vel obtinuit gratiam, significat Iustos & innocentes. Aduersus quos praui Iudices iniqua cogitant: Et quod inique cogitant ad effectum perducunt: Vnde dicit: *e* Iniustitias,] i. iniusta munera. *f* Manus vestræ concinnant] id est, congregant. *Ps.* 25. Dextera eorum repleta est muneribus. *Dan.* 13. a. Egressa est iniquitas de Babylone, à senioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum. Potest etiam fieri sermo, non tantum ad Prælatos, sed ad omnes homines: quia quilibet seipsum, & facta sua debet iudicare, non fictè, sed rectè. *Moraliter de omnibus.*

Rectè iudicate

- De fide, 1. *Cor.* 14. f. Cæteri diiudicent.
- De mundo, 1. *Cor.* 6. a. Sancti de hoc mundo iudicabunt.
- De Diabolo, 1. *Cor.* 6. a. Angelos iudicabimus.
- De nobisipsis, 1. *Cor.* 11. g. Si nosipsos diiudicaremus.
- De Deo, *Mich.* 6. c. Cum Israël iudicabitur.
- De die, *Rom.* 14. a. Alius iudicat inter diem, & diem.
- De lite, *Prou.* 26. b. Iudicium determinat causas.
- De tempore, *Ier.* 8 c. Turtur & hirundo, &c.
- De morte, *Eccl.* 41. a. O mors bonum est iudicium tuum.
- De mortuo, *Eccl.* 38. c. Memor esto iudicij mei; sic enim erit & tuum, Mihi heri & tibi hodie.

De omnib⁹ istis dicit: [Rectè iudicate, filij hominum. [Sed multi non rectè iudicãt, sed in corde iniquitates operantur. In corde enim hominis est conflictus, & quasi consistorium inter castitatem, & luxuriam: sobrietatem & crapulam; paupertatem, & ambitionem: laborem & otium, & sic de aliis. Sed sæpè datur iniqua sententia pro vitio contra virtutem, scilicet, quando virtus expellitur, & vitium eligitur. *Ezech.* 21. f. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam. *Mich.* 2. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Hoc est, quod hic sequitur: Iniustitias manus vestræ concinnant,] id est, congregant. *g* Alienati sunt.] De Prælatis Primũ potest legi. Quia posset aliquis dicere, quare prædicta dicuntur de Prælatis nostris? Ipsi ita sancti homines videbantur, quando promouerentur. Et respondet ad hoc. Alienati sunt à vulua,] quasi dicat, hipocritæ erant, & cum essent in vulua,] i. in matrice Ecclesiæ quasi infantes, etiam tunc alieni erant à Deo, licet per hypocrisim ostenderent esse familiares Deo, vt possent prodire ad lucem, & nasci ad Prælationem quasi assumpti de latere Dei. De quibus tamen dicit per *Osee* 7. a. Ipsi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui, per approbationem. Alienati sunt, ergo per peccatum. *h* A vulua,] id est, antequam fierent Prælati. *i* Erra- * uerunt per *De Prælatis.*

Comiter autẽ de omnib. potest dici. *g* Alienati sũt peccatores à vulua, &c.] i. ab infantia cœperunt peccare. *i* Erra- ⊖ uerunt ab *Moraliter de omnibus.*

Possunt etiam hic distingui, & notari diuersa peccata. Peccatum luxuriæ, *ibi. g* Alienati sunt peccatores à vulua,] i. alieni à Deo facti sunt propter peccatum vuluæ. *Eccl.* 19. a. Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes. Vel Alienati sunt, i. insaniunt ex libidine contra naturam, quæ alienat à vulua, & errare facit ab vtero. Istud enim peccatum præ omnibus aliis visum rationis aufert. *Ezech.* 23. a. Fornicata est olla, & insaniuit in amatores suos. Et post. Tradidi eam in manus amatorum suorum, super quorum insaniuit libidine. *Osea* 4. c. Vinum & mulieres auferunt cor. *Aliter de diuersis peccatis.*

Allegor. *De Christo.*

A charum. Propter hoc improperat eis, quia degenerant, dicens: Alienati sunt peccatores, Iudæi, A vulua, i. a progenitoribus suis, facti sunt alieni per morum dissimilitudinem. Vndè dicitur eis *Isaiæ* 51. a. Attendite ad petram, vnde excisi estis, &c. & post: Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos.

a uerunt † b ab vtero: c locuti sunt falsa. † d Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut e aspidis surdæ, & f obturantis aures suas. g Quæ non exaudiet vocem incantantium, & † h venifici i incantantis sapienter.

Al. † à ventre.
Al. † indignatio eis.
Al. † medicamenti medicati à sapiente.

a Errauerunt ab vtero] nescientes sequi vestigia paterna.
c Locuti sunt falsa] dicentes se esse filios Abrahæ. Vndè *Ioan.* 8. c. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Sunt autem plerique peccatores qui libenter audiunt verba doctrinæ, & resiliunt à peccatis. Sed Iudæi non sunt tales, imò obstinati sunt, ita quod nec verbum Domini audire volebant. Vndè dicit Dominus subdens. d Furor illis] Iudæis, secundum similitudinem serpentis,] i. obstinatorum ira quorum irreuocabilis est. Et cuius serpentis?
e Sicut aspidis surdæ.] Et quare surdæ? Quia.
f Et obturantis aures suas.]
g Quæ] sic obturans aures suas [non exaudiet vocem incantantium, &c.] In hac similitudine tangit naturam aspidis. Aspis enim serpens est, quæ forte vim habet medicaminis, quæ videns incantatorem, ne vocem eius audiat, alteram aurem affligit terræ, alteram summitate caudæ obturat. Sic Iudæi obturauerunt aures suas, ne Dominus sapienter incantans, eos incantaret. Obturauerunt, inquam, terra, i. terrenorum amore, quia Dominus prædicabat contemptum temporalium, & ipsi amabant ea: & cauda, quæ tegit posteriora, i. falsis Prophetis, Scribis, videlicet, & Pharisæis, qui eis contraria prædicabant & peccata palliabant, & sic erant cauda turpia tegentes. *Isaia* 9. c. Propheta loquens mendacium, ipse est cauda.

Moraliter. *De Prælatis.*

* a uerunt] per distortam intentionem, quoad prælationem aspirant. b Ab vtero,] i. antequam exirent de vtero Ecclesiæ, vt in capite ponerentur. c Locuti sunt falsa.] Prætendentes enim exteriùs sanctitatem, hoc ipso dicebant se esse sanctos, sed cum in occulto peccatum lateret, mentiebantur. 1. *Tim.* 4. a. In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, Et quandoque fiunt tales Prælati, exigentibus peccatis subditorum. Vndè *Iob* 34. d. Propter peccata populi permittit Dominus regnare hypocritam. Vel, Alienati à vulua, i. à Christi patientia, cuius vicarij sunt. Errauerunt ab vtero, i. à Christi misericordia, cuius ministri sunt. *Isaia* 60. a. Audite domus Iacob & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Posset aliquis dicere. Tolerandum est, quòd tales præficiantur, quia quando sunt facti Prælati, aduocant bonos consiliarios, & acquiescunt bonorum consilio & correctioni. Non hoc dicit. Imò.
d Furor illis secundum similitudinem serpentis,] quasi dicat, quis attentet eos reprehendere, ipsi incipiunt furere, & venenum effundere aduersus eum. *Isaia* 14. g. De radice colubri egredietur regulus. 2. *Reg.* 23. a. Prædicatores quasi spinæ euellentur vniuersi qui non tolluntur manibus: & si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro & ligno lanceato.
e Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.] Istorum aures obturantur terra, i. sollicitudine temporalium, & cauda, i. simulatione bonæ intentionis. Dicunt enim eis qui eos arguunt: Non possumus nostra regere & seruare, nisi ita & ita faciamus. Item dicunt: Vos arguitis nos, & iudicatis de occultis, nos facimus ista bona intentione. Vel cauda est eorum sequela, scilicet, multitudo assistentium adulantium eis, & laudantium peccatorem in desideriis animæ suæ. Vndè omnino surdi sunt ad correctionem. *Isaia* 42. c. Quis cæcus nisi seruus meus, & quis surdus nisi ad quem nuncios meos misi? Vndè sequitur.
g Quæ non exaudiet vocem incantantium.] Verè qui vult eis aliquid persuadere, oportet, quòd ad modum incantantis se habeat, videlicet, vt suauiter & leniter loquatur, & cùm obsecratione, alioquin effugiunt statim manus illius. Et benè seruant in se proprietatem capitis, gaudentes, quia sunt capita populorum. *Sap.* 6. a. Audite Reges, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Sic enim est de capite, quòd in animali nihil est ita difficile ad excorjandum, sicut caput, sic in tota Ecclesia nihil ita difficile est ad corrigendum sicut Prælati.

Moraliter. *De omnibus.*

Θ a uerunt ab vtero,] i. vel à matre, vel patre habet materiam & causam peccandi. Multi enim filios & filias suas, quos deberent erudire ad bonum, erudiunt ad peccandum. *Ierem.* 7. d. Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem. c Locuti sunt falsa,] quia statim assuescunt mentiri, iurare & blasphemare. *Ps.* 77. Iuuenes eorum comedit ignis, scilicet, peccatum. Exemplum de puero quinque annorum, de quo narrat *B. Greg.* quia didicerat blasphemare, suffocatus est à diabolo. Et quia quando sunt parui & iuuenes, peccare assuescunt: ideò postea corrigi non possunt. Vndè *Ierem.* 13. d. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benè facere, cùm didiceritis malum. *Prouerb.* 22. a. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit, non recedet ab ea. Ideò dicit *Ecclesiast.* 7. c. Filij tibi sunt, erude illos à pueritia eorum. Propter hoc sequitur: Furor illis, &c. Vsque in finem.

Aliter. *De diuersis peccatis.*

Δ a Errauerunt ab vtero.] Ecce peccatum gulæ. Et benè dicit: errauerunt, quia error est facere ventrem suum Deum. *Phi.* 3. d. Quoniam Deus venter est.
c Et locuti sunt falsa.] Ecce peccatum mendacij seu linguæ.
d Furor illis secundum similitudinem serpentis.] Ecce ira & inuidia. Naturale enim odium est serpentis ad hominem. Dictum est enim ei *Genes.* 3. c. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Item serpens venenum fundit, in quo notatur inuidia. *Sap.* 2. d. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.
e Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.] Ecce obstinatio & superbia. Aliud est enim esse surdum naturaliter, aliud est obstruere aures spontaneè. Per primum significatur obstinatio. Per secundum superbia. *Prou.* 28. b. Qui obturat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Duo autem obturant aures aspidis, vt dictum est. Sic hominum aures, terra, i. amor terrenorum, & cauda, i. propositum boni finis & melioris vitæ.
g Quæ non exaudiet vocem incantantium,] i. Prædicatorum. *Eccl.* 12. c. Quis medebitur incantatori à serpente percusso.
h Et venefici,] i. Christi.
i Incantantis sapienter] vt eos de occultis extrahat ad lucem gratiæ. *Isaia vndecimo* b. Super foramina aspidis & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Dicitur autem veneficus à veneno faciendo. Venenum autem duas habet significationes. Vno modo idem est, quod virus. Alio modo idem est, quod tinctura, secundum illud: *Assyrio saturata veneno.* Christus ergo dicitur veneficus, id est, tinctor, qui vestes suas tinxit proprio sanguine. *Isaia* 63. a. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Prædicatores etiam & Prælati isto modo dicuntur venefici, quia vestes Domini, id est, populos, de quibus fit vestis Domini. [*Isaia* 49. c. Omnibus his velut ornamento vestieris] tingunt in Baptismo. Vndè Baptismus interpretatur tinctura. Alio autem modo dicitur Christus & Prælati & Prædicatores venefici à virus, quia malos intoxicant secundum illud 2. *Cor.* d. 2. Aliis sumus odor mortis in mortem. Item Dominus facit quandoque de veneno tyriacam. Vt de peccatis perpetratis fit homo cautior & fortior post lapsum, & in amore Dei feruentior *Eccl.* 21. a. Fili peccasti: ne adiicias iterum.

Venenum duo significat.

Furor est respuere verbum Dei.
- Ægris medicinam. *Sap.* 16. d. Neque herba, neque malagma sanauit eos, &c.
- Cæcis lumen. 2. *Petr.* 1. d. Habemus firmiorem propheticum sermonem, &c.
- Famelicis panem. *Deut.* 8. a. Non in solo pane viuit homo, &c.
- Sitibundis vinum. *Zach.* 9. d. Vinum germinans virgines.
- Infrigidatis ignem. *Ierem.* 23. f. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis?
- Impugnatis clypeum. *Prouer.* 30. a. Clypeus est omnibus sperantibus in se.
- Desolatis consolationem. *Roman. decimo quinto* a. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

a Deus conte

Allegor. a Deus conteret.] Secunda pars, vbi dicit, quæ sit retributio Iudæorum, & nunc at mala eorum. Primum est consummatio eorum. Vndè dicit: Deus conteret dentes eorum, i. dolosa ve ba.

b In ore ipsorum,] vt non audeant præ confusione aliquid plus loqui.

Hoc factum est, quando silentiu imposuit Saducæis & Pharisæis. *Matth.* 22. d. Vbi dicitur. Audientes Pharisæi, quod silentium imposuisset Saducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis, &c. Et post responsionem eius sequitur. Et nemo

a Deus † conteret dentes eorum in b ore ipsorum: c molas leonum † confringet Dominus. † Ad nihilum d deuenient, e tanquam aqua decurrens: f intendit arcum suum, g donec infirmentur. h Sicut cera, † quæ fluit, auferentur: i super cecidit ignis, & k non viderunt Solem. l Prius quam intelligerent spinæ vestræ m rhamnum: sicut n viuentes, o sic in ira p absorbet eos.

Al. † confringet.
Al. † confringet.
Al. † Spernetur.
Al. † liquefacta.
Al. † producat spinas vestras Rhamnus, tanquam viuentes tanquam in ira combibit.
Ioan. 19.a.

poterat respondere ei verbum, nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Secundum est quod Dominus contriuit minas & inclamationes eorum. Vndè sequitur. c Molas leonum confringet Dominus,] i. minas ferocium Iudæorum, qui aspides erant insidiando, & leones comminando & inclamando: Crucifige, crucifige. Horum molas confregit in Resurrectione sua. Tertia pœna fuit annihilatio potentiæ & gloriæ eorum. Vndè addit. d Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens,] i. sicut torrens, qui in hyeme & impetuosè & superbè fluit, sed in æstate deficit. Sic in persecutione Christi impetuosè & superbè currebant. Vndè dicit Dominus in *Psalm.* 17. Torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Sed paulò post, ad nihilum redacti sunt per Titum & Vespasianum. Quarta est comminatio Domini, qua eis comminatur, nisi conuertantur. Vndè dicit.

f Intendit arcum suum,] i. vindictam. *Psalm.* 7. Arcum suum tetendit. g Donec infirmentur] ad emendationem. Sicut Saulus excæcatus est vt clariùs videret: cecidit, vt fortiùs resurgeret. Vel nisi velint conuerti, donec infirmentur, in malum, secundum illud. Infirmabuntur & peribunt à facie tua. Quinta pœna est captiuitas Iudæorum. Vndè sequitur.

h Sicut cera, quæ fluit, auferentur,] i. sine difficultate captiui ducentur. Sexta est accumulatio peccatorum. Vndè adiungit. i Supercecidit ignis,] cupiditatis, iræ, rixæ. Et nota, quòd dicit, supercecidit, & non dicit, cecidit: quia inter primum peccatum superbiæ & pœnam gehennæ, sunt peccata media, quæ per iræ sunt præcedentis. Septima est excæcatio. Vndè dicit. k Et non viderunt Solem, i. non cognouerunt Christum Deum esse. Octauum est absorptio à peccatis. Vndè sequitur.

l Priusquam intelligerent spinæ, &c.] Quod sic legitur. Dico, quòd supercecidit ignis prædictorum peccatorum, nec illi igni resistunt. Sed ille ignis.

Isaia 10. e. *Rom.* 9. f. p Absorbet eos,] sicut spinas. n Sicut viuentes,] i. licet se spiritualiter viuere dicant. Et hoc. o Sicut in ira,] i. sicut fit ex ira Dei, quia iratus est eis. Et hoc fiet, donec i. sint reliquiæ Israel salue fiant. Hoc est, quod dicit: Priusquam intelligerent spinæ vestræ, i. vos, qui estis ciues ignis, & alios pungitis. m Rhamnum,] i. antichristum, quasi dicat, in peccatis suis manebunt Iudæi, donec post mortem antichristi intelligant fraudem & malitiam illius. Et tunc qui residui erunt, conuertentur ad Dominum. Per Rhamnum autem intelligitur antichristus hac ratione, quia Rhamnus primo est tener & vtilis, sed in æstate sic

Antichristus assimilatur. Rhamno. Moraliter.

Moraliter, dicitur de malis, maximè de detractoribus. a Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.] Quia enim mordent alios, puniuntur in dentibus. *Gal.* 5. c. Si inuicem mordetis & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini. *Apoc.* 16. b. Commanducauerunt linguas suas præ dolore. c Molas leonum confringet Dominus.] Leo habet dentes fœtidos: sic detractores, loquentes semper de fœtore aliorum. Et nota, quòd hic dicit duo, dentes & molas. Dentes dicit incisiuos, quibus inciditur cibus. Molas, quibus molitur, scil. dentes posteriores, qui vocantur molares. Per dentes ergo hic intelligitur detractio, quæ ponit schisma inter bonos. Per molas detractio, qua diminuitur bonum alterius. De prima dicitur *Eccles.* 28. b. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit & dispersit illos de Gente in Gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effudit, virtutes populorum concidit, & Gentes fortes dissoluit, qui respicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. De secunda, sc. de molis dicitur in eo *cap.* Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa, i. opera bona & fortia. Molas ergo leonum confringet Dominus, secundum illud *Iob* 29. c. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Sunt autem detractionis tres species. Prima, est veri boni diminutio, vel denigratio. Secunda, veri mali augmentatio, vel manifestatio. Tertia, falsi mali impositio. Et de his tribus dicitur *Dan.* 7. b. Ecce alia bestia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius. *Deut.* 32. d. Dentes bestiarum immittam in eos. d Ad nihilum deuenient,] i. ad Diabolum, cui dicitur. *Ezech.* 28. e. Nihil factus es.

Tres species detractionis.

Peccator ad nihilum deuenit.
- Quia recedit ab eo, qui est. *Exod.* 3. d. Qui est, misit me.
- Quia socius fit eius, qui non est. *Iob* 18. c. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est.
- Quia coniungit sibi peccatum, quod non est. *Ioan.* 1. a. Sine ipso factum est nihil.
- Quia melius est non esse, quàm in gehenna esse. *Matth.* 26. c. Bonum erat illi, si natus non fuisset.

e Tanquam aqua decurrens.] Aqua decurrens fluit ad mare. Et quando intrat mare, ad nihilum deuenit, quia nomen amittit. Sic isti venientes in amaritudinem inferni, nomen quod sibi fecerunt in terras, amittent. *Prou.* 10. b. Nomen impiorum putrescet. *Ps.* 9. Periit memoria eorum cũ sonitu. Vndè diues non nominatur, qui sepultus est in infernum. *Luc.* 16. f. Et non poterunt hoc euadere, quia Dominus.

f Intendit arcum suum,] i. minas. g Donec infirmentur,] sicut suprà expositum est de Iudæis. Hoc etiam benè dicitur contra fastum huius mundi, quia quantumcũque se exaltent sublimes huius mundi: tamen mortales sunt, & tandem ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens. Mortalitas enim nostra est aqua decurrẽs. Vndè 2. *Reg.* 14. d. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertetur. Et hoc citò erit, quia intendit arcum suũ, i. comminationem iudicij, *Abac.* 3. b. Suscitans suscitabis arcum tuũ. *Greg.* In arcu quàtò longiùs trahitur corda: tantò difficiliùs exit sagitta. Sic iudicium quantò magis differtur, tantò sententia difficilior expectatur. Donec infirmentur, in corpore, i. arcus postquam tensus est, in voluntate tendentis est, vt sagittam mittat: ita in voluntate Dñi est mittere sagittam infirmitatis, vt moriatur homo. *Iob* 14. a. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. *Ps.* 7. Arcum suum tetendit, & parauit illũ, & in eo parauit vasa mortis, i. infirmitatis, quæ afferunt mortem. h Sicut cera, quæ fuit auferentur.] Hoc erit in iudicio, quando Dñs veniet ad iudicium cum igne, sicut dicitur in *Ps.* 96. Ignis ante ipsum præcedet. Tunc fluet cera, i. peccatores fragiles. Vndè in *Ps. ibid.* Montes sicut cera fluxerunt à facie Dñi. *Et alibi Ps.* 67. Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei. Sic ergo, auferentur, iuxta illud *Isa.* 26. d. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. *Et Iob* 38. b. Auferetur ab impiis lux sua. & brachium excelsum confringetur. Quia enim noluerunt prævidere eum hic in via: ideò non videbunt eum facie ad faciem in patria. Ideò sequitur. i Supercecidit ignis,] libidinis & cupiditatis. De primo dicitur *Iob* 31. c. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. De 2. *Iob* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. k Et nõ viderũt Solẽ. *Dan.* 13. a. Declinauerũt oculos suos, vt nõ viderẽt cœl. *Sap.* 5. a. Sol intelligentiæ nõ illuxit nobis. Sicut. n. vrsus excæcatur ad peluim † calidam, quando ponitur ante oculos ei⁹. Sic peccator ad ignẽ peccatorũ excæcatur, vt etiã de Deo vix vnquã cogitet. Vndè dicit *Gr.* de luxuria. Cũ luxuria semel mentẽ inuaserit, nullũ bonũ habitare permittit. Nec solũ de Deo nõ cogitãt, sed nec de diabolo, cui⁹ melnra fiũt, qui eos absorbet. Vñ seq. l Priusquã intelligerent, &c.] Spinæ sunt peccatores. *Nahum.* 1. c. Sicut spinæ se inuicẽ complectuntur: sic conuiuiũ eorũ pariter potantiũ. Rhamnus est diabolus, qui sicut Rhamnus primò est mollis suggerendo delectationem peccati; sed postea conuertitur in spinas, soluendo pœnam tormenti. Hoc autem non intelligunt peccatores, donec veniant ad tormentum: & ideò permittunt se adsorberi ab eo per peccatũ. Hoc est. quod dicit: Priusquam intelligerent spinæ vestræ Rhamnum, i. antequam peccatores intelligant Diabolũ p Absorbet eos, sicut in ira quia licet in tentatione se simulat amicũ, tamẽ in ira facit & odio, *Apoc.* 12. c. Væ terræ & mari, quia descendit ad vos Diabolus habens irã magnã: sciens quia modicum tempus habet: [Absorbet dico eos sicut viuentes,] id est, licet videantur viuentes vita gratiæ,

Al. † candidam.

A in æstate sic induresc it quod secari non potest, sed frangi. Sic Antichristus primò videbitur vilis, secundum illud 2. *Thess.* 2. Cuius aduentus in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus. Sed præ superbia ita rigidus fiet, quod non poterit scindi gladio linguæ hominis, sed frangetur potestate Dei. 2. *Thess.* 2 b. Quem Dominus Iesus interficiet. Supercecidit ignis, inuidiæ in Iudæis, & non viderunt Solem, Christum per fidem. Priusquam, i. donec intelligerent, in fine mundi, spinæ vestræ, i. finales Iudæi, Rhamnū, i. Antichristum. Et tunc, absorbet eos, i. affliget eos conuersos ad Christum, sicut viuentes, i. sicut alios Christianos, sicut, i. quasi, in ira, quia finget se esse pium. *Iudic.* 9. b. Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum, i. Iudæi ad Antichristum: veni & impera nobis. Et dixit eis, si verè me Regem vobis constituistis, venite & sub vmbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno & deuoret cedros Libani. Sed ipso interfecto, & Christo apparente in iudicio. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini.

27. q. 1. c. viduas 1.

Al. † impiorum.
Al. † peccatorum.
Al. † ergo.
Al. † ergo.
Al. † erue.
Al. † super me redime.

a Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam, † *b* manus suas lauabit in sanguine † peccatoris. Et *c* dicet homo: si † *d* vtique est *e* fructus Iusto: † vtique est Deus iudicans eos in *f* terra.

In finem ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saül, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.

PSALM. LVIII.

† *g* ERipe me *h* de inimicis meis, *i* Deus *k* meus: & ab *l* insurgentibus † in *m* me libera me.

Moraliter. * vita gratiæ. Hoc tangit hypochritas. *Apocal.* 3. a. Scio opera tua, quia nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. *Eccl.* 8. b. Vidi impios sepultos, qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi Iustorum operum. Et quia multos tales, qui viuere videntur, absorbet diabolus per hypocrisim. Ideò dicitur *Iob* 40. c. Absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius. Per fluuium intelliguntur homines fluxibiles ad peccatum, de quibus non miratur diabolus, nec pro magno habet, quando absorbet eos. Per Iordanem; qui interpretatur descensio eorum, siue riuus iudicij, intelliguntur Clerici, vel Religiosi, qui debent esse humiles, & Prælati, qui habent alios iudicare. De his confidit diabolus, quòd influant in os eius, & plerumque influunt sub pallio hypochrisis & mortui sunt, Licet videantur viuentes. Et in loco sancto, vt dicitur in prædicta auctoritate. *Ecclesiast.* 8. b. Id est, in Religione, vel in scholis, vel in Ecclesiis suis. Signum autem mortis huiusmodi quoddam, docet Apostolus: 1. *Timoth.* 5. a. Vidua, quæ in deliciis est, viuens mortua est. Ergo multò fortiùs Clericus & Religiosus & Prælatus. Et tales absorbet diabolus, i. de facili glutit, sicut aquam liquidam, quam etiam bibit equus frœnatus. Item: Priusquam intelligerent, &c. Spina pungens & lacerans, Clericus peccans & scandalizans. *Ezech.* 28. f. Non erit vltra domui Israël offendiculum amaritudinis & spina dolorem inferens vndique. Rhamnus est malus Prælatus, qui nouit pungere, sed nescit pascere, priùs habens folia mollia, verba, sed postea durescunt. Talem eligunt spinæ, *Isaia* 34. c. Clamauit pilosus alter ad alterum. Exemplum, 2. *Paral.* 25. e. Carduus, qui est in Libano, misit ad cedrum Libani, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce bestiæ, quæ erant in silua Libani transierunt & conculcauerunt carduum. Carduus est diues Clericus. Nam spinæ diuitiæ dicuntur. *Matth.* 13. c. Cedrus Christus, *Eccles.* 24. b. Quasi cedrus exaltatus sum in Libano. Eius filia est Ecclesia, quam petit carduus vxorem filio suo, ad litteram. Sed bestiæ siluæ, i. Principes sæculi conculcant carduum, i. diuitem Clericum, antequam habeat filiam cedri vxorem.

Tertia pars. *a* Lætabitur Iustus.] Tertia pars, in qua ostendit, quòd eo quod mali puniuntur, sequitur vtilitas bonorum. Prima vtilitas, quæ ex hoc sequitur, est, quia boni gaudebunt de vindicta malorum Vndè dicit: Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. *Exod.* 15. c. Cantemus Domino. Gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare. Sed contrarium videtur. *Prouerb.* 24. c. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruinam eius ne exultet cor tuum: & *Iob* 31. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat? Solut. In via condolendum est miseriis proximorum; sed tamen gaudendum est, quando Deus castigat eos, virga correctionis vt emendentur. In patria autem congratulandum est iustitiæ Dei simul cum ipso, secundum quod de ipso dicitur. *Prou.* 1. c. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Et de nobis dicitur *supra in Psalm.* 51. Super eum ridebunt & dicent: ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, &c. Secunda vtilitas est correctio vitæ. Vnde addit.

b Manus suas lauabit, &c.] i. opera sua corriget & mundabit Iustus pro pœna peccatoris. *Prou.* 19. d. Pestilente flagellato sapientior erit stultus. Tertia est confessio laudis. Vnde sequitur.

c Et dicet homo,] i. vtens ratione.

d Si vtique,] i. quia.

e Est fructus Iusto: Vtique,] sequitur, quòd [est Deus iudicans eos,] i. malos.

f In terra,] i. in præsenti, quasi dicat, sicut Iusto dat Deus pro suis meritis, vt hic proficiat: sic Iusto iudicio permittit malo, vt hic deficiat Et qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus, iustificetur adhuc. *Apocal. vlt.* c. Notandum autem, qui est fructus Iusto in via, & in patria, secundum quod dicitur *Ezech.* 47. c. Quòd ex vtraque parte torrentis oriebatur lignum pomiferum. Torrens est mors, quæ diuidit istam vitam à futura. Lignum Christus est, qui dat fructus, à dextris in futuro, & à sinistris in præsenti, hoc est, ex vtraque parte fluuij. De fructu præsentis vitæ, *Matth.* 7. c. Bona arbor fructus bonos bonos facit. Et *Galat.* 5. d. Numerantur duodecim fructus, vbi dicitur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. De fructu autem, qui erit Iusto in futuro. *Isaia* 3. b. Dicite Iusto, quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Et *Hebr.* 12. c. Omnis quidem disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem pacatissimum fructum exercitatis per eam reddet iustitiæ. *Sapient. tertio* d. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Ad quem nos perducat Iesus Christus fructus ventris. Amen.

Fructus Iusti in via & in patria.

EXPOSITIO PSALM. LVIII.

ERipe me de inimicis meis.] Titulus. [*In finem ne disperdas*, vel, corrumpas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius vt interficeret eū. Iste titulus in parte supra habitus est & expositus, videlicet vsque ibi quando misit Saul. Et est sensus tituli, Psalmus iste dirigens nos, in finem, monet, ne corrumpas, vel disperdas Dauid in tituli inscriptione, quæ dicit ipsum esse Regem, quod tamen facere noluit Saul, id est concilium Iudæorum, quando misit & custodiuit domum eius, id est, sepulchrum, vt interficeret eum, i. nomen eius & famam extingueret. Psalmus iste tripartitus est. Primò petit Christus quasi in passione positus liberari ab inimicis Iudæis; & orat pro salute Gentium. Secundò confirmat salutem Gentium, & orat pro salute Iudæorum, & pro vtraque gratias agit, *ibi*. Couertētur. Primò ergo notādū quod quatuor sunt genera inimicorum quidam. n. nocent solo desiderio, non audentes erubescentes prorumpere in dicta, vel facta. Quidam autem prorumpunt in verba contumeliæ, dicentes fratri suo: Racha, vel fatue. Alij procedunt in verba & alapas citra sanguinem. Alij vsque ad effusionem sanguinis procedunt contra ista quatuor dicit hic quatuor verba.

1. Reg. 19.

Quatuor genera inimicorum.

g Eripe me,] O Deus Pater, dicit Christus.

Allegor. De Christo.

h De inimicis meis] Iudæis inuidentibus & voto nocentibus. Tu dico,

i Deus,] qui potes, *k* Meus,] qui vis, & debes.

l Et ab insurgentibus] per maledicta & blasphemias.

m In me] id est, contra me. Libera me.

A *a* Eripe me de operantibus

Moraliter. De Ecclesia.

Moraliter,] dicit Ecclesia, vel ipsum caput Ecclesiæ Christus. *g* Eripe me de inimicis meis, Deus meus.] Inimici Christi & Ecclesiæ sunt auari *Iacob.* 4. a. Qui voluerit esse amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. *August.* O sæculum nequam, quod tuos beare sic soles amicos, vt Dei facias inimicos. Inter autem omnes auaros præcipui inimici sunt auari prælati, & mali Sacerdotes & Clerici, quorum manus inunguntur in signum, quod nihil deberet remanere in manibus suis, quod pauperibus non darent. Et quia tales violenter tenent Ecclesiam, & præficiuntur ei, iuxta quod dicitur *Thren.* 1. b. Facti sunt hostes eius in capite. Ideo petit hic Christus, vel Ecclesia eripi, quasi cum violentia de manibus eorum *Ez.* 34. c. Liberabo gregem meum de manibus eorum. *l* Et ab

* insurgentibus in me

Alleg. de Christo. A *a* Eripe me de operantibus iniquitatem,] i. colaphizantibus, & flagellantibus me. *b* Et de viris sanguinum, &c.] i. de crucifixoribus. Vel potest legi contra quinque persecutiones, de quibus supra dictum est, videlicet anti-christi, falsorum fratrum, hæreticorum, martyricidarum, Iudæorum. Dicit ergo in persona Ecclesiæ Christus.

De Ecclesia.
Al. † Erue.
Al. † saluum me fac.
Al. † venati sunt
Al. † sunt.
De Christo.

† *a* Eripe me de operantibus iniquitatem: & *b* de viris sanguinum † salua me. *c* Quia ecce † *d* ceperunt animam meam: *e* irruerunt † in *f* me fortes. *g* Neque iniquitas mea, *h* neque peccatum meum, Domi-

g Eripe me de inimicis meis,] i. de Antichristianis. *Psalm.* 139. Eripe me ab homine malo, id est, antichristo.

l Et ab insurgentibus in me,] i. à falsis fratribus, qui intra surgunt, [libera me.]

a Eripe me de operantibus iniquitatem,] i. de hæreticis, de quibus dicit Petrus. 2. *Petr.* 2. b. Sectas non metuunt introducere. *b* Et de viris sanguinum salua me,] i. de martyricidis. *c* Quia ecce ceperunt,] Iudæi, [animam meam.] Cùm dicit, ceperunt, notat insidias Iudæorum, quia animam eius quæsierunt, & quasi venati sunt. Et tandem ceperunt, cùm eum occiderunt. *Thren.* 4. f. Dicit Christus, venatione ceperunt me, quasi auem, inimici mei gratis. *Ioan.* 18 b. Ceperunt Christum in horto. Propter hoc orat in *Psalm.* Eripe me de laqueo venantium. Nec solùm insidiosè egerunt, sed & impetuosè. Vndè sequitur. *e* Irruerunt,] cum impetu. *f* In me fortes.] *Psalm.* 61. Quousque irruitis in hominem? *Act.* 7. g. Dicitur de Stephano. Impetum fecerunt vnanimiter in eum. Postea ostendit Christus se dignum exaudiri, præcipuè propter innocentiam, quam habuit. Quæ consistit in multis. Primò in carentia malæ intentionis. Vndè dicit.

g Neque iniquitas mea,] causa fuit huius impetuositatis in me. Iniquitas quidem dicitur mala intentio, secundum illud. *Matth.* 6. c. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. *Isaia* 53. c. Eo quòd iniquitatem non fecerit, nece inuentus est dolus in ore eius. Et hoc apparuit, quia pro inimicis exorauit. Secundò in carentia mali operis. Vndè addit.

h Neque peccatum meum, Domine,] scilicet, causa fuit. 1. *Petr.* 2. d. Qui peccatum non fecit. Tertiò in puritate boni operis.

A * insurgentibus in me libera me.

Moraliter. De Ecclesia. * insurgentibus in me libera me.] Insurgentes, sũt superbi Prælati. *Psalm.* 180. Qui insurgunt in me, confundantur. Et *alibi.* *Psalm.* 37. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. *Iob* 15. c. Cucurrit aduersus Deum erecto collo & pingui ceruice armatus est. Sic ergo conqueritur Christus & Ecclesia de Prælatorum cupiditate & superbia. Posteà etiam conqueritur de eorum iniustitia, cùm subiungit *a* Eripe me de operantibus, &c.] i. de Prælatis iniqua iudicia facientibus. *Isaia* 59. c. Conuersum est retrorsum iudicium: & iustitia longè stetit: corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et quod hoc faciant Prælati, habetur. *Daniel.* 13. a. Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Item conqueritur de eorum carnalitate. Vndè dicit.

b Et de viris, &c.] i. de Prælatis, qui superfluè amant parentes suos, & eis conferunt bona Ecclesiæ, quibus dicitur. *Abacuch.* 2. c. Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus. Nec immeritò petit Ecclesia ab eis liberari, quia ipsi violenter intrudunt se in eam. Vndè ostendit eorum violentiam, dicens: *c* Quia ecce,] omnibus apparens est.

a Ceperunt animam meam,] dicit Christus, i. pretium animæ meæ, scilicet, Ecclesiam, quam emi, dando animam meam. *Ierem.* 12. b. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. *Eph.* 5. c. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. [Ceperunt,] dico, per violentam intrusionem. Vndè sequitur. *e* Irruerunt impetuosè. *f* In me fortes,] per consanguinitatem dicentes opere verbum illud *Sap.* 2. c. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Et *Amos* 6. d. Nonne in fortitudine nostra assumpsimus cornua? Et posset aliquis credere, quòd meruisset Ecclesia, vnde excusat se dicens. *g* Neque iniquitas mea, &c.] causa est, quare tales habeam Pastores, qui me affligant. *Iob* 17. a. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Item *Iob* 16. d. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces.

Moraliter. * *x* Sine iniquitate

De viro iusto. Item totum à principio de quolibet Iusto potest exponi, vt dicat Iustus in tribulatione tentationum positus.

g Eripe me de inimicis meis, Deus meus.] Et dicit pluraliter de inimicis, quia multi sunt.

Videlicet.
- A mundo retinente.
- A diabolo impellente.
- A Luxuria lubricante.
- A Gula inebriante.
- Ab auaritia onerante.
- A tristitia suffocante.
- Ab ira interficiente.
- Ab inuidia cruciante.
- Ab inani gloria interiora vastante.
- A Superbia excæcante.
- A mundo retinente. Vndè in Hymno.

Hi sunt, quos retinens Mundus inhorruit.

Iob 18 b. Immisit in rete pedes suos, i. in curiositatem mundi, & in maculis eius ambulat, i. in occupationibus mundanis. Et sequitur. Tenebitur planta eius laqueo, &c. quia non facile est euadere manus mundi. *Gen.* 14. b. Vallis siluestris multos puteos habebat bituminis, i. mundus habet multa retinacula. Item à diabolo impellente. *Psalm.* 34. Angelus Domini coarctans. Item à luxuria lubricante. *Thren.* 4. d. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, vbi sunt, scilicet, mulieres & choreæ. Item à gula inebriante. *Gen.* 19. g. Duæ filiæ Loth eum inebriauerunt. Duæ filiæ istæ, sunt Luxuria & Gula. Vel comestio & potatio superflua, quæ senes infatuant. Item ab Auaritia onerante. *Greg.* Ad compedes onerat, quicquid præter necessitatem accumulat. Item à tristitia suffocante. *Eccles.* 38. b. Tristitia cordis flectit ceruicem. Item ab ira interficiente. *Iob* 5. a. Virum stultum interficit iracundia. Item ab inuidia cruciante. *Ouid.*

Iustius inuidia nihil est, quæ protinùs ipsum
Auctorem rodit, excruciatque suum. Et Hora.
Inuidia Siculi non inuenere Tyranni, Tormentum maius.

Item ab inani gloria, interiora deuastante *Eccles.* 42. c. De vestimentis nascitur tinea, i. de operibus inanis gloria. Item à superbia excæcante. *Greg.* Tumor mentis obstaculum veritatis. Illi autem inimici si in pace dimitterent hominem, sicut multi sunt inimici, qui tamen nunquam insurgunt: adhuc possent tolerari: sed ipsi tota die insurgunt. Vndè postea petit. *l* Et ab insurgentibus,] illis inimicis. *m* In me,] i. contra me, [libera me.] Mundus enim insurgit contra iustos, species rerum visibilium repræsentando, & quandoque eos persequendo. Diabolus, continuè mala suggerendo. Luxuria, oblectationibus alliciendo. Gula necessitatem prætendendo. Auaritia casus emergentes ante oculos ponendo: Tristitia, difficultatem & propriam impotentiam ostendendo. Inuidia, aliena bona pinguiora ostendendo. Inanis gloria, propria bona numerando & æstimando. Superbia, multa de seipso suggerendo. Quia verò facile trahitur homo ad hæc vitia per exemplum. Ideò postea benè petit. *a* Eripe me de operantibus iniquitatem, i. peccatum, ne ab eis inficiar. *Seneca.* Subtrahendus est populo animus tener, & parum tenax recti. *Psalm.* 105 Commixti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum. Tales autem, qui sic volunt cauere vitia & consortia malorum, linguis detrahentium corroduntur, iuxta illud *Isaia* 59. c. Qui recessit à malo, prædæ patuit. Vndè vlteriùs petit ab his liberari, dicens.

d Et de viris, &c.] Viri sanguinum, sunt detractores, quia alienum sanguinem & carnes crudas comedunt. *Prou.* 29. b. Viri sanguinum oderunt simplicem. Et *Prou.* 23. c. Noli esse in commessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Ab his ego peto liberari.

c Quia ecce,] Domine, [ceperunt animam meam,] i. citò possunt capere, nisi tu succurras. Quia. *e* Irruerunt in me fortes,] i. fortiter. Et hic est modus loquendi. Cùm enim aliqui vident se ab inimicis circundari & diffidunt de viribus suis, dicunt ad inuicem, capti sumus, cùm tamen adhuc nullus ceperit. Ita dicit hic. [Ceperunt animam meam.] Mulier autem est laqueus, quo frequenter capitur anima hominis. Vnde *Prouerbiorum* 6. d. Mulier autem viri pretiosam animam capit. *Eccles* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, & vincula sunt manus eius. Sed quia non omnes capiuntur hoc laqueo, vel sagena diaboli, addit ibi. Qui placet Deo, effugiet eam: qui autem peccator est, capietur ab ea. Ideò ne putetur Iustus iam omnino captus, addit.

g Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine,] quasi dicat, licet ita me inuaserint, non tamen contraxi, vel feci iniquitatem consentiendo, nec peccatum operando: quod suggerunt vitia, vel Dæmones, vel mali homines malum exemplum præbentes. Vel sic. [Neque iniquitas mea] quòd fecerim malum propter

Alleg. de Christo. A boni operis. Vndè dicit. *a* Sine iniquitate, i. purè.
b Cucurri, in via mandatorum & semita consiliorum. Quartò in bono fine. Vnde addit.
c Et direxi,] i. ad rectum finem opera mea perduxi. Et quia cucurri, & direxi. Ergo, Domine.
d Exurge in occursum meum,] vt me suscipias resurgentem & ascendentem. Postea incipit orare pro conuersione Gentium, dicens.

Al. † dirigebam. *Al. † mihi.*

ne: *a* sine iniquitate *b* cucurri, & † *c* direxi. *d* Exurge in occursum † meum *e* & vide: & *f* tu, Domine Deus virtutum, *g* Deus Israël.

e Et vide,] quasi dicat, cùm mihi sic occurreris, fac etiam, vt Gentes, quæ non vident, per fidem. Hoc est, quod dicit, [vide,] i. fac videre, scilicet, Gentes per fidem. Vel sic.] Vide] fructum illum Passionis meæ. *Isaiæ* 53. d. Si posuerit pro peccatis animam suam, videbit semen longæuum. Postea ostendit, quòd Deus Pater hoc potest facere, dicens: Et tu, Domine, &c.] i. exercituum, scilicet, Angelorum. Item ostendit, quod debet facere, cùm addit.
g Deus Israël,] quasi dicat, tu es omnium Deus per creationem, hanc gratiam fecisti Israel, vt esses eius spiritualiter Deus per cultum: & tu non es acceptor personarum: vnde eandem gratiam debes facere Gentibus. [Tu ergo, Domine Deus virtutum,] qui potes Gentes conuertere: [Deus Israel,] qui debes facere.
h Intende ad visitandas, &c.] intùs in cordibus per gratiam, & exteriùs per prædicationem Apostolorum. Posteà petit pœnam eorum, qui noluerunt conuerti, dicens.
i Non miserearis omnibus, &c.] i. peccata finaliter. Et secundum hoc est sensus. [Non miserearis omnibus,] i. nulli miserearis, quod alias dicitur distributio negationis. Vel potest esse negatio distributionis, vt sit sensus. [Non miserearis omnibus,] i. aliquibus de Iudæis, non miserearis, licet etiam aliquibus miserearis de Iudæis ipsis. Misertus est enim Dominus illis Iudæis, qui pœnitentiam egerunt; sed non est misertus illis, qui pœnitere noluerunt.

Moraliter. De Ecclesia. *a* Sine iniquitate,] i. sine offendiculo fratrum.
b Cucurrit,] viam mandatorum. *Prou.* 4. b. Et currens non habebis offendiculum.
c Et direxi,] contra eos, qui ambulant in circuitu, vel in triuio. Et propter hoc petit auxilium contra illos & vindictam de ipsis dicens.
d Exurge in occursum meum, &c.] i. videre te ostende, quod dissimulando videris non videre. *f* Et tu, Domine, &c.] i. Angelorum. Vel, [Virtutum, gratuitarum:
g Deus Israël,] i. Ecclesiæ videntis Deum per fidem.
h Intende ad visitandas omnes Gentes,] i. omnes populos eis subiectos, secundum quod inueneris eos malè rexisse & instruxisse subditos, in eosdem Prælatos animaduertas. Sic enim facit paterfamilias qui oues commisit Pastori, visitat oues & numerat, & pinguedinem palpat, lanam & fœtus pensat: & si minus inuenerit à Pastore requirit. Vndè dicit Iacob ad Laban. *Gen* 31. c. Viginti annis fui tecum: oues tuæ & capræ tuæ steriles non fuerunt: ego damnum omne reddebam: quicquid furto peribat, à me exigebas. Sic faciet Dominus in iudicio. Vndè dicit *Ezech.* 34 c. Ecce ego ipse requiram oues meas, scilicet, de manibus Prælatorum: & visitabo eas, sicut visitat Pastor gregem suum. *Ierem.* 33. c. Adhuc redibunt greges ad manum numerantis. Sed ne subditi idiotæ putent se excusari propter defectum Prælatorum, audiant, quod addit.
i Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem,] quasi dicat, licet punias Prælatos propter peccata subditorum: non tamen immunes sunt a pœna, qui peccata fecerunt *Ezech.* 3. f. Ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Moraliter. De viro iusto. Θ suggestionem eorum. [Neque peccatum meum,] quod dimiserim bonum propter detractionem aliorum, vel è conuerso. Hæ sunt enim duæ partes iustitiæ, scilicet, recedere à malo, & facere bonum. Vndè de his duobus subiungit. *a* Sine iniquitate cucurri.] Ecce recessus à malo.
c Et direxi.] Ecce operatio boni cum recto fine. [Direxi] enim dicit, i. recta opera feci: non ad terram inclinaui ea, sed [direxi] ad cœlestia 1. *Cor.* 9. d. Sic curro non quasi in incertum. *Psalm* 118. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Et quia sic [cucurri & direxi.] Ergo. *d* Exurge in occursum meum,] Domine, vt me adiuues. Et est rectus ordo. Si vis, vt Dominus occurrat tibi, curre ad eum, & dirige te ad eum, & non fugias ab eo. Appropinquantibus enim appropinquat Deus. *Iacob.* 4. Appropinquate Deo & appropin-

quabit vobis. Hoc autem verbum bene competit morienti, vt dicat. [Exurge in occursum meum,] quando, scilicet, transire debet anima per medium aerem plenum Dæmonibus. Tunc enim indiget Ductore. Vnde datur ei viaticum, id est, viæ custos. Et vere magnus honor est animæ, quando Deus exurgit in occursum eius, vt det ei locum. *Ephes* 4. c. Donec occurramus omnes in vnitatē fidei in agnitionē

h Intende ad visitandas omnes Gentes: non *i* miserearis † omnibus, qui operātur iniquitatem. *k* Conuertentur ad *l* vesperam

Al. † omnium.

filii Dei. *e* Et vide,] meam patientiam & eorum proteruiā. *Psalm.* 9. Vide humilitatem meam de inimicis meis. Et secundum quod vides, retribue eis. Hoc est, quod sequitur. *f* Et tu, Domine, Deus virtutum, Deus Israel. Intende ad visitandas omnes Gentes.] In præsenti ad correctionem. *Psalm.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum.
i Non miserearis omnibus] quicunque sint, qui operantur iniquitatem, quin, scilicet, punias in præsenti. Bonum enim est sic non misereri: sicut bonum est ægro quod chirurgus non parcat carni putridæ, sed abscindat eam. 2. *Marc.* 6. c. Non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium. Vndè *Amos* 3. a. Dicitur verbum consolatorium afflictis omnibus. Tantummodo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Vel de futuro potest legi.
h Intende ad visitandas omnes Gentes.] *Isaiæ* 26. d. Egredietur Dominus de loco suo, scilicet, misericordiæ, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum. *Ierem.* 9. c. Nunquid non super his visitabo, aut Gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? *i* Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem,] quia tunc non erit locus misericordiæ, sed solùm iustitiæ. *Prou.* 9. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Est autē multiplex visitatio Domini, videlicet.

Visitatio.
- Redemptionis. *Luc.* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto. *Et.* 7. c. Deus visitauit plebem suam.
- Miserationis, vt beneficiorum. *Gen.* 21. a. Visitauit Dñs Saram sicut promiserat, &c.
- Iustificationis. *Ps.* 105 Visita nos Salutari tuo.
- Propheticæ inspirationis. *Eccl.* 94. d Ossa illius visitata sunt & post mortem prophetarunt.
- Probationis. *Iob* 7. d. Visitas eum diluculo, & subitò probas illum.
- Cōsolationis. *Ez.* 34 c. Requiram oues meas & visitabo illas, sicut pastor gregem suum.
- Reuelationis per somnium. *Eccl.* 34. a. Somnia malefacientium vanitas, nisi ab Altissimo fuerit immissa visitatio.
- Conseruationis in bono. *Iob* 10. c. Visitatio tua custodiuit spiritum meum.
- Correctionis *Ps.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū.
- Liberationis. *Ierem.* 15. c. Visita me, & eruе me. *Iudic.* 4. d. Orabant Deum, vt visitaret populum suum.
- Temporalis vltionis. *Isaia* 10. a. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis?
- Iudicij 1. *Pet.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis.
- Æternæ damnationis *Isaia* 34. d. Post multos dies visitabuntur.

Is 27. a. Visitabit Dominus gladio suo duro & grandi & forti super Leuiathan. *k* Conuertentur ad Vesperam.] Secunda pars, in qua conuersionem Gentium & salutem eorum, quam suprà petierat, affirmat. Dicit ergo Christus, vel Ecclesia. [Conuertentur,] Gentes ad fidem. *l* Ad vesperam,] in vltima ætate. 1. *Cor.* 10. c. Scripta sunt ad correctionem nostram, in quos fines. A sæculorum deuenerunt.

Secunda pars. *k* Conuertentur, &c. Videtur autem hic propheta de ordine Prædicatorum. Conuertentur, i. simul vertentur, ex toto omnia relinquentes, & Christum pauperem in paupertate sequentes. *l* Ad vesperam,] supra i. in fine mundi. *Luca* 14. d. Misit hora cœnæ seruum suum dicere inuitatis.

De ordine Prædicatorum. Moraliter. De Prælatis. *k* Conuertentur, &c.] Potest etiam legi moraliter in malo contra Prælatos sic: Conuertentur, i. simul vertentur in malum. *l* Ad vesperam,] i. in tribulatione. Multi enim sunt strenui in prosperitate: qui tamen deficiunt in aduersitate, sicut fuerunt Apostoli ante Passionem Dñi, dicentes: Et si oportuerit

a & famem patientur, vt b canes: & c circuibunt ciuitatem. Ecce † d loquentur in e ore suo, & f gladius in labiis eorum: g quoniam quis h audiuit? Et i tu, Domine, k deridebis eos: † l ad nihilum deduces omnes Gentes.

Al. † ipsi.

Al. † Pro nihilo habebis.

A sæculorum deuenerunt, 1. *Ioan.* 2. c. Nunc Antichristi multi sunt; vnde scimus, quia nouissima hora est. Et quid conuersi facient, subiungit. a Et famem,] id est, desiderium conuertendi alios. b Patientur vt canes, ad literam, qui semper sunt quasi famelici. c Et circuibunt ciuitatem,] Ierusalem, prædicando circa eam per totum mūdum. Ipsa enim est in medio mundi quasi cētrum. Vel [Circuibunt ciuitatem,] id est, Ecclesiam munient contra hæreticas impugnationes.

Prædicator dicitur canis.
- Propter latratum prædicationis. *Is.* 58. a. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.
- Propter olfactum sagacitatis, 2. *Cor.* 2. Non ignoramus cogitationes eius.
- Propter linguam medicinalem. *Ps.* 67. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. *Prou.* 15. a. Lingua placabilis lignum vitæ.
- Propter continuam famem, *Phil.* 1. b. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi.
- Propter Domini sui fidelitatem, *Luc.* 12. e. Quis, putas, est fidelis seruus, & prudens quem constituit, &c.
- Propter luporum odium. *Psal.* 118. Iniquos odio habui. Et *Psal.* 96. Qui diligitis, Dominum odite malum.
- Propter custodiam gregis. *Act.* 20. f. Attendite vobis, & vniuerso gregi.
- Propter venationem. *Ierem.* 16. d. Mittam eis multos venatores.
- Quia quod venatu capiunt, Domino reseruant, *Iob.* 38. d. Nunquid capies leænæ prædam, &c.
- Quia sanguinem lambunt. *Iob* 39. d. Pulli eius lambunt sanguinem.
- Quia lingua lambunt, *Iud.* 7. b. Qui manu & lingua lambuerit aquas sicut solent canes, &c.

d Ecce loquentur in ore suo] Ecce dicit propter manifestationem. e In ore suo,] dicit propter facilitatem. Vnde Apostolus dicit *Eph.* 6. d. Orate vt detur mihi sermo in apertione oris mei. Nec palpabunt vitia sed acriter reprehendent. Vnde dicit. f Et gladius in labiis eorum] i. sermo Dei viuus & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum. *Heb.* 4. c. Dico, quod famem patientur, & circuibunt. g Quoniam quis audiuit?) quasi dicat quia pauci audient eos, ideò oportebit eos magis circuire, & ideò magis famelici erunt. i Et tu,] quasi ita nolunt audire, sed [tu Domine,] Pater. k Deridebis eos,] in fine. *Prou.* 1. c. Ego quoque in interitu vestro ridebo.

l Ad nihilum deduces, &c.] i. e. in Gentilitate permanētes.

De ordine Prædicatorū. Necessaria Prædicatori.

⊖ dicere inuitatis, vt veniunt, *ibi. Gloss.* Hora cœnæ, finis sæculi. In hoc fine mittitur seruus, i. ordo Prædicatorum ad inuitatos per legem & Prophetas. Et notantur hic illa, quæ necessaria sunt Prædicatori primum est zelus animarum. Vnde dicit. a Et famem patientur] s. famem conuertendi alios, *Phil.* 1. b. Testis est mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Hūc zelum generat charitas, *Ioan vlt.* e. Petre, amas me? pasce oues meas. *Luc.* 10. a. Misit illos binos, &c. *ibi. Gloss.* Nemo prædicationis officium debet suscipere, qui erga alium charitatem nō habet. Secundum, quod necessarium est Prædicatori, est defensio fidei: quod notatur, cum dicit. b Vt canes.] Canes enim arcent lupos, & fures latratu & morsibus suis. Sic Prædicatores hæreticos per prædicationem & disputationem, 1. *Petr.* 3. c. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationē de ea, quæ in vobis est, fide & spe. Sic faciebat Paulus, qui dicit 1. *Cor.* 15. d. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest? Per contrarium dicitur *Isa.* 56. d. Canes muti, non valentes latrare. Tertium est sollicitudo & diligentia prædicandi: quod notatur, cum dicit. c Et circuibunt ciuitatem] *Matth.* 4. d. Circumibat Iesus omnem Galilæam docens in Synagogis eorum. *Cant.* 5. b. Inuenerunt me custodes, qui circumiuerunt ciuitatem. Quartum est gratia loquendi. Vnde sequitur. d Ecce loquentur in ore suo,] id est, promptè & apertè, vt suprà expositum est. Et dicit. [In ore suo,] contra quosdam Prælatos, quorum quidam prædicant, non tamen in ore suo,] quia oportet, quod alij fabricent eis sermones suos. Vnde vulgariter dicitur: Ille non loquitur ore suo, sed ore Spiritus, S. i. ore alieno. Cōtra illud *Pro.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide. Tui dicit, non alieni & tuas similiter. Alij autem peiores sunt, qui nunquam aperiunt os ad prædicādū sed semper faciunt alios prædicare. De quibus potest dici, *Psal.* 113. Os habent, & non loquentur. Alij autem sunt pessimi, quantum ad hoc, quòd nec per se, nec per alios prædicant; sed Prædicatores prohibent à suis diœcesibus. Sed bonus prælatus Moyses dixit *Num.* 11. f. Quis tribuat, vt omnis populus prophetet; & det eis Dominus Spiritum suum? *ibi Gl. ss. Greg.* Pia Pastorum mens, quia non propriam gloriam, sed quærit, ab omnibus vult adiuuari, quod agit. Hæc sunt tria genera Prælatorum, qui non loquuntur in ore suo. Quintò necessarium est Prædicatori, quod efficaciter prædicet: Vnde sequitur. f Et gladius in, &c.] i. verbum Dei, diuidens, sc. omnem carnalitatem, & occidens peccatum & fugans Dæmones, secundum quod præmissum est supra in illa auctoritate *Heb.* 4. c. Viuus est sermo Dei & efficax, &c. *Ier.* 48. b. Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine, *Isa.* 49. a. Posuit os meum, quasi gladium acutum, 2. *Macha.* 15. c. Visus est Ieremias dedisse Iudæ gladium aureum, dicens: Accipe sanctum gladium manus à Deo, in quo superabis inimicos filiorum Israel. De hoc gladio dicit Dominus *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere, sed gladium. Hic ergo gladius in labiis eorum, qui sunt boni Prædicatores. Et verè gladius reputatur, à mandatis: vnde nec audire volunt, nec facere, quod prædicatur. Nolunt enim separari à mundo, nec peccatum in se occidere: Vnde bene addit. g Quoniam quis audiuit] q. d. pauci audiunt, *Isa.* 53. a. Domine, quis credidit auditui nostro? *Paral. vlt.* c. Illi subsannabunt nuncios Domini, & paruipendebant sermones eius, illudebántque prophetis. Et tales deridebis Dominus. Vnde sequitur. i Et tu Domine, deridebit eos, quia, sc. derident te, & tuos, *Prou.* 3. d. Illusores ipse deludet l Et ad nihilū deduces, &c.] i. eos, qui nolunt se circuncidere spiritaliter, terrena & carnalia à se amputando, sup. Ad nihilum deueniēt, tanquam aqua decurrens. Et notatur hic duplex pœna malorum. Prima erit confusio: Vnde dicit. [Deridebis, eos.] Secunda erit separatio à Deo: quæ notatur cum dicit.] Ad nihilum deduces, &c.] Ad nihilum. n. deducuntur, qui à vero esse separantur. vt sint socij eius, qui non est, sicut dicitur *Iob.* 18. c.

Psal. 57.

Tria genera Prælatorum, qui nō loquūtur ore suo.

Moraliter de Prælatis.

* si oportuerit me mori tecum, &c. *Matth.* 26. d. qui tamē defecerunt in passione Et maximè solent ita citò conuerti ad malum in tribulatione homines delicati. Vnde *Ier.* 46. e. Mercenarij eius, qui versabantur in medio eius quasi vituli saginati, versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt, quasi dicat, qui vsitati sunt in deliciis, non resistunt tentationibus. *Psalm.* 77. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli: *Thren.* 4. a. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis.

a Et] tales [famem patientur, vt canes,] per auaritiam & detractionem, & ardorem libidinis. *Isa.* 56. d. Dormientes & amantes somnia, canes impudentissimi nescientes saturitatem. Tales autem canes, non sunt boni custodes ouium Vnde dicit *Chrysostomus*, Canis, qui meditatur gustare sanguinem, non potest custodire gregem. d Ecce loquentur,) isti canes mordentes per detractionē. e In ore suo, polluto, non ore Dei.

f Et gladius in labiis eorum,) quia lingua eorum gladius acutus.

g Quoniam quis] id est, aliquis. h Audiuit] q. d. aliter non detraherent: quia si non esset auditor, non inueniretur detractor. *Prou.* 25. d. Ventus Aquilo dissipat pluuiam & facies tristis linguam detrahentem. Vel contra eos, qui prædicant & facere nolunt, dicitur hoc. [Gladius,) verbi Dei, [in labiis eorum,] non in manibus, (quoniam quis audiuit) vnquam tale, quòd, sc. militiæ Principes in bello portarent gladium in labiis, & non in manibus. Hoc ioculatorum est, non militum. Et quia ipsi ita fiunt ioculatores & derisores.

i Et tu, Domine, deridebis eos, &c.) *Psal.* 2. Astiterunt Reges terræ & Principes cōuenerūt in vnū aduersum Dñm, &c. Et sequitur. Qui habitat in cœlis, irridebit eos, &c.

a Fortitudinem

Allegor.

a Fortitudinem meam.]Legitur in persona Christi sic cõtra Iudæos. Dixi supra; quod irruerunt in me fortes: & tamen licet possim eos perdere: tamen patienter sustineo. Hoc est. [Fortitudinem meam ad te,] ô Pater. b Custodiam] i. secundum dispensationem tuam differam vindictam. Et meritò.

a Fortitudinem meam ad te b custodiam: quia c Deus susceptor meus es. d Deus meus, e misericordia eius f præueniet me g Deus † ostendit mihi h super inimicos meos, i † occidas eos, k ne quando l obliuiscantur † populi m mei. n Disperge illos in o virtute tua: & † p depone eos, protector meus, q Domine.

Al. † meus demõstrauit mihi in inimicis meis.
Al. † occideris.
Al. † legis meæ.
Al. † deduc.

c Quia tu, [es Deus susceptor meus per immunitatem peccati & per resurrectionẽ: d De⁹ meus,] supple est. Et est hic metaplasmus, quia mutat personam. e Misericordia ei⁹ sc. Patris. f Præueniet me,] quia plenitudine charismatum vnxit me præ participibus meis. Et plus fecit. Quia g Deus,] Pater, [ostendit mihi.] quid agendum esset. h Super inimicos meos,] Iudæos, quia sc. orandum esset pro eis. Et cum hoc dicere deberet, dicit ipsam orationem, & orat pro eis Christus dicens. i Ne occidas eos,] O pater, corporaliter nec spiritualiter. Ioan. k Nequando] i. ne aliquando. m Populi.] Iudæi, qui erant populus meus peculiaris. l Obliuiscantur mei,] sed recolant, & reuertantur ad me per pœnitentiam. Vel, [Ne populi] i. Christiani, [obliuiscantur mei] i. meæ Passionis: quia Iudæi, qui dispersi viuunt, sunt quasi signum & memoriale Passionis: Christi.qué ipsi interfecerunt. Vnde *Nahu*.1. a. Onus Niniuæ, liber visionis. Niniue significat Iudæos, quæ interpretatur speciosa. Et ipsi olim fuerunt speciosi. Horum onus, i. pœna est liber visionis, i. memoriale Passionis. Dico, ne occidas; sed tamen.

n Disperge illos,] per omnia regna mundi. o In virtute tua,] sicut potens es & fortis. p Et depone eos,] de potentia & de terra sancta, in qua posuisti eos. Tu, dico. q Domine, qui es protector meus. Vel, [depone] id est, reseruari facias, sicut dicitur depositum, quod commendatum est sub custodia, vt s. in hoc sis [protector meus, Domine: quia ipsi sunt testimonium Passionis meæ. Vel [Depone] à malitia, vt fortiores surgant, cùm eos cadere feceris, sicut Paulus, de quo cantat Ecclesia Prostratus est sæuissimus persecutor, sed erectus est fidelissimus Prædicator. Dico inquam [ne occidas eos, sed occide dimittendo, & humiliando eos.

Λ a Delictum oris

Moraliter.

Moraliter,] dicit vir iustus. a Fortitudinem meam, &c. Duplex est fortitudo. Vna spiritualis, sc animæ, alia naturalis, sc. corporalis: & vtranque debemus custodire Domino, à quo est. Fortitudo animæ, sunt virtutes & opera. *Prou*.10.d. Fortitudo simplicis via Domini. Simplex quidé est anima. Via autem Domini, quia ad ipsum imus sunt virtutes & opera, i. custodia mandatorum de qua *Psal*. 118. viam mandatorum tuorum cucurri. Fortitudinem autem istam custodire ad Dominum, est omne bonum virtutis & operis, non sibi, sed Dño ascribere. Aliter enim non custoditur, sed perditur. *Greg*. Citò bonum perditur, quod à largitore non custoditur. Sic Diabolus bonum naturale, quod habuit, sibi ascribendo amisit. Sic etiam secundum humanas leges, miles terram meretur amittere, quam à Rege se non recognoscit tenere. Propter hoc dicit vir iustus. Fortitudinẽ meã,] naturalem, [ad te custodiam,] c Quia,] tu [es Deus susceptor meus,) qui me, sc. suscepisti in seruum tuum, & adoptasti in filium. Et hoc non meis meritis, sed tua pura misericordia. Hoc est, quod sequitur. d Deus meus, misericordia, &c.] infundendo gratiam & dãdo voluntatẽ bonũ faciendi. *Aug*. Misericodia Dei præuenit, vt velimus: subsequitur, ne frustrà velimus. Vndè in *Psal*.22. & misericordia tua subsequetur me. Propter hoc ergo debemus ei omnia bona nostra adscribere, dicentes. [Fortitudinem meam ad te custodiam.] Quia sicut dicit versus:

Quicquid habes meriti, præuentrix gratia donat.
Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat.

Iudic. 16.

Multi autem malè custodiunt istam fortitudinem: quia eã amittunt, sicut Samson, cui Dalida præcidit crines, dum in gremio illius ipse dormiret. Dalida interpretatur situla: & significat concupiscentiam duplicem, quæ semper dicit & clamat affer, affer. Hæ enim sunt duæ filiæ, videlicet Diaboli, sanguisugæ, scil. cupiditas & libido, quæ semper clamant: affer, affer. *Prou*.30.b. Si verò homo fortis, quantumcunque fortis sit in gremio alterius istarum dormiat s. se exponat, præcidit ei carnes, i. sanctas cogitationes & affectiones: Et sic recedit fortitudo spiritualis. Fortidinem etiam corporis debemus custodire, non ad libidinem, sed ad Dominum, id est, ad honorem huius, vt ei fortiùs seruiamus, 1. *Cor*. 10.g. Siue manducatis, siue bibitis: omnia in gloriam Dei facite. 3. *Reg*.19. b. Ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montẽ Dei Oreb. Sunt autẽ quidã qui istam fortitudinem amittunt in seruitio Dei, sicut indiscreti qui excedunt in ieiuniis & vigiliis, & disciplinis Alij autem sunt qui amittunt eam in seruitio Diaboli, sicut illi qui totam iuuentem suam in vitiis consumunt, & expectant, facere pœnitentiam vsque ad senectutem, Tales non possunt dicere. [Fortitudinem meam ad te custodiam,] sed imbecillitatem meam ad te custodiam, & fortitudinem ad Diabolum. *Prou. quinto* b. Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnes & corpus tuum, &c. Idem etiam potest dici contra eos qui nimis diu student in Logica vel aliis scientiis, & quando senes sunt tunc primo volunt audire Theologiam. Debemus autem eam custodire ei ex quo ipse dignatur acceptare seruitiũ, quod ei potest facere corpus nostrum. Hoc est quod dicit. Quia] tu, [es Deus susceptor meus, qui dignáter suscipis quod possũ facere. Et hoc nõ quia indigeas opere meo, sed vt ego merear ibi. Hoc est quod sequitur [Deus meus memoria eius præueniet me.] Sicut homo diues qui non indiget opera cuiusdam pauperis, si tamen conducit eum vt ille possit lucrari facit cum eo misericordiam. *Ps*.15. Bonorũ meorũ non eges. Item ipsa anima hominis & ipsũ corpus eius est fortitudo, i. munitio. Vtrũque enim est quasi quoddam castrum Dei, quod Diabolus obsidet, animam tentans vitiis spiritualibus & corpus carnalibus. Nos autem vtranque fortitudinem siue munitionem debemus custodire Domino, quia sumus castellani ipsius. Et si tradamus aliquid eorum Diabolo obsidẽti proditores sumus. Quidã autẽ defacili tradunt, quib⁹ dicitur *Nahum*.3. c. Omnes munitiones vestræ sicut ficus cum grossis suis, quæ si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Quia cito enim Diabolus concutit animam per superbiam vel inuidiam vel iram, tradunt eam consentiẽdo. Quando autem concutit corpus per pruriginem, tradunt illud libidini. Sed vir iustus dicit. a Fortitudinem meã &c.] viriliter regnando contra aduersarios. Quia] tu, [es Deus, &c.] tanquam scutifer qui in tyrocinio suscipit dominum suum, & ducit eum extra bellum quando fessus est in bello. Sic Dominus licet nos tentari permittat, tamen protegit nos & adiuuat 1. *Cor*. 10. c. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiã prouentum vt possitis & ipsi sustinere. Et posset dicere Diabolus, vnde scis quod Dñs ita succurret tibi? d Ecce, [Deus meus misericordia &c.] q. d. quia eius misericordia etiam peccatores & impios præuenit, pro certo scio quod sibi seruientem non derelinquet, secundum quod dicit Apost. *Ro*.5.b. Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus per ipsum. Posset autem aliquis dicere. Ex quo tu habes tantum susceptorem & adiutorem quare ergo non potius dicis inimicos occidam vel effugabo, vt non accedant ad me tentandum? Ad hoc soluit.

g Deus ostendit mihi, &c. id est, ostendit mihi vtilitatem, quæ sequitur ex tentationibus eorum, & dixit mihi inspirando. i Ne occidas eos] i. ne quęras mortẽ eorũ sed tantum victoriam, quia in exercitio est lucrum, sicut dicit Apost. 2. *Timot*. 2. a. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Et *Greg*. Tentatio cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. k Nequando obliuiscentur populi] id est, motus & cogitationes cordis tui. m Mei] quasi dicat si sine pugna tentationum esses cito superbires & mei memoriam non haberes. In tentatione autem humiliaris videns tuam debilitatem, & ideò cogeris ad me frequenter recurrere. Vnde non expedit tibi esse sine tentationibus. Vnde *Deut*. 7. Non poteris delere eas gentes pariter. ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ. Gentes illæ quæ filios Israel infestebant significant tentationes, quæ si pariter deleantur, multiplicantur bestiæ terræ, id est, motus superbiæ, quæ totum fructum terræ nostræ vastant. Sic ergo instructus vir iustus, petit non omnimodam deletionem, sed dispersionem dicens.

n Disperge illos in virtute tua,] vt s. non veniant ad me in tanta multitudine quod eos vincere nõ possim. Vel, [Disperge] i. paulatim destrue, sicut dicitur *Deut*.7.d. Deus magnus & terribilis, ipse consumet nationes has in cõspectu tuo paulàtim atque per partes. p Et depone eos,] ponendo me victorẽ super eos, [Tu protector meus Domine.]

* Et depone delictum

Aur. A a Delictum oris eorum] quo clamauerunt: crucifige, & occide. b Sermonem, &c. quo dixerunt tantùm labiis & non corde: Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. *Matth.* 22.b. Vel sic Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum occide, i. inexpletum & irritum ostende.

Al. † Delicia. *Al.* † sermo. *Al.* † ex maledicto. *Al.* † euellentur.

Dixerunt enim *Ioan.* 11.f. Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum: & forte venient Romani, & tollent locum nostrum & Gentem. Sed ideo, quia non dimiserunt eum, sed occiderunt, omnes credunt in eum, & amiserunt ipsi locum & Gentem. Et sic eorũ verbum frustratum est. c Et comprehendantur, &c.] in bono, i. pondus superbiæ suæ & ingens facinus, det eis intellectum, vt intelligant se malè egisse, videntes, quod eorum consilium non profuit eis. Et sic confusi pœniteãt. *Ierem.* 2. d. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur: sic confusi sunt filij Israel. Huius autem conuersionis ministri erunt Apostoli: Vndè sequitur.

† a Delictum oris eorum † b sermonem labiorum ipsorum: & c comprehendãtur in superbia sua. Et † d de execratione & e mendacio † f annunciabuntur in g consummatione: in h ira i consummationis, & non k erunt, Et l scient, quia m Deus dominabitur Iacob, n & finium terræ. o Conuertentur ad vesperam & p famem q patientur, vt r canes: ſ & circuibunt ciuitatem.

d Et de execratione] qua Christum execrabantur. e Et] de [mendacio,] quod contra eum dicebant.
f Annunciabuntur,] i. annunciando arguentur Iudæi.
g In consummatione, i. quando consummabuntur, vel vt consummentur in bono. Quomodo autem execrabantur Iudæi Christum & mentiebantur contra eum, in multis locis habetur, sicut *Ioan.* 8.f Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es, & Dæmonium habes? De annunciatione & redargutione Apostolorum & conuersione Iudæorum, habetur *Act.* 2. d. Dixit Petrus. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigiis & signis, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, hunc definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis, &c. Et post sequitur. f His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Dico, in consummatione. Sed quomodo fit consummatio ista, subiungit. h In ira,] i. in vindicta Dei, non consumptionis, quæ erit in futuro; sed.
i Consummationis] ad correctionẽ, quæ est in præsenti. Et hæc] ira] misericordia est magna. Vndè *Greg.* Magna misericordia est in præsenti misericordiam non consequi *Psalm*: 98. Deus, tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. 2. *Mach.* 6. c. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere; sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Et sic post hanc iram k Non erunt] tales, quales ante fuerunt, superbi & peccatores. *Pr.* 12.a. Verte impios: & non erunt. l Et scient,] s. ipsi conuersi. m Quia Deus] Christus dominabitur Iacob,] i. Iudæorum. n Et finiũ terræ,] i. Gentiũ.

Moraliter. * Et depone.] a Delictum, &c.] à me, i. fac, vt non superent me per suggestiones, quibus suggerunt, vt te derelinquam. Et b Sermonem] quo mihi prædicant, vt ad peccatum me conuertam, illum depone: vt non præualeat in me. c Et comprehendantur, &c.] Tunc comprehenduntur Dæmones in superbia sua, quando is, què tentant, astutias eorum cognoscens cogitat apud se, & eis obiicit, quòd malum est peccatum facere, cùm ipsi Dæmones pro peccato superbiæ de cælo ceciderint. *Eccl.* 24.a. In vanitate sua apprehenditur peccator, i. diabolus. Nunc autem non cõprehenduntur, nisi à sanctis, & spiritualibus viris. Nam carnales & peccatores, ipsi potiùs comprehendunt. Sed tandem in die iudicij, tunc omnibus apparebit eorum malitia & fallacia. Vndè sequitur. d Et de execratione, &c.] i. notabiles omnibus apparebunt. De execratione, quia execrabiles & horribiles erunt in se. Et de mendacio, quo alios deceperunt. Quando erit hoc? Non modò, sed. g In consummatione,] i. in fine mundi, de quo *Matth.* 13. e. Messis est consummatio sæculi. h In ira, &c.] i. in consummata & plena ira, quam à se petebant elongari. *Is.* 64. d. dicentes. Ne irascaris, Dñe satis. Et dicitur ira consũmationis, ad differentiam iræ purgationis, de qua *Mich.* 7.b. Iram Dñi portabo, quoniã peccaui ei. Ira enim purgationis portari potest: sed non ira consummationis. Vndè in *Ps.* 89. Defecimus in ira tua. Et *in eod.* Quis nouit potestatẽ iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuã dinumerare? Et ideo bene sequitur. k Et non erũt,] quia nõ poterũt sustinere; & tamen oportebit sustinere. Erit enim ibi defectus sine defectu, vt dicit *Aug.* l Et scient] tunc ipsi Dæmones, vel omnes homines. m Quia Deus, &c] i. luctatorum, qui ipsos Dæmones hic supplantauerunt.
n Et finium terræ] i. eorum, quibus finitur amor terrenorum per contemptum temporalium. Tunc enim dicet eis Dominus. Vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes, &c sicut promittit. *Matth.* 19. d. Item illud *Luc.* 22.c. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, &c. o Conuertentur.] Tertia pars, vbi affirmat conuersionem Iudæorum, & agit gratias pro conuersione vtrorumque, scil. Gentium & Iudæorum. Determinans autem tempus conuersionis, dicit: Conuertentur, Iudæi, ad vesperam, i. in fine sæculi, *Isa* 10.e. Si fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. p Et famem conuertendi alios. *Tertia pars.*
q Patientur] reputantes se.
r Vt canes] i. vt Gentiles, quos prius canes & immundos reputabant; sed conuersi scient se eis æquales. Vel, Famem patientur, vt canes, secundum quod supra expositum est. ſ Et circuibunt ciuitatem, sicut supra. Et etiam hoc exponit, subdens.

A a Ipsi Iudæi

De prædicatoribus, qui comparantur canibus. o Conuertentur ad vesperam, &c.] Moraliter. Suprà expositum est de Prædicatoribus. Vnde non oportet repetere. Sed hoc solum notandum est, quod Prædicatores comparantur canibus multis rationibus. Prima est, quia lãbunt vbera, sic Prædicatores vbera Sponsi, i. duo Testamenta, *Cant.* 1.a. Meliora sunt vbera tua vino. *Isa.* 60.c. Mammilla

* Regum lactaberis

De pœnitentibus. o Conuertentur, &c.] Potest etiam exponi de pœnitentibus quibuslibet. Hominum enim quidam semper sunt cũ Deo, qui nunquam auertuntur per peccatum. Et hi non habent necesse conuerti, cum non sint auersi. Pauci tamen vel nulli modo tales inueniuntur. Quia si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est, vt dicitur 1. *Ioan.* 1.d. Alij auertuntur à Deo sc. omnes peccatores iuxta illud *Isa.* 59 a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et hi necesse habent conuerti. Sed quidam conuertuntur in iuuentute, quidam in senectute, quidam in senio. Et hoc significatum est *Matt.* 20.a. vbi dicitur, quod paterfamilias exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, i. in pueritia: & in tertia, i. in adolescentia: & in sexta, i. in iuuentute: & in nona, i. in virilitate: & in vndecima, i. in senectute. Hic etiam dicit, quod, ad vesperam, i. in decrepita ætate. Per hoc ergo, quod dicit: Conuertentur, innuit eos auersos esse, secundum illud *Ier.* 8.b. Quare auersus est populus iste in Ierusalẽ auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti: Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est, loquitur: nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo. Et conuersi. p Famem patientur vt canes] illam sc. famem, de qua *Matt.* 5. a. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, scil. vt de seipsis faciant Deo iustitiam, satisfaciendo de peccatis, quæ fecerunt. Vel Famem audiendi verbum Dei, de qua *Amos* 8.d. Mittam famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ; sed audiendi verbum Dei. ſ Et circuibunt ciuitatem] debet enim pœnitens circuire ciuitatem conscientiæ suæ ad eiiciendum lutum per confessionem. *Isa.* 23.d. Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum. In cithara sunt chordæ extensæ in ligno, & significat pœnitentiam, vbi caro nostra extenditur in austeritate & rigore disciplinæ. Item ibi tanguntur & grossæ & subtiles chordæ. Sic de grossis & minoribus, siue de subtilioribus peccatis debemus pœnitere & confiteri. Meretrix obliuioni tradita; est anima peccatrix, quam Deus obliuioni tradidit, id est, de ea non curat. Bene canit, cùm bene confitetur. In cantu est grauis sonus, & acutus. Cùm ergo attribuit mala sibi, tunc est grauis sonus: cùm bona Deo, tunc est acutus sonus. Item, circuibunt ciuitatem, mundi, ad contemnendum. *Nahum.* 2. b. Omnis qui viderit te, resiliet à te. *Iosue* 6.b. In septimo circuitu clangentibus tubis corruit Iericho. Primo circuitu cognoscitur Iericho, i. mũdus, quòd est immũdus per luxuriã. Secundò, quod est bestialis per gulã. Tertiò, quod est inhumanus per auaritiã. Quartò, quòd est, debilis per pigritiam, siue, acidiam. Quintò quòd est fatuus per inuidiam. Sextò, quòd est crudelis per iram. Septimò, quòd est vanus per superbiam. Et tunc cadunt muri Iericho. Item, circuibunt ciuitatem, id est, Ecclesiam militantem ad imitandum *Cant.* 3. a. Surgã & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, quæram, què diligit anima mea. Per vicos, qui sunt strictiores, intelliguntur regulares, per plateas latiores, intelliguntur non regulares. Et de

A *a* Ipſi] Iudæi. *b* Diſpergentur] per mundum. *c* Ad manducandum,] i. vt alios corpori Eccleſiæ incorporent, ſecundum quod dictũ eſt Petro. *Act.* 10.b. Macta & mãduca. *d* Si verò, &c.] i. ſi non potuerint tot incorporare quot vellent, quod non deſaci.i poteſt accidere, quia multitudo ipſa deſiderãti & famelico pauca videtur, non tantùm dolebũt: Sed. *e* Et murmurabunt] dicentes, Domine, quis credidit auditui noſtro? *Iſaiæ* 53. a. Vel murmurabunt,] id eſt, increpabunt pigros ad conuerſionem. Habito de vtraque conuerſione Iudæorum, & Gentiũ, promittit Chriſtus, vel Eccleſia ſe laudaturũ Deũ dicens. *f* Ego autẽ cantabo,] i. cantando laudabo.

Al. † Diſpergentur, vt edant.
Al. † autem non ſaturabuntur.
Al. † potentiam.
Al. † tu.

a † ipſi *b* diſpergentur *c* ad manducandum: ſi † *d* verò non fuerint Saturati, & *e* murmurabunt. *f* Ego autem cantabo † *g* fortitudinem tuam: & *h* exultabo *i* mane *k* miſericordiam tuam. *l* Quia factus es ſuſceptor meus: & *m* refugium meum in die tribulationis meæ. *n* Adiutor meus, *o* tibi *p* pſallam, quia † *q* Deus ſuſceptor meus: *r* Deus meus, miſericordia mea.

In finem, pro his, qui commutabuntur in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam, cùm ſuccendit Meſopamiam Saria & Syriam Sobal.

g Fortitudinem tuam] qua tam iſtos, quàm alios potes, quando vis conuertere. Hæc eſt enim magna fortitudo. Vndè dicit *Greg.* quod maius eſt miraculum ſuſcitare animam in perpetuum victuram, quam corpus iterum moriturum. *Et Auguſt.* Maius eſt impium iuſtificare, quàm cœlum & terram creare. *h* Et exultabo,] i. exultando laudabo. *k* Miſericordiam tuã,] qua auerſos præuenis, vt conuerti velint, & præuentos ſubſequeris, recipiens eos & conſeruans. Exultabo, dico. *i* Mane,] i. in die iudicij, quando lux æterna Sanctorum corporibus orietur. Vel ſic.] Exultabo miſericordiam tuam] factam [mane,] i. in ortu gratiæ, quando, ſc. eis gratiam infudiſti: iuxta quod dicitur. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Et ſubiũgit cauſam exultationis. *l* Quia factus, &c.] i. meorum, dicit Chriſtus, vel Eccleſia, ad te ſe conuertentium. *m* Et refugium membrorum meorum] ad quod cõfugiam in eiſdem membris, in die tribulationis meæ. Et factus es. *n* Adiutor] meus] cooperando mihi. Et ideo non ſolùm ore te laudabo, ſed. *o* Tibi, ad honorem tuum. *p* Pſallam] per bona opera. Et vt notet Eccleſia affectum ſuum, erga miſericordiam ſuſcipientis replicat.

q Quia] ô [Deus, &c.] vt ſup. *r* Et es [Deus meus] & [miſericordia mea] Rectè loquitur, ſicut homo, quod ex affectu loquitur: qui non valens exprimere quod ſentit, diuerſa verba ad vnum exprimendum inculcat. Et hic Eccleſia prius multa verba ſub vno nomine miſericordiæ, includit quicquid dixerat, & vocat Deum miſericordiam ſuam, quia omnia habet ab ipſo per miſericordiam.

De prædicatoribus.

* Regum lactaberis. Secunda eſt, quia priùs ſunt cæci, & poſtea illuminantur. Sic Prædicatores primò fuerunt cæci, poſtea videntes, vt Aug. & Dion. & ipſe Paulus. Vndè priùs dicit hic, conuertentur, & poſtea de prædicatione ſubiungit. Et hoc ſignificatum eſt. 1. *Reg.* 17. b. Vbi dicitur, quòd Dauid reuerſus eſt à Saül, i. diabolo, vt paſceret gregẽ patris ſui, i. Chriſti *Pſ.* 67. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. ſc. Deo de perſecutoribus faciente Prædicatores. Tertia ratio eſt, quia Prædicatores debent cuſtodire gregem ſicut canes. *Act.* 20. f. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Quarta eſt, quia debent arcere lupos & fures, i. hæreticos, & malos homines, de quibus *Act.* 20. f. Scio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, &c. Per cõtrarium *Ioan.* 10. b. Mercenarius autem, & qui non eſt Paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientẽ, & dimittit oues, & fugit. Quinta ratio eſt, quia debent habere linguam leniſſimam, & dentes acutos, per conſolationem infirmorum, & redargutionem peruerſorum, vt in arca Domini, cum tabulis legis ſit manna & virga, i. in Prædicatore, cum ſcientia Sacræ Scripturæ, manna dulcedinis & virga diſtrictionis. Verba ſunt *Greg.* Sexta, quia debent capere feras, i. peccatores. *Ierem* 16. d. Mittam eis venatores multos, & venabuntur eos. Septima, quia debent eſſe ſagaces, & per veſtigia debent ſequi prædam ſuam, i. Chriſtum. 1. *Pet.* 2. d. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Octaua, quia pro Dño ſuo debent pugnare vſque ad mortem. Nec ipſum etiam in morte relinquere. *Cant.* 3. c. Omnes tenentes gladios & ad bella doctiſſimi. *Luc.* 22. d. Paratus ſum tecum & in mortem & in carcerẽ ire. Sed conquæritur Dñs in *Pſ* 93. dicẽs: Quis cõſurget mihi aduerſus malignantes, aut quis ſtabit mecũ aduerſus operãtes iniquitatem. *a* Ipſi] canes, i. Prædicatores. *b* Diſpergentur ad mãducandum] homines, ſecundum illud *Act.* 10. b. Macta & manduca. Et dicit [diſpergentur] q.d. prædicabunt in multis locis, iuxta illud *Marc. vlt.* Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. *d* Si verò &c.] i. ſi non fuerint permiſſi prædicare in publico: *e* Murmurabunt] i. in ſecreto dolebunt. Alia litera planior eſt, quæ habet. [Cùm ſaturati non fuerint, non murmurabunt.] Et hoc bene competit bonis canibus. eſſe patientes. *Pſ.* 91. Bene patientes erunt, vt annuncient. ⊖ lares. Et de vtriſque ſumendum eſt bonum exemplum. Item [circuibunt ciuitatem, i. Eccleſiam triumphantem per contemplationem. *Sap.* 8. d. Circuibam quærens, vt illam mihi aſſumerem. *Iob.* 39. a. Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit.

De pœnitentibus.

a Ipſi] pœnitentes. *b* Diſpergentur,] per diuiſa loca, per eremos, per religiones. *c* Ad manducandum] illud, quod eſuriunt, ſcilicet, vt ſatisfaciant Deo. *d* Si verò, &c.] id eſt, ſi non viſum fuerit eis, quod ſufficienter ſatisfaciant Deo. *e* Murmurabunt,] aduerſus ſemetipſos, dicentes illud *Iſa.* 64. b. Ecce, Domine, tu iratus es, & peccauimus: in ipſis fuimus ſemper & ſaluabimur: facti ſumus, vt immundi omnes nos, quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ. Sed illud murmur poſſet eos in deſperationem deijcere, niſi in Dei miſericordia ſperarent. Vnde bene ſequitur. *f* Ego autem.] Hoc dicit in perſona pœnitentium, de quibus loquebatur. *g* Cantabo fortitudinem tuam, qua potens es miſerari, quantuſcunque peccatoribus. Vnde in collecta dicitur. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerendo manifeſtas. *h* Et exultabo mane miſericordiam tuam,] quando mihi orietur Sol iuſtitiæ, & hic per gratiam, & in futuro per gloriam. *Iob.* 11. d. Cùm te conſumptum putaueris, orieris vt Lucifer, & habebis fiduciam propoſita tibi ſpe. Exultabo, dico. *l* Quia factus &c.] Hic tanguntur quatuor, ſcil. ſuſceptor, refugium, adiutor, ſuſceptor, Suſceptor eſt Dominus in Baptiſmo, Refugium, in pœnitentia. Adiutor, in triſtitia, ſ. in opere pœnitentiæ: & tandem ſuſceptor in gloria. Et bene dicit. *m* Refugium,] in die tribulationis, ſc. quando cor tribulatur per contritionem *Pſ.* 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, &c. *n* Adiutor meus] in iuſtitia facienda, & ego ero coadiutor. Quia tibi pſallam.] Quia tu es. *q* Deus ſuſceptor meus, qui me ſuſcipies in regno gloriæ tuæ. *Iob.* 14. Iterum veniam, & accipiam vos ad meipsũ: vt vbi ego ſũ, & vos ſitis. Et hoc poteris facere. Quia tu es. *r* Deus meus,] omnipotẽs & volẽs facere, quia tu es. *ſ* Miſericordia mea.] qui nõ vis mortẽ peccatoris; ſed magis vt cõuertatur, & viuat. *Ezec.* 18. g.

EXPOSITIO PSALM. LIX.

DEus repuliſti, &c.] Titulus. [*In finem pro his, qui commutabuntur in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam*, cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ] vel, [Syriam & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percuſſit Edom in valle Salinarum. 12. millia.] Titulus iſte tangit duas hiſtorias. Vnam quæ eſt 2. *Reg.* 10. & 1. *Paralipom.* 19. de Anon filio Naas Rege Ammonitarum, qui dehoneſtauit nuncios Dauid. Et videns quod iniuriam feciſſet Dauid timuit ſibi, & conduxit exercitũ de Meſopotamia & Syria & aliis locis, Contra quem miſit Dauid Ioab principem militiæ cum exercitu, qui deuicit eos. Tangit & aliam hiſtoriam quæ eſt. 2. *Reg.* 8. vbi dicitur, quod Dauid percuſſit Adadezer Regem Sobal, quæ eſt pars Syriæ. Et facta eſt Syria tributaria Dauid. Et cùm reuerteretur capta Syria, percuſſit de Edom. 12. millia in valle Salinarum. Sed quia in nulla hiſtoria legitur, quod Dauid conuerterit Ioab, nec quòd in prædictis vaſtationibus incendia aliqua fecerit, titulus mittit nos non ad hiſtoriam, ſed ad myſterium. In præcedenti Pſalmo egit de conuerſione Iudæorum & Gentium: hic autem oſtendit illam eſſe difficilem, quia cum magna difficultate eijcitur Diabolus, & difficilè fiunt carnales homines ſpirituales: & etiam per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum, Eſt ergo ſenſus tituli talis. Pſal. iſte dirigens nos, [in finem,] Chriſtum agit [pro his] id eſt, de his, [qui commutabuntur] de infidelitate ad fidem, de veteri vita in nouam. [in tituli inſcriptione,] ſuſcipientes tituli inſcriptionem [ipſi Dauid] i. Chriſto, id eſt, vt iam non ſibi viuant, ſed Chriſto, & hoc [in doctrinã] eius euntes. Sed hoc non poſſũt niſi Dominus corda eorũ illuminet & accendat. Vnde addit, quòd hoc factũ eſt,] cùm ſuccendit] Dominus igne charitatis, de quo *Luc.* 12. f. Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi, vt accẽdatur [Meſopotamia

natur[Mesopotamia Syriæ]quæ interpretatur eleuata vocatio, & significat mundum eleuatum per vocationem Apostolorum[& Syriam]quæ interpretatur sublimis, & significat superbos, qui accensi charitate humiliati sunt. [Sobal[vana vetustas & significat inueteratos in peccato, qui succensi charitate renouati sunt.[Et conuertit Ioab]. qui interpretatur inimicus, & significat hominem peccatorem,qui inimicus est Dei,vel Diabolum, quem Dominus tunc conuertit in fugam. [Et percussit Edom] id est, terrenitatem, vt terreni homines cœlestes fierent conuersi ad perfectionem,quam prædicabant duodecim Apostoli.Vnde dicit[Duodecim millia in valle Salinarum] id est, in discreta humilitate,quæ est,videlicet, pro Deo, non pro terrenis.Vallis enim humilitatem,& Sal discretionem significat. Materia ergo huius Psalmi est ista commutatio. Intentio, est ostendere beatam esse tribulationem & amplectendam, per quam fit commutatio de culpa ad gratiam, de exilio ad patriam. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò,refert percussiones, quæ fiunt pro ista commutatione perficienda. Secundò, agit de liberatione ab istis,quam precatur & affirmat, *ibi* [Vt liberentur.] Dicit ergo Iustus conuersus ad Dominum.*a* Deus repulisti nos à te cum peccatores essemus.*Isa.*59.a.Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Vel, repulisti nos, à mundi delectationibus. Repulsus enim propriè dicitur puer,quando ablactatur & separatur ab vbere matris.Et tunc quando mater vult eum ablactare ab vbere,respergit summitatem vberis, quam ponit in ore pueri,aliqua amaritudine.Sic Dominus nos repellit ab vberibus mundi per appositionem amaritudinis, secundum quod dicit *Gregor.* Mundus iste dum tot calamitatibus pulsar, dum tot aduersitates ingeminat,quid aliud quam ne diligatur,clamat? Et illos,qui ad Dei disciplinam nolunt accedere, oportet ita repelli & ablactari à mundi illecebris. Vnde *Isa.* 28.c. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum?Ablactatos à lacte,auulsos ab vberibus.

Partitio Psalmi.

Nota Deum:
- Potentem.Vnde.[Repulisti.]
- Fortem.Vnde.[Destruxisti.]
- Zelotem.Vnde,[Iratus es.]
- Pium Vnde Misertus es.]
- Metuendum.Vnde [Comminuisti.]
- Medicum.Vnde.[Sanasti.]
- Magistrum.Vnde. Ostendisti,]
- Dispensatorem.Vnde.[Potasti nos.

Dicit ergo Deus repulisti nos..Et hac repulsione.

b Destruxisti nos]id est, vitia in nobis, vel nosipsos, quia malè eramus constructi pessimè ædificati.Et ideo,destruxisti,vt bene nos ædificares.*Ierem.*1.b.Dedi te super Gentes & regna, vt euellas & destruas, & disperdas,& dissipes,& ædifices, & plantes. 1.*Reg.*10.b. Mutaberis in virũ alterum.Super hunc versum dicit *Basilius.* Qui ædificat celsum superbiæ culmen, huic destructio remedio erit. Vnde pro summo beneficio suscipiendæ sunt infirmitates.quæ à Deo corporibus infliguntur per quas vel elatio destruitur animorum, vel carnis & sanguinis arrogantia edomatur. Et in hoc quod destruxisti]vt bene ædificares.

d Iratus es] cum essemus filij iræ.

e Et misertus es nobis] Deus enim non solum tunc cum nobis blanditur, nobis miseretur, imo cum irascitur flagellando, secundum quod dicitur in cantico *Abacuch* Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis *Ps.*76.Nunquid obliuiscetur misereri Deus,aut continebit in ira sua misericordias suas? Propter temperamentum misericordiæ sustineri potest, & debet duritia iræ.*Mich.*7. b. Iram Domini portabo. quia peccaui ei. Et notandum est hic, quod Dominus repellit à quinque.

Dñs repellit:
- A Deitate superbos, vt Diabolum, *Isaia* 14.d.Et Adam *Gen.*3.d.
- A veritate studiosos scrutatores *Prouerbiorum vigesimo quinto* d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria. *Psalmo sexagesimo tertio.* Accedat homo ad cor altum & exaltabitur Deus, id est, elongabitur ab eo 2. *Timotheor. tertio* b. Semper discentes,& nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.
- A dignitate & redditibus ambitiosos, ingerentes se in patrimoniũ Christi,sicut Chore,Dathan,& Abiron,*Num.* 16. e.
- A Sacerdotio otiosos, qui nolunt laborare, vt sciant legem Dei. *Osea quarto* b. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.
- A merito hypocritas. *Threnor. secundo* c. Repulit Dominus altare suum, male-

dixit sanctificationi suæ. Hypocritæ sunt sicut altare Dei, quia sunt exterius nitidi, & intus vacui. Postea ostendit ordinem conuersionis. Primò enim incutitur hominibus timor. Vnde dicit.

Ordo conuersionis peccatorum.

e Commouisti terram]id est,corda nostra terrena timore

& conuertit Ioab,& percussit Edõ in valle Salinarum xij. millia.

PSALM. LIX.

a Deus repulisti nos, & *b* destruxisti nos: *c* iratus es & *d* misertus es † nobis. *e* Commouisti terram & *f* conturbasti eam: *g* sana *h* contritiones eius, quia † *i* commota est. *k* Ostendisti † populo tuo dura: *l* potasti nos vino † compunctionis.

al. † nostri.
al. † mota.
al † plebi tuæ.
al. † stimulationis.

concussisti per minas tuas, *Psal.* 76. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ,commota est & contremuit terra. Et alibi illuxerunt fulgura eius orbi terræ:vidit & commota est terra. Coruscationes & fulgura Dei, sunt eius comminationes,quibus auditis contremiscit terra cordium nostrorum. Propter hoc incipit Ioannes

*Psal.*96.

prædicationem suam à comminationibus. *Matth.* 3. b. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? vt scilicet, timorem incuteret, quod est principium conuertendi ad Deum. *Psal.* 110. Initium sapientiæ timor Domini. Et *Eccl* 1.c. Qui sine timore est, non poterit iustificari. Et nota, quod non dicit mouisti, sed[commouisti,] quia homo per se non potest mouere: nec Deus vult sine homine.*Rom.*9.c.Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et *Ieron.* dicit de filio prodigo. Nec quidem bonam voluntatem reuertendi habuisset, nisi prius pater in occulto eam inspirasset.Secundò post timorem incutitur dolor de peccatis. Vnde addit.

f Et conturbasti eam.] *Psal.* 142. Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Et bene post timorem sequitur dolor, quia timor generat eum. Vnde *Ioann.* 5. a. Angelus Domini descendebat in Piscinam, & mouebatur aqua. Angelus Domini est comminatio eius, quæ nunciat homini, quod dignus est morte. Et tunc mouetur aqua compunctionis, & prodeunt lacrymæ contritionis. Et dicitur *ibi in Ioanne*,quod qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ sanus fiebat, à quacunque detinebatur infirmitate. Ex contritione enim sequitur sanitas spiritualis. Vnde petit hic & allegat subiungens.

g Sana] ô Domine.

h Contritiones eius]id est, vulnera peccatorum, de quibus conteritur. Et hoc.

i Quia commota est] quasi dicat, Angelus descendit in Piscinam, & mouit aquam. Ergo sana eam.*Psal.*146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Et ostendit, per quid commota est, scilicet per disciplinam. Hæc est Angelus Domini nuncians nobis vtilia. *Psal.* 17. Disciplina tua ipsa me docebit. Est autem duplex disciplina, verborum & verberum. Dicit.

k Ostendi populo]iam tuo dura,s.in sacra Scriptura, vbi ostendit Dominus dura,quæ oportet hominem facere,ad hoc,quod perueniat ad regnum.De quibus *Act.*14.d.Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.*Ps.*16.Propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras. Item ibi ostenduntur dura, quæ passi sunt Sancti pro Christo. Vnde dicit † *Greg.* Per Passiones Sanctorum intelligo, quid illi passuri sunt quos Deus reprobat, si sic punit illos, quos amat. *Luc.* 23. e. Si hæc in viridi ligno faciunt, in arido quid fiet? Item ibi ostenduntur illa dura, quæ sustinebunt mali. Vnde *Ezech.* 2.d.in libro, qui ostensus est Ezechieli scriptæ erãt lamentationes & carmen & væ. Diabolus autem ostendit populo suo mollia & occultat dura; sed Christus è conuerso Scorpionis enim modum & naturam habet Diabolus & peccatum. Facie blanditur, & cauda pungit & venenat.*Luc.*11.b.Si petierit ouum nunquid porriget illi scorpionem? Sic facit ille pater Amorrheus, de quo *Ezech.* 16.a.Sequitur de disciplina verberum, quæ duplicia sunt, scilicet,propria & aliena. De propriis dicit.

al. † Bern.

l Potasti nos vino compunctionis,] id est, amaritudinibus & tribulationibus. *Ierem.* 25. d. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propina cunctis Gentibus,ad quas ego mittam te. *Ieremiæ* 49. c. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem: bibentes bibent,& tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens, bibes. In hoc, quod dicit. [Vino,] notatur dulcedo. In hoc, quod dicit, [compunctionis] notatur amaritudo. Et iunguntur simul: quia Dominus non dat hic

non dat hic vinum eorum sine altero. *Prouerb.* 14. b. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. *Psalm.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Greg.* Mirabili dispensatione, dum exterius affligit: interius reficit. Sed multi nolunt bibere hoc vinum propter amaritudinē, quam inueniunt exterius. Sed nisi bibant de amaro, nunquam bibent de dulci. *Matt.* 20. c. Nescitis, quid petatis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? De hoc satis bonum verbum & exemplum dat *Boët. in lib. de Consolatione*, dicens quod in Palatio Iouiniani erant duo dolia. Vnum de optimo vino, & aliud de amarissimo. Et quicunque volebat de bono bibere, oportebat, quod prius biberet de amaro. Diabolus quosdam potat de vino hæresis. *Apoc.* 17. a. Inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius: quosdam de vino luxuriæ. *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Quosdam de vino inuidiæ. *Deut.* 32. c. Fel draconum vinum eorum. Est autem multiplex vinum, scilic.

al. † *me.*

Boëtius lib. 2. de Consolat. Prosa 2.

a Dedisti metuentibus te significationem, vt *b* fugiant a facie arcus. Vt *c* liberentur *d* dilecti tui, *e* saluum † fac *f* dextera tua & *g* exaudi me. *h* Deus locutus est in sācto suo, *i* lætabor &

Vinum
- Erroris *Isa.* 19. c. Errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut erat ebrius.
- Malæ obliuionis. *Isa.* 28. b. Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.
- Bonæ obliuionis. *Prou.* 31. a. Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui sunt amaro animo.
- Correctionis. *Luc.* 10. f. Infundens oleum & vinum.
- Libidinis. *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et *Prou.* 20. a. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas.
- Compunctionis vt hic. Et *Isa.* 41. f. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius.
- Æternæ iucunditatis. *Matt.* 26. c. Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei.

De verberibus autem aliorum dicit.

a Dedisti metuentibus te significationem] id est, alios verberando insinuasti eis.

b Vt fugiant à facie arcus] id est, ab ira iusti iudicij. Sicut enim aliquando verberatur catulus coram Leone, vt leo castigetur & timeat: sic Dominus aliquando alios verberat coram nobis, vt nos timeamus. *Prouerbior. vigesimo primo* b. Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. Et dicisti. [Dedisti] quia hoc magnum donum Dei est. Vel, [significationem] vocat ipsas Sanctorum tribulationes, quas Deus dat eis in præsenti, vt à futuris liberentur. Et ideo congruè dicit, [dedisti,] quia hoc magnum est donum Dei. Vnde *Gregor.* Sancti super se temporalem pœnam lucrum putant, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Vel, [significationem, appellare possumus crucem & carnis mortificationem, quam dat Deus metuentibus se. *Eccles. primo* d. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ. Et quis est thesaurus? Solutio. *Isaia cap. trigesimo tertio* a. Timor Domini, ipse est thesaurus eius. In thesauro ergo sapientiæ est significatio disciplinæ: quia qui timet Deum, faciet bona. *Ecclesiastici. decimo quinto* a. Et *Galat. quinto* d. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Hanc significationem ostendit Apostolus sibi dari, dicens. *Galat. sexto* d. Stigmata Domini Iesu Christi in corpore meo porto. Et hanc significationem crucis, scilicet, & tribulationum & mortificationis carnis dat illis Deus, vt fugiant à facie arcus, [id est, à vindicta iudicij. *Ezech. nono* c. Omnem, super quem videritis, Tau, ne occidatis. Et dicitur iudicium siue vindicta Dei arcus: quia sicut arcus quantò magis tenditur, vel intensatur, tanto grauius percutit. Sic vltio iudicij, quantò amplius prolongatur, tantò grauius condemnabit impœnitentes. *Roman. secundo* a. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Et nota, quod arcus dicitur tripliciter in sacra Scriptura, præter istum modum.

Arcus dicitur
- Christus passus. In iride enim est & aqueus color & igneus: Christus autem in Passione ostēdit & aqueum & igneum colorem, quia, vt habetur *Ioan.* 19. f. De latere eius exiuit sanguis & aqua. *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus & rubicundus. De hoc arcu *Gen.* 48. d. Do tibi partem extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. Sic noster verus Iacob Christus dabit nobis partem vnam, scil. carnis glorificationem extra fratres nostros, id est, Angelos, quam ipse tulit in gladio prædicationis & in arcu Passionis.
- Sacra Scriptura. *Gen.* 9. b. Arcum meum ponam in nubibus, id est, Scripturam in Sanctis. *Iob* 29. d. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Vbi dicit *Greg.* Arcus in manu instauratur, dum quicquid ex sacro eloquio stridendo acquiritur, operando impletur. 1. *Paralip.* 12. a. Egregij pugnatores tendentes arcum.
- Bonus Prælatus. *Ecclesiast.* 43. b. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. *Apocalips.* 4. a. Iris erat in circuitu sedis. Iste arcus debet esse bicolor, scil. aqueus lacryma compassionis, & igneus zelo charitatis. Et nota, quod iris nunquam apparet in plaga Meridionali; sed tantum in Orientali & Occidentali, quoad neophytos nutriendos in Occidentali, quoad labentes sustentandos: in Septentrionali, quoad lapsos releuandos. Rarò autem in Meridionali, id est, apud viros perfectos qui nullo indigent. *Matt.* 9. b. Non egent, qui sani sunt Medico.

c Vt liberentur.] Secunda pars. Superius ostendit, quomodo suos erudit Dominus per disciplinam verborum & verberum. Hic autem ostendit, quare hoc facit, scilicet, vt liberet eos. Vnde gratiores debent esse tribulationes, quæ hominem liberant. De liberatione ergo hic agit precans pro ea & affirmans eam. Vnde dicit. [Vt liberentur dilecti tui.] *Iudith. duodecimo* b. Orauit Iudith Dominum Israël, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. [Vt liberentur] à seruitute Diaboli in præsenti. *Ioann. octauo* e. Qui facit peccatum, seruus est peccati. De liberatione habetur *in eodem Capitulo.* Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. 2. *Corinthiorum tertio* d. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Item, [Vt liberentur] ab omni pœna & miseria in futuro. *Romanorum octauo* d. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Secunda pars.*

d Dilecti.] *Ioann. decimo quinto* b. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Hæc autem orat, vt eueniat, dicens.

e Saluum fac] id est, salua perditos.

f Dextera tua] scilicet, faciendo eos dexteros, qui modo sinistri sunt. Sinistri sunt, qui temporalia amant, & quærunt. Dexteri, qui æterna. *Prouerbiorum tertio.* Longitudo dierum in dextera eius, in sinistra autem eius diuitiæ & gloria. Vel sic [Saluum fac] scilicet, me [in dextera tua, quando statues oues à dexteris hœdos autem à sinistris, scilicet, in die iudicij, vt habetur *Matt.* 25. c.

g Et exaudi me,] quasi dicat: dignum est, vt audias me: quia non peto temporalia, sed æterna. *Ioann. decimo quinto* e. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Temporalia autem non sunt quid substantiale, sed accidentia. Vnde *Matth. sexto* d. Hæc omnia adiicientur vobis. Quando autem ista petuntur, non est homo dignus, vt exaudiatur. Vnde 4. *Regum sexto.* f. cum mulier petiit dicens. Salua me, Domine, mi Rex. Respondit ei. Non te saluet Dominus quia, scilicet, vidit, quod petebat salutem temporalem. Vnde addidit, dicens: Vnde te saluare possum? De area, an de torculari? Et probat, quod Deus saluum faciet, & exaudiet, quia promisit: Vnde sequitur.

h Deus] Pater, [locutus est in Sancto suo;] id est, in filio, qui antonomasticè dicitur Sanctus. *Daniel. nono* f. Vngatur Sanctus Sanctorum. *Hebræorum primo* a. Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Qui, scilicet, promisit *Matt. vigesimo quinto* c. quod ponet agnos à dextris, &c. Et illud *Ioann. decimo sexto* c. Si quid petieritis, &c.] Et ita prædicta duo promisit; & inde sequitur lætitia: Vnde addit.

i Lætabor. *Psalmo centesimo vigesimo primo* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Et quia hæc non habentur, nisi homo laboret

in hac vita

in hac vita, sicut dicit *Aug*. Cum audis Deum requieuisse post opera, frustra speras requiem, nisi post laborem deo de labore addit. *a* Et partibor Sichimam.] Sichim interpretatur humerosa, vel laboriosa. Partitur ergo Sichima n qui diuersimodè laborat, modo in actiua, modo in contemplatiua, sicut dicitur in *Ps*.41. In die mādauit Dñs misericordiā suā, id est, opera misericordiæ præcepit

Al. † diuidam.
Al. † dimetiar.

† *a* partibor sichimā, & *b* cōuallem tabernaculorum † metibor. *c* Meus est Galaad, & *d* meus

fieri de die, ad literam, & nocte canticum eius, sc. laudis & contemplationis. De hac Sichima, i. de labore *Genes*. 39 c. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona; & terram, quod optima: & supposuit humerum suum ad portandum. Sed quia omnia cito amittuntur, nisi sub custodia humilitatis restringatur, ideo de humilitate sequitur, cum dicit. *b* Et conuallem, &c. Conuallis dicitur, vbi est duplex vallis, in quo notatur duplex humilitas, s. interior, & exterior. Quidam enim prætendunt humiliatem exterius, quam non habent interius. *Eccl*. 19.d. Est, qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Sed vera humilitas est in corde radicata, & in corpore manifesta, *Matth*.11. d. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. De his vallibus dicitur in *Ps*.64. Valles abundabunt frumento. *Prou*.11.a. Vbi humilitas, ibi sapientia Ecce frumentum in vallibus. Et bene dicit. Conuallem tabernaculorum, Tabernacula enim sunt militantium, & illi humiliari debent, qui adhuc sunt in militia, quia adhuc nondum certi sunt de victoria. Vnde dicit *Bern*. Non glorietur accinctus æquè, vt discinctus. Conuallis ergo tabernaculorum est humilitas Sanctorum qui Deo militant: quam metiri debemus nos ei conformando & eam imitando. Vnde *Greg*. † Ecclesia, facta narrat virorum fortium, vt ad similia corda prouocet infirmorum. *Iob*.5. a. Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Voca, scil. reduc ad memoriam, si est in numero Sanctorum, qui tibi respondeat æqualitate vitæ, & ad aliquem Sanctorum conuertere, per imitationem. Post hæc, & ex his sequitur communio omnium bonorum, quæ fiunt in Ecclesia. Vnde addit. *c* Meus est Galaad.] Vox est viri iusti. Galaad interpretatur aceruus testimonij: & significat sanctam Ecclesiam vallatam multis testibus. Et hoc est viri iusti, secundum quod quod dicit Apost. 1 *Cor*.3.d. Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. Et quia in Ecclesia sunt duæ vitæ, s. actiua & contemplatiua, & bona Ecclesiæ vel in actiua, vel in contemplatiua, quasi subdiuidens, de vtraque subiungit. Vnde dicit. *d* Et meus &c.] id est, mea sunt bona vitæ contemplatiuæ, vbi homo obliuiscitur terrenorum. Manasses enim obliuio interpretatur. *Phil*. 3. c. posteriorū oblitus ad anteriora me extendo. *e* Et Ephraim, &c.] i. bona actiuorum, qui per Ephraim designantur, eo quod fructum faciant in aliis, corroborant mentem meam: Caput enim dicitur mens. Vel fortitudo sunt capitis mei, i. Christi, quia ipsum faciunt mihi fortius mulierem. Vel per Galaad significantur Martyres. Martyr enim idem est, quod testis. Vnde Martyribus dicit Dominus. *Is*. 44 b. Vos estis testes mei. De his dicit *Iob* 10. d. Instauras testes tuos contra me. Dominus enim istos testes contra nos instaurat: quia cum tot & tanta passi fuerint, & nos nihil pati velimus, ipsi eorum comparatio nos accusat. Per Manassen intelliguntur Confessores, qui omnia, quæ mundi sunt obliuiscentes soli Deo vacare studebant. Vnde *in Vitis Patrum* legitur de quodam, qui oblitus fuerat comedere: & cum discipulus eius hortaretur, vt comederet, respondit: Si non comedimus, comedamus. Per Ephraim intelliguntur Virgines, quæ quanto fructum carnalem facere renuunt, tanto magis in fructibus spiritualibus proficiunt. Vnde *Isa*.56.b. Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus. *Isa*.54.a. Lætare sterilis, quæ non paris: quia multi filij desertæ, quam eius quæ habet virum. Aliquando autem contingit, quod aliquis multa bona habet: sed quia sub malo dominio est, parum valet ei, quicquid habet. Ideo de bono dominio subiungit *f* Iuda] i. Christus de Tribu Iuda natus secundum carnem *g* Rex meus,] qui me regit. *Psal*. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Et ita me regit, quod etiam mala, qua mihi inferuntur, ad bonum meum conuertit. *Rom*. 8. e. Omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti. Hoc est, quod sequitur.
h Moab olla, &c.] Moab interpretatur ex patre: & significa: malos, quibus dicit Dominus *Ioan*. 8. scil. Vos ex patre Diabolo estis. Isti sunt olla, quia contra Sanctos bulliunt, inferentes eis tribulationes ollæ feruenti comparabiles. *Iob* 41.d. dicitur de Diabolo. Ferueścere faciet quasi ollam profundum mare. Et si quid humoris peccati est in Sanctis, per hanc ollam consumitur & desiccatur, & ipsi Sancti ibi decocti, Domino sapidi efficiuntur,

De vera & falsa humilitate.
Al. † Scriptura.
Per Galaad significantur Martyres.
Per Manassē Confessores.
Per Ephraim Virgines.
Per ollam mali significantur.

est Manasses, & † *e* Ephraim fortitudo capitis mei, *f* Iuda *g* rex meus, *h* Moab olla spei meæ.

al. † Ephré.

sicut carnes in olla. Et hæc olla est accensio, siue inflammatio [spei meæ,] quia sicut dicit *Gregor*. Tantò spes in Deo solidior surgit, quantò quis grauiora pro eo sustinuit. *Rom*.5.a. Tribulatio patientiam operatur, patientia verò spem. Sed ad hoc, quod hæc olla vtilis sit & bene reficiat hominem, necesse est, quod imponatur farina charitatis, Antequam enim hæc farina apponatur, est mors in olla per impatientiam, aut odium, aut desperationem. Vnde 4. *Reg*.4.g. dicitur, quod Elisæus præcepit vni de pueris suis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis Prophetarum. Et ille egressus & inueniens vitem Siluestrem, collegit coloquintidas agri, & reuersus conscidit in ollam pulmentum, de quo cum gustassent, exclamauerunt: mors in olla: mors in olla, vir Dei: & non potuerunt comedere. Et ille fecit farinam mitti in ollam: & non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vel sic. *f* Iuda Rex meus, id est, confessio. Iudas enim interpretatur confessio. Spiritus enim ordinare debet exercitum suum contra Diabolum. In quo exercitu Iudas, id est, confessio debet esse Rex, secundum quod dixit Mathatias 1. *Machab*. 2. g. Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua sit vobis Princeps militiæ: & ipse aget bellum populi. Item *Iud*.1.a. Consuluerunt filij Israël Dominum dicentes Quis ascendet ante nos contra Chananæum: & erit Dux belli? Dixitque Dominus. Iudas ascendet, ecce dedi terram in manu eius. Iudæ autem, id est, confessioni attribuitur regnandi dignitas: quia cum peccator fiducialiter confitetur, & abiecta verecundia, peccata enormia aggreditur, reliquus exercitus spiritu fortiter animatur, & sub tali Principe hostes viriliter conculcat. Sed si Iudas tepidè agit, totus exercitus infirmatur. Vnde 1. *Machab*.9.b. dicitur: Iudas cecidit & cæteri fugerunt. Et *in eodem* 5.e dixit Timotheus. Cum appropiauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, si autem timuerit transire, transfieremus ad eos. Torrens est motus animi fluctuantis, quando, scilicet, peccator & confiteri appetit pro salute, & confiteri erubescit pro peccatorum enormitate, & Iudas non transit torrentem, quando præ erubescentia omittit huiusmodi fluctuationem calcare, tunc aduersarius præualet. Si verò Iudas audacter transierit, aduersarium perimit. Et posset timere aliquis, quod non posset inuenire misericordiam, etiam si confiteretur peccata, & faceret pœnitentiam. Contra quod dicit.
h Moab olla spei meæ,] id est, magni peccatores, qui veniam habuerunt mihi præstant fiduciam. Et posset esse thema de Beata Magdalena, quæ fuit olla Moab. Moab enim interpretatur aqua paterna Et ipsa quandoque fecunda est aquas impudicitiæ. Et erat olla intus ardens, & extra sordens. *Osee septimo* a. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Sed ipsa de olla facta est phiala, secundum quod de ipsa canat *Ecclesia*:

Aliter.
De virtute confessionis.
Thema de B. Magdalena, quæ fuit olla Moab, & olla spei.

Post fluxa carnis scandala,
Fit ex lebete phiala.
In vas translata gloriæ.
De vase contumeliæ.

Vnde *Zacharias decimo quarto* d. Erunt lebetes in domo Domini, quasi phialæ coram altari. Hæc est mutatio dextræ Excelsi. Vnde bene intitulatur Psalmus iste pro his, qui commutabuntur. Et dicitur [olla spei: quia sicut in decoquitur & præparatur cibus, qui reficit: ita Magdalena, & aliis talibus magna spes præparatur peccatori. Vnde *Osea secundo* c. Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem. Per vallem, ad quam confluunt sordes, significatur sentina peccatorum: per Achor, qui interpretatur turbatio, significatur contritio cordis & pœnitentia: quæ quando prædictæ valli superuenit, sordes, quæ confluxerant, abluit. Ex quo ergo talem Regem habet vir iustus, scilicet, Christum, secundum primam lecturam: vel confessionem, secundum aliam, nihil ei timendum est, sed contemnere debet mundum & Diabolum: Vnde bene sequitur.

In *a* Idumæam extendam calceamentum meum: mihi † *b* alienigenæ subditi sunt. *c* Quis deducet me *d* in ciuitatem † munitam? *e* quis deducet me vsque in Idumæam? *f* Nonne tu, Deus, *g* qui repulisti nos: & non *h* egredieris, Deus, in virtutibus nostris. *i* Da nobis auxilium de tribulatione, quia *k* vana salus hominis. In *l* Deo faciemus virtutem: & *m* ipse ad nihilum deducet † inimicos nostros.

In prologo Biblia c. 3.

al. † allophyli.

al. † circumstantiæ.

al. † tribulantes nos.

a In Idumæam. &c.] Idumæa interpretatur terrena; & significat mundum, in quem vir iustus extendit calceamentum calcando, & contemnendo ipsum. Calceamentum autem, quod fit de corio mortui animalis & munit pedes, significat memoriam mortis, quæ bene munit pedes, id est, affectus, ne ad obices, quos offert mundus, offendat: secundum quod dicit *Ieronymus*. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. Et hoc est superare mundum. *Iosue* 1. a. Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam. Quia illi soli sunt Domini mundi, qui illum contemnunt. Vnde addit *b* Mihi alienigenæ &c.] id est, illi de quibus prædictum est.] Moab olla spei meæ] scil. mali & persecutores, & etiam Dæmones: quia dũ nos infestant, nobis nolentes coronas fabricant. Vel secundum quod Rex dicitur Iuda, id est, confessio: per Idumæam intelligitur peccatum, in quod pœnitens extendit calceamentum, cum postquam confessus est, reluctatur contra peccatum, vt non dominetur peccatum in suo mortali corpore. *Rom.* 6. b. Et supplantat illud, secundum quod dicitur *Gen.* 4. a. Sub te erit appetitus eius, id est peccati: & tu dominaberis illius. Hoc est, quod hic sequitur. [Mihi alienigenæ] i. motus peccati à Diabolo suggerente geniti, [subditi sunt.] Calceamentum autem, quod munit pedes affectus contra peccatum, similiter potest dici memoria mortis, secundum illud *Eccl.* 7. d. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Vel [calceamentum] est exemplum Sanctorum. Vnde *Heb.* 12. a. Recogitate eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit à peccatoribus contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficientes: nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. Vel in persona Christi legitur. *a* In Idumæam &c. [Idumæa ad literam, terra est, in qua habitauit Esau, qui inde dicitur Edom: & significat mundum. [Calceamentum,] Christi est Euangelium, quia sicut calceamentum fit de corio mortui animalis: sic Euangelium de morte Christi, & munit pedes affectuum. Hoc calceamentum extendit in Idumæam: quia fecit prædicari Euangelium per totum mundũ, *Marc. vlt.* d. Ite prædicate Euangelium omni creaturæ. *Psalm.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ, &c. Item [Calceamentum] dicitur Christi humanitas: Vnde sic exponit hoc *Basilius*. Calceamentum Dei verbi, caro eius est, qua velut calceatus sermo Dei, hunc nostrum calceauit mundum. *Cant.* 7. a. Quam pulchri sunt in calceamentis gressus tui, filia Principis, id est, ô Ecclesia. Sed Synagoga est discalceata, quæ incarnationem non credit. *Deut.* 25. c. Vocabitur nomen illius in Israël, domus discalceati. De isto calceamento, *Ioan.* 1. d. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, Et tum propter prædicationem meam dicit Christus. *b* Mihi alienigenæ subditi sunt] sc. Gentes, licet indigenæ, i. e. Iudæi non sint subditi per fidem, *Osea* 2. d. Dicam non populo meo: populus meus es tu: & ipse mihi: Deus meus es tu.

De Christo.

Calceamentum:
- Humanitas Christi. *Ioan.* 1. d. Non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.
- Passio Christi. *Psalm.* 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine.
- Euangelium. *Ephes.* 6. c. Calceati pedes in præparationem Euangelij.
- Exempla Sanctorum Patrum. *Exod.* 12. b. Calceamenta habebitis in pedibus.
- Opera mortalia. *Exod.* 3. b. Solue calceamentum de pedibus tuis. *Iosue* 5. d. Solue calceamentum, &c.

Postea ostendit, per quod fit ista subiectio, sc. per prædicationem. Vnde dicit. *c* Quis deducet] sc. nomen meum. *d* In ciuitatem munitam] id est, in populum Gentilem, qui est ciuitas munita contra Deum, & vallata muro infidelitatis; de hac ciuitate *Osea* 11. c. Ego Deus, & non homo, in medio tui sanctus & ciuitatem non ingredior. *e* Quis deducet me &c.] id est, in Gentilitatem. Idumæa enim interpretatur rubea, vel terrena. Et Gentilitas fuit terrena per cupiditatem, rubea per crudelitatem, *Abdiæ* 1. a. Legatum misit ad Gentes: consurgamus aduersus Edom in prælium. [Quis] inquam [deducet me] dicit Christus, quasi dicat, nullus, nisi tu, Deus Pater. Vnde sequitur. *f* Nonne tu Deus, &c.] Sed melius competit secundum ea, quæ sequuntur, vt in persona viri iusti legatur. *c* Quis deducet me] q. d. Iustus: Dixi supra] In Idumæam extendam calceamentum meum,] id est, in mundum contemnendo ipsum. Sed cuius virtute hoc faciam? Non mea, sed tua, ô Domine. Hoc est, quod dicit. [Quis deducet me in ciuitatem munitam] id est, in mundum, qui est ciuitas munita contra Deum & contra viros iustos, vt postea dicetur. *e* Quis deducet, &c.] hæc est illa munita ciuitas, sc. mundus. Supra diximus, quare per Idumæam mundus significatur. [Quis] inquam, [deducet me in Idumæam, [vt eam contemnendo conculcem, nisi tu, Domine? Hoc est quod sequitur. *f* Nonne tu Deus] deduces me. *g* Qui repulisti nos] à mundi delectationibus, vt in primo versu huius Psalmi expositum est, quod Dominus repellit à lacte mundanæ dulcedinis, apponendo aliquid amarum, sicut tribulationem mundi: quia permittit Sanctos deprimi à mundo; sed tamen liberat eos dando patientiam, licet non auferendo pressuram. Hoc est, quod addit. *h* Et non egredieris, &c q. d. non ita exterius & apertè liberas, sicut solebas liberare filios Israël; sed interius dando patientiam. *Greg.* Tunc melius liberat, cum patientiam dat: *in cantico Abacuch.* 2. Ibi abscondita est fortitudo eius, sc. in Cruce, vbi victoriam habuit de Diabolo; sed abscondita fuit fortitudo eius, eo quod Passionem sustinebat. Similiter in passionibus Sanctorum.

De viro iusto.

Deus:
- Educit peccatores à culpa, *Isa.* 42. b. Dedi te in fœdus, &c.
- Ducit insipientes, *Isa.* 61. a. Spiritus Domini super me, &c.
- Deducit proficientes. *Sap.* 10. b. Iustum deduxit Dominus.
- Inducit peruenientes. *Exod.* 15. c. Introduces eos, &c.

Hæc autem interior fortitudo in duobus consistit, scilic. in patientia, & in contemptu temporalium rerum, vel subsidiorum. De patientia dicit. *i* Da nobis, &c.] i. vt ipsa tribulatio nobis sit auxilium, quod fit per patientiam. *Greg.* adiutrix virtutum, tribulatio est. De contemptu temporalium subdit. Quia *k* Vana salus &c.] sc. salus expectata ab homine. Vel vanum est expectare salutem ab homine, *Ps.* 143. Homo vanitati similis factus est. Est enim quasi phantasma: modo enim apparet magnum quid, & postea non inuenitur. *Iac.* 4. d. Quæ est vita vestra? Vapor ad modicum parens: & deinceps exterminabitur. Sic est vana salus hominis; Sed non salus Dei: quia *l* In Deo. &c.] i. virtuosam victoriam. *Ps.* 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ideo dicit in Deo non in homine. 1. *Mach.* 4. b. non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Et bene [in Deo faciemus virtutem, [quia ipse facit virtutem in nobis. *Col.* 1. d. Laboro certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute. Hoc est, quod sequitur. *m* Et ipse, &c.] sc. Diabolum, & malos homines. *Malach. vlt.* a. Erunt sicut cinis sub planta pedum vestrorum. *Rom. vlt.* c. Deus conteret Sathanam sub pedibus vestris. Hoc fit, quando homo fortiter resistit tentationibus: & quando viriliter cum patientia sustinet tribulationes. Hic notandum, quod supra dixit, ciuitatem munitam esse mundum. Et sunt multa pertinentia ad munitionem huius ciuitatis.

Videlicet:
- Muri.
- Fossatum.
- Turres.
- Propugnacula.
- Scuta.
- Galea.
- Sagittæ.
- Arcus.
- Iacula.
- Vexilla.
- Loricæ.
- Habitatores.

Habet enim murum diuitiarũ. Vnde *Nah.* 3. b. Aquæ muri eius, i. diuitiæ, quæ fluũt, & refluũt sicut *Ps.* 54. Super muros eius iniquitas: quia frequenter diuitiæ aut iniquè acquiruntur; aut iniquè possidentur. Vnde vocatur mammona iniquitatis. *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Fossatum huius ciuitatis est auaritia, quod impleri non potest. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Turres sunt dignitates & honores huius mundi. *Isa.* 30. f. In die interfectionis multorum cum ceciderint turres, erit lux Lunæ sicut lux Solis, id est, in die iudicij, quando cadent honores & dignitates: quia sicut dicitur *Isaia* 2. c. Incuruabitur altitudo virorum, & exaltabitur Dominus solus in die illa. Tunc lux Lunæ, id est, Ecclesiæ militantis erit sicut lux Solis. id

lis, id est, Ecclesiæ triumphantis: quia tunc adueniet regnũ Dei, i. regnum militantis Ecclesiæ veniet ad regnũ triũphantis. Propugnacula, sunt scientiæ sæculares. *Iud.* 9. g. Erat turris excelsa in medio ciuitatis, id est, dignitas in medio mundi. Et paulo post dicit. Et super turris tectum stantes erant per propugnacula, id est, per scientias sæculares. Per has enim stant multi in turre dignitatis. Scuta sunt excusationes. *Iob* 41. a. Corpus eius, quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus; vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem intercedit per eas. Galea, est vana spes de satisfactione & venia *Eccl.* 5.

al. † angeretur.

In finem, in hymnis. Psal. David.

PSALM. LX.

a EXaudi, Deus, deprecationem meam; b intende orationi meæ. A c finibus terræ ad te clamaui, d dum † anxiaretur cor meum: in e petra f exaltasti me. g Deduxisti me, h quia factus es spes mea:

b. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Et *in eod.* Ne adicias peccatum super peccatum: & dicas, miseratio Dei magna est, peccatorum meorum miserebitur. Sagittæ, sunt detractiones. *Ier.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum. Arcus est prauum iudicium. *Osee* 7. d. Facti sunt, quasi arcus dolosus, cadent in gladio Arcus dolosus est, qui primo Dominum suum vulnerat, hoc est iudicium prauum, quia sicut dicitur *Rom.* 2. a. In quo iudicas alterum teipsum condemnas. Iacula, sunt verba adulationis. *Psalm.* 54. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Vexilla, sunt praua exempla. *Sap.* 2. b. Nemo expers sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Loricæ, sunt delectationes sibi connexæ. *Eccl.* 43. c. Induet se quasi lorica aqui, id est, delectationibus, quæ terminum habent mare amaritudinis æternæ. Habitatores huius ciuitatis determinantur. *Ezech.* 28. Persæ & Lydij, & Libies erant in exercitu tuo viri bellatores tui. Persæ interpretantur latera sua diffluentes: & significant superbos, qui non possunt habere latera, id est, aliquos pares, quos ipsi non diffluant, & dilanient: quia volunt eos sibi subijcere. Lydij interpretantur nati, vel generati, & significant luxuriosos, qui semper student generationi. Libyes interpretatur introiens, & significat cupidos, qui semper sunt in introitu, dumque suim sedare cupit sitis altera creuit. Hi sunt ergo habitatores huius ciuitatis, de quibus dicitur, 1. *Ioan.* 2. c. Omne, quod est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ.

EXPOSITIO PSALM. LX.

EXaudi, Deus, &c.) Titulus. *In finem, &c.*] In præcedenti Psalmo egit de fructu tribulationis; hic autem licet in tribulatione positus sit iustus, vel Ecclesia, laudat Deum, & de exaltatione sua, & de triumpho, quem habet in agonia tribulationis, gratias agit. Vnde sensus tituli talis est. [Psalmus] iste dirigens nos [in finem] Christum, [in hymnis] id est, in laudibus exhibitis, [David] id est, Christo. Intendit autem alios monere ad laudem Dei. Bipartitus est Psalmus. Primò inter tribulationes positus Iustus, vel Ecclesia orat, & se perseueraturum dicit. Secundò se auditum esse indicat, & laudes promittit, *ibi*: [Quoniam tu Deus meus.] Dicit ergo Iustus.

Partitio Psalmi.

a Exaudi, Deus, &c.] pro malis amouendis.

b Intende orationi meæ] de bonis adipiscendis. Et nota, exaudire dicitur auribus; intendere autem oculis. Vox enim auditur aure; opus autem videtur oculis. Et hæc duo necessaria sunt ei, qui vult à Domino exaudiri, non tantum oret voce; sed & opere. Non enim cessat orare, qui non cessat benefacere. Et ideo postquam dixit [exaudi] addit [intende] quasi dicat, audi vocem, & aspice ad opera. Item per hoc, quod dicit, [deprecationem] notat orationem suam esse assiduam, vt hæc præpositio, de, notet extensionem: Præpositio enim quandoque implet, quandoque mutat, quandoque auget, quandoque minuit. *Iac. vlt.* d. Multum valet deprecatio Iusti assidua. Item notat eam esse puram, cum dicit] Intende orationi meæ.] Oratio enim est ad Deum tantum; deprecatio autem quandoque fit ad hominem. Et illa oratio dicitur pura, quæ ad Deum solum est. Postea ostendit orationem suam generalem esse cum dicit.

c A finibus, &c.] Iustus enim particeps est omnium orationum, quæ fiunt in Ecclesia. Vnde *in Psalm.* 118. Particeps ego sum omnium timentium te. Et ideo dicitur clamare ad Dominum. [A finibus terræ] id est, ab omni loco Ecclesiæ, quantumcunque sit remotus ab eo. Dicitur etiam Iustus deprecari contra insultus malorum hominum, orare contra insultus Diaboli. Item dicitur deprecari miserias aliorum, clamare contra infirmitates proprias. Ostendit etiam orationem suam esse directam, cum dicit, [ad te.] Et deuotam, cum dicit [clamaui.] Item necessariam, cũ addit.

d Dum anxiaretur cor meum,] tunc scilicet, clamaui. *Ps.* 3. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Item fidelem ostendit, cum dicit.

e In petra] existente, id est, in Christo per fidem.

f Exaltasti me] quasi dicat, perseuerabo, vel perseueraui in instantia orationis, donec exaltasti me super inimicos meos quoscunque, dando mihi victoriam de eis. Dico, quod [exaltasti me,] dando victoriam contra mala. Et plus fecisti. Quia. g Deduxisti me,] vt in bonis proficerem. Deduxisti, inquam, de virtute proficientem, id est, de operibus vnius virtutis in opera alterius virtutis. Et sic notat se non otiosum fuisse post victoriam. Non enim deducitur, qui iacet, vel dormit. *Sap.* 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. *Psalm.* 72. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Iste ducatus significatus fuit. *Num.* 33. per quadraginta duas mansiones, per quas deduxit Dominus filios Israël. *Psalm.* 79. Dux itineris fuisti in conspectu eius. Mundus autem non ducit suos per vias rectas; sed per labyrinthum, quia in circuitu impij ambulant.

h Quia factus est spes mea] quasi dicat tibi ducatum meum ascribo: quia non habeo in alium spem, nisi in te. Vel sic: Ideo deduxisti me,] quia in te sperani, quia si in alium haberem spem & confidentiam, tu me relinqueres, & non deduceres. *Psalmo* 36. Dominus amat iudicium, & non derelinquet Sanctos suos, in æternum conseruabuntur. [Sic] ergo [factus es spes mea] vt me in bono proficientẽ deducas. Sed quia semper insidiatur inimic⁹, secũdũ illud *Gen.* 3. c. Ipsa cõteret caput tuum: & tu insidia- A

Potest autem legi à principio in persona peccatoris pœnitentis & dicentis. a Exaudi, Deus, &c.] de peccatis dimittendis. b Intende orationi meæ] de gratia recuperanda.

In personam pœnitentis.

c A finibus, &c.] id est, longe à te factus per peccatum, *Ps.* 129. De profundis clamaui ad te, Domine. *Iona* 2. b. De ventre inferi ego clamaui, & exaudisti me.

d Dum anxiaretur cor meum.] Hoc est vnum & summum remedium, vt cum homo in anxietate animi est, clamet ad Dominum. *Iona* 2. a. Clamaui in tribulatione ad Dominum. Et *in eodem.* d. Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, & venit ad te oratio mea. *Iac. vlt.* c. Tristatur aliquis in vobis? oret: æquo animo est? Psallat. *Luc.* 22. c. Factus in agonia prolixius orabat. Vel potest iungi ei, quod sequitur.

e In petra exaltasti me,] id est, in ardua pœnitentia, quod fecisti, dum anxiaretur cor meum in contritione. *Psal.* 142. Anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Et dum homo multum anxiatur in contritione, tunc assumit duram pœnitentiam, quæ per petram significatur. Vnde *Prouerbiorum trigesimo.* d. Lepusculus plebs inualida, in petra collocat cubile suum. Lepusculus est, qui timens est pro peccatis suis. Talis collocat cubile suum, in petra pœnitentiæ. *Ieremiæ quadragesimo octauo.* d. Relinquite ciuitates, habitate in petra, habitatores Moab. Hoc significat petra, quam vnxit Iacob, *Genesis vigesimo sexto.* d. & erexit in titulum. Quia dulcis est proficientibus, & suauis, & signum victoriæ contra vitia.

g Deduxisti me] de vitio in virtutem, de culpa ad gratiam: quod magis proprie dicitur eductio, quam deductio, *Psalmus* 39. Eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis, & statuit supra petram pedes meos. Dicit autem, [deduxisti,] & non eduxisti, vt plus notet, quia postquam eduxit Dominus de peccato, deducit hominem faciendo eum proficere. Vnde *in Psalmo trigesimo nono.* post prædicta verba, scilicet. Et statuit supra petram pedes meos, adiungit: Et direxit gressus meos. In hoc autem, quod dicit, [deduxisti] innuit se esse cæcum, qui duce indiget vidente: alioquin si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Dicit ergo, [deduxisti me,] id est, ducem dedisti mihi rationem, Prælatum, Magistrum, *Psalmo septuagesimo nono.* Dux itineris fuisti in conspectu eius. *Deuteronom. octau.* a. Adduxit te Dominus quadraginta annis per desertum. Determinat autem, per quid homo educitur de peccato, scilicet, per spem veniæ Vnde addit.

Matt. 15. *b.*

h Quia factus, &c.] tripliciter, s. spes veniæ, spes gratiæ, spes gloriæ. Quia enim hoc sperat à Domino: ideo exire consentit, & appetit de peccato. Sed quia Pharao contept⁹ surgit in scandala

De Ecclesia, vel viro iusto.

A tuum & tu insidiaberis calcaneo eius. Ideo etiam [factus es] mihi. *a* Turris] ad defendendum. Non debilis, sed. *b* Fortitudinis] Et hoc. *c* A facie inimici] Diaboli, vel mali hominis. *Prou.* 18.b. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur, quasi dicat, non poterit ad eum attingere inimicus. Vnde Iob dicit *Greg.* In alto mentem fixerat: & ideo ad eum hostis irrumpere non valebat. Et quia, tu [factus es] mihi [turris fortitudinis.] non superabit me inimicus; sed ego. *d* Inhabitabo in tabernaculo tuo] id est in Ecclesia militante ero, & pugnabo contra inimicum. Vsque. *g*

a turris *b* fortitudinis à *c* facie inimici. † *d* Inhabitabo in *e* tabernaculo *f* tuo † in *g* sæcula: † *h* protegar in velamento alarum tuarum. *i* Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationẽ meam: *k* dedisti *l* hæreditatem *m* timentib⁹ *n* nomen tuum. *o* Dies super dies Regis adiicies: *p* annos eius vsq; in *q* diem † generationis & generationis. † *r* Permanet in æternũ in *f* cõspectu Dei

al. † inquilinus ero.
al. † vsque.
al. † cooperiat.
al. † sæculi & sæcula.
al. † Permanebit.

In sæcula] id est, vsquequo moriens intrem in sæcula sæculorum, id est, in sæcula sempiterna. Et hoc non fortitudine mea. Sed quia. *h* Protegar &c.] scilicet potentiæ tuæ, qua me potes protegere, & misericordiæ tuæ, qua idem vis facere. Hoc est, quod supra petiit. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt.

De pænitente.

* surgit in scandala, & Diabolus contra pœnitẽtes fortius insurgit, citò recideret homo in peccatum, nisi Dominus eum deduceret & regeret & protegeret contra insultus tentationum. Ideo bene addit. *a* Turris fortitudinis] supple, factus es mihi. *c* A facie inimici:] non dicit, à machinis, sed à facie: quia Diabolus plures decipit blanditiis, quam terroribus, quod tangitur infra, vbi dicitur. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dexteris tuis. Per dexteram, significatur prosperitas & arrisus: Per latus sinistrum, significatur aduersitas & persecutio. Vel ad literam. Facies inimici, est facies mulieris ornata, quam multi videntes capti sunt. Exemplum habetur de Dauid. 2. *Reg.* 11.a. qui vidit Bersabeæ & captus est in concupiscentia eius. Ideo dicitur *Eccles.* 9. b. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt.

d Inhabitabo] Hoc vt supra exponatur. Et propter hoc notandum, quod dicens. [Inhabitabo] reprehendit vagos. *Ier.* 14.b. Hæc dicit Dominus: populus, qui dilexit mouere pedes, & non quieuit, & Domino non placuit. *e* Et tabernaculo] militiæ, non in balneo contra otiosos. *Iob* 7. a. Militia est vita hominis super terram. *Gen.* 25.d. Iacob, vir simplex habitabat in tabernaculis. *f* Tuo] non inimici, vt Apostatæ. *g* In sæcula] non ad horam, vt mercenarij. *Ioan,* 8.e. Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.

h Protegar, &c.]vt supra expositum est. 23. *Matt.* d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. Pullos dicit, non vulpes, non miluos. *Deut.* 32. b. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super volitans. Dominus enim protegit & fouet nos alis suis, vt plumescamus virtutibus, & bonis operibus, & his volemus post ipsum ad cœlum. De huiusmodi pennis dicit *Aug.* Alia sarcina premit te; Christi sarcina te subleuat. Alia sarcina pondus habet; Christi sarcina pennas habet. Nam aui si pennas detrahas, onus tollis, & quo magis abstuleris, eo magis in terra remanebit.

Secunda pars.

i Quoniam tu Deus, &c.] Secunda pars, vbi ostendit se esse exauditum. Continuatio. [Inhabitabo] & protegar: quoniam tu, Deus, exaudisti orationem meam,] vt scilicet, non solum in præsenti me custodias: sed vt etiam futura bona mihi largiaris. Hoc est, quod sequitur.

k Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum, Domine. [Dedisti] id est, dabis. *Eccl.* b. Timenti Deum bene erit in extremis.

l Hæreditatem] illam, de qua *Deut.* 18. a. Dominus ipse est hæreditas eorum. *Isa.* 58. d. Cibabo te hæreditate Iacob patris tui. *Eccl.* 24. c. Hæreditas mea super mel & fauum. *m* Timentibus, Imò deberet dicere, diligentibus, secundum illud *Iob* 36 d. Annunciat de ea amico suo. Solut. loquitur de timore filiali, de quo *Eccl.* 25. b. Timor Dei initium dilectionis eius. Item *Eccl.* 40. d. Timor Domini sicut Paradisus benedictionis. *n* Nomen tuum] Nota, quod quædam nomina Dei sunt timenda & terribilia, sicut Iudex, iustus. *Ierem.* b. Hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus iustus noster, Quædam sunt amabilia, sicut Iesus, misericors. Prima ad iudicium pertinent: alia ad misericordiam,

Postea ostendit, quid illa hæreditate habebit. Primum est perpetuitas vitæ, quod notatur, cum dicit. *o* Dies super, &c.] Dies dicuntur omnes, qui se bene regunt. Istis addit Dominus, [dies] æternitatis, super dies, temporis. Sed quia dicit, quod breue videtur, scilicet dies, subdit, significans, æternitatem alio nomine, & est idem sensus.

p Annos eius supple, adiicies. Et facies durare.

q Vsque in diem, &c.] id est, vsque in diem, qui transcendet sæcula præsentis, & futuræ generationis. De quibus diebus, & annis. *Psalm.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Nota, quod dicit. [Dies super dies adiicies] non super noctes, quia Dominus non adiiciet dies æternitatis super noctes peccatorum. *Isa. vlt.* g. Erit Sabbatum ex Sabbato. Qui igitur in præsenti nullum habet diem, nullum habebit in futuro. Sed sicut pictor super album colorem superaddit aureum: ita Dominus super dies pœnitentiæ superaddit dies gloriæ, scilicet, cum homo se dealbauerit per pœnitentiam in sanguine agni. Dies pœnitentiæ breuis est, dies gloriæ longa est. Vnde eam vocat annum, subdens. [Annos, &c.] *Isa.* 63. a. Dies vltionis in corde meo, id est, dies pœnitentiæ, annus retributionis meæ venit, id est, annus gloriæ æternæ. *Ezech.* 4. b. Diem pro anno dedi tibi, pro anno æternæ gloriæ acquirendo. *Iob* 36. b. Complebunt dies suos in bono scilicet, in pœnitentia, & annos suos in gloria. Notandum autem, quod annus dicitur multipliciter.

Est annus
- Æternitatis increatæ. *Psalm.* 101. tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. In hoc anno est vna dies, de qua *Psalm.* 85. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. De hoc anno est fides.
- Æternitatis creatæ. Vnde *Psal.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Hic annus habet septem dies, scilicet, septem dotes. De hoc anno est spes.
- Gratiæ, vel benignitatis. *Psalm.* 64. Benedices coronæ anni benignitatis. tuæ. *Isa.* 61. a. Vt prædicarem annum placabilem Domino. Hic annus habet septem dies, scilicet septem dona Spiritus sancti. *Eccl.* 1. a. Dies sæculi quis dinumerauit? De hoc anno est charitas.
- Ecclesiasticæ vnitatis. Hic est annus iubilæus, de quo *Leuit.* 25. b. Huius sunt septem dies, scilicet, septem Sacramenta, *Exod.* 22. d. Septem diebus sit animal decimandum cum matre sua: octauo die reddes illum mihi. Animal decimandum, est electus glorificandus, qui debet restituere casum Angelorum: Hic debet esse cum matre sua Ecclesia 7. diebus nutriendus, scilicet 7. Sacramentis, & die 8. debet reddi Deo. De hoc anno est intellectus.
- Prædestinationis. *Iob* 3. a. Non computetur in diebus anni. Huius anni dies sunt electi, vel illi tres, de quibus *Ezech.* 14. f. Noe, Daniel, & Iob. Huic anno subseruit admiratio, videlicet, quare vnus prædestinetur & alter reprobetur. Vnde *Rom.* 11. d. exclamat Apostolus. O altitudo diuitiarum, &c.
- Sterilitatis, sc. tempore ante gratiam. *Luc.* 13. b.

Ecce tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Tres anni sunt tempus ante legem, sub lege. Et tamen ablata fuit lex, quando medium silentium tenuerunt omnia. *Sap.* 18. Huius anni dies sunt peccata, *Iob tertio.* a. Pereat dies, in qua natus sum. De hoc anno est timor. Quid autem sit dictu quod dicitur in hoc versu, scilicet, [Dies super dies dies Regis adiicies, annos eius, &c.] breuiter exponit, dicẽs. *r* Permanet in æternum, id est, permanebit, Ecce perpetuitas vitæ, quam assignauimus primum esse inter ea, quæ sunt in hæreditate cœli habenda. Secundum est aperta Dei visio: Vnde dicit. *f* In conspectu Dei] *Osea* 6. a. Viuemus in conspectu eius. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt. *Ioan.* 18. a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Tertium est omnium miseriarum amotio. Quartum est omnium promissorum solutio. De his duobus addit.

a Misericordiam

a Misericordiam, &c.) quasi dicat, non erit ibi miseria:& ideò nullus requiret misericordiam. Nec erit aliquod de promissis non solutum: & ideò nullus requiret veritatem eius.

b Sic] id est, cùm in illa hæreditate introductus ero.

a misericordiam & veritatem eius quis requiret? *b* Sic † *c* psalmũ dicam nomini tuo † in *d* sæculum sæculi: *e* vt *f* reddam vota mea de *g* die in diem.

In finem pro idithum: Psalm. Dauid.

P S A L M. LXI.

b NOnne Deo † subiecta erit anima mea: *i* ab ipso enim *k* Salutare meum. † *l* Nam & ipse Deus meus, & *m* Salutaris meus, † *n* susceptor meus: non *o* mouebor am-

al. † psallam. al. † Deus. al. † subiicietur. al. † Etenim. al. † adiutor.

c Psalmum, &c.] i. laudabo nomen tuum. *d* In sæculũ consecutiuum sæculi.] Sic, inquam, faciam illud in futuro. *e* Vt in præsenti. *f* Reddam vota mea] Baptismi & Religionis. Non semel vel ad horam; sed. *g* De die in diem] i. assiduè & cum perseuerantia, quasi dicat, per hoc veniã ad Deum laudãdũ in æternum: sic hic perseuerabo in seruitio eius, aliter non quia hoc est votũ quod est in baptismo vouet quilibet Christianus, *Eccl.* 5. a. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim Deo infidelis & stulta promissio. Infidelis dicitur promissio, quando à bono promisso resilitur. Stulta verò, quando malum promittitur, *Ezech.* 17. e. Qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Potest etiam aliter legi illud, quod dicit.

a Misericordiam, &c.] vsque in finem, quasi dicat, multi sunt qui requirunt misericordiam sibi fieri, & non veritatem; sed pauci, vel nulli requirunt simul misericordiam & veritatem. Vnde quasi admirans quærit. Misericordiam & veritatem eius simul, quis requirét, id est, petet? Vel, Quis requiret, id est, cogitabit & recogitabit apud se, quãta est Dei misericordia, & quãta est eius veritas? Quis enim requiret misericordiam, qua pro nobis tot & tanta sustinuit? Pauci aut nulli. *Isa.* 57. a. Iustus perit, & non est, qui recogitet in corde suo, *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Item quis requiret misericordiam, qua pro talibus illa sustinuit? *Rom.* 5. b. Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Item, quis requiret misericordiam, qua peccata dimittit? *Titum.* 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Item, quis requiret misericordiam, qua ipse confert gratiam? *Ezech.* 16. b. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo. Item; quis requiret misericordiam, qua expectat ad pœnitentiam? *Rom.* 2. a. Ignoras, quoniam misericordia Dei ad pœnitentẽ iam te adducit. Item, quis requiret misericordiam, qua peccantes reuocat? *Isa.* 30. e. Erunt aures tuæ audientes vocem post tergum monentis. Item, quis requiret misericordiam, qua pascit ingratos? *Matth.* 5. g. Solem suum oriri facit super bonos malos. Quis ergo omnes istas misericordias requiret? Pauci vero. *Osea* 13. b. Adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Item, Quis requiret veritatem, qua puniat vniuersaliter? *Eccl.* 12. d. De omni reatu, adducet Dominus in iudicium. Et *Matth.* 12. c. De omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicij. Item, quis requiret veritatem, qua tam strictè iudicabit? *Prou.* 6. d. Non acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Item. Quis requiret veritatem, qua tam grauiter puniet? *Isa.* 33. b. Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Item, quis requiret veritatem, qua tamdiu puniet, id est, sine fine. *Apocal.* 14. c. Fumus tormentorum eius ascendet in sæcula sæculorum. Loquitur de Babylone, id est, de mundo. *Isa.* 65. a. Iste fumus erit in furore meo, ignis ardens tota die. Quis ergo requiret misericordiam & veritatem eius?

b Sic] id est, si ita requiram.

c Psalmum dicam nomini tuo] id est, bona opera faciam ad honorem nominis tui.

d In sæculum sæculi] id est, quamdiu vixero in hoc sæculo.

e Et reddam vota mea de die in diem] sicut suprà expositum est.

E X P O S I T I O P S A L M. L X I.

NOnne Deo, &c.] Titulus. [*In finem pro idithum. Psalmus Dauid.*] In præcedenti psalmo egit de cœlesti hæreditate. Et dicit *Greg.* quod vilescunt temporalia, cùm considerantur æterna. Ideò in hoc Psalmo agit de transiliente spirituali, qui corda terrena transilit. De hoc est titulus. Idithum enim interpretatur transiliens eos, scilicet, mundanos, terrena amantes. Vnde sensus tituli talis est. Psalmus iste est [Dauid.] Prophetæ, habitus, pro [idithum.] id est, agens de transiliente, qui transilit [in finem] Christum, qui non in via remanet; sed vsque in finem transilit. Intentio patet, quia monet, vt contemptis temporalibus, ad æterna aspiremus. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò transiliens iste respondet inuidis volentibus decipere. Secundò seipsum hortatur subiici Deo. Et ad idem monet alios, *ibi*: Veruntamen Deo subiecta. Tertiò errantes increpat, monens in Deo non in caducis, & transitoriis confidere, *ibi*: Veruntamen vani. Transiliens ergo iste, id est, vir iustus, vel Ecclesia, id est, Clericus, aut Religiosus, videns, quod qui se transilit, defacili transilit cætera omnia. Se autem transilit homo per humilitatem, ab humilitate incipit, dicens. *Partitio Psalmi.*

b Nonne Deo subiecta erit anima mea?] quasi dicat, sic subiecta erit 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Deo, non auro, *Matth.* 6. d. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Nec & spiritui & carni. *Eccl.* 10. b. Vidi seruos ambulantes in equis, id est, carnem dominantem spiritui., *Genes.* 16. a. Agar contempsit Dominam suam. Item nec peccato, *Rom.* 6. b. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Anima mea, non dicit caro, quia vt dicitur *Gal.* 5. c. Caro concupiscit aduersùs spiritum, Et non vult Deo subiici: ideò dicitur *Luc.* 1. e. Magnificat anima mea Dominum. Subiecta erit Deo, vt discipula magistro. *Isa.* 50. b. Audiam quasi magistrum; id est, obediam Euangelio. *Rom.* 10. c. Non omnes obediunt Euangelio. Item, vt creatura Creatori. *Isa.* 45. b. Væ qui contradicit factori suo. Item, vt materia artifici, *Ier.* 18. a. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, dicit Dominus. Item vt sponsa sponso, *Isa.* 61. d. Exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, & & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsam ornatam monilibus suis. Item, vt ancilla Dominæ, 1. *Reg.* 25. g. Famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei. Postea ostendit causas istius humiliationis. Prima est, quia filium suum nobis dedit. Vnde dicit. *Anima debet subijci Deo.*

i Ab ipso enim] id est, à Deo Patre. *Quare anima debeat subiici.*

k Salutare meum] id est, Christus. De quo *Matth.* 1. d. Vocabis nomen eius Iesum; & ipse saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Et benè dicit, ab ipso, quasi non à me à quo non est nisi malum. Vnde *Osea.* 13. c. Perditio tua, Israel, ex te est; tantummodò ex me auxilium tuum. Secunda causa est bonum creationis. Vnde addit.

l Nam & ipse, &c.] qui creauit me. Tertia est beneficium saluationis. Vnde addit.

m Et salutaris meus] per recreationem. *Ioel.* 2. g. In Sion & in Ierusalem erit saluatio, id est, in vita contemplatiua & actiua. Quarta, quia adiuuat. Vnde dicit. *n* Susceptor meus,] Alia litera habet: Adiutor, vel, fortitudo. *Psal.* 45. Adiutor tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Quinta, quia confirmatur in bono. Vnde adiungit. *o* Non mouebor, &c.] licet hostis impellat tentando, 1. *Petr.* 5. c. Deus omnis gratiæ, qui vocaui nos in æternam gloriã suam in Christo, Iesu modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq; Benè autem potest, quando dixit: Susceptor meus, adiungit. Non mouebor ampliùs, q. d. antequam me susciperes, mouebar. Sed nunc postquam me suscepisti, non mouebor ampliùs. Hoc est, quod dicit *Aug.* Inquietum est cor nostrum, Domine, donec perueniat in te. Deus, n. est locus animæ. Vnde non est mirum si postquam suscipitur à loco suo, si non moueatur amplius. *Eccl.* 11. c. Confide in Deo, & mane in loco tuo, *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderis super te, locum tuum ne dimiseris. *Locus animæ Deus est.*

h Nonne, &c. Moraliter, vita claustralium describitur hic in septem. Primum est obedientia. Nonne Deo subiecta. Secundum humilitas. Ab ipso enim, quasi dicat, nihil à me. *Luc.* 17. c. Cùm omnia benè feceritis, dicatis: serui inutiles sumus. Tertium fides. Nam & ipse Deus meus. Quartum, gratitudo beneficij, Salutaris meus. Quintum sodalitas, Susceptor meus, in societatem fratrum. Sextum perseuerantia. Non mouebor ambliùs. Septimum patientia tentationum. *Moraliter.*

a Quouſque irruitis.] Ex quo non mouebor ampliùs, ô inuidi, ô parentes, ô Tyranni, quouſque irruitis in hominem, in humum & carnem, quæ data ſunt in manus impij, vt dicitur *Iob* 9. c. Animæ enim nihil poteſtis nocere. Vel ſic, In hominem, id eſt, in me ratione vtentem. Et ideò non potetitis me decipere, quia ratione & virtute ſtabilitus ſum. *Iob* 30. b. Irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. Dico quòd, irruitis in me, & incũbitis mihi ſecundũ opinionem. c Tanquam parieti inclinato] & minauti ruinam.
d Et tanquam maceriæ] quæ debilis eſt & ſine ligamine cementi, quo ſolent vineæ & horti circundari. *Iſa*. 25. b. Spiritus robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem. Hæc tamen quandoque firmiter ſtat propter ſui nouitatem: ideò remouet hoc dicens.

pliùs. a Quouſque † irruitis in hominẽ? † b interficitis vniuerſi vos, c tanquam parieti inclinato, & d maceriæ † e depulſæ. f Veruntamen † pretium meum cogitauerunt repellere: g cucurri in ſiti: h ore ſuo maledicebãt i & corde ſuo maledicebant. k Veruntamẽ Deo † ſubiecta eſto, anima mea: l quoniam ab ipſo † patientia mea. † m Quia ipſe † Deus meus & † n Saluator me[us] † o adiutor meus p: non emigrabo. In q Deo Salutare meum & r gloria mea: Deus ſ auxilij mei, & t ſpes mea in Deo eſt. u Sperate in eo † x omnis congregatio populi:

al. † apponitis ſuper.
al. † interficite omnes.
al. † impulſæ
al. † honorem.
al. † ſubiicietur.
al. † eſt.
al. † Quoniam.
al. † eſt.
al. † Salutaris.
al. † ſuſceptor.
al. † omne concilium plebis.

e Depulſæ] iam vetuſtate, quaſi dicat putatis me citò peruertere quaſi parietem inclinatum & maceriam inueteratam; ſed ego ſum homo habens imaginem Dei in naturalibus, & ideò ſum quaſi paries erectus ad ſuperna, & habens ſimilitudinem eius in gratuitis & ideò ſum ligatus & cementatus glutino charitatis. Et propter hoc in vanum irruitis in me: quia mihi nocere non poteſtis, ſed vobiſipſis nocetis. Quia.

b Interficitis vniuerſi] non me, ſed [vos] per peccatum, Et poſſum decem mala notari in iſto verſu: Quouſque. Ecce mora in malitia. *Ierem*. 4. d. Vſquequo morabuntur
1. Reg. 31. b. in te cogitationes noxiæ? Irruitis, Ecce vehementia, ſeu violentia. *Iob* 16. c. Irruit in me quaſi Gigas. In hominem, Ecce inhumanitas, 1. *Paral*. 10. b. arripuit Saul enſem, & irruit in eum. Interficitis; Ecce atrocitas, *Oſea* 6. d. Fauces virorum latronum participes Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichen. Vniuerſi, Ecce conſpiratio. *Pſal*. 13. & 52. Omnes declinauerunt ſimul. Vos: Ecce præſentia. Et ſecundum hoc non legitur in accuſatiuo ſicut antè; ſed in nominatiuo ſic. Vos vniuerſi interficitis, i. interficere nitimini. Tanquam parieti: Ecce contemptus. Inclinato: Ecce prauum iudicium, ſcilicet, dicere rectè inclinatum. *Iſ*. 5. c. Væ qui dicitis bonum malũ & malũ bonum. Et maceriæ, Ecce ſtulta fiducia, ſcil. dicere, quod Iuſtus, vel Eccleſia non habet vinculum charitatis. Depulſæ, Ecce blaſphemia, ſcilicet dicere, quòd Deus depellat Iuſtum à ſe. *Pſal*. 94. Non repellet Dominus plebem ſuam.

f Veruntamen.] Suprà arguit vir iuſtus perſecutores, quòd in vanum perſequuntur eum; ſed ipſi nihilominus ei malitiosè inſidiantur, & parant malum. Vnde conuertẽs ſermonem ad alios, de his, quibus priùs loquebatur, dicit. Veruntamẽ pretium meum cogitauerunt repellere, quaſi dicat, nõ propter reprehẽſionẽ meã dimittunt malitiam ſuam, ſed cogitauerunt repellere, & auferre à me pretium meum. Duplex eſt pretium, quod emitur, & quo emitur. Pretium, quod emitur, eſt vita æterna, quæ pretium dicitur, eo quòd pretioſa eſt. Pretium, quo emitur, ſunt bona opera. Vtrumque volunt Dæmones & mali homines repellere à Iuſtis Chriſtus autem eſt vtrumque pretium: quod, ſcil. emere debemus, & quo empta eſt nobis vita æterna, *Iſa*. 14. c. Pretioſior erit vir, id eſt, Chriſtus auro obrizo. *Rom*. 8. f. Pro nobis omnibus tradidit illum. Iſtud etiam pretium, ſcil. Chriſtum, volunt à nobis repellere dicentes illud *in Pſalm*. 3. Non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Sed Iuſtus quantò magis impetitur, tantò magis feſtinat ad pretium ſuum. Vnde addit. g Cucurri ſiti,] i. cum magno deſiderio, quaſi dicat, non conſidero tribulationem, quam ingerunt: nec temporalia, quæ promittunt; ſed hæc omnia tranſilio. Hoc eſt idithum. Vnde *Phil*. 3. c. Quæ retrò ſunt, obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis, 1. *Cor*. 9. d. Sic currite, vt comprehendatis. In ſiti, *Pſal*. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Ita, cucurri: Sed illi, quaſi Sirenæ voluerunt me à curſu retardare. Hoc eſt, quod ſequitur.

h Ore ſuo benedicebant] adulando, & mihi vanitatem ſuggerendo.

i Et nihilominus, corde ſuo maledicebant, Ecce malitia. De benedictione adulationis, *Prou*. 27. c. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, id eſt, in tempore quietis & proſperitatis, maledicenti ſimilis erit, *Eccl*. 37. b. A conſiliario malo ſerua animam tuam, id eſt à Diabolo & adulatore. Et ſequitur *ibi*, Ne fortè dicat tibi, bona eſt vita tua: & ſtet è contrario videre, quid tibi eueniat: ſic facit Diabolus, ſemper in vita hominis ſuggerit ei ſpem: ſiue præſumptionem, in morte autem ſuggerit deſperationem.

k Veruntamen, &c.] Secunda pars eſt diapſalma. Iſta velut columba non inueniens requiem, ad arcam reuertitur, id eſt, ad ſeipſum. *Gen*. 8. b. Et quod ſuprà poſuit in quæſtione, hic ponit in aſſertione, quaſi dicat. Illi ita me perſequuntur; ſed ego non blaſphemabo per impatientiam motus contra Deum. Hoc eſt, Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea. Hoc ſuprà expoſitum eſt. Et ſicut ſuprà oſtendit cauſas humiliationis; ita & hic oſtendit. Prima eſt, quia dat patientiam in tribulatione. Vnde dicit.

l Quoniam ab ipſo, &c.] eſt. *Pſal*. 17. Poſuiſti vt arcum æreũ brachia mea. Arcus æreus infatigabilis eſt; ſic vir patiens. Secunda eſt, quia eſt Creator. Vnde dicit.

m Quia ipſe Deus meus] per creationem. Tertia eſt, quia Saluator. Vnde addit.

n Et Saluator meus] per recreationem. Vel ſecundum. *Glo*. [Ipſe] eſt [Deus meus] vocans per pietatem. [Et ſaluator per iuſtificationem. Quarta eſt, quia ad bonum agendum adiuuat. Vnde addit.

o Adiutor meus] *Ioan*. 15. a. Sine me nihil poteſtis facere. Quinta, quia confirmat in bono. Vnde dicit.

p Non emigrabo] ad exercitum Diaboli, ſicut apoſtatæ, & qui tranſcurrunt de loco ad locum, & de domo ad domum. *Prou*. 27. a. Sicut auis tranſmigrans de loco ſuo, ſupple rapitur à miluo, & cato; ſic vir, qui relinquit locum ſuum. *Iſa*. 16. a. Sicut auis fugiens & pulli de nido auolantes; ſic erunt filiæ Moab, ſcilicet, animæ diuites, *Oſea* 9. c. Ephraim quaſi auis auolauit. Ideò dicitur ſuprà. Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer. Sexta cauſa humiliationis eſt, quia Dominus omnia mala à nobis auferet in futuro. Vnde ſequitur.

q In Deo ſalutare meum] id eſt, ſaluabit me. & liberabit ab omni miſeria, *Thren*. 3. c. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio Salutare Dei. Septima eſt, quia omnia bona dabit nobis. Vnde addit.

r Et gloria mea] quia glorificabit me. *Pſal*. 3. Tu es, Domine, ſuſceptor meus, & gloria mea, & exaltans caput meum. Octaua, quia interim præbet auxilium ad ſuſtinendum: Vnde dicit.

ſ Deus auxilij mei] id eſt, auxilians, *Pſal*. 45. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. *Oſ*. 13. c. Tantummodo ex me auxilium tuum. Nona eſt, quia de futuris bonis dat ſpem: Vnde concludit.

t Et ſpes mea, &c.] id eſt, in eo ſpero, & ab ipſo illam ſpem habeo, *Pſal*. 70. Tu es, Domine, ſpes mea à iuuentute mea. Nota, ter dicitur Deus, in hoc verſu, propter perſonarum Trinitatem, & vna gloria tantùm. Vnde cantatur: Gloria Patri & Filio & Spiritui S. Vel ſic, (In Deo) eſt [Salutare meum] i. virtus pœnitentiæ contra peccatum, *Gen*. 49. c. Salutare tuum expectabo, Domine. [Et gloria mea] id eſt, puritas conſcientiæ contra triſtitiam, 2. *Cor*. 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Vel auxilium conſolationis contra tentationem, *Iſa*. 40. a. Conſolamini, conſolámini, popule meus, &c. Vel ſpes veniæ contra deſperationem, *Rom*. 8. e. Spe ſalui facti ſumus. Poſtea exemplo ſuo alios hortatur, vt ſperent in Deo, dicens. u Speret in eo] id eſt, in Deo, ſicut ego ſpero. O vox. x Omnis, &c.] iſtud eſt primum neceſſarium in homine peccatore, vt habeat ſpem veniæ. [Omnis] dicit, quia omnibus poteſt Dominus veniam dare & indulgere. *Iac*. 1. a. Dat omnibus affluenter, *Eph*. 2. a. Diues eſt in miſericordia, *Pſal*. 50. Miſerere mei, Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam, &c. Non eſt enim Dei miſericordia breuis, ſicut miſericordia hominis, *Oſea* 6. b. Miſericordia veſtra, ſicut nubes matutina, & ſicut ros mane pertranſiens. Dicit ergo, omnis, contra puſillanimes, qui de Dei miſericordia & largitate deſperant, [Congregatio] contra ſingulares. *Eccl*. 32. a. Dignitatem conſequaris congregationis. Et quæ eſt hæc dignitas, habere Deum ſocium: ſecundum illud. *Matth*. 18. c. Vbi duo, vel tres congregati ſunt in nomine

meo, ibi ſum

meo, ibi sum in medio eorum? Ideò dicit Iacob. *Gen.* 49. a. Congregamini filij Iacob. *Eccl.* 4. c. Væ soli [populi] dicit, id est, rationabilium, contra congregationes taurorum in vaccas. *Amos* 4. a. Audite verbum Domini, vaccæ pingues. *Osea* 10. b. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, id est, Clerici, qui colunt vaccas Bethauen, i. Prælatos, qui de Bethel, i. de domo Dei fecerunt Bethauen, id est, domum inutilem. Vel vaccas, id est, præbendas. *Psal.* 67. Congregatio taurorum id est, clericorum lasciuorum, in vaccis populorum, id est, circa Prælatos, vt habeant præbendas, quas debent habere viri iusti, & periti. Vnde sequitur ibi. Vt excludantur eos, qui probati sunt argento. i. sacro eloquio. Ille probatus est sacro eloquio, qui illud scit facere, & docere, & etiam pro illo persecutionem pati, quia vt dicitur *Prou.* 19. b. Doctrina viri per patientiam noscitur.

a effundite *b* coram illo *c* corda vestra: *d* Deus adiutor noster *e* in æternum.

a Effundite coram illo corda vestra] per confessionem. Cor enim peccatoris est quasi plenum stercoribus. Vnde Dominus non infundit ibi gratiam suam, nisi priùs stercora effundantur per confessionem. *Threnor. secundo* f. Effunde sicut aquam cor tuum. Non sicut lac, cuius color remanet. Non sicut vinum, cuius odor remanet. Non sicut mel, cuius sapor remanet. Sed sicut aquam, de qua cum effusa fuerit, nihil remanet. Ita effundendum est peccatum de corde, vt nec color remaneat in signis exterioribus, nec odor in verbis, nec sapor in affectu. *Isa.* 14. e. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & progeniem & germen.

b Coram illo] scilicet, Deo, non coram mundo, sicut dicitur *Thren.* 2. Effusum est in terra iecur meum, id est, concupiscentia.

c Corda, non tantùm labia, vt hypocritæ. *Psalm.* 41. Effudi in me animam meam. Et nota, quòd postquam exhortatus est ad spem, statim exhortatur ad confessionem, quia ex spe debet confessio procedere, non ex desperatione, sicut confessio Iudæ, qui confessus est. *Matth.* 27. a. Peccaui, tradens sanguinem iustum. Et abiens laqueo se suspendit. Et vt magis ad spem excitet, adiungit.

d Deus adiutor noster] quasi dicat, non timeatis confiteri, & pœnitentiam agere, quia Deus adiutor noster. Non ad horam tantum, sed.

e In æternum] qui nos adiuuabit ad confitendum, & ad pœnitentiam faciendam, *Ier.* 9. g. Ego Dominus, qui facio iudicium, & iustitiam in terra, id est, confessionem & satisfactionem in homine. In confessione enim est iudicium, in satisfactione iustitia. Sic ergo prosecuti sumus primam, & secundam partem huius Psalmi, quarum vtraque incipit à subiectione animæ Deo. Et in serie literæ assignat Propheta plures rationes, quare subiici debet homo Deo: Præter illas autem possumus & alias assignare. Et primò, quia omnia subiecit nobis: ideò debemus ei esse subiecti. *Psal.* 4. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Secundò, quia seipsum subiecit pro nobis. *Phil.* 2. a. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Et post. Factus est pro nobis obediens vsque ad mortem. Et vt nostra superbia non erubesceret, subiecit se etiam inferiori. *Matth.* 3. d. recusante Ioanne præ reuerentia eum baptizare, respondit ei Christus: Sine, sic docet nos implere omnem iustitiam, id est, perfectam humilitatem, quæ est, cùm quis se inferiori subdit. Vnde & ipse pedes Discipulorum lauit. *Ioan.* 13. a. *Luc.* 2. a. Et erat subditus illis. *B. Bernard.* Quis, quibus? Deus, hominibus. Subiecit etiam se non tantum patri, nec tantùm homini; sed & miseriis nostris. Eo enim ipso, quod factus est creatura, subiecit se miseriæ. *Rom* 8. d. Vanitati subiecta est omnis creatura, non volens propter eum, qui subiecit eam in spe, &c. Tertia causa, est ius belli, quia nos sumus præda illius. *Isa* 9. a. Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius, superasti, sicut in die Madian, id est, sicut liberasti filios Israel per Gedeonem; ita redemisti & liberasti genus humanum per filium tuũ, de manu exatoris, sc. Diaboli. Propter hoc ergo debemus ei subiici secundum naturam Elephantis. Antequam n. dometur Elephas, cædit eum aliquis, & pessimè tractat: & tunc venit ille cuius est, qui eum vult domesticum habere, & liberat eum de manu illius, & Elephas postea semper obedit. *Eccles* 29. c. Ingratus sensu derelinquit liberatorem suum. Quarta causa est vis victoriæ: Dominus enim nos vicit iustitiam, vnde serui eius debemus esse. 2. *Petr.* 2. d. A quo quis victus est, eius & seruus est. Habemus ergo, quare subiici debemus Deo. Sed quomodo debemus ei subiici? Per abrenunciationem propriæ voluntatis, & proprij sensus. De prima, *Eccles.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate auertere. De secunda, *Prouerb.* 3. a. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Propter hæc duo benè dicit Dominus *Ioan.* 13. b. Vos vocatis me Magister & Domine. Quia enim Magister est, ideò debet ei credere, & acquiescere sensus noster: Quia Dominus est ideò debet ei obedire voluntas nostra. Non tantùm ei, neque in se, sed in membris suis, maximè in vicariis debemus nos ei subijcere, sicut præ aliis faciunt Religiosi. Sed multi volunt esse liberati, & exempti, vt nullum habeant superiorem, cui teneantur obedire, similes facti Diabolo, qui primus voluit eximi ab obedientia superioris. *Iob* 39. a. Quis dimisit onagrum liberũ, & vincula eius quis soluit? onagrum appellat Diabolum, qui domari non potest. Natura onagri est, quod cùm fugatur à canibus emittit stercora sua, & canes ad odorem illorum remanent, & sic euadit: Sic facit Diabolus. Canes, qui illum fugant, sunt prædicatores. Quando aliquis Prædicator illum vehementer insequitur, tunc mittit illi stercora, procurans, quòd habeat aliquam præbendam, vel aliquod temporale, cui inhæreat, & odorando illud omittat insequi Diabolum. Quia verò Diabolus voluit se eximere, factus est seruus perpetuus. Secundus, qui eximere se voluit, fuit Adam: Vnde ipse fuit pullus onagri. *Iob.* 11. c. Vir vanus in superbiã erigitur, & quasi pullũ onagri se liberum natum putat. Filij ergo Diaboli, & veteris Adæ, sunt illi, qui se volunt eximere à potestate Superiorũ: sicut multi Abbates, qui in signum suæ libertatis portant cornua. De quibus *Amos* 6. d. Lætamini in nihilo, qui dicitis: nonne in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et verè lætantur in nihilo, quia secundùm hoc non sunt, nisi vmbra pictura Diaboli, habentes. n. mitram & annulũ, & baculũ, nec officium, nec dignitatẽ Episcopi habent: Vnde benè per mulum significantur, qui habet genitalia, sed tamen generare non potest. Dicit etiam *B. Bern.* quòd nec Papa de iure potest istas exemptiones facere, quia in hoc Ecclesia corrumpitur, & demembratur. debet ergo anima nostra subiici Deo.

Vt
- Creatura Creatori. *Isa.* 43. b. Væ qui contradicit factori suo.
- Materia artifici. *Ier.* 18. a. Sicut lutum in manu figuli; sic vos in manu mea Domus Israel.
- Sponsa Sponso, *Ioan.* 3. d. Qui habet Sponsam Sponsus est.
- Ancilla Dominæ. *Psal.* 122. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri, &c.
- Pupilla patri, *Esther.* 2. d. Quicquid Mardochæus præcipiebat, Esther obseruabat.
- Captiua victori. *Eph.* 4. b. Captiuam duxit captiuitatem.
- Merces emptori. *Isa.* 62. d. Merces eius cum eo.
- Pullus gallinæ. *Matth.* 23. d. Quoties volui congregare, &c.
- Tabula Scriptori, *Isa.* 8. a. Sume tibi librum grandem, i. animam, 2. *Cor.* 3. a. Epistola nostra vos estis.
- Templum Sacerdoti, quia anima est Sanctasanctorum, vbi solus Sacerdos intrat: solus enim Deus intrare debet animam. *Hebr.* 9. b. In secundo autem semel in anno solus Pontifex.
- Nauis Nauclero. *Prou.* 1. a. Intelligens gubernacula possidebit, & 11. b. Vbi non est Gubernator, populus corruit.
- Regnum Regi, *Luca* 17. c. Regnum Dei intra vos est.
- Monachus Abbati. *Hebr. vlt.* c. Obedite Præpositis vestris. *Rom.* 8. c. In quo clamamus Abba Pater.

Item est subiecto.
- Potestatis, *Esth.* 13 a. Qui eius imperio subiecti sunt. *Psal.* 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius.
- Coactionis. *Luc.* 10. c. Etiam Dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.
- Manifestationis. 1. *Cor.* 15. d. Cùm autem subiecta fuerint ei omnia, &c.
- Sustentationis. *Eph.* 5. e. Subiecti inuicem in timore Christi.
- Voluntatis, vt hic, & 3. *Math.* 9. b. Iustum est subditum esse Deo.

Nota alias rationes, quare nos subijcere debeamus Deo.

a Veruntamen

a Veruntamen vani, &c.] Tertia pars, in qua errantes increpat & monet, vt in Deo confidant, non in transitorijs caducis. Sic ergo continge: Deus est adiutor noster, sed tamen homines mundi non curant de ipso, sed vanitates sequuntur. Hoc est, quod dicit: veruntamen filij hominum, Adæ, cil. & Euæ *b* Vani sunt, sequentes vanitatem temporalium. *Ier.* 2. a. Ambulauerunt post vanitatē, & vani facti sunt: vel filij hominum sunt Clerici, specialiter, qui præ alijs scientia, & ratione vtëres debent esse & præcipuè Theologi. Sed de multis potest dici, quod vani sunt, secundum illud *Ier.* 10.

a Veruntamen *b* vani filij hominum, *c* mendaces filij hominum in stateris: vt † *d* decipiant ipsi de vanitate in † *e* idipsum. *f* Nolite sperare in iniquitate, & † *g* rapinas nolite concupiscere: *h* diuitiæ si † affluant, nolite cor apponere: *i* Semel *k* locutus est Deus, *l* duo hæc audiui, *m* quia potestas Dei est, & tibi, *n* Domine misericordia, quia *o* tu reddes † vnicuiq; *p* iuxta opera sua.

al. † De Clericis & maxime Theologis.
al. † vnum.
al. † rapinā. ne concupiscatis.
al. † fluant, ne apponatis cor.
al. † singulis secundum opera eorū.

c. Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est omnis artifex in sculptili, quoniam falsum est, quod conflauit: & non est spiritus in eis, vana sunt, & opus risu dignum. Ipsi enim de scientia faciunt quasi sculptile & idolum: quia eam exteriùs ornant verbis Rhetoricis, & exquisitis: & volunt quod eorum scientia quasi idolum adoretur, vel ipsi propter scientiam. Sed tamen non est in ea spiritus, quia non spirituales fiunt propter scientiam suam; sed magis carnales: & sic simulacra sacræ scientiæ, quam prætendunt, vana sunt, & opus, dignum risu. Vnde *Sap.* 13. a. vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operibus attendendentes agnouerunt quis esset artifex. Secundum hoc ergo, vani sunt filij hominum in affectione. Sunt etiam vani in cogitatione, *Psal.* 93. Dominus scit cogitationes hominū quoniam vanæ sunt. Item vani sunt in locutione. *Psal.* 11. Vana locuti sunt, vnusquisque proximum suum. Item vani sunt in operatione. *Isa.* 59. a. Telas araneæ texuerunt. Ideo dicit *Psal.* 38. Vniuersa vanitas omnis homo viuens *c* Mendaces filij hominū in stateris.] Hoc respondet verbo præmisso. Quia enim filij Adæ vani sunt, & amãtes vanitatem temporalium: ideò quæ non possunt iustè acquirere, per falsitatem nituntur acquirere. Et ad literam fiunt mendaces, & falsi in stateris, & ponderibus inæqualibus Contra illud *Deut.* 25. d. Pondus habebis iustum & verum: & modius æqualis, & verus tibi erit: *Amos* 8. b. Imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & subiiciamus stateram dolosam, vt possideamus in argento egenos, &c. Hoc etiā de Clericis legi potest, quia. n. vani sunt in sciētia sua: ideò sunt mēdaces in stateris: quia aliter pōderant quādo vēdūt & aliter quādo emūt. Quādo prædicā, tūc quasi vendunt, & venalia ostendunt cœlestia gaudia, & tunc satisfaciunt ea ponderare, commendando ea. Quando autem operantur, tunc quasi emunt, & tunc faciunt cœlestia valdè parum ponderare, quia aliquando nummus, vel delectatio transitoria magis trahit eos, quam bona cœlestia. Talibus dicitur *Prou.* 20. d. Expecta Dominum, & liberabit te, quasi dicat, noli ista transitoria amplecti, sed expecta Dominum, qui erit merces tua. Et statim addit. Abominatio est apud Deum pondus, & pondus. statera dolosa non est bona. Item de hypocritis potest legi, quia vani sunt, & mendaces in stateris, quia opera eorum plus videntur, quam in veritate ponderent. *Prouerb.* 16. a. Spirituum ponderator est Dominus. *Dan.* 5. g. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Et ad quid sunt tam hi, quàm illi mendaces in stateris?

De Clericis.

De hypocritis.

d Vt decipiant de vanitate, i. vt occultēt vanitatem suam. *e* In idipsum,] id est, in eo quod mentiatur se habere æquā stateram. Tales ergo dehortatur, dicens. *f* Nolite sperare in iniquitate] i. in diuitiis, quæ dicuntur iniquitas, quia faciunt iniquos, aut quia malè acquiruntur, aut quia malè possidentur, aut quia malè expenduntur. Vnde dicitur *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et in hac iniquitate non est sperandum, quia,

Non habet euentus, sordida præda bonos.

Prouerbior. 12. a. Non roborabitur homo ex impietate, propter hæc dicit Apostolus. 1. *Tim.* 6. d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Sed quia sunt multi, qui diuitias non habēt; nec tamen sine culpa diuitiarum sunt, quia eas nimis appetunt, adiungit. *g* Et rapinas nolite concupiscere:] Ecce non tantum cohibet manum à rapina; sed & animum, cùm dicit: Nolite concupiscere. *Prou.* 21. b. Rapinæ impiorum detrahent eos. Et *cap.* 24. a. Ne æmuleris viros malos, quia rapinas meditatur mens eorum. Dicuntur autem rapinæ non solum diuitiæ, quæ rapiuntur, id est, quæ per rapinam acquiruntur, sed & omnes diuitiæ, quæ rapiunt mētem hominis. *Matth.* 6. c. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. *Iob.* 20. a. Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Sed sunt quidā, qui rapinas non concupiscunt; sed si contingat eos habere aliquas diuitias nimis diligunt eas, propterea hoc etiam prohibet cùm subiungit.

h Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere] Cor apponit diuitiis qui illis per amorem inhæret. *Psalm.* 118. Adhæsit pauimento anima mea. Et quasi aliquis quæreret: Quare ita hortaris, ne rapiamus, vel diuitias diligamus, subiungit causam, quia sc. Deus iustus est, & misericors: & ita bonis bona, & malis mala reddet. Hoc est, quod sequitur. *i* Semel,] id est, immutabiliter.

k Locutus est Deus] per Prophetas, per filium, per Apostolos. Et in locutione illa.

l Duo hæc audiui] quæ sequuntur.

m Quia potestas Dei est] ad puniendum. *n* Et tibi, Domine, misericordia] ad remunerandum supra merita. Hæc duo manifestabuntur in te. *o* Quia tu reddes vnicuique] tam bonis, quam malis. *p* Iuxta opera sua.] & ideò bonum est rapinas non concupiscere, & in diuitiis cor non apponere. Et dicit, quòd hæc duo audiuit in locutione Dei per Prophetas & Apostolos: quia omnes creaturæ pertinent ad hæc duo: nam ad Dei misericordiam, vel iustitiam reducuntur. Vnde *in Psalm.* 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius, quasi dicat, si requiras per totum vetus & nouum testamentum, quicquid inuenies totum ad misericordiam, vel veritatem Dei pertinebit. Item in sacra Scriptura semel loquitur Deus, quia ibi est vox simplex, siue verbum, & tamen duo audiuntur, scilicet, litera, & spiritus: secundum quod exponitur versus in quadam *Gl. super Leu.* 12. vbi dicitur: Spiritum audit Moyses, vt sublimior: Aaron literam, vt inferior. Sic est modò de Christiano, & Iudæo: Et hæc duo ostendunt, quia potestas Dei est, & tibi, Domine, misericordia. Litera enim præcipit difficilia, & non facientes punit: & hoc pertinet ad Dei potestatem. Spiritus autem suauia consulit, & facientibus æterna promittit, quod ad misericordiam pertinet. Vel sic

i Semel locutus est Deus] id est, verbum genuit. De quo *Ioan.* 1. a. In principio erat verbum. Et in verbo illo.

l Duo hæc audiui] scil. Trinitatem, & vnitatem vel diuinitatem. Et secundum hoc vltimum benè potest dici: [Duo hæc audiui.]

m Quia potestas Dei est] Ecce diuinitas notatur. *n* Et tibi Domine, misericordia] quæ te fecit hominem, & Saluatorem nostrum per crucem. *Tit.* 3. b. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et hæc duo, scil. potestas, & misericordia apparebunt in die iudicij, quando eadem facies Christi malis apparebit potens, & crudelis, & bonis mansueta, & dulcis. Vnde benè addit. *o* Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua) malos de potestate damnans: & bonos de misericordia saluans. De hac redditione. *Isa* 3. b. Dicite Iusto, quoniam benè: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet: Væ impio in malum, retributio manuum eius fiet ei. 2. *Cor.* 15. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Iudicis, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

EXPOSITIO PSAL. LXII.

Deus, Deus meus, &c.] Titulus. *Psalmus Dauid, cùm esset in deserto Idumeæ.*] In præcedenti Psalmo egit de transiliente caduca, & transitoria huius mundi: Sed quia non potest homo subitò omnia transilire; sed oportet, quòd diu quandoque moretur inter malos, quia incolatus eius prolongatur: ideò agit hic de viatore, quem in deserto huius mundi oportet multas penurias & angustias sustinere, antequam ad patriam possit peruenire. Est ergo sensus tituli. [Psalmus] iste [est Dauid,] i. cuiuslibet fidelis, agens de hoc, quod sustinet cùm esset,] i. cùm moratur [in deserto Idumææ,] i. in hoc mundo deserto à Deo, & sanguinolento per peccatum: Idumæa enim sanguinea interpretatur: & in hoc mundo sanguis sanguinem tetigit, sicut dicitur *Osee* 4. a. Quia omne, quod est in

est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ, sicut habetur, 1. *Ioan.* 2. c. Intentio est monere, vt rectè conuersemur in medio prauæ, & peruersæ nationis. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primo dicit, quomodo se habeat in deserto huius mundi videlicet, quia Deum videre desiderat, & eum laudat, & id amplius facere optat. Secundò, contra difficultates, & tribulationes, quas à mundo patitur, ostendit securitatem suam ex Deo esse, *ibi:* Si memor fui tui.] Loquens ergo vir iustus, sicut viator ostendit se habere, quæ necessaria sunt viatori. Primum est, vt non sit somnolentus, sed mane surgat. De hoc dicit. *a* Deus, Deus meus, &c.] id est, valdè mane ad literam. Dicit autem.

Partitio Psalmi.

Psalmus David cùm esset in deserto Idumææ.

PSALM. LXII.

a Deus, *b* Deus, *c* meus, *d* ad te *e* de luce *f* vigilo. *g* Sitiuit † in te anima mea, quam *h* multipliciter tibi † *i* caro mea. In *k* terra deserta, † *l* inuia, & *m* inaquosa, *n* sic in *o* sancto *p* apparui tibi:

al.† ibi. *al.† &* *al.† & sine via, & sine aqua.*

a Deus] Pater.
b Deus] Filius. *c* Meus Spiritus S. quia est donum. Vel sic [Deus] ante legem colendus [Deus] in lege metuendus, quia lex data est in timore [Meus] in tempore gratiæ diligendus. Vel sic, [Deus] qui me creasti [Deus] qui me recreasti [Meus] qui me glorificabis. *d* Ad te vigilo.] Multi enim vigilant ad mundum, vt rapiant, *Iob* 24. c. Mane primo consurgit homicida, vt interficiat egenum, & pauperem. Alij vigilant ad crapulam, *Isa.* 5. c. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandum, & potandum vsque ad vesperam. Sed qui vigilat ad Deum contrarium facit. Vnde *Eccl.* 31. a Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnium. Sic ergo exponitur. *e* De luce vigilo] id est, mane, ad literam, secundum quod in *Isa.* 26. b. dicitur anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te. Vel potest legi de mane iuuentutis, quia tunc incipit homini quasi lucescere: & tunc maximè necesse est hominem vigilare ad Deum, propterea, quia tunc magis infestatur homo à tentationibus, quia tunc est quasi vas nouum, quod si imbutum fuerit bono odore seruabit diu, similiter si malo odore imbutum fuerit. Secundum quod dicit *Horat.*

Horatius in Epistolis.

Quo semel est imbuta, recens seruabit odorem.
Testa diu. Sic est de homine iuuene. Vnde *Prou.* 22. a. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Et ideò bonum est mane, id est, in iuuentute vigilare ad Deū, & assuescere bonis cogitationibus, & operationibus. *Thren* 3. c. Bonum est viro, cùm portauerit iugū Domini ab adolescentia sua. Vel sic. *d* Ad te de luce vigilo] in hac vita præsenti, quæ dicitur lux. *Ioan.* 9. a. Me oportet operari, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari, sc. in morte. Et in hac luce vigilandum est ad Deum, secundum quod dicit Dominus *Matth.* 24. d. Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus est, *Luc.* 12. e. Beati sunt serui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes, &c. Vel *d* Ad te] id est, propter te. *e* De luce] id est, ad lucem crucibolli. *f* Vigilo] *Sap.* 6. c. Qui de luce vigilauerit ad illam, id est, ad sapientiam, non laborabit: assidentē. n. illam foribus suis inueniet. Item, [Ad te,] placandum [de luce] i. summo mane, vigilabo in oratione, *Sap.* 16. d. Notum sit omnibus, quoniam oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Ideò Magdalena vidit, & inuenit Iesum, quia mane venit ad sepulchrum, *Ioan.* 20. c. *Exod.* 16 b. Mane videbitis gloriam Domini. 1. *Mach.* 4. f. Ante matutinum surrexerunt Sacerdotes, & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare. Vel, (de luce) id est, tempore gratiæ, quod incepit ab Incarnatione. Vnde in die Natalis Domini cantat Ecclesia in diluculo. Lux fulgebit hodie. Ante istam lucem dormiebant homines, sed veniente luce, Euigilare cœperunt. Vnde dicit Apost. *Rom.* 13. c. Hora est iam nos de somno surgere. Hoc legit, & cantat Ecclesia in aduentu,] vel (De luce) id est, in statu gratiæ. Licet enim omnes simus in tempore gratiæ; non tamen omnes sunt in statu gratiæ, sed multi dormiunt in peccato, vnde *Ephes.* 5. d. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus, adducens, scil. lucem gratiæ. Qui est in hac luce, vigilat ad Deum, desiderans ad eum peruenire, sicut viator ad metam, vel ad patriam. Hoc est enim secundum notabilē in viatore, s. desiderium perueniendi ad patriam, de quo apertiùs subiungit. *g* Sitiuit) q. d. ideo vigilo, quia te desidero, secundum quod innuit *Isa.* 26. b. in illa auctoritate quam modò diximus. Anima mea desiderauit te: Ecce causa. Sed & in præcordiis meis de mane vigilabo ad te: Ecce effectus. Dicit ergo [sitiuit in te] bibendum, *Psal.* 35. Quoniam apud te est fons vitæ: vel in te existens (sitiuit te, *Eccl.* 24. c. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc sitient. Sitiētes vocat Dominus, *Ioan.* 7. f. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *Isa.* 55. a Omnes sitientes venite ad aquas. (Sitiuit) ergo (in te anima mea.] Et *h* Quam multiplicatet tibi) supple sitiuit.
i Caro mea.] Sed nonne caro sitit contra Deum & non Deo? Vnde *Gal* 5. c. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum. Solet. Quandoque desiderat caro directē contra spiritum, scilicet, quando desiderat peccatum: & tunc non est desiderium eius perficiendum, nec sitit Deo, sed contra Deum rectè loquendo: Sed occasionaliter potest dici, quòd sitit Deo: quia est causa, quare anima sitiat, & desideret Deum. Et ab huius carnis tentationibus petit liberari cum Apostolo, *Rom.* 7. d. infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quandoque autem desiderat caro non contra spiritum, sicut cùm desiderat necessaria: & tunc dicitur sitire Deo, quia à Deo petit necessaria. Quandoque etiam desiderat cum spiritu, siue pro spiritu, sicut in viris spiritualibus interdum ipsa sensualitas appetit bonum. Nota autem, quod anima sitit tria, sc. lac, aquam, vinum. Lac videlicet, simplicis doctrinæ, quo anima indiget quando de nouo ad Deum reuertitur, 1. *Cor.* 3. a. Lac dedi vobis potum, non escam. *Heb.* 5. d. Indigetis, vt doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Aqua, est solidior sapientia, quam adulti bibunt. *Eccl.* 15. a. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur. Vinum, est æterna iucunditas, *Psal.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Item caro sitit tria sc. vitam, custodiam, prolem. Vita triplici fonte deriuatur, videlicet, a timore Domini, *Prou.* 14. d Timor Domini fons vitæ. Item ab eruditione, seu castigatione, *Prou.* 16. c. Fons vitæ eruditio possidentis. Item à lege, *Prou.* 13. c. Lex sapientis fons vitæ. Custodia etiam necessaria est carni. Vnde *Eccl.* 26. b. In filia non auertente se firma custodiam, ne inuenta occasione abutatur se. Item quia caro est quasi vxor spiritus sitit prolem, 1. *Reg.* 1. a. Fuerūt Fenennæ filij. Fenennæ, interpretatur conuersa, & significat carnem, quæ obedire vult spiritui Filiæ eius, sunt abstinentia, disciplina, confessio, vigiliæ, oratio, peregrinatio, & his similia, quæ caro parturit. Et ostendit, quare ita sitiat, videlicet, quia est in deserto huius sæculi, vbi est defectus omnis boni. Hoc est, quod sequitur.

Qualiter anima dicitur sitire Deo, & contra Deū.

Anima sitit tria.

Caro sitit tria.

k In terra deserta) supple, sitiuit anima mea, & caro mea, id est, in hoc mundo, in quo triplex est defectus, qui notatur hic. Quia est sine fructu. Vnde dicit: [In terra deserta.) Sine habitatore. Vnde addit. *l* Inuia) sine aqua: Vnde dicit.
m Inaquosa] q. d. mundus est sine vbertate, sine societate, sine refrigerio: & ideo non est mirum si ad te, vel in te sitiam. Sine vbertate bonorum operum est mundus, licet multas spinas, & tribulos peccatorum germinet. Vnde de mundanis dicitur *Osea* 8. b. Ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans non in eis germen, non faciet farinam. *Psal.* 13. & 52. Non est, qui faciat bonum. Item est sine societate bonorum virorum. Vnde *Ier.* 4. f. Intuitus sum, & non erat homo. Sunt quidem ibi multæ feræ: sed non est ibi homo ratione vtens. Item est sine refrigerio gratiæ. 2. *Reg.* 1. d Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos. *Ps.* 142. Anima mea, sicut terra sine aqua tibi. Item sine refrigerio aquæ lacrymarum, quia mundani non habent irriguum superius neque inferius.
n Sic, id est, in tali terra, vel penuria. *p* Apparui tibi in *o* sancto]

Moraliter de Religiosis.

a Deus, Deus, &c.] De quolibet etiam Religioso posset exponi, quia ipsi præcipuè vigiliis sunt dediti. *g* Sitiuit, &c.] quia ipsi præcipuè sitire debent, & desiderare Dominum. *k* In terra deserta, &c. id est, in religione, quæ dicitur] terra propter humilitatem obedientiæ, quia terunt. *k* Deserta, propter quietem, contra tumultum mundi. *l* Inuia propter paupertatem, quam pauci frequentant. *m* Inaquosa] propter castitatem contra luxuriam. *Iob* 40. c. Sub vmbra dormit, in secreto calami in locis humentibus. *n* Sic, id est, cum istis quatuor.
p Apparui tibi] in oratione, q. d. aliter nō debeo apparere. *Exod.* 23. d. Non apparebis in conspectu meo vacuus. *o* In sācto, supple, loco, i. in Ecclesia cōtra pigros, & acidiosos,

qui noluit

A sancto] desiderio, id est, perfectum desiderium me tibi representaui, *Ps.37.* Domine ante te omne desiderium meum & gemitus meus a te non est absconditus. *a* Vt viderem, &c. id est, Christum, quasi dicat, hoc desiderabam, vt ad fruitionem & cognitionem Christi peruenirem, qui est virtus Dei patris 1. *Cor.* 1. d. Christum Dei virtutẽ, & gloriã eius. Sicut dicitur. *Prou.* 10. Gloria patris filius sapiẽs Dictum est, quòd per desertum significatur mundus, & sunt multæ proprietates deserti ad hoc concordantes quæ notantur his versibus:

Horret, inest serpens, latro, leo spina, spelunca:
Non colitur, sterilis, inuia, sicca, silens.

Proprietates deserti conuenientes mundo.

- Horret mundus. Vnde *Deut.* 32. b. In loco horroris, & vastæ solitudinis.
- Inest serpens. *Deu.* 7. c. Ductor fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & (scorpio ac dipsas.
- Latro, *Lu.* 10. c. Incidit in latrones.
- Leo, id est, Diabolus, qui in mundo venatur. *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in Eremo.
- Spina Vnde Moyses vidit rubum in deserto. *Exod.* 3. a, *Isa.* 7. d. Omnes montes in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum.
- Spelunca. *Iob.* 30. a. In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ.
- Non colitur *Num.* 20. a. Eduxisti nos in locum istum pessimum, qui seri non potest, &c.
- Sterilis. *Ier.* 48. b. Eritis quasi myricæ in deserto.
- Inuia. *Isa.* 34 c. Desolabitur in sæcula sæculorum, non erit transiens per eam.
- Sicca. *Num.* 21. b. Deest panis, non sunt aquæ, *Ier.* 17. a. habitabit in deserto in siccitate.
- Silens, *Isa.* 24. b. Quieuit sonitus lætantium.

Moraliter. * qui nolunt morari in Ecclesia, illis non apparet Dominus quia ipsi non apparent ei in sancto, sed statim disparent. *Osee* 12. b. In Bethel inuenit eum, s. Deũ & ibi locutus est nobiscum. Vel, In sancto Sacramento, i. in Missa, vel, in sancto voto apparui tibi, qui per peccata disparueram. Homo. n. cum sit nihil, per peccatum disparet, sicut fumus euanescit. *Osee.* 13. b. Erunt sicut fumus de fumario. *a* Vt viderem] in contemplatione. *b* Virtutem tuam, &c. in futuro Vel, Viderem, id est, experirer, Virtutem tuã in præsenti, i. misericordiam *c* Et gloriã tuam] in futuro.

Vigilat.

- Deus
  - Vt discernat merita. *Ier.* 1. c. virgam vigilantem ego video.
  - Vt custodiat. *Psal.* Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.
- Homo
  - Bonus
    - Vt sibi prosit, vt hic. Et *Eccl.* 31. a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, &c.
    - Vt aliis prosit. *Cant.* 3. a. Inuenerunt me vigiles, &c.
  - Malus
    - Vt aliis noceat. *Prou.* 4. c. Nõ dormiũt nisi cũ malè fecerint, &c.
- Diabolus.
  - Vt seducat *Iob* 30. c. Qui me comedunt, non dormiunt *Isa.* 5. g. Ecce festinus velociter venient, &c.

Dictũ est etiã quod per desertũ significatur pœnitẽtia, vel claustrũ: vnde notandæ sunt aliæ proprietates his versibus

Ligna, latex, latebra, lex, mons, mel, manna, racemi.
Visio, panis, agon, Angelus; herba, feræ.

Hæc conueniunt pœnitentiæ, vel claustro.

Proprietates deserti conuenientes claustro.

- Lignum, s. illud, de quo *Exod.* 15. d. Dñs ostendit ei lignũ, quod dulcorauit aquas Marath, s. Crux Christi.
- Ibi est latex fluẽs de petra Christo. *Exo.* 17. b. Percuties petrã, & exibit ex ea aqua: Et de hoc. *Num.* 20. b.
- Latebræ. 1. *Reg.* 23. c. Ecce Dauid latitat apud nos, *Et* 23. a. Eiusdem. Dauid & viri eius in interiori parte speluncæ latebant.
- Lex data est, in deserto. *Exod.* 20. d. De cœlo locutus sum vobis.
- Mons, i. contẽplatio, *Exod.* 19. c. Mons Sinai fumigabat.
- Mel est quia vt habetur *Matth.* 3. a. Ioannes mel siluestre edebat.
- Manna, de quo. *Num.* 21. c. & Sap. 16. c.
- Racemi. Quòd sunt racemi in deserto, est contra naturam, tamẽ inueniuntur ibi: Similiter contra naturam est, quòd homo terrestris ascendat cœlum. *Osea* 9. c. Quasi vuas in deserto inueni Israel, hoc est nasci ex tribulis ficus. Et de spinis vuas, sc. ex peccatore cœlicolam.
- Visio, de qua. *Exod.* 3. Vadam & videbo visionem hanc magnam. Et 3. *Reg.* 19. c. In sibilo Dominus.
- Panis 3. *Reg.* 19. a. Elias reperit panem subcinericium ad caput suum: Et *Ioan.* 6. b. In deserto pauit 5000. hominum.
- Agon, id est, certamen tentationum. *Matt.* 4 a. Ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à Diabolo, &c.
- Angelus custos existentium in deserto. *Exod.* 23. c. Præcedit Angelus meus.
- Herba, qua sancti vescuntur, 2. *Mach.* 1. d. Iuda secesserat in desertum locum, ibique inter feras cum suis in montibus vitam agebat, & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes fierent coinquinationis.
- Feræ De quibus *Iob* 39. a. Nunquid nosti tempus partus Ibicum. Et *Marc.* 1. b. Eratque cum bestiis.

vt *a* viderem † *b* virtutem, tuã, & *c* gloriam tuam. † Quoniam *d* melior est misericordia tua *e* super † vitas: *f* labia mea laudabunt te *g* Sic benedicã *h* te in vita mea: & in *i* nomine tuo *k* leuabo manus meas. Sicut *l* adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & † *m* labiis exultat. † lauda-

Al. † potentiam.
al. † Quia.
al. † vitam.
al. † labia.
al. † laudabunt nomen tuum.

d Quoniã melior est, &c.] Hoc secũdũ vtramque præmissarum lectionũ competenter iungitur. Primò sic. Dico, quod desiderabam videre virtutem tuam, & gloriam tuã, id est, Christum nõ quidem præsumendo de meis meritis, sed de tua misericordia confidendo: Quoniam melior est, &c. Vel secundum secundam lectionem: Apparui tibi. *a* Vt viderem virtutem tuam] i. misericordiam. *d* Quoniã melior est misericordia tua] Domine. *e* Super vitas] quasi dicat, nullius vita quantumcunque sancta sufficit homini, nisi adsit misericordia Dei. Secundũ quod dicit *Greg.* Quãtumlibet quis videatur innocens, tamen apud districtum Iudicem nostra nos vita non liberat, si reatum nostrum misericordia Dei non relaxat. Propter hoc dicit *Iob.* 9. b. Etiamsi habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum Iudicẽ deprecabor, *e* Super vitas duas, scil. actiuam & contemplatiuam. Vel, Super vitas quatuor, quæ significantur *Ezec.* 1. b. per quatuor animalia. Facies hominis est vita coniugatorum, qui cum vxoribus viuebant. Facies leonis, qui in eremo habitat, est vita Eremitarum. Facies bouis, cœnobitarum. Hæc sunt animalia gressibilia; quia omnes hi habent aliquid in terra. Facies Aquilæ est vita eorum, qui nihil penitùs habent terrenum, sed liberè volant in cœlestibus. Sed melior est misericordia Dei super omnes istas vitas, quia sicut dicit *Greg.* Vita sanctorũ succumbit, si pietas Dei non adsit. Vnde de illis animalibus, bene dicitur ibi, quòd cùm fieret vox super firmamentum, stabant & submittebant alas suas. Quid enim est fieri vocem super firmamentum, nisi Deum districtè velle iudicare? Et quid est animalia alas submittere nisi vitas Sanctorum succũbere? Et quia Deus est misericors, promittit Propheta se laudaturum Deum ore. Vnde dicit. *Ezech.* 1. f.
f Labia mea laudabunt te] *Ose. vlt.* b. Reddemus vitulos labiorum nostrorũ. Item quia non est Deus tantùm ore laudandus, sed & opere: ideò etiam opere se promittit laudaturũ, subiungens. *g* Sic] i. sicut ore laudabo te, sic etiã *h* Benedicam te in vita mea] i. benè viuendo, iuxta illud *Matth.* 5. b. Sic luceat lux vestra corã hominibus vt videãt opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Propter istum duplicem modum laudandi Deũ, s. verbo, & opere designandum, præcepit Dñs *Exod.* 28. f. vt de tunica sacerdotali dependerẽt tintinnabula, & malogranata Per tintinnabula, verba: Per malogranata opera designantur. Hæc autem non prosunt facienti nisi pura sit intentio. Vnde benè sequitur. *i* Et nomine tuo] i. propter salutẽ. *k* Leuabo manus meas.] Manus leuat, qui operatur propter cœlestia. 1. *Tim.* 2. c. Leuantes puras manus in oratione. Econtrario dicitur *Osea* 5. a. Victimas declinastis in profundum. Illas manus, quæ sursum eleuantur, apprehẽdit Dñs, i. talia opera accepiat, & vt melius fiat, adiuuãt, *Is.* 41. c. Suscepit te dextera Iusti mei, i. Christi. Et sequitur post: Ego Dñs Deus tuus apprehendens manum tuã. Sed quia in laude Dei necessaria est deuotio, ideo consequenter petit eam dicens. *l* Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.] Per adipẽ qui est in intestinis, significatur deuotio, interior, quæ Dño debet offerri. *Leuit.* 3. d. Omnis adeps Dñi erit. Per pinguedinem, quæ in carne est, significatur exterior alacritas, quæ etiam. Domino offerri debet. 2. *Corint.* 9. b. Hilarem datorem diligit Deus. Sicut. n. antiquitus adeps, & pinguedo placebant Deo; ita spiritualiter in nostris sacrificiis spiritualibus deuotio, & hilaritas placent ei. Et ideò petit iste animam suam his repleri. Et notabiliter dicit: Anima mea, non petit carnem vel bursam impinguari, sed animam. *Iere.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine *Isa.* 55. a. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur crassitudine anima vestra. Sic est de deuotis, & feruentibus; sed non sic de acidiosis, qui dicunt *Num.* 11. Anima nostra arida est. Et quia anima repleta eructat, ideò sequitur. *m* Et labiis exultationis laudabit os meum.] Hoc sequitur necessariò,

quia impinguata anima non laudare non poteſt. *Matth.* 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. [Labiis exultationis] dicit, non quæſtus tẽporalis, qui potiùs ſeparandus eſt ab anima, ſecundũ illud *Ier.* 15. d. Si ſeparaueris pretioſum à vili. quaſi os meum eris. *a* Si memor. &c.] Secũda pars, vbi oſtẽdit ſecuritatẽ ſuã ex Deo eſſe, cuius habet memoriam Et continuatur præcedenti ſic. Dico, quod laudabit os meum, quia ex abundantia cordis os loquitur, ego autem ipſum Deũ habeo in corde, cogitans in eo in matutinis. Et hoc

bit os meũ, † Si † *a* memor fui tui ſuper ſtratum meum in † *b* matutinis meditabor in te: quia † *c* fuiſti adiutor meus. Et in *d* velamento † alarum tuarũ exultabo † *e* adhæſit *f* anima mea poſt *g* te: *h* me ſuſcepit *i* dextera tua. *k* Ipſi *l* verò in *m* vanũ *n* quæſierunt *o* animam meam *p* introibunt in inferiora terræ:

al. † ſic.
al. † memoratus ſũ.
al. † diluculis meditabar.
al. † factus eſ.
al. † pennarum.
al. † agglutinata eſt.

Stratum quinque modis ſumitur in Scriptura.

probat quaſi per locũ à minori, dicens: ſi memor fui, &c. quod vtique minus videtur probabile, quod, ſ. cogitẽ de te in ſtrato, vbi dormiendum, & quieſcendum eſt. Si, inquam, ibi memor fui tui. Ergo probabile eſt quod. *b* In matutinis meditabor in te] quando iã de lecto ſurgo. Et notanda ſunt hic quatuor quæ ponit, ſ. locus Per hoc, quod dicit: Super ſtratũ tẽpus, per hoc quod dicit in matutinis. Modus, per [ſic] ſecundum quod legitur ab aliquibus, ſic memor, &c. & per [meditabor Cauſa, per hoc, quod ſequitur. *c* Quia fuiſti adiutor meus] Stratum autem quinque modis ſumitur in Scriptura Dicitur. n. ſtratũ mẽſa, ſeu locus refectionis, eo quod antiquitùs in lectis comedere ſolebant, ſecundùm *Luc.* 23. b. Oſtẽdet vobis cœnaculum grande ſtratũ, & ibi parate. Super hoc ſtratũ dẽt homo eſſe memor Dei, vt Deo manducet, videlicet, vt nõ comedat propter voluptatẽ; ſed vt fortior ſit ad ſeruiendum Deo 1. *Cor.* 1. g. Siue comeditis, ſiue bibitis, omnia in gloriã Deì facite. Ideò legitur clauſtralibus, dũ comedunt. Item ſtratum dicitur lectus ægritudinis, in quo præcipuè dẽt homo memor eſſe Dei, ſicut Ezechias, de quo *Iſa.* 38. a. dicitur quod fleuit, & dati ſunt ei 15. anni ad vitã. Itẽ per ſtratum poteſt intelligi quies proſperitatis, in qua multi non ſunt memores Dei, ſed eum obliuiſcuntur, ſicut *Gen. quadrageſimo* d. dicitur quod ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt interpretis ſui. Hoc idem ſignatur ibi, vbi dicitur, quòd Manaſſes fuit frater Ephraim, i. obliuio abundantiæ, *Oſea* 13. c. Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuũ, & obliti ſũt mei. *Iſ.* 57. b. Viã manᵘ tuæ inueniſti, propterea nõ rogaſti. Itẽ ſtratum dicitur conſcientia, *Iſ.* 28. e. Coanguſtatum eſt ſtratũ ita, vt alter decidat. Non. n. in cõſciẽtia hoĩs poſſunt habitare ſimul Diabolus cũ Deo, vel è conuerſo. De cõſcientia etiã dicitur illud *Cant.* 1. d. Lectulus noſter floridus. Et *Cant.* 2. a. In lectulo meo quæſiui, quẽ diligit anima mea. Et *in Pſ.* 6. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Item ſtratũ eſt ſacra Scriptura, in qua requieſcere, & Deũ ad memoria reuocare dèbemus. *Ro.* 2. c. Requieſces in lege. De quolibet poteſt dici. *a* Si memor fui tui ſuper ſtratũ meũ, &c.] Hoc eſt cõtra duo genera hominũ. Quidam. n. nolũt ſurgere, & nolũt intereſſe matutinis. Contra eos dicit [In matutinis] Quidã autẽ ſurgũt, & interſũt, ſed ibi nõ Deũ, ſed vana, aut noxia meditantur. Contra quod dicit, meditabor in te: Itẽ nota, quòd dicit meditabor, non dicit cãtabo, quã omniũ eſt meditari in Deũ, ſiue in Deo, tã laicorum, quã Clericorum. Sed cantare non ſic; *Iſ.* 59. b. omnes quaſi columbæ meditantes gememus. Et meritò meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus, liberans me de inimicis meis. Sed quia dicit [fuiſti] In præterito, nunquid excludit præſens & futurum? Non Deus. n. nõ tãtũ fuit, ſed eſt, & erit adiutor noſter. Fuit adiutor noſter, per gratiam præuenientẽ. Eſt per gratiã cooperantẽ. Erit, per gratiã confirmantẽ. Hæc eſt ergo prima cauſa quare memor ſit Dei, videlicet, quia eſt adiutor. Secundã autem, tertiã, & quartã ponit cõſequẽter. Secũda ergo eſt, quia eſt protector cõtra mala, *ibi*: & in velamẽto, &c. Tert. eſt, quia trahit ad ſe. Vnde dicit: Adhęſit anima mea poſt te: Quarta eſt, quia glorificabit: Vnde ſubdit: me ſuſcepit dextera tua. Dicit ergo. *d* Et in velamẽto, &c.] i. in protectione tua. *Pſ.* 16. Sub vmbra alarũ tuarũ protege me, à facie impiorũ, qui me afflixerunt. Sunt autẽ alæ Dñi miſericordia, & veritas: ſiue potentia, & clementia potentia defendit clementia fouet. Vel alæ Dñi, ſunt Prælati boni, ſ. alæ illius gallinæ, de qua *Matth.* 23. d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis. Et dicũtur Prælati boni alæ Dñi, eo quod pullos Dñi defendunt ab imbrib. à vulpe, à miluo, à vẽto, à puluere. Imber eſt damnatio iræ Dei *Pſal.* 10. Pluet ſuper peccatores

Boni Prælati ſunt alæ Domini.

laqueos. *Gen.* 19. e. Dñs pluit ſuper Sodomã & Gomorrã ſulphur, & ignem. Vulpes ſunt hæretici, *Cant.* 2. d. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas Ventus, ſuperbia; Puluis, auaritia, propter hoc bene ſignãtur Pręlati boni per ſaga, quæ cooperiebant tabernaculũ. *Exo.* 26. c. Facies aliud operimentum de ſagis. Vbi dicit *Greg.* Vt intùs byſſus fulgeat, pelles, & cilicia, imbres, & puluerem portent. Qui ergo magnis virtutibus in Eccleſiæ ſinu proficiunt, Præpoſitorum vitam deſpicere non debent, cùm vacare eos exterioribus vident Prælati ergo ſunt alæ Dñi. Sed multi pulli nolunt ſubeſſe iſtis alis, ſed ſupereſſe: & ideò à miluo rapiuntur. Nunc autem peruerſæ ſunt alæ, quæ pullos occidunt, quos protegere debent. *Ierem.* 2. g. in alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentum. Vel alæ Dñi, ſunt brachia in Cruce extenſa, ſub quibus protegitur Eccleſia tota. *Deuteron* 32. b. Expandit alas ſuas, & aſſumpſit eos, atque portauit, in humeris ſuis. Non tantùm autem protegit Dominus, ſed & trahit. Vnde ſequitur. *e* Adhæſit anima mea poſt te] Non ſicut infra dicitur. *Pſ.* 118. Adhæſit pauimento anima mea. *g* Poſt te] aſcendentem in cœlum. *Mich.* 2. d. Aſcendet pandens iter ante eos. Et eſt neceſſe, vt qui vult ſequi velociter currentem, ei adhæreat; alioquin citò remanere poterit. Ideò dicit Sponſa *Canticor.* 3. b. Tenui eum, nec dimittam Charitas verè compaginat animam Deo, ſicut Noe liniuit arcam aſphalte, id eſt, bitumine Iudaico. Dicit ergo.

e Adhæſit] contra diſcohærentes, & diſcordes. *f* Anima] mea contra carnales. *g* Poſt te] contra præſumentes, ſicut fuit Petrus, cui volenti præcedere Dominum, dixit Dominus *Matth.* 16. d. Vade poſt me Satana. Ideò bonum eſt ſequi Dñm, & inniti humeris eius. *Deut.* 32. Beniamin amantiſſimus Domini, habitabit in eo confidenter, & inter humeros illius requieſcet. *Deut.* 32. b. Portauit eum in humeris ſuis. *Leu.* 15. a. Imponit ouem in humeris ſuis. Sed poteſt obiici de Ioanne, qui in cœna rucubuit ſupra pectus Dñi. *Ioan.* 13. c. Sol. Dominus tunc quieuit; cùm autem cucurrit oportuit illum ſequi. Illud autem ſic exponit *Gregor.* In pectore Domini recumbimus, cùm ſapientiam euangelicam meditamur. *Exod.* 33. d. Poſteriora Domini cum Moyſe cernunt, qui retroactas prophetias conſiderant.

h Me ſuſcepit] id eſt, ſuſcipiet in gloria.

i Dextera tua] id eſt, propitiatio tua. *Pſalm.* 54. Suſcipiet in pace animam meam, ab his, qui appropinquant mihi: Vbi eſt locus ſaluandorum. *Matth.* 25. c. Statuet oues à dextris. In dextra Domini duo ſunt, ſ. iuſtitia, & æternitas. De iuſtitia locutus eſt Dauid, qui fuit vir bellator manu dicens *Pſal.* 47. Iuſtitia plena eſt dextera tua. De æternitate, in qua erit ſumma pax, dicit Salomon pacificus. *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera illius. Nec dicit, ego ſuſcepi dexteram tuam, ſed è conuerſo, quia totum eſt à benitate Dei. Et propter iſta dicit ſe eſſe ſecurum ab inimicis, ſubdens. *k* Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam.] Quod ſic legi debet: Ipſi verò quæſierunt animã meã. *l* Verò] pro ſed. *m* In vanum] quia tu me adiuuas protegis, trahis ad te, & ſuſcipis. *Pſ.* 26. Dñs protector vitæ meæ, à quo trepidabo? *Io.* 17. a. libera me, Dñe: & pone me iuxta te; & cuiuſuis manᵘ pugnet cõtra me: Dicit ergo. *k* Ipſi Dæmones, vel homines peccatores. Sed non nominat eos, vt oſtendat, quòd non ſint digni nomine, ſicut enim ſunt innumerabiles; ita & innominabiles. *Num.* 1. Non numarantur paruuli, & mulieres. Et *Luc.* 16. e. Non nominatur diues: quia nomen pertinet ad cognitionem, quam mali non habent in cœlo, ſecundum illud *Matth.* 7. c. Nõ noui vos. *m* vanum] quia habetur *Prou.* 1. b. Fruſtrà iacitur ante oculos pennatorum, i. alis Domini velatorum. Quia vt habetur *Mal.* 4. a. Sanitas in pennis eius.

n Quæſierunt] Non dicit inuenerunt: Sic eſt. n. de Diabolo ſicut de vrſo, qui cæcatur, & ad palum ligatur, & circuit ibi quærens ad quem deuoret: ſic diabolus quaſi vrſus ligatus, nullum poteſt deuorare, niſi accedentem ſpontaneè ad ipſum. Vnde *Eccl.* 21. a. Fuge peccata ſi ad illa acceſſeris ſuſcipient te dentes leonis. *o* Animam] non carnem. *Gen.* 14. d. Da mihi animas. Sic ergo quæſierunt animam meam in vanum] i. ſine ſua vtilitate & ſine ſui præpoſiti impletione. Secundum quod legitur illud *Iob* 2. b. Tu commouiſti me, vt affligerem eum fruſtrà, i. non habuiſti propter hoc, quod intendendas. Sed non in vanum quantum ad me, quia vtile eſt mihi eorum perſecutionẽ ſuſtinere. Nec in vanum eis, i. non impune ferent, quia propter hoc, & propter ſua alia ſcelera. *p* Introibunt in inferiora terræ, i. in carcerem infernalem. *Prou.* 24. b. Impij corruunt in malũ *Iſa.* 24. d. Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in locum, & claudentur ibi in carcere. *Matt.* 22. b. Mittite eũ in tenebras exteriores. *Ezech.* 31. e. Omnes traditi ſũt in

mortem ad terram vltimã. Et nunquid erunt ibi sine tormento? non, imò habebunt quod sequitur. *a* Tradentur in manus gladij] Gladius, est vindicta & pœna infernalis. *Iob* 19. d. Vltor iniquitatum est gladius. *Isa.* 1. c. Gladius meus deuorabit, vos. Sic ergo habemus duo mala, quæ habebunt. Primum est loci profunditas, siue obscuritas, quod notatur *ibi*: Introibunt in inferiora terræ. Secundum est pœnæ acerbitas, quod notatur, *a* Traditur in manus gladij. Tertiũ verò malum, est mala societas. Vnde sequitur.

a Tradentur in manus gladij, *b* partes vulpium erunt. *c* Rex verò *d* lætabitur in Deo, † *e* laudabuntur *f* omnes, qui iurãt in eo: † quia *g* obstructum est *h* os loquentium iniqua

al. † laudabitur omnis, qui iurat in ipso.
al, † quoniã oppilatum.

Iuue, sat. 10.

b Partes vulpium erũt] id est, inter vulpes, s. Dæmones reputabuntur, & ponentur, vt sicut se fecerunt Dæmonum socios, & participes in culpa, ita etiam sint participes eorum in pœna. Vnde dicetur eis illud. *Matth.* 25. d. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Vel vulpium, i. hypocritarum, vel hæreticorum, vel Gentilium, cum quibus tunc ponentur. Vnde *Matth.* 22. d. Partem eius ponet cum hypocritis. *Luc.* 12. f. Diuidet eum, partéque eius cum infidelibus ponet. Hic etiam innuitur partitio, quæ fit in morte vsurariorũ. Corpus. n. datur vermib. Vnde dicit: Introibunt in inferiora terræ. Anima traditur ignibus. Vnde dicit, Tradẽtur in manus gladij. Res verò rapiuntur à parentibus, & prædonibus: Vnde dicit. Partes vulpium erunt. De hac partitione. *Eccl.* 10. b. Cum morietur homo, hereditabit vermes, bestias, & serpentes. Ecce illa tria, sc. vermes, & serpentes inferni, & bestiæ, sc. prædones omnia vastantes. Vel de præsenti potest totum legi, vt notentur hic tres pœnæ, quas sustinẽt mali etiã in præsenti: Prima est pressura, quam patiuntur à propriis peccatis, quod notatur, cum dicit: Introibunt in inferiora terræ, id est, ipsa terra temporaliũ quam congregant, opprimet eos, *Abac.* 2. b. Væ ei, qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densũ lutum? Secunda pœna est damnum corporum quam tales sæpè incurrunt. Vnde dicit: Tradentur in manus gladij. Diuites. n. sæpe in via interficiuntur à latronibus; pauperes verò non, quia: *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Tertia pœna est damnum rerum. Vnde dicit: Partes vulpium erunt, i. prædonum, vel principum. Qui dicuntur vulpes, quia insidiantur talib. vsurarijs, sicut vulpes gallinis. Vnde *Luc.* 13. g. dixit Dominus, Ite dicite, vulpi illi, &c. Quod enim isti vsurarij, & diuites, & bedelli in magno tempore pauperibus per vsuras, & fraudes extorserunt, totum simul quandoque auferunt Principes ab eis. *Is.* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? cùm desieris prædari, deprædaberis, dictum est suprà, quod per vulpes intelliguntur Dæmones, & hypocritæ, vel hæretici quod similiter per proprietates vulpis videri potest, quæ notantur his versibus.

Fœtor, auis, lar, vox, via cauda, color, caro, pes.
Fraus, taxus, pulex, pellis, proles, pilus, vnda, canis, lux.

Proprietates vulpis, Dæmoni hypocritis, & hæreticis conuenientes

- Fœtor coram Deo, quasi mortui. *Isa.* 34. a. De cadaueribus eorum fœtor ascendet.
- Auis, est vir spiritualis, cui vulpes insidiatur, sicut gallinæ, sicut Herodes Christo. *Luc.* 13. g. Dicite vulpi illi, &c.
- Lar in fouea. *Matt.* 8. c. Vulpes foueas habent, i. hypocritæ, meretrices. *Prouerb.* 23. c. Fouea profunda meretrix.
- Vox gannit, & fingit se latrare. *Isa.* 10. d. Non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret.
- Via, non vadit recta via, sed per anfractus. *Prou.* 2. c. Quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum.
- Cauda magna est, & pilosa, & Diabolum sequuntur magni, & diuites huius mundi. *Is.* 9. c. Propheta docens mendacium, ipse est cauda.
- Color rufus, sicut Dauid, quia Angelus Sathanæ transfigurat se in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. *Apoc.* 12. a. Draco magnus, & rufus:
- Caro mali saporis est, & comeditur pro podagra, & artetica, & infirmas iuncturas habent, qui charitate carent, quæ est vinculum; sed hi cùm masticant, & sentiunt amaritudinem Diaboli, curantur. *Ps.* 75. Dedisti eum escam populis Æthyopum:
- Pes tortus est, & tibia curta. E contra *Ezech.* 1. b. Pedes eorum pedes recti. *Leu.* 21. b. Si fracto pede, &c.
- Fraus *Isa.* 32. b. Fraudulenti vasa pessima: Ideò vocatur Renardus, & processio eius fit.
- Taxus facit foueã, & vulpes eo absente stercorat ibi, & Taxus propter immunditiam recedit. Simili modo effugat Diabolus Dominum de cordè hominis. *Ps.* 30. Factus sum, tanquam vas perditum: obliuioni traditus sum tanquam mortuus à corde.
- Pulex. Dicitur, quod vulpes tenet lanam in ore, & paulatim se mergit in aqua, à parte caudæ, donec pulices fugiant ad lanã: & tunc deserit eam in aqua. Pulex, est reprehensio mordax, quam membra Diaboli versutè in aliorum vellere vergunt, & reprehensores suos persequuntur. 1. *Reg.* 24. c. Canem mortuum persequeris, & pulicem viuum, id est, reprehensorem mordacem.
- Pellis sola est chara venatoribus, id est, exterior conuersatio hypocritarum, & hæreticorum, quæ est in mortificatione carnis, quam debent sibi boni assumere, & cadauer proijcere, quod sub pelle absconditur. *Matt.* 3. a. Zona pellicea circa lumbos eius,
- Proles multa; & patrizans. *Iob* 21. b. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum.
- Pilus longus, & densus, id est, temporalia habens multa, *Isa.* 3. d. Erit pro crispanti crine caluitium.
- Vnda, Quando insequuntur venatores, & canes, totam præter nasum se suspendit in flumine per ramum, & sic latet, vt dicitur: sic hypocritæ & hæretici, & Diabolus abscõdũt se à canibus, sed tamen nasus emittit spiritum malæ suggestionis. Sed dicitur *Amos* 9. a. Et si celauerint se ab oculis meis in profũdo maris, ibi mandabo serpenti: & mordebit eos.
- Canis videtur in anteriori parte, sed non in posteriori, vbi cauda maior: sic illi videntur similes Prædicatoribus, in primis verbis, sed in fine mordent, vt coluber, & quasi Regulus venena diffundunt: *Prou.* 23. d.
- Lux oculorum micat de nocte. *Ier.* 4. f. Sapientes sunt vt mala faciant, & benefacere nescierunt.

Enumeratis pœnis malorum ostendit præmia Iustorum. Primũ erit lætitia sẽpiterna. Vnde dicit. *c* Rex vero] i. Christus, qui est Rex Regum: *Apoc.* 17. d. & 19. c. *d* Lætabitur in Deo & nos in ipso. Sed vt notetur communitas capitis, & membrorũ de solo capite loquitur. Vel Rex dicitur quilibet Iustus, qui bene se regit. *Iob* 3. b. Cum Regibus & consulibus terræ requiescerem, id est, cum his, qui se bene regunt, & aliis consulunt. *Horatius: Rex eris aiunt, si recte facies.* Item homo est microcosmus in quo est Rex liberum arbitrium. *Eccl.* 10. d. Beata terra, cuius Rex nobilis est. Iste Rex lætabitur in Deo, non solũ in futuro, sed & in præsenti. *Cant.* 1. a. Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorũ, i. duorũ Testamentorũ. In Deo, nõ in fortuna. *Iob* 31. c. Si lætatus sum super diuitiis meis multis. Itẽ lætabitur in futuro, secũdũ quod dicitur *in Ps.* 149. Exultabũt Sãcti in gloria. Et *e* Laudabũtur] in fin. i. laudabiles apparebunt. *f* Omnes, qui iurãt in eo] i. qui firmiter proponunt seruare, & seruant mãdata ipsius: sicut dicitur in *Ps.* 118. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuę. Vel qui iurãt in eo ad literã. Et dicit hoc, ad innuẽdũ, quod si hoc minimũ laudatur, multò fortiꝰ, & maiora laudabũtur: sicut è cõtrario *Mat.* 25. d. vbi dicit: Esuiui, & non dedistis mihi manducare, improperat parua, innuens malis quodpropter maiora fortiùs dãnabũtur. Dico quod laudabũtur, licet modò à malis vituperentur *g* Quia obstructũ est] i. obstruetur tunc. *h* Os loquentiũ iniqua] i. detractorũ. *Psal.* 106. Omnis iniquitas oppilabit os suum. 1. *Reg.* 2. b. Impij in tenebris conticescent. Sed quid est, quod dicit: Laudabũtur omnes, qui iurant in eo? Nonne contrarium habetur *Mat* 5. f. Ego autẽ dico vobis, nõ iurate omninò? Sol. Non dicit simpliciter nõ iurare omninò, sed addidit: Neque per cœlũ: neque per terrã, &c. & ponit tantùm creaturas Hic autem dicit: Qui iurant in eo, s. Deo, non in creaturis. Vnde ibi *Matt.* 5. f. dicitur: Reddes Dño iuramẽta tua. Et dicit: Omnes: Iurat. n. Deus, iurat Christus, iurat Angelus, iurat Apostolus, iurat Ecclesia, quia in illo præcepto de iuramento non clauditur os iurantium vera. Sed obstructum est os loquentium iniqua. *Eccl.* 23. b. Iurationi ne assuescas os tuum: multi enim casus in illa.

Horat. lib. 1. epistolarum

EXPOSITIO PSALM. LXIII.

EXaudi, Deus, orationem meam, &c. Titulus *In finem Ps. Dauid* Titulus patet suprà in illo psalm. Nonne Deo, vbi egit de transiliente: Postea in sequentẽ illum, & pręcedente istum egit de loco, quem transilire debemus, s. de Idumæa, i. de mundo: In isto autem agit de magistro transilientium, i. de Christo; agit. n. de Passione, & Resurrectione Christi, intentione monens, vt in tribulationib. spẽ habeamus in Christo, qui passus est pro nobis. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò Christꝰ enumerat, quæ passus est, & quomodo se habuit in passione. Secundò prauitatem Iudæorum irridet, *ibi*: Sagittæ paruulorum. Christus

Partitio Psalmi.

stus ergo quasi constitutus in passione, orat dicens.

Alleg. a Exaudi, Deus Pater, orationem meam. Et meritum subiungit dicens.

b Cum deprecor] quasi dicat, debes exaudire, quia intẽsè & deuotè precor. Postea ostendit quæ petat. Primò peti securitatem contra aduersarios, dicens.

c A timore inimici:] sc. populi Iudaici. Eripe animam meam de quo timore dicitur, *Marc.* 14. d. Cœpit Iesus pauere, & tædere. Et probat à consuetudine, quod exaudire debet. Vnde addit.

al. † Tribulor.
al. † erue.

d Protexisti me à cõuentu malignãtium,] iam plures. Et ostendit inimicos suos esse vnanimes in persecutione, per hoc quod dicit à conuentu. *Matth* 26. a. Congregati sunt Principes Sacerdotum, O seniores populi, &c. Item quia habent voluntatẽ nocendi, cum dicit: Malignatum, *Psal.* 21. Consilium malignantium obsedit me. Item ostendit, quòd multi sunt, cùm dicit: A multitudine: Et quia multa mala operati sunt contra illum, cum addit operantium iniquitatem, Et ostendit, qua necessitate petat, dicens.

al. † sagittabunt in abscondito.
al. † repentè.

In finem Psal. David. LXIII.

a EXaudi, Deus orationem meã cũ † b deprecor; à c timore inimici † er pe animam meã. d Protexisti me a e cõuentu malignantium, f à multitudine operantium iniquitatem, g Quia exacuerunt, vt gladium linguas suas: h intenderunt arcum i rem amaram, vt † sagittent in l occultis m immaculatũ. † n Su-

g Quia exacuerunt vt gladium, linguas suas] tribus modis, sc. Adulando. *Matth.* 22. b. Scimus, quia verax es, &c. Illudendo. *Matth.* 26. g. Prophetiza nobis, Christe. quis est, qui te percussit? Item irridendo. *Matth.* 27. e. Si filius Dei est, descendat de cruce. Vnde de Iudæis dicitur *Prou.* 30. b. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet. Posteà ostendit eorum intentionem malam.

h Intenderunt arcum] quasi, dicat, non solum exteriùs me persecuti gladio linguæ; sed intùs in corde fuit intentio mala, quæ per arcum designatur. Gladius enim apertè ferit sed arcus occultè. Tunc intenderunt arcum cùm eũ à discipulo emerunt, quod amarum est. Vnde dicit.

i Rem amaram] mihi. Vnde sup. *Psal.* 54. Si is, qui oderat me, &c. tu verò homo vnanimis, &c. Vel, Amaram, ipsi Iudæ, qui præ nimia amaritudine cordis suspendit se. Intenderunt dico arcum.

k Vt sagittent] id est, percutiant & interficiant.

l In occultis] secundum suam opinionem, sed tamen mihi manifestum erat.

m Immaculatum] Christum, qui solus fuit agnus sine macula velleris, est tincturæ. Item ostendit eos fuisse dolosos, dicens.

n Subitò sagittabunt eum] id est. ex improuiso eum capient & manus in eum inijcient adhuc quasi osculante eum Iuda, sicut habetur *Matth.* 26. e. Et sagittas opprobriorum, blasphemiarum, irrisionum, & huiusmodi mittent in eum.

A *Thren.* 3. b.

Moral. a Exaudi, Deus, &c. Moraliter dicit Iustus, vel pœnitens in tentatione positus. Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor, id est, cùm desinens à malo precor. *Eccl. trigesimo quinto* a. Deprecatio pro peccatis, recedere ab omni iniustitia. Vel sic: Cùm deprecor, id est, cùm contrarium precor eius, quod precari solebam. Quondam. n. precabar carnalia; nunc autem precor spiritualia. Quondam dixi illud *Prou.* 30. b. Affer, affer, scil. voluptatem, & vanitatẽ, Modò dico. Aufer, aufer vtrunque, *Eccl.* 23. a. Aufer à me ventris concupiscentias: Ecce cõtra voluptatem. *Prou.* 25. a. Aufer rubiginem de argento, & & egredietur vas purissimum: ecce contra vanitatem, quæ, sicut rubigo, consumit omnem virtutem in homine. Vel cum deprecor, id est, dum adhuc sum in deprecando, quasi dicat, non differas audire, sed statim audi me, quàm citò deprecor, *Isa.* 65. Adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Sed nonne contrarium dicit *Abac.* 1. a. Vsquequo, Domine, clamabo, & non exaudies? Et *Iob* 19. a. Ecce ego clamabo, & nemo exaudiet. Solut. *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te.

c A timore inimici eripe animam meam] Non dicit à manibus, quia sicut dicitur *Iob* 9. c. Terra tradita est in manus impij. *Iob* 16. c. Manibus impiorum me tradidit: Et a. b. *eiusdem.* Ecce in manu tua est: Sed quid est, quod dicit: A timore inimici eripe animam meam? Contrarium videtur *Ierem.* 17. b. Non timebit, cum venerit æstus, id est; persecutio. Item *Ps.* 22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et *Prou.* 28. a. Iustus quasi leo absque terrore erit. Sol. Iustus habet à Deo, quod non timeat; sed quantum est de se timet: & ideò petit à Deo liberari à timore. Vel sic potest exponi. c A timore inimici,] i. ab illo timore, quem habẽt inimici, qui timent paupertatem, tribulationem, ægritudinem, & huiusmodi. Sed hoc nõ timet Iustus, qui dicit in *Psal.* 73. Quoniam in flagella paratus sum, *Matth.* 10. c. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c.

d Protexisti me] ecce innuit se iam exauditum, quia protector est omnium sperantium in se. Et aures eius in preces eorum. e A conuentu malignantium] Suprà dixit singulariter, inimici, & hic innuit, quod multiplicantur, vt fiat conuentus, & tandem fit multitudo. Vnde sequitur: à multitudine operantium iniquitatem. Vel distinguendo, diabolus dicitur inimicus conuentus, motus carnales, operantes iniquitatem, mali homines. Est autem triplex conuentus. Primus Dei. 1. *Mach.* 3. f. Congregatus est conuentus, vt parati essent in prælium. Secundus est mundi. *Act.* 19. g. Conuentus forenses aguntur. 1. *Corinth.* 11. d. Vobis conuenientibus in vnum, &c. Tertius est diaboli. De hoc hic. Et supra in *Psal.* 15. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. *Eccl.* 10. b. Propterea honorauit Dominus conuentum malorum, &c. Protegit autem Dominus scuto, quod vndique circuit. De quo infra. Scuto circundabit te veritas eius. Et necesse est, quod vndique circundet, quia hostes vndique impugnat, secundum illud *Iob* 19. d. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Est autem duplex scutum necessarium, sc. scutum patientiæ contra pœnas. Et scutum fidei, contra culpas. De primo *Psal.* 91. Bene patientes erunt, vt annuncient. De secundo *Eph.* 6. c. In omnibus scutum fidei sumentes, Sic ergo protegit Dominus à conuentu malignantium. Et dicuntur malignantes, motus carnales, qui maligno igne ardent, & comburunt, scil. igne luxuriæ. Vel malignantes, dicuntur mundani 1. *Ioan.* 5. d. Mundus in maligno positus est.

Triplex conuentus.
Psal. 90.
Duplex scutum est necessarium.

f A multitudine operantium iniquitatem] sicut in conuentibus Cisterciensis ordinis est multitudo conuersorum qui faciunt opera exteriora, & colunt terras, sic conuentus Diaboli habet duos conuersos de quibus hic dicit: A multitudine operantium iniquitatem eorum; videlicet, qui operantur in agro diaboli. *Phil.* 3. a. Videte malos operarios. *Eccles.* 11. d. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala. Quæ? Ecce.

g Quia exacuerunt, vt gladium linguas suas] & ad hoc conueniunt 1. *Cor.* 11. d. Conuenientibus vobis in Ecclesiam; auditio scissuras esse, quasi dicat, gladio linguæ cæditis vos, & occiditis. Suprà gladius in labiis eorum; Sed contra hunc gladium veniet gladius Domini. De quo *Eze.* 21. c. Gladius exacutus est, & limatus est, vt sit in manu interficientis, *Apoc.* 13. c. Qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.

h Intenderunt arcum] gladius de prope ferit, arcus de longè Est ergo sensus, ac si dicat: Præsentes proximos iurgiis & contumeliis cædunt, absentes & remotos detractionibus sagittant, & vulnerant, *Ier.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est: quia præsentibus detrahit: ecce dolus. Hoc etiam potest specialiter dici de Aduocatis, contra quos adduci possunt omnia prædicta in hoc versu. Sunt quidem serpentes, sc. cerastes, habentes corneas linguas, & venenatas. Tales sunt linguæ Aduocatorum, & litigatorum, sc. duræ, & malitiosæ, Ideò dicitur de Dan, qui interpretatur Iudicium, & significat Causidicos *Gen.* 49. c. Fiat Dan cerastes in semita: Venenum quod exit de hac lingua, est peruersum consilium. Et sicut venenum haustum humores corporis commouet, sic consilium Aduocati eos, qui sumunt illud commouet secundum illud, *Eccles.* 28. b. Lingua tertia multos commouit. Et si lis nulla fuerit, vel fortè non vocentur ad consilia, ipsi à longè machinantur, vt possint lites suscitare: Vnde bene sequitur.

De aduocatis & litigatoribus.

h Intenderunt arcum] scil. malitiam cordis sui.

i Rem amaram] pauperibus, & simplicibus, quos vexari faciunt, & tota die citari. Et si iustè facerent, tolerari posset: Sed hoc faciunt.

k Vt sagittent in oculis immaculatum, &c.] qui nihil eis nocuit. De hoc arcu *Osea* 7. d. Cogitauerunt malitiam, facti sunt quasi arcus dolosus, quia dolosè innocentes sagittant. Sed sequitur ibi: Cadent in gladio Principes eorũ, à furore linguæ suæ. Hoc est, quod dicitur *Prou.* 27. b. Semper iurgia quærit malus, Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Quæ autem sequuntur, satis plana sunt de aduocatis, & litigatoribus.

n Subitò sagittabunt eum, &c.] Quia modò faciunt eum citari huc, modò illuc, & eadem die in diuersis locis, secundum quod *Iob.* 1. d. dicitur, Adhuc eo lo-

Allegor. A *Thren.*3.b.Posuit me sicut signum ad sagittam.Ostendit nihilominus eos esse contemptores, cùm addit.
b Et non timebunt] scil. tantum scelus perpetrare. Item ostendit eos obstinatos,cum subiungit.
c Firmauerunt sibi sermonem nequam] de occidendo Christo.Ita firmauerunt quod nec ipse Iudex Pilat^9 potuit eis dissuadere. Vnde lauit aqua manus, dicens:innocés ego sum à sanguine Iusti huius. *Matt.* 27.c. Nec tantum obstinatos,sed & astutos in malitia eos fuisse ostendit dicens.

a bito sagittabunt eum, & non *b* timebunt: *c* firmauerunt sibi *d* sermonem † nequam *e* Narrauerunt, *f* vt *g* absconderent † laqueos *h* dixerunt: quis videbit † eos? † *i* Scrutati sunt *k* iniquitates: *l* defecerunt scrutantes † scrutinio. *m* Accedet homo *n* ad cor altum:

Al. † malignum.
al. † muscipulas.
al. † eas.
al. † perscrutati sunt iniquitatem.
al. † scrutationes.

e Narrauerunt] inuicem, *f* Vt] id est, qualiter.
g Absconderent laqueos] id est, deceptiones, *Prou.* 1. b. Abscondamus tendiculas contra insontem frustra: Sed licet astuti tamen decepti fuerunt. Quia.
h Dixerunt quis videbit eos?] Putauerunt enim, quod Dominus non videret, & etiam quòd homines non perciperent. Sed Vtrumque falsum fuit,vnde decepti fuerunt *Isa.*29. e. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium,quorum opera in tenebris sunt:Item ostendit eos ex deliberatione magna illud scelus perpetrasse. Vnde dicit.
i Srcutati sunt] diu.
k Iniquitates] id est. inquisierunt diligenter quomodo iniquitatem, quam proposuerant,peragerent. *Matth.* 27. a.Mane autem facto consilium inierunt,vt eum morti traderent:Ibi *Gloss.*Vide quam solliciti in malo tota nocte inuigilant,vt faciant homicidium. Et hoc est quod dicitur *Ier.*9.b Docuerunt linguas suas loqui mendacium. Et tamen, *l* Defecerunt scrutantes scrutinio] id est, licet diligenter scrutarentur,fraudati enim sunt ab intentione sua, quia etsi occiderunt eum; non tamen nomen eius deleuerunt. Vnde sequitur:
m Accedet homo] Iudæus.
n Ad cor altum] id est, profundum,secundum quod dicit *Isa.*29. e.Væ qui profundi estis corde. Tunc accessit ad cor altum Iudæus, quando voluerunt eum dolosè de terra delere. Vnde scrutabantur iniquitates; sed defecerunt, quia resurrexit. Hoc est,quod sequitur.
A *a* Et exaltabitur Deus

Moraliter. * quente venit alter, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos.Chaldæi, qui interpretantur quasi feroces, vel quasi Dæmones, significant litigatores, qui faciunt tres turmas, quando in tribus locis faciunt hominem citari. *b* Et non timebunt] quia nec Deum timent, nec homines reuerentur *Luc.*18. a. Verecundiam enim emiserunt,& timorem Domini.
c Firmauerunt sibi] i. firmiter memoriæ tradiderunt.
d Sermonem nequam,] scil. allegationes, & cauillationes.
e Narrauerunt] alter alteri.
f Vt absconderent laqueos] id est,docuerunt se inuicem, quomodo possent calumniari simplices.Vel,Narrauerunt, i. longas narrationes proposuerunt in iudicio: vt absconderent laqueos suæ deceptionis, ne à Iudicibus, vel aduersa parte possent cognosci. Vnde:
h Dixerunt quis videbit eos?] quasi nullus.
i Scrutati sunt iniquitates] id est, si aliquid inuenirent, quod possent obiicere. Sed.
l Defecerunt scrutantes scrutinio] quia non inueniunt quandoque: Vnde significantur per Laban, *Gen.*31. e.cui dixit Iacob.Quam ad culpam meam, & ob quod peccatũ meum sic exarsisti post me, scrutatus es omnem supellectilem meam, &c. Planum est etiam de detractoribus.
a Subitò sagittabunt eùm] verbis detractoriis. De quibus 3.*Ioan.*1.c.Verbis malignis garriens in nos.
b Et non timebunt] quia sunt linguæ Diaboli: De quo *Iob* 31 d.Qui factus est,vt nullum timeret.
c Firmauerunt sibi sermonem nequam] si audierit illum. Is enim est mos, verbum malum retinetur, sed bonum cito transit. Contra quod dicitur *Eccles.* 19. b. Audistis uerbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te. Sed in his nõ moritur, quia. *e* Narrauerunt]aliis non quasi detrahentes, sed quasi compatientes, vt meliùs credatur eis.Hoc est quod sequitur.
f Vt absconderent laqueos,dixerunt]in corde suo: Quis videbit eos? Sic narrabant accusatores Iudæorum. 1. *Esd.*4. c.qui inter alia dicebant:Nos memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones Regis videre nefas duximus, idcircò misimus, & annunciauimus Regi. Et vt magis detrahere,& accusare possint. *i* Scrutati sunt iniquitates]sicut scabro stercora.Viuunt enim stercoribus humanis detractores, sicut scabrones stercoribus equinis. Hæc autem scrutatio prohibetur, *Prou.*24. b. Ne insidieris, & ne quæras impietatem in domo Iusti,neque vastes requiem eius. Et *l* Defecerunt scrutantes scrutinio]secundũ quod dicitur *Isa*,40.f. Qui dat secretorum scrutatores quasi nõ sint.*i* Scrutati sũt iniquitates,&c.]Potest etiã exponi versus iste de scrutãtib. iniquitates:sed deficiũt scrutãtes scrutinio,deficiunt dico, & veritate, eo quod magis scritãtur pecuniam, quã peccata, Boni etiã Prælati quandoq;deficiunt,quia tã bonorum hominum, quã malorum corda sunt inscrutabilia.*Prou.*25. a. Cor Regum inscrutabile.Et *Ier.*17.b.Prauum est cor hominis, & inscrutabile.

Scrutatur
- Deus
  - Secreta 1.*Cor.*2.c. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei.
  - Corda. *Rom.* 8. e. Qui scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.
  - Renes *Ier.*17. b. Ego Dominus scrutans corda,& probans renes.
  - Prælatos, *Isa.* 22. b. Scrutans murum & magnificatus super montes.
  - Ecclesiam *soph.*1. c. Scrutabor Ierusalem in lucernis.
  - Religiones, *Amos* 9. a. Si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. Carmelus interpretatur scientia circuncisionis,& significat Religionem.
  - Peccatum *Iob* 10.b.Vt quæras iniquitatẽ meam & peccatum meum scruteris.
- Diabolus.
  - Opera humana,*Gen.* 31. e. Scrutatus es omnem supellectilem meam.
  - Voluntatem,3.*Reg.*20. a. Mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam.
  - Carnem,*Abdiæ* 1. b. Scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius:
  - Maiestatem,*Pro.*25. d.Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria.
- Fatuus
  - Opera Dei *Iob*36. c. Quis poterit scrutari vias eius?
  - Philosophiam in Theologia 1. *Mach.*3.f. Expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes simulacrorum suorum similitudinem.
  - Bonos ad perdendum 1. *Mach.*9. c.Perscrutabantur amicos Iudæ 1.*Reg.*23.d. perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda.
  - Vxores alienas, *Eccl.*41. d. Nec respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius?
- Sapiens
  - Propria opera *Thre.*3. e. Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.
  - Scripturas,*Ioan.*5. f. Scrutamini Scripturas in quibus putatis vitam æternam habere: *Act.*17.c.Scrutantes scripturas *Psal.*118. Beati qui scrutantur testimonia eius.
  - Confessores,*Prou.*28. b. Sapiens videtur sibi vir diues; pauper autem prudens scrutabitur eum.
  - Latentia peccata; 1. *Mac.*3. a. Persecutus est iniquos,perscrutans eos,scil. Iudas, id est, confessio.

Sunt autem quidam, sicut Philosophi, & etiam quidam Theologi, qui non ita præscrutantur iniquitates: sed volunt perscrutari Deitatem. De quibus dicitur *Prou.* 25. d Qui perscrutator est Maiestatis opprimetur à gloria. Et de talibus subiungit hic. *m* Accedet homo] i. rationalis & Philosophus. *n* Ad cor altum) quod exponi alia litera, quæ habet [Ad cognitionem altam. Et exaltabitur Deus i. non intelliget homo. Dicit.n.Chrysostomus,quod sicut qui nauigat oceanum, cum non possit terram reperire, reuertitur:sic vult essentiam diuinam inuestigare, tandem deficit.Dicit iterum sic.Hoc solum inuenisse confessi sunt, quòd incognoscibilis Deus. *Cant.*6.b.Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Oculos fidei non demus auerte à Deo;sed oculos rationis,eo quòd non possumus intueri Solem in rota. *Prou.*23. a. Ne erigas oculos ad opes,quas habere potes:quia facient sibi pennas, quasi Aquilæ, & volabunt in cœlum. Hoc est, quod hic dicit,
a Exaltabitur

A *a* Exaltabitur Deus] rêſurgendo. Vel ſic: Scrutati, &c. in Chriſto, volentes in eo iniquitatem inuenire: Defecerunt, &c. quia non inuenerunt, eo quòd iniquitatem non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius *Iſa*.53.c.1.*Pet*.2.d. Verè defecerunt. Quia accedet, i. acceſſit homo, &c. ſecundum quod expoſitum eſt, volentes in eo reperire iniquitatem; Sed exaltabitur Deus, i. Sãctus, & Iuſtus apparebit, quia inuenerunt iniquitatem iu eo. Vel ſic: Accedet homo Chriſtus, ad paſſionẽ ſpontaneè. Et cor altum ei fuit, i. profundũ & incomprehenſibile conſilium, quo mori pro redemptione noſtra volebat. Et tamen non extinguetur nomẽ eius, ſed exaltabitur Deus in reſurrectione, qui humiliatus fuit homo in Paſſione ſicut dicitur *Phil*.2. b. Humiliauit ſemetipſum, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c.

Alleg.

& *a* & exaltabitur Deus, *b* Sagittæ † paruulorum *c* factæ ſunt plagę eorũ: & *d* infirmatę sũt cõtra eos *e* linguæ eorũ. *f* Cõturbati sũt *g* omnes, qui videbãt eos: & *h* timuit omnis homo. † *i* Annunciauerunt *k* opera Dei:

al. † Infantium.

Al. † Et.

Moral. * *a* Exaltabitur Deus] *Eccl*.3. c. Altiora te non quæſieris. Nũquid ergo nõ poſſumus Deum cognoſcere? Nonne dicit *Sap*.13.b. A magnitudine ſpeciei, & creaturæ, cognoſcibiliter poterit Creator horum videri? Sol. Poſſumus quidẽ fide, ſed non plena cognitione, ſecundum illud *Iob*. 36. d. Omnes homines vidẽt eũ, & vnuſquiſq; intuebitur procul, & 1.*Co*.13.d. Videm⁹ nũc per ſpeculũ in ęnigmate.

Eſt altitudo
- Laudabilis.
  - Dei
    - Potentiæ, *Pſ*. 11. Secundũ altitudinẽ tuam multiplicaſti filios hominum.
    - Sapientiæ, *Ro*.11. d. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei!
  - Hominis boni
    - Bonitas, *Pſal*. 143. Emitte manũ tuã de alto, eripe me & libera me, &c.
    - Nobilitas ſpiritualis, *Pſ*.81. Ego dixi: Dij eſtis, & filij Excelſi omnes, *Iſ*.34. c. Nobiles eius non erunt ibi.
    - Virtus. *Pſ*. 112. Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, i. in virtuoſis.
    - Sapientia *Eccl*. 7.c. Sapientia confortauit ſapientem ſuper decem Principes ciuitatis.
    - Fortitudo, *Pſ*.90. Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, *Iſ*.33.c. Munimẽta ſaxorum ſublimitas eius.
- Vituperabilis.
  - Diaboli
    - Superbia, *Iſa*.14. d. Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum.
    - Profũditas cõſiliorũ eius, *Apo*.g. Qui non nouerunt altitudinẽ Satanæ.
  - Mali hominis
    - Proſperitas. *Iob* 30. c. Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventũ ponẽs eliſiſti me validè, *Pſ*.55. ab altitudine diei timebo, *Iob* 24.d. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent.
    - Pertinacia, vel proteruia, *Pro*.14. Qui impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam *Iob* 39. c. Cum tempus fuerit in altum alas erigit.
    - Iactãtiã, ſeu extollentiã. *Pſ*.47. Nolite extoller in altum cornu veſtrum.
    - Ambitio, *Ier*.49. d. Arrogantia decepit te, qui habitas in cauernis, & apprehendere niteris altitudinem collium.
    - Præſumptio contemplationis vt hic. Accedet homo ad cor altum.
    - Dignitas empta, *Exod*.20. d. Non aſcẽdens per gradus ad altare meum, ſ. per gradus pecuniæ, amicorum, obſequiorum.
    - Copia diuitiarum, *Luc*. 16. d. Quod hominibus altum eſt, abominabile eſt ante Deum. Et quid mirum, cum diuitiæ ſint ſtercora?
    - Nobilitas carnalis, *Iſa* 2.c. Incuruabitur altitudo virorum.
    - Omnis pars ſuperbiæ, *Pſ*.137. Alta à longè cognoſcit.

Allegor. *b* Sagittæ, &c.] Secunda pars, vbi irridet Propheta Iudæos de duobus. Primò de hoc, quod facto non poterunt nocere efficaciter Chriſto. Vnde dicit: Sagittæ, &c. i. plagæ eorũ, quas Chriſto intulerunt, non fuerunt niſi ſicut feſtucæ. Solent enim paruuli facere arcus, & trahere feſtucas. Secundo de hoc, quod nec verbo potuerũt ei nocere. Vnde addit. *d* Et infirmatæ, &c.] quia cũ iã Dñs ſurrexit, nil potuerũt dicere cõtra eũ. Et hoc cõtra eos. i. ad confuſionem eorũ. Vnde adhuc irridet eos Eccleſia, quæ in ſeptimana Paſchæ cãtat. Dicãt nũc Iudæi, quomodo milites cuſtodientes ſepulchrum perdiderunt Ieſum. Et pòſt: Aut ſepultũ reddãt, aut reſurgẽtẽ adorẽt. Confuſis Iudæis infidelibus exaltati ſunt fideles. Principium autẽ exultationis oſtendit pœnitentiã fuiſſe dicẽs: *f* Cõturbati ſunt] ad pœnitentiã. *g* Omnes, &c.] Iudæos, videlicet, confuſos. *h* Et timuit, &c.] Accommoda eſt diſtributio, & diſtribuit tantum pro bonis, ſ. pro pœnitentibus. Vel dicẽdum, quod ſit diſtributio pro generibus ſingulorum. Omnis homo. ſ. diuites & pauperes nobiles, & ignobiles: Græci & Latini. De hac conturbatione, & timore ſatis apertè habetur, *Act*.2. f. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt Patrum, & ad reliquos Apoſtolos quid faciemus, viri fratres? & quia ex prædicatione ſequitur iſta perturbatio, & timor bene præmittit, quæ, ſ. prædicauerat Petrus, vnde & hic ſequitur. i. Annunciauerunt] ſ. Apoſtoli. *k* Opera Dei] prædicando. Tres primi Euangeliſtæ, annunciauerunt opera Dei, ſc. Incarnationem, & alia. Ioannes verò annũciauit eſſentiam, & perſonas, dicens: In principio erat verbum, &c. Volauit enim in ſublime, vt Aquila. Prædicatio autem eſt ex intelligentia. Vnde addit. *Ioan*. 1. A.

A *a* Et facta eius

Moral. De inuidis. *b* Sagittæ, &c.] Moraliter poteſt exponi verſus iſte de inuidis, ſic ſagittæ, &c. i. inuidiorũ *c* Facta, &c.] ſ. ipſorum inuidorum, quia cùm alios ſagittant, & eis detrahunt ex inuidia, ſeipſos priùs vulnerant dolore pariter & peccato. De quibus dicitur *Iob* 5. a. Paruulum occidit inuidia. Poëta:

Iuſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum.
Auctorem rodit, excruciãtque ſuum.

Aliter de Prædicatoribus dicentibus, & non facientibus. Vnde bene ſubdit *d* Et infirmatæ] linguæ eorum ſibi infirmitatẽ inferunt. Vel de quibuſdam Prædicatoribus qui dicunt, & non faciunt, poteſt exponi ſic. *c* Plagæ eorum] quæ in cordibus peccatorum faciunt. Sunt quaſi. *b* Sagittæ, &c.] i. non multum penetrant, eo quòd non ſunt fortes manibus, nec arcum ſacræ Scripturæ poſſunt tendere manibus, ſ. operando. Iſti debiles ſunt ſagittarij, & cutis Diaboli dura eſt, & ſpiſſa: vnde ſagittæ prædicationis, quas tales emittunt, non poſſunt eam perforare. *Iob* 41. a. Corpus eius, quaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſquamis ſe prementibus, vna vni coniungitur, vt nec ſpiraculum incedat per eas. Et parum pòſt: Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulã verſi ſunt ei lapides fundæ quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit. Et quid facerent fortes manus ſagittariorum? Munditia, *Iob* 17. c. Mũdis manib. addet fortitudinẽ. Si autẽ haberẽt in manib. fortitudinẽ, tũc penetrarent corpus Diaboli: quia ſagittę potẽtis acutæ. Sed quia debiles nõ videt Diabolus, Ideò non timet nos. Vnde dicitur de eo, *Iob* 41. d. Deridebit vibrantẽ haſtam. *d* Et, &c.] contra, ſ. ſemetipſos, quia alios reprehẽdũt de vitiis, in quib. ipſimet laborãt, *Rom*.2.a. Inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui iudicas, in quo. n. iudicas alterũ, teipſũ condẽnas, eadẽ. n. agis, quæ iudicas. Vel contra eos, quib. ipſi prædicant, q.d. non poſſunt eos à vitio retrahere, quia debilis eſt lingua, quã manus non adiuuat. Vnde *Greg*. Loquẽtis auctoritas perditur, cùm vox opere nõ adiuuatur. *Aliter. De humilibus.* Itẽ de bonis, & humilib. Prædicatorib. exponitur. *a* Sagittæ, &c.] i. Prædicatio humilium, & contemptibilium in hoc mundo, *c* Factæ, &c.] i. ſ. malorũ, i. vulnerant eos ſalubriter: Tales. n. Prædicatores cõmonent peccatores ad pœnitentiã, 1.*Cor*.1. d. Infirma mundi elegit Deus, vt cõfũdat fortiora. &c. 3.*Reg*.20.c. Certè vidiſti omnẽ multitudinem hãc nimiã: ecce tradã eam in manu tua hodie, vt ſcias, quia ego ſũ Dñs. Et dixit Achab. Per quẽ? Dixitque ei: Hæc dicit Dñs, per pediſſequos Principium prouinciarũ. *d* Et infirmatæ, &c. i. contra tales Prædicatores. *e* Linguæ eorũ] i. detractorũ. 1.*Petr*.2. c. Sic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiã. Propter bona. n. quæ in eis vident, & quia mala in eis non vident obmuteſcunt, & quandoque conuertuntur ad pœnitentiã. Vnde ſequitur. *f* Conturbati sũt] ad pœnitẽtiã. *g* Omnes, &c.] Non dicit, quia audiebant. Exemplum. n. plus mouet, quam verbũ. *Abac*.2. a. Scribe viſũ. *Apoc*.1.c. Conuerſus sũ, vt viderẽ vocẽ. *h* Et timuit, &c.] Cùm enim rationalis homo videt Sanctorũ conuerſationem, & ſuam longè eſſe diſſimilẽ, timet ſibi. Vnde *Ezech*.43. Fili hominis, oſtende domui Iſrael tẽplũ: & confundãtur ab iniquitatibus ſuis. Tẽplũ, eſt corpus ſãcti viri, cuius pœnitentiã dũ vident peccatores, timent. *Iſ*. 19.c. Erit terra Iuda in pauorem Ægypto. Nec tantum exemplo, ædificant, ſed & ſana doctrina. Vnde ſequitur. *i* Et annunciauerunt, &c.] non fabulas ſup. *Pſal*.2. Prædicans præceptum. Itẽ opera eius non eſſentiam eius, quia nemo poteſt eam intelligere. Vt quid igitur annunciarẽt ea. Quia ſicut dicit *Greg*. pro qualitate audientium formari debet ſermo Doctorũ. Et poſſet aliquis dicere. Modò

A *a* Et facta eius intellexerunt.] Facta ante prædicationem, non tantùm timuerunt mali, sed & Iusti læti sunt, tam prædicantes, quam alij. Vnde bene sequitur. *b* Lætabitur, &c.] pro eis, quos conuerti viderunt ad fidem. *c* Et sperabit in eo.] quod det eis vitam æternam. Et tamen crescet Ecclesia, quod non erubescent Euangelium. Sed. *d* Laudabuntur] etiam ab omnibus *e* Omnes] nõ tantùm Apostoli. *f* Recti corde] qui rectam fidem habent. De his omnibus habetur satis, *Act* 2.g. vbi dicitur, quod su mebant cibum in exultatione, & simplicitate cordis & collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem; Dominus

al. † qui rectis.

a & facta eius intellexerunt. *b* Lætabitur Iustus in Domino, & *c* sperabit in eo: & *d* laudabuntur *e* omnes † *f* recti corde.

In finem Pſalm. Dauid, canticum Ieremiæ, & Aggæi, vel Ezechielis, de verbo peregrinationis, vel de populo transmigrationis, cùm inciperent proficisci.

TE *g* decet LXIV. *h* hymnus, De⁹, *i* in Siõ: *k* *l* & tibi *m* reddetur *n* votũ in *o* Ie-

autem augebat, qui salui fierent, quotidie in idipsum.

Moral. * dicebas eos paruulos, quomodo ergo sciunt annunciare opera Dei? Propterea ostendit eos non esse paruulos sensibus, sed malitia, quia licet sint humiles & simplices: tamen sunt intelligentes, & prudentes. Vnde addit. *a* Et facta, &c.] 1. *Cor.* 14. d. Malitia paruuli estote; sensibus autem perfecti estote, *Mat.* 10. b. Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Et bene concomitantur in hoc versu hæc duo verba: Annunciauerunt, & intellexerunt, quia qui cunq; vult annunciare, debet esse intelligens, alioquin errat. Vnde 1. *Tim.* 1. b. Quidam aberrantes cõuersi sunt in vaniloquium, volẽtes esse legis Doctores, non intelligentes, neq; qua loquuntur, neque de quibus affirmãt. Item quicunque habet donum intelligẽtiæ, debet alus annunciando communicare Alioquin reprobatur à Domino, *Mat.* 25. c. Seruum inutilem proijcite in tenebras exteriores. Et quod amplius annunciare debent, subditi. *b* Lætabitur, &c.] Non enim tantùm opera facienda debent annunciare; sed etiam debent ad opera allicere per præmia, quæ erunt in lætitia magna, licet opera fiant quandoq; in cordis angustia. Vnde *in Pſal.* 125. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos, *Iſa.* 9. a. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia, *Iſa.* 61. a. Oleum gaudij pro luctu. Lætabitur ergo Iustus in Domino, non in vitio præsentis iucũditatis, non in Ionæ hedera, id est, in temporalibus, *Ionæ* 4. c. quæ sub vna nocte nata est, & in vna nocte periit. Sed in Domino, id est, in lætitia sempiterna, *Iſa.* 5 t. d. Lætitia sempiterna super capita eorum. Et ne interim sit sine consolatione, adiungit. *c* Et sperabit in eo] *Rom.* 12. c. Spe gaudentes, *Rom* 5. a. Spes non confundit. Et *B. Bern.* addit, sed infundit. Et tandem. *d* Laudabuntur, &c.] 1. *Cor.* 4. a. Tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Magna enim erit laus, cùm dicet illud *Mat.* 25. c. Esuriui, & dedistis mihi manducare. *f* Recti corde] non torti, Recti corde sunt, qui cor ad Deum erigunt, *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. Torti corde sunt, qui cor in his temporalibus ponunt, *Eccl.* 3 d. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauum cor scandalizabitur in illis. Duas vias ingreditur, qui vult regnare cum Christo, & gaudere cum mundo.

EXPOSITIO PSAL. LXIV.

TE decet, &c.] Titulus: *In finem Pſal. Dauid Canticum Ieremiæ & Aggæi & Ezechielis de verbo peregrinationis, vel de populo transmigrationis, cùm inciperent proficisci.* In præcedenti Psal. egit de Passione Domini. Et quia per passionem Domini habemus reditum de captiuitate peccati, & corruptionis in libertatem gratiæ, & gloriæ. Ideò agit in hoc Psal. de lætitia redeuntium, quod innuitur in titulo, Ieremias enim ad literam prædixit reditum filiorum Israel de captiuitate Babylonica, per quam significatur reditus de captiuitate peccati. Quia autem dicit: Canticum Ieremiæ & Aggæi significat, quòd Sancti exultant de hoc reditu. Et dicit Ieremiæ, &c.] quia

Gen. 3. *a.* & *d.* Ieremias fuit ante captiuitatem. Ezechiel in ipsa captiuitate, Aggæus autem in reditu. Et significat, quòd præteritis & præsentibus, & futuris est hoc gaudium. Sic ergo legendus est titulus, Ps. iste dirigens nos in finem Christum, vel in consummationem, est, Dauid, & est Canticum Ier. &c. id est, exultatio Sanctorum exultantium de verbo peregrinationis, id est, de populo peregrinante in hac valle miseriæ propter verbum, vel Diaboli suggerentis. Eritis sicut Dij, vel Domini emittentis eum de Paradiso. Vel sic: Peregrinãte a Deo per peccatum, propter verbum prædictum Diaboli, vel serpentis. Vel de populo transmigrationis, qui transmigrat de cœlo ad terram: de gratia ad culpam. Exultantium, dico, tunc primò, cùm inciperent proficisci, id est, reuerti ad pœnitentiam, siue per ipsam pœnitentiam ad Deum. Non enim gaudent de peregrinatione, aut transmigratione, sed de peregrinantiũ reuersione. Intentio ergo Prophetæ est consolari nos in hoc exilio per promissionem reditus. Modus. Bipartitus est Psal. Primò affirmat reditum, & precatur. Secundò laudes Dei, & virtutes describit, *ibi*. Spes omnium finium terræ. Dicit hoc Propheta in persona populi Christiani peregrinantis in mundo, & reuertentis ad patriam.

Partitio Pſalmi.

g Te decet] quasi dicat, redeundum est de Babylone, id est, de confusione peccati, & de confusione mundi. Vt *i* In Sion] i. in Ecclesia reddatur laus Deo debita, ad quam factus est homo, *Iſa.* 43. c. Populum iustum creaui mihi, laudem meam narrabit. Et illi, quibus Deus dedit gratiam redeundi de hoc debent ei gratias referre, & hymnos reddere. Primò ergo ex titulo dat intelligere, à quib. debet laudari Deus, sc. ab his, qui exierunt de peccato. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris, *Eccl.* 15. c. *Pſal.* 136. Quomodo cantabimus Canticum, Domini in terra aliena? Ostendit etiam, quis sit laudandus, cùm dicit: Deus, Quomodo, cùm dicit: Hymnus, Vbi, cùm dicit: In Sion, Dicit ergo te vnum, sc. Spiritum S. Item, te creatorem, Te Redemptorem, Te Ducem, Te custodem, Te Saluatorem, Te adiutorem, Te remuneratorem, Te glorificatorem [decet hymnus] Vnde post psalmos cantat Ecclesia Gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, &c. sc. cùm solus erat. Et verè [te decet hymnus] quia tu es dignus iustus, æquus, bonus. Quòd innuit Ecclesia, quando cantat, Verè dignum, & iustum est, æquum, & salutare. Dignitas. n. Patris est reuerenda: iustitia & æquitas Filij est metuenda: salus à benignitate Spiritus S. est speranda.

De conſ. diſt. 1. c. ubi dou.

h Hymnus] hic notatur, quomodo laudare debemus Dñm s. cũ exultatione spirituali. Hymn⁹. n. est laus Dei cũ cãtico. Canticũ est exultatio mentis habita de æternis, in vocem prorumpens. Est ergo sẽsus. Decẽs est, vt Deum laudemus hilariter, & pro æternis, *Pſal.* 145. Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio. Per exultationem est iucunda. Per desiderium æternorum decora. *i* In Siõ] ecce vbi laudandus est, quia in Ecclesia militanti. Quæ dicitur Sion, i. specula, propter tria. Primum est, quia ab ea gloriam Domini à longè speculamur 2. *Cor.* 3. d. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem Imaginẽ transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Secundum est, quòd ab ea insultus hostium prœuidere debemus. *Iſa.* 21. c. Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sũ stans totis noctibus, id est, in prosperitate & in aduersitate. Tertium est, quia amicus, i. Christus è longè veniens ab ea speculatur, *Baruch.* 5. b. Exurge Ierusalem, & sta in excelso, & circumspice ad Orientem. Item dicitur Sion, id est, speculum, quia in ea potest homo videre maculas suas, considerando, scilicet, bonos qui sunt in Ecclesia, *Iob.* 33 d. Respiciet homines, & dicet: peccaui, & verè deliqui. *Ezech.* 43. c. Fili hominis, ostende domui Israel templum, id est, Ecclesiam, & confundantur ab iniquitatibus suis.

Quid ſit hymnus & quid canticum.

Eccleſia militans dicitur ſpecula.

k Et] ab his, qui te hic laudabunt. *l* Tibi reddetur votum] id est, corpus & anima, quæ Deo vouemus in Baptismo *o* In Ierusalem] i. in æterna beatitudine, vbi erit visio pacis Vel in Ierusalem, i. in Ecclesia militante, vbi debet esse pax & concordia. *l* Tibi] soli non mundo, vel Diabolo *m* Reddetur] quasi mutuò acceptum. *n* Votum] i. conceptio melioris boni, *Iſa.* 19. d. Ægyptij vota vouebunt Domino, & soluent. Postquam de reuersione tetigit, orat pro se, & pro Ecclesia vt ipse cum eisdem reuertentibus computentur. Vnde addit.

A *a* Exaudi

Moraliter. Moraliter. *g* Te decet, &c.] i. in specula prælationis. *h* Hymnus] dicit, non ventilatio causarum, non allegatio decretalium, *Eccl.* 45. c. Dedit ei, id est, animæ, fungi Sacerdotio, non iurgio; & habere laudem, non attestationes in nomine ipsius, non Iustiniani. *k* Et tibi reddetur votum in Ierusalem] i. in contemplatione Religionis. *m* Reddetur votum] illud triplex, continentiæ, obedientiæ, paupertatis, vel sine proprio viuere, non auferetur, vel dissipabitur per dispensationem. Item, reddetur tibi, non hominibus propter laudem, vel timorem, sed. *l* Tibi propter amorem. *o* In Ierusalem] id est, in pace, non cum murmure. Quod videns Religiosus, debet alios secum trahere, non per violentiam, sed per orationem ducens.

* *a* Exaudi

A *a* oxaudi,&c. vt, s. fiat illa reuersio, & ego cum eis reuertar. Simile habemus *Dan.9.a.* vbi dicitur sic: ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, &c. Et post addit. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari, &c. Et ostendit vniuersitatem redeuntium, cum subiungit. *b* Ad te, &c.] *Is.* 40. b. Videbit omnis caro Salutare Dei, i. de omni genere aliqui, vt sit distributio pro generibus singulorũ, q.d. quia de omnibus generibus hominum reuertentur ad te, oro, vt ego cum eis habeam gratiam reuertendi. Ad literam autem prophetatur hic resurrectio mortuorum, cum dicitur: Ad te &c. 1. *Cor.* 15. g. Omnes quidem resurgemus. *Iob* 19. d. Rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. *Gen.6.* b. Omnis caro corruperat viam suam super terram. *Eph.* 4. f. Membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Et posset aliquis quærere. Vnde omnis caro veniet ad Deum, q.d. habet necesse, vt ad eum reuertatur: Propter hoc bene subdit. *c* Verba iniquorum [s. Dæmonis suggerentis. Euæ persuadentis. Adæ se excusantis. *d* Præualuerunt, &c] i. fuerunt causa, quare exhæredati sumus, & in hoc exilio positi, vnde necesse habemus exire, & ad patriam redire. Sed sicut dicitur: Homo est spiritus vadens, & non rediens, i. per se potest in peccatum se mittere, sed per se non potest à peccato exire. Ideo ostendi, quod ex Dei misericordia procedit reditus iste, non ex nostra iustitia. Vnde dicit. Et *e* impietatib. &c.] dimittendo peccata. Tu, cuius proprium est propitiari. *Rom.3.d.* Quem proposuit Deus propitiatorem. *Ps.* 24. Propter nomen tuum, Dñe, propitiaberis peccato meo, multum est. n. Ideo pluraliter dicit hic, Impietatib. nostris. Sicut enim triplex est pietas, s. in Deum, in parẽtes, in proximos: est infidelitas in Deum, inobedientia in parentes, crudelitas in proximum [Propitiaberis] dico, assumens humanã naturã in qua passus es, vt te ipsum in hostiam propitiationis offerres. 1. *Ioan.* 2. a. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Et ideo. *f* Beatus] sit homo. *g* Quem elegisti, i. humana natura, quam elegisti in vnitatem personæ. Secũdum hoc est hic gratiarum actio, vel assertio. Beatus est homo quẽ elegisti & assumpsisti, quia *i* Inhabitabit. &c.] i. in tuo consensu. Vel de homine, quem Deus vocat dicitur [Beatus] homo, quem elegisti in participationem gaudij cœlestis. *Agg.* 2. d. Ponam te quasi signaculum, quia te elegi. *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus & rubicũdus, electus ex millib. *b* Et assumpsisti] Hoc bene sequitur, Non enim prodesset electio, nisi sequeretur assumptio. Iudas enim fuit electus, sed non fuit assumptus, secundum illud *Ioan.* 5 g. Nonne vos duodecim elegi: & vnus ex vobis Diabolus est? *Matt.* 24. d. Duo erunt in agro. vnus assumetur, & alter relinquetur. Talis electus, & assumptus. *i* Inhabitabit in atriis tuis, i. in Ecclesia militante, & non recedet, sicut Iudas, & multi alij, qui sicut dicitur *Luc.* 8. b. Radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt. Ecclesia autem militans dicitur atrium quia per eam quasi per atrium intratur ad domum, s. ad patriam. *Ps.* 121. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Et quæ vtilitas est inhabitare in aliis Ecclesię? plenitudo omnium bonorum expectatur. Vnde sequitur.

Luc.3.a.

al. † *sermones.*

rusalem. *a* Exaudi orationem meam: *b* ad te omnis caro veniet. † *c* Verba iniquorum *d* præualuerunt super nos: & *e* impietatibus nostris tu propitiaberis, *f* Beatus, *g* quem elegisti, & *h* assumpsisti; *i* inhabitabit in † atriis tuis.

al. † *tabernaculis.*

Θ *a* Replebimur

Moralit. * Exaudi orationem meam] quia oro pro conuersione peccatorum. Vel, orationem horarum canonicarum. Meam, non vicariam. 2. *Par.* 35. c. Ianitores per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto discederent à ministerio. Donec. *b* Ad te, &c.) Hæc est litera *Ieron.* sed nostra dicit: Veniet assertiuè, vt notet confidentiam qua se exaudiri sperat. Et rectè dicit: Omnis caro, quia secundum quod dicitur *Gen.6.b.* Omnis caro corruperat viam suam. Et ideo necesse est, vt eam resarciat per pœnitentiam, & ad Deum redeat. Omnis caro, non dicit lapis. Qui enim habent cor molle, venient ad ipsum, sed habentes corda dura & lapidea, non veniunt. De quibus *Eccl.* 3. d. Cor durum male habebit in nouissimo. *Ezech.* 11. d. Auferam à vobis cor lapideum, & d bo vobis cor carneum. Et meritò venit caro ad verbum, quia ipsum venit ad carnem. Vnde *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum est. Et non solum ipsũ verbum venit. Imo cum eo Angeli nos adiuuantes. *Matt.* 24. c Vbicunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. Sed quia non sunt aliqui tã sancti, vel religiosi, quòd eis non detrahant malæ linguæ, ideò subiungit in persona eorum.

c Verba iniquorum] detractoria. *d* Præualuerunt super nos. Super bonos enim præualent, quia non prohibentur mali, quin eos detrahendo conculcent, sed non in eis præualent, quia corda eorum ad impatientiam, vel odium non prouocant, quod si fieret, non esset verum quod sequitur.

e Et impietatibus, &c.] Deus enim non propitiatur eis, qui habent odium in corde, sed eis qui iniurias dimittunt. Vnde *Eccl.* 28. a. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homò homini seruat iram, & à Deo quærit medelam: Est ergo sensus huius versus. Verba, &c.] quasi dicat, maledicimur ab hostibus, & nos è contrario non maledicimus, nec malè volumus eis, sed patienter sustinemus. Ideò a te, Domine, beneficimur, & tu das nobis veniam peccatorum. Vndè *Matth.* 5. a. Beati eritis, cùm maledixerint vobis homines, &c. Exemplum huius habemus in Dauid, qui non solùm, quæ hic dicuntur dixit, sed & fecit. 2. *Reg.* 16. c. Dimitte eum, scil. Semei, vt maledicat mihi iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi bonum, pro maledictione hac hodierna *Deut.* 23. a. Vertit Dominus maledictionem eius, scil. Balaam, in benedictionem tuam. Balaam interpretatur vanus populus, i. populus detractorum. Dominus autem misericors quandoque etiam de talibus iniquis & detractoribus aliquos eligit, & vocat eos ad religionem, & assumit ad officium prædicationis. Vndè sequitur.

f Beatus, quem elegisti] de mundo, i. extrà legisti, sicut lilium inter spinas, vel aurum inter lapillos. Elegisti dico, ad intrandum claustrum. *Ioann.* 15. c. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. *h* Et assumpsisti] ad ministerium prædicationis, sicut *Act.* 13. a. Segregate mihi Paulum, & Barnabam, in opus, ad quod assumpsi eos. Et de electione Pauli, & assumptione simul habetur. *Act.* 9. c. Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel. Sed notandum, quod dicit: Beatus, quem elegisti, & non dicit pluraliter, Beati, quos elegisti, &c. vt notet, quoniam etsi multi sunt vocati; pauci tamen electi, & paucissimi sunt assumpti, vt dicitur *Matth.* 20. b. Et 1. *Cor.* 9. d. Omnes, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Item non dicit Quam elegisti, sed quem in masculino, non enim eligit effœminatos: Vndè *Num.* 1. Quando numerantur processuri ad bella Domini, non computantur paruuli, & mulieres. *Exod.* 17. c. Elige tibi viros, & pugnatores contra Amalech. Sed quia sunt etiam aliqui, qui quandoque intrant claustrum, non tamen perseuerant. Et sunt alij, qui dicunt, quòd libenter intrarent, si se perseueraturos putarent. Ideo contra vtrosque sequitur.

i Inhabitabit in atriis tuis,] i. perseuerabit ille, scilicet, qui electus est à Deo in religione, quæ est quasi atrium, & introitus Templi sancti. Non ergo præsumat de præmio electorum, qui à Deo non est electus finaliter, vel assumptus: nec timeat qui de intrando cogitat, quia si electus est à Deo perseuerabit. Et habitabit in atriis Dñi, i. in religionibus. Atrium enim Ecclesiæ, est cœmeterium, & locus mortuorum: sic religio eorum, qui mortui sunt in mũdo. Et sicut quatuor atria reperiuntur circa templum, vnum verò tantum circa tabernaculum, ita post tempora primæ religionis Apostolorum, multiplicatæ sunt obseruantiæ religionum distinctiuè: & quædam sunt interiùs, quædam exteriùs. Vel ne videamur dicere, quod non sit alius introitus ad templum cœleste, quam religio claustri, per quatuor atria quatuor status possumus intelligere. Per atrium primum quod erat templo proximius, vnde vocabatur atrium interius, significatur religio. De quo dicitur 3. *Reg.* 6. d. Operuit omnia laminis aureis opere quadro ad regulam; & ædificauit atriũ interius trib. ordinib. lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. Lapides sunt claustrales, propter duritiam ordinis, quam portant. Triplex autem ordo est orantium, meditantium, siue studentium & ministrantium. Porro lapides non dant nec emittunt odorem. Ideo additur cedrus redolens, i. ordo Prædicatorum 2. *Cor.* 2. d. Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. In interiori etiam atrio erat altare, & mare, & luteres. Tria verò exteriora atria significant. Primò quidem Clericos. Secundò laicos coniugatos. Tertiò pœnitentes. Illud enim atrium, quod erat quartum, erat immundorum purificandorum, i. pœnitentiam inchoantium. Postea addit de eo, quod allicit ad intrandũ, &

Quatuor atria circa templum, quatuor status hominum significant.

⊕ *a* Replebimur in bonis domus tuæ] id est, Ecclesiæ triumphantis. *Psal.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.

c Domus] dicit] non tabernaculi, quod est militantium in hac vita. *d* Tuæ] non diutinum huius sæculi, *Ioan* 16. g. In mundo pressuram habebitis, Ecce de militia tabernaculi. Sed de pace domus præmittit, vt in me pacem habeatis: Et subdiuidit bona domus in duo, scilicet. In sanctitatem: Vnde subdit. *e* Sanctum est templum tuũ] cœleste. Item in pulchritudinem. Vnde addit. *f* Mirabile in æquitate, Sanctum] est, quia ibi habitant Sancti, *Isa.* 35. c. Pollutus non transibit per eam. *Ps.* 23. Quis ascendet in montem Domini, &c. Innocens manibus, &c. Mirabile in æquitate, id est, in adæquatione gratiæ, & gloriæ meriti, & præmij, *Zach.* 4. c. Exæquabit gratiam gratiæ eius, id est, gloriæ, quæ dicitur gratia. *Ioan.* 1. b. Gratiam pro gratia, id est, gloriam pro gratia. Item, In æquitate, id est, in æqualitate participationi gaudij. 1. *Cor.* 15. f. Super illud. Stella differt à stella in claritate, dicit *Gl.* id est, in impari claritate, per gaudium. Vnde cantat *Ecclesia*: Animæ sanctorum coæquales. *Exod.* 36. b. Omnes cortinæ erant æquales. Determinato ergo loco conuersionis, iterum petit, vt possit redire cum redeuntibus, dicens: *g* Exaudi nos, Deus] qui es Salutaris noster, id est, Saluator [Exaudi] id est, extra templum tuum cæleste existentes audi; vt introducas nos, non nostris meritis, sed tua misericordia, quæ te fecit nostrum Saluatorem. *Titum.* 3. b. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Est autem multiplex in sacra Scriptura.

> *a* Replebimur in *b* bonis *c* domus *d* tuæ : *e* sanctum est templum tuum ; *f* mirabile in † æquitate, *g* † Exaudi nos, Deus salutaris noster, *h* spes

al. † Iustitia

Eligit
- Deus
  - Homines.
    - Prædestinando. *Eph.* 1. a. Elegit nos in Christo ante mundi constitutionem.
    - Vocando. *Ioa.* 15. c. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.
    - Iustificando. *Ioan.* 6. g. Nonne 12. vos elegi & vnus ex vobis Diabolus est.
    - Prærogando, vt Ioannem Bapt. *Is.* 42. a. Ecce puer meus, quẽ elegi.
    - Probando. *Is.* 48. b. Excoxi te, sed non quasi argentum, id est, non anxiè elegi te in camino paupertatis.
  - Opera
    - *Sap.* 8. a. Doctrix est disciplinæ Dei, & electrix operum illius.
- Sapiens
  - Contemplationem. *Iob* 7. c. Suspendium elegit anima mea.
  - Afflictionem. *Heb.* 11. e. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.
  - Abiectionem. *Ps* 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.
- Stultus
  - Voluptates. *Isa.* 1. g. Erubescetis super hortos, quos elegeratis vobis.
  - Vanitates. *Isa.* 41. f. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo, quod non est, abominatio est, qui elegit vos.
  - Mundanos honores. *Is. vlt.* b. Quæ nolui elegerunt. *Ioan.* 6. b. Ipse fugit, quando elegerunt eum.
- Diabolus
  - Principes. *Exod.* 15. a. Electi Principes eius submersi sunt.
  - Nobiles *Abacuc.* 1. d. Cibus eius electus. *Ps.* 140. Non communicabo cum electis eorum.

Moralit. * perseuerandum in atrio religionis, sc. de præmio. Vnde addit. *a* Replebimur in bonis domus tuæ] si, sc. vt veri pauperes expectemus in atriis eleemosynam. Contra non residentes in Ecclesiis suis, ipsi deberent repleri bonis eorum. Item replebimur, si hic nos euacuauerimus à terrenorum cupiditate, à priuato amore, à proprio sensu, & à propria voluntate, 4. *Reg.* 4. a. Vasa vacua impleuit Elisæus.

Item replebimur, si in atrio esurierimus. *Luc.* 6. d. Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini. *b* In bonis domus tuæ] pro malis, quæ sustinuerimus in atrio secundũ illud, *Ps.* 89. *l.* ætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. E contrario, qui in atrio nolunt mala sustinere, non replebuntur in bonis domus, *Luc.* 16. g. Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. nunc verò hic consolatur, tu verò cruciaris. Item non dicit replebimur bonis, sed replebimur in bonis. vt notet abundantiam bonorum, *Mat.* 25. b. Intra in gaudium Dñi tui. vel sic *a* Replebimur.] Quo] Ipso Christo, quasi cibo. *b* In bonis] i. inter bonos. *c* Domus tuæ] quæ est refectorium Sanctorum. Et sanctificabimur in illa domo, sicut in templo, & oratorio. Vnde dicit. *e* Sanctum est templum tuum.] Et admirabimur, & admirantes delectabimur in ipsa quasi in spectatorio, non fori, vel theatri, vbi iniquitas, sed iudicij tecti, vbi fit æquitas. Vnde addit. *f* Mirabile in æquitate.] Tunc enim mirabimur admirantes, quam æqua sunt iudicia eius, quæ nobis sunt tam occulta. Vel de præsenti potest legi. *a* Replebimur in bonis domus tuæ] i. in Sacramentis Ecclesiæ, gratia, s. quæ in illis datur, & Eucharistia. Vel in bonis domus tuæ, i. in orationibus, vigiliis, & disciplinis religionis replebimur intus in conscientia. Vnde dicit quidam Pauper in cella, diues est in conscientia, non extra in bursa. Quia. *e* Sanctum] i. sine terra, & proprietate est, templum tuum, i. religio. Non tamen moriuntur fame: quia vnicuiq; prouidetur secundum possibilitatem domus, & necessitatem fratris. Vnde addit. *f* Mirabile in æquitate] i. in æqualitate, sine acceptione personarũ. De his duob. dicit *Aug.* in regula Canonicorũ. Non dicatis aliquid propriũ: Ecce sanctitas. Sed sint vobis omnia communia, & distribuatur vnicuiq; sicut cuique opus fuerit: Ecce æquitas. Tales autem exaudiat Deus, Vnde addit Exaudi nos, De⁹ Salutaris noster. Item de B. Virgine potest exponi versus iste. *a* Replebimur in bonis dom⁹ tuæ.] Ipsa quidem est domus, in qua habitauit plenitudo Diuinitatis corporaliter. *Col.* 2. b. i. Dei filius, *Prou.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum. In bonis huius domus replebimur, quia ex ea effunduntur nobis dona gratiarum multa. *Aliter.* *Aliter.* *Aliter.* *De B. Virgi.*

Videlicet,
- Refectio spiritualis. *Cant.* 7. a. Venter tuus, sicut aceruus tritici.
- Iucundissima ebrietas. *Cant.* 7, a. Venter tuus, sicut crater tornatilis, nunquam indigens poculis.
- Medicamentum sanitatis, *Eccl.* 24. d. Ego quasi fluuius Dorix, quod interpretatur medicamentũ generationis. *Eccl.* 38. b. a. Altissimus de terra creauit medicinam, i. de B. Virgine.
- Protectio contra aduersa, *Eccl.* 24 b. Ego quasi terebynthus expandi ramos meos.
- Dulcedo spiritualis, qua allicimur *Eccl.* 24, c. Spiritus meus super mel dulcis. *Ibid.* Qui edunt me, adhuc esurient.
- Oleum consolationis. *Eccl.* 24. b. Quasi oliua speciosa in campis.
- Refrigeriũ contra æstus tentationum. *Eccl.* 24. b. Quasi plãtatio rosæ in Ierico, quæ, s. refrigerat.
- Victoria, qua coronamur. *Eccl.* 24. b. Quasi palma exaltata sum in Cades.
- Odor, quo attrahimur. *Eccl.* 24. b. Sicut cynnamomum, & balsamum odorem dedi.

Propter istam plenitudinem bene conguit, quod in Septembri nata est, qui est mensis plenitudinis. Vnde *Ps.* 80. Buccinate in neomenia tuba. Item ipsa est templum, quia per eam preces porrigimus ad Christum. *Ezech.* 45. a. Et adorabit populus ad ostium portæ in Sabbatis. De hoc templo dicit. *e* Sanctum est templum tuum,] quia sanctificata fuit in vtero. *f* Mirabile in æquitate] i. in Incarnatione filij Dei. Quæ dicitur æquitas, multis rationibus, quia videlicet, iustum fuit, & æquum; vt qui fecerat, quia sicut per hominem mors, ita per hominem vita daretur. Item vt ille, qui erat medius in personis, s. filius, esset mediator in naturis. Item, vt qui occasionem ruinæ dederat, damnum persolueret. *Iona* 1. d. Mittite me in mare, quoniam propter me tempestas grandis est hæc super vos. 1. *Cor.* 15. c.

h Spes omnium finium terræ, &c.] Secunda pars, vbi laudes Dei, & virtutes describit. Continuatio. Tu es Salutaris noster. Nec tantum noster, sed es etiam spes omnium finium terræ, &c. Non tantum Iudæa, vt dicebant Iudæi. Non solum Africæ, vt dicebant Donatus. Et es spes omnium, &c. existentium. *Secunda pars.*

⊕ *a* In mari

b Spes omnium finium terræ, &c.] Moraliter. Fines terræ dicuntur illi, in quibus omnis terrenitas finita est & consumpta, non qui omnem terminum locorum desiderant, sicut dicitur de quibusdam. *Isaia* 5. c. Væ qui coniungitis domum ad domum: & agrum agro copulatis vsq; ad terminum *Moraliter.*

⊖ a In mari longè] id est, Insulis maris remotis à nobis. Et quomodo illi ad spem tuam venerant? Per prædicationem Apostolorum. Vnde sequitur. b Præparans, supple, es. c Montes] id est, Apostolos disponens ad prædicandum, qui montes dicuntur propter eminentiam virtutum, & quia primi susceperunt radios Solis iustitiæ orti in hoc mundo Præparans, dico, non in virtute eorum sed. d In virtute tua] de qua *Luc*.24.g. Sedete in ciuitate quousque induamini virtute ex alto. Tu, dico. e Accinctus] humanitatem tuam. f Potentia Diuinitatis, vt quod humanitas facere non potuit, daret Diuinitas. g Qui conturbas] i. conturbari permittis contra prædicationem, & miracula. h Profundum maris,] i. Principum corda, vel quoslibet persecutores Et conturbas. i Sonum fluctuum eius] i. sonantes contradicendo veritati. Propter hoc dicitur *in Psalm*.92. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, qui, scilicet, & illos permittit turbari contra Sanctos, & Sanctis dat virtutem patiendi. Sed licet quidam persequerentur; tamen alij conuertebantur, & multi etiam persecutores conuersi sunt. Vnde sequitur. k Turbabūtur] ad pœnitentiam, visis miraculis, & audita prædicatione Apostolorum: Vnde addit l Et timebunt] orbis terræ, id est, vbique terrarum. m A signis tuis] id est, à miraculis, quæ per Apostolos operabaris. Et quia Deus cor contritum non despicit, sequitur consolatio. de qua dicit. n Exitus matutini] id est, euasionem prosperitatis, & aduersitatis facies eis delectabilem, q.d. tu seruabis eos ita, quod nec prosperitate extollentur, nec aduersitate frangentur, & hoc erit eis delectabile. Vnde *Ps*.120. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. Vel, Exitus matutini, id est, euentus Resurrectionis factæ in mane & Passionis factæ in vespere delectabis, id est, delectabilem facies. Euentus autem Passionis est Redemptio, euentus Resurrectionis est glorificatio, secundum quod cantat Ecclesia. Qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. *Rom*.4.d. Mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, Est ergo sensus. Exitus matutini, ac si dicat, delectari eos conuersos facies de redemptione mortis æternæ & de glorificatione vitæ æternæ. Postea verò ostendit causam omnium præcedentium, sc. missionem Apostolorum, dicens. o Visitasti terram] ad literam, id est, totum mundum. Vel, terram, i. terrena corda Gentium. Visitasti, dico, per Legatos tuos Apostolos, sc. q Et inebriasti eam] per doctrinam Apostolorum. Vel, Visitasti, in propria persona, terram, id est, habitantes in terra in aduentu tuo. Vel, terram, id est, Ecclesiam, quæ dicitur terra à soliditate. *Ecclesiast*.1.a. Generatio præterit, & generatio aduenit; terra autem in æternum stat. De hac visitatione. *Luc*.1.g. Visitauit nos oriēs ex alto. Et inebriasti.] Intus Spiritu sancto r Multiplicasti,] id est, multipliciter locupletasti eam donis, & Charismatibus. Ita, quod

omnium finium terræ, & in a mari longè. b Præparans c montes in † d virtute tua, e accinct f potentia: g qui cōturbas † h profundum maris, i sonum fluctuū eius. † k Turbabuntur Gentes & l timebūt, † qui habitāt † terminos m à signis tuis: n exitus † matutini, & vespere delectabis. o Visitasti p terram & q inebriasti eā: r multiplicasti † locupletare eā

al. † fortitudine sua circumcinctus in potētatu.
al. † fūdum.
al. † quis sufferet.
al. † omnes.
al. † fines terræ.
al. † mane.
al. † ditare.

⊖ a Flumen Dei, id est,

Moralis. a [...]minum loci. Horum finium terræ, est Dominus spes eorum, quia nihil aliud sperant, aut cupiunt. *Ps*.141. Dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. *Is*.52.c Videbunt omnes fines terræ Salutare Dei nostri. Item. *Is*.42. b. Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ. 1. *Timoth*. *vlt*. d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo. a Et in mari longe] Est mare mundi, & est mare pœnitentiæ. In mari mundi, quod est curiositas, sunt longe cupidi. Hi in Deo non sperant, sed in incerto diuitiarum, & ideo non ad terram viuentium applicabuntur, sed ad terram vltimam, id est, ad infernum, secundum quod dicitur *Ezec*.32.d. Detrahe eam ipsam, & filias Gentium robustarum ad terram vltimam. Item mare bonum est pœnitentia, cuius nauis est religio. *Eccl*. 43. c. Qui nauigat mare, enarrat pericula eius: Nam, qui natat, vel periclitatur in mari, talis nō potest videre alios periclitātes, sed qui stat in naui, & vndique circumspicit. Ideo homines mundani, qui submerguntur in fluctibus maris mundi & illi etiam, qui in mari pœnitentiæ fluctibus tentationum agitari, ad nauiculam surgere negligunt, pericula aliorum non attendunt. In hoc mari est longe, qui est in arcta pœnitentia. Et talium est Dominus spes eorū. b Præparans] i. Prædicatores ad pugnandum contra mare. Mare enim ad literam ambitur montibus, qui fluctus eius confringunt, ne vltra procedat. Sic Prædicatores fluctus mundi compescunt, si bene sunt præparati. d In virtute tua] id est, in paupertate, quæ est prima virtus, quam Dominus enumerat, *Matt*.5.a. Beati pauperes spiritu, &c. Et dicitur tua, i. Christi propria, qui non habuit in hoc mundo, vbi caput reclinaret. *Matt*.8.c. *Iob* 38.b. Circumdedi mare terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: hucusqusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Sed quia in mari mundi non tantum est periculum diuitiarum, sed & delitiarum, & honorum, addit e Accinctus] contra delitias. Dominus enim in Prædicatoribus accingitur, cum illi per macerationem carnis se restringunt, quæ maceratio licet corpus debilitet, potentia dicitur, quia spiritum roborat. Vnde 2. *Cor*. 12. d. Cum infirmor, tunc potens sum. Hac potentia debemus nos accingere, vt audacter possimus prædicare. *Ier*.1 d. Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere, *Luc*. 12. e. Sint lumbi vestri præcincti, &c. 1. *Corinth*.9.d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Sed de his duobus, paupertate, scilicet, & carnis maceratione, potest homo superbire, nisi reuertens ad cor, de sua infirmitate humilietur. Propter hoc bene sequitur g Qui conturbas] id est, cor hominis per timorem, *Ps*.6. Anima mea turbata est valde. Et sic turbando excitas. i Sonum fluctuum eius,] vt clamet, & dicat, quod sequitur *in Psal*.6. Sed tu, Domine, vsquequo? q.d. Sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, quia nihil virtutis in me habeo. *Ioan*.5 a. Angelus Domini descendebat in piscinam, & mouebat aquam & sanabatur, quicunque prior descendebat in piscinam. Secundum etiam istam expositionem possunt in hoc versu notari tres ordines Ecclesiæ, de quibus *Ezech*.14.f. Noë, Daniel, Iob, id est. Prælati, continentes, coniugati. Prælati enim montes sunt, in quorum vertice est mons Christus sicut dicit *Mich*.4.a. Erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, &c. In continentibus accinctus est Dominus. In coniugatis verò est conturbatio sollicitudinis, & curæ mundanæ. 1. *Cor*.7.f. Qui cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, Et *ibid*.e. Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. k Turbabuntur] id est, laici. l Et timebunt;] qui, scilicet, iugem habent mortis memoriam, Clerici autem non habitant terminos, quia bonis præsentibus excæcati, futura mala non præuident. *Isa*.42.c. Quis cæcus, nisi seruus meus? scilicet, Clericus. Quis cæcus, nisi qui venundatus est? Isti enim venundati sunt Diabolo; sed illi, qui habitant in terminis, non venundantur ei. *Mich*.1.c. Non est egressa, quæ habitat in terminis, id est, anima, quæ memor est nouissimorum, non est egressa in captiuitatem Diaboli, *Eccl*.7.d. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Timebunt, inquam. m A signis tuis] quæ videbunt in Prædicatoribus contraria signis mundi. Tria enim signa præmissa sunt in præcedenti versu, scilicet paupertas, carnis mortificatio, & humilitas, quæ signis mundi sunt opposita, de quibus, 1. *Ioan*. 2. c. Omne, quod est in mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. q.d. his signis possunt cognosci, qui sunt in mundo. Et quia tunc libenter audiunt verbum Dei. Bene sequitur. n Exitus matutini, i. delectabilem facies ei exitum Prædicatorum, etiamsi non tantum in mane, sed etiam in vespera exeant ad prædicandum. De quo exitu *Matt*.13.a. Exiit, qui seminat, seminare semen suum, i. verbum Dei, vt postea exponit *in eo. c*. Et quod debeat esse serotinus, & matutinis, habetur *Eccl*.11.c. Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua, *Psalm*. 54. Vespere & mane & meridie narrabo. Hos ergo exitus facit Dominus bonis delectabiles. Vnde *Psalm*. 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: Vel de Canonicis potest dici, quod Dominus delectat eis, exitus matutini, id est prouentus, quos habent, quia surgunt ad matutinas. Licet enim non delectet eos surgere ad matutinas; tamen lucrum quando recipitur; delectabile est eis: Et exitus vespere, quando, scilicet, fiunt vigiliæ mortuorum, & anniuersaria, in quibus recipiunt magnam pecuniam. o Visitasti] per flagella. p Terram] peccatorem. *Psalm*. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. q. Et inebriasti eam] à sensu temporalis delectationis alienando. *Ierem*. 23. b. Factus sum, quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius.

r Multiplicasti locupletare eā] donis tuis, vt vbi abundauit delictū, superabundet & gratia. *Rom*. 5.d. *Prou*. 10.c. Benedictio Domini diuites facit: Vel de futuro potest legi. Visitasti, id est, visitabis,] terram,] id est, corpora Sanctorum resuscitabis. *Ezech*. 37. d. Hæc dicit Dn̄s: ecce ego aperiam tumulos a vestros, & educam,

☉ *a* Flumen Dei] id est, Ecclesia militans. *b* Repletum est aquis]id est, donis Spiritus sancti. Vel sic: Dico, quod locupletasti: quod apparet, quia flumen Dei, id est, Baptismus, repletum est aquis, id est, donis Spiritus sancti, quæ ibi conferuntur, quæ dicuntur aquæ, quia mundant & fœcundant corda hominum. Nec tantum aquas habent, sed & panem: Vnde addit: *c* Parasti cibum illorum [sc. corpus tuum. *d* Quoniam ita est præparatio eius] sc. cibi, quod sc. ab ipso Domino, & de carne propria præparetur, q. d. magna est dignitas populi conuersi ad Dominum, qui nõ indignum pastorem, vel coquum habet, sed ipsum Dominum, qui non vilem cibum, vel insulsum præparat, sed ipsum corpus suum. *Ioan.* 6. e. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et quia prædicta bona præuidebat Propheta per Apostolos prouentura. Ideo orat, vt ipsos inebriet Deus gratia sua: Vnde dicit. *e* Riuos eius] id est, Apostolos & Prædicatores Ecclesiæ, vt aliis ex abundantia eructare possint verbum bonum. *f* Inebria] donis Spiritus sancti. Et bene dicuntur Apostoli riui, quia de fonte Christo manantes, aliis aquam doctrinæ, & sapientiæ salutaris ministrabant. *g* Multiplica genimina eius] fluminis, sc. Ecclesiæ, vt à credentibus generentur alij credentes. Sed ad hoc, quod germen faciat fructum, necesse habet irrigari. Vnde addit. *h* In stillicidiis eius]id est, Ecclesiæ. *i* Lætabitur germinans] i. Cathecumenus, & Mammotrephus. Stillicidia autem sunt guttæ doctrinæ: Et merito lætabitur, quia tu. *k* Benedices] remittendo peccata in præsenti, & in futuro coronando. *l* Coronæ]id est, multitudini credentium circumstanti ad modum coronæ. Coronæ, dico. *m* Anni]i. acquisitæ in anno. *n* Benignitatis tuæ] i. in tempore gratiæ, quod fuit ex benignitate tua. Vel sic: Benedices coronæ anni Benignitatis tuæ, id est, benedicendam, & laudandam ostendes victoriam factam tempore gratiæ, quo vicisti mundũ, Diabolũ, mortẽ, & Iudæũ: & in quo tu facis nos victoriã habere de mũdo, carne & diabolo, quod ex tua benignitate, nõ ex nostra virtute est. *Thr.* ☉ 3. c. Misericordiæ

† *a* Flumen Dei *b* repletum est aquis, *c* parasti cibum illorum: *d* quoniam ita est præparatio eius. † *e* Riuos ei⁹ *f* inebria, multiplica † *g* genimina ei⁹: in stillicidiis † *h* eius. *i* lætabitur † germinans. *k* Benedices † *l* coronæ *m* anni *n* benignitatis tuæ:

al. † Fluuius Dei repletus est aqua.
al. † sulcos.
al. † generationes.
al. † suis.
al. † cum exorietur.
al. † Coronã.
Corona 12. *gaudiorum in patria.*
Psal. 141.
Gen. 40. *c.*

Moraliter. * vestros, & educam vos de sepulchris vestris, &c. Et inebriasti, i. inebriabis eam cœlesti dulcedine. *Ps.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Multiplicasti, locupletare eam cœlestibus diuitiis. *Eph.* 3. c. Det vobis secundum diuitias gloriæ suæ. Ad gloriam autem non peruenitur, nisi per gratiam. Vnde de gratia subiungitur.

a Flumen Dei repletum est aquis. Flumen Dei principalius est Iordanis]i. humilis descensio, s. humilitas, quæ aquis gratiarum impletur. *Prou.* 11. a. Vbi humilitas, ibi sapientia. Et in hoc flumine. *c* Parasti cibum illorum] s. humilium, quia ibi sunt boni pisces squamigeri, s. sollicitudines propriæ salutis, quæ à Deo parantur. *d* Quoniam ita]id est, ex Dei paratione, est præparatio eius cibi, quasi non alio modo paratur, nisi à Deo, *Phil.* 2. b. Deus est, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate sua, quasi dicat, non alius operari hoc potest. Et hoc est cibus Sanctorum: *Ioan.* 4. e. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Sed quia non est plena refectio si sumatur cibus sine potu: ideo post cibum petit potum, dicens: *e* Riuos eius inebria] Sed quomodo potest aqua inebriare? Solut. Non dicit aquam, sed riuos. Riuus autem non est aqua, sed alueus. Quod probat alia litera, quæ habet: Sulcos eius inebria. Et *Ioel* 3. d. Super omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Riui ergo, siue alui, aut sulci huius fluminis, scil. humilitatis sunt humiles, qui continent humilitatem, hos inebriat Dominus vino consolationis suæ, vt prædictum cibum suauius, & delectabilius possint sumere, *Cant.* 5. a. Comedite amici, & bibite, & inebriabimini, charissimi. *g* Multiplica genimina eius] huhumilitatis, vt in cordibus hominum crescat humilitas. Vel, genimina eius, sunt bona proposita, quæ necesse est multiplicari, vt ad opus perueniant: Sed ista genimina parum multiplicantur, scilicet, peccata, vel peccatores, de quibus *Luc.* 3. b. Genimina viperarum, quis ostendet vobis fugere à ventura ira? *Osee* 8. b Culmus stans non est in eis germen, non faciet farinam. Hoc significatum est. *Iud.* 6. a. vbi dicitur: Cum seuisset Israel, ascendebat Madian, & Amalech, & cæteri orientalium nationum, & apud eos figentes tẽtoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant. Ad hoc autem, vt multiplicentur, necessaria est irrigatio diuinæ gratiæ. Vnde sequitur. *h* In stillicidiis eius lætabitur germinans] id est, in irrigatione gratiæ, quæ est eius, id est, humilitatis, quia Deus humilibus dat gratiam. Si autem lætabitur germinans, multò magis, lætabitur colligens messem, secundum quod dicitur *Is.* 9. a. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe. De qua messe sequitur. 1. *Pet.* 5. *b.*

k Benedices]ô Domine.

l Coronæ anni benignitatis tuæ] Annus iste est vita æterna, de quo *Isa.* 63. b. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Hic annus habet coronam, id est, interminabilitatem, & honorem, *Prou.* 27. d. Corona tribuetur tibi in generatione, & generationem. Huic coronæ benedicet Dominus, superaddens omne gaudium, omnem fœlicitatem. *Psalm.* 28. Dominus benedicet populo suo in pace. Sunt autem in hac corona 12. lapides pretiosi qui sunt duodecim gaudia Paradisi, quæ significãtur per duodecim fructus arboris Paradisi, de qua dicitur *Apoc.* 22. a. Ex vtraque parte fluminis erat lignum vitæ, afferens 12. fructus per singulos menses. Sunt autem sex illorum de euasione mali; & sex de adeptione boni. Anima enim quamdiu est in corpore, est quasi vincta in carcere: & quando egreditur à corpore, tunc liberatur à carcere. Vnde primum graudium est de carceris absolutione. Vnde clamat quidam de captiuis: Educ de carcere animam. Et alius: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Romanor.* 7. d. Et alius: Memento mei cum bene tibi fuerit, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de carcere isto. Imò Sancti, quia reputant corpus suum carcerem esse spiritus, ipsum vigiliis, ieiuniis, disciplinis affligere non cessant, vt incarceratus spiritus liberetur, & coronetur. Sciunt enim, quod in suo exitu coronabitur. *Eccl.* 4. d. Interdum quis de carcere, catenisque egreditur ad regnum. Secundum gaudium est, de vinculorum ruptione, quæ sunt septem corporis necessitates, id est, fames, sitis, frigus, calor, lassitudo, infirmitas & ad vltimum mors, siue necessitas moriendi. His septem vinculis ligauit Deus hominem misericorditer post peccatum, quasi insanum, ne in seipsum, & in alios desæuiret. Sed homo quasi insanus pro posse suo hæc vincula conatur rumpere. Vnde *Ier.* 2. d. A sæculo confregerunt iugum, ruperunt vincula. Famem, & sitim per crapulam, & ebrietatem, frigus per vestium multiplicitatem, calorem per vestium subtilitatem, laborem lassitudinis per otium, & quietem infirmitatem per medicinam: & electuaria mortem omnino dissoluere non possunt, sed faciunt quod possunt. Sancti verò hæc vincula non volunt rumpere, quousque ipse Dominus, qui ligauit eos in morte, dirumpat ea: Vnde *Psalm.* 115. Dirupisti, Domine vincula mea, &c. Tertium gaudium est, de exilij terminatione, id est, mundi egressione, in quo Sancti sunt, quasi in exilio. Vnde vnus. Incola ego sum in terra, &c. & bene mundus dicitur exilium, quia est penuriosus, solitarius, & horridus. *Deut.* 32. b. Inuenit eum in terra deserta plena horroris, & vastæ solitudinis. E contrario patria est locus fœcundus, amœnus, securus. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Quartum est de hostium, id est, Dæmonum euasione. *Psalm.* 123. Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, laqueus contritus est: & nos liberati sumus: Et non solum gaudium erit de eorum euasione, Imo de eorum exterminatione. *Psal.* 57. Lætabitur Iustus, cum viderit vindictam, &c. *Apoc.* 18. f. Exultate super eam cœlum, & Sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Quintum gaudium est de tenebrarum exterminatione. Quamdiu enim spiritus fuit in carcere carnis, fuit in tenebris ignorantiæ. Ignorat enim finem suum: *Eccl.* 9. a. Nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit. Item nescit, quid sit ipse spiritus, & quomodo sit Deus Trinus, & vnus, & huiusmodi, quæ clare sciet, post exitum à corpore. 1. *Cor. decimo tertio* d. Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem 1. *Ioann. tertio* a. Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit nobis, quid erimus. Scimus enim, quoniam cum apparuerit nobis, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est. Ideo Sancti in istis tenebris ignorantiæ dolent, & gemunt, quia lumen cœli videre non possunt. Vnde *Tob. quinto* b. Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Sextum gaudium est de amicorum ornatione, & aggratulatione. Consuetudo enim est, quod peregrino reuertenti occurrunt amici aggratulantes eius aduentui. Sic Angeli occurrunt Sanctis in morte aggratulantes eis. *Matth. vigesimo quarto* c. Mittet Angelos suos & congregabit Electos eius à quatuor ventis terræ. Et qui modo sunt in arcta via, tunc erunt in latitudine magna camporũ.

* Vnde bene sequitur

⊖ 3.c.Miſericordiæ Domini eſt,quia non ſumus conſumpti. *a* Et campi tui]id eſt,iuſti, qui ſuſcipiunt ſemen verbi Dei, & pluuiam gratiæ. *b* Replebuntur vbertate,] bonorum operum. *c* Pingueſcent ſpecioſa deſerti]id eſt,Gentiles, qui primò deſerti à gratia Dei, facti ſunt modo ſpecioſi decore virtutum, pingueſcent pinguedine charitatis,de qua ſuprà. *Pſal.* 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. *e* Et colles,id eſt,Martyres ſe vſque ad mortis patibulum humiliantes. *d* Exultatione accingentur] ut agone Martyrij.Ita enim bene erant accincti iſto gladio, quod omnia Tyrannorum tormenta vincebant. Vnde Dacianus nō præualens auferre exultationem à B. Vincentio coactus eſt clamare : vincimur. Non tantum autem doctrinam receperunt ab Apoſtolis , ſed & exemplum. Vnde ſequitur. *f* Induti ſunt]ornamentis virtutum, & pulchra conuerſatione. *g* Arietes ouium] id eſt, Apoſtoli Ductores , & Doctores populi. *h* Et valles] id eſt, humiles populi. *i* Abundabunt frumento,]id eſt,fruge bonorum operum. *k* Clamabunt] ad Dominum , non blaſphemantes,ſed Deum laudantes.Etenim hymnum dicent.

* Vnde bene ſequitur. *a* Et campi tui replebuntur vbertate]campi ſunt libertas,& latitudo cœleſtis. *Pſ.* 17. Et eduxit me in latitudinem. Et hi campi non erunt ſteriles, ſed replebuntur vbertate. Illa enim terra fluit lacte,& melle, & omni bono abundat. *Luc.* 18. c. Vidimus terram valde opulentam, & vberem : eamus , & poſſideamus eam.

Moraliter. Vnde ſequitur. *c* Pingueſcent ſpecioſa deſerti]id eſt,cœli, quod dicitur deſertum. *Luc.* 15. a. Relinquit nonaginta nouem in deſerto. *d* Et exultatione colles accingentur]i. culti,ſc.Sancti, *Pſ.* 149. Exultabunt Sancti in gloria. *f* Induti ſunt]duplici ſtola. *Prou.* 31. c. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. *g* Arietes ouium] Prælati populorum. *h* Et valles]humiles ſubditi. *i* Abundabunt frumento]fruitionis æternæ, *Zach.* 9. d. Quid bonum eius, & quid pulchrum eius,niſi frumentum Electorum,&c. *k* Clamabunt] non ex dolore , ſed ex gaudio. Etenim hymnum dicent.

Aliter Moraliter. *c* Pingueſcent ſpecioſa deſerti] i. clauſtri, q.d. Religioſi , qui pulchri ſunt exterius in habitu religioſo , pingues erunt interius per deuotionem,& charitatem.Sed modò in multis verificatur prophetia. *Iſ.* 17. a. In die illa attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarceſcet. *Et* 40. f. Repente flauit in eos,& aruerunt,&c. *d* Et exultatione colles accingentur] colles, qui pendent , ſunt contemplatiui, *Iob* 7. c. Suſpendium elegit anima mea, *f* Induti ſunt arietes ouium] id eſt, Prælati indumento virtutum. *Pſ.* 131. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, *Col.* 3. b. Induite vos , ſicut electi Dei viſcera miſericordiæ , benignitatem, humilitatem , &c. Sed modò non induunt ſe Prælati talibus indumentis, Sed lanis ouium ſuarū. *Ezech.* 34. a. Lanis operiebamini : & quod craſſum erat, occidebatis. *h* Et valles] id eſt, humiles clauſtrales. *i* Abundabunt frumento]id eſt, bonis operibus, *k* Clamabunt] in pſalmodia, Et hoc cum deuotione. *l* Etenim hymnum dicent] *Pſal.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

& *a* campi tui *b* replebuntur vbertate. *c* Pingueſcent † ſpecioſa deſerti : & *d* exultatione *e* colles accingentur. *f* Induti ſunt *g* arietes ouium, & † *h* valles *i* abundabunt frumento : *k* clamabunt *l* etenim hymnum dicent.

al. † fines.
al. † conualles.

In finem canticum Pſalmi Reſurrectionis.

PSALM. LXV.

m IVbilate Deo omnis terra. † *n* Pſalmum *o* dicite nomini eius : *p* date gloriam laudi eius. *q* Dicite Deo. † quam *r* terribilia ſunt *ſ* opera tua, Domine : in *t* multudine † virtutis tuæ mentientur

al. † pſallite autem.
al. † quam timenda.
al. † potentiæ.

EXPOSITIO PSALM. LXV.

IVbilate Deo,&c.Titulus. *In finem canticum Pſalmi Reſurrectionis.* Suprà egit Propheta de tranſmigratione à peccato in libertatem filiorum. Hic autem agit de tranſmigratione populi Dei in ſupernam Ieruſalem , quæ iam in capite Chriſto facta eſt in ſua reſurrectione,& in nobis facienda eſt in generali reſurrectione. Item in præcedenti Pſalmo egit de generali reſurrectione,vbi dixit. Ad te omnis caro veniet : In iſto agit de cauſa Reſurrectionis, ſcilicet , de Chriſti Reſurrectione , Et ideo *Pſalm.* iſte intitulatur à Reſurrectione , & monet nos, vt de Reſurrectione Chriſti gaudeamus, & in ea ſpem noſtræ reſurrectionis ponamus : Eſt ergo ſenſus tituli talis. Canticum iſtud dirigens nos in finem, Chriſtum, vel in conſummationem vitæ æternæ ,eſt Reſurrectionis : quia hic agitur de exultatione habita pro Reſurrectione,tam capitis,quæ præceſſit, quam membrorum, quæ ſequetur. Et eſt Pſalmi , quia monet ad bene operandum pro reſurrectione.Ex his patet intentio Prophetæ, quæ eſt monere nos ad Iubilum, & Pſalmum, id eſt, ad exultationem , & operationem pro ſpe reſurrectionis.Modus.Quadripartitus eſt Pſalm.Primò monet omnes de Reſurrectione Chriſti gaudere, quæ omnibus dat vitam. Secundò inuitat incipientes,vt opera Dei conſiderent : vt quos Vnum præmium expectat,vna fides iungat, *ibi* : Venite , &c. Tertiò monet Gentes benedicere Deum, qui licet tribulationibus probet ſuos;probatos tamen perducit ad regnum, *ibi:* Benedicite Gentes. Quartò perfectiores,& magis deuotos monet exemplo ſuæ liberationis amplius confidere in Domino, *ibi*:Venite, audite. Primò ergo monet nos gaudere,& laudare Deum actu cordis, cum dicit. *Partitio Pſalmi.*

m Iubilate Deo omnis terra] id eſt, habitantes in ea. Vel,omnis terra,i.e.omnis Eccleſia, *Zach.* 9. b. Iubila, filia Ieruſalem, *Pſal.* 64. Iubilemus Deo Salutari noſtro, *Iſa.* 44. d. Iubilate extrema terræ. Secundò,actu operis, cum dicit. *n* Pſalmum] ad literam.

o Dicite nomini eius] *Pſal.* 9. Pſallam nomini tuo Altiſſime. Tertiò actu manus , cum ſubiungit.

p Date,&c.]Dare enim eſt actus manus : Dicit ergo:Date gloriam laudi eius, id eſt, gratis facite bona opera , vnde Deus glorificetur:& laudetur, *Matt.* 5. b. Sic luceat lux veſtra coram hominibus:vt videant opera veſtra bona , & glorificent Patrem veſtrum , qui in cœlis eſt, Iubilat Eccleſia in alleluia,& neumatibus,& hymnis : Pſalmum,dicit,ad literam,in pſalmodia. Dat gloriam, cum poſt Pſalmum inclinantes filij eius dicunt : Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et dicit ſingulariter, gloriam, quia vna eſt gloria trium perſonarum. Quondam ter dici ſolebat. Gloria Patri, gloria Filio , gloria Spiritui ſancto , ſed propter Arrianos mutatum eſt , vt ſecundum hanc Prophetiam ſemel dicatur. Vel diſtinguatur. Iubilate, in officio Eccleſiæ : Pſalmum dicite , in bona operatione : date gloriam,in prædicatione. Non vobis , laudi eius, veſtram inſciam oſtendendo, *Pſalm.* 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Item voſipſos mundando, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15. c. Et *Apoc.* 14. a. Nemo poterat dicere canticum , niſi illa centum quadraginta quatuor millia , qui empti ſunt de terra. Hi ſunt , qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, &c. Sed cum dicit : Iubilate Deo , &c. quare non dicit ſimiliter cœlum , cum ſic dicatur *Iſa.* 49. d. Laudate , cœli : & exulta , terra : iubilate , montes , laudem? Sol. Hic dicitur terra . & non cœlum , quia in cœlo eſt continuus Iubilus ; in terra autem lamentum fuit.Sed à tempore gratiæ iubilandum eſt ibi : *Iob* 38. a. Vbi eras , cum me laudarent aſtra matutina , & iubilarent omnes filij Dei. Et præter ſupra dicta.

q Dicite Deo]ſic.

r Quam terribilia ſunt,] id eſt,valde terribilia.

ſ Opera tua ,] ô , [Domine,] Quæ opera ? Incarnatio , Paſſio , & opus diei iudicij, in quo timebunt Angeli , ſicut dicitur *Iob quadrageſimo primo* c. Sed cum ſint terribilia , quomodo iubilandum eſt ? Solutio duplex. Amabilia , & ſuauia ſunt Iuſtis ; terribilia autem iniuſtis, & reprobis. Vnde, & Angelus in veſte candida, & vultu fulgureo apparuit mulieribus , *Matthæi vigeſimo octauo.* a. Vel ſic : Ex vna parte debemus gaudere per ſpem ; ex alia terreri per timorem. *Pſalmo ſecundo.* Exultate ei cum tremore. Et ideo hic poſtquam præmiſit de Iubilo lætantium , ſtatim ſubiungit de terrore timentium , dicens. *q* Dicite Deo : quam terribilia ſunt opera tua, Domine. Sed , vt quid dicendum eſt Deo , cum ipſe omnia ſciat ? Solutio. Quia confeſſio laudis Dei vtilis eſt nobis. *Tobiæ duodecimo.* b. Opera Dei reuelare , & confiteri honorificum eſt. Et quid dabit Deo , qui ei ſaltem verba non offert ? *Oſeæ vltimo.* a. Tollite vobiſcum verba , & conuertimini ad Dominum : dicite ei , omnem aufer iniquitatem. Sicut *Iob decimo.* a. Dicam Deo : noli me condemnare. Terribilia ergo ſunt opera Dei ; ſed opera hominum vana , ſecundum quod dicit *Ierem. decimo* c. Vana ſunt, & opus riſu dignum. Et licet ſint terribilia ; non terrent peccatores. Vnde ſequitur.

t In multitudine virtutis tuæ,[ſc.peccatores , id eſt , licet te ſciant virtuoſum,& fortem ad iudicandum; tamen non ceſſabunt peccare,quod eſt mentiri Deo,cui promiſerunt in Baptiſmo ſe non peccatores , abrenunciantes Satanæ & omnibus pompis eius. Vel : [In multitudine virtutis tuæ,]id eſt, propter

tuæ] id est, propter multitudinem misericordiæ tuæ, de qua præsumunt. Mentientur tibi, vt dictum est: inimici tui, id est, peccatores; quia Deus odit eos, in quantum huiusmodi, Vnde *in Psalm.* 5. dicitur. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, Et, quod propter præsumptionem misericordiæ Dei sic mentiantur, dicitur *Eccl.* 8. b. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. Et dicit, filij hominum, quia iam non sunt filij Dei, quia degenerant per peccatum. *Psalm.* 17. Filij alieni mentiti sunt mihi. Et

tibi inimici tui. Omnis *a* terra *b* adoret te, & *c* psallat tibi: † *d* psalmum dicat nomini tuo. † *e* Venite & *f* videte *g* opera † Dei: *h* terribilis in *i* consiliis *k* super filios hominum: *l* Qui cōuertit mare in *m* aridā, in *n* flumine *o* pertrāsibūt pede: *p* ibi † *q* lætabimur in ipso. *r* Qui in dominatur in *s* virtute sua in ęternū,

al. † psallat. *al.* † Altissime. *al.* † Domini. *al.* † Iucundabimur.

nunquid semper ita immunes erunt à pœna? Non, quia veniet tempus damnationis eorum, sicut dicit *Psalm.* 17. Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula, s. tempus retributionis. Talis erat Elimas Magus, cui Paulus dicebat *Act.* 13. b. Fili Diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas: & nūc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, &c. Et de talibus dicit, *Ps.* 80. Vt destruas inimicum & defensorem, sc. sui erroris. Et *Ps.* 8. Inimici Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficienr. Et ex quo ita erit male his, qui abeuntes post Deos alienos, id est diuersa peccata, à Deo recedunt. Ergo consilium est, & desiderium Iusti hic loquentis, vt *a* Omnis terra adoret te] Deus. Omnis terra. sc. triplex. Terra viuentium, cœlum: terra morientium, mundus: terra mortuorum, infernus. Hæc triplex terra. *b* Adoret te] hoc est, quod dicitur *Phil.* 2. b. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Et tam versus iste, quam illa epistola de Cruce dicitur, quia per ignominiam Crucis venit ad gloriam. Vnde ibi *Phil.* 2. a. præmittitur. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Omnis ergo terra adoret te] Creatorem. *c* Et psallat tibi] Redemptori. *d* Psalmum dicat] id est, tibi Iudici de longe nominabili, *Is.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius. Vel sic, vt hic notetur Trinitas. Adoret te, potentem, ô Pater: psallat tibi, sapienti, ô Fili, *Ps.* 46. Psallite sapienter, id est, filio, qui est sapientia, Psalmum dicat, id est, bonitati Spiritus sancti. Hoc enim nomen soli Deo conuenit, quod quasi proprium nomen eius est. Vnde *Luc* 18. d. Nemo bonus, nisi solus Deus, *Psalm.* 53. Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est. Item hic tangitur primò actus cordis, cum dicitur: Adoret te fide, vt dicit *Gloss. super illud Ioan.* 4. c. Pater tales quærit, qui adorent eum in spiritu & veritate. Secundò actus manus, cum dicit: Psallat tibi operando. Tertiò actus linguæ, cum addit: Psalmum dicat. Et iste ordo debet esse in Prædicatore, vt in primò ponat in corde fundamentum fidei, cæterarumque virtutum, atque scientiæ. Secundò superædificet ædificium bonorum operum, de quo 1. *Cor.* 3. c. Vnusquisque videat, quomodo superædificet. Alius superædificat aurum, argentum, lapides pretiosos, id est, opera incipientium, opera proficientium, opera perfectorum. Tertiò debet Psalmum dicere, id est, opera bona, quæ facit, aliis prædicare, non ad gloriam propriam, sed Dei. Vnde dicit. Nomini tuo, id est, ad honorem nominis tui, *Is.* 24. c. In doctrinis glorificate Dominum. *e* Venite, &c.] Secunda pars, vbi incipientes ad opera Dei consideranda inuitat. Hoc est enim inuitatorium, vt adoremus in spiritu, & veritate sc. considerare opera Domini. Et non dicit: Ite, sicut mali Prædicatores, qui dicunt, & non faciunt; sed per exemplum suum eos inuitans, dicit Venite, sc. mecum. vel post me, qui præcedo. Venite, sc. ad Deum, accedite passibus fidei, & amoris. Et quia fides purgat & amor inflammat, bene sequitur. *f* Et videte non vana. *Psalm.* 118. Auerte oculos meos, videant vanitatem. Sed.

Secunda pars.

g Opera Dei] Contra, quod dicitur de vanis huius mundi hominibus, *Isa* 5. c. Cythara, & lyra tympanum, & tibia in conuiuiis vestris: & opus Domini nō respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et quod est istud opus, vel hæc opera, quæ considerare debemus: Duo præcipuè, s. opus Incarnationis, & opus Passionis, de quibus. *Isa.* 28. f. Alienum est opus eius, s. quod incarnetur Verbum: peregrinum est opus eius ab eo, s. quòd moriatur Deus. Item etiam tertium opus considerandum, quo, videlicet, vnum reprobat, & alium eligit. Et de hoc specialiter subiungit. *h* Terribilis] q. d. videte opera Dei. *i* In consiliis] habitis. *k* Super filios] quia quosdam illuminat, & quosdam excæcat: quosdam saluat, & quosdam damnat. Huiusmodi consilium terribile est cuilibet quantumcunque sancto *Iob* 25. a. Potestas, & terror apud eum est. *Rom.* 11. c. Tu fide stas? noli altum sapere, sed time. Item nota, quòd non dicit in operibus vel sententiis quæ mutantur, sed in consiliis, quæ non mutantur, secūdum illud *Isa.* 49. c. Consilium meum stabit, *Ps.* 32. Consilium Dñi æternum manet. Quod dicit super filios, potest intelligi aliter, quàm dictum sit, videlicet, quod Deus terribilis est, i. plus timeri debet, quàm homines, sicut dicitur *Matth.* 10. c. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. *l* Qui conuertit] Hoc ad literam potest legi de mari rubro, secundum quod *in Exod.* 14. & 15. habetur. Et secundum quod sequitur: In flumine, de Iordane, de cuius transitu habetur *Ios.* 3. Sed melius est vt Mysticè intelligatur. Sup. egit de timore, & de his, quæ timorem incutere possent: Hic autem enumerat ea, quæ ad amorem accedunt. Primum est opus iustificationis, de quo dicit.

l Qui conuertit] q. d. terribilis est, nec tantum terribilis, Imò & amabilis. Qui conuertit, i. cor peccatoris, *Isa.* 37. Impij quasi mare feruens. Conuertit dico. *m* In aridam] i. in sitim, vt sitiat iustitiam. *Io.* 7. f. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Secundum est opus adiutorij, quo adiuuat proficientes. Vnde addit. *n* In flumine] i. in mortalitate. *o* Pertransibunt] i. sine periculo, & faciliter. Dicitur autem mortalitas flumen, quia fluit, *Eccl.* 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit, 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertētur. Vel, flumen, vocantur diuitiæ, quæ fluant, affluunt, & effluunt, *Psalm.* 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et dicit, pede, in singulari: quia vnum tantum pedem debemus mergere in aquis huius fluminis, vt sumamus de rebus transitoriis tantùm ad necessitatem, & non ad voluptatem. Duo enim pedes sunt necessitas, & voluptas. Hoc flumine pertranseunt mali duobus pedibus, quia accipiunt bona transitoria, & ad necessitatem, & ad voluptatem. Boni verò, vt dictum est, vno tantum, quod significatum est in eo, quod Iacob quod claudicabat, *Gen.* 32. g. Et notandū, quòd in Iordane priùs ingressi sunt Sacerdotes, & vltimò egressi. Ita modò Sacerdotes, & Clerici primi sunt in ingressu diuitiarum; sed postremi in egressu. Tertium est, quia perseuerantes, & pertranseuntes glorificabit: Vnde addit. *p* Ibi] s. vltra flumen in portu fœlicitatis æternæ. *q* Lætabimur in ipso] non in alia re. *Cant.* 1. a. Exultabimus, & lætabimur in te. Hoc autem facit potenter, quia ipse solus est, & erit omnipotens. Vnde sequitur. Qui dominatur) quod lætabimur in ipso. In quo? In eo, qui dominatur. *Apoc.* 19. e Rex Regum, Dñs Dominantium *s* In virtute sua,] quod nullus alius facit: Omnes. n. potētes dominantur in virtute aliena, s. Dei. Deus autē in propria virtute *Ro.* 13. a. Omnis potestas à Dño Deo est dominatur, dico, nō ad horā, sed: *t* In æternū.] *Dan.* 4. g. Potestas eius, A potestas sempiterna

e Venite, &c. Moraliter est hic exhortatio ad ingressum Religionis, quam debent facere illi, dicentes: Venite ad claustrum, *Apoc. vlt.* d. Qui audit, dicat: veni. *f* Et videte,] qui tot homines pascit manna suo in deserto Religionis, &c. mirabilia, de quibus habetur *Deut.* 8. a. Quæ omnia possunt spiritualiter in claustro reperiri. Et licet tot mirabilia operetur; tamen. *h* Terribilis] est sæcularibus. *i* In consiliis] id est, consilia eius, quibus dicit omnia esse relinquenda, sunt eis terribilia. *k* Super filios] id est, magis, quā consilia filiorum hominum, qui consulunt, vt diuitiæ acquirantur, & custodiantur *Ps.* 13. Consilium inopis confudistis, id est, consilium Christi, Et *Ps.* 106. Consilium Altissimi irritauerunt. Nec est timendum intrare Religionem, quia Dominus facit eos contemnere mundum. Vnde addit. *l* Qui conuertit mare in aridam] Mare enim mundus est, quod homini vertitur in aridam, cùm illud conculcat per contemptum, & eum conculcans transit ad desertum, vt de deserto transeat ad terram promissionis, vbi erit lætitia sempiterna. Vnde hic sequitur.

Moraliter.

n In flumine] Iordanis, id est, in morte, quæ est media inter Religionem, & terram viuentium nobis promissam. *o* Pertransibunt] id est, de facili pertransibunt, dico, ad terram promissionis. Et.

p Ibi lætabimur] 1. *Petr.* 1. b. In quo exultabitis modicum, nunc si oportet contristari in variis tentationibus. Et post Exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestrę, salutem animarum. Et verè lætari poterimus in eo: quia magnus est Dominus, & nos faciet participes regni sui in æternum. Vnde sequitur. *r* Qui dominatur in virtutę

potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem. Potestatem autem debent comitari duo, sc. misericordia, & iustitia, secundum quod dicitur *Prou.* 20. d. Misericordia & veritas custodiunt Regem & roboratur clementiâ Thronus eius. Vnde de his duobus sequitur. Primo de misericordia dicit.

a oculi eius *b* super Gētes *c* respiciunt: *d* qui † exasperant, non *e* exaltentur in semetipsis. *f* Benedicite, Gentes, Deum nostrũ: & † *g* auditam facite vocē laudis eius. *h* Qui posuit animam meam † ad vitam: & *i* non dedit in † commotionem pedes meos *k* Quoniam probasti nos, Deus: † *l* igne *m* nos examinasti, sicut *n* examinatur argentum, *o* Induxisti nos in † laqueum, *q* posuisti tribulationes in *p* dorso nostro: *r* imposuisti homines super capita nostra.

al. † amaricant.
al. † audite.
al. † in.
al. † morum.
al. † igniisti nos sicut ignitur.
al. † muscipulam.

a Oculi eius] sc. oculi misericordiæ. *b* Super Gentes, id est, super Gentiles, quos ad fidem vocauit. Vel Super Gentes, i. super peccatores quoslibet. *c* Respiciunt ad miserendum, sicut respexit Petrum, *Luc.* 22. g. *Psal.* 118. Aspice in me, & miserere mei. Iustitiã autem innuit, cũ dicit. *d* Qui exasperant Deum, sicut Iudæi, qui dixerũt *Ioan.* 19. c. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Vel sicut alij, qui tota die exasperant Deum peccando.

e Non exaltentur] id est, in cogitatione sua, quia à Deo deprimuntur. *Ezech.* 2. c. Domus exasperans est, & scient quia Propheta fuit in medio eorum, quando, s. iustus Iudex comminationes implebit. Alia litera habet: qui increduli sunt. Quare. Quia, qui non credit, iam iudicatus est. *Ioan.* 3. c. Si quis autem iam iudicatus esset ad suspendium, non exaltaretur nec superbiret in corde suo.

Moraliter. * minatur in virtute sua] vt expositum est. Et ideò iucundum est seruire ei, *Eccl.* 23. d. Gloria magna est sequi Dominum longitudo enim dierum assumetur ab eo. Et, qui nolunt ad ipsum venire sed in peccatis manent, non putent, quòd abscondantur à facie eius. Quia.

a Oculi eius] id est, omnes videt tam bonos, quam malos. *Prou.* 5. d. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus illius dinumerat. *Psal. trigesimo tertio* Oculi Domini super Iustos, &c. Vultus autem Domini super facientes, mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Et ideò.

d Qui exasperant] vt expositum est. Qui autem sint, qui Deum exasperant, & iram eius prouocant, docet *Iob* 36. b. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei. Simulatores sunt Hypocritæ, qui simulatam iustitam prætendentes, Religionem intrare non volunt. Callidi sunt, qui argumentis sophisticis & palliationibus quibusdam peccata sua defendunt, & statum sæculi astruunt tutiorem, vel saltem tutum esset. Vel sic potest exponi: Qui exasperant alios verbis, & factis iniuriosis. Non exaltentur, id est, nō præficiantur inter fratres, cùm è conuersò Prælatus debeat esse clemens, & mansuetus. Sicut Moyses, de quo dicitur. *Num.* 12. a. quod fuit mansuetissimus super omnes filios Israel. Et sicut Christus, qui dicit Prælatis Ecclesiæ, scil. Apostolis. *Matth.* 11. d. discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Item sic: Qui exasperant, i. qui sibi nimis sunt austeri. Non exaltentur, in prælationem, quia nimis essent alijs austeri:

Tertia pars.

Quia conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Eccl. 14. a. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? *f* Benedicite, &c.] Tertia pars vbi monet Gentes benedicere, quas Deus respexit, vt suprà dictum est. Vnde benedicere, & magnificare Deum debent secundùm quod dixit Beata Virgo *Luc.* 1. e. Magnificat anima mea Dominum, &c. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Dicit ergo. *f* Benedicite Gentes] qui Iudæis exasperantibus excæcatis vos illuminauit. *Ro.* 11. c. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo Gētiũ intraret. Et *Ro.* 15. b. Gentes autem super omnia honorare Deum, Vel de quibuslibet peccatoribus eodem modo potest exponi. *g* Et auditam] i. facite, vt vox laudis illius audiatur. Non enim sufficit pro beneficiis tantum corde, vel etiam susurrante ore laudare, sed ita vt ab aliis audiatur, *Rom* 10. b. Ore confessio fit ad salutem. Etiam aliorum, qui ad laudem sunt inuitandi, *Apoc. vlt.* d. Qui audit dicat: veni. Et quare benedicendus sit, subiungit. Prima causa est, quia viuificat animam. Vnde dicit. *h* Qui posuit] id est, applicauit Deo, qui est vita, *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. Et notabilitèr dicit, posuit ad vitam, sicut puer ponitur ad literas, vel ad scholas, vel esuriens ad mensam, claustrum est schola Dei è conuerso diabolus ponit animã ad mortem, & mercatores, & vsurarij, & multi nobiles ponunt filios ad mortem, non ad vitam. Docent enim eos circumuenire proximos in negotiationibus in vsuris, in rapinis. In curiis etiam Magnatum sunt scholæ diaboli, & mortis. Nam prudentia carnis mors est, vt dicitur *Rom.* 8. a. Secunda causa est, quia dat perseuerantiam in bono. Vnde addit. *i* Et non dedit.] *Ps.* 93. Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adiuuabit me, q. d. firmasti pedes meos in mea confessione, *Psal.* 93. Statuit supra petram pedes meos. Pedes podagrici & inflati citò commouentur, nec firmiter stant. Tales sunt pedes superborum. Vnde orat Dauid: *Psal.* 35. Non veniat mihi pes superbiæ. Item qui habet spinam diuitiarum in pede affectus, non firmiter stat suprà petram Christum. Vnde *Ps.* 72. Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde, qui, scil. amorem ponunt in Deo, nec incuruātur ad amorem diuitiarum. Et post subiungit in persona debilium. Mei autem penè moti sunt pedes. Tertia causa est, quia probat suos; Vnde dicit. *k* quoniam probasti nos, &c. Posset aliquis dicere. Tu dicis te non esse commotum: & quid mirum, quia non fuisti impulsus? Imò, quoniam probasti nos, Deus: Dominus enim probat per tentatores, secundum illud *Deut.* 13. a. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrùm diligatis eum, an non in toto corde &c. *Ierem.* 6. g. Probatorem dedi te in populo meo robusto, & scies, & reprobabis viā eorũ. *l* Igne] tribulationis vel pœnitentiæ. *m* Nos examinasti [vel conflasti, alia litera. *n* Sicut examinatur,] vel sicut conflatur, alia litera. Cùm argentum examinatur, vel conflatur, purius fit, & de suo pondere perdit. Sic homo, cùm subiicit se tribulationi, vel pœnitentiæ, vilior est hominibus, sed Deo lucidior. Quidam conflantur non sicut argentum, sed sicut plumbum, quod in igne consumitur: quia peiores fiunt de tribulationibus, *Ier.* 6. g. Consūptũ est in igne plūbũ, frustra conflauit cōflator: malitiæ n. eorũ non sunt consūptæ, *Ps.* 88. Destruxisti eum ab emundatione. Quidam etiam decoquuntur, non sicut argentum, sed sicut lutum cum palea, id est cum temporalibus, quia licet pœnitentiam faciant; nolũt tamē carere diuitiis. *Isa.* 48. b Excoxi te, sed non quasi argentum. Quarta est, quia ligat hominē, ne euagetur. Vnde dicit. *o* Induxisti nos, nō deceptionis, sed probationis: nō culpæ, sed pœnalitatis, sicut est infirmitas, paupertas mortalitas, & huiusmodi, *Ps.* 17. Præoccupauerunt me laquei mortis. Quinta est, quia castigat, Vnde addit. *p* Posuisti tribulationes] i. flagellis, & castigationibus tuis, nos malè erectos per superbiam incuruasti ad humilitatem, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potēti manu Dei, *Iob* 7. b. Sub quo curuantur, qui portāt orbē. Sexta est, quia custodit: Vnde sequitur *r* Imposuisti, &c.] i. Prælatos, vel Principes sæculares, qui debent defendere pauperes, & Ecclesiam custodire, *Isa.* 62. b. Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes. Vel de Tyrannis potest dici: Imposuisti homines, &c. Secundùm quod dicitur *Thr.* 5. a. Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. *Neemiæ* 9. g. Quos posuisti super nos propter peccata nostra, & corporibus nostris dominantur. Versum istum propriè possunt dicere Religiosi. *o* Induxisti, &c.] Laqueus enim dicitur Religio, siue votum. *Prou.* 6. a. Captus es propriis sermonibus illaqueatus es verbis oris tui. Et ad quid valet iste laqueus? Solut. Humanum genus prolapsum est in lacum miseriæ, & in lutum fæcis, & non potest propria virtute exire: vnde necessarius est laqueus, quo homo extrahatur de fæcibus huius mundi, sicut Ieremias extractus est cum funibus, *Ier.* 38. b. Bonum est ergo in laqueum Domini intrare. Vndè monet *Eccles.* 6. c. Audi, fili, & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum; iniice pedem tuum in compedes illius, & ne accidieris in vinculis eius. Et pòst addit causam: Vincula enim illius alligatura salutaris. Sed multi abiiciunt consilium istud, & contemnunt, & in laqueum diaboli libenter pedes iniiciunt, scilicet, in peccatum, *Psalm.* 118. Funes peccatorum circumplexi me. Per laqueum ergo hic tangitur votum Religionis; per tribulationes autem disciplinæ. Vndè addit. *p* Posuisti, &c.] i. disciplinas.

De Tyrannis.

De Religiosis.

q In dorso, &c.] ad literam. *Prou.* 10. b. Virga in dorso eius, qui indiget corde. *Heb.* 12. c. Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. *r* Imposuisti homines super capita nostra.] Hic tangitur obedientia. Et dicit homines, pluraliter, quia non tantùm Prælato, sed paribus, imò inferioribus obediendum est. 1. *Petr.* 2. c. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Septima causa est, quia dat victoria in tētatione. Vndè sequitur.

Peccatũ duplici respectu committitur.

a Transiuimus per ignem] id est, per aduersitatem, quæ vrit: & prosperitatem, quæ dissoluit, quasi dicat nulla peccati tentatio nos superauit, quia omne peccatum fit, aut propter prosperitatem habendam, vel conseruandam, aut propter aduersitatem vitandam, sicut dicitur *in Gl ss. super illo verbo Ps.* 79. Incensa igni, & suffosa, quia omne peccatum est, aut ex amore malè incendente; aut ex timore malè humiliante. Sed quid appetit amor malè incedens, nisi prosperitatem: & quid refugit timor malè humilians, nisi aduersitatem? Sed per hæc transeunt Iusti per auxilium Dei: quia nec prosperitas demulcet nec aduersitas terret eos; ita quod propter amorem prosperitatis, aut propter timorem aduersitatis peccatum incurrant. Vnde dicit Dominus, *Gen.* 15. b. Ego eduxi te de Vr Chaldæorum. Vr interpretatur ignis. Et *Exod.* 2. a. Extractus est Moyses de aqua per voluntatem Dei. *Isa.* 43. a. Seruus meus tu, cùm pertransieris per aquas, tecum ero: & flumina non operient te: cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit te: quia ego Dominus Deus tuus. Serui autem diaboli, & peccati non transeunt per ignem & aquam, sed ibi remanent. In igne comburuntur, sicut dicitur *in Psal.* 105. flamma combussit peccatores. In qua dissoluuntur, & computrescunt. *Isa.* 13. a. Computruit, sibare, ita vt nulli vsui aptum esset. Octoua causa est, quia post tribulationem tentationum, consolationem tribuit: Vnde addit.

al. † induxisti.

a Transiuimus per ignem, & aquam & † b eduxisti nos in c refrigerium. d Introibo in domum tuã in e holocaustis: f reddam tibi vota mea g quæ destinxerunt labia mea. Et h locutum est os meũ, in tribulatione mea. i Holocausta medullata afferam tibi: cum k incenso arietum: l offeram tibi boues cum hircis. m Venite, audite, & n narrabo, o omnes, qui p timetis Deum: q quanta fecit r animæ meæ.

b Et eduxisti nos] id est, extra tentationem duxisti. c In refrigerium consolationis. *Tob.* 3. d. Post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem, & fletum exultationem infundis. Vel. [In refrigerium] æternum, [eduxisti nos] in spe præsenti, & in futuro educes in re. *Sap.* 4. b. Iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit, *Ier.* 6. d. State super vias vestras. Et sequitur; Inuenietis refrigerium animabus vestris. Nona causa est, quia dabit vitam æternam. Vnde addit.

d Introibo in domum tuam] cœlestem cum exiero de domo terrestri 2. *Cor.* 5. a. Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum non manufactam habemus in cœlis. [Introibo] ergo in illam domum, transiens per ignem: & aquam, de quibus suprà dictum est. Laurentius, ad literam, ibi intrauit per ignem. Clemens verò per aquam. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Sed quia non pœna, sed causa facit Martyrem: nec penes dolorem, sed pœnes charitatem attenditur meritum. Ideò addit.

e In holocaustis] id est, in operibus inflammatis charitate, quasi dicat, merito talium operum, introibo in domum, illam cœlestem, *Prou.* 31. d. Laudent eam in portis opera eius. Et ideò interim.

f Reddam tibi vota mea] id est, opera voluntaria. *Ps.* 53. Voluntariè sacrificabo tibi.

g Quæ distinxerunt labia mea] id est, duo testamenta, quasi dicat: illa opera libenter faciam, quæ in veteri, & in nouo Testamento. discernuntur facienda. Secundum hoc sumitur votum prout dicitur à volendo. Vel potest sumi, prout dicitur à vouendo reddam tibi vota mea, secundum illud *Psalm.* 75. Vouete, & reddite, *Eccles.* 5. a. Si quid vouisti, ne moreris reddere. Sed, quia votum debet esse discretum, bene sequitur.] Quæ distinxerũt labia mea ad literam] id est, distinctè, & discretè promiserunt. Iephte enim indistinctè, & indiscretè vouit: & ideò non debuit reddere, de quo habetur. *Iudic.* 1. f. Vnde dicit. *Augustinus*, quòd stultus fuit in vouendo, & impius in reddendo. Vel vota possunt dici psalmi, & orationes, quæ debent reddi distinctè, & ordinatè. *Neemia* 8. b. Legerunt in libro legis Dei distinctè, & aperte ad intelligendum. Dico, quod [reddam] vota, [quæ distinxerunt labia mea.]

h Et,] quæ, locutum est hos meum in tribulatione mea, quasi dicat, illa vota reddam, quæ feci, dum eram in tribulatione. In articulo, enim necessitatis solent homines multa vouere. Vnde 2. *Reg.* 15. b. dixit Absalon ad Regem. Dauid. Vadam, & reddam vota mea, quæ voui Domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Ierusalem sacrificabo Domino. Sed multi, ita vouentes in aduersitate nolunt reddere in prosperitate. Cùm enim sunt infirmi multotiens vouent, quòd abstinebunt à peccato, vel quòd resignabunt præbendans, aut beneficia, vel quod intrabunt Religionem: sed cùm euaserint nihil faciunt. Vnde narratur exemplum de quodam Britone, qui habebat vaccam, & vitulum. Et cùm transiret aquam, & timeret submergi, vouit sancto Michaeli, quòd offerret ei vitulum. Postea cùm adhuc magis timeret, vouit, quòd offerret simul vaccam, & vitulum. Et cùm iam pertransisset aquam, dixit sancto Michaeli, nec vaccam, nec vitulum se daturum. Sic faciunt multi, & irrident non tantùm sanctum Michaelem, sed ipsum Dñm Angelorum, *Eccl.* 5. a. Displicet Deo infidelis, & stulta promissio. Stulta fuit promissio Iephte, vt dictum est. Horum autem, qui vouent, & non reddunt est infidelis. Sed quia dicitur *in Malac.* 1. d. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens, immolat debile Domino, ideò bene adiungit.

Contra vouentes & nõ reddentes.

Exemplum.

i Holocausta medullata, id est, sacrificia deuotione & charitate plena offeram tibi, medulla enim est pinguedo in osse, id est, deuotio, vel amor intimus in forti opere, vel forti homine. Hypocritæ autem sunt ossa arida, quia medullam deuotionis non habent, licèt opera fortia videantur habere. Sed gladius Domini discernet inter ossa arida, & medullata, secundùm illud. *Hebr.* 4. c. Pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ad medullarum: discretor cogitationum, & intentionũ cordis. Medullã autẽ istam abundantius, habere debent Clerici, quia eis data est medulla à Domino. *Num.* 18. b. dedi tibi medullam olei, & vini, ac frumenti. Medulla est deuotio: oleum, misericordia: vinum, compunctio: frumentum, scientia. Sed multis datur oleum Ægypti, quod maximè desiderant, & acquirunt, & tuentur. *Gen. quadragesimo quinto* e. Ego dabo vobis omnia bona Ægypti; Deuotio autem nutritur in oratione, vnde benè adiungit.

k Cum incenso arietum.] Incensum, quod super altare offerebatur, significat orationem, quæ ad literam in Ecclesia spe. ialiter fieri debet. *Psal.* 140. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Per arietem, qui extra castra cremabatur, significatur ieiunium. Et quia homo de propriis non debet confidere; sed aliorum suffragia quærere, addit.

l Offeram tibi boues cum hircis,] id est, Prædicatores cum pœnitentibus, quasi dicat, faciam, vt pro me orent Prædicatores, qui per boues arantes designantur, qui ipsi terram Domini scilicet corda fidelium vomere prædicationis, scindunt, & ad frugem ferendam aptam reddunt *Prou.* 14. a. Vbi apparent plurimæ segetes, manifesta est fortitudo bouis. Et non tantùm prædicatores, sed & pœnitentes, qui per hircos significantur propter fœditatem peccati, quam in corde portant per memoriam ad dolendum, hi sunt hœdi, quibus vescitur Isaac. *Genes. vigesimo septimo* b.

m Venite, &c] Quarta pars, vbi monet eos, quos per præmissa ad deuotionem prouocauit vt exemplo sui amplius confidant in Domino. Quasi ergo aliqui quærerent ab eo, quare tot, & tanta offeres Domino? Respondet: Venite, audite, &c. quasi dicat: accedite, vt possitis audire. Non enim possunt audire longè positi. Simile *Iosue* 3. b. Accedite huc, & Audite verbum Domini. Et *Eccl.* 4. d. Appropinqua, vt audias. Venite ergo per fidem, & audite per obedientiam. Fides enim aurem obedientiæ aperit, *Psal.* 33. Venite filij, audite me. *Deut.* 33. a. Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.

o Omnes.] Ecce concordia, *Marc.* 13. d. Quod vni dico, omnibus dico vigilate.

p Qui timetis Deum.] Ecce cum timore Dei audiendum est verbum Dei. *Neemia* 8. c. Flebat omnis populus, cùm audiret verba legis, 1. *Esdr. vlt.* b. Sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato, & pluuiis.

n Et narrabo] non dicit; argumentis probabo, *Eccl.* 8. b. non te prætereat narratio seniorum.

q Quanta fecit.] *Luc.* 1. e. Quia fecit mihi magna, qui potens est, 1. *Paral.* 17. c. Quis ego sum, Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia?

r Animæ meæ] non tantùm corpori vel posteritati. *Ier.* 31. b. Erit anima eorum, quasi hortus irriguus. Et ostendit, quæ sunt illa. Primum est gratia orandi, vnde dicit.

a Ad ipsum

a Ad ipsum ore meo clamaui.] Et notantur hic tria, primum est, quòd oratio est recta, cùm dicit ad ipsum. Propria; cum dicit: Ore meo. Deuota, cùm dicit, Clamaui. Indirecta enim est oratio, quæ ad Deum non dirigitur. Vnde 4. *Reg.* 1. a. increpatur Ochozias, eo quod in infirmitate sua consuluit Beelzebub. Item multi sunt, qui non propriam orationem faciunt, quia benè volunt, vt alij orent pro ipsis, sed ipsi nolunt orare. Sed hic dicit, ore meo. *Ioan.* 9. d. Ætatem habet, pro se loquatur. De illis potest dici Os habent, & non loquentur. Item clamor dicitur deuotio. Vnde versus.

Psal. 119.

Non vox, sed votum clamat in aure Dei.

Exod. 14. d. dixit Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Et tamen non legitur ibi, quòd Moyses aliquid dixisset Domino. Vnde datur intelligi, quòd quidam tacent. & clamant, vt Moyses. Quidam verò è conuerso clamant, & tacent. Vnde suprà Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Et notandum, quod quidam clamāt ad Dominum, vt oratores. Quidam pro Domino, vt Prædicatores. Quidam contra Dominum, vt pseudo expositores, & hæretici. Quidam ab ipso vt confitentes. Secundum, quod dicit sibi Deum fecisse, est, quia dedit illi lætitiam spiritualem, quæ ex oratione sequitur. Vnde dicit.

Psal. 31. *Multi clamant.*

b Et exultaui sub lingua mea,] i. in corde meo. *Cant.* 4. c. Mel, & lac sub lingua tua, id est, dulcedo de Diuinitate, quæ per mel desursum descendens intelligitur: & dulcedo de humanitate, quæ per lac de carne, veniens designatur. Tertium est peccati odium, vnde sequitur.

c Iniquitatem si aspexi,] quasi dicat sciebam, quod peccatores non exaudit Dominus, sicut dicitur, *Ioan.* 9. f. Et ideò, vt exaudiret peccatum, non aspexi, id est, multùm odiui, Quod enim multùm odio habet, homo non potest aspicere. Iniquitatem in corde suo aspicit, qui in delectationem consentit. *Matth.* 5. d. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Item illam aspicit, qui Deum pro iniquitate petit, sicut fur, vel adulter petit, vt peccatum suum adimplere possit. Item iniquitatem in corde aspicit, qui Deum pro temporalibus habendis poscit. Quæ dicuntur iniquitas, *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tales non exaudit Dominus, quia non petunt ad salutem. Vnde iste relinquens ex præmissis, quod talis non est, concludit.

d Propterea,] quod non aspexi iniquitatē in corde meo.

e Exaudiuit Deus.] Non dicit, exaudiet, sed ponit præteritum, exaudiuit, quia; vt habetur *Isa.* 65. d. Antequàm clament, ego exaudiam, *Ps.* 21. Dum clamarem ad eum, exaudiuit me, exaudiuit, in bonis obtinendis.

Ad ipsum a ore meo clamaui: & † b exaltaui sub lingua mea c Iniquitatem si † aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. d Propterea e exaudiuit Deus: & † attendit f voci † deprecationis meæ. Benedictus g Deus, † qui non h amouit † orationem meam, & i misericordiam suam k à me.

al. † exaltaui. *al.* † conspexi. *al.* † me. *al.* † intendit. *al.* † orationis. *al.* † meus. *al.* † deprecationem.

f Et attendit voci deprecationis meæ,] in malis amouendis. *Ier.* 18. d. Attende, Domine, ad me: & audi voces aduersariorum meorum. Et pro his omnibus gratias agens, concludit,

g Benedictus Deus.] Et ponit duas causas. Prima, quia facit nos perseuerare in oratione. Vnde dicit.

h Qui non amouit orationem meam.] Amouetur oratio quæ non perseuerat; quæ autem perseuerat, non amouetur. Secunda causa est, quia quod suggerit, vt petamus, largitur petentibus: vnde addit. i Et misericordiam suam.] Hoc enim petendum est, sc. misericordia Dei. Si nos primum amoueamus, sc. orationem, timere possumus, ne Deus amoueat misericordiam. *Isa.* 57. c. Viam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Et sequitur. Ego annunciabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi: cùm clamaueris, liberent te congregati tui. k A me.] Hoc est contra multos Sacerdotes, quorū oratio non amouetur ab aliis, qui orant pro aliis & etiā Dei misericordia nō amouetur, sed impetratur aliis per orationem Sacerdotū, eo, quod fundūt orationem in persona Ecclesiæ. Sed à seipsis amouetur oratio sua, & Dei misericordia, quia nec habēt vtilitatē orationis, nec Dei misericordiā sibi impetrāt, *Heb.* 5 a. Debet quemadmodum, & pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Notandum autem quòd sicut miles dum est in bello, nō debet amouere scutum: ita homo dum est in hac vita, quæ militia est, vt dicitur. *Iob* 7. a. non debet amouere orationem à se O ratio enim est scutū, secundū quod dicitur *Sap* 18. d. Protulit seruitutis suæ scutum orationem. Propterea dicit Apostolus 1. *Thess.* 5. d. Sine intermissione orate. Et nota, quòd multipliciter amouetur oratio, videlicet.

Per
- Interdictum, generale 1. *Mach.* 2. a. Templum eius sicut homo ignobilis.
- Interdictum particulare, i. suspensionem 1. *Esdr.* 2. d. Eiecti sunt de Sacerdotio.
- Interdictum Dei, *Ier.* 7. d. Noli orare pro populo isto, nec assumas pro eis laudem.
- Prohibitionem Ecclesiæ, vel Prælati, 1. *Ioan.* 5. d. Non pro eo dico, vt oret quis.
- Negligentiam, *Luc.* 11. b. Erat Iesus eiciens dæmonium, & illud erat mutum.
- Curam superfluam, *Eccl.* 10. a. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.
- Idoli venerationem, *Isa.* 25. d. Rogant Deum non Saluatorem.
- Desperationem, sicut Cain, & Iudas, *Amos* 6. d. Tace, & ne recorderis nominis Domini.
- Indeuotionem, *Psal.* 31. Tacui, dum clamarem tota die.
- Conscientiam criminis, *Psal.* 49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, &c. *Thren.* 3. e. Opposuisti nubem, ne transiret oratio.
- Morbum, vel captiuitatem, *Ps.* 136. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?
- Delictū plebis, pro qua oratur, *Ier.* 14 b. Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.
- Inordinationem, *Matth.* 20. c. Nescitis, quid petatis.
- Ignorantiam, 2. *Cor.* 12. c. Ter Dominum rogaui, vt discederet à me, &c.
- Imperseuerantiam, *Luc.* 11. b. Si perseuerauerit pulsans, &c.

EXPOSITIO PSAL. LXVI.

DEus misereatur, &c.] Titulus: *In finem in Hymnis Psalmus cantici Dauid.* In præcedenti Psalmo inuitat Propheta iubilandum pro spe Resurrectionis, Sed quia nec iubilare, nec peruenire ad gloriam Resurectionis possumus sine diuina gratia. Ideo in hoc Psalmo petit benedictionem gratiæ ad virumque. Vnde is est seu us tituli: Psalmus iste, qui est cantici, quia hic est exultatio de benedictione, mittens nos in finē Christum, est in Hymnis, i. in laudibus exhibēdis, Dauid, id est, Christo.

In finem in Hymnis Psalmus cantici Dauid.

LXVI.

DEus l misereatur nostri, & m benedicat † nobis: n illuminet vultum suum per nos

al. † nos.

Intentio est monere nos ad laudem. Modus. Tripartitus est Psalmus: Primò petit benedictionem, vt habeat notitiam Dei. Secundò hortatur confiteri pro directione in iudicio, *ibi*. Confiteantur. Tertiò monet istud idem, sed tamen pro alia causa scilicet, pro fructu terræ dato, *ibi*, Confiteantur. Dicit ergo in persona Ecclesiæ.

Partitio Psalm.

l Deus misereatur nostri,] in pœnitentibus.
m Et benedicat nobis,] in proficientibus.
n Illuminet vultum suum super nos,] in superuenientibus. & perfectis.

Moraliter.

l Deus misereatur, &c.] In persona viri iusti, & religiosi. In hoc versu quatuor confitetur, & quatuor petit. Prima confessio est miseriæ, contra quam petit misericordiam, cùm dicit: Misereatur. *Iob* 14. a. Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miseriis. Secunda confessio est maledictionis, contra quam petit Benedictionem, cum dicit.

m Et benedicat nobis.] De maledictione habetur *Gen.* 3. c. Maledicta terra in opere tuo. Tertia confessio est tenebrarum, scil. culpæ & ignorantiæ, contra quam petit illuminationem, cùm dicit. n Illuminet vultum suum super nos] *Luc.* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. Hoc dicitur. *de Christo,

Deus misereatur nostri, &c.] De futuro potest legi Anagogicè, sic: Deus misereatur nostri liberans nos ab omni miseria, & pœna.

Anagogicè.

m Et benedicat nobis, dans nobis omnem fœlicitatem. *Matth.* 25. c. Venite benedicti Patris mei, &c. Illuminet vultum suum super nos,] dans animæ plenam cognitionem, & corporis Solis claritatem, *Matth.* 13. f. Fulgebunt

A & perfectis. *a* Misereatur nostri,] in morientibus. Primis petitur venia. Secundis iustitia, siue gratia actiuè. Tertius sapientia siue gratia contemplatiua. Quartis gloria.

* de Christo, & hoc petit hic filius enim Dei est vultus eius. Vultu enim dignoscitur homo, & pater per filium. Vnde *Ioan.* 1. b. Deum nemo vidit vnquam; sed vnigenitus filius eius qui est in sinu Patris ipse enarrauit, Et cùm sit ipse splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, sicut dicitur *Heb.* 1. a. non petit hic Iustus, vt Christus illuminetur in se, quod impossibile esset; sed vt illuminetur super nos, id est, vt nos lumen eius recipiamus quod infra exponit, cum subiungit: Vt cognoscamus in terra, vt posteà patebit. Vel vultum appellat imaginem Dei nobis impressam, id est, rationem secundùm quam factus est homo ad imaginem Dei, quam petit illuminari. Et dicit, super nos, quia est in superiori parte rationis, sicut dicit *Aug.* Quarta confessio est pietatis Dei, à qua petit gloriam, cùm subiungit.

& *a* misereatur nostri. Vt *b* cognoscamus in terra viam tuam; in *c* omnibus Gentibus Salutare tuum, *d* Confiteantur tibi *e* populi Deus: *f* confiteantur tibi populi omnes. *g* Lætentur & exultent Gentes: quoniam *h* iudicas populos in *i* æquitate, & *k* Gētes in terra *l* dirigis. Cōfiteātur tibi populi Deus, cōfiteātur

a Et misereatur nostri.] Item cùm dicit: Deus notat vnitatem essentiæ. Cum dicit: Misereatur nostri, notat propriū actum Dei, cuius proprium est misereri semper, & parcere. Cum dicit: Et benedicat nobis, notat personam Patris cuius est benedicere filiis. Sicut figuratum est *Gen.* 27. d. vbi Isaac benedixit Iacob. & 49. vbi Iacob benedixit filiis suis. Cùm dicit: Illuminet vultum suum, notat personam filij, qui est lux huius mundi. Et ideo eius est illuminare. Cum dicit: Et misereatur nostri, notat bonitatem Spiritus sancti, qui appropriatur benignitas, cuius est propriè misereri. *Ioan.* 1. d.

⊙ gebunt Iusti sicut Sol. *a* Et misereatur nostri] iterum corpora suscitando, vel suprà meritum remunerando. Item quatuor dotes per hæc quatuor verba notantur: Deus misereatur nostri, faciendo impassibiles. Et benedicat nobis, faciendo agiles. *Deut.* 28. a. Benedictus eris ingrediens, & egrediēs. Ingrediemur quidem, & egrediemur quocunque voluerimus per agilitatis benedictionem, *Gen.* 49. c. Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum. Illuminet vultum suum, faciendo claros. Et misereatur nostri, faciendo subtiles.

b Vt cognoscamus, &c.] Hoc continuatur ei, quod suprà dictum est: Illuminet vultum tuum, i. filium, vt non ipse fiat magis luminosus, quod impossibile est: sed vt nos, qui in tenebris obuoluti sumus cognoscamus in terra, ô Deus Pater, id est, filium tuum, qui est via, veritas & vita. *Ioan.* 14. a. *Sap.* 15. a. Nosse te consummata iustitia est: & scire iustitiam tuam, radix est immortalitatis. Vel secundum quod expositum est, illumina vultum tuum, i. imaginem tuam, vt cognoscamus, i. in hac vita terrena, vitam tuam ô Christe, quam instituisti. Vel sic, Vt cognoscamus viam quam tenuisti in terra, i. in tua vita. Vel in terra, id est, in B. Virgine. Et hanc præcipuè optat propheta cognoscere, quia difficile est cognoscere eam, vnde *Prou.* 30. c. enumerat Salomon vias Domini ordine retrogrado, dicens: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viā Aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Via Aquilæ in cœlo, est Christi Ascensio, quia tunc volauit super pennas ventorum. *Psal.* 17. Via colubri supra petram, est Christi Resurrectio Ipse enim dicitur coluber, siue serpens, *Ioa.* 3. b. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c. *Marc.* 16. a. Coluber per angustum foramen lapidis transit, & sic renouatur. In Resurrectione Christus de sepulchro exiit lapide immoto, & non reuoluto, vnde dixerunt mulieres: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et sic fuit renouatus per immortalitatem. Via nauis in mari, est Christi Passio. Crux. n. sua fuit ei nauis ad transeundū mare mūdi. *Sap.* 14. a. Benedictum lignum, per quod fit iustitia. Via viri in adolescentia est Christi incarnatio, scil. via in B. Virgine. *Ierem.* 31. d. Fœmina circundabit virum hoc quartum penitùs ignorabat Salomon. Hæc enim sunt signacula, de quibus *Apoc.* 5. b. Vel Moraliter. *Moraliter.* *b* Vt cognoscamus in terra viam tuam,] qua ad te possumus ire. Nec mirum, si hoc petit sicut viator, quando videt multas vias: & dubitat, quam debeat sequi. Tot. n. viæ sunt in terra latæ, & strictæ, tot vestigia luporum, hæreticorum vsurariorum, carnalium, & ambitiosum, quas multi terunt, quod vix inuenitur in terra ab aliquo arcta via Domini, quæ ducit ad cœlum, *Isa.* 30. e. docet eam, dicens: Hæc via ambulate in ea: neque declinetis ad dexteram, neque ad sinistram. Vt cognoscamus. *Matth.* 7. b.

c In omnibus Gentibus,] i. Christum in omnibus sine personarum acceptione. *Act.* 10. c. In veritate comperi, quòd non sit personarum acceptor Deus; sed in omni Gente, qui timet Deum, & facit voluntatem eius, hic acceptus est illi. *Isa.* 52. c. Parauit Dominus brachium suū, i. filium incarnando in oculis omnium Gentium, & videbunt omnes fines terræ Salutare Dei nostri. Salutare, dicitur Christus, id est, Saluator. *Luc.* 2. e. Quia viderunt oculi mei, Salutare tuum.

d Confiteantur tibi populi] Secunda pars, vbi post notitiam viæ petitam monet confiteri Domino pro directione in via & iudicio futuro, vnde dicit: ô Deus confiteantur, confessione peccatorum se accusantes, & confessione laudis te laudantes. Vnde bis dicit in hoc versu confiteantur tibi, Deò incarnato, *Isa.* 11. c. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur. *Secunda pars.*

e Populi,] non tamen Reges, quia sicut dicitur *Matt.* 5. b. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Et* 19. b. Sinite paruulos venire ad me, talium. n. est regnum cœlorum. Et non tantum vnus populus, sed

f Confiteantur tibi populi omnes.] *Matth. vlt.* d. Docete omnes Gentes. *Iudith.* 13. c. Confitemini illi omnes, quoniam bonus. *Isa.* 60. c. Gens, & regnum, quòd non seruierit tibi, peribit. Et meritò, quia omnes receperunt beneficia tua, confiteri tibi debent omnes. Tibi, Patri Auctori omnium sine libidine. Et ideò filij debent esse casti. Et hoc contra luxuriosos. Item tibi, filio Dei, emptori omnium sine auaritia, qui nec auro, nec sanguini proprio pepercisti, *Gal.* 2. d. Tradidit semetipsum pro nobis. Hoc est contra auaros, qui nec obolos patiuntur dare. Item tibi, Spiritui sancto, datori omnium. *Iac.* 1. c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c. Hoc contra superbos, qui sibi attribuunt bona, quæ habent, & etiam quæ non habent. Nec tantum confiteantur, sed & *g* Lætentur, & exultent Gentes, & non tantùm Iudæi. *Rom.* 15. c. Lætamini Gentes cum plebe eius. Lætentur, in Auctore. Exultent, in Redemptore. Lætentur in anima. Exultent in corpore. Hæc autem confessio, & lætitia, & exultatio ex duabus causis nascuntur, s. ex iustitia, qua Deus corrigit: & punit. Et ex misericordia qua Deus dirigit. Vnde addit causas istas, subdens. *h* Quoniam iudicas populos] id est, iudicabis in futuro iudicio, tu Pater. *i* In æquitate,] id est, in filio. *Ioan.* 5. d. Pater omne iudicium dedit filio. *Iob* 23. b. Æquitatem proponat contra me.

k Et Gentes in terra,] in præsenti. *l* Dirigis,] in Spiritu sancto. Alia litera: Gentium, quæ sunt in terra ductor es sempiternus, Spiritus. n. sanctus ducit, eo quòd vnctio est, quæ docet de omnibus, vt habetur 1. *Ioan.* 2. d. Vel ad filium dicitur. Quoniam iudicas populos, id est, iudicabis: In æquitate, i. in iustitia, à qua flecti non poteris. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, non acquiescet cuiusquā præcibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. *Isa.* 11. a. Iudicabit in iustitia pauperes & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et Gentes in terra dirigis, per misericordiam, vt ad iudicium illud recti possint venire. *Psalm.* 93. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine, adiuuabat me.

m Confiteantur, &c.] Tertia pars in qua idem admonet, quod in secunda, quæ præcessit; sed propter aliam causam sc. pro fructu terræ dato. Vnde dicit: Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes, sicut suprà expositum est. Sed hic notandum, quòd in hoc Psalmo quater ponit, confiteantur, in quo commendatur frequentia confessionis, quæ frequentanda est, quia frequenter cadit homo, & per confessionem resurgendum est. *Prou.* 24. b. Septies in die cadit Iustus, & resurgit. Hæc frequentia confessionis innuitur *Ioan.* 11. a. vbi dixit Dominus: Eamus in Iudæam iterum. Et hoc dicebat, vt Lazarum mortuum suscitaret, sicut ibi patet. *Isa.* 23. d. Sume citharam, cui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita benè cane: frequenta canticum. Item quater dicit, confiteantur: quia est quadruplex confessio, Fidei, peccati, laudis, prædicationis. Fidei, quo ad omnes. *Rom.* 10. b. Ore autem confessio fit ad salutem. Peccati, quo ad peccatores. *Prou.* 28. b. Qui abscondit scelera sua, &c. Laudis, specialiter quoad Clericos, & religiosos. *Eccl.* 51. a. Confitebor tibi, Domine Rex. Prædicationis, quoad prædicatores & Prælatos. *Psal.* 104. Confitemini Domino: & inuocate. Item quater dicit, confiteantur, propter quadruplicem effectum confessionis, s. quoad Deum, quoad Ecclesiam, quoad animam, quoad Diabolum. *Tertia pars.* *De quadruplici confessione.*

Confessio

Confessio.

Deum
- Glorificat, *Iosue* 7. c. Da gloriam Deo Israel, & confitere, &c.
- Reconciliat. *Is.* 57.d.Creaui fructum labiorum pacem.
- Aduocatum & excusatorē facit, 1.*Ioa.*1.d.Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est.

Ecclesiam,
- Deus, vt remittat:& ita aduocatum habemus apud Patrem.
- Reintegrat, 1. *Mac.*4.e dixit Iudas: Ascendamus mundare sancta,& renouare.
- Mūdat,& scopat. *Ps.*76.Et scopebā spiritum meū, *Mat.*12.d.Inuenit eā scopis mūdatā.
- Aduocatā facit,& obligat ad orandū, *Gen.* 8. b.Noe extendit manum,& apprehensam columbā intulit in arcā.Colūba de diluuio reuertens est anima ex peccato resiliens:manus Noë est adiutorium Prælati, qui Ecclesiæ præsidet.

- Purgat.*Ro.*10. b.Ore cōfessio fit ad salutē.
- *Ps.*31.Dixi cōfitebor,&c.&tu remisisti,&c.
- Decorat, *Psal.*95.Confessio,& pulchritudo in conspectu eius.

Animā
- Exhilarat, *Ps.*96.Exultauerunt filiæ Iudæ.
- Cautam facit, 1. *Mac.*5.f.Erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur per totam viam populum, donec venerunt in terram Iuda, & ascenderunt in montem Sion cum lætitia,& gaudio,&c.
- Humiliat. *Eccl.* 4. a. Presbytero humilia animam tuam.Item *Eccl.*41. d.Erubescite à Principe,& à Iudice de delicto.

Diabolum.
- Accusat,& prodit. *Iudic.*13.c.Proferens Iudith de pera caput Holofernis, ostendit. Iudith confessio,caput Holofernis, initium suggestionis.
- Confundit & interficit, sicut Iudith Holofernem *Iudith.*14.d.Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. *Iud.*1.a.Ascendit Iudas,& Dominus tradidit Chananeum, & Pherezæum in manus eorum.
- Obliuiosum facit, & delet Scripturas eis, *Dan.*2.a. Vidit Nabuchodonosor somniū,& cōterritus est spiritus eius. Naduchodonosor est Diabolus, qui videt somnium, i. peccatum, in quo est vana delectatio spiritus eius terretur, per confessionem, & sic fugit ab eo peccatum. *a* Confiteātur ergo tibi populi omnes.

tibi populi *a* omnes: *b* terra *c* dedit fructū suum. *d* Benedicat nos Deus *e* Deus noster, *f* benedicat nos Deus: & *g* metuant eum omnes *h* fines terræ.

In finem, Psalmus Cantici Dauid. LXII.

] Et hoc, quia. *b* Terra dedit fructum suum,] id'est, Beata Virgo filium suum peperit. Beata virgo dicitur terra multis rationibus. Prima est, quia terra est infimum elementum:& Beata Virgo humilior omnib⁹: *Luc.*1.e.Quia respexit humilitatē ancillę suę. Secunda est, quia omne ędificium in terra fundatur:ita bona nostra omnia in ipsa Beata Virgine fundare debemus: Vnde ipsa dicit *Ecclesiast.*24. c.In me omnis spes vitæ,& virtutis. Tertia causa est, quia terra omnes cadentes recipit. Sic Beata Virgo omnes peccatores. *Ecclesiast.* 26. d. Columnæ aureæ super bases argenteas,& pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Quarta est, quia qui cecidit, auxilio terræ leuatur. Sic peccator,qui vult surgere, auxilio Beatæ Virginis iuuatur. *Eccl.*24. b. In plenitudine Sanctorum detentio mea. Quinta, quia omnia elementa mobilia sunt; terra autem immobilis est, secundum se totam dico. Vnde *Eccles.*1. a.Generatio præterit, generatio aduenit; terra autem in æternum stat. Et *in Psalm.*92. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Sic Beata Virgo immota permansit in fide quando Apostoli moti fuerunt. Vnde dies Sabbati sua est, quia illa die sola permansit in fide, vt dicunt quidam. Sexta est quia illa omnia viuunt de terra Et Beata Virgo dicit *Eccl.*24. c. In me omnis gratia vitæ, & veritatis. Et post: A generationibus meis implemini. De hac ergo terra dicit, terra nostra quia nobis data. Vnde in multis locis promittit Dominus:Dabo vobis terram lacte, & melle manantem, id est,Beatam Virginem,à qua fluxit,id est,natus est Christus, in quo est mel Diuinitatis, & lac humanitatis. Hoc est, quod dicit: Terra nostra dedit fructum suum. Dedit, inquit, non reddidit. Aliæ terræ reddunt fructum,& non dant propriè loquendo, quia semen recipiunt. Sed Beata Virgo semen non recepit. Vnde rectè dicitur, non reddidisse, sed dedisse fructum suum, id est, filium suum, &

Beata Virgo dicitur terra.

Psal. 84.

& totum suum, quia non est commixtione seminis natum,sed tantum ex carne virginis formatum opere Spiritus sancti. Fructus dicitur à fruendo: vnde Dei filius, & filius Virginis benè dicitur fructus, quia ipso fruuntur Sancti. *Psal.*126. Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris.Si quis esset obligatus multis debitis, & haberet pertinentiam terræ, quæ sine omni semine, & labore in vno anno tantam fructus copiam afferret, quod posset soluere debitum, & benè viuere de reliquo, multum diligeret terram illam. Ita debemus diligere,& honorare Beatam virginē, quæ dedit nobis fructum, de quo redempti sumus ab obligatione gehennæ,& de quo viuemus in æternum in omni abundantia, & suauitate. *Deut.* 8. b.Benedictus Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi. Item hic versus potest dici rectè in Quadragesima.

a Confiteantur tibi populi omnes,] nullo excepto. Quoniam. *b* Terra,] id est, Ecclesia.

c Dedit fructum suum,] id est, voluntariè facit dignos fructus pœnitentiæ. Tunc enim tenentur omnes venire ad confessionem, & post confessionem debent dare dignos fructus pœnitentiæ in satisfactione. Sed, quia nec confiteri,nec vtilitatem fructus habere,nec fructus facere possumus sine benedictione Dei. Ideò subiungit.

d Benedicat nos Deus] Pater. *e* Deus noster,] filius,qui est noster cōformitate naturæ, & seruitio redemptionis. *Eph.* 1.a. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. *f* Benedicat nos Deus,] Spiritus S. *Eccl.*3. b. Benedictio patris firmat domos filiorum, id est, conscientias Sanctorum in fide, & opere firmat. Pater in potentia, filius in sapientia, Spiritus S.in beneficentia. Hæc triplex benedictio tangitur. *Num.* 6. d. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: Benedicat vos Dominus, & custodiat vos:Ecce benedictio Patris. Ostendat Dominus faciem suam vobis, Ecce benedictio filij. Conuertat Dominus vultum suum ad vos, & det vobis pacem.Ecce benedictio Spiritus sancti, qui dat pacem.

g Et metuant eum,] visa benedictione Sanctorum.

h Omnes fines terræ,]id est, omnes peccatores, qui non benedictionem meruerunt;sed maledictionem,& pœnam æternam. Vnde *in Psal.*32. Timeat eum omnis terra. Et quare debeat timere, exponit. *Isa.*13.b. dicens:Ecce dies Domini veniet crudelis,& indignationis plenus,& iræ,furorisque ad ponendam terram in solitudinem,& peccatores eius conterendos de ea.Item *Isa.* 24.d. Confractione, confringetur terra contritione conteretur terra,cōmotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, ponit quadruplicem pœnam respondentem quatuor peccatis,cordis, oris, operis, consuetudinis. Vel in bono. *g* Metuant eum,] timore filiali. *h* Omnes fines terræ,] id est,in quibus amor terrenorum finitus consumptus est. Metuentes enim Dominum, habebunt benedictionem prædictam, *Eccl.* 8. c. Ego cognoui, quòd erit bonum timentibus Deum. De multis autem potest dici illud *Ierem.*5. f. Non dixerunt in corde suo:metuamus Dominum.

EXPOSITIO PSALM. LXVII.

Exurge Deus, &c.] Titulus. [*In finem. Psalmus Cantici Dauid.* ¶ In præcedenti Psalmo petebat Propheta benedictionem. Sed, quia illa benedictio obtinetur, & habetur per Resurrectionem, & Ascensionem Domini,& Spiritus Sancti missionem.Ideò benè sequitur iste Psalmus in quo de istis agit. Et per hoc de exultatione Ecclesiæ, & deiectione inimicorum: vt per hoc boni lætificentur, & mali terreantur. Vnde dicitur, Psalmus cantici, Psalmus iste. Et est sensus tituli. Psalmus iste cantici, qui agit de exultatione bonorum, quam habent, & de exultatione Christi, & Ecclesiæ, & malorum deiectione, tendens in finem Christum, est Dauid Prophetæ, qui hic agit de his præmissis. Intentio est tam in titulo, quàm in Psalmo monere ad psallendum, & canendum. Deo. Modus. Sex sunt partitiones. Primò agens de Resurrectione Christi, ostendit quid bonis, & quid malis futurum sit, & hic, & in futuro:vt bonos lætificet, & malos terreat. Secundò agit de verbo Euangelij, *ibi*: Deus cùm egredereris. Tertio agit de donationibus Christi ascendentis, *ibi*: Dum discernit. Quarto operationes Dei exponit, *ibi*: Deus noster. Quintò affirmans precatur, vt Ecclesia dilatetur, & confirmetur, *ibi*: In Ecclesiis. Sextò dicit, quòd Christus, qui ascendit, veniet ad iudicandum, *ibi*: Psallite. Primò ergo petit Propheta Christus Resurrectionem, dicens

Partitio Psalm.

Alleg.

dicens. a Exurgat Deus,] resurgendo. Hæc verba accepit Propheta à legislatore. Sic enim dicebat Moyses. Nu. 10. d. cum eleuaretur arca: Surge: Domine, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt te, à facie tua. Arca significat Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, Col. 2. a. In quo est manna pietatis virga æquitatis, tabulæ veritatis. Eleuata autem fuit ista arca quando Christus de sepulchro surrexit. Vnde & ipsam petit Propheta, dicens: Exurgat Deus. De Resurrectione autem Domini multæ consecutæ sunt vtilitates: Quæ ponuntur hic per ordinem. Prima est confusio inimicorum Christi. Secunda est exultatio fidelium. Tertia est laus vniuersalis.

Exurgat a Deus, & b dissipentur inimici c eius: & d fugiant qui oderunt eum, à e facie eius. f Sicut deficit fum⁹, deficiant sicut g fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à h facie Dei. Et i Iusti epulentur, & k exultent in conspectu Dei: & l delectentur in lætitia

al. † iucundentur,

Vtilitates de Christi resurrectione. De Dispersione: Iudæorum.

Confusio autem inimicorum, de qua primo agit, in multis cōsistit. Quorum primū est illorū dispersio, vnde dicit. b Et dissipentur] id est, dispergantur. c Inimici eius,] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur inimici Christi. Dissipati sunt autem inimici Christi anno 42. post Ascensionem eius. Tunc impletum est illud Amos 9. c. Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus Gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro. Hoc enim fecit Dominus, vt purgarentur, sicut purgatur triticum, quando ventilatur: & farina, quando scribatur. Sed ipsi adhuc non sunt purgati; completum etiam est illud Deut. 28. g. Disperdet te Dominus in omnes populos à summitate terræ vsque ad terminos eius. Ezech. 36. Dispersi eos in Gentes iuxta vias eorum. Secundum est instabilitas. Vnde dicit.

d Et fugiant, &c.] id est, à præsentia sanctorum fidelium, in quibus Deus apparet. Vel à facie eius, id est, à præsentia eius, quæ vbique est. Ipsi enim vtique instabiles sunt. Et quasi fugitiui. Et meritò, quia fratrem suum, id est, Christum occiderunt, sicut Cain, de quo Gen. 4. b. Vagus, & profugus eris super terram. Tertium est casus à dominatione, vel ab elatione superbiæ. Vnde sequitur.

f Sicut deficit, &c.] Fumus quantò magis ascendit, tantò magis euanescit, & deficit. Sic regnum Iudæorum in maximo honore fuit; sed postea ad maximam vilitatem deuenit. Psal. 36. Quemadmodum fumus deficient. Quartum est pœna eorum æterna. Vnde dicit.

g Sicut fluit, &c.] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur peccatores. h A facie Dei,] iudicantis. Mich. 1. a. Consummentur montes subtus eum, & colles sicut cera, i. superbia Iudæi. Secunda vtilitas, quæ secuta est de Christi Resurrectione, est fidelium exaltatio. Vnde sequitur.

i Et Iusti, &c.] Et possunt hic quatuor notari contra quatuor, quæ præcesserunt. Epulentur, contra hoc quod dixit dissipentur. Exultent, &c. contra hoc, quod dixerat, fugiant à facie eius: & delectentur, contra hoc, quod dixit, deficiant. In lætitia, scilicet, sempiterna, contra hoc, quod dixit, pereant, &c. Potest autem hoc exponi multipliciter, scil. Allegoricè, Moraliter, Anagogicè. Sed nunc tantùm Allegoricè exponamus, quia prædicta secundùm allegoriam tantùm exposuimus. Dicit ergo ad exultationem fidelium. i Iusti epulentur] in sumptione Eucharistiæ. Hæc enim est magna dignitas, vt homo manducet in mensa Dei cibū Angelorum, s. ipsum Dñm. Ps. 77. Panem Angelorum manducauit homo. Sed nota, quod de quibuscunque dicit, quod epulentur, sed tantum de Iustis. Iusti, inquit, epulentur non iniusti, 1. Cor. 11. g. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Et 5. b. eiusdem: Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur, non in fermento veteri, id est, peccato, sed in azymis sinceritatis. Et ex hac epulatione sequitur exultatio mentis: Vnde addit. k Et exultent in conspectu Dei, i. in cōscientia, vbi Deus inspicit. Eccl. 9. b. Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinū tuū: quia placent Deo opera tua, quasi dicat, quia iustus es, & opera pœnitentiæ habes: ideò securè, & cum exultatione accedas ad Sacramentum corporis, & sanguinis Domini. Vel exultent in conspectu Dei, i. cantent, & iubilent in Ecclesia.

l Et delectentur, &c.] vt non tantum sit exultatio exteriùs in corpore, vel in voce, sed intùs deuotio, & lætitia in mēte. Et delectātur fide in lætitia, i. in Christo, qui est lætitia Angelorū. Tertia vtilitas est la⁹ vniuersalis, de qua dicit:

A a Cantate Deo

a Exurgat Deus, &c.] Moraliter, vox est Iusti in tribulatione, vel tentatione positi, & petentis auxilium. Exurgat Deus in auxilium meum. Psal. 34. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Act. 7. g. Vidit Stephanus Iesum stantem. Ps. 43. Exurge, quare obdormis, Domine, exurge, &c. Moraliter.

b Et dissipentur, &c.] i. dæmones vel mali homines, dæmones dissipantur cum eorū fallacia per confessionē aperitur. Tunc enim accidit, sicut plerumque solet accidere, quando leuatur lapis, colubri, & reptilia, quæ sint tùs latebant apparent, & tunc dissipantur, quia huc illucque disperguntur: Sic dæmones quando reuoluto duri cordis lapide eorum suggestiones, per confessiones aperiuntur, disperguntur, & dissipantur. Mich. 7. d. Velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis, id est, de cordibus, confitentiū peccata sua. Ps. 34. Dissipati sunt, nec compuncti tentauerunt me, &c. Quod significatum est 2. Reg. 15. g. vbi dixit Dauid ad Chusi: Dissipabis consilium Achitophel. Chusi interpretatur secretum, & significat secretum confessionis. Achitophel fratris mei ruina, & significat diabolū. Notabile etiam est, quod dissipato consilio Achitophel, abijt, & suspendit se. d Et fugiant, &c.] i. dæmones.

e A facie eius,] i. Dei venientis in cor hominis per gratiā. Mali autem homines dissipantur in bono, cùm à malitiosa concordia dissoluuntur, de qua Iob 41. a. Corpus eius, s. diaboli quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, &c. Quam dispersionem petit, Psal. 58. Disperge illos in virtute tua, s. in misericordia. Vel fugiant, &c. vitantes per pœnitentiam iram furoris eius. Psal. 94. præoccupemus faciem eius in confessione. Isa. 2. d. Introibunt speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria Maiestatis eius. f Sicut deficit, &c. vt, s. iam non sint peccatores, sed pœnitentes. Pro. 12. a. Verte impios, & non erunt. Hic est bonus defectus. Ps. 118. Defecit in Salutare tuum anima. Vel vt hæc in malo legantur. a Exurgat Deus] ad iudicandum, qui modo expectans ad pœnitentiam dormire videtur. b Et dissipentur, &c.] i. amatores mundi, qui sunt eo ipso inimici Dei. Iac. 4. b. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. Psal. 67. Dissipa Gentes, quæ bella volunt, scil. mundanos, quorum fortior cōtra debiliorē semper habet bellum. Vel aduocatos propriè vocat Gentes, quæ bella volunt, qui tunc dissipabuntur: secundum quod dicitur Iob 5. c. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat. Et post, Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

d Et fugiant,] id est, fugere appetant.

e A facie eius] irata in iudicio. Qui oderunt eum, scil. veritatem. Amos 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, scil. veritatem: Ergo Christum, qui est veritas. Ps. 73. ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Sed quantò plus ascendunt nunc per superbiam, tantò magis tunc ad nihilum deducentur: vnde sequitur. f Sicut deficit. &c. Qui quantò magis ascendit, tantò magis adnihilatur. Os. 13. b. Erunt sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Is. 65. a. Isti fumus erunt in furore meo. g Sicut fluit, &c.] Deus. n. ignis dicitur Deut. 4. d. Deus noster ignis consumens est. Is. vlt. e. Dominus in igne veniet Isa. 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes: à facie tua montes defluerent. i Et] è contrario [Iusti epulentur] in æterno conuiuio, Luc. 22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis: & bibatis super mensam meam in regno meo. Et notanda sunt hic quatuor. Epulentur, &c. Epulatio, & exultatio, ad corpus pertinent delectatio, & lætitia ad animam. Et sic tangitur duplex stola, corporis, videlicet, & animæ, de qua Pro. vlt. c. Domestici eius vestiti sunt duplicibus, sicut Is. 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce quæ ad corpus pertinet. Et de his quæ ad animā, addit: Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini, &c. Vel sic, Epulatio ad gustum pertinet. Exultatio ad gestum, i. ad tactum: Delectatio ad sensum interiorem: Lætitia ad fruitionem gloriæ. Item moraliter. l Iusti epulantur & exultent.] Ad literam, cùm epulantur exultant boni homines, id est, hilares sunt in mensa sua. Eccl. 30. d. Splendidum cor bonum, in epulatione liberale cor habens. Vnde sequitur. Epulæ. n. eius diligenter fiūt. E contra dicitur de auaro Eccl. 14. b. In tristitia erit super mensam suam. Sed ne ista lætitia sit carnalis, vel mundana, bene dicit, k In conspectu Dei] non in conspectu mūdi. Sicut multi, qui festa faciunt, & comessationes. & gaudent, quia à mūdo videtur. Nō sicut Tob. 9. dicitur, quod cū timore Dñi nuptiarū conuiuia exercebant. l Et delectentur

in lætitia

Allegor.

A *a* Cantate Deo.] Tripliciter autem laudatur Deus, scilic. cantando in Ecclesia. Ad literam, vnde dicit: Cantate Deo. Item bene operando, vnde sequitur. *b* Psalmum dicite,] i. bene operamini ad honorem nominis eius. *Matt.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item prædicando, vnde addit. *c* Iter facite ei,] i. parate ei viam, & aditum ad corda hominum; vnde dicit *Greg.* Iter ei facimus, cum eius gloriam fidelibus mentibus prædicamus. Hinc Ioanni dicitur. *Luc.* 1. g. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et quare debeat fieri,

al. † psallite.
al. † enim nomen est ei.
al. † Dominus.
23. q. 1. c. *omnibus.*
al. † vnanimes.

a Cantate Deo, † *b* Psalmum dicite nomini eius: *c* iter facite ei, qui *d* ascendit *e* super occasum: Dominus † *f* nomen illi. *g* Exultate in conspectu eius: *h* turbabuntur à facie eius, *i* patris orphanorum, & Iudicis viduarum. † *k* Deus in loco sancto suo: *l* Deus, qui inhabitare facit † vnius *m* moris in *n* domo

subiungit, s. quia à mortuis resurrexit, vnde dicit. *d* Qui ascendit,] resurgendo. *e* Super occasum,] i. super mortem, Vnde *Greg.* Super occasum Dominus ascendit, quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcauit. Sed quia dixerat: Psalmum dicite, posset aliquis quærere, quod est nomen eius? vel cui nomini? Plura enim sunt nomina: vnde soluit, dicens. *f* Dominus nomen illi.] *Isa.* 43. Ego Dominus, hoc est nomen meum. Vel potest sic legi & iungi: Qui ascendit super occasum. q. d. propterea quod mortem pertulit, & resurgendo calcauit, meruit nomen, quod est super omne nomen: secundum quod dicitur *Phil.* 2. a. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine eius genu flectatur, hoc est Dominus. Tales autem, qui Deo parant iter, persequitur diabolus, & mundus, quia eis contraria est via eorum. Vnde ne in tribulationibus contristati deficiant, hortatur eos dicens *g* Exultate in conspectu eius,] sc. tanti nomini, q. d. exultare debetis, quia grati, & accepti estis in conspectu tanti Domini, qui non solum vos remunerabit; sed amatores mundi, qui vos conturbant, conturbabit: vnde addit: Turbabuntur à facie eius. Nec mirum, quia *i* Patris orphanorum, &c.] orphani sunt qui conuersi ad Dominum, iam non habent patrem mundum, vel diabolum. De quo *in Ps.* 44. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. De quibus *Ioan.* 8. f. dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Nec habent matrē concupiscentiam. De quibus s. patre & matre. *Ezech.* 18. a. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, &c. Viduæ etiā sunt animæ, quibus maritus mundus, & error sponsus mortui sunt, de quo *Ioan.* 4. c. Quinque viros habuisti, & hunc, quem habes, non est vir tuus. Et propter hoc Dominus fit Iudex harum viduarum, vt eas vindicet: & Pater orphanorum, vt eis hæreditatem cælestem donet. Vnde *in Ps.* 26. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me, sc. vt Pater, & Iudex. Cum ergo in die iudicij homines mundani, qui modo istos orphanos, & viduas persequuntur, faciem Domini iudicantis videbunt sibi iratam.

h Turbabuntur à facie eius,] scilic. Christi Patris orphanorum. & Iudicis viduarum, secundum quod dicitur *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Nec solum in hoc consolatio eorum; sed & in hoc, quod in præsenti habitat Dominus in ipsis per gratiam, vnde addit. *k* Deus,] supple, est, in loco sancto suo, id est, in Ecclesia militante, & in anima fideli & humili. Vnde *Isaiæ. vlt.* a. secundum aliam translationem: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum, &c, 1. *Col.* 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Sed quæ vtilitas est de habitatione huius hospitis? Magna, quia facit pacem, & concordiam magnam, vbi habitat Vnde addit. *l* Deus,] dico, qui habitare facit, id est, in vnitate fidei, & etiam morum. *n* In domo] id est, in Ecclesia. Vnde *in Ps.* 54 In domo Dei ambulauimus cum consensu. *Act.* 4. f Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, i. vnus sensus, & vna voluntas. Et in hac concordia cōiunxit Iudæos & Gētiles, vnde sequitur.

A *a* Qui educit

Moraliter.

* in lætitia] non ebrietate. Sicut quidam, qui de hoc gaudent, quasi de magno triumpho, quando alios possunt inebriare. *Eccl.* 31. d. Vinum in iucunditate, non in ebrietate creatum est. Post prandium autem & epulationem debent fieri, quæ sequuntur, id est, gratiæ reddi Deo. Vnde dicit. *a* Cantate Deo] reddendo gratias. *b* Psalmum dicite, [sicut Religiosi dicunt, Miserere. *c* Iter facite ei] exgtes ad Ecclesiam. Et hoc debemus facere propter duo, videlicet, Primò, vt ostendamus nos in his carnalibus epulis non delectari; sed ad mensam cælestem anhelare: vnde addit. *d* Qui ascendit super occasum,] q. d. post eum ascendite, mortalem carnem conculcando, & ad cælestia aspirate. Ad quod monet Apostolus. 1. *Cor.* 6. c. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Et post: Deus vero, & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Hoc est, qui ascendit super occasum. Secundò, vt nos ostendamus non ingratos esse de subsidio temporali. s. de cibo, quem dedit Dominus nobis. Vnde addit. *f* Dominus nomen illi,] q. d. confitemini eum Dominum qui nos seruos suos pascere dignatur etiam corporali cibo. *Ps.* 135. Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cœli. Et vt non tantum corpus, sed & spiritus reficiatur. *g* Exultate in conspectu eius,] i. in conscientia, vbi Deus videt. Hæc est enim refectio spiritualis: quia sicut dicitur *Eccl.* 30. c. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Et *Prou.* 15. c. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Hoc autem præcipuè in morte delectabile est sanctis viris. Vnde dicit *Greg. sup. illud Iob* 5. d. Bestias terræ non formidabis. Initium retributionis est ipsa in obitu securitas mentis. Sed non sic impij, non sic. Vnde de ipsis sequitur. *h* Turbabuntur à facie eius,] quando, s. vel statim, post mortem, vel in iudicio faciem eius iratā videbunt, iramque eius sibi firmatam cognoscent. Et præcipuè turbabuntur illi, qui eum in membris suis hic turbant, & persequuntur. Vnde ad hoc innuendum, non dicit simpliciter à facie eius, sed addit. *i* Patris orphanorum, &c.] Et sumi possunt viduæ, & orphani ad literam. Vel secundum quod supra expositum est; quibus mortuus est pater mundus, & concupiscentia mater. Orphanos autem, & viduas ad literam solent perturbare Bedelli, & etiam ipsi Sacerdotes, & Decani, qui eos defensare deberent. Nam quicquid habuit pater defunctus, volunt eis auferre. Sed tales tandem, turbabuntur à facie Patris orphanorum, & Iudicis viduarum, quia isti orphani, & istæ viduæ Patri, & Iudici suo conquerentur. *Prouerbiorum vigesimo tertio* b. Ne attingas terminos paruulorum & agrum pupillorum non introeas. Propinquus enim illorum fortis est, & iudicabit contra te causas illorum. Sicut dicitur *Eccl.* 35. c. Non despiciet preces pupilli nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Et ne quis eorum quantumcunque malus desperet, adiungit *k* Deus in loco sancto suo.] Locus Dei propriè est misericordia, in quo ipse est, & erit vsq; in diem iudicij. Sed tunc egredietur de loco isto, secundum quod dicitur *Isa.* 26. d. Ecce egredietur Dominus de loco sancto suo, vt visitet iniquitatē habitatoris terræ contra eum, &c. Idem dicitur *Mich.* 1. a. Et ne adhuc dubitet aliquis, ponit exemplum. *l* Deus,] dico, [qui inhabitare facit vnius moris in domo, i. in Ecclesia, quasi dicat, in hoc potestis videre, quod Deus est misericors, quia multos peccatores diuersos, & peruersos prius societati Sanctorum adiunxit, sicut Paulum, Matthæum, & Magdalenam, & multos alios, *Os.* 2. c. Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem. Achor interpretatur perturbatio, vel peruertēs, aut peruersor, & significat istos magnos peccatores, qui & alios fideles peruertere satagebant, & quos peruertere non poterant, perturbabant. Istos ergo dat nobis Dñs ad aperiendam spem, quia respicientes, quod post tantas offensas misericordiam consecuti sunt, de Dei misericordia speremus. Vnde cantat Ecclesia Dominica prima Quadragesimæ in persona pœnitentium. Tribularer, si nescirem misericordias tuas. Domine. Tu dixisti: Nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur, & viuat, qui Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti, misericors Domine. Item de Religione potest dici. *Ezech.* 33. c.

k Deus in loco sancto suo. [Religio enim dicitur locus, quantum ad votum continentiæ. Locus enim, continens dicitur. Sanctus quoque dicitur iste locus, quantum ad votum paupertatis. Sanctus enim idem est, quod sine terra. Suus, id est, Domini proprius dicitur, quantum ad votum obedientiæ. *Aliter de Religione.*

l Deus, qui inhabitare facit.] Hoc contra Religiosos vagos, & contra Apostatas.

m Vnius moris,] contra singulares.

n In domo,] non dicit in domibus, sed singulariter, in domo, vt excludat cupiditatem, & inconstantiam. Auari enim multas domos volunt habere, *Isaiæ quinto* c. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Item inconstantes de domo ad domum discurrunt, *Ecclesiastic. vigesimo octauo* d. Vita nequam hospitandi de domo in domum. In hoc autem apparet Dei maxima misericordia, quod non tantum reuertentes ad se recipit; sed eos, qui non cogitant redire, reducit. Vnde dicit,

 * *a* Qui edu-

Qui *a* educit † *b* vinctos in *c* fortitudine: similiter † *d* eos, qui exasperant, qui *e* habitant in sepulchris. *f* Deus, cum † *g* egredereris in *h* conspectu populi tui: cum † *i* pertransires in deserto. *k* Terra *l* mota est, *m* etenim *n* cœli *o* distillauerunt à *p* facie *q* Dei † *r* Sinai, à *f* facie Dei Israël.

al. † compeditos. *al.* † amaticantes. *al.* † egredieris coram populo tuo. *al.* † pertransieris. *al.* † mons Sinai.

Alleg. A *a* Qui educit,] ad lumen fidei de tenebris infidelitatis. *b* Vinctos,] id est, Iudæos ligatos, non tantum vinculis peccatorum, sed obligatione legis. *c* In fortitudine,] sua, quia omnipotens est, *Iob 9.* c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. *d* Similiter eos:] id est, Gentiles, qui exasperant Deum, tribuendo idolis cultum, & honorem, quem Deo debent, secundum quod dicitur, *Deut.* 34. c. Prouocauerunt eum in diis alienis. *e* Qui habitant,] id est, in idololatria, vbi sepelitur ratio hominis. Si enim ratio in illis vigeret, nó adorarent idola surda, & muta. De quibus dicitur *Isa.* 65. a. Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. *Aliter* *Matth.* 27. *f.* Vel sic, Qui educit vinctos, id est, animas de inferno in sua morte. *Zach.* 9. c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos, de lacu, in quo non est aqua, id est, sensibilis pœna. Similiter eos, quia ad literam multa corpora eorum, qui dormierant, surrexerunt. Qui exasperant, quia per hoc exasperati sunt Iudæi.

Moraliter. * *a* Qui educit vinctos] vinculo voluntatis peccandi. *c* In fortitudine,] sua, cui nullus potest resistere, id est, misericordia. *Abac.* 3. a. Ibi abscondita est fortitudo eius. Nec tantum istos, sed & *d* Similiter eos, qui exasperant,] blasphemando & persequendo. Sicut Paulus, cui dixit Dominus: Saule, Saule, quid me persequeris? Et post: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. *e* Qui habitant in sepulchris,] id est, qui cupiunt mortem aliorum, vel qui detrahunt aliis. Vel, Qui habitant in sepulchris,] id est, decrepitos, qui sunt in ostio sepulchrorum suorum, *Gen.* 7. c. In articulo necessitatis intrauit Noë cum familia sua in arcam, *Matth.* 20. a. vndecima hora vocat. Vel ita vt partim de simplicibus pœnitentibus, partim de Religiosis accipiatur. *Act.* 9. *a.* *Aliter*

a Qui educit vinctos,] id est, peccatores de vinculis peccatorum absoluit. Et hoc *c* In fortitudine sua, vt dictum est. *d* Similiter eos,] id est, Religiosos, qui exasperant sapientes huius mundi, sed stultos apud Deum. Eo enim ipso; quod multi intrant pauperes in religionem, exasperantur, & offenduntur sapientes huius mundi. *Eccles.* 6. c. Quam aspera est nimis indoctis hominibus sapientia. Sed hos tamen educit Dominus de mundo, quia vinculis diuitiarum, delitiarum, bonorum, & parentum carnalium erant ligati ad molam; ne Dominum sequerentur. Et hoc fecit similiter, id est, in fortitudine, id est, cum magna violentia, vnde possunt dicere: Dirupisti, Domine, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea *Psalm.* 115. Domino reddam, &c. q. d. non retractabo votum, sed perseuerabo. Vnde addit. *e* Qui habitant in sepulchris.] Sepulchrum est locus mortuorum, & significat Religionem, in quo habitant, qui mortui sunt mundo, *Col.* 3. a. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, *Iob* 5. d. Ingredieris in abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Item *Iob* 3. d. Gaudent vehementer, cum inuenerint sepulchrum. Sed hodie in multis sepulchris non inuenitur nisi sudarium, & linteamina, sicut dicitur *Ioan.* 20. b. quia multi sunt, qui non habent, nisi habitum Religionis, 1. *Regum* 19. c. Pueri Saulis non inuenerunt, nisi simul acrum, & pelles caprarum; Dauid autem non inuenerunt i. bonum actiuæ, vel bonum contéplatiuum. Vel contra eos qui habent plura beneficia, vel præbendas, potest dici istud verbum.

Religio dicitur sepulchrum. *Aliter.*

e Qui exasperant, qui habitant in sepulchris.] Sepulchrum vnum dicitur vnum beneficium, siue vna præbenda: quia beneficia, & præbendæ instituta sunt pro animabus defunctorum, qui in Ecclesiis sunt sepulti. Sed quia non sufficit eis habere vnum sepulchrum: sed duo vel plura sibi vsurpant, ideo exasperant Deum, quia in Acheldemach plura sepulchra occupant, id est, in Ecclesia prætio sanguinis Christi empta, & alij pauperes remanent inhumati, id est, sine beneficio. *Malach.* 3. b. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me. Et dixistis. In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. In penuria vos maledicti estis, scilicet, propter penuriam pauperum, quorum bona vos occupatis. Nonne Deum exasperat, qui eum crucifigit

Secunda pars literaliter de beneficiis Dei populo Israël in egressu de Ægypto exhibitis. *f* Deus cum egredereris, &c.] Secunda pars, vbi agit de verbo Euangelij exhibito per egressum Christi à Patre, id est, per Incarnationem. Sed primò potest exponi ad literam, quia tangit historiam egressionis Domini ante filios Israël, & aliorum beneficiorum, quæ fecit eis Deus. Vnde dicit? Deus cum egredereris in conspectu populi tui Israël, *Exod. decimo tertio* d. Præcedebat eos in columna nubis.

i Cum pertransires in deserto,] per quod duxisti populum Israël. *Ps.* 135. Qui traduxit populum suum per desertum. Cum hæc, inquam, faceres.

k Terra mota est,] id est, aduersarij, eorum timuerunt, secundum quod dicitur *Exod. decimo quinto* b. Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

m Etenim cœli distillauerunt,] id est, dederunt manna. Et hæc duo.

p A facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.] Redde singula singulis: Terra mota est à facie Dei Sina, id est, qui apparuit in monte Sinai. Cœli distillauerunt à facie Dei Israël. Vel vtrumque coniungatur huic, quod dicit: Cœli distillauerunt, scilicet, à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël. Et determinat, quid distillauerunt cœli. Δ *a* Pluuiam voluntatem.

Alleg. Nunc autem ad sensum mysticum redeamus.

f Deus,] fili.

g Cum egrederis, vel egredereris de sinu Patris. *Ioan.* 16. *f.* Exiui à Patre, & veni in mundum.

h In conspectu populi tui,] id est, vt te visibilem in carne hominibus ostenderes.

i Cum pertransires, [vel] pertransieris in deserto,] id est, ad Gentes conuertendas, scilicet, per prædicationem Apostolorum, *Isaia.* 43. c. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina, & glorificabit me bestia agri. Viam appellat seipsum, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita, quem posuit in deserto Gentium per prædicationem Apostolorum. Et flumina, id est, Apostolos, & Doctores in inuio Gentilitatis. Et bestia agri, id est, Gentilis populus glorificauit eum per fidem, & opera. Quæ dicitur bestia propter ferocitatem, propter ignorantiam, propter morum incompositionem. Propter hoc ergo dicit: Cum egrederis, & pertransires.

k Terra,] id est, Gentiles terreni.

l Mota est,] ad pœnitentiam. *Psalm.* 17. Commota est, & contremuit terra. Et per quid? Per prædicationem Apostolorum. Vnde subdit.

m Etenim,] quia.

n Cœli,] Apostoli. *o* Distillauerunt,] pluuiam doctrinæ, de qua sequitur postea. Sed prius interponit, quod non à se habuerunt doctrinam, sed à Deo, cum dicit.

p A facie,] id est, à præsentia.

q Dei.] *Matth.* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dei dico, non noui, sed *r* Sinai,] qui, scilicet, dedit legem in monte Sinai. *f* A facie Dei Israël,] id est, videntis Deum per fidem, quod pertinet ad nouum Testamentum, quasi dicat, Deus est vtriusque Testamenti, & ipsi Apostoli. Δ doctrinam vtriusque

Moraliter. *f* Deus, cum egredereris. Moraliter, Deus egreditur. *h* In conspectu populi sui,] cum ostendit eis egressum, quo egreditur ad vindictam. *Matth.* 24. c. Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque ad Occidentem; ita erit aduentus filij hominis.

i Pertransit] autem [in deserto,] cum animæ peccatrici, & à bono opere sterili aliquam tribulationem corporis, vel inspirationem immittit, *Iob* 4. c. Ad me dictum est verbum absconditum. Et post: Cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Hoc est, quod hic dicitur: Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, id est, peccator in pœnitentiam, *Ps.* 17. Commota est, & contremuit terra. Item *Psalm.* 6. Sana me Domine, &c. Hoc autem frequentius fit per Prædicatores. Vnde causam huius ponit.

m Etenim cœli,] id est, Prædicatores, alti, clari, stellati. Alti, vita: clari, fama: stellati, virtutibus.

o Distillauerunt,] guttas prædicationis, & doctrinæ. *Iohel.* 3. d. Stillabunt montes, id est, Prædicatores, dulcedinem, & colles fluent lacte, &c. Stillant autem dupliciter, scilicet, comminando, & promittendo. Propter comminationes dicit.

Exod. 19. *p* A facie Dei Sinai.] Sina enim interpretatur mandatum. Et ibi data fuit lex, & audita sunt tonitrua, & visa sunt fulgura, vnde exterriti sunt filij Israël. Tunc ergo distillant Prædicatores à facie Dei Sinai, quando prædicant Dominum terribilem propter transgressionem mandatorum. Cum autem prædicant eum mitem, & dulcem fore bonis, tunc distillant. *f* A facie Dei Israël,] i. videntium Deum. Dulce enim & suaue erit * bonis videre

Literal. A *a* Pluuiam voluntariam segregabis,&c. Pluuiam,] id est, manna. *Psalm* 77. Pluit illis manna ad manducandum. *b* Voluntariam,] quam ipsi appetierunt, & quæ ad voluntatem eorum sapiebat eis, quod volebant. *Sap.* 16. c. Deseruiens vnusquisque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.

Ps. 147. *c* Segregabis,] dicit quia non fecit taliter omni nationi. *d* Hæreditati tuæ, de qua *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. *e* Et,] tamen infirmata est, vitio gulæ dicens. *Num.* 11. b. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. *Et* 21. b. Anima nostra iam nausea: super cibo isto leuissimo.

al. † segregans. *al.* †. tua suauitate egenti.

a Pluuiam *b* voluntariam † *c* segregabis, Deus *d* hæreditati tuæ & *e* infirmata est: tu *f* vero perfecisti eam. *g* Animalia tua *h* habitabunt in ea: *i* parasti in † *k* dulcedine tua *l* pauperi *m*, Deus.

f Tu vero perfecisti eam,] quoad aliquos, sicut Iosue, & Caleph.

g Animalia tua habitabunt in ea,] id est, animalia parata ad immolandum tibi. Vnde dixit Moyses, *Exod.* 10. g. Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri.

i Parasti,] manna. *k* In dulcedine tua,] id est, dedisti ei dulcedinem, & saporem. *l* Pauperi,] populo, qui non habebat, quod posset comedere. *m* Deus,] qui potuisti facere. Vel sic, Parasti in dulcedine tua, terram fluentem lac, & mel. Pauperi, quia omnia expenderat in deserto.

A Dominus dabit

Allegoricè. A doctrinam vtriusque Testamenti ab ipso habuerunt, & Gentibus prædicauerunt. Et postea ostendit, quid distillauerunt cœli, dicens.

a Pluuiam,] id est, doctrinam, & gratiam. *b* Voluntariam,] id est, gratis à te datam, secundum quod *Gloss.* adducit quandam concordiam. *Iacob* 1. c. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.

c Segregabis.] id est, à Iudæis separatam dabis.

d Hæreditati tuæ,] id est, Gentibus. De quibus *in Psalm.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Vnde dixit Dominus Iudæis *Matt.* 21. d. Auferetur à vobis regnum Dei. *Interl.* Sacra Scriptura. Et dabitur Genti facienti fructus eius.

e Et infirmata est.] id est, infirmitatem suam per doctrinam prædicationis agnouit.

f Tu vero perfecisti eam,] quia cognita infirmitate quæsiuit medelam, & tu dedisti.

Pluuia dicitur doctrina.
- Quia à solo Deo, *Matth.* 23. a. Nolite vocari Rabbi, &c.
- Quia non est continua, *Iob* 36. d. Qui aufert stillas pluuiæ.
- Quia pluit super quosdam, *Amos* 4. b. Plui super vnam ciuitatem. &c.
- Quia de nubibus venit, *Eccl.* 9. a. Si repletæ fuerint nubes, &c.
- Quia refrigerat æstum vitiorum. *Eccles.* 19. b. Nonne ardorem refrigerat ros? *Psalm.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis.
- Qui terram continuat, vt hic. Et *Eccl.* 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, &c.
- Qui terram fœcundat, *Isa.* 55. c. Quomodo descendat imber, & nix de cœlo.
- Quia restringit fluxum, *Eccl.* 39. c. In verbo eius stetit aqua, &c.

Aliter. Vel aliter potest legi iste versus, *a* Pluuiam,] id est, filium tuum, ô Deus Pater.

Allegoricè. *b* Voluntariam,] quia ex mera gratia fuit incarnatus.

c Segregabis hæreditati tuæ.] Dicitur enim pluuia filius Dei. Vnde *Is.* 45. b. Nubes pluant iustum, *Psalm.* 71. Descendet, sicut pluuia in vellus. Voluntaria, quia vt habetur *Isa.* 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. Segregabis, dicis, id est, purum, & segregatum à malis dabis. Vnde *Heb.* 7. d. Talis decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.

d Hæreditati tuæ] id est Gentibus, vt dictum est.

e Et infirmata est,] Synagoga. *Ierem.* 15. Infirmata est, quæ peperit septem filios, occidit ei Sol cum adhuc esset dies, 1. *Reg.* 2. a. Quæ multos habebat filios, infirmata est.

f Tu vero perfecisti eam, id est, perficies. Et est prophetia de finali conuersione Iudæorum. *Deuteron. quart.* c. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum: *Isaiæ decimo.* c. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Dominum fortem.

g Animalia tua,] id est, Gentes tibi iam subditæ, vt iumenta, non sibi malè libera.

h Habitabunt in ea,] hæreditate, i. erunt ipsa hæreditas. Et hoc non suis meritis, aut sua virtute, sed quia.

k In dulcedine tua,] id est, in dulci misericordia tua.

i Parasti] id est, præparasti hæc.

l Pauperi] id est, Gentili.

m Deus,] diues. Quod autem prius occultè dixerat, aperit, cum subiungit: *23. q. 6. iam vero.*

A *a* Dominus dabit

* bonis videre Deum. Vnde *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. *Iob.* 33. d. Videbis faciem eius in iubilo.

a Pluuiam voluntariam,] *Zachar. decimo* a. Petite pluuiam à Dño in tempore serotino: & Dñs faciet pluuiam imbris. Iste versus eodem modo exponitur. Moraliter, sicut expositus est. Allegoricè, secundum primam expositionem, scilicet, de pluuia prædicationis. Vel potest exponi de pluuia lachrymarum. Quæ quando scilicet, homo plorat pro amissione rerum temporalium, vel amicorum, vel huiusmodi, & tunc non placet Deo. Quandoque est voluntaria, & tunc placet Deo. Et hoc est, quando homo plorare desiderat pro peccatis suis, & aliorum, pro incolatu huius miseriæ, & pro dilatione patriæ. Hic est imber temporaneus, & serotinus, irriguum inferius, & superius. De imbre *Ioel secundo* f. Descendere faciet dominus ad vos imbrem matutinum, & serotinum. De irriguo *Iudicior. primo.* c. Hanc pluuiam segregat Deus hæreditati suæ, id est, Iustis. Non enim omnibus datur. Vnde dicit Dominus *Ioan. decimo sexto* d. Amen, Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit. *Moraliter.*

e Et infirmata est,] i. debilitata corpore. *Psalm.* 108. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. Item *Psalmo trigesimo.* Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

f Tu verò perfecisti eam,] in anima, 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur,

g Animalia tua habitabunt in ea,] scilicet, hæreditate. Quandoque enim animalia Dei, scilicet, Sancti habitant in hæreditate Domini, i. in anima fideli per recordationem, qui sunt animalia munda, findentes vngulam per discretionem, quia separant pretiosum à vili. Item ruminantes, i. iugiter meditantes in lege Domini. Quandoque autem sunt ibi ad tempus, sed non habitant: quia citò transfertur cor ad vanas, & noxias cogitationes. Quandoque verò sunt ibi, & habitant bestiæ diaboli immundæ, vt meretrices, & motus carnales, serpens inuidiæ, leo superbiæ, vulpes fraudulentiæ, &c. quæ multa sunt, de quibus dicitur *Isaiæ* 34. c. Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter alterum. Et posset aliquis dicere: Bene vellem, quòd animalia Dei habitarent in me; sed nescio, vbi inueniam ea. Et ideò benè sequitur.

i Parasti in dulcedine diuini eloquij: quia qui verbum Dei audit libenter, ibi docetur de vita Sanctorum. Ideò dicit, parasti. *Matth.* 22. a. Tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata sunt.

k In dulcedine.] *Psalm.* 118. Quàm dulcia faucibus meis, eloquia tua.

l Pauperi,] Ad literam, quia tales audiunt sermones, & exempla Sanctorum. Item in anima, siue in corde hominis debent esse animalia Dei rationabilia, id est, sancta desideria vitæ æternæ, non reptilia, & serpentia super terram. De quibus *Ezechiel. octauo* d. Ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, Sed in corde Dauid erant animalia Dei, cum dicebat: Domine, ante te omne desiderium meum. Et quare debemus desiderare, subiungit: Parasti, in vita æterna. In dulcedine tua, de qua *in Psalmo trigesimo.* Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Nec dicit, quid parauit: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum, vt dicitur 1. *Corinthior. secundo* c. & *Isaia sexagesimo quarto* b. Et hoc pauperi spiritu. *Matth. quinto* a. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hæc autem desideria accenduntur per verbum Dei: vnde sequitur.

* *a* Dominus dabit

Litteral. Δ *a* Dominum dabit verbum, &c.] id est, Iosue, & Caleph bona terræ promissionis. De hoc habetur *Num.*13. & 14. quomodo ipsi loquebantur, & compescebant murmur populi. Et hoc facict ipse.

d Rex virtutum,] Angelorum. Et Rex *e* Dilecti,] id est, populi Israel, quē dilexit. Ad maiorem autem expressionem repetit, dilecti. Et dabit.

al. † virtutes multas. *al.* † species.

Dominus *a* dabit verbum *b* euangelizantibus † *c* virtute multa. *d* Rex virtutum *e* dilecti, dilecti: † & *f* speciei domus *g* diuidere spolia. Si *h* dormiatis *i* inter medios Cleros, *k* pennæ *l* columbæ *m* deargentatæ,

f Speciei domus diuidere spolia,] id est, dabit eis victoriam in terra promissionis. Et habita victoria diuident spolia, quæ sumpserint in domibus speciosis, secundùm quod dicitur *Iosue* 8. f. quòd iumenta, & prædam ciuitatis Hai diuiserunt sibi filij Israël, & ostendit, quàm bona fuit illa terra promissionis, loquens de ea ad similitudinem columbæ, comparans terminos terræ promissionis pennis columbæ, meditullium autem dorso. Termini autem boni erant; sed meditullium melius, & hoc dat intelligere, dicens.

h Si dormiatis,] id est, si ad hoc peruenire possitis, quòd inter medias sortes Tribuum Israel quiescatis, scilicet, in Ierusalem, & circa. Tunc cognoscetis, quòd

k Pennæ,] i. termini terræ, sūt *m* deargētatæ,] i. valdè boni: Δ *a* Et posteriora

Alleg. Λ *a* Dominus dabit verbum.] Ecce pluuia, de qua suprà.

b Euangelizantibus,] Apostolis. Dabit dico.

c Virtute multa,] id est, sua virtute, quæ multa est *Psal.* 146. Magna virtus eius. Vel dabit virtute multa, id est, cum multa virtute, scilicet, fidei, & miraculorum, vt fortes sint in fide, & potentes in miraculis. Vndè dixit eis. *Luc.vlt.* g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Et benè potuit dare in virtute, ipse.

d Rex virtutum,] angelicarum, quæ sunt virtutes.

e Dilecti,] id est, Christi. Et bis dicit, dilecti, quasi dilectus à Deo & hominibus. Vel quia dilectus in se propter suam bonitatem, & dilectus in creaturis propter beneficia. Vel ipse est Rex virtutum, id est, Dominus, & rector miraculorum. Dilecti, id est, cœtus Apostolorum, qui est dilectus. Dilecti, id est, Christi, qui priùs dilexit eos, quàm ipsi diligerent eum, 1. *Ioan.*4. d. Ipse prior dilexit nos. Et est transitio inter istos tres genitiuos. Et ipse est, Rex.

f Speciei domus,] id est, Ecclesiæ, quia eam decorauit seipso, & Apostolis, & aliis Sanctis. *Sapient.*13.a. Speciei generatot hæc omnia constituit. Et ipse est.

g Diuidere spolia,] quasi dicat, sic vocatur. Vndè *Isaia* 8. a. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe. Et post: Auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ. Quia ipse alligauit fortem, & vasa eius diripuit, *Matt.*12.c. Vel, vt sic coniungatur. Ipse Rex speciei domus diuidere spolia, id est, ad decorandam domum Ecclesiæ in diuisione spoliorum, id est, hominum, quos à diabolo eripuit. Hæc autem spolia diuisit, quando, sicut dicitur *Eph.*4.c. quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam autem Euangelistas, &c. Et sic decorauit Ecclesiam. *Isai.*49. c. Viuo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris.

h Si dormiatis. [Suprà dixit: Dominus dabit verbum, &c. vnde possent aliqui Doctores, & Prælati errare, putantes quòd non sit eis studendum, vel laborandum ad hoc, vt boni sint Prædicatores, sed totum Deo relinquentes. Vndè sic supplendum est, Dominus dabit verbum, non tantum Apostolis, sed, & vobis.

k O pennæ columbæ deargentatæ,] id est, ô Prælati, & Doctores eloquio Domini eruditi, qui Ecclesiam debetis sursum leuare per desiderium cœlestium. Non autem sine labore vestro dabit vobis verbum, sicut Apostolis. Sed si dormiatis, id est, iugiter quiescatis. *i* Inter medios. Cleros,] id est, inter duo Testamenta, quæ sunt sortes, quibus diuidetur vobis terra promissionis, sc. hæreditas cœlestis. Si enim secundùm illa vixerimus, hæreditatē illā recipiemus in possessionē. Colūba dicitur Ecclesia propter Λ innocentiam, &

Moral. * *a* Dominus dabit verbum] Non glorietur Prædicator, quasi non acceperit; sed datorem verbi glorificet. 1. *Cor.*4. b. Quid habes, quod non accepisti? 2. *Corinth.*3.b. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Quibus dabitur?

b Euangelizantibus,] non mentientibus, aut trufantibus. *Ierem.*23.e. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè.

c Virtutes.] Secundùm aliam literam hic est, Euangelizantibus virtutes multas. Quidam autem euangelizant, non in virtute, sed in vanitate: quia dicunt, & non faciunt. Sed dicit *Psalm.*28. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, 1. *Corinth.*4. d. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Sed non est prætermittendum adiectiuum, *Matth.*23.a

c Multa.] Hypocritæ enim habent vsum exteriorem virtutum, sed interiùs nihil habent virtutis. Et hoc non est virtus multa, sed modica, vel nulla, 2. *Timoth.*3.a. Habentes speciem quidem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Sequitur.

d Rex virtutum, &c.] non vitiorum, id est, rector subditorum in virtutibus. Hic ostendit, qualis debet esse Prælatus, qui præest populo, & ipsis Prædicatoribus, dicens: Rex virtutum dilecti, dilecti, id est, valdè dilecti, id est, Christi, non suorum. Vel, Rex virtutum, id est, rectus annunciator virtutum. Vndè 1. *Petr.*2. b. dicit, maximè Sacerdotibus, & Prælatis: Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, Gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes eius annuncietis. Et talis Rex debet.

g Diuidere spolia,] Ecclesiæ, scilicet, præbendas, redditus, & eleemosynas, non ribaldis, aut parentibus, aut indignis. Sed

f Speciei domus,] scilicet, bonis viris, qui sunt decor Ecclesiæ, & gloria sanctuarij, fulgentes auro Charitatis, & sapientiæ, gemmis bonorum operum, argento eloquij, purpura, & hiacyntho, & bysso, &c. *Exod.*28.

h Si dormiatis inter medios Cleros.] Hoc dicitur Prælatis, & Theologis, qui inter medios Cleros, id est, in meditatione sanctorum Testamentorum se dormire gloriantur; sed tamen ad suam ædificationem ea non trahunt. *Iob* 24. b. Inter aceruos meridiati sunt, quia calcatis torcularibus sitiunt. Vndè dicit: Si dormiatis inter medios Cleros, sint vobis.

k Pennæ columbæ deargentatæ,] quasi dicat, ex quo in sacra pagina studetis, habeatis charitatem Dei, & proximi: quæ vos sicut duæ alæ modò ad cœlum eleuent per contemplationem, & desiderium: modò ad terram reportent per compassionem, & zelum. Sed hæ pennæ sunt columbæ, vt cum his etiam simplicitatem teneatis. Nec ita simplices, vt non prædicetis; sed sicut colūbæ deargētatæ, vt ita diuino eloquio ornati sitis, vt simplicitas prædicationem non retardet, & prædicatio simpli- * citatem non

Vel in malo potest exponi versus iste.

h Si dormiatis,] per torporem. *In malo exponitur versus iste de Clericis.*

i Inter medios Cleros, non inter primos Clericos, scilicet, Laurentium, Vincentium, & Stephanum: nec inter vltimos, qui strenui erunt; sed inter medios, scilicet, modernos, qui ad voluptatem viuunt. Tunc.

k Pennæ columbæ,] id est, desideria animæ vestræ, erunt.

l Deargentatæ,] i. argento oneratæ. Et ideò sursum volare non poterunt: quia de argento cogitant, & ad diuitias aspirant. *Soph.*1. c. Disperierunt omnes inuoluti argento. P *a* Et posteriora

h Si dormiatis, &c.] Octo notantur in hoc versu, quæ necessaria sunt Sacerdoti. Primum est quies mentis, quoad se, quod notatur per dormiatis. *Cant.*5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat. *Ioan.* 8. 14. d. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Secundum est concordia, siue pax cum aliis, quod notatur ibi. *Aliter Moraliter de necessariis Sacerdoti.*

i Inter medios.] *Marc. nono* g. Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. 1. *Corinthiorum primo* b. Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfectè in eodem sensu, in eadem scientia. Tertium est scientia duorum Testamentorum, quod notatur per, Cleros, *Psalm.* 103. De medio petrarum dabunt voces. *Cant.* 7. d. Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi seruì tui. *Matth.* 13. g. Omnis scriba doctus in regno cœlorum de Thesauro suo profert noua, & vetera. Quarum est volatus contemplationis, quod notatur ibi.

k Pennæ.] *Isaia sexagesimo* b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? *Psalm. quinquagesimo quarto.* Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo? Quintum est simplicitas, quod notatur ibi. *l* Columbæ,] *Matthæi decimo* b. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Sextum est eloquentia, quod notatur ibi. *m* Deargentatæ. [Vnde Moyses se excusat. *Exod.*14.c. Obsecro, Domine, non sum ● eloquens. Et

& † *a* posteriora dorsi eius in *b* pallore auri. Dum *c* discernit † *d* cœlestis. *e* Reges super eam, *f* niue dealbabuntur in *g* Selmon: † mons *h* Dei mons *i* pin-

Litera. A *a* Et posteriora dorsi eius] id est medium terræ, quod est inter terminos, sicut dorsum columbæ est inter alas eius.

b In pallore auri, est: id est, multo melius est, quam ipsi termini, sicut aurum pretiosius est, quam argentum. Vnde Dominus dixit Aaron. *Num.* 18. b. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti dedi tibi. Filij enim Aaron, sc. Sacerdotes & Leuitæ in illo medietullio habitabant. A innocentiam, & simplicitatem. *Cant.* 6. c. Vna est columba mea Argentum autem dicitur eloquium diuinum. Vnde in *Psalm.* 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum, &c. Pennæ autem, quæ illam columbam debent sursum ducere, sunt Prælati, & Doctores, qui eam debent ad desiderium supernorum eleuare. Vnde *Leu.* 7. d. dicitur, quod pectusculum eleuationis dabatur Sacerdoti. Vnde in *Psalm.* 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, &c. *Malach.* 4. a. Sanitas in pennis eius. Et hæ pennæ debent dormire, id est, iugiter morari, & meditari, inter medios cleros, id est, in studio duorum Testamentorum, & omnes sensus exteriores claudantur, & solum ad hæc, quæ Dei sunt, meditentur. *Psalm.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. Hoc significatum est *Exod.* 25. b. vbi dicitur, quod vectes erant semper in annulis. Ad quid? Vt possit arca portari, hoc est, columba eleuari. Vel inter duas sortes, id est, terrenam & cœlestem, hanc fugiendo, illam appetendo. Et sic Sancti inter has duas dormiunt, quia vsque ad mortem terrenã sortem habere nõ volunt, & cœlestem non possunt. Sed tunc cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, &c.

al. † inter scapulas eius in viriditate auri.
al. † super cœlestis.
al. † montē Dei montem vberem.

Allegoricè. *a* Et] si hoc faciatis, posteriora dorsi eius, id est, perseuerantia laboris, & pœnitentiæ ipsius Ecclesiæ, erunt. *b* In pallore auri,] id est, in charitate, quasi dicat, si tales estis Prælati, cæteri qui sunt in Ecclesia, per vestram exhortationem, & exemplum ad amorem Domini accendentur. Et per hoc in bonis operibus permanebunt: quia omnia sunt leuia amanti. Vnde 1. *Cor.* 13. b. Charitas omnia sustinet, id est, sustinere facit, *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Et notandum, quod non dicit in claritate auri, sed in pallore: in quo notatur, quod hic non habetur charitas in summo gradu, sed in imperfectione: in patria autem erit perfecta. Vnde *Isaia* 31. d. dicit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus in Ierusalem. *Psal.* 126.

Moraliter. * tatem non euacuet. Vnde eis dicitur *Matt.* 10. b. Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Prudentia autem ista, non tantum in prædicando consistat, sed & in operando. Vnde sequitur.

a Et posteriora dorsi eius] id est, exempla patientiæ Sanctorum, quæ sequentibus videnda relinquunt. Sint. *b* In pallore auri] id est, in imitatione Iesu Christi, qui est aurum, & pretiositas Ecclesiæ, *Cant.* 5. c. Caput eius aurum optimum. Aurum istud pallidum fuit in Passione. *Isa.* 53. b. Liuore eius sanati sumus. Talia posteriora ostendebat Apostolus 1. *Cor.* 3. d. Imitatores mei estote, sicut & ego Christo, *Galat.* 6. d. Stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.

In malo de Clericis. P *a* Et posteriora dorsi eius] id est, exempla eius non sunt ad ædificandum proximos; sed ad prouocandum ad amorem terrenorum. Hoc.

b In pallore] id est in amore auri. *Ouidius.* *Ouid. lib.* 1. *de arte.* *Ps.* 3. *d.*

Palleat omnis amans.

Vel, in pallore auri, id est, non in pura, & cœlesti sapientia, quæ desursum descendit; sed in sapientia terrena, animali, diabolica. Si enim aurum sapientia dicitur, & pallidum aurum, praua sapientia dicetur. In primis Clericis poterat videri aurum rubeum, & optimum, scilicet sapientia Dei, quæ diuitias contemnit Similiter in vltimis videbitur. Sed in mediis apparet aurum pallidum. *Thren. quarto* a. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.

Aliter. Moraliter. Θ eloquens, Et *Ieremiæ secundo* b. A, a, a, quia puer ego sum; & ecce nescio loqui. Vnde *Exod. vigesimo octauo.* f Vestietur ea Aaron, id est, tunica cum malis punicis, & tintinnabulis in officio ministerij, vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. *Ibi Glossa* Omnia Sacerdotis vocalia sint, vt veritatem, quam mente suscipit, habitu resonet: & quicquid agit, quicquid loquitur doctrina sit. Vnde Ioannes Baptista interrogatus, quis esset? Respondit: Ego vox clamantis in deserto, &c. *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas. *Ioan.* 1. *d.* Septimum est compassio ad proximum, quod notatur. *ibi.*

a Posteriora dorsi.] Nam in dorso portatur onus. *Galat.* 6. a. Alter alterius onera portate, 2. *Cor.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Octauum est charitas, quod notatur ibi.

b In pallore auri.] *Eccles.* 28. d. Aurum tuum, & argentum confla, id est, purifica. *Sap.* 3. b. Tanquam aurum in fornace probauit illos.

c Cum discernit,] Tertia pars, vbi agit de donationibus Christi ascendentis. Est ergo sensus, Prædicta habebitis non à vobis, sed per dispensationem Domini, Hoc est. *Allegoricè.*

d Dum cœlestis] id est, Christus, discernit, id est, diuidit singulis, prout vult, sua dona, 1. *Corinth.* 12. b. Diuidens singulis, prout vult. *Ephes.* 4. c. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, &c. Dum ergo ita discernit.

e Reges super eam] scilicet, Rectores super columbam, scilicet, Ecclesiam.

f Dealbabuntur niue,] id est, super niuem, id est, incomparabiliter ipsi Rectores, vel alij boni. *Isa.* 1. c. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et hoc non meritis suis, sed gratia Christi. Vnde dicit.

g In Selmon] id est, in vmbra gratiæ Christi, Selmon. enim interpretatur vmbra. Vmbra autem relinquitur ex lumine, & corpore. In Christo autem fuit lumen Diuinitatis, & corpus, humanitatis. Vnde prouenit nobis vmbra gratiæ, in qua dealbamur, id est, à peccato mundamur, & virtutibus decoramur. *Threnor.* 4. d. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in Gentibus Selmon ergo significat Christum, vel eius gratiam. Et subiungit commendationem eius, dicens.

h Mons Dei] supple, Selmon est mons Dei. Ad literam enim Selmon mons est. Vnde *Iudic.* 9. f. Abimelech ascendit in montem Selmon, & Christus est mons montium. Vnde *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis præparatus mons domus Dñi in vertice montium, Et dicitur, mons Dei, quia est filius Dei, & a Deo datus nobis.

i Mons pinguis] plenitudine omnis boni, quia dedit ei Pater Spiritum non ad mensuram, *Ioan.* 3. d.

A *a* Mons coa-

Moraliter. *c* Dum discernit cœlestis, &c.] Terreni homines non discernunt, nisi ea, quæ parent oculis. Vnde multotiens approbant aliquos, quos Deus reprobat, qui interiora discernit. Hi sunt Hypocritæ, qui sunt niue dealbati, scilicet exterius tantùm in oculis hominum; sed interius sunt pleni omni turpidine, & immunditia, sicut solet contingere in hyeme, quòd sterquilinia niue cadente respersa dealbantur exterius: sed qui parum interius foderet, inueniret fimum nigrum, & fœtens. Hoc autem frequentiùs in Clericis accidit, Qui.

e Reges] id est, Rectores laicorum dicuntur. Vnde *Matt.* 23. c. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa: intùs verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, *Act.* 23. a Percutiet te Deus, paries dealbate. Hoc est ergo, quod hic dicit.

d Dum cœlestis] id est, Deus.

c Discernit Reges] i. Clericos, & Prælatos.

f Niue dealbabuntur] id est, non alibi penitus, sed quasi niue tantùm exterius dealbati inuenientur ab ipso, qui interiora discernit. Vnde dicitur *Hebr. quarto* c. Discretor cogitationum, & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo, id est, cui debemus, & nos oportebit reddere rationem. Et hoc.

g In Selmon] quod interpretatur virtutis vmbraculum, & significat Hypocrisim, quæ tantùm, vmbram, & speciem virtutis habet; rem autem non, 2. *Timoth.* 3. a. Speciem pietatis quidem habentes, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita.

h Mons Dei] id est, verus seruus Dei est, id est, bonus Prælatus.

i Mons pinguis] per deuotionem. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine.

* Item est

A *a* Mons coagulatus in ventre beatæ Virginis. *Sap.* 7. a. In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum. *b* Mons pinguis] Bis dicit hoc, quia pinguis, & plenus fuit in se. Vnde bene dicitur Christus, i. vnctus. *Psalm.* 44. Vnxit te Deus, &c. Item pinguis nobis, quia ab eo fluxerunt nobis flumina gratiæ & doctrinæ. *Gen.* 49. c. Aser pinguis panis eius præbebit delicias Regibus, 1. *Ioann.* 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Et ô vos, quorum quidam dicunt Ioannem esse hunc montem, alij Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. *Matth.* 16. b.

al. † montem incaseatum vel montē pinguem.
al. † incaseatos. Montem in quo placuit.
al. † inhabitabit vsque.
al. † millium.
al. † illis.

guis. † *a* Mons coagulatus, *b* mons pinguis; vt *c* quid *d* suspicamini montes † coagulatos? *e* Mons, in quo *f* beneplacitum est Deo *g* habitare in *h* eo: *i* etenim Dominus † habitabit in *k* finem. *l* Currus Dei *m* decem † millibus multiplex, *n* millia lætantium: Dn̄s in † *o* eis in *p* Sina in *q* sancto. *r* Ascendisti in *s* altū,

c Vt quid suspicamini montes] id est, illos Sanctos esse hunc montem. Licet enim coagulati sint virtutibus, & operibus solidis, & lacte simplicis doctrinæ paruulos nutriant; non tamen ad illius montis celsitudinem attingunt; qui est in vertice montium, & eleuatur super colles, eò quod Deus est. Vnde subiungit de ipso, quod est. *e* Mons in quo] solo.

f Beneplacitum est Deo] verbo *g* Habitare] non per essētiam, vel per gloriam tantū, sed & per vnionem personæ. *h* In eo] homine. Vnde *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc est, quod hic sequitur.

i Etenim Dominus habitabit] per gratiam in montibus, scilicet, in Sanctis. *k* In finem] vsquequo perducat eos in se Deum contemplandum. Vel vsque in finem sæculi, secundum illud *Matth.* 28. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Dixit, quod montes illi coagulati non sunt mons ille pinguis, qui est Christus; sed ipse habitat in eis. vnde sequitur, quod sunt currus Dei, quia eum portant. Et ideò subiungit. *l* Currus Dei, &c.] Et commendat eos in hoc versu à sex, videlicet, ab vnanimi charitate, cum dicit Currus Dei. A multitudine, cum dicit: Decem millibus multiplex. Ab hilaritate, cum dicit: Millia lætantium. A Dei inhabitatione, cùm dicit: Dominus in eis. A mandatorum impletione, cùm dicit: In Sina. A sanctitate, cum dicit: In sancto. Iunge ergo sic. Ipsi sunt currus Dei, portantes Deum verbo prædicationis. Currus dico. *m* Multiplex] ex personis diuersarum facierum gratiæ, propter diuersa dona Spiritus sancti & hoc, quod dicit.

m Decem millibus] id est, ex hominibus perfectis in virtutibus, & operibus. In millenario enim pefectio virtutum, in decenario decalogi impletio intelligitur. Et hi sunt. *n* Millia lætantium] id est, spe gaudentium. Et quare lætantium? Quia *o* Dominus in eis] per gratiam. Et quare in eis? Quia implent mandata, vnde dicit *p* In Sina.] Et quia mundi sunt, vnde addit. *q* In sancto] *Psalm.* 21. In sancto habita laus Israël. Vel sic, in Sina, vel, Sinai in sancto, id est, in impletione sanctorum mandatorum & secundum hoc superfluit, in secundo positum. Vel iterum sic, Dominus in eis in Sina, id est, qui dedit legem in monte Sinai. Et ipse idem habitat in sancto, id est, in Christo, qui est Sanctus Sanctorum. Vel, in eis in sancto; id est quia sunt Sancti. Et quomodo ista facta fuerint, consequenter ostendit, conuertens sermonem ad ipsum auctorem, dicens: *r* Ascendisti,] ô Christe. *s* In altum] locum, in cœlum. Et in altum, dignitate, quia sedes ad dexteram Patris. Et dicit: Ascendisti, propria virtute, quasi non portatus ab aliis. *Ioan.* 3. b. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Hæc Christi Ascensio fuit hic prænunciata. Et *Mich.* 2. d. Ascendit pandens iter ante eos. Præfigurata autem fuit 4. *Reg.* 2. b. vbi dicitur, quod ascendit Elias per turbinem in cœlum. Recitata autem fuit *Act.* 1. b. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Dicit ergo. Ascendisti in altum. Sed antequam ascenderes.

A *a* Cæpisti cap-

Moraliter.

* Item est *a* Mons coagulatus] præbens lac paruulis, scilicet simplicem doctrinam, & coagulum, solidioris cibi robustis. *Iob* 10. b. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? *b* Mons pinguis] non tantum interius per deuotionem, sicut superius, sed etiam exterius per opera misericordiæ, quibus vngunt pedes Domini, id est, pauperes. Et licet hoc de multis, scilicet, de omnibus bonis Prælatis, & etiam de aliis dicatur; tamen singulariter loquitur, in quo innuit vnitatem, & concordiam, quæ inter bonos debet esse, quæ inter malos non est. Vnde de malis montibus in plurali subiungit.

c Vt quid] ô vos simplices. *d* Suspicamini montes] esse coagulatos, id est, hæreticos, & hypocritas, & alios malos, altos per superbiam, diuisos per varios errores, habere sanam doctrinam? quasi dicat, nolite hoc suspicari. De istis enim montibus dicitur *Iob* 40. c. Huic montes herbas ferunt, scilicet: Behomoth, id est, Diabolo, quasi dicat, doctrina eorum non nutrit filios Dei, sed feras Diaboli. Sed adhuc posset aliquis dubitare, & quærere, quis mons Dei? Vnde quasi describens, subiungit.

e Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo] per gratiam. Talis est mons pinguis charitate. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

i Etenim Dominus habitabit] in eo, non ad horam, sed vsque.

k In finem] quantum in ipso est non recedet, quia dicit *Prou.* 8. d. deliciæ meæ sunt esse cum filiis hominum. Sed quidam eum nolentem expellunt per peccatum. Non autem tantum habitat in eis, sed etiam per eos fertur ad alios. Nec ipsi pauci sunt, sed multi, vnde subdit.

l Currus Dei, &c.] Ipsa enim charitas, propter quam Deus à nobis habitat, dicitur currus, sicut significatum est *Genes.* 46. c. vbi dicitur, quod iuncto Ioseph curru ascendit obuiam patri suo. Qui igitur vult obuiare Patri suo cœlesti, iungat currum charitatis in Dei amore, & proximi. Nec solum ipsa charitas, imo & sancti habentes charitatem, currus Dei dicuntur 4. *Reg.* 2. b. Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Et iste currus est.

m Multiplex decem millibus] id est, personis innumerabilibus, quæ currus Dei sunt. Vsus Græcorum est, à quibus translationem istam habemus, ponere istum numerum pro infinito. Hoc autem est contra illos, qui iudicant nimis strictè dicentes, quod pauci sunt Iusti, vel nulli, sicut 3. *Reg.* 19. c. credidit Elias, quod nullus esset Iustus præter ipsum. Cui respondit Dominus. Adhuc reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal: Et hæc sunt millia lætantium, vsque in finem versus, sicut supra expositum est. Item magis propriè: Currus Dei sunt, qui pro Deo pedites per mundum currunt, vt nomen eius per mundum portent. Hi sunt Theophori, id est, Religiosi, qui se ad officium dedicauerunt. Et iste currus est multiplex decem millibus, quia Dominus tales multiplicat, & iam multiplicauit, & multiplicabit vltra decem millia. Iam etiam sunt fratres minores, plus quam decem millia de paupertate, & tribulationibus, *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus. *Psalm.* 105. Saluos fac nos, Domine, Deus noster: & congrega nos de nationibus, scilicet, de omni natione, quæ sub cœlo est: vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Vel lætantium, de profectu aliorum.

o Dominus in eis] 1. *Cor.* 14 e. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur, &c. & ita cadens in faciem adorabit Deum pronuncians, quod vere Deus in vobis sit.

p In Sina,] id est, in tentatione. Sina enim interpretatur tentatio egrediens ei. *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

q In sancto] opere, quasi dicat, Dominus est in eis, vt à malo defendat eos, & ad bonum promoueat: & ideo lætantur, & omnia pro eo libenter sustinent. Vnde *in Psalmo trigesimo secundo* Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est, quia in eo lætabitur cor nostrum, &c. Secundum hæc, quæ prædicta sunt, currus Dei non solum dicitur multiplex, sed & multipliciter: quia Currus Dei, vt prædictum est.

Dicitur {
- Charitas.
- Vir iustus.
- Ordo prædicantium Religiosorum.
- Angeli, 4. *Reg.* 2. b. Currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque.
- Euangelium à currendo, 2. *Thes.* 3. a. Sermo Dei currat, &c.

r Ascendisti, &c.] Posset aliquis dicere, bene video, quod Dominus in talibus habitat, sed de hoc miror, quia ipsi solebant diligere, & amplecti terrena; nunc autem ea contemnunt. Hoc autem non est mirum, quia Deus hoc fecit. Hoc est, ascendisti, ô Deus, in corda eorum.

s In altum] *Ps.* 83. Ascensiones in corde suo disposuit. Solebat enim Dominus in talibus nullum locum, vel infimum ad minus habere. Mammona verò altū & magnum

locum

A *a* Cepisti captiuitatem,] i. captiuos de Limbo eduxisti. *Zachar.* 9. c. Tu quoque in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vel, Captiuitatem cepisti, i. eos, quos diabolus in peccato captiuauerat, tuo iugo suaui subiugasti: *Isa.* 49. g. Hæc dicit Dominus, equidem captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. *b* Accepisti dona, &c.] intransitiuè, i. homines dona. *Ioan.* 17. b. Tui erant, & mihi eos dedisti. Vel sic: Accepisti dona, distribuenda. *c* In hominibus,] i. inter homines. Cui concordat alia litera, quæ habet: Dedisti dona hominibus. Et huic duplici lecturæ

al. † captiuasti.

al. † qui non credunt.

al. † de die in diem.

al. † sanitatum nostrarum.

al. † conquassabit.

† cepisti *a* captiuitatem: *b* accepisti dona in *c* hominibus. *d* Etenim *e* non † credentes, *f* inhabitare Dominum *g* Deum. *h* Benedictus Dominus † *h* die quotidie: *i* prosperum iter *k* faciet nobis *l* Deus † salutarium nostrorum. *m* Deus *n* noster, Deus *o* saluos faciendi: & *p* Domini Domini *q* exitus mortis: *r* Veruntamen Deus † *s* confringet capita inimicorum suorum: *t* verticem *u* capilli *x* perambulantium in deli-

dupliciter iungitur, quòd sequitur. *d* Etenim, &c.] Quasi, accepisti, & homines, dona. Probatio. Etenim accepisti, homines. *e* Non credentes,] quia non credebant.

g Deum,] scilicet, verbum. *f* Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes,] quia non credebant.

g Deum, scilicet, verbum. *f* Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes inhabitare,] i. vt hi qui non credebant, habitarent. *g* Dominum Deum] per fidem operantem per dilectionem. 1. *Ioan.* 4. c. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo Et propter ista fit. *h* Benedictus Dominus, &c.] i. semper iugiter. *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Ideò fit [benedictus,] quia ex quo ipse caput ascendit, & nobis dona dedit.

i Prosperum iter] ascendi post eum. *k* Faciet nobis,] quia ipse est. *l* Deus salutarium nostrorum.] Vndè suprà petebat: Exaudi nos, Deus Salutaris noster, &c.

Christus ascendit.

- In Incarnatione. *Isaia* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, &c.
- In Passione. *Cant.* 7. c. Ascendam in palmam, &c.
- In Resurrectione, vt hic.
- In Ascensione. 3. *Reg.* 18. g. Ecce nubecula parua, &c.

Moraliter. *Luc.* 12 *f.* *Ibid.* 14. *b.*

a locum ibi tenebat. Sed ipsi accenso igne, quem venit Dominus in terram mittere, dixerunt Domino: Amice, ascende superiùs. *a* Cepisti captiuitatem,] i. denarios diu incarceratos, produci fecisti, & dari pauperibus. *Luc.* 12. c. Anima mea, habes multa bona, &c. *Osea* 2. b. Sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum. Clamat Ioseph, i. augmentum incarceratum. *Gen.* 40. c. Memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furto sublatus de terra Hebræorum, i. transeuntium, i. pauperum. Et tu ipse, qui das diuitibus. *b* Accepisti dona,] i. eleemosynas, non in tua persona, sed.

c In hominibus] pauperibus. *Matth.* 25. d. Quod vni ex minimis fratribus meis fecistis, mihi fecistis. In hominibus, dicit. non in turribus, vel in muris, vel in castris Ecclesiæ ædificandis. Nec etiam dicit, quod muris, vel turribus fecistis, mihi fecistis: Aliud est facere pro Deo, aliud facere Deo, plus est facere ipsi Deo. Vel sic. *b* Accepisti dona] eorum non tantùm in rebus, sed etiam. *c* In hominibus,] i. non tantùm sua, sed seipsos dederunt tibi. *Matth.* 15. d. Qui vult venire post me, abneget seipsum, &c. 2. *Cor.* 12. d. Non quæro vestra, sed vos. Hoc est, quod sequitur. *d* Etenim non credentes,] i. amatores diuitiarum: De quibus dicit *Ieron.* Veram fidem de Deo non habet, qui cupit in his miseriis fieri diues. *f* Inhabitare, &c.] i. hoc accepisti ab eis, vt tu Dominus Deus habitares, & possideres eos, & vt ipsi etiam habitarent, & possiderent teipsum, omnibus relictis, vt te solum acquirerent. *Num.* 18. c. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego enim pars, & hæreditas tua. Hoc autem donum Dei est, vt homo omnibus contemptis, Deum solum quærat. Vndè in persona eorum, quibus datum est hoc, gratias agens subiungit. *h* Benedictus Dominus die quotidie, vt sup. *i* Prosperum iter faciet nobis] ducens nos per arctam, & rectam semitã, vbi non est periculũ, sicut in lata via. *Prou.* 4. b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prosperum ergo iter faciet nobis, non Regis conductus, sed. *l* Deus Salutarium, &c.] qui salutaria nostra procurat, & prouidet nobis, non voluntaria nostra: sicut Medicus non dat ægro cibaria, vel medicamenta desiderata, sed salutaria, i. saluti necessaria. Vndè noluit amouere à Paulo stimulum carnis suæ, licet de hoc rogaret eum Paulus, sed dixit. Sufficit tibi gratia mea. *m* Deus noster Deus saluos faciendi.] Quarta pars vbi exponit operationes Dei: Quia posset aliquis dicere, quomodo parat prosperum iter, qui dicet: Ite maledicti in ignem æternum? Ideò ostendit, quòd Deus quantum est in se, omnes vult saluos fieri, & saluat quantum in se est; sed tamen, quia iustus est, malos, qui saluationem renuunt, damnabit. Hoc est, quod dicit. [Deus noster. Deus omnium per creationem. *n* Noster] per specialem cultum est. *o* Deus saluos faciẽdi,] quia ad hoc specialiter venit in mũdum, sicut dicitur *Luc.* 9. g. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et tantùm appetebat salutem nostram, quòd mori voluit propter eam. Vndè addit. *p* Et Domini.] Hæc geminatio notat excellentiam. *q* Exitus mortis] quasi dicat, voluit exire de mundo per noctem propter nos. 2. *Cor.* 5. c. Christus pro omnibus mortuus est. *Sap.* 7. Vnus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. Si ergo volumus saluari, oportet, quòd & nos moriamur, & corporaliter, vt meliùs reformemur, & spiritualiter, vt carnem, & concupiscentias eius crucifigamus, & pro fratribus, quando necesse fuerit morti nos exponamus. 1. *Ioan.* 3. c. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille posuit animam suam pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vel, exitus mortis, dicitur eius Resurrectio, quia posset dicere Iudæus, vel infidelis, quomodo est Deus saluos faciendi qui seipsum saluare non potuit? Vndè dicit Domini, qui potuit mori non nisi de para voluntate: Domini, qui potuit resurgere pro sua voluntate, est exitus mortis,] i. exiuit à morte resurgendo. *Ioan.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hanc duplicem potestatem notat hic, cùm dicit, Domini Domini. Vel. [Exitus mortis,] i. prouentus mortis, & tribulationis, sunt Domini, sicut exitus vinearum, & aliarum rerum dicuntur esse Dominorum, qui possident res illas. *Rom.* 14. b. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Et *eodem.* Nemo nostrum sibi viuit, & nemo nostrum moritur sibi. Et *eodem.* Siue viuimus, siue morimur, Dñi sumus. Vel. Exitus mortis, i. mors mortis, est, Dñi: quoniam mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. *Osea* 13. d. Ero mors tua, ô mors. Sed propter ista posset aliquis dicere, quòd nullum damnabit: Vndè subiungit contra hoc. *r* Veruntamen Deus, &c.] quasi dicat, licet sit Deus saluos faciendi, & mortem destruxerit: tamen Deus iustus, & omnipotens.

1. *Cor.* 12. c.

Matth. 25. d.

Quarta pars.

s Confringet capita, &c.] id est, superbiam eorum. Vel Capita, i. Magistros errorum, & Prælatos exemplorum malorum. De primo, *Ps.* 109. Conquassabit capita in terra multorum, i. in inferno. De secundo. *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion Optimates capita populorum. Et post *ibi*: Nunc migrabunt in capite transmigrantium. Et confringet *t* Verticem] id est, ceruicositatem. *u* Capilli perambulantium] i. perseuerantium, & de peccato in peccatum incidentium, in delictis suis. Et dicit. Verticem capilli. Capillus enim superfluitas est, sine damno amittitur, & cito rumpitur, sed solui non potest: & significat diuitias, vel subtiles quæstiones, quibus prædicta conueniunt. Dicit ergo [Verticem capilli] quia propter diuitias temporales, & propter inanes, & subtiles quæstiones, fiunt homines ceruicosi & pertinaces, in delictis suis. *Ps.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectũ cordis. Vel, [Verticẽ capilli] i. curiositatem cogitationum, siue diuitiarum, quæ vertunt, & versant cor hominis cõtinuè sicut rotã. *Is.* 19. c. Miscuit Dominus

r Veruntamen Deus, &c.] Iste versus exponi potest contra mulieres & etiam homines, qui ornant caput, & capillos suos sic [Deus confringet capita inimicorum suorum.] Illi enim, vel illæ mulieres Deum suo capite persequuntur, qui ornatu crinium prouocant ad libidinem: Vnde tales sunt inimici Dei. Et talium] confringet capita, & verticem capilli] id est, verticem capillatam, *Ier.* 9. g. Visitabo super omnes qui attonsi sunt in comis.

x Perambulantium] per vicos, & plateas, & etiam ad Ecclesias

Miſcuit Dominus ſpiritum vertiginis in medio Ægypti. 1. *Reg.* 15. c. Anima inimicorum tuorum rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ. Inimici Dauid, i. Chriſti, ſunt amatores mundi, qui rotantur, i. ad modum rotæ vertuntur, quæ à parte anteriori cadit, & a poſteriori eleuatur: ſic ipſi anteriorum obliti, & ad poſteriora ſe extendentes, in ſpiritualibus cadunt, licet in temporalibus eleuentur. Hæc vertex [capilli] eſt hominum, Perambulantiũ,] i. cupidorum per totum mundum diſcurrentium.

...ctis *a* ſuis. Dixit *b* Dominus: *c* ex Baſan conuertam, *d* conuertam † in profundum maris. Vt *e* intingatur pes tuus in *f* ſanguine: *g* lingua canum tuorum *k* ex inimicis *h* ab ipſo. † *i* Viderũt ingreſſus † tuos, Deus: † *l* ingreſſ Dei mei, *m* Regis mei, qui *n* eſt in ſancto. *o* Præuenerũt *p* Principes *q* coniuncti pſallentibus, in *r* medio † iuuencularum *ſ* tympaniſtriarum.

al. † de profundis. *al.* † viſi sũt. *al.* † tui. *al.* † greſſus. *al.* † adoleſcentularum. *Horatius l. 1. epiſtolarum.*

a In delictis ſuis] vt fraudes, & mercationes dolosas faciant. Vndè Poëta dicit:

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Et bene dicit. [In delictis ſuis,] quia negociatio vix poteſt fieri ſine delicto. Vndè *Eccl.* 26. d. Duæ ſpecies difficiles, & periculoſæ apparuerant mihi, difficile exuitur negotians à negligentia ſua: & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum ſuorum.

ad Eccleſias. *a* In delictis ſuis,] i. in libidine, & ſuperbia. Vndè *Iſaia* 3. c. Pro eo, quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Et licet [Dominus confringat capita inimicorum] non tamen omnes damnabit, qui modò ſunt inimici; ſed quoſdam conuertet ad pœnitentiam: Quia. *b* Dixit Dominus,] i. ſtatuit, vel verbo ſuo fecit. Vel [dixit,] i. ab æterno diſpoſuit. *c* Ex Baſan conuertam,] i. de turpitudine vitiorum. Baſan enim turpitudo interpretatur, ſiue confuſio: & ſignificat præcipuè vitia carnis abominabilia, in quibus erubeſcit homo deprehendi à quocunque. Et de his vitiis frequentiùs conuertit Dominus. Sed hæretici, & hypochritæ, in quibus videtur eſſe pulchritudo, & decor, non de facili conuertuntur. *Io.* 7. g. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum, aut ex Phariſæis? nec tantùm eos, qui in confuſionem horum vitiorum ex infirmitate inciderunt; ſed & eos, qui iam per malitiam peccant. Vndè addit.

d Conuertam, &c.] i. eos, quia tantùm deuerſi ſunt, quòd iam contemptores facti ſunt. *Prou.* 18. a. Peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Vel ſic.] Ex Baſan, i. ex confuſione, conuertam, quia cùm homo in ſe recordans peccati ſui, confunditur, tunc conuertitur ad Deum. Hæc eſt enim confuſio adducens gratiam, & gloriam. *Eccleſ.* 4. c. *Mich.* 4. d. Venies vſque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Conuertam, non in gaudium mundi; ſed [in profundum maris] hoc eſt, in perfectam pœnitentiæ amaritudinem. Item Baſan interpretatur bruchus, vel pinguedo, vel ſiccitas. Per bruchum, detractio, per pinguedinem, gula, per ſiccitatem, acidia deſignatur. Hæc omnia conuertit Dominus in mare pœnitentiæ: Nec tantùm ſuperficialiter, ſed, in profundum: Nec tantùm ad pœnitentiam conuertentur, ſed & ad martyrium accendentur. Vndè ſubdit Propheta.

e Vt intingatur, &c.] i. conuerſi, qui ſunt pes tuus. *f* In ſanguine ſuo] pro te effuſo, i. illi, qui priùs inimici, nunc amici, & pes facti ſunt portantes te per mundum, ita ferventes erunt in prędicatione, & fide, vt martyrium pro te ferre non dubitent, non timentes eos, qui corpus occidunt: *Matth.* 10. c. Et *Luc.* 13. c. Nunc etiam cùm non eſt perſecutio, debent pedes Domini, i. Prædicatores, & Clerici intingi in ſanguine, i. in memoria Paſſionis. *Iob* 39. d. Pulli Aquilæ lambunt ſanguinem. Et poſſet aliquis dicere. Non fuit ita mirum, ſi cognati Domini, & diſcipuli, quibus multa bona fecerat, cùm erant cum eo, ſuſtinuerunt martyrium pro eo: Vndè, quod mirabilius eſt, ſubdit. *g* Lingua. &c.] ſupple fiet, vel ſumetur, i. inimici fient canes tui, lingua medicantes, & gregem cuſtodientes contra lupos, i. hæreticos prædicando latrantes. Hi ſunt canes, de quibus dicitur. *Matth.* 15. c. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum. Laudatur autem lingua canum, & non dentes. Quare? Quia in dentibus mordax prædicatio, in lingua verò blanda, & conſolatoria intelligitur, quæ magis laudabilis eſt, quia magis vtilis. *Eccleſ.* 36. d. Si eſt lingua curationis, eſt & mitigationis, & miſericordiæ. Hi igitur Prædicatores prædicti sũt, qui ſanguine intinguntur: Sicut Paulus primò inimicus, & perſecutor Eccleſiæ Dei, poſtmodum factus eſt bonus canis impugnans ad beſtias malas: Sicut ipſe dicit 1. *Cor.* 15. d. Ad beſtias pugnaui Epheſi. Modò autem non ſolùm non pugnant canes noſtri, ſed nec capiunt etiam vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: *Cant.* 2. d. Sed nec etiam terrent eos latrando. *Iſaia* 57. d. Canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. Sic ergo, lingua canum tuorum, ſumitur ex inimicis. Vndè dicit *Gregorius.* Lingua canum ex inimicis prodiit, quia Dominus conuerſos Gentiles etiam Prædicatores fecit. Et hoc non eſt ex eorum meritis, ſed pura gratia Dei: Vndè addit. *h* Ab ipſo, [ſcilicet, Deo. Et hoc dicendo, conuertit ſe ad canes iſtos loquens de Deo in tertia perſona, cùm priùs loqueretur ipſi Deo in ſecunda perſona. Et hoc facit vt fortiùs eis imprimat iſtud, quòd ex inimicis Dei ſunt facti canes Dei ex gratia, non ex meritis: diligentiùs enim intelligimur, quod nobis, quàm quod aliis dicitur. Alia littera magis ſeruat ſeriem narrationis, quæ habet. [A teipſo. Hanc gratiam recognoſcebat Apoſtolus ſibi factam, cũ diceret 1. *Cor.* 15. b. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Iſti autem canes, & pedes Domini, animati ſunt ad intingendum ſe in ſanguine martyrij, quia Domini Paſſionem præceſſiſſe viderunt. Vndè dicit. *i* Viderunt] per fidem.

k Ingreſſus tuos, Deus.] Ingreſſum, ſcilicet, in mundum, qui fuit in maxima paupertate: & ingreſſum in cœlum, ſiue in gloriam, qui fuit per maximum dolorem. *Luc.* 24. d. Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam. Vndè pendens in Cruce clamat. *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Bene dicit, videte quia ex viſione iſta ſurgit animatio, ſiue animoſitas audaciæ ad ſuſtinendum martyrium pro Chriſto. Vndè legitur 1. *Mach.* 6. d. Quòd oſtenderunt elephantibus ſanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos in prælium. Sequitur.

l Ingreſſus Dei mei] quantum ad primum, quia ingreſſus eſt per vterum Virginis clauſum, & egreſſus per eundem clauſum; quod facere non poſſet, niſi Deus eſſet. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quia Dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa Principi: Princeps ipſe ſedebit in ea.

m Regis mei] quantum ad ſecundum, quia ſecum milites redemptos ad regnum perduxit.

n Qui eſt in ſancto] cœlo. *Pſalm.* 10. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes eius. Hic etiam notatur Trinitas; quæ ad nos ingreditur per gratiam. *Ioan.* 14. c. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Cùm dicit [Deus] notatur perſona Patris. [Dei mei] perſona filij [Regis] Spiritus ſancti, qui regit Eccleſiam.

Eſt autem ingreſſus Dei.
- In mundum. *Iſa.* 29. a. Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.
- In mentem. *Apoc.* 3. d. Si quis aperuerit mihi, introibo, & cœnabo cum eo.
- In infernum. *Iſaia* 45. a. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.
- In templum, i. in Eccleſiam. *Ezech.* 10. a. Cùm ingrederetur vir, repleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt à ſplendore gloriæ Dñi.
- In cœlum. *Act.* 1. b. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum ecce duo viri, &c.

Inuitati etiam, & animati fuerunt ad tolerantiam martyrij, non ſolùm per exemplum Chriſti; ſed & per exemplum Apoſtorum. Vnde dicit.

o Præuenerunt] ſcil. ad martyrium.

p Principes.] i. Apoſtoli, qui non erant, vt Principes Phariſæorum, qui dura onera imponentes aliis, digito ſuo nolunt ea mouere, *Matth.* 23. a. Sed erant. *q* Coniuncti pſallentibus] i. Deum operando laudantibus. *Eccl.* 32. a. Rectorem te poſuerunt: noli extolli: eſto in illis, quaſi vnus ex illis. *r* In medio, &c.] i. Eccleſiarum nouarum. *Cant.* 6. c. Adoleſcentularum non eſt numerus. *ſ* Tympaniſtriarum] pœnitentiam agentium in mortificationem carnis. Tympanum enim fit de corio mortui animalis extento in ligno. Vel aliter. [viderunt ingreſſus tuos] & vltimò ingreſſum in cœlum in quo.

o Præuenerunt Principes] id eſt, Angeli, *Daniel.* 10. d. Michael Princeps veſter. *q* Coniuncti pſallentibus] id eſt, Apoſtolis. *Act.* 1. b. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos, &c.] id eſt, duo Angeli. *r* In medio iuuencularum tympaniſtriarum.] id eſt,

id eſt, Mariæ, & mulierum aliarum, de quibus *in eodem capitulo* dicitur, quod erant Apoſtoli perſeuerantes in oratione cum mulieribus, & maria matre eius, quæ erant iuuenculæ ſpiritu non anus, ſecundum illud, quod dicit Apoſtolus *Rom.6.* a. Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et erāt tympaniſtriæ per pœnitētiam. Item exhortatio bona eſt ad Moniales, & alios Religioſos ſiue Clericos vt attenti

In *a* Eccleſiis benedicite † Deo: *b* Domino *c* de fontibus Iſrael. *d* Ibi *e* Beniamin † *f* adoleſcentulus, in *g* mentis exceſſu. *h* Principes Iuda *i* Duces eorum: Principes *k* Zabulon, & *l* Principes Nephtali

al. † Deum Dominum. *al.* † adoleſcentior in extaſin.

ſint in pſalmodia, quia præuenerunt Principes, i. Angeli, qui expectant, vt portent orationes eorum & repræſentent coram Deo, [Coniuncti pſallentibus,] non dormientibus aut nihil dicentibus, vt eos iuuent. Nec tantum magnis Dominis, ſcil. Epiſcopus, & Abbatibus, ſed etiam, [in medio iuuencularum tympaniſtriarum] id eſt, Monialium vel Nouitiarum, quæ iuuenculæ dicuntur propter nouitatem vitæ, & propter ſpem prolis concipiendæ: & tympaniſtriæ, propter pœnitentiam, quam faciunt. Sed nota, quod ad hoc, quod tympanum bene ſonet oportet, quòd corium bene extendatur, moderatè tamen, ne rumpatur: Si enim habeat rugas non ſonabit. *Iob.* 16. b. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me. Rugæ eius ſunt negligentia, pigritia, fictio, & huiuſmodi. Si autem nimis extendatur, crepabit, & non ſonabit: quia qui nimis ſe attenuant, etiam ad literam, pſallere, vel cantare non poſſunt. Propter hoc bene temperauit hoc *B. Auguſtinus*, dicens in regula ſua: carnem veſtram domate ieiuniis, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit, id eſt, non nimis, neque plus, quàm valetudo permittat: Hoc etiam, quod dicit: [præuenerunt Principes, &c.] eſt contra Prælatos, qui nolunt intereſſe horis in choro, cùm tamen debeant in hoc, & in aliis obſeruantiis omnes alios præuenire. Si aliquis hoc faceret derideretur 2. *Regum.*6.d. Quam glorioſus fuit Rex Iſrael hodie diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris: Dixitque Dauid ad Michol: Viuit Dominus, quia ludam ante Dñm, & vilior fiam plus, quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. [Coniuncti pſallentibus] non allegantibus. *Pſalm.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper principes. [In medio iuuencularum tympaniſtriarum] non ſeorſum in tabernis, in medio, non in capite ſplendidè, & lautè conuiuãs. Accedit enim plerumque in clauſtris illud Apoſtoli 1. *Cor.*11.c. Alius quidem eſurit & alius ebrius eſt. Alius. n. eſurit in conuentu, & alius ebrius eſt in camera Abbatis: Et abundantia, ſeu potiùs exceſſus Abbatis poſſet ſupplere defectus, & inopiam totius conuentus, ſi eſſet, ipſe [in medio iuuencularum, tympaniſtriarum] id eſt: ſimplicium clauſtralium, quibus dimittitur labor tympanizandi, ſc. ieiunandi, & cantandi. *Iſa.*30.g. In citharis, & tympanis, & bellis præcipuis expugnabit eos, i. dæmones, De tali Prælato bene dicitur in *Pſalm.* 79. Singularis ferus depaſtus eſt eam, ſcil. Religionem, i. veſtauit eam. Singularis dicitur per proprietatem ferus, per ſuperbiam: depaſtus per gaſtrimargiam. Hæc tria deſtruunt tria vota Religionis.

a In Eccleſiis.] Quinta pars, in qua precatur vt Eccleſia ſic incepta dilatetur, & confirmetur. Et non tantùm precatur, ſed & affirmat. Dixit quod præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum; & poſſet aliquis carnaliter hoc intelligere de choreis, & cantu laſciuo: Vnde ſtatim exhortando nos, ſeipſum exponit, dicens; [In Eccleſiis benedicite Deo,] quaſi dicat, ex quo illi Apoſtoli præuenerūt nos in benedictionibus dulcedinis, quia vtique dulce eſt laudare Deū tā opere, quā ſermone: Ergo vos omnes ſequimini eos benedicendo Deum [in Eccleſiis] non ei maledicite in choreis, in tabernis, in murmurationibus. Sed non poteſt dici illud *Ier.* 15. c. Omnes maledicūt mihi, dicit Dominus. *Apocal.* 16. d. Blaſphemabant homines Deum propter plagam grandinis: Ergo [in Eccleſiis benedicite Deo] Creatori, qui vos fecit, vt eum laudaretis.

b Domino] Recreatori, qui vos de maledictione redemit, vt benedictionem hæreditate poſſideatis: Sicut dicitur. 1. *Petr.*4. b. Et hoc.

c De fontibus Iſrael.] Fontes Iſrael, ſunt duo Teſtamenta, de quibus debet ſumi laus diuina. Vnde *Iſa.*12. b. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: Ecce laus. De fontibus Iſrael, non de fontibus Iuſtiniani, vel Ariſtotelis, qui ſunt fontes ſine aqua, ſicut dicitur 2. *Petr.*2. d. Plus enim ſitim temporalium augent, quam extinguant, vt puluis, & tamen plures illos fontes ſitiunt, & dibunt, quam iſtos. *Ier.*2.c. Duo mala fecit populus me⁹: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, &c. *Et* 1. d. Quid tibi in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?

d Ibi] id eſt, in his fontibus. *Ioan.*5. f. Scrutamini Scripturas, &c. Vel [Ibi] id eſt, in Cruce, eſt. *Allegor. de Chriſto.*

e Beniamin] id eſt, Chriſtus, qui primò fuit Beniamin] id eſt, filius doloris, & hoc in ara Crucis; & in ipſius partu mortua eſt mater eius Synagoga. Et poſtmodum factus eſt Beniamin, id eſt, filius dexteræ ſedens ad dexteram Patris.

g In mentis exceſſu] id eſt, in humilitate. *Luc.*9. d. Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Et dicitur Exceſſus, eo quod excedebat opinionem humanam, ſcilicet, quòd filius Dei dignaretur mori: Et quia exceſſit omnium merita & omnem iuſtitiam; non enim fuit iuſtitia, quod moreretur, ſed mera miſericordia. Item quia videbatur ebrius, *Ier.* 23. b. Factus ſum velut vir ebrius. Ita enim calicem ſuum bibit, quod quaſi vir ebrius factus: De quo. *Matth.* 28. c. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. Vel de Paulo exponitur dupliciter ſecundum ſuum duplicem ſtatum.

d Ibi] id eſt, in primitiua Eccleſia.

e Beniamin] id eſt, Paulus, ſiue potius, Saulus de Tribu Beniamin.

f Adoleſcentulus] ad literam. Vnde, *Act.*7. g. Teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.

g In mentis exceſſu] id eſt, plenus furore in Eccleſiam. *Act.*9. a. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos. Vel de ſtatu poſt conuerſionem.

d Ibi] id eſt, in Eccleſia, vel in fontibus Iſrael. *De S. Paulo dupliciter.*

e Beniamin] id eſt, Paulus.

f Adoleſcentulus] vltimò vocatus à Domino, & qui ſe minimum inter alios reputabat. 1. *Cor.*15. b. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus.

g In mentis exceſſu] quando raptus fuit vſque ad tertium cœlum 2. *Cor.*12. a. Vel Moraliter de vita contemplatiua.

d Ibi] id eſt, in fontibus Saluatoris.

e Beniamin] id eſt, contemplatiuus, qui prius fuit Beniamin, id eſt, filius doloris in Pœnitentia, & labore, & poſtmodum efficitur Beniamin, id eſt, filius dexteræ in contemplatione, & requie.

f Adoleſcentulus] per innocentiam, & humilitatem, ſicut 1. *Petr.*2. a Sicut modò geniti infantes, &c. *Matth.*18. a. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli. & cætera.

g In mentis exceſſu) quia leuauit ſe ſuper ſe: *Thren.*3. b. Nec tantum Beniamin, ſed &c. *Moral. de viro contemplatiuo.*

h Principes Iuda duces eorum] qui in Eccleſiis benedicunt Dominum.

k Principes Zabulon, Principes Nephtalim] id eſt, Apoſtoli qui de his Tribubus nati ſunt, Vel [Ibi] cum Domino habitauerunt. Vnde *Matth.* 4. b. Venit Ieſus, & habitauit in Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephtalim. *Iſa.*9. a. Primò tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim. Vel ſecundum interpretationes nominum.

h Principes Iuda] id eſt, confeſſionis.

k Principes Zabulon] id eſt, fortitudinis.

l Principes Nephtalim] dilationis. Hi ſunt Apoſtoli, qui ſunt.

i Duces eorum) ducentes eos. Primò ad confeſſionem fidei. Secundò ad fortitudinem operis: Tertiò ad dilatationem, i. ad latitudinem hæreditatis æternæ: Quæ, vt dicit *Greg.* iam lata eſt, quòd eam hæredum numerus non anguſtat. Vel ſecundùm tria tempora Eccleſiæ poteſt iſtud legi de Prælatis, ſic.

i Duces eorum] ſcilicet, Prælati primò fuerunt.

h Principes Iuda] id eſt, Martyres pro confeſſione fidei. Cui conſonat alia littera quæ habet: [Principes Iuda in purpura ſua.] Et ſecundo.

k Principes Zabulon] id eſt, Confeſſores fortes contra hæreticos. Tertiò.

l Principes Nephtalim,] id eſt, moderni qui ditantur in temporalibus, & latam viam ſubditis exemplo oſtendunt.

Allegor.

dicens. a Exurgat Deus,] resurgendo. Hæc verba accepit Propheta à legislatore. Sic enim dicebat Moyses. *Nu.* 10. d. cum eleuaretur arca : Surge: Domine, & dissipentur inimici tui : & fugiant, qui oderunt te, à facie tua. Arca significat Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, *Col.* 2. a. In quo est manna pietatis virga æquitatis, tabulæ veritatis. Eleuata autem fuit ista arca quando Christus de sepulchro surrexit. Vnde & ipsam petit Propheta, dicens? Exurgat Deus. De Resurrectione autem Domini multæ consecutæ sunt vtilitates: Quæ ponuntur hic per ordinem. Prima est confusio inimicorum Christi. Secunda est exultatio fidelium. Tertia est laus vniuersalis.

EXurgat *a* Deus, & *b* dissipentur inimici *c* eius: & *d* fugiant qui oderunt eum, à *e* facie eius. *f* Sicut deficit fumus, deficiant sicut *g* fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à *h* facie Dei. Et *i* Iusti epulentur, & *k* exultent in conspectu Dei: & *l* delectentur in lætitia

al. † iucundentur,

Vtilitates de Christi resurrectione. De Dispersione: Iudæorum.

Confusio autem inimicorum, de qua primo agit, in multis cōsistit. Quorum primū est illorū dispersio, vnde dicit. *b* Et dissipentur] id est, dispergantur. *c* Inimici eius,] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur inimici Christi. Dissipati sunt autem inimici Christi anno 42. post Assensionem eius. Tunc impletum est illud *Amos* 9. c. Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus Gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro. Hoc enim fecit Dominus, vt purgarentur, sicut purgatur triticum, quando ventilatur : & farina, quando cribatur. Sed ipsi adhuc non sunt purgati; completum etiam est illud *Deut.* 28. g. Disperdet te Dominus in omnes populos à summitate terræ vsque ad terminos eius. *Ezech.* 36. Dispersi eos in Gentes iuxta vias eorum. Secudum est instabilitas. Vnde dicit.

d Et fugiant, &c.] id est, à præsentia sanctorum fidelium, in quibus Deus apparet. Vel à facie eius, id est, à præsentia eius, quæ vbique est. Ipsi enim vbique instabiles sunt. Et quasi fugitiui. Et meritò, quia fratrem suum, id est, Christum occiderunt, sicut Cain, de quo *Gen.* 4. b. Vagus, & profugus eris super terram. Tertium est casus à dominatione, vel ab elatione superbiæ. Vnde sequitur.

f Sicut deficit, &c.] Fumus quantò magis ascendit, tantò magis euanescit, & deficit. Sic regnum Iudæorum in maximo honore fuit, sed postea ad maximam vilitatem deuenit. *Psal.* 36. Quemadmodum fumus deficient. Quartum est pœna eorum æterna. Vnde dicit.

g Sicut fluit, &c.] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur peccatores. *h* A facie Dei,] iudicantis. *Mich.* 1. a. Consummentur montes subtus eum, & colles sicut cera, i. superbia Iudæi. Secunda vtilitas, quæ secuta est de Christi Resurrectione, est fidelium exaltatio. Vnde sequitur.

i Et Iusti, &c.] Et possunt hic quatuor notari contra quatuor, quæ præcesserunt. Epulentur, contra hoc quod dixit dissipentur. Exultent, &c. contra hoc, quod dixerat, fugiant à facie eius: & delectentur, contra hoc, quod dixit, deficiant. In lætitia, scilicet, sempiterna, contra hoc, quod dixit, pereant, &c. Potest autem hoc exponi multipliciter, scil. Allegoricè, Moraliter, Anagogicè. Sed nunc tantùm Allegoricè exponamus, quia prædicta secundùm allegoriam tantùm exposuimus. Dicit ergo ad exultationem fidelium. *i* Iusti epulentur] in sumptione Eucharistiæ. Hæc enim est magna dignitas, vt homo manducet in mensa Dei cibū Angelorum, s. ipsum Dñm. *Ps.* 77. Panem Angelorum manducauit homo. Sed nota, quod de quibuscunque dicit, quod epulentur, sed tantum de Iustis. Iusti, inquit, epulentur non iniusti, 1. *Cor.* 11. g. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Et 5. b. *eiusdem*: Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur, non in fermento veteri, id est, peccato, sed in azymis sinceritatis. Et ex hac epulatione sequitur exultatio mentis: Vnde addit. *k* Et exultent in conspectu Dei, i. in cōscientia, vbi Deus inspicit. *Eccl.* 9. b. Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinū tuū: quia placent Deo opera tua, quasi dicat, quia iustus es, & opera pœnitentiæ habes : ideò securè, & cum exultatione accedas ad Sacramentum corporis, & sanguinis Domini. Vel exultent in conspectu Dei, i. cantent, & iubilent in Ecclesia.

l Et delectentur, &c.] vt non tantum sit exultatio exteriùs in corpore, vel in voce, sed intùs deuotio, & lætitia in mēte. Et delectātur fide in lætitia, i. in Christo, qui est lætitia Angelorū. Tertia vtilitas est laus vniuersalis, de qua dicit:

A a Cantate Deo

Moraliter.

a Exurgat Deus, &c.] Moraliter, vox est Iusti in tribulatione, vel tentatione positi, & petentis auxilium. Exurgat Deus in auxilum meum. *Psal.* 34. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. *Act.* 7. g. Vidit Stephanus Iesum stantem. *Ps.* 43. Exurge, quare obdormis, Domine, exurge, &c.

b Et dissipentur, &c.] i. dæmones vel mali homines, dæmones dissipantur cùm eorū fallacia per confessionē aperitur. Tunc enim accidit, sicut plerumque solet accidere, quando leuatur lapis, colubri, & reptilia, quæ sub eo latebant apparent, & tunc dissipantur, quia huc illucque dispergunter : Sic dæmones quando reuoluto duri cordis lapide eorum suggestiones, per confessiones aperiuntur, dispergunter, & dissipantur. *Mich.* 7. d. Velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis, id est, de cordibus confitentiū peccata sua. *Ps.* 34. Dissipati sunt, nec compuncti tentauerunt me, &c. Quod significatum est 2. *Reg.* 15. g. vbi dixit Dauid ad Chusi: Dissipabis consilium Achitophel. Chusi interpretatur secretum, & significat secretum confessionis. Achitophel fratris mei ruina, & significat diabolū. Notabile etiam est, quod dissipato consilio Achitophel, abijt, & suspendit se. *d* Et fugiant, &c.] i. dæmones.

e A facie eius,] i. Dei venientis in cor hominis per gratiā. Mali autem homines dissipantur in bono, cùm à malitiosa concordia dissoluuntur, de qua *Iob* 41. a. Corpus eius, s. diaboli quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, &c. Quam dispersionem petit, *Psal.* 58. Disperge illos in virtute tua, s. in misericordia. Vel fugiant, &c. vitantes per pœnitentiam iram furoris eius. *Psal.* 94. præoccupemus faciem eius in confessione. *Isa.* 2. d. Introibunt speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & a gloria Maiestatis eius. *f* Sicut deficit, &c. vt, s. iam non sint peccatores, sed pœnitentes. *Pro.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Hic est bonus defectus. *Ps.* 118. Defecit in Salutare tuum anima. Vel vt hæc in malo legantur. *a* Exurgat Deus] ad iudicandum, qui modo expectans ad pœnitentiam dormire videtur. *b* Et dissipentur, &c.] i. amatores mundi, qui sunt eo ipso inimici Dei. *Iac.* 4. b. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. *Psal.* 67. Dissipa Gentes, quæ bella volunt, scil. mundanos, quorum fortior cōtra debiliorē semper habet bellum. Vel aduocatos propriè vocat Gentes, quæ bella volunt, qui tunc dissipabuntur: secundum quod dicitur *Iob* 5. c. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat. Et post, Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

d Et fugiant,] id est, fugere appetant.

e A facie eius] irata in iudicio. Qui oderunt eum, scil. veritatem. *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, scil. veritatem : Ergo Christum, qui est veritas. *Ps* 73. ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Sed quantò plus ascendunt nunc per superbiam, tantò magis tunc ad nihilum deducentur : vnde sequitur. *f* Sicut deficit, &c. Qui quantò magis ascendit, tantò magis adnihilatur. *Os.* 13. b. Erunt sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. *Is.* 65. a. Isti fumus erunt in furore meo. *g* Sicut fluit, &c.] Deus. n. ignis dicitur *Deut.* 4. d. Deus noster ignis consumens est. *Is. vlt.* e. Dominus in igne veniet *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes : à facie tua montes defluerent. *i* Et] è contrario [Iusti epulentur] in æterno conuiuio, *Luc.* 22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis : & bibatis super mensam meam in regno meo. Et notanda sunt hic quatuor. Epulentur, &c. Epulatio, & exultatio, ad corpus pertinent delectatio, & lætitia ad animam. Et sic tangitur duplex stola, corporis, videlicet, & animæ, de qua *Pro. vlt.* c. Domestici eius vestiti sunt duplicibus, sicut *Is.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis : ecce serui mei bibent, & vos sitietis : ecce quæ ad corpus pertinēt. Et de his quæ ad animā, addit. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini, &c. Vel sic, Epulatio ad gustum pertinet. Exultatio ad gestum, i. ad tactum : Delectatio ad sensum interiorem: Lætitia ad fruitionem gloriæ. Item moraliter. *l* Iusti epulantur & exultent.] Ad literam, cùm epulantur exultant boni homines, id est, hilares sunt in mensa sua. *Eccl.* 30. d. Splendidum cor bonum, in epulatione liberale cor habens. Vnde sequitur. Epulæ. n. eius diligenter fiūt. E contra dicitur de auaro *Eccl.* 14. b. In tristitia erit super mensam suam. Sed ne ista lætitia sit carnalis, vel mundana, bene dicit, *k* In conspectu Dei] non in conspectu mūdi. Sicut multi, qui festa faciunt, & comessationes & gaudent, quia à mūdo videtur. Nō sicut *Tob.* 9. dicitur, quòd cū timore Dñi nuptiarū conuiuia exercebant. *l* Et delectentur

in lætitia

Allegor. A *a* Cantate Deo.] Tripliciter autem laudatur Deus, scilic. cantando in Ecclesia. Ad literam, vnde dicit: Cantate Deo. Item bene operando, vnde sequitur. *b* Psalmum dicite,] i. bene operamini ad honorem nominis eius. *Matt.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item prædicando, vnde addit. *c* Iter facite ei,] i. parate ei viam, & aditum ad corda hominum; vnde dicit *Greg.* Iter ei facimus, cum eius gloriam fidelibus mentibus prædicamus. Hinc Ioanni dicitur. *Luc.* 1. g. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et quare debeat fieri,

al. † psallite. *al.* † enim nomen est ei.

a Cantate Deo, † *b* Psalmum dicite nomini eius: *c* iter facite ei, qui *d* ascendit *e* super occasum: Dominus † *f* nomen illi. *g* Exultate in conspectu eius: *h* turbabuntur à facie eius, *i* patris orphanorum, & Iudicis viduarum. † *k* Deus in loco sancto suo: *l* Deus, qui inhabitare facit † vnius *m* moris in *n* domo

al. † dominus. 23. q. 1. c. *omnibus.* *al.* † vnanimes.

subiungit, s. quia à mortuis resurrexit, vnde dicit. *d* Qui ascendit,] resurgendo. *e* Super occasum,] i. super mortem, Vnde *Greg.* Super occasum Dominus ascendit, quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcauit. Sed quia dixerat: Psalmum dicite, posset aliquis quærere, quod est nomen eius? vel cui nomini? Plura enim sunt nomina: vnde soluit, dicens. *f* Dominus nomen illi.] *Isa.* 43. Ego Dominus, hoc est nomen meum. Vel potest sic legi & iungi: Qui ascendit super occasum, q. d. propterea quod mortem pertulit, & resurgendo calcauit, meruit nomen, quod est super omne nomen: secundum quod dicitur *Phil.* 2. a. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine eius genu flectatur, hoc est Dominus. Tales autem, qui Deo parant iter, persequitur diabolus, & mundus, quia eis contraria est via eorum. Vnde ne in tribulationibus contristati deficiant, hortatur eos dicens: *g* Exultate in conspectu eius,] sc. tanti nomini, q. d. exultare debetis, quia grati, & accepti estis in conspectu tanti Domini, qui non solum vos remunerabit; sed amatores mundi, qui vos conturbant, conturbabit: vnde addit: Turbabuntur à facie eius. Nec mirum, quia *i* Patris orphanorum, &c.] orphani sunt qui conuersi ad Dominum, iam non habent patrem mundum, vel diabolum. De quo *in Ps.* 44. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. De quibus *Ioan.* 8. f. dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Nec habent matrē concupiscentiam. De quibus s. patre & matre. *Ezech.* 18. *a.* Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, &c. Viduæ etiā sunt animæ, quibus maritus mundus, & error sponsus mortui sunt, de quo *Ioan.* 4. c. Quinque viros habuisti, & hunc, quem habes, non est vir tuus. Et propter hoc Dominus fit Iudex harum viduarum, vt eas vindicet: & Pater orphanorum, vt eis hæreditatem cælestem donet. Vnde *in Ps.* 26. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me, sc. vt Pater, & Iudex. Cum ergo in die iudicij homines mundani, qui modo istos orphanos, & viduas persequuntur, faciem Domini iudicantis videbunt sibi iratam.

h Turbabuntur à facie eius,] scilic. Christi Patris orphanorum, & Iudicis viduarum, secundum quod dicitur *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Nec solum in hoc consolatio eorum; sed & in hoc, quod in præsenti habitat Dominus in ipsis per gratiam, vnde addit. *k* Deus,] supple, est, in loco sancto suo, id est, in Ecclesia militante, & in anima fideli & humili. Vnde *Isaiæ. vlt.* a. secundum aliam translationem: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum, &c. 1. *Cor.* 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Sed quæ vtilitas est de habitatione huius hospitis? Magna, quia facit pacem, & concordiam magnam, vbi habitat Vnde addit. *l* Deus,] dico, qui habitare facit, id est, in vnitate fidei, & etiam morum. *n* In domo] id est, in Ecclesia. Vnde *in Ps.* 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. *Act.* 4. f Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, i. vnus sensus, & vna voluntas. Et in hac concordia cōiunxit Iudæos & Gētiles, vnde sequitur.

A *a* Qui educit

Moraliter. * in lætitia] non ebrietate. Sicut quidam, qui de hoc gaudent, quasi de magno triumpho, quando alios possunt inebriare. *Eccl.* 31. d. Vinum in iucunditate, non in ebrietate creatum est. Post prandium autem & epulationem debent fieri, quæ sequuntur, id est, gratiæ reddi Deo. Vnde dicit. *a* Cantate Deo] reddendo gratias. *b* Psalmum dicite, [sicut Religiosi dicunt, Miserere *c* Iter facite ei] eugtes ad Ecclesiam. Et hoc debemus facere propter duo, videlicet, Primò, vt ostendamus nos in his carnalibus epulis non delectari; sed ad mensam cælestem anhelare: vnde addit. *d* Qui ascendit super occasum,] q. d. post eum ascendite, mortalem carnem conculcando, & ad cælestia aspirate. Ad quod monet Apostolus. 1. *Cor.* 6. c. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Et post: Deus vero, & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Hoc est, qui ascendit super occasum. Secundò, vt nos ostendamus non ingratos esse de subsidio temporali. s. de cibo, quem dedit Dominus nobis. Vnde addit. *f* Dominus nomen illi,] q. d. confitemini eum Dominum qui nos seruos suos pascere dignatur etiam corporali cibo. *Ps.* 135. Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cœli. Et vt non tantum corpus, sed & spiritus reficiatur. *g* Exultate in conspectu eius,] i. in conscientia, vbi Deus videt. Hæc est enim refectio spiritualis: quia sicut dicitur *Eccl.* 30. c. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Et *Prou.* 15. c. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Hoc autem præcipuè in morte delectabile est sanctis viris. Vnde dicit *Greg. sup. illud Iob* 5. d. Bestias terræ non formidabis. Initium retributionis est ipsa in obitu securitas mentis. Sed non sic impij, non sic. Vnde de ipsis sequitur. *h* Turbabuntur à facie eius,] quando, s. vel statim, post mortem, vel in iudicio faciem eius iratam videbunt, iramque eius sibi firmatam cognoscent. Et præcipuè turbabuntur illi, qui eum in membris suis hic turbant, & persequuntur. Vnde ad hoc innuendum, non dicit simpliciter à facie eius, sed addit. *i* Patris orphanorum, &c.] Et sumi possunt viduæ, & orphani ad literam. Vel secundum quod supra expositum est; quibus mortuus est pater mundus, & concupiscentia mater. Orphanos autem, & viduas ad literam solent perturbare Bedelli, & etiam ipsi Sacerdotes, & Decani, qui eos defensare deberent. Nam quicquid habuit pater defunctus, volunt eis auferre. Sed tales tandem, turbabuntur à facie Patris orphanorum, & Iudicis viduarum, quia isti orphani, & istæ viduæ Patri, & Iudici suo conquerentur. *Prouerbiorum vigesimo tertio* b. Ne attingas terminos paruulorum & agrum pupillorum non introeas. Propinquus enim illorum fortis est, & iudicabit contra te causas illorum. Sicut dicitur *Eccl.* 35. c. Non despiciet preces pupilli nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Et ne quis eorum quantumcunque malus desperet, adiungit *k* Deus in loco sancto suo.] Locus Dei propriè est misericordia, in quo ipse est, & erit vsq; in diem iudicij. Sed tunc egredietur de loco isto, secundum quod dicitur *Isa.* 26. d. Ecce egredietur Dominus de loco sancto suo, vt visitet iniquitaté habitatoris terræ contra eum, &c. Idem dicitur *Mich.* 1. a. Et ne adhuc dubitet aliquis, ponit exemplum. *l* Deus,] dico, [qui inhabitare facit vnius moris in domo, i. in Ecclesia, quasi dicat, in hoc potestis videre, quod Deus est misericors, quia multos peccatores diuersos, & peruersos prius societati Sanctorum adiunxit, sicut Paulum, Matthæum, & Magdalenam, & multos alios, *Os.* 2. c. Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem. Achor interpretatur perturbatio, vel peruertēs, aut peruersor, & significat istos magnos peccatores, qui & alios fideles peruertere satagebant, & quos peruertere non poterant, perturbabant. Istos ergo dat nobis Dñs ad aperiendam spem, quia respicientes, quod post tantas offensas misericordiam consecuti sunt, de Dei misericordia speremus. Vnde cantat Ecclesia Dominica prima Quadragesimæ in persona pœnitentium. Tribularer, si nescirem misericordias tuas. Domine. Tu dixisti: Nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur, & viuat, qui Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti, misericors Domine. Item de Religione potest dici. *k* Deus in loco sancto suo. [Religio enim dicitur locus, quantum ad votum continentiæ. Locus enim, continens dicitur. Sanctus quoque dicitur iste locus, quantum ad votum paupertatis. Sanctus enim idem est, quod sine terra. Suus, id est, Domini proprius dicitur, quantum ad votum obedientiæ.

Ps. 1. *Ezech.* 33. *c.* *Aliter de Religione.*

l Deus, qui inhabitare facit.] Hoc contra Religiosos vagos, & contra Apostatas.

m Vnius moris,] contra singulares.

n In domo,] non dicit in domibus, sed singulariter, in domo, vt excludat cupiditatem, & inconstantiam. Auari enim multas domos volunt habere, *Isaia quinto* c. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Item inconstantes de domo ad domum discurrunt, *Ecclesiastic. vigesimo octauo* d. Vita nequam hospitandi de domo in domum. In hoc autem apparet Dei maxima misericordia, quod non tantum reuertentes ad se recipit; sed eos, qui non cogitant redire, reducit. Vnde dicit,

Allegor. A *a* Qui educit,] ad lumen fidei de tenebris infidelitatis. *b* Vinctos,] id est, Iudæos ligatos, non tantum vinculis peccatorum, sed obligatione legis. *c* In fortitudine,]sua, qua omnipotens est, *Iob 9.c.* Si fortitudo quæritur, robustissimus est. *d* Similiter eos]id est, Gentiles, qui exasperant Deum, tribuendo idolis cultum, & honorem, quem Deo debent, secundum quod dicitur, *Deut.34.c.* Prouocauerunt eum in diis alienis. *e* Qui habitãt,] id est, in idololatria, vbi sepelitur ratio hominis. Si enim ratio in illis vigeret, nõ adorarent idola surda, & muta. De quibus dicitur *Isa.65.a.* Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt.

al.† compeditos.
al. † amaricantes.
al.† egrediceris coram populo tuo.
al.† pertransieris.
al. † mons Sinai.

Qui *a* educit † *b* vinctos in *c* fortitudine: similiter † *d* eos, qui exasperant, qui *e* habitant in sepulchris. *f* Deus, cum † *g* egredereris in *h* conspectu populi tui: cum † *i* pertransires in deserto. *k* Terra *l* mota est, *m* etenim *n* cœli *o* distillauerunt à *p* facie *q* Dei † *r* Sinai, à *f* facie Dei Israël.

Aliter *Matth.27.f.* Vel sic, Qui educit vinctos, id est, animas de inferno in sua morte. *Zach.9.c.* Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos, de lacu, in quo non est aqua, id est, sensibilis pœna. Similiter eos, quia ad literam multa corpora eorum, qui dormierant, surrexerunt. Qui exasperans, quia per hoc exasperati sunt Iudæi.

Moraliter. * *a* Qui educit vinctos] vinculo voluntatis peccandi. *c* In fortitudine,]sua, cui nullus potest resistere, id est, misericordia. *Abac. 3.a.* Ibi abscondita est fortitudo eius. Nec tantum istos, sed & *d* Similiter eos, qui exasperant,] blasphemando & persequendo. Sicut Paulus, cui dixit Dominus: Saule, Saule, quid me persequeris? Et post: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. *e* Qui habitant in sepulchris,]id est, qui cupiunt mortem aliorum, vel qui detrahunt aliis. Vel, Qui habitant in sepulchris,]id est, decrepitos, qui sunt in ostio sepulchrorum suorum, *Gen. 7.c.* In articulo necessitatis intrauit Noë cum familia sua in arcam, *Matth.20.a.* vndecima hora vocat. Vel ita vt partim de simplicibus pœnitentibus. partim de Religiosis accipiatur.

Act.9.a.

Aliter *a* Qui educit vinctos,]id est, peccatores de vinculis peccatorum absoluit. Et hoc *c* In fortitudine sua, vt dictum est. *a* Similiter eos,] id est, Religiosos, qui exasperant sapientes huius mundi, sed stultos apud Deum. Eo enim ipso; quod multi intrant pauperes in religionem, exasperantur, & offenduntur sapientes huius mundi. *Eccles. 6.c.* Quam aspera est nimis indoctis hominibus sapientia. Sed hos tamen educit Dominus de mundo, quia vinculis diuitiarum, delitiarum, bonorum, & parentum carnalium erant ligati ad molam; ne Dominum sequerentur. Et hoc fecit similiter, id est, in fortitudine, id est, cum magna violentia, vnde possunt dicere: Dirupisti, Domine,

Psalm. 115. vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea Domino reddam, &c. q.d. non retractabo votum, sed perseuerabo. Vnde addit. *e* Qui habitant in sepulchris.] Sepulchrum est locus mortuorum, & significat Religionem, in quo habitant, qui mortui sunt mundo, *Col.3.a.* Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, *Iob 5.d.* Ingredieris in abundantia sepulchrum sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Item *Iob 3.d.* Gaudent vehementer, cum inuenerint sepulchrum. Sed hodie in multis sepulchris non inuenitur nisi sudarium, & linteamina, sicut dicitur *Ioan. 20.b.* quia multi sunt, qui non habent, nisi habitum Religionis, *1. Regum 19.c.* Pueri Saulis non inuenerunt, nisi simulacrum, & pelles caprarum: Dauid autem non inuenerunt i. bonum actiuũ, vel bonum contẽplatiuum. Vel contra eos qui habent plura beneficia, vel præbendas, potest dici istud verbum.

Religio dicitur sepulchrum.

Aliter. *e* Qui exasperant, qui habitant in sepulchris.] Sepulchrum vnum dicitur vnum beneficium, siue vna præbenda: quia beneficia, & præbendæ instituta sunt pro animabus defunctorum, qui in Ecclesiis sunt sepulti. Sed quia non sufficit eis habere vnum sepulchrum: sed duo vel plura sibi vsurpant, ideo exasperant Deum, quia in Acheldemach plura sepulchra occupant, id est, in Ecclesia pretio sanguinis Christi empta, & alij pauperes remanent inhumati, id est, sine beneficio. *Malach. 3.b.* Si affiget homo Deum, quia vos configitis me. Et dixistis. In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. In penuria vos maledicti estis, scilicet, propter penuriam pauperum, quorum bona vos occupatis. Nonne Deum exasperat, qui eum crucifigit

Secunda pars literaliter de beneficiis Dei populo Israël in egressu de Ægypto exhibitis. *f* Deus cum egredereris, &c.] Secunda pars, vbi agit de verbo Euangelij exhibito per egressum Christi à Patre, id est, per Incarnationem. Sed primò potest exponi ad literam, quia tangit historiam egressionis Domini ante filios Israël, & aliorum beneficiorum, quæ fecit eis Deus. Vnde dicit? Deus cum egredereris in conspectu populi tui Israël, *Exod. decimo tertio* d. Præcedebat eos in columna nubis.

i Cum pertransires in deserto,] per quod duxisti populum Israël. *Ps. 135.* Qui traduxit populum suum per desertum. Cum hæc, inquam, faceres.

k Terra mota est,] id est, aduersarij, eorum timuerunt, secundum quod dicitur *Exod. decimo quinto* b. Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor. obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

m Etenim cœli distillauerunt,] id est, dederunt manna. Et hæc duo.

p A facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.] Redde singula singulis: Terra mota est à facie Dei Sina, id est, qui apparuit in monte Sinai. Cœli distillauerunt à facie Dei Israël. Vel vtrumque coniungatur huic, quod dicit: Cœli distillauerunt, scilicet, à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël. Et determinat, quid distillauerunt cœli. A *a* Pluuiam volun-

Allegor. Nunc autem ad sensum mysticum redeamus.

f Deus,] fili.

g Cum egrederis, vel egredereris de sinu Patris. *Ioan.16.f.* Exiui à Patre; & veni in mundum.

h In conspectu populi tui,] id est, vt te visibilem in carne hominibus ostenderes.

i Cum pertransires, [vel] pertransieris in deserto,]id est, ad Gentes conuertendas, scilicet, per prædicationem Apostolorum, *Isaiæ.43.c.* Ponam in deserto viam, & in inuio flumina, & glorificabit me bestia agri. Viam appellat seipsum, qui dicit *Ioan. 14. a.* Ego sum via, veritas, & vita, quem posuit in deserto Gentium per prædicationem Apostolorum. Et flumina, id est, Apostolos, & Doctores in inuio Gentilitatis. Et bestia agri, id est, Gentilis populus glorificauit eum per fidem, & opera. Quæ dicitur bestia propter ferocitatem, propter ignorantiam, propter morum incompositionem. Propter hoc ergo dicit: Cum egrederis, & pertransires.

k Terra,] id est, Gentiles terreni.

l Mota est,] ad pœnitentiam. *Psalm.17.* Commota est, & contremuit terra. Et per quid? Per prædicationem Apostolorum. Vnde subdit.

m Etenim,] quia.

n Cœli,] Apostoli. *o* Distillauerunt,] pluuiam doctrinæ, de qua sequitur postea. Sed prius interponit, quod non a se habuerunt doctrinam, sed à Deo, cum dicit.

p A facie,] id est, à præsentia.

q Dei.] *Matth. 10. c.* Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dei dico, non noui, sed *r* Sinai,] qui, scilicet, dedit legem in monte Sinai. *f* A facie Dei Israël,] id est, videntis Deum per fidem, quod pertinet ad nouum Testamentum, quasi dicat, Deus est vtriusq; Testamenti, & ipsi Apostoli. A doctrinam vtriusque

Moraliter. *f* Deus, cum egredereris. Moraliter, Deus egreditur.

h In conspectu populi sui,]cum ostendit eis egressum, quo egreditur ad vindictam. *Matth. 24.c.* Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vsque ad Occidentem; ita erit aduentus filij hominis.

i Pertransit]autem [in deserto,]cum animæ peccatrici, & à bono opere sterili aliquam tribulationem corporis, vel inspirationem immittit, *Iob 4. c.* Ad me dictum est verbum absconditum. Et post: Cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Hoc est, quod hic dicitur: Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, id est, peccator in pœnitentiam, *Ps. 17.* Commota est, & contremuit terra. Item *Psalm. 6.* Sana me Domine, &c. Hoc autem frequentius fit per Prædicatores. Vnde causam huius ponit.

m Etenim cœli,] id est, Prædicatores, alti, clari, stellati. Alti, vita: clari, fama: stellati, virtutibus.

o Distillauerunt,] guttas prædicationis, & doctrinæ. *Iohel. 3.d.* Stillabunt montes, id est, Prædicatores, dulcedinem, & colles fluent lacte, &c. Stillant autem dupliciter, scilicet, comminando, & promittendo. Propter comminationes dicit.

p A facie Dei Sinai.] Sina enim interpetatur mandatum. Et ibi data fuit lex, & audita sunt tonitrua, & visa sunt fulgura, vnde exterriti sunt filij Israël. Tunc ergo distillant Prædicatores à facie Dei Sinai, quando prædicant Dominum terribilem propter transgressionem mandatorum. Cum autem prædicant eum mitem, & dulcem fore bonis, tunc distillant. *f* A facie Dei Israël,]i. videntium Deum. Dulce enim & suaue erit *Exod.19.c.*

* bonis videre

Literal. A *a* Pluuiam voluntariam segregabis,&c. Pluuiam,] id est, manna. *Psalm* 77. Pluit illis manna ad manducandum. *b* Voluntariam,] quam ipsi appetierunt, & quæ ad voluntatem eorum sapiebat eis, quod volebant. *Sap.* 16. c. Deseruiens vnusquisque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.

Ps. 147. *d.* † segregans. *al.* †. tua suauitate egenti.

c Segregabis,] dicit quia non fecit taliter omni nationi. *d* Hæreditati tuæ, de qua *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. *e* Et,] tamen infirmata est, vitio gulæ dicens. *Num.* 11. b. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. *Et* 21. b. Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.

_a_ Pluuiam _b_ voluntariam † _c_ segregabis, Deus _d_ hæreditati tuæ & _e_ infirmata est: tu _f_ vero perfecisti eam. _g_ Animalia tua _h_ habitabunt in ea: _i_ parasti in † _k_ dulcedine tua _l_ pauperi _m_, Deus.

f Tu vero perfecisti eam,] quoad aliquos, sicut Iosuë, & Caleph.

g Animalia tua habitabunt in ea,] id est, animalia parata ad immolandum tibi. Vnde dixit Moyses, *Exod.* 10. g. Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri.

i Parasti,] manna. *k* In dulcedine tua,] id est, dedisti ei dulcedinem, & saporem. *l* Pauperi,] populo, qui non habebat, quod posset comedere. *m* Deus,] qui potuisti facere. Vel sic, Parasti in dulcedine tua, terram fluentem lac, & mel. Pauperi, quia omnia expédetat in deserto.

A Dominus dabit

Allegoricè. A doctrinam vtriusque Testamenti ab ipso habuerunt, & Gentibus prædicauerunt. Et postea ostendit, quid distillauerunt cœli, dicens.

a Pluuiam,] id est, doctrinam, & gratiam. *b* Voluntariam,] id est, gratis à te datam, secundum quod *Gloss.* adducit quandam concordiam. *Iacob* 1. c. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.

c Segregabis.] id est, à Iudæis separatam dabis.

d Hæreditati tuæ,] id est, Gentibus. De quibus *in Psalm.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Vnde dixit Dominus Iudæis *Matt.* 21. d. Auferetur à vobis regnum Dei. *Interl.* Sacra Scriptura. Et dabitur Genti facienti fructus eius.

e Et infirmata est.] id est, infirmitatem suam per doctrinam prædicationis agnouit.

f Tu vero perfecisti eam,] quia cognita infirmitate quæsiuit medelam, & tu dedisti.

Pluuia dicitur doctrina:
- Quia à solo Deo, *Matth.* 23. a. Nolite vocari Rabbi, &c.
- Quia non est continua, *Iob* 36. d. Qui aufert stillas pluuiæ.
- Quia pluit super quosdam, *Amos* 4. b. Plui super vnam ciuitatem. &c.
- Quia de nubibus venit, *Eccl.* 9. a. Si repletæ fuerint nubes, &c.
- Quia refrigerat æstum vitiorum. *Ecclesi.* 19. b. Nonne ardorem refrigerat ros? *Psalm.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis.
- Qui terram continuat, vt hic. Et *Eccl.* 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, &c.
- Qui terram fœcundat, *Isa.* 55. c. Quomodo descendat imber, & nix de cœlo.
- Quia restringit fluxum, *Eccl.* 39. c. In verbo eius stetit aqua, &c.

Aliter. Vel aliter potest legi iste versus, *a* Pluuiam,] id est, filium tuum, ô Deus Pater.

Allegoricè. *b* Voluntariam,] quia ex mera gratia fuit incarnatus.

c Segregabis hæreditati tuæ.] Dicitur enim pluuia filius Dei. Vnde *Is.* 45. b. Nubes pluant iustum, *Psalm.* 71. Descendet, sicut pluuia in vellus. Voluntaria, quia vt habetur *Isa.* 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. Segregabis, dicis, id est, purum, & segregatum à malis dabis. Vnde *Heb.* 7. d. Talis decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.

d Hæreditati tuæ] id est Gentibus, vt dictum est.

e Et infirmata est,] Synagoga. *Ierem.* 15. Infirmata est, quæ peperit septem filios, occidit ei Sol cum adhuc esset dies, 1. *Reg.* 2. a. Quæ multos habebat filios, infirmata est.

f Tu vero perfecisti eam, id est, perficies. Et est prophetia de finali conuersione Iudæorum. *Deuteron. quart.* e. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum: *Isaiæ decimo*. c. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Dominum fortem.

g Animalia tua,] id est, Gentes tibi iam subditæ, vt iumenta, non sibi malè libera.

h Habitabunt in ea,] hæreditate, i. erunt ipsa hæreditas. Et hoc non suis meritis, aut sua virtute, sed quia.

k In dulcedine tua,] id est, in dulci misericordia tua.

i Parasti] id est, præparasti hæc.

l Pauperi] id est, Gentili.

m Deus,] diues. Quod autem prius occultè dixerat, aperit, cum subiungit: 23. q. 6. *iam vero.*

A *a* Dominus dabit

* bonis videre Deum. Vnde *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. *Iob.* 33. d. Videbis faciem eius in iubilo.

a Pluuiam voluntariam,] *Zachar. decimo* a. Petite pluuiam à Dño in tempore serotino: & Dñs faciet pluuiam imbris. Iste versus eodem modo exponitur. Moraliter, sicut expositus est. Allegoricè, secundum primam expositionem, scilicet, de pluuia prædicationis. Vel potest exponi de pluuia lachrymarum. Quæ quando scilicet, homo plorat pro amissione rerum temporalium, vel amicorum, vel huiusmodi, & tunc non placet Deo. Quandoque est voluntaria, & tunc placet Deo. Et hoc est, quando homo plorare desiderat pro peccatis suis, & aliorum, prò incolatu huius miseriæ, & pro dilatione patriæ. Hic est imber temporaneus, & serotinus, irriguum inferius, & superius. De imbre *Ioel secundo* f. Descendere faciet Dominus ad vos imbrem matutinum, & serotinum. De irriguo *Iudicior. primo.* c. Hanc pluuiam segregat Deus hæreditati suæ, id est, Iustis. Non enim omnibus datur. Vnde dicit Dominus *Ioan. decimo sexto* d. Amen, Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos; mundus autem gaudebit. *Moraliter.*

e Et infirmata est,] i. debilitata corpore. *Psalm.* 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. Item *Psalmo trigesimo.* Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

f Tu verò perfecisti eam,] in anima. 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur,

g Animalia tua habitabunt in ea,] scilicet, hæreditate. Quandoque enim animalia Dei, scilicet, Sancti habitant in hæreditate Domini, i. in anima fideli per recordationem, qui sunt animalia munda, findentes vngulam per discretionem, quia separant pretiosum à vili. Item ruminantes, i. iugiter meditantes in lege Domini. Quandoque autem sunt ibi ad tempus, sed non habitant: quia citò transfertur cor ad vanas, & noxias cogitationes. Quandoque verò sunt ibi, & habitant bestiæ diaboli immundæ, vt meretrices, & motus carnales, serpens inuidiæ, leo superbiæ, vulpes fraudulentiæ, &c. quæ multa sunt, de quibus dicitur *Isaiæ* 34. c. Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter alterum. Et posset aliquis dicere: Bene vellem, quòd animalia Dei habitarent in me; sed nescio, vbi inueniam ea. Et ideò benè sequitur.

i Parasti in dulcedine diuini eloquij: quia qui verbum Dei audit libenter, ibi docetur de vita Sanctorum. Ideò dicit, parasti. *Matth.* 22. a. Tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata sunt.

k In dulcedine.] *Psalm.* 118. Quàm dulcia faucibus meis, eloquia tua.

l Pauperi,] Ad literam, quia tales audiunt sermones, & exempla Sanctorum. Item in anima, siue in corde hominis debent esse animalia Dei rationabilia, id est, sacta desideria vitæ æternæ, non reptilia, & serpentia super terram. De quibus *Ezechiel. octauo* d. Ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, Sed in corde Dauid erant animalia Dei, cum dicebat: Domine, ante te omne desiderium meum. Et quare debemus desiderare, subiungit: Parasti, in vita æterna. In dulcedine tua, de qua *in Psalmo trigesimo.* Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Nec dicit, quid parauit: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum, vt dicitur 1. *Corinthior. secundo* c. & *Isaia sexagesimo quarto* b. Et hoc pauperi spiritu. *Matth. quinto* a. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hæc autem desideria accenduntur per verbum Dei: vnde sequitur.

* *a* Dominus dabit

Litteral. Δ *a* Dominum dabit verbum, &c.] id est, Iosue, & Caleph bona terræ promissionis. De hoc habetur *Num.* 13. & 14. quomodo ipsi loquebantur, & compescebant murmur populi. Et hoc faciet ipse.

d Rex virtutum,] Angelorum. Et Rex *e* Dilecti,] id est, populi Israel, quē dilexit. Ad maiorem autem expressionem repetit, dilecti. Et dabit.

al. † virtutes multas. al. † species.

Dominus *a* dabit verbum *b* euangelizantibus † *c* virtute multa. *d* Rex virtutum *e* dilecti, dilecti: † & *f* speciei domus *g* diuidere spolia. Si *h* dormiatis *i* inter medios Cleros, *k* pennæ *l* columbæ *m* deargentatæ,

f Speciei domus diuidere spolia,] id est, dabit eis victoriam in terra promissionis. Et habita victoria diuident spolia, quæ sumpserint in domibus speciosis, secundùm quod dicitur *Iosue* 8. f. quòd iumenta, & prædam ciuitatis Hai diuiserunt sibi filij Israel, & ostendit, quàm bona fuit illa terra promissionis, loquens de ea ad similitudinem columbæ, comparans terminos terræ promissionis pennis columbæ, meditullium autem dorso. Termini autem boni erant; sed meditullium melius, & hoc dat intelligere, dicens.

h Si dormiatis,] id est, si ad hoc peruenire possitis, quòd inter medias sortes Tribuum Israel quiescatis, scilicet, in Ierusalem, & circa. Tunc cognoscetis, quòd

k Pennæ,] i. termini terræ, sūt *m* deargētatæ,] i. valdè boni: Δ *a* Et posteriora

Alleg. A *a* Dominus dabit verbum.] Ecce pluuia, de qua suprà.

b Euangelizantibus,] Apostolis. Dabit dico.

c Virtute multa,] id est, sua virtute, quæ multa est *Psal.* 146. Magna virtus eius. Vel dabit virtute multa, id est, cum multa virtute, scilicet, fidei, & miraculorum, vt fortes sint in fide, & potentes in miraculis. Vndè dixit eis. *Luc. vlt.* g. Sedete in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto. Et benè potuit dare in virtute, ipse.

d Rex virtutum,] angelicarum, quæ sunt virtutes.

e Dilecti,] id est, Christi. Et bis dicit, dilecti, quasi dilectus à Deo & hominibus. Vel quia dilectus in se propter suam bonitatem, & dilectus in creaturis propter beneficia. Vel ipse est Rex virtutum, id est, Dominus, & rector miraculorum. Dilecti, id est, cœtus Apostolorum, qui est dilectus. Dilecti, id est, Christi, qui prius dilexit eos, quàm ipsi diligerent eum, 1. *Ioan.* 4. d. Ipse prior dilexit nos. Et est transitio inter istos tres genitiuos. Et ipse est, Rex.

f Speciei domus,] id est, Ecclesiæ, quia eam decorauit seipso, & Apostolis, & aliis Sanctis. *Sapient.* 13. a. Speciei generator hæc omnia constituit. Et ipse est.

g Diuidere spolia,] quasi dicat, sic vocatur. Vndè *Isaia* 8. a. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe. Et post: Auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ. Quia ipse alligauit fortem, & vasa eius diripuit, *Matt.* 12. c. Vel, vt sic coniungatur. Ipse Rex speciei domus diuidere spolia, id est, ad decorandam domum Ecclesiæ in diuisione spoliorum, id est, hominum, quos à diabolo eripuit. Hæc autem spolia diuisit, quando, sicut dicitur *Eph.* 4. e. quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam autem Euangelistas, &c. Et sic decorauit Ecclesiam. *Isai.* 49. c. Viuo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento vestieris.

h Si dormiatis. [Suprà dixit: Dominus dabit verbum, &c. vnde possent aliqui Doctores, & Prælati errare, putantes quòd non sit eis studendum, vel laborandum ad hoc, vt boni sint Prædicatores, sed totum Deo relinquentes. Vndè sic supplendum est, Dominus dabit verbum, non tantum Apostolis, sed, & vobis.

k O pennæ columbæ deargentatæ,] id est, ô Prælati, & Doctores eloquio Domini eruditi, qui Ecclesiam debetis sursum leuare per desiderium cœlestium. Non autem sine labore vestro dabit vobis verbum, sicut Apostolis. Sed si dormiatis, id est, iugiter quiescatis. *i* Inter medios. Cleros,] id est, inter duo Testamenta, quæ sunt sortes, quibus diuidetur vobis terra promissionis, sc. hæreditas cœlestis. Si enim secundùm illa vixerimus, hæreditatē illā recipiemus in possessionē. Colūba dicitur Ecclesia propter Λ innocentiam, &

Moral. * *a* Dominus dabit verbum.] Non glorietur Prædicator, quasi non acceperit; sed datorem verbi glorificet. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod non accepisti? 2. *Corinth.* 3. b. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Quibus dabitur?

b Euangelizantibus,] non mentientibus, aut trufantibus. *Ierem.* 23. e. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè.

c Virtutes.] Secundùm aliam literam hic est, Euangelizantibus virtutes multas. Quidam autem euangelizant, non in virtute, sed in vanitate: quia dicunt, & non faciunt. Sed dicit *Psalm.* 28. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, 1. *Corinth.* 4. d. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Sed non est prætermittendum adiectiuum, Matth. 23. a

c Multa.] Hypocritæ enim habent vsum exteriorem virtutum, sed interiùs nihil habent virtutis. Et hoc non est virtus multa, sed modica, vel nulla, 2. *Timoth.* 3. a. Habentes speciem quidem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Sequitur.

d Rex virtutum, &c.] non vitiorum, id est, rector subditorum in virtutibus. Hic ostendit, qualis debet esse Prælatus, qui præest populo, & ipsis Prædicatoribus, dicens: Rex virtutum dilecti, dilecti, id est, valdè dilecti, id est, Christi, non suorum. Vel, Rex virtutum, id est, rectus annunciator virtutum. Vndè 1. *Petr.* 2. b. dicit, maximè Sacerdotibus, & Prælatis: Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, Gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes eius annuncietis. Et talis Rex debet.

g Diuidere spolia,] Ecclesiæ, scilicet, præbendas, redditus, & eleemosynas, non ribaldis, aut parentibus, aut indignis. Sed

f Speciei domus,] scilicet, bonis viris, qui sunt decor Ecclesiæ, & gloria sanctuarij, fulgentes auro Charitatis, & sapientiæ, gemmis bonorum operum, argento eloquij, purpura, & hiacyntho, & bysso, &c. *Exod.* 28.

h Si dormiatis inter medios Cleros.] Hoc dicitur Prælatis, & Theologis, qui inter medios Cleros, id est, in meditatione sanctorum Testamentorum se dormire gloriantur; sed tamen ad suam ædificationem ea non trahunt. *Iob* 24. b. Inter aceruos meridiati sunt, quia calcatis torcularibus sitiunt. Vndè dicit: Si dormiatis inter medios Cleros, sint vobis.

k Pennæ columbæ deargentatæ,] quasi dicat, ex quo in sacra pagina studetis, habeatis charitatem Dei, & proximi; quæ vos sicut duæ alæ modò ad cœlum eleuent per contemplationem, & desiderium: modò ad terram reportent per compassionem, & zelum. Sed hæ pennæ sunt columbæ, vt cum his etiam simplicitatem teneatis. Nec ita simplices, vt non prædicetis: sed sicut colūbæ deargētatæ, vt ita diuino eloquio ornati sitis, vt simplicitas prædicationem non retardet, & prædicatio simpli- * citatem non

Vel in malo potest exponi versus iste.

h Si dormiatis,] per torporem.

i Inter medios Cleros, non inter primos Clericos, scilicet, Laurentium, Vincentium, & Stephanum: nec inter vltimos, qui strenui erunt; sed inter medios, scilicet, modernos, qui ad voluptatem viuunt. Tunc. In malo exponitur versus iste in Clericis.

k Pennæ columbæ,] id est, desideria animæ vestræ, erunt.

l Deargentatæ,] i. argento oneratæ. Et ideò sursum volare non poterunt: quia de argento cogitant, & ad diuitias aspirant. *Soph.* 1. c. Disperierunt omnes inuoluti argento. P *a* Et posteriora

h Si dormiatis, &c.] Octo notantur in hoc versu, quæ necessaria sunt Sacerdoti. Primum est quies mentis, quoad se, quod notatur per dormiatis. *Cant.* 5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat. *Ioan.* 8. 14. d. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Secundum est concordia, siue pax cum aliis, quod notatur ibi. Aliter Moraliter ut necessaria Sacerdoti.

i Inter medios.] *Marc. nono* g. Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. 1. *Corinthiorum primo* b. Obsecro vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, in eadem scientia. Tertium est scientia duorum Testamentorum, quod notatur per, Cleros, *Psalm.* 103. De medio petrarum dabunt voces. *Cant.* 7. d. Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi serui tui. *Matth.* 13. g. Omnis scriba doctus in regno cœlorum de Thesauro suo profert noua, & vetera. Quartum est volatus contemplationis, quod notatur ibi.

k Pennæ.] *Isaia sexagesimo* b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? *Psalm. quinquagesimo quarto.* Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo? Quintum est simplicitas, quod notatur ibi. *l* Columbæ,] *Matthæi decimo* b. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Sextum est eloquentia, quod notatur ibi. *m* Deargentatæ. [Vnde Moyses se excusat. *Exod.* 14. c. Obsecro, Domine, non sum ⊕ eloquens. Et

Litera. A *a* Et posteriora dorsi eius] id est medium terræ, quod est inter terminos, sicut dorsum columbæ est inter alas eius.

b In pallore auri est: id est, multo melius est, quam ipsi termini, sicut aurum pretiosius est, quam argentum. Vnde Dominus dixit Aaron. *Num.* 18. b. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti dedi tibi. Filij enim Aaron, sc. Sacerdotes, & Leuitæ in illo meditullio habitabant. A innocentiam, & simplicitatem. *Cant.* 6. c. Vna est columba mea. Argentum autem dicitur eloquium diuinum. Vnde in *Psalm.* 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum, &c. Pennæ autem, quæ illam columbam debent sursum ducere, sunt Prælati, & Doctores, qui eam debent ad desiderium supernorum eleuare. Vnde *Leu.* 7. d. dicitur, quod pectusculum eleuationis dabatur Sacerdoti. Vnde in *Psalm.* 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, &c. *Malach.* 4. a. Sanitas in pennis eius. Et hæ pennæ debent dormire, id est, iugiter morari, & meditari, inter medios cleros, id est, in studio duorum Testamentorum, & omnes sensus exteriores claudantur, & solum ad hæc, quæ Dei sunt, meditentur. *Psalm.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. Hoc significatum est *Exod.* 25. b. vbi dicitur, quod vectes erant semper in annulis. Ad quid? Vt posset arca portari, hoc est, columba eleuari. Vel inter duas sortes, id est, terrenam & cœlestem, hanc fugiendo, illam appetendo. Et sic Sancti inter has duas dormiunt, quia vsque ad mortem terrenã sortem habere nõ volunt, & cœlestem non possunt. Sed tunc cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, &c.

& † *a* posteriora dorsi eius in *b* pallore auri. Dum *c* discernit † *d* cœlestis *e* Reges super eam, *f* niue dealbabuntur in *g* Selmon: † mons *h* Dei mons *i* pin-

al. † inter scapulas eius in viriditate auri. *al.* † super cœlestis. *al.* † montē pē montem vberem. *Allegoricè.* *Psal.* 126.

a Et] si hoc faciatis, posteriora dorsi eius, id est, perseuerantia laboris, & pœnitentiæ ipsius Ecclesiæ, erunt. *b* In pallore auri,] id est, in charitate, quasi dicat, si tales estis Prælati, cæteri qui sunt in Ecclesia, per vestram exhortationem, & exemplum ad amorem Domini accendentur. Et per hoc in bonis operibus permanebunt: quia omnia sunt leuia amanti. Vnde 1. *Cor.* 13. b. Charitas omnia sustinet, id est, sustinere facit, *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Et notandum, quod non dicit in claritate auri, sed in pallore: in quo notatur, quod hic non habetur charitas in summo gradu, sed in imperfectione: in patria autem erit perfecta. Vnde *Isaia* 31. d. dicit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus in Ierusalem.

Moraliter. * tatem non euacuet. Vnde eis dicitur *Matt.* 10. b. Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Prudentia autem ista, non tantum in prædicando consistit, sed & in operando. Vnde sequitur.

a Et posteriora dorsi eius] id est, exempla patientiæ Sanctorum, quæ sequentibus videnda relinquunt. Sint. *b* In pallore auri] id est, in imitatione Iesu Christi, qui est aurum, & pretiositas Ecclesiæ, *Cant.* 5. c. Caput eius aurum optimum. Aurum istud pallidum fuit in Passione. *Isa.* 53. b. Liuore eius sanati sumus. Talia posteriora ostendebat Apostolus 1. *Cor.* 3. d. Imitatores mei estote, sicut & ego Christo, *Galat.* 6. d. Stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto.

In male de Clericis. P *a* Et posteriora dorsi eius] id est, exempla eius non sunt ad ædificandum proximos, sed ad prouocandum ad amorem terrenorum. Hoc.

Ouid. lib. 1. de arte. Psal. 3. d. *b* In pallore] id est in amore auri. *Ouidius,*

Palleat omnis amans.

Vel, in pallore auri, id est, non in pura, & cœlesti sapientia, quæ desursum descendit: sed in sapientia terrena, animali, diabolica. Si enim aurum sapientia dicitur, & pallidum aurum, praua sapientia dicetur. In primis Clericis poterat videri aurum rubeum, & optimum, scilicet sapientia Dei, quæ diuitias contemnit. Similiter in vltimis videbitur. Sed in medijs apparet aurum pallidum. *Thren. quarto* a. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.

Aliter. Moraliter. Θ eloquens, Et *Ieremiæ secundo* b. A, a, a, quia puer ego sum: & ecce nescio loqui. Vnde *Exod. vigesimo octauo.* f Vestietur ea Aaron, id est, tunica cum malis punicis, & tintinnabulis in officio ministerij, vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. *Ibi Gloss.* Omnia Sacerdotis vocalia sint, vt veritatem, quam mente suscipit, habitu resonet: & quicquid agit, quicquid loquitur doctrina sit. Vnde Ioannes Baptista interrogatus, quis esset? Respondit: Ego vox clamantis in deserto, &c. *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas. Septimum est compassio ad proximum, quod notatur. *ibi.* *Ioan.* 1. *a.*

a Posteriora dorsi.] Nam in dorso portatur onus, *Galat.* 6. a. Alter alterius onera portate, 2. *Cor.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Octauum est charitas, quod notatur ibi.

b In pallore auri.] *Eccles.* 28. d. Aurum tuum, & argentuum confla, id est, purifica. *Sap.* 3. b. Tanquam aurum in fornace probauit illos.

Allegoricè. *c* Cum discernit,] Tertia pars, vbi agit de donationibus Christi ascendentis. Est ergo sensus, Prædicta habebitis non à vobis, sed per dispensationem Domini, Hoc est.

d Dum cœlestis] id est, Christus, discernit, id est, diuidit singulis, prout vult, sua dona, 1. *Corinth.* 12. b. Diuidens singulis, prout vult. *Ephes.* 4. c. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, &c. Dum ergo ita discernit.

e Reges super eam] scilicet, Rectores super columbam, scilicet, Ecclesiam.

f Dealbabuntur niue,] id est, super niuem, id est, incomparabiliter ipsi Rectores, vel alij boni. *Isa.* 1. c. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et hoc non meritis suis, sed gratia Christi. Vnde dicit.

g In Selmon] id est, in vmbra gratiæ Christi, Selmon. enim interpretatur vmbra. Vmbra autem relinquitur ex lumine, & corpore. In Christo autem fuit lumen Diuinitatis, & corpus, humanitatis. Vnde prouenit nobis vmbra gratiæ, in qua dealbamur, id est, à peccato mundamur, & virtutibus decoramur. *Threnor.* 4. d. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in Gentibus. Selmon ergo significat Christum, vel eius gratiam. Et subiungit commendationem eius, dicens.

h Mons Dei] supple, Selmon est mons Dei. Ad literam enim Selmon mons est. Vnde *Iudic.* 9. f. Abimelech ascendit in montem Selmon, & Christus est mons montium. Vnde *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis præparatus mons domus Dñi in vertice montium, Et dicitur, mons Dei, quia est filius Dei, & à Deo datus nobis.

i Mons pinguis] plenitudine omnis boni, quia dedit ei Pater Spiritum non ad mensuram, *Ioan.* 3. d.

A *a* Mons coa-

Moraliter. Moraliter. *c* Dum discernit cœlestis, &c.] Terreni homines non discernunt, nisi ea, quæ parent oculis. Vnde multotiens approbant aliquos, quos Deus reprobat, qui interiora discernit. Hi sunt Hypocritæ, qui sunt niue dealbati, scilicet exterius tantùm in oculis hominum; sed interiùs sunt pleni omni turpidine, & immunditia, sicut solet contingere in hyeme, quòd sterquilinia niue cadente respersa dealbantur exterius: sed qui parum interiùs foderet, inueniret fimum nigrum, & fœtens. Hoc autem frequentiùs in Clericis accidit, Qui.

e Reges] id est, Rectores laicorum dicuntur. Vnde *Matt.* 23. c. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa: intùs verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, *Act.* 23. a Percutiet te Deus, paries dealbate. Hoc est ergo, quod hic dicit.

d Dum cœlestis] id est, Deus.

c Discernit Reges] i. Clericos, & Prælatos.

f Niue dealbabuntur] id est, non alibi penitus, sed quasi niue tantùm exteriùs dealbari inuenientur ab ipso, qui interiora discernit. Vnde dicitur *Hebr. quarto* c. Discretor cogitationum, & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo, id est, cui debemus, & nos oportebit reddere rationem. Et hoc.

g In Selmon] quod interpretatur virtutis vmbraculum, & significat Hypocrisim, quæ tantùm, vmbram, & speciem virtutis habet; rem autem non, 2. *Timoth.* 3. a. Speciem pietatis quidem habentes, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita.

h Mons Dei] id est, verus seruus Dei est, id est, bonus Prælatus.

i Mons pinguis] per deuotionem. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine.

* Item est

al. † montem incaseatum vel montē pinguem.
al. † incaseatos. Montem in quo placuit.
al. † inhabitabit vsque.
al. † millium.
al. † illis.

guis. † *a* Mons coagulatus, *b* mons pinguis; vt *c* quid *d* suspicamini montes † coagulatos? *e* Mons, in quo *f* beneplacitum est Deo *g* habitare in *h* eo: *i* etenim Dominus † habitabit in *k* finem. *l* Currus Dei *m* decem † millibus multiplex, *n* millia lætantium: Dn̄s in † *o* eis in *p* Sina in *q* sancto. *r* Ascendisti in *f* altū,

A *a* Mons coagulatus in ventre beatæ Virginis. *Sap.* 7. a. In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum. *b* Mons pinguis] Bis dicit hoc, quia pinguis, & plenus fuit in se. Vnde bene dicitur Christus, i. vnctus. *Psalm.* 44. Vnxit te Deus, &c. Item pinguis nobis, quia ab eo fluxerunt nobis flumina gratiæ & doctrinæ. *Gen.* 49. c. Aser pinguis panis eius præbebit delicias Regibus, 1. *Ioann.* 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Et ô vos, quorum quidam dicunt Ioannem esse hunc montem, alij Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. *Matth.* 16. b.

c Vt quid suspicamini montes] id est, illos Sanctos esse hunc montem. Licet enim coagulati sint virtutibus, & operibus solidis, & lacte simplicis doctrinæ paruulos nutriant; non tamen ad illius montis celsitudinem attingunt, qui est in vertice montium, & eleuatur super colles, eò quod Deus est. Vnde subiungit de ipso, quod est. *e* Mons in quo] sol●.

f Beneplacitum est Deo] verbo *g* Habitare] non per essētiam, vel per gloriam tantū, sed & per vnionem personæ. *h* In eo] homine. Vnde Ioan. 1. b. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc est, quod hic sequitur.

i Etenim Dominus habitabit] per gratiam in montibus, scilicet, in Sanctis. *k* In finem] vsquequo perducat eos in se Deum contemplandum. Vel vsque in finem sæculi, secundum illud *Matth.* 28. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Dixit, quod montes illi coagulati non sunt mons ille pinguis, qui est Christus; sed ipse habitat in eis. vnde sequitur, quod sunt currus Dei, quia eum portant. Et ideò subiungit. *l* Currus Dei, &c.] Et commendat eos in hoc versu à sex, videlicet, ab vnanimi charitate, cum dicit Currus Dei. A multitudine, cum dicit: Decem millibus multiplex. Ab hilaritate, cum dicit: Millia lætantium. A Dei inhabitatione, cùm dicit: Dominus in eis. A mandatorum impletione, cùm dicit: In Sina. A sanctitate, cum dicit: In sancto. longe ergo sic. Ipsi sunt currus Dei, portantes Deum verbo prædicationis. Currus dico. *m* Multiplex] ex personis diuersarum facierum gratiæ, propter diuersa dona Spiritus sancti & hoc, quod dicit.

m Decem millibus] id est, ex hominibus perfectis in virtutibus, & operibus. In millenario enim pefectio virtutum, in decennario decalogi impletio intelligitur. Et hi sunt. *n* Millia lætantium] id est, spe gaudentium. Et quare lætantium? Quia *o* Dominus in eis] per gratiam. Et quare in eis? Quia implent mandata, vnde dicit *p* In Sina.] Et quia mundi sunt, vnde addit. *q* In sancto] *Psalm.* 21. In sancto habitas laus Israël. Vel sic, in Sina, vel, Sinai in sancto, id est, in impletione sanctorum mandatorum & secundum hoc superfluit, in secundo positum. Vel iterum sic, Dominus in eis in Sina, id est, qui dedit legem in monte Sinai. Et ipse idem habitat in sancto, id est, in Christo, qui est Sanctus Sanctorum. Vel, in eis in sancto; id est quia sunt Sancti. Et quomodo ista facta fuerint, consequenter ostendit, conuertens sermonem ad ipsum auctorem, dicens: *r* Ascendisti,] ô Christe. *f* In altum] locum, in cœlum. Et in altum, dignitate, quia sedes ad dexteram Patris. Et dicit: Ascendisti, propria virtute, quasi non portatus ab aliis. *Ioan.* 3. b. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Hæc Christi Ascensio fuit hic prænunciata. Et *Mich.* 2. d. Ascendit pandens iter ante eos. Præfigurata autem fuit 4. *Reg.* 2. b. vbi dicitur, quod ascendit Elias per turbinem in cœlum. Recitata autem fuit *Act.* 1. b. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Dicit ergo. Ascendisti in altum. Sed antequam ascenderes.

A *a* Cæpisti captiuitatem.

Moraliter. * Item est *a* Mons coagulatus] præbens lac paruulis, scilicet simplicem doctrinam, & coagulum, solidioris cibi robustis. *Iob* 10.b Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? *b* Mons pinguis] non tantum interius per deuotionem, sicut superius, sed etiam exterius per opera misericordiæ, quibus vnguunt pedes Domini, id est, pauperes. Et licet hoc de multis, scilicet, de omnibus bonis. Prælatis, & etiam de aliis dicatur; tamen singulariter loquitur, in quo innuit vnitatem, & concordiam, quæ inter bonos debet esse, quæ inter malos non est. Vnde de malis montibus in plurali subiungit.

c Vt quid ò vos simplices. *d* Suspicamini montes] esse coagulatos, id est, hæreticos, & hypocritas, & alios malos, altos per superbiam, diuisos per varios errores, habere sanam doctrinam? quasi dicat, nolite hoc suspicari. De istis enim montibus dicitur *Iob* 40. c. Huic montes herbas ferunt, scilicet: Behemoth, id est, Diabolo, quasi dicat, doctrina eorum non nutrit filios Dei, sed feras Diaboli. Sed adhuc posset aliquis dubitare, & quærere, quis mons Dei? Vnde quasi describens, subiungit.

e Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo] per gratiam. Talis est mons pinguis charitate. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

i Etenim Dominus habitabit] in eo, non ad horam, sed vsque.

k In finem] quantum in ipso est non recedet, quia dicit *Prou.* 8. d. deliciæ meæ sunt esse cum filiis hominum. Sed quidam eum nolentem expellunt per peccatum. Non autem tantum habitat in eis, sed etiam per eos fertur ad alios. Nec ipsi pauci sunt, sed multi, vnde subdit.

l Currus Dei, &c.] Ipsa enim charitas, propter quam Deus à nobis habitat, dicitur currus, sicut significatum est *Genes.* 46. c. vbi dicitur, quod iuncto Ioseph curru ascendit obuiam patri suo. Qui igitur vult obuiare Patri suo cœlesti, iungat currum charitatis in Dei amore, & proximi. Nec solum ipsa charitas, imo & sancti habentes charitatem, currus Dei dicuntur 4. *Reg.* 2. b. Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et iste currus est.

m Multiplex decem millibus] id est, personis innumerabilibus, quæ currus Dei sunt. Vsus Græcorum est, à quibus translationem istam habemus, ponere istum numerum pro infinito. Hoc autem est contra illos, qui iudicant nimis strictè dicentes, quod pauci sunt Iusti, vel nulli, sicut 3. *Reg.* 19. c. credidit Elias, quod nullus esset Iustus præter ipsum. Cui respondit Dominus. Adhuc reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal: Et hæc sunt millia lætantium, vsque in finem versus, sicut supra expositum est. Item magis propriè: Currus Dei sunt, qui pro Deo pedites per mundum currunt, vt nomen eius per mundum portent. Hi sunt Theophori, id est, Religiosi, qui se ad officium dedicauerunt. Et iste currus est multiplex decem millibus, quia Dominus tales multiplicat, & iam multiplicauit, & multiplicabit vltra decem millia. Iam etiam sunt fratres minores, plus quam decem millia de paupertate, & tribulationibus, *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus. *Psalm.* 105. Saluos fac nos, Domine, Deus noster: & congrega nos de nationibus, scilicet, de omni natione, quæ sub cœlo est: vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Vel lætantium, de profectu aliorum.

o Dominus in eis] 1. *Cor.* 14. e. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur, &c. & ita cadens in faciem adorabit Deum pronuncians, quod vere Deus in vobis sit.

p In Sina,] id est, in tentatione. Sina enim interpretatur tentatio egrediens ei. *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

q In sancto] opere, quasi dicat, Dominus est in eis, vt à malo defendat eos, & ad bonum promoueat: & ideo lætantur, & omnia pro eo libenter sustinent. Vnde *in Psalmo trigesimo secundo* Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est, quia in eo lætabitur cor nostrum, &c. Secundum hæc, quæ prædicta sunt, currus Dei non solum dicitur multiplex, sed & multipliciter: quia Currus Dei, vt prædictum est.

Dicitur {
- Charitas.
- Vir iustus.
- Ordo prædicantium Religiosorum.
- Angeli, 4. *Reg.* 2. b. Currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque.
- Euangelium à currendo, 2. *Thes.* 3. a. Sermo Dei currat, &c.
}

r Ascendisti, &c.] Posset aliquis dicere, bene video, quod Dominus in talibus habitat, sed de hoc miror, quia ipsi solebant diligere, & amplecti terrena; nunc autem ea contemnunt. Hoc autem non est mirum, quia Deus hoc fecit. Hoc est, ascendisti, ô Deus, in corda eorum.

f In altum] *Ps.* 83. Ascensiones in corde suo disposuit. Solebat enim Dominus in talibus nullum locum, vel infimum ad minus habere. Mammona verò altū & magnum

* locum

a Cepisti captiuitatem,] i. captiuos de Limbo eduxisti. *Zachar.9.* c. Tu quoque in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vel, Captiuitatem cepisti, i. eos, quos diabolus in peccato captiuauerat, tuo iugo suaui subiugasti: *Isa.* 49.g. Hæc dicit Dominus, equidem captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. *b* Accepisti dona, &c.] intransitiuè, i. homines dona. *Ioan.* 17.b. Tui erant, & mihi eos dedisti. Vel sic: Accepisti dona, distribuenda. *c* In hominibus,] i. inter homines. Cui concordat alia litera, quæ habet: Dedisti dona hominibus. Et huic duplici lecturæ dupliciter iungitur, quòd sequitur. *d* Etenim, &c.] Quasi, accepisti, & homines, dona. Probatio. Etenim accepisti, homines. *e* Non credentes,] quià non credebant.

al. † captiuasti.
al. † qui non credunt.
al. † de die in diem.
al. † sanitatum nostrarum.
al. † conquassabit.

† cepisti *a* captiuitatem: *b* accepisti dona in *c* hominibus. *d* Etenim *e* non † credentes, *f* inhabitare Dominum *g* Deum. *h* Benedictus Dominus † *h* die quotidie: *i* prosperum iter *k* faciet nobis *l* Deus † salutarium nostrorum. *m* Deus *n* noster, Deus *o* saluos faciendi: & *p* Domini Domini *q* exitus mortis: *r* Veruntamen Deus † *s* confringet capita inimicorum suorum: *t* verticem *u* capilli *x* perambulantium in deli-

g Deum,] scilicet, verbum *f* Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes,] quia non credebant.

g Deum, scilicet, verbum. *f* Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes inhabitare,] i. vt hi qui non credebant, habitarent. *g* Dominum Deum] per fidem operantem per dilectionem. 1. *Ioan.* 4. c. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo Et propter ista fit *h* Benedictus Dominus, &c.] i. semper iugiter. *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Ideò fit [benedictus,] quia ex quo ipse caput ascendit, & nobis dona dedit.

i Prosperum iter] ascendi post eum. *k* Faciet nobis,] quia ipse est. *l* Deus salutarium nostrorum.] Vndè suprà petebat: Exaudi nos, Deus Salutaris noster, &c.

Christus ascendit.

- In Incarnatione. *Isaia* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, &c.
- In Passione. *Cant.* 7. c. Ascendam in palmam, &c.
- In Resurrectione, vt hic.
- In Ascensione. 3. *Reg.* 18.g. Ecce nubecula parua, &c.

Moraliter. *Luc.* 12 *f.* *Ibid.* 14.*b.*

* locum ibi tenebat. Sed ipsi accenso igne, quem venit Dominus in terram mittere, dixerunt Domino: Amice, ascende superiùs. *a* Cepisti captiuitatem,] i. denarios diu incarceratos, produci fecisti, & dari pauperibus. *Luc.* 12.e. Anima mea, habes multa bona, &c. *Osea* 2. b. Sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum. Clamat Ioseph, i. augmentum incarceratum. *Gen.* 40. c. Memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furto sublatus de terra Hebræorum, i. transeuntium, i. pauperum. Et tu ipse, qui das diuitibus. *b* Accepisti dona,] i. eleemosynas, non in tua persona, sed.

c In hominibus] pauperibus. *Matth.* 25. d. Quod vni ex minimis fratribus meis fecistis, mihi fecistis. In hominibus, dicit, non in turribus, vel in muris, vel in castris Ecclesiæ ædificandis. Nec etiam dicit, quod muris, vel turribus fecistis, mihi fecistis: Aliud est facere pro Deo, aliud facere Deo, plus est facere ipsi Deo. Vel sic. *b* Accepisti dona] eorum non tantùm in rebus, sed etiam. *c* In hominibus,] i. non tantùm sua, sed seipsos dederunt tibi. *Matth.* 15. d. Qui vult venire post me, abneget seipsum, &c. 2. *Cor.* 12. d. Non quæro vestra, sed vos. Hoc est, quod sequitur. *d* Etenim non credentes,] i. amatores diuitiarum: De quibus dicit *Ieron.* Veram fidem de Deo non habet, qui cupit in his miseriis fieri diues. *f* Inhabitare, &c.] i. hoc accepisti ab eis, vt tu Dominus Deus habitares, & possideres eos, & vt ipsi etiam habitarent, & possiderent teipsum, omnibus relictis, vt te solum acquirerent. *Num.* 18.c. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego enim pars, & hereditas tua. Hoc au-

tem donum Dei est, vt homo omnibus contemptis, Deum solum quærat. Vndè in persona eorum, quibus datum est hoc, gratias agens subiungit. *h* Benedictus Dominus die quotidie, vt suprà. *i* Prosperum iter faciet nobis] ducens nos per arctam, & rectam semitã, vbi non est periculũ, sicut in lata via. *Prou.* 4.b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prosperum ergo iter faciet nobis, non Regis conductus, sed. *l* Deus Salutarium, &c.] qui salutaria nostra procurat, & prouidet nobis, non voluntaria nostra: sicut Medicus non dat ægro cibaria, vel medicamenta desiderata, sed salutaria, i. saluti necessaria. Vndè noluit amouere à Paulo stimulum carnis suæ, licet de hoc rogaret eum Paulus, sed dixit. Sufficit tibi gratia mea. *m* Deus noster Deus saluos faciendi.] Quarta pars vbi exponit operationes Dei: Quia posset aliquis dicere, quomodo parat prosperum iter, qui dicet: Ite maledicti in ignem æternum? Ideò ostendit, quòd Deus quantum est in se, omnes vult saluos fieri, & saluat quantum in se est, sed tamen, quia iustus est, malos, qui saluationem renuunt, damnabit. Hoc est, quod dicit. [Deus noster. Deus omnium per creationem. *n* Noster] per specialem cultum est. *o* Deus saluos faciẽdi,] quia ad hoc specialiter venit in mũdum, sicut dicitur *Luc.* 9.g. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et tantùm appetebat salutem nostram, quòd mori voluit propter eam. Vndè addit. *p* Et Domini.] Hæc geminatio notat excellentiam. *q* Exitus mortis] quasi dicat, voluit exire de mundo per noctem propter nos. 2. *Cor.* 5. c. Christus pro omnibus mortuus est. *Sap.* 7. Vnus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. Si ergo volumus saluari, oportet, quòd & nos moriamur, & corporaliter, vt meliùs reformemur, & spiritualiter, vt carnem, & concupiscentias eius crucifigamus, & pro fratribus, quando necesse fuerit morti nos exponamus. 1. *Ioan.* 3. c. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille posuit animam suam pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vel, exitus mortis, dicitur eius Resurrectio, quia posset dicere Iudæus, vel infidelis, quomodo est Deus saluos faciendi qui seipsum saluare non potuit? Vndè dicit Domini, qui potuit mori non nisi de pura voluntate: Domini, qui potuit resurgere pro sua voluntate, est exitus mortis,] i. exiuit à morte resurgendo. *Ioan.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hanc duplicem potestatem notat hic, cùm dicit, Domini Domini. Vel. [Exitus mortis,] i. prouentus mortis, & tribulationis, sunt Domini, sicut exitus vinearum, & aliarum rerum dicuntur esse Dominorum, qui possident res illas. *Rom.* 14.b. In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Et *eodem.* Nemo nostrum sibi viuit, & nemo nostrum moritur sibi. Et *eodem.* Siue viuimus, siue morimur, Dñi sumus. Vel. Exitus mortis, i. mors mortis, est, Dñi: quoniam mortem nostram moriendo destruxerit, & vitam resurgendo reparauit. *Osee* 13.d. Ero mors tua, ô mors. Sed propter ista posset aliquis dicere, quòd nullum damnabit: Vndè subiungit contra hoc. *r* Veruntamen Deus, &c.] quasi dicas, licet sit Deus saluos faciendi, & mortem destruxerit: tamen Deus iustus, & omnipotens.

1. *Cor.* 12. *c.*
Matth. 25. *d.*
Quarta pars.

s Confringet capita, &c.] id est, superbiam eorum. Vel Capita, i. Magistros errorum, & Prælatos exemplorum malorum. De primo, *Ps.* 109. Conquassabit capita in terra multorum, i. in inferno. De secundo. *Amos* 6.a. Væ qui opulenti estis in Sion Optimates capita populorum. Et post *ibi*; Nunc migrabunt in capite transmigrantium. Et confringet *t* Verticem] id est, ceruicositatem. *u* Capilli perambulantium] i. perseuerantium, & de peccato in peccatum incidentium, in delictis suis. Et dicit. Verticem capilli. Capillus enim superfluitas est, sine damno amittitur, & cito rumpitur, sed solui non potest: & significat diuitias, vel subtiles quæstiones, quibus prædicta conueniunt. Dicit ergo [Verticem capilli] quia propter diuitias temporales, & propter inanes, & subtiles quæstiones, fiunt homines ceruicosi & pertinaces, in delictis suis. *Ps.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ: transierũt in affectũ cordis. Vel, [Verticẽ capilli] i. curiositatem cogitationum, siue diuitiarum, quæ vertunt, & versant cor hominis cõtinuè sicut rotã. *Is.* 19.c.

⊖ Miscuit Dominus

s Veruntamen Deus, &c.] Iste versus exponi potest contra mulieres & etiam homines, qui ornant caput, & capillos suos sic [Deus confringet capita inimicorum suorum.] Illi enim, vel illæ mulieres Deum suo capite persequuntur, qui ornatu crinium prouoant ad libidinem: Vnde tales sunt inimici Dei. Et talium] confringet capita, & verticem capilli] id est, verticem capillatam, *Ier.* 9.g. Visitabo super omnes qui attonsi sunt in comis.

* Perambulantium] per vicos, & plateas, & etiam

* Miscuit Dominus spiritum vertiginis in medio Ægypti. 1. Reg. 15. c. Anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ. Inimici Dauid, i. Christi, sunt amatores mundi, qui rotantur, i. ad modum rotæ vertuntur, quæ a parte anteriori cadit, & à posteriori eleuatur: sic ipsi anteriorum obliti, & ad posteriora se extendentes, in spiritualibus cadunt, licet in temporalibus eleuentur. Hæc vertex [capilli] est hominum, Perambulantiũ,] i. cupidorum per totum mundum discurrentium.

ctis a suis. Dixit b Dominus: c ex Basan conuertam, d conuertam † in profundum maris. Vt e intingatur pes tuus in f sanguine: g lingua canum tuorum k ex inimicis h ab ipso. † i Viderũt ingressus † tuos, Deus: † l ingress. Dei mei, m Regis mei, qui n est in sancto. o Præuenerũt p Principes q coniuncti psallentibus, in r medio † iuuencularum s tympanistriarum.

al. † de profundis.
al. † visi sũt.
al. † tui.
al. † gressus.
al. † adolescentularum.

a In delictis suis] vt fraudes, & mercationes dolosas faciant. Vndè Poeta dicit:

Horatius l. 1. epistolarum. *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*

Et bene dicit. [In delictis suis,] quia negociatio vix potest fieri sine delicto. Vndè *Eccl.* 26. d. Duæ species difficiles, & periculosæ apparuerant mihi, difficile exuitur negotians à negligentia sua: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum suorum.

* ad Ecclesias. a In delictis suis,] i. in libidine, & superbia. Vndè *Isaia* 3. c. Pro eo, quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Et licet [Dominus confringat capita inimicorum] non tamen omnes damnabit, qui modò sunt inimici; sed quosdam conuertet ad pœnitentiam: Quia.

b Dixit Dominus,] i. statuit, vel verbo suo fecit. Vel [dixit,] i. ab æterno disposuit. c Ex Basan conuertam,] i. de turpitudine vitiorum. Basan enim turpitudo interpretatur, siue confusio: & significat præcipuè vitia carnis abominabilia, in quibus erubescit homo deprehendi à quocunque. Et de his vitiis frequentiùs conuertit Dominus. Sed hæretici, & hypochritæ, in quibus videtur esse pulchritudo, & decor, non de facili conuertuntur. *Io.* 7. g. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? nec tantùm eos, qui in confusionem horum vitiorum ex infirmitate inciderunt; sed & eos, qui iam per malitiam peccant. Vndè addit.

d Conuertam, &c.] i. eos, quia tantùm demersi sunt, quòd iam contemptores facti sunt. *Prou.* 18. a. Peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Vel sic.] Ex Basan, i. ex confusione, conuertam, quia cùm homo in se recordans peccati sui, confunditur, tunc conuertitur ad Deum. Hæc est enim confusio adducens gratiam, & gloriam. *Eccles.* 4. c. *Mich.* 4. d. Venies vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Conuertam, non in gaudium mundi; sed [in profundum maris] hoc est, in perfectam pœnitentiæ amaritudinem. Item Basan interpretatur bruchus, vel pinguedo, vel siccitas. Per bruchum, detractio, per pinguedinem, gula, per siccitatem, acidia designatur. Hæc omnia conuertit Dominus in mare pœnitentiæ: Nec tantùm superficialiter, sed, in profundum: Nec tantùm ad pœnitentiam conuertentur, sed & ad martyrium accendentur. Vndè subdit Propheta.

e Vt intingatur, &c.] i. conuersi, qui sunt pes tuus. f In sanguine suo] pro te effuso, i. illi, qui priùs inimici, nunc amici, & pes facti sunt portantes te per mundum, ita feruentes erunt in prædicatione, & fide, vt martyrium pro te ferre non dubitent, non timentes eos, qui corpus occidunt: *Matth.* 10. c. Et *Luc.* 13. c. Nunc etiam cùm non est persecutio, debent pedes Domini, i. Prædicatores, & Clerici intingi in sanguine, i. in memoria Passionis. *Iob* 39. d. Pulli Aquilæ lambunt sanguinem. Et posset aliquis dicere. Non fuit ita mirum, si cognati Domini, & Discipuli, quibus multa bona fecerat, cùm erant cum eo, sustinuerunt martyrium pro eo: Vndè, quod mirabilius est, subdit. g Lingua, &c.] supple fiet, vel sumetur, i. inimici fient canes tui, lingua medicantes, & gregem custodientes contra lupos, i. hæreticos prædicando latrantes. Hi sunt canes, de quibus dicitur. *Matth.* 15. c. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Laudatur autem lingua canum, & non dentes. Quare? Quia in dentibus mordax prædicatio, in lingua verò blanda, & consolatoria intelligitur, quæ magis laudabilis est, quia magis vtilis. *Eccles.* 36. d. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ. Hi igitur Prædicatores prædicti sũt, qui sanguine intingũtur: Sicut Paulus primò inimicus, & persecutor Ecclesiæ Dei, postmodum factus est bonus canis impugnans ad bestias malas: Sicut ipse dicit 1. *Cor.* 15. d. Ad bestias pugnaui Ephesi. Modò autem non solùm non pugnant canes nostri, sed nec capiunt etiam vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: *Cant.* 2. d. Sed nec etiam terrent eos latrando. *Isaia* 57. d. Canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Sic ergo, lingua canum tuorum, sumitur ex inimicis. Vndè dicit *Gregorius*. Lingua canum ex inimicis prodit, quia Dominus conuersos Gentiles etiam Prædicatores fecit. Et hoc non est ex eorum meritis, sed pura gratia Dei: Vndè addit. h Ab ipso, [scilicet, Deo. Et hoc dicendo, conuertit se ad canes istos loquens de Deo in tertia persona, cùm priùs loqueretur ipsi Deo in secunda persona. Et hoc facit vt fortiùs eis imprimat istud, quòd ex inimicis Dei sunt facti canes Dei ex gratia, non ex meritis: Diligentiùs enim intelligimur, quod nobis, quàm quod aliis dicitur. Alia littera magis seruat seriem narrationis, quæ habet. [A teipso. Hanc gratiam recognoscebat Apostolus sibi factam, cũ diceret 1. *Cor.* 15. b. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Isti autem canes, & pedes Domini, animati sunt ad intingendum se in sanguine martyrij, quia Domini Passionem præcessisse viderunt. Vndè dicit. i Viderunt] per fidem.

k Ingressus tuos, Deus.] Ingressum, scilicet, in mundum, qui fuit in maxima paupertate: & ingressum in cœlum, siue in gloriam, qui fuit per maximum dolorem. *Luc.* 24. d. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Vndè pendens in Cruce clamat. *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Bene dicit, videte quia ex visione ista surgit animatio, siue animositas audaciæ ad sustinendum martyrium pro Christo. Vndè legitur 1. *Mach.* 6. d. Quòd ostenderunt elephantibus sanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos in prælium. Sequitur.

l Ingressus Dei mei] quantum ad primum, quia ingressus est per vterum Virginis clausum & egressus per eundem clausum; quod facere non posset, nisi Deus esset. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa Principi: Princeps ipse sedebit in ea.

m Regis mei] quantum ad secundum, quia secum milites redemptos ad regnum perduxit.

n Qui est in sancto] cœlo. *Psalm.* 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius. Hic etiam notatur Trinitas, quæ ad nos ingreditur per gratiam. *Ioan.* 14. c. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Cùm dicit [Deus] notatur persona Patris. [Dei mei] persona filij [Regis] Spiritus sancti, qui regit Ecclesiam.

Est autem ingressus Dei.
- In mundum. *Isa.* 29. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.
- In mentem. *Apoc.* 3. d. Si quis aperuerit mihi, introibo, & cœnabo cum eo.
- In infernum. *Isaie* 45. a. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.
- In templum, i. in Ecclesiam. *Ezech.* 10. a. Cùm ingrederetur vir, repleta est domus nube, & atrium repletum est à splendore gloriæ Dñi.
- In cœlum. *Act.* 1. b. Cùmque intuerentur in cœlum euntem illum ecce duo viri, &c.

Inuitati etiam, & animati fuerunt ad tolerantiam martyrij, non solùm per exemplum Christi; sed & per exemplum Apostolorum. Vnde dicit.

o Præuenerunt] scil. ad martyrium.

p Principes.] i. Apostoli, qui non erant, vt Principes Pharisæorum, qui dura onera imponentes aliis, digito suo nolunt ea mouere, *Matth.* 23. a. Sed erant. q Coniuncti psallentibus] i. Deum operando laudantibus. *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt: noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex illis. r In medio, &c.] i. Ecclesiarum nouarum. *Cant.* 6. c. Adolescentularum non est numerus. s Tympanistriarum] pœnitentiam agentium in mortificationem carnis. Tympanum enim fit de corio mortui animalis extento in ligno. Vel aliter. [viderunt ingressus tuos] & vltimò ingressum in cœlum in quo.

o Præuenerunt Principes] id est, Angeli, *Daniel.* 10. d. Michael Princeps vester. q Coniuncti psallentibus] id est, Apostolis. *Act.* 1. b. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos, &c.] id est, duo Angeli. r In medio iuuencularum tympanistriarum.]

id est,

id est, Mariæ, & mulierum aliarum, de quibus *in eodem capitulo* dicitur, quod erant Apostoli perseuerantes in oratione cum mulieribus, & maria matre eius, quæ erant iuuenculæ spiritu non anus, secundum illud, quod dicit Apostolus *Rom.*6. a. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et erāt tympanistriæ per pœnitētiam. Item exhortatio bona est ad Moniales, & alios Religiosos siue Clericos vt attenti

In *a* Ecclesiis benedicite † Deo: *b* Domino *c* de fontibus Israel. *d* Ibi *e* Beniamin † *f* adolescentulus, in *g* mentis excessu. *h* Principes Iuda *i* Duces eorum: Principes *k* Zabulon, & *l* Principes Nephtali

al. † Deum Dominum.
al. † adolescentior in extasin.

sint in psalmodia, quia præuenērunt Principes, i. Angeli, qui expectant, vt portent orationes eorum & repræsentent coram Deo, [Coniuncti psallentibus,] non dormientibus aut nihil dicentibus, vt eos iuuent. Nec tantum magnis Dominis, scil. Episcopus, & Abbatibus sed etiam, [in medio iuuencularum tympanistriarum] id est, Monialium vel Nouitiarum, quæ iuuenculæ dicuntur propter nouitatem vitæ, & propter spem prolis concipiendæ: & tympanistrix, propter pœnitentiam, quam faciunt. Sed nota, quod ad hoc, quod tympanum bene sonet oportet, quòd corium bene extendatur, moderatè tamen, ne rumpatur: Si enim habeat rugas non sonabit. *Iob.* 16. b. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Rugæ eius sunt negligentia, pigritia, fictio, & huiusmodi. Si autem nimis extendatur, crepabit, & non sonabit: quia qui nimis se attenuant, etiam ad literam, psallere, vel cantare non possunt. Propter hoc bene temperauit hoc *B. Augustinus*, dicens in regula sua: carnem vestram domate ieiuniis, & abstinentia escæ, & potus, quantum valetudo permittit, id est, non nimis, neque plus, quàm valetudo permittat: Hoc etiam, quod dicit: [præuenerunt Principes, &c.] est contra Prælatos, qui nolunt interesse horis in choro, cùm tamen debeant in hoc, & in aliis obseruantiis omnes alios præuenire. Si aliquis hoc faceret derideretur 2. *Regum.*6.d. Quam gloriosus fuit Rex Israel hodie discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris: Dixitque Dauid ad Michol: Viuit Dominus, quia ludam ante Dñm, & vilior fiam plus, quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. [Coniuncti psallentibus] non allegantibus. *Psalm.* 106. Effusa est contentio super principes. [In medio iuuencularum tympanistriarum] non seorsum in tabernis, in medio, non in capite splendidè, & lautè conuiuās. Accedit enim plerumque in claustris illud Apostoli 1. *Cor.* 11. e. Alius quidem esurit & alius ebrius est. Alius. n. esurit in conuentu, & alius ebrius est in camera Abbatis: Et abundantia, seu potiùs excessus Abbatis posset supplere defectus, & inopiam totius conuentus, si esset, ipse [in medio iuuencularum, tympanistriarum] id est: simplicium claustralium, quibus dimittitur labor tympanizandi, sc. ieiunandi, & cantandi. *Isa.* 30. g. In citharis, & tympanis, & bellis præcipuis expugnabit eos, i. dæmones, De tali Prælato bene dicitur in *Psalm.* 79. Singularis ferus depastus est eam, scil. Religionem, i. vestauit eam. Singularis dicitur per proprietatem ferus, per superbiam: depastus per gastrimargiam. Hæc tria destruunt tria vota Religionis.

a In Ecclesiis.] Quinta pars, in qua precatur vt Ecclesia sic incepta dilatetur, & confirmetur. Et non tantùm precatur, sed & affirmat. Dixit quod præuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum; & posset aliquis carnaliter hoc intelligere de choreis, & cantu lasciuo: Vnde statim exhortando nos, seipsum exponit, dicens; [In Ecclesiis benedicite Deo,] quasi dicat, ex quo illi Apostoli præuenerūt nos in benedictionibus dulcedinis, quia vtique dulce est laudare Deū tā opere, quā sermone: Ergo vos omnes sequimini eos benedicendo Deum [in Ecclesiis] non ei maledicite in choreis, in tabernis, in murmurationibus. Sed non potest dici illud *Ier.* 15. c. Omnes maledictum mihi, dicit Dominus. *Apocal.* 16. d. Blasphemabant homines Deum propter plagam grandinis: Ergo [in Ecclesiis benedicite Deo] Creatori, qui vos fecit, vt eum laudaretis.

b Domino] Recreatori, qui vos de maledictione redemit, vt benedictionem hæreditate possideatis: Sicut dicitur. 1. *Petr.* 4. b. Et hoc.

c De fontibus Israel.] Fontes Israel, sunt duo Testamenta, de quibus debet sumi laus diuina. Vnde *Isa.* 12. b. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: Ecce laus. De fontibus Israel, non de fontibus Iustiniani, vel Aristotelis, qui sunt fontes sine aqua, sicut dicitur 2. *Petr.* 2. d. Plus enim sitim temporalium augent, quam extinguant, vt puluis, & tamen plures illos fontes sitiunt, & dibunt, quam istos. *Ier.* 2. c. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas dissipatas, &c. *Et* 1. d. Quid tibi in via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?

d Ibi] id est, in his fontibus. *Ioan.* 5. f. Scrutamini Scripturas, &c. Vel [Ibi] id est, in Cruce, est. *Allegor. de Christo.*

e Beniamin] id est, Christus, qui primò fuit Beniamin] id est, filius doloris, & hoc in ara Crucis; & in ipsius partu mortua est mater eius Synagoga. Et postmodum factus est Beniamin, id est, filius dexteræ sedens ad dexteram Patris.

g In mentis excessu] id est, in humilitate. *Luc.* 9. d. Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Et dicitur Excessus, eo quod excedebat opinionem humanam, scilicet, quòd filius Dei dignaretur mori: Et quia excessit omnium merita & omnem iustitiam; non enim fuit iustitia, quod moreretur, sed mera misericordia. Item quia videbatur ebrius, *Ier.* 23. b. Factus sum velut vir ebrius. Ita enim calicem suum bibit, quod quasi vir ebrius factus: De quo. *Matth.* 28. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Vel de Paulo exponitur dupliciter secundum suum duplicem statum.

d Ibi] id est, in primitiua Ecclesia.

e Beniamin] id est, Paulus, siue potius, Saulus de Tribu Beniamin.

f Adolescentulus] ad literam. Vnde, *Act.* 7. g. Testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

g In mentis excessu] id est, plenus furore in Ecclesiam. *Act.* 9. a. Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos. Vel de statu post conuersionem.

d Ibi] id est, in Ecclesia, vel in fontibus Israel. *De S. Paulo dupliciter.*

e Beniamin] id est, Paulus.

f Adolescentulus] vltimò vocatus à Domino, & qui se minimum inter alios reputabat. 1. *Cor.* 15. b. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.

g In mentis excessu] quando raptus fuit vsque ad tertium cœlum 2. *Cor.* 12. a. Vel Moraliter de vita contemplatiua.

d Ibi] id est, in fontibus Saluatoris.

e Beniamin] id est, contemplatiuus, qui prius fuit Beniamin, id est, filius doloris in Pœnitentia, & labore, & postmodum efficitur Beniamin, id est, filius dexteræ in contemplatione, & requie.

f Adolescentulus] per innocentiam, & humilitatem, sicut 1. *Petr.* 2. a Sicut modò geniti infantes, &c. *Matth.* 18. a. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli. & cætera.

g In mentis excessu) quia leuauit se super se: *Thren.* 3. b. Nec tantum Beniamin, sed &c. *Moral. de viro contemplatiuo.*

h Principes Iuda duces eorum] qui in Ecclesiis benedicunt Dominum.

k Principes Zabulon, Principes Nephtalim] id est, Apostoli qui de his Tribubus nati sunt, Vel [Ibi] cum Domino habitauerunt. Vnde *Matth.* 4. b. Venit Iesus, & habitauit in Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephtalim. *Isa.* 9. a. Primò tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim. Vel secundum interpretationes nominum.

h Principes Iuda] id est, confessionis.

k Principes Zabulon] id est, fortitudinis.

l Principes Nephtalim] dilationis. Hi sunt Apostoli, qui sunt.

i Duces eorum) ducentes eos. Primò ad confessionem fidei. Secundò ad fortitudinem operis: Tertiò ad dilatationem, i. ad latitudinem hæreditatis æternæ: Quæ, vt dicit *Greg.* tam lata est, quòd eam hæredum numerus non angustat. Vel secundùm tria tempora Ecclesiæ potest istud legi de Prælatis, sic.

i Duces eorum] scilicet, Prælati primò fuerunt.

h Principes Iuda] id est, Martyres pro confessione fidei. Cui consonat alia littera quæ habet: [Principes Iuda in purpura sua.] Et secundo.

k Principes Zabulon] id est, Confessores fortes contra hæreticos. Tertiò.

l Principes Nephtalim,] id est, moderni qui ditantur in temporalibus, & latam viam subditis exemplo ostendunt.

Allegor. dicens. *a* Exurgat Deus,] resurgendo. Hæc verba accepit Propheta à legislatore. Sic enim dicebat Moyses. *Nu.* 10. d. cum eleuaretur arca: Surge Domine, & dissipentur inimici tui: & fugiant, qui oderunt te, à facie tua. Arca significat Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, *Col.* 2. a. In quo est manna pietatis virga æquitatis, tabulæ veritatis. Eleuata autem fuit ista arca quando Christus de sepulchro surrexit. Vnde & ipsam petit Propheta, dicens: Exurgat Deus. De Resurrectione autem Domini multæ consecutæ sunt vtilitates: Quæ ponuntur hic per ordinem. Prima est confusio inimicorum Christi. Secunda est exultatio fidelium. Tertia est laus vniuersalis.

al. † iucundentur,

Vtilitates de Christi resurrectione. De Dispersione: Iudæorum.

EXurgat *a* Deus, & *b* dissipentur inimici *c* eius: & *d* fugiant qui oderunt eum, à *e* facie eius. *f* Sicut deficit fum*, deficiant sicut *g* fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à *h* facie Dei. Et *i* Iusti epulentur, & *k* exultent in conspectu Dei: & *l* delectentur in lætitia

Confusio autem inimicorum, de qua primo agit, in multis cōsistit. Quorum primū est illorū dispersio, vnde dicit. *b* Et dissipentur] id est, dispergantur. *c* Inimici eius,] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur inimici Christi. Dissipati sunt autem inimici Christi anno 42. post Ascensionem eius. Tunc impletum est illud *Amos* 9. c. Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus Gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro. Hoc enim fecit Dominus, vt purgarentur, sicut purgatur triticum, quando ventilatur: & farina, quando cribatur. Sed ipsi adhuc non sunt purgati; completum etiam est illud *Deut.* 28. g. Disperdet te Dominus in omnes populos à summitate terræ vsque ad terminos eius. *Ezech.* 36. Dispersi eos in Gentes iuxta vias eorum. Secudum est instabilitas. Vnde dicit.

d Et fugiant, &c.] id est, à præsentia sanctorum fidelium, in quibus Deus apparet. Vel à facie eius, id est, à præsentia eius, quæ vbique est. Ipsi enim vbique instabiles sunt. Et quasi fugitiui. Et meritò, quia fratrem suum, id est, Christum occiderunt, sicut Cain, de quo *Gen.* 4. b. Vagus, & profugus eris super terram. Tertium est casus à dominatione, vel ab elatione superbiæ. Vnde sequitur.

f Sicut deficit, &c.] Fumus quantò magis ascendit, tantò magis euanescit, & deficit. Sic regnum Iudæorum in maximo honore fuit, sed postea ad maximam vilitatem deuenit. *Psal.* 36. Quemadmodum fumus deficient. Quartum est pœna eorum æterna. Vnde dicit.

g Sicut fluit, &c.] id est, Iudæi, qui antonomasticè dicuntur peccatores. *h* A facie Dei,] iudicantis. *Mich.* 1. a. Consummentur montes subtus eum, & colles sicut cera, i. superbia Iudæi. Secunda vtilitas, quæ secuta est de Christi Resurrectione, est fidelium exaltatio. Vnde sequitur.

i Et Iusti, &c.] Et possunt hic quatuor notari contra quatuor, quæ præcesserunt. Epulentur, contra hoc, quod dixit dissipentur. Exultent, &c. contra hoc, quod dixerat, fugiant à facie eius: & delectentur, contra hoc, quod dixit, deficiant. In lætitia, scilicet, sempiterna, contra hoc, quod dixit, pereant, &c. Potest autem hoc exponi multipliciter, scil. Allegoricè, Moraliter, Anagogicè. Sed nunc tantùm Allegoricè exponamus, quia prædicta secundùm allegoriam tantùm exposuimus. Dicit ergò ad exultationem fidelium. *i* Iusti epulentur] in sumptione Eucharistiæ. Hæc enim est magna dignitas, vt homo manducet in mensa Dei cibū Angelorum, s. ipsum Dñm. *Ps.* 77. Panem Angelorum manducauit homo. Sed nota, quod de quibuscunque dicit, quod epulentur, sed tantum de Iustis. Iusti, inquit, epulentur non iniusti, 1. *Cor.* 11. g. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Et 5. b. *eiusdem*: Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur, non in fermento veteri, id est, peccato, sed in azymis sinceritatis. Et ex hac epulatione sequitur exultatio mentis: Vnde addit. *k* Et exultent in conspectu Dei, i. in cōscientia, vbi Deus inspicit. *Eccl.* 9. b. Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinū tuū: quia placent Deo opera tua, quasi dicat, quia iustus es, & opera pœnitentiæ habes: ideò securè, & cum exultatione accedas ad Sacramentum corporis, & sanguinis Domini. Vel exultent in conspectu Dei, i. cantent, & iubilent in Ecclesia.

l Et delectentur, &c.] vt non tantum sit exultatio exteriùs in corpore, vel in voce, sed intùs deuotio, & lætitia in mēte. Et delectātur fide in lætitia, i. in Christo, qui est lætitia Angelorū. Tertia vtilitas est laus vniuersalis, de qua dicit:

A *a* Cantate Deo

a Exurgat Deus, &c.] Moraliter, vox est Iusti in tribulatione, vel tentatione positi, & petentis auxilium. Exurgat Deus in auxilium meum. *Psal.* 34. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. *Act.* 7. g. Vidit Stephanus Iesum stantem. *Ps.* 43. Exurge, quare obdormis, Domine, exurge, &c. *Moraliter.*

b Et dissipentur, &c.] i. dæmones vel mali homines, dæmones dissipantur cum eorū fallacia per confessionē aperitur. Tunc enim accidit, sicut plerumque solet accidere, quando leuatur lapis, colubri, & reptilia, quæ sub tus latebant apparent, & tunc dissipantur, quia huc illucque disperguntur: Sic dæmones quando reuoluto duri cordis lapide eorum suggestiones, per confessiones aperiuntur, disperguntur, & dissipantur. *Mich.* 7. d. Velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus suis, id est, de cordibus. confitentiū peccata sua. *Ps.* 34. Dissipati sunt, nec compuncti tentauerunt me, &c. Quod significatum est 2. *Reg.* 15. g. vbi dixit Dauid ad Chusi: Dissipabis consilium Achitophel. Chusi interpretatur secretum, & significat secretum confessionis. Achitophel fratris mei ruina, & significat diabolū. Notabile etiam est, quod dissipato consilio Achitophel, abijt, & suspendit se. *d* Et fugiant, &c.] i. dæmones.

e A facie eius,] i. Dei venientis in cor hominis per gratiā. Mali autem homines dissipantur in bono, cùm à malitiosa concordia dissoluuntur, de qua *Iob* 41. a. Corpus eius, s. diaboli quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, &c. Quam dispersionem petit, *Psal.* 58. Disperge illos in virtute tua, s. in misericordia. Vel fugiant, &c. vitantes per pœnitentiam iram furoris eius. *Psal.* 94. præoccupemus faciem eius in confessione. *Isa.* 2. d. Introibunt speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria Maiestatis eius. *f* Sicut deficit, &c. vt, s. iam non sint peccatores, sed pœnitentes. *Pro.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Hic est bonus defectus. *Ps.* 118. Defecit in Salutare tuum anima. Vel vt hæc in malo legantur. *a* Exurgat Deus] ad iudicandum, qui modo expectans ad pœnitentiam dormire videtur. *b* Et dissipentur, &c.] i. amatores mundi, qui sunt eo ipso inimici Dei. *Iac.* 4. b. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. *Psal.* 67. Dissipa Gentes, quæ bella volunt, scil. mundanos, quorum fortior cōtra debiliorē semper habet bellum. Vel aduocatos propriè vocat Gentes, quæ bella volunt, qui tunc dissipabuntur: secundum quod dicitur *Iob* 5. c. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat. Et post, Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

d Et fugiant,] id est, fugere appetant.

e A facie eius] irata in iudicio. Qui oderunt eum, scil. veritatem. *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, scil. veritatem: Ergo Christum, qui est veritas. *Ps.* 73. ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Sed quantò plus ascendunt nunc per superbiam, tantò magis tunc ad nihilum deducentur: vnde sequitur. *f* Sicut deficit. &c. Qui quantò magis ascendit, tantò magis adnihilatur. *Os.* 13. b. Erunt sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. *Is.* 65. a. Isti fumus erunt in furore meo. *g* Sicut fluit, &c.] Deus. n. ignis dicitur *Deut.* 4. d. Deus noster ignis consumens est. *Is. vlt.* e. Dominus in igne veniet *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes: à facie tua montes defluerent. *i* Et] è contrario [Iusti epulentur] in æterno conuiuio, *Luc.* 22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis: & bibatis super mensam meam in regno meo. Et notanda sunt hic quatuor. Epulentur, &c. Epulatio, & exultatio, ad corpus pertinent: delectatio, & lætitia ad animam. Et sic tangitur duplex stola, corporis, videlicet, & animæ, de qua *Pro. vlt.* c. Domestici eius vestiti sunt duplicibus, sicut *Is.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce quæ ad corpus pertinet. Et de his quæ ad animā, addit: Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini, &c. Vel sic, Epulatio ad gustum pertinet: Exultatio ad gestum, i. ad tactum: Delectatio ad sensum interiorem: Lætitia ad fruitionem gloriæ. Item moraliter. *i* Iusti epulantur & exultent.] Ad literam, cùm epulantur exultant boni homines, id est, hilares sunt in mensa sua. *Eccl.* 30. d. Splendidum cor bonum, in epulatione liberale cor habens. Vnde sequitur. Epulæ. n. eius diligenter fiūt. E contra dicitur de auaro *Eccl.* 14. b. In tristitia erit super mensam suam. Sed ne ista lætitia sit carnalis, vel mundana, bene dicit, *k* In conspectu Dei] non in conspectu mūdi. Sicut multi, qui festa faciunt, & comessationes & gaudent, quia à mūdo vidētur. Nō sicut *Tob.* 9. dicitur, quod cū timore Dñi nuptiarū conuiuia exercebant. *l* Et delectentur

* in lætitia

a Cantate Deo,† *b* Psalmum dicite nomini eius: *c* iter facite ei, qui *d* ascendit *e* super occasum: Dominus † *f* nomen illi. *g* Exultate in conspectu eius: *h* turbabuntur à facie eius, *i* patris orphanorum, & Iudicis viduarum. † *k* Deus in loco sancto suo: *l* Deus, qui inhabitare facit † vnius *m* moris in *n* domo

d. † psallite. *d.* † enim nomen est ei. *d.* † Domi-nus. 23. q. 1. c. omnibus. *d.* † vnanimes.

Gregor. A *a* Cantate Deo.] Tripliciter autem laudatur Deus, scilic. cantando in Ecclesia Ad literam, vnde dicit: Cantate Deo. Item bene operando, vnde sequitur. *b* Psalmum dicite,] i. bene operamini ad honorem nominis eius. *Matt.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item prædicando, vnde addit. *c* Iter facite ei,] i. parate ei viam, & aditum ad corda hominum; vnde dicit *Greg.* Iter ei facimus, cum eius gloriam fidelibus mentibus prædicamus. Hinc Ioanni dicitur. *Luc.* 1. g. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et quare debeat fieri, subiungit, s. quia à mortuis resurrexit, vnde dicit. *d* Qui ascendit,] resurgendo. *e* Super occasum,] i. super mortem, Vnde *Greg.* Super occasum Dominus ascendit, quia mortem, quam pertulit, resurgendo calcauit Sed quia dixerat: Psalmum dicite, posset aliquis quærere, quod est nomen eius? vel cui nomini? Plura enim sunt nomina: vnde soluit, dicens. *f* Dominus nomen illi.] *Isa.* 43. Ego Dominus, hoc est nomen meum. Vel potest sic legi. & iungi: Qui ascendit super occasum, q. d. propterea quod mortem pertulit, & resurgendo calcauit, meruit nomen, quod est super omne nomen: secundum quod dicitur *Phil.* 2. a. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine eius genu flectatur, hoc est Dominus. Tales autem, qui Deo parant iter, persequitur diabolus, & mundus, quia eis contraria est via eorum. Vnde ne in tribulationibus contristati deficiant, hortatur eos dicens: *g* Exultate in conspectu eius,] sc. tanti Domini, q. d. exultare debetis, quia grati, & accepti estis in conspectu tanti Domini, qui non solum vos remunerabit; sed amatores mundi, qui vos conturbant, conturbabit: vnde addit: Turbabuntur à facie eius. Nec mirum, quia *i* Patris orphanorum, &c.] orphani sunt qui conuersi ad Dominum, iam non habent patrem mundum, vel diabolum. De quo *in Ps.* 44. Audi, filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. De quibus *Ioan.* 8. f. dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Nec habent matrē concupiscentiam. De quibus s. patre & matre. *Ezech.* 18. *a.* Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, &c. Viduæ etiā sunt animæ, quibus maritus mundus, & error sponsus mortui sunt, de quo *Ioan.* 4. c. Quinque viros habuisti, & hunc, quem habes, non est vir tuus. Et propter hoc Dominus fit Iudex harum viduarum, vt eas vindicet: & Pater orphanorum, vt eis hæreditatem cælestem donet. Vnde *in Ps.* 26. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me, sc. vt Pater, & Iudex. Cum ergo in die iudicij homines mundani, qui modo istos orphanos, & viduas persequuntur, faciem Domini iudicantis videbunt sibi iratam.

h Turbabuntur à facie eius,] scilic. Christi Patris orphanorum, & Iudicis viduarum, secundum quod dicitur *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Nec solum in hoc consolatio eorum; sed & in hoc, quod in præsenti habitat Dominus in ipsis per gratiam, vnde addit. *k* Deus,] supple, est, in loco sancto suo, id est, in Ecclesia militante, & in anima fideli & humili. Vnde *Isaiæ. vlt.* a. secundum aliam translationem: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum, &c, 1. *Cor.* 3. c. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Sed quæ vtilitas est de habitatione huius hospitis? Magna, quia facit pacem, & concordiam magnam, vbi habitat Vnde addit. *l* Deus,] dico, qui habitare facit, id est, in vnitate fidei, & etiam morum. *n* In domo] id est, in Ecclesia. Vnde *in Ps.* 54 In domo Dei ambulauimus cum consensu. *Act.* 4. f Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, i. vnus sensus, & vna voluntas. Et in hac concordia cōiunxit Iudæos & Gētiles, vnde sequitur.

A *a* Qui educit

Moraliter. * in lætitia] non ebrietate. Sicut quidam, qui de hoc gaudent, quasi de magno triumpho, quando alios possunt inebriare. *Eccl.* 31. d. Vinum in iucunditate, non in ebrietate creatum est. Post prandium autem & epulationem debent fieri, quæ sequuntur, id est, gratiæ reddi Deo. Vnde dicit. *a* Cantate Deo] reddendo gratias. *b* Psalmum dicite, [sicut Religiosi dicunt, Miserere. *c* Iter facite ei] eugtes ad Ecclesiam. Et hoc debemus facere propter duo, videlicet, Primò, vt ostendamus nos in his carnalibus epulis non delectari; sed ad mensam cælestem anhelare: vnde addit. *d* Qui ascendit super occasum,] q. d. post eum ascendite, mortalem carnem conculcando, & ad cælestia aspirate. Ad quod monet Apostolus. 1. *Cor.* 6. c. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Et post: Deus vero, & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Hoc est, qui ascendit super occasum. Secundò, vt nos ostendamus non ingratos esse de subsidio temporali. s. de cibo, quem dedit Dominus nobis. Vnde addit. *f* Dominus nomen illi,] q. d. confitemini eum Dominum qui nos seruos suos pascere dignatur etiam corporali cibo. *Ps.* 135. Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cœli. Et vt non tantum corpus, sed & spiritus reficiatur. *g* Exultate in conspectu eius,] i. in conscientia, vbi Deus videt. Hæc est enim refectio spiritualis: quia sicut dicitur *Eccl.* 30. c. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Et *Prou.* 15. c. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Hoc autem præcipuè in morte delectabile est sanctis viris. Vnde dicit *Greg. sup. illud Iob* 5. d. Bestias terræ non formidabis. Initium retributionis est ipsa in obitu securitas mentis. Sed non sic impij, non sic. Vnde de ipsis sequitur. *h* Turbabuntur à facie *Ps.* 1.
eius,] quando, s. vel statim, post mortem, vel in iudicio faciem eius iratā videbunt, iramque eius sibi firmatam cognoscent. Et præcipuè turbabuntur illi, qui eum in membris suis hic turbant, & persequuntur. Vnde ad hoc innuendum, non dicit simpliciter à facie eius, sed addit. *i* Patris orphanorum, &c.] Et sumi possunt viduæ, & orphani ad literam. Vel secundum quod supra expositum est; quibus mortuus est pater mundus, & concupiscentia mater. Orphanos autem, & viduas ad literam solent perturbare Bedelli, & etiam ipsi Sacerdotes, & Decani, qui eos defensare deberent. Nam quicquid habuit pater defunctus, volunt eis auferre. Sed tales tandem, turbabuntur à facie Patris orphanorum, & Iudicis viduarum, quia isti orphani, & istæ viduæ Patri, & Iudici suo conquerentur. *Prouerbiorum vigesimo tertio* b. Ne attingas terminos paruulorum & agrum pupillorum non introeas. Propinquus enim illorum fortis est, & iudicabit contra te causas illorum. Sicut dicitur *Eccl.* 35. c. Non despiciet preces pupilli nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Et ne quis eorum quantumcunque malus desperet, adiungit *k* Deus in loco sancto suo.] Locus Dei propriè est misericordia, in quo ipse est, & erit vsq; in diem iudicij. Sed tunc egredietur de loco isto, secundum quod dicitur *Isa.* 26. d. Ecce egredietur Dominus de loco sancto suo, vt visitet iniquitatē habitatoris terræ contra eum, &c. Idem dicitur *Mich.* 1. a. Et ne adhuc dubitet aliquis, ponit exemplum. *l* Deus,] dico, [qui inhabitare facit vnius moris in domo, i. in Ecclesia, quasi dicat, in hoc potestis videre, quod Deus est misericors, quia multos peccatores diuersos, & peruersos prius societati Sanctorum adiunxit, sicut Paulum, Matthæum, & Magdalenam, & multos alios, *Os.* 2. c. Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem. Achor interpretatur perturbatio, vel peruertēs, aut peruersor, & significat istos magnos peccatores, qui & alios fideles peruertere satagebant, & quos peruertere non poterant, perturbabant. Istos ergo dat nobis Dn̄s ad aperiendam spem, quia respicientes, quod post tantas offensas misericordiam consecuti sunt, de Dei misericordia speremus. Vnde cantat Ecclesia Dominica prima Quadragesimæ in persona pœnitentium. Tribularer, si nescirem misericordias tuas. Domine. Tu dixisti: Nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur, & viuat, qui Chananæam, & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti, misericors Domine. Item de Religione potest dici. *Ezech.* 33. *c.*
k Deus in loco sancto suo. [Religio enim dicitur locus, quantum ad votum continentiæ. Locus enim, continens dicitur. Sanctus quoque dicitur iste locus, quantum ad votum paupertatis. Sanctus enim idem est, quod sine terra. Suus, id est, Domini proprius dicitur, quantum ad votum obedientiæ. *Aliter de Religione.*

l Deus, qui inhabitare facit.] Hoc contra Religiosos vagos, & contra Apostatas.

m Vnius moris,] contra singulares.

n In domo,] non dicit in domibus, sed singulariter, in domo, vt excludat cupiditatem, & inconstantiam. Auari enim multas domos volunt habere, *Isaiæ quinto* c. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Item inconstantes de domo ad domum discurrunt, *Ecclesiastic. vigesimo octauo* d. Vita nequam hospitandi de domo in domum. In hoc autem apparet Dei maxima misericordia, quod non tantum reuertentes ad se recipit; sed eos, qui non cogitant redire, reducit. Vnde dicit,

Allegor. A *a* Qui educit,] ad lumen fidei de tenebris infidelitatis. *b* Vinctos,] id eſt, Iudæos ligatos, non tantum vinculis peccatorum, ſed obligatione legis. *c* In fortitudine,] ſua, quia omnipotens eſt, *Iob 9. c.* Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. *d* Similiter eos:] id eſt, Gentiles, qui exaſperant Deum, tribuendo idolis cultum, & honorem, quem Deo debent, ſecundum quod dicitur, *Deut. 34. c.* Prouocauerunt eum in Diis alienis. *e* Qui habitāt,] id eſt, in idololatria, vbi ſepelitur ratio hominis. Si enim ratio in illis vigeret, nō adorārent idola ſurda, & muta. De quibus dicitur *Iſa. 65. a.* Qui habitant in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt.

Qui *a* educit † *b* vinctos in *c* fortitudine: ſimiliter † *d* eos, qui exaſperant, qui *e* habitant in ſepulchris. *f* Deus, cum † *g* egredereris in *h* conſpectu populi tui: cum † *i* pertranſires in deſerto. *k* Terra *l* mota eſt, *m* etenim *n* cœli *o* diſtillauerunt à *p* facie *q* Dei † *r* Sinai, à *ſ* facie Dei Iſraël.

al. † compeditos.
al. † amaricantes.
al. † egredieris coram populo tuo.
al. † pertranſieris.
al. † mons Sinai.

Aliter *Matth. 27. f.* Vel ſic, Qui educit vinctos, id eſt, animas de inferno in ſua morte. *Zach. 9. c.* Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos, de lacu, in quo non eſt aqua, id eſt, ſenſibilis pœna. Similiter eos, quia ad literam multa corpora eorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Qui exaſperant, quia per hoc exaſperati ſunt Iudæi.

Moraliter. * *a* Qui educit vinctos] vinculo voluntatis peccandi. *c* In fortitudine,] ſua, cui nullus poteſt reſiſtere, id eſt, miſericordia. *Abac. 3. a.* Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Nec tantum iſtos, ſed & *d* Similiter eos, qui exaſperant,] blaſphemando & perſequendo. Sicut Paulus, cui dixit Dominus: Saule, Saule, quid me perſequeris? Et poſt: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. *Act. 9. a.* *e* Qui habitant in ſepulchris,] id eſt, qui cupiunt mortem aliorum, vel qui detrahunt aliis. Vel, Qui habitant in ſepulchris,] id eſt, decrepitos, qui ſunt in oſtio ſepulchrorum ſuorum, *Gen. 7. c.* In articulo neceſſitatis intrauit Noë cum familia ſua in arcam, *Matth. 20. a.* vndecima hora vocat. *Aliter* Vel ita vt partim de ſimplicibus pœnitentibus, partim de Religioſis accipiatur.

a Qui educit vinctos,] id eſt, peccatores de vinculis peccatorum abſoluit. Et hoc *c* In fortitudine ſua, vt dictum eſt. *d* Similiter eos,] id eſt, Religioſos, qui exaſperant ſapientes huius mundi, ſed ſtultos apud Deum. Eo enim ipſo; quod multi intrant pauperes in religionem, exaſperantur, & offenduntur ſapientes huius mundi. *Eccleſ. 6. c.* Quam aſpera eſt nimis indoctis hominibus ſapientia. Sed hos tamen educit Dominus de mundo, quia vinculis diuitiarum, deliciarum, bonorum, & parentum carnalium erant ligati ad molam; ne Dominum ſequerentur. Et hoc fecit ſimiliter, id eſt, in fortitudine, id eſt, cum magna violentia, vnde poſſunt dicere: Dirupiſti, Domine, vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. *Pſalm. 115.* Vota mea Domino reddam, &c. q. d. non retractabo votum, ſed perſeuerabo. Vnde addit. *e* Qui habitant in ſepulchris.] Sepulchrum eſt locus mortuorum, & ſignificat Religionem, in quo habitant, qui mortui ſunt mundo, *Col. 3. a.* Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, *Iob 5. d.* Ingredieris in abundantia ſepulchrum ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. Item *Iob 3. d.* Gaudent vehementer, cum inuenerint ſepulchrum. Sed hodie in multis ſepulchris non inuenitur niſi ſudarium, & linteamina, ſicut dicitur *Ioan. 20. b.* quia multi ſunt, qui non habent, niſi habitum Religionis, *1. Regum 19. c.* Pueri Saulis non inuenerunt, niſi ſimulacrum, & pelles caprarum; Dauid autem non inuenerunt, i. bonum actiuū, vel bonum contēplatiuum.

Religio dicitur ſepulchrum.

Aliter. Vel contra eos qui habent plura beneficia, vel præbendas, poteſt dici iſtud verbum. *e* Qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.] Sepulchrum vnum dicitur vnum beneficium, ſiue vna præbenda: quia beneficia, & præbendæ inſtituta ſunt pro animabus defunctorum, qui in Eccleſiis ſunt ſepulti. Sed quia non ſufficit eis habere vnum ſepulchrum: ſed duo vel plura ſibi vſurpant, ideo exaſperant Deum, quia in Acheldemach plura ſepulchra occupant, id eſt, in Eccleſia pretio ſanguinis Chriſti empta, & alij pauperes remanent inhumati, id eſt, ſine beneficio. *Malach. 3. b.* Si affigit homo Deum, quia vos configitis me. Et dixiſtis. In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. In penuria vos maledicti eſtis, ſcilicet, propter penuriam pauperum, quorum bona vos occupatis. Nonne Deum exaſperat, qui eum crucifigit?

Secunda pars literaliter de beneficiis Dei populo Iſraël in egreſſu de Ægypto exhibitis. *f* Deus cum egredereris, &c.] Secunda pars, vbi agit de verbo Euangelij exhibito per egreſſum Chriſti à Patre, id eſt, per Incarnationem. Sed primò poteſt exponi ad literam, quia tangit hiſtoriam egreſſionis Domini ante filios Iſraël, & aliorum beneficiorum, quæ fecit eis Deus. Vnde dicit? Deus cum egredereris in conſpectu populi tui Iſraël, *Exod. decimo tertio d.* Præcedebat eos in columna nubis.

i Cum pertranſires in deſerto,] per quod duxiſti populum Iſraël. *Pſ. 135.* Qui traduxit populum ſuum per deſertum. Cum hæc, inquam, faceres.

k Terra mota eſt,] id eſt, aduerſarij, eorum timuerunt, ſecundum quod dicitur *Exod. decimo quinto b.* Tunc conturbati ſunt Principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

m Etenim cœli diſtillauerunt,] id eſt, dederunt manna. Et hæc duo.

p A facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël.] Redde ſingula ſingulis: Terra mota eſt à facie Dei Sina, id eſt, qui apparuit in monte Sinai. Cœli diſtillauerunt à facie Dei Iſraël. Vel vtrumque coniungatur huic, quod dicit: Cœli diſtillauerunt, ſcilicet, à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël. Et determinat, quid diſtillauerunt cœli.

Λ *a* Pluuiam volun-

Allegor. Nunc autem ad ſenſum myſticum redeamus.

f Deus,] fili.

g Cum egrederis, vel egredereris de ſinu Patris. *Ioan. 16. f.* Exiui à Patre, & veni in mundum.

h In conſpectu populi tui,] id eſt, vt te viſibilem in carne hominibus oſtenderes.

i Cum pertranſires, [vel] pertranſieris in deſerto,] id eſt, ad Gentes conuertendas, ſcilicet, per prædicationem Apoſtolorum, *Iſaia. 43. c.* Ponam in deſerto viam, & in inuio flumina, & glorificabit me beſtia agri. Viam appellat ſeipſum, qui dicit *Ioan. 14. a.* Ego ſum via, veritas, & vita, quem poſuit in deſerto Gentium per prædicationem Apoſtolorum. Et flumina, id eſt, Apoſtolos, & Doctores in inuio Gentilitatis. Et beſtia agri, id eſt, Gentilis populus glorificauit eum per fidem, & opera. Quæ dicitur beſtia propter ferocitatem, propter ignorantiam, propter morum incompoſitionem. Propter hoc ergo dicit: Cum egrederis, & pertranſires.

k Terra,] id eſt, Gentiles terreni.

l Mota eſt,] ad pœnitentiam. *Pſalm. 17.* Commota eſt, & contremuit terra. Et per quid? Per prædicationem Apoſtolorum. Vnde ſubdit.

m Vtenim,] quia.

n Cœli,] Apoſtoli. *o* Diſtillauerunt,] pluuiam doctrinæ, de qua ſequitur poſtea. Sed prius interponit, quod non à ſe habuerunt doctrinam, ſed à Deo, cum dicit.

p A facie,] id eſt, à præſentia.

q Dei.] *Matth. 10. c.* Non enim vos eſtis, qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Dei dico, non noui, ſed *r* Sinai,] qui, ſcilicet, dedit legem in monte Sinai. *ſ* A facie Dei Iſraël,] id eſt, videntis Deum per fidem, quod pertinet ad nouum Teſtamentum, quaſi dicat, Deus eſt vtriuſq; Teſtamenti, & ipſi Apoſtoli.

Λ doctrinam vtriuſque

Moraliter. *f* Deus, cum egredereris. Moraliter, Deus egreditur.

h In conſpectu populi ſui,] cum oſtendit eis egreſſum, quo egreditur ad vindictam. *Matth. 24. c.* Sicut fulgur exit ab Oriente, & apparet vſque ad Occidentem; ita erit aduentus filij hominis.

i Pertranſit] autem [in deſerto,] cum animæ peccatrici, & à bono opere ſterili aliquam tribulationem corporis, vel inſpirationem immittit, *Iob 4. c.* Ad me dictum eſt verbum abſconditum. Et poſt: Cùm ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Hoc eſt, quod hic dicitur: Deus, cum egredereris in conſpectu populi tui, cum pertranſires in deſerto, terra mota eſt, id eſt, peccator in pœnitentiam, *Pſ. 17.* Commota eſt, & contremuit terra. Item *Pſalm. 6.* Sana me Domine, &c. Hoc autem frequentius fit per Prædicatores. Vnde cauſam huius ponit.

m Etenim cœli,] id eſt, Prædicatores, alti, clari, ſtellati. Alti, vita: clari, fama: ſtellati, virtutibus.

o Diſtillauerunt,] guttas prædicationis, & doctrinæ. *Iohel. 3. d.* Stillabunt montes, id eſt, Prædicatores, dulcedinem, & colles fluent lacte, &c. Stillant autem dupliciter, ſcilicet, comminando, & promittendo. Propter comminationes dicit.

p A facie Dei Sinai.] Sina enim interpretatur mandatum. *Exod. 19. c.* Et ibi data fuit lex, & audita ſunt tonitrua, & viſa ſunt fulgura, vnde exterriti ſunt filij Iſraël. Tunc ergo diſtillant Prædicatores à facie Dei Sinai, quando prædicant Dominum terribilem propter tranſgreſſionem mandatorum. Cum autem prædicant eum mitem, & dulcem fore bonis, tunc diſtillant. *ſ* A facie Dei Iſraël,] i. videntium Deum. Dulce enim & ſuaue erit

* bonis videre

Literal. A *a* Pluuiam voluntariam segregabis,&c. Pluuiam,]id est, manna. *Psalm* 77. Pluit illis manna ad manducandum. *b* Voluntariam,]quam ipsi appetierunt, & quæ ad voluntatem eorum sapiebat eis, quod volebant. *Sap.* 16.c. Deseruiens vnusquisque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur.

Ps.147. *c* Segregabis,]dicit quia non fecit taliter omni nationi. *d* Hæreditati tuæ, de qua *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. *e* Et,] tamen infirmata est, vitio gulæ dicens. *Num.* 11. b. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. *Et* 21. b. Anima nostra iam nausea: super cibo isto leuissimo.

d.† segregans. d.†. ma luntate egenti.

a Pluuiam *b* voluntariam † *c* segregabis, Deus *d* hæreditati tuæ & *e* infirmata est: tu *f* vero perfecisti eam. *g* Animalia tua *h* habitabunt in ea: *i* parasti in † *k* dulcedine tua *l* pauperi *m*, Deus.

f Tu vero perfecisti eam,] quoad aliquos, sicut Iosuë, & Caleph.

g Animalia tua habitabunt in ea,] id est, animalia parata ad immolandum tibi. Vnde dixit Moyses, *Exod.* 10. g. Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri.

i Parasti,] manna. *k* In dulcedine tua,] id est, dedisti ei dulcedinem, & saporem. *l* Pauperi,] populo, qui non habebat, quod posset comedere. *m* Deus,] qui potuisti facere. Vel sic, Parasti in dulcedine tua, terram fluentem lac, & mel. Pauperi, quia omnia expéderat in deserto.

A Dominus dabit

Allegoricè. A doctrinam vtriusque Testamenti ab ipso habuerunt, & Gentibus prædicauerunt. Et postea ostendit, quid distillauerunt cœli, dicens.

a Pluuiam,] Id est, doctrinam, & gratiam. *b* Voluntariam,] id est, gratis à te datam, secundum quod *Gloss.* adducit quandam concordiam. *Iacob* 1. c. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.

c Segregabis.]id est, à Iudæis separatam dabis.

d Hæreditati tuæ,]id est, Gentibus. De quibus *in Psalm.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Vnde dixit Dominus Iudæis *Matt.* 21. d. Auferetur à vobis regnum Dei. *Interl.* Sacra Scriptura. Et dabitur Genti facienti fructus eius.

e Et infirmata est.] id est, infirmitatem suam per doctrinam prædicationis agnouit.

f Tu vero perfecisti eam,] quia cognita infirmitate quæsiuit medelam, & tu dedisti.

Pluuia dicitur doctrina.
- Quia à solo Deo, *Matth.* 23. a. Nolite vocari Rabbi, &c.
- Quia non est continua, *Iob* 36. d. Qui aufert stillas pluuiæ.
- Quia pluit super quosdam, *Amos* 4. b. Plui super vnam ciuitatem. &c.
- Quia de nubibus venit, *Eccl.* 9. a. Si repletæ fuerint nubes, &c.
- Quia refrigerat æstum vitiorum. *Eccles.* 19. b. Nonne ardorem refrigerat ros? *Psalm.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis.
- Qui terram continuat, vt hic. Et *Eccl.* 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, &c.
- Qui terram fœcundat, *Isa.* 55. c. Quomodo descendat imber, & nix de cœlo.
- Quia restringit fluxum, *Eccl.* 39. c. In verbo eius stetit aqua, &c.

Aliter. Vel aliter potest legi iste versus, *a* Pluuiam,]id est, filium tuum, ò Deus Pater.

Allegoricè. *b* Voluntariam,] quia ex mera gratia fuit incarnatus.

c Segregabis hæreditati tuæ.] Dicitur enim pluuia filius Dei. Vnde *Is.* 45. b. Nubes pluant iustum, *Psalm.* 71. Descendet, sicut pluuia in vellus. Voluntaria, quia vt habetur *Isa.* 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. Segregabis, dicis, id est, purum, & segregatum à malis dabis. Vnde *Heb.* 7. d. Talis decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.

d Hæreditati tuæ.]id est Gentibus, vt dictum est.

e Et infirmata est,] Synagoga. *Ierem.* 15. Infirmata est, quæ peperit septem filios, occidit ei Sol cum adhuc esset dies, 1. *Reg.* 2. a. Quæ multos habebat filios, infirmata est.

f Tu vero perfecisti eam, id est, perficies. Et est prophetia de finali conuersione Iudæorum. *Deutoron. quart.* e. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum: *Isaiæ decimo.* e. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Dominum fortem.

g Animalia tua,] id est, Gentes tibi iam subditæ, vt iumenta, non sibi malè libera.

h Habitabunt in ea,]hæreditate, i. erunt ipsa hæreditas. Et hoc non suis meritis, aut sua virtute, sed quia.

k In dulcedine tua,]id est, in dulci misericordia tua.

i Parasti] id est, præparasti hæc.

l Pauperi] id est, Gentili.

m Deus,] diues. Quod autem prius occultè dixerat, aperit, cùm subiungit: 23.q.6. iam vero.

A *a* Dominus dabit

* bonis videre Deum. Vnde *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. *Iob.* 33. d. Videbis faciem eius in iubilo.

a Pluuiam voluntariam,] *Zachar. decimo* a. Petite pluuiam à Dño in tempore serotino: & Dñs faciet pluuiam imbris. Iste versus eodem modo exponitur. Moraliter, sicut expositus est. Allegoricè, secundum primam expositionem; scilicet, de pluuia prædicationis. Vel potest exponi de pluuia lachrymarum. Quæ quando scilicet, homo plorat pro amissione rerum temporalium, vel amicorum, vel huiusmodi, & tunc non placet Deo. Quandoque est voluntaria, & tunc placet Deo. Et hoc est, quando homo plorare desiderat pro peccatis suis, & aliorum, pro incolatu huius miseriæ, & pro dilatione patriæ. Hic est imber temporaneus, & serotinus, irriguum inferius, & superius. De imbre *Ioel secundo* f. Descendere faciet Dominus ad vos imbrem matutinum, & serotinum. De irriguo *Iudicior. primo.* c. Hanc pluuiam segregat Deus hæreditati suæ, id est, Iustis. Non enim omnibus datur. Vnde Dicit Dominus *Ioan. decimo sexto* d. Amen, Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit. Moraliter.

e Et infirmata est,] i. debilitata corpore. *Psalm.* 108. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. Item *Psalmo trigesimo.* Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

f Tu verò perfecisti eam,] in anima. 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur.

g Animalia tua habitabunt in ea,] scilicet, hæreditate. Quandoque enim animalia Dei, scilicet, Sancti habitant in hæreditate Domini, i. in anima fideli per recordationem, qui sunt animalia munda, findentes vngulam per discretionem, quia separant pretiosum à vili. Item ruminantes, i. iugiter meditantes in lege Domini. Quandoque autem sunt ibi ad tempus, sed non habitant: quia citò transfertur cor ad vanas, & noxias cogitationes. Quandoque verò sunt ibi, & habitant bestiæ diaboli immundæ, vt meretrices, & motus carnales, serpens inuidiæ, leo superbiæ, vulpes fraudulentiæ, &c. quæ multa sunt, de quibus dicitur *Isaiæ* 34. c. Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter alterum. Et posset aliquis dicere: Bene vellem, quòd animalia Dei habitarent in me; sed nescio, vbi inueniam ea. Et ideò benè sequitur.

i Parasti in dulcedine diuini eloquij: quia qui verbum Dei audit libenter, ibi docetur de vita Sanctorum. Ideò dicit, parasti. *Matth.* 22. a. Tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata sunt.

k In dulcedine.] *Psalm.* 118. Quàm dulcia faucibus meis, eloquia tua.

l Pauperi,] Ad literam, quia tales audiunt sermones, & exempla Sanctorum. Item in anima, siue in corde hominis debent esse animalia Dei rationabilia, id est, sacta desideria vitæ æternæ, non reptilia, & serpentia super terram. De quibus *Ezechiel. octauo* d. Ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio. Sed in corde Dauid erant animalia Dei, cum dicebat: Domine, ante te omne desiderium meum. Et quare debemus desiderare, subiungit: Parasti, in vita æterna. In dulcedine tua, de qua *in Psalmo trigesimo.* Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Nec dicit, quid parauit: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum, vt dicitur 1. *Corinthior. secundo* c & *Isaiæ sexagesimo quarto* b. Et hoc pauperi spiritu. *Matth. quinto* a. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hæc autem desideria accenduntur per verbum Dei: vnde sequitur.

* *a* Dominus dabit

Litteral. Δ *a* Dominum dabit verbum, &c.] id eſt, Ioſue, & Caleph bona terræ promiſſionis. De hoc habetur *Num.* 13. & 14. quomodo ipſi loquebantur, & compeſcebant murmur populi. Et hoc faciet ipſe.

d Rex virtutum,] Angelorum. Et Rex *e* Dilecti,] id eſt, populi Iſrael, quē dilexit. Ad maiorem autem expreſſionem repetit, dilecti. Et dabit.

Dominus *a* dabit verbum *b* euangelizantibus † *c* virtute multa. *d* Rex virtutum *e* dilecti, dilecti: † & *f* ſpeciei domus *g* diuidere ſpolia. Si *h* dormiatis *i* inter medios Cleros, *k* pennæ *l* columbæ *m* deargentatæ,

al. † virtutes multas. *al.* † ſpecies.

f Speciei domus diuidere ſpolia,] id eſt, dabit eis victoriam in terra promiſſionis. Et habita victoria diuident ſpolia, quæ ſumpſerint in domibus ſpecioſis, ſecundùm quod dicitur *Ioſue* 8. f. quòd iumenta, & prædam ciuitatis Hai diuiſerunt ſibi filij Iſraël, & oſtendit, quàm bona fuit illa terra promiſſionis, loquens de ea ad ſimilitudinem columbæ, comparans terminos terræ promiſſionis pennis columbæ, meditullium autem dorſo. Termini autem boni erant; ſed meditullium melius, & hoc dat intelligere, dicens.

h Si dormiatis,] id eſt, ſi ad hoc peruenire poſſitis, quòd inter medias ſortes Tribuum Iſraël quieſcatis, ſcilicet, in Ieruſalem, & circa. Tunc cognoſcetis, quòd

k Pennæ,] i. termini terræ, ſūt *m* deargētatæ,] i. valdè boni: Δ *a* Et poſteriora

Alleg. Λ *a* Dominus dabit verbum.] Ecce pluuia, de qua ſuprà.

b Euangelizantibus,] Apoſtolis. Dabit dico.

c Virtute multa,] id eſt, ſua virtute, quæ multa eſt *Pſal.* 146. Magna virtus eius. Vel dabit virtute multa, id eſt, cum multa virtute, ſcilicet, fidei, & miraculorum, vt fortes ſint in fide, & potentes in miraculis. Vndè dixit eis. *Luc. vlt.* g. Sedete in ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto. Et benè potuit dare in virtute, ipſe.

d Rex virtutum,] angelicarum, quæ ſunt virtutes.

e Dilecti,] id eſt, Chriſti. Et bis dicit, dilecti, quaſi dilectus à Deo & hominibus. Vel quia dilectus in ſe propter ſuam bonitatem, & dilectus in creaturis propter beneficia. Vel ipſe eſt Rex virtutum, id eſt, Dominus, & rector miraculorum. Dilecti, id eſt, cœtus Apoſtolorum, qui eſt dilectus. Dilecti, id eſt, Chriſti, qui prius dilexit eos, quàm ipſi diligerent eum, 1. *Ioan.* 4. d. Ipſe prior dilexit nos. Et eſt tranſitio inter iſtos tres genitiuos. Et ipſe eſt, Rex.

f Speciei domus,] id eſt, Eccleſiæ, quia eam decorauit ſeipſo, & Apoſtolis, & aliis Sanctis. *Sapient.* 13. a. Speciei generator hæc omnia conſtituit. Et ipſe eſt.

g Diuidere ſpolia,] quaſi dicat, ſic vocatur. Vndè *Iſaia* 8. a. Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe. Et poſt: Auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ. Quia ipſe alligauit fortem, & vaſa eius diripuit, *Matt.* 12. c. Vel, vt ſic coniungatur. Ipſe Rex ſpeciei domus diuidere ſpolia, id eſt, ad decorandam domum Eccleſiæ in diuiſione ſpoliorum, id eſt, hominum, quos à diabolo eripuit. Hæc autem ſpolia diuiſit, quando, ſicut dicitur *Eph.* 4. c. quoſdam quidem dedit Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, quoſdam autem Euangeliſtas, &c. Et ſic decorauit Eccleſiam. *Iſai.* 49. c. Viuo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento veſtieris.

h Si dormiatis. [Suprà dixit: Dominus dabit verbum, &c. vnde poſſent aliqui Doctores, & Prælati errare, putantes quòd non ſit eis ſtudendum, vel laborandum ad hoc, vt boni ſint Prædicatores, ſed totum Deo relinquentes. Vndè ſic ſupplendum eſt, Dominus dabit verbum, non tantum Apoſtolis, ſed, & vobis.

k O pennæ columbæ deargentatæ,] id eſt, ô Prælati, & Doctores eloquio Domini eruditi, qui Eccleſiam debetis ſurſum leuare per deſiderium cœleſtium. Non autem ſine labore veſtro dabit vobis verbum, ſicut Apoſtolis. Sed ſi dormiatis, id eſt, iugiter quieſcatis. *i* Inter medios Cleros,] id eſt, inter duo Teſtamenta, quæ ſunt ſortes, quibus diuidetur vobis terra promiſſionis, ſc. hæreditas cœleſtis. Si enim ſecundùm illa vixerimus, hæreditatē illā recipiemus in poſſeſſionē. Colūba dicitur Eccleſia propter Λ innocentiam, &

Moral. ☙ *a* Dominus dabit verbum.] Non glorietur Prædicator, quaſi non acceperit; ſed datorem verbi glorificet. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod non accepiſti? 2. *Corinth.* 3. b. Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis. Quibus dabitur?

b Euangelizantibus,] non mentientibus, aut truſantibus. *Ierem.* 23. e. Qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè.

c Virtutes.] Secundùm aliam literam hic eſt, Euangelizantibus virtutes multas. Quidam autem euangelizant, non in virtute, ſed in vanitate: quia dicunt, & non faciunt. Sed dicit *Pſalm.* 28. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, 1. *Corinth.* 4. d. Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Sed non eſt prætermittendum adiectiuum, *Matth.* 23

c Multa.] Hypocritæ enim habent vſum exteriorem virtutum, ſed interiùs nihil habent virtutis. Et hoc non eſt virtus multa, ſed modica, vel nulla, 2. *Timoth.* 3. a. Habentes ſpeciem quidem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Sequitur.

d Rex virtutum, &c.] non vitiorum, id eſt, rector ſubditorum in virtutibus. Hic oſtendit, qualis debet eſſe Prælatus, qui præeſt populo, & ipſis Prædicatoribus, dicens: Rex virtutum dilecti, dilecti, id eſt, valdè dilecti, id eſt, Chriſti, non ſuorum. Vel, Rex virtutum, id eſt, rectus annunciator virtutum. Vndè 1. *Petr.* 2. b. dicit, maximè Sacerdotibus, & Prælatis: Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium, Gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes eius annuncietis. Et talis Rex debet.

g Diuidere ſpolia,] Eccleſiæ, ſcilicet, præbendas, redditus, & eleemoſynas, non ribaldis, aut parentibus, aut indignis. Sed

f Speciei domus,] ſcilicet, bonis viris, qui ſunt decor Eccleſiæ, & gloria ſanctuarij, fulgentes auro Charitatis, & ſapientiæ, gemmis bonorum operum, argento eloquij, purpura, & hiacyntho, & byſſo, &c. *Exod.* 28.

h Si dormiatis inter medios Cleros.] Hoc dicitur Prælatis, & Theologis, qui inter medios Cleros, id eſt, in meditatione ſanctorum Teſtamentorum ſe dormire gloriantur; ſed tamen ad ſuam ædificationem ea non trahunt. *Iob* 24. b. Inter aceruos meridiati ſunt, quia calcatis torcularibus ſitiunt. Vndè dicit: Si dormiatis inter medios Cleros, ſint vobis.

k Pennæ columbæ deargentatæ,] quaſi dicat, ex quo in ſacra pagina ſtudetis, habeatis charitatem Dei, & proximi: quæ vos ſicut duæ alæ modò ad cœlum eleuent per contemplationem, & deſiderium: modò ad terram reportent per compaſſionem, & zelum. Sed hæ pennæ ſunt columbæ, vt cum his etiam ſimplicitatem teneatis. Nec ita ſimplices, vt non prædicetis; ſed ſicut colūbæ deargētatæ, vt ita diuino eloquio ornati ſitis, vt ſimplicitas prædicationem non retardet, & prædicatio ſimpli- ☙ citatem non

Vel in malo poteſt exponi verſus iſte.

h Si dormiatis,] per torporem.

i Inter medios Cleros, non inter primos Clericos, ſcilicet, Laurentium, Vincentium, & Stephanum: nec inter vltimos, qui ſtrenui erunt; ſed inter medios, ſcilicet, modernos, qui ad voluptatem viuunt. Tunc. *In malo exponitur verſus iſte de Clericis.*

k Pennæ columbæ,] id eſt, deſideria animæ veſtræ, erunt.

l Deargentatæ,] i. argento oneratæ. Et ideò ſurſum volare non poterunt: quia de argento cogitant, & ad diuitias aſpirant. *Soph.* 1. c. Diſperierunt omnes inuoluti argento. P *a* Et poſteriora

h Si dormiatis, &c.] Octo notantur in hoc verſu, quæ neceſſaria ſunt Sacerdoti. Primum eſt quies mentis, quoad ſe, quod notatur per dormiatis. *Cant.* 5. a. Ego dormio, & cor meum vigilat. *Ioan.* 8. 14. d. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Secundum eſt concordia, ſine pax cum aliis, quod notatur ibi. *Aliter Moraliter ut neceſſaria Sacerdoti.*

i Inter medios.] *Marc. nono* g. Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. 1. *Corinthiorum primo* b. Obſecro vos, fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, in eadem ſcientia. Tertium eſt ſcientia duorum Teſtamentorum, quod notatur per, Cleros, *Pſalm.* 103. De medio petrarum dabunt voces. *Cant.* 7. d. Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi ſerui tui. *Matth.* 13. g. Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum de Theſauro ſuo profert noua, & vetera. Quarum eſt volatus contemplationis, quod notatur ibi.

k Pennæ.] *Iſaia ſexageſimo* b. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? *Pſalm. quinquageſimo quarto.* Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo? Quintum eſt ſimplicitas, quod notatur ibi. *l* Columbæ,] *Matthæi decimo* b. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Sextum eſt eloquentia, quod notatur ibi. *m* Deargentatæ. [Vnde Moyſes ſe excuſat. *Exod.* 14. c. Obſecro, Domine, non ſum ☙ eloquens. Et

Litera. A *a* Et poſteriora dorſi eius] id eſt medium terræ, quod eſt inter terminos, ſicut dorſum columbæ eſt inter alas eius.

b In pallore auri, eſt: id eſt, multo melius eſt, quam ipſi termini, ſicut aurum pretioſius eſt, quam argentum. Vnde Dominus dixit Aaron. *Num.* 18. b. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti dedi tibi. Filij enim Aaron, ſc. Sacerdotes & Leuitæ in illo meditullio habitabant: A innocentiam, & ſimplicitatem. *Cant.*6. c. Vna eſt columba mea. Argentum autem dicitur eloquium diuinum. Vnde in *Pſalm.* 11. Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum, &c. Pennæ autem, quæ illam columbam debent ſurſum ducere, ſunt Prælati, & Doctores, qui eam debent ad deſiderium supernorum eleuare. Vnde *Leu.* 7. d. dicitur, quod pectuſculum eleuationis dabatur Sacerdoti. Vnde in *Pſalm.* 54. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, &c. *Malach.* 4. a. Sanitas in pennis eius. Et hæ pennæ debent dormire, id eſt, iugiter morari, & meditari, inter medios cleros, id eſt, in ſtudio duorum Teſtamentorum, & omnes ſenſus exteriores claudantur, & ſolum ad hæc, quæ Dei ſunt, meditentur. *Pſalm.* 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte. Hoc ſignificatum eſt *Exod.* 25. b. vbi dicitur, quod vectes erant ſemper in annulis. Ad quid? Vt poſſet arca portari, hoc eſt, columba eleuari. Vel inter duas ſortes, id eſt, terrenam & cœleſtem, hanc fugiendo, illam appetendo. Et ſic Sancti inter has duas dormiunt, quia vſque ad mortem terrenã ſortem habere nõ volunt, & cœleſtem non poſſunt. Sed tunc cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, &c.

d.i inter ſcapulas eius in viriditate auri. e.i ſuper cœleſtis. d.i montẽ coagulatum montem vberem. Allegoricè. Pſ.126.

& † *a* poſteriora dorſi eius in *b* pallore auri. Dum *c* diſcernit † *d* cœleſtis, *e* Reges ſuper eam, *f* niue dealbabuntur in *g* Selmon: † mons *h* Dei mons *i* pin-

a Et] ſi hoc faciatis, poſteriora dorſi eius, id eſt, perſeuerantia laboris, & pœnitentiæ ipſius Eccleſiæ, erunt.

b In pallore auri,] id eſt, in charitate, quaſi dicat, ſi tales eſtis Prælati, cæteri qui ſunt in Eccleſia, per veſtram exhortationem, & exemplum ad amorem Domini accendentur. Et per hoc in bonis operibus permanebunt: quia omnia ſunt leuia amanti. Vnde 1. *Cor.* 13. b. Charitas omnia ſuſtinet, id eſt, ſuſtinere facit, *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit. Et notandum, quod non dicit in claritate auri, ſed in pallore: in quo notatur, quod hic non habetur charitas in ſummo gradu, ſed in imperfectione: in patria autem erit perfecta. Vnde *Iſaia* 31. d. dicit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus in Ieruſalem.

Moraliter. * tatem non euacuet. Vnde eis dicitur *Matt.* 10. b. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes: & ſimplices, ſicut columbæ. Prudentia autem iſta, non tantum in prædicando conſiſtit, ſed & in operando. Vnde ſequitur.

a Et poſteriora dorſi eius] id eſt, exempla patientiæ Sanctorum, quæ ſequentibus videnda relinquunt. Sint.

b In pallore auri] id eſt, in imitatione Ieſu Chriſti, qui eſt aurum, & pretioſitas Eccleſiæ, *Cant.* 5. c. Caput eius aurum optimum. Aurum iſtud pallidum fuit in Paſſione. *Iſa* 53. b. Liuore eius ſanati ſumus. Talia poſteriora oſtendebat Apoſtolus 1. *Cor.* 3. d. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſto, *Galat.* 6. d. Stigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.

In malo de Clericis. P *a* Et poſteriora dorſi eius] id eſt, exempla eius non ſunt ad ædificandum proximos; ſed ad prouocandum ad amorem terrenorum. Hoc.

Ouid. lib. 1. de arte. Iſ. 3. d. *b* In pallore] id eſt in amore auri. *Ouidius.*

Palleat omnis amans.

Vel, in pallore auri, id eſt, non in pura, & cœleſti ſapientia, quæ deſurſum deſcendit; ſed in ſapientia terrena, animali, diabolica. Si enim aurum ſapientia dicitur, & pallidum aurum, praua ſapientia dicetur. In primis Clericis poterat videri aurum rubeum, & optimum, ſcilicet ſapientia Dei, quæ diuitias contemnit. Similiter in vltimis videbitur. Sed in medijs apparet aurum pallidum. *Thren. quarto* a. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus.

Aliter. Moraliter. ⊖ eloquens, Et *Ieremiæ ſecundo* b. A, a, a, quia puer ego ſum, & ecce neſcio loqui. Vnde *Exod. viceſimo oct.* f. Veſtietur ea Aaron, id eſt, tunica cum malis punicis, & tintinnabulis in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus, quando ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. *Ibi Gloſſa* Omnia Sacerdotis vocalia ſint, vt veritatem, quam mente ſuſcipit, habitu reſonet: & quicquid agit, quicquid loquitur doctrina ſit. Vnde Ioannes Baptiſta interrogatus, quis eſſet? Reſpondit: Ego vox clamantis in deſerto, &c. *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas. Septimum eſt compaſſio ad proximum, quod notatur. *ibi.* Ioan. 1. a.

a Poſteriora dorſi.] Nam in dorſo portatur onus, *Galat.* 6. a. Alter alterius onera portate, 2. *Cor.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Octauum eſt charitas, quod notatur ibi.

b In pallore auri.] *Eccleſ.* 28. d. Aurum tuum, & argentuum confla, id eſt, purifica. *Sap.* 3. b. Tanquam aurum in fornace probauit illos.

Allegoricè. *c* Cum diſcernit,] Tertia pars, vbi agit de donationibus Chriſti aſcendentis. Eſt ergo ſenſus, Prædicta habebitis non à vobis, ſed per diſpenſationem Domini, Hoc eſt.

d Dum cœleſtis] id eſt, Chriſtus, diſcernit, id eſt, diuidit ſingulis, prout vult, ſua dona, 1. *Corinth.* 12. b. Diuidens ſingulis, prout vult. *Epheſ.* 4. c. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, &c. Dum ergo ita diſcernit.

e Reges ſuper eam] ſcilicet, Rectores ſuper columbam, ſcilicet, Eccleſiam.

f Dealbabuntur niue,] id eſt, ſuper niuem, id eſt, incomparabiliter ipſi Rectores, vel alij boni. *Iſa.* 1. c. Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Et hoc non meritis ſuis, ſed gratia Chriſti. Vnde dicit.

g In Selmon] id eſt, in vmbra gratiæ Chriſti, Selmon. enim interpretatur vmbra. Vmbra autem relinquitur ex lumine, & corpore. In Chriſto autem fuit lumen Diuinitatis, & corpus, humanitatis. Vnde prouenit nobis vmbra gratiæ, in qua dealbamur, id eſt, à peccato mundamur, & virtutibus decoramur. *Threnor.* 4. d. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in Gentibus Selmon ergo ſignificat Chriſtum, vel eius gratiam. Et ſubiungit commendationem eius, dicens.

h Mons Dei] ſupple, Selmon eſt mons Dei. Ad literam enim Selmon mons eſt. Vnde *Iudic.* 9. f. Abimelech aſcendit in montem Selmon, & Chriſtus eſt mons montium. Vnde *Iſa.* 2. a. Erit in nouiſſimis præparatus mons domus Dñi in vertice montium, Et dicitur, mons Dei, quia eſt filius Dei, & a Deo datus nobis.

i Mons pinguis] plenitudine omnis boni, quia dedit ei Pater Spiritum non ad menſuram, *Ioan.* 3. d.

A *a* Mons coa-

Moraliter. *c* Dum diſcernit cœleſtis, &c.] Terreni homines non diſcernunt, niſi ea, quæ parent oculis. Vnde multotiens approbant aliquos, quos Deus reprobat, qui interiora diſcernit. Hi ſunt Hypocritæ, qui ſunt niue dealbati, ſcilicet exteriùs tantùm in oculis hominum; ſed interiùs ſunt pleni omni turpidine, & immunditia, ſicut ſolet contingere in hyeme, quòd ſterquilinia niue cadente reſperſa dealbantur exterius: ſed qui parum interiùs foderet, inueniret fimum nigrum, & fœtens. Hoc autem frequentiùs in Clericis accidit, Qui.

e Reges] id eſt, Rectores laicorum dicuntur. Vnde *Matt.* 23. c. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi Hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus ſpecioſa: intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, *Act.* 23. a. Percutiet te Deus, paries dealbate. Hoc eſt ergo, quod hic dicit.

d Dum cœleſtis] id eſt, Deus.

e Diſcernit Reges] i. Clericos, & Prælatos.

f Niue dealbabuntur] id eſt, non alibi penitus, ſed quaſi niue tantùm exteriùs dealbati inuenientur ab ipſo, qui interiora diſcernit. Vnde dicitur *Hebr. quarto* c. Diſcretor cogitationum, & intentionum cordis: & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius ad quem nobis ſermo, id eſt, cui debemus, & nos oportebit reddere rationem. Et hoc.

g In Selmon] quod interpretatur virtutis vmbraculum, & ſignificat Hypocriſim, quæ tantùm, vmbram, & ſpeciem virtutis habet; rem autem non, 2. *Timoth.* 3. a. Speciem pietatis quidem habentes, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita.

h Mons Dei] id eſt, verus ſeruus Dei eſt, id eſt, bonus Prælatus.

i Mons pinguis] per deuotionem. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine.

* Item eſt

A a Mons coagulatus in ventre beatæ Virginis. *Sap.* 7. a. In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum. b Mons pinguis] Bis dicit hoc, quia pinguis, & plenus fuit in se. Vnde bene dicitur Christus, i. vnctus. *Psalm.* 44. Vnxit te Deus, &c. Item pinguis nobis, quia ab eo fluxerunt nobis flumina gratiæ & doctrinæ. *Gen.* 49. c. Aser pinguis panis eius præbebit delicias Regibus, 1. *Ioann.* 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Et ô vos, quorum quidam dicunt Ioannem esse hunc montem, alij Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. *Matth.* 16. b.

guis. † a Mons coagulatus, b mons pinguis; vt c quid d suspicamini montes † coagulatos? e Mons, in quo f beneplacitum est Deo g habitare in h eo: i etenim Dominus † habitabit in k finem. l Currus Dei m decem † millibus multiplex, n millia lætantium: Dñs in † o eis in p Sina in q sancto. r Ascendisti in s altū,

al. † montem incaseatum vel montẽ pinguem.
al. † incaseatos. Montem in quo placuit.
al. † inhabitabit vsque.
al. † millium.
al. † illis.

c Vt quid suspicamini montes] id est, illos Sanctos esse hunc montem. Licet enim coagulati sint virtutibus, & operibus solidis, & lacte simplicis doctrinæ paruulos nutriant; non tamen ad illius montis celsitudinem attingunt; qui est in vertice montium, & eleuatur super colles, eò quod Deus est. Vnde subiungit de ipso, quod est. e Mons in quo] solo.

f Beneplacitum est Deo] verbo g Habitare] non per essẽtiam, vel per gloriam tantū, sed & per vnionem personæ. h In eo] homine. Vnde *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc est, quod hic sequitur.

i Etenim Dominus habitabit] per gratiam in montibus, scilicet, in Sanctis. k In finem] vsquequo perducat eos in se Deum contemplandum. Vel vsque in finem sæculi, secundum illud *Matth.* 28. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Dixit, quod montes illi coagulati non sunt mons ille pinguis, qui est Christus; sed ipse habitat in eis. vnde sequitur, quod sunt currus Dei, quia eum portant. Et ideò subiungit. l Currus Dei, &c.] Et commendat eos in hoc versu à sex, videlicet, ab vnanimi charitate, cum dicit Currus Dei. A multitudine, cum dicit: Decem millibus multiplex. Ab hilaritate. cum dicit: Millia lætantium. A Dei inhabitatione, cùm dicit: Dominus in eis. A mandatorum impletione, cùm dicit: In Sina. A sanctitate, cum dicit: In sancto. Iunge ergo sic. Ipsi sunt currus Dei, portantes Deum verbo prædicationis. Currus dico. m Multiplex] ex personis diuersarum facierum gratiæ, propter diuersa dona Spiritus sancti & hoc, quod dicit.

m Decem millibus] id est, ex hominibus perfectis in virtutibus, & operibus. In millenario enim pefectio virtutum, in decennario decalogi impletio intelligitur. Et hi sunt. n Millia lætantium] id est, spe gaudentium. Et quare lætantium? Quia o Dominus in eis] per gratiam. Et quare in eis? Quia implent mandata, vnde dicit p In Sina.] Et quia mundi sunt, vnde addit. q In sancto] *Psalm.* 21. In sancto habitas laus Israël. Vel sic, in Sina, vel, Sinai in sancto, id est, in impletione sanctorum mandatorum & secundum hoc superfluit, in secundo positum. Vel iterum sic, Dominus in eis in Sina, id est, qui dedit legem in monte Sinai. Et ipse idem habitat in sancto, id est, in Christo, qui est Sanctus Sanctorum. Vel, in eis in sancto; id est quia sunt Sancti. Et quomodo ista facta fuerint, consequenter ostendit, conuertens sermonem ad ipsum auctorem, dicens: r Ascendisti,] ô Christe. s In altum] locum, in cœlum. Et in altum, dignitate, quia sedes ad dexteram Patris. Et dicit: Ascendisti, propria virtute, quasi non portatus ab aliis. *Ioan.* 3. b. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Hæc Christi Ascensio fuit hic præmunciata. Et *Mich.* 2. d. Ascendit pandens iter ante eos. Præfigurata autem fuit 4. *Reg.* 2. b. vbi dicitur, quod ascendit Elias per turbinem in cœlum. Recitata autem fuit *Act.* 1. b. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Dicit ergo. Ascendisti in altum. Sed antequam ascenderes.

A a Cæpisti cap-

Moraliter. * Item est a Mons coagulatus] præbens lac paruulis, scilicet simplicem doctrinam, & coagulum, solidioris cibi robustis. *Iob* 10. b. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? b Mons pinguis] non tantum interius per deuotionem, sicut superius, sed etiam exterius per opera misericordiæ, quibus vngunt pedes Domini, id est, pauperes. Et licet hoc de multis, scilicet, de omnibus bonis Prælatis, & etiam de aliis dicatur; tamen singulariter loquitur, in quo innuit vnitatem, & concordiam, quæ inter bonos debet esse, quæ inter malos non est. Vnde de malis montibus in plurali subiungit.

c Vt quid] ô vos simplices. d Suspicamini montes] esse coagulatos, id est, hæreticos, & hypocritas, & alios malos, altos per superbiam, diuisos per varios errores, habere sanam doctrinam? quasi dicat, nolite hoc suspicari. De illis enim montibus dicitur *Iob* 40. c. Huic montes herbas ferunt, scilicet: Behemoth, id est, Diabolo, quasi dicat, doctrina eorum non nutrit filios Dei, sed feras Diaboli. Sed adhuc posset aliquis dubitare, & quærere, quis mons Dei? Vnde quasi describens, subiungit.

e Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo] per gratiam. Talis est mons pinguis charitate. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

i Etenim Dominus habitabit] in eo, non ad horam, sed vsque.

k In finem] quantum in ipso est non recedet, quia dicit *Prou.* 8. d. deliciæ meæ sunt esse cum filiis hominum. Sed quidam eum nolentem expellunt per peccatum. Non autem tantum habitat in eis, sed etiam per eos fertur ad alios. Nec ipsi pauci sunt, sed multi, vnde subdit.

l Currus Dei, &c.] Ipsa enim charitas, propter quam Deus à nobis habitat, dicitur currus, sicut significatum est *Genes.* 46. c. vbi dicitur, quod iuncto Ioseph curru ascendit obuiam patri suo. Qui igitur vult obuiare Patri suo cœlesti, iungat currum charitatis in Dei amore, & proximi. Nec solum ipsa charitas, imo & sancti habentes charitatem, currus Dei dicuntur 4. *Reg.* 2. b. Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Et iste currus est.

m Multiplex decem millibus] id est, personis innumerabilibus, quæ currus Dei sunt. Vsus Græcorum est, à quibus translationem istam habemus, ponere istum numerum pro infinito. Hoc autem est contra illos, qui iudicant nimis strictè dicentes, quod pauci sunt Iusti, vel nulli, sicut 3. *Reg.* 19. c. credidit Elias, quod nullus esset Iustus præter ipsum. Cui respondit Dominus. Adhuc reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal: Et hæc sunt millia lætantium, vsque in finem versus, sicut supra expositum est. Item magis propriè: Currus Dei sunt, qui pro Deo pedites per mundum currunt, vt nomen eius per mundum portent. Hi sunt Theophori, id est, Religiosi, qui se ad officium dedicauerunt. Et iste currus est multiplex decem millibus, quia Dominus tales multiplicat, & iam multiplicauit, & multiplicabit vltra decem millia. Iam etiam sunt fratres minores, plus quam decem millia de paupertate, & tribulationibus, *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus. *Psalm.* 105. Saluos fac nos, Domine, Deus noster: & congrega nos de nationibus, scilicet, de omni natione, quæ sub cœlo est: vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Vel lætantium, de profectu aliorum.

o Dominus in eis] 1. *Cor.* 14. e. Si omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur, &c. & ita cadens in faciem adorabit Deum pronuncians, quod verè Deus in vobis sit.

p In Sina,] id est, in tentatione. Sina enim interpretatur tentatio egrediens ei. *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

q In sancto] opere, quasi dicat, Dominus est in eis, vt à malo defendat eos, & ad bonum promoueat: & ideo lætantur, & omnia pro eo libenter sustinent. Vnde *in Psalmo trigesimo secundo* Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est, quia in eo lætabitur cor nostrum, &c. Secundum hæc, quæ prædicta sunt, currus Dei non solum dicitur multiplex, sed & multipliciter: quia Currus Dei, vt prædictum est.

Dicitur {
- Charitas.
- Vir iustus.
- Ordo prædicantium Religiosorum.
- Angeli, 4. *Reg.* 2. b. Currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque.
- Euangelium à currendo, 2. *Thes.* 3. a. Sermo Dei currat, &c.

r Ascendisti, &c.] Posset aliquis dicere, bene video, quod Dominus in talibus habitat, sed de hoc miror, quia ipsi solebant diligere, & amplecti terrena; nunc autem ea contemnunt. Hoc autem non est mirum, quia Deus hoc fecit. Hoc est, ascendisti, ô Deus, in corda eorum.

s In altum] *Ps.* 83. Ascensiones in corde suo disposuit. Solebat enim Dominus in talibus nullum locum, vel infimum ad minus habere. Mammona verò altū & magnum

* locum

A a Cepisti captiuitatem,] i. captiuos de Limbo eduxisti. *Zachar.9.c.* Tu quoque in sanguine tuo eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vel, Captiuitatem cepisti, i. eos, quos diabolus in peccato captiuauerat, tuo iugo suaui subiugasti: *Isa.49.g.* Hæc dicit Dominus, equidem captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. b Accepisti dona, &c.] intransitiuè, i. homines dona. *Ioan.17.b.* Tui erant, & mihi eos dedisti. Vel sic: Accepisti dona, distribuenda. c In hominibus,] i. inter homines. Cui concordat alia litera, quæ habet: Dedisti dona hominibus. Et huic duplici lecturæ dupliciter iungitur, quòd sequitur. d Etenim, &c.] Quasi, accepisti, & homines, dona. Probatio. Etenim accepisti, homines. e Non credentes,] quia non credebant.

al. † captiuasti.

† cepisti a captiuitatem: b accepisti dona in c hominibus. d Etenim e non † credentes, f inhabitare Dominum g Deum. h Benedictus Dominus † h die quotidie: i prosperum iter k faciet nobis l Deus † salutarium nostrorum. m Deus n noster, Deus o saluos faciendi: & p Domini Domini q exitus mortis: r Veruntamen Deus † s confringet capita inimicorum suorum: t verticem u capilli x perambulantium in deli-

al. † qui non crediunt.

al. † de die in diem.

al. † sanitatum nostrarum.

al. † conquassabit.

g Deum,] scilicet, verbum f Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes,] quia non credebant.

g Deum, scilicet, verbum. f Inhabitare Dominum] Christum hominem, q. d. illos, qui non credebant te Christum esse verum Deum, dedit tibi Deus, vt facti fideles illud crederent, & alia credenda. Vel secundum secundam lecturam. Dedisti dona hominibus. Etenim, dedisti hoc, scilicet.

e Non credentes inhabitare,] i. vt hi qui non credebant, habitarent. g Dominum Deum] per fidem operantem per dilectionem. *1.Ioan.4.c.* Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et propter ista fit. h Benedictus Dominus, &c.] i. semper iugiter. *Psalm.33.* Benedicam Dominum in omni tempore. Ideò sit [benedictus,] quia ex quo ipse caput ascendit, & nobis dona dedit.

i Prosperum iter] ascendi post eum. k Faciet nobis,] quia ipse est. l Deus salutarium nostrorum.] Vndè suprà petebat: Exaudi nos, Deus Salutaris noster, &c.

Christus ascendit.

In Incarnatione. *Isaia 19.a.* Ascendet Dominus super nubem leuem, &c.
In Passione. *Cant. 7.c.* Ascendam in palmam, &c.
In Resurrectione, vt hic.
In Ascensione. *3.Reg.18.g.* Ecce nubecula parua, &c.

Moraliter. Luc.12.f. Ibid.14.b.

* locum ibi tenebat. Sed ipsi accenso igne, quem venit Dominus in terram mittere, dixerunt Domino: Amice, ascende superiùs. a Cepisti captiuitatem,] i. denarios diu incarceratos produci fecisti, & dari pauperibus. *Luc.12.e.* Anima mea, habes multa bona, &c: *Osea 2.b.* Sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum. Clamat Ioseph, i. augmentum incarceratum. *Gen.40.c.* Memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furto sublatus de terra Hebræorum, i. transeuntium, i. pauperum. Et tu ipse, qui das diuitibus. b Accepisti dona,] i. eleemosynas, non in tua persona, sed.

c In hominibus] pauperibus. *Matth.25.d.* Quod vni ex minimis fratribus meis fecistis, mihi fecistis. In hominibus, dicit, non in turribus, vel in muris, vel in castris Ecclesiæ ædificandis. Nec etiam dicit, quod muris, vel turribus fecistis, mihi fecistis: Aliud est facere pro Deo, aliud facere Deo, plus est facere ipsi Deo. Vel sic. b Accepisti dona] eorum non tantùm in rebus, sed etiam. c In hominibus,] i. non tantùm sua, sed seipsos dederunt tibi. *Matth.16.d.* Qui vult venire post me, abneget seipsum, &c. *2.Cor.12.d.* Non quæro vestra, sed vos. Hoc est, quod sequitur. d Etenim non credentes,] i. amatores diuitiarum: De quibus dicit *Ieron.* Veram fidem de Deo non habet, qui cupit in his miseriis fieri diues. f Inhabitare, &c.] i. hoc accepisti ab eis, vt tu Dominus Deus habitares, & possideres eos, & vt ipsi etiam habitarent, & possiderent teipsum, omnibus relictis, vt te solum acquirerent. *Num.18.c.* In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego enim pars, & hereditas tua. Hoc autem donum Dei est, vt homo omnibus contemptis, Deum solum quærat. Vndè in persona eorum, quibus datum est hoc, gratias agens subiungit. h Benedictus Dominus die quotidie, vt suprà. i Prosperum iter faciet nobis] ducens nos per arctam, & rectam semitã, vbi non est periculũ, sicut in lata via. *Prou.4.b.* Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prosperum ergo iter faciet nobis, non Regis conductus, sed. l Deus Salutarium, &c.] qui salutaria nostra procurat, & prouidet nobis, non voluntaria nostra: sicut Medicus non dat ægro cibaria, vel medicamenta desiderata, sed salutaria, i. saluti necessaria. Vndè noluit amouere à Paulo stimulum carnis suæ, licet de hoc rogaret eum Paulus, sed dixit. Sufficit tibi gratia mea. *1.Cor.12.c.* m Deus noster Deus saluos faciendi.] Quarta pars vbi exponit operationes Dei: Quia posset aliquis dicere, quomodo parat prosperum iter, qui dicet: Ite maledicti in ignem æternum? *Matth.25.d.* Ideò ostendit, quòd Deus quantum est in se, omnes vult saluos fieri, & saluat quantum in se est; sed tamen, quia iustus est, malos, qui saluationem renuunt, damnabit. *Quarta pars.* Hoc est, quod dicit. [Deus noster. Deus omnium per creationem. n Noster] per specialem cultum est. o Deus saluos faciẽdi,] quia ad hoc specialiter venit in mũdum, sicut dicitur *Luc.9.g.* Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et tantùm appetebat salutem nostram, quòd mori voluit propter eam. Vndè addit. p Et Domini.] Hæc geminatio notat excellentiam. q Exitus mortis] quasi dicat, voluit exire de mundo per noctem propter nos. *2.Cor.5.c.* Christus pro omnibus mortuus est. *Sap.7.* Vnus est introitus omnibus ad vitam, & similis exitus. Si ergo volumus saluari, oportet, quòd & nos moriamur, & corporaliter, vt meliùs reformemur, & spiritualiter, vt carnem, & concupiscentias eius crucifigamus, & pro fratribus, quando necesse fuerit morti nos exponamus. *1.Ioan.3.c.* In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille posuit animam suam pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vel, exitus mortis, dicitur eius Resurrectio, quia posset dicere Iudæus, vel infidelis, quomodo est Deus saluos faciendi qui seipsum saluare non potuit? Vndè dicit Domini, qui potuit mori non nisi de propria voluntate: Domini, qui potuit resurgere pro sua voluntate, est [exitus mortis,] i. exiuit à morte resurgendo. *Ioan.10.d.* Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hanc duplicem potestatem notat hic, cùm dicit, Domini Domini. Vel. [Exitus mortis,] i. prouentus mortis, & tribulationis, sunt Domini, sicut exitus vinearum, & aliarum rerum dicuntur esse Dominorum, qui possident res illas. *Rom.14.b.* In hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum, & mortuorum dominetur. Et *eodem.* Nemo nostrum sibi viuit, & nemo nostrum moritur sibi. Et *eodem.* Siue viuimus, siue morimur, Dñi sumus. Vel. Exitus mortis, i. mors mortis, est, Dñi: quoniam mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. *Osea 13.d.* Ero mors tua, ô mors. Sed propter ista posset aliquis dicere, quòd nullum damnabit: Vndè subiungit contra hoc. r Veruntamen Deus, &c.] quasi dicat, licet sit Deus saluos faciendi, & mortem destruxerit: tamen Deus iustus, & omnipotens.

s Confringet capita, &c.] id est, superbiam eorum. Vel Capita, i. Magistros errorum, & Prælatos exemplorum malorum. De primo, *Ps.109.* Conquassabit capita in terra multorum, i. in inferno. De secundo. *Amos 6.a.* Væ qui opulenti estis in Sion Optimates capita populorum. Et post *ibi:* Nunc migrabunt in capite transmigrantium. Et confringet t Verticem] id est, ceruicositatem. u Capilli perambulantium] i. perseuerantium, & de peccato in peccatum incidentium, in delictis suis. Et dicit. Verticem capilli. Capillus enim superfluitas est, sine damno amittitur, & cito rumpitur, sed solui non potest: & significat diuitias, vel subtiles quæstiones, quibus prædicta conueniunt. Dicit ergo [Verticem capilli] quia propter diuitias temporales, & propter inanes, & subtiles quæstiones, fiunt homines ceruicosi & pertinaces, in delictis suis. *Ps.72.* Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ: transierũt in affectũ cordis. Vel, [Verticẽ capilli] i. curiositatem cogitationum, siue diuitiarum, quæ vertunt, & versant cor hominis cõtinuè sicut rotã. *Is.19.c.*

⊖ Miscuit Dominus

r Veruntamen Deus, &c.] Iste versus exponi potest contra mulieres, & etiam homines, qui ornant caput, & capillos suos sic [Deus confringet capita inimicorum suorum.] Illi enim, vel illæ mulieres Deum suo capite persequuntur, qui ornatu crinium prouocant ad libidinem: Vnde tales sunt inimici Dei. Et talium] confringet capita, & verticem capilli] id est, verticem capillatam, *Ier.9.g.* Visitabo super omnes qui attonsi sunt in comis.

x Perambulantium] per vicos, & plateas, & etiam

⊕ Miscuit Dominus spiritum vertiginis in medio Ægypti. 1. *Reg.* 15. c. Anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ. Inimici Dauid, i. Christi, sunt amatores mundi, qui rotantur, i. ad modum rotæ voluuntur, quæ a parte anteriori cadit, & a posteriori eleuatur: sic ipsi anteriorum obliti, & ad posteriora se extendentes, in spiritualibus cadunt, licet in temporalibus eleuentur. Hæc vertex [capilli] est hominum, Perambulantiū,] i. cupidorum per totum mundum discurrentium. *a* In delictis suis] vt fraudes, & mercationes dolosas faciant. Vndè Poëta dicit:

ctis *a* suis. Dixit *b* Dominus: *c* ex Basan conuertam, *d* conuertam † in profundum maris. Vt *e* intingatur pes tuus in *f* sanguine: *g* lingua canum tuorum *k* ex inimicis *h* ab ipso. † *i* Viderūt ingressus † tuos, Deus: † *l* ingress' Dei mei, *m* Regis mei, qui *n* est in sancto. *o* Præuenerūt *p* Principes *q* coniuncti psallentibus, in *r* medio † iuuencularum *f* tympanistriarum.

al. † de profundis.
al. † visi sūt.
al. † tui.
al. † gressus.
al. † adolescentularum.

Horatius l. 1. epistolarum. *Impiger extremos currit mercator ad Indos.*

Et bene dicit. [In delictis suis,] quia negociatio vix potest fieri sine delicto. Vndè *Eccl.* 26. d. Duæ species difficiles, & periculosæ apparuerant mihi, difficile exuitur negotians à negligentia sua: & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum suorum.

* ad Ecclesias. *a* In delictis suis,] i. in libidine, & superbia. Vndè *Isaia* 3. c. Pro eo, quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Et licet [Dominus confringat capita inimicorum] non tamen omnes damnabit, qui modò sunt inimici; sed quosdam conuertet ad pœnitentiam: Quia. *b* Dixit Dominus,] i. statuit, vel verbo suo fecit. Vel [dixit,] i. ab æterno disposuit. *c* Ex Basan conuertam,] i. de turpitudine vitiorum. Basan enim turpitudo interpretatur, siue confusio: & significat præcipuè vitia carnis abominabilia, in quibus erubescit homo deprehendi à quocunque. Et de his vitiis frequentiùs conuertit Dominus. Sed hæretici, & hypochritæ, in quibus videtur esse pulchritudo, & decor, non de facili conuertuntur. *Io.* 7. g. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? nec tantùm eos, qui in confusionem horum vitiorum ex infirmitate inciderunt; sed & eos, qui iam per malitiam peccant. Vndè addit.

d Conuertam, &c.] i. eos, quia tantùm demersi sunt, quòd iam contemptores facti sunt. *Prou.* 18. a. Peccator cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit. Vel sic.] Ex Basan, i. ex confusione, conuertam, quia cùm homo in se recordans peccati sui, confunditur, tunc conuertitur ad Deum. Hæc est enim confusio adducens gratiam, & gloriam. *Eccles.* 4. c. *Mich.* 4. d. Venies vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Conuertam, non in gaudium mundi; sed [in profundum maris] hoc est, in perfectam pœnitentiæ amaritudinem. Item Basan interpretatur bruchus, vel pinguedo, vel siccitas. Per bruchum, detractio, per pinguedinem, gula, per siccitatem, acidia designatur. Hæc omnia conuertit Dominus in mare pœnitentiæ: Nec tantùm superficialiter, sed, in profundum: Nec tantùm ad pœnitentiam conuertentur, sed & ad martyrium accendentur. Vndè subdit Propheta.

e Vt intingatur, &c.] i. conuersi, qui sunt pes tuus. *f* In sanguine suo] pro te effuso, i. illi, qui priùs inimici, nunc amici, & pes facti sunt portantes te per mundum, ita feruentes erunt in prędicatione, & fide, vt martyrium pro te ferre non dubitent, non timentes eos, qui corpus occidunt: *Matth.* 10. c. Et *Luc.* 13. c. Nunc etiam cùm non est persecutio, debent pedes Domini, i. Prædicatores, & Clerici intingi in sanguine, i. in memoria Passionis. *Iob* 39. d. Pulli Aquilæ lambunt sanguinem. Et posset aliquis dicere. Non fuit ita mirum, si cognati Domini, & discipuli, quibus multa bona fecerat, cùm erant cum eo, sustinuerunt martyrium pro eo: Vndè, quod mirabilius est, subdit. *g* Lingua, &c.] supple fiet, vel sumetur, i. inimici fient canes tui, lingua medicantes, & gregem custodientes contra lupos, i. hæreticos prædicando latrantes. Hi sunt canes, de quibus dicitur. *Matth.* 15. c. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. Laudatur autem lingua canum, & non dentes. Quare? Quia in dentibus mordax prædicatio, in lingua verò blanda, & consolatoria intelligitur, quæ magis laudabilis est, quia magis vtilis. *Eccles.* 36. d. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ. Hi igitur Prædicatores prædicti sūt, qui sanguine intingūtur: Sicut Paulus primò inimicus, & persecutor Ecclesiæ Dei, postmodum factus est bonus canis impugnans ad bestias malas: Sicut ipse dicit 1. *Cor.* 15. d. Ad bestia pugnaui Ephesi. Modò autem non solùm non pugnant canes nostri, sed nec capiunt etiam vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: *Cant.* 2. d. Sed nec etiam terrent eos latrando. *Isaia* 57. d. Canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Sic ergo, lingua canum tuorum, sumitur ex inimicis. Vndè dicit *Gregorius*. Lingua canum ex inimicis prodiit, quia Dominus conuersos Gentiles etiam Prædicatores fecit. Et hoc non est ex eorum meritis, sed pura gratia Dei: Vndè addit. *h* Ab ipso, [scilicet, Deo. Et hoc dicendo, conuertit se ad canes istos loquens de Deo in tertia persona, cùm priùs loqueretur ipsi Deo in secunda persona. Et hoc facit vt fortiùs eis imprimat istud, quòd ex inimicis Dei sunt facti canes Dei ex gratia, non ex meritis: Diligentiùs enim intelligimus, quod nobis, quàm quod aliis dicitur. Alia littera magis seruat seriem narrationis, quæ habet. [A teipso. Hanc gratiam recognoscebat Apostolus sibi factam, cū diceret 1. *Cor.* 15. b. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Isti autem canes, & pedes Domini, animati sunt ad intingendum se in sanguine martyrij, quia Domini Passionem præcessisse viderunt. Vndè dicit. *i* Viderunt] per fidem.

k Ingressus tuos, Deus.] Ingressum, scilicet, in mundum, qui fuit in maxima paupertate: & ingressum in cœlum, siue in gloriam, qui fuit per maximum dolorem. *Luc.* 24. d. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Vndè pendens in Cruce clamat. *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Bene dicit, videte quia ex visione ista surgit animatio, siue animositas audaciæ ad sustinendum martyrium pro Christo. Vndè legitur 1. *Mach.* 6. d. Quòd ostenderunt elephantibus sanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos in prælium. Sequitur.

l Ingressus Dei mei] quantum ad primum, quia ingressus est per vterum Virginis clausum, & egressus per eundem clausum; quod facere non posset, nisi Deus esset. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quia Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa Principi: Princeps ipse sedebit in ea.

m Regis mei] quantum ad secundum, quia secum misses redemptos ad regnum perduxit.

n Qui est in sancto] cœlo. *Psalm.* 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius. Hic etiam notatur Trinitas, quæ ad nos ingreditur per gratiam. *Ioan.* 14. c. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Cùm dicit [Deus] notatur persona Patris. [Dei mei] persona filij [Regis] Spiritus sancti, qui regit Ecclesiam.

Est autem ingressus Dei.
- In mundum. *Isa.* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.
- In mentem. *Apoc.* 3. d. Si quis aperuerit mihi, introibo, & cœnabo cum eo.
- In infernum. *Isaia* 45. a. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.
- In templum, i. in Ecclesiam. *Ezech.* 10. a. Cùm ingrederetur vir, repleta est domus nube, & atrium repletum est à splendore gloriæ Dñi.
- In cœlum. *Act.* 1. b. Cùmque intuerentur in cœlum euntem illum ecce duo viri, &c.

Inuitati etiam, & animati fuerunt ad tolerantiam martyrij, non solùm per exemplum Christi; sed & per exemplum Apostolorum. Vnde dicit.

o Præuenerunt] scil. ad martyrium.

p Principes.] i. Apostoli, qui non erant, vt Principes Pharisæorum, qui dura onera imponentes aliis, digito suo nolunt ea mouere, *Matth.* 23. a. Sed erant. *q* Coniuncti psallentibus] i. Deum operando laudantibus. *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt: noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex illis. *r* In medio, &c.] i. Ecclesiarum nouarum. *Cant.* 6. c. Adolescentularum non est numerus. *f* Tympanistriarum] pœnitentiam agentium in mortificationem carnis. Tympanum enim fit de corio mortui animalis extento in ligno. Vel aliter. [viderunt ingressus tuos] & vltimò ingressum in cœlum in quo.

o Præuenerunt Principes] id est, Angeli, *Daniel.* 10. d. Michael Princeps vester. *q* Coniuncti psallentibus] id est, Apostolis. *Act.* 1. b. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos, &c.] id est, duo Angeli. *r* In medio iuuencularum tympanistriarum.] id est,

id eſt, Mariæ, & mulierum aliarum, de quibus *in eodem capitulo* dicitur, quod erant Apoſtoli perſeuerantes in oratione cum mulieribus, & maria matre eius, quæ erant iuuenculæ ſpiritu non anus, ſecundum illud, quod dicit Apoſtolus *Rom.6.* a. Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et erát tympaniſtriæ per pœnitétiam. Item exhortatio bona eſt ad Moniales,& alios Religioſos ſiue Clericos vt attenti ſint in pſalmodia, quia præuenêrunt Principes, i. Angeli, qui expectant, vt portent orationes eorum & repræſentent coram Deo, (Coniuncti pſallentibus,) non dormientibus aut nihil dicentibus, vt eos iuuent. Nec tantum magnis Dominis, ſcil. Epiſcopus, & Abbatibus, ſed etiam, [in medio iuuencularum tympaniſtriarum] id eſt, Monialium vel Nouitiarum, quæ iuuenculæ dicuntur propter nouitatem vitæ, & propter ſpem prolis concipiendæ: & tympaniſtriæ, propter pœnitentiam, quam faciunt. Sed nota, quod ad hoc, quòd tympanum bene ſonet oportet, quòd corium bene extendatur, moderatè tamen, ne rumpatur: Si enim habeat rugas non ſonabit. *Iob.* 16. b. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me. Rugæ eius ſunt negligentia, pigritia, fictio, & huiuſmodi. Si autem nimis extendatur, crepabit, & non ſonabit: quia qui nimis ſe attenuant, etiam ad literam, pſallere, vel cantare non poſſunt. Propter hoc bene temperauit hoc *B. Auguſtinus*, dicens in regula ſua: carnem veſtram domate ieiuniis, & abſtinentia eſcæ, & potus, quantum valetudo permittit, id eſt, non nimis, neque plus, quàm valetudo permittat: Hoc etiam, quod dicit: [præuenerunt Principes, &c.] eſt contra Prælatos, qui nolunt intereſſe horis in choro, cùm tamen debeant in hoc, & in aliis obſeruantiis omnes alios præuenire. Si aliquis hoc faceret derideretur 2. *Regum*.6.d. Quam glorioſus fuit Rex Iſrael hodie diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris: Dixitque Dauid ad Michol: Viuit Dominus, quia ludam ante Dñm, & vilior fiam plus, quam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. [Coniuncti pſallentibus] non allegantibus. *Pſalm.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper principes. [In medio iuuencularum tympaniſtriarum] non ſeorſum in tabernis, in medio, non in capite ſplendidè, & lautè conuiuâs. Accedit enim plerumque in clauſtris illud Apoſtoli 1.*Cor.*11.e. Alius quidem eſurit & alius ebrius eſt. Alius. n. eſurit in conuentu, & alius ebrius eſt in camera Abbatis: Et abundantia, ſeu potiùs exceſſus Abbatis poſſet ſupplere defectus, & inopiam totius conuentus, ſi eſſet, ipſe [in medio iuuencularum, tympaniſtriarum] id eſt: ſimplicium clauſtralium, quibus dimittitur labor tympanizandi, ſc. ieiunandi, & cantandi. *Iſa.*30.g. In citharis, & tympanis, & bellis præcipuis expugnabit eos, i. dæmones, De tali Prælato bene dicitur in *Pſalm.* 79. Singularis ferus depaſtus eſt eam, ſcil. Religionem, i. veſtauit eam. Singularis dicitur per proprietatem ferus, per ſuperbiam: depaſtus per gaſtrimargiam. Hæc tria deſtruunt tria vota Religionis.

al. † Deum Dominum. al. † adoleſcentior in exceſſu.

In *a* Eccleſiis benedicite † Deo: *b* Domino *c* de fontibus Iſrael. *d* Ibi *e* Beniamin † *f* adoleſcentulus, in *g* mentis exceſſu. *h* Principes Iuda *i* Duces eorum: Principes *k* Zabulon, & *l* Principes Nephtali

a In Eccleſiis.] Quinta pars, in qua precatur vt Eccleſia ſic incepta dilatetur, & confirmetur. Et non tantùm precatur, ſed & affirmat. Dixit quod præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum; & poſſet aliquis carnaliter hoc intelligere de choreis, & cantu laſciuo: Vnde ſtatim exhortando nos, ſeipſum exponit, dicens; [In Eccleſiis benedicite Deo,] quaſi dicat, ex quo illi Apoſtoli præuenerũt nos in benedictionibus dulcedinis, quia vtique dulce eſt laudare Deũ tã opere, quã ſermone: Ergo vos omnes ſequimini eos benedicendo Deum [in Eccleſiis] non ei maledicite in choreis, in tabernis, in murmurationibus. Sed non poteſt dici illud *Ier.* 15. c. Omnes maledictum mihi, dicit Dominus. *Apocal.* 16. d. Blaſphemabant homines Deum propter plagam grandinis: Ergo [in Eccleſiis benedicite Deo] Creatori, qui vos fecit, vt eum laudaretis.

b Domino] Recreatori, qui vos de maledictione redemit, vt benedictionem hæreditate poſſideatis: Sicut dicitur. 1. *Petr.*4. b. Et hoc.

c De fontibus Iſrael.] Fontes Iſrael, ſunt duo Teſtamenta, de quibus debet ſumi laus diuina. Vnde *Iſa.*12. b. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: Et dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: Ecce laus. De fontibus Iſrael, non de fontibus Iuſtiniani, vel Ariſtotelis, qui ſunt fontes ſine aqua, ſicut dicitur 2. *Petr.*2. d. Plus enim ſitim temporalium augent, quam extinguant, vt puluis, & tamen plures illos fontes ſitiunt, & dibunt, quam iſtos. *Ier.*2.c. Duo mala fecit populus me⁹: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, &c. *Et* 1. d. Quid tibi in via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?

d Ibi] id eſt, in his fontibus. *Ioan.*5. f. Scrutamini Scripturas, &c. Vel [Ibi] id eſt, in Cruce, eſt. *Allegor. de Chriſto.*

e Beniamin] id eſt, Chriſtus, qui primò fuit Beniamin] id eſt, filius doloris, & hoc in ara Crucis; & in ipſius partu mortua eſt mater eius Synagoga. Et poſtmodum factus eſt Beniamin, id eſt, filius dexteræ ſedens ad dexteram Patris.

g In mentis exceſſu] id eſt, in humilitate. *Luc.*9. d. Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Et dicitur Exceſſus, eo quod excedebat opinionem humanam, ſcilicet, quòd filius Dei dignaretur mori: Et quia exceſſit omnium merita & omnem iuſtitiam; non enim fuit iuſtitia, quod moreretur, ſed mera miſericordia. Item quia videbatur ebrius, *Ier.* 23. b. Factus ſum velut vir ebrius. Ita enim calicem ſuum bibit, quod quaſi vir ebrius factus: De quo. *Matth.* 28. c. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. Vel de Paulo exponitur dupliciter ſecundum ſuum duplicem ſtatum.

d Ibi] id eſt, in primitiua Eccleſia.

e Beniamin] id eſt, Paulus, ſiue potius, Saulus de Tribu Beniamin.

f Adoleſcentulus] ad literam. Vnde, *Act.*7.g. Teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.

g In mentis exceſſu] id eſt, plenus furore in Eccleſiam. *Act.*9. a. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos. Vel de ſtatu poſt conuerſionem.

d Ibi] id eſt, in Eccleſia, vel in fontibus Iſrael. *De S. Paulo dupliciter.*

e Beniamin] id eſt, Paulus.

f Adoleſcentulus] vltimò vocatus à Domino, & qui ſe minimum inter alios reputabat. 1. *Cor.*15. b. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus.

g In mentis exceſſu] quando raptus fuit vſque ad tertium cœlum 2. *Cor.* 12. a. Vel Moraliter de vita contemplatiua.

d Ibi] id eſt, in fontibus Saluatoris.

e Beniamin] id eſt, contemplatiuus, qui prius fuit Beniamin, id eſt, filius doloris in Pœnitentia, & labore, & poſtmodum efficitur Beniamin, id eſt, filius dexteræ in contemplatione, & requie.

f Adoleſcentulus] per innocentiam, & humilitatem, ſicut 1. *Petr.*2. a. Sicut modò geniti infantes, &c. *Matth.*18. a. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli. & cætera.

g In mentis exceſſu) quia leuauit ſe ſuper ſe: *Thren.*3. b. Nec tantum Beniamin, ſed &c. *Moral. de viro contemplatiuo.*

h Principes Iuda duces eorum] qui in Eccleſiis benedicunt Dominum.

k Principes Zabulon, Principes Nephtalim] id eſt, Apoſtoli qui de his Tribubus nati ſunt, Vel [Ibi] cum Domino habitauerunt. Vnde *Matth.* 4. b. Venit Ieſus, & habitauit in Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephtalim. *Iſa.*9. a. Primò tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim. Vel ſecundum interpretationes nominum.

h Principes Iuda] id eſt, confeſſionis.

k Principes Zabulon] id eſt, fortitudinis.

l Principes Nephtalim] dilationis. Hi ſunt Apoſtoli, qui ſunt.

i Duces eorum) ducentes eos. Primò ad confeſſionem fidei. Secundò ad fortitudinem operis: Tertiò ad dilatationem, i. ad latitudinem hæreditatis æternæ: Quæ, vt dicit *Greg.* tam lata eſt, quòd eam hæredum numerus non anguſtat. Vel ſecundùm tria tempora Eccleſiæ poteſt iſtud legi de Prælatis, ſic.

i Duces eorum] ſcilicet, Prælati primò fuerunt.

h Principes Iuda] id eſt, Martyres pro confeſſione fidei. Cui conſonat alia littera quæ habet: [Principes Iuda in purpura ſua.] Et ſecundo.

k Principes Zabulon] id eſt, Confeſſores fortes contra hæreticos. Tertiò.

l Principes Nephtalim,] id eſt, moderni qui ditantur in temporalibus, & latam viam ſubditis exemplo oſtendunt.

dicitur fons Israel.

- Pater. *Ier.*2.c.Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &c.
- Filius. *Eccl.*1.a.Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.
- Spiritus sanctus. *Ps.*35. Apud te est fons vitæ.
- Beata Virgo. *Cant.* 4. d. Fons signatus.
- Sacra Scriptura. *Genes.*7. b. Rupti sunt fontes abyssi.
- Deuotio fidei. *Ioan.*3. b. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.
- Charitas. *Prou.*5. c. vbi habemus: Deriuentur fontes tui foras Alia litera: Fons proprius, cui non communicat alienus.
- Apostoli. *Exod.*15. d. Venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes.
- Baptismus. *Zach.*13.a.erit fons patens.
- Doctrina. *Psal.* 17. Apparuerunt fontes aquarum.
- Sapientia. *Iosue* 15. Descendit fons Iudæ vsque ad fontem Solis.
- Pœnitentia. *Cant.*1.d. In vineis Engaddi, quod interpretatur fons hœdi, id est, peccatoris, in quo abluit peccata.
- Lex vetus. *Ioa.*14.a.Sedebant sic suprà fontem, *Prou.*53. c.Lex sapientis fons vitæ.
- Gloria. *Apoc.* 9. d. Educet eos ad vitæ fontes aquarum.
- Timor. *Prou.*14.d.Timor Domini fons vitæ, vt

declinet à ruina mortis. Et quia modò non timent homines, & disperierunt in Endor, quod interpretatur fons generationis, & significat luxuriam: & ideò etiam facti sunt, vt stercus terræ. *a* Manda, Deus] per istos nuncios. *b* Virtutem tuam] i. mitte miracula vt infideles conuertantur ad fidem. Vnde addit. *c* Confirma] i. infidelib⁹ per miraculorum ostensionem.

a Manda, Deus, *b* virtuti tuæ: *c* cófirma hoc *d* Deus, quod operatus es in nobis. A *e* templo tuo in *f* Ierusalem, tibi *g* offerēt *h* Reges munera. *i* Increpa *k* feras † arundinis, *l* congregatio taurorum † in *m* vaccis po-

al. † virtuti tuæ.
al. † calami.
al. † inter vaccas.

d Hoc Deus, &c.] sc. quam nobis infudisti, vel sermonem tuum, quem per me locutus es. Quæ hic petit, vt fiant, facta esse narrantur. *Marc.vlt.*d.sed ordine retrogado, vbi dicitur quod Apostoli profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Quod ibi dicit, Domino cooperante, hic dicit, quod operatus es. Quod ibi dicit, sermonem confirmante, hic dicit, manda Deus virtutem tuam, vel sic, *a* Manda, Deus, Deus virtutem tuam, vel sic manda Deus virtuti tuæ] i. ordini angelico, quo fiunt miracula. Et est idem sensus cum priore. Vel sic, [Deus] Pater manda virtuti tuæ, i. præcipuè filio, vt incarnetur, & patiatur. *c* Confirma] sic faciendo.
d Hoc quod, &c.] i. quod dedisti nobis credere, & aliis prophetare de eius incarnatione, & Passione, facto perfice. Vel aliter.
a Manda, Deus, &c.] vt veniat ad nos, i. virtutem nobis mandando infunde, quod ita tibi facile est, & multo facilius, quàm homini mandare, & dicere. *Psal.*148. Ipse dixit & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Et ne infusam effundamus. *c* Confirma, &c.] id est, ipsam virtutem: De qua dicit *August.* Virtus est bona qualitas mentis quam Deus operatur in nobis sine nobis; vitia autem operamur nos. *Eccl.*c.Omne opus corruptibile in fine deficiet; & qui illud operatur, ibit cum ipso.

Confirmat Deus.

- Osculando. *Cant.*1.a.Osculetur me osculo oris sui.
- Fideiubendo. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris.
- Sigillum apponendo, *Hebr.*1.a. Cum sit splendor gloriæ, & figura, &c.
- Moriendo, *Hebr.*9.e. Testamentum in mortuis, &c.
- Arras vel pignus dando. 2.*Cor.*d. Dedit pignus spiritus in cordibus nostris.

e A templo tuo, &c.] quasi dicat, Principes, de quibus suprà dictū est, non tantùm benedicent Dominum, sed & offerent ei. Hoc est, quod dicit. *h* Reges] id est, Apostoli qui rexerunt Ecclesiam. Vel sic continua, Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. [Quid si feceris [Reges] id est, Apostoli. *g* Offerent munera] id est, multos ad fidem conuertent; quos tibi offerent, tibi gloriam attribuendo: Et hoc incipiendo, ad literam: A templo tuo in Ierusalem, *Isa.*2.a. De Sion exibit lex & verbum Domini de Ierusalem. Vel [Templum] dicitur Ecclesia tota, vbi offertur Deo spiritualis oblatio. Et primò oblata fuit, à Regibus, i. Apostolis deleto ritu Synagogæ. *Ioan.* 4. c. Crede mihi, veniet hora, quando neque in monte hoc, nec in Ierosolymis adorabitis Patrem, quasi dicat, non in Iudæa tantùm, sed vbique in Ecclesia: Sicut prophetatum est. *Mala.*1. c.In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Et hoc templum sic vbique diffusum est.
f In Ierusalem] i. in visione pacis, quia vbique est pax hominibus bonæ voluntatis. Sed quia hæretici oblationes istas impediunt, & retrahunt, ideò de ipsis dicit. *Luc.*2.b.
i Increpa feras, &c.] i. compesce, qui dicuntur feræ propter superbiam, & quia sitiunt humanum sanguinem, & quia sunt siluestres, i. à communione Ecclesiæ separati. Boni.n. Christiani sunt Animalia Domini mansueta; sed hæretici sunt feræ. Et dicit] Feras arundinis] quia sunt vacui, & steriles, quia nec virtutes interiùs, nec opera meritoria exteriùs habent. Has feras arundinis increpat Domin⁹ per ignem. Sicut venatores quando volūt extrahere apros de arundineto, ponunt ignem in eo: sic cogitur exire aper: Sic ad literam facit Dñs hæreticis: quia vel ipsi comburuntur, vel de arundineto egrediuntur. Hoc autem facit Dominus per ministros suos, de quibus *Sap.*3.b.Fulgebūt Iusti, & tanquam scillæ in arundineto discurrent. Fulgebunt Iusti, & vita & doctrina: & in arundineto discurrent, i. loca, vbi suspicantur esse hæreticos perscrutantur. & & hoc tanquam scintillæ: quia sicut qui videt scintillam accedere ad combustibile, timet de cōbustione: ita hæretici videntes eos contra se venire, timent comburi. Et vbi morantur tales feræ.
l Congregatio taurorum] id est, indomabilium, & duræ ceruicis hæreticorum.
m In vaccis populorū] i. inter simplices, & idiotas, quos de leui potest seducere. Dicendo. n. vaccas exprimit irrationabilitatem, seu brutalitatem, & etiam generis debilitatem: Non enim inter homines rationales, vel inter boues fortes, sed inter vaccas dicuntur habitare. Et ad quid congregantur.
A Vt excludant eos. Moraliter ab illo loco. *Moraliter.*
e A templo tuo] Templum est cor viri iusti, iuxta illud 1.*Cor.*3. d. Templum Dei sanctum est, quòd estis vos. Quod debet esse situ. *f* [In Ierusalē,] i. in visione pacis. 3. *Reg.*2. f. Ædifica tibi domum in Ierusalem & habita ibi, & non egredieris inde huc, atque illuc. Ab hoc templo offerent munera Reges, i. illi, qui bene regunt cor suum. *Psalm.*61. Reges Tharsis & insulæ munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent. Qui autem non regunt illud, sed vagari dimittunt non offerunt munera à templo. Sicut multi dicunt horas, vel psalmos, non ex corde; sed tantùm ex labiis offerunt. *Isa.*29.d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Sed, *Ephes.*5. d.dicitur: Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, non vanæ gloriæ. Multi.n. multa offerunt vanæ gloriæ, quæ Deo videntur offerri. Et quia multum laborant Dæmones, vt immittant cogitationes superfluas, & noxias tempore orationis. Ideò bene subdit. *i* Increpa] Domine, i. compesce. *k* Feras arundinis] i. Dæmones. Alia litera bestiam calami, sc. diabolum, qui dicitur Behemoth: *Iob* 40. b. Et interpretatur bestia. Et dicitur bestia calami, quia sicut *eod. Iob* dicitur: Sub vmbra dormit, i. in diuitibus qui sequuntur vmbram diuitiarum: in secreto calami, i. in hypocritis, qui exteriùs nitent, & intùs vacui sunt in locis humentibus, i. in luxuriosis: De quibus addit. *l* Congregatio, &c.] i. luxurioforum. *m* In vaccis, &c. i. inter meretrices, quæ dicuntur vaccæ, vel vitulæ, propter lasciuiam. *Iudic.*14.d.Si non arassetis in vitula mea, &c. 2.*Tim.*3.b.Ex his sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Vel vaccas vocare possumus præbendas, & concordat tunc eis, quæ præcedunt quasi dicat, *h* Reges] qui se regnunt. *g* Offerunt in templo.] Sed hi pauci sunt, quia feræ arundinis, id est, dæmones de Regibus fecerunt tauros; & qui Deum debebant in Ecclesia quærere, & colere, quærunt, & colunt ibi præbendas. Vnde conqueritur Dñs *Osea* 30. b. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, id est, Clerici, qui habitant Ecclesiam, Samaria enim interpretatur custodiens Dñm, & significat Ecclesiam, hi colunt vaccas Bethauen, i. præbendas. Bethauen.n. priùs vocabatur Bethel, i. domus Dei & post vocata est Bethauen, i. domus idoli. Sic in Ecclesia solebat quæri Deus & coli; sed modò temporalia. Vnde *Eccl.*.38.c.Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum, i. in pinguedine præbendarum. Ideò dicit hic.
i Increpa feras arundinis] i. Dæmones, quia. *l* Congregatio taurorum] i. lasciuientium Clericorum sunt. *m* In vaccis populorum] i. in fœcundis redditibus præbendarum.

A Vt excludant

A *a* Vt excludant, &c.] i. Doctores, & Prælatos diuino eloquio præditos, suspectos, & odiosos reddunt simplicibus: & ita non credunt doctrinæ eorum. Vel vt hic notetur, non intentio hæreticorum, sed vtilitas fidelium.
a Vt excludant,] i. manifestent, & probent.

b Eos, qui probati, &c.] i. qui perfecti sunt in fide, & per diuinum eloquium sciunt eam defendere. Exclusores enim sunt, qui sculpunt in metallis, & de plana materia pulchras eleuant imagines: Sic in conflictu hæreticorum apparet, qui veram fidem, &

Al. † excluduntur hi. Al. † disperge. Al. † vocem suam.

pulorum: vt † *a* excludant *b* eos, qui probati sunt argento. † *c* Dissipa *d* Gentes, *e* quæ bella volunt: *f* venient legati ex Ægypto: *g* Æthiopia *h* præueniet manus eius *i* Deo. *k* Regna terræ *l* cantate Deo: *m* psallite Domino: *n* Psallite Deo, qui *o* ascendit super cœlum cœli *p* ad orientem. *q* Ecce dabit † voci suæ *r* vocem virtutis

zelum fidei habeant 1. *Cor.* 11. d. Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant: Nec tantùm increpa, sed & *c* Dissipa] omnino. *d* Gentes,] i. hæreticos diuersas sectas sectantes. *e* Quæ bella volunt,] i. impugnare Ecclesiam. Et hoc facies per tuos Prædicatores, de quibus sequitur. *f* Venient, &c.] i. Prædicatores, quos per mundum mittes, conuertentur ad te de mundo, & de tenebris peccatorum, quasi dicat, de peccatoribus fient sancti Prædicatores, qui sunt Legati Domini. 2. *Cor.* 5.d. Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. De hac reconciliatione sequitur.
g Æthiopia,] i. Gentilitas, vel peccatores.
h Præueniet manus eius,] scilicet, Dei vindictam, Deo supple credens, vel reconciliata, vel confitens. *Psalm.* 94. Præoccupemus faciem eius in confessione. Alia littera planior est, quæ habet, Dare manus Deo, i. fœderari Deo, & reconciliari per fidem, & pœnitentiam. Et propter ista, quæ fient.
k Regna terræ] omnia, non tantùm regnum Iudæorum
l Cantate Deo] laudando ipsum.
m Psallite Domino] bene operando ad honorem eius.
Moraliter. * *a* Vt excludant] à præbendis. *b* Eos, qui probati, &c.] i. peritos in diuina pagina, potentes in opere, & sermone. *Gal.* 4. c. Excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Vel ita punctari potest. [Vt excludant eos argento,] i. per eloquentiam suam, & allegationes, ad litteram [argento] dato, qui probati sunt. Et talibus imprecatur Propheta, cùm subdit.
c Dissipa Gentes, &c.] i. Aduocatos, qui semper volunt bella linguæ. *Prou.* 17.b. Semper iurgia quærit malus: Ecce quòd bella volunt. Sed de dissipatione subdit: Angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Mich.* 2.b. Populus meus in aduersarium consurrexit, desuper tunicam, pallium sustulistis: & eos, qui transibant simpliciter
Isaiæ 33.b. conuertistis in bellum. Ad pacificandum autem ista bella,
Isaiæ 57.d. deberent venire Legati. Vndè subdit.
f Venient Legati, &c.] i. ex compositione, & angustia cordis Domini Papæ, qui erunt Angeli pacis, & amarè flentes, quia non est pax impiis. Et si sic esset.
g Æthiopia,] i. nigri peccatores.
h Præueniet manus, &c.] sicut suprà expositum est. Sed hodie magis hi Legati bella volunt, & nutriunt, quàm ea pacificent, iuxta quod dicitur 2. *Mach.* 14. a. Ipsi, qui dicuntur Assidei Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum. Assidei Iudæorum sunt Prælati, & Cardinales, & Legati Christianorum. Assidei autem interpretantur Milui, vel Herodij. Et tales quandoque dicuntur Milui per rapacitatem. Herodij per crudelitatem: Herodes enim dicitur innocentes occidisse. *Psal.* 103.
Marc.6.d. Herodij domus dux est eorum. Item Herodes Ioannem
Act.12.a. decollauit. Item Herodes Iacobum occidit gladio. Expone. Tales Legatos arguebat simul, & instruebat. B. *Bern.* scribens & ad Eugenium Papam. Missi post aurum non eant, sed Christum sequentur, qui quæstum legationem non existiment, sed fructum, qui Regibus Ioannem exhibeant: Ægyptiis Moysen, fornicantibus Phinees, idololatris Eliam, Elisæum quantum ad Giezi auaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, negotiantibus Christum, qui malos non spernant, sed doleant: diuites non palpent, sed terreant: qui pauperes non grauent, sed foueant: minas Principum non paueant, sed contemnant: qui Ecclesias non spolient, sed emendent: marsupia non exhauriant, sed mentes impleant. Item idem de cis-

dem ad eundem. Ad te redeant fatigati quidem, sed non suffarcinati, simul & gloriantes, non quod curiosa, seu pretiosa quæque terrarum attulerint, sed quòd reliquerint pacem regnis, legem Barbaris, quietem Monasteriis, Ecclesiis ordinem, Clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Sic ergo deberent venire Legati ex Ægypto, i. ex peccato, ne scilicet, auaritia, aut cupiditas, aut ambitio sit principium motus eorum. Quod si sic, erit & consequens. *g* Æthiopia:] Hoc ponitur, vt locum habeat sequens relatio. [Æthiopia] ergo, i. peccatores. *h* Præueniet manus eius,] i. munera peccatorum præiudicium facient. *i* Deo,] quia tales præponunt Deo munera, sicut dicitur *Ezec.* 13.d. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis: vt interficerent animas, quæ non moriuntur: & viuificarent animas, quæ non viuunt. Tales autem Legatos terreni homines adulationibus demulcet, & seruitiis honorent. Contra quæ duo subiungit Prophetas. *k* Regna terræ, &c.] non talibus hominibus. *m* Psallite Dño] non hominibus superflua officia exhibete, ne sc. honorem, Deo debitum quibuscumque hominibus impendatis, exemplo Mardochæi, qui Amen Regis collateralem noluit adorare. Vndè dicit *Esther.* 13.d. Domine, tu omnia nosti, & scis, quòd non pro superbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc: vt non adorauerim Amen superbissimum Dei mei transferrem ad hominem, &c. Sed & qui honorem diuinum exhibent hominibus, & ipsi homines qui talem honorem recipiunt, paueant, quod dicitur *Act.* 12.d. Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabitur ad eos: populus autem acclamabat, voces Dei, non hominum: confestim autem percussit eum Angelus Dñi, &c. *n* Psallite, &c.] Sexta pars, Sexta pars. vbi dicit, quòd Christus, qui ascendit, veniet ad iudicium. Suprà dixerat [Psallite Dño] hic autem quasi determinans, cui Dño sit psallendum] dicit [Psallite Deo, qui ascẽdit super cœlum cœli.] *Ephes.* 4.b. Qui descendit, ipsi est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimplerent omnia. Et determinat, vnde ascendit dicens. *p* Ad orientem.] Ipse enim ascendit ad montem Oliueti, qui est ad orientem respectu Ierusalem. Et quòd inde ascenderit, habetur *Luc.* 24. g. Eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus benedixit eis. Et factum est, cùm benediceret eis, recessit ab illis, & ferebatur in cœlum. Sed sicut dicitur *Act.* 1. b. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Vndè de illo aduentu ad iudicium subiungit. De aduentu Domini ad iudicium.
q Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.] Vocem suam appellat illam vocem angelicam, de qua 1. *Cor.* 15. g. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Hæc tuba est vox illa præconialis: Surgite mortui, occurrite ad iudicium. Huic [voci dabit.
r Vocem virtutis,] quia sicut dicit *Greg.* Dabit illi virtutem suscitandi corpora. *Ioan.* 5.e. Audient mortui vocem filij Dei, & qui audierint, viuent, &c. Et dicit. [Ecce quia prope A est, & propter
Moraliter. Moraliter.
n Psallite Deo, qui ascendit, &c.] Consuetudo est, maximè in Francia, quòd cùm peregrini vadunt, vel redeunt, amici eorum prosequuntur eos, cum organis musicis. Hanc etiam consuetudinem videntur habuisse antiquitùs, secundum quòd Laban dixit ad Iacob: *Gen.* 31.d. Quare fugisti, nec indicare voluisti, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis. Multò fortius nos debemus psallere pro Ascensione amici nostri, cui reuertens peregrinatione sua viator de bello.
o Ascendit super cœlum cœli ad orientem,] vbi, videlicet, erat priùs. Vel quantum ad nos, tunc iuit in peregrinationem nos hic reliquens, carnem, quæ de terra sumpta erat, quasi ad peregrinandum in cœlum dixit: secundum quod exponit *Greg.* illud verbum: *Matth.* 25. b. Homo quidam peregrè proficiscens, &c. Moraliter] etiam Christus.
o Ascendit in cœlum,] quia ipse est veritas, & iustitia; Et hæc locum non habent in terra, quare nec Christus. *Osea* 4. a. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.
p Ad orientem,] quia tantùm paruulos orientes videtur colligere, & secum in cœlum ducere. *Matth.* 19. b. Sinite paruulos venire ad me: talium enim est regnum cœlorum. Tamen in terra dimittit præcones suos, qui malefacientes arguant. Vndè sequitur.
q Ecce dabit voci suæ,] i. præconibus suis, scilicet, Prædicatoribus. *r* Vocem virtutis.] Prædicatores sunt vox Dei, quia voluntatem eius aliis exprimunt. Vndè dicit Ioannes Baptista. *Ioan.* 1.c. Ego vox clamantis in deserto. His dat Dñs [vocem virtutis,] i. vt quod prædicant de

Allegor. A eſt,& propter incertitudinem,vt ſemper illud iudicium ante mentis oculos habeamus, ſicut *Iero.*qui dicebat:Siue comedam, ſiue bibam, ſiue aliud quid faciam, ſemper videtur auribus meis intonare vox illa : Surgite mortui, venite ad iudicium *Iacob. 6.*b. Ecce iudex in foribus aſſiſtit.Et vt tūc bene ſit vobis.

Al.† honorem. *Al.*† plebis.

a Date] nunc, gloriam Deo,ſeruiendo ei, & laudando ipſum. Et debetis,quia. b Super Iſraël magnificētia ei*,] i.largitas eius ſuper bonos apparebit, quia remunerabit eos ſupra condignum. c Et virtus eius] apparebit.

a date † gloriam Deo b ſuper Iſraël : magnificentia eius, c & virtus eius d nubibus.e Mirabilis Deus in Sanctis ſuis , f Deus Iſraël, g ipſe dabit virtutem,& h fortitudinem † i plebi k ſuæ:benedictus l Deus.

In finem pro his, qui commutabuntur, ipſi Dauid.

m *PSAL. LXVIII.*

SAluū n me fac, o Deus

d In nubibus, [materialibus, in quibus deſcendet ad iudicium. *Matth.* 23. c. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & Maieſtate. Item. [In nubibus,] i. in Sanctis, per quos Dominus iudicabit. *Sap.3.*b. Iudicabunt Sancti nationes , & dominabuntur populis. Hi autem ſunt nubes , ſicut dicitur *Iſ.60.* b. Qui ſunt iſti, qui, vt nubes, volant ? Et tunc erit.

e Mirabilis Deus, &c.] quia & mali mirabuntur de gloria Sanctorum. *Sap.* 5.a. Mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis. Et ipſi Sancti mirabuntur. *Iſaia* 60. a. Tunc videbis & affluet , & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Et hæc admiratio erit anima , nec tantùm in ea , ſed in corpore, vnde ſequitur.

g Ipſe] Dominus [Dabit virtutem] impaſſibilitatis.

h Et fortitudinem] immortalitatis non omnibus , ſed.

i Plebi ſuæ] & propter hoc laudabunt eum in ſæcula ſæculorum. Vndè concludit : [Benedictus Deus.]

Moraliter. * virtutibus, opere oſtendant. Opus enim eſt vox virtutis , cui voci melius creditur : Vndè Dominus dicebat. *Ioan.* 10. g. Et ſi mihi non vultis credere , operibus credite. *Matth.7.*d. Erat docens, ſicut poteſtatem habens,& non ſicut Scribæ, & Phariſæi. Ipſe enim erat potens in opere, & ſermone ſicut dicitur. *Luc.* 24. c. Phariſæi autem nihil opponere poterant : Vndè *Matth.23.* a. Dicunt, & non faciunt. Et ex hoc O vos Prædicatores.

a Date gloriam Deo] non vobis. *Iſaia* 24. c. Propter hoc in doctrinis glorificate Deum. Et hoc debetis facere, quia totum non a vobis, ſed ab ipſo habetis. Vndè addit.

b Super Iſraël, &c. i. in Prædicatoribus , quaſi dicat, quòd magna faciunt , quod virtuoſi virtute multa euangelizant , & annunciant virtutes eius , totum ab eo. *Iſaia* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis , Domine. *Matth.* 10. c. Non enim vos eſtis, qui loquimini ; ſed Spiritus Patris veſtri , qui loquitur in vobis. Hoc autem manifeſtiùs exponit, cùm ſubiungit.

e Mirabilis] eſt [Deus in Sanctis ſuis ,] i. quod in eis eſt admirabile , & laudabile , ab ipſo eſt. Et in hoc ipſe priùs , quàm ipſi eſt admirandus. Vndè *Act.* 52. b. Dixit Petrus : Viri Iſraëlitæ quid admiramini in hoc : aut nos quid intuemini , qua noſtra poteſtate , aut virtute fecerimus hunc ambulare ? Vndè adhuc apertiùs ſubdit.

f Deus Iſraël,&c.] Et ideò ſit. l Benedictus Deus] à quo omnia bona. Notandum autem , quòd multis modis eſt.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.

- Prædeſtinandis. *Geneſ.* 48. d. Conſtituit Ephraim ante Manaſſem, quare ?
- Vocandis. *Act.* 9. a. Saulus adhuc ſpirans. .
- Iuſtificandis. *Mich.* 4. a. Venies vſque ad Babylonem, & ibi liberaberis.
- Magnificandis. *Eccl.* 11. a. Inſuſpicabilis portabit diadema. De his quatuor. *Rom.* 8. f. Quos Deus prædeſtinauit,hos & vocauit : & quos vocauit, hos & iuſtificauit : quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc?Ecce admiratio.
- Exercendis, vt Paulum per Angelum Sathanæ 1. *Cor.* 12. c. Probandis, vt *Iob* 1.
- Liberandis. *Num.*26.b. Factum eſt grande miraculum, vt Chore pereunte filij illius non morerentur.
- Redimendis. 1. *Petr.* 1. c. Non corruptibilibus auro , vel argento, &c.
- Mirandis , ſcilicet , idiotis. *Act.* 4. c. Comperto quòd homines eſſent ſine literis , & idiotæ admirabantur.
- Roborandis in Paſſionibus , & prædicationibus. *Sap.* 10. d. Deducit eos in via mirabili,
- Experimēdis.2 *Cor.*12. Datus eſt.n.ſtimulus carnis meæ.
- Glorificādis.*Iſ.60.*a. Videbis & affluet,& mirabitur,& dilatabitur cor tuum. Quod autem dicit. g Ipſe dabit,&c.] eſt contra quoſdam , qui dicunt , quod non poſſunt pati pœnitentiæ aſperitatem , vel religionem. Etſi enim ex ſe non poſſit homo,tamen ſi faciat,quod in ſe eſt, Dominus dabit virtutem animæ,quia vt dicit *Tullius* : Virtus eſt habitus animæ bene conſtitutæ. h Et fortitudinem] corporis, non tantum Regibus & Conſulibus,ſed i Plebi] etiam , id eſt, vilibus in ſæculo, vel abiectis in religione. k Suæ] & ideo Magnates ſunt in cœlo. 1 *Cor* 1.d. Quod ſtultum eſt Dei,ſapientius eſt hominibus:& quod infirmum eſt Dei , fortius eſt hominibus.

EXPOSITIO PSAL. LXVIII.

SAluum me fac,Deus,&c.] Titulus. *In finem pro his. qui commutabuntur ipſi Dauid.*] Quadruplex eſt mutatio. *Mutatio quadruplex.* Prima eſt culpæ,quæ incepit in primis parentibus peccantibus , cum humana natura mutata eſt de bono in malum corruptis naturalibus , & amiſſis gratuitis,& adhuc ſæpe fit in filiis:Et hæc poteſt dici permutatio.De hac *Thren.* 4. a. Quomodo obſcuratum eſt aurum , mutatus eſt color optimus. *Eccl.*27.b. Stultus,vt Luna,mutatur.Secunda eſt pœnæ,ſiue naturæ , qua mutamur de ætate in ætatem, de frigore in calorem,& huiuſmodi.De qua *Iob* 14 a. Homo nunquàm in eodem ſtatu permanet:Hæc poteſt dici tranſmutatio. Tertia eſt gratiæ, quæ facta eſt per ſecundum Adam de malo in bonum, & de bono in melius. De hac *Iſ.*40.g.Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Sic mutatus erat Apoſtolus dicēs.*Gal.*2.d.Viuo autem iam non ego, &c. Et hæc poteſt dici commutatio. Quarta eſt gloriæ , quæ fiet,cum corruptibile hoc induet corruptionem,& mortale hoc induet immortalitatem. 1.*Cor.* 15. g. Et hæc dicitur immutatio.Vnde ibidem præmittit Apoſtolus. Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Eſt ergo ſenſus tituli[Pſalm.iſte] dirigens nos [in finem] Chriſtus,attribuitur [ipſi Dauid] id eſt, Chriſto, qui hic loquitur in perſona capitis , & membrorum, agens [pro his]i. de his [qui commutabuntur] id eſt, de cauſa commutationis,ſc.de Paſſione Chriſti,quæ cauſa eſt, vt commutemur de malo in bonum , & de bono in melius , & etiam eſt cauſa immutationis. Vnde competenter poſt præcedentem pſalmum ſequitur iſte:Quia in præcedenti pſalmo egit de Reſurrectione,& Aſcenſione · Vnde quaſi quis quæreret viam,& cauſam reſurgendi,& aſcendendi, in hoc pſalmo reddit cauſam,& docet viam,agens de Paſſione Chriſti , per quam venit ad gloriam Reſurrectionis, & Aſcenſionis,ſicut dicitur *Phil.* 2. a. Factus eſt obediens vſque ad mortem,mortem autem Crucis , propter quod & Deus exaltauit illum,&c.Intentione monet nos, vt habentes oculum ad Paſſionem Chriſti,commutari laboremus,& hoc libenter patiamur , vt poſſimus peruenire ad immutationem illam in æterna gloria.Modus.Quinq; ſunt partitiones.Primò precatur ſaluus fieri,quia multa patitur iniuſtè,quia quæ non rapuit,ſoluit.Secundò quæ ſoluerit exponit,*ibi*[Deus,tu ſcis.] Tertiò malis prædictis ſcutum orationis opponit,*ibi*[Ego verò.]Quartò,contra aduerſarios prophetat,[Fiat menſa eorum.]Quintò,diſpenſ.tionē Incarnationis,& ſanctitatē propoſiti exponit,*ibi*] Ego ſum pauper.] Chriſtus ergo in Paſſione conſtitutus dicit. *Partitio Pſalmi.* *Alleg.*

m Saluum me fac, ô Deus] Pater. Et oſtendit cauſam, quare hoc clamat.

A Quoniam aquæ

Moraliter in perſona pœni. tentis,& tentati. Moraliter. m Saluum me fac, &c.] Hæc eſt deprecatio pœnitentis, vel tentati loquentis, ad modum naufragantium,quorum nauis rupta eſt, & impletur aqua:tunc deprecantur Deum,vt ſaluas poſſint facere animas tantum , id eſt, vt viui poſſint euadere. Homo autem in hoc mundo eſt,ſicut in mari. Mundus enim mare eſt : ſalſum per cupiditatem:fœtens per luxuriam;tumens per ſuperbiam. Aquæ ſunt diuitiæ,& deliciæ,& honores mundani,& omnia peccata,quæ vſque ad animam intrant per delectationem,ſuffocationem per conſenſum,ſubmergunt per operationem,computeſcere faciunt per conſuetudinem. Vnde *Ioel.*1.d.Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Nauis,in qua tranſire debemus mare iſtud, eſt pœnitentia , vel innocentia. Clamat ergo pœnitens,vel tentatus dicēs: Saluum me fac,Deus.Saluum non dicit diuitem, vel fortem,vel ſanum corpore,vel huiuſmodi;quia homini, qui videt periculum ſuum,ſufficit ſalus tantum : Sic accidit ad literam frequenter in mari.Sic Eſther, licet Rex Aſſuerus promitteret ei dimidium regni;nō tamen illud voluit petere,ſed contenta ſalute ſua,& ſuorum dixit.Si inueni gratiā in oculis tuis , ô Rex dona mihi animam meā pro qua rogo & populum meum pro quo obſecro. *Eſther 7.a.*

n Me] non dicit pecora mea . vel burſas. *Matt. decimo ſexto.* d. quid prodeſt homini,ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur ? ô Deus non fortuna,aut caſus,aut vſura,& dolus.*Iſ* 45.d.Rogauerunt Deum

Allegor.

A *a* Quoniam aquæ,] i. populi Iudæorum insipidi. Aquæ enim multæ, populi multi. *Apoc.*17.d.
b Intrauerunt vsque ad animam meam,] i. præualuerunt contra me ad hoc, quod tollunt animam meam crucifigendo me Vel [Aquæ,] i. tribulationes, intrauerunt vsque ad animam quasi dicat, non solùm extrà, scilicet, in carne sum tribulatus; sed etiam intùs in anima. Hoc est, quod ipse dicit. *Matth.*26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Aqua — Bona:

- Diuinitas. *Ieremias secundo* c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.
- Sapientia. *Eccl.* 1. a. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum.
- Spiritualis intelligentia. *Ioan.* 2. a. Implete hydrias aqua.
- Dona Spiritus. *Ioan.*7.f. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes.
- Doctrina. *Prouerb.* 5. c. In plateis aquas tuas diuide. *Amos* 4.c. Venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam, vt biberent aquam.
- Angeli. *Gen.*1.a. Diuisit aquas ab aquis.
- Iudicium. *Amos* 5. g. Reuelabitur, quasi aqua, iudicium, & iustitia, quasi torrens fortis.
- Populi. *Apoc.* 17.d. Aquæ, super quas meretrix sedet, populi sunt.
- Exercitus. *Isaia* 8.b. Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius.
- Baptismus *Ioan.* 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam.
- Lacryma. *Ioël. vlt.* d. Super omnes riuos Iuda ibunt aquæ.
- Refrigerium. *Luc.* 16. f. Intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam.
- Fœlicitas æterna. *Zach.*14.b. In die illa exibunt aquæ viuæ de Ierusalem.

Aqua — Mala:

- Diuitiæ. *Nahum.* 3. b. Cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. Generatio carnalis. *Isaia* 48. a. De aquis Iudæ existis.
- Delitiæ. *Eccles* 11. a. Mitte panem tuum super transeuntes aquas.
- Fœmina. *Eccl.* 25. d. Ne des aquæ tuæ exitum: nec mulieri nequam veniam prodeundi.
- Mortalitas. 2. *Reg.* 14. d. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur.
- Abundantia inopiæ. *Iob* 27. d. Apprehendet eum, quasi aqua inopia.
- Tribulatio. *Cant.* 8. b. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.
- Seditio, sicut hic secundum *Gloss.*
- Luxuria. *Gen.* 39. a. Effusus es, sicut aqua, *Iob* 24. c. Leuis est super faciem aquæ, maledicta sit pars eius in terra.
- Hæresis. *Prou.* 17 c. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.
- Quicunque peccator. *Psalm.* 76. Viderunt te aquæ, Deus: & turbæ sunt abyssi.
- Pœna temporalis. *Osea* 5. c. Effundam quasi aquam iram meam
- Pœna æterna. *Iob* 24. c. Ab aquis niuium transeat ad calorem nimium.

Contra. *Zach.* 9. c. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Sol. In inferno non est aqua refrigerij; sed aqua supplicij. Vel dicas, quòd in limbo non erat aqua, scilicet, sensibus pœna. Et indè eduxit eos Dominus. *d* Infixus sum in limo profundi,] i. tentus & captus in iniquitate malitia, Iudæorum, qui tenaces sunt, vt limus, per auaritiam, & profundi corde per malitiam. Infixus est ergo in limo, non quod ipse peccatis eorum consenserit; sed quia ipsi per auaritiam, & nequitiam circumdederunt eum, & occidi fecerunt, scilicet, ne amitterent locum, & Gentem. *Ioan.* 11. F. Ecce limus tenax. Et iterum per inuidiam, & malitiam Ecce profundum. De quo *Isaia* 29.e Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, &c. *g* Et non est] mihi, substantia temporalis, quia Filius hominis non habet, vbi caput reclinet. *Matth.* 8. c. Diuitiæ enim, vel hæreditas terrena dicuntur substantia. *Luc.* 15. c. Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Hæc autem omnino defuit Christo, & præcipuè in morte, quando etiam vestimenta eius abstulerunt ab eo, & nudus pependit in Cruce. Vel [Non est,] mihi, substantia, i. virtus subsistendi, i. non apparet foris. *Abac.* 3. a. Ibi abscondita est fortitudo eius. Vel in hoc ostendit corruptionem Iudæorum: Non est substantia in, Iudæis, scilicet, talis, qualem creaui. *Isaia* 59.d. Vidit Dñs, quia non est vir. *h* Veni,] spontaneè de tranquillo sinu Patris. *i* In altitudinem maris,] i. in profundum amaritudinis sæculi: ad amaros peccatores missus sum. *Ioan.* 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum. *Matth.* 9. b. Non veni vocare Iustos, sed peccatores. *k* Et tempestas,] i. persecutio Iudæorũ. *l* Demersit] me in mortem. Hæc autem persecutio iniusta fuit, quia nihil mali; sed multa bona feceram eis. Vndè sequitur. *m* Laboraui, pro eis.

a quoniam *b* intrauerũt aquæ vsque *c* ad animam meam. *d* Infixus sum in *e* limo *f* profundi *g* & nõ est substantia. *h* Veni in *i* altitudinem maris: *k* & tempestas *l* demersit me. *m* Laboraui *n* clamans, *o* raucæ factæ sunt fauces

n Clamans.] prædicando & vocando eos ad pœnitentiam. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Ioan.* 7. e. Stabat Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Et in tantum clamaui, quod. *o* Raucæ factæ sunt fauces meæ,] Forsitan ad litteram verum fuit, quòd tantùm clamauit prædicando, quòd raucus factus est: Sed quia in Euangelio non exprimitur hoc, raucus factus fuisse dicitur, eo quod ipsum non intellexerunt Iudæi, qui longè erant ab eo, nõ loco, sed voto non corpore, sed corde. *Ier.* 12. a. Prope es tu ori eorum, & longè renibus eorum. *Isaia* 29.d. Populus hic labijs me honorat, &c.

Moraliter.

A Sed tamen Discipuli runt Deum non saluantem. *a* Quoniam intrauerunt aquæ] prædictæ, i. diuitiarum amor, deliciarum appetitus, dignitatum ambitio. *c* Vsque ad animam meam. Hæ sunt aquæ maris rubri, in quo submerguntur Ægyptij, sed populus Dñi illæsus euadit. Quando autẽ aqua intrat in naui, quatuor sunt remedia propria, & vtilia valdè. Primum est hauritorio proijcere aquam de naui: sic per timorem, & confessionem debemus proijcere, quicquid intrauit vsque ad animam de aquis maris. *Eccl.* 1. c. Timor Dñi expellit peccatum. *Thr.* 2. f. Effunde, sicut aquam, cor tuum, scilicet, per confessionem. Secundùm, est alleuiare nauem proijciendo in mare onera, quæ sunt in naui, quod fit per paupertatem spiritualem, & eleemosynarum largitionẽ. *Ionæ* 1. b. Miserunt vasa, quæ erãt in naui in mare, vt alleuiaretur, ab eis. *Sene.* Nemo cum sarcinis enatat: sufficit periclitanti, si animam suam saluat. *Matth.* 19. d. Ecce nos reliquimus omnia. &c. Tertium remedium, est obturare foramina, per quæ intrat aqua. Hi sunt quinque sensus, quos debemus restringere, ne mors intret per fenestras nostras, *Ier* 9 f Quartum, est facere vota intrandi Religionẽ. *Io.* 1. d. Immolauerunt hostias Dño, & vouerunt vota. In aqua autem potest homo aliquando ire, vel natare: Et ne hoc de se credatur, addit: *d* Infixus sum] vnde non possum me mouere. Et aliquando infigitur arbor in terra feraci, & fructum facit: Et hoc etiam remouet, cùm dicit. *e* In limo] sterili, turpi, & tenaci. Hic limus est mundus iste, qui limosus est per luxuriam, & infructuosus per superbiam, & tenax per auaritiam. *Gen* 14. b. Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis. Et ne putetur, quòd calore Solis desiccetur iste limus: vide, quod dicit *f* Profundi,] vbi non lucet Sol. *Ps* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Item ne putetur ibi esse finis, seu fundum, in quo possit figi ancora, addit *g* Et non est substantia] vbi firmiter stare possim. *Eccl.* 1. a. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et ita in hoc versu quatuor mala notantur, otiositas, tenacitas tenebrositas, inanitas Item nota, quòd primus versus potest legi propriè in persona luxuriosorum de aquis voluptatum. Secundus in persona auarorum de limo diuitiarum. *Abac.* 2. b. Vsquequo aggrauat cõtra se densum lutum: Tertius in persona ambitiosorum, sc. *h* Veni] per me non vocatus. *i* In altitudinem maris,] i. in dignitatem mũdi. *k* Et tempestas demersit me,] i. turbatio causarum & curarum: Ex dignitatibus enim oritur tempestas ista. Vndè *Iob* 37. b. Ab interioribus egreditur tempestas. Et *Matt.* 15. b. Cogitationes malæ, homicidia, &c. Et qui sunt interiores in Ecclesia & corda illius? Vtique Clerici & Prælati, à quibus egreditur omnis tempestas, & omne malum quod fit in Ecclesia. Vndè *Ier.* 23. c. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. Et quid mouet hanc tẽpestatem? Ventus inanis gloriæ. *Isa.* 41. d. Ventus tollet & turbo disperget eos. Et loquitur ibi de montibus, per quos intelliguntur Prælati. *Os.* 8 b. Ventũ seminabunt, & turbinẽ metent. *m* Laboraui.] Hoc ad Prælatos & Prædicatores pertinet. Laboraui. Ecce opus. *n* Clamãs.] Ecce prædicatio, vel cantus in Ecclesia. Primum est contra otiosos. Secundũ est contra silentium importunum. Et nota ordinem: quia prius est laborare, quàm clamare, priùs operari, quàm docere. *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere, & docere. *o* Raucæ factæ sunt fauces meę.] Ecce nimietas laboris, vel clamoris contra subdolos operarios, qui minus faciunt, quã debent

Quatuor remedia naufragorum.

Allegor.

A est, & propter incertitudinem, vt semper illud iudicium ante mentis oculos habeamus, sicut *Iero.* qui dicebat: Siue comedam, siue bibam, siue aliud quid faciam, semper videtur auribus meis intonare vox illa: Surgite mortui, venite ad iudicium *Iacob.* 6. b. Ecce Iudex in foribus assistit. Et vt tūc bene sit vobis.

Al. † honorem.

Al. † plebis.

a Date] nunc, gloriam Deo, seruiendo ei, & laudando ipsum. Et debetis, quia.
b Super Israël magnificētia ei⁹,] i. largitas eius super bonos apparebit, quia remunerabit eos supra condignum. c Et virtus eius] apparebit.

a date † gloriam Deo b super Israël: magnificentia eius, c & virtus eius d nubibus. e Mirabilis Deus in Sanctis suis, f Deus Isäël, g ipse dabit virtutem, & h fortitudinem † i plebi k suæ: benedictus l Deus.

In fidem pro his, qui commutabuntur, ipsi Dauid.

m *PSAL. LXVIII.*

SAluū n me fac, o Deus

d In nubibus, [materialibus, in quibus descendet ad iudicium. *Matth.* 23. c. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & Maiestate. Item. [In nubibus,] i. in Sanctis, per quos Dominus iudicabit. *Sap.* 3. b. Iudicabunt Sancti nationes, & dominabuntur populis. Hi autem sunt nubes, sicut dicitur *Is.* 60. b. Qui sunt isti, qui, vt nubes, volant? Et tunc erit.
e Mirabilis Deus, &c.] quia & mali mirabuntur de gloria Sanctorum. *Sap.* 5. a. Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Et ipsi Sancti mirabuntur. *Isaia* 60. a. Tunc videbis & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Et hæc admiratio erit anima, nec tantùm in ea, sed in corpore, vnde sequitur.
g Ipse] Dominus [Dabit virtutem] impassibilitatis.
h Et fortitudinem] immortalitatis non omnibus, sed.
i Plebi suæ] & propter hoc laudabunt eum in sæcula sæculorum. Vndè concludit: [Benedictus Deus.]

Moraliter.

* virtutibus, opere ostendant. Opus enim est vox virtutis, cui voci melius creditur: Vndè Dominus dicebat. *Ioan.* 10. g. Et si mihi non vultis credere, operibus credite. *Matth.* 7. d. Erat docens, sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ, & Pharisæi. Ipse enim erat potens in opere, & sermone sicut dicitur. *Luc.* 24. c. Pharisæi autem nihil opponere poterant: Vndè *Matth.* 23. a. Dicunt, & non faciunt. Et ex hoc O vos Prædicatores.
a Date gloriam Deo] non vobis. *Isaia* 24. c. Propter hoc in doctrinis glorificate Deum. Et hoc debetis facere, quia totum non a vobis, sed ab ipso habetis. Vndè addit.
b Super Israel, &c. i. in Prædicatoribus, quasi dicat, quòd magna faciunt, quod virtuosi virtute multa euangelizant, & annunciant virtutes eius, totum ab eo. *Isaia* 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. *Matth.* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Hoc autem manifestiùs exponit, cùm subiungit.
e Mirabilis] est [Deus in Sanctis suis,] i. quod in eis est admirabile, & laudabile, ab ipso est. Et in hoc ipse priùs, quàm ipsi est admirandus. Vndè *Act.* 52. b. Dixit Petrus: Viri Israëlitæ quid admiramini in hoc: aut nos quid intuemini, qua nostra potestate, aut virtute fecerimus hunc ambulare? Vndè adhuc apertiùs subdit.
f Deus Israël, &c.] Et ideò sit. l Benedictus Deus] à quo omnia bona. Notandum autem, quòd multis modis est.

Mirabilis Deus in Sanctis suis.

- Prædestinandis. *Genes.* 48. d. Constituit Ephraim ante Manassem, quare?
- Vocandis. *Act.* 9. a. Saulus adhuc spirans.
- Iustificandis. *Mich.* 4. a. Venies vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis.
- Magnificandis. *Eccl.* 11. a. Insuspicabilis portabit diadema. De his quatuor. *Rom.* 8. f. Quos Deus prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Ecce admiratio.
- Exercendis, vt Paulum per Angelum Sathanæ 1. *Cor.* 12. c. Probandis, vt *Iob* 1.
- Liberandis. *Num.* 26. b. Factum est grande miraculum, vt Chore pereunte filij illius non morerentur.
- Redimendis. 1. *Petr.* 1. c. Non corruptibilibus auro, vel argento, &c.
- Mirandis, scilicet, idiotis. *Act.* 4. c. Comperto quòd homines essent sine literis, & idiotæ admirabantur.
- Roborandis in Passionibus, & prædicationibus. *Sap.* 10. d. Deducit eos in via mirabili.
- Experimēdis. 2 *Cor.* 12. Datus est n. stimulus carnis meę.
- Glorificãdis. *Is.* 60. a. Videbis & afflues, & mirabitur, &

dilatabitur cor tuum. Quod autem dicit. g Ipse dabit, &c.] est contra quosdam, qui dicunt, quod non possunt pati pœnitentiæ asperitatem, vel religionem. Etsi enim ex se non possit homo, tamen si faciat, quod in se est, Dominus dabit virtutem animæ, quia vt dicit *Tullius*: Virtus est habitus animæ bene constitutæ. h Et fortitudinem] corporis, non tantum Regibus & Consulibus, sed i Plebi] etiam, id est, vilibus in sæculo, vel abiectis in religione. k Suæ] & ideo Magnates sunt in cœlo. 1. *Cor* 1. d. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

EXPOSITIO PSAL. LXVIII.

Mutatio quadruplex.

SAluum me fac, Deus, &c.] Titulus. *In finem pro his. qui commutabuntur ipsi Dauid.*] Quadruplex est mutatio. Prima est culpæ, quæ incepit in primis parentibus peccantibus, cum humana natura mutata est de bono in malum corruptis naturalibus, & amissis gratuitis, & adhuc sæpe fit in filiis: Et hæc potest dici permutatio. De hac *Thren.* 4. a. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. *Eccl.* 27. b. Stultus, vt Luna, mutatur. Secunda est pœnæ, siue naturæ, qua mutamur de ætate in ætatem, de frigore in calorem, & huiusmodi. De qua *Iob* 14 a. Homo nunquam in eodem statu permanet: Hæc potest dici transmutatio. Tertia est gratiæ, quæ facta est per secundum Adam de malo in bonum, & de bono in melius. De hac *Is.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Sic mutatus erat Apostolus dicēs. *Gal.* 2. d. Viuo autem iam non ego, &c. Et hæc potest dici commutatio. Quarta est gloriæ, quæ fiet, cum corruptibile hoc induet corruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. 1. *Cor.* 15. g. Et hæc dicitur immutatio. Vnde ibidem præmittit Apostolus. Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Est ergo sensus tituli [Psalm. iste] dirigens nos [in finem] Christus, attribuitur [ipsi Dauid] id est, Christo, qui hic loquitur in persona capitis, & membrorum, agens [pro his] i. de his [qui commutabuntur] id est, de causa commutationis, sc. de Passione Christi, quæ causa est, vt commutemur de malo in bonum, & de bono in melius, & etiam est causa immutationis. Vnde competenter post præcedentem psalmum sequitur iste: Quia in præcedenti psalmo egit de Resurrectione, & Ascensione. Vnde quasi quis quæreret viam, & causam resurgendi, & ascendendi, in hoc psalmo reddit causam, & docet viam, agens de Passione Christi, per quam venit ad gloriam Resurrectionis, & Ascensionis, sicut dicitur *Phil.* 2. a. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Intentione monet nos, vt habentes oculum ad Passionem Christi, commutari laboremus, & hoc libenter patiamur, vt possimus peruenire ad immutationem illam in æterna gloria. Modus. Quinq; sunt partitiones. Primò precatur saluus fieri, quia multa patitur iniustè, quia quæ non rapuit, soluit. Secundò quæ soluerit exponit, *ibi* [Deus, tu scis.] Tertiò malis prædictis scutum orationis opponit, *ibi* [Ego verò.] Quartò, contra aduersarios prophetat, [Fiat mensa eorum.] Quintò, dispensatione Incarnationis, & sanctitaté propositi exponit, *ibi*] Ego sum pauper.] Christus ergo in Passione constitutus dicit.

Partitio Psalmi.

Alleg.

m Saluum me fac, ô Deus] Pater. Et ostendit causam, quare hoc clamat.

A Quoniam aquæ

Moraliter in persona pœnitentis, & tentati.

Moraliter. m Saluum me fac, &c.] Hæc est deprecatio pœnitentis, vel tentati loquentis, ad modum naufragantium, quorum nauis rupta est, & impletur aqua: tunc deprecantur Deum, vt saluas possint facere animas tantum, id est, vt viui possint euadere. Homo autem in hoc mundo est, sicut in mari. Mundus enim mare est: salsum per cupiditatem: fœtens per luxuriam; tumens per superbiam. Aquæ sunt diuitiæ, & deliciæ, & honores mundani, & omnia peccata, quæ vsque ad animam intrant per delectationem, suffocationem per consensum, submergunt per operationem, computescere faciunt per consuetudinem. Vnde *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Nauis, in qua transire debemus mare istud, est pœnitentia, vel innocentia. Clamat ergo pœnitens, vel tentatus dicēs: Saluum me fac, Deus. Saluum non dicit diuitem, vel fortem, vel sanum corpore, vel huiusmodi: quia homini, qui videt periculum suum, sufficit salus tantum: Sic accidit ad literam frequenter in mari. Sic Esther, licet Rex Assuerus promitteret ei dimidium regni; nō tamen illud voluit petere, sed contenta salute sua, & suorum dixit. Si inueni gratiā in oculis tuis, ô Rex dona mihi animam meā pro qua rogo & populum meum pro quo obsecro.

Esther. 7. a.

n Me] non dicit pecora mea. vel bursas. *Matt. decimo sexto*, d. quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? ô Deus non fortuna, aut casus, aut vsura, & dolus. *Is.* 45. d. Rogaue-

* runt Deum

Allegor. A *a* Quoniam aquæ,] i. populi Iudæorum insipidi. Aquæ enim multæ, populi multi. *Apoc.*17.d.
b Intrauerunt vsque ad animam meam,] i. præualuerunt contra me ad hoc, quod tollunt animam meam crucifigendo me Vel [Aquæ,] i. tribulationes, intrauerunt vsque ad animam quasi dicat, non solùm extrà. scilicet, in carne sum tribulatus; sed etiam intùs in anima. Hoc est, quod ipse dicit. *Matth.*26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem.

Aqua — Bona:
Diuinitas. *Ieremias secundo* c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.
Sapientia. *Eccl.* 1. a. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum.
Spiritualis intelligentia. *Ioan.* 2. a. Implete hydrias aqua.
Dona Spiritus. *Ioan.*7.f Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes.
Doctrina. *Prouerb.* 5. c. In plateis aquas tuas diuide. *Amos* 4.c. Venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam, vt biberent aquam.
Angeli. *Gen.*1.a. Diuisi aquas ab aquis.
Iudicium. *Amos* 5. g. Reuelabitur, quasi aqua, iudicium, & iustitia, quasi torrens fortis.
Populi. *Apoc.* 17. d. Aquæ, super quas meretrix sedet, populi sunt.
Exercitus. *Isaia* 8. b. Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius.
Baptismus *Ioan.* 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu. *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam.
Lacryma. *Ioël. vlt.* d. Super omnes riuos Iuda ibunt aquæ.
Refrigerium. *Luc.* 16. f. Intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam.
Fœlicitas æterna. *Zach.*14.b. In die illa exibunt aquæ viuæ de Ierusalem.
Diuitiæ. *Nahum.* 3. b. Cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius. Generatio carnalis. *Isaia* 48. a. De aquis Iudæ existis.
Delitiæ. *Eccles* 11. a. Mitte panem tuum super transeuntes aquas.

Aqua — Mala:
Fœmina. *Eccl.* 25. d. Ne des aquæ tuæ exitum: nec mulieri nequam veniam prodeundi.
Mortalitas. 2. *Reg.* 14. d. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur.
Abundantia inopiæ. *Iob* 27. d. Apprehendet eum, quasi aqua inopia.
Tribulatio. *Cant.* 8. b. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.
Seditio, sicut hic secundum *Gloss.*
Luxuria. *Gen* 39. a. Effusus es, sicut aqua, *Iob* 24. c. Leuis est super faciem aquæ, maledicta sit pars eius in terra.
Hæresis. *Prou.* 17. c. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.
Quicunque peccator. *Psalm.* 76. Viderunt te aquæ, Deus: & turbæ sunt abyssi.
Pœna temporalis. *Osea* 5. c. Effundam quasi aquam iram meam
Pœna æterna. *Iob* 24. c. Ab aquis niuium transeat ad calorem nimium. Contra. *Zach.* 9. c. Eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Sol. In inferno non est aqua refrigerij; sed aqua supplicij. Vel dicas, quòd in limbo non erat aqua, scilicet, sensibus pœna. Et indè eduxit eos Dominus. *d* Infixus sum in limo profundi,] i. tentus & captus in iniquitate malitia, Iudæorum, qui tenaces sunt, vt limus, per auaritiam, & profundi corde per malitiam. Infixus est ergo in limo, non quod ipse peccatis eorum consenserit; sed quia ipsi per auaritiam, & nequitiam circundederunt eum, & occidi fecerunt, scilicet, ne amitterent locum, & Gentem. *Ioan.* 11. f. Ecce limus tenax. Et iterum per inuidiam, & malitiam Ecce profundum. De quo *Isaia* 29.e Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, &c. *g* Et non est] mihi, substantia temporalis, quia Filius hominis non habet, vbi caput reclinet. *Matth.* 8. c. Diuitiæ enim, vel hæreditas terrena dicuntur substantia. *Luc.* 15. c. Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Hæc autem omnino defuit Christo, & præcipuè in morte, quando etiam vestimenta eius abstulerunt ab eo, & nudus pependit in Cruce. Vel [Non est,] mihi, substantia, i. virtus subsistendi, i. non apparet foris. *Abac.*3. a. Ibi abscondita est fortitudo eius. Vel in hoc ostendit: corruptionem Iudæorum: Non est substantia in Iudæis, scilicet, talis, qualem creaui. *Isaia* 59.d. Vidit Dñs, quia non est vir. *h* Veni,] spontaneè de tranquillo sinu Patris. *i* In altitudinem maris,] i. in profundum amaritudinis sæculi: ad amaros peccatores missus sum. *Ioan.* 16. f. Exiui à Patre, & veni in mundum. *Matth.* 9. b. Non veni vocare Iustos, sed peccatores. *k* Et tempestas,] i. persecutio Iudæorũ. *l* Demersit] me in mortem. Hæc autem persecutio iniusta fuit, quia nihil mali; sed multa bona feceram eis. Vndè sequitur. *m*

a quoniam *b* intrauerũt aquæ vsque *c* ad animam meam. *d* Infixus sum in *e* limo *f* profundi *g* & nõ est substantia. *h* Veni in *i* altitudinem maris: *k* & tempestas *l* demersit me. *m* Laboraui *n* clamans, *o* raucæ factæ sunt fauces meæ:

Laboraui, pro eis. *n* Clamans.] prædicando & vocando eos ad pœnitentiam. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Ioan.* 7. e. Stabat Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Et in tantum clamaui, quod. *o* Raucæ factæ sunt fauces meæ,] Forsitan ad litteram verum fuit, quòd tantùm clamauit prædicando, quòd raucus factus est: Sed quia in Euangelio non exprimitur hoc, raucus factus fuisse dicitur, eo quod ipsum non intellexerunt Iudæi, qui longè erant ab eo, nõ loco, sed voto non corpore, sed corde. *Ier.* 12. a. Prope es tu ori eorum, & longè renibus eorum. *Isaia* 29.d. Populus hic labiis me honorat, &c.

Moraliter. A Sed tamen Discipuli * runt Deum non saluantem. *a* Quoniam intrauerunt aquæ] prædictæ, i. diuitiarum amor, delitiarum appetitus, dignitatum ambitio. *c* Vsque ad animam meam. Hæ sunt aquæ maris rubri, in quo submerguntur Ægyptij, sed populus Dñi illæsus euadit Quando autẽ aqua intrat in naui, quatuor sunt remedia propria, & vtilia valdè. Primum est hauritorio proiicere aquam de naui: sic per timorem, & confessionem debemus proiicere, quicquid intrauit vsque ad animam de aquis maris. *Eccl.* 1. c. Timor Dñi expellit peccatum. *Thr.* 2. f. Effunde, sicut aquam, cor tuum, scilicet, per confessionem. Secundùm, est alleuiare nauem proiiciendo in mare onera, quæ sunt in naui, quod fit per paupertatem spiritualem, & eleemosynarum largitionẽ. *Ionæ* 1. b. Miserunt vasa, quæ erãt in naui in mare, vt alleuiaretur, ab eis. *Sene.* Nemo cum sarcinis enatat: sufficit periclitanti, si animam suam saluat. *Matth.* 19.d. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Tertium remedium, est obturare foramina, per quæ intrat aqua. Hi sunt quinque sensus, quos debemus restringere, ne mors intret per fenestras nostras, *Ier.* 9 f Quartum, est facere vota intrandi Religionẽ. *Io.* 1. d. Immolauerunt hostias Dño, & vouerunt vota. In aqua autem potest homo aliquando ire, vel natare: Et ne hoc de se credatur, addit: *d* Infixus sum] vnde non possum me mouere. Et aliquando infigitur arbor in terra feraci, & fructum facit: Et hoc etiam remouet, cùm dicit. *e* In limo] sterili, turpi, & tenaci. Hic limus est mundus iste, qui limosus est per luxuriam, & infructuosus per superbiam, & tenax per auaritiam. *Gen* 14.b. Vallis siluestris habebat multos puteos bituminis. Et ne putetur, quòd calore Solis desiccetur iste limus: vide, quod dicit *f* Profundi,] vbi non lucet Sol. *Ps.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Item ne putetur ibi esse finis, seu fundum, in quo possit figi ancora, addit *g* Et non est substantia] vbi firmiter stare possim. *Eccl.* 1. a. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et ita in hoc versu quatuor mala notantur, otiositas, tenacitas tenebrositas, inanitas Item nota, quòd primus versus potest legi propriè in persona luxuriosorum de aquis voluptatum. Secundus in persona auarorum de limo diuitiarum. *Abac.* 2. b. Vsquequo aggrauat cõtra se densum lutum: Tertius in persona ambitiosorum, sc. *h* Veni] per me non vocatus. *i* In altitudinem maris,] i. in dignitatem mũdi. *k* Et tempestas demersit me,] i. turbatio causarum & curarum: Ex dignitatibus enim oritur tempestas ista. Vndè *Iob* 37. b. Ab interioribus egredietur tempestas. Et *Matt.* 15. b. Cogitationes malæ, homicidia, &c. Et qui sunt interiores in Ecclesia & corda illius? Vtique Clerici & Prælati, à quibus egreditur omnis tempestas, & omne malum quod fit in Ecclesia. Vndè *Ier.* 23. c. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. Et quid mouet hanc tẽpestatem? Ventus inanis gloriæ. *Isa.* 41. d. Ventus tollet & turbo disperget eos. Et loquitur ibi de montibus, per quos intelliguntur Prælati. *Os.* 8 b. Ventũ seminabunt, & turbinẽ metent. *m* Laboraui.] Hoc ad Prælatos & Prædicatores pertinet. Laboraui. Ecce opus. *n* Clamãs.] Ecce prædicatio, vel cantus in Ecclesia. Primum est contra otiosos. Secundũ est contra silentium importunum. Et nota ordinem: quia prius est laborare, quàm clamare, prius operari, quàm docere. *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere, & docere. *o* Raucæ factæ sunt fauces meæ.] Ecce nimietas laboris, vel clamoris contra subdolos operarios, qui minus faciunt, quã debent

Quatuor remedia naufragorum.

Allegor. A Sed tamen Diſcipuli intelligebant eum vt in pluribus, quia iuxta eum erant: Sic enim eſt, quod hominem raucum non intelligunt remoti, ſed proximi.

a Defecerunt oculi mei,] i. caligauerunt, ad litteram in Paſſione. *b* Dum ſpero,] tantùm, [in Deum meum,] Patrem. Vndè dicebant Iudæi: Confidit in Deo? liberet eum nunc ſi vult. *Matth*.27. e. Vel ſic: Defecerunt oculi mei, i. Apoſtoli: Dum ſpero in Deum meum, i. in illo triduo, in quo expectabam à Deo Patre meo reſuſcitari. Tunc enim defecerunt iſti oculi: quia non viderunt per fidem, amiſſo lumine fidei. In cuius rei ſignum ſucceſſiuè extinguntur candelæ in die Cœnæ, & in paraſceue, & in Sabbato in matutinis. De hoc in *Pſalm*. 87. Oculi mei languerunt præ inopia, ſcilicet, fidei, & charitatis. *Matth*. 26. f. Tunc Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Nec tantum hoc malum habui, quod illi me reliquerunt; ſed & aliud, quòd plures me inuaſerunt: Vndè ſequitur.

ces meæ *a* defecerunt oculi mei, dum *b* ſpero in Deum meum. *c* Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei. *d* Qui oderunt me gratis. *e* Confortati ſunt, *f* qui perſecuti ſunt me, inimici mei *g* iniuſtè: *h* quæ non rapui, *i* tunc exoluebam. *k* Deus, *l* tu ſcis inſipientiam meam: *m* & delicta *n* mea *o* à te non ſunt abſcondita.

c Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, &c. id eſt, inimici mei Iudæi plures fuerunt perſequentes me iniuſtè, quàm fuiſſent mecum Apoſtoli, qui capillis comparatur: quia capiti Deo adhærebant. Sed tunc ceciderunt capilli iſti, & fuit Dominus quaſi caluus, quando in loco Caluariæ fuit crucifixus: Quod ſignificatum fuit. 4. *Reg*. 2. d. Vbi dicitur, quòd cum aſcenderet Eliſæus in Bethel, pueri paruuli egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes; Aſcende, calue, aſcende, calue. Eliſæus Chriſtum ſignificat quo per Crucem aſcendente in Bethel, i. in domum Dei Patris, vbi manſiones multæ ſunt, Iudæi ſenſu paruuli, ſed malitia adulti, illudebant ei, & faciebant Gentiles illudere, ſicut dicitur *Matth*. 26. Et dicitur ibi. 4. *Reg*. 2. d. Quòd Eliſæus maledixit illis: & egreſſi ſunt de ſaltu duo vrſi, qui lacerauerunt ex eis quadraginta duos. Hi duo vrſi fuerunt Titus, & Veſpaſianus, qui Iudæos à Domino maledictos deuorauerunt, i. captiuauerunt.

d Qui oderunt me gratis,] i. ſine cauſa, quia non merui, & quia eis non profuit in aliquo odium illud, ſed magis nocuit. Sed poſſent eſſe multi, & debiles: Item poſſent odio habere, & nihil facto nocere: & tunc magis tolerari poſſent. Vndè hæc duo remouens, addit.

e Confortati ſunt,] ad litteram Iudæi per Herodem, & Pilatum.

f Qui perſecuti ſunt me inimici mei,] ſcilicet, Iudæi. Et hoc.

g Iniuſtè] ſicut ipſe dixit eis. *Ioan*. 10. f. Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo: propter quod horum opus me lapidatis? Item [Iniuſtè,] quia dixerunt *Ioan*. 19 a. Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori. *Iſaia* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas. Et licet ſine culpa ſua pateretur; non tamen ſine noſtra culpa, & non ſine vtilitate noſtra. Vndè addit.

h Quæ non rapui, tunc exoluebam,] quaſi dicat, alius rapuit & furtum commiſit: & ego pro eo ſuſpenſus ſum. Adam enim & Eua raptores fuerũt: quia comedentes pomum vetitum, voluerunt rapere, & contrectare rem alienam inuito Domino, ſcilicet, gloriam Dei, vel Diuinitatem, ſuggerente diabolo: Eritis ſicut Dij, &c. Sed *Geneſ*.2.A. pro hac culpa Dominus exoluit pœnam. *i* Tunc,] i. quando in Crucis patibulo pro nobis pependit. Quod ſignificatum eſt *Geneſ*.31. f. Vbi dicit Iacob: Ego omne damnum reddebam: quicquid furto peribat, à me exigebat. Et dicit *Auguſt*. Quædam magna ſumma pœnarum debebatur Deo pro genere humano. Et *Anſelmus*. Soluere non potuit niſi Deus: ſoluere non debuit niſi homo: oportuit ergo, vt Deus fieret homo.

Moraliter. * *Bern*. Non parcentes vocibus, loquitur de cantu in Eccleſia. *Ier*. 48. b. Maledictus, qui facit opus Dei negligenter.

a Defecerunt oculi mei,] ex vigiliarum continuatione. Hoc eſt contra pigros, & ſomnolentos, qui non poſſunt vna hora vigilare cum Domino. *Matth*. 26. d. Hic notantur duo, quæ Prædicatori, & Prælato neceſſaria ſunt, videlicet vt de die laboret in prædicando proximis, & de nocte vigilet vacando Deo & orando, ſecundùm quod in *Pſalm*. 41. Dicitur: In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. Et hæc fiunt. *Duo neceſſaria Prælato & Prædicatori.*

b Dum ſpero,] qui enim ſperat in eum, vigilat ad eum, & laudat eum credens quod fauces & oculos vitæ gratos, imò & glorificatos reddet eis, quos laborantes; & vigilantes inuenerit *Matth*. 24. Beatus ille ſeruus, quem cùm venerit Dominus, inuenerit ſic facientem, ſcilicet, prædicantem. *Luc*. 22. e. Beati ſunt ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Qui autem tales ſunt, odioſi ſunt mundo, i. malis hominibus & ſtultis. Vndè addit.

c Multiplicati ſunt ſuper capilllos capitis mei, qui oderunt me gratis,] i. ſine cauſa. Tales enim, qui Sanctos habent odio, infiniti, & innumerabiles ſunt ſicut capilli. Vndè *Eccleſiaſtic. primò* d. Stultorum infinitus eſt numerus. Item innumerabiles, i. indigni numero ſunt.

d Qui oderunt me gratis,] i. quia gratis prædicabam eis, quod gratis acceperam, gratis dando, & corripiendo malos. Sed propter hoc oderunt me multi. Vndè & in *Pſalm. trigeſimo nono*. Dicitur: Annunciaui, & locutus ſum. Et quid ex hoc? Multiplicati ſunt ſuper numerum, ſcilicet, inimici. *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt. Aliquando etiam præualent mali in perſecutione bonorum. Vndè etiam addit.

e Confortati ſunt,] i. ad horam præualent contra me, non animam inclinando, ſed corpus affligendo. *Iob decimo quarto* d. Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum tranſiret.

f Quia perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè.] Et quod iniuſtè, apparet, quia.

h Quæ non rapui, tunc exoluebam,] i. non merueram, quod ſuſtinebam.

k Deus, tu ſcis.] Secunda pars, vbi oſtendi, quæ exoluerit, i. propter quæ peccata noſtra paſſus fuerit, videlicet, propter peccata malitiæ, & ignorantiæ. Vndè dicit: O [Deus,] Pater.

l Tu ſcis inſipientiam meam,] i. meorum à me luendam. *m* Et delicta] ſcienter facta.

n Mea,] i. meorum à me portanda.

o A te non ſunt abſcondita.] Dicit enim ſua eſſe delicta noſtra, quæ ipſe portauit. 1. *Pet*. 2. d. Peccata noſtra ipſe pertulit. Hæc non erant abſcondita Patri qui propter ea delenda Filium miſit. 2. *Cor*. 5. d. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit Deus peccatum, i. hoſtiam pro peccato, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo: Ecce cõmutatio, de qua in titulo agitur. De his duobus in perſona Chriſti dicitur *Eccl*. 23. a. Vt ignorationibus eorum non parcat mihi, & delicta eorum non appareant. Vel ſic.

k Deus, tu ſcis inſipientiam meam, &c.] i. tu ſcis, quod nec ignoranter, nec ſcienter peccaui: Vſualis ſermo. Vel ſic: Tu ſcis inſipientiam meam, i. quòd quaſi inſipienter paſſus ſum. Stultus enim videtur mercator, qui pro vili re multùm laborat, & magnum pretium dat. Hæc eſt viſio, de qua *Prou*. 30. a. Viſio, quam locutus eſt vir, cùm quo Deus erat: & qui Deo ſecum morante confortatur ait: Stultiſſimus ſum virorum & ſapientia hominum non eſt mecum, ſcilicet, terrena, animalis, diabolica, quæ diuitias quærit, delitias diligit, honores appetit, quæ paupertatem & dolorem & ignominiam Crucis meæ ſtultitiam æſtimat. 1. *Cor*. 1. d. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum Gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. Et quia talia ſuſtinui peto, vt. *Allegor.*

A Non erubeſcant

Moraliter. Moraliter. Iuſtus, qui in principio eſt accuſator ſui, vt dicitur *Prou*. 18. c. Dicit. *k* Deus,] quem nihil latet.

l Tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita.] Hic confitetur Iuſtus & ignorantiam, & peccata. Et datur nobis hic doctrina confitendi, non tantùm groſſa peccata, ſed etiam negligentiam addiſcendi, & omiſſionem faciendi, cùm dicit: Inſipientiam meam, & delicta. Iuſtus enim non tantùm ſtercora cùm pala eiicit de domo conſcientiæ ſuæ, ſed & cum ſcopa minutos pulueres congregat & proiicit. *Matth*. 12. d. Inuenit eam ſcopis mundatam. Item iſte verſus propriè eſt contra hypocritas, qui volunt videri ſapientes, & Iuſti, vnde nec inſipientiam, nec delicta ſua confitentur, ſed callidè celant: & ſcientiam & iuſtitiam, quam non habent, oſtentant. Vndè dicit *Iob* 36. b. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Hypocritæ enim ſunt ſimulatores quantũ ad oſtentationem bonorum: & callidi, quantum ad occultationem peccatorum ſuorum, & ex hoc prouocant iram Dei. Quia ſicut dicitur *Pr*. 28. b. Qui abſcõdit ſcelera ſua, nõ dirigetur; qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiã cõſequetur. Et licet Iuſtus cõfiteatur ignorãtiã, & delicta nõ tamẽ vult, quod in eo ſcãdalizentur homines:

* Vndè addit

Non *a* erubescant in me, qui *b* expectant te Domine: † *c* Domine virtutum. Non † *d* confundantur super me, *e* qui quærunt te, *f* Deus Israël. Quoniam *g* propter te sustinui † *h* opprobrium *i* operuit † confusio faciem meam. † *k* Extraneus factus sum fratribus meis: & † *l* peregrinus filiis matris meæ. Quoniam *m* zelus domus tuæ *n* comedit me: & *o* opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et † *p* operui in ieiunio ani-

Al. † Deus.
Al. † reuereantur.
Al. † exprobrationem.
Al. † irreuerentia.
Al. † Alienus.
Al. † hospes.
Al. † cooperui.

Allegor. A *a* Non erubescant in me,] i. non frustrentur in me moriente, & non resurgente. *b* Qui expectant te,] cum desiderio, Domine. *c* Dñe virtutum] dator. Vel [Virtutum,] i. Angelorum. Tum enim erubescerent, si Christus non resurgeret. Et sic orat pro antiquis, qui adhuc futuram Incarnationem, & Passionem, & Resurrectionem expectabant. Consequenter autem orat pro modernis dicens. *d* Non confundantur super me] moriente, quod quidem esset, si non citò resurgerem. *e* Qui quærunt te] bonis operibus, & fide.

f Deus Israël,] id est, videntium Deum per fidem. Fides autem aufert confusionem, sicut dicit Apost. *Rom.* 19. c. Omnis, qui credit in eum, non confundetur. Et ostendit, quod debet exaudiri dicens. *g* Quoniam propter te sustinui opprobrium. Propter te,] i. propter testimonium tui. Et in hoc ostendit se fuisse passum, non tantùm martyrium corporis, sed & cordis, cùm dicit,

h Opprobrium. Sicut enim verbera affligunt corpus: ita opprobria verborum affligunt cor. Et ipse sustinuit opprobria verborum, quando dicebant ei. *Ioan* 8. f. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es & dæmonium habes: Et *Matth.* 27. e. Vah! qui destruis templum Dei, nec hoc tantùm, sed &

i Confusio operuit faciem meam] secundum illud *Mar.* 14. g. Cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius. *Isaia* 50. c. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. *Iob* 30. b. Faciem meam conspuere non verentur. Et posset aliquis dicere, quare parentes eius, & amici non defendebant eum? Ad hoc soluit dicens. *k* Extraneus factus sum fratribus meis,] i. cognatis, & consanguineis, secundum quod dicitur *Ioan.* 7. a. Neque enim fratres eius credebant in eum. *l* Et peregrinus filiis matris meæ] Synagogæ, i. Iudæis, quia sicut peregrini spoliantur ab † hospitibus & prædonibus: sic Christus nudus fuit positus in Cruce, & eò fuit grauius; quò à filiis matris suæ hoc ei factum fuit. *Cant.* 1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Et ostendit causam, quare talia sustinebat, videlicet, propter Ecclesiam Dei construendam. Vndè dicit. *m* Quoniam zelus domus tuæ,] i. amor de domo tua, i. Ecclesia ædificanda. *n* Comedit me,] i. totum me sibi vendicauit, & absorbuit: Vel Comedit me, i. fuit causa mortis meæ. *o* Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me,] q. d. non sufficit eis occidere, & crucifigere me; sed crucifixo mihi opprobria, & tibi in me dixerunt. *Matth.* 27. e. Si filius Dei es, descende de Cruce. Et postea: Confidit in Deo: liberet nunc eum, si vult: Dixit enim: quia filius Dei sum. Hoc autem fecerunt, quia nesciuerunt eum esse Deum. 1. *Cor.* 2. b. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

Al. † hostibus.

Dominus dicitur zelotes.
- Quia ponit custodes sponsæ. *Cant.* 5. b. Inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatem, &c.
- Quia respicit per foramina. *Cant.* 2. c. Respiciens per fenestras prospiciens per cancellos.
- Quia venit improuisus. *Luc.* 12. f. Veniet Dñs serui illius, in die, qua non sperat, &c.
- Quia habitum mutat. *Isaia* 59. d. Opertus est Dominus quasi pallio zeli, &c.
- Quia aufert sponsæ adulteræ vestes. *Ezech.* 16. d. Auferam iustificationem tuam.
- Quia nõ parcit in die vindictę. *Pr.* 16. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.
- Quia valdè irascitur nocentibus sponsæ. *Zach.* 1. c. Zelatus sum Ierusalem, &c.

p Et operui, &c.] i. potentiam. Christus enim sitiens, & esuriens salutem humani generis in Cruce ieiunauit, quia non ibi nisi vnum latronem comedit, & in isto ieiunio operuit animam suam: quia potentiam non exercuit se vindicando, nec Deum esse.

Moraliter. Δ ostendit: vnde eum sicut purum hominem

* Vndè addit. *a* Non erubescant in me, &c.] Hoc præcipuè debet orare, & quærere quilibet Iustus, & Religiosus, vt ita se habeat, quòd non faciat dedecus Religioni suæ, & fratribus suis: Cum enim vnus se malè gerit, alij erubescunt in eo, sicut Paulus dicit. *Gal.* 4. c. Confundor in vobis. *Dan.* 13. c. Postquam locuti sunt senes contra Susannam, erubuerunt serui vehementer, quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna, quæ interpretatur lilium, & significat innocentiam Religionis, siue cuiuslibet Religiosi. *b* Qui expectant te, Dñe.] Boni Religiosi expectant Dñm, sicut præmium laboris sui, & sicut portionem hæreditariam ideò nolunt hic remunerari, nec volũt aliquid in terra possidere, vt cum tandem possideant in æternum. *Is.* 30. d. Beati omnes, qui expectant eũ. *Luc.* 12. e. Et vos similes hominibus expectantibus Dñm suum. *Is.* 64. c. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. Sed sunt multi, qui nolunt expectare; sed hic volunt sumere hæreditatem transitoriam: Et significãtur tales per Tribum Ruben, & Gad, & dimidiam Tribum Manasse, quæ noluerunt expectare, quòd haberent sortem suam in terra promissionis, sed extrà citra Iordanem acceperunt terram aptam ad alenda pecora. *Num.* 32. c. & *Ios.* 1. a. *c* Dñe virtutum, datur, vt tui sint fortes ad expectandum Suprà: *Psal.* 97. Ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ. Et vt desiderij sui intentionem ostendat, & quod petit, citiùs impetret, idem iterum petit cùm subiungit. *d* Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israël.] Sed cùm suprà dixisset: Qui expectant te Hic repetens dicit: Qui quærunt te, quia non sufficit expectare, nisi diligenter quæratur bene operando. Vndè dicit suprà: *Ps.* 26. Expecta Dñm, viriliter age, q. d. expectando non sis otiosus. Postquam autem se accusauit, & pro suo defectu, ne noceret aliis, exorauit, vt magis ædificentur alij, & vt gratus appareat: incipit postmodum bona sua explicare, dicens. *g* Quoniam propter te sustinui opprobrium, &c.] Et enumerat hic multa, quæ necessaria sunt præcipuè Religiosis viris. Primum est patientia in aduersis. Quædam autem aduersitas fit per verba, quædam per facta. De prima dicit: Propter te sustinui opprobrium. Et dicit: Propter te, non dicit, propter meritum meum. 1. *Petr.* 4. d. Nemo vestrum patiatur, vt homicida, aut fur. De secunda addit. *i* Operuit confusio faciem meam.] Non enim tantùm debet sustinere opprobrium; sed & quòd in maxilla percutiatur. *Matth.* 5. f. Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et de his duobus simul *ibid.* a. Beati eritis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint. &c. Secundum, quod est necessarium, est abiectio carnalis affectionis. Vndè dicit. *k* Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.] Et repetendum est, quòd suprà dictum est; Propter te, qui dixisti. *Matth.* 10. d. Veni separare hominem aduersus Patrem suum, & filiam aduersus matrem suã, & nurum aduersus socrum suam, &c. *Deut.* 33. a. Qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos. Ibi *Greg.* Debemus copulam terrenæ cognitionis agnoscere, sed si cursum viæ Dei præpedit ignorare. Tertium, quod necessarium est, est zelus animarum in quolibet, & in Religioso zelus ordinis. Vndè dicit. *m* Quoniam zelus domus tuæ] Ecclesiæ.

Necessaria multa Religiosis viris.

n Comedit me,] i. attenuauit per sollicitudinem. 2. *Cor.* 11. f. Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? 3. *Reg.* 19. b. Zelo zelatus sum pro Dño Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum Dñi filij Israël. Iam autem non est, qui zeles domum Dei, possumus dicere, quòd zelus domus Dei comedit omnes zelatores suos, quia iam nullus superest, omnes enim, quæ sua sunt, quærunt: & domus suæ zelum habent, non domus Dei. Vndè *Aggæi* 1. c. Dicit Dñs exercituum: Domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam, &c. Quartum est feruor ad Deum. Vndè sequitur.

Phil. 2. c.

o Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me] quasi lapis grandis lædens, i. reputaui ea mihi dicta, vel facta. Hoc non possunt dicere multi, qui opprobria sibi dicta cõnantur modis omnibus improbare, & iniurias sibi factas totis nisibus vindicare; sed de opprobriis, quæ dicũt contra Deum hæretici: & de iniuriis quas ei faciunt falsi Christiani, non curant. *Ier.* 15. c. Omnes maledicunt mihi. Quintum est carnis maceratio: Quæ in duobus cõsistit, in substractione delectabilium, & appositione asperorum. De primo dicit. *p* Et operui in ieiunio animam meam,] i. abstinui à delectationibus. Et per hoc operui animam meam, quasi scuto contra tentationes carnales. Vndè dicit. *Ieronym.* Ieiunio sanantur pestes corporis. Vel operui in ieiunio, contra frigus & calorem inferni. *Iob* 24. c.

*Transibunt

Allegor. A sicut purum hominem damnatum contemnebant, Vnde addit. *a* Et factum est in opprobrium mihi] quia propter hoc irridebant eum, & conuitia dicebant, quia videbatur homo impotens. Vel sic: Operui. i. humiliaui. In ieiunio animam meam. Vel ad lite.am operuit in ieiunio macię, & tristitia naturali, vnde homo impotens videbatur. Et quomodo videbatur subiungit. *b* Et posui, &c.] Cilicium Christi fuit caro humana in qua sitiuit, & alias infirmitates nostras ipse portauit. De hoc cilicio, siue sacco, secundum aliam literā dicit Christus suprà. *Ps.*29. Conscidisti saccum meum, in Passione, & circumdedisti me lætitia, in Resurrectione. *c* Et factus sum illis in parabolam] i. in similitudinem maledicti, vt dicerent sic: Contingat tibi, sicut contigit Christo, secundum quod dicitur. *Ier.*29. Ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab. Et qui erant principales in hoc facto? Scribæ & Pharisæi: Vnde subdit. *e* Aduersum me, &c.] i. illi, qui iudicabant populum, Iudices enim in porta sedebant, vt dicitur *Deut.*16. d Iudices constitues in omnibus portis. Hi erant Pontifices, & Pharisæi, & Scribæ, qui loquebantur aduersum Iesum facientes concilia aduersus eum. *Ioan.*11.f. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersum Iesum, & dicebant: quid facimus, &c. *Ier.* 18.d. Tu autem, Domine, scis omne consilium eorum aduersum me in mortem, ne propitieris iniquitati eorum. *f* Et in me psallebant, qui bibebant vinum, q.d. in conuiuiis suis irrisoriè loquebantur, & cantabant de me, & contra me. *Prou.*23. c. Noli esse in conuiuiis potatorum, & qui carnes conferunt ad vescendum. Vel. Qui bibebant vinum, luxuriæ & erroris, in me psallebant, deridendo. *Thr.* 3.b. Factus sum in derisum omni populo, & canticum eorum tota die. Et *inf.* *g* Ego sum Psalmus eorum.

mam meam: *a* & factum est in opprobrium mihi. Et *b* posui vestimentum meum † cilicium: & *c* factus sum illis in *d* parabolā. † *e* Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: *f* & in me psallebat qui bibebant vinum. *g* Ego † verò *h* orationem meam *i* ad te, Domine, *k* tempus beneplaciti, Deus. *l* In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in *m* veritate salutis tuæ. † *n* Eripe me de *o* luto, vt *p* non † infigar:

al. † saccum.
al. † aduersus me insultabant.
al. † autem oratio mea.
al. † saluum me fac.
al. † inhæream.

Moraliter. * Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. De secundo dicit. *b* Et posui vestimentum meum cilicium.] Vnde *Ier.* Cinis & cilicium arma sunt pœnitentiū. Sed quia malitia tales habet in derisum, cuilibet istorum duorum iungitur derisio. Vnde dicit. *a* Et factum est in opprobrium mihi.] Et posteà. *c* Et, factus sum illis,] sc. mundanis hominibus. *d* In parabolam] in opprobrium, videlicet, cùm mihi loquuntur. Nunc enim in tantum processit mundi malitia, quòd ex quo homo vult abstinere à malo, & facere bonum, reputatur hypocrita & papelardus vocatur. *Eccl.*11.d. Bona in mala conuertens insidiatur, & in Electis imponit maculam. Sic facit mundus. *Isa* 59.c. Conuersum est retrorsum iudicium, facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit. Hoc autē magis fit à Clericis, quàm ab aliis: Vnde addit. *e* Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, &c.] sc. Prælati, & Clerici, qui deberent iudicare iustè & non temerariè. Sed in alio sensu nunc possunt dici sedere in porta, quia sedent per otiositatem: in porta, per curiositatem; & in Iustos psallunt per lasciuiam, & malitiam: qui bibunt vinum, per gulositatem. Hæc enim vitia magis in Clericis, quàm in aliis regnant. Vnde *Amos* 6. a. Væ! qui opulenti estis in Sion. Et pòst. b. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui canitis ad vocem psalterij, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, &c. Et subiungit de pœna eorum: Quapropter nunc migrabunt in capita transmigrantium. *Prou.*4.c. Comedunt panem impietatis, & vinū iniquitatis bibunt. *Ioël.*1. b. Vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine.

Alleg. *Leu.*10. b. Vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibetis, quando intrabitis tabernaculum. *g* Ego verò] Tertia pars, vbi Christus contra prædicta mala orationem opponit. q. d. licet illa mala mihi inferant; ego tamen non reddo malum pro malo; sed bonum pro malo, & pro ipsis oro. Hoc est, quod dicit: In me psallebant, &c. mala prædicta faciebant. Ego verò dirigo, vel direxi. *h* Orationem meam ad te, Domine,] Pater. *Luc.*23. e. Pater, ignosce illis. Nec tantùm pro illis, sed & pro seipso orauit: Vnde dicit: Meam: Et ostendit, quòd exaudiri debet eius oratio. Primò, quia tempus pacis est & reconciliationis. Vnde dicit.

k Tempus beneplaciti] est, ô [Deus] scilicet, tempus gratiæ. *Isa.*49. c. In tempore placito exaudiui te.

Tempus triplex. { Consilij ante legem. / Præcepti post lege. / Beneplaciti post legem. } De hoc tempore beneplaciti in *Psal.* 101. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Secunda causa, quam allegat, est multitudo misericordiæ Dei. Vnde dicit. *l* In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me. Tertia est veritas promittentis, de qua dicit. *m* In veritate salutis tuæ,] id est, in veritate, qua promisisti per Prophetas saluare sperantes in te, & clamantes ad te. *Psal.*90. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. *Ierem.*29.c. Inuocabitis me; & ego exaudiam vos. Et ostendit, quid pro se petat. Primum est, vt à sensualitate sua non superetur. Vnde dicit. *n* Eripe me de luto,] corporis, dicit Christus pro anima sua, se à digniori denominans: Sicut *Act.*20. e. dicit Paulus: Neque animam meam facio pretiosiorem, quàm me, id est, vitam meam, vel animalitatem non præpono animæ meæ. [Eripe,] dico, me de luto isto. *p* Vt non infigar,] ei tanta dilectione sensualitatis, vt nolim mori pro salute mundi. Sensualitas enim in ipso Christo contradixit saluti nostræ. Vnde dixit. *Matth.*26. d. Transeat à me calix iste; quid ergo mirum, si in nobis quærit dominium? Hoc autem orauit, non pro indigentia potentiæ, quia omnipotens erat; sed ad doctrinam nostram, & ostensionem veræ humanitatis suæ. Secundò petit liberari à Iudæis. Vnde addit:

A Libera me ab his

g Ego verò orationem meam, &c.] Moraliter, vox est Iusti, vel Religiosi, qui suprà ostendit, quomodo propter suum ieiunium, & cilicium insultant ei homines mundani: Vnde hic ad Deum orandum recurrit, quia in alio non inuenit, nisi contrarietatem, & malum. 2.*Paral.*20.c. Cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Et potest hoc esse thema in Quadragesima, quia tunc est. *k* Tempus beneplaciti] & reconciliationis. Vnde tunc cantat Ecclesia: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. *Cor.*6. a. Et in Hymno. Ecce tempus idoneum, medicina peccaminum. In hoc ergo tempore præcipuè debet homo pœnitens dirigere orationem suam ad Deum, & dicere: Ego verò, in propria persona, non vicaria tantùm dirigo. *Moraliter.*

h Orationem meam,] non alienam. *i* Ad te, Domine] non ad homines. *Matt.*6. a. Cùm oratis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Debet autem dirigi oratio non vacua, vel sola, sed bene comitata. Et hoc est, quod sequitur. *l* In multitudine misericordiæ, &c.] Multitudo misericordiæ Dei est dare cœlestia, & dimittere peccata: paruitas, seu paucitas misericordiæ eius est dare temporalia; magnam debemus petere, sicut Dauid dicebat, *Ps.*50. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Sed multi petunt paruam, & paruam reputant magnam. Sicut homines fascinati festucam paruam credunt esse magnam trabem, sicut Loth qui dixit, *Gen.*19.d. Quæso, Domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, non possum in monte saluari, ne fortè comprehendat me malum, & moriar: Est ciuitas hic iuxtà, ad quam possum fugere, parua, saluabor in ea. Ecce quòd magnam misericordiam reputat salutem corporis temporalem. Loth interpretatur declinans, & significat homines mundanos, qui à recto itinere declinant ad manendum in ciuitatibus huius mundi. Sed vir iustus istam temporalem salutem, quæ falsa est, non petit; sed æternam, quæ vera est. Vnde addit.

m In veritate, &c.] non in falsitate salutis humanæ. *Ps.*59. Vana est salus hominis.

n Eripe me de luto.] In hoc versu petit vir iustus liberari ab illo infœlici ternario, 1. *Ioan.*2. c. videlicet, à concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Vnde dicit: eripe me, id est, extrà rape per violentiam.

o De luto] id est, de carnali libidine. Sicut enim lutum fit ex aqua & terra: sic libido ex aquis diuitiarum & carne generatur & nutritur. In hoc luto tenaci infixi sunt in Ægypto filij Israël, id est, Clerici in mundo. *Exod.*1. c. Ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris scilicet, libidinis & cupiditatis. *p* Vt non infigar] non vt non tangam; velit, nolit homo, oportet, vt aliquando comedendo, & bibendo sentiat, & tangat libidinem per aliquam delectationem. Sed equi fortes de facili transeunt lutum istud, & non infiguntur. *Abac.*3.d. Viā fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

Allegor. A *a* Libera me ab his, qui oderunt me,] i. à Iudæis. *Ioan.* 15. d. Oderunt me & Patrem meum. Tertiò, ab eorum profundis consiliis, & machinationibus. Vnde adiungit.

b Et de profundis aquarum,] i. de consiliis eorum, quæ profunda erant, & occulta; sed tamen sicut aqua fluxerunt, quia ipsi comprehensi sunt in consiliis, quibus cogitauerunt comprehendere Christum. Quartò petit liberari ab impetu doloris, & pœnæ dicens. *c* Non me demergat tempestas aquæ,] i. impetus pœnæ non me vincat: ipse enim nó fuit in hac tempestate demersus, quia totam aquã bibit. *Psalm.* 109. De torrente in via bibit. Quintò, ab inferno, cùm dicit.

† *a* libera me ab his, qui oderunt me: & de † *b* profundis aquarum. *c* Non me demergat *d* tempestas aquæ: neque *e* absorbeat me profundum: *f* neque † vrgeat super me *g* puteus os suum. *h* Exaudi me, Domine, quoniam † *i* benigna est misericordia tua: secundum *k* multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et *l* ne auertas faciem tuam *m* à puero tuo, quoniam *n* tribulor *o* velociter *p* exaudi me. *q* Intende animæ meæ, *r* & † libera eam: *s* propter inimicos meos † *t* eripe me. *u* Tu † scis improperium meum, & *x* confusionem meam, & † *y* reuerentiam

al. † eruar me.
al. profundo.
De pæn. dist. ... vltra finem.
al. † coarctet.
al. † suauis.
al. † redime.
al. † erue.
al. † agnóscis opprobrium.
al. † verecundiam.

e Neque absorbeat me profundum,] i. infernus. Vndè pro defunctis cantat Ecclesia: Ne absorbeat eas Tartarus. Et sumitur de loco isto, *Iob* 17. d. In profundissimum inferni descendent omnia mea. Sextò, petit liberari à limbo, vt etiam ibi non teneatur. Vndè addit. *f* Neque vrgeat super me puteus os suum,] id est, non includar in Limbo. Limbus enim vasis, dicitur os eius. Vrgere autem idem est, quod cogere, id est, coagere. Coagere autem os suum, est claudere os suum, sicut cùm bursa clauditur, eius orificium cógitur. Nihil ergo aliud est hic: Neque vrgeat super me puteus os suum, quam si diceret: non claudat super me violenter os suum vt inde non exeam. *Psalm.* 15. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Iterum repetit orationem, dicens.

h Exaudi me Domine] Pater. Et allegat primò Dei misericordiam, dicens. *i* Quoniam benigna est misericordia tua,] quia vt seruum redimeres me. Filium tradidisti. Secundò allegat consuetudinem miserendi, cùm subiungit. *k* Secundum multitudinem miserationum tuarum, respice in me pendentem in Cruce. *Psalm.* 83. Protector noster aspice, Deus, & respice in faciem Christi tui, in Cruce. Tertiò allegat humilitatem suam, cùm subdit.

l Et ne auertas faciem tuam à puero tuo,] i. à me seruo tuo: Ecce humilitas, quod Filius Dei vocat se seruum. Vel in hoc etiam allegat innocentiam suam. Puer enim dicitur, quasi purus, & pueri innocentiam habens. De hoc puero dicit Pater. *Isaiæ* 42. a. Ecce seruus meus, suscipiam eum: Ecce scilicet, in Cruce: Sed inde suscepit eum Deus in gloria. Quartò allegat necessitatem suam, dicens. *n* Quoniam tribulor.] Ecce necessitas. *o* Velóciter exaudi me.] Facies Dei Patris, dicitur Filius, quia per ipsum agnoscitur, sicut homo per faciem. Dicit ergo Christus homo: [Ne auertas faciem tuam à puero tuo,] i. nunquam separetur à me Diuinitas Filij, quoniam tribulor, ego caro, non ipse Deus impassibilis. Et in quo exaudiri petit, aperit dicens.

q Intende animæ meæ; qui corpus videris dereliquisse in manus inimicorum. Hoc est, quod habetur *Matth.* 27. f. Quòd circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens: Eli, Eli, lamma zabathani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et iterum. Clamans voce magna emisit spiritum. Et quid clamauit, dicit Lucas, quòd exclamans voce magna, ait. In manus tuas commendo spiritum meum. Et hoc est, quod dicit: Intende animæ meæ, scilicet, suscipiens eam. *Luc.* 23. *f.*

r Et libera eam] de inferno cùm præda magna; sicut dicitur *Zach.* 9. c. Et non solùm animam libera, sed & corpus resuscita. Hoc est, quod sequitur.

s Propter inimicos meos] confundendos & conuertendos. *t* Eripe me] de morte & corruptione. *Psalm.* 15. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Et vt impetret gloriam Resurrectionis replicat, & repetit ignominiam Passionis, per quam meruit gloriam Resurrectionis. & ostendit Passionem suam fuisse vniuersalem, quasi per inductionem partium. Et primò ostendit se fuisse passum in auditu. Vndè dicit. *u* Tu scis, &c.] quod mihi dixerunt Iudæi. Secundò, quod in facie passus est: Vndè addit.

x Et confusionem meam] Confusa enim est facies eius in sputis, & alapis. Posteà ostendit, quòd in toto corpore passus est, quasi dicat, & sic de singulis. Vndè dicit.

y Et reuerentiam meam.] Alia littera habet, verecundiam, vel [ignomiam.] Verecundia enim magna, & ignominia est homini, quando vt fur fustigatur & flagellatur, & tandem suspenditur.

A de his tribus dicitur

Moraliter. * *a* Libera me ab his, qui oderunt me,] i. à dæmonibus: Et hic tangitur superbia; quæ propriè dæmonibus competit.

b Et de profundis aquarum,] i. de amore diuitiarum. Et ad hæc duo vltima non addit aliquid, sed simplicitur petit ab his liberari. Non sic autem ad primum, sed addit. Vt non infigar, quia non oportet hominem etiam tangere superbiam, aut diuitiarum amorem; sed simpliciter illa fugere: non sic autem carnem, quam sustentare oportet. Et quia etiam sancti viri non semper ab his liberantur, quin de ipsis tententur, ideò petit consequenter, vt etsi accedant per tentationem, & delectationem: non tamen præualeant per consensum, aut operationem. Vndè sequitur.

c Non me demergat.] In hoc versu petit pœnitens liberari à tribus peccatis, scilicet, inani gloria, auaritia, luxuria, dicens. Non me demergat ex toto.

d Tempestas aquæ.] Per tempestatem intelligitur pompa superborum. *Oseæ* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Per aquam significantur dona gratiæ, quia lauant sordes. Tempestas ergo aquæ periculosior est, quàm tempestas terræ, quia superbia, quæ ex spiritualibus bonis oritur, periculosior est, & magis Deo displicet. *Abac.* 3. b. Nunquid in fluminibus iratus es, Domine, &c.

e Neque absorbeat me profundum] auaritiæ. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia.

f Neque vrgeat super me] etsi appetiar.

g Puteus,] i. luxuria, os suum. *Prou.* 23. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena. Hæc plus cæteris vrget, eo quòd vicinior est naturæ. Vndè Apostolum coëgit clamare. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Roman.* 7. c. In his autem, quæ deprecor.

h Exaudi me, Domine] non meis meritis, sed.

i Quoniam benigna est misericordia tua.] *Dan.* 9. e. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam; sed in miserationibus tuis multis. Vndè etiam sequitur hic.

k Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.] *Sap.* 4. c. Gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in Electos illius.

l Et ne auertas faciem tuam,] i. præsentiam, quin adsis ad adiuuandum, & consolandum me. E cóntra dicit de malis: *Ier.* 18. c. Disperdam eos coram inimico: dorsum, & non faciem, ostendam eis.

m A puero tuo] adhuc tenero & indigente pædagogo: Et in hoc notatur humilitas, quia homo se semper debet reputare incipientem, & quasi puerum. Sicut alibi dicit *Psalm.* 76. Et dixit: nunc cœpi. *Oseæ* 11. a. Puer Israël, & dilexi eum, quasi dicat, quia se puerum reputat, ideò dilexi eum.

n Quoniam tribulor] tentationibus.

p Exaudi me.] *Eccl.* 35. d. Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. *o* Velociter. *Isaiæ* 65. d. Antequam clament, ego exaudiam. Et quasi Dominus quæreret, quid petis? Respondet. *q* Intende, animæ meæ,] quasi dicat, non peto salutem corporis, sed animæ. Intende ergo [animæ meæ.] Et quare petis hoc? *s* Propter inimicos meos] dæmones, qui me infestant. *t* Eripe me] quasi de medio eorum, quia in circuitu obsederunt me. *Iob* 19 b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. *u* Tu scis improperium meum] quo improperant cordi meo dæmones, eo quòd dimisi peccatum. *Eccl.* 29. d. Grauia sunt hæc homini habenti sensum, correptio domus, & improperium fœneratoris, i. diaboli. *x* Et confusionem meam] qua confundor in corde pro peccatis, quæ feci. *Eccl.* 4. c. Est confusio adducens gratiam, & gloriam.

y Et reuerentiam meam] quam exhibeo Confessori meo & Sacramentis Ecclesiæ. *Eccles.* 4. a. Presbytero humilia animam tuam. Item [Reuerentiam meam,] i. timorem, q. d. & Deum timeo, & homines reuereor. Non sicut ille, qui dicebat. *Luc.* 18. a. Deum non timeo, nec hominem reuereor. *Eccl.* 5. b. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu. Dixi, quod tribulor: nec oportet, Dñe, quòd tibi, qui omnia nosti, antequam fiant, exprimam, à

* quibus tri

Allegor. De Christo.

A De his tribus dicitur *Iob* 16.b. Aperuerunt super me ora sua, ecce improperium. & exprobrantes percusserunt maxillam meam, ecce confusio faciei: saturati sunt pœnis meis, ecce verecundia, & ignominia Passionis. Et dico, quòd tu scis ista, quia.

a In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me,] quia nihil te latet. *Ier.*18.d. Tu autem, Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Et posset aliquis putare, quòd Christus, qui sic loquitur, ista inuitus sustinuisset. Vndè consequenter ostendit Passionem suam fuisse voluntariam, dicens.

meam. In *a* conspectu tuo sunt omnes, † qui tribulant me: † *b* improperium expectauit cor meum, & miseriam. Et *c* sustinui: qui *d* simul contristaretur, & non fuit: † qui *e* consolaretur, & non inueni. Et *f* dederunt in escam meam fel: *g* & in siti mea potauerunt me aceto. *h* Fiat mensa eorum *i* coram ipsis in † *k* laqueum, *l* & in † retributionem, *m* & in scandalum

al. † tribulantes.
al. † opprobrium.
al. † consolatores.
al. † muscipulam.
al. † retributiones.

b Improperium expectauit cor meum, & miseriam,] i. ex corde & libera voluntate hæc expectaui, non fugi. Sunt enim aliqui, quorum licet corpora expectent aliquid pœnæ; tamen corda eorum fugiunt eam. Sed non non sic Christus. *Isaiæ* 53. c. Oblatus est, quia ipse voluit. Improperium, dicit, quantum ad verba. Miseriam, quantum ad verbera, & Passionem. De his duobus. *Sap.* 2. d. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Posset etiam faciliùs tolerare Passionē talem, si socium haberet, vel consolatorem: Vndè ad maiorem exaggerationem pœnæ suæ, vtrumque excludit, dicens.

c Et sustinuit,] i. sustinens expectaui.

d Qui simul contristaretur, & non fuit.] Vndè *Isaiæ* 63. a. Torcular calcaui solus, & de Gentibus non fuit vir mecum. Sed videtur contrarium, quia Apostoli multùm fuerunt contristati de morte eius. Vndè in Hymno dicitur. *Tristes erant Apostoli: De nece sui Domini,* &c. Et *Ioan.* 16. d. Vos autem contristabimini; sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Solut. Dicendum est cum *Gloss.* quod contristati sunt Apostoli; sed tamen ex affectione carnali: & ideo non simul cum illo: quia ipse contristabatur non de sua pœna; sed de damnatione impiorum Iudæorum.

e Et qui consolaretur] supple, expectaui [&] tamen, non inueni consolatorem. *Psalm.* 141. Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me, i. qui se haberet per modum cognoscentis *Thren.* 1.f. Longè factus est à me consolator. Alij habuerunt consolatores in afflictione sua: Sicut Iacob. *Genes.* 37. g. Et congregatis cunctis liberis, &c. Et *Iob secundo* d. Audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, condixerant enim sibi, vt pariter venientes eum consolarentur. Et Rachel plorantis filios, & nolentis consolari super eis. *Ierem.* 31. c. Postmodum ostendit Passionem suam consummatam esse in gustu, & olfactu. Vndè dicit. *f* Et dederunt in escam meam fel.] Ad litteram in cibo non datur fel; sed hoc ideò dictum esse dicere possumus, quia vinum est cibus & potus. Et dicitur *Matth.* 15.b. Quòd dederunt ei vinum myrratum. Et *Matth.* 27. d. Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Item mysticè dat intelligere, quales erant pessimi Iudæi, quam acidi, quam acetosi, & ideò cùm gustasset, noluit bibere: quia eos reprobabat. Et hoc est: Dederunt in escam meam, i. seipsos amaros exhibuerunt, ita vt non posset eos incorporare.

g Et in siti mea potauerunt me aceto.] Ad litteram verum fuit, & mysticè, quia ipse sitiebat eorum salutem, & ipsi non ministrauerunt ei, nisi acredinem, & corruptionem cordium suorum. * quibus tribulor: Quia.

Moraliter.

a In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me] siue sint homines, siue dæmones. Vel specialiter de Clericis conqueritur hic Christus, vel vir iustus, dicens: In conspectu tuo, &c. q. d. non sustineo tribulationem, nisi ab illis, qui excubant in tabernaculo Domini, quia sicut Annas, & Caiphas Pontifices tribulauerunt Dominum persequendo eum: ita hodie Clerici, & Prælati tribulant eum, persequendo Iustos, & simplices, & polluendo Ecclesiam. *Ezech.* 43. b. Fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum. *Ierem.* 11. c. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea multa scelera facit?

b Improperium expectauit cor meum, & miseriam. Vox est Christi, & vix est, qui verè possit hoc dicere: quia corda hominum non expectant, nec appetunt, improperium, sed gloriam non miseriam, sed delicias, & voluptatem. Sed tandem confundentur ab expectatione sua, & poterunt dicere illud. *Iob* 30. d. Expectabam bona, & venerunt mihi mala. Beata Catharina dixit: Expecto pro te gladium. Nec hoc magnum: quia ipse Christus pro te expectauit Crucem anxia expectatione. *Luc.* 12.f. Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor, quousq; perficiatur? *Luc.* 22.b. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum. *c* Et sustinui, qui simul contristaretur: & non fuit.] Hic arguit Christus, vel vir iustus mundum de immisericordia: quia non est, qui compatiatur Christo crucifixo, vel pauperi tribulato. *Amos* 6.b. Nihil patiebantur super contritione Ioseph. Iam non est Iob, qui dicat: Flebam quondā super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. *Iob* 30.d. Nec superest Paul⁹, qui possit dicere: Quis infirmatur & ego non infirmor, &c. 2.*Cor.* 11.g. Non est etiam, qui faciat, quod minus est, videlicet, qui consoletur desolatos. Vndè addit *e* Qui consolaretur, & non inueni.] *Thren.* 1.g. Audierunt, quia ingemisco ego: & non est, qui consoletur me. *Eccl.* 4. a. Vidi calumnias, quæ sub Sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem. Et posset aliquis dicere imò multi sunt, qui compatiuntur pauperibus, & pascunt Christum in pauperibus. Verum est, sed cum cordis amaritudine. Vndè contra eos, qui aliquando pascunt pauperes, dicit, quod sequitur. *f* Et dederunt in escam meam fel,] i. cum cordis & vultus amaritudine dederunt illum cibum, quem pauperibus dabant. Sed hilarem datorem diligit Deus. 2. *Cor.* 10. b. Et illud: Super omnia vultus accessere boni. Et bene dicit: In escam meam, quasi non in escam alienam hoc fecerunt: quia illud, quod dant diuitibus, & histrionibus, cum magna hilaritate. *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum. *g* Et in siti mea potauerunt me aceto,] quia ad litteram, vinum corruptum, quod iam bibi non potest, dant pauperibus: sed histriones, & meretrices bibunt bonum vinum. Non seruant illud, quod dicitur *Prou.* 3.b. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. *h* Fiat mensa eorum.] Quarta pars, vbi prophetat contra aduersarios, quasi dicat, ipsi mihi esurienti, & sitienti talem mensem posuerunt, quod[dederunt in escam meam fel, &c. sed hæc, mensa eorum fiat coram ipsis in laqueum, peccati. *l* Et in retributionem pœnæ æternæ. *m* Et in scandalum] quod ibi erit in pœna, quia de bonis aliorum offendentur, q. d. propter hoc quod mihi fecerunt, hoc eis eueniet, quòd peccatis illaqueabuntur, & tormentis punientur, & de bonis offendentur. Vel de pœna temporali legatur, vt sit sensus. Propter hoc, quod mihi fecerunt, capientur laqueo Romanorum. Et retribuetur eis pœna corporum, & scandalum, i. offensio cordium. Vel aliter, & petit eos puniri in intelligentia legis, de qua gloriantur.

Allegor.

h Fiat mensa] Mensa dicitur sacra Scriptura, vbi mentes fidelium reficiuntur. *Ps.* 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus, &c. Hæc [mensa] dicitur [eorum,] i. Iudæorum, videlicet: quia lex fuit eis. Hæc facta est eis. *k* In laqueum] per erroneam intelligentiam. *l* Et in retributionem] illis in multas contrarietates implicando. *m* Et in scandalum,] in eis, qui A morum sunt

Moraliter.

h Fiat mensa eorum.] Moraliter. Supra secundum sensum moralem arguit diuites huius mundi de duritia erga pauperes, quod cum felle amaritudinis dant illud, quod dant, & quod acetum, & ea, quæ corrupta sunt, dant Deo, cum tamen de petioribus dandum esset ei, qui omnia dat, ipsi autem cum diuitibus aliis, & meretricibus, & histrionibus omnia deuorant. Vndè hic ostendit consequenter, quòd non sine magno peccato fit hoc, nec sine diuina vltione præterietur. Vndè dicit. *h* Fiat mensa eorum,] i. fercula mensæ suæ, & commensales, qui cum eis in mensa comedunt. *i* Coram ipsis in laqueum] peccati, q. d. in hoc primo puniuntur, quod conscientia eorum remordet eos de hoc ipso. Vel sic. *k* In laqueum coram ipsis,] quia scienter peccant malè acquirendo diuitias, vt lautè possint viuere. Vndè ab hoc vult eos retrahere Apostolus dicens. 1. *Timoth.* 6. b. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Secundò puniuntur in hoc, quòd si qua bona faciunt, non reseruat eis Dominus ad retributionem æternam, sed est retributio eorum hic. Vndè addit. *l* Et in retributionem] bonorum, scil. quæ faciunt, sicut dictum est diuiti Epuloni. *Luc.* 16.f. Recepisti bona in vita tua. Tertiò, in hoc, quod committunt crimen in proximos scandalizando eos, qui iuxta eos famelici ieiunant. Vndè addit. *m* Et in scandalum] sc. proximi. *Rom.* 14. d. Bonum est non manducare carnem neque

* bibere

Reg. A morum sunt deuiando. Quartum ponit Apostolus *Roman.* 11.b. vbi ponit istos duos versus, dicens: Dauid dicit. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, &c. In captionem fit eis, literae nimis adhaerendo. Ibi, enim capiantur, quasi in angusto loco, nec ad spatiositatem sensus mystici possunt se vertere. Sic ergo in hoc versu ponit triplicem poenam eorum, scilicet laqueum, retributionem, & caecitatem. Quarta eorum poena est caecitas mentis, vnde subiungit. *a* Obscurentur oculi eorum,] spirituales. *b* Ne videant] veritatem. *Rom.* 11. c.

37. dist. §. fin. el.1 indignatio.

a Obscurentur oculi eorum, *b* ne videant, & *c* dorsum eorum *d* semper incurua. *e* effunde *f* super eos *g* iram tuam: & † *h* furor irae tuae comprehendit eos. *i* Fiat habitatio eorum deserta: & in *k* tabernaculis eorum nō sit, qui *l* inhabitet. Quoniam *m* quem tu percussisti, *n* persecu-

Caecitas ex parte contigit in Israël. Quinta poena, est incuruatio ad terrena, quae sequitur caecitatem, vnde subiungit.

c Et dorsum eorum.] id est, rationem, vel affectionem, quae debet hominem erigere, sicut spina dorsi. *d* Semper incurua,] ad terrena. *Ps.* 37. in persona eorum. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Vel per oculos, maiores Iudaeorum: per dorsum, minores eorum intellige. Sexto, imprecatur eis captiuitatem factam à Romanis. Vnde dicit.

e Effunde] Domine, Pater. *f* Super eos] Iudaeos. *g* Iram tuam,] id est, abundanter affligi eos per Romanos.

h Et furor irae tuae comprehendat eos,] id est, sententia iudicij tui futuri quod per me facies, qui apparebo malis furiosus. Postea imprecatur eis poenam illam, quam ipsi maximè timebant, & pro qua vitanda Christum occiderunt, scilicet, amissionem loci, & Gentis, & ruinam, & desertionem ipsius templi. Vnde dicit. *i* Fiat habitatio eorum deserta:] id est, Ierusalem, & terra, quam ipsi inhabitabant. *k* Et in tabernaculis eorum,] id est, in templo.

l Non sint, qui inhabitent.] In domibus habitatur quasi exteriori, id est, corporali habitatione, sed in templo inhabitabitur interiori habitatione, scilicet, mente, & deuotione. Et vtrumque hic remouet. De hoc habetur *Isa.* 1. c. Derelinquetur filia Sion, scilicet, Ierusalem, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quae vastatur. *Ierem.* 9. d. Dabo Ierusalem in aceruos arenae. Et ponit causam istius destructionis, cum subiungit.

m Quoniam quem tu] Pater, percussisti, persecuti sunt, id est me filium tuum. Deus enim Pater percussit filium pro nobis, cum eum morti exposuit, & mori fecit. *Isaiae quinquagesimo tertio* c. Propter scelus populi mei percussi eum. Et *Zac.* 3. c. Percute pastorē, & dispergentur oues gregis. Deus percussit eū ex bonitate: & misericordia sua, sed ipsi persecuti sūt eū ex inuidia, & malitia sua.

A Et super.

Moraliter. De mensa Mercatorum. * bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur. Et *in eodem.* Noli cibo tuo illum perdere pro quo mortuus est Christus. Item mercatoribus fit mensa eorum in laqueum, id est, in deceptionem aliorum, quia ibi faciunt dolos, & ad hoc inuitant alios ad comedendum secum, vt super mensam cum fuerint inebriati, circumueniant eos in emptione, & venditione. Epicuris fit,

Epicureorum. in retributionem, quia ad hoc inuitant alios, vt ab ipsis

Ebriosorum. reinuitentur. Contra quod dicit Dominus. *Luc.* 14. c. Cum facis prandium, aut coenam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, aut cognatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipsi reinuitent te, & fiat tibi retributio, &c. Ebriosis autem fit in scandalum, id est, in rixam, & contentionem, vel etiam in scandalum, id est, in casum, quia stare non possunt, vel ad domum redire prae ebrietate. *Prouerbior.* 23. d. Cui vae, cuius patri vae, cui rixae, cui foueae, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum? Nonne his, qui morantur in vino, & student in calicibus epotandis? Item exponi potest de mensa sacrae Scripturae. De qua *Prou.* 9. a. Sapientia proposuit mensam. *Exo.*

Aliter De mensa sacrae Scripturae. 25. c. Facies mensam de lignis Sethim. Ligna Sethim imputribilia, sunt verba Domini, de quibus *Mat.* 24. c. Caelum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Haec mensa fit in laqueum illis, qui non faciunt, quae dicunt. *Prou.* 13. b. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat. Item fit in retributionem eis, qui hoc fine addiscūt, vt sciant, vel sciantur. *Eccl. vlt.* d. Dominus dedit mihi linguā mercedem meam. Item fit in scandalum eis, qui nolunt recipere sanam doctrinam. *Ioan. cap.* 6. f. Multi audientes ex Discipulis dixerunt, durus est hic sermo quis potest eum audire? Et dixit ei Iesus. Hoc vos scandalizat. 2. *Tim. cap.* 4. a. Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, &c. Item exponi potest de mensa altaris de qua 1. *Cor.* 10. e. Non potestis mensae Domini participes esse, & mensae daemoniorum. Quae fit multis Sacerdotibus: & aliis indignè sumentibus, in laqueum, peccati, 1. *Cor.* 11. g. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit: Et in retributionem poenae, secundum quod ibidem dicitur: Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi: quia multi ad literam infirmantur, & turpiter moriuntur, eo quòd praesumant indignè accedere ad hanc mensam & in scandalum, proximorum, qui scandalizantur de hoc quod ministri mensae Domini immundè viuunt. Vnde *Isa.* 52. b. Dominatores populi iniquè agunt, scilicet, Sacerdotes, & praelati, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meū blasphematur. Item exponitur de mensa nummelariorum, vsurariorum. *Matth.* 21. b. Mensas nummulariorum euertit. Haec fit eis, in laqueum per dolum: Et in retributionem, per vsuram: Et in scandalum, per exactionem.

Aliter de mensa altaris

23. dist. c. 1. in fine.

a Obscurentur oculi eorum, ne videant.] Hoc est primum, & commune in omnibus peccatoribus, quòd excaecat eos diabolus, ne cognoscant viam veritatis, vel lucem. Quod significatum est in hoc, quod Philistiim excaecauerunt Samsonem: *Iudic.* 16. c. Quem cum apprehendissent Philistijm, statim eruerunt oculos eius. Similiter Babylonij Sedechiam. 4. *Reg. vltim.* b.

De mensa vsurariorum

c Et dorsum eorum semper incurua:] Permissiuè hoc sequitur, quòd cùm oculi obscurati sunt, ne videant, dorsum incuruetur ad portandum onus peccatorum. *Isa.* 10. a. Ne incuruemini sub vinculo. Excaecatio autem in intellectu fit, incuruatio autem in affectu. Vel per oculos, Praelatos: per dorsum subditos intellige. Cum excaecantur Praelati incuruantur, & corrunt & subditi. *Matt.* 15. b. Caecus si caeco ducatum praestet, ambo in foueam cedunt. Dixit, de culpa subiungit de poena, dicens.

e Effunde super eos iram tuam,] sicut funditur aqua feruens super porcos, vt euellantur pili. *Psal.* 78. Effunde iram tuam in Gentes quae te non nouerunt, Ecce obscuratio oculorum, de qua in praecedenti versu habitum est: Et in regna, quae nomen tuum non inuocauerunt, Ecce incuruatio dorsi. Recti enim inuocant nomen Domini, sed curui inuocant terram. *h* Et furor irae tuae comprehendat eos,] ne effugiant, sicut comprehenditur fur Modò liberè vagantur, sed tunc comprehendentur. Vnde *Eccl.* 32. d. Quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauit, apprehendetur. Sicut enim pullus equinus, dum pullus est, liberè vagatur, quocunque vult: sic peccatores dum viuunt: Sed subitò morientes, vbi non sperauerunt apprehenduntur, scilicet, inter angustias mortis, sicut pullus inter angustias murorum. *Threnor.* 1. a. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam, id est, animam inter angustias quasi inter duos muros. Sunt autem isti duo muri, murus peccatorum, & murus infirmitatis. Murus peccatorum arcet eam ab ingressu coeli: murus infirmitatis arcet eam ab hoc mundo, siue à corpore. Et in hac angustia apprehendunt eam daemones & ducunt in infernum, Et quid de his, quae possidebant? Fiat habitatio eorum deserta.] Hoc ad literam saepe videmus accidere, quod in domibus magnis & palatiis vsurariorum, & raptorum, post mortem eorum nullus habitat. Hoc est, quod sequitur. *k* Et in tabernaculis eorum] id est, in illis palatiis, quae non fuerunt eis, nisi tabernacula, quia parum ibi morati sunt.

l Non sit qui inhabitet:] Non enim habent haeredes, qui valeant domos illas manutenere, & habitare. *Sap.* 4. Adulterinae plantationes nō dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Item dicit: Non sit, &c. quia etsi mali ibi habitent: non tamen ibi habitat quis: Malus enim non est quis, sed quasi quis. *Isaia* 22. e. Quis hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter, in petra tibi tabernaculum. Et sic sedet sola ciuitas plena populo: *Thren.* 1. a. Et hoc est eis.

m Quoniam quem tu percussisti.] scilicet, pauperem, quem Dominus percutit virga paupertatis & infirmitatis. *Psal.* 101. Percussus sum, vt foenum, quod separatur à terra. *Iob.* 5. c. Percutit & manus eius sanabunt.

n Persecuti sunt,] deprędando, & nudum spoliando: Contra illud *Isa.* 42. a. Calamum quassatum non conteret & linum fumigans non extinguet. *Isa.* 3. c. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis?

Alleg. A *a* Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt,] q. d. Christus, habebam cor vulneratum, & mœrens pro peccatis Iudæorum, & ipsi super hunc dolorem vulnerum cordis, apposuerunt vulnera corporis, crucifigentes me, *Iob* 16.c. Concidit me vulnere super vulnus, *Ierem.*8. f. Dolor meus super dolorem, & in me cor meum mœrens, & ecce vox clamoris, &c. Vel sic, Super dolorem vulnerum meorum, scilicet, manuum, & pedum. *b* Addiderunt] vulnus lateris. Vnde nec mortuo pepercerunt, sed & custodes sepulchro apposuerunt. Vnde *Ier.* 12.c. vbi habemus. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Alia litera dicit.

ti sunt, & *a* super dolorem vulnerum meorum *b* addiderunt. *c* Appone iniquitatem super iniquitatem † eorum, *d* & non intrent in † iustitiam tuam. *e* Deleantur de libro viuentium, & cum *f* iustis non scribantur. *g* Ego sum pauper & *h* dolens, † *i* salus tua Deus suscepit me. *k* Laudabo nomen Dei cum *l* cantico, & *m* magnificabo eum in laude. Et *n* placebit Deo *o* super vitulum nouellum, *p* cornua producentem, & vngulas.

al. † ipsorū. *al.* † tua iustitiā. *al.* † & salus vultus tui. *Matth.* 27.g.

Nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi? Hyæna corpora defunctorum persequitur, & effossa deuorat. Et propter hoc præter prædictam pœnam captiuitatis, tripliciter puniti sunt, qui ex eis non pœnituerunt. Prima pœna, est ruina de peccato in peccatum. Vnde dicit.

c Appone iniquitatem super iniquitatem eorum,] id est, permitte, vt ruant de iniquitate in iniquitatem. *Threnor.* 1.c. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Secunda pœna est amissio bonorum spiritualium. Vnde addit.

d Et non intrent in iustitiam tuam.] Iustitiam appellat viam veritatis, quam intrat homo per bona spiritualia. De hac iustitia, *Matt.* 6. d. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Tertia pœna est amissio vitæ æternæ. Vnde sequitur.

Quomodo intelligi debeat. Deleantur de libro viuentium. *e* Deleantur de libro viuentium,] id est, appareant deleti. Loquitur illo tropo, quo res dicitur fieri, quando innotescit, q.d. appareat, quod non sunt scripti.

Ps. 138. *f* Et cum iustis non scribantur] de quibus *Luc.* 10.c. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis, *Exod.* 32.g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti. Hic autem videtur obiiciendum, quia dicitur infra: In libro tuo omnes scribentur. Et dicitur *Dan.* 12.a. Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et secundum quod lectum est, non potest dici, quod primò scribantur, & postea deleantur. Diximus enim deleantur, id est, non scripta appareant, supponentes quod de libro vitæ non potest deleri, qui ibi semel scriptus fuerit. Ex hoc ergo sequitur, quod omnes saluabuntur. Solut. Duplex est liber, scilicet, præsentis iustitiæ, & prædestinationis. De primo multi delentur, de secundo nulli, *Exod.* 32. g. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.

Moraliter. * *a* Et super dolorem vulnerum meorum,] dicit Dominus, quæ eisdem pauperibus intuleram ad correctionem. *b* Addiderunt] non fomentum olei, vel emplastri; sed dolorem alterius vulneris, addentes afflictionem afflicto. Et ideo Domine.

c Appone iniquitatem super iniquitatem eorum,] *Isaiæ* 15. d. Apponam super Dibon additamenta. Dibon, interpretatur sufficiens ad intellectum, vel abundanter intelligens, id est, qui posset addiscere, non vult: vel qui habet scientiam, & non facit, *Luc.* 12. f. Seruus sciens voluntatem, &c. *Eccl.* 1. d. Qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Vel, Appone iniquitatem super iniquitatem, id est, redditum, super redditum, præbendam super præbendam: *Isa.* 27. a. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & forti super Leuiathan, quod interpretatur additamentum.

Allegor. *d* Et non intrent in iustitiam tuam,] *Roman.* 10. a. Ignorantes iustitiam Dei, & suam statuere volentes, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

g Ego sum pauper;] Quinta pars, vbi agit Christus de dispensatione, & fructu Passionis, vt considerato fructu illius, libentius imitemur eum in Passione. Dicit ergo Christus: ego sum pauper, *Matth.* 8. c. Filius hominis non habet, vbi caput reclinet.

h Et dolens] in Cruce. *Threnor.* 1. d. Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Et quis fructus sequitur? Ecce.

Ps. 72. *i* Salus tua, Deus, suscepit me,] id est, gloria tua, qua salus, in qua lætantur saluati, me suscepit, resurgentem, & ascendentem. *Psalm.* 70. De abyssis terræ iterum reduxisti me. Et cum gloria suscepisti me. Et in spe huius susceptionis in gloria. *k* Laudabo] in Cruce. *l* Nomen Dei cum cantico] Dauid, dicens illum *Psalm.* 21. Deus Deus meus, respice in me. Qui intitulatur. Pro assumptione, vel pro susceptione matutina. *m* Et magnificabo eum in laude,] per Apostolos, quibus apparebo post Resurrectionem, & mittam eos per mundum laudare nomen Dei. Vnde *in Psalm.* 21. ille dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, scilicet, Apostolis, in medio Ecclesiæ laudabo te, per eos, *n* Et placebit] Deo ista laus. *o* Super vitulum nouellum,] id est, plus quam sacrificia legis, in qua offerebatur vitulus vnius anni. Vnde ad hoc exprimendū addit: Cornua producentē, & vngulas. Et hoc, A Videant

Moraliter. Moraliter. *g* Ego sum pauper] quadruplici paupertate, rerum, amicorum, voluntatis, consilij. Et certè istæ paupertates diuitiæ sunt, *Prouerbior. decimo tertio* a. Est quasi pauper, cum in multis diuitiis sit, *Luc. sexto.* c. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.

h Et dolens,] quadruplici dolore, scilicet, pro peccatis propriis, pro peccatis alienis, pro dilatione patriæ, pro incolatu miseriæ. *Psalmo centesimo decimo nono.* Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est, *Seneca.* Si vis vacare animæ, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis: Quia ob hoc solum amanda Ecclesiæ paupertas, quia à quibus ameris, ostendit.

Et *i* Salus tua, Deus, suscepit me,] tales sine dubio saluantur, *Prouerbior. vigesimo nono* d. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Sed multi à contrario possunt dicere: Ego sum dives, & lætus, & ideo non salus, sed damnatio suscipiet me. *Act. decimo quarto* d. Per multas enim tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. *Ieronymus*: Nimis delicatus est, qui vult gaudere cum mundo, & regnare cum Christo. Ideo non salutem, sed væ damnationis promittit eis Dominus. *Luc. sexto* d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Ideo etiam dicitur *Luc. decimo sexto* c. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide: Ecce quod nec pauper, nec dolens erat, & non suscepit eum salus Domini, sed mors inferni. Vnde ibi sequitur. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Sunt etiam quidam pauperes, & dolentes, quos salus Domini non suscipit, quia non recipiunt cum gratiarum actione paupertatem, sed potius Deum blasphemant, & murmurant contra eum. Vnde ostendit hic vir saluandus se talem non esse, cum subiungit.

k Laudabo nomen Dei,] in paupertate, & dolore, imo de paupertate, & dolore, *Iob trigesimo quinto* c. Qui dedit carmina in nocte, id est, laudem in tribulatione. Sed quidam aliquando laudant Deum in tristitia, vt multi Monachi: Vel vt temporale beneficium ab eo recipiant, vt multi Clerici: De quibus *Luc. decimo quinto* d. Quanti mercenarij in domo patris mei, &c. Vnde vtrumque horum excludit, cum addit.

l Cum cantico.] Canticum enim est exultatio mentis habita de æternis. Sunt etiam quidam, qui eum laudant ore, sed non opere: Vnde subiungit, quod non ita faciet.

m Et magnificabo eum in laude,] *Psalm.* 33. Magnificate Dominum mecum, *Luc.* 1.e. Magnificat anima mea Dñm.

n Et] ista laus, placebit Deo super vitulum nouellum. Vituli nouelli, sunt iuuenes ætate, & nouitij, siue nouelli in Religione quasi in templo mactandi pro peccatis aliorum hominum, cum ipsi sint innocentes. Super tales imposita laus placet Deo, cum psallunt & cantant.

p Cornua producentem, & vngulas.] Quidam producunt parua cornua, scilicet, superbiæ, & controuersiæ. *Exodi* 21. c. Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiustertius, & contestati sunt Dominum eius, nec recluserit eum, occideritque virum, aut mulierem, & bos lapidibus, obruetur, & dominum eius occident, id est, Prælatum, vel Magistrum nouitiorum. Sed bona sunt cornua miserationis. *Isaiæ quinto* a. Vinea facta est Dilecto meo, in cornu filio olei. *Iob quadragesimo secundo* d. Nomen tertiæ cornustibij, *Thren. secundo* a. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel, id est, vasa olei sancti. Item, vngulam, oportet habere, id est, virum fortem. *Gen.* 49.c. Mordens vngulas, *Exod.* 10.g. Non remanebit ex eis vngula, id est, in potestate diaboli, vel Pharaonis, *Iud.* 5.c. Vngulæ equorum ceciderunt euntibus in præceps, &c. Hoc est contra temerarios. Notandū etiam, quod naturaliter prius vngulæ, & postea cornua producuntur: quia prius oportet habere discretionem, quam potestatē.

* Videant

A *a* Videant pauperes] qui non poſſunt vitulos emere. *b* Et lætentur] quia ſacrificio laudis poſſunt Deum placare, ſi ex puro corde procedat. Vnde addit. *c* Quærite Deum] toto corde. *Pſal.* 118. In toto corde meo exquiſiui te. Et non dicit, emite, ſed tantum [quærite.] *d* Et viuet anima veſtra] id eſt, non morietur per peccatum, vel ſi mortua fuerit, reſurget. Et ſecurè quærite, inuenietis enim. *e* Quoniam exaudiuit] ſemper. *f* Pauperes Dominus] licet ſit Diues. & magnus. *Pſalm.* 21. Et non deſpexit deprecationem pauperis. Nec deſperetis propterea ſi in peccatis eſtis. Quoniam. *g* Et vinctos] peccatorum vinculis. *h* Suos] id eſt, à ſe ſoluendos, ſicut dicit *Pſal.* 50. Tibi ſoli peccaui. Sicut medicus vocat ægros ſuos, quos à ſe curandos nouit.

al. † inopes.
al. † Dominum.
al. † compeditos.
al. † ſpernit.
al. † repentia.

a Videant † pauperes, & *b* lætentur, *c* quærite † Deum, & *d* viuet anima veſtra. Quoniam *e* exaudiuit *f* pauperes Dominus, *g* & † vinctos *h* ſuos non † *i* deſpexit. *k* Laudent illum *l* cœli, & *m* terra: *n* mare, & omnia † *o* reptilia in eis. Quoniam Deus *p* ſaluam faciet Sion, & *q* ædificabuntur ciuitates Iudæ: *r* & in-

i Non deſpexit eos] quin eos ſaluat, ſi ad eum clamauerint, & propter hoc miſit me, vt eos ſoluerem. *Iſa.* 42. b. Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum; & educeres vinctum de domo carceris, ſedentes in tenebris. Vel aliter ab illo loco.

Aliter

a Videant pauperes:] orat Chriſtus, vt Abraham, & alij, qui in Limbo ſunt ſatis pauperes, videant lumen Chriſtum. *b* Et lætentur] ex eo quod *Ioan.* 8. g. Abraham vidit, & gauiſus eſt. Et vos crucifixores Iudæi. *c* Quærite Deum] Chriſtum per fidem. *d* Et viuet anima veſtra] in fide, vel ex fide. *Abacuch.* 2. a. Qui incredulus eſt, non erit anima eius recta in ſemetipſo: Iuſtus autem in fide ſua viuet. Si quæſierunt, & vixerunt animæ eorum, qui dixerunt *Act.* 2. f. Quid faciemus, viri fratres, &c. dico, quod [videant pauperes] qui ſunt in Limbo [& lætentur.] Quare? *e* Quoniam exaudiuit Dominus] id eſt, reſpiciet eos per me, ac ſi clamorem eorum exaudiſſet, quia deſcendam ad eos. *g* Et vinctos ſuos] qui ibi tenebantur in inferno. *i* Non deſpexit] quia miſit me, vt ſoluam eos. Hoc eſt, quod Chriſto dicit *Zachar.* 9. c. Tu quoque in ſanguine Teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu. Et propter tanta beneficia laudandus eſt Deus. Vnde ſequitur.

k Laudent illum cœli, & terra, mare, & omnia reptilia in eis] ad literam, id eſt, propter iſta, quæ creauit, laudetur Creator.

In eis	In cœlo reptat veſpertilio. In terra ſerpens. In mari cygnus.	Hæc ipſa etiam laudauerunt illum in Paſſione. Cœli enim ſua lumina extinxerunt.

Terra tremuit. Mare non legitur commotum; ſed neceſſe fuit, vt mota terra moueretur, & mare: & etiam propter Lunam, cuius motum ſequitur mare.

Myſticè.

Vel Myſticè. *l* Cœli] id eſt, Apoſtoli. *m* Terra] Eccleſia de Iudæis. *n* Mare] Gentiles. *o* Reptilia] cætera genera hominum, vel omnes peccatores terrenis adhærentes. Et merito laudandus eſt. *p* Quoniam Deus ſaluam faciet Sion] id eſt, Eccleſiam. Extra Sion non eſt locus ſaluationis. Quod ſignificatum fuit in diluuio, vbi tantum ſaluati ſunt, qui fuerunt in arca, *Gen.* 7. d. 1. *Pet.* 3. d. In diebus Noë cum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quod nunc ſimilis formæ ſaluos facit Baptiſma. *q* Et ædificabuntur, &c.] i. per orbem particulares Eccleſiæ confitentium Chriſtum, qui de Iuda eſt. *Iſa.* 40. c. Dic ciuitatibus Iudæ, ecce Deus veſter, ecce Dñs in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur, q. d. bene poterit ædificare. *r* Et inhabitabunt ibi] fideles, ſcilic. pauperes ſpiritu, de quibus prædixerat.

A Et non

Moraliter.

* *a* Videant pauperes] quia diuites cæci ſunt, habent enim terram in oculis, 2. *Cor.* 4. a. Deus huius ſæculi excæcauit mentes infidelium, id eſt, diuitum. Vnde *Ieronymus.* Ille veram fidem de Deo non habet, qui cupit in his miſeriis fieri diues. *b* Et lætentur] quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Diuites autem plorent, & lamententur. *Iacob.* 5. a. Agite nunc, diuites, plorate: & vlulate in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Tamen omnibus tam pauperibus, quam diuitibus adhuc datur tempus pœnitentiæ. Vnde omnibus dicitur, quod ſequitur.

Matth. 5. *a.*

c Quærite Deum corde, ore, opere. Vel fide, ſpe, & charitate. Item diligenter, ſapienter, perſeueranter. Nam qui ſic quærit, inuenit. Vnde *Matth.* 7. a. Omnis, qui quærit, inuenit; *Iſa.* 55. b. Quærite Dominum, dum inueniri poteſt. *Soph.* 2. a. Quærite Dominum omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati [quærite] dicit in præſenti, quia poſtea non inuenietur. *Ioan.* 7. e. Quæretis me & non inuenietis. *Oſea* 5. b. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum me, & non inuenient. *Iob* 28. b. Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, id eſt, in luxurioſis. Abyſſus, id eſt, auarus dicit, non eſt in me, & mare loquitur, non eſt mecum, id eſt, ſuperbus, *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & nõ inueni. Quare quærendus eſt Deus? Quia ipſe eſt via, per quam ſolam eundum eſt, & in qua non poteſt errari. Item quia ipſe eſt veritas quæ ducit, & conducit in via. Item quia ipſe eſt vita, in qua ſola viuitur. *Ioan.* 14. a. Ego ſum via, veritas, & vita; *Act.* 17. f. In ipſo viuimus, mouemur & ſumus. In ipſo vita, viuimus: In ipſo via, mouemur: In ipſo veritate, ſumus. Ideo ſequitur. *d* Et viuet anima veſtra] hic vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ, *Amos* 5. d. Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Et quaſi quæreret aliquis: Quomodo quæram illum? Vbi, vel per quid inuenitur? Reſpondet, quod per paupertatem inuenitur: Vnde dicit.

Hugonis Card. Tom. II.

e Quoniam exaudiuit pauperes Dominus] quaſi dicat, ſi quæritis Deum, ſitis pauperes: quia pauper fuit, & tales libenter exaudit. Vnde *Pſal.* 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. *Eccl.* 35. c. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet. Et hoc.

g Et vinctos ſuos] id eſt, ſibi per votum paupertatis, & cõtinentiæ, & obedientiæ aſtrictos [non deſpexit:] Vel etiam [vinctos ſuos] id eſt, illos, quos ipſemet ligat infirmitatibus, vel tribulationibus, vt ab eo non elongetur. Sed primi, qui ſeipſos voluntarie ligant, chariores ſunt ei: Vtrique tamen ad eum trahuntur. Vnde *Oſea* 11. b. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Funiculi Adam, ſunt infirmitas, tribulatio, fames, ſitis, & huiuſmodi. Vincula charitatis, ſunt vota Religionis, quibus ſe ligat homo pro amore Dei. Non autem tantum in ſtatu Religionis poteſt inueniri Deus; ſed & in quolibet ſtatu extra peccatum: Vnde addit.

k Laudent illum cœli] id eſt, Clerici.

m Et terra] id eſt, Agricolæ.

n Mare] id eſt, mercatores.

o Et omnia reptilia in eis] ſcilicet, milites, qui homines lædunt. Et dicit: [in eis, quia cum Clericis, & Agricolis & mercatoribus portionem accipiunt, & vtriſque auferunt. Non tamen dico, quod ſic faciendo poſſint inuenire Deum; ſed ſicut dicit Ioannes Baptiſta. *Luc.* 3. c. Neminem concutiatis, &c. Et deberent ſeptare ſuper terram, non ad deprædandum, ſed ad defendendum eam: Vnde dicuntur eſſe brachia corporis Eccleſiæ: ſicut Clerici dicuntur oculi, quia eam debent illuminare. Vel ſic.

Aliter

k Laudent illum cœli] id eſt, contemplatiui.

m Et terra] id eſt, actiui.

n Mare] id eſt, pœnitentes.

o Et omnia reptilia in in eis] id eſt, omnes debiles, & infimi, tam inter contemplatiuos, quam inter actiuos, & pœnitentes: & ideo debetis laudare Deum.

p Quoniam Deus ſaluam faciet Sion] id eſt, contemplatiuos. *q* Et ædificabuntur ciuitates Iudæ] id eſt, ciuitas actiuorum, & ciuitas pœnitentium, quorum vtrique ſunt confitentes peccata. Vel per Sion, Eccleſiam ſpeculæ Romanæ intelligere poſſumus; quæ ſi ſaluata eſſet, tunc ædificarentur ciuitates Iudæ, id eſt, aliæ Eccleſiæ, quæ imitatiuè fidei Romanæ confitentur. Sed *nunc* quia *caput infirmum eſt, cætera membra dolent.* *r* Et in

* habitabunt]

p Quoniam Deus, &c.] Item de Religione poſſunt legi iſti tres verſus ſic. [Quoniam Deus ſaluam faciet Sion] id eſt] Religionem, quam Dominus ſpecialiter ſaluat: quia ibi eſt ſecurior, & facilior, & compendioſior via ſalutis. Vnde *Geneſis decimo nono* d. Ne ſtes in omni loco circa regionem; ſed in monte ſaluum te fac. *Abdia primo* g. Aſcendent Saluatores in montem Sion iudicare montem Eſau, & erit Domino regnum. Hoc eſt, quod ſequitur.

Aliter de Religione.

q Et ædificabuntur ciuitates Iudæ] id eſt, domus religioſæ, vbi eſt ciuium vnitas, vbi confitentur Domino, & confeſſione laudis, & confeſſione peccatorum, *Amos nono* d. Conuertam captiuitatem populi mei, & ædificabunt ciuitates deſertas, & inhabitabunt. Ciuitates deſertæ, ſunt Religiones, quæ nec redditus, nec poſſeſſiones habent: Non quia deſerantur à ſuis ædificatoribus, imò dicit *Abdias*, quod ædificatas inhabitabunt. Vnde & hic ſubiungit.

r Et inhabitabunt ibi] non tantũ per annũ, vel dimidiũ, ſed

Gg 2

Et hæreditate

A Et non dicit tantum habitabunt, sed] inhabitabunt] quidam enim ibi habitant numero, sed non inhabitant merito. Dicit ergo. a Inhabitabunt ibi] id est, in Ecclesia, q. d. non erit deserta. *Soph.* 3. c. Derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini reliquiæ Israel, id est, Apostoli, *Rom.* 9. f. Reliquiæ Israel saluæ fient. c Et] ipsi Apostoli [hæreditate] id est, perpetua possessione. d Acquirent eam] Ecclesiam, prædicatione, & martyrio, sicut Christus. De quo dicit Apostolus, *Act.* 20. f. Posuit vos Episcopos regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. e Et semen, &c.] id est; Prælati, successores Apostolorum. f Possidebunt eam] non semen hæreticorum. g Et qui diligunt, &c.] id est, habentes fidem operantem per dilectionem. h Habitabunt in ea] non exibunt per hæreses, nec discedent sequentes Antichristum, sicut multi, de quibus, 1. *Tim.* 4. a. In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, &c.

Al. † obtinebit.
Al. † inhabitabunt.

a habitabunt b ibi, c & hæreditate d acquirent eam. Et e semen seruorum eius † f possidebit eam: & qui diligunt g nomen eius, † h habitabunt in ea.

In finem Psalmus Dauid in rememoratione, quod saluum fecit eum Dominus.

PSALM. LXIX.

i DEus, in adiutorium meum intende: k Domine l ad adiuuandum me

Moraliter. * habitabunt] istæ ciuitates. b Ibi] id est, in obedientia Ecclesiæ Romanæ. Sed quamdiu? Dum ipsa manet in Christo. *Ioan.* 15. a. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis: & fiet vobis. c Et hæreditate] id est, perpetua possessione. d Acquirent eam] id est, acquisitiue tenebunt ad Dei lucra, non terrena. e Et semen, &c. id est, imitatores Apostolorum, vt non tantum de nobilibus, nec tantum de Romanis fiant Cardinales, aut Papa; sed tantum de bonis cuiuscunque generis, vel nationis, Vnde sequitur. g & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.] Ipsi enim debent esse amici Sponsi, & ipsi tenent locum Petri, à quo Dominus requirit dilectionem. *Ioan. vlt.* d. Simon Ioannis diligis me plus his? Et si ipsi respondeant cum Petro. Etiam, Domine, tu scis, quia amo te. Faciant, quod sequitur. Pasce agnos meos. Et post. Pasce oues meas. Non tonde, sed pasce. Multi sunt hodie in Ecclesia tonsores ouium, & pauci pastores. Sed in tonsione ouium fugit Iacob à Laban. *Gen.* 31. c. Et Iudas incestum commisit. *Gen.* 38. e. Et Nabal offensam Dauid, & deinde mortem incurrit, 1. *Reg.* 25. g. Et Amon interfectus est. 1. *Reg.* 13. e. Nunc potest dici, quod dicitur, 1. *Machab.* 1. d. Vbi loquitur de Sion ad literam, Ædificauerunt ciuitatem Dauid, id est, Romam, muro magno, & firmo, & turribus firmis: & facta est illis in arcem. Ad literam enim magnas turres faciunt de velleribus ouium, quas tondent, id est, de spoliis subditorum quod vtique non faciunt [qui diligunt nomen eius.] Et qui, inquit, diligunt nomen eius [habitabunt in ea.] Si enim alij ibi habitant, inde sequitur ruina Ecclesiæ. Vnde 1. *Machab.* 1. d. post ea verba, quæ diximus, sequitur. Et posuerunt illic, id est, in Sion Gentem peccatorum viros iniquos, & conualuerunt in ea, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic & facti sunt in laqueum magnum, & factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in dolum magnum in Israël, & effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem.

De Religion. ⊕ c Et hæreditate acquirent eam.] Et benedicit [acquirent] quia magnum prælium est quandoque in corde hominis inter rationem, & sensualitatem, antequam homo ingrediatur Religionem. Item cum intrauerit, multum oportet eum laborare, & negotiari, antequam ad summum Religionis attingat; & antequam apicem, vel arcem contemplationis ascendat, 1. *Machab.* 13. g. dicitur quod Simon acquisiuit arcem Sion, quod Iudas non potuit facere, nec Ionathas, id est, obedientia contemplationem capit, non Confessores, vel datores sacramentalium, id est actiui. Non omnibus autem datur, vt istam arcem Sion, id est, Religionem intrent, vel habitent; vnde determinat quibus datur.

e Et semen seruorum eius,] id est, qui paupertatem Apostolorum volunt imitari.

f Possidebit eam] non progenies viperarum, *Matth.* 3. b. *Daniel.* 13. f. Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, scilicet, species mundi, quæ multos decipit, & allicit, vnde nolunt Religionem intrare. Item: [Semen seruorum eius] sanctorum Confessorum, qui Religiones instituerunt. Semen sancti Benedicti, sunt Monachi: Semen sancti Augustini, Canonici: Semen sancti Francisci, fratres minores; Semen sancti Dominici ordo Prædicatorum. Hi ergo possidebunt eam. Et per quid? Per amorem. Vnde sequitur.

g Et qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.] Amanti enim nihil est difficile. Et si tenet argumentum à destructione consequentis ex præmissa, sequitur: [Qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea] ergo qui non habitant in ea, non diligunt nomen eius.

EXPOSITIO PSALM. LXIX.

DEus, in adiutorium, &c.] Titulus. [*In finem Psalmus Dauid in rememoratione, quod saluum fecit eum Dominus.*] Posita supra Christi Passione, petit hic vir iustus adiuuari. Et ordine congruo, quia à Christi Passione est nobis omne adiutorium: Vnde bene intitulatur, *In rememoratione, quod saluum fecit eum Dominus.* Vnde is est sensus tituli. Psalmus, iste, dirigens nos, in finem, id est, Christum, attribuitur Dauid, id est, viro iusto. Psalmus dico, dictus, vel habitus, in rememoratione eius, quod saluum fecit eum Dominus. Hoc autem fuit per Passionem, quam rememorantes Iusti sperant de salute sua, & securè petunt adiutorium. Vnde dicit vir iustus: Deus, in adiutorium meum intende. Intentio est, monere, vt non in nobis gloriantes confidamus; sed in Deo gloriemur, & confidamus in eius auxilio. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò petit generaliter Iustus se adiuuari, & malos erubescere. Secundò monet bonos lætari, *ibi:* Exultent, & lætentur. Licet autem de Iusto principaliter exponatur; tamen de Christo in Passione constituto potest allegoricè exponi, vel de Martyribus. Dicit ergo Christus, vel Martyr quilibet.

Partitio Psalmi.
Alleg. De Christo, vel de Martyribus.

i Deus, in adiutorium meum intende; quia homines non intendunt *Isaia* 63. b. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret. In adiutorium, dico, contra persequentes Iudæos, vel Tyrannos. Et quia grauis est persecutio.

k Domine, ad adiuuandum me festina.] *Iob* 30. c. Clamo ad te, & nõ exaudies me: sto, & nõ respicis me; mutatus es mihi in crudelem, & duritia manus tuæ aduersaris mihi.

A Confundantur

Moraliter. De viro iusto. i Deus, in adiutorium. &c.] Moraliter de viro iusto exponitur, qui in his quatuor versibus contra quatuor persecutiones precatur. Primò petit adiutorium, contra carnem, quæ est mala vxor, cum deberet esse adiutorium. *Genes. secundo* c. Faciemus ei adiutorium, &c.] In secundo versu contra dæmones, qui quærunt animam. *Genes. decimo quarto* d. Da mihi animas. In tertio contra homines apertè inimicantes, qui volunt homini mala. In quarto contra fictos amicos, id est, adulatores, qui dicunt: euge, euge applaudendo, & adulando. Item notandum quod in hoc Psalmo sunt septem versus, in quibus petit septem dona Spiritus sancti. In primo versu, qui est: Deus, in adiutorium, &c. petit donum timoris. *Sapient. decimo septimo* c. Nihil est timor nisi Præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. In secundo versu petitur donum pietatis, quæ resistit diabolo, qui impius est, & animas quærit perdere. *Ephes. sexto* b. Contra spiritualia nequitiæ. 1. *Thimoth. quarto* c. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. In tertio petitur donum scientiæ, quo sciat vir iustus conuersari in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter malignos homines, qui volunt ei mala. In quarto, fortitudo, contra mollientem adulationem. In quinto, donum consilij de fine læto, cum dicit: Exultent, &c. In sexto, donum intellectus, quo intelligit se pauperem, cum dicit: Ego verò egenus, &c. In septimo, donum sapientiæ, cum dicit: Adiutor meus, &c. Dicit ergo vir iustus.

i Deus, in adiutorium meum intende. Deus] dicit, non mundus, *Eccl.* 12. d. Quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Item, Deus, non homo. *Eccl. vlt.* b. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Item, Deus, non mammona. *Is.* 17. a. Cessabit adiutorium ab Ephraim. *Soph.* 1. d. Argentum eorum, & aurum eorum non poterunt liberare eos in die furoris Domini. Deus, qui potes.

k Domine] qui debes, cum sim seruus tuus.

l Ad adiuuandum me festina] quia sicut supra dictum est. *Ps.* 68. Intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Et sicut dicitur. *Iob* 6. c. Non est auxiliũ mihi in me. Et hoc, vt dictũ est, dicit & petit cõtra carnẽ: Vnde necesse est, vt Dñs festinet ad auxiliũ: quia ipsa est familiaris inimicus. Et vt dicit

* Ieron.

Alleg. A a Confundantur] confusione. b Et reuereantur, timore, *Ier.* 17. c. Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego. c Qui quærunt animam meam.] *Ioan.* 5. c. Quærebant eum Iudæi interficere. d Auertantur retrorsum.:] à facie mea, dicit Christus.

festina. a Confundantur, & b reuereantur, † c qui quærunt animam meam. d Auertantur e retrorsum, & f erubescant, g qui volunt mihi mala. h Auertantur statim i erubescentes, k qui dicũt mihi: euge, euge. l Exultent, & † m lætētur in n te o omnes, p qui quærunt q te, & r dicant f semper: t magnificetur u Dominus,

al. † inimici. *al. † cogitāt.* *al. † iucundentur.*

f Et erubescāt, &c.] Hoc impletum fuit, quando veniente Iuda cum cohorte, & ministris Pontificum, & Pharisæorum cum laternis, & facibus, & armis, exiit eis obuiam Christus: & illi videntes eum, & audientes, quod dixit: ego sum, illi abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, *Ioan.* 18. a. h Auertantur statim.] Vnde *ibi: Io.* 18. a. dicitur, Vt ergo dixit eis, ego sum, abierũt retrorsum, &c. i Erubescentes.] Hoc enim eis fuit magna verecũdia. k Qui dicunt mihi: irridentes me. *Ps* 34. Dixerunt: euge, euge, viderunt oculi nostri.

Moraliter. m *Ieron.* Non est efficacior pestis ad nocendum, quam familiaris inimicus. Hunc hostem oportet semper secum portare, & nutrire, vnde maius est periculum. *Mich.* 7. b. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.

a Confundantur, &c.] Confunduntur dæmones, quando homo fortiter facit pœnitentiam. Vnde *Mich. vlt.* b. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, &c. Et post sequitur. Aspiciet me inimica mea. Item confunduntur, cum suggestiones eorum contemnuntur, quas non cessant ingerere etiam mentibus Sanctorum. Vnde addit.

b Et reuereantur] id est iterum erubescant. Vel, Reuereantur, id est, timeant accedere ad me. c Qui quærunt animam meam] dæmones, 1. *Pet. vlt.* b. Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. d Auertantur] à malo. e Retrorsum] vt te sequantur, *Psalm.* 33. Diuerte à malo, & fac bonũ. f Et erubescant confusione adducente gratiam, & gloriam, *Eccl.* 4. c. g. Qui volunt mihi mala] pœnæ, vel culpæ. Ecce quod facit doctrina dicentes, *Mat.* 5. g. Orate pro persequentibus vos. h Auertantur statim erubescentes] vt supra. k qui dicunt mihi, euge, euge] adulando. Sed notandum est, quod quando orauit pro conuersione apertè persequentium, tempus non determinauit, sed simpliciter dixit: Auertantur retrorsum. Quando autem orat pro conuersione adulantium, addit: Statim: In quo notat, quod plus debemus desiderare liberari ab adulatoribus, quam à persequentibus: quia periculosior est nobis persecutio seductoris, quam apertè sæuientis, *Is.* 3. c.

Aliter. Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Vel totum legatur de eisdem, scilicet, de inimicis peccatoribus, pro quibus orat. Et petit eis primò confusionem mentis bonam, cum dicit, Confundantur. Secundò petit eis timorem, dicens: Et reuereantur, *Eccl.* 1. c. Qui sine timore est, non poterit iustificari. Tertiò petit eis abominationem peccati, cum dicit; Auertantur: scilicet à peccatis, sicut à re abominabili. *Ezech.* 8. d. Fili hominis, vide abominationes, quas isti faciunt hic. Quartò petit illis humilitatem pœnitentiæ, cum dicit, Retrorsum, id est, ita auertantur, vt sint te sequentes per humilitatem, *Marc.* 8. d. dixit Dominus Petro: Vade retrò me, Sathana. *Ioann.* 20. c. Maria conuersa retrorsum, vidit Dominum. Quintò petit eis confusionem exteriorem, quæ est in vultu, cum dicit, Et erubescant. Est enim duplex confusio, interior, & exterior. De interiori prius dixit: Confundantur; de exteriori hic dicit, Erubescant. De his duabus *Ier.* 6. d, Confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Propter hoc petit hic eis illa duo. 1. *Reg.* 17. f. Dauid percussit Philistæum in fronte, vbi est locus erubescentiæ. *Prou.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. De malis autem dicitur *Ierem.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere Et quia periculum est in mora conuersionis: Sextò petit eis velocem conuersionem, siue velocitatem conuersionis, cum subiungit: Auertantur statim. *Eccl.* 5. c. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Et quia erubescentia est causa conuersionis, repetit de ipsa, addens: Erubescentes. Vnde quidam Philosophus videns iuuenem exire de lupanari, & erubescere, quia videbatur ab hominibus, ait. Salua res est, erubuit. Et nota, quod hic loquitur hic de erubescentia, vel de confusione: quia propter tria debemus erubescere: Videlicet, propter peccati vilitatem, propter nostram ingratitudinem, propter Dei longanimem patientiam. De primo, *Ierem. secundo.* g. Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas. De secundo, *Ezech.* 43. c. Fili hominis, ostende filiis Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis. Hoc dicit, quia in templo reposita erant multa, quæ signa erant beneficiorum Dei, quæ exhibuerat Iudæis: Ibi enim erat vrna aurea plena manna, in signum, quod Dominus eos pauerat in deserto. Ibi etiam erat virga: in qua factum fuerat miraculum, & Deuteronomium legis. Similiter nos in templo, id est, in corpore Christi, de quo dixit *Ioan.* 2. d. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: possumus multa beneficia inuenire, & legere. De tertio, propter quod debemus erubescere, scilicet de patientia Dei dicit *Gregorius*: Salutem, misericordiam, & patientiam eius debemus erubescere, si eius iustitiam nolumus formidare. Et in hac serie interponendo ostendit, quales sunt illi, pro quibus orat, videlicet, quia peccant opere & voluntate, & locutione. Opere, cum dicit: Qui quærunt animam meam. Voluntate, cum dicit: Qui volunt mihi mala. Locutione, cum dicit: Qui dicunt mihi: euge, euge, scilicet, irrisione. *Iob* 12. a. Deridetur iusti simplicitas. Vel etiam applausoriè adulando, quasi dicat, bona est terra. Eu, enim bonum; ge, terram sonat. Multi dicunt ita, euge, id est, bona sunt terrena. Quod licet concedendum sit propter hæreticos; tamen cœlestia incomparabiliter meliora sunt. Et terrena mala sunt ei, qui ea cœlestibus præponit. Et nota, quod dicitur, euge, multipliciter.

Propter tria debemus erubescere. *Heb.* 9. a.

Euge:
- Irrisorium, *Psalm.* 34. Dixerunt: euge, euge, viderunt oculi nostri.
- Applausorium, *Psalm.* 34. Non dicant in cordibus suis: euge, euge, animæ nostræ.
- Adulatorium. *Psalmo trigesimo nono.* Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, euge, euge.
- Admiratiuum. *Ezech.* 26. a. Euge, confractæ sunt portæ populorum.
- Commendatorium. *Matth.* 25. b. Euge, serue bone, & fidelis.

l Exultent, &c.] Secunda pars, vbi iustus monet bonos, vt in Deo lætentur: sed prius allegoricè in persona Christi exponamus. Dicit ergo Christus ad Patrem. *Alleg.*

l Exultent, &c.] quasi dicat, petij, quod Iudæi confunderentur, & erubescerent; sed non sic peto de fidelibus, imo peto, vt, exultent, corpore.

m Et lætentur] mente.

n In te] non in Diis falsis, vel in ceremoniis legis. Et non tantum Iudæi conuersi, sed generaliter.

o Omnes] tam de Iudæis, quam de Gentibus.

p Qui quærunt te] in fide Christiana, vbi inuenitur semper Deus. r Et dicant] ore, in oratione, & laude. f Semper magnificetur Dominus] non vos, non

Moraliter. l Exultent, &c. Moraliter vir iustus admonet alios Iustos, vt in Deo lætentur, etiam ipsos aduersarios conuersos & iam pœnitentes, qui Deum quærunt per opera pœnitentiæ: Sed monendo alios, non eis, sed ad Deum sermonem dirigit, ostendens quod ista spiritualis lætitia à Dño est. Vnde dicit: Exultent & lætentur in te. *Ps.* 4. Dedisti lætitiam in corde meo. Dicit ergo.

l Exultent] corpore contra pigros. m Et lætentur] mente, contra tristes. *Matt.* 6. b. Nolite fieri, sicut hypocritæ tristes.

n In te] non in creatura, contra auaros, & idololatrias. *Amos* 6. d. Qui lætamini in nihili. *Iob* 31. c. Si lætatus sum super diuitiis meis multis.

p Qui quærunt] contra negligentes. *Prouerb.* 19. c. Qui negligit viam suam, mortificabitur. *Isa.* 21. c. Si quæritis, quærite. q Te], veritatem, iustitiam, sanctificationem, pacem. *Psalm.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

r Et dicant] non tantum audiant, contra non dicentes horas canonicas.

f Semper] contra eos, qui quandoque dicunt, & quandoque non dicunt: & contra eos, qui quandoque psallunt, quandoque non. *Apoc.* 4. c. Non habebant requiem die, ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.

t Magnificetur] contra inuidos, & detractores, qui paruificant alios, quibus Dominus facit misericordiam maiorem. *Ecclesiastic. vltimo* d. Lætetur anima vestra in misericordia eius: & non confundemini in laude eius. *Matth. vigesimo* b. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum. u Dominus] contra superbos, qui nolunt subesse,

A vos, non Dij falsi. Hoc dicant illi. *a* Qui diligunt Salutare tuum, scilicet, me. Vnde dixit Simeon *Luc.* 2. e. Quia viderunt oculi mei, Salutare tuum. Vel, Qui diligunt Salutare tuum communicare aliis, scilicet, fidei salutem. Sed ad hoc, quod ipsi exultent, & lætentur, & laudent, oportet, quod præcedat Resurrectio mea. Vnde tibi dico, Pater. *d* Ego vero egenus sum] vel mendicus, id est, petens, & dicens in Cruce. *Ioan.* 19. e. Sitio. *e* Et pauper] rebus, non habens, vbi caput reclinem. Vnde scriptum est, *Ioan.* 19. f. Quod inclinato capite tradidit spiritum. Vel: pauper: amicis, quia amici mei Apostoli recesserunt à me. Sed tu. *f* Deus] Pater, adiuua me, in tribulatione Passionis. Et vere scio, quod adiuuabis. Quia.

Alleg.

a qui diligunt *b* Salutare *c* tuum *d* Ego vero egenus, & *e* pauper sum: *f* Deus, adiuua me. *g* Adiutor meus, & † *h* liberator meus *i* es tu: Domine, *k* ne † moreris.

al. † erutor.

al. † tardaueris.

Psalm. Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

PSALM. LXX.

† IN te, *l* Dñe, speraui: nō *m* confundar in *n* æternum: in *o* iustitia tua † *p* libera me, & *q* eripe me: *r* Inclina ad me *s* aurem tuam, *t* & salua me

al. † Deus in te speraui, Domine.

al. † erue.

al. † exime.

al. † saluum me fac.

g Adiutor meus,] vt possim sustinere *h* Et liberator meus] vt possim euadere. *i* Es tu, omnipotens Pater. Adiutor fuit in Passione, vbi Christus tulit pondus peccatorum nostrorum. Liberator in Resurrectione, vbi liber à pœna, & miseria surrexit. Et ad hoc faciendum, Domine pater. *k* Ne moreris] quin, scilicet, die tertia me suscites.

Moraliter.

* subesse, vel seruire. *Osee* 10. a. Non est Rex nobis; non enim timemus Dominum: & Rex quid faciet nobis, id est, Prælatus. *a* Qui diligunt] contra odio habentes. *Amos* 5. c. odio habuerunt corripientem in porta. Salutare] non infirmitorium. *Eccl.* 30. c. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. *c* Tuum] non Medicorum, vel Apothecarum. *Prou.* 21. d. Dominus autem salutem tribuet. Sunt autem quidam, qui Deum laudant, & magnificant in prosperitate, sed blasphemant in aduersitate. Sicut intendebat Sathan, quod posset inducere *Rom.* dicens ad Dominum. *Iob* 1. b. Nunquid frustra timet Deum Iob: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra: sed extende paulùlum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. *Ps.* 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Ideo ostendit vir iustus consequenter se pauperem esse, & tamen in paupertate, & laudare Deum, & alios ad laudem monere. Vnde dicit.

d Ego vero egenus sum, & pauper.] Duo dicit. Sunt enim quidam egeni, id est, mendici, & quærentes, qui non sunt pauperes, vt sunt trutanni. Alij vero sunt pauperes; sed tamen non sunt egeni, quia mendicare erubescunt. Primi peccant per cupiditatem, & auaritiam. Secundi peccant per superbiam. Sed vir iustus dicit se simul esse egenum & pauperem, & ideo securè petit dicens. *f* Deus adiuua me.] Vel secundum aliam literam affirmat, quæ habet: Deus adiuuat me, pauperem, qui adiutor est pauperum, non diuitum, quibus promittit non auxilium, sed supplicium. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus. Vnde vulgariter solet dici de diuite, quod non est homo, quem Deus adiuuet: de paupere vero, & miserabili persona dicitur, iste est homo, quē De⁹ adiuuet, i. egens, & dignus auxilio Dei. Vnde adiungit. *g* Adiutor me⁹] in operando. *h* Et liberator meus] in patiēdo. *i* Es tu] non homo, non mundus, non diuitiæ. *Is* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxiliū, &c. i. in mundum. Vel, adiutor, in præsenti, cum tempus est operandi; & liberator in futuro. *Rom.* 8. d. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et quia vt dicitur *Prou.* 13. b. spes, quæ differtur, affligit animam & etiam, quia mora trahit periculum, addit.

k Ne moreris,] id est, ne differas auxilium, & liberationem. *Daniel.* 9. e. Ne moreris propter temetipsum, Deus meus. *Ioan.* 11. a. Miserunt sorores Lazari ad Iesum, dicentes: Domine, quem amas infirmatur, &c. Tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Et post: Venit Iesus, & inuenit eum quatuor dies habentem iam in monumento. Expone.

EXPOSITIO PSALM. LXX.

IN te, Domine, &c.] Titulus. *Psalm. Dauid filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Continuatio. Post Psalmum de Cruce, & de bonis spiritus, ponit hic Psalmum de commendatione gratiarum, & donorum eorundem. Et est sensus tituli: Psalmus iste, qui est, Dauid, prophetæ, agit de filiis Ionadab, id est, de significatis per eos, scilicet, de illis, qui obediunt spontanee Dei voluntati. Et, de primis captiuis, id est, de illis, qui prius erant captiui, quam Deo obedirent, cui seruire regnare est. De istis legitur *Ierem.* 35. b. quod præcepit Dominus Ieremiæ, vt propinaret eis vinum, & noluerunt accipere, dicentes, quod pater eorum Ionadab præceperat eis, quod ipsi non biberent vinum, neque plantarent vineas. Et hos multoties proponit Dominus in exemplum filiis Israël, qui nolebant seruare mandata Domini; & isti seruabant mandata patris sui. Per hos ergo significantur viri obedientes, tum propter factum suum, tum propter interpretationem huius nominis Ionadab, quod interpretatur spontaneus. Intentio est monere nos, ne de nobisipsis præsumamus; sed totam spem in Dei gratiam ponamus. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò propter spem suam petit hic vir Deo obediens, ab omnibus malis liberari, & laude impleri. Secūdò agit de gratia temporε senectutis, & senij, *ibi*: Ne proiicias me. Tertiò dicit, cui personæ fit gratia, & quæ sit illa gratia, *ibi*: Deus, quis similis. Agens ergo de gratia, antequam aliquid petat, meritum suæ spei ostendit, dicens. *l* In te, Domine, speraui.] In te, non in homine, non in diuitiis. *Ierem.* 17. a. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. 1. *Tim.* 6. d. Præcipe diuitibus non sperare in incerto diuitiarum; sed in Deo viuo. Vnde dicit: In te, Domine, speraui, & ideo.

Partitio Psalmi.

m Non confundar] *Eccl.* 2. b. Nullus sperauit in eo, & confusus est.

n In æternum] licet ad tempus bona confusione confundar, *Ierem.* 20. c. Qui persequuntur me, cadent & infirmi erunt, & confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum. Ita confundentur illi, qui hic nolunt leuiter, & modicum confundi coram Sacerdote, confitendo peccatum. *Ierem. secundo* c. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur: sic confunditur domus Israel, ipsi & Reges eorum, Principes & Sacerdotes, & Prophetæ eorum. Fur est, qui furatur confessionem suam, qui tunc deprehenditur, cum in crimine moritur; pœnitens autem suum furtum prouicit. Sed dicit *Ieremias*, quod sic confundetur domus Israël, id est, Clerici, & Reges eorum, maiores Prælati, & Principes, & Archidiaconi, & Decani, & Sacerdotes ad literam, & Prophetæ, id est, Prædicatores. Clerici enim & isti prædicti, plus interdum committunt istud furtum, quam alij. Et vt sic, non confundar.

o In iustitia tua] id est, à te mihi data. *p* Libera me.] Iustitia Dei, est forum pœnitentiale, vel ipsa pœnitentia, in qua fit iniustitia de latronibus, id est, de peccatoribus, vel dæmonibus, vel de vitiis, de quibus *Iob decimo nono* b. Venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me. Pœnitentia autem istos latrones suspendit, & sic liberatur homo, quando autem non suspenduntur à pœnitentia, homo mortis periculo expositus est. *Isaia* 26. b. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent omnes habitatores orbis: misereamur impio, & non discet facere iustitiam. Et *in eodem* d. Iustitiam non fecimus in terra; ideò non ceciderunt habitatores terræ, id est, latrones. In hac ergo tua iustitia: Libera me, ab his latronibus.

q Et eripe me] de ore leonis, id est, Diaboli. *Psalm.* 21. Libera me in ore leonis. Vel, Eripe me, à malis bestiis, id est, desideriis, quæ etiam post vitia suspensa remanent, & quandoque tantum præualent, quod animam deuorant. Vnde dicit Sanctus: Quot putas lupi sæuitiæ, quot leones superbiæ, quot vulpes astutiæ, quod vultures ingluuie lacerant cadauer animæ? *Apoc.* 18. a. Babylon facta est habitatio omnis volucris immundæ. Et quia laceratus surgere non possum.

r Inclina ad me] infirmum, & iacentem.

s Aurem tuam] misericordiæ. De qua *Sapient. primo* c. Auris cœli audit omnia. Hoc est contra quosdam Confessores, qui nolunt audire fœda. Sed scire debent, quod non potest Medicus sanare vulnera, nisi tangat saniem, *Osea secundo* d. Exaudiam cœlos, id est, spirituales, & ipsi exaudient terram, id est, peccatores. *t* Et salua me.] Sic enim saluatur iacens in lecto peccati, cum Deus aurem misericordiæ ad eum inclinat, quot fit mediante aure Confessoris, scilicet, per confessionem. *Prouerbiorum vigesimo octauo* b. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, i. non surget de lecto peccati; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Et docemur hic, quid petere debeamus, scilicet, salutem. Cum enim dixisset: Inclina ad me aurem

aurem tuam, non subiunxit, & dita me; sed dixit, & salua me, *Ioan.*16. e. Si quid petieritis Patrem in nomine meo quod est Iesus, dabit vobis. Et post. Vsque modò non petitis quicquam in nomine meo. Et quia non tantum de præteritis saluari, sed etiam contra futura protegi necesse est, ideò sequitur.

a Esto mihi in Deum protectorem *b* & in locum munitum: † vt *c* saluum me facias. Quoniã *d* firmamentum meum, & *e* refugium meũ es tu. *f* Deus *g* me† *h* eripe me de manu peccatoris, *i* & de manu † contra legem agentis, & *k* iniqui. *l* Quoniam tu es, patiẽtia mea *m* Dñe, *n* Dñe spes mea à *o* iuuentute mea. In *p* te confirmatus sum *q* ex vtero: de *r* ventre matris meæ, *s* tu es protector meus. In te *t* † can-

al. † mihi esto.

al. † erue.

al. † legem prætereuntis

al. † decantatio.

a Esto mihi in Deũ protectorẽ] contra ignea tela Diaboli, de quibus *Ephes.*6.c. Vt possitis omnia tela nequissima ignea extinguere. *b* Et in locum munitum] vt in te non tantum protectus, sed etiam tutus sim. *c* Vt saluum me facias] non solum à morte, sed etiam à timore. Licet enim quandoque miles scuto suo in bello protegatur; tamen multo timore concutitur, quia vndique appropinquãt ei hostes, sed quando in castro, vel turre iam se recepit, tunc non timet. Christus est locus munitus, in quo milites eius tuti habitant. *Prou.*18. b. Turris fortissima nomen Domini; ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Ibi volebat poni Iob, vt tutus esset. *Iob.*17. a. Libera me, Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Ibi non habitant superbi, quia expositi sunt vento, sed timidi & humiles, *Prou.* 30. d. Lepusculus plebs inualida collocat cubile suum in petra, i. in Christo. Hoc significatum est 1. *Reg.*24. a. vbi dicitur: Ascendit Dauid, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Engaddi, interpretatur fons hædi, & significat vulnera carnis Christi, vbi habitare tutissimum est. *Num.* 24. d. Balaam vidit Cineum, & ait: robustum quidem est habitaculum tuum; sed si in petra posueris nidum tuum. Et ibi sequitur: Assur capiet te. Cineus, lugens, vel possidens interpretatur, & significat propriè Religiosos diuites quorum luctum interfecit possessio, sicut Cain Abel. Horum robustum esset habitaculum, si in petra Christo ponerent nidum suum. Sed quia non ponunt Assur, i. superbia capit eos, secundum quod dicitur *Eccl.*21. a. Domus; quæ nimis locuples est, annulabitur superbia. Item notandum, quod ipsa Religio locus munitus dicitur, cuius munitio est in duodecim, quæ his versibus notantur.

Christus dicitur locus munitus.

De Religiosis. Religio dicitur locus munitus propter duodecim.

Versus.

Murus. dentales, turres, vigiles. tuba, scuta.
Mons, aqua, saxa, cibi, machina, fossa, viri.

Est enim in Religione, vel in claustro murus. De quo *Isa.*16. a. Saluator ponetur in ea murus. Dentales, id est, Keuelli. *Cant.*4. b. Turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, *Cant.*8. c. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea, id est, de sacro eloquio. Item ibi sunt turres, i. Doctores. *Cant.*8. c. Vbera mea sicut turris. *Et* 7. b. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Item ibi sunt vigiles, scilicet. Prælati. *Heb.vlt.*c. Obedite præpositis vestris, ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Item tuba prædicationis. *Num.*10. a. Fac tibi duas tubas argenteas. Duas, s. promissionis, & comminationis. Item ibi sunt scuta orationum. *Sap.*18. d. Proferens seruitutis suæ scutum orationem. Item mons, i. eminentia, & arduitas vitæ. *Matth.*5. b. Non potest abscondi ciuitas super montem posita. Item aqua lacrymarum, *Iosue.*15. d. Irriguum superius & inferius. Item saxa, i. duritia vitæ, in lectorum duritia, & cibi asperitate, & disciplinarum rigore. *Is.*33. c. Munimenta saxorum sublimitas eius. Item cibi lectionum, & meditationum. 1. *Machab.*1. e. Posuerunt ibi arma, & escas. Item machinæ sunt ibi, scil. machina ieiunij contra carnem, orationis contra superbiam, elemosynæ contra auaritiam, 1. *Mach.*6. f. Fecerunt, & ipsi machinas contra machinas eorum. Item ibi est fossa, vel fossata, sc. confessio, & paupertas; confessio enim detegit, & eiicit terrã peccati & paupertas abiicit temporalia. Ecce duplex fossatum. 4. *Reg.*3. c. Facite fossas, & fossas. Item sunt ibi viri, id est, strenuè operantes, non fœminæ molles. 2. *Tim.*2. a. Labora sicut bonus miles Christi. *d* Quoniam firmamentum, &c.] Dico, quod sis mihi in protectorem, & in locum munitum. Et meritò debes esse: quia in alio quàm in te spem non habeo. Hoc est: Quoniam firmamentum meum es tu. De quo *Eccl.*3. d. In tempore casus sui inueniet firmamentum, scil. in morte, vel in tentatione. *Psalm.*24. Firmamentum est Dominus timentibus eum, firmamentum, ergo, meum es tu, dum pugno.

e Et refugium meum dum fugio. *Psalm.* 31. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me. Hæc duo redduntur duobus, quæ promissa sunt in præcedenti versu, sicut in *Gloss.* assignatur. Contingit autem quandoque militibus in bello, quòd ita fortiter instant hostes, quòd nec rebellare sufficiant, nec fugere queunt, & tunc citò possunt capi, nisi superueniat eis fortius auxilium, quo eripiantur † de inter hostes suos. Vnde hic vir iustus quasi in tali articulo positus in bello spirituali subiungit.

al. † deuictis hostibus suis

f Deus meus, eripe me, &c.] quasi dicat, nec rebellare sufficio præ nimia inimicorum instantia, nec effugere valeo: Et ideò tu, Deus, qui potes.

g Meus] qui vis, & debes. *h* Eripe me de manu peccatoris] q.d. iam capiat, nisi tu me eripias; Et subdidit peccatorem.

i Et] pro, i. de manu contra legem agentis,] i. transgressoris legis tuæ, sicut est Iudæus, & malus Christianus.

k Et iniqui] qui legem non habet, vt Gentilis. De quo *Ro.* 2. b. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Est ergo sensus: Ita eripe me, quòd nec in peccatum malorũ Christianorum, vel Gentilium inducar. Vel sic.

h Eripe de manu peccatoris] id est, Diaboli, qui antonomasticè dicitur peccator.

i Et de manu contra legem agentis] id est, mali prælati: Prælati enim vt frequentius transgressores fiunt. Vnde 1. *Esdr.*9. a. Manus Principum, & magistratuum fuit in transgressione hac prima. *Act.*23. a. Iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti *k* Et iniqui] id est, falsi fratris. Vel possunt hic notari tria vitia, vt per peccatorem, Diabolum aut eius superbiam intelligamus. Per, contra legem agentem, auarum, qui agit contra legẽ naturalem, quæ dicit. Quod tibi non vis fieri, vide, ne tu alij feceris. Per iniquum luxuriosum, qui in se peccat: quia qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? 1. *Cor.*6. d. Qui fornicatur in corpus suum peccat. Vel, Peccatoris, in se: Contra legem agentis, id est, præuaricantis, in Deum: Iniqui, in proximum. Vt autem hoc, quod petit, impetret, merita sua allegat. Primò meritum patientiæ, cum dicit.

*Tob.*4. c. *Eccl.* 14. a.

l Quoniã tu es patientia mea] quasi dicat, ideò eripe me, quia iã diu patiẽter sustinui: non tamen à me, sed à te patientiam habui, *Ier.*29. c. Ego cogito cogitationes pacis. Et post: Vt dẽ vobis finẽ, & patientiã, i. finalẽ patiẽtiã. *m* Dñe] quasi dicat, vt tibi seruiam, patienter sustineo: & quia sum seruus tuus, ideò tu mihi das patientiam. Et non tantùm hoc habeo meritum, sed & meritum spei; quia tu es etiam *n* Domine, spes mea] id est, in te spero, & non in alium: & hoc à te habeo, 2. *Regul. vigesimo primo* a. Deus meus, fortis meus, sperabo in eum, *Isa.* 46. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Tertio allegat meritum perseuerantiæ, cum addit. *o* A iuuentute mea.] Et non tantum à iuuentute, & sed à pueritia: quia. *p* In te confirmatus sum ex vtero?] ad literam tibi seruiens: *Iob* 31. b. Ab infantia creuit mecum miseratio. Vel mysticè. *q* Ex vtero.] Vterus Ecclesiæ, est Baptismus: Qui ergo retinet baptismalem innocentiam, potest dicere: in te confirmatus sum ex vtero, i. tu confirmasti me in te. *Psal.*67. Confirma hoc, Deus quod operatus es in nobis. *Eccl.*15. a. Firmabitur in illo, & non flectetur. Nullus autem ita confirmatus est, quin auxilio Dei indigeat: Vnde addit.

Mysticè.

r De vtero matris meæ] Et ad literam, & mysticè, vt supra dictum est. *s* Tu es protector meus.] *Psalm.*17. Protector est omnium sperantium in se, *Isa.*31. c. Proteget Dominus Ierusalem, protegens, & liberans: transiens, & saluans. Protegens à Diabolo: liberans, à mundo: transiens, id est, transire faciens concupiscentias carnis: saluans, in æternitate. Posset iste versus ironicè legi de pueris præbendatis, qui in Ecclesia confirmantur ex vtero, id est, tenelli, & adhuc mammotrephi. *Ierem.*48. b. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua. Moab interpretatur ex parte, & significat nepotulos Prælatorum. Propter autem prædictam confirmationem dicit Iustus se Deum laudare: Vnde sequitur.

Aliter.

t In te cantatio, &c.] Vir iustus confitetur se esse Christi ioculatorem. Mos autem, & consuetudo ioculatorum est cantilenas facere de illis, à quibus dona magna receperũt, vel sperant habere: ideo Iustus, qui multa, & magna dona à Christo recepit, iã & adhuc maiora expectat, omnes cantilenas suas facit de ipso, dicens ad eum: In te, id est, de te, & ad te, & iuxta te, id est, in Ecclesia tua: Cantatio mea. *Psal.*12. Cantabo Domino, qui bona tribuit

buit mihi. Item Ps. 149. Laus eius in Ecclesia Sanctorū. Hoc est, contra eos qui rarò, aut nunquam dicunt horas in Ecclesia. Ps. 136. Quomodo cantabimus canticum Dñi, in terra aliena. Baruch. 3. b. Quid est Israel, quod in terra inimicorū es? Inueterasti in terra aliena. Ps. 119. Cantabiles mihi erant iustificatio-nes tuæ, in loco peregrinationis meæ, i. in Ecclesia. Dicit ergo. a In te cantatio] non solùm narratio. b Mea] nō solùm aliena, seu vicaria. Ps. 76. Voce mea ad Dñm clamaui. Dicit autē. In te, non in mūdo, vel venere, q.d. de te cantabo. Vel sic: In te, non in me, q.d. in te inuenio, vnde cantare debeam: sed in me nihil inuenio, vnde cantandum, sed vnde flendum sit. Greg. Iustum est: vt in se dolorem inueniat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quærebat. c Semper,] quia hic incipit, & nunquam terminabitur. Ps. 88. Misericordias Dñi in æternum cantabo. Sed cantatio sæcularis finem habet in breui. Amos 8. c. Conuertam omnia cantica vestra in planctum. Vel. Semper, i. tam in aduersis, quam in prosperis. Ps. 33. Benedicam Dñm in omni tēpore, &c. Is. 62. b. Tota die, & nocte perpetuò nō tacebunt. Qui autem ita Deum laudant, deridentur à mundanis, sicut Dauid à Michol contemptus, & despectus fuit, eo quod nudatus saltabat ante Deum. 2. Reg. 6. d. Vndè addit. d Tanquam prodigium, &c.] quia admirantes super me quasi super stulto derident me. 1. Cor. 4. b. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Derident me, sed tamen non curo. e Et,] i. quia, tu adiutor fortis. Iob 12. a. Qui deridetur ab amico, sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: Deridetur enim Iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Sed tamen sequitur: Parata ad tempus statutum, s. vt fulgeat in æterna tabernacula. Vndè tunc dicent illi, qui modo derident: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati putabamus vitam illorum insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Vel secundum Isidor. Prodigium dicitur quasi porro dicium, id, sc. quod longè est, ostendere, vt dies iudicij, &c. Sic sancti viri, qui mundi gaudium contemnentes, ad longè futurum aspirant, sunt alijs prodigium. Vndè Zach. 3. c. Audi tu, Iesu, Sacerdos magne, & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt, i. procul tendentes. Ezec. 24. g. Eritq; vobis Ezechiel in portentum. Isa. 8. d. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dñs in signum, & portētum Israel. Multis, non dicit omnibus, quia non omnes aduertunt hoc prodigium. Et tu adiutor fortis, qui me perduces ad illa, quæ procul expecto. Rom 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Pro hic omnibus petit, vt dignas gratias possit reddere. Vndè adiungit.

a tatio b mea c semper: tanquam prodigium d factus sum multis: † e & tu adiutor fortis. f Repleatur os meum laude, † vt g cantem gloriam tuam: tota die † magnitudinem tuam. h Ne proiicias me in tempore senectutis: cùm i defecerit virtus mea, k ne derelinquas me. l Quia dixerunt inimici mei mihi: m & qui † custodiebant animam meam, n consilium fecerunt in vnum, o Dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia non est, qui † eri-

Al. † sed.
Al. † hymno dicam.
Al. † magnificentiam.
Al. † obseruabant.
Al. † eruat.

Cap. 5. a.

f Repleatur os meum laude, &c.] Hoc bene sequitur post illud quod dixerat: In te cantatio mea, q.d. nolo fictè, vel diminutè cantare, sicut multi Clerici, qui parcunt vocibus in choro, nec repletur os eorum laude, ad quam specialiter tenentur, sed multorum ora replentur litibus, vnde deuotionem, & voluntatem Deum laudandi amittunt. Eccl. 7. b. Calumnia conturbat sapientem, i. Clericum, & perdit robur cordis eius, i. deuotionem. Tunc repletur os laude, quando ex toto corde laudatur Deus, & nihil vanitatis, aut falsitatis est admixtum. Iob 8. d. Non porriget manum malignis, donec impleatur os tuum risu: & labia tua iubilo. Repleatur, dico ita g Vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. Duo dicit, gloriam & magnitudinem. Ad litteram, gloriam eius cantamus, quando dicimus: Gloria Patri, & Filio, &c. Magnitudinem, cùm dicimus: Magnificat anima mea Dñm. Vel propriè: Gloria Dñi, & creatio mundi: De qua Is. 42. b. Gloriam meam alteri non dabo. Et Ps. 113. Non nobis, Dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Magnitudo, est mundi creatio, seu potentia creandi. De qua Ps. 47. Magnus Dñs, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nō est finis. Et alibi Ps. 85. Magnus es tu, & faciens mirabilia. Item gloria Dei, est eius misericordia: magnitudo, est iustitia. Ps. 100. Misericordiā, & iudicium cantabo tibi, Domine. Gloria mulcet, & allicit,

Gloria Dei, & magnitudo quid sint.
Luc. 1. e.

magnitudo terret, & concutit: Ecce amor, & timor, sine quibus non est salus. Eccl. 1. c. Qui sine timore est, non poterit iustificari. 1. Cor. 13. b. Si tradidero corpus meum ita, vt ardeat, charitatē autē non habuero, nihil mihi prodest. h Ne proiicias me.] Secunda pars, vbi agit de gratia tempore senectutis, & senij danda. Et competenter sequitur hoc ad id, quod præmisit: Tu es spes mea à iuuentute mea. Vndè Domine, ne proiicias me in tempore senectutis. Ne proiicias quasi pondus, vel aliquid vile, tu Dñe, qui imposuisti me super humeros tuos, vt ouem perditam in deserto, vt habetur Luc. 15. a. Ierem. 23. f. Vos estis onus, proiiciam quippe vos dicit Dñs. Qui ergo non vult proiici in tempore senectutis, adhæreat Dño in tempore iuuentutis. Eccl. vlt. d. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabo vobis mercedem vestram in tempore suo, scil. in morte. Et in eodem d. Benedicam nomen Dñi, dum adhuc iunior sum. Eccl. 25. a. Quæ in iuuentute non congregasti, quomodo inuenies in senectute? Cùm defecerit virtus mea,] i. in morte. k Ne derelinquas me.] Ps. inf. eod. Vsque in senectam, & senium, Deus, ne derelinquas me. Tunc autem nō derelinquit Deus Sanctos suos, sed eis adest. Vndè Stephanus. Act. 7. g. Inter lapides vidit cœlos apertos, & Iesum stantem quasi iuuare paratum, imò melius, iam iuuantem nisi enim iuuaret, deficeret. Iob 11. d. Meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum, & cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Ps. 36. Dñs amat iudicium, & non derelinquet Sanctos suos, in æternum conseruabuntur. Et necesse habeo, quòd non derelinquas me, quia inimicos habeo, qui mihi insidiantur. Hoc est, quod dicit. l Quia dixerunt inimici mei mihi Non dicit, quid dixerunt ei inimici, vt intelligas omne malum, quod possunt dicere. Diabolus dicit: Boni sunt honores. Mundus: Bonæ sunt diuitiæ. Caro Bonæ sunt delitiæ. Omnes dicunt: Non est bonum, quod facis. Dixerunt, dico, exprobrantes, & me desolari volentes. Ps. 3. Multi dicunt animæ meæ: Non est salus ipsi in Deo eius. Nec solùm dicendo peccauerunt in me, sed & insidiando, & conspirationem faciendo: Quia m Et quia custodiebant animam meam,] i. obseruabant, sicut habet alia littera, dæmones, vel peccatores, consilium fecerunt in vnum. De obseruatione dicitur in Ps. 36. Obseruabit peccator Iustum, & quærit mortificare eum. De consilio. Prou. 1. b. Insidiemur sanguini, abscondamus contra insontem tendiculas. Vel sic: Et non solùm, inimici mei, dicunt mala mihi, imò, & illi, qui sunt custodes animæ meæ, i. Sacerdotes, Episcopi. Et hoc est. m Et qui custodiebant animam meam,] i. custodire debebant.

n Consilium fecerunt in vnum,] contra me & salutem meam. Ioan. 11. f. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi consilium aduersus Iesum. Matth. 26. a. Congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in domo Principis Sacerdotum, & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Et quid dixerunt in consilio, subiungit.

o Dicentes, Deus dereliquit eum:] Et ideò, persequimini, & comprehendit eum, O vos Archidiaconi, & Officiales. Sed deberent potius dicere Sacerdotes, & Episcopi: Deus dereliquit eum, propter peccatum suum, reconciliemus eum Deo, vt parcat. Modò autem si peccat aliquis, Episcopus & Sacerdos persequitur, donec comprehendat pecuniam. Exod. 15. b. Dixit inimicus, persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, i. bursa mea. Et quis est inimicus? Deut. 32. c. c. Inimici nostri sunt Iudices. Prou. 1. b. Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum, sicut infernus viuentem & integrum quasi descendentem in lacum, omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis: sortem mitte nobiscum, dicit Episcopus Archidiacono, vnum sit marsupium omnium, fili, ne ambules cum eis. Et hoc securè faciatis, quia non est, qui eripiat, quia omnes Prælati, etiam maiores, qui hoc deberent corrigere, idem faciunt. Psalm. 13. & 52. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum. Hoc legitur factum fuisse in morte beatæ Marthæ, extinctæ enim sunt candelæ, & dæmones dixerunt, Deus dereliquit eam, & Dñs reaccendit candelas. Iam etiam dicunt homines mali & stulti, quando vident, quòd mundi claritas extinguitur in Sanctis per aliquam tribulationem, putant, quòd Dominus dereliquerit eum, non attendentes, quòd ipse dicit in Psalm. 90. Cum ipso sum in tribulatione: Hoc est contra hoc, quod dicunt: Deus dereliquit eum, Eripiam eum: Contra hoc, quod dicunt: Quia non est, qui eripiat. Ex his etiam verbis potest cognosci, quia non est bonum esse hominem solū, & sine adiutorio vacantem, quia tunc sumunt dæmones, vel peccatores audaciam

Aliter de Episcopis, & Sacerdotibus.

daciam

daciam inuadendi eum. Sicut dicitur 1. *Mach.*12.g.Non habent Principem, nec adiuuantem:nunc ergo expugnemus eos,& tollamus de hominibus memoriá eorum.*Iud.* 18.g.venerút in Lais ad populum quiescenté,& securú & percusserunt eos in ore gladij. *Ier.* 49. f. Non ostia, nec vectes,eis soli habitant, & ideò erunt cameli eorum in direptionē Dicentes tamen hoc mentiuntur, quia Dominus nō derelinquet Sanctos suos, vt dicitur in *Ps.* 36. Et *Heb.* 13.a. d. Ipse enim dixit : non te deseram, neque derelinquam, *Iof.* 1.a. Ero tecum;nō te dimittam, nec derelinquam te : persequimini. Simile dicitur *Prou.*1. b. Deglutiamus eum,' sicut infernus viuentem,*Ier.*20.c. Præualeamus aduersus eum,& consequamur vltionem ex eo.Sed quicquid ipsi dicant.

piat.† Deus *a* ne elongeris à me *b* Deus meus:in † auxilium meū respice. *c* Confundantur, *d* & deficiant † *e* detrahentes animæ meæ : *f* operiantur confusione. *g* & † pudore, *h* qui quærunt mala mihi.*i* Ego autem semper *k* sperabo:& *l* adiiciā super omnem laudem tuam.Os *m* meum † annunciabit *n* iustitiam tuam: *o* tota die Salutare tuū.Quoniā non *p* cognoui † litteraturam,

al.†Domine Deus meus, ne elonges.
al.† adiutorium.
al. † commitentes.
animam meā induuntur.
al.† verecūda qui cogitant.
al.† in te.
al.†pronunciauit.
al. † negotiationes.

a Deus, ne elongeris à me.] Ecce quod in tribulatione sua recurrit ad orationē,quæ solū & sūmū remediū est.2. *Par.*2.c.Cū ignorem' quid agere debeam',hoc solū habem' residui, vt ad te oculos nostros dirigamus:Ne elongeris à me, sed esto prope, & nihil timebo. *Iob* 17. a.Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. *Phil.* 4.b. Dominus prope est, nihil solliciti sitis. E contra de malis dicitur *Prou.*15. d. Longè est Dominus ab impiis Loquitur autem à simili puerorum, quos aliquando ponunt patres eorum in lucta vt exercitentur, & paululum recedant ab eis seorsum.Sed pueri dum vident eos prope, audaciùs luctantur, scientes quòd parati sunt iuuare eos, si opus fuerit. Sic loquitur hic vir iustus, dicens Deus, si exponas me luctæ, & tribulationi, tamen, Ne elongeris à me. Sed *b* Deus meus,in auxilium meum respice] *Iob* 30.c.Sto, & non respicis me. *Sap.*4.c.Respectus illius in electos illius. Et quid facit respectus eius? Vincit malum, & inflammat ad bonum *Prou.* 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo *Apoc.*1. d. Oculi eius quasi flamma ignis. Et per hoc, quod non elongaberis, à me, & in auxilium respicies.*c* Confundantur videntes,quod mentiti sunt,dicentes:Deus dereliquit eum.

d Et deficiant]non habentes amplius quid contra me dicant. *e* Detrahentes animæ meæ] dicentes, quod Deus dereliquit eam, & quòd non est salus ipsi in Deo eius. Nec parua confusione confundantur,sed ita intensa,vt.

f Operiantur confusione]exteriùs.*g* Et pudore:]interiùs.

Quatuor pœnæ detractorum.

h Qui quærunt mala mihi] id est,qui desiderant & laborant, vt mihi noceant *Ps.*37.Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates,& dolos tota die meditabātur.In hoc versu possunt notari quatuor pœnæ detractorum. Prima est confusio. Vnde dicit Confundantur. Et iustè, quia volunt alios confundere.*Deut.*19.d.Reddent ei,sicut fratri suo facere cogitaui. Confundantur ergo in lingua. *Gen.*11.b.Confundamus ibi linguas eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Ecce prima pœna, quæ est confusio, est priuatio eloquentiæ. Secunda est priuatio potentiæ. Vnde dicit, Et deficiant, à viribus vt non possunt perficere, quod volebant, *Soph. decimo septimo* c. Aliquando monstrorum agitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione, *Eccl.* 14.c.Omne opus corruptibile in fine deficiet. Tertia pœna est priuatio formæ exterioris. Vnde sequitur,operiantur confusione, *Psalm.* 108. Operiantur sicut diploide confusione sua.Quarta est priuatio interioris conscientiæ, Vnde addit : & pudore. *Nahum.*3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua.Illis eueniant ista,qui quærunt mala mihi, i. qui scrutantur iniquitates, vt in me aliquid inueniant malum, per quod mihi possint detrahere, *Prou.*24. b.Ne insidieris & quæras impietaté in domo Iusti,& ne vastes requiem eius, &c. Vel in bono potest legi, vt oret hic vir iustus pro persequentibus,& calumniantibus eum.

Aliter in bono.

c Confundantur]apud se,de vtilitate, & enormitate peccati.*d* Et] sic: deficiant, id est, cessent à peccato:Vel, Deficiant, ab eo quod sunt : & fiant, quod non sunt, id est, de impiis fiant pij. *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. *Psalm* 118. Defecit in salutare tuum, scilicet, tendens anima mea. Et *f* Operiantur confusione] coram Sacerdote in confessione. Hæc est confusio adducens gratiá & gloriam. *Eccl.*4.c.*g* Et pudore] post confessionem per totam vitam suam, vt semper pudeat eos, quòd peccata commiserunt. Nihil enim tantum Deo displicet, sicut ceruix erecta post peccatum. *Gen.*10. d. Hoc erit tibi in velamen oculorum, & quocunque pertexeris, memento te deprehensam.*i* Ego autem] quicquid dicant, quicquid faciant mihi mali. *k* Semper sperabo [sciens, quòd totum fit Deo dispensate, quia omnia mihi faciet cooperari in bonum. *Iob.* 13. c. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.Licet enim Dominus per manum malorum suos percutiat, secundum quòd dicit *Isa.*10. b. Virga furoris mei Assur, &c. non tamen fugiendum est ab eo,sed propiùs adhærendum. Gladius enim de prope minus ferit. Sed de malis pueris qui perientem fugiunt dicit *Isa.* 9. c. c. Populus non est reuersus ad percutientem se, & dicit super cōtra eos, qui ad horā credunt,sperāt,& in tēpore tentatonis recedunt .*Luc.*8.b. *Isa.*50. d. Quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine Domini,& innitatur super Dominum Deū suum,Nec tātum sperabo, sed & te laudabo. Hoc est. *l* Et adiiciam super omnem laudem tuam] i. super perfectam laudem, quæ tibi debitur propter iustitiam tuam,qua potes iustè damnare peccatores,adiiciam supererogando laudem propter misericordiam, qua peccatores non damnas, sed ad pœnitentiam adducens, saluas, *Psalm.* 88. misericordias Domini in æternum cantabo.Et iterum *Psalm.*117.Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Adiicere sēper debemus super laudem Dei, i. eam quantum possumus ampliare.*Eccl.*21. c.Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit,& ad se adiiciet. Hoc est contra eos qui officium Ecclesiæ abbreuiant,& contra eos, qui expositionē sacræ Scripturæ decurtant cùm deberent addere laudem suam super omné laudem. Sed contra hoc possunt obiicere, quia dicitur *Apoc.vlt.* d. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro isto. Et *Iob* 29. d.Verbis meis addere nihil audebant,*Prou.*30.a.Ne addas quicquam verbis illius, Solut. Textum textui non possumus addere, vel subtrahere,sed expositiones addere possumus, & debemus. Nec tantum laudabo te tecum, vel tibi loquendo sicut fit in officio Ecclesiastico, sed etiam aliis prædicabo Hoc est, quod sequitur. *m* Os meum annunciabit] non tantùm misericordiam, de quo dixi, Adiiciam, &c. ne præsumant auditores.Sed & *n* Iustitiam tuam]vt timeant & inter duas molas terantur, vt fiant cibus Deo delectabilis. *o* Tota die Salutare tuum] id est, Christum ministrū & acceptorem vtriusque, sc. & misericordiæ, & iustitiæ In primo enim aduentu fuit minister, & auctor misericordiæ. In secundo autem erit minister iustitiæ. Et ideò bene dicit:Tota die Salutare tuum, quia siue de iustitia, siue de misericordia, fiat sermo, semper est de Salutari Christo. Et nota,quod dicit, os meum annunciabit, contra eos,qui per Vicarios sēper seruiūt aut prædicāt,& ipsi semper tacent à laude, & prædicatione,cùm tamen ad hoc sint conducti,& statuti.*Isa.*62.b.Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt, Qui reminiscimini Deum, ne taceatis & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & ponat Ierusalem laudem in terra, *Isa.*40.b.Vox Domini,clama.Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius,quasi flos agri. Vel per iustitiam tangitur vetus Testamentum terrens, iustitia enim timorem incutit. Per Salutare nouum.Et ideo dicitur : Tota die Salutare tuum, quia lex noui Testamenti perpetua est. *Prou.* 12. c. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Et hoc Salutare noui testamenti annunciabo.

88.*dist.c.eiiciēs,&c.quoniam.*

p Quoniam non cognoui literaturam] illam, de qua 2. *Cor.*3.b.Litera occidit,i.literalis legis obseruātiā. Et ideò.

A introibo

Item hoc potest esse vox Electi excusantis se.Sicut *Isa.*3. b. Non sum Medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum,nolite me constituere Principem populi. Sic dicit.

Vox electi in Prælatum.

p Quoniam non cognoui literaturam] quæ necessaria est Prælato. *Ieron.* Literas, nescit, qui sacras ignorat.*Sap.*13. a.Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Malac.*2. b.Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent in ore eius.

Vox simplicis Clerici intrātis claustrum.

Θ Introibo

Possunt etiam hoc dicere simplices Clerici, qui intrant claustrum.

p Quoniam non cognoui literaturam :]

* Introibo

Item hoc possunt dicere multi laici simplices, qui intrabunt in potentias Domini, i. in cœlo. *p* Quoniam non cognoui literaturam :] quia si sciuissem literas, & ha-

Vox simplicis laici.

A *a* Introibo in potentias Domini] vt poſſim portare iugum Domini: Nam litteralis & carnalis obſeruantiæ legis onus non poteſt homo portare, ſecundum quod dicit Petrus *Act.* 15. c. Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruicem Diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? Videns ergo, quòd lex non iuſtificat, dicit. *b* Domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius] non iuſtitiæ legis, quæ neminem ad perfectam iuſtificationem adducit. *Hebr.* 7. c. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex. *Rom.* 3. d. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, ſine operibus legis.

al. † potentiam.
al. † ex.
al. † annunciabo.
al. † Domine
al. † ſuperuenturæ.

a introibo in † potentias Dñi: *b* Domine memorabor iuſtitiæ tuæ *c* ſolius. *d* Deus, docuiſti me † à *e* iuuentute mea: *f* & vſque nunc † *g* pronunciabo mirabilia tua. Et vſque in *h* ſenectam & ſeniũ, † *i* Deus, ne derelinquas me. *k* Donec annũciẽ brachium tuũ *l* generationi omni, † quæ *m* ventura eſt. *n* Potentiam tuã, & *o* iuſtitiam tuã, Deus,

Vox electi in Prælatum. ⊖ *a* Introibo interrogatiuè [in potentias Domini] quaſi dicat non ſcil. in prælationem: Et hoc ideo, nolo, eſſe iuſtitia, ius quia. *b* Domine, memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius] quæ tunc erit ſola, quando non habebit comitem miſericordiam quando acceperis tempus & iuſtitias iudicabis, quando iudicium duriſſimum in his, qui præſunt fiet: *Sapient.* 6. a.

Vox ſimplicis Clerici intrantis clauſtrum. * *a* Introibo in potentias Domini] id eſt, in clauſtro humiliabo me ſub potenti manu Dei, quod non facerem, ſi literatus eſſem, quia pauci tales ibi volunt intrare. *Ioan.* 7. g. Nunquid aliquis ex Principibus credidit in eum, aut ex Phariſæis, ſed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt. 1. *Cor.* 1. d Videte vocationem veſtram, fratres quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſunt ſtulta mundi elegit Deus vt confundat ſapientes.

Vox ſimplicis laici. Δ Ambiiſſem præbendas, vel parochias, & malè regendo periiſſem. Vnde dicit *Aug.* Heu indocti cœlum rapiunt: & nos cum doctrinis noſtris ad inferna demergimur! Et maxime hoc intelligitur de literatura Aduocatorum, quæ multos retrahit, ne ſaluentur. Et ipſa propriè dicitur literatura. Literatura enim eſt congeries literarum, i. decretales. *Iudic.* 1. c. Qui percuſſerit Cariathſepher, dabo illi Axam filiam meam vxorẽ. *Iſ.* 33. e. Vbi eſt literatus, vbi eſt legis verba ponderans, vbi eſt Doctor paruulorum, populum imprudentem non videbit populum alti ſermonis. Hæc literatura non placet Domino, quia eſt negotiatoria. Vnde alia editio habet. [Non cognoui negotiationes.] *Oſea* 11. d. Circumdedit me Ephraim negotiatione ſua, & in dolo domus Iſrael. *Eccl.* 26. d. Difficilè exuitur negotians à negligentia & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. *Prou. vlt.* c. Guſtauit & vidit, quia bona eſt negotiatio. *Iſa.* 23. d. Et erunt negotiationes eius & merces eius ſanctificatæ Dño, vt mãducent in ſaturitatem & veſtiantur vſque ad veſtuatem. *a* Introibo] ergo] in potẽtias Dñi] cœleſtes, quia illiterat°, & idiota, potentias terrenas non ambiui; ſed deſpexi. Quare? Quia. *b* Domine terribilis [memorabor iuſtitiæ tuæ] qua Lucifero ambitioſo non pepercisti, qua Adam de Paradiſo eiecisti, qua pro parua delectatione æterno deputas incendio. *c* Solius] id eſt, exceptæ actionis, quia omnes iuſtitiæ noſtræ in reſpectu iuſtitiæ ſuæ, ſunt quaſi pannus menſtruatæ, ſicut dicit *Iſa.* 64. b. Vel [Solius] quia non iudicat, ſecundum allegata, ſed ſecundum corda quæ ſolus videt. 3. *Reg.* 8. d. Tu ſolus noſti cor. omnium filiorum hominum, *Apoc.* 20. d. Libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, id eſt, in conſcientiis. Tales autem etſi non ſint literati, non tamen indocti, ſed à Deo edocti; vt iuſtitiam eius ſciant & cogitent. Vnde ſubiungit *d* Deus docuiſti me] inſpirando & flagellando vt puerum. *e* A iuuentute mea] ad literam, vel ab initio fidei qua me innouaſti, *Oſea* 10. d. Tempus requirendi Dominum dum venerit, qui docebit vos iuſtitiam, non ſophiſticam. *Ioan.* 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Nec poſtquam cepiſti me docere, deſiiſti, ſed docuiſti me. *f* Et vſque nunc] *Iſa.* 30. e. Non faciet auolare à te vltra Doctorem tuum. *Ioel.* 2. f. Dedit vobis Doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinũ. Ecce à iuuentute & vſque nunc] Et quia à te edoctus ſum, non abſcondam talentum tuum, ſed. *g* Pronunciabo] aliis mirabilia tua.] ſcil. quod voluiſti naſci & pati, & contemnentes te expectas, & reuocas ad Pœnitentiam & huiuſmodi. Et hæc debeo pronunciare, quia tu ea me docuiſti ſecundum illud *Matth.* 10. a. Gratis accepiſtis; gratis date. *Galat.* 1. b. Notum vobis facio, fratres Euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem: Neque.n. ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. In iſto verſu argui poſſunt tria genera hominum. Quia enim dicit: [Deus docuiſti me à iuuentute mea] eſt contra illos, quos vſque ad canos docet Iuſtinianus, vel Galenus, vel Ariſtoteles, *Matth.* 23. a. Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus, quia autem dicit [Vſque nunc] eſt contra eos, qui nunquam ponunt finem ſtudio ſuo, ſed ſicut dicitur 2. *Tim.* 3. b. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis præuenientes. Sed ipſi deberent ponere finem ſtudio ſuo, & aliquando incipere prædicare. Hoc etiam innuit Poeta, dicens:

Tria genera hominum arguuntur

Semper ego auditor tantum, nunquámne reponam:

Quia autem dicit: [Pronunciabo mirabilia tua] eſt contra eos, qui trufas & fabulas dicunt in ſermonib. 1. *Petr.* 2. b. Vos eſtis genus electum, Gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes eius annuntietis, *Pſ.* 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. Et quia annũciabo. *h* Et vſque in ſenectam & ſenium] Ad literam, i. vſque ad mortem. *i* Deus, &c.] ſicut promiſiſti. *Matth. vlt.* d. dicẽs Euntes docete omnes Gentes, &c. Et poſt: Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad cõſũmationẽ ſæculi. Ne derelinquas me] dico. *k* Donec annun. &c. i. amorem, quo nos amplexaris, multis beneficiis nos fouendo, *Cant.* 2. b. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Oſe.* 11. a. Ego quaſi nutricius Ephraim in brachiis meis portabo eum. *Iſ.* 40. c. In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo portabit. Et eſt donec] incluſiuum, ſicut ibi *Pſal.* 109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Et qui annunciabis? *l* Generationi omni] Omnibus. n. debemus annunciare Dei amorem, quia ad omnes ſe extendit. *Pſ.* 18. Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. *Sap.* 11. d. Diligis omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. *m* Quæ ventura eſt] q. d. non ſolum præſentibus, ſed etiam futuris. Sancti enim poſt mortem ſuam, exemplo recordationis & ſcriptis ſuis, quæ in Eccleſiis recitantur, docent. *Pſalm.* 101. Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur laudabit Dominum. *Iſaiæ* 53. a. Brachium Domini, cui reuelatum eſt? q. d. paucis. *Iſa.* 48. c. Faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis, i. in peccatoribus, pro quibus mortuus eſt in Cruce. Et non ſolum brachium, ſed *n* Potentiam tuam] qua omnia regis, ordinas, & iuſto moderamine coerces. *Sap.* 11. d. Omnia in menſura & numero, & pondere diſpoſuiſti: Multum enim valere tibi ſoli ſuperat ſemper, & virtuti brachij tui quis reſiſtet? In numero, cuilibet rei propriam ſpeciem tribuendo, & multiplicando. Pondere vnicuique rei proprium impetum tribuendo. Menſura, vnicuique propriam potentiam diffinitam & determinatã tribuendo. Nec tantum brachium amoris & potentiam fortitudinis: Sed *o* Et iuſtitiã tuam, Deus] qua punis malos & remuneras bonos.

A *Iſa.* 61. a.

De aduentu Chriſti. Vel de aduentu Chriſti legi poteſt ab illo loco. *k* Donec annunciem] dicit Eccleſia. [O Deus, ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum] i. filium tuum venturum. De quo *Iſ.* 53. a. Brachium Domini, cui reuelatũ eſt? *Eſ.* 40. c. In brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, quia Pater per Chriſtum innocentes congregauit & in requie æterna ad ſe leuauit. *l* Generationi omni] non tantum Iudæis, ſed omni generi hominum, hæreticis, excommunicatis, ſchiſmaticis, homicidis. *m* Quæ ventura eſt, nõ tantum ei, qui præſens eſt. *Marc. vlt.* d. Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, *Pſ.* 101. Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Item, [Ne derelinquas me, donec annunciem potentiam tuam] qua potes ſuſcitare de lapidibus filios Abrahæ. *Matth.* 3. b. id eſt, de induratis in peccato, facere filios gratiæ. Et hæc eſt magna potentia, quia vt agit *Auguſt.* Maius eſt iuſtificare impium, quam creare cœlum & terram. *o* Et iuſtitiam tuam, Deus] qua punis corrigendo.

* De his duobus

De beata Trinitate. Item hic poteſt notari beata Trinitas. Per [brachium] quo fit amplexus, Spiritus ſanctus intelligitur: Per [potentiam] Pater: Per, [iuſtitiam] filius Iudex iuſtus. Vnde ſenſus eſt. O, [Deus] dicit Eccleſia, ne derelinquas me, &c.] i. Spiritum ſanctum, qui eſt nexus Patris & Filij, ſicut brachium nectit corpus & manum, aut duo corpora complectitur. Et *n* Potentiam tuam] id eſt, Patrem. *o* Et iuſtitiam tuam] i. filium Iudicem. Vel ſic. *n* Potentiam tuam] ô Pater. *o* Iuſtitiam tuam] ô fili iudex iuſtè.

⊖ Magnalia, quæ

A Isaiæ 61. a. Vt prædicarem annum placabilem Domino, quantum ad bonos, & diem vltionis, quantum ad malos. Nec in horum annuntiatione sistam, sed annunciabo *a* Vsque in altissima, &c.] scil. in corporibus supercœlestibus, *Eccl.*42. c. Memor ero operum Domini, & quæ vidi, annunciabo in sermonibus Domini opera eius, Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius. Et maximè illud opus, scil. corpora supercœlestia, in quibus maximè relucet gloria Conditoris. Vnde *sup. Psalm.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, *Eccl.* 42. d. Magnalia Sapientiæ suæ decorauit. Itē altissima magnalia, quæ fecit Deus, possunt dici Angelici spiritus, quos Deus mirabiliter ordinauit, & disposuit, vt sibi assistant & nobis inferioribus sua mandata perferant. Vnde *Psalm.* 103. Qui facis Angelos tuos spiritus.

a vsque in altissima: quæ *b* fecisti magnalia: *c* Deus, quis similis tibi? *d* Quantas ostendisti mihi tribulationes *e* multas, & *f* malas: & *g* conuersus *h* viuificasti me, & *i* de abyssis terræ *k* iterum reduxisti me: *l* Multiplicasti † magnificentiam tuam: & *m* conuersus † consolatus *n* es me. † Nam & *o* ego confitebor tibi in vasis Psalmi *p* veritatem tuam, Deus: *q* psallam tibi in cithara *r* sanctus Israël.

al. † iustitiā. al. † exhortatus. al. † Etenim.

De aduentu Christi.

* De his duobus *in Psalm.*61. Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi, Domine misericordia, quia tu reddes, vnicuique iuxta opera sua. Potestas: Ecce potentia. Tu reddes, &c. Ecce iustitia, *Psal.* 76. Sed quia in vtroque miscetur misericordia, quia non obliuiscitur misereri De⁹, nec continebit in ira sua misericordias suas. Eo quòd etiā damnatos minus puniet quàm meruerūt, ideò benè interponit: Et tibi, Domine misericordia. Item, Iustitiam tuam, qua filio tuo pro humilitate reddidisti exaltationem, *Phil.* 2. b. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Vnde benè sequitur. *a* Vsque in altissima, &c. Hæc sunt altissima magnalia, quæ fecit Deus, quod Christus sic humiliatus ascendit super cœlos, *Eph* 4. b. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, *Iob* 5. b. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia quorum non est numerus.

De Bea. Trinitate.

b Magnalia, quæ fecisti] O Spiritus sancte, *Act.* 2. b. Audiuimus illos loquentes nostris linguis magnalia Dei. *a* Vsque in altissima] terræ, quia Imperatores & Reges conuertit gratia Spiritus S. Vel, Vsque in altissima, id est, Scripturæ profunda ducens eos, *Ioan.*14. d Ille vos docebit omnia, Vel, Vsque in altissima, i. secreta Dei ducit Spiritus S. 1. *Cor.* 2. d. Spiritus scrutatur omnia, etiam profunda Dei.

Tertia pars.

c Deus, quis similis tibi?] Tertia pars, vbi ostendit cui personæ, quæ gratia sit, sc. captiuo & peccatori est refectio mentis, & corporis. Et priùs Dei magnitudinem, per quem fit ista gratia admirans, & commendās, ait: Deus, quis similis tibi, qui fecisti magnalia prædicta? q. d. nullus similis est tibi, *Psal* 85. Non est similis tui in Diis, Domine, & non est secundum opera tua. Sed contra, *Gen.* 1. d Fecit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suā. Sol. In natura, vel potentia nullus similis est Deo. Vnde *Exo.*15. b. Quis similis tibi in fortibus Dñe? *Is.*40. e. Cui similem fecistis Deum? 1. *Par.*17. c. Nota esse voluisti vniuersa magnalia tua, Domine non est similis tui, & non est alius Deus absque te.

Et similitudo.

- Identitatis, sicut dicitur filius similis Patri, *Ioan.* 14. b. Qui videt me, videt & patrem.
- Paritatis, sic voluit Lucifer esse similis Deo, *Isa.*14. d. Similis ero altissimo.
- Conformitatis, *Rom.*8. f. Prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui.
- Imitationis, *Matth.*5. g. Estote perfecti sicut, & Pater vester cœlestis.
- Participationis, *Leu.*19. a. Sancti estote, quia ego sanctus sum.
- Naturalis discretionis. *Gen.* 9. a. Ad imaginem quippe Dei factus est homo.
- Cuiuscunque conuenientię, 1. *Cor.* 11. b. Mulier est imago, & gloria viri.

d Quantas ostendisti, &c.] Posset aliquis dicere: Quando annunciabis, quæ non vidisti? Imò dicit: Deus ostendit mihi per tribulationes. Sicut *Actor.* 9. c. Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et tangūtur hic nouem, quasi nouem gradus, quibus ascenditur in cœlum. Primò exercitium per tribulationes, cùm dicit: Quantas ostendisti, &c. Secundò viuificatio per gratiam cùm dicit: Et conuersus, &c. Tertiò reductio per pœnitentiam, cùm dicit: Et de abyssis, &c. Quartò multiplicatio per virtutes, cùm subiungit: Multiplicasti, &c. Quintò consolatio per opera, *ibi*. Nam & ego confitebor tibi, &c. Septimò gaudium, & exultatio, *ibi*, Exultabunt labia, &c. Octauò meditationis studium, *ibi*, Meditabitur, &c. Nono & vltimò victoria, cùm dicit: Cùm confusi, &c. Dicit ergo.

Nouem gradus quibus ascenditur in cœlum.

d Quantas ostendisti, &c.] dicit Ecclesia in flagellis posita. Et bene dicit: Ostendisti, non tantùm immisisti. Multis enim immittit Dominus tribulationes, quibus non ostendit eas, i. virtutem, & vtilitatem earum. Item, Ostendisti, quia magna est tribulatio viro sancto videre aliena peccata, 1. *Mich.* 2. a. Væ mihi vt quid natus sum videre contritionem populi mei. *e* Multas] quantitate, siue numero, *f* Et malas] qualitate, siue termino. *g* Et conuersus] à flagellatione.

h Viuificasti me] tua consolatione, Deus, *Psalm.*84. Tu conuersus viuificabit nos: & plebs tua lætabitur in te, *Neem.*9. b. Tu viuificas omnia, & exercitus cœli te adorant. Vnde dicitur *Tob*, 3. d. Post tempestatem tranquillum facis, *Deut.*8. d. Postquam affligit te, ac sic roborauit ad extremum misertus est tui, *Iob* 5. c. Vulnerat, & medetur, *Deut.*32. f. Ego occidam, & ego viuere faciam. *i* Et de abyssis terræ] i. de negotiis sæculi de profunditate peccati. *k* Iterum reduxisti me] per pœnitentiam, *Ier.* 29. c. Inueniar à vobis & reducam captiuitatem vestram. Dicit autem, iterum reduxisti me, i. multotiens, quia frequenter corrui. Vel sic, Viuificasti me, resuscitando me, à peccato. Et de abyssis, &c. i. spem mihi dedisti de resurrectionis corporis futura. Vel prophetica certitudine loquens, præteritum ponit pro futuro, Reduxisti, i. reduces, iterum: quia modò reducet iterum in re. *l* Multiplicasti magnificentiam tuam] i. virtutes in me multiplicasti, quas qui habent, magna operantur, Vnde dicit *August.* Charitas magna operatur, si est; si autem operari renuit charitas non est. *m* Et conuersus, ad me pœnitentem, quia priùs eras auersus à me peccatore, *Ier.* 18. c. Dorsum, & non faciem ostendam eis, *Ps.*79. Ostende faciem tuam, & salui erimus, *Ioel* 2. c. Quis scit, si conuertatur, ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem. *n* Consolatus es me: *Tob.*3. d. Post lachrymationem, & fletum exultionem infundis, *Psalm.*85. Tu Domine adiuuasti me, & consolatus es me. Et quod consolatus me sis, apparet.

o Nam & ego, &c.] i. laudabo te hilariter operando iuxta veritatem operum tuorum. Et *q* Psallam tibi in cithara] i. laudabo te in oratione, siue generali, siue speciali. *r* Sanctus Israel] vel, sancte Israel, O Deus Israel, qui es sāctus, *Is.*12. b. Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel. Et bene prædicto modo exponūtur istæ duæ clausulæ, quia Psalmus est laus cū operatione, & vas psalmi, est psalteriū, quod operationē designat. Cithara autem est laus cum operatione. Vnde *Apoc.* 5. c. Habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Vel potest esse vox Ecclesiæ. *o* Confitebor tibi in vasis psalmi] id est, in Clericis, qui ad psallandū deputati, & consecrati sunt, quorum vasorum quædam sunt in honorem quædam autem in contumeliam, vt dicitur. 2 *Tim.* 2. c. *Isai. vigesimo secundo* g. Suspendam eum, id est, Papam omnem gloriam domus Patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis creaturarum vsque ad omne vas musicorum. Sed caueant ista vasa, ne transportentur in Babylonē, & bibat in eis Balthasar, & Optimates ei⁹, & vxores, & concubinæ eius, sicut dicitur *Dan.* 5. a. *Amos* 6. b. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici bibentes in phialis vinum: quapropter migrabūnt in capite transmigrantium. Expone. Et quid psallit Ecclesia? *p* Veritatem tuam, Deus] triplicem, i. veritatem vitæ, veritatem iustitiæ, veritatem doctrinæ, quæ triplex veritas Dei est. Sed modò à paucis docentur istæ veritates. Vnde *Psal.* 11. Saluum me fac, Deus: quoniam defecit Sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominum, *Isa.* 59. c. Corruit in plateis veritas & æquitas non potuit ingredi, *Osea* 4. a. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. E contrario diabolus habet suos Psalmistas, qui psallunt falsitatem, s. hæreticos. *q* Psall. tibi in cithara] i. in Religione, vbi chordæ, i. personæ religiosę extetę in lignosi. in austeritate pœnitentiæ, sonum reddunt concordem per amorem, & concordem vnitate vitæ, & morum, & habitus, *Isa.*16. d. Venter meus, quasi cithara ad Moab, i. contra diabolum sonabit. *r* Sanctus Israël, i. sanctificator contemplatiuorū, quorum propriè possessor, & possessio est Deus, *Eccl.* 24. b. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditate, id est, habeas eos hæreditatem, vel sis eorum, hæreditas.

Aliter.

Exultabunt

a Exultabunt labia, &c.] dicit Iustus, q. d. non acidiosè laudabo Dominum, sed exultabunt labia mea, ad literam. b Cum cantauero tibi, id est, hilaris, & lætus ero in laudando te in psalmodia. & oratione. Et non tantum labia, sed. d Et anima mea; q. d. illud 1. Cor. 14. c. Psallam spiritu, psallam & mente.

† a Exultabunt labia mea, b cùm † cantàuero c tibi: & d anima mea, e quam redemisti. † Sed & f lingua mea g tota die meditabitur h iustitiam tuam: cùm i confusi, & † reueriti fuerint k qui quærunt mala mihi.

al. † Gaudebunt.
al. † psallam.
al. † adhuc autem.
al. † erubuerint.

Psalmus Dauid in Salomonem.

LXIX.

l DEvs, iudium tuum

Et merito exultabit anima mea. e Quam redemisti] magno & pretioso pretio, scilicet, sanguine tuo, 1. Cor. 6. d. Empti estis pretio magno, Iob 19. d. Scio, quod redemptor meus viuit, 1. Petr. 1. d. Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis, &c. sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi. Item [Redemisti] id est, redemi à meipso fecisti per pœnitentiam, Prou. 13. b. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ, i. propria merita, non aliena, Ps. 48. Frater non redimet, i. orationes fratrum. Vel sic. a Exultabunt labia mea] interiora, i. intellectus, & affectus, Psalm. 50. Domine, labia mea aperies, & os meum, &c. b Cum cantauero tibi] in Ecclesia. De quibus labiis, Psal. 44. Diffusa est gratia in labiis tuis. Istis labiis debemus osculari Spōsum, vt labium intellectus coniungatur veritati; labium verò affectus coniungatur bonitati. Quod desiderat Sponsa dicens Cant. 1. a. Osculetur me osculo oris sui, Soph. 3. b. Reddam populis meis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini.

Aliter.

d Et anima mea, quam redemisti] i. sensualitas. Primum pertinet ad cor, sc. labia. Secundum ad carnem, sc. sensualitas. De his Psal. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Nec solum confitebor, & exultabo, imo etiam prædicabo. Hoc est, quod addit. f Sed & lingua mea, &c.] id est, tota die meditatam loquetur. h Iustitiam tuam.] Debet enim priùs meditari in corde, & postea proferre in ore. Vnde Prou. 16. c. Cor sapientis erudiet os eius, Psal. 36. Os iusti meditabitur sapientiam Et hoc faciam postquam egero pœnitentiam, & triumphauero de tentationibus. Hoc est, quod sequitur. i Cùm confusi, &c. id est, dæmones, qui tunc confunduntur, cum homo pœnitentiam incipit facere. Reuerentur autem, & timent, cùm fortiter perseuerat, & tentationes superat. De confusione. Mich. vlt. b Iram Domini portabo, &c. Et inf. Aspiciet me inimica mea & operietur confusione. De reuerentia, Iob 2. d. Nemo loquebatur ei verbum: videbāt enim dolorem eius esse vehementem. Suprà. Confundantur, reuereantur, qui quærunt animam meam.

f Sed & lingua, &c.

Mysticè.

Mysticè. Lingua Ecclesiæ, est Doctor, aut Prædicator, per quem ipsa loquitur, Prou. 12. c. Lingua sapientium sanitas, Eccl. 40 c. Tibiæ & psalterium, suauem faciunt melodiam, sed super vtraque lingua suauis, i. Prædicator mitis, & dulcis. De hac lingua dicit Ecclesia [Lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam] ô tu Christe, non Iustiniani, Prou. 27. b. Stude sapientiæ, fili mi, & lætifica cor meum, vt possis exprobranti respondere, Sap. 1. a. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. g Tota die] Contra quosdam, qui parte diei student in Decretis, & Legibus, & Decretalibus; in alia parte diei, & fortè minima, student in Theologia. Isti sunt quasi vespertiliones, qui aliquando pedibus gradiuntur cum animalibus; aliquando volant alis cum auibus. Sed certe vespertilio est animal immundum secundum legem, Leu. 11. c. i Cùm confusi, &c.] i. hæretici, & schismatici. Illi enim rumpunt vanitatem fidei; isti scindunt vanitatem charitatis. Vel de futuro anagogice potest legi iste versus, & præcedens, sic. a Exultabunt labia mea] in futuro, vbi præmium recipiunt de laude præsenti quam faciunt. Isa. 65. c. Gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum. Iob 8. d. Deus non proiiciet simplicem, nec corriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Et non habebo b Cùm cantauero] in præsenti vita. c Tibi non meretricibus, vt peccatores: nō denariis, vt mercenarij: non vento. vt inanè gloriantes. d Et anima mea, quam redemisti,] Psal. 34. Anima mea exultabit in domino, & delectabitur super Salutari suo. f Et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam] Sed nunquid vox erit ibi?] Ita & vox & meditatio, Isa. 51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Sed non aliud dicet lingua, aliud meditatio, vt modò fit: ideò dicit, [Lingua mea meditabitur tota die] siue nocte, Isa. 60. d. Non occidet vltrà Sol tuus, &c. quia Dominus erit in lucem sempiternam, Zach. 14. b. Erit dies vna, quæ Domino, non dies, neque nox, & in tempore vespere erit lux.

Anagogicè.

i Cum confusi, &c] dæmones & damnati, homines qui confundentur in iudicio coram omnibus, & reuerebuntur pœnam sibi paratē, Ps. 34. Induantur confusione, & reuerentia. Et *alibi.* Erubescant impij & deducantur vt in infernum, Sapient. quarto d. Veniet in cogitatione peccatorum suorum, ecce confusio: timidi, ecce reuerentia. Et sequitur. Et traducent eos ex aduerso iniquitates eorum, vt videlicet non à dextris ponantur cum Electis; sed ex aduerso cum reprobis ad sinistram, quibus dicetur. Ite, maledicti; &c.

Matth. 25. d.

k Qui quærunt mala mihi;] & inuenient sibi, Eccl. 27. d. Qui statuit lapidem proximo suo, offendet, in eo: & qui alij ponit laqueum, peribit in illo.

EXPOSITIO PSALM. LXXI.

DEus, iudicium tuum, &c.] titulus [In Salomonem.] In præcedenti Psalmo egit propheta de gratia; hic autem multipliciter commendat auctorem gratiæ, & largitorem Christum. Vnde intitulatur Psalmus iste de Salomone, sc. In Salomonem, quia dirigit nos in Christum, qui est verus Salomon, id est pacificus, quia fecit pacem inter hominem, & hominem. Vnde Isa. 2. b. dicitur. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Et loquitur ibi de aduentu Saluatoris, in quo tanta pax fuit, quòd non erat opus gladiis, nec habebant, vsum armorum. Fecit etiam pacem inter hominem & Angelum Vnde ipso nato cantauerunt Angeli: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus & Item pacem fecit inter hominem, & Deum. Si quis peccauit, Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum: ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris, 2. Cor. 15. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Itē fecit pacem inter carnē & spiritū; in se in re, in nobis autē in spe. Ipse. n. solus potuit verè dicere: Cor meum, & caro mea, exultauerunt in Deum viuum. In illo. n. nunquam fuit vlla rebellio inter carnem, & spiritū. Intētio est in hoc psalmo monere, vt Christum verum Regem credamus. Modus agendi. Septem partitiones. Primò optat iudicium dari filio Dei. Secundò affirmat, quod optauerat, *ibi*: [Iudicabit pauperes populi.] Tertiò dicit de primo aduentu illius, qui secundo aduentu veniens iudicabit, *ibi*, [Descendit sicut pluuia.] Quartò agit de operibus eius, *ibi*, [Quia liberabit:] Quintò agit de honorificentia Regis, *ibi*, [Et viuet.] Sextò monet ad laudem Dei, *ibi*, [Sit nomen eius,] Septimò quod alios monuerat, facit ipse; sc. laudat Deum, *ibi*, [Benedictus, &c.] Commendat ergo Christum Propheta, petendo ei multa à Patre, quæ ei non peteret, nisi dignus esset habere illa. Vnde ipsum petere, est commendare. Primò autem petit dari ei iudiciariam potestatem, dirigens sermonem suum ad Patrem, cum dicit.

Pacem quadruplicē fecit Christus in aduentu.
Luc. 2. b. 1.
Ioan. 2. a.
Partitio Psalmi.

O l Deus Pater, iudicium tuum Regi da, id est, da iudiciariam potestatem Christo, qui est Rex. Vnde Apocalyps. 1. dicitur Princeps Regum terræ. Et 19. c. In vestimento, & in femore eius scriptum habebat, Rex Regum, & Dominus dominantium. Per vestimentum, humanitas; per femur intelligitur Deitas. Femur enim est principium generationis, & ipse secundum quod Deus, fons est totius bonitatis: & secundum vtramque naturam Rex est. Ergo isti [Regi da iudicium] Ioan. 5. d. Pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit filio. Sed quia non sufficit iudicare, nisi quod iudicatum est, executioni mandetur, petit ei secūdò executionē iudicij: Vnde addit.

A Et iustitiam

l Deus, iudicium tuum Regi da.] Moraliter. Rex, est quilibet Iustus, qui se regit: huic petit iudicium Dei dari, vt, scilicet, in præsenti gratiam habeat seipsum iudicandi. Primò, ne in futuro duriùs à Domino iudicetur, 1. Cor. 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur, Psalm. 94. Præoccupemus faciem eius, quæ irata apparebit in iudicio. Et hoc in confessione, vbi homo seipsum iudicat, & accusat, & postea alios, 1. Cor. 4. a. Nolite ante tempus iudicare, id est, antequam vosipsos iudicaueritis. August. Ascendat homo tribunal mentis, & seipsum iudicet, sit ratio Iudex, timor carnifex, & conscientia testis. Zach. 7. c. Iudiciū verum facite vnusquisq; cum fratre suo: & pupillum, & viduam, & aduenam nolite calumniari. Sed quia sunt quidam, qui bene se iudicant, accusantes seipsos in confessione; sed tamen non exequuntur iustitiam, quia satisfacere negligunt. Ideo addit.

Moraliter.

Et iustitiam

Alleg. A *b* Et iuſtitiam tuam,] id eſt, executionem iudicij tui. *c* Filio Regis] quaſi dicat, Rex eſt iure hæreditario, & ideò debet ei dari executio iudicij. *Pſal.* 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te. *Ier.* 23. a. Regnabit Rex, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. Et oſtendit, ad quid petit ei iudiciariam poteſtatem, & executionem cùm ſubiungit. *d* Iudicare, &c.] Iudicabit enim populum tuum, id eſt, Iuſtos & bonos [*Pſal.* 24. Ego iuſtitias iudicabo] quanto magis ergo populum malum? 1. *Pet.* 4. d. Tempus eſt, vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? Et ſi Iuſtus quidem vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Iudicabit autem non ſecundum allegata. Sed.

a Regi da: & *b* iuſtitiam tuam *c* filio Regis. *d* Iudicare *e* populum tuum in † *f* iuſtitia, & *g* pauperes *h* tuos in *i* iudicio. *k* Suſcipiant montes pacem populo, & *l* colles iuſtitiam. *m* Iudicabit *n* pauperes po-

† *al.* iu.

f In iuſtitia.] *Iſa.* 11. a. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet; ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ.

g Et pauperes] Quid ergo de diuitibus? Sunt enim quatuor genera pauperum.

Sunt pauperes:
- diaboli, vt pauperes de Lugduno,
- Mundi, & non Dei, vt fures.
- Dei, & non mundi, vt Dauid.
- Dei & mundi, vt Monachus.

Et dicit Caſſiodorus ſuper hunc locum in originali. Pauper ſi ſuperbiat, non eſt pauper Dei; diues ſi paupertatem diligit, non eſt diues ſæculi. *Prou.* 13. a. Eſt quaſi diues cum nihil habeat, & eſt quaſi pauper cùm in multis diuitiis ſit. Poſtea petit ei ordinem iudiciarium dari, & primò; vt citentur per Prædicatores, pacem annunciantes. Vnde dicit. *k* Suſcipiant montes pacem populo] Montes, ſunt Prædicatores, qui debent eſſe alti per eminentiam vitæ, & firmi per conſtantiam. Hi debent ſuſcipere à Deo pacem ad annunciandum populo. *Iſa.* 52. b. Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem.

l Et colles iuſtitiam] ſupple, ſuſcipiant, vel faciant [Colles] ſunt minores & peccatores, qui cum audiunt annunciari pacem, debent facere de ſeipſis iuſtitiam: & ſic pacem habebunt cum Iudice ſuo. *Pſal.* 84. Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Iuſtitia, ſcilic. hominis ſe punientis, & pax Dei ad pœnitentiam recipientis. Vnde dicit Dauid. Feci iudicium & iuſtitiam, ne tradas me calumniantibus me; ſed ſuſcipe ſeruum tuum in bonum, &c. Hic poteſt notari diſtinctio, quia eſt Rex bonus, & Rex malus.

Rex Bonus:
- Chriſtus. *Apoc.* 17. d. Quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum:
- Homo bonus. *Prou.* 8. b. Per me Reges regnant.
- Iuſtus. *Pſalm.* 2. Et nunc Reges intelligite.
- Clauſtralis. *Iob* 3. b. Cum Regibus, & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.
- Ratio in anima. *Luc.* 22. c. Reges Gentium dominantur eorum, id eſt, Philoſophorum; vos autem non ſic: quia fides dominatur in bonis mentibus, quæ captiuant intellectum in obſequium Chriſti.
- Eccleſia. 1. *Pet.* 2. b. Regale Sacerdotium, &c.
- Doctores. *Iſa.* 60. c. Mammilla Regum lactaberis.
- Gratia. *Rom.* 5. b. Gratia regnat per iuſtitiam in vitam æternam.

Rex Malus:
- diabolus. *Iob* 41. d. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.
- Peccatum. *Rom.* 6. b. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore.
- Mors. *Rom.* 5. c. Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen.
- Prælatus malus: *Oſea* 8. a. Ipſi regnauerunt, ſed non ex me.
- Aliquis de quinque ſenſibus peccans. *Gen.* 14. b. Quatuor Reges contra quinque, ſcilicet, ſenſus.
- Caro. *Prou.* 30. c. Per ſeruum cùm regnauerit.
- Hæreticus. *Tob.* 2. c. Sicut B. Iob. inſultabant Reges: ita iſti parentes, Pilatus & Herodes. *Pſal.* 2. Aſtiterunt Reges terræ.

Moral. * *b* Et iuſtitiam tuam, id eſt, veram ſatisfactionem, in qua iuſtitia Deo exhibetur de peccato. *c* Filio Regis,] id eſt, homini, qui eſt filius Dei adoptiuus. *Pſal.* 81. Ego Dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes. *Sap.* 1. a. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram veſtram, ſcilicet, mentem veſtram. Et 26. b. Iuſtè cùm feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent omnes habitatores orbis. Et *infrà* d. Iuſtitiam non fecimus, &c. Vel ſic. *a* Deus, iudicium tuum Regi da] id eſt: rationi da iudicium diſcretionis. *Pr.* 20. b. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. *Alleg.*

c Et filio Regis] id eſt, libero arbitrio. *b* Da iuſtitiam] executionis.

d Iudicare populum tuum in iuſtitia] Populus Domini in regno animæ, ſunt bonæ cogitationes & bonæ affectiones. De his indicat bonus Rex, quod paucæ ſunt & pigræ, *Luc.* 17. c. Cùm omnia bene feceritis, dicatis ſerui inutiles ſumus.

g Et pauperes tuos in iudicio] Pauperes iſti, ſunt ſenſus, & vires defectum patientes. Hi iudicantur in iudicio animæ, quod facit Rex, id eſt, vir iuſtus, vel ratio. *Prou.* 20. b. Rex, qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Item ſecundùm aliam expoſitionem hic orat Propheta pro Prælatis, vt ſapientes ſint, & iuſti, *a* Deus iudicium tuum Regi] id eſt, Prælato [da] vt ſapienter, & iuſtè iudicet, quia in iudicando eſt loco Dei. Vnde 2. *Paral.* 19. b Præcipiens Iudicibus, videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini: & quodcumque iudicaueritis, in vos redundabit: ſit timor Domini vobiſcum. *Mat.* 7. a. In iudicio, quo iudicaueritis, iudicabimini. *b* Et iuſtitiam tuam filio Regis] id eſt, Prælato, qui debet eſſe filius Chriſti, & bonorum prædeceſſorum, operis imitatione. *Tob.* 8. a. Filij Sanctorum ſumus, &c. Prælatus etiam ſuccedit Chriſto in hæreditate, quam acquiſiuit in terra ſudore, & ſanguine proprio. *Act.* 20. f. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Debent ergo ei ſuccedere, & in iuſtitia. Et oſtendit, ad quid debent habere iudicium, & iuſtitiam Dei, ſcilicet: *d* Iudicare] id eſt, ad iudicandum. *e* Populum tuum, ſibi ſubditum & commiſſum. *f* In iuſtitia] non in exactione & oppreſſione, ſicut dicitur *Mich.* 3. a. Audite, Principes Iacob, & Duces domus Iſraël. Nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper ipſis, & carnem eorum, deſuper oſſibus eorum, qui comederunt carnem populi mei; &c. *g* Et pauperes] non tantùm diuites. *h* Tuos] tibi derelictos. *Pſ.* 9. Tibi derelictus eſt pauper, *i* In iudicio] vt æquè iudicentur diuites, & pauperes. *Deut.* 1. c. Ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudiciũ eſt. *Leuit.* 19. c. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, iuſtè proximo tuo iudica. Sed nunquid ita fit? *Iſa.* 1. f. Pupillo non iudicant cauſa viduæ non ingreditur ad eos. *k* Suſcipiant montes pacem, montes alti, & cœlo propinqui, ſunt contẽplatiui: hi indigẽt pace, quia perturbatus oculus non poteſt cœleſtia contẽplari. Colles verò, qui paulo altiores ſunt cãpis: ſunt actiui, qui indigent iuſtitia. Vnde addit: *l* Et colles iuſtitiam] vt, ſ. reddant vnicuique, quod ſuum eſt. In quibuſdam autem, qui in vtroque perfecti ſunt, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Vtrumqꝫ autem cedit ad vtilitatẽ populi. Vnde ſequitur [Populo] Itẽ montes ſunt magni Principes, qui deberent ſuſcipere pacẽ populo, quia eorum ſtudium ad hoc deberet eſſe, vt populus pacẽ haberet. Multi autẽ econtrario quærũt bella, & ſuſcitant guerras, & populus luit eorum ſuperbiã. Vnde Poëta.

Quidquid delyrant Reges, plectuntur Achiui. *Horat. lib. 1. Epiſtolarum.*

Pſ. 9. Dum ſuperbit impius Princeps, incenditur pauper, id eſt domus pauperum incenduntur, & vineæ extirpantur. Colles autem montibus inferiores, & campis altiores, ſunt Milites, & Balliui Principum, qui ad hoc ſtatui debent, vt faciant iuſtitiam populo inferiori. Sed ipſi econtrario faciunt iniuſtitiam, & condunt leges iniquas, *Iſa.* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei: vt eſſent viduæ præda eorum & pupillos diriperent. Item in anima debent eſſe montes Sion; & Sinai, id eſt, cognitiua, & operatiua. Colles culti, potentię. *Moral.* *m* Iudicabit pauperes populi. &c] Secunda pars, vbi id, quod ſuprà petiit, affirmat. Vnde non tantum indiget expoſitione, quãtum ſi ſupra non fuiſſet expoſitũ. Iudicabit, &c. quaſi dicat, prædictum iudicium peto ſecurè, quia ſpiritu prophetico ſcio illud eſſe futurũ, quia Iudicabit, &c.] Rex prædictus, ſcilicet, Chriſtus *n* Pauperes populi] quod de ſpiritualibus pauperibꝰ poteſt intelligi, quos ipſe [Iudicabit] id eſt, iudicio dabit eis regnum, quod ſuũ eſt. *Matt.* 5. a. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnũ cœlorum. Vel [Iudicabit pauperes populi, &c.] id eſt iudicio diſcernet pauperes in populo à diuitibus ponens iſtos à dextris, illos autẽ a ſiniſtris. Quod exponit, cùm ſubiungit. *Alleg.*

A Et ſaluos

Moraliter. *m* Iudicabit Rex prædictus, ſ. Prælatus. *n*. Pauperes populi] cõtra diuites habẽtes causã. *Deut.* 1. c. Ita paruũ

Alleg.

A a Et saluos faciet filios pauperum,] id est, imitatores Apostolorum, qui verè pauperes fuerunt. *inf.* Animas pauperum saluas faciet. c Et humiliabit calumniatorem,] id est, Diabolum, qui innocentes calumniatur, nitendo, vt eos in peccatum trahat & eis falsa crimina imponit. Hunc humiliauit Deus in sua Passione, quia magnam potestatem ei abstulit. Hunc quotidie humiliat in tentationibus Sanctorum dando Sanctis victoriam de illo. Hunc omninò humiliabit in iudicio quado praecipitabit eum in supplicium aeternum. Vndè *Apoc.*12.c. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte. Vel per calumniatorem, quemlibet peccatorem intellige, quem tunc humiliabit Dominus dicens: Ite maledicti, &c. Postea commendat eum ab aeternitate, cum dicit.

puli, & a saluos faciet b filios pauperum: & c humiliabit d calumniatorem. Et e permanebit f cum Sole, & g ante Lunam, † in h generatione & generationem. † i Descendet k sicut pluuia in l vellus: & sicut † m stillicidia stillantia super terram.

al. † generationes generationum. *al.* † Et. *al.* † guttae. *al.* † stillantes.

*Matth.*25.*d.*

e Et permanebit cum Sole,] id est, cum Patre, ipse splendor eius quasi dicat. Humiliato calumniatore, non deficiet, sed coaeternus Patri permanebit in aeternum. g Et ante Lunam, id est, Ecclesiam, quasi dicat non solus habebit aeternitatem, & beatitudinem; sed Sancti cum eo, quibus erit vita aeterna, vt cognoscant Deum, & quem misit, Iesum Christum. h In generatione, & generationem, id est, sine fine. Vel sic.

*Ioan.*17.*c.*

e Permanebit cum Sole,] id est, quandiu voluentur tempora, quae iuxta cursum Solis mutationem & distinctionem habent, Permanebit, dico, non tantùm in se, quod vtique non esset ei magnum, sed permanebit in Ecclesia sua. *Matth.vlt.* d. Vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. Et in se, permanebit ante Lunam, id est, ante mutabilitatem mortalium, id est, ante omnem creaturam. Vndè *Prou.*8.c. dicit sapiêtia, i. filius. Antequam quicquam faceret à principio, ab aeterno ordinata sum [Permanebit ergo [cum Sole] quia perpetuus. [Et ante Lunam] quia aeternus. *Apoc.*1.b. Ego sum alpha & omega.

Moral.

* audietis vt magnum. a Et saluos faciet populos pauperum] quibus calumniatores diuites volunt auferre illud modicum, quod habent. c Et humiliabit,] id est, confundet, d Calumniatorem] qui iniustè impetit pauperem. *Psal.*81. Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate: eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. *Iob.*35.b. Filium hominis adiuuabit iustitia tua: propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij Tyrannorum. Item: Calumniatores, sunt Aduocati, & litigatores, quos debent Praelati, & praecipuè Summus eorum humiliare, non eleuare, & multiplicare per noua iura. *Apoc.*16. c. Vidi de ore draconis, & de ore bestiae, & de ore pseudoprophetae tres Spiritus immundos exisse in modum ranarum. Et sequitur. Et prodeunt ad Reges totius terrae, congregare illos in praelium. Item Praedicator indicabit in sermone. Id est, damnabit, & arguet, non tantùm malos diuites, & malos Praelatos; sed & pauperes populi, non Dei, qui, scilicet, inuitè & cum murmure sustinent paupertatem, vel voluntariè propter laudem populi. Hi non sunt pauperes spiritu, qui beati sunt. *Matth.*5.a. sed hi maledicti sunt. a Et saluos faciet, id est, saluando dicet.

b Filios pauperum] Dei, non populi, id est, imitatores verorum pauperum, scilicet, Apostolorum. *Soph.*3. c. Derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini reliquiae Israël. Pauperes etiam fuerunt B. Benedictus, cuius filij sunt Monachi: & B. Augustinus, cuius filij sunt Canonici: & B. Franciscus, cuius filij sunt Fratres minores & sic de alijs. Et hos filios debet Praedicator saluare, id est, saluos nunciare, si vestigia Patrum sanctorum sequuntur. *Prou.*20. b. Iustus, qui ambulat in simplicitate sua beatos post se filios derelinquit. c Et humiliabit, &c.] pauperem praedicando contra eum: & Deus humiliabit eum damnando ipsum. Vndè *Psalm.*54. Exaudiet Deus, scilicet clamorem pauperum, quos calumniantur: & humiliabit illos, qui est ante saecula, scil. calumniatores. Talibus autem Iudicibus, & Praedicatoribus necessaria est constantia, vt non moueatur omni vento. Vnde sequitur. e Et permanebit,] i. constans erit. f Cum Sole] id est, ad modum Solis. g Et ante Lunam,] id est, mutabiles, & inconstantes excedet, & dabit eis exemplum constantiae. *Eccl.*27. b. Homo in sapientia manet sicut Sol, nam stultus vt Luna mutatur, Permanebit, dico non vna die tantum, vel duabus: sed h In generatione, & generationem,] id est, toto tempore vitae suae. Vel sic. e Permanebit cum Sole] iustitiae, id est, cum Christo. *Ioan.*15. a. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis, 1.*Ioan.*4.c. Qui manet in charitate, in Deo manet. g Et ante lunam, id est, B. Virginem, antequam permanet, qui eam continue colit, & veneratur. Hic autem per amorem praesenti per gratiam, in futuro per gloriam. Vnde dicit. h In generatione, & generationem.] Vel etiam aliter potest legi de futuro.

Aliter.

e Permanebit] Iustus. f Cum Sole, & ante Lunam] quia tunc clarior erit, & aequiparatur Soli in claritate. *Matt.*13. f Tunc fulgebunt Iusti sicut Sol in regno Patris eorum.

i Descendet, sicut pluuia in vellus.] Tertia pars in qua de isto Iudice ostendit, quomodo priùs venit in mundum. Est autem vellus, virginitas Mariae terra, humilitas ipsius; pluuia, est Deitas, vel gratia stillicidia, abundantia gratiae & donorum. Dicit ergo. Descendet, Deus in vterum Virginis.

k Sicut pluuia in vellus] Et alludit historiae, quae habetur *Iudic.*6.g. vbi dixit Gedeon ad Dominum. Si saluum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanae in area: si ros in solo vellere fuerit & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam liberabis Israel. Vellus, i. Maria fuit rore gratiae & Diuinitatis plena area, i. Iudaea sicca permanente. *Ieron.* Vellus cùm sit de corpore nescit corporis passiones: sic B. Virgo immunis fuit ab omni immunditia. Dicit ergo: Descende, *Psal.*143. Domine, inclina coelos tuos, & descende. Multis autem de causis voluit Dominus descendere. Primò, vt nos humiliaremur. *Isa.*64.a. Vtinam dirumperes coelos, & descenderes: à facie tua montes defluerent, i. superbi. Secundò, vt compassionem quam habebat ad nos, ostenderet. *Exod.*3. b Vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, &c. Et post. Et sciens dolorem eius, descendi, vt liberarem eum. Tertia causa fuit, quia ad eum ascendere non poteramus, sicut descendit ad aegrum. *Luc.*1.g. Visitauit nos oriens ex alto. k Sicut pluuia, vt faciat fructificare, & multiplicare. *Isa.*55.c. Sicut descendit imber, & nix de coelo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, &c. sic erit verbum meum, quod egredietur ex ore meo: non reuertetur ad me vacuum; sed faciet quaecunque volui, &c. Item, sicut pluuia, vt ignem peccati extingueret. *Dan.*3.e. Angelus Domini descendit in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Quartò, vt sedaret sitim antiquorum Patrum. De quibus *Ps.*105. Expectabunt onagri in siti sua. Vndè clamabat *Ioan.*7 f. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. l In vellus,] i. in B. Virginem, vt supra dictum est. Item pluuia mundat vellus; sic Christus Virginem purificauit. *Exod.*3.a. dicitur quod rubus ardebat, & non consumebatur. *Psal.*45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Item vellus est molle sic B. Virgo. Vnde *B. Bern.* Volue, & reuolue totam Euangelij seriem, si quid durum, si quid asperum inueneris in Maria, ad illam accedere metito vereris. Ex vellere isto facta est a Spiritu S. vestis filij Dei, id est, caro. *Isa.*63. a. Quare rubrum est indumentum tuum? *Ioan.*19.c. Erat autem tunica eius inconsutilis. Nos habemus tunicas consutas ex partibus, scilicet, à patre & matre, sed Christus tantum à matre.

Alleg.

Deus descendere voluit ad nos multis de causis.

m Et sicut stillicidia stillantia super terram, &c.] quia cum abundantia gratiarum venit, *Psalm.*64. In stillicidiis eius laetabitur germinans.

Moral. *De Aduentu Domini in animam.*

A Et nota proprietates i Descendet, &c.] Moraliter quotidiè descendit Dominus per gratiam suam in animam Iusti. k Sicut pluuia in vellus,] i. latenter & vtiliter. *Iob.*9. b. Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit non intelligam. Item nota, quòd ros, vel pluuia gratiae Dei descendit in vellus ouinû, i. in animas innocentium, & simplicium, non in vellus caprinum luxuriae, nec in leoninum superbiae, nec in caninum detractionis, nec in lupinum rapacitatis, nec in vulpinum dolositatis, & sic de alijs. m Et sicut stillicidia, Nota, quod Dominus quandoque veniens in animam, consolationem, & gaudium infundit: & tunc venit sicut pluuia in vellus, quae molliter & suauiter descendit ibi. Quandoque autem immittit timorem, & cordis calorem; & tunc venit, sicut stillicidia, quae cum impetu & violentia fluunt. Et benè dicit: Stillantia super terram, i. super peccata & super peccatorem. Propter peccata etenim immittit Dominus terrorem in animas hominum, & eis comminatur. *Ezech.*21.a. Stilla ad Sanctuarium, & propheta contra humum Israël, i. ad Praelatos, & contra peccata Clericorum. Sic autem homo suauiter attractus, vel violenter perterritus, facit poenitentiam. Vndè sequitur.

a Orietur

Proprietates velleris B. Virgini conuenientes.

A Et nota proprietates velleris, quæ B. Virgini conueniunt, & charitati, & patientiæ, & piæ conuersationi, quæ notantur his versibus.

Succida, vestis ouis, non sentit, non sonat icta.
Hirta, pilo molli, bibulo, tingique parato.
Pectunt, nent, texunt, quòd frigora pellat, & ornet.

a Orietur in diebus eius *b* iustitia & *c* abundantia pacis, *d* donec † auferatur Luna. Et *e* dominabitur à mari vsque ad mare: *f* & à flumine vsque *g* ad terminos orbis † terrarum. *h* Coram illo † procident *i* Æthiopes *k* & inimici eius *l* terram lingent.

al. † tollatur. al. † extollatur. al. † terræ. al. † decident.

Succida est B. Virgo, id est, succo pietatis plena. *Iud.* 6. g. Expresso vellere concham rore compleuit. Nos sumus conchæ. Item vestis ouis est Maria, i. protectio simplicium, & innocentium. *Prou. vlt.* c. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, id est, stola gemina. Item non sentit B. Virgo motus carnales. Vndè *Ieron.* Vellus cùm sit de corpore, non sentit corporis passiones, sic B. Virgo, &c. vt suprà. Item, non sonat icta, *Luc.* 2. c. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et de charitate dicitur 1. *Cor.* 13. b. Non irritatur. Item hirta, id est, hirsuta, id est, simul se tenens. *Act.* 1. b. Hi erant simul orantes in cœnaculo cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Et ad literam hirsuta fuit, quia non erat compta, 1. *Petr.* 3. a. Quarum sit non extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri, &c. Item pilo molli, id est, cogitatione pia. Vndè benè conuenit illi illud *Ierem.* 29. c. Ego cogito cogitationes pacis. Item bibulo, supple verbi Dei. *Luc.* 2. c. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Item tingique parato, quia fuit verecunda. *Eccl.* 26. c. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. *Luc.* 1. c. Turbata est in sermone eius. Item pectunt, B. Virginem bonæ ancillæ, id est, dilatant laudibus, & honoribus, sicut lana carpinata ampliùs dilatatur, *Eccl.* 24. a. In medio populi sui glorificabitur. Item nent, subtiles prædicationes de B. Virgine. *Exod.* 35. c. Mulieres doctæ dederunt, quæ neuerant, id est, Prædicatores docuerunt, quæ cogitauerant. Item texunt prolixas orationes. *Tob.* 2. d. Ibat Anna ad opus textrinum quotidie. Item repellit frigora; infidelitatis. Vnde cantat *Ecclesia.* Gaude, Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. Item & ornat. *Act.* 9. g. Ostendebant tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Dorcas interpretatur caprea, vel damula: & significat B. Virginem, quam comparat Sponsus capreæ, dicens. *Cant.* 4. b. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ, &c. Omnes istæ proprietates similiter de facili possunt assignari charitati, & patientiæ, & conuersationi piæ.

a Orietur in diebus eius iustitia] quia ipse Christus, qui ortus est de Virgine, est iustitia, & veritas. *Psal.* 84. Veritas de terra orta est, id est, de B. Virgine; & iustitia de cœlo prospexit, vt scilicet, in terra iustitiam daret, 1. *Corinth.* 1. d. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Iustitia enim semper est in cœlo, & etiam in inferno. In terra autem est iniustitia, quæ præcipuè ante aduentum Christi terram occupauerat. Vndè conquerebatur *Isa.* 59. c. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. Sed cum Christo, qui est iustitia, ingressa est etiam iustitia perfecta. Vndè dicit *Matt.* 3. d. Sic decet nos implere omnem iustitiam.

c Et abundantia pacis] quadruplicis, sicut in titulo huius psalmi ostendimus, *Isa. vlt.* d. Declinabo super eam, quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium. Et hæc iustitia, & pax durabit,

d Donec auferatur Luna,] id est, vsque ad finem sæculi. Contrà. Nunquam auferetur Luna, quia dicit *Isa* 30. f. Erit lux Lunæ, sicut lux Solis. Sol *Isa.* 60. d. Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum, id est, non indigebis eius obsequio, *Ecclesi.* 17. d. Quid lucidius Sole? & hic deficiet, scilicet, quantum ad illud obsequium, non quoad suam essentiam. Vel, Auferetur ad tempus in die iudicij, secundùm quod dicitur *Matth.* 24. c. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Et non tantùm pacatum, sed latum & magnum erit regnum eius. Vndè sequitur.

e Et dominabitur à mari, &c.] Ad literam, id est, per totam terram, quæ mari ambitur, dominabitur: quia de omni Gente aliqui credent in eum, per prædicationem Apostolorum. Vnde *suprà* In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Deut.* 10. d. Ipse est Deus Deorum, & Dominus Dominantium. *Isa.* 9. b. Multipliciter eius imperium.

f Et à flumine] Iordanis, vbi incepit dominari, dicente Patre. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, *Matth.* 17. a. *g.* Vsque ad terminos, &c.] quia inde incipientes Apostoli, per totum orbem fideles sibi seruituros acquisierunt. Vndè *in Psalm.* 18. Et in fines orbis terræ verba eorum. Et hoc quasi per inductionem ostendit, consequenter dicens. *h* Coram illo procident] adorantes eum.

i Æthiopes] sicut Magi, *Matth.* 2. b. *Soph.* 3. b. Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei. Æthiopum conuersio facta fuit per B. Matthæum. *Sup.* Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo. *k* Et inimici eius, id est, ipsi Æthiopes, vel alij qui priùs erant inimici. *l* Terram lingent] quam, scilicet, calcauerit pes Dei, & Apostolorum, id est, auidi imitatores erunt Christi, & Apostolorum. *Isaia* 45. c. Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt.

A Reges Tarsis

Moral. * *a* Orietur in diebus eius,] id est, in illuminatione amoris, & timoris, *Psal.* 18. Dies diei, &c. *Iob* 1. a. Ibant filij Iob, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo.

b Iustitia,] id est, vera pœnitentia, vbi facit homo Deo iustitiam de seipso, *Mal.* 4. a. Orietur vobis, timentibus nomen meum Sol iustitiæ. Vel.

a Orietur in diebus eius,] id est, boni Prælati. *b* Iustitia.] *Isa.* 45. b. Et iustitia oriatur simul, *Isa.* 59. c. Conuersum est iudicium retrorsum, & iustitia stetit longè: corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi.

c Et abundantia pacis.] Sicut in ortu Christi, ita in ortu boni Prælati orietur pax. *Luc.* 2. b. Gloria in excelsis Deo, &c. *Zach.* 8. a. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et abundantia pacis, quæ ex iustitia sequitur, & sine iustitia non habetur, *Isa.* 57. d. Non est pax impiis. *Et* 26. d. *eiusdem.* Iustitiam non fecimus in terra, ideò non perierunt habitatores terræ, scilicet, Chananæus, & Amorrhæus, & alij populi, per quos vitia designantur, quæ animam infestant, & pacem auferunt: *Isa.* 48. d. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, quasi flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris, *Bar.* 3. b Si in via Dei ambulasses, habitasses in pace sempiterna. Et hanc pacem habebis.

d Donec auferatur Luna,] id est, donec non habeas temporalia, quæ vt Luna crescunt, & decrescunt: & si ipsi adsint, pacem auferunt, & iustitiam, *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non finit eum dormire. Et *Ioan.* 16 g. In mundo pressuras habebitis, *Aug.* Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui.

e Et dominabitur à mari, &c.] Vnum mare est amaritudo pœnitentiæ, *Isa.* 38. d. Et in pace amaritudo, &c. Aliud mare est tribulatio, vel aduersitas. De quo *Eccles.* 53. c. Qui nauigat mare, enarrat pericula eius. Flumen est prosperitas. De quo *Psal.* 64. Flumen Dei repletum est aquis. Termini orbis terrarum, sunt contemptus terrenorum, & desideria æternorum, *Psal.* 97. Viderunt omnes termini terræ. Et eorum, qui in his conuersantur, dominatur Dominus: quia tales eius obediunt voluntati. E contrario dicitur *Deut.* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, *Iob* 15. c. Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. A mari ergo vsque ad mare dominatur Iustus, & in fluminibus etiam; quia & aduersitati & prosperitati dominatur: quia nec aduersitas frangit, nec prosperitas extollit, *Psal.* 88. Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius, *Isa.* 43. a. Cùm transieris per aquas, tecum ero; non cùm moratus fueris: & flumina non operient te. Quia tu eris super, &c. *Psal.* 23. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. *h* Coram illo,] i. Iusto vel Prælato. *i* Procident, &c.] i. nigri peccatores pœnitentes, & veniá petentes, *Ps.* 94. Procidamus ante Deũ, ploremus coram Dño, *Soph.* 2. c. Et vos Æthiopes interfecti eritis gladio meo, i. verbo meo conuersi, *Isa.* 43. a. Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiá & Saba pro te. *k* Et, &c.] i. mundi amatores in malo obdurati. *l* Terram lingent,] i. terrena cum magna auiditate, & desiderio acquirent, *Mich.* 7. d. Lingent puluerem, sicut serpens, *Baruch.* 5. b. Corda eorum, i. idolorum, dicuntur elingere serpẽtes, qui sunt de terra. Tales enim sunt inimici Dei, sicut dicit *Iacob.* 4. a. Quicunque voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et notabiliter dicit [lingent] non dicit comedent, vel mordebunt, sed lingent; quia ista temporalia superficialia, & falsa, & vana sunt. Vndè nihil est ibi soliditatis, quod vel morderi possit, vel comedi. Et quod lingitur, non satiat hominem, sed potiùs famem, & desiderium accendit. Sic temporalia non satiant, sed leccatores ad appetendum prouocant, quia: *Ouid. lib. Fastorum.*

Quo plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ.

Et auarus non implebitur pecunia, sicut dicitur *Eccl.* 5. b.

A *a* Reges Tarſis, &c.] Hoc impletum eſt in die Epiphaniæ, quia de his regionibus fuerunt tres Magi, qui & Reges, qui Domino munera obtulerunt. Vndè *in Pſalm* in die illo cantatur, & iste verſus frequenter repetitur illa die. *Iſa.*60. a. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. Et *ibid.* b. Omnes de Saba venient. Modò enumeratis quibuſdam ſingularibus, q.d. & ſic de ſingulis, addit. *b* Et adorabunt, &c.] non tantùm prædicti. *c* Omnes Gentes ſeruient ei.] *Iſa.* 60. c. Gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit. *Soph.* 3. b. Reddam populis meis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruient ei humero vno.

a Reges Tarſis, & inſulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent. Et *b* adorabunt eum omnes Reges: & † omnes *c* Gentes ſeruient ei. *d* Quia † liberabit *e* pauperem à *f* potente: & † *g* pauperem, cui non erat adiutor. *h* Parcet pauperi, & inopi: & *i* animas pauperum ſaluas faciet. Ex *k* vſuris, & *l* iniquitate *m* redimet animas eorum: & † *n* honorabile nomen † eorum *o* coram † illo.

al. † terræ.
al. † liberauit.
al. † inopé.
al. † præclarum.
al. † eius.
al. † ipſius.

Moral.
De quatuor generibus offerentium.

* *a* Reges Tarſis, &c.] In hoc verſu tanguntur quatuor genera offerentium [Tarſis] interpretatur explorans gaudium, vel diſſipans ſpeculum: & ſignificat contemplatiuos, qui explorant gaudia æterna, & quandoque diſſipant ſpeculum: vt iam non videant per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem ſicut Iacob, *Gen.*32. g. Vidi Dominum facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea [Inſulæ] ſunt actiui, qui fluctibus, & vnda tunduntur, nec tamen mouentur. *Eccl.*10. a. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris [Arabes] interpretantur humiles, vel occidentales, vel inſidiatores, vel callidi: & ſignificant incipientes, qui humiliter reſpiciunt ad occaſum ſuum, & inſidiari incipiunt cælo [Saba] interpretatur captiua, vel conuerſio: & ſignificat pœnitentes. Iſti omnes munera Deo offerunt, & dona adducunt. Contemplatiui munus, deuotionis. Actiui, munus alienæ ſalutis, quantum ad Prædicatores, vel munus eleemoſynarum, quantum ad alios. Incipientes, offerunt ſeipſos. Pœnitentes, mactant vitia. Vel poteſt exponi de futuro de Prælatis, & Prædicatoribus, qui offerent Domino eos, qui miniſterio ſuo conuerſi fuerint, & ſaluati.

Aliter de Prelatis & Prædicatoribus offerentibus Domino.

Et deſcribuntur hic quatuor genera Prælatorum, ſiue Prædicatorum. [Tarſis] interpretatur mare, & ſignificat Martyres, antiquos Prælatos. Secundi ſunt [inſulæ,] id eſt, Confeſſores, qui hæreſibus reſtiterunt. Tertij ſunt [Reges Arabum] qui tempore falſorum fratrum præfuerunt humilibus, & callidis. Quarti erunt [Reges Saba] qui tempore nouiſſimo præerunt eis, qui conuerſi fuerint de Iſraël. *b* Et adorabunt, &c.] i. Prælati. Quod ſi verum eſſet, ſequeretur. *c* Omnes, &c.] Sed quia modò ferè omnes Reges adorant mammonam, ideò & omnes Gentes ſeruiunt mammonæ, & per hoc non ſeruiunt Deo. Vndè *Matth.*6. c. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ, *Eccl.*10. d. Omnia obediunt pecuniæ, *Ierem.*6. c. A minore vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, &c. *Col* 3. a. Aut auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus. Vel ſic, [Et adorabunt eum,] id eſt, bonum Prælatum, [Omnes Reges] ad literam. Ita eſſet, ſi bonus eſſet Prælatus, *Iſa* 60. a. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. Item *in eod.* c. Suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis.

Quarta pars.

d Quia liberabit, &c.] Quarta pars, vbi agit de operibus eius, quaſi dicat, tantus ei honor erit [quia liberabit] vel liberauit. *e* Pauperem,] id eſt, genus humanum. *f* A potente,] id eſt, à diabolo. Qui cum in ſua natura potens ſit, homo facit eum potentiorem: quia homo peccando facit, vt eius potentia habeat effectum. Niſi enim homo ſe incuruaret, non poſſet diabolus aſcendere. De hac liberatione, *Ioan.*8. e. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. De potente iſto, *Iob* 41. d. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari [Pauperem] dico, & talem. *g* Pauperem, cui non erat adiutor] alius, quia nec homo, nec Angelus, nec lex, nec liberum arbitrium poterat eum liberare, niſi tantùm Leo de Tribu Iuda. *Apoc* 5. b. *Eccl.*51. b. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat Ita liberabit eum à potente. Sed cùm iam eum habebit in manu ſua, quid faciet ei? Aliquando eum manſerit aliquis alij prædam de manu, & tamen poſtea ita diripit prædam, ſicut ille diriperet, cui abſtulit eam. Sed non ſic Dominus, immò. *h* Parcet pauperi] prædicto [& inopi] Pauper dicitur, qui non habet ex ſe neceſſaria. Inops, qui nec ab alio habet. Sic genus humanum pauper erat, & inops, quia nec ex ſe, nec ex alio habebat, vnde ſe poſſet liberare, vel viuere. Huic ergo [parcet] dimittendo peccata.

i Et animas pauperum ſaluas faciet] à futuro peccato, dando gratiam ad bonum agendum, & malum vitandum. Et prædicta faciens.

k Ex vſuris] pœnæ. *l* Et iniquitate] culpæ.

m Redimet animas eorum] primò ſanguinem ſuum fundendo, & poſtea gratiam infundendo. Et dicuntur pœnæ vſuræ, quia plus exigitur in pœna, quàm recipiatur, vel committatur in culpa, *Greg.* Momentaneum eſt, quod delectat, æternum verò, quod cruciat. Et poſſet aliquis ſuſpicari, quod poſt redemptionem haberet eos viles Dominus ſicut ſeruos emptitios. Vndè benè addit. *n* Et honorabile nomen eorum] ſcilicet, nomen Chriſtianum. *o* Coram illo] & ſi coram mundo ſit deſpicabile, *Iſa.*62. a. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Et *in eod.* d. Et vocabunt eos populus ſanctus, redempti à Domino. *d* Quia liberabit pauperem à potente.] Moraliter. Pauper, eſt peccator, quia ſpoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. Potens autem eſt peccatum, quia Rex eſt, *Rom.*6. b. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Hunc liberat Dominus ab iſto potente, quando vocat eum ad pœnitentiam. Vndè cùm Dauid incidiſſet in manus iſtius potentis, clamauit. Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ. Per ſanguinem enim peccatum intelligitur. Vndè *Oſee* 4. a. Sanguis ſanguinem tetigit. Hunc etiam liberat Prædicator, vel quicunque monendo facit eum conuerti. Vndè *Iac.*5. d. Si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte. *Prou.*24. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes. *g* Et pauperem] verè [cui non erat adiutor] quia amiſerat per peccatum ſuffragia Eccleſiæ. Item ad literam. *d* Liberabit pauperem à potente] Modò enim potentes huius ſæculi conculcant, & comedunt pauperes, ſicut dicitur *Eccl.*13. e. Venatio Leonis onager in Eremo: ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes. Sed tandem Dominus liberabit eos, ſicut dicit *Ezech.*34. c. Liberabo gregem meum de ore eorum, *Pſal.*34. Eripiens inopem de manu fortiorum eius. *g* Et pauperem, cui non erat adiutor.] Quia ſicut dicitur *Prou.*14. c. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit; amici verò diuitum multi. Et licet omnes tam pauperes, quàm diuites ad iudicium ſint venturi; tamen.

Moral.

h Parcet, &c.] ad literam. Vndè *Sap.*6. a. Exiguo conceditur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patiuntur. *i* Et animas pauperum ſaluas faciet.] Licet enim corpora hic affligantur, & quaſi quotidie moriantur; tamen hoc ipſo cuſtodiuntur animæ, ne per peccatum moriantur, *Pſalm.*59. Da nobis auxilium de tribulatione, *Greg.* Si qua ſunt in pauperibus vitia, caminus paupertatis excoquit, & conſumit, *Iſa.*48. b. Item in futuro, [Animas pauperum] prius & tandem corpora [ſaluas faciet] ſalute perpetua. Vndè dicit Apoſt. *Phil.*3. d. Saluatorem expectamus Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, ſc. corpus pauperis, non corpus diuitis, qui non eſt corpus humilitatis, ſed corpus ſuperbiæ ſicut apparet in veſtibus, & cibis, & talibus. Nota, quòd quinquies dicit hic pauperem, quia quinque ſunt in bono paupere.

Videlicet,
- Humilitas corã Deo. *Mat.*5 a. Beati pauperes ſpiritu.
- Contemptus mundi, *Mat.*19. d. Ecce nos reliquimus omnia.
- Fiducia de Deo, *Pſalm.*9. Non eſt oblitus clamorem pauperum.
- Notitia certa amicorum *Eccl.*6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum.
- Patientia, *Pſ.*9. Patientia pauperum non peribit in finem.

k Ex vſuris &c.] Duo ſunt, quæ præcipuè moleſtant homines pauperes, ſcil. vſura & manifeſta rapina, quæ dicitur iniquitas. Et ex his ad literam. *m* redimet] Dominus & liberabit [Animas eorum] quæ modò ſunt circa hæc in anguſtia quaſi impignoratæ. Et licet hic ſint contemptibiles; tamen. Honorabile, &c. Nomen enim pauperum eſt honorabile & famoſum in cœlo. Vndè in Euangelio, *Luc.*16. c. ponitur nomen pauperis Lazari. Et in futuro maximè erit honorabile nomẽ eorum coram illo, quando filij Dei, & hæredes regni cœlorum vocabuntur. Vndè diuites; qui vocauerunt nomina ſua in terris ſuis, tũc dicẽt, ſicut habetur, *Sap.*5. a Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſũ, &c. Et pòſt. Ecce quomodo computati sũt inter filios Dei, &c. *Iſ.*65. c. Seruos ſuos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus eſt, benedicetur. Nota quòd dantur vſuræ multis,

Videlicet,

Videlicet.
- Deo. *Matth.* 15. c. Ego veniens recepiſſem vtique, quòd meum eſt cum vſuris.
- Mundo. *Eccleſ.* 29. d. Grauia ſunt hæc homini habenti ſenſum, correptio domus, & improperium fœneratoris.
- Diabolo. *Pſalm.* 108. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius.
- Ventri. *Eccl.* 20. c. Hodie fœneratur quis, & cras expetit.
- Conuiuanti. *Luc.* 6. e. Peccatores peccatoribus fœnerantur.
- Benefacienti. *Prou.* 16. c. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi.
- Fœneranti, ad litteram. *Leu.* 25. e. Pecuniam tuam non dabis ad vſuram.
- A Deo. *Matth.* 19. d. Centuplum accipiet, & viam æternam poſſidebit.

Item in vſura peccatur contra multa, quæ notantur in hoc verſu.

Lex, natura, Deus, homo, virtus tempora vita.

Lex vetus & noua prohibet.

Et *a* viuet, & *b* dabitur ei *c* de auro Arabiæ, & † *d* adorabunt *e* de ipſo *f* ſemper: *g* tota die benedicent † ei. † Erit *h* firmamentum in terra in *i* ſummis montium, *k* ſuperextolletur ſuper Libanũ *l* fructus eius.

al. † orabunt. *Verſus.* *al.* † eum. *al.* † Et.

Luc. 6. e. Date mutuum nihil inde ſperantes. Mutuum, i. meum & tuum, ſcil. communitate vitæ. Naturæ miratur, quòd aurum de auro naſcitur; Deus, merces vult eſſe mutui. Sed auaro Deus non ſufficit. *Ierem.* 2. c. Populus meus mutauit gloriam ſuam in idolum, i. denarios præponit Deo. Homo, damnificatur. Virtus, pietas, ſcil. violatur. Tempora venduntur. Vita ſubtrahitur. *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum eſt, &c.

a Et viuet, &c. Quinta pars, vbi agit de honorificentia Regis, quæ in multis oſtenditur. Primò quia viuet in æternum. Vndè dicit, & viuet, i. durabit in æternum. Mortuus enim vt homo, ſemper viuit vt Deus. *Ioan.* 6. f. Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Secundò, quia ſapientes crediderunt in eum. Vndè dicit.

Quinta pars. *b* Et dabitur ei de auro Arabiæ,] i. de ſapientia Gentium, quaſi dicat, ſapientes de Gentibus credent in eum, ſicut Auguſtinus, & Dionyſius. Item, dabitur ei de auro Arabiæ, quia iſti ſapientiam ſuam illi attribuent. Tertiò, quia eum perſeueranter quærent: Vndè addit.

d Et adorabunt de ipſo] habendo, vel conſequendo. Non ad horam, ſed. *f* Semper, i. ad hoc adorabunt, & laborabunt ſemper, vt ipſum habeant. Adorare etiam ſecundùm etymologiam nominis, eſt toto corde Deo adhærere. Et hoc eſt ipſum quærere. Quartò, quia laudabunt eum iugiter. Vndè ſequitur. *g* Tota die, &c.] id eſt, toto tempore vitæ ſuæ benè viuent ad honorem & laudem ipſis. In bona enim vita Sanctorum benedicitur Deus. *Matth.* 5. b. Sic luceat lux veſtra, &c. Et in mala vita Chriſtianorum blaſphematur Deus. *Rom.* 1. d. & *Iſaia* 52 b. Nomen Dei per vos blaſphematur inter Gentes. Vel de die Epiphaniæ poteſt legi. In qua ad litteram, dederunt ei Magi munera, aurum Arabiæ cum thure, & myrrha, & procidentes adorauerunt, ſicut dicitur *Matth.* 2. b Quintò, quia perſeuerantiam & fortitudinem habent Sancti ſui, non à ſe, ſed ab ipſo. Vndè ſequitur.

h Erit firmamentum in terra in ſummis montium,] i. ipſe confirmabit in fide Apoſtolos, qui ſunt ſumma montium, i. præcipui Sanctorum, & hoc in terra, vbi ſunt homines infirmi & fragiles, quod laudabilius eſt: De hac confirmatione. *Pſalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Sextò, quia ſuos exaltat: Vndè addit. *k* Superextolletur ſuper Libanum fructus eius.] boni viri exaltabuntur vſque in cœlum, quod altius eſt, quàm Libanus, ad litteram.

Moraliter. Vel per, Libanum, qui interpretatur candidatio, intelligitur nitor huius ſæculi, qui magnũ quod, & altũ videtur A amatoribus

a Et viuet: Moraliter: Chriſtus viuit in bonis: *Gal.* 2. d. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: In malis autem moritur. *Hebr.* 6. a. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes: Tunc autem viuit Chriſtus in nobis, quando caro mortificatur, & mundus contemnitur: Vndè ad lit. *b* Et dabitur ei de auro Arabiæ,] i. mactabitur ei ſapientia carnalis, & mundialis: Per aurum enim ſapientia intelligitur. Arabia verò interpretatur inſidiatrix, vel occidentalis: Vndè aurum Arabiæ ſignificat carnis prudentiam, quæ inſidiatur animæ, vt occidat eam, & vt ipſa occidatur per peccatum. *Mich.* c. 7. b. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui, i. à carne inſidiatrice. *Rom.* 8. b. Prudentia carnis mors eſt. Ecce occidentalis. Item Arabia interpretatur callida, & ſignificat ſapientiam mundi, quæ callidos facit. *Luc.* 16. b. Filij huius ſæculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua. Hæc autem vtraque ſapientia debet Deo mactari, quia de carnali dicit Apoſt. *Rom* 8. b. Quod ſapiẽtia carnis inimica eſt Deo. De ſæculari dicit. 1. *Cor.* 3. d. Si quis videtur inter vos eſſe ſapiens in hoc ſæculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. *d* Et adorabunt,] i. ad eum orabunt *e* De ipſo,] i. hoc habebunt ab ipſo, quòd orent, quia ab ipſo ſunt omnia.

f Semper.] 1. *Theſſ* 5. Sine intermiſſione orate. Nec tantùm orabunt Sancti petentes ſibi vtilia, quod magis eſt mercenarij; Sed & *g* Tota die benedicent ei] laudantes eum, propter bonitatem eius. Et hoc eſt filij. *Pſalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, &c. Et poſſet aliquis dicere, hoc eſt difficile, vel impoſſibile homini, vt hoc modo offerat aurum Arabiæ. Vndè addit.

h Erit] Dominus, firmamentum in terra, &c. quaſi dicat, Deo nihil eſt impoſſibile, aut difficile. Et ipſe eſt, firmamentum, i. firmans bonos, licet, in terra, ſiue in corpore, in ſummis montium: quia iſti ſunt ſummi montes per vitæ eminentiam, & cœli vicinitatem. *Pſalm.* 24. Firmamentum eſt Dominus timentibus eum. Vel ſic, vt legatur firmamentum ex parte ſuppoſiti. Firmamentum, i. cœlum, i. vita cœleſtis: erit in terra, non vbique, ſed, in ſummis montium, ad litteram, quia ibi primò habitauerunt ſancti Eremitæ cœleſtem vitam ducentes. Vel myſticè. *i* In ſummis montium,] vt ſuprà. *Myſticè.*

k Super extolletur ſuper Libanum,] i. ſuper munditiam vitæ eorum.

l Fructus eius,] i. opera cæleſtia, quæ creſcunt ſuper fundamentum munditiæ: De quo fructu. *Galat.* 5. d. Fructus ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, & cætera. Dico, quòd, in ſummis montium, & ſuper Libanum, erit, fructus: Sed in ciuitatibus quid? Nonne

Moral. Item moraliter de viro iuſto, aut bono Prælato.

De Præl. *a* Et viuet] vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. *Iſ.* 38. d. Viuens viuẽs ipſe confitebitur tibi. Hoc autẽ dicitur ad differentiam mali Prælati, qui non viuit, quia eſt idolum carens vita ſimul, & ſenſu. Vndè *Baruch.* 5. d. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt, hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate hominem non liberabunt, viduæ non miſerebuntur, neque orphanis benefacient, lapidibus de monte ſimiles ſunt Dij illorum, i. Prælati. Et ita patet, quod non viuunt, neque ſentiunt. *Dan.* 14. b. Nonne tibi videtur Bel eſſe Deus viuens? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens? Ne erres Rex. Iſte eſt. n. intrinſecùs luteus, & forinſecùs æreus, & nec comedit aliquando.

b Et dabitur ei,] id eſt, bono Prælato. *c* De auro Arabiæ,] i. ſapientia mortis. Aurum enim propter fulgorem ſapientiam ſignificat. Arabia occidentalis interpretatur, vnde ſignificat mortem. Et hæc eſt maxima ſapientia, & maximum donum, ſ. ſapientia moriendi, quæ non datur non benè viuenti. Vndè *Auguſt.* Non poteſt malè mori, qui benè vixit. *Pſ* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Hoc eſt aurum Arabiæ Prælato, ſũma philoſophia, eſt aſſidua mortis cogitatio. *Pſ.* 38. Notũ fac mihi, Dñe, finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam, quid deſit mihi Qui habet aurum Arabiæ, i. ſapientiam mortis contemnit aurum mundi. *Ieron.* Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturũ. Sequitur. *d* Et adorabunt,] i. ad Deum orabunt Non dicit qui, vt intelligas, quòd omnes debent orare. *e* De ipſo ſẽper] auro Arabiæ obtinendo. Sed non omnes orant hoc: Pauci enim quærunt ſcientiã viuendi, & pauciores ſapientiam moriendi, & ideò & ſtultè viuunt, & ſtultè moriuntur. *Eccl.* 9. c. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues comprehenduntur laqueo: ſic capiuntur homines in tempore malo *Luc.* 12. c. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: & quæ paraſti, cuius erũt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deo diues. *g* Tota die benedicent ei] cui datur aurũ Arabię. Vndè adhuc benedicim⁹ Sanctos, qui habuerunt copioſè illud aurum, quia habuerunt ſapientiam viuendi, & ſapientiã moriẽdi. Sequitur. *h* Erit firmamentum in terra,] i. in Eccleſia, talis Prælatus habens aurum Arabiæ. *i* Et in ſummis montiũ,] i. erit firmamentum, non ſolũ minorũ, imò & maiorũ. *Eccl.* 49. d. Ioſeph, qui natus eſt homo Princeps fratrũ, firmamentum gentis, rector fratrũ, ſtabilimentũ populi. *k* Super extolletur ſuper Libanum,] i. ſuper mundi cãdorẽ. *l* Fruct⁹ eius,] i. merces laboris eius, q. d. nõ quæret mercedẽ laboris ſui in mũdo, ſed in cælo. *Pſ.* 126. Filij merces fructus vẽtris. *Sap.* 4. a. Adulterinę plãtationes, nõ dabũt radices altas,

In prol. Bibl. c. 8.

 nec ſtabile.

A amatoribus mundi. Sed Sancti super hunc extolluntur, quia calcant & contemnunt totum mundi honorem, & ad æternam claritatem aspirant. *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Septimò, quia inimici eius licet aliquando in præsenti floreant, tamen citò exarescunt. Vndè addit. *a* Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ,] illi, qui sunt de ciuitate mundi de Babylonia, [florebunt] in præsenti, sed fructum non habebit flos eorum, quia [sicut fœnum terræ] quod statim arescit, vnde de his duobus, videlicet, de exaltatione bonorũ, & flore malorum dicit *Iacob.* 1. b. Glorietur frater humilis in exaltatione sua; diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit, exortus est Sol cum ardore, & arefacit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit, ita & diues in itineribus suis marcescet.

& *a* florebunt de ciuitate *b* sicut fœnum terræ. Sit *c* nomen eius *d* benedictum in *e* sæcula : *f* ante Solem *g* permanet *h* nomen eius. Et *i* benedicentur in *k* ipso omnes Tribus terræ : *l* omnes Gentes magnificabunt eum. *m* Benedictus Dominus *n* Deus Israël, *o* qui fecit mirabilia *p* solus. Et benedictum *q* nomen † Maiestatis eius in æternum : & † *r* replebitur, † Maiestate eius *s* omnis terra, *t* fiat, *u* fiat.

al. † gloriæ.
al. † & in sæculum sæculi.
al. † gloria.

Defecerũt laudes Dauid filij Iesse.

Psalmus Asaph. LXXII.

QVàm *x* bonus *y* Israël De⁹,

⊖ Nonne etiam ibi potest fieri bonus fructus? Addit. *a* Et florebunt de ciuitate.] Flos est bonum propositum, quod plerique concipiunt [in ciuitate,] i. in mundo, licet ad claustrum, vel ad Eremum non se transferant, sed visa multorum prauorum turba corrumpuntur exemplo, & flos non facit fructum. Vndè benè dicit : *b* Sicut fœnum terræ] quod citò arescit, vt prædictum est : Vndè significatur per scirpum, qui non crescit supra montes, sed in cœno : & quandoque floret, sed non facit fructum, de quo *Iob* 8. c. Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Propter hoc Ioannes Baptista, quando de ciuitate Ierusalem veniebant ad eum, dicit eis : *Matth.* 3. b. Facite dignos fructus pœnitentiæ, quasi dicat, non tantùm florem.

⁂ nec stabile firmamentum collocabunt, confringentur rami inconsummati & fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum, i. mundana merces. *Ezech.* 18. a. Patres comederunt vuam acerbam, &c. *Matth.* 6. a. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *a* Et florebunt de ciuitate,] i. habentes in mundo, qui est ciuitas Babyloniæ, de qua *Osee* 11. d. Ego sanctus in medio tui & ciuitatem non ingrediar. *Ier.* 48. b. Date florem Moab, quia florens egredietur. *b* Sicut fœnum terræ,] i. citò arescet flos. *Isaia* 40. b. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri : Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos : quia Spiritus Domini sufflauit in illo. *c* Sit nomen, &c.] Sexta pars, vbi monet omnes ad laudandum tantum Regem, qui prædicta operatur. Vndè dicit : [Sit nomen eius,] i. potestas & bonitas, qua ipse nominabilis est. *d* Benedictum] non ad horam, sed : *e* In sæcula,] i. in æternum. Et meritò, quia ipse est æternus, quia. *f* Ante Solem,] i. antequam fieret Sol. *g* Permanet firmum & stabile. *h* Nomen eius.] *Psalm.* 73. Tu fabricatus es Auroram & Solem. Ex hoc sequitur, quod ante Solem erat, ex quo fecit Solem. *Eccl.* 24. a. Ego feci, vt in cœlis oriretur lumen indeficiens, i. Sol, qui dicitur indeficiens, ad differentiam Lunæ, quæ deficit & decrescit. Item meritò debemus eum benedicere, quia ipse est munificus Rex. Vndè sequitur. *i* Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ,] i. munerabuntur charismatibus & donis gratiæ. Benedictio enim sumitur pro munere, vt 1. *Reg.* 25. a. Misit Dauid nuncios ad Nabal virum stultum, vt mitteret ei benedictionem, Dominus noster tam munificus est, vt det omnibus munera. Vndè *Genes.* 22. d. In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Et non dicit, omnes Tribus Israël tantùm, sed generaliter [omnes Tribus terræ.] Vndè quia ita munificus est ad omnes. *l* Omnes Gentes magnificabunt eum,] i. magnum prædicabunt. Et hoc iustum, sicut dicitur *Eccl.* 51. c. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Vel de futuro. *i* Et benedicentur] illi, quibus dicet. *Matth.* 25. c. Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum. *Eph.* 1. a. Omni benedictione spirituali in cœlestibus. *k* In ipso] Christo, sc. in corpore eius mystico. *k* Omnes Tribus terræ.] *Psalm.* 121. Illuc ascenderunt Tribus Tribus Domini testimonium Israël, ad confitendum nomini Domini. [Omnes Gentes beatificabunt eum : secundum aliam litteram. *Iob* 29. b. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi. *m* Benedictus Dñs, &c. Septima pars, vbi agit, quod alios hortabatur facere, scil. Deum laudat. Et primò commendat eum à potentia, cùm dicit : [Dñs.] *Iob* 9. b. Sub eo curuantur, qui portant orbem, i. Principes & Potentes. Secundò commendat eum à bonitate, cùm dicit : [Deus.] Ex bonitate enim magna est, quòd omnia fouet in esse cõseruando, omnia contemplatur regendo, omnia incendit ad amorem inflammando. Hæc omnia importat hoc nomen Deus, quia Deus Latinè idem est, quod Theos Græcè. Theos autem dicitur ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod est ardere : vel à θέειν, quod est fouere : vel ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod est contemplari, vel considerare. Tertiò commendat eum à beneuolentia, cùm dicit : [Israël,] i. videntium Deum. Quartò à mirabili illius operatione, cùm subiungit : Qui facit mirabilia magna. Quintò à singulari prærogatiua, cùm addit : Solus. Notandum ergo, quod dicit *n* Deus Israël,] i. videntium Deum, non cæcorum. 2. *Cor.* 4. a. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. *o* Qui facit mirabilia magna] Dominus fecit mirabilia magna, i. miracula in terra. Et hoc *p* Solus,] quia licet multa miracula fecerint multi Sancti, non tamen propria virtute, vel auctoritate, sicut ipse, qui sua auctoritate faciebat, & cuius auctoritate alij faciebant. Vndè *Ioan.* 15. d. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Item facit mirabilia in cœlo, quia Sancti in ipso admirantur. *Isaia* 60. a. Tunc videbis, & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum. *Iob* 9. b. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus. [Solus.] *Iob* 9. a. Qui extendit cœlos solus, i. Sanctos per charitatem dilatat. Sed quia multi minùs venerantur benefactorem, quàm vindicem : Ideò benè sequitur. *q* Et benedictum nomen Maiestatis eius] in qua iudicabit. *Matth.* 24. c. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & Maiestate. Et in hoc commendat eum à potestate iudiciaria, quam in principio psalmi petierat ei ; & hoc [in æternum.] *r* Et replebitur Maiestate eius omnis terra,] quia omnibus nota erit sua Maiestas, quia sicut dicitur *Matth.* 24. c. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vel sic, [Replebitur Maiestate eius,] i. gloria. *s* Omnis terra,] i. omnes Sancti, quos tunc perfecta gloria replebit. Nunc enim quasi semipleni sunt, quia non habent nisi stolam animæ. Sed tunc replebuntur, quando super addetur stola corporis. In fine ostendit Propheta, quòd non coactus ; sed spontaneus & deuotus ista dixit : Vndè illa adimpleri desiderat, dicens. *t* Fiat.] Et ad maius desiderium exprimendum reduplicat, addens. *u* Fiat.] Notandum autem, quod in Maiestate multa cõueniunt, quæ possint notari his versib⁹.

Septima pars.

Gloria, signa, timor, virtus, persona, potestas.
Magnum, magnificum, plebs, honor, arma, cliens.

EXPOSITIO PSALM. LXXII.

QVàm bonus, &c.] Titulus. [*Defecerunt laudes, vel hymni Dauid filij Iesse, Psalmus Asaph.*] Laudes Dauid filij Iesse sunt laudes, quas faciebat verus populus pro bonis temporalibus. Sed illa defecerunt eis Iudæis, scilicet, quia amiserunt locum & Gentem : Vndè & per consequens illæ laudes defecerunt. Sed fideles, qui Deum quærunt & non temporalia, bona sed æterna, non propter defectum temporalium dimittunt laudare Deum. Vndè addit : [Psalmus Asaph,] i. iste psalmus attribuitur [Asaph,] i. fideli Synagogæ, quæ de Iudæis conuersa Deum laudat pro æternis. Et confitetur statum suum priorem, in quo inceperat laudes eius deficere, quia deficiebat bona temporalia. Et potest sic continuari ad præcedentem psalmũ. Si Christus Rex est, vt in præcedẽti psalmo dicitur : cur igitur boni sic affliguntur, & mali prosperantur. Solut. Quia De⁹ æterna præmia reseruat bonis, ad quę recurrere monemur in hoc psalmo, & ideò nõ remunerat eos in trãsitoriis. Item ita largus est, quod etiã malis dat sua transitoria. Et hoc vtrisq; quia bonus Israël Deus, qui amicis non vult mutare æterna præmia in transitoria : & inimicis, qui amiserunt æterna, non vult subtrahere temporalia. Intentio ergo monere nos, vt æterna amplectamur & pro illis vestiti laudemus, non pro istis transitoriis habendis. Modus Quadripartitus est psalmus. Primò describit malorũ nequitiã, dicens se zelasse prosperitatem eorum, & inde fuisse correctum, & ideò etiam alios corrigit. Secundò suum & aliorũ errorem exponens, dicit se inde reuersum ad melius cõsilium, *ibi* : [Ideò conuertetur.] Tertiò aperit, quid didicit in Sanctuario Dei, *ibi*. [Veruntamen propter dolos.] Quartò comparat præmium cœleste terrenæ voluntati suæ, & se arguit, *ibi* : [Quid. n. mihi est in cœlo.] Dicit ergo Ecclesia fidelium, vel quilibet fidelis. *x* Quàm bonus,] i. valdè bon⁹ & iucundus est. *y* Deus Israël,] i. Deus videntium, i. Pater & Filius & Spiri

Partitio Psalmi.

Sexta pars.

& Filius, & Spiritus sanctus. Pater quia confortat tribulatos. *Nahum.* 1.b. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Item bonus est filius, quia pascit. *Ioan.* 10 b. ego sum pastor bonus. Item bonus est Spiritus, qui dicit. *Psalm.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Sap.* 12. a. O quàm bonus, & quàm suauis est Domine, Spiritus tuus, ideóque eos, qui errant partibus corripis. Et quibus est bonus? *a* His, qui recto sunt corde.] Sunt autem recto corde, qui æterna desiderant. *Thr.* 3. c. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Curuo corde sunt, qui terrena diligunt. Quibus dicitur *in Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde, &c. *Thren.* 1. g. Subuersum est cor meũ in memetipsa. Et his videntur terrena bona esse. Sed rectis corde, videtur solus Deus bonus. *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. Notandum autem, quòd Deus multis modis dicitur bonus.

al. † rectis. al. † commoti. al. † paulominus. al. † in peccatoribus. al. † intuens. al. † declinatio. al. † flagello. al. † laboribus. al. † obtinuit. al. † circumamicti.

† his, qui *a* recto sunt corde. *b* Mei autem *c* pene † moti sunt pedes: † *d* pene effusi sunt gressus mei. *e* Quia zelaui † *f* super iniquos: *g* pacem peccatorum † videns. *h* Quia non est † respectus *i* morti eorum: & *k* firmamentum in † plaga eorum. In † *l* labore hominum non sunt: & *m* cum hominibus *n* non flagellabuntur. *o* Ideò † tenuit eos superbia: † *q* operti sunt iniquitate, & *r* impietate sua.

Deus dicitur bonus.
- Opere
  - Creationis. Vndè *Genes.* 1. d. Et erant valdè bona
  - Iustificationis. *Rom.* 11. c. Vide bonitatem, & seueritatem Dei.
  - Glorificationis. *Eph.* 2. b. Consedere fecit in cœlestibus in Christo, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate.
- Patientia. *Eccl.* 5. b. Altissimus est patiens redditor. 1. *Tim.* 1. d. In memetipso ostendit Christus omnem patientiam. *Rom.* 2. a. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?
- Passiones. *Ioan.* 10. b. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

Sed quia posset aliquis quærere. Tunc est rectus corde? Respondet. *b* Mei autem pene, &c.] quasi dicat, bonus est rectis corde, sed aliquando non fuit mihi bonus, quia non rectus corde eram, sed inclinatus diligens temporalia. Hoc est, quod dicit [Mei autem pedes:] interiores, sc. intellectus, & affectus. *c* Pene moti sunt] de loco suo, i. de Deo, in quo stare debebant. *Eccles.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Eccl.* 11. c. Sta in Testamento tuo. *d* Penè effusi sunt gressus mei] Gressus supra dictorum pedum sunt cogitatio, & desiderium. Intellectus enim graditur per cogitationem; affectus per desiderium Sed hi gressus effunduntur, quando ad diuitias, delicias, & vanitates præsentes se conuertunt. *Thren.* 4. d. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum. *Iob* 30. b. Pedes meos subuerterunt, dissipauerunt itinera mea, & insidiati sunt mihi. Sed in his duobus dicit [penè,] quia homo iustus etsi de his tentetur; non tamen consentit. Vel quantum ad eos, qui ceciderunt, sed surrexerunt dicit [penè] eo quòd non finaliter ceciderunt. Et hoc mihi accidit. [Quia zelaui, &c.] Vel sic. In hoc penè moti sunt pedes, & effusi gressus mei. *e* Quia zelaui] grauiter ferens, & inuidens. *f* Super iniquos] quibus prospera eueniebant. Hoc est, quod sequitur. *g* Pacem peccatorum videns. Zelaui] Contra quod dicit suprà *Psalm.* 36. Noli æmulari malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *Eccl.* 9. c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris: non enim scis, quæ ventura sit subuersio illius [pacem peccatorum videns] Contra *Is.* 57. d. Non est pax impiis, Sol. Triplex est pax, mundi, peccatoris, æternitatis.

Pax triplex. De prima. *Iob* 21. b. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, &c. Hanc habent impij. Secundam verò, & tertiam non habent impij, sed Discipuli Christi. De quibus *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et posset aliquis quærere cum *Ier.* 12. a. Quare via impiorum prosperatur, & quare peccatores habent pacem, qui merentur tribulationem? Et respondet. *h* Quia non est respectus *i* misericordiæ Dei. *i* Morti eorum,] i. Deus non miseretur eis, ita vt puniat eos in præsenti, & liberet à morte æterna, vel in morte peccati sanans vulnera eorum. Vndè addit. *k* Et firmamentum in plaga eorum] supple, non est, i. consolidatio. *Ier.* 30. b. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, non est, qui iudicet iudicium tuum. Hoc est, quod dicit, non est respectus morti eorum, q. d. non est, qui eos corripiat. De hoc respectu. *Sap.* 4. c. Gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in Electos illius *Luc.* 22. g. Respexit Dominus Petrum. Vel sic. [Quia non est respectus eorum] supple [morti eorum,] i. quia non cogitant de morte sua. *Thr.* 1. c. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. *Ecclesi.* 7. d. Fili, memorare nouissima tua, &c. Et firmamentum, supple, est, [in plaga eorum,] quasi dicat, æterna plaga eorum, sicut dicitur *Isa.* 30. g. Erit transitus virgæ fundatus. Et huic expositioni concordat littera *Ieron.* quæ habet sic. [Ideò non recogitauerunt de morte sua, & firma sunt vestibula eorum,] i. peccata, per quæ intrat ad eos diabolus, sicut per vestibulum intratur ad domum. Vel iterum secundum aliam litteram: Quia non est declinatio morti eorum, i. non possunt declinare à morte æterna, nec mors ab eis. Secundum hanc expositionem loquitur Ecclesia in persona maiorum, qui compatiuntur infirmis, & peccatoribus, qui propter suã malitiam damnantur. Vel sic. Quia non est respectus morti eorum, i. quia nullus respicit mortem eorum, qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt: *Iob* 21. b. Non est respectus morti eorum, vt timeant sibi *Eccl.* 38 c. Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Et si fortè aliquando quis respiciat, non est, firmamentum in plaga eorum, i. non firmant intuitum suum. *Iac.* 1. d. Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, i. in morte, vel plaga proximi, considerauit se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuit. Et firmamentum, &c. sicut suprà. Et hoc meritò erit eis: quia hic nolunt laborare, & facere pœnitentiam, vt vitam, & requiem æternam habeant. Vnde sequitur.

De pæn. dist 1. *c. serpens.*

l In labore hominum non sunt.] Labor enim hominis hic debet esse, vt postea ad cœlum veniens ibi perpetuò quiescat. *Iob* 5. b. Homo natus est ad laborem, & auis ad volandum. *Psalm.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Propter hoc dicit Apostol. 2. *Th* 3. c. Si quis non vult operari, non manducet.

m Et cum hominibus] sanctis.

n Non flagellabuntur] in præsenti ad correctionem, sed cum dæmonibus in futuro ad damnationem. *Hebr.* 12. b. Flagellat omnem filium, quem recipit: Quòd si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. Ibi dicit *Gloss. August.* Qui exceptus est à numero flagellorum, exceptus est à numero filiorũ. Iste versus propriè est contra Clericos multos. Vndè *B. Bern.* hunc versum sic exponit.

De petulantia Clericorum.

l In labore, &c.] Hoc ad nullos potiùs arbitror, quàm ad nostri temporis Clericos referendum. Habent enim singula hominum officia aliquid laboris: & aliquid, quod delectet: Sed aduerte prudentiam istorum, qui nouo inter hæc artificio discurrentes, solùm, quod delectat, eligunt, & amplectuntur; quod molestum est, fugiunt, & declinant: Cùm militibus quidem fastus superbiæ, amplam familiam, phaleras equorum, accipitres, & aleas, & huiusmodi frequentant: á mulieribus dependentes à collo muri um pelles, ornatos thalamos, balnea, & omnem mollitiem mutuantur: Cauent omnino loricæ pondus, insomnes castrorum noctes, incerta belloru discrimina, atq; muliebrem verecundiam, & disciplinam, & si quid laboris sexus ille videtur habere, declinantes. Cùm ergo resurgere cœperint homines in ordine suo, vbi putas generatio ista collocabitur? Si diuertere voluerint ad milites, exufflabunt eos, eo, quòd secum minimè labores, & pericula tolerarunt: Sic agricolæ, sic vinitores, & singuli ordines hominem à suis eos similiter arcebunt finibus, vtpote qui in labore hominum non fuerunt. Restat ergo, vt quos omnis ordo expellit pariter, & accusat: illum locum sortiantur, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: Sint. n. necesse est, in labore dæmonũ, qui in labore hominũ non fuerunt. *o* Ideò,] quia fuerunt sine flagellis. *p* Tenuit eos superbia.] Flagella. n. humiliant. Vndè *Iob* 6. a. Sagittæ Dñi in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, i. spiritu elatum superbiæ. Et dicit *Gil.* Quid est, tenuit eos superbia, nisi irretiuit, & implicauit, & inolitæ consuetudinis delicato vinculo obligauit? Laqueus enim est superbia: Vndè *Isaia* 24. c. Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ, sc. formido auaritiæ, quæ semper formidat, ne possessa amittat, & fouea luxuriæ, & laqueus superbiæ. Laqueus autem quandoque tenet auem per pedem, i. virum etiam spiritualem tenet superbia, quandoque per affectum, quandoque per collum, i. per iactantiam, quandoq; per alas, i. per opera, vel per familiã, & parẽtes. *Os* 4. d. Ligauit eum spiritus in alis suis, s. spiritus superbiæ in familia, vel parentela. Nec tantũ tenuit eos superbia, sed & *q* Operti sunt iniquitate] ad proximum. *r* Et impietate sua] ad Deum, q. d. etiam si rumpatur laqueus superbiæ, nõ

tamen effugient, quia [operti sunt, &c.] Et benè operti, quia peccatum est quasi tela, quam orditus est primus homo, & omnes peccatores eam texunt. *Isaia* 25. c. Telam quam orditus est super vniuersas nationes, præcipitabit. *Isaia* 59. a. Telas aranearum texuerunt. Hæc est mala tela, quæ licet operiat, ne videatur lumen, tamen non tuetur à frigore, nec ab æstu. Nec tantùm sicut tela operti sunt iniquitate, sed etiam sicut cute. Vndè dicit *Gil.* Quasi cute quadam, sic induti sunt aliqui praua consuetudine, vt illam dediscere & dissuescere non tam expoliari sit quàm excoriari. Item supra dixit: In labore hominum, &c. Nota, quod est.

- Labor
  - Bonus
    - Christi
      - Patiendo. *Thren.* 3. g. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
      - Prædicando. sup. *Psalm.* 68. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meę.
      - Sustinendo peccatores. *Isaia* 1. d. Laboraui sustinens.
    - Agriculturæ.
      - Ad litteram. *Gen.* 19. c. Cœpit Noë exercere terram.
      - Spiritualiter. *Ioan.* 6. c. Operamini non cibum, qui perit. *Eccl.* 6. b. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad eam, scilicet, sapientiam.
    - Militum
      - Ad litteram. *Matth.* 8. a. Habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit, &c.
      - Spiritualiter. 2. *Timoth.* 2. a. Labore sicut bonus miles Christi.
      - Prælatorum. *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem.
      - Scholarium. *Eccl. vlt.* d. Frequens meditatio carnis est afflictio. *Eccl.* 31. a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cætera.
    - Clericorum.
      - Ecclesiasticorum. *Apocal. secundo* a. Scio patientiam tuam & laborem tuum.
      - Religiosorum. 1. *Thess.* 4. c. Operamini manibus vestris.
      - Parentium. 1. *Tim.* 2. d. Saluabitur per filiorum generationem. *Ioan.* 16. c. Mulier cùm parit.
    - Ministrantium.
      - Nentium. *Exod.* 35. c. Mulieres doctæ dederunt quæ nouerant.
      - Ministrantium infirmis. 1. *Tim.* 5. b. Quæ Sanctorum pedes lauit.
      - Iumentorum. *Eccl.* 6. c. Omnis labor hominis in ore eius, i. fit vt iumentum. *Isaia* 30. b. Onus iumentorum Austri, i. gulosorum.
  - Malus
    - Bestiarum
      - Camelorum, i. diuitum. *Isaia* 30. b. Portantes super gibbum camelorum thesauros suos *Matth.* 19. c. Faciliùs est camelum intrare, &c.
      - Asinorum, i. stultorum. *Deut.* 22. b. Non arabis in boue & asino.
      - Boum. *Deut.* 25. a. Non obturabis os bouis triturantis.
    - Conopum
      - Apum, qui sunt hæretici habentes mel in ore, aculeum in cauda. *Isaia* 7. c. Sibilauit Dominus Muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti: & Api, quæ est in terra Assur.
      - Muscarum, i. inuidorum, qui carnem sanam transeunt & vlceri incidunt. *Exod.* 8. f. Venit Musca grauissima in domo Pharaonis.
      - Formicarum, i. auarorum. *Prou.* 30. d. Formicæ populus infirmus, &c.
      - Scabronum, i. ambitiosorum. *Exod.* 23. d. Emittens scabrones priùs.
      - Locustarum, i. adulatorum. *Exod.* 10. d. Flare fecit ventum vrentem, & facto mane ventus vrens leuauit locustas. Conopes dicuntur, quorum pedes tendunt in conum & acutum.
    - Belluarum
      - Leonum, i. prædonum. *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in eremo, sic pascua diuitum pauperes.
      - Piscium, id est, curiosorum.
      - Maris. *Isaia* 57. d. Impij quasi mare feruens.
      - Dæmonum. *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via perditionis.

a Prodiit quasi, &c.] Quasi quis quæreret: Vndè ortum habet ista iniquitas? subiungit: [Prodiit quasi ex adipe,] i. ex abundantia *b* Iniquitas eorum] multiplex.

- Videlicet.
  - Superbia. *Prou.* 8. b. Opes superbiæ. *Gregor.* Apostema tumoris facit abundantiam humoris.
  - Oblitio Dei. *Osea* 13. b. Adimpleti sunt, & saturati leuauerunt cor suũ, & obliti sunt mei.
  - Contemptus Dei. *Iob* 15. c. Contra omnipotentem roboratus est, & cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
  - Ingratitudo. *Isaia* 45. a. Accinxi te, & non cognouisti me.
  - Transgressio præceptorum Dei. *Ier.* 5. g. Impinguati sunt & ditati, & præterierunt sermones meos pessimè.
  - Luxuria. *Ier.* 5. b. Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.
  - Petulantia, i. inordinatio in vestitu, & habitu & gustu: *Deut.* 32. d. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.
  - Iurgia & rixæ. *Gen.* 13. b. Erat quippe substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter. Et facta sunt iurgia inter pastores gregum Abraham & Loth. *Deut.* 33. d. Dan fluet largiter ex Basan. Dan causa, Basan pinguedo interpretatur.
  - Oppressio pauperum *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in eremo: sic pascua diuitum pauperes.
  - Timor ineptus. *Iob* 15. c. Sonitus terroris, semper in auribus eius: & cum pax sit, semper insidias suspicatur. *Seneca.* Videt pauperem & suspicatur furem: Videt diuitem, & æstimat prędonẽ.

a Prodiit quasi ex adipe *b* iniquitas eorum *c* transierunt in † *d* affectum cordis. *e* Cogitauerunt, & *f* locuti sunt † *g* nequitiam: *h* iniquitatem in † excelso locuti sunt. *i* Posuerunt in cœlum *k* os suum: & *l* lingua eorum transiuit † in terra.

al. † dispositionem. *al.* † malignitatem. *al.* altum. 22. *dis. c.* in *tantum.* *al.* † super terram.

sequitur. *c* Transierunt] de terra via. *d* In affectum cordis] vt post concupiscentias suas irent. *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas & à voluntate tua auertere. *Isaia* 58. d. Glorificabis Deum, dum non facis vias tuas: & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem. Nec ex ignorantia & ex improuiso peccauerunt, sed ex deliberatione & consilio. Vndè sequitur. *e* Cogitauerunt] in corde. Ecce deliberatio. *f* Et locuti sunt in ore. Ecce cõsilium malum. *g* Nequitiam.] *Eccles.* 17. d. Quid nequius, quàm quod excogitauit caro & sanguis? *Prou.* 26. d. Septem nequitiæ sunt in corde eius, i. septem vitia criminalia. *Luc.* 11. d. Assumit septem spiritus secum nequiores se. Locuti sunt autem non mussitantes, sed altè & apertè. Vndè addit. *h* Iniquitatem in excelso locuti sunt,] i. in apertò. Quod enim in excelso, ponitur in aperto. Hoc faciunt, vel facere solebant hæretici, qui in aperto prædicabant hæreses, & in excelso, ad litteram, i. in alto pulpito. Vel sic. [In Excelsum,] i. contra Excelsum. *Iob* 12. b. Audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manibus eorum. Et determinat, quomodo contra Deum locuti sunt. *i* Posuerunt in cœlũ,] i. contra Deum & cœlestia. *Dan.* 7. g. Sermones contra Excelsum loquetur & Sanctos Altissimi conteret. *k* Os suum] blasphemãdo. *Iob* 21. b. Quis est Omnipotens, vt seruiamus ei. *l* Et lingua eorum transiuit] vsque ad cœlum sic blasphemando. [Lingua] dico, manẽs, [in terra,] q. d. excedunt in loquendo. Cum enim sint terreni, & fragiles, non deberent ponere os in cœlum. In hic ergo duobus versibus notantur quinq; genera peccatorũ. [Cogitauerunt.] Ecce peccatum cordis.] Et locuti sunt.] Ecce peccatum oris. [In excelso.] Ecce peccatum læsæ Maiestatis, vel blasphemia. [Posuerunt in cœlum os.] Ecce peccatum temeritatis. Et lingua eorum, &c.] Ecce peccatũ detractionis, vt sic exponatur: [Et lingua eorum transiuit in terra] in peccatores, vt detrahant, vt de eis possit dici illud *Gen.* 3. c. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Vel potest exponi versus iste contra eos qui suis Prælatis & viris spiritualibus detrahunt. *i* Posuerunt in cœlum os suũ] contra illud *Ex.* 22. d. Diis non detrahes: Non dicit, nõ resistes, quia licet maioribus resistere, sicut *Gal.* 2. c. Restiti Cephæ in faciem. Quare? quia reprehensibilis erat. *Eccl.* 4. c. Non reuerearis proximũ in casu suo. [In cœlũ] ergo ponũt os, minuendo bona, quæ in suis maioribus, vel in viris spiritualib⁹ vidẽt: [Et lingua eorum transiuit in terra] quia si quod terrenũ in eis est, illud versant & ostendũt. *Aliter.* Vel in bono sic, Prædicatores ponũt, os in cœlũ, quãdo in oratione familiariter Deo loquũtur. Et postea [lingua eorũ trãsit in terra *Aliter.*

in terra] cùm prædicant peccatoribus. Vndè sequitur. [Ideo conuertetur populus meus hic.] Rimantur enim & versant terrenos peccatores vomere prædicationis, & in eis vitia extirpant, & virtutes seminant. *Iud.* 3. d. Saugar percussit sexcentos viros vomere, sc. multò plures, quàm Aioth gladio. Vomer est grossa prædicatio, gladius subtilis. Et vtilior est vomer, quam gladius.

a Ideò † *b* conuertetur populus meus † hic : & *c* dies *d* pleni inuenientur in *e* eis. Et *f* dixerunt : quomodo scit Deus : & si *g* est scientia in † Excelso ? *h* Ecce ipsi peccatores & *i* abundantes, in sæculo *k* obtinuerunt diuitias. Et *l* dixi : *m* ergo *n* sine causa iustificaui cor meum : & *o* laui inter innocentes manus meas. Et *p* fui flagellatus *q* tota die;& † *r* castigatio mea in matutinis. Si *s* dicebam: *t* narrabo *u* sic: ecce † *x* nationem filiorum tuorum *y* reprobaui.† *z* Existimabā, vt cognoscerem hoc, *a* labor est

al. † reuertetur.
al. † huc, cum.
al. † fruit.
al. † Altissimo.
al. † argutio.
al. † generationem.
al. † Et suscepi cognoscere.

a Ideò, &c.] Secunda pars in qua ostendit se conuersum ab errore, in quem inciderat propter prosperitatem malorum antequam ipsorum conditionem & interitum proximum agnosceret, quæ qui cognoscit, de facili conuertitur ad Dominum. Vndè dicit. [Ideò,] i. quia prædicta mala in eis cognouit. *b* Conuertetur populus meus] vt conueniat mecum. *c* Hic,] i. in eadem sententia, scil. in contemptu sæculi. *Nahum.* 3. b. Dicitur de Niniue. Omnis, qui viderit te, resiliet a te. Niniue interpretatur speciosa, & significat mundum, & non tantùm conuertetur propter malum vitandum, sed & propter bonum æternæ vitæ adipiscendum. Vndè addit.

d Et dies pleni inuenientur] in futuro. *e* In eis,] id est, dies æternitatis pleni omni gaudio & suauitate. *Iob* 5. d. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore messis. *Iob* 42. d. Mortuus est Iob senex & plenus dierum. Modò sunt dies vacui ab his. *Iob* 7. a. Ego habui menses vacuos & noctes laboriosas enumeraui mihi. *Chrysost.* Sic computet quis tempus suum & diaria & dietas suas, quid omni die recipit à Domino, quid fecerit pro Deo, inueniet omni die Deum præstitisse mercedem operis seruo, scil. cibum, vestem, sanitatem, potestatem, facultatem, & huiusmodi omnia; nos verò quantum temporis expendimus in rebus superuacuis? Vel de falsa conuersione potest legi. *a* Ideo [scil. propter linguam malam, de qua præmissum est. *b* Conuertetur quantum ad exteriorem apparentiam [populus meus] Multi enim quandoque conuertuntur magis timore linguarum, & ideò dicit *c* Hic, q. d. non verè, sed apparenter. Et huic expositioni concordat id, quod sequitur, secundum aliam literat.] Et quis plenus inuenietur in eis] q. d. nullus *Daniel.* 5. g. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Et posset quæri, vnde conuertetur populus. Ideò ostendit duplicem errorem, à quo conuertendi sunt. Primò, quia dicunt Deum nescire hæc inferiora. Vnde dicit. *f* Et dixerunt, quomodo scit Deus] Et in hoc notantur duo vitia, scil, curiositas inquirendi, quomodo scit Deus. Impossibile est enim hominem scire modum sciendi Dei. Et blasphemia etiam hic notatur, quo dubitant, an Deus sciat hæc inferiora. *Isa.* 40. g. Quare dicis Iacob & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino? *Iob* 22. b. Quid enim nouit Dominus? Et quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, circa cardines cœli perambulat. Ecce illa duo, quomodo scit, & si scit. Secundus error est, quia dicunt quod etiam si sciat Deus omnia, non tamen curat hæc inferiora. Vnde addit, quod dixerunt. *g* Et si est scientia in Excelso] quasi dicat nunquid ipse, qui est Excelsus, curat de terrenis? *Ezech.* 8. c. Dicunt enim, non videt Dominus nos: dereliquit Dominus terram. Et sequitur ibi pœna. Igitur non parcet oculus meus, supple, quia dicitis me non videre, *Eccl.* 16. c. In populo magno non agnoscar. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Et etiam quasi causam erroris sui assignantes dixerunt. *h* Ecce ipsi, &c. obtinuerunt] sc. violenter, [diuitias quasi dicat, si Deus ista inferiora sciret, aut curaret, non sustineret, quod per violentiam haberent diuitias ipsi peccatores, qui digni non sunt pane, quo vescuntur. *i* Et adundantes in sæculo] qui non indigent, *Iob* 12. b. Abundant tabernacula prædonum, *Iob* 21. a. Quare impij viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitiis [Et abundantes in sæculo] non in cœlo, non in Deo. *Luc.* 12. d. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. *k* Obtinuerunt] per vim. *Iob* 22. b.

Aliter.

In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam: *Sap* 2. c. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. Sed quid erit talibus *Luc.* 12. c. Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te: & quæ parasti cuius erunt: *Eccl.* Substantia superbi eradicabitur. *l* Et dixi] antequam conuerterer, cùm solum terrena quærebam.

m Ergo] s. ex quo peccatores habent ita prosperitatem, & non ego, *n* Sine causa iustificaui cor meum] i. in vanum. *n* Et frustrà [laui inter innocentes manus meas] i. frustrà mundaui, & cogitationes & opera, Sic dicunt multi, quibus videtur, quod amiserint operas suas nisi remunerentur in temporalibus, *Iob.* 21. b. Quid nobis prodest, si orauerimus Deum? *Malac.* 3. d. Dixistis, Vanus est omnis, qui seruit Deo: & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius? [Et laui inter innocentes manus meas] *Iob* 20. d. Saluabitur innocens: saluabitur autem munditia manuum suarum. Lauandæ sunt manus à stercoribus pecuniæ, & luto luxuriæ & pice inuidiæ. Quæ etiam si lauētur, adhuc tamen remanet fœtor. *Ierem.* 2. c. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua. Multi etiam lauant manus, sed non lauant pedes, id est, affectus, *Iob* 9. e. Si lotus fuero velut aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen sordibus intinges me. Ideò dicit Dominus *Ioan.* 13. b. Qui lotus est, non indiget: nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Quomodo autem lauetur, subiungit, sc. per pœnitentiam. Vnde dicit. *p* Et fui flagellatus] flagello pœnitentiæ, *q* Tota die] non ad horam. Semper enim debet esse homo in pœnitentia, vel per ieiunium, vel per orationem, vel per cilitium, & huiusmodi. *Eccl.* 22. a. Flagella & doctrina in omni tempore sapientia. *Et.* 30. a. Qui diligit filium suum, assiduat ei flagella filius est affectus, pater liberum arbitrium, mater concupiscentia. Et pœnitentia non tardè incepta est. Vnde dicit. *r* Et castigatio mea in matutinis] i. ab initio diei vitæ meæ, sicut *Matth.* 20. a. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. *Psal.* 5. Mane astabo tibi, *Thr.* 3. c. Bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Vel [In matitudinis] laudibus, vbi de nocte surgentes, & vigilantes viri sancti castigant corpus suum. *Eccl.* 31. a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Hæc ergo omnia dixit se frustra fecisse propter hoc, quod malos videbat prosperari in mundo. Sed ostendit se reuersum ab hoc errore suo, & solutionem inuenisse. Vnde addit.

s Dicebam] in corde,
t Narrabo] in ore:
u sic) aliis, sicut hæsito in corde meo.
x Nationem filiorum tuorum] id est. Sanctorum omnium.
y Reprobaui,] i. reprobos ostendit, q. d. non vsque ad hoc, procedet hæsitatatio mea, quod aliis prædicem impunitatem peccatorum, & vanam esse pœnitentiam. Peius est enim malum narrare, quàm cogitare: quia narratio alios inficit; cogitatio autem tantum se. 1. *Cor.* 15. d. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Et ideo hoc non faciam; quia si facerem, vitam Sanctorum reprobarem, qui hic nullas prosperitates sequuntur, & omnes molestias amplectuntur. 1. *Cor.* 15. c. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et ostēdit se istam solutionem & veritatis cognitionem non à se inuenisse, sed à Deo. Vnde addit. *z* Existimabam, vt cognoscerem] i. putabam primò, citò inuenire veritatem. Sed. *a* Hoc labor est ante me,] i. supra me.

Δ donec intrem

z Existimabam, &c. Hoc potuit dicere Adam post peccatum, vel etiam genus humanum pro Adam [Existimabam, vt cognos.] bonum & malum comedendo de pomo, *Genes.* 3. a. Eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Sed. *a* Hoc labor, &c.] quia inde securus est. — *De Adam vel generi humano.*

Θ omnis sa-

z Existimabam, &c. Hoc potest dicere, qui magnam habens scientiam, conuertit se ad meditationem & imitationē Passionis Christi [Existimabam] aliquando hoc [vt cognoscerem] i. studendo acquirerem magnam scientiam & essent magnus Clericus. Sed iam nolo. Et quare? *a* Labor] sc. labor Christi [est ante me] i. coram me ad me meditandum, nec aliud volo scire, sicut dicit, Apostolus 1. *Cor.* 2. a. Nihil reputaui. — *De valde doctis.*

* me scire

z Existimabam, vt cognoscerem, &c.] Hoc possent dicere multi Clerici, præcipuè Theologi, qui præsumunt se statim habere vel habituros esse scientiam Scripturæ diuinæ. Sed. *a* Hoc labor est] *Eccl.* 1. d. — *De Clericis.*

Δ Dedi cor

Itē sic. *z* Existimabā, &c.] vel suscepi cognoscere, i. proposui studere. Et *a* Hoc labor est ante me] scilicet studium — *Aliter de Clericis.*

* aut student

a Donec intrem] per veram fidem & charitatem.
c In Sanctuarium Dei,] i. in Christum, in quo, vt dicitur *Col.* 2.a. Sunt omnes the auri sapientiæ & scientiæ absconditi. Vndè *ibid.* præmittit Apostolus: Instructi in charitate & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij Dei Patris Christi Iesu, in quo sunt, &c. In hoc Sanctuario bene inuenitur solutio præmissæ hæsitationis. Cũ enim ipse esset summè sapiens, omnes sæculi diuitias & prosperitates contempsit, & omnia mala sæculi sustinuit.

al. † introeã.
al. † nouissima:
al. † dolositatem.

† ante me. a Donec † b intrem in c Sanctuarium Dei : & d intelligam in † e nouissimis eorum. f Veruntamen g propter † dolos b posuisti eis :

d Et] donec, [intelligam,] i. attentè considerem.
e In nouissimis eorum] tam bonorum, quàm malorum. Nouissima enim bonorum sunt in fœlicitate. *Eccl.* 1. b. Timenti Deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Propter hoc dicebat Balaam. *Num.* 23. b. Moriatur anima mea morte Iustorum: & fiant nouissima honorum similia. Nouissima autem peccatorum sunt in miseria & paupertate. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, &c. *Psalm.* 33. Mors peccatorum pessima. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Qui ergo bene intelligeret in istis nouissimis, bene cognosceret, quòd ista prospera non sunt appetenda. *Deut.* 32. d. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. *Eccl.* 7. d. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.
⊖ omnis labor & dolor generi humano.
a Donec] per acta vita ita & pœnitentia facta.
b Intrem] post mortem.
c In Sanctuarium Dei,] i. in Limbum, vel in cœlum post Christi Passionem, sicut dictum est, ei. *Genes.* 3. d. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.
* me scire inter vos nisi Dominum Iesum Christum, & hunc crucifixum. Hic est liber vitæ, in quo addicitur ars viuendi, in quo deberet studere & legere frequenter omnis, qui vult habere artem viuendi: Vndè *Iob* 31. d. qui volebat bene viuere, dicebat: Librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum gutturi meo, quasi coronam mihi, per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi Principi offeram eum.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in cœlum, quando omnia sciam.
Δ Dedi cor meum, vt scirem prudentiam atque doctrinam: & agnoui, quòd in his esset labor & afflictio spiritus, scilicet, in studio. Studium enim est labor maximus, licet nihil sit similius otio. Et est [ante me,] quasi dicat, semper fugit scientia & elabitur, sicut vmbra hominis semper fugit ante ipsum, si velit eam apprehendere; sic scientia. *Eccl.* 8. d. Quantò plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Item *Eccl.* 7. c. Dixi sapiens efficiar & ipsa longiùs recessit à me. *Item* 8. d. Est homo, qui diebus, ac noctibus somnum non capit oculis; & intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ sunt sub Sole: & quantò plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Nec sufficit labor studij sine gratia. Vndè sequitur.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] id est, vt sim de Ecclesia Dei merito, non tantùm numero. *Sapient.* 1. a. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Nec etiam in hypochritis. Vndè ibi sequitur: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. 1. *Cor.* 8. a. Si quis existimat se scire aliquid, nondum cognoscit, quomodo oporteat eum scire, scilicet, per gratiam & laborem studij & exercitium scholasticum. Vel sic. [Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in cœlum, quasi dicat, licet homo etiam multùm laborauerit, non tamen acquiret perfectam scientiam, donec perueniat illuc, vbi sibi labore omnia cognoscet in Deo. 1. *Cor.* 13. d. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.
* aut studendi propositum.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in prælationem Ecclesiasticam. *Deut.* 23. a. Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis & abscisso veretro, Ecclesiam Dei. *Ioan.* 10. a. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde; ille fur est, & latro. *Ezech.* 44. b. Posuistis custodes obseruationum mearum in Sanctuario meo vobismetipsis. *Ezech.* 7. f. Violabunt arcanum meum, & intrabunt in illud emissarij. Et notandum super illud verbum: [Ecce nationem filiorum tuorum reprobaui] quòd aliquis est filius Dei multis modis, scilicet.

Filius Dei quis efficitur per
- Creationem. *Iob* 1. b. Cùm venissent filij Dei, & assisterent coram Domino.
- Adoptionem. *Rom.* 8. c. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.
- Fidem. *Gal.* 3. d. Omnes enim filij Dei estis per fidem. *Ioan.* 1. a. Dedit eis potestatem filios Dei fieri.
- Obedientiam. *Ecclesiastic tertio* a. Natio eorum obedientia & dilectio, & cætera.
- Charitatem. 1. *Ioan.* 3. a. Videte, qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.
- Imitationem. *Ephes.* 5. a. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.
- Vitationem peccati. 1. *Ioannis tertio* b. Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat.
- Victoriam mundi. *primo Ioannis quinto* a. Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum.
- Pœnitentiam. *Osea* 1. d. In loco vbi dicetur eis, non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis.
- Contemplationem. *Apoc.* 2. e. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos, tanquam flammam ignis.
- Verbum Dei. *Iacob* 1. c. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.
- Baptismum. *Ioan.* 3. a. Oportet nasci denuò. Et *ibidem*: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, & cætera.
- Resurrectionem. *Luc.* 20. f. Filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis.
- Quæstionem. *Psalm.* 23. Hæc est generatio quærentium eum.
- Lucem. *Ioannis decimo secundo* f. Vt filij lucis sitis.
- Spem. 1. *Petr.* 1. a. Regenerauit nos in spem viuam.
- Glorificationem. 1. *Ioan.* 3. a. Charissimi, nunc filij Dei sumus; sed nondum apparuit, quid erimus: Scimus autem, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. *Sap.* 5. a. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.
- Inimicorum dilectionem. *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.

f Veruntamen, &c.] Tertia pars, vbi ostendit, quid in Sanctuario didicerit. Et multa sunt, quæ ibi didicit. Primum est, quòd diuitiæ magis obsunt malis, quàm prosunt. Vndè dicit: [Veruntamen,] quasi dicat, labor fuit ante me, vt cognoscerem, &c. [Veruntamen] tantùm laboraui quod hæc didici, scilicet, quòd.
g Propter, &c.] quos faciunt aliis.
b Posuisti eis,] i. ista temporalia ad tempus concessisti eis, vt scilicet, exigentibus dolis & peccatis eorum bona habeant præsentia, & futuris priuentur. Propter quod dicitur *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, i. in Ecclesia. *Et Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Vel. [Propter dolos,] i. vt ipsi ibi decipiantur, non quia Deus intendat eos decipere; sed ipsi se decipiunt illicientes se creaturis & donis Dei, & ipsum Deum & æterna non quærentes. *Sapient.* 14. b. Creaturæ Dei factæ sunt in odium & in tentationem animæ hominum & in muscipulam pedibus insipientium; quia sicut in muscipula capiuntur mures propter escam, quam ibi quærunt; ita homines deserentes Creatorem, & voluptatem quærentes in creaturis. Et dicit: [Posuisti] non dedisti, quia talis datio nihil est aliud, quàm quædam ∧ falsa positio

Item sic. *Aliter.*
f Veruntamen propter dolos] populi puniendos. b Posuisti eis] malos Prælatos. *Iob* 34. d. Et super Gentes & super omnes homines, qui regnare facit hypochritam, i. Antichristum, vel malum Prælatum, propter peccata populi. *Dan.* 8. g. Dirigetur dolus in manu eius, & cor suum * magnificabit.

a deiecisti eos, dum † alleuarentur. b Quomodo facti sunt in desolationem, c subito defecerunt d perierunt e propter iniquitatem suam. f Velut somnium † surgentium: g Domine in ciuitate tua † h imaginem ipsorum i ad nihilum rediges.

† extollerentur.
† eturgentium.
† magnatorum.

A falsa positio. Sicut solet fieri in disputationibus, vbi ponuntur quædam falsa gratia disputationis ad tempus. Sic Dominus, quando fit aliquis Episcopus, tunc idem est, ac si dicat ei Dominus, ponatur te esse Episcopum, vel Regem, vel diuitem, & huiusmodi. Sed sic est in falsa positione, quòd ille qui facit positionem, scilicet, opponens, habet potestatem deponendi, dicendo, cedat tempus; & non ille, cui fit positio. Vnde *Eccles.* 32. Rectorem te posuerunt, noli extolli, quia cito veniet tempus depositionis *Isa.* 22. f Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te, &c. Tempore positionis concedendum est, quicquid sequitur ex positione, id est, obediendum est Episcopo, dum est Episcopus, in omnibus, quæ pertinent ad cathedram. *Matth.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite, &c. Ita Dominus quando vult, ponit nobis ista, & quando vult, deponit. *Iob* 1. d. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. *Ioan.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Si de anima, ergo multò fortiùs de rebus exterioribus. Ipse dixit. Cedat tempus, illi diuiti. *Luc.* 12. c. cui dixit. Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: & quæ parasti, cuius erunt? quasi dicat Dominus, cedat tempus, facta positione possibili, concessistis impossibile, ergo malè. Quod enim facta fuisset positio, ipse loquens animæ suæ præmittit, dicens Anima, habes multa bona posita in annos plurimos. Cùm dicit, posita, concedit positum: cùm dicit, in annos plurimos, concedit falsum sequens ex posito: cùm autem addit requiesce, &c. concedit impossibile, quia in diuitiis non potest esse quies. Nam in acquirendo labor est, in possidendo timor, in deserendo dolor. *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Hoc est primum, quod intellexit, scilicet, quòd diuitiæ non prosunt, sed obsunt. vnde *Eccl.* 5. e. Est alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. Secundum, est quòd honores nihil prosunt. Vnde addit.

a Deiecisti eos, dum alleuarentur] Id est, simul eleuasti, & deiecisti, sicut in lucta luctator simul eleuat socium suum, & deiicit. *Iob.* 24. d. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. *Ib.* 30. c. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè: *Psal.* 36. Quemadmodum fumus deficiente. Fumus enim simul eleuatur & deficit.

Alias, * magnificabit, & in copia omnium rerum occidet plurimos, id est, donis seducet.

a Deiecisti eos] de prælatione, & potestate sua: id est, deiicies: *Isaie* 11. a. Spiritu labiorum suorum interficies impium. *Psalm.* 139. In ignem deiicies eos, in miseriis non subsistent. Tertium, quod intellexit, est, quòd desolabuntur ab amicis maxime in morte: Vnde admirans subiungit.

b Quomodo facti sunt in desolationem?] In morte, scilicet: Nullus enim tunc eos iuuat. *Isa.* 14. e. Quasi cadauer putridum non habebis consortium, dicitur ad Nabuchodonosor, quia etiam si Rex sit homo, nihilominus quando mortuus est, abominabilis est omnibus. *Threnor.* 1 a. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, scilicet, animam mortui: *Ierem.* 25. g. Facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, &c. *Ezech.* 35. a. Dabo te in desolationem, atque desertum, vrbes que tuas demoliar, &c. Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam. Quartum est quod fortitudo quæcumque temporalis cito perit: Vnde addit;

c Subitò defecerunt,] quasi dicat: licet desolatio sequatur in morte; non esset tamen mirum si diu possent viuere in deliciis, si tunc diuitias, & delicias, & honores appeterent. Sed hoc summa stultitia est, quia eas appetunt, & quærunt; & tamen subitò deficiunt, tam ipsi appetentes, quam ipsa appetita. *Ezech.* 13. b. Ecce cecidit paries, nunquid non dicetur vltrà, vbi litura, quam liniftis? Paries, corpus nostrum est: linitur, quando fouetur: linitur, quando pretiosis vestibus, & pictis, vel tinctis tegitur. Sed stultum est pretiosos colores apponere parieti ruinoso: *Iob* 5. a. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudi eius statim. *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Quintum, quod intellexit, est, quòd tales expectat mors æterna. Vnde addit.

d Perierunt] æternaliter, non iniustè, sed

e Propter iniquitatem suam.] *Iob* 6. c. Tempore, quo fuerint dissipati, peribunt. Tempus dissipationis est mors, in qua fit dissipatio, & diuisio, quia tres dissipantur à parentibus, vel potentibus, anima a Dæmonibus, corpus à vermibus. *Eccles.* 10. b. Cùm enim morietur homo, hæreditabit vermes, bestias, & serpentes. Ecce illa terna dissipatio. Hæc tria mala, quæ in hoc versu continentur, etiam in anima in præsenti fiunt. Prima desolatio, quando caret consolatione. *Psalm.* 41. Quare tristis es, anima mea, &c. Hanc autem sequitur defectus à bono; defectum verò sequitur perditio. Primum acidiæ, secundum pigritiæ, vel torporis, tertium est desperationis. Primum impedit incipientes: Secundum opponitur proficientibus: Tertium, perfectis. Sextum, quod intellexit, est, quòd omnia ista temporalia sunt falsa, & vana. Vnde dicit.

f Velut somnium surgentium.] Et hoc est determinatio eius, quod præmisit, (subito defecerunt,) scilicet, ipsi diuites, vel diuitiæ, [velut somnium surgentium, id est, sicut quando aliquis somniauit se esse in multis diuitiis, vel deliciis, vel honoribus, cùm euigilat, & surgit de somno, intelligit, quòd illa non habebat in veritate, sed somnium, & vanitas erat: Sic illi diuites, qui modò dormiunt, & quiescunt in istis temporalibus, quando in morte euigilabunt: tunc percipient se non in veritate fuisse diuites, sed sicut per somnium. Vnde *alibi in Ps.* 75. Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. *Isa.* 29. b. Sicut somniat esuriens, & comedit; cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, &c. Sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. *Iob.* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet, apprehendet eum, quasi aqua, inopia. Et hoc apertiùs dicit, cùm subiungit.

g Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges,] id est, gloriam temporalem, quæ sicut imago apparet in isto somnio: Sed hanc excutiet euigilatio. Et hoc facies [in ciuitate tua] superna Ierusalem, vbi non erit somnium, sed veritas. Et cùm ipsi euigilantes surgant in morte, vel in iudicio, dicentes: Aperi nobis, tunc [imaginem ipsorum ad nihilum rediges,] quia nec ampliùs somniabunt, nec ad veritatem in ciuitatem tuam intrabunt. *Matth.* 25. a. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt, media autem nocte, dum omnes dormirent, clamor factus est: ecce Sponsus venit, exite obuiam ei: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè autem venerunt, & reliquæ virgines, scilicet, somniatrices, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Sic accidit somniantibus huius mundi. *Eccles.* 34. a. Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Item de Prælatis malis. *De Prælatis malis.*

f Velut somnium surgentium] transibit dignitatis eorum gloria. *Iob.* 20. b. Velut somnium auolans, non inuenietur, sicut visio nocturna.

g Domine, in ciuitate tua, id est, in Ecclesia tua.

h Imaginem ipsorum, id est, ipsos Prælatos inutiles, qui sunt quasi imagines, quia adorantur, vt Dij *Psal.* 113. Os habent, & non loquuntur, prædicando, vel cantando. Quid ergo faciunt de ore? Manducant, & bibunt copiosè, & splendidè. *Eccles.* 30. c. Quid proderit libatio idolo? Neque enim manducabit, neque adorabitur. *Zac.* 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Istas imagines.

i Ad nihilum rediges.] *Isaie* 41. g. Ventus, & inane simulachra eorum. *Isaie* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouentur omnia simulachra Ægypti, id est, mundi. *Osea.* 13. b. Erunt sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Vel moraliter de ciuitate religionis.

g Domine, in ciuitate tua,] id est, in religione, vbi debet esse ciuium vnitas in habitu exteriori, & in homine interiori. *De Religione.*

h Imaginem eorum, scilicet, temporalium imaginationes.

i Ad nihilum rediges,] quia ibi non debent cogitare de sæcularibus, vel temporalibus, sed solùm de æternis. *Ps.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Philippen.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est.

Possunt

Alleg. A *a* Et saluos faciet filios pauperum,] id est, imitatores Apostolorum, qui verè pauperes fuerunt. *inf.* Animas pauperum saluas faciet. *c* Et humiliabit calumniatorem,] id est, Diabolum, qui innocentes calumniatur, instigando vt eos in peccatum trahat & eis falsa crimina imponit.

Hunc humiliauit Deus in sua Passione, quia magnam potestatem ei abstulit. Hunc quotidie humiliat in tentationibus Sanctorum dando Sanctis victoriam de illo. Hunc omninò humiliabit in iudicio, quando præcipitabit eum in supplicium æternum.

puli, & *a* saluos faciet *b* filios pauperum: & *c* humiliabit *d* calumniatorem. Et *e* permanebit *f* cum Sole, & *g* ante Lunam, † in *h* generatione & generationem. † *i* Descendet *k* sicut pluuia in *l* vellus: & sicut † *m* stillicidia stillantia super terram.

al. † generationes generationum. *al.* † Et. *al.* † guttæ. *al.* † stillantes.

Vndè *Apoc.* 12. c. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte. Vel per calumniatorem, quemlibet peccatorem intellige, quem tunc humiliabit Dominus dicens: Ite maledicti, &c. Posteà commendat eum ab æternitate, cum dicit.

Matth. 25. *d.* *e* Et permanebit cum Sole,] id est, cum Patre, ipse splendor eius quasi dicat. Humiliato calumniatore, non deficiet, sed coæternus Patri permanebit in æternum.

g Et ante Lunam, id est, Ecclesiam, quasi dicat non solus habebit æternitatem, & beatitudinem, sed Sancti cum eo, quibus erit vita æterna, vt cognoscant Deum, & quem misit, Iesum Christum. *h* In generatione, & generationem, id est, sine fine. Vel sic.

Ioan. 17. *c.* *e* Permanebit cum Sole,] id est, quandiu voluentur tempora, quæ iuxta cursum Solis mutationem & distinctionem habent, Permanebit, dico, non tantùm in se, quod vtique non esset ei magnum, sed permanebit in Ecclesia sua. *Matth. vlt.* d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et in se, permanebit ante Lunam, id est, ante mutabilitatem mortalium, id est, ante omnem creaturam. Vndè *Prou.* 8. c. dicit sapiētia, i. filius. Antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum (Permanebit ergo [cum Sole] quia perpetuus. [Et ante Lunam] quia æternus. *Apoc.* 1. b. Ego sum alpha & omega.

Moral. * audietis vt magnum. *a* Et saluos faciet populos pauperum] quibus calumniatores diuites volunt auferre illud modicum, quod habent. *c* Et humiliabit,] id est, confundet. *d* Calumniatorem] qui iniustè impetit pauperem. *Psal.* 81. Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate: eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. *Iob.* 35. b. Filium hominis adiuuabit iustitia tua: propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij Tyrannorum. Item: Calumniatores, sunt Aduocati, & litigatores, quos debent Prælati, & præcipuè Summus eorum humiliare, non eleuare, & multiplicare per noua iura. *Apoc.* 16. c. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ tres Spiritus immundos exisse in modum ranarum. Et prodeunt ad Reges totius terræ, congregare illos in prælium. Item Prædicator indicabit in sermone, id est, damnabit, & arguet, non tantùm malos diuites, & malos Prælatos, sed & pauperes populi, non Dei, qui, scilicet, inuitè & cum murmure sustinent paupertatem, vel voluntariè propter laudem populi. Hi non sunt pauperes spiritu, qui beati sunt. *Matth.* 5. a. sed hi maledicti sunt. *a* Et saluos faciet, id est, saluandos dicet.

b Filios pauperum] Dei, non populi, id est, imitatores verorum pauperum, scilicet, Apostolorum. *Soph.* 3. c. Derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini reliquiæ Israel. Pauperes etiam fuerunt B. Benedictus, cuius filij sunt Monachi & B. Augustinus, cuius filij sunt Canonici: & B. Franciscus, cuius filij sunt Fratres minores & sic de aliis. Et hos filios debet Prædicator saluare, id est, saluos nunciare, si vestigia Patrum sanctorum sequuntur. *Prou.* 20. b. Iustus, qui ambulat in simplicitate sua beatos post se filios derelinquit. *c* Et humiliabit, &c.] pauperem prædicando contra eum: & Deus humiliabit eum damnando ipsum. Vndè *Psalm.* 54. Exaudiet Deus, scilicet clamorem pauperum, quos calumniantur: & humiliabit illos, qui est ante sæcula, scil. calumniatores. Talibus autem Iudicibus, & Prædicatoribus necessaria est constantia, vt non moueatur omni vento. Vndè sequitur. *e* Et permanebit, i. constans erit. *f* Cum Sole.] id est, ad modum Solis. *g* Et ante Lunam,] id est, mutabiles, & inconstantes excedet & dabit eis exemplum constantiæ. *Eccl.* 27. b. Homo in sapientia manet sicut Sol, nam stultus vt Luna mutatur, Permanebit, dico non vna die tantum, vel duabus: sed *h* In generatione, & generationem,] id est, toto tempore vitæ suæ. Vel sic. *e* Permanebit cum Sole] iustitiæ, id est, cum Christo. *Ioan.* 15. a. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis, *1. Ioan.* 4. c. Qui manet in charitate, in Deo manet. *g* Et ante Lunam, id est, B. Virginem, antequam permaneret, qui eam continuè colit, & verè amat. Hæc autem permanentia fit in præsenti per gratiam, in futuro per gloriam. Vide dicit. *h* In generatione, & generationem.] Vel etiam aliter potest legi de futuro.

Aliter. *e* Permanebit Iustus. *f* Cum Sole, & ante Lunam quia tunc clarior erit, & æquiparatur Soli in claritate. *Matt.* 13. f. Tunc fulgebunt Iusti sicut Sol in regno Patris eorum.

i Descendet, sicut pluuia in vellus.] Tertia pars in qua de isto Iudice ostendit, quomodo prius venit in mundum. Est autem vellus, virginitas Mariæ terra, humilitas ipsius: pluuia, est Deitas, vel gratia stillicidia, i. vndantia gratiæ & donorum. Dicit ergo: Descendet, Deus in vterum Virginis.

Alleg. *k* Sicut pluuia in vellus] Et alludit historiæ, quæ habetur *Iudic.* 6. g. vbi dixit Gedeon ad Dominum. Si saluum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam liberabis Israel. Vellus, i. Maria fuit rore gratiæ & Diuinitatis plena, area, i. Iudæa sicca permanente. *Ierem.* Vellus cùm sit de corpore nescit corporis passiones sic B. Virgo immunis fuit ab omni immunditia, Dicit ergo: Descendet, *Psal.* 143. Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Multis autem de causis voluit Dominus descendere. Primo, vt nos humiliaremur. *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, a facie tua montes defluerent, i. superbi Secundo, vt compassionem quam habebat ad nos, ostenderet. *Exod.* 3. b. Vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, &c. Et post. Et sciens dolorem eius, descendi, vt liberarem eum. Tertia causa fuit, quia ad eum ascendere non poteramus, sicut descendit ad ægrum. *Luc.* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto. *k* Sicut pluuia, vt faciat fructificare, & multiplicare. *Isa.* 55. c. Sicut descendit imber, & nix de cœlo, & illic vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, &c. sic erit verbum meum, quod egredietur ex ore meo: non reuertetur ad me vacuum; sed faciet quæcunque volui, &c. Item, sicut pluuia, vt ignem peccati extingueret. *Dan.* 3. e. Angelus Domini descendit in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Quartò, vt sedaret sitim antiquorum Patrum. De quibus *Ps.* 103. Expectabunt onagri in siti sua. Vnde clamabat *Ioan.* 7 f. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. *l* In vellus,] i. in B. Virginem, vt supra dictum est. Item pluuia mundat vellus; sic Christus Virginem purificauit. *Exod.* 3. a. dicitur quod rubus ardebat, & non consumebatur. *Psal.* 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Item vellus est molle sic B. Virgo. Vnde *B. Bern.* Volue, & reuolue totam Euangelij seriem, si quid durum, si quid asperum inueneris in Maria, ad illam accedere metuito vetearis. Ex vellere isto facta est a Spiritu S. vestis filij Dei, id est, caro. *Isa* 63. a. Quare rubrum est indumentum tuum? *Ioan.* 19. c. Erat autem tunica eius inconsutilis. Nos habemus tunicas consutas ex partibus, scilicet, à patre & matre, sed Christus tantum à matre.

m Et sicut stillicidia stillantia super terram, &c.] quia cum abundantia gratiarum venit, *Psalm.* 64. In stillicidiis eius lætabitur germinans.

Moral. De Aduentu Domini in animam. A Et nota proprietates *i* Descendet, &c.] Moraliter quotidiè descendit Dominus per gratiam suam in animam Iusti. *k* Sicut pluuia in vellus, i. latenter & vtiliter. *Iob.* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit non intelligam. Item nota, quòd ros, vel pluuia gratiæ Dei descendit in vellus ouinû, i. in animas innocentium, & simplicium, non in vellus caprinum luxuriæ, non in leoninum superbiæ, nec in caninum detractionis, nec in lupinum rapacitatis, nec in vulpinum dolositatis & sic de aliis. *m* Et sicut stillicidia, Nota, quòd Dominus quandoque veniens in animam, consolationem, & gaudium infundit: & tunc venit sicut pluuia in vellus, quæ molliter & suauiter descendit ibi. Quandoque autem immittit timorem, & cordis calorem; & tunc venit, sicut stillicidia, quæ cum impetu & violentia fluunt. Et benè dicit: Stillantia super terram, i. super peccata, & super peccatorem. Propter peccata etenim immittet Dominus terrorem in animas hominum, & eis comminatur. *Ezech.* 21. a. Stilla ad Sanctuarium, & propheta contra humum Israel, i. ad Prælatos, & contra peccata Clericorum. Sic autem homo suauiter attractus, vel violenter perterritus, facit pœnitentiam. Vndè sequitur.

a Orietur

A Et nota proprietates velleris, quæ B. Virgini conueniunt, & charitati, & patientiæ, & piæ conuersationi, quæ notantur his versibus.

Proprietates velleris B. Virgini conuenientes.

Succida, vestis ouis, non sentit, non sonat ista.
Hirta, pilo molli, bibulo, tingique parato.
Pectunt, nent, texunt, quod frigora pellat, & ornet.

Succida est B. Virgo, id est, succo pietatis plena. *Iud.* 6. g. Expresso vellere concham rore compleuit. Nos sumus conchæ. Item vestis ouis est Maria, i. protectio simplicium, & innocentium. *Prou. vlt.*

a Orietur in diebus eius *b* iustitia & *c* abundantia pacis, *d* donec † auferatur Luna. Et *e* dominabitur à mari vsque ad mare: *f* & à flumine vsque *g* ad terminos orbis † terrarum. *h* Coram illo † procident *i* Æthiopes *k* & inimici eius *l* terram lingent.

† tollatur. al. † extollatur. al. † terræ. al. † decident.

c. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, id est, stola gemina. Item non sentit B. Virgo motus carnales. Vndè *Ieron.* Vellus cùm sit de corpore, non sentit corporis passiones; sic B. Virgo, &c. vt suprà. Item, non sonat ista, *Luc.* 2. e. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et de charitate dicitur 1. *Cor.* 13. b. Non irritatur. Item hirta, id est, hirsuta, id est, simul se tenens. *Act.* 1. b. Hi erant simul orantes in cœnaculo cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Et ad literam hirsuta fuit, quia non erat compta, 1. *Petr.* 3. a. Quarum sit non extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri, &c. Item pilo molli, id est, cogitatione pia. Vndè benè conuenit illi illud *Ierem.* 29. c. Ego cogito cogitationes pacis. Item bibulo, supple verbi Dei. *Luc.* 2. e. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Item tingique parato, quia fuit verecunda. *Eccl.* 26. c. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. *Luc.* 1. e. Turbata est in sermone eius. Item pectunt, B. Virginem bonæ ancillæ, id est, dilatant laudibus, & honoribus, sicut lana carpinata ampliùs dilatatur, *Eccl.* 24. a. In medio populi sui glorificabitur. Item nent, subtiles prædicationes de B. Virgine. *Exod.* 35. c. Mulieres doctæ dederunt, quæ neuerant, id est, Prædicatores docuerunt, quæ cogitauerant. Item texunt prolixas orationes. *Tob.* 2. d. Ibat Anna ad opus textrinum quotidie. Item repellit frigora; infidelitatis. Vndè cantat *Ecclesia.* Gaude, Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. Item & ornat. *Act.* 9. g. Ostendebant tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Dorcas interpretatur caprea, vel damula: & significat B. Virginem, quam comparat Sponsus capreæ, dicens: *Cant.* 4. b. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ, &c. Omnes istæ proprietates similiter de facili possunt assignari charitati, & patientiæ, & conuersationi piæ.

a Orietur in diebus eius iustitia] quia ipse Christus, qui ortus est de Virgine, est iustitia, & veritas. *Psal.* 84. Veritas de terra orta est, id est, de B. Virgine; & iustitia de cœlo prospexit, vt scilicet, in terra iustitiam daret, 1. *Corinth.* 1. d. Qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Iustitia enim semper est in cœlo, & etiam in inferno. In terra autem est iniustitia, quæ præcipuè ante aduentum Christi terram occupauerat. Vndè conquerebatur *Isa.* 59. c. Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi. Sed cum Christo, qui est iustitia, ingressa est etiam iustitia perfecta. Vndè dicit *Matt.* 3. d. Sic decet nos implere omnem iustitiam.

c Et abundantia pacis] quadruplicis, sicut in titulo huius psalmi ostendimus, *Isa. vlt.* d. Declinabo super eam, quasi flumen pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium. Et hæc iustitia, & pax durabit,

d Donec auferatur Luna,] id est, vsque ad finem sæculi. Contrà. Nunquam auferetur Luna, quia dicit *Isa.* 30. f. Erit lux Lunæ, sicut lux Solis. Sol *Isa.* 60. d. Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum, id est, non indigebis eius obsequio, *Eccles.* 17. d. Quid lucidius Sole? & hic deficiet, scilicet, quantum ad istud obsequium, non quoad suam essentiam. Vel, Auferetur ad tempus in die iudicij, secundùm quod dicitur *Matth.* 24. c. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Et non tantùm pacatum, sed latum & magnum erit regnum eius. Vndè sequitur.

e Et dominabitur à mari, &c.] Ad literam, id est, per totam terram, quæ mari ambitur, dominabitur: quia de omni Gente aliqui credent in eum, per prædicationem Apostolorum. Vndè *suprà.* In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Deut.* 10. d. Ipse est Deus Deorum, & Dominus Dominantium. *Isa.* 9. b. Multipliciter eius imperium.

f Et à flumine] Iordanis, vbi incepit dominari, dicente Patre. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, *Matth.* 17. a. g. Vsque ad terminos, &c.] quia inde incipientes Apostoli, per totum orbem fideles sibi seruituros acquisierunt. Vndè *in Psalm.* 18. Et in fines orbis terræ verba eorum. Et hoc quasi per inductionem ostendit, consequenter dicens. *h* Coram illo procident] adorantes eum.

i Æthiopes] sicut Magi, *Matth.* 2. b. *Soph.* 3. b. Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei. Æthiopum conuersio facta fuit per B. Matthæum. *Sup.* Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo. *k* Et inimici eius, id est, ipsi Æthiopes, vel alij qui priùs erant inimici. *l* Terram lingent] quam, scilicet, calcauerit pes Dei, & Apostolorum, id est, auidi imitatores erunt Christi, & Apostolorum. *Isaia* 45. c. Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt.

A Reges Tarsis

Moral.

* *a* Orietur in diebus eius,] id est, in illuminatione amoris, & timoris, *Psal.* 18. Dies diei, &c. *Iob* 1. a. Ibant filij Iob, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo.

b Iustitia,] id est, vera pœnitentia, vbi facit homo Deo iustitiam de seipso, *Mal.* 4. a. Orietur vobis, timentibus nomen meum Sol iustitiæ. Vel.

a Orietur in diebus eius,] id est, boni Prælati. *b* Iustitia.] *Isa.* 45. b. Et iustitia oriatur simul, *Isa.* 59. c. Conuersum est iudicium retrorsum, & iustitia stetit longè: corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi.

c Et abundantia pacis.] Sicut in ortu Christi, ita in ortu boni Prælati orietur pax. *Luc.* 2. b. Gloria in excelsis Deo, &c. *Zach.* 8. a. Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et abundantia pacis, quæ ex iustitia sequitur, & sine iustitia non habetur, *Isa.* 57. d. Non est pax impiis. *Et* 26. d. *eiusdem.* Iustitiam non fecimus in terra, ideò non perierunt habitatores terræ, scilicet, Chananæus, & Amorrhæus, & alij populi, per quos vitia designantur, quæ animam infestant, & pacem auferunt: *Isa.* 48. d. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset, quasi flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris, *Bar.* 3. b. Si in via Dei ambulasses, habitasses in pace sempiterna. Et hanc pacem habebis.

d Donec auferatur Luna,] id est, donec non habeas temporalia, quæ vt Luna crescunt, & decrescunt: & si ipsi adsint, pacem auferunt, & iustitiam, *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Et *Ioan.* 16 g. In mundo pressuras habebitis, *Aug.* Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui.

e Et dominabitur à mari, &c.] Vnum mare est amaritudo pœnitentiæ, *Isa.* 38. d. Et in pace amaritudo, &c. Aliud mare est tribulatio, vel aduersitas. De quo *Eccles.* 53. c. Qui nauigat mare, enarrat pericula eius. Flumen est prosperitas. De quo *Psal.* 64. Flumen Dei repletum est aquis. Termini orbis terrarum, sunt contemptus terrenorum, & desideria æternorum, *Psal.* 97. Viderunt omnes termini terræ. Et eorum, qui in his conuersantur, dominatur Dominus: quia tales eius obediunt voluntati. E contrario dicitur *Deut.* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, *Iob* 15. c. Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. A mari ergo vsque ad mare dominatur Iustus, & in fluminibus etiam; quia & aduersitati & prosperitati dominatur: quia nec aduersitas frangit, nec prosperitas extollit, *Psal.* 88. Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius, *Isa.* 43. a. Cùm transieris per aquas, tecum ero; non cùm moratus fueris: & flumina non operient te. Quia tu eris super, &c. *Psal.* 23. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum.

h Coram illo,] i. Iusto vel Prælato. *i* Procident, &c.] i. nigri peccatores pœnitentes, & veniā petentes, *Ps.* 94. Procidamus ante Deū, ploremus coram Dño, *Soph.* 2. e. Et vos Æthiopes interfecti eritis gladio meo, i. verbo meo conuersi, *Isa.* 43. a. Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiā & Saba pro te. *k* Et, &c.] i. mundi amatores in malo obdurati. *l* Terram lingent,] i. terrena cum magna auiditate, & desiderio acquirent, *Mich.* 7. d. Lingent puluerem, sicut serpens, *Baruch.* 5. b. Corda eorum, i. idolorum, dicuntur elingere serpētes, qui sunt de terra. Tales enim sunt inimici Dei, sicut dicit *Iacob.* 4. a. Quicunque voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et notabiliter dicit (lingent) non dicit comedent, vel mordebunt, sed lingent; quia ista temporalia superficialia, & falsa, & vana sunt. Vndè nihil est ibi soliditatis, quod vel morderi possit, vel comedi. Et quod lingitur, non satiat hominem, sed potiùs famem, & desiderium accendit. Sic temporalia non satiant, sed peccatores ad appetendum prouocant, quia:

Quo plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ. — *Ouid. lib. Fastorum.*

Et auarus non implebitur pecunia, sicut dicitur *Eccl.* 5. b.

Videlicet.
- Deo. *Matth.* 15. c. Ego veniens recepissem vtique, quòd meum est cum vsuris.
- Mundo. *Eccles.* 29. d. Grauia sunt hæc homini habenti sensum, correptio domus, & improperium fœneratoris.
- Diabolo. *Psalm.* 108. Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius.
- Ventri. *Eccl.* 20. c. Hodie fœneratur quis, & cras expetit.
- Conuiuanti. *Luc.* 6. e. Peccatores peccatoribus fœnerantur.
- Benefacienti. *Prou.* 16. c. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi.
- Fœneranti, ad litteram. *Leu.* 25. c. Pecuniam tuam non dabis ad vsuram.
- A Deo. *Matth.* 19. d. Centuplum accipiet, & viam æternam possidebit.

Item in vsura peccatur contra multa, quæ notantur in hoc versu.

Lex, natura, Deus, homo, virtus, tempora, vita.

Lex vetus & noua prohibet.

Et *a* viuet, & *b* dabitur ei *c* de auro Arabiæ, & † *d* adorabunt *e* de ipso *f* semper: *g* tota die benedicent † ei. † Erit *h* firmamentum in terra in *i* summis montium, *k* superextolletur super Libanũ *l* fructus eius.

al. † orabunt. *Versus.* *al.* † eum. *al.* † Et.

Luc. 6. e. Date mutuum nihil inde sperantes. Mutuum, i. meum & tuum, scil. communitate vitæ. Naturæ miratur, quòd aurum de auro nascitur; Deus, merces vult esse mutui. Sed auaro Deus non sufficit. *Ierem.* 2. c. Populus meus mutauit gloriam suam in idolum, i. denarios præponit Deo. Homo, damnificatur. Virtus, pietas, scil. violatur. Tempora venduntur. Vita subtrahitur. *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, &c.

a Et viuet, &c. Quinta pars, vbi agit de honorificentia Regis, quæ in multis ostenditur. Primò quia viuet in æternum. Vndè dicit, & viuet, i. durabit in æternum. Mortuus enim vt homo, semper viuit vt Deus. *Ioan.* 6. f. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Secundò, quia sapientes crediderunt in eum. Vndè dicit.

Quinta pars. *b* Et dabitur ei de auro Arabiæ,] i. de sapientia Gentium, quasi dicat, sapientes de Gentibus credent in eum, sicut Augustinus, & Dionysius. Item, dabitur ei de auro Arabiæ, quia isti sapientiam suam illi attribuent. Tertiò, quia eum perseueranter quærent: Vndè addit.

d Et adorabunt de ipso] habendo, vel consequendo. Non ad horam, sed. *f* Semper, i. ad hoc adorabunt, & laborabunt semper, vt ipsum habeant. Adorare etiam secundùm etymologiam nominis, est toto corde Deo adhærere. Et hoc est ipsum quærere. Quartò, quia laudabunt eum iugiter. Vndè sequitur. *g* Tota die, &c.] id est, toto tempore vitæ suæ benè viuent ad honorem & laudem ipsius. In bona enim vita Sanctorum benedicitur Deus. *Matth.* 5. b. Sic luceat lux vestra, &c. Et in mala vita Christianorum blasphematur Deus. *Rom.* 1. d. & *Isaia* 52 b. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Vel de die Epiphaniæ potest legi. In qua ad litteram, dederunt ei Magi munera, aurum Arabiæ cum thure, & myrrha, & procidentes adorauerunt, sicut dicitur *Matth.* 2. b Quintò, quia perseuerantiam & fortitudinem habent Sancti sui, non à se, sed ab ipso. Vndè sequitur.

h Erit firmamentum in terra in summis montium,] i. ipse confirmabit in fide Apostolos, qui sunt summa montium, i. præcipui Sanctorum, & hoc in terra, vbi sunt homines infirmi & fragiles, quod laudabilius est: De hac confirmatione. *Psalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati sunt. Sextò, quia suos exaltat: Vndè addit. *k* Superextolletur super Libanum fructus eius.] boni viri exaltabuntur vsque in cœlum, quod altius est, quàm Libanus, ad litteram.

Moraliter. Vel per, Libanum, qui interpretatur candidatio, intelligitur nitor huius sæculi, qui magnũ quod, & altũ videtur

A amatoribus

a Et viuet: Moraliter: Christus viuit in bonis: *Gal.* 2. d. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus: In malis autem moritur. *Hebr.* 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes: Tunc autem viuit Christus in nobis, quando caro mortificatur, & mundus contemnitur: Vndè ad lit. *b* Et dabitur ei de auro Arabiæ,] i. mactabitur ei sapientia carnalis, & mundialis. Per aurum enim sapientia intelligitur. Arabia verò interpretatur insidiatrix, vel occidentalis: Vndè aurum Arabiæ significat carnis prudentiam, quæ insidiatur animæ, vt occidat eam, & vt ipsa occidatur per peccatum. *Mich.* c. 7. b. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, i. à carne insidiatrice. *Rom.* 8. b. Prudentia carnis mors est. Ecce occidentalis. Item Arabia interpretatur callida, & significat sapientiam mundi, quæ callidos facit. *Luc.* 16. b. Filij huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Hæc autem vtraque sapientia debet Deo mactari, quia de carnali dicit Apost. *Rom* 8. b. Quod sapiẽtia carnis inimica est Deo. De sæculari dicit. 1. *Cor.* 3. d. Si quis videtur inter vos esse sapiens in hoc sæculo stultus fiat, vt sit sapiens. *d* Et adorabunt,] i. ad eum orabunt. *e* De ipso,] i. hoc habebunt ab ipso, quòd orent, quia ab ipso sunt omnia.

f Semper.] 1. *Thess.* 5. Sine intermissione orate. Nec tantùm orabunt Sancti petentes sibi vtilia, quod magis est mercenarij; Sed & *g* Tota die benedicent ei] laudantes eum, propter bonitatem eius. Et hoc est filij. *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, &c. Et posset aliquis dicere, hoc est difficile, vel impossibile homini, vt hoc modo offerat aurum Arabiæ. Vndè addit.

h Erit] Dominus, firmamentum in terra, &c. quasi dicat, Deo nihil est impossibile, aut difficile. Et ipse est, firmamentum, i. firmans bonos, licet, in terra, siue in corpore, in summis montium: quia isti sunt summi montes per vitæ eminentiam, & cœli vicinitatem. *Psalm.* 24. Firmamentum est Dominus timentibus eum. Vel sic, vt legatur firmamentum ex parte suppositi. Firmamentum, i. cœlum, i. vita cœlestis: erit in terra, non vbique, sed, in summis montium, ad litteram, quia ibi primò habitauerunt sancti Eremitæ cœlestem vitam ducentes. Vel mysticè. *i* In summis montium,] vt suprà. *Mysticè.*

k Super extolletur super Libanum,] i. super munditiam vitæ eorum.

l Fructus eius,] i. opera cælestia, quæ crescunt super fundamentum munditiæ: De quo fructu. *Galat.* 5. d. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, & cætera. Dico, quòd, in summis montium, & super Libanum, erit, fructus: Sed in ciuitatibus quid?

⊖ Nonne

Moral: De Præl. Item moraliter de viro iusto, aut bono Prælato. *a* Et viuet] vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro. *Is.* 38. d. Viuens viuẽs ipse confitebitur tibi. Hoc autẽ dicitur ad differentiam mali Prælati, qui non viuit, quia est idolum carens vita simul, & sensu. Vndè *Baruch.* 5. d. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt, hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt, viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient, lapidibus de monte similes sunt Dij illorum, i. Prælati. Et ita patet, quod non viuunt, neque sentiunt. *Dan.* 14. b. Nonne tibi videtur Bel esse Deus viuens? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens? Ne erres Rex. Iste est. n. intrinsecùs luteus, & forinsecùs æreus, & nec comedit aliquando.

b Et dabitur ei,] id est, bono Prælato. *c* De auro Arabiæ,] i. sapientia mortis. Aurum enim propter fulgorem sapientiam significat. Arabia occidentalis interpretatur, vnde significat mortem. Et hæc est maxima sapientia, & maximum donum, s. sapientia moriendi, quæ non datur non benè viuenti. Vndè *August.* Non potest malè mori, qui benè vixit. *Ps.* 115. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Hoc est aurum Arabiæ Prælato, sũma philosophia, est assidua mortis cogitatio. *Ps.* 38. Notũ fac mihi, Dñe, finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam, quid desit mihi Qui habet aurum Arabiæ, i. sapientiam mortis contemnit aurum mundi. *Ieron.* Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturũ. Sequitur. *d* Et adorabunt,] i. ad Deum orabunt Non dicit qui, vt intelligas, quòd omnes debent orare. *e* De ipso sẽper] auro Arabiæ obtinendo. Sed non omnes orant hoc: Pauci enim quærunt scientiã viuendi, & pauciores sapientiam moriendi, & ideò & stultè viuunt, & stultè moriuntur. *Eccl.* 9. c. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues comprehenduntur laqueo: sic capiuntur homines in tempore malo *Luc.* 12. c. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: & quæ parasti, cuius erũt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deo diues. *g* Tota die benedicent ei] cui datur aurũ Arabię. Vndè adhuc benedicim⁹ Sanctos, qui habuerunt copiosè illud aurum, quia habuerunt sapientiam viuendi, & sapientiã moriẽdi. *In prol. Bibl. c. 8.* Sequitur. *h* Erit firmamentum in terra,] i. in Ecclesia, talis Prælatus habens aurum Arabiæ. *i* Et in summis montiũ,] i. erit firmamentum, non solũ minorũ, imò & maiorũ. *Eccl.* 49. d. Ioseph, qui natus est homo Princeps fratrũ, firmamentum gentis, rector fratrũ, stabilimentũ populi. *k* Super extolletur super Libanum,] i. super mundi cãdorẽ. *l* Fruct⁹ eius,] i. merces laboris eius, q. d. nõ quæret mercedẽ laboris sui in mũdo, sed in cœlo. *Ps.* 126. Filij merces fructus vẽtris. *Sap.* 4. a. Adulterinę plãtationes, nõ dabũt radices altas,

* nec stabile.

A amatoribus mundi. Sed Sancti uper hunc extolluntur, quia calcant & contemnunt totum mundi nitorem, & ad æternam claritatem aspirant. *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Septimò, quia inimici eius licet aliquando in præsenti floreant, tamen citò exarescunt. Vndè addit. *a* Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ,] illi, qui sunt de ciuitate mundi de Babylonia, [florebunt] in præsenti, sed fructum non habebit flos eorum, quia [sicut fœnum terræ] quod statim arescit, vnde de his duobus, videlicet, de exaltatione bonorũ, & flore malorum dicit *Iacob.* 1. b. Glorietur frater humilis in exaltatione sua; diues autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit, exortus est Sol cum ardore, & arefacit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit, ita & diues in itineribus suis marcescet.

& *a* florebunt de ciuitate *b* sicut fœnum terræ. Sit *c* nomen eius *d* benedictum in *e* sæcula : *f* ante Solem *g* permanet *h* nomen eius. Et *i* benedicentur in *k* ipso omnes Tribus terræ : *l* omnes Gentes magnificabunt eum. *m* Benedictus Dominus *n* Deus Israël, *o* qui fecit mirabilia *p* solus. Et benedictum *q* nomen † Maiestatis eius in æternum : & † *r* replebitur, † Maiestate eius *s* omnis terra, *t* fiat, *u* fiat.

al. † gloriæ.
al. † & in sæculum sæculi.
al. † gloria.

Defecerũt laudes Dauid filij Iesse.

Psalmus Asaph. LXXII.

Q Vàm *x* bonus *y* Israël De°,

⊖ Nonne etiam ibi potest fieri bonus fructus ? Addit. *a* Et florebunt de ciuitate.] Flos est bonum propositum, quod plerique concipiunt [in ciuitate,] i. in mundo, licet ad claustrum, vel ad Eremum non se transferant, sed visa multorum prauorum turba corrumpuntur exemplo, & flos non facit fructum. Vndè benè dicit : *b* Sicut fœnum terræ] quod citò arescit, vt prædictum est : Vndè significatur per scirpum, qui non crescit supra montes, sed in cœno : & quandoque floret, sed non facit fructum, de quo *Iob* 8. c. Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Propter hoc Ioannes Baptista, quando de ciuitate Ierusalem veniebant ad eum, dicit eis : *Matth.* 3. b. Facite dignos fructus pœnitentiæ, quasi dicat, non tantùm florem.

* nec stabile firmamentum collocabunt, confringentur rami inconsummati & fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum, i. mundana merces. *Ezech.* 18. a. Patres comederunt vuam acerbam, &c. *Matth.* 6. a. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *a* Et florebunt de ciuitate,] i. habentes in mundo, qui est ciuitas Babyloniæ, de qua *Osea* 11. d. Ego sanctus in medio tui & ciuitatem non ingrediar. *Ier.* 48. b. Date florem Moab, quia florens egredietur. *b* Sicut fœnum terræ,] i. citò arescet flos. *Isaia* 40. b. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri : Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos : quia Spiritus Domini sufflauit in illo. *c* Sit nomen, &c.] Sexta pars, vbi monet omnes ad laudandum tantum Regem, qui prædicta operatur. Vndè dicit : [Sit nomen eius,] i. potestas & bonitas, qua ipse nominabilis est. *d* Benedictum] non ad horam, sed : *e* In sæcula,] i. in æternum. Et meritò, quia ipse est æternus, quia. *f* Ante Solem,] i. antequam fieret Sol. *g* Permanet firmum & stabile. *h* Nomen eius.] *Psalm.* 73. Tu fabricatus es Auroram & Solem. Ex hoc sequitur, quod ante Solem erat, ex quo fecit Solem. *Eccl.* 24. a. Ego feci, vt in cœlis oriretur lumen indeficiens, i. Sol, qui dicitur indeficiens, ad differentiam Lunæ, quæ deficit & decrescit. Item meritò debemus eum benedicere, quia ipse est munificus Rex. Vndè sequitur. *i* Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ,] i. munerabuntur charismatibus & donis gratiæ. Benedictio enim sumitur pro munere, vt 1. *Reg.* 25. a. Misit Dauid nuncios ad Nabal virum stultum, vt mitteret ei benedictionem, Dominus noster tam munificus est, vt det omnibus munera. Vndè *Genes.* 22. d. In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Et non dicit, omnes Tribus Israël tantùm, sed generaliter [omnes Tribus terræ.] Vndè quia ita munificus est ad omnes. *l* Omnes Gentes magnificabunt eum,] i. magnum prædicabunt. Et hoc iustum, sicut dicitur *Eccl.* 51. c. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Vel de futuro. *i* Et benedicentur] illi, quibus dicet. *Matth.* 25. c. Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum. *Eph.* 1. a. Omni benedictione spirituali in cœlestibus. *k* In ipso] Christo, sc. in corpore eius mystico. *k* Omnes Tribus terræ.] *Psalm.* 121. Illuc ascenderunt Tribus Tribus Domini testimonium Israël, ad confitendum nomini Domini. [Omnes Gentes beatificabunt eum ; secundum aliam litteram. *Iob* 29. b. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi. *m* Benedictus Dñs, &c.] Septima pars, vbi agit, quod alios hortabatur facere, scil. Deum laudat. Et primò commendat eum à potentia, cùm dicit : [Dñs.] *Iob* 9. b. Sub eo curuantur, qui portant orbem, i. Principes & Potentes. Secundò commendat eum à bonitate, cùm dicit : [Deus.] Ex bonitate enim magna est, quòd omnia fouet in esse cõseruando, omnia contemplatur regendo, omnia incendit ad amorem inflammando. Hæc omnia importat hoc nomen Deus, quia Deus Latinè idem est, quod Theos Græcè. Theos autem dicitur ἀπὸ τοῦ αἴθειν, quod est ardere : vel à θέειν, quod est fouere : vel à θεᾶσθαι, quod est contemplari, vel considerare. Tertiò commendat eum à beneuolentia, cùm dicit : [Israel,] i. videntium Deum. Quartò à mirabili illius operatione, cùm subiungit : Qui facit mirabilia magna. Quintò à singulari prærogatiua, cùm addit : Solus. Notandum ergo, quod dicit. *n* Deus Israël,] i. videntium Deum, non cæcorum. 2. *Cor.* 4. a. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. *o* Qui facit mirabilia magna] Dominus fecit mirabilia magna, i. miracula in terra. Et hoc : *p* Solus,] quia licet multa miracula fecerint multi Sancti ; non tamen propria virtute, vel auctoritate, sicut ipse, qui sua auctoritate faciebat, & cuius auctoritate alij faciebant. Vndè *Ioan.* 15. d. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Item facit mirabilia in cœlo, quia Sancti in ipso admirantur. *Isaiæ* 60. a. Tunc videbis, & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum. *Iob* 9. b. Qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus. [Solus.] *Iob* 9. a. Qui extendit cœlos solus, i. Sanctos per charitatem dilatat. Sed quia multi minùs venerantur benefactorem, quàm vindicem : Ideò benè sequitur. *q* Et benedictum nomen Maiestatis eius] in qua iudicabit. *Matth.* 24. c. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & Maiestate. Et in hoc commendat eum à potestate iudiciaria, quam in principio psalmi petierat ei ; & hoc [in æternum.] *r* Et replebitur Maiestate eius omnis terra,] quia omnibus nota erit sua Maiestas, quia sicut dicitur *Matth.* 24. c. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Vel sic, [Replebitur Maiestate eius,] i. gloria. *s* Omnis terra,] i. omnes Sancti, quos tunc perfecta gloria replebit. Nunc enim quasi semipleni sunt, quia non habent nisi stolam animæ. Sed tunc replebuntur, quando super addetur stola corporis. In fine ostendit Propheta, quòd non coactus ; sed spontaneus & deuotus ista dixit : Vndè illa adimpleri desiderat, dicens. *t* Fiat.] Et ad maius desiderium exprimendum reduplicat, addens. *u* Fiat.] Notandum autem, quod in Maiestate multa cõueniũt, quæ possũt notari his versib°.

Gloria, signa, timor, virtus, persona, potestas.

Magnum, magnificum, plebs, honor, arma, cliens.

EXPOSITIO PSALM. LXXII.

Q Vàm bonus, &c.] Titulus. [*Defecerunt laudes, vel hymni Dauid filij Iesse. Psalmus Asaph.*] Laudes Dauid filij Iesse sunt laudes, quas faciebat vetus populus pro bonis temporalibus. Sed illa defecerunt eis Iudæis, scilicet, quia amiserunt locum & Gentem : Vndè & per consequens illæ laudes defecerunt. Sed fideles, qui Deum quærunt & nõn temporalia, bona sed æterna, non propter defectum temporalium dimittunt laudare Deum. Vndè addit : [Psalmus Asaph,] i. iste psalmus attribuitur [Asaph,] i. fideli Synagogæ, quæ de Iudæis conuersa Deum laudat pro æternis. Et confitetur statum suum priorem, in quo inceperat laudes eius deficere, quia deficieb ãt bona temporalia. Et potest sic continuari ad præcedentem psalmũ. Si Christus Rex est, vt in pręcedẽti psalmo dicitur : cur igitur boni sic affliguntur, & mali prosperantur. Solut. Quia De° æterna pręmia reseruat bonis, ad quę recurrere monemur in hoc psalmo, & ideò nõ remunerat eos in trãsitoriis. Item ita largus est, quod etiã malis dat sua transitoria. Et hoc vtrisq; quia bonus Israël Deus, qui amicis non vult mutare æterna præmia in transitoria : & inimicis, qui amiserunt æterna, non vult subtrahere temporalia. Intentio ergo monere nos, vt æterna amplectamur & pro illis Deũ laudemus, non pro istis transitoriis habendis. Modus Quadripartitus est psalmus. Primò describit malorũ nequitiã, dicens se zelasse prosperitatem eorum, & inde fuisse correctum, & ideò etiam alios corrigit. Secundò suum & aliorũ errorem exponens, dicit se inde reuersum ad melius cõsilium, *ibi* : [Ideò conuertetur.] Tertiò aperit, quid didicit in Sanctuario Dei, *ibi*. [Verumtamen propter dolos.] Quartò comparat præmium cœleste terrenæ voluntati suæ, & se arguit, *ibi* : [Quid. n. mihi est in cœlo.] Dicit ergo Ecclesia fidelium, vel quilibet fidelis. *x* Quàm bonus,] i. valdè bon° & iucundus est. *y* Deus Israël,] i. Deus videntium, i. Pater & Filius & Spiri

Sexta pars.

Septima pars.

Partitio. Psalmi.

& Filius, & Spiritus sanctus. Pater quia confortat tribulatos. *Nahum.* 1.b. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Item bonus est filius, quia pascit. *Ioan.* 10.b. Ego sum pastor bonus. Item bonus est Spiritus, quia dicit. *Psalm.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Sap.* 12.a. O quàm bonus, & quàm suauis est Domine, Spiritus tuus, ideóque eos, qui errant partibus corripis. Et quibus est bonus? *a* His, qui recto sunt corde.] Sunt autem recto corde, qui æterna desiderant. *Thr.* 3.c. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Curuo corde sunt, qui terrena diligunt. Quibus dicitur *in Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde, &c. *Thren.* 1.g. Subuersum est cor meũ in memetipsa. Et his videntur terrena bona esse. Sed rectis corde, videtur solus Deus bonus. *Cant.* 1.b. Recti diligunt te. Notandum autem, quòd Deus multis modis dicitur bonus.

† his, qui *a* recto sunt corde. *b* Mei autem *c* pene † moti sunt pedes: † *d* pene effusi sunt gressus mei. *e* Quia zelaui † *f* super iniquos: *g* pacem peccatorum † videns. *h* Quia non est † respectus *i* morti eorum: & *k* firmamentum in † plaga eorum. In † *l* labore hominum non sunt: & *m* cum hominibus *n* non flagellabuntur. *o* Ideò † tenuit eos superbia: † *q* operti sunt iniquitate, & *r* impietate sua.

al. † rectis.
al. † commoti.
al. † paulominus.
al. † in peccatoribus.
al. † intuens.
al. † declinatio.
al. † flagello.
al. † laboribus.
al. † obtinuit.
al. † circumamicti.

Deus dicitur bonus.
- Opere
  - Creationis. Vndè *Genes.* 1.d. Et erant valdè bona
  - Iustificationis. *Rom.* 11 c. Vide bonitatem, & seueritatem Dei.
  - Glorificationis. *Eph.* 2.b. Consedere fecit in cœlestibus in Christo, vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate.
- Patientia. *Eccl.* 5.b. Altissimus est patiens redditor. 1. *Tim.* 1.d. In memetipso ostendit Christus omnem patientiam. *Rom.* 2.a. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?
- Passiones. *Ioan.* 10.b. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

Sed quia posset aliquis quærere. Tunc est rectus corde? Respondet. *b* Mei autem pene, &c.] quasi dicat, bonus est rectis corde, sed aliquando non fuit mihi bonus, quia non rectus corde eram, sed inclinatus diligens temporalia. Hoc est, quod dicit [Mei autem pedes:] interiores, sc. intellectus, & affectus. *c* Pene moti sunt] de loco suo, i. de Deo, in quo stare debebant. *Eccles.* 10.a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. *Eccl.* 11.c. Sta in Testamento tuo. *d* Penè effusi sunt gressus mei] Gressus supra dictorum pedum sunt cogitatio, & desiderium. Intellectus enim graditur per cogitationem; affectus per desiderium. Sed hi gressus effunduntur, quando ad diuitias, delicias, & vanitates præsentes se conuertunt. *Thren.* 4.d. Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum. *Iob* 30.b. Pedes meos subuerterunt, dissipauerunt itinera mea, & insidiati sunt mihi. Sed in his duobus dicit [penè,] quia homo iustus etsi de his tentetur; non tamen consentit. Vel quantùm ad eos, qui ceciderunt, sed surrexerunt dicit [penè] eo quòd non finaliter ceciderunt. Et hoc mihi accidit. [Quia zelaui, &c.] Vel sic. In hoc penè moti sunt pedes, & effusi gressus mei. *e* Quia zelaui] grauiter ferens, & inuidens. *f* Super iniquos] quibus prospera eueniebant. Hoc est, quod sequitur. *g* Pacem peccatorum videns. Zelaui] Contra quod dicit suprà *Psalm.* 36. Noli æmulari malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. *Eccl.* 9.c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris: non enim scis, quæ ventura sit subuersio illius [pacem peccatorum videns] Contra *Is.* 57.d. Non est pax impiis, Sol. Triplex est pax, mundi, peccatoris, æternitatis. De prima. *Iob* 21.b. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, &c. Hanc habent impij. Secundam verò, & tertiam non habent impij, sed Discipuli Christi. De quibus *Ioan.* 14.d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et posset aliquis quærere cum *Ier.* 12.a. Quare via impiorum prosperatur, & quare peccatores habent pacem, qui merentur tribulationem? Et respondet. *h* Quia non est respectus misericordiæ Dei. *i* Morti eorum,] i. Deus non miseretur eis, ita vt puniat eos in præsenti, & liberet à morte æterna, vel à morte peccati sanans vulnera eorum. Vndè addit. *k* Et firmamentum in plaga eorum] supple, non est, i. consolidatio. *Ier.* 30.b. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, non est, qui iudicet iudicium tuum. Hoc est, quod dicit, non est respectus morti eorum, q.d. non est, qui eos corripiat. De hoc respectu. *Sap.* 4.c. Gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in Electos illius *Luc.* 22.g. Respexit Dominus Petrum. Vel sic. [Quia non est respectus eorum, supple [morti eorum,] i. quia non cogitant de morte sua. *Thr.* 1.c. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. *Eccles.* 7.d. Fili, memorare nouissima tua, &c. Et firmamentum, supple, est, [in plaga eorum,] quasi dicat, æterna plaga eorum, sicut dicitur *Isa.* 30.g. Et erit transitus virgæ fundatus. Et huic expositioni concordat littera *Ieron.* quæ habet sic. [Ideò non recogitauerunt de morte sua, & firma sunt vestibula eorum,] i. peccata, per quæ intrat ad eos diabolus, sicut per vestibulum intratur ad domum. Vel iterum secundum aliam litteram: Quia non est declinatio morti eorum, i. non possunt declinare à morte æterna, nec mors ab eis. Secundum hanc expositionem loquitur Ecclesia in personâ maiorum, qui compatiuntur infirmis, & peccatoribus, qui propter suã malitiam damnantur. Vel sic. Quia non est respectus morti eorum, i. quia nullus respicit mortem eorum, qui dicunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt: *Iob* 21.b. Non est respectus morti eorum, vt timeant sibi *Eccl.* 38 c. Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Et si fortè aliquando quis respiciat, non est, firmamentum in plaga eorum, i. non firmant intuitum suum. *Iac.* 1.d. Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, i. in morte, vel plaga proximi, considerauit se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuit. Et firmamentum, &c. sicut suprà. Et hoc meritò erit eis: quia hic noluerunt laborare, & facere pœnitentiam, vt vitam, & requiem æternam habeant. Vndè sequitur.

De pœn. dist. 1.c. serpens.

l In labore hominum non sunt.] Labor enim hominis hic debet esse, vt postea ad cœlum veniens ibi perpetuò quiescat. *Iob* 5.b. Homo natus est ad laborem, & auis ad volandum. *Psalm.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Propter hoc dicit Apostol. 2. *Th* 3.c. Si quis non vult operari, non manducet.

m Et cum hominibus] sanctis.

n Non flagellabuntur] in præsenti ad correctionem, sed cum dæmonibus in futuro ad damnationem. *Hebr.* 12.b. Flagellat omnem filium, quem recipit: Quòd si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. Ibi dicit *Gloss. August.* Qui exceptus est à numero flagellorum, exceptus est à numero filiorũ. Iste versus propriè est contra Clericos multos. Vndè *B. Bern.* hunc versum sic exponit.

l In labore, &c.] Hoc ad nullos potiùs arbitror, quàm ad nostri temporis Clericos referendum. Habent enim singula hominum officia aliquid laboris: & aliquid, quod delectet: Sed aduerte prudentiam istorum, qui nouo inter hæc artificio discurrentes, solùm, quod delectat, eligunt, & amplectuntur; quod molestum est, fugiunt, & dedeclinant: Cùm militibus quidem fastus superbiæ, amplam familiam, phaleras equorum, accipitres, & aleas, & huiusmodi frequentant: à mulieribus dependentes à collo murium pelles, ornatos thalamos, balnea, & omnem mollitiem mutuantur: Cauent omnino loricæ pondus, insomnes castrorum noctes, incerta belloruũ discrimina, atque muliebrem verecundiam, & disciplinam, & si quid laboris sexus ille videtur habere, declinantes. Cùm ergo resurgere cœperint homines in ordine suo, vbi putas generatio ista collocabitur? Si dimittere voluerint ad milites, exsufflabunt eos, eo, quòd secum minimè labores, & pericula tolerarunt: Sic agricolæ, sic vinitores, & singuli ordines hominem à suis eos similiter arcebunt finibus, vtpote qui in labore hominum non fuerunt. Restat ergo, vt quos omnis ordo expellit pariter, & accusat: illum locum sortiantur, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: Sint.n. necesse est, in labore dæmonũ, qui in labore hominũ non fuerunt.

De petulantia Clericorum.

o Ideò,] quia fuerunt sine flagellis. *p* Tenuit eos superbia.] Flagella.n. humiliant. Vndè *Iob* 6.a. Sagittæ Dñi in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, i. spiritnositatem superbiæ. Et dicit *Gil.* Quid est, tenuit eos superbia, nisi irretiuit, & implicauit, & insolitæ consuetudinis delicato vinculo obligauit? Laqueus enim est superbia. Vndè *Isaia* 24. c. Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ, sc. formido auaritiæ, quæ semper formidat, ne possessa amittat, & fouea luxuriæ, & laqueus superbiæ. Laqueus autem quandoque tenet auem per pedem, i. virum etiam spiritualem tenet superbia, quandoque per affectum, quandoque per collum, i. per iactantiam, quandoq; per alas, i. per opera, vel per familiã, & parẽtes. *Os* 4.d. Ligauit eum spiritus in alis suis, s. spiritus superbiæ in familia, vel parentela. Nec tantũ tenuit eos superbia, sed & *q* Operti sunt iniquitate] ad proximum. *r* Et impietate sua] ad Deum, q.d. etiam si rumpatur laqueus superbiæ, nõ tamen

Pax triplex.

tamen effugient, quia [operti sunt, &c.] Et benè operti, quia peccatum est quasi tela, quam orditus est primus homo, & omnes peccatores eam texunt. *Isaiæ* 25. c. Telam quam orditus est super vniuersas nationes, præcipitabit. *Isaiæ* 59. a. Telas aranearum texuerunt. Hæc est mala tela, quæ licet operiat, ne videatur lumen, tamen non tuetur à frigore, nec ab æstu. Nec tantùm sicut tela operti sunt iniquitate, sed etiam sicut cute. Vndè dicit *Gil.* Quasi cute quadam, sic induti sunt aliqui praua consuetudine, vt illam dediscere & diffuescere non tam expoliari sit quàm excoriari. Item supra dixit: In labore hominum, &c. Nota, quod est.

- Labor
  - Bonus
    - Christi
      - Patiendo. *Thren.* 3. g. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
      - Prædicando. sup. *Psalm.* 68. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meę.
      - Sustinendo peccatores. *Isaiæ* 1. d. Laboraui sustinens.
    - Agriculturæ.
      - Ad litteram. *Gen.* 19. c. Cœpit Noë exercere terram.
      - Spiritúaliter. *Ioan.* 6. c. Operamini non cibum, qui perit. *Eccl.* 6. b. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad eam, scilicet, sapientiam.
    - Militum
      - Ad litteram. *Matth.* 8. a. Habeo sub me milites, & dico huic vade, & vadit, &c.
      - Spiritualiter. 2. *Timoth.* 2. a. Labore sicut bonus miles Christi.
      - Prælatorum. *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem.
      - Scholarium. *Eccl. vlt.* d. Frequens meditatio carnis est afflictio. *Eccl.* 31. a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cætera.
    - Clericorum.
      - Ecclesiasticorum. *Apocal. secundo* a. Scio patientiam tuam & laborem tuum.
      - Religiosorum. 1. *Thess.* 4. c. Operamini manibus vestris.
      - Parentium. 1. *Tim.* 2. d. Saluabitur per filiorum generationem. *Ioan.* 16. c. Mulier cùm parit.
    - Ministrantium.
      - Nentium. *Exod.* 35. c. Mulieres doctæ dederunt quæ nouerant.
      - Ministrantium infirmis. 1. *Tim* 5. b. Quæ Sanctorum pedes lauit.
      - Iumentorum. *Eccl.* 6. c. Omnis labor hominis in ore eius, i. fit vt iumentum. *Isaiæ* 30. b. Onus iumentorum Austri, i. gulosorum.
  - Malus
    - Bestiarum
      - Camelorum, i. diuitum. *Isaiæ* 30. b. Portantes super gibbum camelorum thesauros suos *Matth.* 19. c. Faciliùs est camelum intrare, &c.
      - Asinorum, i. stultorum. *Deut.* 22. b. Non arabis in boue & asino.
      - Boum. *Deut.* 25. a. Non obturabis os bouis triturantis.
    - Conopum
      - Apum, qui sunt hæretici habentes mel in ore, aculeum in cauda. *Isaiæ* 7. c. Sibilauit Dominus Muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti: & Api, quæ est in terra Assur.
      - Muscarum, i. inuidorum, qui carnem sanam transeunt & vlceri incidunt. *Exod.* 8. f. Venit Musca grauissima in domo Pharaonis.
      - Formicarum, i. auarorum. *Prou.* 30. d. Formicæ populus infirmus, &c.
      - Scabronum, i. ambitiosorum. *Exod.* 23. d. Emittens scabrones priùs.
    - Belluarum
      - Locustarum, i. adulatorum. *Exod.* 10. d. Flare fecit ventum vrentem, & facto mane ventus vrens leuauit locustas. Conopes dicuntur, quorum pedes tendunt in conum & acutum.
      - Leonum, i. prædonum. *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in eremo, sic pascua diuitum pauperes.
      - Piscium, id est, curiosorum.
      - Maris. *Isaiæ* 57. d. Impij quasi mare feruens.
      - Dæmonum. *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via perditionis.

a Prodiit quasi, &c.] Quasi quis quæreret: Vndè ortum habet ista iniquitas? subiungit: [Prodiit quasi ex adipe,] i. ex abundantia *b* Iniquitas eorum] multiplex.

Videlicet.
- Superbia. *Prou.* 8. b. Opes superbæ. *Gregor.* Apostema tumoris facit abundantiam humoris.
- Obliuio Dei. *Oseæ* 13. b. Adimpleti sunt, & saturati leuauerunt cor suũ, & obliti sunt mei.
- Contemptus Dei. *Iob* 15. c. Contra omnipotentem roboratus est, cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
- Ingratitudo. *Isaiæ* 45. a. Accinxi te, & non cognouisti me.
- Transgressio præceptorum Dei. *Ier.* 5. g. Impinguati sunt & dilati, & præterierunt sermones meos pessimè.
- Luxuria. *Ier.* 5. b. Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.
- Petulantia, i. inordinatio in vestitu, & habitu & gustu: *Deut.* 32. d. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.
- Iurgia & rixæ. *Gen.* 13. b. Erat quippe substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter. Et facta sunt iurgia inter pastores gregum Abraham & Loth. *Deut.* 33. d. Dan fluet largiter ex Basan. Dan causa, Basan pinguedo interpretatur.
- Oppressio pauperum *Eccl.* 13. c. Venatio leonis onager in eremo: sic pascua diuitum pauperes.
- Timor ineptus. *Iob* 15. c. Sonitus terroris, semper in auribus eius: & cum pax sit, semper insidias suspicatur. *Seneca.* Videt pauperem & suspicatur furem: Videt diuitem, & æstimat prędoné.

a Prodiit quasi ex adipe *b* iniquitas eorum *c* transierunt in † *d* affectum cordis. *e* Cogitauerunt, & *f* locuti sunt † *g* nequitiam: *h* iniquitatem in † excelso locuti sunt. *i* Posuerunt in cœlum *k* os suum: & *l* lingua eorum transiuit † in terra.

al. † dispositionem. *al.* † malignitatem. *al.* altum. 22. *dif. c. in tantum.* *al.* † super terram.

sequitur. *c* Transierunt] de terra via. *d* In affectum cordis] vt post concupiscentias suas irent. *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas & à voluntate tua auertere. *Isaiæ* 58. d. Glorificabis Deum, dum non facis vias tuas: & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem. Nec ex ignorantia & ex improuiso peccauerunt, sed ex deliberatione & consilio. Vndè sequitur. *e* Cogitauerunt] in corde. Ecce deliberatio. *f* Et locuti sunt in ore. Ecce cõsilium malum. *g* Nequitiam.] *Ecclesi.* 17. d. Quid nequius, quàm quod excogitauit caro & sanguis? *Prou.* 26. d. Septem nequitiæ sunt in corde eius, i. septem vitia criminalia. *Luc.* 11. d. Assumit septem spiritus secum nequiores se. Locuti sunt autem non mussitantes, sed altè & apertè. Vndè addit. *h* Iniquitatem in excelso locuti sunt,] i. in apertò. Quod enim in excelso, ponitur in aperto. Hoc faciunt, vel facere solebant hæretici, qui in aperto prædicabant hæreses, & in excelso, ad litteram, i. in alto pulpito. Vel sic. [In Excelsum,] i. contra Excelsum. *Iob* 12. b. Audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manibus eorum. Et determinat, quomodo contra Deum locuti sunt. *i* Posuerunt in cœlũ,] i. contra Deum & cœlestia. *Dan.* 7. g. Sermones contra Excelsum loquetur & Sanctos Altissimi conteret. *k* Os suum] blasphemãdo. *Iob* 21. b. Quis est Omnipotens, vt seruiamus eis. *l* Et lingua eorum transiuit] vsque ad cœlum sic blasphemando. [Lingua] dico, manẽs, [in terra,] q. d. excedunt in loquendo. Cum enim sint terreni, & fragiles, non deberent ponere os in cœlum. In hic ergo duobus versibus notantur quinque genera peccatorũ. ([Cogitauerunt.] Ecce peccatum cordis.] Et locuti sunt.] Ecce peccatum oris. [In excelso.] Ecce peccatum læsæ Maiestatis, vel blasphemia. [Posuerunt in cœlum os.] Ecce peccatũ temeritatis. Et lingua eorum, &c.] Ecce peccatũ detractionis, vt sic exponatur: [Et lingua eorum transiuit in terra] in peccatores, vt detrahant, vt de eis possit dici illud *Gen.* 3. c. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Vel potest exponi versus iste contra eos qui suis Prælatis & viris spiritualibus detrahunt. *i* Posuerunt in cœlum os suũ] contra illud *Ex.* 22. d. Diis non detrahes: Non dicit, nõ resistes, quia licet maioribus resistere, sicut *Gal.* 2. c. Restiti Cephæ in faciem. Quare? quia reprehensibilis erat. *Eccl.* 4. c. Non reuerearis proximũ in casu suo: [In cœlũ ergo ponũt os, minuendo bona, quæ in suis maioribus, vel in viris spiritualib⁹ vidẽt: [Et lingua eorum transiuit in terra] quia si quod terrenũ in eis est, illud versant & ostendũt. Vel in bono sic, Prædicatores ponũt os in cœlũ, quãdo in oratione familiariter Deo loquũtur. Et postea [lingua eorũ trãsit in terra

Aliter. *Aliter.*

in terra] cùm prædicant peccatoribus. Vndè sequitur. [Ideò conuertetur populus meus hîc.] Ruinantur enim & versant terrenos peccatores vomere prædicationis, & in eis vitia extirpant, & virtutes seminant. *Iud* 3. d. Sangar percussit sexcentos viros vomere, sc. multò plures, quàm Aioth gladio. Vome est grossa prædicatio, gladius subtilis. Et vtilior est vomer, quàm gladius.

al. † reuertetur.
al. † huc, cum.
al. † sciuit.
al. † Altissimo.
al. † argutio.
al. † generationem.
al. † Et suscepi cognoscere.

a Ideò † *b* conuertetur populus meus † hic : & *c* dies *d* pleni inuenientur in *e* eis. Et *f* dixerunt : quomodo scit Deus : & si *g* est scientia in † Excelso ? *h* Ecce ipsi peccatores & *i* abundantes, in sæculo *k* obtinuerunt diuitias. Et *l* dixi : *m* ergo *n* sine causa iustificaui cor meum : & *o* laui inter innocentes manus meas. Et *p* fui flagellatus *q* tota die; & † *r* castigatio mea in matutinis. Si *s* dicebam: *t* narrabo *u* sic: ecce † *x* nationem filiorum tuorum *y* reprobaui. † *z* Existimabã, vt cognoscerem hoc, *a* labor est

a Ideò, &c.] Secunda pars in qua ostendit se conuersum ab errore, in quem inciderat propter prosperitatem malorum antequam ipsorum conditionem & interitum proximum agnosceret, quæ qui cognoscit, de facili conuertitur ad Dominum. Vndè dicit. [Ideò, Ji. quia prædicta mala in eis cognouit. *b* Conuertetur populus meus] vt conueniat mecum. *c* Hic,] i. in eadem sententia, scil. in contemptu sæculi. *Nahum*. 3. b. Dicitur de Niniue. Omnis, qui viderit te, resiliet à te. Niniue interpretatur speciosa, & significat mundum, & non tantùm conuertetur propter malum vitandum, sed & propter bonum æternæ vitæ adipiscendum. Vndè addit.

d Et dies pleni inuenientur] in futuro. *e* In eis,] id est, dies æternitatis pleni omni gaudio & suauitate. *Iob* 5. d. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore missis. *Iob* 42. d. Mortuus est Iob senex & plenus dierum. Modò sunt dies vacui ab his. *Iob* 7. a. Ego habui menses vacuos & noctes laboriosas enumeraui mihi. *Chrysost*. Sic computet quis tempus suum & diurna & dietas suas, quid omni die recipit à Domino, quid fecerit pro Deo, inueniet omni die Deum præstitisse mercedem operis seruo, scil. cibum, vestem, sanitatem, potestatem, facultatem, & huiusmodi omnia, nos verò quantum temporis expendimus in rebus superuacuis? Vel de falsa conuersione potest legi. *a* Ideo [scil. propter linguam malam, de qua præmissum est. *b* Conuertetur quantum ad exteriorem apparentiam [populus meus] Multi enim quandoque conuertuntur magis timore linguarum, & ideò dicit *c* Hic, q. d. non verè, sed apparenter. Et huic expositioni concordat id, quod sequitur, secundum aliam literat.] Et quis plenus inuenietur in eis] q. d. nullus *Daniel*. 5. g. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Et posset quæri, vnde conuertetur populus. Ideò ostendit duplicem errorem, à quo conuertendi sunt. Primò, quia dicunt Deum nescire hæc inferiora. Vnde dicit. *f* Et dixerunt, quomodo scit Deus] Et in hoc notantur duo vitia, scil. curiositas inquirendi, quomodo scit Deus. Impossibile est enim hominem scire modum sciendi Dei. Et blasphemia etiam hic notatur, quo dubitant, an Deus sciat hæc inferiora. *Isa*. 40. g. Quare dicis Iacob & loqueris Israel, abscondita est via mea à Domino? *Iob* 22. b. Quid enim nouit Dominus? Et quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, circa cardines cœli perambulat. Ecce illa duo, quomodo scit, & si scit. Secundus error est, quia dicunt quod etiam si sciat Deus omnia, non tamen curat hæc inferiora. Vnde addit, quod dixerunt. *g* Et si est scientia in Excelso] quasi dicat nunquid ipse, qui est Excelsus, curat de terrenis? *Ezech*. 8. e. Dicunt enim, non videt Dominus nos: dereliquit Dominus terram. Et sequitur ibi pœna. Igitur non parcet oculus meus, supple, quia dicitis me non videre, *Eccl*. 16. c. In populo magno non agnoscar. Quæ est enim anima mea in tam immensa creatura? Et etiam quasi causam erroris sui assignantes dixerunt. *h* Ecce ipsi, &c. obtinuerunt] sc. violenter. [diuitias] quasi dicat, si Deus ista inferiora sciret, aut curaret, non sustineret, quod per violentiam haberent diuitias nisi peccatores, qui digni non sunt pane, quo vescuntur. *i* Et abundantes in sæculo] qui non indigent, *Iob* 12. b. Abundant tabernacula prædonum, *Iob* 21. a. Quare impij viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitiis [Et abundantes in sæculo] non in cœlo, non in Deo. *Luc*. 12. d. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. *k* Obtinuerunt] per vim. *Iob* 22. b.

Aliter.

In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam: *Sap* 2. c. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. Sed quid erit talibus *Luc*. 12. c. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti cuius erunt: *Eccl*. Substantia superbi eradicabitur. *l* Et dixi] antequam conuerterer, cùm solum terrena quærebam.

m Ergo] s. ex quo peccatores habent ita prosperitatem, & non ego, *n* Sine causa iustificaui cor meum] i. in vanum. *n* Et frustrà [laui intus innocentes manus meas] i. frustrà mundaui, & cogitationes & opera, Sic dicunt multi, quibus videtur, quod amiserint operas suas nisi remunerentur in temporalibus, *Iob*. 21. b. Quid nobis prodest, si orauerimus Deum *Malac*. 3. d. Dixistis, Vanus est omnis, qui seruit Deo : & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius? [Et laui inter innocentes manus meas] *Iob* 20. d. Saluabitur innocens : saluabitur autem munditia manuum suarum. Lauandæ sunt manus à stercoribus pecuniæ, & luto luxuriæ & pice inuidiæ. Quæ etiam si lauẽtur, adhuc tamen remanet fœtor. *Ierem*. 2. e. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua. Multi etiam lauant manus, sed non lauant pedes, id est, affectus, *Iob* 9. e. Si lotus fuero velut aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen sordibus intinges me. Ideò dicit Dominus *Ioan*. 13. b. Qui lotus est, non indiget: nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Quomodo autem lauetur, subiungit, sc. per pœnitentiam. Vnde dicit. *p* Et fui flagellatus] flagello pœnitentiæ, *q* Tota die] non ad horam. Semper enim debet esse homo in pœnitentia, vel per ieiunium, vel per orationem, vel per cilitium, & huiusmodi. *Eccl*. 22. a. Flagella & doctrina in omni tempore sapientia. *Et*. 30. a. Qui diligit filium suum, assiduat ei flagella filius est affectus, pater liberum arbitrium, mater concupiscentia. Et pœnitentia non tardè incepta est. Vnde dicit. *r* Et castigatio mea in matutinis] i. ab initio diei vitæ meæ, sicut *Matth*. 20. a. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. *Psal*. 5. Mane astabo tibi, *Thr*. 3. c. Bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Vel [In matitudinis] laudibus, vbi de nocte surgentes, & vigilantes viri sancti castigant corpus suum. *Eccl*. 31. a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Hæc ergo omnia dixit se frustra fecisse propter hoc, quod malos videbat prosperari in mundo. Sed ostendit se reuersum ab hoc errore suo, & solutionem inuenisse. Vnde addit.

s Dicebam] in corde,

t Narrabo] in ore:

u sic] aliis, sicut hæsito in corde meo.

x Nationem filiorum tuorum] id est. Sanctorum omnium.

y Reprobaui,] i. reprobos ostendit, q. d. non vsque ad hoc, procedet hæsitatio mea, quod aliis prædicem impunitatem peccatorum, & vanam esse pœnitentiam. Peius est enim malum narrare, quàm cogitare : quia narratio alios inficit; cogitatio autem tantum se. 1. *Cor*. 15. d. Corrũpunt bonos mores colloquia praua. Et ideo hoc non faciam; quia si facerem, vitam Sanctorum reprobarem, qui hic nullas prosperitates sequuntur, & omnes molestias amplectuntur. 1. *Cor*. 15. c. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et ostẽdit se istam solutionem & veritatis cognitionem non à se inuenisse, sed à Deo. Vnde addit. *z* Existimabam, vt cognoscerem] i. putabam primò, citò inuenire veritatem. Sed. *a* Hoc labor est ante me] i. supra me,

Λ donec intrem

z Existimabam, &c. Hoc potuit dicere Adam post peccatum, vel etiam genus humanum pro Adam [Existimabam, vt cognos.] bonum & malum comedendo de pomo, *Genes*. 3. a. Eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Sed. *a* Hoc labor, &c.] quia inde secutus est. — *De Adam vel generi humano,*

ϴ omnis sa-

z Existimabam, &c. Hoc potest dicere, qui magnam habens scientiam, conuertit se ad meditationem & imitationẽ Passionis Christi [Existimabam] aliquando hoc [vt cognoscerem] i. studendo acquirerem magnam scientiam & essem magnus Clericus. Sed iam nolo. Et quare? — *De valde doctis.*

a Labor] sc. labor Christi [est ante me] i. coram me ad me meditandum, nec aliud volo scire, sicut dicit, Apostolus 1. *Cor*. 2. a. Nihil reputaui.

* me scire

z Existimabam, vt cognoscerem, &c.] Hoc possent dicere multi Clerici, præcipuè Theologi, qui præsumunt se statim habere vel habituros esse scientiam Scripturæ diuinæ. Sed. *a* Hoc labor est] *Eccl*. 1. d. — *De Clericis.*

Δ Dedi cor

Itẽ sic. *z* Existimabã, &c.] vel suscepi cognoscere, i. proposui studere. Et *a* Hoc labor est ante me.] scilicet studium — *Aliter de Clericis.*

** aut student

al. † introeã.
al. † nouissima.
al. † dolositatem.

† ante me. *a* Donec † *b* intrem in *c* Sanctuarium Dei, *e* & *d* intelligam in † *e* nouissimis eorum. *f* Veruntamen *g* propter † dolos *h* posuisti eis:

A *a* Donec intrem] per veram fidem & charitatem.
c In Sanctuarium Dei,] i. in Christum, in quo, vt dicitur *Col.* 2.a. Sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Vnde *ibid.* præmittit Apostolus: Instructi in charitate & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij Dei Patris Christi Iesu, in quo sunt, &c. In hoc Sanctuario bene inuenitur solutio præmissæ hæsitationis. Cũ enim ipse esset summè sapiens, omnes sæculi diuitias & prosperitates contempsit, & omnia mala sæculi sustinuit.
d Et] donec, [intelligam,] i. attentè considerem.
e In nouissimis eorum] tam bonorum, quàm malorum. Nouissima enim bonorum sunt in fœlicitate. *Eccl.* 1. b. Timenti Deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Propter hoc dicebat Balaam. *Num.* 23. b. Moriatur anima mea morte Iustorum: & fiant nouissima honorum similia. Nouissima autem peccatorum sunt in miseria & paupertate. *Iob* 27.d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, &c. *Psalm.* 33. Mors peccatorum pessima. *Iob* 21.b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Qui ergo bene intelligeret in istis nouissimis, bene cognosceret, quòd ista prospera non sunt appetenda. *Deut.* 32. d. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. *Eccl.* 7. d. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.
⊖ omnis labor & dolor generi humano.
a Donec] per acta vita ista & pœnitentia facta.
b Intrem] post mortem.
c In Sanctuarium Dei,] i. in Limbum, vel in cœlum post Christi Passionem, sicut dictum est, ei. *Genes.* 3. d. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.
* me scire inter vos nisi Dominum Iesum Christum, & hunc crucifixum. Hic est liber vitæ, in quo addicitur ars viuendi, in quo deberet studere & legere frequenter omnis, qui vult habere artem viuendi: Vndè *Iob* 31. d. qui volebat bene viuere, dicebat: Librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum gutturi meo, quasi coronam mihi, per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi Principi offeram eum.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in cœlum, quando omnia sciam.
Δ Dedi cor meum, vt scirem prudentiam atque doctrinam: & agnoui, quòd in his esset labor & afflictio spiritus, scilicet, in studio. Studium enim est labor maximus, licet nihil sit similius otio. Et est [ante me,] quasi dicat, semper fugit scientia & elabitur, sicut vmbra hominis semper fugit ante ipsum, si velit eam apprehendere; sic scientia. *Eccl.* 8. d. Quantò plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Item *Eccl.* 7. c. Dixi sapiens efficiar & ipsa longiùs recessit à me. *Item* 8. d. Est homo, qui diebus, ac noctibus somnum non capit oculis; & intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ sunt sub Sole: & quantò plus laborauerit ad quærendum, tantò minus inueniet. Nec sufficit labor studij sine gratia. Vndè sequitur.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] id est, vt sim de Ecclesia Dei meritò, non tantùm numero. *Sapient.* 1. a. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Nec etiam in hypochritis. Vndè ibi sequitur: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. 1. *Cor.* 8. a. Si quis existimat se scire aliquid, nondum cognoscit, quomodo oporteat eum scire, scilicet, per gratiam & laborem studij & exercitium scholasticum. Vel sic. [Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in cœlum, quasi dicat, licet homo etiam multùm laborauerit, non tamen acquiret perfectam scientiam, donec perueniat illuc, vbi sibi labore omnia cognoscet in Deo. 1. *Cor.* 13. d. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.
* aut studendi propositum.
a Donec intrem in Sanctuarium Dei,] i. in prælationem Ecclesiasticam. *Deut.* 23. a. Non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis & abscisso veretro, Ecclesiam Dei. *Ioan.* 10. a. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde; ille fur est, & latro. *Ezech.* 44. b. Posuistis custodes obseruationum mearum in Sanctuario meo vobismetipsis. *Ezech.* 7. f. Violabunt arcanum meum, & intrabunt in illud emissarij. Et notandum super illud verbum: [Ecce nationem filiorum tuorum reprobaui] quòd aliquis est filius Dei multis modis, scilicet.

Filius Dei quis efficitur per
- Creationem. *Iob* 1. b. Cùm venissent filij Dei, & assisterent coram Domino.
- Adoptionem. *Rom.* 8. c. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.
- Fidem. *Gal.* 3. d. Omnes enim filij Dei estis per fidem. *Ioan.* 1. a. Dedit eis potestatem filios Dei fieri.
- Obedientiam. *Ecclesiastic tertio* a. Natio eorum obedientia & dilectio, & cætera.
- Charitatem. 1. *Ioan.* 3. a. Videte, qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.
- Imitationem. *Ephes.* 5. a. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.
- Vitationem peccati. 1. *Ioannis tertio* b. Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat.
- Victoriam mundi. *primo Ioannis quintò* a. Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum.
- Pœnitentiam. *Osea* 1. d. In loco vbi dicetur eis, non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis,
- Contemplationem. *Apoc.* 2. e. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos, tanquam flammam ignis.
- Verbum Dei. *Iacob* 1. c. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.
- Baptismum. *Ioan.* 3. a. Oportet nasci denuò. Et *ibidem*: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, & cætera.
- Resurrectionem. *Luc.* 20. f. Filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis.
- Quæstionem. *Psalm.* 23. Hæc est generatio quærentium eum.
- Lucem. *Ioannis decimo secundo* f. Vt filij lucis sitis.
- Spem. 1. *Petr.* 1. a. Regenerauit nos in spem viuam.
- Glorificationem. 1. *Ioan.* 3. a. Charissimi, nunc filij Dei sumus; sed nondum apparuit, quid erimus: Scimus autem, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. *Sap.* 5. a. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.
- Inimicorum dilectionem. *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri.

f Veruntamen, &c.] Tertia pars, vbi ostendit, quid in Sanctuario didicerit. Et multa sunt, quæ ibi didicit. Primum est, quòd diuitiæ magis obsunt malis, quàm prosint. Vndè dicit: [Veruntamen,] quasi dicat, labor fuit ante me, vt cognoscerem, &c. [Veruntamen] tantùm laboraui quod hæc didici, scilicet, quòd.
g Propter, &c.] quos faciunt aliis.
h Posuisti eis,] i. ista temporalia ad tempus concessisti eis, vt scilicet, exigentibus dolis & peccatis eorum bona habeant præsentia, & futuris priuentur. Propter quod dicitur *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, i. in Ecclesia. *Et Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Vel. [Propter dolos,] i. vt ipsi ibi decipiantur, non quia Deus intendat eos decipere; sed ipsi se decipiunt illicientes se creaturis & donis Dei, & ipsum Deum & æterna non quærentes. *Sapient.* 14. b. Creaturæ Dei factæ sunt in odium & in tentationem animæ hominum & in muscipulam pedibus insipientium; quia sicut in muscipula capiuntur mures propter escam, quam ibi quærunt; ita homines deserentes Creatorem, & voluptatem quærentes in creaturis. Et dicit: [Posuisti] non dedisti, quia talis datio nihil est aliud, quàm quædam Λ falsa positio

Item sic. *Aliter.*
f Veruntamen propter dolos] populi puniendos. *h* Posuisti eis] malos Prælatos. *Iob* 34. d. Et super Gentes & super omnes homines, qui regnare facit hypochritam, i. Antichristum, vel malum Prælatum, propter peccata populi. *Dan.* 8. g. Dirigetur dolus in manu eius, & cor suum * magnificabit,

A falſa poſitio. Sicut ſolet fieri in diſputationibus, vbi ponuntur quædam falſa gratia diſputationis ad tempus. Sic Dominus, quando fit aliquis Epiſcopus, tunc idem eſt, ac ſi dicat e Dominus, ponatur te eſſe Epiſcopum, vel Regem, vel diuitem, & huiuſmodi. Sed ſic eſt in falſa poſitione, quòd ille qui facit poſitionem, ſcilicet, opponens, habet poteſtatem deponendi, dicendo, cedat tempus; & non ille, cui fit poſitio. Vnde *Eccleſ.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, quia citò veniet tempus depoſitionis *Iſa.* 22 f. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te, &c. Tempore poſitionis concedendum eſt, quicquid ſequitur ex poſitione, id eſt, obediendum eſt Epiſcopo, dum eſt Epiſcopus, in omnibus, quæ pertinent ad cathedram. *Matth.* 23. a. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite, &c. Ita Dominus quando vult, ponit nobis iſta, & quando vult, deponit. *Iob* 1.d. Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt. *Ioan.* 10 d. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Si de anima, ergo multò fortiùs de rebus exterioribus. Ipſe dixit. Cedat tempus, illi diuiti. *Luc.* 12. c. cui dixit. Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: & quæ paraſti, cuius erunt? quaſi dicat Dominus, cedat tempus, facta poſitione poſſibili, conceſſiſtis impoſſibile, ergo malè. Quod enim facta fuiſſet poſitio, ipſe loquens animæ ſuæ præmittit, dicens. Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos. Cùm dicit, poſita, concedit poſitum: cùm dicit, in annos plurimos, concedit falſum ſequens ex poſito: cùm autem addit requieſce, &c. concedit impoſſibile, quia in diuitiis non poteſt eſſe quies. Nam in acquirendo labor eſt, in poſſidendo timor, in deſerendo dolor. *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Hoc eſt primum, quod intellexit, ſcilicet, quòd diuitiæ non proſunt, ſed obſunt. vnde *Eccl.* 5. c. Eſt alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole, diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui. Secundum, eſt quòd honores nihil proſunt. Vnde addit.

d † extollerentur. al † exurgentium. al † imaginem eorum.

a deieciſti eos, dum † alleuarentur. *b* Quomodo facti ſunt in deſolationem, *c* ſubito defecerunt *d* perierunt *e* propter iniquitatem ſuam. *f* Velut ſomnium † ſurgentium: *g* Domine in ciuitate tua † *h* imaginem ipſorum *i* ad nihilum rediges.

a Deieciſti eos, dum alleuarentur] Id eſt, ſimul eleuaſti, & deieciſti, ſicut in lucta luctator ſimul eleuat ſocium ſuum, & deiicit. *Iob.* 24. d. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent. Et 30. c. Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me validè: *Pſal.* 36. Quemadmodum fumus deficient. Fumus enim ſimul eleuatur & deficit.

Aar. *magnificabit, & in copia omnium rerum occidet plurimos, id eſt, donis ſeducet.

a Deieciſti eos] de prælatione, & poteſtate ſua: id eſt, deiicies: *Iſaiæ* 11. a. Spiritu labiorum ſuorum interficies impium. *Pſalm.* 139. In ignem deiicies eos, in miſeriis non ſubſiſtent. Tertium, quod intellexit, eſt, quòd deſolabuntur ab amicis maximè in morte: Vnde admirans ſubiungit.

b Quomodo facti ſunt in deſolationem?] In morte, ſcilicet: Nullus enim tunc eos iuuat. *Iſa.* 14. c. Quaſi cadauer putridum non habebis conſortium, dicitur ad Nabuchodonoſor, quia etiam ſi Rex ſit homo, nihilominus quando mortuus eſt, abominabilis eſt omnibus. *Threnor.* 1 a. Non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius, ſcilicet, animam mortui: *Ierem.* 25. g. Facta eſt terra eorum in deſolationem a facie iræ columbæ, & *Ezech.* 35 a. Dabo te in deſolationem, atque deſertum, vrbeſque tuas demoliar, &c. Lætante vniuerſa terra, in ſolitudinem te redigam. Quartum eſt quod fortitudo quantacumque temporalis citò perit: Vnde addit:

c Subitò defecerunt.] quaſi dicat licet deſolatio ſequatur in morte, non eſſet tamen mirum ſi diu poſſent viuere in deliciis, ſi tunc diuitias, & delicias, & honores appeterent. Sed hoc ſumma ſtultitia eſt, quia eas appetunt, & quærunt; & tamen ſubitò deficiunt, tam ipſi appetentes, quàm ipſa appetita. *Ezech.* 13. b. Ecce cecidit paries, nunquid non dicetur vobis, vbi litura, quam liniſtis? Paries, corpus noſtrum eſt: linitur, quando fouetur: linitur, quando pretioſis veſtibus, & pictis, vel tinctis tegitur. Sed ſtultum eſt pretioſos colores apponere parieti ruinoſo: *Iob.* 5. a. Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim. *Pſalm.* 36. Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani, & tranſiui & ecce non erat: quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. Quintum, quod intellexit, eſt, quòd tales expectat mors æterna. Vnde addit.

d Perierunt] æternaliter, non iniuſtè, ſed

e Propter iniquitatem ſuam.] *Iob* 6. c. Tempore, quo fuerint diſſipati, peribunt. Tempus diſſipationis eſt mors, in qua fit diſſipatio, & diuiſio, quia res diſſipantur à parentibus, vel potentibus, anima à Dæmonibus, corpus à vermibus. *Eccleſ.* 10. b. Cùm enim morietur homo, hæreditabit vermes, beſtias, & ſerpentes. Ecce illa terna diſſipatio. Hæc tria mala, quæ in hoc verſu continentur, etiam in anima in præſenti fiunt. Prima deſolatio, quando caret conſolatione. *Pſalm.* 41. Quare triſtis es, anima mea, &c. Hanc autem ſequitur defectus à bono; defectum verò ſequitur perditio. Primum acidiæ, ſecundum pigritiæ, vel torporis, tertium eſt deſperationis. Primum impedit incipientes: Secundum opponitur proficientibus: Tertium, perfectis. Sextum, quod intellexit, eſt, quòd omnia illa temporalia ſunt falſa, & vana. Vnde dicit.

f Velut ſomnium ſurgentium.] Et hoc eſt determinatio eius, quod præmiſit, [ſubitò defecerunt,] ſcilicet, ipſi diuites, vel diuitiæ, [velut ſomnium ſurgentium, id eſt, ſicut quando aliquis ſomniauit ſe eſſe in multis diuitiis, vel deliciis, vel honoribus, cùm euigilat, & ſurgit de ſomno, intelligit, quòd illa non habebat in veritate, ſed ſomnium, & vanitas erat: Sic illi diuites, qui modò dormiunt, & quieſcunt in iſtis temporalibus, quando in morte euigilabunt: tunc percipient ſe non in veritate fuiſſe diuites, ſed ſicut per ſomnium. Vnde *alibi in Pſ.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. *Iſa.* 29. b. Sicut ſomniat eſuriens, & comedit; cùm autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius, &c. Sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. *Iob.* 22. d. Diues cùm dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet, apprehendet eum, quaſi aqua, inopia. Et hoc apertiùs dicit, cùm ſubiungit.

g Domine, in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges,] id eſt, gloriam temporalem, quæ ſicut imago apparet in illo ſomnio: Sed hanc excutiet euigilatio. Et hoc facies [in ciuitate tua] ſuperna Ieruſalem, vbi non erit ſomnium, ſed veritas. Et cùm ipſi euigilantes ſurgant in morte, vel in iudicio, dicentes: Aperi nobis, tunc [imaginem ipſorum ad nihilum rediges, quia nec ampliùs ſomniabunt, nec ad veritatem in ciuitatem tuam intrabunt. *Matth.* 25. a. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt, media autem nocte, dum omnes dormirent, clamor factus eſt: ecce Sponſus venit, exite obuiam ei: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſimè autem venerunt, & reliquæ virgines, ſcilicet, ſomniatrices, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Sic accidit ſomniantibus huius mundi. *Eccleſ.* 34. a. Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. Item de Prælatis malis.

f Velut ſomnium ſurgentium] tranſibit dignitatis eorum gloria. *Iob.* 20. b. Velut ſomnium auolans, non inuenietur, ſicut viſio nocturna. *De Prælatis malis.*

g Domine, in ciuitate tua, id eſt, in Eccleſia tua.

h Imaginem ipſorum, id eſt, ipſos Prælatos inutiles, qui ſunt quaſi imagines, quia adorantur, vt Dij *Pſal.* 113. Os habent, & non loquentur, prædicando, vel cantando. Quid ergo faciunt de ore? Manducant, & bibunt copioſè, & ſplendidè. *Eccleſ.* 30. c. Quid proderit libatio idolo? Neque enim manducabit, neque adorabitur. *Zac.* 11. d O paſtor, & idolum derelinquens gregem. Iſtas imagines

i Ad nihilum rediges.] *Iſaiæ* 41. g. Ventus, & inane ſimulachra eorum. *Iſaiæ* 19. a. Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & corruent omnia ſimulachra Ægypti, id eſt, mundi. *Oſeæ.* 13. b. Erunt ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Vel moraliter de ciuitate religionis.

g Domine, in ciuitate tua,] id eſt, in religione, vbi debet eſſe ciuium vnitas in habitu exteriori, & in homine interiori. *De Religione.*

h Imaginem eorum, ſcilicet, temporalium imaginationes.

i Ad nihilum rediges,] quia ibi non debent cogitare de ſæcularibus, vel temporalibus, ſed ſolùm de æternis. *Pſ.* 76. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. *Philippen.* 3. d. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.

Poſſunt

Poſſunt autem notari plures cauſæ, quare temporalia dicuntur ſomnia, ſecundum proprietates ſomniorum.

Temporalia dicuntur ſomnia, quia

- Sicut homo in ſomnio amplexatur phantaſmata pro veritate: ſic homines mundani præſentia pro æternis. *Pſalm.* 4. Filij hominum, vt quid diligitis vanitatem, & cætera.
- Sicut pro varietate infirmitatum eſt diuerſitas ſomniorum: ſic diuerſitas morborum ſpiritualium. Cupiditas enim facit ſomniare diuitias, ſuperbia honorem, inanis gloria famam, luxuria delicias, & ſic de aliis Vndè *Caro*.

  Somnia ne cures, nam mens humana quod optat
  Dum vigilans ſperat, per ſomnum cernit idipſum.

  Eccl. 5 a. Multas curas ſequuntur ſomnia, &c.
- Sicut ſtultus extollitur de ſomnio: ita ſtulti huius mundi de iſtis temporalibus extolluntur. *Eccl.* 34.a. Somnia extollunt imprudentes.
- Sicut diabolus illudit in ſomniis, ita in diuitiis. *Eccl.* 34, a. Cor tuum phantaſias patitur, niſi ab Altiſſimo fuerit immiſſa viſitatio. *Luc.* 23. b. Illuſit indutum veſte alba, Alba veſtis, ſunt diuitiæ & honores.
- Sicut ſomnia exponuntur per oppoſitum: ſic in iſtis. *Luc.* 6. b. Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Et* 16. f. Filij, recordare, quia recepiſti bona in vita tua; & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur; tu verò cruciaris.
- Sicut ſomnia faciunt timere hominem, quod non eſt timendum: ſic iſta. *Pſalm.* 13. Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
- Sicut ſomnium facit credi de mortuo, quòd viuat: ſic diuitiæ & deliciæ 1. *Tim.* 5. a. Vidua, quæ in deliciis eſt, viuens mortua eſt. *Apoc.* 3. a. Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es.
- Sicut cùm euigilatur à ſomno euaneſcunt omnia: ſic de iſtis. Vndè. *Pſalm.* 75. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum, &c.
- Sicut ſomnia ſunt quædam prælıdia futurorum: ſic iſta. Vndè *Ieron.* vel *Greg.* Continuus ſucceſſus temporalium æternæ reprobationis certiſſimum eſt indicium. Sicut cùm Medicus concedit infirmo omnia, quæ deſiderat, ſignum eſt deſperationis. *Pſalm.* 77. Deſiderium eorum attulit eis, &c.
- Sicut ſomnium aſſecurat: ſic iſta. *Prou.* 23. d. Eris quaſi dormiens in medio mari.
- Sicut de ſomnio remanet tantùm memoria, quæ animum potiùs affligit, quàm delectet, ſic de diuitiis. *Luc.* 16. f. Recordare, quia recepiſti bona in vita, &c.

a Quia † inflammatum eſt cor meum, & *b* renes mei † *c* commutati ſunt: & ego *d* ad nihilum redactus ſum, & † *e* neſciui. † Vt *f* iumentum factus ſum *g* apud te: & *h* ego ſemper tecū. *i* Tenuiſti manum † *k* dexteram meam: & in *l* volūtate *m* tua *n* deduxiſti me: & *o* cū gloria † ſuſcepiſti me.

al. † delectatum.
al. † mutati.
al. † non cognoui.
al. † Quaſi pecus.
al. † dexteræ meæ.
al. † aſſumpſiſti.

a Quia inflammatum eſt, &c.] Hic oſtendit, quòd non tantùm propter propria peccata peribunt; ſed etiam quia alios exemplo ſuo ad peccatum inclinauerunt. Et oſtendit de ſe in perſona debilium, quòd ipſe peccauit propter eos. Primò peccato inuidiæ, cùm dicit: [Quia inflammatum eſt cor meum] ardore inuidiæ. Hoc eſt quod ſupra dixit: [Quia zelaui ſuper iniquos.] *Eccl.* 8. c. Ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Secundò oſtendit ſe peccaſſe peccato inſtabilitatis, cùm addit *b* Et renes mei commutati ſunt,] i. factus ſum inſtabilis contra tentationes. *Pſal.* 108. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent; Illa, ſcilicet, mendicitate, de qua *Matth.* 25. a. Date nobis de oleo veſtro. Et per renes poteſt notari peccatum carnis, quod regnat in renibus virorum, ſicut dicit *Greg.* Contra quod dicit Dñs *Luc.* 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti. *Pſalm.* 25. Vre renes meos & cor meum. Tertium, in quo dicit ſe peccaſſe exemplo malorum, eſt terrenorum amor. Vndè addit. *d* Et ego ad nihilum redactus ſum] ſequens nihilum terrenorum. *Aug.* Si paleam ſequeris, palea efficieris. Quartò per ignorantiam: Vndè ſubdit. *e* Et neſciui] peccatum meum. *Amb.* Periculoſiſſimè ſcito te ægrotare, quia te ægrotare ignoras. *Oſea* 7. c. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. *Iſa.* 42. d. combuſſit eum in circuitu, & non cognouit: & ſuccendit eum, & non intellexit. Quintum eſt ſtoliditas. Vnde ſequitur. *f* Vt iumentum factus ſum,] i. ſtolidus, & portans indifferenter onera diaboli, vt Dei. Contra quod dicitur *in Pſal.* 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *Iob* 18. a. Quare reputati ſumus vt iuméta, & ſorduimus coram te? Et hoc. *g* Apud te] qui rectè æſtimas, non apud homines, qui me ſapientem dicebant, ſapientia huius mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Cor.* 3. d. Et oſtendit, quòd licet peccaret; tamen fidem informem habebat. Vndè addit.

h Et ego, tamen, [ſemper] fui, [tecum] per fidem informem, non receſſi à te ſequendo Deos alienos. Sic leguntur iſta ſecundum *Gl.* Vel aliter poteſt legi in bono. *a* Quia inflammatum eſt, &c.] Et ſic continuari poteſt. Suprà dixerat ſe ingreſſum in Sanctuarium Dei, vbi multa didicit, propter quæ dicit: [Inflammatum eſt cor meum] igne charitatis. *Luc.* 24. e. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via de Ieſu? *Greg.* Amor ſuggerit, quod negat ingenium. *Idem.* Vires, quas imperitia denegat, charitas ſubminiſtrat. Ex hac autem inflammatione multa bona ſequuntur. Primum eſt commutatio voluptatum. Vndè dicit. *b* Renes mei,] i. voluptates meæ. *c* Commutati ſunt,] q. d. guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. *Iſa.* 40. g. Qui autem ſperant in Dño, mutabunt fortitudinem, &c. De his renibus. *Leu.* 3. c. Præcipitur, vt renunculi offerantur Dño in ſacrificium. Renes naturaliter intra corpus ſunt, ſi extra ponantur, malè commutantur: Ita & delectationes non debent eſſe de exterioribus rebus, ſed de intrinſecis, i. ſpiritualibus. *Eccl.* 30. c. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium, & iucunditas mentis, hæc eſt vita hominis. Item [renes] in calida pinguedine debent ſedere, i. in feruenti deuotione. Secundum, quod ſequitur ex inflammatione, eſt humilitas. Vndè addit. *d* Et ego ad nihilum redactus ſum] per humilitatem, quæ neceſſaria eſt poſt renum mutationem, ne de ſanctitate eleuetur cor. *Iob* 30. b. Redactus ſum ad nihilum, abſtulit quaſi ventus deſiderium meum. De hac annihilatione. *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Per contrarium. *Gal.* 6. a. Si quis ſe exiſtimat aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Tertium eſt abſconſio ſuiipſius. Vndè ſequitur. *e* Et neſciui,] quia vera humilitas bona ſua homini abſcondit. *Greg.* Soli Sancti bona ſua non vident, quæ aliis videnda præbent. Quartum eſt obedientia. Vndè addit. *f* Vt iumentum factus ſum apud te,] portans ſine murmure onus Domini. *Matth.* 11. d. Tollite iugum meum ſuper vos, &c. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Sed ſunt quidam, qui ſubiiciunt ſe iugo obedientiæ; ſed cùm eis dura præcipiuntur, reſiliunt. Propterea ſequitur quintum, quod neceſſarium eſt, ſcilicet, perſeuerantia. Vndè dicit. *h* Et ego ſemper tecum.] Non ſemper ſunt cum Domino, qui ad horam credunt, & in tempore tentationis recedunt, ſicut dicitur *Luc.* 8. b. *Oſea* 7. d. Væ eis, quia receſſerunt à me: vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me. Sed boni ſunt ſemper cum Domino. *Pſalm.* 79. Et non deſcedimus à te. *Rom.* 8. g. Certus ſum, quòd neque mors, neque vita, &c. poterunt nos ſeparare à charitate Dei. Ex his autem meretur homo triplicem gratiam, ſcilicet, gratiam cooperantem, proficientem, perficientem, ſiue conſummantem, quæ tres notantur in ſequenti verſu. *i* Tenuiſti manum,] i. operationē. *k* Dexteram,] i. bonam, non ſiniſtram, [meam.] Ecce cooperatio ex parte noſtra. [Tenuiſti] notat operationem, ſiue cooperationem ex parte Dei, ſine quo nihil bonum fit. 1. *Cor.* 15. b. Non ego, ſed gratia Dei mecum. *Ioan.* 15. a. Sine me nihil poteſtis facere. *Iſaia* 42. b. Apprehendi manum tuam, & ſeruaui te: In hoc ergo notatur gratia cooperans. Cùm autem addit. *l* Et in voluntate tua deduxiſti me] notatur gratia proficiens. [In voluntate tua,] i. ſecundum voluntatem tuam. Deduxiſti me, de bono in melius. Vel. In voluntate tua, i. in præceptis & in conſiliis tuis. *Pſ.* 118. Deduc me in ſemita mandatorum, tuorum, quia ipſam volui. Gratia autem perficiens & conſummans, notatur, cùm concludit. *o* Et cum gloria ſuſcepiſti me,] i. ſuſcipies in futuro. *Luc.* 14. c. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Tunc dicit, non nunc; ſed vtilitas in præſenti, gloria in futuro. *Pr.* 15. d. Gloriam præcedit humilitas. Et ibi *Luc.* 14. c. Statim ſequitur. Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Item poteſt hoc ſpiritualiter dicere Religioſus.

Aliter. *de Religioſis.*

i Tenuiſti manum dexteram meam] educendo me de ſæculo. *Gen.* 19. d. Diſſimulante Loth exire, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, & eduxerunt eum. Et in voluntate] non violentia, quia non recalcitraui. *Matt.* 6. b. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.

m Tua non mea, *Matt.* 26. d. Non quod ego volo, ſed quod tu: Ecce obedientia *n* Deduxiſti me] vt Dux, non vt cæcus, *Deut.* 8. c. Qui eduxit te de terra Ægypti, id eſt, de mundo, & Ductor tuus fuit in ſolitudine, i. in Religione. Et tandem ſequitur præmium. *o* Et cum gloria ſuſcepiſti me] vt expoſitum eſt. Vel in præſenti etiam gloria eſt homini ſeruire Deo, cui, ſicut dicit *Boetius*, ſeruire Deo regnare eſt. *Eccl.* 23. d. Gloria magna eſt ſequi Dominum.

Quid enim

a Quid enim mihi † *b* est in cœlo : & *c* à te quid volui super terram ? *d* Defecit † *e* caro mea & *f* cor meum : *g* Deus cordis mei , & *h* pars mea Deus *i* in † æternum. *k* Quia ecce *l* qui † elongant se à te , *m* peribunt : *n* perdidisti † omnes, *o* qui fornicantur *p* abs te. Mihi *q* autẽ *r* adhærere Deo bonum est: *s* ponere in † Domino Deo spem meam.

al. † restat. al. † cor meum. al. † sæcula. al. † longè faciunt. al. † omnem, qui fornicatur. al. † non habet † Domino.

a Quid enim mihi,&c.) Quarta pars, vbi arguit se de prioribus comparans prœmium æternum voluntati suæ priori. Vnde dicit. [Quid.n.] q.d. bene dico, quod suscipies mecum gloria [Enim] id est, quia. Quid] admiratiue & indeterminate. *b* Mihi est in cœlo] q.d. magnum & admirabile, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. 1. *Cor.* 2. & *Isa.* 64. b. *c* Et à te quid volui super terram] q. d. nihil est illud, quod cum ardenti desiderio volui à te. Magnam iniuriam faceret Regi, qui peteret ab eo instanter stercus vnum de sterquilinio suo. Temporalia sunt stercora, quæ non sunt digna, vt à tanto Domino petantur. *Phil.* 3. b Arbitror vt stercora. *Matt.* 6. d. Primum quærite regnum Dei, id est, magna, *Ioann.* 16. e. Vsque modo non petistis quicquam, q.d. sed nihilum, s. temporalia. Sed hæc petuntur, quia illa non cogitantur. Qui enim illa amaret, ista non quæreret, sed contemneret. Vnde dicit *Gregor.* Qui cœlestis vitæ dulcedinem inquantum possibilitas admittit, perfectè cognouerit ea, quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit. Idem. Fortis est, vt mors, dilectio: quia sicut mors interimit corpus: ita ab amore rerum corporalium æternæ vitæ charitas occidit. Quod & in se factum iste Asaph ostendit, cum subiungit.

e Defecit caro mea] id est, voluntas carnalis defecit ex prægustatione cœlestis dulcedinis, Quia sicut dicit *Greg.* gustato spiritu desipit omnis caro.

f Et cor meum] id est, cogitatio mala, quæ de corde procedit. *Matt.* 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ. Et his deficientibus cor Deum eligit & diligit. Vnde addit.

g Deus cordis mei] supple, est reformator. Sicut supra petebat Dauid: Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. *h* Et pars mea Deus] q.d contemptis terrenis Deum elegi, vt sit pars & portio mea. *Psalm.* 15. Dominus pars hæreditatis meæ, *Ezech.* 44. g. Possessionem non dabitis eis, ego enim possessio eorum. *i* In æternum] *Luc.* 10. g. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Secundum hunc modum, exponit *Gilibertus* hunc versum, dicens] Defecit caro mea & cor meum,&c.] vt nec carnalis affectus, nec cordis mei sensus respiret : sed sit Deus cordis mei pars. Si hanc partem perdidero, inanis & vacuus remanebo, quasi terra sitiens, & quasi vas perditum. Et ita vacuo vasi tuo plenitudinis portionem infunde: quid parcis torrenti voluptatis ? Heu quasi raptim transit torrens iste nostris in conuallibus, sed trahunt me post se in æternum desiderium deliciæ impertitæ. Vel in persona Iustis tentati potest legi, vt dicit.

Aliter.

a Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram] quasi dicat : nullam, Domine, consolationem immittis mihi de cælo; tamen nihil terrenum quæro à te. *d* [Defecit in tentationibus. *e* Caro mea] quoad carnalia.

f Et cor meum] quoad spiritualia, 2. *Corinth.* 1. b. Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed in nobisipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, &c. Ideo sequitur.

Christus est nobis multa.

h Deus cordis mei.] Et non dicit quid, vt multa ponamus, Vnde versus.

Exemplum, socius, Medicus, merces, pater, auctor
Vstor, Doctor, amor, spes, laus, patientia, virtus.

Christus enim est exemplum nostrum, secundum illud 1. *Pet.* 2. d. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum,&c. Item socius, *Is.* 41. b. Ne timeas, quia ego tecum sum. Medicus, *Ioan.* 5. c. Ipse vulnerat & medetur, Merces, *Gen.* 15. a. Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Item pater, *Heb.* 12. c. Quis enim filius, quem non corripiat pater. ? Item auctor, & ideo amator, *Sap.* 11. d. Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Item vstor, *Psal.* 25. Vre renes meos, & cor meum Item Doctor, *Ps.* 70. Deus, docuisti me à iuuentute mea, *Osee* 2. c. Loquar ad cor eius. Item amor, 1. *Ioan.* 4. c. Deus charitas est. Item spes, *Psalm.* 70. Spes mea à iuuentute mea. Item laus, *Psal.* 117. Fortitudo mea & laus mea Dominus. Item patientia. *Psalm.* 70. Quoniam tu es patientia mea. Item virtus, *Psal.* 45. Deus noster refugium & virtus. *h* Et pars mea Deus in æternum] *Ieron.* Dedignamur cum his transitoriis fieri pars : nimis auarus est, cui non sufficit Deus. Et dico [mea] non omnium, quia non impiorum, qui à Deo recedunt, & elongant, istorum non est pars Deus. Vnde addit.

k Quia ecce qui elongant se à te, peribunt] Elongant se, qui peccatum faciunt. Nihil enim aliud elongat hominem à Deo, nisi mortale peccatum. Hoc est chaos magnum firmatum inter Deum & peccatores, *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, &c. *Prou.* 15. d. Longè est Dominus ab impiis *Iob* 21. b. Qui dicunt Deo, recede à nobis. Sed contra? Nonne Dominus vbique est *Ierem.* 23. e. Deus è vicino ego sum, & non Deus de longè. Et *in eodem*: Cœlum & terram ego impleo. Solutio. Prope est Dominus malis per iustitiam; longe autem per gratiam. Et ideo etiam dicit. *l* Qui elongant se à te] non te à se, cum semper prope sis, vel per gratiam, vel per iustitiam, *Luc.* 15. c. Congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam & ibi dissipauit substantiam suam. *Luc.* 16. g.

m Peribunt. Merito perit, qui se à vita elongat. Et dicit [Ecce] quia & cito & aperte veniet damnatio eorum, *Sap.* 6. a. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum est his, qui præsunt,&c. Vnde quasi iam facta esset de damnatione eorum, subdit.

n Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Perdidisti] id est, perdes. Sed vt dictum est, ita certus est iam de hoc, ac si præteritum esset. Vel] Perdidisti] iam in præscientia omnes sine personarum acceptione. 2. *Paral.* 19. c. Non est apud Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

o Qui fornicantur] corporali fornicatione, vel spirituali, scilicet, infidelitatis, vel etiam cuiuscunque peccati mortalis. 1. *Cor.* 6. b. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledicti, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

p Abs te] supple, abstractus & illectus temporalibus, *Iac.* 1. b. Abstractus & illectus à concupiscentia sua, &c. Vel sic [Perdidisti] i. amisisti, quia amittit Dominus, & quodammodo ignorat eos, qui elongati sunt ab eo per peccatum mortale. Vnde quæsiuit Adam perditum. *Gen.* 3. d. Adam, vbi es ? Et præcipue perditi sunt ei fornicatores: quia è contrario casti sunt cum eo & proximi ei, *Sap.* 6. c. Incorruptio facit esse proximum Deo] Ita illi, qui elongant se è te, peribunt.

q Mihi autem non elongare, sed *r* Adhærere Deo bonum est] non temporalibus, *Ps.* 117. Adhæsit pauimento anima mea. Vbi dicit alia litera [Pulueri] i. temporalibus. Item non meretricibus, 1. *Cor.* 6. d. Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur & ita qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Tria autem faciunt adhærere rem alteri rei, scilicet, funes, claui, gluten : Funes, i. pudor sæculi & melior promissio: Claui, i. timor gehennæ: Gluten, i. charitas. Quæ tria vincula assignat *B. Bernard.* hunc versum sic exponens. [Mihi adhærere Deo bonum est] Mira res ! quomodo possent tam diuersa coniungi. Quæ coniunctio illius, qui non est ad illum, qui est? Non immediatè, sed mediatè poterit fieri ista coniunctio : Et ita tria sunt vincula & sola, quibus ligatur omne, quod ligatur : Primò funes: secundò claui lignei, vel ferrei; tertiò gluten: Primum constringit fortiter & durè: Secundum fortius & durius: Tertium suauiter & securè : Fune alligatus est Redemptori, qui dum vehementer tentatus est, proponit sibi intuitu honestatis memoriam promissionis : Et hoc interim fune se retinet, ne penitus abrumpatur. Durum profectò vinculum & molestum, & quod diu retinere non possit: Putrescunt enim funes, & pudoris vinculum, aut cito obliuiscimur, aut abrumpimus: Est autem qui clauis configitur, quem timor Dei ligat, qui non vultus hominum, sed pœnam timet gehennalium tormentorum : Et hic quidem non peccare metuit, sed ardere. Durius & fortius vinculatur iste, quam primus : quia ille vacillat in proposito; iste autem propositum non amittit. Tertius glutino, id est, charitate tam suauiter, quam securè ligatus Deo adhærens, vnus spiritus est : Et *infra* dicit idem *Bernardus.* Itaque Christus primò ligatur, secundò crucifigitur, tertio glutinosa aromatum inunctione linitur: Et attende, quod vix vnius diei spatio in funibus & clauis moratus cum vnctione victor victurus perenniter resurrexit.

Tria faciunt adhærere alteri rei.

s Ponere in Domino Deo spem meam] Ponere, dicit, non fluctuare [In Domino] non in alio, 1. *Petr.* 5. b. Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum.

a Vt annunciem] Rectè post adhæsionem Deo & spem sequitur aliis prædicare. Prædicator enim præcipuè ad amorem Dei, & contemptum temporalium inuitare debet. Et propter hoc dicit] Vt annunciem omnes prædicationes tuas, i. omnia quæ de te prædicanda sunt, non tantum vnum. b In portis filiæ Sion,] i. Ecclesiæ, quæ est filia Siõ, i. Ecclesiæ, triumphantis, quę Deum facie ad faciem speculatur. [Omnes prædicationes] Septem sunt prædicationes, siue septem genera prædicandorum, quæ notantur hoc versu.

Sacra, fides, virtus, vitium, laus, præmia, pœna. Sacra, s. Sacramenta.

Vt a annunciem omnes † prædicationes tuas, in † b portis filiæ Sion.

Intellectus Asaph.

PSALM. LXXIII.

VT c quid, Deus, repulisti † in d finem: e iratus est † furor tuus super oues † pascuæ tuæ. † f Memor esto congregationis tuæ, g quam † possedisti ab initio. † h Redemisti virgam i hæreditatis tuæ:

al. † laudes.
al. † atriis.
al † nos.
al. † animus.
al. † gregis tui.
Versus.
al. † memento.
al. † cresti.
al. † Liberasti.

De primo s. de Baptismo habes *Ioan.* 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. De Eucharistia *Matt.* 26. c. Hoc est corpus meum, &c. De Eucharistia. *Act.* 8. c. Nunc imponebant super illos manus, & accipiebant Spiritum sanctum. De coniugio. *Matt.* 19. a. Quod Deus coniunxit, homo non separet. De pœnitentia. *Matth.* 4. c. Pœnitentiam agite. De ordine. *Luc.* 6. c. Hos & Apostolos nominauit. De inunctione *Marc.* 6. b. Vngebant oleo multos ægros & sanabantur. Et *Iac.* 5. c. Infirmatur quis in vobis, &c. Fides, de qua 1. *Ioan.* 5. a. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Virtus, *Matt.* 11. d. Discite à me, quia mitis sum, 1. *Pet.* 2. b. Qui vos vocauit in admirabile lumen suum, vt virtutes eius annuncietis. Vitium, prædicandum est, id est, in prædicatione detestandum & arguendum *Matt.* 23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. *Mich.* 3. c. Repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio & veritate, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israël peccatum suum. Laus Dei & Sanctorum, *Isaia* 48. b. Laude mea infrenabo te, ne intereas. *Eccl.* 44. a. Laudemus viros gloriosos. Præmia. *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Pœnæ. *Matt.* 3. b. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura. Ira? [In portis] dicit, non in angulis sicut Hæretici, *Deut.* 16. d. Magistros & Iudices constitues in omnibus portis tuis.

EXPOSITIO PSAL. LXXIII.

VT quid Deus. &c.] Titulus [*intellectus Asaph.*] supra conquestus est de prosperitate malorum: Hic autem conqueritur de excidio Ierosolimorum & populi Iudæorum, orans, vt reuocentur. Item supra ostendit, quod Deo adhærendum sit. In hoc psalmo docet, quomodo adhærendum sc. dimittendo legalia, & veritatem amplectendo. Et hic est intellectus Asaph] i. fidelis populi, qui intelligit, quod transierunt figuræ & quod veritas venit, & quod æterna quærenda sunt, non temporalia. De quo intellectu agit in hoc psalmo, & propter hoc sic intitulatus est. Intentione monet, vt relictis figuris, veritas teneatur, & contemptis transitoriis æterna quærantur. Modus. Tripartitus est psalmus. Primò describit euersionem Ierusalem, & quærit causam illius, & orat pro populo repulso, vt obliuioni non tradat eum Deus, & pro vltione inimicorum. Secundò ostendit salutem factam in medio terræ per aduentum Christi, *ibi:* [Deus autem Rex noster] Tertiò precatur, vt quod aliis fit, fiat etiam Iudæis, *ibi:* Memor esto] Deplorans ergo euersionem Ierusalem & Iudæorum dicit, c Vt quid, Deus, repulisti] nos, ita scil. quod non defendis nos? d In finem] i. ex toto, quia nec ciuitatem, nec templum defendis. *Thren.* 2. c. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vel [In finem] id est vsque in finem sæculi, in quo conuertentur, *Isa.* 10. e. Si fuerit populus meus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Nec tantum repulisti, sed & e Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ, i. super Iudæos, quos pauisti in deserto manna, & in terra promissionis abundantia fructuum terræ, lacte & melle manantis. Aggrauat autem fletum suum multipliciter. Primò à magnitudine repellentis, cum dicit: [Deus repulisti] Secundò à diuturnitate repulsionis, *ibi,* [In fine.] Tertiò ab acerbitate pœnæ, cum dicit: [Iratus est furor tuus] Quartò ab infirmitate repulsorum, cum dicit: [Super oues] Item allegat quod eos iuuare deberet, per hoc, quod vocat eos oues pascuæ Dei. Item per hoc, quod sunt possessio eius. Vnde addit. f Memor esto congregationis tuæ] i. populi Israel. g Quam possedisti ab initio. *Deut.* 32. b. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Item per beneficium, quod eis præstitit educendo eos de Ægypto Vnde addit: h Redemisti de Ægypto. i Virgam hæreditatis tuæ] id est, virgam hæreditariam, id est, populum Iudæorum, qui primò fuit virga rectè incedens in cultu vnius Dei. Et post factus est serpens, vile quid & tortuosum per peccatum. Iterum fiet virga, quando reliquiæ Israel salux fient. Et quæ sit illa virga, siue hæreditas apertius subdit, dicens:

A Mons Sion Moraliter, dicit vir iustus orans & deprecans pro peccatoribus. c Vt quid, Domine [Deus] pius & misericors repellis peccatores. d In finem] id est, finaliter. Repellitur enim in finẽ, qui primò peccãs, tandem in pœnitentia moritur; sed repellitur vt finem qui in peccato moritur. Contra quod supra petit *Psal.* 43. Exurge, scilic. ad adiuuandum, & ne repellas in finem. Et *sup.* 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Impœnitentia autem subditorum multoties causam sumit de peccato Prælatorum, qui propter hoc grauius damnabuntur. Vnde signanter adiungit. e Iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ:] Non dicit ouibus, sed [super oues,] q.d. iratus es illis, qui sunt super oues, scil. Prælatis. Vnde *Ierem.* 23. a. Væ pastoribus, qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ. dicit Dominus. Et *Ezech.* 34. a. Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos, q.d. non pascebant oues verbo disciplinæ, vel exemplo vitæ, vel temporali subsidio eleemosynæ. Nusquam dicitur, væ ouibus, sed væ pastoribus, frequenter dicitur, quia facti sunt lupi, *Ezech.* 22. f. Principes eius in medio eius quasi lupi. *Matth.* 7. c. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. f Memor esto congregationis tuæ] q.d. ne irascaris malitiæ pastorum, sed miserearis ignorantiæ & simplicitati ouium. *Neemia* 13. d. Memento mei, Deus meus, in bonum. g Quam possedisti ab initio] post Baptismum; sed nunc subtraxerunt se à tua possessione, & se fecerunt possideri à Diabolo, *Abacuch.* 1. d. Totum subleuauit in hamo, traxit illud in sagena. Et post: In crassata est pars eius. *Isa.* 26. c. Domini possederunt nos absque te. Et vt eos possideres. h Redemisti proprio sanguine, 1. *Petr.* 1. c. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu, 1. *Cor.* 6. d. Empti estis pretio magno, glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro. *August.* Homo, appende te ex pretio. i Virgam hæreditatis tuæ] id est, Ecclesiam, quæ recta debet esse, & ad eius rectitudinem debent omnes se rectificare. Et ipse ostendit ei regulã, & eam regulauit in sanguine suo, & in hæreditatem sibi acquisiuit moriens pro ea. *Ephes.* 5. e. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Et post addit: Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, Ecce rectitudo virgæ, 1. *Ioan.* 3. c. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et ipsa est

A Mons Sion

Moraliter.

Aliter.

Vel sic, f Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio,] id est, primitiuæ Ecclesiæ, quasi dicat, renoua, Domine, in Ecclesia statum antiquum, 1. *Paral.* 8. d. Fuerunt filij Vlam viri robustissimi & magno robore tendentes arcum, & multos habentes filios, ac nepotes. Vlam interpretatur prior, vel anterior: & significat primitiuos in Ecclesia, qui fuerunt fortes in vita, robusti in verbo prædicationis, & multos conuerterunt: tales petit hic. *Ecclesiasticor.* 36. a. Innoua signa, immuta mirabilia *Isa.* 1. f. Restituam Iudices tuos, sicut prius.

h Redemisti virgam hæreditatis tuæ,] vel [sceptrum] secundum aliam literam. [Virga] vel [sceptrum] est dignitas pastoralis, quam Christus habuit super oues suas, & redemit eam, quam quasi in carcere, vel pignore tenebatur à Pharisæis, qui abutebantur ea. Est ergo idem, ac si dicat, non se extollant Prælati de dignitate pastorali, quia Christus eam emit sanguine suo: sed videãt quomodo redditurí sint rationem villicationis suæ: *Luc.* 16. a. quando s. redibunt greges ad manum numerantis. *Ier.* 33. c. Propter hoc dicebat Apostol⁹ *Act.* 20. f. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo Spiritus S. vos posuit Episcopos regere Ecclesiã, quã acquisiuit sãnguine suo. Quia vero moderni Prelati de illa dignitate superbiũt & quos deberẽt re-

gere &

A *a* Mons Sion] quasi illa hæreditas est mons Sion.scil.Ierusalem. *b* In quo] monte. *c* Habitasti] sc.corporaliter, factus homo. *d* In eo i.monte. Et est inculcatio, cum supra dixerit in quo] Vnde dicit *Aug.* quod [in eo] superfluit. De hac tal ratione. *Psal.75.* Habitatio eius in Sion. Postquam rogauit pro suis, vt eis sit Deus propitius, consequenter rogat pro inimicis eorum, vt de ipsis vindicta sumatur. Vnde dicit. *e* Leua manus tuas] ad vindictam. *f* In superbias] id est, contra superbias. *g* Eorum] qui destruxerunt Ierusalem. Et hoc facias, & si non statim tamen. *h* In finem] id est, postquam eorum superbia alios calcauerit. Vel sic [in finem] quasi dicat, non ad eorum damnationem peto vt extendas, vel leues manus; sed eorum correctionem, sc. vt ducas eos [in finem] Christum. Vel sic [in finem] id est, vsque in finem, id est, donec finiantur & annihilentur. Et ipsi hoc meruerunt: Quia. *i* Quanta malignatus est inimicus] Romanus exercitus. *k* In sancto templo] id est, quanta malignus operatus est ibi. Admiratiuè dicit quanta quia multa mala ibi fecerunt, damnando templum & ministros eius, & omnes Iudæos occidendo, vel captiuando. *Psal. 78.* Deus, venerunt Gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, &c. *Thr.* 1. d. Misit manum suam hostis ad omnia desiderabilia eius, quoniam vidi gentes ingressas in Sanctuarium tuum. *l* Et gloriati sunt qui oderunt te] non tibi, sed potentiæ suæ victoriam de nobis factam ascribentes. Et hoc. *m* In medio solemnitatis tuæ] paschalis, quia 42. anno post Passionem Domini, die, qua ipsi Christum crucifixerunt, cum essent congregati omnes ad diem solemnem, à Tito & Vespasiano capti sunt, & passi, & interfecti à Romanis, & Ierusalem destructa, sicut dicit *Beat. Ieronym. super illud Ierem.12. a.* Congrega illos sicut gregem ad victimam. Et quomodo [gloriati sunt] Ecce sequitur.

d. † monte. d. ...um. d. ...23. ... d. ... tuā. d. ... d. ... operatus. d. † Sanctis tuis. d. † omnes.

† mons Sion, in † *b* quo *c* habitasti in † *d* eo. † *e* Leua manus tuas in *f* superbias *g* eorum in *h* finem: quanta † *i* malignatus est inimicus in † *k* Sancto. Et *l* gloriati sunt, † qui oderunt te, in *m* medio solemnitatis tuæ.

A Posuerunt

Moraliter.

* *a* Mons Sion] Mons per eminentiam vitæ, Sion per contemplationem cœlestium *Psa.* 2. Ego autem, dicit Christus, constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, id est, super Ecclesiam.
b In quo monte.
c Habitasti in eo] & semper habitabis. *Matt.* 28. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.
* Gere & pascere, potius opprimunt per potentiam & occidunt per exemplum merito eis imprecatur, subiungens. *e* Leua manus tuas in superbias eorum in finem] id est, in destructionem eorum, scil. Prælatorum. *Amos* 8. b. Iurauit Dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque in finem omnia opera eorum. Manus leuata fortius ferit. *Deut.* 32. f. Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam viuo ego in æternum: si acuero vt fulgur, gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea; reddam vltionem hostibus meis. Manum ergo vocat vindictam Dei. Sed dicit] manus tuas] pluraliter, quas duas manus vindictæ habet Dominus. Vnam qua punit in præsenti: & aliam, qua puniet in futuro. Vtrumque ergo petit vt scil. puniantur in præsenti ad correctionem: & si noluerint emendari, vt puniantur in futuro ad damnationem. Vel contra superbiam vtramque manum leuari petit ad damnationem. Sicut in Herode, de quo dicitur *Act.* 12. d. quod vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis. Sicut posset dici de multis Prælatis, Et sequitur etiam quod Dominus leuata manu percussit superbiam eius. Vnde dicitur ibi. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & & consumptus a vermibus expirauit. Item pluraliter dicit [manus] quia peccatum istud est contra Deum, & contra homines, Deo gloriam vult auferre; homines autem deprimit, & ideo duplici vindicta puniendum est. Vindicta præsenti, propter hominum temporalium iniuriam. Æterna, propter Dei æternam iniuriam *Eccl.* 10. a. Odibilis coram Deo & hominibus superbia. Item leuare rogat manus in superbiam, vt superbus ab altiori se videns concussum super se hæc agnoscat. Sicut Antiochus, de quo dicitur 2. *Mach.* 9. b. Is, qui sibi videbatur etiam huc fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans. Et post: Hic igitur cœpit ex graui superbia deductus

ad agnitionem sui venire diuina admonitus plaga. Et post sequitur, quod ait. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et dicit [in superbias] in plurali, quia superbiunt in corde, in voce, in veste, in opere & multis aliis. Et iustum est, vt leues, Quia. *i* Quanta malignatus est inimicus] i. malus Prælatus.
k In sancto] templo, sc. in Ecclesia. Inimicus enim dicitur malus Prælatus, qui est amator mundi. *Iac.* 4. a. Quicunque voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. Si quicunque, ergo multo fortius Prælatus Ecclesiæ, qui debet portare vexillum contra mundum & esse Dux belli. *Exod.* 15. a. Dextera tua Domine percussit inimicum, in multitudine gloriæ tuæ deposuisti omnes aduersarios tuos. Et talis inimicus [quanta malignatus est in sancto] quasi dicat, magna & innumerabilia. *Ier.* 11. c. Quid est, quod Dilectus meus in domo mea facit scelera multa? eundem vocat Psalm. inimicum & Ieremias dilectum, quia & locum tenet prælatus, dilecti, & opera facit inimici. Ecclesiam enim regere, vel Ecclesiæ præesse ad Dilectum pertinet. *Ioan.* 3. d. Qui habet sponsam, Sponsus est; amicus autem Sponsi, qui stat & audit, gaudet propter vocem Sponsi, scilicet Prælatus. *Ioan.* 15. b. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, &c.
l Et gloriati sunt, qui oderunt te] scil. tales Prælati.
m In medio solemnitatis tuæ] quando, scilic. sacra indumenta & pontificalia portant in aspectu populi, Vnde sequitur.

* Posuerunt

Aliter. *e* Leua manus; &c.] Aliter, vt non de Prælatis, sed de dæmonibus fiat conquestio, qui hæreditatem Domini, quam redemit, scil. populum Christianum infestant, & sibi pro maiori parte iam per peccatum subiugauerunt, Et tres primi versus non habent secundum hoc, diuersam expositionem ab illa, quam iam diximus vsque ibi [Leua manus tuas in superbias eorum] dæmonum.
h In finem] sæculi vt eos in infernum retrudas. Quia.
i Quanta] id est, multa & infinita [malignatus est inimicus] diabolus.
k In sancto] id est in templo Dei, quod est Ecclesia, Vel fidelis anima. 1. *Mach.* 1. c. Ascendit Antiochus in Ierosolymam cum multitudine graui, & intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum & candelabrum luminis, vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, velum, & coronas, & ornamentū aureum quod in facie templi erat, & comminuit vniuersa. Ecce [quanta malignatus est inimicus in sancto] Per Antiochum, qui interpretatur paupertatis silentium, significatur diabolus, qui semper tacet, & tacere alios facit, quantum potest, ne paupertas laudetur; sed ad diuitias hortatur. Per Ierusalem & sanctificationem templi intelligitur Ecclesia. Per illa diuersa vasa, quæ abstulit & comminuit, diuersa genera hominum in Ecclesia designantur. Per altare Sacerdotes, qui altari deseruiunt. 1. *Mach.* 4. Cogitauit Iudas, id est, bonus prælatus, de altari holocaustorum quod propharatum erat, quid de eo faceret, & incidit illi bonum consilium, vt destrueret illud, ne forte esset illis opprobrium, quia contaminauerunt illud Gentes. Per candelabrum luminis, prædicatores intelliguntur. *Matt.* 5. b. Vos estis lux mundi. *Apoc.* 2. b. Mouebo candelabrum tuum de loco suo. Vasa sunt Scholares, in quibus reponitur oleum, postea in candelabrum effundendum. Per mensam propositionis, intelliguntur Magistri, qui panes Scripturæ aliis proponere, & frangere, & scindere debent. Per libatoria, quæ erant vasa, in quibus probatur vinum, vtrum esset competens sacrificio, significantur Archidiaconi & Decani, ad quos pertinet examinare recipiendos ad Ecclesias, vel ad ordines. Per phialas contemplatiui, & illi, qui sunt orationi assidui. Per mortariola, expositores, qui terunt & comminuunt, quæ dura & difficilia sunt in Scriptura. Per velum intelliguntur virgines velatæ. Per coronas intelliguntur Religiosi, qui triumphasse de mundo videntur, & ad literam magnas coronas habent. Per ornamentum aureum, quod in facie templi erat, significantur prælati maiores. Sed hæc omnia videtur contriuisse Antiochus. i. silentium paupertatis: Quia sicut dicit *Ier.* 6. c. a maiore vsque ad minorem omnes auaritiæ student. Sic ergo malignatus est tot & tanta in sancto. *l* Et gloriati, qui oderunt te] sc. dæmones. *m* In medio solemnitatis tuæ] quia in diebus solennibus plura fiunt peccata. *Thren.* 1. c. Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata eius. 1. *Machab.* 1. e. Dies festi eius conuersi sunt in luctum, Sabbata eius in opprobrium. Propter hoc dicit Dominus. *Amos* 5. f. Odi & proieci solennitates vestras. *Isaia* 1. d. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta est enim molesta

a Posuerunt signa sua]sc. vexilla in signum victoriæ. Et hæc plura: Vnde cum dolore repetit [Signa. Posuerunt] dico. *f* Super summum] templum.

e Sicut in exitu viarum solet fie-i. Vel sic [Sicut] solet fieri [in exitu]i. in portis,[super summum]locum, quia in altiori & eminentiori loco solent poni communiter signa victoriæ, vt ab omnibus videri possint. *d* Et non cognouerūt] quod hoc nutu Dei & potestate fieret, sed sibi ascribebāt. Aduertendum est, quod vt magis Deū prouocet ad vindictam, multum aggrauat hic peccatum Romanorum; vel etiam Chaldæorum.

al.† egressu. de super.
al.† conciderunt.
al.† dolabro & fractorio.

a Posuerunt *b* signa sua *c* signa; & non *d* cognouerunt, *e* sicut in † exitu *f* super summum. *g* Quasi in silua lignorum *h* securibus † exiderunt ianuas eius in *i* idipsum: in † *k* securi & ascia deiecerunt eam. *l* Incenderunt igni *m* Sanctuariū tuū in *n* terra, *o* polluerūt tabernaculū *p* nominis tui

Primò enim ostendit qualitatem peccati cum dicit [In superbiis. Secundò quantitatem, cum dicit: Quanta. Tertiò prauitatem, cum dicit Malignatus est. Quartò circumstantiam loci, cum dicit: In sancto. Quintò blasphemiam, cum dicit: Et gloriati sunt. Sextò obstinationem, cum dicit: Qui oderunt te. Septimò circumstantiam temporis cum dicit: In medio solennitatis tuæ. Octauò arrogantiam, cum dicit: Posuerunt signa, &c. Nonò infidelitatem, cum dicit: Et non cognouerunt.

Moraliter. * *a* Posuerunt signa sua, signa]sc. cornua, mitram, baculum pastoralem, pallium, & huiusmodi, quæ sunt signa communia. [Posuerunt]autem ea[sua signa]id est propriæ gloriæ appropriauerunt.

d Et non cognouerunt summum]locum, sc. in prælatione. *e* Sicut]cognoscent, in exitu, quando hæc vana gloria euanescet, & audient contra se dari illam sententiam. *Apoc.* 18.b. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Nunc enim excæcantur oculi eorum nimia pinguedine, vt intelligere non possint. Tunc autem sola vexatio dabit intellectum. *Isa.* 28.e.

Aliter. ⊙ Modesta, &c. Et tunc maximè. *a* Posuerunt] dæmones. *b* Signa sua] Signa sua dicit, non Dei, sed dæmonum. Signum enim Dei & vexillum eius est Crux, vel humilitas. *Luc. secundo* b. Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio. Signum autem diaboli est superbia: Quod in multis castris leuatum est *Isa.* 5. f. Leuabit signum in nationibus procul. Et dicit [signa] pluraliter & addit.

c Signa] vt notet non tantùm signum superbiæ, sed quatuor signa, scil. duo carnis, & duo spiritus, scil. gula, luxuria, superbia, auaritia. *Ier.* 10. a. A signis cœli nolite metuere, quasi dicat, sed à signis inferni metuite. Sed è conuerso, multi non metuunt signa diaboli; sed signa Dei metuunt, & contradicunt eis. *Luc.* 2. e. Positus est hic, scil. Christus in signum cui contradicetur. Vnde dicit *B. Bernard.* Verè in signum positi sunt panniculi tui, Domine Iesu Christe, & in signum, cui hodie à multis contradicitur. Hoc autem est, quia excæcauit homines malitia, quod non aduertunt, quid sit Dei signum & quod diaboli. Vnde addit.

d Et non cognouerunt] 2. *Cor.* 4. a. Si opertum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt nō fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Et hæc signa & hæc ignorantia non tantum in vulgo reperiuntur, sed etiam in prælatis. Vnde addit. *e* Sicut in exitu] id est, in vltimis de populo: ita *f* Super summum. Pontificem, vel Cardinalem, vel Regem, vel Principem. *Amos* 9. a Vidi Dominum stantem super altare, & dixit percute cardinem & commoueantur superliminaria, auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam. *Osea* 4, b. Erit sicut populus, sic Sacerdos. 1. *Reg.* 2. b. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Cardines dicit esse Dominos terræ, cum deberent esse Domini in cœlo, & serui in terra: quia Dominus posuit super eos orbem. *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem.

g Quasi in silua, &c.] Suprà incœpit dicere de destructione templi & ciuitatis Ierusalem: Hic autem pleniùs prosequitur & ostendit malitiam destruentium, vt Deum prouocet ad vindictam. Vnde hic hic ostendit eos fuisse sacrilegos, cùm dicit: Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius, scil. templi, quasi dicat, ianuas templi ita fortiter, & ita irreuerenter exciderunt, sicut exciderunt ligna in silua. Et ostendit eos fuisse concordes in malitia. Vnde dicit.

i In idipsum]supple, consentientes & cōuenientes. Et non tantum templum violauerunt, sed & totam ciuitatem destruxerunt. Vnde dicit.

k In securi & ascia [ad literam deiecerunt eam, scil. Ierusalem, quantum ad alias domos. Item ostendit eos fuisse incendiarios: Vnde addit. *l* Incenderunt igni] non tātum domos hominum: sed & Sanctuarium tuum. Quod enim non poterant excidere securibus, igne admoto comburebant. *n* In terra] id est, vsque ad terram deijcientes. Item ostendit eos fuisse immundos, cùm subiungit. *o* Polluerunt tabernaculum]i. templum. *p* Nominis tui] s. quo inuocabatur nomen tuum. In hoc autem polluerunt illud, quod immundi ingressi sunt illud. Secundum n. legē pollutum dicebatur, quod à polluto tangebatur. Et in hoc polluerunt, quia posuerunt in eo idolum abominationis, sicut Adrianus Iouē Olympium, & Pompeius dicitur fecisse in templo stabulū equorum. Ostendit etiā, Δ quòd destructores fuerunt,

Moraliter. *g* Quasi in silua lignorum, &c.] Ianuæ templi sunt Prælati per quos alij debent intrare, & debent esse de lignis libani, i. incorruptibiles. Vox diaboli est *Zach.* 11. a. Aperi libane, portas tuas, i. ô templum Ecclesiæ Prælatos tuos & deuoret ignis cedros tuas, s. ignis cupiditatis libidinis destruat in Prælatis imputribilitatem & incorruptionem. *Isa.* 37. e. Succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius. Has ergo ianuas templi dicit quod exciderunt dæmones. *h* Securibus] i. grauibus tentationibus vitio s. *i* In idipsum] i. concorditer insurgunt in Prælatos. 3. *Reg.* 22. e. Rex autem Syriæ præceperat Principibus curruum dicens. Non pugnabitis contra minorem & maiorē quēpiam, nisi contra Regem Israel solū. Rex Syriæ est diabolus. Syria. n. interpretatur sublimis: vt ipse est Rex super omnes filios superbiæ, sicut dicitur, *Iob* 41. d. Principes curruum sunt alij dæmones, qui discurrunt per vniuersum mundum ad bellum contra filios Israel, scil. contra, fideles. Sed tota intentio eorum est, vt Prælatos possint superare. Sciunt enim quod victis Prælatis ds facili vincentur subditi: Quia sicut dicit *Greg.* cū pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt per præcipitium grex sequatur. 1. *Reg. vlt.* a. Totum pondus prælij versum est in Saul. 2. *Reg.* 18. a. dixit populus ad Dauid siue fugerimus, nō magnopere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars ceciderit ex nobis, nō satis curabunt, quia tu vnus solus pro decē millibus cōputaris. Et dicit quod exciderūt ianuas, quasi in silua lignorū. Per siluā infructiferā & solitariam, significantur populi peccatores. Et sicut in populis peccatoribus, ita & Prælatis dæmones præualent. *Osea* 4. b. Corrues hodie & corruet etiam Propheta tecum. *Et* 6. d. *eiusdem*: In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. *k* In securi & ascia deiecerunt eam] Per securim maior tentatio, per asciam minor tentatio intelligitur. *Matt.* 3. c. Securis ad radicē arboris. Excidit etiam diabolus aures obedientiæ, nares discretionis, & manus operationis, pedes affectionis, &c. *l* Incenderunt igni] cupiditatis & cupidinis. *m* Sanctuarium tuum] i. Sacerdotes & Clericos Domino sanctificatos & dedicatos.

n In terra] i. in abundantia terrenorum. 3. *Esdr.* 4. e. Templum incenderunt Iudæi. i. sanguinei, scil. dæmones, vel consanguinei Prælatorum, propter quos incenduntur igne cupiditatis, vt eos diuites faciant, & ardent igne carnalis amoris erga eos. Et 4. *Reg. vlt.* dicitur, quod Nabuzardan incendit templum: Nabuzardan Princeps coquorum, signat gulam, quæ incendit homines igne luxuriæ. Quia sicut dicit *Ieron.* Venter mero æstuans, cito despumat in libidinem. Ideo quia Sacerdotes perfectam munditiam debent custodire, bene præceptum est in lege, quod non bibant vinum. *Leuit.* 10. b. Dixit Dominus ad Aaron. Vinū, & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui quando intrabitis in tabernaculum testimonij ne moriamini; quia præceptum est sempiternum in generationes vestras vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum: inter pollutum & mundum, &c. Incenderunt, igitur, Sanctuarium, & hoc in desiderio & cognitione, polluerunt templum sanctum tuum, in colloquio & operatione. Item non tantum dæmones, sed & Sacerdotes luxuriosi incendunt Sanctuarium Dei igne luxuriæ suæ, de quo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, Sanctuarium, sc. Dñi, quod habet in terra, s. animam Iusti, quā ad peccatum concitant verbo & exēplo: Vel ipsam Ecclesiam, quantum in eis est. *o* Polluerunt taber. no. tui s. Ecclesiam, vel animam Iusti *Ap.* 21. b. Ecce tabernaculū Dei cū hominib⁹. *Prou.* 8. d. Deliciæ meæ esse cū filiis hominū. Hoc autē tabernaculū polluūt Sacerdotes *Ezech.* 22. f. Sacerdotes eius cōtēpserūt leg., & polluerūt Sanctuaria mea. Et sequitur. Inquinabar in medio eorum,

Sed contra

Actores fuerunt ritus Iudæorum. Quia *a* Dixerunt in corde &c.]Romanorum. *c* Simul quiescere]i. cessare *d* Faciamus omnes dies festos, &c.]Iudæa. Et hoc, quod dici, [Dei,] addit Propheta de suo, non de verbo illorum: quia Deum non æstimabant, cuius Sanctuarium ita tractabant. Similiter habuimus supra, quod cum Psalmista loquēs dé Antichristo diceret. Dixit .n. in corde suo, nō mouebor à generatione in generationem, de suo adiunxit, sine malo. *e* Signa nostra, &c.] Prius captauit beneuolētiam à persona Iudicis, cum dixit. [Vt quid, Deus, repulisti, &c. Postea à persona aduersariorum, cum dixit Leua manus tuas &c. Hic autem captat eam à miseria multiplici. Prima est, quia cessauerunt miracula quæ olim solebant fieri Iudæis. Vnde dicit. [Signa nostra non vidimus] i. recesserunt à nobis, quæ olim fiebant, *Ps.* 134. Et misit signa & prodigia in medio tui, Ægypte, &c. Secunda est, quia cessauit prophetia. Vnde addit. *f* Iam non est Propheta,] qui promittat nobis liberationem, sicut in aliis captiuitatibus solet esse. Tertia est quia à Deo reprobati sunt: Vnde subiungit. *g* Et nos non cognoscet amplius] i. non recognoscet defendendo nos ab inimicis, sicut olim faciebat. Quarta miseria est improperium: Vnde sequitur. *h* Vsquequo, Deus, &c.] Gentilis populus. *Ps.* 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, &c. Et subiungit causam pariter & finem, siue terminum illius opprobrij, dicens. *i* Irritat aduersarius] Iudæus. *k* Nomen tuum] q. d. quia Iudæus irritat nomen tuum, ideo est in opprobrium. Et [vsquequo] erit? Quamdiu irritabit, sc. *l* in finem] i. vsque in finem mundi, quando reliquiæ tantum saluæ fient. Ostensis ergo miseriis, iterum redit ad id postulandum, quod intendit, sc. vindictam de inimicis. Vnde subdit. *m* Vt quid] i. quare. *n* Auertis,] à percussione Romanorum, vel aliorum persecutorum. *o* Manum tuam] i. vindictam. Et quia homo percutit fortius cum dextra manu, addit: *p* Et dexteram tuam, &c.] i. quæ est in medio sinu, i. quæ cessat à percussione. Tunc enim Dominus quasi in sinu manum habet, quando non percutit delinquentes. Tunc autem extrahit, quando eos percutit (*Neemiæ* 5. c. Sinum meum excussi) & animaduertit in illis, *Ezech.* 21. a. Ego Dominus educam gladium meum de vagina sua irreuocabiliter, hoc idem est, quod educere manum de sinu. Propter hoc quærit [Vt quid auertis, &c.] vt sc. percutias eos. *r* In finem] i. vsque ad internecionem. Vel potest sic distingui, vt sibi petant beneficium, & aduersariis vindictam, sic. Vt quid auertis, à nobis, manum tuam, sc. sinistram largitatis tuæ, quantum ad temporalia subsidia, de qua *Prou.* 3. b. In sinistra illius diuitiæ & gloria. Item ab hostib. cur [auertis dexterā tuam?] i. vindictam iustam? De illa .n. manu. *Ps.* 47. Iustitia plena est dextera tua. [De medio sinu tuo] sicut sup.

Moraliter. * Sed contra, *Sap.* 7. d. Nihil inquinatum in illam incurrit, sc. in sapientiam, quæ est filius Dei. Quantum in ipsis est, polluunt. *Malach.* 1. b. Offertis super altare meum pollutum panem. *Heb.* 10. e. Qui filium Dei conculcauerit & sanguinem Testamenti pollutum dixerit. *a* Dixerunt in corde suo,] id est, cogitauerunt dæmones. Et *b* Cognatio eorum simul,] id est, vitia, quæ habent inuicem cognationem. Cognata enim sunt vitium gulæ, & vitium luxuriæ. Similiter ira & homicidium. Item auaritia, vsura & furtum. Ista ergo cum dæmonibus dicunt. *c* Quiescere,] id est, cessare. *d* Faciamus omnes dies festos Dei à terra.] Qui de Deo cogitat, habet in corde suo diem festum Vnde *in Ps.* 75. Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Hæc festa auferunt dæmones & vitia. *Apocal.* 8. a. Factum est silentium in cœlo, quasi dimidia hora, id est, in pectore, & in Prosa dicitur.

Mundus, caro, Dæmonia.
Diuersa mouent prælia.
In cursu tot phantasmatum.
Turbatur cordis Sabbatum.

Ad litteram etiam cessare faciunt omnes dies festos Dei à terra, quia non custodiuntur festa. Sed ferè omnes va-

a Dixerunt in corde suo *b* cognatio eorum † simul: *c* quiescere *d* faciamus omnes dies festos Dei à terra. *e* Signa nostra non vidimus, iam non *f* est Propheta: & *g* nos non cognoscet † amplius. Vsquequo *h* Deus, † improperabit inimicus: *i* irritat aduersarius *k* nomen tuum in *l* finem. *m* Vt quid *n* auertis † *o* manum tuam & *p* dexteram tuam, *q* de medio sinu tuo in *r* finem? *ſ* Deus autem *t* Rex *u* noster *x* ante sæcula. *y* operatus est *z* salutem in *a* medio

al. † inter se, verite, comprimamus omnes solemnitates Domini Dei.
al. † adhuc.
al. † exprobrabit.
al. † faciem.
Rom. 9. f.

dunt, vel ad operationem, vel ad negotiationem, vel ad tabernam, vel ad prostibilum, & ad Ecclesiam non curant ire, nec facere id, pro quo festa sunt instituta, scil. vacare Deo & sibi. *e* Signa nostra non vidimus.] Hoc possunt modo dicere Apostoli, quorum signa fuerunt humilitas, paupertas, passio, & similia, *Galat.* 6. d. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Sed hæc iam non videntur, quia non est, qui velit humiliari, pauper esse & tribulari. Vnde non tantum Apostoli, sed & fideles possunt dicere. [Signa nostra non vidimus.] Hæc enim sunt signa fidelium, quibus cognoscuntur serui Dei à seruis diaboli, *Ezech.* 9. b. Signa Tau super frontes virorum gementium. Et postea addit. Omnem autem, super quem videritis Tau, ne occidatis, &c. Sic erit in die Iudicij, super quos inuenietur. Tau, id est, Crux pœnitentiæ, non occidetur gladio Domini Omnes autem, super quos non inuenietur Tau, occidentur illo gladio ancipiti, quia in corpore & anima morientur morte æterna. Hoc est enim signum & merellum Domini, quo suos recognoscet, sine quo non intrabit aliquis ad æternas nuptias. Et posset aliquis dicere, licet non videas signa: tamen multi boni sunt, qui non ostendunt sanctitatem suam. Vnde ipse plenius subiungit. *f* Iam non est Propheta,] qui sc. facto suo nunciet futura. Sancti enim dū præsentes diuitias & delicias, & honores cōtemnunt, prophetant facto suo nobis, quod appetendæ sunt futuræ deliciæ & diuitiæ & honores. Sed [iam non est Propheta] nec videntur signa vera. Vnde in persona eorum, qui non habent ista signa, subdit. *g* Et nos non cognoscet, &c.] quia non habemus signa; quæ possumus ei ostendere. *Mat* 7. c. Tunc dicet illis, nunquam noui vos, *Iob* 8. d. Negabit eum & dicet, non noui te. E contra 2. *Reg.* 7. c. Tu enim scis seruum tuum, Domine, Deus, *Ioan.* 10. c. Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Et quia ita ignoti & alieni sūt à Deo, ideò diabolus ei improperat, vt ad desperationem deiiciat. Vnde sequitur. *h* Vsquequo, Deus, &c.] id est, diabolus, *Ps.* 12. Ne quando dicat inimicus meus: præualui aduersus eum: *i* Irritat aduersarius] i. diabolus. *k* Nomen tuum, Iesum i. salutem. *l* In finem] q. d. diabolus suggerit peccatoribus, quod non habebunt salutem in nomine Domini Saluatoris. *Ps.* 3. Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius. *m* Vt quid auertis, &c.] i. quare non vindictam facis in dæmones ita improperantes & irritantes nomen tuum? Sol. *q* De medio sinu tuo,] i. de occulto iudicio tuo. Quod enim in sinu est, absconditum est: & quod in sinu est, pro certo haberi creditur. Vnde dicit *Greg.* Nos nihil certius habere credimus quam quod in sinu tenemus. Propter hoc ergo per sinum Dei rectè iudicium eius occultum designatur, quod & occultum est, & certum est: quia licet ab hominibus ignoretur, non tamen in se fallitur. *Rom.* 9. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et hoc. In finem [in consummationem bonorum in bono, & malorum in malo. *Apoc. vlt.* c. Qui in sordibus est, sordescat adhuc: & Iustus iustificetur adhuc. *Alleg.*

ſ Deus autem &c.] Secunda pars, vbi agit de veritate, quæ figuris destructis secuta est, q. d. destructi sunt Iudæi & ritus eorum. [Deus autem] sc. Christus, Rex noster, *Apoc.* 19. c. Rex Regum & Dominus Dominantium, Qui est. *x* Ante sæcula,] quia in principio erat Verbum. *Ioh. 1. a.*

y Operatus est salutem] humani generis in Incarnatione, prædicatione & Passione sua. Vnde Iesus, i. Saluator appellatus est. *Matth.* 1. d. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. *a* In medio terræ] i. Ierusalem. Vel, in medio terræ, i. in communi. Notandū autem, quod hic quadruplex hæresis eliditur. Quia .n. loquēs de Christo, dicit. [Deus,] est cōtra Nestoriū, qui

A dixit eum puram

Moraliter. Moraliter.] *ſ* Deus autem Rex noster.] Deus, cuius debemus esse cultores, *Ierem.* 12. d. Nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc.

t Rex] cuius debemus esse milites, *Iob.* 7. a. Militia est vita hominis super terram.

u Noster] cuius sumus fratres. Sed videamus, ne simus degeneres: quia multi sunt falsi fratres. *Ier.* 9. a. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. *Hebr.* 2. c. Qui significat, & qui sanctificatur ex vnó omnes, propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis.

x Ante sæcula,] cuius sumus factura.

y Operatus est,] vt artifex, cuius sumus ædificatio.

z Salutem,] vt Medicus, cuius sumus ægri:

a In medio,] vt mediator, cuius sumus redempti

a terræ. b Tu confirmasti in virtute tua c mare: † d contribulasti capita draconum † in e aquis. f Tu confregisti † capita draconis: g dedisti eum † h escam populis † Æthiopum.

al. † contriuisti.
al. † super aquas.
al. † caput.
al. † in.
al. † Æthiopibus.

Allegor. A dixit eum puram creaturam. [Rex noster, contra Iudæum, qui dixit *Ioan.* 19.c. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. [Ante sæcula] contra Arrium. [Operatus est, &c.] contra Manichæum. Et conuertens sermonem ad Saluatorem, dicit modum saluationis. *b* Tu ô Christe [confirmasti in virtute tua, id est, in potentia tua, vel in fide nominis tui. *c* Mare] i. Gentes fluibiles, terram Iudææ circumquaque cingentes. Et quia prius peccatis erant oppressi, & diabolo subiugati. Tu *d* Contribulasti capita draconum] id est, superbiam & dominium Dæmonum. *e* In aquis,] Baptismi. Ecce modus salutis. *Marc.* 16. d. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui crediderit. Ecce confirmatio, de qua dicit hic. [Confirmasti &c.] Et baptizatus fuerit. Ecce contribulatio capitum draconis in aquis. Saluus erit. Ecce salutis operatio. Posset autem contribulasse parum, ita quod non destruxisset: Vnde addit. *f* Tu confregisti, quasi non parum contribulasti, sed omnino, confregisti capita draconis, id est, potestates Principis Dæmonum, vt penitus nihil posset in homine baptizato & credente. Sed homo talis magis potest in ipsum. Quia *g* Dedisti eum] diabolum. *h* Escam populis Æthiopum] id est, Gentilibus & peccatoribus nigris prius per peccatum; sed nunc dealbabis in fonte Baptismi, vt quos prius deuorabat & consumebat: nunc ipsum deuorent & consumant. Nec tantum, vt eum quasi escam consumant, sed vt eo licet nolente, proficiant & crescant. A Sicut enim homo

Moraliter. * & reconciliati. *a* Terræ,] vt leuaret nos ad cœlum Deus est operarius noster. Et bonus operarius, qui salutem operatur. Sed oportet, quod nos iuuemus eum. 1. *Cor.* 3. b. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim adiutores sumus. Diabolus autem è contrario operatur mortem hominis. Et multi libentius adiuuant in suam mortem quam Deum in suam salutem. *Eccl.* 11. d. Attende tibi à pestifero, id est, à diabolo; fabricat enim mala, *Ezech.* 21.g. Dabo te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum. Et dicit. In medio terræ, id est corporis: non in fine, q. d. operandum est, dum adhuc homo potens est, non est expectandum vsque ad mortem. *Eccl.* 14.c. Ante obitum operare iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. *Ioan.* 9. a, dicit iste operarius. Me oportet operari opera eius, qui misit me, id est, salutem hominum, donec dies est, id est, dum sunt viui & sani. Venit enim nox, quando nemo potest operari, scilicet, in morte. Et sunt aliqui, qui libenter operarentur cum Deo suam salutem; sed quia fragiles se sentiunt, pœnitentiam non audent incipere, ne iterum recidant in peccatum, & fiant nouissima peiora prioribus. Vnde bene subiungit. *b* Tu confirmasti &c.] id est, in omnipotentia tua, vel in misericordia tua, quæ est propria virtus Dei. *Ps.* 53. Deus, in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me.

Luc. 11.

c Mare] id est, cor amarum per contritionem, sed tamen fluctuans per debilitatem. *Matth.* 8. c. Imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.

d Contribulasti capita draconum &c.] Dracones, vt dictũ est, sunt dæmones: caput autem eorum potestas, vel caput est initium suggestionis, quod caput, vel quorum capita contribulantur, id est simul tribulantur, cum homo tribulat seipsum in pœnitentia & in dolore cordis. Draconum, dico, existentium & habitantium, in aquis, voluptatis & diuitiarum. Vnde *Iob* 40.c. In vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus *Ezech.* 29. a. Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, dicis: meus est fluuius. Vel [Contribulasti in aquis] lachrymarum & compunctionis, quæ molestæ sunt diabolo, sicut pluuia catto. Fugit enim à facie lachrymarum, sicut cattus à facie pluuiæ. 3. *Regum decimo octauo* g. Ascende, & dic Achab: iunge currum tuum & descende, ne occupet te pluuia. Nec solum, contribulasti, sed & omnino. *f* Tu confregisti, &c.] secundum quod dictum est antiquo serpenti. *Gen.* 3. c. Ipsa conteret caput tuum, sc. initium suggestionis, sicut exponit, *Greg.* Vel capita draconis sunt vitia capitalia. *Apoc.* 13.a. Vidi de mari ascendentem bestiam habentem capita septem, id est, diabolum habentem septem capitalia vitia, quæ hominibus offert & suggerit. Sed Dominus ista capitalia confringit. Caput luxuriæ, confringitur per abstinentiam & disciplinam. *Eccl.* 11. d. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Caput gulæ, confringitur per abstinentiam similiter. *Psalm* 31. In chamo & fræno maxillas eorum constringe. Caput iræ, frangitur per mansuetudinem. *Prou.* 15. a Responsio mollis frangit iram. Auaritia per largitatem, & sic de aliis.

g Dedisti eum escam, &c.] Corpus diaboli constat ex malis hominibus & peccatis. Populi Æthiopum, vt dictum est, sunt peccatores conuersi, quibus datur illud corpus in escam, quia alios peccatores ad pœnitentiam trahunt, & corpori Christi, cuius ipsi membra sunt, illos incorporant. Et hoc præcipuè faciunt Prædicatores & Sacerdotes, qui fortes dentes habent *Actor. decimo*.b. dictum est Petro, qui de Æthiopia exierat, id est, peccato. Macta & manduca. *Osee quarto* b. Peccata populi mei comedent, id est, deuorabunt & annihilabunt oratione & prædicatione. Sunt autem multæ proprietates draconis, quare diabolus dicitur draco, quæ notantur his versibus. *Proprietates draconis diabolo conuenientes.*

Sibilat, igniuomus, Eremi, Babylonis, arena.
Et maris incubitor, cristatus, edax, volat, ingens.
Os breue, cauda ligans Elephantem, peruigil, astu.
Aspiciens, pugnans, sensus petit, est capitosus.

Sibilat, suggerendo. *Sapient.* 17.d. Siue spiritus sibilans, id est diabolus suggerens, &c. Et *infra*. Deficientes faciebat eos. Igniuomus, sæuiendo. *Sapient.* 11.c. Iras plenas ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes. Eremi habitator, id est, claustri, ad tentandam. *Iob* 30. d. Frater fui draconum, id est, vicinus dæmonum, vel malorum hominum, qui sunt eius membra. Babylonis, id est, mundi est habitator. *Isaia* 13. d. Replebuntur domus eorum draconibus. Sed differenter habitat in claustro & in mundo. In claustro enim est, vt inimicus obsidens & vt seruus maleuolus, quia circumit quærens, quem deuoret tentando, & suggerendo. *1. Petr. 5.*

Et in hoc ipso nolens seruit Iustis, & fabricat eis coronas. In mundo autem habitat vt Dominus, quousque superueniente fortiore eijciatur, sicut dicitur *Ioann.* 12. c. Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius eiicietur foras. Item & arenæ, id est, infructuosorum & otiosorum. *Ierem.* 9. d. Dabo Ierusalem in aceruos arenæ & in cubilia draconum. Et maris, *Ezechiel.* 32. a. Assimilatus est draconi, qui est in mari. *Psalm.* 103. Hoc mare magnum & spatiosum. Et *infra*. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Incubitor. *Ezech.* 29. a. Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Cristatus. *Ouidius.*

Christati colla dracones. Cristatus id est, galeatus.

Diabolus enim est fortis armatus de quo *Luc.* 11. c. 2. *Regum* 17. a. Cassis ærea super caput eius. Edax. *Daniel* 14. e. Fecit massas, & dedit in os draconis. Volat. *Isaia* 30. b. Leæna & Leo ex eis, vipera & regulus volans, &c. Draco & regulus, scilicet, diabolus dicitur volare: quia citò volatilia necat, id est, Clericos. Ingens. *Ezech.* 29. Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. *Dan.* 14.e. Et erat draco magnus in illo loco, i. potens in malo. *Iob* 41.d. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei. Os breue habet draco, ad literam; & Diabolus habet os breue, non natura, sed quia ligatas habet fauces, vt Vrsus. *Iob* 40. c. Absorbebit fluuium, & non mirabitur. Ergo magnum ritum habet.

Cauda ligans Elephantem, id est, magnos & castos illaqueat cauda, id est, sequacibus suis, viris & mulieribus. Vel cauda diaboli est hypocrisis, quæ vt cauda turpitudinem peccatorum tegit. *Apocal.* 12. a. Draco magnus rufus habens capita septem, & cauda eius trahebat tertiam partem Stellarum cœli, & misit eas in terram. Peruigil. *Iob* 30. c. Qui me comedunt non dormiunt. Astu, id est, fraude decipit. *Apocalyp.* 12. b. Qui seducit vniuersum orbem. Aspiciens, acutè. *Ecclesiast.* 14. b. Oculus malus ad mala, & non satiabitur. Pugnax. *Ester.* 11. c. Ecce duo dracones magni parati contra se ad prælium *Matth. decimo secundo* b. Sathanas satanam eiicit, aduersum se diuisus. Sensus petit, quia oculos impetit & aures Elephantis: sicut coruus cadaueri aufert primò oculos, id est, intellectum, 1. *Reg.* 11. a. dixit Naas in hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros. *Ezech.* 23. d. Nasum tuum & aures tuas præcident. Est capitosus, vt hic. Capita draconis. *Apocal.* 12. a. Draco magnus rufus habens capita septem.

* Tu dirupisti

A Sicut enim homo esca nutritur, & proficit;sic Iustus homo tentationibus diaboli proficit & nutritur & roboratur. Vnde *Iac.* 1. a. Omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur; patientia autem opus perfectũ habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Hæc autem facta sũt per missionem Apostolorum. Vnde addit. *a* Tu dirupisti fontes] aquarum, i. aperuisti & misisti Apostolos, vt quod priùs in aure locuti erant in cubiculis prædicarent super tecta, *Luc.* 12. a. [Fontes] dicit Apostolos, de quibus manare fecisti aquam sapientiæ, & doctrinæ: Hi sunt 12. fontes, qui erãt in Elim, *Exo.* 15. d. Elim interpretatur fortis eorum, & significat Christum, in quo quasi in fonte totius voluptatis, isti 12. fontes siti & fundati erãt, & ab eo aquas indeficientes trahebant, quas aliis iugiter influebant. Nec solum per prædicationem Apostolorum, sed & per Spiritus S. dationem. Vnde addit.

a Tu dirupti fontes & *b* torrentes *c* tu siccasti fluuios † Ethan. *d* Tuus est dies & *e* tua est nox: *f* tu † fabricatus es auroram & *g* Solem. *h* Tu fecisti omnes terminos terræ: *i* æstatem & ver *k* tu † plasmasti ea

d. † Ethan. d. † perfecisti Solem. d. † fecisti.

b Et torrentes, id est, Spiritus S. impetus, *Psal.* 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, *Isa.* 59. d. Cùm venerit quasi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit. Sic enim fiebat, quod prædicantibus Apostolis, descendebat Spiritus S. in eos, qui credebant audientes prædicationem eorum, Vnde *Act.* 10. g. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus S. super omnes, qui audiebant verbum.

c Tu siccasti fluuios Ethan] id est, doctrinam Philosophiæ & Gentilis doctrinæ destruxisti. Ethan enim interpretatur fortis, & significat Gentiles Philosophos, qui sibi suam scientiam & virtutem attribuebant, *Psal.* 11. Labia nostra à nobis sunt. Et eorum doctrinam, quæ aliis abũdãter fluebat, exsiccauit Dominus per prædicationem Apostolorum & gratiam Spiritus S. vel ipsimet Philosophi prædicarent Christum crucifixum, quod eis priùs stultitia videbatur, sicut August. & Dionys. 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum crucifixum. Iudęis quidem scandalum: Gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et *in eod. suprà* c. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et 2. a. *eiusdem.* Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Ecce quomodo philosophia Pauli exsiccata erat. Et non solùm ô Christe ista beneficia fecisti, sed & alia multa de mundi creatione. Quia. *d* Tuus est dies] id est, à te creatus. *e* Et tua est nox] *f* Tu fabricatus es Auroram & Solem] id est, tu creasti ea. Et hoc sequitur, quod fecisti diem & noctem Solis enim latio super nostrum hemisphærium diem facit, vergens autem Sol ad inferius hemisphærium noctem facit, *Iob trigesimo sexto* d. In manib. abscondit lucem, & præcipit, vt rursus adueniat. Quia sicut ille, qui tenet lucem candelæ in manib. quando vult facit illuminationem, & quando vult, facit tenebras; sic Deus, quando vult, facit noctem; & quando vult facit diem.

h Tu fecisti omnes, &c.] quasi dicat non solùm cœlum fecisti, sed & terram, Nec tantùm vnam terram, sed omnes plagas terræ: quibus terra limitatur & terminatur, *Psal.* 103. Qui fundasti terram super stabilitatem suam.

i Æstatẽ & ver,] id est variationes temporis, vt per hæc duo tempora etiam alia duo intelligantur, scil. Autumnus & Hyems.

k Tu plasmasti ea] scil. tempora. [Plasmasti] dicit, quod plus est quam fabricare, deo suprà dixerat. Alij enim fabri, & si fabricant: multi tamen indigent, scil. instrumentis & materia, ipse plasmat sibi suam materiam. Hic est bonus faber, de quo *Marc.* 6. a, Nonne hic est faber filius Mariæ?

Moraliter.

* *a* Tu dirupisti fontes] id est, hæresiarchas, qui in se peccant & in alios transfundunt, *b* torrentes] id est, illos, qui ex abundantia temporalium peccatis inundant. De quibus suprà. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hos, fontes & torrentes dirupit Dominus per pœnitentiam, i. scindit, vt vlterius non fluant. *Ioel.* 2. c. Scindite corda vestra. [illegible] de quibus. *Matth.* 9. b.

c Tu siccasti, &c.] id est, illos, qui defluunt per luxuriam, qui dicuntur fluuii, quia defluunt. Et Ethan, qui interpretatur fortis, qui [illegible] luxuriam multum crescit in terra fortitudo, & potentia diaboli. Vnde *Iob* 40. b. De diabolo dicitur. Fortitudo eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Hi fluuij similiter per pœnitentiam exsiccantur. *Osea* 14. d. Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, exsiccabit venas eius, & desolabit fontes eius. *d* Tuus est dies.] Per diem intelliguntur sapientes Iusti de Ecclesia, qui vita & scientia fulgent & accendunt alios. *Eccl.* 33. a. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à Sole? Hos constituit Dominus in Ecclesia & ordinat vnde dicit: [Tuus est dies] id est, à te factus, de quo dicitur *in Psal.* 18. Dies diei eructat verbum. *e* Et tua est nox] i. simplices, *Psal. ibid.* Et nox nocti indicat scientiam. *f* Tu fabricatus es Auroram] id est, imperfectos. *g* Et Solem] i. perfectos, *Psal.* 35. Homines & iumenta saluabis, Domine. De Aurora, *Iob.* 38. b. Ostendisti Auroræ locum suum, *Greg.* Aurora noctem præteriisse nunciat: nec tamen integram claritatem ostentat, quia quædam iam, quæ lucis sunt, agimus; & tamen quibusdam tenebrarum reliquiis non caremus.

Sancti dicuntur Sol.
- Quia non mutantur, *Eccl.* 27. b. Homo sanctus in sapientia permanet sicut Sol.
- Quia sunt lucidi, *Matth.* 5. b. Luceat lux vestra coram hominibus, *Phil.* 2. b. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.
- Quia calidi sunt. *Rom.* 12. c. Spiritu feruentes, *Eccl.* 48. a. Surrexit Elias Propheta, quasi ignis verbum ipsius.
- Quia rotundi per desiderium æternorum. *Heb. vlt.* c. Non habemus hic manentem ciuitatem, &c.

[Vel per auroram] B. Virgo potest intelligi. *Cant.* 6. d. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora. Per [Solem] filius eius, scil. Christus homo. Ipsa enim fuit Aurora in Natiuitate: Luna in Annunciatione eclypsans Solem iustitiæ: Sol in Assumptione: Luminaria in Purificatione: de qua thema est hic secundùm literam *Ieronymi* quæ habet: [Tu ordinasti luminaria, &c.] In purificatione enim ordinantur & portantur luminaria. Vel per diem significatur triumphans Ecclesia. Per noctem autem militans, quæ adhuc est in tenebris ignorantiæ. Per auroram, gratia. Per Solem gloria intelligitur: quæ omnia Domini sunt, scilicet, passio & creatura. Vel sic: Tuus est dies] prosperitatis,] & tua est nox] aduersitatis, i. à te sunt prosperitas & aduersitas. Quod est contra Manichæos, qui dicunt, quod aduersitas est à diabolo, *Eccl.* 11. b. Bona & mala vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt. [Tu fabricatus es Auroram scientiæ, [& Solem] sapientiæ, quæ omnia à Deo sunt.

Thema in festo Purificationis.

Nota est Aurora.
- Temporis, scil. ortus Solis. *Gen.* 32. f. Dimitte me, iam enim ascendit aurora.
- Corporis, scilicet, anima, *Iob* 38. b. Ostendisti Auroræ, i. animæ locum suum.
- Animi, sc. gratia, hic. Tu fabricatus es Auroram & Solem.
- Cœli, B. Maria, *Cant.* 6. d. Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens.

h Tu fecisti, &c.] id est homini terreno posuisti terminos scientiæ contra curiosos: & vitæ, contra promittentes sibi vitam. Contra curiosos dicitur *Exod.* 19. d. Contestare populum, ne fortè velint transcendere terminos ad videndum Dominum: & pereat ex eis plurima multitudo. Contra promittentes vitam, *Iob* 14. a. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Multi ponunt sibi terminos, & Deus ponit alios, *Luc.* 12. c. de diuite, qui dicebat animæ suæ. Habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Et Dominus dixit ei aliud, scilicet: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te. Quidam autem nullum ponunt sibi terminum, quia de morte sua non cogitant, ac si essent interminabiles & immortales. Sed facere videntur illud *Isa.* 28. d. Percussimus fœdus cum morte. Vel, [terminos terræ] vocat illos, in quibus omnis amor terrenus terminatus est, & solum Deum appetunt, *suprà.* Dabo Gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

i Æstatem & ver tu plasmasti ea] id est, vitam actiuam & contemplatiuam. Æstas enim significat contemplatiuam, quæ habet longos dies & calidos & solstitium. Et propter hanc dignitatem etiam præponit æstatem veri, cùm ver natura & tempore præcedat æstatem. Ver verò significat actiuam, quia viuificat terræ nascentia. Sed nota, quod verno tempore mortua est Rachel in Ephrata, dum parturiret Bennoni, quia plerumque contemplatiui, dum ad actiuam descendentes in Ephrataim, id est, in abundantiam terrenorum diuertunt, filios doloris pariunt & moriuntur spiritualiter.

k Tu plasmasti ea.] Sed nunquid non Dominus similiter fecit Autumnum & Hyemem; Quare ergo placet plus

 * de illis, quàm

* de illis, quam de iſtis? Sol. Quia illa, autumnus & hyems eius iuſtitiam deſignant, iſta autem, ſcil. ver & æſtas eius miſericordiam. Vnde dicitur iſta facere, quia cùm facit miſericordiam, proprium opus facit; cùm autem facit iuſtitiam, alienum eſt opus eius ab eo, *Iſa.* 28. f. Autumnus reſecat bona terræ & ſpoliat eam, & ſignificat mortem. Hyems excitat tempeſtates, & ſignificat infernũ, *Iſa.* 14. c. Conturbatus eſt infernus in occurſum tuũ.

a Memor eſto huius † *b* inimicus † *c* improperauit Domino: & *d* populus † inſipiens *e* incitauit nomen tuum. *f* Ne † tradas beſtiis † *g* animas confitentes tibi: & *h* animas pauperum tuorum ne *i* obliuiſcaris in finẽ. *k* Reſpice in teſtamentum tuum: quia *l* repleti ſunt, qui *m* obſcurati, sũt *n* terræ † domib⁹ iniqui-

al. † creaturę tuæ.
al. † exprobrauit.
al. † imprudens exacerbauit.
al. † tradideris.
al. † animam confitentem.
al. † domorum.

Allegor.

a Memor eſto huius.] Tertia pars, vbi quod vbique fit, precatur fieri Iudæis Iudicem pium ad miſericordiam prouocans per beneficia numerata. Vnde dicit: Memor eſto huius, ſ. creationis prædictæ, vel etiam promiſſionis factæ Iudæis finalibus. Et vt meliùs impetret, quod petit pro ipſis, confitetur, quòd mala commiſerunt dicens. *b* Inimicus] ſc. Iudæus. Primi enim Iudæi, qui tunc fuerunt, inimici fuerunt, ſed finales erunt amici. Ille ergo inimicus. *c* Improperauit Dño Chriſto,] *Ioa.* 8. f. Samaritanus es tu, & dæmonium habes. De huiuſmodi inimicis dicit idem Dominus, *Luc.* 19. d. Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe adduci te huc & interficite ante me. *d* Et populus inſipiens, &c.] id eſt, populus inſipiens,] id eſt, populus Iudæorum, De cuius inſipientia, *Iere.* 4. f. Stultus populus me non cognouit, filij inſipientes ſunt & vecordes: ſapientes ſunt, vt faciant mala, &c. *e* Incitauit comminationibus & iniuriis. Orat autem pro ſalute bonorum temporali & corporali, ſecundùm vnam lecturam, vel pro ſpirituali, ſecundum aliam lecturam. Primò de prima ſic. Primò petit, ne Deus tradat bonos Iudæos Romanis, vel Chaldæis dicens.

Orat pro tẽporali ſalute bonorum.

f Ne tradas] ô Deus, beſtiis, id eſt, Romanis, qui terram vaſtauerunt, *Pſal.* 97. Exterminauit eam aper de ſilua. *g* Animas confitentes tibi] id eſt, animas Sanctorum, qui inter malos habitabant. Ideò fideles fugerũt in regnum Agrippę in Pellam ciuitatem. Secundò petit, ne Deus tradat eos obliuioni dicens: *h* Et animas pauperum tuorum] id eſt, bonorum Iudæorum. *i* Ne obliuiſcaris in finem] ſcil. quando mali capientur, & in captiuitatem ducentur. Et hoc factum & impletum fuit, quando Nabuzardan pauperes reliquit. Vel, beſtiis, non tantùm Romanis, aut Chaldæis; ſed illis quatuor, de quibus *Dan.* 7. a. ſcil. leoni, pardo. & vrſo, & quartæ beſtiis diſſimili aliis, Leoni, ſcil. Nabuchodonoſor. Pardo, ſcil. Cyro & Dario, Vrſo, id eſt. Macedonibus. Quartæ beſtiæ, id eſt, Romanis. Tertiò petit adimpletionem promiſſorum, cum ſubiungit.

4. Reg. 25. c.

k Reſpice in teſtamentum tuum], id eſt, in S. Scripturam, vt ſoluas, quæ in illa nobis promiſſa ſunt, pauperibus non diuitibus, Et oſtendit, quod non facit orationem pro diuitibus malis Iudæis, dicens. *l* Quia repleti ſunt,] q. d. ideò pro pauperibus rogo, non pro diuitibus, quia diuites benè meruerunt affligi: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum,] id eſt, Iudæi diuites repleti ſunt iniquitatum, id eſt, iniquitatibus, & ponit genitiuum pro ablatiuo more Græcorum. Qui obſcurati ſunt, id eſt, excæcati, domibus, id eſt, propter domos terræ, i. terrenas, q. d. propter habendas terrenas poſſeſſiones & diuitias obſcurati ſunt, & excæcati, & peccato repleti. Vel, domibus, i. propter familias quando ſcil. dixerunt, *Ioan.* 11. f. Venient Romani, & tollent locũ noſtrum & Gentẽ. Pro talibus ergo nõ orat Propheta, ſed pro pauperibus & humilibus. Vnde ſequitur.

A Ne auertatur

Vel pro ſpirituali ſalute Iudæorum orat ſic. *f* Ne tradas beſtiis,] id eſt, dæmonibus, qui vaſtant omnia, quæ tangere permittuntur, *Iob* 5. d. Beſtias terræ non formidabis. *g* Animas] quas deſiderant. *Gregor.* Parum ſe feciſſe æſtimat, cùm animam non ſauciat. *g* Confitentes tibi,] Iudæorum finalium. *h* Et animas pauperum tuorum, &c. quin eos ſalues. *Soph.* 3. c. Derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & ſperabunt in nomine Domini reliquiæ Iſrael.

Orat pro ſpirituali ſalute bonorum.

k Reſpice in teſtamentum tuum,] nouum, quod hæretici tenent & peruertunt.

l Quia repleti ſunt,] cibo & potu, cum tamen ſe ſimulent ieiunare.

m Qui obſcurati ſunt] in intellectu; Habentes in. *n* Terræ domibus,] ſubterraneis, vbi congregant conuenticula ſua. Domibus, dico, iniquitatem, conſciis & plenis; ⊖ quia ibi faciunt

Moraliter] dicit vir Iuſtus. *a* Memor eſto] Domine, huius, ſcilicet, æſtatis & veris, de qua immediatè ſupra habitum eſt, id eſt, bonæ vitæ noſtræ actiuæ & contemplatiuæ, vt ſecundum eam remuneres nos, *Iſa.* 38. a. Memento, quomodo ambulauerim coram te in veritate. Vel, huius, quod ſequitur, vt vindices. Quia *b* Inimicus,] id eſt, amicus mundi. *c* Improperauit Domino,] conculcando & contemnendo pauperes eius, ac ſi ipſe non poſſet eos tueri, aut ditare, *Prouerb.* 14. d. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius. Ita faciunt diuites amici huius mundi, & inimici Dei confidentes in potentia & diuitiis ſuis, 2. *Match.* 10. f. Loci firmitate confiſi ſupra modum maledicebant & ſermones nefandos iactabant. 2. *Mach.* 12. c. Confidentes in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum remiſſiùs agebant maledictis laceſſentes Iudam, & blaſphemantes, & loquentes, quæ fas non eſt.

Moraliter.

d Et populus inſipiens,] cui cœleſtia non ſapiunt, ſed tantùm terrena appetunt. *e* Incitauit nomen tuum,] id eſt, prouocauit, *Iob.* 12. b. Audacter prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum. Eo ipſo enim, quod non ſapiunt eis cœleſtia, ſed appetunt terrena, prouocant Deum cõtra ſe, non ad miſericordiam, ſed ad iram, *Iſa.* 27. d. Non eſt populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius, qui fecit illum. Ita ergo imprecatus eſt amatoribus huius mundi, & conſequenter orat pro contemptoribus ipſius mundi dicens.

f Ne tradas beſtiis,] id eſt, Dæmonibus. *g* Animas confitentes tibi] confeſſione laudis, & confeſſione peccatorum. Et ita eſt, quod tales non tradit Dominus Dæmonibus; ſed mutos, qui nec laudare, nec peccata volunt confiteri. Et ideò libenter laborat diabolus, vt claudat ora eorum. Vndè *Eſther* 14. b. Volunt claudere ora te laudantium, & extinguere gloriam tuam. *Et* 13. d. Ne claudas ora canentium te.

h Et animas pauperum tuorum,] ſcilicet, eorum, qui ſunt contemptores mundi. *i* Ne obliuiſcaris] ducere, in finem, Chriſtum, *Pſal.* 9. Patientia pauperum non peribit in finem. Notandum, quòd diabolus dicitur beſtia propter multas proprietates beſtiæ, quæ notantur his verſibus:

Diabolus dicitur beſtia propter multas proprietates beſtiæ.

Beſtia ſtulta, rapax, crudelis, ſanguine gaudet.
Terrens voce, vorax, venatrix, ſaltibus, vngue.

Vndè benè & Behemoth interpretatur beſtia, *Iob* 40. b. Ecce Behemoth, quem fecit tecum. Hæc beſtia ſtulta eſt, *Eccl.* 25. a. Senem fatuum & inſenſatum, *Gloſ.* diabolum. Rapax, *Ioan.* 10. b. Lupus rapit & diſpergit oues. Crudelis, *Ierem.* 6. f. Crudelis eſt, & non miſerebitur. Sanguine gaudet, *Gen.* 9. a. Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum, ſcilicet, Dæmonum. De manu hominis, id eſt, Prælati, & de manu viri, & de manu fratris eius, id eſt, ne quis dicat cum Cain: Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? *Gen.* 4. b. Terrens voce, 1. *Petr.* 5. b. diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Vorax, *Iob.* 40. c. Abſorbebit fluuium, & non mirabitur. Venatrix, *Eccleſ.* 27. b Leo venationi inſidiatur ſemper. Saltibus, *Abacuch.* 1. b. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis. Vngue, id eſt, extremitate. *Iſa.* 5. g. Frendet, & tenebit prædam & amplexabitur, & non eſt, qui eruat.

k Reſpice in Teſtamentum tuum.] Chirographum factum eſt, vel charta inter nos & Deum, ſcilicet, nouum Teſtamentum, vbi Deus poteſt legere, & nos, quid alter promiſerit alteri, quid alter ſibi. Deus nobis promiſit gloriam, nos ei innocentiam in Baptiſmo. Reſpice ergo, Domine, quòd pœnitenti & confitenti promiſiſti veniam, non vindictam. Reſpice, homo, quid ſpopondiſti, & quid ſoluis, *Ierem.* 2. e. Vide vias tuas in conualle: ſcito, quid feceris. Et hoc poteſt Deus, & homo inuenire.

l Quia repleti ſunt, &c.] id eſt, ſenes & excæcati amore terreno, ſcilicet, ſtercoribus hirundinum, vt Tobias, *Tob.* 2. b. Quo repleti ſunt?

n Terræ, id eſt, terra. *Iſa.* 2. b. Repleti ſunt, vt olim: & augures habuerunt vt Philiſtiim. Et *infrà*. Repleta eſt terra argento & auro, &c. Et tamen cor non eſt plenum cum arca, *Eccleſ.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Item, repleti ſunt terræ domibus, id eſt, terrenis domibus, quia multas domos habent in terra; ſed in cœlo nullam. Sed illæ domus ſunt iniquitatum, id eſt, ex rapina pauperum. *Ierem.* 22. d. Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem eius non reddet ei. *Eccl.* 21. b. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme.

* *a* Ne auertatur

A *a* Ne auertatur] à terra sua. *b* Humilis] Iudæus. *c* Factus confusu] cum diuitibus, qui ducti sunt in Babylonē: vel à Romanis per mundum vniuersum viliter venditi. *d* Pauper & inops, ad literam. *f* Laudabunt nomen tuum in terra sua, de qua non amouebuntur.

Qui pro temporali salute humana. *Qui pro spirituali salute humana.* *d.* egenus. *d.* ... *d.* † impru- ... *d.* † depre- cantum te. *d.* | ad te.

Θ quia ibi faciunt horrendam. *a* Ne auertantur à te. *b* Humilis [populus vlrim⁹ Iudæorum. *c* Factus confusus de malis, quæ fecit, & veniā petens, à te recipiatur. Et verè sic fiet, quia ipse. *d* Pauper] depauperatus ab Antichristo. *e* Et inops sponte renuncians sæculo. *f* Laudabunt nomē tuum] credentes & confitentes tibi.

tatum. *a* Ne auertatur *b* humilis *c* factus confusus: † *d* pauper & *e* inops *f* laudabunt nomen tuū. *g* Exurge, Deus *h* iudica causam tuam: † *i* memor esto improperiorum tuorum, *k* eorum, quæ † ab insipiente *l* sunt *m* tota die. Ne *n* obliuiscaris *o* voces † inimicorum tuorum ? *p* superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper †

In finem, ne disperdas, vel corrumpas, Psalmus Cantici Asaph.

Postea imprecatur Propheta communiter tam Iudæis excæcatis, quam Romanis, petens, vt puniantur dicens:

g Exurge, Deus] ad vindictam, qui modò parcens dormire videris. *h* Iudica causam tuam] contra tales. Et ostendit, quod hoc meruerunt multis rationibus. Prima est illatio contumeliarum in opere: Vnde dicit. *i* Memor esto improperiorum, &c.] Iudæo & Romano. *l* Sunt tibi illata.] *Psal.* 55. Tota die impugnans tribulauit me. Secunda est continuatio Vnde addit,

m Tota die] quia non deerunt. insultantes vsque ad finem sæculi. Tertia est blasphemia in verbo. Vnde sequitur. *n* Ne obliuiscaris voces, &c.] id est, blasphemias Iudæorum & Romanorum ne obliuiscaris, quin reprimas. Quarta est odium Quinta est intentio superbiæ. De his duobus subdit.

p Superbia eorum, &c.] Vnde, Domine fac eam descendere, & deprime eam.

literaliter. * *a* Ne auertatur humilis, &c] id est, nihil ei, quod petat, negetur, quod si fieret, confunderetur. Simile 3. *Reg.* 2. d. Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem meam. Dixitque. Pete mater mea nec enim fas est, vt auertam faciem tuam, i. vt negem tibi quicquam. Et ita erit. Vnde. *d* Pauper] spiritu. *e* Et inops, sine opibus sæculi.

f Laudabunt nomen tuum] reddentes gratias de eo, quod im petrauerunt. Consequens ponit pro antecedente. Vel de futuro. *a* Ne auertatur] sicut *Prou.* 1. d. Auersio paruulorum interficiet eos. *Ierem.* 2. d. Auersio tua increpabit te. *Exod.* 23. a. Quia aduersor impium. *b* Humilis.] *Luc.* 14 c. Qui se humiliat, exaltabitur. *c* Factus confusus] id est, ne fiat confusus confusione æterna. *Isa.* 54. b Non confunderis, neque erubesces, &c. Et pòst. Quia dominabitur tui, qui fecit te. *d* Pauper] quondam pro Christo. *e* Et inops,] quòd plus est. Aliqui enim sunt pauperes, qui tamen non sunt inopes, quia non egent Tales.

f Laudabunt nomen tuum] in æternum, quia talium est regnum cœlorum. Et Beati, qui habitant in domo tua, Domine in sæcula sæculorum laudabunt te. Ergo *g* Exurge, Deus, &c. scilicet, causam pauperum, quam alij iudicare non volunt. *Ps.* 9. Tibi derelictus est pauper. *Isa.* 1. f. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad eos. Item causa animarum, propriè est causa Dei, scil. Christi, qui pro ipsis est passus. Cùm ergo diabolus, vel ministri eius calumniantur animas, volendo eas trahere ad peccatum, vel ad supplicium, dicendum est: Exurge, Domine, Iudica causam tuam, i. defende eam, vt miles, vel Aduocatus exurgens contra aduersarios, *Psal.* 34. Iudica, Domine, nocentes me expugna impugnantes me, &c. vsque ibi. Dic animæ meæ: salus tua ego sum. *i* Memor esto improperiorum tuorum, &c.] Hoc est idem, quòd suprà habitum est, memor esto huius, inimicus improperauit Domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum Vel sic potest dici, quod multi improperant illis, qui volunt seruire Deo & mundum cōtēnere, vocando eos hypocritas, & huiusmodi dicendo. *Psal.* 13. Consilium inopis confudistis quoniam Dominus spes eius est, quasi dicat, si in mundo spē poneret, non confunderetis eum Ideo non illis, sed Deo propriè improperant. Vnde *Luc.* 10. c. Qui vos spernit, me spernit. *k* Eorum, quæ ab insipiente sunt quia .n. eis non sapiunt cœlestia, quæ isti quærunt, ideo eos stultos æstimantes, improperia dicunt, *Ps.* 13. & 52. Dixit insipiens in corde suo: non est Deus, qui remuneret opera Iustorum. *Ps.* 3. Multi insurgunt aduersum me multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius. Vel iste insipiens, a quo hæc omnia procedunt, est diabolus, a quo omne malum. *Ier.* 1. c. Ab Aquilone pandetur omne malum. Ipse verè est insipiens, quia sibi magis nocet, vt alij minus possit nocere. Omnia enim mala, quæ suggerit aliis reuertentur in caput suum Hic est senex fatuus, de quo *Eccl.* 25. Senem fatuum & insensatum. *Gloss.* diabolum.

m Tota die. Notatur instantia. *Isa.* 52. b. Iugiter tota die nomen meum blasphematur. *n* Ne obliuiscaris, ergo istas. *o* Voces inimicorum tuorum] quia ipsi non corrigunt se. Sed. *p* Superbia eorum &c.] id est, ascendere nititur, & alios submittere sibi. Sed quid est, qui te oderunt? Dicitur enim, quod nulla conscientia potest Deum odisse. Solut. Notanda est *Gloss.* quæ dicit,] superbia eorum ; scil. Romanorū, &c. Vnde principaliter Romanos arguit hic de odio Dei & de superbia. Superbia eorū, omnib⁹ patet, quia ascendit semper, i. de die in diem crescit, & augmentatur. Vnde possunt modò dicere. Minor digitus meus grossior est dorso patris mei, scilicet, Petri & Pauli, qui fuerunt Salomon, id est, facientes pacem in Ecclesia Dei, sicut Christus. Vnde dicit Paulus 2. *Cor.* 5. d. Posuit in nobis ministerium reconciliationis. Et post addit. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Successores autem Petri & Pauli, sunt Roboam, qui interpretatur dissipans populos, vel inclinatio peccatorum quia quos deberent reconciliare, dissipant per causas & lites, & ad peccatum inclinant saltem occasionaliter. Item occasionaliter dissipant per diuersos errores hæresum. Nihil enim habent hæretici ita efficax ad persuadendum contra Ecclesiastica Sacramenta, sicut superbiam & auaritiam, & malam vitam Prælatorum, & præcipuè maiorum. Item, superbia ascendit semper quia maiora, quam possit præsumit. Vnde. *Isa. sexagesimo primo* b. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè, superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plus quam fortitudo eius. Iste Moab, ex patre, idem significat, quòd Roboam filius Salomonis. Quòd autem Deum oderint, non ita patet, sed tamen rectè inspicienti videri potest. Sicut enim secundum *Gregor.* probatio dilectionis exhibitio est operis: ita è contrario probatio odij exhibitio est contrarij operis. Quæ autem operatio sit probatio dilectionis ostendit Dominus primo Papæ Petro, dicens, *Ioan.* 21. d. Simon Ioannis diligis me plus his? Et cùm respondisset Petrus. Tu scis Domine, quia amo te, probationem iunxit Dominus dicens: Pasce agnos meos, quasi dicat ad maiorem euidentiam secundò & tertiò replicauit. Pascere ergo verbo, pascere exemplo, pascere temporali subsidio probatio est dilectionis. Ergo nullo illorum pascere, sed verbo scandalizare, & exemplo ad malum prouocare, & exactione excoriare, vel tondere oues, probatio est odij.

Oderūt Deum
- Quia
  - Potens. Inuident enim potētiæ eius *Isa.* 14. d. Ascendam in cœlum.
  - Iustus. *Amos* 5. d. Hostes Iusti accipientes munus.
  - Iudex. *Iob*, 34. b. Nunquid qui non amat, iudicium sanari potest?
  - Legifer. *Isa.* 33. d. Dominus Legifer noster.
  - Actor pœnarum, *Isa.* 45. a Creans malum.
  - Miseretur aliis, non ipsis, vnde inuident *Matth.* 5. b. An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum.
- Non quia
  - Misericors simpliciter.
  - Pius.
  - Creator.
  - Reparator,
  - Præstabilis super malitia. *Ioel.* 2. c.

EXPOSITIO PSALM. LXXIV.

COnfitebimur tibi, &c.] Titulus. *In finem ne disperdas, vel corrumpas. Psalmus Cantici Asaph.*] Hoc est. [Psalmus] iste, [Cantici] quia in eo agitur de remuneratione æterna, est [Asaph] i. fidelis Synagogæ, Et ideò agit de æternis, [ne] tu cuicunque sis, [disperdas vel corrumpas] spem, quæ habetur in Dei promissione, vt peruenias [in finem] æternæ consummationis. Continuatio. In præcedenti Psalmo egit de destructione Synagogæ per Romanos; hic agit de ædificatione Ecclesiæ per Apostolos.

per Apostolos, de quib. cãtatur Psalmus iste. Item in præcedenti Psalmo egit prophetia de salute data per gratiam in primo aduentu. In isto autem egit de salute danda per gloriam in secundo aduentu. Vnde monet nos sicut in titulo tangitur: ne perdamus vel corrumpamus gratiam in nobis per peccatũ, sed petemus de gloria nobis dandã. Et notandũ, quod triplex est corruptio, quam prohibet hic. Prima est generationi opposita, & dicitur degeneratio. Hac corrumpitur

Triplex corruptio.

al. † Ibi.

al. † Enarrabo omnia.

PSALM. LXXIV.

a Confitebimur tibi, *b* Deus: *c* confitebimur, † & *d* inuocabimus nomen tuum. † *e* Narrabimus mirabilia tua: cùm *f* accepero tempus ego iustitias iudicabo.

homo per vtilitatem prædicti, quod qui facit, degenerat à Deo, 1. *Ioan. vlt.* d. Scimus, quoniam omnis, qui natus est ex Deo, s. per gratiam, non peccat, sed generatio Dei custodit illum, &c. *Psal.* 17. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt. Ecce corruptio. Ideò non deberemus degenerare a Deo, cùm sit bonus pater & magnus & nobilis. Vnde dicit *Ieron.* Hoc solùm video in nobilitate appetendũ, quod quadã necessitate astringuntur, ne à maiorum probitate degenerent. Secũda corruptio opponitur virginitati. Hac corrumpitur homo per infidelitatẽ & errorem. *Ps.* 13. & 52. Dixit insipiens in corde suo: non est Deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt, 2. *Cor.* 11. a. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo, scilicet, per fidem. Tertia opponitur integritati, & fit per putrefactionem, & cognoscitur ex fœtore. *Ierem.* 13. a. quod lumbare Ieremiæ computruit in Euphrate. *Ps.* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum, *Ioan.* 11. e. Domine, iam fœtet, quatriduanus enim est: hac ergo triplici corruptione dicit: ne corrumpas. Intentio est monere, vt in Deo spem totam ponamus, ne aut præsumendo, aut desperando decidamus à brauio, quod nobis promittitur. Modus Bipartitus est Psalmus. Primò proponitur humilis sperãs qui & alios inuitat. Secũdò superbus præsumẽs terretur iudicio, quod nullus effugere potest, *ibi*: Cũ accepero temp⁹. Dicit ergo humilis Asaph, sperãs de promissis. *a* Confitebimur tibi, Deus] peccata nostra. *c* Confitebimur bona tua. Hæc enim duo sunt signa: & etiã causa humilitatis, confiteri & cognoscere propriũ defectũ: & confiteri & recognoscere perfectionem alterius. Bis ergo dicit: Confitebimur, quia debemus confiteri Dei bonum & nostrum malum. Et vtrũque duplex.

Debemus enim confiteri.

Dei	Fidem, vt Martyres. *Luc.* 12. b. Qui me confessus fuerit, &c.	
	Beneficia, *Ps.* 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris eis.	
Propriã	Malitiam. *Ps.* 31. Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino.	
	Miseriam. *Iob* 14. a. Homo natus de muliere,	

breui viuens tempore repletur multis miseriis. Item bis dicit: Confitebimur, quia vtraque istarum confessionum frequens debet esse, Item quia duplex est status confitentium, s. præsens vita, & futura. *Isa.* 48. d. Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, s. vita gratiæ, & vita gloriæ. *b* Tibi, Deus] id est, ad honorem tuum, quia vtraque confessio est ad honorem Dei. De prima. *Ps.* 49. Sacrificium laudis honorificabit me. De secunda. *Iosue* 7. c. Fili da gloriam Deo & confitere atque iudica mihi, quid feceris. Item tibi] dicit, quia in vtraque confessione loquitur homo Deo. Licet enim homo confiteatur peccata Sacerdoti; non tamen confitetur ei inquantum homini; sed inquantum est loco Dei. Vnde Sacerdos peccata sibi reuelata in confessione, non scit sicut homo, sed vt Deus: & ideò reuelare non potest, & reuelanti debetur pœna canonica. Per confessionem autem vacuatur domus conscientiæ & purgatur ab immunditiis peccatorum, quæ cum mundata est, debet Dominus introduci. Vnde benè post Cõfessionem, addit.

d Et inuocabimus nomen tuum.] id est, intùs vocabimus in conscientia mundata. Cùm enim Dominus sit mundissimus & pulcherrimus, non dignaretur intrare in domum immundam & turpem per peccatum. Vnde Spõsa vocans eum ad quiescendum cum ipsa in lectulo conscientiæ dicit *Cant.* 1. d. Ecce tu pulcher es, Dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus, quasi dicat, quia tu es pulcher & decorus ideo tibi præparaui lectulum floridũ, i. cor & conscientiam venustaté floribus virtutum. De cõtrario dicit *B. Bernd.* Lectulus non est floridus; magis autẽ putridus est, & tu illic Regem gloriæ trahis. Si luxuriosus Deum inuocat, ad cloacam illum vocat: si auarus, ad foueam plenam spinis: si iniquus & iracundus, ad lacum leonum & cauernam serpentium illum inuitat. Sed frustrà inuocatur a talibus, quia non veniet in tales conscientias donec per confessionem mundatæ fuerint. *Sap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Cum autem, vt debet, i. feruenter, frequenter, fiducialiter, humiliter, inuocauerit homo Deum, veniet ad eum. Vnde *Ioel.* 2. g. Quicunq; inuocauerit salutus erit. Et eo intus habitio, conscientia illustratur. Vnde potest homo talis prædicare. Vnde post ista sequitur *e* Narrabimus mirabilia tua] quasi dicat, quod intùs nos docueris extra aliis narrabimus. *Matth.* 10. d. Quod dico vobis in tenebris, id est, in occulta inspiratione, dicite in lumine, id est, in aperta prædicatione & quod in aure auditis prædicate super tectum. Et bene dicit mirabilia tua non alterius: quia nullus facit mirabilia nisi Dominus, *Psal.* 135. Qui facit mirabilia magna solus. *Eccl.* 11. a. Mirabilia opera Altissimi solius. Et dicit pluraliter mirabilia quia.

Dominus fecit mirabilia.	In cœlo *Eccl.* 43. a. Vas admirabile opus Excelsi, &c.
	In terra *Matth.* 11. a. Cæci vident, surdi audiunt, &c.
	In mari, *Eccl.* 43. c. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimus illic præclara opera & mirabilia.
	In inferno. *Zach.* 9. c. Tu quoque in sanguine Testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Hæc omnia mirabilia sunt narranda. *Psal.* 9. Narrabo omnia mirabilia tua. Alia tria mirabilia fecit Deus, quæ similiter sunt narranda. Primum mirabile est, Deus homo. Secundum Mater Virgo. Tertium cor fidele. *Ps.* 97. Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Mirabilia etiam facienda ab ipso narranda sunt: Vnde subiungit de mirabili iudicio eius.

Aliã tria mirabilia sunt miranda.

f Cùm accepero tempus, &c.] Secunda pars, vbi terretur superbus, præsumens, & inducit Christum loquentem & dicentem: Cùm accepero tempus, iudicandi, scil. in secundo aduentu, tunc, iustitias iudicabo. In primo enim aduentu accepit Christus tempus non iudicandi, sed miserendi. Vnde *in Psalm.* 101. Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius: quia venit tempus, 2. *Cor.* 6. a. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus acceptabile est tempus gratiæ, in quo Deus miseretur de quo *Gal.* 4. a. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, &c. Notatur ergo opportunitas temporis ad iudicandum, 1. *Cor.* 4. Nolite ante tempus iudicare. Et nos maximè deberemus cauere, ne tempus anticiparemus, cum ipse Iustus & solus Iudex omnium, qui omnia videt, antequam fiant, tempus iudicandi benignè expectat. Vnde dicit: Cùm accepero tempus, &c. *Apocalyps. sexto.* Vidi subtus altare Dei animas interfectorum multas propter verbum Domini & testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequo, Domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et dictum est illis, vt requiescant tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus cõseruorum eorum. Vel. Aliter. Dominus modò tradidit nobis tempus, vt faciamus modò, quod nobis placuerit. Vnde *Eccl.* 15. d. Ante homines vita & mors, bonum & malum, &c. Et pro eo, quod fecerimus modo remunerationem habebimus, siue sit bonum, siue malum *Eccl.* 12. d. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato siue bonum, siue malum. Vnde modò operari debemus bonum, dum tempus habemus. *Ioan.* 9. a. Me oportet operari opera eius, qui misit me, nec dies est. Venit nox, in qua nemo potest operari. Id ò dicitur *Eccl.* 9. c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, &c. Hoc autem tempus à quolibet accipiet in morte cuiuslibet, & præcipuè in die iudicij. Et tunc erit tempus suum ad iudicandum & remunerandum, non nostrum ad operandum, sicut modò est. Propter hoc monet Apost. *Gal.* 6. c. Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Suo, id est, Dei, quando scilicet, tempus acceperit. Et dicit vltra. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Accipit autem Dominus tempus sibi propter effectus multiplices & acceptabiles, qui notantur his versibus. *Iudico, viso, cibo, vaco, nundino, vexo, laboro. Purgo, fero, tollo, grano, lucro, finio, vrro.* Iudico, *Ecclesiast.* 3. c. Iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Viso, id est visito. *Luc.* 19. g. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Cibo, doctrina, *Ezechiel.* 4. c. A tempore vsque ad tempus comedes illud. Vacco, tempus vacationis est omne festum. *Ecclesiast.* 3. a. Tempus vacandi ab amplexib.

Aliter.

Dominus … sibi … propter multiplices effectus.

vacandi ab amplexibus. *Ps.45.* Vacate,& videte quoniam suauis est Dominus, *Eccl.38.* c. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis. Nundino. Tempus nundinarum parum est. *Ezech.7.* d. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit,non lætetur:& qui vendit non lugeat. *Prou.20.c.* Malum est, malum est, dicit omnis emptor, &c. *Luc.* 19. b. Negotiamini, dum venio,q.d. postquam venero, non erit tempus negotiandi, sed rationem reddendi, & lucrum reportandi. Vexo.

a defluxit. habitabant.

†*a* Liquefacta est terra *b* & omnes, † qui habitant in ea: *c* ego confirmaui *d* columnas eius *e* Dixi *f* iniquis: *g* nolite inique agere: & *h* delinquentibus: *i* nolite exaltare cornu.

Ier.30. b. Tempus tribulationis est Iacob, & ex ipso saluabitur. Laboro. *Psal.118.* Tempus faciendi, Domine, *Ioan.9.a.* Operamini, dum dies est venit enim nox, quando nemo potest operari. Purgo, in Quadragesima. *2. Cor. 6.* a. Ecce nunc tempus acceptabile, *Luc.* 2. d. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ: Fero, testimonium, *Thren.1.e* Vocauit aduersum me tempus: Tollo, vitam dignitatem, & huiusmodi, *Ezech.6.b* Venit tempus, prode est dies occisionis,& non gloriæ montiū. Grauo, senio, vel duratione, *Eccl.12.* a. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placent: Luceo, *Matth.13.* f. Tunc Iusti fulgebunt sicut Sol. 2. *Machab.* 1. e. Affuit tempus, cùm Sol refulsit, qui priùs erat in nubilo. Finio: Tempus finit & finitur, *Apoc.* 10 c. Tempus non erit ampliùs, *Dan.8.f.* Quoniam habet finem suum tempus, id est, quantum ad mutabilitatem & maledictionem. Vnde ibi, *supra*: In nouissimo maledictionis. Curro, velociter transit & transcurrit, quòd vix instans tenetur. *Iob.* 9. c. Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt & non viderunt bonum, 1. *Cor.7.* e. Tempus breue est, reliquum est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes,&c. vsque *ibi*. Et qui vtuntur hoc mundo, tanquā non vtātur. Ego iustitias iudicabo, *Ps.7.* Deus, Iudex fortis, & patiens. Vnde dicit. Ego Iudex Iustus, qui corrpūi nō potero: fortis, cuius sententiæ nullus poterit contraire,& patiens, vt dictum est, non insipiēs vel ignorans, quia quodmodo non punio, non venit ex ignorantia: quia omnia video, sed ex patientia, qua expecto ad pœnitentiam. De iustitia, *Prou.6.d.* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquā precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. De fortitudine, *Iob* 9. b. Deus, cuius iræ nemo resistere potest. De patientia, *Eccl.5.a.* Ne dixeris, peccaui,& quid mihi accidit triste? quasi dicat, nō cōtemnas, patientiā eius, nec ipsum repures non videre peccata tua, quia ipse videt & expectat. Vnde ibi additur: Altissimus enim est patiens redditor. Iustitias iudicabo. Terribile verbum, quod non tantùm peccata indicabit, sed & iustitias, scilicet, bona opera examinabit. *Malach.3.a.* Colabit filios Leui, i. bonos, qui sunt filij gratiæ. Leui enim additamentum interpretatur & gratia additur naturalibus, vt bona opera & meritoria faciamus. Et hos colabit, i. examinabit districtus Iudex Propter hoc dicebat *Iob* 9. d. Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti. Ibi *Greg.* Sancti omne, quod agunt metuunt, dum considerant, ante quem Iudicem stabunt; considerant praua, quàm districtè iudicet; & bona opera, quàm subtiliter penset. Posteà ostendit, quæ facturus est Dominus ante iuditium: quia terra consumetur ab igne præcedente, & omnia ædificia eius. Vnde dicit.

a Liquefacta est terra,] id est, liquefiet præteritum pro futuro more prophetico. Et non tantùm terra, sed.

b Et omnes, qui habitant in ea,] *Isa.vlt.* e. Ecce Dominus in igne veniet,&c. Et post. Simul consumentur, dicit Dn̄s. Ostendit etiam, quod terra innouabitur & restituetur in meliorem formā, dicens. *c* Ego confirmaui,] i. cōfirmabo. *d* Columnas, eius,] in fundamentum, i. totam terram 2. *Petr.* 3 c. Nouos cœlos & nouam terram & promissa Dei expectamus. *Apoc.21.a.* Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum,& prima terra abiit, sc. secundum priorem formam. Vel aliter. *a* Liquefacta est,&c.]Et loquitur de tempore Antichristi præcipuè, quasi dicat, ita, cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Sed ante hoc veniet persecutio magna in tempore Antichristi. Et tunc, liquefacta est, id est, liquefiet terra, i. terreni homines dissoluentur & effluent in peccata Vnde addit. *b* Et omnes, qui habitant in ea.]id est, qui diligunt terrena, nec ad cœlestia tendunt, vt dicant cum Apost. *Phil.* 3.d. Conuersatio nostra in cœlis est. Tales, inquam, liquefient igne perse-

Aliter de tempore Antichristi.

cutionis adusti:& liquefacti formam sibi assument errorum & peccatorum, sicut æs liquefactum & fusum formam sibi accipit ab eo, cui supe: funditur. *Matth.24.* b. Erit. n. tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modò. Et post. Ita vt in errorem inducantur, si fieri possit etiam Electi. Quia. *c* Ego confirmaui, &c.]id est, Electos, qui tunc erunt in terra, vt non possint liquefieri ad æstum tribulationis, sed magis solidabuntur, & purgabuntur per illum æstum. Vel de præsenti, aut de præterito potest legi. *a* Liquefacta est terra,&c.]i. Ecclesia quasi dicat, prædicantibus Apostolis, aliisque Prædicatoribus terra verta in ceram, liquari potuit, id est, peccatores molliti sunt & purificati, *Iob 6.c.* Vt incaluerint, soluētur de loco suo, *Iob* 23. d. Deus molliuit cor meum, *Ps.* 21. Factum est cor meum, tanquam cera liquescens. Sed notandum, quòd quædam terræ genera nūquam liquefiūt vt lateres. Quædam tardè, vt ferri fodina, vel æris, *Iob.28.* a. Ferrum de terra tollitur & lapis solutus calore in æs vertitur. Quædā citò & valdè vtiliter, vt auri vena Quædā citiùs & parum vtiliter, vt plumbum. Quædā citissimè & damnosè. vt argentum viuum. Item sunt quædā quæ ab igne non liquæfiunt, sed à Sole leuiter. *Sap.16.d.* Quod ab igne exterminari non poterat, statim ab exiguo Solis radio calefactum tabescebat. Secundùm istas diuersitates possunt similiter inueniri diuersitates cordium, & hominum. *c* Ego confirmaui, &c.] scilicet. Ecclesiæ, quæ est terra solida & fructificans. Cuius columnæ sunt Apostoli & Prædicatores, qui sanctam Ecclesiam fulciunt & sustentant. *Gal.2.* b. Iacob,& Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi. *Prouerb.9* a. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas, septem, i. vniuersitatem Apostolorum & Prædicatorum. Vel excidit columnas septem, i. per martyrium & tribulationes perfectos fecit. Et 3. *Regum.7.c.* legitur, quod Salomon in introitu templi ædificauit duas columnas, nomen vni Booz, & nomen alij Iachim. Per Salomonem, Christus: per templum Ecclesia: per columnas, Prælati intelliguntur & Prædicatores. Quæ duæ sunt, propter geminam charitatem, quæ Prædicatoribus necessaria est. Vnde *Gloss.super Matth.* 4. c. Vidit duos fratres, &c. Duos dicit propter geminam charitatem, sine qua nullus in ordine Prædicatorum recipitur. Item duo nomina harum columnarum duplicem fortitudinem Prædicatoribus & Prælatis necessariam designant. Booz enim interpretatur, in quo est virtus: Iachim præparatus. Et in eis debet esse virtus ad operandum, & præparati debent esse ad sustinendum. *Luc.* 22. d. Domine, tecum paratus sum & in mortem & in carcerem ire. Modò autem perdiderunt nomina sua columnæ Ecclesiæ, quia ibi ponuntur sellucæ loco columnarum. *Ier.52.d.* Columnas æreas, quæ erant in domo Domini, & bases & mare æneum, confregerunt Chaldæi.

Aliter.

Quædam terræ genera nunquam liquefiūt, quædam tardè, quædam citò, citiùs, citissimè. Columnæ Ecclesiæ sunt Apostoli & Prædicatores.

Columna, id est, Prædicator. debet esse
- Longa per longanimitatem.
- Gracilis per paupertatem.
- Plana per scrupuli amotionem.
- Rotunda per æternorum contemplationem.
- Retiacula habere per prædicationem & doctrinam.
- Malogranata habere per operationem.

Et quomodo liquefacta est terra, frequenter aperit, dicens adhuc in persona Christi. *e* Dixi,] Per Apostolos & Prædicatores sic confirmatos. *f* Iniquis,] contra proximum. *g* Nolite iniquè agere,] contra proximum, 1. *Ioan.* 4 d. Qui non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Sed de multis potest dici, quòd non obediunt Domino quia secundùm quod dicit: *Ierem* 9.b. Vt iniquè agerent, laborauerūt. Post peccatum commissionis, addit de peccato omissionis, *h* Et derelinquentibus contra animam suam.

i Nolite exaltare cornu, per superbiam, dicendo vos esse Iustos, quia peccata non committitis, dicentes cum superbo Pharisæo, *Luc.* 18. b. Non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, &c. Non autem sufficit declinare à malo, nisi etiam fiat bonum: & ideo qui declinat à malo, & tamen bonum omittit non debet exaltare cornu præsumendo aut defendendo se, quia illis dicetur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Ite, maledicti, &c. Non loquitur ibi Dominus. *Matth.* 25.d. nisi de peccatis omissionis, quæ maximè diuites non vitant. *Ecclesiast.* 11. b. Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Et diuites præcipuè monendi sunt, nè exaltent cornu, Vnde 1. *Timoth.* 6. d. Diuitibus huius sæculi præcipue non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, & cætera. Vnde vt meliùs suadeat, idem repetit, ostendens, quòd peccatum superbiæ directè est contra

directè est contra Deum. Vnde addit, quod & hic dixit. *a* Nolite extollere in altum,] id est, contra Deum. *b* Cornu vestrum] id est, superbiam, aut potentiam: quod faciunt illi qui hic gloriam quærunt. Deterum proprium castiū est gloria, de quo dicit *Isa.* 42. b. Gloriam meam alteri non dabo. Et illi, qui volūt sibi accipere castrum istud, propriè in Deū extollūt cornu. *Iob.* 15. c: Tetēdit aduersus Deum manū suā, & cōtra Omnipotentē roboratus est. Sunt autem quidā, qui

Al. † efferri ne loquamini.

al. † Quoniam.

al. † montium.

a Nolite † extollere in altum *b* cornu vestrum: *c* nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. † *d* Quia neque ab oriente, *e* neque ab occidente, *f* neque à desertis † montibus: *g* quoniam Deus iudex est. *h* Hunc humiliat & hunc *i* exaltat: quia *k* calix in *l* manu *m* Domini vini *n* meri *o* plenus mixto. Et *p* inclinauit ex hoc in † hoc: *q* veruntamen fæx eius non est exinanita, *r* bibent *s* omnes peccatores terræ.

al. † hunc.

non solū hoc faciunt; sed etiam sibi impunitatem promittunt. Vnde contra hoc dicit. *c* Nolite loqui aduersus Deum, &c.] Iniquus & iniustus esset Deus, qui malos hic prosperari & bonos tribulari permittit, nisi iustis, & iniustis futuram retributionem reseruaret. Iniquitatē ergo, contra eum loquitur, & eum iniustum esse dicit, qui sibi de peccatis impunitatem promittit. Iudęi etiam in altum, i. contra Christum extulerunt cornua, crucis, & cornua sua, vt vnicornes. Vnde *in Psal.* 21. orat Christus: Salua me ex ore leonis, & à cornib. vnicornium humilitatem meam. *Isa.* 34. b. Descendent vnicornes cum eis. Et locuti sunt aduersus Deum iniquitatem, quando falsum testimonium contra eum tulerunt, *Matth.* 26. f. Nolite ergo, inquit, prædicta facere: quia manus iudicantis & punientis effugere non poteritis hoc est quod subiungit. *d* Quia neque &c.] supple erit effugium, siue adiutoriū vobis. *e* Neque ab occidente,] &c. quibus dicetis, vt vos operiant. *Luca* 23. e. Tunc dicent montibus: cadite super nos: & collibus: operite nos. Dico, quod non erit locus fugienti. Quare? *g* Quoniam Deus Iudex est] qui vbique est. Vnde *Ps.* 138. Quo ibo à spiritu tuo. & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades, &c. *Gregor.* Fugiendi via deest: quia ille iudicat, qui vbique est. Vel sic potest legi moraliter. Dixit iniquis.

Moraliter.

a Nolite extollere cornu] id est, superbire.

d Quia neque ab oriente,] id est, à generis nobilitate superbire debetis. *e* Neque ab Occidente,] i. mortis contemptu, vt strenui milites. Neque à desertis montibus] i. à sanctitate & abstinentia. *g* Quoniam Deus Iudex est] qui nobilior est & strenuior & sanctior: & tamen non fuit superbus, sed humiliauit semetipsum vsque ad Crucis ignominiam. Vel sic. Non debetis superbire, quia nihil habetis in vobis, vnde superbire possitis; sed tantùm materiam humilitatis in vobis inuenire potestis. *d* Quia neque ab Oriente,] i. à principio vitæ vestræ. *e* Neque ab Occidente] i. à fine. *f* Neque à desertis montibus,] i. à tota vita vestra supple, potestis superbire; sed magis humiliari. Per desertos montes, qui cum magna difficultate coluntur, & vix fructum bonum; defacili autem spinas & tribulos afferunt benè significatur vita hominis, quæ cum magna difficultate ad bonum trahitur: defacili autem ad malum, De his tribus principio, sc. & fine & medio. *Iob.* 14. a. Homo natus de muliere: Ecce principium vile. Breui viuens tempore Ecce finis terribilis repletur multis miserijs Ecce medium miserabile. De his ergo non potest homo superbire. Vnde versus:

Phil. 2. *a.*

Aliter.

Versus.

Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa.
Nasci pœna, labor vita necesse mori?

Ne ergo extollaris cornu maximè. *g* Quoniam Deus Iudex est] qui superbos humiliabit. Vnde *Isa.* 2. c. Dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Hoc est, quod sequitur. *h* Hunc, humiliat,] i. humiliabit, scil. superbum. *i* Et hunc exaltat] scil. humilem. Ecce discretio Iudicis & iustitia, quia diuersis diuersa tribuit secundùm exigentiam meritorum. *Iob.* 5. b. Ponit humiles in sublime, & mœrentes, scil. pro peccatis, erigit sospitate, *Luc.* 1. e. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles, *Luc.* 14. c. Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humliat, exaltabitur. Et posset aliquis dubitare, ne Dominus posset hoc facere. Vnde de potentia eius subiungit, dicens.

k Qui calix] quasi dicat, potest exaltare, & humiliare. Quia calix, id est, totus mūdus. *l* In manu Domini. *Eccl.* 1. a. Potestas terræ in manu Dei. *Isa* 40. c. Quis mensus est pugillo aquas & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit terram tribus digitis? quasi dicat, quia ipse est Deus omnium, & in potestate habet dare cuilibet, quod voluerit. Sanctis enim in patria dat gaudium plenum & purum; Sanctis in via non purum, sed mixtum; iniustis autem dabit tristitiam & dolorem æternum. Hoc vult dicere ista litera. *k* Calix, iniustæ retributionis. Est. *l* In manu, i. in potestate. *m* Domini] i. Christi. *n* Vini meri] i. iucunditatis æternæ quoad bonos, vbi non miscetur aliquid tristitiæ. *Prou.* 14. b. Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus, &c. De hoc vino inebriantur Sancti in conuiuio Domini. *Ps.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Vnde inuitat Sponsa ad bibendum. *Cant.* 5. a. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi. Quod exponit *B. Bernard.* Comedite laborātes in præsenti vita: bibite quiescentes post dissolutionum corporum & inebriamini resurgentes. De hoc conuiuio. *Is.* 25. c. Faciet Dominus conuiuium in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defœcatæ. *Gloss.* sine omni fœce. *Ester.* 1. b. Vinum quoque abundans & præcipuum ponebatur, vt magnificentia regia dignum erat. Hoc fuit in cōuiuio Assueri, qui interpretatur beatus & significat Christum. Sic ergo: calix in manu Domini vini meri, quantum ad Sanctos, qui sunt in patria. *o* Plenus,] autem, mixto] quantum ad Sanctos, qui sunt in via & in purgatorio, quia gaudium, quod habent de fælici expectatione, non est merum, quia secundum quod dicitur *Prou.* 13. b. spes, quæ differtur, affligit animam. Vnde de ipsis verū est illud *Pro.* 14. b. Risus dolore miscebitur. *Prou.* 9. a. Sap. miscuit vinum, proposuit mensam. Et quomodo mixtum est, subiungit. *p* Et inclinauit ex hoc, &c.] Cùm aliquis habet duo vasa, vbi est vinum diuersarū specierū: si vult facere mixtionem inclinat, & effūdit de vno vase in aliud. Sic Dñs in calicem tribulationis inclinat calicem æternæ iucunditatis, quando homini in tribulatione posito, consolationem infundit de consideratione retributionis. Et tunc homo meliùs potest bibere, quia dulcedo, quæ consideratur, tēperat amaritudinem tribulationis. Vnde dicit *Greg.* Consideratio præmij minuit vim flagelli. *Hebr.* 11. e. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatē maiores, diuitias æstimās thesauro Ægyptiorum improperiū Christi: aspiciebat enim in remunerationem. Et illi, qui hic volunt bibere iucunditatem peccati, & nolunt bibere mixtum tandem bibent non mixtum, sed fœces puras. Vnde subdit. *p* Veruntamen fæx eius non est exinanita.] Fæx calicis Domini, pœna est inferni quæ non est exinanita, id est, non exinanietur, quia perpetua erit. *r* Bibent ex eo calice quātum ad fæces. *s* Omnes peccatores terræ.] Calix ergo Dñi communiter dicitur, quicquid ab ipso propinatur. In superiori loco, s. in cœlo existentibus propinat vinum merum. In medio, s. in terra existentibus propinat mixtum. In infimo, s. in inferno existentibus propinat fæces. Merum bibunt glorificati, mixtum bibunt gratia ditati: fæces bibūt mali damnati. Ex quo enim Sanctis de patria datur merum, & Sanctis de via datur mixtum, nihil restat malis bibendum, nisi fæces. Vnde quantum ad illam portionem dicit: Bibent, ex eo omnes peccatores. *Ezec.* 23. e. Epotabis vsque ad fæces & fragmenta eius deuorabis. *Isa.* 51. f. Bibisti de manu Dñi calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis bibisti & epotasti vsq; ad fœces. Hoc dicit animæ peccatrici. Et dicit omnes,] quia nullus poterit se excusare ab hoc potu. Vnde *Ier.* 15. d Sume calicē vini furoris huius de manu mea; & propinabis de illo cunctis Gentibus, ad quas ego mittam te: & bibent turbabuntur, & insanient à facie gladij, quē ego mittam inter eos. Dicit etiā omnes peccatores terræ] non tantū cœli, peccatores, sc. Angeli, qui ceciderūt, sed & mali homines cum illis. *Matth.* 25. d. Discedite à me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Calix autem in manu Domini fuit propriè eius passio & tribulatio, quam in terra pro nobis sustinuit. Vnde dixit *Mat.* 20. c. Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? Quia ergo fuit in manu Dñi, debemus eum accipere similiter in manu nostra. Vnde *in Ps.* 115. Quid retribuā Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi: calicem salutaris accipiam. Sunt autē multę proprietates calicis, quare præsens pœna & tribulatio calici comparatur, quæ notari possunt his versibus:

Calici comparantur tribulationes propter multas eius proprietates.

Pauca capit, geritur, tegitur, labio, pede, lato.
Atque cauo, tenui, teres, argutus, nitet auro.
Lætificat, sedat, laniatur, inebriat, ornat. Hæ omnes proprietates conueniunt

Proprietates conueniunt pœnæ, & tribulationi præsenti: Quæ vt Scyphus, pauca capit. i. mensura parua est. Vndè *Rom.* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis 2. *Cor.* 4. d. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis, &c. Geritur, à pincerna, i. ab Angelo, qui propinat. Vndè. *Ier.* pincerna Regum quandoque factus est à Domino. *Ier.* 25. d. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis, &c. Tegitur cooperculo pulchro, i. spe vitæ æternæ 1. *Thess.* 5. b. Galeam spem salutis. *Exod.* 25. d. Scyphi in nucis modum. *Num.* 19. c. Vas quod non habuerit operculum & ligaturam desuper, immundum erit, id est, pœna, quæ non refertur ad gloriam, mala erit, vt in hypochritis. Labio, i. verbo. Pede, i. affectu, vtrunque debet esse sine murmure, hoc est. Lato 2. *Cor.* 6. c. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. *Ps.* 4. In tribulatione dilatasti mihi, scil. cor & verba. Atque cauo, vt habeat continentiam. *Eccl.* 20. b. Gratiæ fatuorum effundentur. *Eccl.* 21. c. Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Item *August.* Tumor infusa repellit, Tenui 1. *Reg* 18 f. Ego sum vir pauper & tenuis, i. humilis & afflictus fortuna. Teres, i. rotundus 3. *Reg.* 6. d. Sculpsit variis cælaturis, & torno, i. perfecta figura. Argutus, in medio arctus, quasi sub ventre, latus verò in extremis. E contra est de mundo, qui latus est in medio, sed argutus in extremis 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Nitet auro, vel argento; vel lapidibus pretiosis. *Ier.* 51. a. Calix aureus Babylonis in manu Domini inebrians omnem terram. Aurum sapientia, Babylon confusio. Hæc est sapiens confusio adducens gratiam & gloriam. *Eccl.* 4. c. Lætificat: *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus. 2. *Cor.* 7. a. Superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Sedat sitim pecuniæ, libidinis, & excellentiæ. *Eccl.* 11. d. Malitia horæ facit oblitionem luxuriæ maximæ. *Eccl.* 10 a. Curatio cessare faciet peccata maxima. Lauitatur, i. frequenter lauatur & refrigeratur. *Ierem.* 6. d. Inuenietis refrigerium animabus vestris. Non dicit corporibus. 2. *Cor.* 1. a. Consolatur nos in omni tribulatione nostra. Inebriat. *Isaia* 51. g Audi hæc paupercula & ebria non à vino. *Isaia* 29. Inebriamini non vino. Ornat. *Exod.* 37. c. Tres Scyphi in nucis modum, per calamos singulos sphærulæque simul, & lilia. Item ornat mensam. *Exod.* 25. c. Cyathos, in quibus offerenda sunt libamina: Iste ergo.

Vide in alio latere. k Calix] fuit, in manu Dñi vini meri: qui erat comprehensor. o Plenus mixto,] quia viator est, & dolores nostros ipse portauit. *Isaia* 53. b. Vel, Vini meri, quantum in rationem, quæ in eo propter passionem turbata non fuit. Plenus mixto, quantum ad sensualitatem, quæ turbata fuit.

p Et inclinauit ex hoc in hoc,] quia comprehensio fuit solatium viatori, & ratio continuit sensualitatem.

q Veruntamen fœx eius non est exinanita,] i. Passio & mors eius non fuit inanis, sed multùm vtilis. Quia.

r Bibent] ex eo, omnes peccatores terræ, i. per mortem eius redimentur. Terræ, non gehennæ, i. de Christi Passione, non dæmones, non damnati bibent.

Calix
- Eruditionis, sacra Scriptura, de quo *Psal.* 22. Et calix meus inebrians, quàm præclarus est.
- Benedictionis, Eucharistia, de quo 1. *Cor.* 10. d. Calix benedictionis, cui bene dicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est.
- Passionis, mortis angustia. *Matth.* 26. d. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.
- Laboris & doloris, pœnitentia, de qua *Psalm.* 115. Calicem Salutis accipiam, i. pœnitentiam faciam.
- Iudiciariæ potestatis, de quo dicitur his. Quia calix in manu Domini.
- Mundanæ voluptatis. *Ierem.* 51. a. Calix aureus Babylonis in manus Domini inebrians omnem terram de vino eius.
- Materialis. *Prou.* 23 d. Cui suffusio oculorum, nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?

a Ego autem,] quasi dicat, damnabuntur peccatores. Ego, autem dicit Propheta, vel Iustus, non sic, sed.

d In sæculum gaudebo. a Ego autem † b annunciabo in c sæculum: † d cantabo e Deo Iacob. Et f omnia cornua peccatorum confringam: & g exaltabunt cornua Iusti.

In finem in carminibus canticum ad Assyrios psalmus Asaph.

PSALM. LXXV.

b Annunciabo] laudes Dei. Non enim dicit quid, quia ineffabile est.

c In sæculum,] i. in æternum. *Psalm.* 88. Misericordias Domini in æternum cantabo. Nec sine gaudio hoc faciam, quia.

d Cantabo Deo Iacob] non Esau, quasi dicat, In lætitia laudabo Deum, qui simplices saluauit & liberauit de manu Esau, i. Tyrannorum & peccatorum terræ. *Mal.* 1. a. Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob; Esau autem odio habui? Huic ergo cantabo canticum agni, de quo *Apoc.* 15. b. Cantantes canticum agni dicentes magna & mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens, &c. [Deo Iacob] vt sup. Vel, Deo Duci, Iacob, qui de Iacob fecit Israël, i. de luctatore in via, videntem Deum in patria t. *Ioan.* 3. a. Videbimus eum, sicut est. Vel in persona Christi legitur.

Aliter. De Christo. a Ego autem] dicit Christus.

b Annunciabo.] *Luc.* 4. c. Euangelizare pauperibus misit me. *Matth.* 11. a. Pauperes euangelizantur.

c In sæculum] *Matth.* 26. a. Prædicabitur Euangelium hoc in toto mundo.

d Cantabo] *Matth.* 11. b. Cecinimus vobis & non saltastis.

e Deo] & Iacob. *Ierem.* Mihi & meis canetis, si aures surdæ sunt cæterorum.

f Et omnia, &c.] dicit Christus.

g Et exaltabuntur, &c.] Hoc vtrumque fiet in iudicio, cum superbia superborum humiliabitur, & humilitas pauperum exaltabitur. Hoc est, quod suprà dixerat. Hunc humiliat, & hunc exaltat. Cornua peccatorum] sunt corpus & anima, quibus hic impugnant Deum: quæ tunc confringentur, quando induentur sicut diploide, confusione sua. Et tunc exaltabuntur cornua Iusti,] scilicet, corpus & anima Iusti, quando duplici stola induentur. Vel, vt omnia distribuat inter tria. Tria sunt cornua peccatorum, scilicet, potentia sæcularis, vel Ecclesiastica quantum ad malos Prælatos, abundantia temporalis, & Sapientia mundi. His tribus cornibus ventilant pauperes Tiranni & mali Prælati. *Ezech.* 34. e. Cornibus vestris ventilabatis infirma pecora. Sed tunc confringentur, quia in seruitutem perpetuam redigentur. Mendicabunt etiam guttam aquæ non inuenientes. Et eorum sapientia infatuabitur. De primò *Ier.* 16. c. Seruietis ibi Diis alienis die, ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Et 1. *Reg.* 27. d. Dicit Achis, i. diabolus. Multa mala operatus est contra populum suum Israël, erit igitur seruus sempiter. De secundo. *Luc.* 16. f. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam. De tertio *Abdia* c. Nunquid non in die illa dicit Dominus: perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau, hoc est, mundo. Cornua autem iusti, quæ exaltabuntur, possunt dici virtutes, quibus diabolum & mundum & carnem ventilant, quæ tunc remunerabuntur, & dicetur ei: Euge, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. *Matth.* 25. b.

EXPOSITIO PSAL. LXXV.

Notus in Iudæa Deus] Titulus.

In finem in carminibus, canticum ad Assyrios Psalm. Asaph:

In præcedenti psalmo dixerat: Cantabo Deo Iacob. Sed multa sunt genera cantuum. Ideò in hoc titulo exprimit, quòd contra Assyrios, i. contra Iudæos allegoricè, & contra superbos moraliter. Item in præcedentibus duobus psalmis egit de repulsione Iudæorum, & Synagogæ, & de ædificatione Ecclesiæ per Apostolos. Sed posset aliquis dicere: quando sunt repulsi, cùm adhuc nomina habeant gloriosa, scilicet, Israël & Ierusalem. Ideò, ostendit hic, quòd translata sunt ista ad Gentes. Et hoc est, quod dicitur in titulo. Psalmus iste est Asaph, id est, fidelium, quia tendunt in finem, Christum. Psalmus, dico. In carminibus, id est, laudibus Dei, ad quas monet. Et est canticum, quia de mentis exultatione pro æternis agit. Et est ad Assyrios, i. contra Iudæos, qui contra Deum se erigunt, suam volentes statuere iustitiam. *Rom.* 10. a. Assyrij enim dirigentes interpretantur. Intentio ergo Prophetæ in hoc psalmo est confutare Iudæos, & mouere deuotos fideles ad laudem: Modus. Tripartitus est psalmus. *Partitio Psalmi.* Primò frangit gloriam Iudæorum. Secundò ostendit Christi virtutem & operationem, quia, sc. illuminat, saluat, iudicat, *ibi:* Illuminans. Tertiò admonet iam deuotos reddere vota, *ibi:* Quoniam cogitatio. Ad confutandum ergo Iudæos illud, in quo gloriantur assumit, vt fortiùs confutentur, quando id, quod sibi putant esse ad gloriã, ostendit esse ad confusionẽ, s. quòd Iudæi dicuntur, sed tamen non sunt

Alleg. viri Iudæi. Dicit ergo: *a* Notus, &c.] q. d. de hoc gloriatur Iudæi, quòd notus eſt Deus in Iudæa. Et *b* In Iſraël, &c.] & verum eſt hoc, quòd notus in Iudæa Deus, i. inter eos, qui Deum confitentur, & in Iſraël, i. in eis, qui eum vident per fidem, eſt magnum nomen eius. Vndè ab eo dicuntur Chriſtiani. Sed non eſt notus Deus eis, qui tantùm nomine, & non re dicuntur Iudæi, qui eum negauerunt eſſe ſuum Regem, & Cæſarem confeſſi ſunt, dicentes:

De immun. Eccl. c.3. lib. 6.

al. † ſalem. *al.* † fortitudinis. *al.* † cornua.

a NOtus in Iudæa Deus: in Iſraël *b* magnum nomen eius. *c* Et factus eſt in † pace *d* locus eius: & *e* habitatio eius in *f* Sion. *g* Ibi *h* confregit † potentias: *i* arcum, *k* ſcutum, *l* gladium, & *m* bellum.

Non habemus Regem niſi Cæſarem. *Ioan.* 19. c. Et quòd hoc non poſſit de illis dici: Notus in Iudæa Deus, paret per illud, quod Dñs dicit: *Iſa.* 1. a. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Dñi ſui: Iſraël autem me non cognouit. Vndè neceſſe eſt, quòd intelligatur tantùm de veris Iudæis, i. de Chriſtianis, qui confitentur Deum corde, ore, opere, & † guſtu. Sunt enim, quidam, qui confitentur ore ſe noſſe Deum, factis autem negant. *Tit.* 1. d. Quidam habitu ſolùm 2. *Tim.* 3. a. Speciem quidem pietatis habentes; virtutem autem eius ab negantes. Quidam etiam confitentur corde, ſed non † guſtu. Contra quod dicit Apoſt. *Rom.* 21. a. Nolite conformari huic ſæculo. Sicut enim ad hoc, quòd denarius ſit receptibilis, oportet, quòd dabeat debitam materiam & formam: Ita in vero Chriſtiano debent concurrere interior ſanctitas & exteriora ſigna ſanctitatis. In Iudæa tantùm notus eſt Deus, ſiue Chriſtus per auditum, quia *Rom.* 3. a. Credita ſunt illis eloquia Dei. Non autem per viſum, vel alium ſenſum. Vndè dixit ad Moyſen. *Exod.* 33. d. Videbis poſteriora mea; faciem autem meam videre non poteris. Per poſteriora autem nullus cognoſcitur. Fideles verò cognoſcunt eum omni ſenſu, quia vident eum, audiunt, tangunt, guſtant, & odorant. *Luc.* 10. d. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. 1. *Ioan.* 1. a. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod proſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, &c. Et tales ipſum magnificant. Vndè addit: In Iſreel, i. in Eccleſia vidente eum per fidem, magnum nomen eius: Qui enim eum per fidem cognoſcunt, rectè poſſunt ipſum magnificare.

al. † geſtu. *al.* † geſtu.

c Et factus eſt, &c.] Alia littera habet ſalem: Sed hæc magis confundit Iudæos, quæ dicit: In pace, q. d. non tantum in Ieruſalem materiali, ſed vbicunque eſt ſignificatum eis, ſcil. viſio pacis. *e* Et habitatio eius in Sion,] i. in Eccleſia, quæ ipſum contemplatur per fidem *Matth.* 18. c. Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo. Ibi ſum in medio eorum. Congregati, dicit. Ecce pax, & concordia. In nomine meo: Ecce fidei contemplatio. Ibi ſum: Ecce locus, & habitatio. *g* Ibi,] ſc. in loco, vbi habitant. *h* Confregit poteſtias,] i. illa, per quæ diabolus in homine accepit poteſtatem, ſc. peccata. Et ſubdiuidit. *i* Arcum] doloſitatis & deceptionis. *k* Scutum] excuſationis & defenſionis. *l* Gladium] diſſenſionis, vel opertæ impugnationis. *m* Et bellum] omnimodæ contradictionis, vel rebellionis.

Aliter.

Deus quadruplici loco voluit comprehendi.

Vel ſic. *c* Factus eſt in pace,] i. ad pacem reformandam inter Deum & hominem. *d* Locus eius] quadruplex, in quo ipſe, qui erat loco incircumſcriptibilis, voluit comprehendi, videlicet, vterus B. Virginis præſepium, Crux, ſepulchrum. In his enim locis collocatus, pacem noſtram fecit. Vndè cùm Angelus nunciaſſet paſtoribus eum de primo loco in ſecundum reclinatum, ſcil. de vtero in præſepium, facta eſt cum eo multitudo cœleſtis exercitus dicentiũ. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus, &c. 2. *Cor.* 5. d. Omnia ex Deo, qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum. *e* Et habitatio eius,] quia in his locis habitauit. *f* In Sion,] i. in confirmatione ſpeculationis fidei. *g* Ibi,] i. in locis illis, & præcipuè in Cruce. *h* Confregit potentias dæmonum, vel ipſos dæmones, qui dicuntur poteſtates. *Ep.* 6. b. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem; ſed aduerſus Principes & poteſtates, &c. *Bern.* Debellauit aëreas poteſtates, non manu armata, ſed Crucis affixa, non equo reſidens; ſed in Cruce pendens. *i* Arcum ſcutum, &c.] i. omnem modum tentationis eorum confregit & debilitauit, ſecundum quod dicitur *Luc.* 11. c. Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum vniuerſa arma eius auferet. Vel ſic in principio. *a* Notus in Iudea] ad litteram: Deus, i. Chriſtus, quia ſecundum quod homo ibi cognitus eſt ab omnibus: & ſecundum quod Deus ab Apoſtolis & Diſcipulis. *Baruc.* 3. d. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

Luc. 2. *b.*

Aliter.

b In Iſraël, &c.] quia magna fama eius per miracula, quæ faciebat, diuulgabatur vbique: *Matth.* 9. d. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. *c* Et factus eſt, &c. quæ eſt in Sion: ſupple, fuit in pace, quia maxima pax fuit in terra, quandò Chriſtus venit. Vndè *Iſaiæ* 2. b. Dicitur: Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: Non leuabit Gens contra Gentem gladium, non exercebuntur vltra ad prælium. Hoc eſt, quod apertiùs ſubiungitur. *g* Ibi,] ſcil. in Iudæa, & etiam per totum mundum. *h* Confregit potentias,] i. corda potentium cohibuit, vt nullus contra alterum inſurgeret. Et confregit. *i* Arcum, ſcutum, gladium & bellum,] i. omne genus armorum & congregationis: Moraliter. *a*] Notus in Iudæa Deus.] Hic ponit quatuor, quæ debent eſſe in homine, ſcil. Iudæa, Iſraël, pax, Sion, ſcil. confeſſio peccatorum, ſatisfactio operum, pax ad proximum, contemplatio ad Deum. Iudæa enim interpretatur confeſſio. In hac recognoſcitur Deus, qui antè in ſtatu peccati ignorabatur, & Deus eos cognoſcit, & ſe eis notum, & familiarem oſtendit, qui antè ſe extraneum peccatoribus exhibebat. In cuius ſignum forſitan etiam proditori Iudæ oſculum voluit dare, quantò magis recipiet ad oſculum Iudam reuertentem, ſi Iudam tradentem non repulit. Vndè *Luc.* 15. d. Dicitur, quòd cùm filius prodigus proponens confiteri, & dicere: Peccaui, &c. cùm adhuc longè eſſet, vidit illum pater eius, & miſericordia motus eſt, & occurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum. Verè ergò notus in Iudæa Deus, aliquando autem notus eſt aliquis; & tamen non eſt magni nominis. Et quandoque confitetur homo peccata & pœnitentiam ſatisfactoriam negligit agere. Vndè poſt Iudæam neceſſarium eſt ſequi Iſraël, qui interpretatur fortis directus Dei: Hæc eſt ſatisfactio, quæ debet fortiter operari, non pro terrenis laudibus, vel lucris; ſed debet dirigi ad Deum placandum & promerendum. *b* In] iſto, Iſraël magnum eſt nomen eius, quia ipſa opera laudant Deum. *Matth.* 5. b. Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Opera autem quantacunque placere Deo non poſſunt in homine, qui pacem non habet ad proximum Vndè. *Matth.* 5. d. Dicit Dñs. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſus te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Vndè bene adiungit. *c* Et factus eſt in pace locus eius,] quaſi dicat, habeas pacem cum omnibus, & tunc dabis in te locum Deo, quod plus eſt quàm præmiſſa. Multi enim ſunt noti, & nominati in aliquibus villis, vel pagis, vbi nullum proprium locum habent; ſed vbi eſt pax, ibi habet Deus locum. Vndè 2. *Cor.* 13. d. Pacem habete & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. Ecce quòd à loco ſuo, qui eſt pax, cognominatur Deus pacis, ſicut Dauid Bethleemites, & huiuſmodi. Iſti autem diuites multa habent loca, in quibus non habitant. Vndè ſi tu vis, quòd Deus habitet in te, contemplare cœleſtia, & contemplans eadem, cœleſtia deſideria, quia ſequitur.

Moral.

Quatuor debent eſſe in homine.

e Et habitatio, &c.] i. in contemplationibus. Pax enim neceſſaria eſt actiuis, ne in actibus ſuis turbent proximos, vel ſeipſos, ſecundum quod dicit *Auguſt.* in omnibus moribus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum. Et ſi pacem habeant, poſſunt de facili contemplari, aliter non. In aqua enim turbata non reſultat Imago, nec turbatus oculus clarè videre poteſt.

g Ibi,] ſ. In Sion. *h* Confregit] Dominus potentias diaboli. *i* Arcum] videlicet, ſcutum, gladium, & bellum. Per hæc quatuor intelligere poſſumus delectationem, conſenſum, actum, & conſuetudinem peccandi. Per arcum, qui ex improuiſo ferit, intelligitur ſubita delectatio, quæ mentem ex inſperato penetrat. Per ſcutum mala voluntas, ſc. conſenſus: Sicut enim bona voluntas dicitur ſcutũ contra diabolũ: (Vndè in *Pſ.* 5. Dñe, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.) Ita mala volũtas, quæ conſenſum importat, eſt ſcutum contra Deũ. Vndè *Sap.* 1. a. In maleuolam animã non introibit Sapientia Dei. Per gladium intelligitur actus peccati, quo ſe quiſq; interficit, & plerumq; alios. *Eccl.* 21. a. Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas. Per bellum, ſignificatur conſuetudo, qua Deus continuè impugnatur. Hæc confringit Deus, ibi: ſ. in Sion, i. in fide & contemplatione æternorum, ſiue præmiorum, ſiue tormentorum. De præmiis. *Heb.* 11. e. Fide Moyſes grãdis fact⁹ negauit ſe eſſe filium filię Pharaonis, magis eligẽs affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti aſpiciebat enim in remunerationem. De tormentis dicit *Gr.* ſi ad quas deſcendunt impij pœnas, conſiderarẽt, puto greſſus reflecterent, i. à peccato ceſſarent & ad pœnitẽn-

nitatem redirent. *a* Illuminans tu, &c.] Secunda pars, vbi ostendit, quòd Deus illuminat fideles; sed Iudæus infidelis dormit, nec illuminatur. Iudicat, & saluat fideles; sed infidelis Iudæus perit. Dixit ergò suprà, quòd confregit potentias aduersas. Nec hoc solū fecisti, Dñe, sed tu nō alius es: Illuminans corda fidelium, ô Christe, qui illuminas omnē hominē venientem in hunc mūdum. *Ioan.* 1. Tu es enim lumen ad reuelationem Gentium. *Luc.* 2. c. b. Mirabiliter] per miracula. *c* A montibus,] per montes, sc. Apostolos. *d* Æternis,] i. fortibus, & indeficientibus in tribulatione. Ab his montibus illuminauit Dominus mundum. Vndè dixit eis. *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. Mirabiliter, multis modis. Primò, quia mirum est, quòd fidei consonat humanus intellectus. Vndè *B. Bern.* Tria mirabilia fecit Deus, quòd Deus homo, quod Mater Virgo quòd cor hominis fidele. Secundò mirabiliter, quia simplices illuminauit, & sapientes cæci remanserunt. *Matth.* 11. d. Abscondisti hæc à sapientibus & reuelasti ea paruulis. 1. *Cor.* 1. d. Non multos sapientes. Tertiò, quia ad simplicia & pauca verba multi conuertebantur. Vndè *Act.* 2. g. Dicitur, quòd ad prædicationem Petri conuersi sunt tria millia in vna die. Et sermonem Petri ponit ibi *B. Lucas*, qui satis breuibus & simplicibus verbis compositus. Quartò mirabiliter, quia miracula faciebant, & opera, & vitam mirandam ostendebant. Vnde verò bonorum oculi illuminati sunt, oculi malorum turbati fuerunt. Vndè addit. *e* Turbati sunt ex hac illumatione. *f* Omnes, &c.] sc. Iudæi. Vndè *Matth.* 2. a. Dicitur, quòd nato Domino audiens Herodes Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Sed non potuerunt ei nocere, licet attentarent. Vndè sequitur. *g* Dormierunt, &c.] i. mortui sunt, secundum quòd dicitur *Matth.* 2. d. Mortui sunt, qui quærebant animam pueri. *h* Et nihil inuenerunt] ipsi. *i* Omnes] qui erant viri diuitiarum, supple amatores & possessores. *k* In manibus suis,] quia enim diuitias, quia habebant diligebant, & amatas perdere timebant. Ideò ne amitterent locum, & Gentem, in Christi mortem machinati sunt. Sed propter hoc multi ex ipsis dormierunt somnum mortis, à Romanis interfecti. Et illi, qui non fuerunt interfecti, sed in captiuitatem ducti; tamen quando mortui sunt nihil inuenerunt in manibus suis, præter peccatum, quod commiserant, quòd bene, nihil, dicitur. Vel dormitionem vocat eorum voluptatē, qua in terra promissionis quiescebant; sed propter Christi iniuriam dormierunt somnum, i. perfectus & finitus est somnus ille, quia Romani euigilauerunt eos. Et nihil inuenerūt omnes viri diuitiarū in manibus suis, quia illi eis omnia abstulerūt, & amiserunt locum & Gentē. Vndè sequitur. *l* Ab increpatione tua,] i. propter increpationem tuā, qua increpatus es ab eis. *m* O Deus Iacob, &c.] i. illi, qui resistere voluerunt Romanis, ceciderūt, & victi sunt: sicut homo, qui dormitat super equū, citò cadit & vincitur, si est qui persequatur. De hac increpatione dicit ipse in *Isaia* 50. c. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Vel in bono potest legi. *l* Ab increpatione tua,] quia prædicantibus Apostolis, Spiritus sanctus arguit mundum de peccato. *Ioan.* 16. b. *n* Dormitauerunt,] i. cadere se permiserunt victi somno contemplationis. *o* Qui ascenderunt equos,] id est, qui tibi priùs contrarij rebellabant. Sicut Paulus, quem cūm Dñs increpasset. *Act.* 9. a. Cecidit. Vndè dicitur ibi: Circunfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terram, audiuit vocem

Aliter.

d. † conturbati.

d. † omnes.

Quatuor modis Christus illuminauit mirabiliter fideles suos.

> *a* Illuminans tu *b* mirabiliter à *c* montibus *d* æternis: † *e* turbati sunt omnes *f* insipientes corde. *g* Dormierunt somnum suum: & nihil *h* inuenerunt *i* omnes viri diuitiarum in *k* manibus suis. Ab *l* increpatione tua *m* Deus Iacob, *n* dormitauerunt, † *o* qui ascenderūt equos.

Moral.

Moraliter.] *a* Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.] Montes æterni sunt duo Testamenta, quæ montes dicuntur Altissimi, quia nullus potest ad summam eorum cognitionem ascendere. Vndè *Psalm.* 138. Mirabilis facta est scientia tua, & Æterni dicuntur, secundum quod Dominus dicit: *Luc.* 21. f. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non transient. De istis montibus. *Zac.* 6. a. Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes ærei, i. quatuor Euangelia de medio duorum Testamentorum, quæ sunt montes ærei propter durationem & tinnitum. Ab his ergo montibus illuminans tu propriè, non homo, sicut in aliis scientiis: quia istam scientiam non potest homo scire, ita quòd illuminetur, nisi Deo ipso illuminante. *Luc. vlt.* g. Aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas. Et hoc est mirabiliter, quia inde mirantur Philosophi. Nec tantùm mirantur, sed turbantur: Vndè addit. *e* Turbati sunt omnes insipientes corde.] Insipientes corde, sunt Philosophi, qui de sua Philosophia gloriantur. Et hos excæcat sua præsumptio, ne veritatem sacræ scientiæ intelligant. Vndè *Rom.* 1. c. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt. Hi turbantur in Theologia, dum nituntur sub regulis artis suæ coarctare verba Dei, velut si tentet quis includere totum mare in chirotheca sua. Vndè de eisdem bene sequitur.

g Dormierunt somnum suum] vacando studio. *h* Et nihil inuenerunt, &c.] i. sæcularium scientiarum. *k* In manibus suis,] i. nihil, vel parum potuerunt habere de illa sacra scientia. Vel, nihil inuenerunt in manibus suis, nihil operis, scil. & per hoc parum scientiæ, quia per operationem meliùs intelligitur quam per auditionem. *Psalm.* 118. A mandatis tuis intellexi. *Exod. vlt.* c. Colluctata est cum sapientia anima mea, & in faciendo illam confirmatus sum. Vel de futuro potest legi. *a* Illuminans tu mirabiliter] post noctem huius vitæ. *c* A montibus æternis,] i. à rebus magnis & indeficientibus, quæ post hanc vitam videbuntur. Tunc enim cognoscentur ista transitoria & modica nihil fuisse. Et tunc qui hæc amplexati sunt, & illa neglexerunt, se stultos reputabunt. Vndè addit. *e* Turbati sunt,] i. turbabuntur, tunc.

f Omnes insipientes corde] cui, scil. illa vera, & æterna sapiebant. Et de eorum turbatione. *Sap.* 5 a. Videntes turbabuntur timore horribili: Et quare turbabuntur, manifestiùs aperit, dicens. *g* Dormierunt somnum suum,] scil. mortis. *h* Et nihil, &c.] Viri diuitiarum dicuntur, qui ita diuitiis adhærent, sicut vxori, quasi celebratum esset matrimonium inter eos & diuitias. Hic cùm post mortem euigilant, nihil inueniunt in manibus suis. Vndè quod priùs habuerant, percipient somnium fuisse, & non veras diuitias. *Iob* 27. d. Diues cùm dormierit, nihil secum auferet. Nec mirum, si nihil inueniunt, quia nihil thesaurizauerunt in cœlo. Verumtamen in inferno habent thesaurum, quem bene inueniunt. Sed ille est iræ. *Rom.* 2. a. Thesaurizas tibi iram. Porrò pauperes cùm dormierint, multum inuenient. *Psalm.* 126. Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini, quasi dicat, præsto est eis hæreditas Domini, filij merces, i. negotiatio Christi, quem ipsi emerunt, omnia pro ipso contemnentes. *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci & arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Deberemus ergò esse non viri diuitiarū, sed viri paupertatis, vt paupertatem quasi sponsam nobis inseparabiliter assumeremus. Sed multi habent eam, vt concubinam: Multi etiam dant ei libellum repudij, & cum diuitiis iungunt matrimonium. Sed isti non habebunt hæreditatem paupertatis, sc. regnum cœlorum. Hæc est Ruth Moabitis vxor Maalon, i. Christi, quo mortuo, eius vxorem debemus accipere, scil. paupertatem, vt ei filios suscitemus; quod si nolumus facere, hæreditatem cœlestem, quæ Christi est, & vxoris suæ, sc. paupertatis, vendicare non possumus. Sed quia sunt aliqui boni diuites, qui nō omninò diuitiis adhærēt, sed plerunq; ad Deū erigūtur. Bene addit. *l* Ab, &c.] q. d. O Deus Iacob, scil. luctantium in actione bona, nō dormientium in pigritia, vel peccato, tu increpasti diuites per prædicationes, per ægritudines. Et per hanc increpationem aliquantulum excitasti eos, vt non omninò dormirent; sed interdum ad te respirantes potiùs dormitarent. De hac increpatione. *Iob* 33. c. Increpat per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. *Et* 5. c. Increpationem Dñi ne reprobes. Isti ergò licet per increpationem Dñi excitentur, non tamen penitùs vigilant, sed dormitant. In quo notatur periculum diuitiarū, quæ hominē non sinunt perfectè vigilare ad Deū, sed frequenter eum secū dormitare faciunt per diuersas occupationes, & curas. Omninò etiā dormisūt, nisi ascēdāt equos, i. nisi sibi diuitias subiiciant. Vndè dicebat Poëta: *Et mihi res, non me rebus, submittere conor.* In hoc ergò. *Ps.* notanda est triplex dormitio. 1. est bona pacificorum, *ibi*: In pace factus est locus eius. *Psal.* 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. 2. est diuitum. *Ibi*: Dormierunt somnum suum, &c.] 3. est militum. *Ibi*: Dormitauerunt, &c. Sed periculū etiam est dormire super equū, quia citò cadit homo & durè, & portatur, quò vult equus. Omninò ergò esset vigilandum equitantibus. Triplicem autem equum debet homo ascendere. i. sibi submittere, scil. carnem, possessionem, prælationem. Primum ascendit castus. Secundum largus. Tertium humilis. Sed è contrario, equi ascendunt homines, quando caro dominatur per libidinem, pecunia per auaritiam, prælatio per ambitionem, vel inanē gloriā. Bene autem vigilaret, qui bene aduerteret, quod sequitur,

Aliter.

Horat. lib. 1. epistolarum.

Triplex dormitio.

Triplicem equum debet homo ascendere.

Aaudiuit vocem de cœlo dicentem ſibi:Saüle, Saüle,quid me peſequeris?Et ille tremens, ac ſtupens dixit:Domine, quid me vis facere? Et *Act*. 2. f. Petro increpante eos, & prædicante, compuncti ſunt corde,& dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apoſtolos:Quid faciemus,viri fratres?Nec mirum, ſi ceciderunt, quia.

a Tu terribilis es, & quis *b* reſiſtet tibi? † *c* ex tunc ira tua. *d* De cœlo † *e* auditum feciſti *f* iudicium: *g* terra † *h* tremuit, & *i* quieuit. Cùm *k* exurgeret in *l* iudicio Deus: vt *m* ſaluos faceret *n* omnes † manſuetos terræ. Quoniam *o* cogitatio hominis *p* confitebitur tibi; & *q* reliquiæ cogitationis † diem feſtũ agent tibi.

al. † tunc ab. *al.* † Iaculatus es. *al.* † timuit. *al.* † mites corde. *al.* † ſolemnia celebrabunt.

a Tu terribilis es,] i. potens, & timendus,& magnæ Maieſtatis. *Pſalm*. 46. Dominus excelſus terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram. Et ideò potuiſti facere, vt Romani inſurgerent,& vt Iudæi ſuccumberent. Quia ex quo talis es.

b Et quis? &c.] i. contrahit voluntati tuæ? quaſi dicat, nullus? Eſther 13.c. Non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati.

c Et tunc ira tua,] i. pœna incipit, quæ eis incepit tunc, & nunquam terminabitur eis, qui in cæcitate permanſerunt. *d* De cœlo] ad quod aſcenderas.

e Auditum feciſti] in terra.

f Iudicium,] quaſi dicat, tu qui es in cœlo, oſtendiſti in terra, quid de Iudæis decreueras facere, ſcilicet, quòd per Romanos deſtruerentur. Et ex hoc.

g Terra,] id eſt, habitantes in terra Iudææ. Tremuit. Et præ timere.

i Quieuit,] i. ceſſauit ab omni opere. Vel quieuit, i. non reſtitit inimicis. Nec mirum, quia Deus ibi operabatur, & mittebat aduerſarios contra eos. Vndè addit.

k Cùm exurgeret,] i. hoc factum, cùm exurgeret in Iudicio Deus, i. contra eos inſurgere Romanos faceret ſuo iuſto Iudicio, quia contra ſuum Creatorem, & Saluatorem inſurrexerant. *Pſalm*. 26. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Vel. In Iudicio, i. vt iudicaret mala, quæ ipſi Iudæi faciebant Chriſtianis fidelibus. Vnde addit.

m Vt ſaluos faceret] à perſecutione Iudæorum.

n Omnes manſuetos terræ,] i. eos, qui in terra manui Dei ſe ſubmiſerunt per fidem & obedientiam mandatorum Euangelij.

Moraliter. * *a* Tu terribilis es] futurus Iudex. *Eccl*.43. d. Terribilis Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. *Hebr*. 10.e. Terribilis eſt quædam expectatio Iudicij,& ignis æmulatio,quæ conſumptura eſt aduerſarios. *b* Et quis reſiſtet tibi?] Nullus quia tu es potentiſſimus, *Iob* 9. b. Deus, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt. Et *eodem* a. Quis reſiſtit ei, & pacem habuit? Et dicit quis reſiſtet in futuro, quia in præſenti videtur ſibi reſiſti. Et Prælati & Clerici debent eius iræ reſiſtere, & placare eum pro populo, *Ier*.15. g. Quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? *Ezech*.22.g. Quæſiui de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam:& non inueni,& effudi ſuper eos indignationem meam. *Iſaia* 64. c. Non eſt qui inuocet nomen tuum: qui conſurgat & teneat te. *c* Ex tunc] id eſt, à die Iudicij, & anteà apparebit ira tua ſuper reprobos, *Pſ*.20. Dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. *Apoc*.6. d. Tunc dicent montibus & petris: cadite ſuper nos,& abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam dies venit dies magnus iræ impiorum,& quis poterit ſtare?ſuprà,Domine,in furore tuo. Et quomodo apparebit, ſubiungit.

d De cœlo, &c.]i. facies, quando ſonante tuba Angelica dicetur: Surgite mortui: venite ad iudicium 1. *Theſſ*.4.d. Ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo: & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. 1. *Cor*. 15. g. Canet enim tuba, &c. Et hoc audito. *g* Terra,] id eſt, peccatores.

h Tremuit,] i. tremet, nihil habens meriti.

i Et quieuit,] i. quieſcet ab omni opere, quaſi dicat, tunc non poterunt operari, nec mereri: quod vtique libenter facerent, ſi liceret. *Ezech*. 3. g. Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat. *Eccl*. 9. c. Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia apud inferos, quò tu properas. *Ioan*. 9. a. Operamini, donec dies eſt, venit nox,in qua nemo poteſt operari. *k* Cùm exurgeret.] i. cùm exurget. *l* In Iudicio Deus] qui hic primò ſurrexit homo in primo aduentu; ſed in ſecundo exurget Deus, & cognoſcetur Dominus Iudicia faciens, qui non eſt cognitus iniurias patiens. In primo aduentu ſurrexit in Iudicio, i. vt iudicaretur. In ſecundo exurget in Iudio, i. vt iudicet. *Ioan*. 16. b. Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato,& de iuſtitia,& de Iudicio. De Iudicio quidem, quia Princeps mundi huius iam iudicatus eſt. *m* Vt ſaluos, &c. qui hic manui eius fuerunt aſſueti & domeſtici eius. Et è contrario, vt damnet eos, qui fuerunt alieni, & ſicut animalia ſylueſtria manuum eius fugerunt, ſicut dicitur *Oſeæ* 9.c. Ephraim quaſi auis auolauit. Sed ibi comminatur eis, ſubdens. Sed & væ eis,cùm receſſero ab eis. Dicit autem potiùs. Vt ſaluos faceret omnes manſuetos, &c. quàm vt damnet reprobos; quia principalis eius intentio & opera eſt ſaluare, vnde Saluator dicitur: Nunquam autem damnator appellatur, quia damnare non eſt proprium opus eius. Vndè *Iſaia* 28.f.Iraſcetur,vt faciat opus ſuum?q.d.nõ.Et ſubdit.Alienum eſt opus eius.Ac ſi apertè dicat, iraſci & damnare non eſt ei proprium opus; ſed miſereri, & ſaluare. Vndè competit ei, quod dicit Poëta.

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox:
Quique dolet, quotiens cogitur eſſe ferox. *Ouidius lib. 1. de Ponto.*

Tertia pars. *o* Quoniam cogitatio,&c.Tertia pars, vbi oſtendit,quare ſaluabuntur manſueti,etiam deuotos admonet offerre vota, q. d. Imò ſaluos facies, Domine,manſuetos,quoniam cogitatio hominis audientis prædicationem Apoſtolorũ. *p* Confitebitur tibi,] i. corde credet ad iuſtitiam. Et dicit hominis, i. etiam Philoſophi, & ſapientis. *q* Et reliquiæ cogitationis, &c.] Reliquiæ cogitationis ſunt Verba & opera

Moraliter. Moraliter.]*o* Quoniam cogitatio, &c.]Hoc poteſt legi de vtraque confeſſione,ſ.laudis,& peccatorum.Laudis,ſic. Verè ſaluabit manſuetos. Quoniam cogitatio hominis, i. viventis ratione, & naturaliter manſuetus eſt. *p* Confitebitur tibi]laudando te in corde intùs. q. d.non cogitabit de luxuria, ſicut equus,aut de gula, ſicut porcus, aut de crudelitate, ſicut leo,& huiuſmodi. *Sap*.1.a. Peruerſæ cogitationes ſeperant hominem à Deo.Et *ibid*.b.Auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.Ideò dicit,cogitatio hominis. *Iſaia* 32.b.Princeps verò ea,quæ digna ſunt Principe, cogitabit. Vel de confeſſione peccatorum legitur.Et notatur hic,quòd cõfeſſio debet eſſe præmeditata,cũ dicit: Cogitatio hominis confitebitur tibi. *Pſal*.37. Iniquitatem meam annunciabo:ecce confeſſio. Et vt bene annunciem: cogitabo pro peccato meo: Ecce præmeditatio. Notandum ergo, quòd mala ſunt cogitanda homini, qui bene vult confiteri & ſatisfacere. Debet enim homo circa peccatum ſuum cogitare, quid fecit,ſc.genus peccati. *Iſa*.38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Ier*.2.e.Vide vias tuas in conualle:ſcito,quid feceris curſor leuis, &c. Secundò debet cogitare anguſtiam peccati. *Ier*.2.d.Scito,& vide,quoniam & amarum eſt dereliquiſſe te Dñm Deum tuum.Tertiò periculum peccati. *Gen*.3.b. Adam,vbi es. Quartò defectum peccati. *Luc*.15. c. Facta eſt fames valida in regione illa. *Oſea* 4 c.Fornicati ſunt,& non ceſſauerũt.Ibi dicit *Ier*.Voluptas habita,famẽ non ſatietatem parit. Quintò vilitatem peccati. *Ier* 2. g. Quia vilis facta es nimis iterans vias tuas. Sextò oppreſſionem, quam facit diabolus. *Deut*.25.d. Memento, quid fecerit tibi Amalech, id eſt,diabolus.Septimò quadruplex damnum,quod incurrit homo ex peccato, ſ.bonorũ operum mortificationem, naturalium bonorum diminutionem, à communione Sanctorum eiectionem, æternæ hereditatis exhæredationem. De duobus primis. *Luc*. 10.e. Homo quidam deſcendebat à Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, i. in dæmones, qui deſpoliauerunt eum, omni bono gratuito,& plagis impoſitis,i.naturalibus vulneratis,abierunt ſemiuiuo relicto. De tertio dicitur. *Dan*. 4.e.Eiicient te ab hominibus,& cũ beſtiis,feriſque erit habitatio tua.De quartò dicitur. *Luc*.15.d. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus;ego autem,&c. Octauò debet cogitare vitam bonorum,vt de ſua confundatur magis. *Iob* 33. d. Reſpiciam homines & dicam:peccaui, & verè deliqui:& vt eram dignus,non recepi.Nonò debet cogitare, quòd Deus videt peccata ſua. *Luc*. 15. e. Pater, peccaui in cœlum,& coram te. Decimò diſtrictum Iudicium. *Pſalm*. 11. Iudicia tua non ſum oblitus. Vndecimò miſericordiam Dei,ne cadat in deſperationem timore Iudicij. *Pſalm*. 25. Miſericordia tua ante oculos meos eſt. Vndè in quodam reſponſorio cantamus: Tribularer, ſi neſcirem miſericordias tuas, Domine. Si ergò homo hæc omnia cogitaret, tunc cogitatio hominis confiteretur Deo, & nihil abſcondere vellet ab eo. *q* Et reliquiæ, &c.]Reliquiæ, quæ relinquuntur ex hac cogitatione,ſunt contritio, vel compunctio cordis,& confeſſio oris,& ſatisfactio operis, quæ meliùs exprimuntur per aliam literam,quæ habet ſic:[Mœror hominis confitebitur,& reliquiis mœroris accingeris.Hæc faciunt vnũ diẽ feſtũ, quia

Multa ſunt cogitanda homini, qui vult confiteri & ſatisfacere.

* Vt dicit Dominus

A verba & opera, quia ex abundantia cordis os loquitur. *Matth. 12.c.* Et quod cor concipit, manus operatur. Idem est ergò, ac si dicat; non tãtùm corde cogitando & credendo confitebitur tibi; sed & ore confitebitur, & opere obseq. etur tibi. *Rom. 10. b.* Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Sed hæc duo etiam non sufficiunt, nisi sequatur operatio. *Iacob. 2. c.* Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere; opera autem non habeat? Et *in eodem* d. Fides sine operibus mortua est. Hæc autem reliquiæ cogitationis diem festum agunt Domino, cùm verba & cogitationes, & opera ab omni opere seruili, scilicet, à peccato cessant, & Deo vacant.

d. † sunt offerentes.

a Vouete & *b* reddite Domino Deo vestro, *c* omnes, qui in circuitu eius † affertis munera. *d* Terribili, & *e* ei, qui aufert spiritum Principum: *f* terribili apud omnes Reges terræ.

In finem pro idithum Psalmus. Asaph.

PSALM. LXXVI.

a Vouete] ergò in Baptismo, abrenunciantes Sathanæ, & omnibus pompis eius. *Genesis vigesimo octauo* d. Dicitur de Iacob, qui significat Christianum in Baptismo supplantantem diabolum, quòd votum vouit Domino, dicens: Si fuerit Deus mecum & custodierit me, &c. erit mihi Dominus in Deum.

b Et reddite, &c.] quod vouistis.

c Omnes, qui, &c.] i. ô vos Gentiles, qui in circuitu terræ sanctæ habitantes vosipsos vultis Deo offerre. *Isaia 19.d.* Cognoscent Ægyptij Dominum & colent cum in muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent. Aferte, dico, munera terribili. Vel, vouete & reddite terribili, pro miraculo facto in morte Ananiæ & Saphyræ dicitur *Actuum 5.* b. Quòd factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc. Et *infr.* c. Nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat, sed eos populus. Nec tantùm populares, sed & Reges. Vndè addit.

e Et e., &c.] præ stupore & timore mirabilium operum suorum.

f Terribili apud omnes Reges terræ] hoc glosat id, quod præmissum est. Aufert spiritum Principum. Hoc accidit in pluribus, qui non tantùm perterriti, sed etiam conuersi fuerunt. *tertio Regul. decimo* a. Videns Regina Saba, id est, Ecclesia de Gentibus, omnem sapientiam Salomonis, id est, Christi, & ordinem ministrantium, id est, Apostolorum, & cætera non habebat vltrà spiritum.

Moraliter. * vt dicit Dominus. *Luca decimo quinto* b. Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.

Secundùm aliam translationem. *Ioan. 6.* a. Erat proximum Pascha dies festus Iudæorum. *Num. vigesimo octauo* a. super illud. Hostias meas obseruate in diebus festis meis, dicit. *Gloss.* Puto per singulos fideles, qui conuertuntur ad Deum, & in fide proficiunt, festiuitas oritur à Domino. Item *in ipsa Gloss.* Lætantur Angeli, ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. Item super illud *Num. 29.* a. Affligetis animas vestras: dicit Origenes. O mira festiuitas, dies festus vocatur animæ afflictio. Vt ergò faciamus Domino iugem solemnitatem, i. continuam pœnitentiam, hortatur, vt voto nos affigamus, neque quandoque relinquamus pœnitentiam. Vndè addit.

a Vouete] hoc est consilium.

Quando vota sint reddenda. *b* Et reddite] hoc est præceptum, i. si vouistis, reddite. *Deut. vigesimo tertiò* d. Cùm votum voueris Domino Deo tuo; non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. *Ecclesiast. 5.* a. Si quid vouisti, ne moreris reddere. *Prou. 20.* d. Ruina est homini deuotare Sanctos, & post vota retractare. *Num. 30.* a. Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrixerit iuramento, non faciet irritum verbum suum; sed omne, quod promisit, implebit. *Psalm. 65.* Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, & locutum est os meum in tribulatione mea. Hoc dico, facite.

c Omnes, qui in circuitu, &c.] quasi dicat, accedite vsque ad me, vouentes secundum meum consilium, vt ad meum exemplum viuatis in voluntaria paupertate, & perpetua castitate, & perfecta obedientia, & non circuineatis rotam mundi. *Psalm. 11.* In circuitu impij ambulant. In hoc enim circuitu offerunt munera Domino, dantes aliquando Eleemosynam, vel ieiunantes, vel orantes: & ita seruire volunt Domino à longè, nec volunt vsque ad ipsum accedere, vt in ipsum totã sollicitudinem suam proiiciant, & pro amore eius mundi circuitum relinquant. Hoc fecit Petrus & docuit, dicens. *Matth. 19.* d. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. *1. Petr. 5.* h. Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. *August.* Proiice te in Deum: non enim tam crudelis est, vt se subtrahat, & te cadere permittat. Vel. Reddite vota vestra, omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Hoc dicit quibusdam, qui post votum suum circumeunt hinc & inde quærentes occasiones & dilationes, quasi Deus, cui fecerunt votum, non videret intentionem eorum. Et si non vultis hoc facere ex amore puro, saltem moueat vos timor, vt huiusmodi vota faciatis, & reddatis.

d Terribili] Domino, qui terribilis apparebit in Iudicio eis, qui hic nolunt eum sequi. *Hebr. decimo* f. Horrendum est incidere in manus Domini. *Sapient. sexto* a. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam Iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Nolite ergo ambire prælationem, sed subiicite vos Deo per obedientiam, quia sicut ibi *Sapient. sexto* a. Additur. Exiguo concedetur misericordia, & potentes potenter tormenta patientur. *Num. vigesimo quinto* a. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis. Ibi *Gloss.* Hoc homines si attenderent, prælationes non ambirent. Et si non timetis eum propter futurum Iudicium, saltem quia interdum se vindicat in præsenti. Ipsum timete. Vndè addit.

e Et ei, qui aufert spiritum Principum,] i. faciet eos mori subitò. Sicut compertum est de multis Principibus & Prælatis, quòd subitò mortui sunt. *Dan. 5.* g. Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, non glorificasti. *Isaia vigesimo secundo* f. Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. *Ecclesiast. decimo* b. Omnis potentatus vita breuis. *Isaia vigesimo secundo* c. Quasi pilam mittit te Dominus in terram latam & spatiosam, ibi morieris, & cætera. Vndè propter hoc saltem deberent eum timere, qui terrena diligunt. Vndè addit.

f Terribili apud omnes Reges terræ,] i. quia & eos à regno in præsenti expellit, & in futuro rediget in carcerem inferni, & similiter omnes terrena diligentes, & præcipuè Clericos & Prælatos, qui cùm debeant esse Reges & Rectores animarum, neglectis animabus, Reges terræ se fecerunt: quia solùm terrenis regendis intendunt. Vt ergo ista caueatis, vouete, & reddite, triplex votum summæ vitæ factum, summæ Trinitati, scilicet, votum obedientiæ [terribili] Reuerendo Patri *Iob vigesimo quinto* a. Potestas & terror apud ipsum est. Et votum castitatis, Spiritui sancto, qui aufert spiritum Principum, id est, dæmonum. *Luca vndecimo* c. In digito Dei eiicio dæmonia. Et votum paupertatis, filio terribili apud Reges terræ, quia ipse pauperrimus fuit in hac vita, & diuites, & Reges terræ iudicabit in futuro. *Psalm. 74.* Cùm accepto tempus, ego iustitias iudicabo. *Sapient. sexto* a. Audite, Reges, & intelligite, discite, Iudices, finium terræ, qui continetis multitudines; & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino vobis potestas & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem eius ambulastis.

EXPOSITIO PALM. LXXVI.

VOce mea, &c.) Titulus. [*In finem*, &c.] In præcedenti Psalmo egit Propheta contra Assy. ios, i. Iudæos, & superbos. Hic agit de humilibus Christianis, qui sunt Asaph & Idythũ. Asaph enim interpretatur collectio, aut congregatio. Et Idythum interpretatur transiliens eos. Et significat vtrumque Ecclesiam fidelium in vnam Christi fidem, & amorem collectam, & vnitam, & ista transitoria transilientem, & contemnentem. Vndè is est sensus tituli. [Psalmus] iste, est, [Asaph,] id est, Ecclesiæ fidelium, agens, [pro Idythum,] i. de transiliente. [In finem,] Christum.

Intentio est monere nos, vt omnia præsentia transiliamus, & ad illum curramus toto corde, qui est finis & brauium vitæ nostræ. Modus est, quia quatuor sunt partitiones. Primò ostendit, quomodo ipse transiliens omnia, Deum quærit, & inuenit. Secundò deliberat, an sit eum reducturus, i. redempturus. *Ibi*: [Anticipauerunt.] Tertiò, quòd deliberando inuenerit. *Ibi*: [Et dixi:] Quartò, exponit, quæ in mundo operatur Christus. *Ibi*: [Viderunt.] Ostendit ergò Asaph, quomodo Deum quærit, scilicet, orando. Vndè dicit. *Partitio Psalmi.*

a Voce mea ad, &c.] Ostendit autem orationem suam esse discretam, cùm dicit: Voce,] quia vox est hominum rationalium: Irrationalium enim non est vox, sed potiùs vlulatus. *Exod.* 32. d. Vlulatus belli auditur in castris, dicitur de illis, qui ludebant coram vitulo. Item ostendit eam esse propriam non vicariam, cùm dicit, mea, non aliena; contra eos, qui ponunt vicarios; & contra eos, quibus sufficit audire horas suas, & non curant dicere. De quibus, *in Psal.* 113. Os habent, & non loquentur. Item sunt quidam, qui clamant voce non sua, quia mutant vocem in diuersas voces. Queruli enim habent vocem milui. *Is.* 34. d. Illic congregati sunt milui, alter, ad alterum. Murmuratores verò Phytonis. *Isaia* 29. a. Erit quasi vox Phytonis de terra vox tua. Item detractores, draconis. *Apoc.* 13. c. Loquebatur vt draco. Item superbi, leonis. *Isaia* 21. c. Clamauit, vt leo. Item litigatores, maris. *Ier.* 6. f. Vox eius, quasi mare sonabit. Ideò dicit. *a* Voce mea,] i. humana non belluina. Tertiò ostendit orationem suam esse rectam, cùm dicit. *b* Ad Dominum] non ad Baal. 3. *Reg.* 18. e. Inuocabant nomen Baal à mane vsque ad Meridiem, dicentes: Baal, exaudi nos, Baal, superior, i. Prælatus, qui potest dare præbendas. Ad hunc clamatur longo tempore per obsequia, & munera, & adulationes. Sed sequitur, *ibi.* Et non erat vox, quæ responderet. Quartò ostendit orationem suam esse deuotam, cùm dicit. *c* Clamaui] Clamor enim signum est deuotionis. Hoc est contra susurrantes horas suas. *Leu.* 19. c. Non erit susurro in populo. *Isai.* 58. a. Clama: ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, scil. orando in Ecclesia. Et etiam prædicando corde, ore, opere. Quintò ostendit eam esse continuam, cùm repetit. *d* Voce mea] 1. *Thess.* 5. d. Sine intermissione orare, in omnibus gratias agite. Item spiritualem, cùm dicit.

Multi clamant voce non sua.

e Ad Deum] *Isai.* 55. b. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Item fructiferam, cùm dicit. *f* Et intendit mihi] *Psalm.* 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, scil. vitæ. In falsitate enim vocat eum hypochrita, & ipse non est ei prope. *Sap.* 1. b. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Vndè bene hic dicit: Et intendit mihi. Non dicit, verbis meis, sed mihi, scilicet, vitæ meæ. *Gen.* 4. a. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius.] Quia ergò intendit Dominus, clamandum est ad eum, maximè homini, qui videt periculum tentationis imminere, vel cùm se iam in peccatum incidisse cognoscit: sicut puer videns colubrum, clamat ad matrem. Peccatum est coluber tortuosus, de quo *Iob* 26. d. Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Propter hoc dicit *Eccl.* 21. a. Quasi à facie colubri fuge peccata. Quia ergò præsto est Dominus exaudire, clamare debemus; aliter imputabitur nobis, si victi fuerimus. Vndè *Deut.* 22. d. Dicitur: Si virgo corrumpatur, & non clamauerit rea est; si verò clamauerit, innocens erit. Quia fidelis anima si videat instantem diabolum, vt eam corrumpat per peccatum, si non clamat ad Deum, rea est peccati; si autem clamat, statim adest sponsus, qui illam zelat. Si verò tacens corrumpi se permittat, vindicabit se de adultera. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Nota, quòd clamor, seu vox multiplex est.

Est vox, seu clamor.
- Cordis. *Exod.* 14. d. Quid clamas ad me? *Dan.* 13. e. Exclamauit voce magna Susanna.
- Oris. *Psalm.* 65. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea.
- Operis. *Ioan.* 5. f. Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.
- Sanguinis. *Gen.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.
- Lachrymæ. *Eccl.* 35. c. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam eius descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas?
- Cytharæ. *Dan.* 3. a. Hora, qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & cytharæ, cadentes adorate statuam auream, quam constitui vobis.
- Animæ. *Apoc.* 6. c. Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant; & clamabant voce magna.
- Mortuorum. *Baruch.* 3. a. Deus Israël, audi nunc orationem mortuorum Israël. Postea ostendit tempus orationis suæ, dicens.

g In die, &c.] Et modum quærendi ostendit, cùm addit. Manibus meis. Et locum, cùm dicit: Nocte contra eum, i. coram eo, sicut habet alia littera. Et fructum, cùm addit: (Et non sum deceptus.) Bene autem coniungitur dies, & tribulationes, quia diabolus tentat aduersis, vt contristet: lætis, vt dissoluat. Contra vtrumque remedium est, vt dicit *Bern.* Inter aduersa gaudere. Item dicit.

a VOce mea *b* ad Dominum *c* clamaui: † *d* voce mea ad *e* Deum, & † *f* intendit mihi. In *g* die tribulationis *h* meæ *i* Deum *k* exquisiui *l* manibus meis, *m* nocte † *n* contra eum: & *o* non sum deceptus. † *p* Renuit consolari † anima mea:

b Meæ] non alienæ. *Ierem.* 2. f. In tempore afflictionis suæ dicunt: surge, & libera nos. Item ipsa tribulatio dies dicitur, quia illuminat. *Isa.* 18. e. Vexatio dabit intellectum auditui. *Psalm.* 138. Et nox sicut dies illuminabitur.

al. † & voce. *al.* † attendit. *al.* † coram eo. *al.* † Negaui. *al.* † animam meam.

i Deum] non hominem purum. *Ier.* 17. a. Maledictus, qui confidit in homine.

k Exquisiui,] i. valde quæsiui, vel extrà quæsiui, quem intùs non habui. *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni: surgam & circumibo ciuitatem, id est, petam suffragia Ecclesiæ.

l Manibus,] id est, Eleemosynis, vel aliis bonis operibus, sicut cæcus, qui manu tentat viam. Non solùm vocibus, sicut Hypochrytæ, qui dicunt, & non faciunt. 1. *Tim.* 2. c. Leuantes puras manus in orationem. *Eccl.* 7. d. Datum brachiorum tuorum offeres Domino.

m Nocte] ignorantiæ, vel etiam culpæ. *Is.* 26. b. Anima mea desiderauit te in nocte. Vel: [nocte] ad litteram, quando est tempus aptum ad orandum. *Psalm.* 41. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. [Quia in die vacare debemus operibus misericordiæ, scilicet, prædicationi, vel Eleemosynis, & in nocte contemplationi. *Thren.* 2. f. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum effunde, sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. *Psalm.* 118. Media nocte surgebam ad confitendum tibi.

n Contra eum,] i. coram eo, vel obuiam ei sicut pauperes petituri eleemosynam, exeunt contra Regem venientem. *Amos* 4. d. Præparare in occursum Dei tui.

o Et non sum deceptus,] quia quòd quæsiui, inueni. *Sap.* 1. a. Quærite illum, quia inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet illis, qui fidem habent in illum. *Psalm.* 77. Non sunt fraudati à desiderio suo. E contra mundus omnes decipit. *Isaia* 36. b. Ecce confidis in baculo isto arundineo confracto. Et posset aliquis quærere, quare in tribulatione tua non quæsisti remedium & solatium ab hominibus? Respondet, quòd non est faciendum. Vndè subiungit, quasi respondens.

p Renuit consolari anima mea,] quasi dicat, licet in tribulatione positus liberari à Deo petam; tamen consolationem humanam recuso, & temporalem eum *Iob* 6. b. Qui dicit. Soluat manum suam & succidat me: & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Et qui vult à Domino consolari, oportet, quòd renuat aliam consolationem. Vndè *Bern.* Delicata est diuina consolatio, nec conceditur admittentibus alienam.

Septem consolantur tristitiam.
- Munera. *Tob.* 1. c. Consolabatur eos Tobias, diuidebátque vnicuique provt poterat de facultatibus suis.
- Verba. 1. *Thess.* 4. d. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.
- Fides. *Psalm. centesimo vigesimo primo.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi in domum, & cætera. *prim. Petr. primo* b. Credentes exultabitis lætitia inenarrabili.
- Præsentia amicorum. *Isaia trigesimo nono* a. & 4. *Reg.* 20. c. Lætatus est Ezechias in aduentu eorum.
- Rumor nouorum. *Genesis quadragesimo octauo* a. Dictum est seni Ecce filius tuus Ioseph venit ad te, qui confortatus sedit in lecto.
- Amor. Nullum enim maius solatium quàm amari & amare. *Genesis vigesimo quarto* g. Isaac in tantùm dilexit Rebeccam, vt dolorem, qui ex matris morte acciderat, temperaret.
- Spes *Hebr.* 6. d. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendã propositã spem,

ſpem. Et vnde habuerit conſolationem aperit, cùm ſubiungit.

a Memor fui Dei] in contemplatione.

b Et delectatus ſum] in Dei memoria. Quid mirum? Quia lapida eſt valde. *Oſea* 14. d. Memoriale tuum ſicut vinum Libani, *Eccl.*24. c. Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel, & fauum, memoria mea in generatione & generationem. *Eccl.*49. a. Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris. Ioſias interpretatur, in quo eſt ſacrificium, id eſt, Chriſtus.

al. † garriui.
al. † omnes inimici.
al. † annorum æternorum memor fui.
al. † garriebam & ſcrutabar.

a memor fui Dei & *b* delectatus ſum, & † *c* exercitatus ſum: & *d* defecit ſpiritus meus. *e* Anticipauerunt vigilias † oculi mei: *f* turbatus ſum, & *g* non ſum locutus. *h* Cogitaui dies antiquos: & † *i* annos æternos in mente habui. Et *k* meditatus ſum nocte *l* cum corde meo, † & *m* exercitabar, & *n* ſcopebam ſpiritum *o* meum.

c Et exercitatus ſum] in actione, quaſi dicat, de contemplationis arce deſcendi in agrum actionis, vt probationem dilectionis oſtenderem, quia probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Nec propter actionem penitùs intermiſi contemplationem. Sed.

d Et defecit ſpiritus meus] præ nimia contemplatione, & claritate Solis iuſtitiæ, ſicut oculi Solem intuentes deficiunt. *Iſaia trigeſimo octauo*, c. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum. Sic accidit Diſcipulis in transfiguratione: *Matth.*17. a. Quia videntes claritatem & audientes Dei vocem, ceciderunt in facies ſuas. Vel ſic.

Aliter. *a* Memor fui Dei, &c.] Propter hoc [exercitatus ſum] ad contemplationem, quaſi dicat: Quia ibi inueni delectationem: Ideò frequenter ad idem redij: ſicut leccator, qui ſentit odorem Coquinæ, non libenter elongat ſe ab ea. Item ad hoc oportet ſe exercitare. Sicut pueri exercent ſe, quando incipiunt ire, & auiculæ ad volandum: ita animus hominis debet ſe exercitare ad eundum & volandum in cœlum, cogitatione & deſiderio, quaſi duobus pedibus, vel duabus alis. Alia etiam litera ſecundùm *Auguſtin.* notabilis, quæ habet: [Memor fui, &c.] Qui benè memor eſſet Dei, & delectaretur in Deo, garriret, non de ſcurrilibus, & inutilibus: ſed de Deo in prædicatione, & exhortatione, & cum Deo in oratione. Sicut ex nouitate temporis garriunt aues, & maximè philomena: ita homo quando renouatus eſt ſpiritu mentis ſuæ, debet eſſe Philomene Dei, & ita garrire ſemper laudes Dei. Philomena dicitur à philos, quod

Moral. eſt amor, & mene, quod eſt defectus, quia ardenter amat, & præ amore deficit: Sic qui Deum ardenter amat, deficit ſpiritus eius, quòd non poteſt ſuſtinere delectationem, & conſolationem, quam infundit Deus. Vndè ſequitur.

d Et defecit, &c.] *Cant.*5. b. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Loquitur animæ, quando conſolationem, & delectationem infundit. Et *ibidem*: Nunciate dilecto, quia amore langueo.

e Anticipauerunt vigilias, &c.] Secunda pars, vbi inuento Deo, deliberat, an ſit eum Deus reducturus. Hic autem primò exponit, quòd prius dixerat, [exercitatus ſum] quod expoſitum eſt de exercitio in contemplatione, & de exercitio in actione. Et illa duo exercitia hic ponit, quaſi dicat, [exercitatus ſum] ad contemplationem, ſic [anticipauerunt vigilias oculi mei,] id eſt, ante alios ſurrexi ad orationem, & contemplationem, vt melius paratus eſſem. *Eccl.*18. c. Ante orationem præpara animam tuam. Ad actionem autem me exercitabam, quia.

f Turbatus ſum] in diuerſis occupationibus, ſicut Martha. *Luc.*10. g. Sollicita es, & turbaris erga plurima: Sed licet turbatus ſim in corde: non tamen prorumpo vſque in verba murmuris contra Deum, vel contentionis contra proximum. Hoc eſt, quod ſequitur.

g Et non ſum locutus] *Iob.*6. c. Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea. Lapis percuſſus non ſentit, æs percuſſum reſonat. Eſt ergò ſenſus: Non ſum ſicut lapis, quia ſentio moleſtias, & turbor; ſed tamen non ſum æneus, vt propter hoc remurmurem, vel malum quid dicam. Hic notatur Crux corporis, & Crux cordis. Corporis, cùm dicit: [Anticipauerunt vigilias oculi mei,] *Eccleſ.*31. a. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes. Crucem cordis, cùm dicit: Turbatus ſum, & non ſum locutus. Hæc enim magna cruciatio eſt. *Iob* 4. a. Conceptum ſermonem tenere quis poterit? *Et* 32. d. Plenus ſum ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus, quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit: loquar & reſpirabo paululum.

h Cogitaui, &c.] Quaſi quis quæreret, quando anticipans vigilias ſurrexuras, quid feciſti? Reſpondet. [Cogitaui dies antiquos.] Vel ſic continua, vt poſſim duos prædictos cruciatus ſuſtinere, ſcilicet, corporis, & cordis. [Cogitaui dies antiquos] in quibus præmium recipiam. Et vocat dies antiquos, dies, qui ſemper durabunt. Vnde ſubiungit.

i Et annos æternos in mente habui] *Pſal.*83. Quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia, elegi abiectus eſſe in domo Dei mei. Ecce quod cogitare hoc facit pœnitentiam & laborem ſuſtinere. *Geneſ.*49. c. Iſſachar aſinus fortis, vidit requiem, quod eſſet bona: & terram, quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factuſque eſt tributis ſeruiens, 2. *Cor.*4. d. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Vel per dies antiquos poſſumus intelligere ſtatum Adæ ante peccatum, per annos; æternos, ſtatum futuræ gloriæ. Prima cogitatio facit luctum & gemitum, ſecunda conſolationem. Vel per dies antiquos, dies, in quibus peccat homo, in quibus ipſe antiquatur, & veteraſcit *Baruch.*3. b. Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis. Per annos æternos, æternitatem pœnæ. Et vtrumque debet homo cogitare, ſcilicet, quam breues ſint dies temporales, & tranſitoria delectatio peccati, & quàm longi ſunt anni æterni pœnæ interminabilis. Vnde *Greg.* Momentaneum eſt, quod delectat: æternum eſt, quod cruciat. Pro diebus enim antiquis: Imò pro momentis antiquis in peccato, debentur anni æterni in ſupplicio, ſecundum quod dicitur *Num.* 14. f. Annus pro die imputabitur. Qui autem vult bene & diligenter cogitare, tumultum debet vitare, & ſecretum tempus & locum quærere. Vnde ſubiungit.

k Et meditatus ſum nocte,] Ecce tempus ſilentij, & quietis.

l Cum corde meo] Ecce locus aptus ad meditandum. *Iſa.* 46. c. Redite, præuaricatores, ad cor & recordamini prioris ſæculi, id eſt, cogitate dies antiquos. Et addit.

Quoniam ego ſum Deus, & non eſt vltra me Deus. quaſi dicat, annos æternos, qui ſunt in dextera mea, in mente habete. Notabiliter autem dicit, non in corde, ſed cum corde meo. Multi enim meditantur inania in corde ſuo, non tamen cum corde: quia cor non diſcernit, nec aduertit, quid cogitat. Iſti ſunt ſine corde, & væcordes. *Ierem.* 5. e. Popule ſtulte, qui non habes cor. *Oſea* 7. c. Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. *Eccl.* 6. c. Non permanebit in ea excors, ſupple, in ſapientia contemplationis.

Ideo bene dicit: [Meditatus ſum cum corde meo,] id eſt, diſcretè, & ſapienter. Et quia, vt dicitur *ſap.*9. c. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam; & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, neceſſe eſt, vt frequenter reſurgat homo, & iterùm ad cogitationem ſuam redeat. Vnde bene addit.

m Et exercitabar] frequenter ad meditationem rediens, & ad cor reuertens. De hoc poteſt congruè exponi illud. *Prou.*24. b. Septies cadit Iuſtus, ab arce contemplationis, & reſurget, Ecce exercitium.

n Et ſcopebam ſpiritum meum,] id eſt, purgabam ab omni carnali, & terrena cogitatione & affectione.

Scopere enim proprie eſt, vt dicitur, carnem de extalibus animalium ſeparare & abradere. Hoc petebat Dauid in ſe fieri, cùm dicebat. Cor mundum crea in me, Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Vel ſic. *Scopere quid ſit.*

m Exercitabar] vt ſupra dictum eſt in actiua, quod bene ſequitur poſt meditationem, vt ſemper ſimul veniant duæ ſorores, Lia & Rachel, Martha & Maria.

De qua exercitatione 1. *Tim.*4. c. Exerce teipſum ad pietatem.

n Et ſcopebam] vel ſcopabam per confeſſionem.

o Spiritum meum] ab immunditiis peccatorum venialium, quas contrahit ſpiritus.

Venialium dico, quia in Iuſto & tranſiliente, mortale non cadit.

Et de mortalibus non diceret ſcopebam, vel ſcopabam: quia non ſcopatur lutum de cloacis, vel foſſis, ſed tenuis puluis de pauimento. *Luc.* 11. d. Inuenit domum ſcopis mundatam, & ornatam. Mundatam ſcopis quotidianarum

confeſſionum, &

confessionum, & ornatam virtutibus. *Isa.* 14. f. Scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus, id est, prius teram & comminuam glebas per contritionem, & postea scopabo per confessionem. Notandum, quod multæ sunt proprietates scopæ, quare per scopam significatur confessio, quæ notantur his versibus:

Nota proprietates scopæ conuenientes confessioni.

De virgis, pannis, loca plana, noti vice, verrit.
Dum purgat, fœdat, pellit pulices & arachnem.
Scopa iuuatur aquis, sonat & ferit & lauat aras.

Hæc omnia conueniunt confessioni. Quia sicut scopa fit de virgis arborū inutilium, scilicet, myricæ & talium: sic confessio de peccatis, quæ sunt infructuosa, & nociua. *Roman.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in his in quibus nūc erubescitis? *Luc.* 17. c. Dicatis serui inutiles sumus.

al. † non *al.* † repellet. *al.* † Beneplaceat. ei. *al.* † miserationes.

† *a* Nunquid in æternum † proiiciet Deus: *b* aut non apponet, vt † *c* complacitior sit adhuc? *d* Aut in finem misericordiam suam abscindet, à *e* generatione in *f* generationem: *g* Aut obliuiscetur misereri Deus? *h* aut continebit in ira sua † misericordias suas?

Item scopa ad mundandum furnos fit de pannis, similiter de veteribus peccatis, hoc est, de eis, quæ procedunt nobis à corruptione veteris fomitis, debemus confiteri ad mundandum furnos concupiscentiæ. Item loca plana purgat scopa, similiter confessio planas conscientias, non scrupulosas, in quibus semper remanent aliquæ sordes. *Ierem.* 51. a. Curauimus Babylonem & non est curata. Item scopa est vice noti, & confessio Spiritus sancti. *Cant.* 4. d. Veni, auster perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Item confessio sicut scopa verrit, id est, simul omnia trahit: Ideo dicitur confessio, quasi simul omnium fassio. Item purgat. *Ecclesi.* 31. c. Surge è medio & vome. Et dum purgat confitentem, quandoque fœdat Sacerdotem, quia excitat in eo motus concupiscentiæ. Quia sicut dicit *Gregor.* difficile est fontem non turbari, in quo sordes lauantur. Sed in bonis Sacerdotibus & fortibus, hæc ipsa turbatio meritoria est, dum fortiter resistunt. In malis autem mortifera est, dum concupiscentiis suis consentiunt. Ideo cauendum est, præcipuè mulieribus, ne Sacerdotibus malis & lasciuis confiteantur. *Ecclesi.* 4. d. Non confundaris confiteri peccata tua. Hic confessio suadetur. Et ne subiicias te omni homini pro peccato, id est, non confitearis indifferenter cuilibet Sacerdoti. Hæc cautela indicitur. *Ecclesi.* 37. b. A consiliario malo serua animam tuam. Item pellit pulices, id est, tentationes, quæ frequenter saliunt & redeunt & nigræ sunt, & mordaces & omnibus communes, 1. *Reg.* 24. c. Quem persequeris, Rex Israël, quem persequeris, canem mortuum & pulicem vnum? Sacerdos est Rex Israël, qui debet persequi canem mortuum, & pulicem, canem, scilicet, peccatorem, vel peccatum, & pulicem, scilicet, tentationem. Item pellit arachnem, id est, telam araneæ, quæ capit muscas. Hæc est auaritia, quæ est tela araneæ, id est, cupidi. Vel auaritia est aranea, quæ texit multas telas, scilicet, telam furti, rapinæ, vsuræ, doli, periurij, mendacij. Hæc pellit confessio. Vndè *Luc.* 19. b. dicit Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Zachæus interpretatur iustus consilio, & significat confitentem, quem consilium Sacerdotibus iustificat, vel Deus per consilium illud. Item scopa confessionis, iuuatur aquis lachrymarum. *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo Item sonat, sed submissimè, & confessio submissa voce profert *Prouerb.* 20. a. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud, id est, Confessor discretus, *Iob* 26. d. Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Item ferit, id est, accusat. *Psal.* 31. Dixi: confitebor aduersum me iniustitiam meam, &c. Item lauat aras, sicut est in die cœnæ, & confessio lauat corda, super quæ offeruntur Deo sacrificia, *Ierem.* 4. d. Laua à malitia cor tuum. Hoc est, quod dicitur hic: scopebam spiritum meum,] id est, non tantum corporalia vitia, sed etiam spiritualia. Et notandum, quod cùm scopatur area, surgit puluis & volat in oculos: sic accidit plerisque, qui de sua confessione, vel pœnitentia superbiunt, & vnde deberent lauari, sordidantur: & vnde deberent illuminari, excæcantur.

a Nunquid in æternum proiiciet Deus, &c.] Supra dixerat,] meditatus sum] hic aperit, quid meditatus sit, scilicet, hoc, [Nunquid in æternum proiiciet Deus hominem, quasi dicat, Hoc mecum deliberans quærebam, vtrum Deus proiiceret hominem peccatórem in æternum, sed declinabam in alteram partem, scilicet quod non. Hoc est quod dicit: [Nunquid proiiciet?quasi dicat, non. Interrogatio enim facta per nunquid supponit frequenter negatiuam facta autem per nonne supponit affirmatiuam. Illos autem præcipuè non proiicit Dominus, qui faciunt ea, quæ præmissa sunt in præcedenti versu, qui, scilicet, confitentur peccata, & de Deo meditantur. Vndè *Ier.* 14. d. Nunquid proiiciens abiecisti Iudam aut Sion abominata est anima tua? id est, actiuos, & contemplatiuos, quasi dicat, non propter hoc dicit: [Nunquid in æternum proiiciet Deus] quasi dicat, etsi proiiciat ad tempus, vt corrigat; non tamen in æternum proiicit, sed reuertentibus ad se veniam dat. Vndè addit.

b Aut non apponet,] id est, addet.

c Vt complacitior,] id est, benignior, & magis placatus sit adhuc, quàm modò sit, quasi dicat, Immò apponet, vt Medicus medicinam ad morbum, & placabitur, *Isaia* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus multis misertus sum tui. *Thren.* 3. d. Non repellet in sempiternum Dominus, quia si abiecerit, & miserebitur. Ostendit autem, quòd Deus miseretur. Primò per naturam miserendi, cùm dicit: [Nunquid in æternum proiiciet Deus?] quasi dicat, non, quia non est sicut struthio. De qua dicitur *Iob* 39. b. quòd derelinquit in terra oua sua, & obliuiscitur, quòd pes conculcet ea, & duratur ad filios suos, quasi non sint sui. *Eccl.* 4. b. Qui vigilauerint ad illam complectentur placorem eius, id est, pœnitentiam agent, quæ placat Deum, *Exod.* 32. d. placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus est, *Psal.* 39. Complaceat tibi, Domine, vt eruas me. *Daniel.* 9. e. Placare, Domine, attende, & fac. *Ierem.* 18. b. Si egerit Gens illa pœnitentiam, &c. Secundò per effectum miserendi, cùm dicit: [Aut non apponet, vt complacitior sit adhuc.] Tertiò idem probat per consuetudinem miserendi. Vndè subiungit.

d Aut in finem misericordiam suam abscindet] qui, videlicet, ante non abscidit eam, quia misericordia Domini plena est terra. Et loquitur de Dei misericordia, quasi de tela, quæ in fine abscinditur. Dominus enim diuersis miserationibus quasi filis texit telam misericordiæ, & semper texuit eam. *Psal.* 24. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt. Hoc est, quod hic subiungit.

e A generatione] scilicet, prima.

f In generationem] scilicet, vltimam, *Thren.* 3. c. Non defecerunt miserationes eius. *Isa.* 63. d. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & misericordiarum tuarum? Quartò per scientiam miserendi, cùm dicit.

g Aut obliuiscetur, &c.] quasi dicat, non. Non enim posset obliuisci, quòd tam sæpè recordatur. Tamen *Iob* 24. d. Obliuiscatur eius misericordia. Sed causam supponit, dicens Dulcedo illius vermis, *Isaia* 49. d. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui: & si illa oblita fuerit; ego tamen non obliuiscar tui. Quintò per proprietatem miserendi, cùm dicit.

h Aut continebit in ira sua misericordias suas,] sicut fons dicitur continere aquam, quando non emittit ex se riuulos. Vndè continere in gallico dicitur *estancer*. *Isa.* 63. d. Multitudo miserationum tuarum super me continuerunt se. Sed sic non continet Dominus misericordiam in ira, quia etiam iratus miseretur, quia vel corrigit, vel minus punit. *Abac.* 3. a. Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Psalm.* 59. Iratus es, & misertus es nobis, *Iob* 12. c. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. Aqua est Dei misericordia, qua subtracta homo remanet aridus. Si autem effundatur misericordia abundantiæ temporalis, obliuiscitur Domini, & suipsius. Ideo dicitur: *Isa.* 26. b. Misereatur impio, & non discet facere iustitiam. Dominus tantæ misericordiæ est, quòd etiam dum percutit malos, non potest totam misericordiam continere. Vndè *Genes.* 19. f. Cùm subuerteret Dominus ciuitates Regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. *Genes.* 8. a. Recordatus est Dominus Noë, cunctorumque animantium. Sed quando tardat misereri, videtur oblitus, Vndè *Thren. vlt.* d. Quare in perpetuum obliuisceris nostri, & derelinques nos in longitudinem dierum? Hæc ergo omnia sub interrogatione, non dubitando, sed deliberando, dixit: Vndè subiungit, quid deliberando inuenerit, dicens.

a Et dixi

a Et dixi, nunc cœpi, &c.] Hæc est tertia pars, vbi sicut dictum est, ostendit, quid liberando inuenerit. Vndè dicit: Et dixi,] id est, post deliberationem in hoc determinatè contendi, quia.
b Nunc cœpi,] scilicet, intelligere, quòd semper fuerat occultum, scilicet, quòd homo perueniat ad æternitatem.

Et a dixi: b nunc cœpi: hæc † c mutatio d dexteræ excelsi. e Memor fui operum Domini: quia f memor ero ab initio g mirabilium tuorum. Et h meditabor in omnibus operibus tuis: & in † i adinuentionibus tuis k exercebor. l Deus, in m sancto n via tua:

al. † immutatio.
al. † affectionibus tuis garriam.

Vel sic: Nunc cœpi, id est, quicquid modò habeo, non est nisi principium, sed tandem in futuro erit perfecta consummatio. Et.
c Hæc mutatio] qua de non sciente mutatus sum in scientem: vel de incipiente mutabor in perfectum, & erit. d Dexteræ Excelsi] diuini, videlicet, muneris, non mei meriti. De primo, scilicet, de scientia, vel de doctrina, quod sit dexteræ Excelsi, habetur. *Matth*. 10. a. Gratis suscepistis, scilicet, scientiæ donum, gratis date. De secundo, scilicet de consummatione. *Phil*. 2. b. Vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. *Tit*. 3. b Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Item in persona nouiter conuersi ad pœnitentiam potest legi.

Aliter. In persona pœnitentis.
a Et dixi, nunc cœpi,] id est, incœpi esse, quia ante non eram: Peccator enim verè non est. *Iob* 18. c. Socij eius, qui non est, *Ierem*. 31. c. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Sed tunc primò incipit esse homo, quando Deo, qui est vita, incipit adhærere. Vel, cepi, à capio capis, id est, nunc primò accepi, quia antequam homo ad Deum conuertatur, nihil capit. *Ioan*. 16. e. Vsque modò non petistis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis. Licet enim temporalia ante capiant, nihil capiunt, quia illa nihil sunt. *Eccl*. 34. a. Sicut qui apprehendit vmbram, & sequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia.

Aliter in persona perfecti.
c Et hæc mutatio] quòd homo, scilicet, incipit esse, vel capere, est dexteræ Excelsi, vt suprà expositum est *Rom*. 9. c. Non est volentis, neque currentis; sed Dei miserentis. Item in persona perfecti se humiliantis potest legi.
a Et dixi] quasi dicat, multa bona suprà narraui de me à principio psalmi; sed tamen ea nihil reputo, quia dixi: id est, apud me cogitaui.
b Nunc cœpi] *Luc*. 17. c. Cùm omnia bona feceritis, dicatis: serui inutiles sumus, *Eccl*. 18. a. Cùm consummauerit homo, tunc incipiet: *Gregor*. Nescit mens per torporem veterascere, quæ semper studet per desiderium inchoare. Et ne fortassis, etiam istud initium boni sibi videretur ascribere, subiungit.
c Hæc mutatio dexteræ excelsi] 2. *Cor*. 3. b. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Sinistra Domini mutat temporalia, & voluit rotam fortunæ: De qua *Prouerb*. 3. b. In sinistra eius diuitiæ, & gloria. Dextera autem eius mutat spiritualia, & disponit æterna, de qua ibidem; Longitudo dierum in dextera illius. *Cant*. 2. b. Læua eius sub capite meo, id est, non super mentem; sed sub ad terrena disponenda: & dextera illius amplexabitur me, vt me portet sursum ad cœlum. Et ne de hoc Dei beneficio ingratus putetur, subiungit.
e Memor fui operum Domini,] id est, non sum oblitus huius mutationis in me factæ. Et quod plus est, etiam de beneficiis aliis factis se memorem, & gratum esse ostendit, dicens.
f Quia memor] quasi dicat, non est mirum, si sum memor operum, quæ in me fecisti: Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, id est, omnium mirabilium, quæ à principio mundi antiquis Patribus impendisti. Aliquando autem est aliquis memor, de aliquo, de quo non multum curat; sed citò tradit obliuioni. Vndè se talem non esse ostendit, cum subiungit.
h Et meditabor in omnibus operibus tuis] cum diligentia recolens, & memoriæ commendans ea. Nec tantùm meditabor, sed & operabor. Hoc est.
i Et in adinuentionibus tuis,] id est, in præceptis tuis, quæ inuenisti ad vtilitatem hominum, vt per ea homines te inuenirent. *Isa*. 12. b Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius.

Operum Dei debemus esse memores.

k Exercebor] opere, *Psalm*. 118. Ego autem exercebor in mandatis tuis. Debemus autem exemplo istius esse memores operum Domini. Quorum: Creationis, vbi apparet potentia: dispositionis, vbi apparet sapientia: ornatus, vbi benignitas. Item Incarnationis, vnde fiducia: Natiuitatis, vnde humilitas nascitur. Passionis, vnde compassio: Resurrectionis, vnde iustificatio, *Rom*. 4. d. Iudicij, vnde timor, quasi thesaurus custoditur, *Isa*. 33. a. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Nec tantum operum, sed &
f Memor ero] inquit; ab initio, id est, ante omnia.
g Mirabilium tuorum] Mirabilia sunt articuli fidei, quòd Deus simplex, & vnus, & tamen trinus, quòd impassibilis passus, quòd Virgo peperit, quòd panis transit in corpus Christi, & similia: Ideò in sui memoriam iussit: Missam celebrari, primæ *Corinth*. 11. e. In mei memoriam facietis, id est, sacrificabitis.
h Et meditabor] In hoc versu notantur duo, quæ maxime à Clericis, & Prælatis requiruntur, scil. iugis meditatio Sacræ Scripturæ. Vnde dicit Exercebor, &c. de primo, *Deut*. 6. b. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. De secundo ibidem sequitur: Et ligabis ea quasi signum in manu tua, &c. De his etiam duobus in *Psalm*. 1. In lege eius meditabitur die, ac nocte: Ecce primum. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: Ecce secundum. Multi nolunt meditari in omnibus operibus, sed tantum in quibusdam. Sunt enim, qui tantum creationem meditantur, cogitantes, quod Deus omnia fecit propter hominem: Vnde immoderatè, & illicitè abutuntur creatis in diuitiis, in escis, in vestimentis, & diuersis luxuriis. Nec volunt meditari opus recreationis, vbi Dominus omnium tantam paupertatem, & vilitatem, & tormentum sustinuit: Nec opus iudicij, in quo de omnibus oportebit reddere rationem, vbi diuites mali ab ingressu Paradisi arcebuntur, & in infernum mittentur, vbi fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. *Isa*. 5. c Cythara, & lyra, & tympanum, & tybia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Alij sunt, qui etsi quandoque meditentur in operibus: nolunt tamen exerceri in adinuentionibus Domini, quæ sunt non resistere malo, diligere inimicos, benefacere his, qui oderunt vos. *Matth*. 5. g. amor paupertatis, ignominiæ, doloris, quæ Christus adinuenit, quia ante non fuerant visa, vel audita huiusmodi. Libentiùs autem exercent se in humanis adinuentionibus, vt in causis, & practicis, & huiusmodi, *Eccl*. 36. b. Da Altissimo secundùm donatum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam retribuens est Dominus, & septies tantùm reddet tibi. Multi etiam exercent se in dæmoniacis adinuentionibus, id est, in nouis peccatis. *Psalm*. 98. Vlciscens in omnes adinuentiones eorum, 2. *Machab*. 4. c. Ita vt Sacerdotes contempto templo, & sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palestræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci, &c. Palestræ lucta fœminarum nudarum cum viris vtinam nunc non esset. Præbitio iniusta, est symoniaca Missarum, vel beneficiorum venditio, vel indigna collatio præbendarum, & beneficiorum, & huiusmodi. Exercitium discorum nunc non est, vel scutorum, vel scutellarum, & scyphorum. Hæc sunt vitia Clericorum, Sacerdotum, & forsitan aliquorum Prælatorum.
l Deus, &c.] Hic manifestè aperit propositum, quod scilicet, Deus reducturus est bonos ad æternum regnum, quia [O Deus Pater,]
n Via tua] via redeundi ad te nobis est.
m In sancto,] id est, in Christo, qui dicit *Ioan*. 13. a. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Et *ibidem*: Ego sum via. Vel sic.
l Deus via tua] est, [In sancto,] i. Christo, quia in eo Deitas habuit viam, quia factus est viator, qui cuncta replet, Vndè dicit Hilarius: Venit ad nos calceata Diuinitas. *Ier*. 14. b. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus? &c. Et quia in Christo fuit, & est Diuinitas:

A Quis *Moral*.

Vel sic. Moraliter. l Deus in Sancto,] id est, in viro iusto, qui eum credit, & operatur secundum fidem, sanctus est, licet miracula non faciat, vt ait *Chrysost*. In hoc.
m Sancto,] id est, in anima eius est.
n Via tua] quia ibi frequenter intras, & deambulas, & ibi apparet vestigium tuum, scilicet, bonitas, veritas, constantia, *Ioan*. 14 c. Ad eum veniemus, &c. Et si in Sancto est via, vbi est statio tua? In teipso. Itè si in Sancto est,

* via Dei,

A *a* Quis Deus magnus, sicut Deus noster,] id est, Christus? quasi dicat, nullus. Quod patet, quia.
b Tu] diceretine, non alius. Es Deus. Et hoc patet.
c Qui,] id est, quia.
d Facis mirabilia] quod non est puri hominis, scilicet, facere miracula.

a quis Deus magnus, sicut Deus noster: *b* tu es Deus, *c* qui *d* facis mirabilia. † *e* Notam fecisti in populis *f* virtutem tuam: *g* redemisti in brachio tuo *h* populum tuum, *i* filios † Iacob, & *k* Ioseph. *l* Viderunt te aquæ Deus, *m* viderunt te aquæ, *n* & timuerunt, & † *o* turbatæ sunt *p* abyssi.

al.† solus.
al. † Israël.
al.† conturbatæ.

Et hæc nullus Deorum falsorum potest facere; sed tu solus facis mirabilia sanans corpora à languoribus, & animas à peccatis. *Ioan.* 15. d. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberent. Et in his verbis potest dirigi sermo ad Patrem, vel ad Filium, quia Pater in Filio, & per Filium operatur. Et per mirabilia, quæ fecisti, ô Deus Pater.
e Notam fecisti in populis] diuersis.
f Virtutem tuam,] id est, filium, 1. *Corinth.* 1. d. Prædicamus Christum Dei virtutem. Hæc virtus non fuit nota, quando fecerunt aram Deo ignoto: *Act.* 17. c.
g Redemisti, &c.] id est, in filio, per quem operaris.
i Filios Iacob,] id est, Electos de Iudæis.
k Et] filios Ioseph, id est, Electos de Gentibus, qui per Ioseph intelliguntur, qui interpretatur augmentum, & qui ad Gentes iuit in Ægyptum. De hac redemptione, *Isa.* 43. a. Noli timere, quia redemi te. Et *post.* c. Hæc dicit Dominus Redemptor vester sanctus Israël, propter vos emisi in Babylonem, scilicet, filium in mundum, *Rom.* 8. f. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.
Moral. * via Dei in reprobis quid est? Desertum inuium Deo, & Angelis, & sanctis hominibus. Vndè de ipsis dicitur *Iob* 41. a. Corpus eius, quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, & nec spiraculum incedit per eas. Sed peruium est diabolo, & Angelis eius, cuius ibi apparent vestigia. *Eccl.* 21. b. Qui odit correctionem, vestigium est peccatoris, id est, diaboli, *Iob* 20. d. Vadent & venient super eum horribiles *Et* 19. b. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me. Magna autem est Sanctorum dignitas, quod in eis est via tanti Domini, & quòd ad eos venire dignatur. Quia.
a Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, &c.] Cæcos videre, claudos ambulare, pauperes euangelizare, &c. *Matth.* 11. a. vt suprà. Et posset aliquis suspicari, quòd tantus Dominus non vellet venire, nisi ad magnos Reges & Pontifices: Vndè addit.
e Notam fecisti] O Christe, in populis virtutem tuam, id est, misericordiam, quæ propria est virtus Dei, cui proprium est misereri semper, & parcere. De qua petit *Psalm.* 53. In virtute tua iudica me. Et dicit: In populis, non in Regibus, & Pontificibus: Quia sicut dicit *Ierem.* 2. b. Tenentes legem nescierunt me, & præuaricati sunt in me pastores, *Isa.* 28. a. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, id est, separatos à voluptate mundi. Istis magnis, & potentibus non faciet Dominus notam virtutem misericordiæ, quia sicut dicitur *Sap.* 6. a. Exiguo conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Et verè populis: quia hi sunt, quos redemisti: Vndè sequitur.
g Redemisti in brachio tuo] extento in Cruce.
h Populum tuum] non tantum Reges & Pontifices. Propter quod dicit in *Psal.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.
i Filios Iacob,] id est, actiuos luctatores. *k* Et Ioseph,] id est, contemplatiuos, qui vident visiones Dei, sicut Ioseph reuelatæ fuerunt visiones. Et notandum, quòd omnes filij Ioseph exierunt de Iacob, sed non è conuerso. *Isa.* 44. a. Noli timere Iacob, quia redimi te. *Isa.* 1. g. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia, & conteret. 1. *Petr.* 1. c. Non corruptibilibus auro, &c.
l Viderunt te aquæ.] Quarta pars, vbi exponit, quæ in mundo Christus operatur. Vndè dicit: Viderunt te aquæ, Deus, id est, populi viderunt miracula, quæ fecisti. Aquæ
Alleg. enim sunt populi, sicut dicitur *Apoc.* 17. d. Aquæ quas vidisti, populi sunt & Gentes. Et ratio est, quia transeunt sicut aqua. Vndè 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur. Et quia non tantum populus Iudæorum hæc vidit, sed & populus Gentium, bene repetit.
m Viderunt te aquæ.] Et potest intelligi de visu corporali tantùm: vel etiam cum isto, de visu fidei. Primò viderunt eum multi, tam de Iudæis, quàm de Gentibus, *De visu corporali.*
n Et timuerunt] timore humano, timentes amittere locum, & Gentem. *Ioan.* 11. f
o Et turbatæ sunt abyssi,] id est, Reges, & Principes, vel profunda corda malorum. *Matth.* 2. a. Audiens Herodes Rex turbatus est. Et non fuerunt pauci, quia etiam
A Multitudo
Vel de visu fidei. *l* Viderunt te aquæ, Deus,] id est, populi Gentium. *Isaia* 3. a. Populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Et timuerunt] Omnipotentem visis miraculis. *Act.* 5. a. Factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia. *De visu fidei.*
o Et turbatæ sunt] ad pœnitentiam. *p* Abyssi.] Infideles, qui erant sine base, sine fundamento fidei, & sine bysso, bonæ, & mundæ conuersationis. Nec tantùm interiùs conturbati sunt; sed & etiam exteriùs clamauerunt errorem suum confitentes, & veniam postulantes: Vndè addit;
* Multitudo
Vel sic. *l* Viderunt te aquæ,] id est, illi, qui habitant in aquis, scilicet, piscatores, cognouerunt te: Et ideò relictis omnibus, secuti sunt eum. *Matth.* 4. c. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Symonem, qui vocatur Petrus: & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores, Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus, & naui, secuti sunt eum. *Aliter.*
o Et turbatæ, &c.] id est, Scribæ & Pharisæi, malitia profundi, & inuidia obscuri. *Ierem.* 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile: & quis cognoscet illud? *n* Et timuerunt] *Ier.* 10. a. Magnum nomen tuum in fortitudine, quis non timebit te, ô Rex Gentium? Et benè dico, quòd à prædicatione sunt turbati, & compuncti. Nec mirum.
Θ Etenim *Moral.*
Moraliter.] *l* Viderunt te aquæ, id est, peccatores: Qui dicuntur aquæ propter multas rationes. Prima est, quia aqua de facili impressionem recipit, sed statim deletur: sic multi licet de facili audiant verba doctrinæ, sed statim obliuiscuntur, *Iac.* 1. d. Considerauit se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit. Secunda est, quia omni impellenti se cedit: sic peccator omni tentationi. *Iac.* 1. a. Similis fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur. Tertia est, quia nisi moueatur corrumpitur: sic peccator in quiete, & otio. *Ier.* 48. b. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, requieuit in fæcibus suis, non est transfusus de vase in vas, &c. *Ioël.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo, *Poëta*: *Peccatores dicuntur aquæ multis rationibus.*

Et vitium capiunt, ni moueantur aquæ.

Quarta, quia sicut aqua saporem trahit à terra, per quam fluit, sic peccatores à conuictu trahunt prauos mores. *Eccl.* 13. a. Qui communicauerit superbo, induet superbiam. Quinta, quia omnes aquæ currunt ad mare. *Eccl.* 1. b. Ita omnes peccatores ad amaritudinem inferni *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Sexta, quia aqua admixta terræ facit lutum: sic peccator admixtus diuitiis lutum luxuriæ. *Ier.* 5. b. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. *Psal.* 17. Vt lutum platearum delebo eos, Septima, quia vbi procliuum inuenit, semper fluit: sic peccator inuenta occasione peccandi, statim cadit 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, &c. Octaua, quia statum non habet, nisi congelata: sic nec peccator stare potest nisi in malo, *Iob* 14. a Nunquam in eodem statu permanet, &c. *Eccl.* 43. c. Frigidus ventus Aquilo flauit & congelauit Crystallus ab aqua, supra omnem congregationem aquarum requiescit. De his ergo aquis dicit. *l* Viderunt te aquæ, Deus,] id est, peccatores per fidem informem. *m* Viderunt te aquæ] eædem per fidem formatam. Vel viderunt te misericordem, & sperauerunt. Viderunt te iustum Iudicem venturum.
n Et timuerunt] *Ierem.* 31. d. Postquam ostendisti mihi Domine percussi femur meum. *Iob. vlt.* a. Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te. Ideò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Consequenter autem ostendit tres partes pœnitentiæ, scilicet, contritionem, confessionem, satisfactionem. Contritionem, cùm dicit.
o Turbatæ, &c.] id est, profunda corda peccatorum, *Ieremia* 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. *Genes.* 1. a. Tenebræ erant super faciem abyssi, id est, super cor peccatoris. Hæc abyssus debet turbari per contritionem. *Psalm.* *sexto*, Anima mea turbata est valdè. Et *alibi*: Cor conturbatum est in me. De confessione dicit:

* *a* Multitudo

De visu corporali.

☉ *a* Multitudo sonitus aquarum,] id est, populi sonantis, & murmurantis, turbata est, supple. Vnde ibi *Matth.*2.a. addit: Herodes turbatus est, & omnis Ierosolyma cum eo. Nec tantùm interiùs sunt turbati, sed & locuti sunt contra eum: Vnde addit: *b* Vocem dederunt nubes] malæ, scil. Iudæi eleuati per superbiam, clamantes: Crucifige, crucifige. Vndè *Ierem.*12.c. Hæreditas mea dedit contra me vocem, Ideò odiui eam.

a Multitudo sonitus aquarum; *b* vocem dederunt nubes. *c* Etenim sagittæ tuæ † transeunt: *d* tonitrui tui in *e* rota. † *f* Illuxerunt coruscationes tuæ *g* orbi † terræ: *h* commota est *i* & † contremuit *k* terra. In *l* mari *m* via tua, *n* semitæ tuæ in *o* aquis multis, & *p* vestigia tua non † cognoscentur. *q* Deduxisti *r* sicut oues † *s* populum tuum:

al. † pro transeunt.
De visu fidei.
al. † apparuerunt fulgura.
al. † terrarum.
al. † contremebunda facta est.
al. † agnoscentur.
al. † plebem tuam,

* *a* Multitudo sonitus aquarum,] id est, eorum, qui erant conturbati, & sonabant sonitum confessionis, & gemitum pro peccatis, turbata est ad poenitentiam. *Act.*2. f. de his duobus habetur: His auditis compuncti sunt corde ecce turbatio. Et dixerunt: Quid faciemus, &c. Ecce sonitus. *Isa.*17. d. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum multarum. Et vndè hoc eis accidit, dicitur ibidem, cùm dicit: His auditis, scil. à prædicatione Apostolorum Vndè & hic subiungit.

b Vocem dederunt nubes,] id est, Apostoli prædicantes: De quibus *Isa.*60.b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, *Iob* 37.b Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.

☉ *c* Etenim sagittæ tuæ transeunt,] id est, verba prædicationis tuæ sunt penetrantia, *Ps.*119. Sagittæ potentis acutæ. *Hebr.*4.c. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus: Nec tantùm, quia vsque ad intima cordium penetrant, dicitur quòd transeunt; sed etiam, quia citò multa terrarum spatia transeunt, secundùm quòd dicitur in *Psal.*147. Velociter currit sermo eius. Hoc est, quòd sequitur.

d Vox tonitrui,] id est, vox prædicationis Apostolorum, terribilis, & aperta omnibus facta est.

e In rota,] i. in circuitu totius orbis *Ps.*18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Prædicationem autem eorum confirmabant miracula: Vndè benè adiungit de miraculis. *f* Illuxerunt coruscationes tuæ,] id est, miracula, quæ te faciente coruscabant Apostoli.

g Orbi terræ,] id est, per totum mundum. Hoc est, quòd dicitur *Marc. vlt.* d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Ad prædicationem autem, & signorum confirmationem secuta est conuersio multorum: Vndè adiungit. *h* Commota est] ad poenitentiã, & fidem.

i Et contremuit] timore bono. *k* Terra] Iudææ, quantum ad eos, qui conuersi sunt. *Psal.*96. Vidit & commota est terra. Nec tantùm Iudæi sunt conuersi: Imò & Gentes. Vndè sequitur.

l In mari,] id est, in Gentilitate amara, in qua erant monstra Deorum falsorum. *m* Via tua] O Deus Pater, scil. filius tuus ibi est per fidem, qui dicit *Ioan.*14. a. Ego sum via. Vel ad filium loquitur. *l* In mari] Ille est. *m* Via tua] quia prædicantibus Apostolis corda eorum intrasti.

n Et semitæ tuæ] præcepta & institutiones euangelicæ, quæ ad portum salutis dirigunt. *o* In aquis multis,] id est, in multis populis diuersarum Gentium. Quia sicut dicitur *Rom.*11 c. Donec plenitudo Gentium intraret: Et ad hoc fiendum, cæcitas contigit in Israel, non in omnibus, sed in parte, sicut ibi dicitur: Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret. De qua cæcitate subiungit hic. *p* Et vestigia, &c.] à Iudæis excæcatis, *Ioan.*1.a. In propria venit, & sui eum non receperunt, scil. Iudæi, qui sui debebant esse, quia eos semper protexerat. Vndè ostendit, quòd deberent eum cognoscere, & vestigia eius. Quia.

q Deduxisti] sicut pastor deducit oues. *s* Populum tuum] Iudæorum: Cui dicitur *Deut.*7. b. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis.

☉ In manu

Moral.

* *a* Multitudo sonitus aquarum] audita est: Quia.

b Vocem dederunt nubes,] id est, peccatores sponte confitendo, dederunt vocem confessionis cum magno fletu: Peccator enim dicitur nubes, & peccatum etiam propter obscuritatem: inde nubes sine aqua, quæ à vento circumferuntur: *Thren.*3. c. Opposuisti nubem, ne transeat oratio. Hæ nubes debent dare vocem, non expectare, quòd quasi cum violentia extrahantur peccata de eorum ore, vel quòd ab aliis accusentur, sicut Achor. *Ios.*7.c. *Ps.*27. Ex voluntate mea confitebor illi. Alij etiam expectant, quousque Dominus aufert ab eis vocem in lecto infirmitatis. Contra quos *Eccles.*17.d. Ante mortem confitere, à mortuo quasi nihil perit confessio: viuus, & sanus confiteberis. Et hoc debet esse in multitudine sonitus aquarum lachrymarum saltem cordis, qui habere non potest lachrymas oculorum *Iob* 10. a. Loquar in amaritudine animæ meæ. De satisfactione sequitur.

c Etenim, &c.] Sagittæ Domini sunt infirmitates, tribulationes, & alia, quæ sustinere debet homo pro Domino: De quibus *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, sc. spiritum malum fornicationis, superbiæ, auaritiæ, & aliorum vitiorum. Has autem sagittas sustinent de facili, qui considerant, quòd transeunt. Non enim diu durant 2. *Cor.*4.d. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, &c. Sed Poenæ malorum non erunt transitoriæ, imò æternæ, quod innuit, cùm subiungit. *d* Vox tonitrui tui,] i. vox illa terribilis, qua tonabis: Ite maledicti, in ignem æternum. *e* Erit in rota,] i. in æternum durabit. In rota enim rotunda non est finem experire. De hoc tonitruo, *Iob* 26. d. Cùm vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit magnitudinẽ tonitrui eius intueri? Ante tonitruum autem solet præcedere coruscatio: similiter ante iudicium illud præcessit Domini cõminatio. Vndè subiungit. *f* Illuxerunt coruscationes tuæ,] i. comminationes factæ per Prophetas per teipsum, per Apostolos, & Prædicatores. *g* Orbi terræ] *Eccl.*43. b. Accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Cùm autem homines vident coruscationes, timent tonitruum, & muniunt se signo Crucis: Hoc est, quod subditur. *h* Commota est, &c.] i. peccatores; Ecce timor tonitrui. De signo autem Crucis addit. *l* In mari via tua,] i. ipsi ambulant in via poenitentiæ, quæ est amara. Hæc est via trium dierum, De qua *Exod.*5.a. Deus Hebræorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum in solitudinem, i. in poenitentiam, quæ habet illas tres præmissas partes, scilic. contritionem, confessionem, satisfactionem, quasi tres dietas. Hæc est in solitudine, quia in ea non habentur deliciæ. Hæc est etiam in mari, quia in ea habentur amaritudines, & dolores. *Isa.*9. a. Aggrauata est via maris. *n* Et semitæ, &c. i. non tantùm viam poenitentiæ incedunt, sed & semitas consiliorum aggrediuntur: Quæ sunt. *o* In aquis multis,] i. in multis tribulationibus, Consilium enim est; vt non solùm omnia patienter, sed & libenter etiam & lætanter sustineamus. Vndè domesticus Domini Paulus dicit *Rom.*5. a. Gloriamur in tribulationibus, scientes, quoniam tribulatio patientiam operatur; patientia verò probationem; probatio verò spem; spes autem non confundit, q.d. Ideò gloriamur in tribulationibus, quia scimus, quòd sunt semitæ perducentes ad vitam, *Act.*14.d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum coelorum. Hæc est autem arcta via, sicut dicit Dominus *Mat.*7.b. & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vndè subiungit.

p Et vestigia, &c.] à multis. Vestigia eius sunt paupertas, vilitas, passio, & huiusmodi. 1. *Pet.*2. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Hæc vestigia non cognoscunt multi, i. non approbant, nec imitari volunt, *Iob* 21. b. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus: quis est Omnipotens, vt seruiamus ei? Vel sic.

l In mari,] id est, in anima poenitente, & amara per contritionem.

m Via tua] duplex, scilicet, misericordia, & veritas. Misericordia enim eleuat per spem; veritas autem deprimit per timorem. *o* Et in aquis dulcibus,] id est, in animo contemplante sunt semitæ consiliorum strictæ, mundæ, latentes, compendiosæ. *p* Et] ibi; vestigia tua, &c. *Iob* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam, Et *infrà* c. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. In his autem vijs & semitis licet non sint, nisi pauci electi; tamen non deseris eos: Sed *q* Deduxisti,] id est, deduces. *r* Sicut oues] simplices, timidas, imbelles, & gregatas.

s Populum tuum] quem tibi de mundo elegisti. *Psal.*32. Beata Gens, cuius Dominus Deus eius: populus, quẽ elegit in hæreditatẽ sibi *Exod.*6. a. Assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus. *Ps.*79. Qui deducis velut ouẽ Ioseph, i. Iustos, qui se ab huius mundi deceptionibus & carnis illecebris intactos, & immaculatos se custodiũt, & fratrum etiam iniurias patienter sustinent, & amicabiliter remittunt, & futura præuident, & exponunt: sicut Ioseph fecit fugiens ab Ægyptia, & pallium dimittens ei.

* Fratribus

* *a* In manu Moysi, & Aaron] qui erant Duces populi. *Mich.6.a.* De domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron: sicut habetur *Exod.15.* In hoc ergo aggrauat peccatum Iudæorum, quia ex quo talia fecerat eis, debuissent ipsum melius cognouisse. *Isa.1.a.* Cognouit bos possessorem suum, id est, conuersi de Iudæis Christum Dominum, & asinus, i. Gentilis fatuus, præsepe Domini sui, id est, humilitatem, quam ostendit, qui natus voluit in præsepio reclinari; Israel autem me non cognouit, id est, Pharisæi, & Scribæ, & populus meus, id est, minor populus, Maioribus acquieuit, & non Christo.

in *a* manu Moysi, & Aaron.

Intellectus Asaph.

Attendite, † *b* popule meus, *d* legem meam *e* inclinate *f* aurem vestram in *g* verba oris mei. *h* Aperiam in parabolis os meum: † *i* loquar propositiones *k* ab initio.

al. † populus.

al † eloquar.

Moral. * Fratribus etiam, qui eum vendiderant, benignè remisit; imò eos excusauit dicens: *Gen.45.b.* Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum. Futura etiam prænidit. Et temporalia, sicut patuit in expositione somniorum. Et æterna, sicut dicit Apost. *Hebr.11.d.* Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.

a In manu Moysi, & Aaron] scil. Sacerdotum, & Prælatorum, qui sunt Duces Ecclesiæ. *Psal.98.* Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius. Sed isti Duces pinguedine temporalium nimia vt in pluribus excæcati sunt: Vndè cùm cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt. *Matth.15.b.* *Osee 9.c.* Ephraim educet ad interfectorem filios suos. Et benè dicit: In manu, i. exemplo operationis, non verbo. Meliùs enim ducuntur homines exemplo, quàm verbo: Pueriles enim sunt, & modo puerorum semper dicunt: da exemplum. Sed multi possunt respondere, non est paratum. Vel per Moysen, qui interpretatur aquaticus, significatur humilitas actiuorum: aqua enim naturaliter descendit. Per Aaron, qui interpretatur montanus, intelligitur sublimitas contemplatiuorum. Actiui ergo, qui humilia amant, saluabuntur per Moysen in vita sæculari. Contemplatiui, qui ardua, & defecta diligunt, saluabuntur per Aaron. Sic Christus & Ioan. simul prædicabant: Vnus trahens voluptuosos, alius sobrios, neuter tamen Pharisæos. *Matth.11.c.* Venit Ioan. neque manducans, neque bibens, & dicunt Dæmonium habet: venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, & potator vini. Talia iudicia sunt etiam hodie: Si bibit homo religiosus, dicunt: Epicurus est; si ieiunat, dicunt, hæreticus est, vel hypocrita, vel singularis & superbus.

EXPOSITIO PSALM. LXXVII.

Attendite, popule meus] Titulus. *Intellectus Asaph.* Suprà dixit Dominum fecisse mirabilia: Hic ostendit, quòd spiritualiter debent intelligi, sicut titulus ostendit. Intentio est monere populum Dei, ne spiritualibus eius beneficiis sit ingratus. Modus. Nouem sunt partitiones. In prima parte inuitat nos ad spiritualem intelligentiam, *ibi*: Attendite. In secunda nos reuocat spiritualiter ab ingratitudine, ostendens ingratitudinem Iudæorum, *ibi*: Quanta audiuimus. In tertia ostendit, quæ & qualia fecerit Dominus Iudæis in Ægypto, & in exitu de Ægypto, *ibi*: Coram patribus eorum. Cæteras partes suis locis poterimus assignare. In prima ergo parte, primò reddit audientes attentos, cùm dicit: [Attendite]. Secundò, Beneuolos, cum dicit:] popule meus. Tertiò dociles, cum dicit legem meam. Quartò humiles, & credulos, cùm dicit: Inclinate aurem vestram. Hæc quatuor necessaria sunt audientibus, scil. vt sint diligentes, vel attenti, beneuoli, dociles, & creduli verbis Magistri boni. Loquitur ergo principaliter ad populum Christianum, vt de quo mysticè intelligenda sunt, quæ in hoc psalmo de populo Iudæorum ad litteram enarrantur. Et illa narratio secundum historiam plana est: Vndè in illa non est immorandum, præcipuè cùm non principalis intentio Prophetæ sit in hoc psalmo loqui ad Iudæos; sed magis ad Christianos. Dicit ergo caput Ecclesiæ, id est, Christus ad membra sua, vel Deus Pater.

Quatuor necessaria audienti.

b Attendite.] i. diligenter, & scrutabiliter legite & audite. *c* O popule meus] Christiane. *d* Legem meam,] scil. vetus Testamentum. Legem, quæ antiquum populum quasi infirmum ligauit. Meam dicit, scil. Dei actiuè, quia ipse fecit eam, quasi dicat, Non veni legem soluere, sed adimplere, *Matt.5.b.* Et ideò attentè in ea prospicite, quod in ea occultum est: & inuenietis quòd eam impleui. Propter hoc dicit, Iudæis, de quibus etiam istud eodem modo posset exponi. Dixit, inquam. *Ioan.5.f.* Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in illis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.

Alleg.

e Inclinate] per humilitatem. *Iac.1.c.* In mansuetudine suscipite insitum verbum.

f. Aurem vestram] cordis, & corporis. *g* In verba oris mei.] Vel hoc dicit Pater, i. filij, per quem locutus sum in nouo Testamento, qui antè per nuncios loquebar in veteri Testamento. *Hebr.1.a.* Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Et sic monet, vt vtrumque Testamentum diligenter, & humiliter audiamus.

h Aperiam, &c.] Deus Pater aperuit os in parabolis exponendis, quando locutus est nobis in filio. Parabola enim, vt dicit *Ier.* est rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta collatio. *Hebr.9.c.* Quæ parabola est temporis instantis: Ergo tabernaculum, & arca, &c. de quibus ibi loquitur, Sunt parabolæ, quæ nobis exposita sunt per verbum Patris.

Quid sit parabola.

i Loquar, &c.] i. ænigmata, & obscuritates, quæ in figura contigerunt Iudæis. *k* Ab initio] temporis, vel ab initio peregrinationis eorum, vel ab exitu de Ægypto. Vel in persona Christi legitur iste versus: Aperiam, &c. secundum quod exponitur *Matth.13.e.* Hæc in parabolis locutus est Iesus ad turbas, & sine parabolis non loquebatur ad eos; vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo absconditam à constitutione mundi. [Moraliter] dicit Christus. *b* Attendite, &c.] i. pauperes & subditi, q.d. Prælati & diuites non attendunt, nec inclinant aurem *1.Tim.4.d.* Attende tibi, & doctrinæ: Attende tibi à diabolo, ab hypocrita, à peccato, ab inertia. Quidam autem, præcipuè diuites, & Prælati ita sunt attenti mundanis, quòd non possunt attendere Deo *Zach.1.a.* Non sitis sicut patres vestri, ad quos Prophetæ clamabant: & non audierunt, nec attenderunt ad me. *Zach.7.c.* Noluerunt attendere, & auertunt scapulam recedentes. *d* Legem meam] non leges Iustinianas. Lex Domini vna est, & singulariter nuncupatur, scil. charitas, qua ligantur simul Discipuli Domini Leges Iustiniani sunt plures, & diuidunt Discipulos suos, & faciunt schisma. De lege Domini dicitur in *Psalm.18.* Lex Domini immaculata conuertens animas. Lex etiam Domini dicitur tota sacra Scriptura, in quam debemus attendere tribus rationibus. Prima est propter magnitudinem periculi, quod imminet non attendentibus. *Deut.27.d.* Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius *Ps.118.* Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. *Prou.28.b.* Qui declinat aures suas, ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Secunda ratio est propter magnitudinem commodi attendentium *Luc.11.d.* Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Tertia est propter obscuritatem *Ps.17.* Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Et si quæras, quomodo debeas attendere subdit. *e* Inclinate, &c.] humiliter audiendo. *Aug.* Ostium sacræ Scripturæ humile est: qui non se inclinauerit, offendet *Eccles.5.c.* Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, *Ioan.4.b.* Puteus altus est: & in quo haurias, non habes, id est, humilitatem, quæ est hauritorium Sapientiæ. *Prou.11.a.* Vbi humilitas, ibi sapientia.

Aliter.

Moral.

Legem Domini debemus attendere triplici ratione.

g In verba oris mei] In Verba Euangelij, quæ proprio ore dixi. Vel oris mei, i. Prædicatoris, qui est os Domini. *Ier.15.d.* Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *h* Aperiam in parabolis os meum,] i. sermonem explanabo per parabolas contra illos, qui sermones suos claudunt per parabolas. Sed *Eccl.24.c.* dicitur: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Nusquam dicitur qui obscurant me. Vel per parabolam aperitur os Domini, cùm primò Prædicator ostendit in se similitudinem facti, & postea id, quod facit aliis prædicat. Hæc est bona parabola, in qua benè aperitur, & aliis manifestatur, quis sit os Domini *Matth.5.c.* Qui fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dicit ergo.

h Aperiam, &c.] quoad mores informandos, *i* Loquar propositiones ab initio] quoad fidem inferendam. Fides enim proponitur ab initio, sicut maxima in qualibet facultate proponitur quasi fundamentum, quod sustinet parietes: & probat alia, quæ sequuntur: Vndè dicit Apost. *Hebr.11.a.* Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. De his duobus, scil. de moribus & fide, *Prou.1.a.* Animaduertite parabolam, & interpretationem, quoad mores: verba sapientum, & ænigmata eorum, quoad fidem, qua videmus per speculum, & in ænigmate. Has ergo propositiones, & parabolas loquitur Christus per suos Prædicatores, & etiam per inspirationes & per Scripturas. Item modò loquitur propositiones, à principio incipiens vsque ad finem, sc. in diem iudicij sui, vel mortis cuiuslibet nostrum,

* In quo

* in quo fine non loquetur propositiones, sed conclusiones secundum quod nos sumpserimus assumptiones, *Deut.* 11. d. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Dei vestri maledictionem, si non audieritis mãdata Domini Dei vestri. Vestrum est ergo eligere assumendo bonum, vt ex propositione: & bona assumptione sequatur bona conclusio, *Deut.* 30. d. Testes inuoco hodie cœlum, & terram, quòd proposuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas. Tandem enim concludet Deus. Vnde *Ezech.* 7. f. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate.

a Quanta *b* audiuimus, *c* & cognouimus ea: *d* & patres nostri *e* narrauerunt nobis. Non sunt † *f* occultata *g* à filiis eorum, in *h* generatione altera. † *i* Narrantes laudes Domini, & † *k* virtutes eius, & *l* mirabilia eius, quæ fecit. Et *m* suscitauit testimonium in *n* Iacob: & *o* legem *p* posuit in Israël. *q* Quanta *r* mandauit *s* patribus nostris *t* nota facere ea filiis *u* suis: vt *x* cognoscat

[al. † abscondita. al. † annunciantes. al. † potentias. Litter.]

a Quanta audiuimus.] Secunda pars, vbi ostendens ingratitudinem Iudæorum, nos reuocat ab ingratitudine. Et suprà locutus est caput Ecclesiæ Christus; hic autem loquuntur membra, scilicet, fideles, in quo innuitur, quòd eadem est vox capitis, & membrorum. Dicunt ergo admirantes, Quanta audiuimus, quasi dicat multa, & magna. *c* Et cognouimus ea] vera esse. *d* Et,] pro quia, patres nostri antiqui, sicut Moyses, & successores. *e* Narrauerunt nobis] per sua scripta. *i* Narrantes laudes Domini] id est, opera eius, ex quibus laudari debet, scilicet, quomodo eduxit Israël de Ægypto, & traduxit per mare rubrum, &c. Et secundum hoc ista literalis expositio plana est, nec indiget prosecutione. Vnde de spiritualibus magis mysticè exponamus. Dicunt fideles.

[Mystic.] *a* Quanta] id est, multa, & magna. *b* Audiuimus] de Christi miraculis, & mirabilibus fidei. *c* Et cognouimus ea per fidem. *d* Et patres nostri] Apostoli, & eorum successores: de quibus in *Psal.* 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.

e Narrauerunt nobis] quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, *f* Non sunt occultata] illa Christi miracula. *g* A filiis eorum.] id est, ab imitatoribus eorum. Quod dupliciter verum est: quia nec Apostoli occultauerunt ea illis: nec illi audita occultauerunt aliis: vnde addit. *h* In generatione altera.] Quod etiam in Iudæis verum fuisse comprobatum est in inuentione S. Crucis Iudas enim audierat à patre suo, quòd quęrendum esset lignum Crucis, & locum etiam designauerat ei pater: & illi patri eius idem reuelauerat pater eius, sicut in legenda illa manifestè dicitur. Sic etiam apud Christianos doctrina Apostolorum, & fides de generatione in generationem docetur, Vel, in generatione altera, id est, contraria, sicut Gentibus, quæ ritum contrarium habebant: quibus Apostoli prædicauerunt, & annunciauerunt, quod illi non audierant de Christo. Vnde Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis: Quoniam repulistis verbum Dei, ecce conuertimus nos ad Gentes. *Act.* 13. g. Ita dixi, quòd narrauerunt Patres dico, *i* Narrantes laudes Domini,] id est, opera laudabilia, vnde addit. *k* Et virtutes eius] id est, opera virtuosa. Vel, virtutes, id est, humilitatem, charitatem, paupertatem, & huiusmodi. *l* Et mirabilia, &c.] scilicet, miracula. Et commendatur hîc Trinitas, quòd dicit, laudes, ad Spiritum sanctum refertur, quia sola bonitas laudabilis est, id est, Spiritus sanctus per appropriationem. Quòd dicit, virtutes, ad Patrem refertur, quia sola potentia est virtuosa, quæ Patri attribuitur. Quòd dicit mirabilia, ad Filium refertur, quia solus Filius vocatur admirabilis. *Isa.* 9. b. Paruulus natus est nobis, &c. & vocabitur nomen eius admirabilis, &c. *m* Et suscitauit, &c.] id est, in congregatione fidelium, qui luctantur contra diabolum, & supplantant eum. His suscitauit testimonium Apostolorum, qui fuerunt testes miraculorum, & Resurrectionis Christi, *Act.* 4. g. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Christi Iesu Domini. Et *Act.* 1. d. Oportet testem Resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Hoc dixit Petrus in electione Matthiæ. *o* Et legem] Euangelicam. *p* Posuit in Israël id est, in Ecclesia, quæ dicitur Iacob, propter bonos mores, quibus supplantat diabolum. Et dicitur Israël, propter fidem, qua videt Deum. Lex Euangelica est, dilectio Dei, & proximi. *Matt.* 22. d. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. *Rom.* 13. Plenitudo legis dilectio. Et hanc legem dedit Apostolis, vnde addit. *q* Quanta] id est, valdè magna, & digna. *r* Mandauit,] id est, præcepit. *s* Patribus nostris] id est, Apostolis, *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et 15. c. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Et *ibid.* b. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c.

t Nota facere,] quia non tantum pro se, sed pro nobis acceperunt legem illam, & mandata. Hoc est, quod dicit: Nota facere, id est, vt illa nota facerent. *u* Filiis suis] quos per Euangelium in Christo genituri erant. Vnde dicit *Ioan.* 1. b. Quod vidimus, & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum. Et 2. *eiusdem*, b. Iterum mandatum nouum scribo vobis, &c. *Et* 4. b. Charissimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est, quæ, videlicet, ab ipso præcipitur & ab ipso cordibus infunditur. Ideò, s. nota facere. *x* Vt cognoscat generatio altera,] s. ipsi filij, vel filij filiorum. Vnde subiungit [In prologo Biblia, c. 6.]

a Quanta audiuimus.] Hoc non possunt dicere quidam; qui parum, vel nihil audierunt; tamen se ingerunt ad docendum etiam sacram Scripturam. Vnde dicit *Ieron.* Hanc vniuersi præsumunt, lacerant, & docent, antequam discant. Et quia quidam audiunt, & non intelligunt, subdit. *c* Et cognouimus ea.] Cato: Audire, vel legere, & non intelligere est, 1. *Tim.* 1. b. Non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *Ieron.* Quadam facilitate verborum, immò audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Sed quia etiam quidam audiunt, & intelligunt ab hæreticis, vel stultis magistris, benè subiungit. *d* Et patres nostri, &c.] Patres, scilicet, maturitate, & moribus, & diligentes. *Iob* 15. a. Quid nosti, quod ignoremus: & quid intelligis, quod nesciamus? & senes, & antiqui sunt in nobis multò vetustiores, quàm patres tui: sic dicunt hæretici Ecclesiæ. *e* Narrauerunt nobis.] *Eccl.* 8. b. Ne despicias narrationem. Et *ibid.* 6. d. In multitudine Presbyterorum prudentium sta; & sapientiæ eorum ex corde coniungere: vt omnem narrationem Dei possis audire. *f* Non sunt, &c.] qui eos audiunt. *h* In generatione altera,] qui libros eorum, & scripta relegunt. Hoc est contra quosdam Magistros; & Prædicatores, qui in lectionibus, & prædicationibus, & scriptis abscondunt Sapientiam in decore suo. Sunt autem quidam, qui narrant somnia, & fabulas: Vnde contra eos addit.

i Narrantes, &c.] non suas proprias, *Ier.* 23. e. Qui habet somnium, narret somnium; & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. Sunt autem multi, qui libentiùs audiunt fabulas: quàm laudes Dei. 2. *Tim.* 4. a. Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad desideria sua coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur. Multi etiam libentiùs audiunt vituperationes aliorum, quàm laudes Dei, vt detractores. *k* Et virtutes eius.] 1. *Pet.* 2. b. Vt virtutes eius annuncietis, qui de tenebris vos vocauit. Sed multi libentiùs audiunt narrari virtutes proprias, quàm virtutes Dei: quia adulationibus plus, quàm sermonibus delectantur. *Isa.* 30. c. Loquimini nobis placentia, 3. *Reg.* 22. b. Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. *l* Et mirabilia, &c.] non quæ fecerunt ipsi. Contra quosdam qui volunt videri mirabiles per inanem gloriam: contra quod dicit *Psal.* 130. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Non autem tantùm narrare debent, sed mirabilia eius opera imitantes debent eius testes fieri. Vnde addit. *m* Et suscitauit testimonium,] id est, iterato facit esse martyrim. *n* In Iacob,] id est, in actiuis, quia tota die pro Christo, & cordis martyrium, & corporis laborem sustinent, 1. *Cor.* 15. d. Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres. *o* Et legem posuit in Israël] id est, in contemplatiuis, quos lex amoris ligat. Posuit, inquit, quasi ad pausandum, non suscitauit, vt dictum est de actiuis, *Cant.* 2. b. 3. b. 8. a. Ne suscitetis, neque euigilare faciatis Dilectam, donec ipsa velit: quasi dicat: aliquando volet. Tunc enim suscitatur Dilecta, & lex amoris, quando ad agrum prędicationis exit, *Cant.* 7. d. Egrediamur in agrum, commoremur in villis. Ad hæc autem tenentur Prælati, vt subditis ostendant exemplum operis, & affectum amoris: Vnde sequitur. *q* Quanta, &c.] Plura enim præcepit Prælatis, quàm subditis.

t Nota facere ea] non verbo tantùm, sed opere: sicut enim non cognoscitur homo cùm nominatur tantùm: sic nec virtus nisi opere, quasi manu, vel digito, ostendatur. *Iac.* 2. c. Ostende mihi fidem tuam sine operibus; & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam; quasi dicat, tu non potes; sed ego possum. *u* Filiis suis] id est, subditis, & imitatoribus. *x* Vt cognoscat

Mystic. ⊖ iungit. *b* Filij, qui nascentur,] in Baptismo ex aqua, & Spiritu sancto. *c* Et exurgent ad amorem cœlestium, & in profectum virtutum, & altitudinem vitæ.

d Et enarrabunt filiis suis,] instruentes neophytos in fide, & moribus hoc fine. *f* Vt ponant in Deo,] vero, non in legalibus obseruantiis, vt Iudæi, non in idolis, vt Gentiles.

a generatio altera. Filij, *b* qui nascentur, *c* & exurgent: *d* & narrabunt filiis *e* suis. Vt *f* ponant in Deo *g* spem suam, *h* & non obliuiscantur operum Dei: *i* & mandata eius exquirant. *k* Ne fiant sicut patres eorum, *l* generatio praua, *m* & † exasperans. *n* Generatio, quæ non direxit cor suum: *o* & non est creditus cum Deo spiritus eius. *p* Filij † Ephrem *q* intendentes, *r* & mittentes

al. † amaricans.
al. † Ephraim

g Spem suam.] Et notantur hic tres virtutes Theologicæ. Primò Spes, cùm dicit. Spem suam. Secundò Fides, cùm addit. *h* Et non obliuiscantur operum Dei,] scilicet, creationis, & recreationis, & iudicij, hæc recolit fides. Tertiò Charitas, cùm subiungit.

i Et mandata eius exquirant,] id est, ex amore quærant, & impleant, vt fides per dilectionem operetur, *Gal.* 5. b. In his ergo tribus debent instrui, & ad ista debent admoneri, vt hæc in se habeant. *k* Ne fiant, &c. [carnales scilicet, sicut Iudæi, & Gentiles, à quibus secundum carnalem generationem descenderunt spirituales filij Ecclesiæ, Patres dico.

l Generatio praua,] vel ne fiant generatio praua veritatem respuendo. *m* Et exasperans] Deum crucifigendo, quantum ad Iudæos: & idola colendo quantum ad Gentiles, qui prouocauerunt Deum in Diis alienis. *Ezech.* 2. d. Noli esse exasperans sicut domus Israël exasperans est. Si autem sint exasperantes, similia eis contingent, qualia illis contigerunt. *Rom.* 11. c. Si enim naturalibus ramis non pepercit, ne fortè, nec tibi parcat. Et ostendit, quod hæc mala generatio patrum carnalium non habuit illas tres virtutes præmissas, scilicet, Fidem, Spem, & Charitatem. Vnde dicit. *n* Generatio, &c.] per spem æternorum, sed incuruauit ad terrena, 1. *Tim.* 6. d. Non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. *o* Et non est, &c.] per fidem. Et vt dicitur in *Glos.* expressiùs est hoc dictum, quàm si dixisset: non credidit Deo spiritus eius: quia notat cooperationem Dei nobiscum, sine qua nullum bonum meritorium possumus facere. Tertiò ostendit, quod veram charitatem non habuerunt, vnde dicit. *p* Filij Ephrem, vel Ephraim sicut habet *Ieron.* id est, Iudæi. *q* Intendentes, & mittentes ⊖ arcum

Moral. * tali ostensione. *a* Generatio altera,] id est, etiam mali, qui non sunt subditi, vel imitatores, 1. *Pet.* 2. c. Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, vt in eo, quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum: Hæc autem cognitio augmentabitur. Quia *b* Filij, qui nascentur, &c.] Et notanda sunt hic quinque. Primò necesse est, vt sint filij per fidem, *Ioan.* 1. a. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Secundum est nasci, id est, in lucem prodire per scientiam, 1 *Pet.* 2. a. Sicut modò geniti infantes lac concupiscite, scilicet, simplicem doctrinam. Tertium est proficere in moribus: quod notatur, quãdo dicit. *c* Et exurgent] scilicet, à peccato, & torpore ad bona opera, & sanctos mores, *Rom.* 13. c. Hora est iam nos de somno surgere. Et hoc tertium benè sequitur post secundum: quia opus, & vita debet sequi ex scientia: vnde 1. *Pet.* 2. a. cum dixisset: Lac concupiscite, addit: vt in eo crescatis. Post scientiam autem, & vitam, optimè sequitur quartum, scilicet, prædicatio: quod notatur, cùm dicit.

Quinque requiruntur ad enarrandum opera Dei.

d Et narrabunt,] id est, extrà prædicabunt. *Tob.* 13. a. Ideò dispersit vos inter Gentes, quæ ignorant Deum: vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Ex his sequitur quintum, scilicet, fructus animarum in populo, vnde addit.

e Filiis suis,] 1. *Cor.* 4. d. Per Euangelium ego vos in Christo genui. *Eccl.* 3. a. Deus enim honorauit Patrem in filiis. Nunc econtrario non sunt filij, qui patres non habent, id est, nulli obediunt: nec nascuntur de scholis, qui scholas non intrant: nec exurgunt, qui se præcipitant in baratrum vitiorum: nec enarrant, qui muti sunt. *Isa.* 56. d. Canes muti non valentes latrare:] nec filios generant, qui non habent vim generatiuam. *f* Vt ponant in Deo spem suam.] Iste versus eodem modo potest exponi hic, sicut suprà expositus est de tribus virtutibus. Vel sic: Vt ponant in Deo spem suam, Tria sunt notanda, & facienda. Primum est ponere spem in Deo, sicut anchoram. *Heb.* 6. d. Certissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam nobis propositam spem. Secundum est non esse ingratum, cum dicit.

h Et non obliuiscantur operum Domini.] Sed multi faciunt. sicut pincerna Pharaonis, qui succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui, *Gen.* 40. d. *Eccl.* 9. d. Inuentus est vir sapiens & pauper, id est, Christus, qui liberauit vrbem, id est, mundum per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. *Isa.* 57. a. Iustus perit: & non est qui recogitet in corde suo. Tertium est non cessare à studio non † friuolarum, sed mandatorum, vnde addit. *al.* † fabularum.

i Et mandata eius exquirant.] *Psalm.* 118. In toto corde meo scrutabor mandata tua.

k Ne fiant sicut patres eorum,] scilicet, Adam, & Eua.

l Generatio praua,] in faciendo peccatum.

m Et exasperans] in excusando. Vnde habet litera *Ieron.* Et non sint, &c. De patribus habetur *Gen.* 3. c. quòd declinauerunt à mandato Domini comedendo de ligno vetito, & quòd prouocauerunt eum excusando. Vnde dixit Adam: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: & mulier dixit: serpens decepit me. Vel patres peccatorum sunt, quicunque dant aliis occasionem peccandi. Fiunt generatio praua id est, inutilis, declinando à bono: & exasperans, faciendo malum. Vel hoc dici potest contra supercilium Pharisæorum, hoc est Prælatorum, & Sacerdotum hypocritarum. Ne fiant subditi sicut patres eorum, id est, Prælati, Generatio praua per peccatum, quod facit: & exasperans, per hypocrisim, & falsam sanctitatem, quam prætendunt. *Iob.* 36. b. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei.

n Generatio, &c.] Omnis peccator non dirigit cor, sed ad infimam delectationem inclinat. *Psal.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde, &c. Et hypocritæ licet quandoque habeant manus rectas, id est, opera bona; tamen non dirigunt cor ad æternam retributionem; sed obliquant illud ad vanam gloriam vnde optimè subdit.

o Et non est, &c.] Credere enim videtur Deo pecuniam suam præbens aliquas eleemosynas. Item corpus suum per ieiunia, & disciplinas, sed spiritus eius, &c. sed mundo per vanam gloriam: quam eius spiritus quærit: & ideò spiritus eius non est rectus. *Psal.* 50. Spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Religiosi credunt Deo { Pecuniam per votū paupertatis. / Corpus, per votum castitatis. / Spiritum, per votum obediētiæ.

Et benè dicitur, quòd credunt: quia ipse cum multo fœnore reddet eis. Pro transitoriis enim, quæ relinquunt, reddet eis æternas diuitias: pro afflictione corporis, reddet eis quatuor dotes corporis: pro subiectione spiritus sub obedientia, reddet eis tres dotes animæ in libertate gloriæ filiorum Dei. *Matt.* 19. d. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. De multis autem possumus videre, quòd non est creditus cum Deo spiritus eorum; sed potiùs cum mundo creditus, & contra Deum coniuratus: quia totis viribus defendunt vitam sæcularem, & præbendarum, & beneficiorum multitudinem: & Christi paupertatem in suis imitatoribus impugnant. Sed dicitur *Ezechiel* 30. b. Corruent fulcientes Ægyptum. *Matth.* 3. b. Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Multi Clerici sunt progenies viperarum: fœtus enim viperæ interficit matrem, quando nascitur, quia mater crepat: Et multi ex quo nati sunt in Ecclesia, persequuntur matrem Ecclesiam, & Christum Patrem, & quantum in ipsis est, interficiunt. Vnde & benè dicit: Generatio. Nec addit hominum, vt intelligatur viperarum. Et propter hoc benè addit.

p Filij Ephrem, & cætera.] Filij Ephrem sunt Clerici, qui sunt vberiores, & ditiores, quàm alij. Ephrem enim interpretatur auctus, vel crescens, siue fertilis, aut fœcundus. In spiritualibus autem deberent ista habere, vt essent aucti per gratiam capite tangentes cœlos. *Sap.* 18. c. Vsquequo ad cœlum attingebat stans in terra. *Num.* 13. d. Ibi vidimus monstra quædam de genere Giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Laici non deberent esse, nisi quasi locustæ, respectu Clericorum. Item debent esse crescentes per bonorum operum multiplicationem, fertiles per doctrinam, fœcundi per bonum exemplum. Sed hi.

p Filij Ephrem. *q* Intendentes] per studium.

r Et mittentes,] id est, remittentes per dissolutionē operis.

* Arcum

Mysticè. a arcum] id est, tempore prosperitatis, quando liberabat eos Dominus ab hostibus, promittentes se mandata eius seruare: Sicut ille, qui tendit arcum, & parat sagittam ad mittendum, promittit se pugnaturum. Tales, inquam non sicut promiserunt fecerunt: Sed b Conuersi sunt in fugam, vel in adiutorium hostium in die belli. Prosequitur similitudinem balistarij, & tendentis arcum. Et est idem, ac si dicat quando erat opus, quòd facerent mandata Dei; sicut promiserant tunc deficiebant, & potiùs contraria faciebant: in quo benè ostenditur, quod charitatem non habebant: quia charitas omnia sustinet, 1. *Cor.* 13. c. Hanc autem similitudinem, quam posuit de tendente arcum, & conuerso in die belli, exponit, cum subiungit. d Non custodierunt Testamentum Dei.] *Ieronymus* habet: Pactum Domini Dei sui, quasi dicat, non fecerunt, quod promiserunt, & pepegerunt. f Et in lege eius] etiam Mosaica. g Noluerunt ambulare, quia etsi quandoque ambulauerunt timore pœnæ, facientes præcepta legis; non tamen voluerunt ambulare: quia quasi coacti timore & non ducti amore Dei faciebant illa. Hoc etiam de nouo Testamento, & lege Euangelij potest dici.

a arcum: b conuersi sunt in c die belli. Non d custodierunt e testamentum Dei: f in lege eius, g noluerunt ambulare: h Et obliti sunt † benefactorum eius: i Et mirabilium eius, quæ ostendit eis. k Coram patribus eorum l fecit mirabilia in terra Ægypti: in m campo Thaneos.

al. † *beneficiorum.*

d Non custodierunt] Iudæi:

e Testamentum Dei] nouum: quia Christo non crediderunt.

f Et in lege eius noluerunt ambulare] facientes ea, quæ Euangelium præcipit & consulit. Item hæretici non custodierunt Testamentum vetus Dei, non Moysi. Et in lege eius veteri vel noua noluerunt ambulare credendo, *Isa.* 2. a. De Sion exibit lex, id est, Ecclesia. Tandem manifestat Iudæorum ingratitudines dicens: h Et obliti sunt benefactorum eius] quæ fecit eis educendo eos de Ægypto, & deducendo per mare rubrum, per desertum, per medium Iordanis. Hæc fuerunt beneficia & mirabilia. Vnde addit. i Et mirabilium eius, quæ ostendit eis,] in prædictis. Vel de Christi miraculis & beneficiis, quæ in carne eis exhibuit, potest legi similiter. Quia Iudæi. h Obliti sunt benefactorum eius:] de quibus *Marc.* 7. d. Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. i Et mirabilium eius, quæ ostendit eis.] Hæc duo benè in Christo iunguntur; quia eius opera erant beneficia, sc. vtilia & mirabilia simul. Multi enim faciunt opera bona; non tamen mirabilia: Antichristus etiam & sui facient mirabilia; sed non bona, vel benè facta: quia nociua erunt. Sed hæc omnia obliti sunt Iudæi, quādo Dominum crucifigi fecerunt, & quando eum persequebantur, reddentes malum pro bono. Vnde dicit eis, *Ioan.* 10. f. Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo; propter quod eorum opus me lapidatis? *Ier.* 18. d. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ?

Moraliter. a Arcum] sacræ Scripturæ, de quo *Iob* 29. d. Arcus meus in manu mea instaurabitur, id est, in operatione.

b Conuersi sunt in fugam. c In die belli,] id est, tentationis. *Ier.* 46. a. Vidi ipsos pauidos & terga vertentes: fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt. Item.

b Conuersi sunt] ad inimicorum auxilium, siue Tyrannorum, siue dæmonum.

c In die belli] id est, quando illi impugnant Ecclesiam. *Thren.* 1. b. Facti sunt hostes eius in capite. *Cant.* 1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. d Non custodierunt Testamentum Dei, vel pactum Domini Dei sui] secundùm *Ieron.* illud scilicet pactum: de quo *Malac.* 2. a. Pactum meum cū Leui vitæ & pacis. Per Leui, cuius Tribus ministrabat in tabernaculo Domini, intelliguntur Clerici, cum quibus est Domino pactum vitæ, quantum ad se: & pacis quantum ad proximum & ad Deum. Debent sicut promittunt, cum recipiunt ordines, esse honesti vita & conuersatione: debent nihilominus pacificare Deo populum peccatorem, sicut, promittunt, quando recipiunt curas & beneficia. Constituunt enim se mediatores inter Deum & populum. Vnde *Prou.* 6. a. Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus: Fac ergo, quod dico tibi: discurre, festina, suscita amicum tuum. Discurre, scil. modò ad Deum orando pro peccatis populi, modò ad populum arguendo eos de peccato & prouocando ad pœnitentiam. Hoc ergo pactum vitæ & pacis non custodierunt: quia nec vita sunt honesti, nec populum reconciliant Creatori. *Ierem.* 11. a. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti eius, quod præcepi patribus vestris. Et posset aliquis excusare eos, quòd hoc faciunt ex ignorantia, vel fragilitate: Vnde ostēdit, quòd hoc faciunt magis ex malitia, cùm subiungit: f Et in lege eius noluerunt ambulare.] Non dicit: nescierunt, vel non potuerunt, quod est malitia. De hac trāsgressione Clericorum & Prælatorū, quæ ex malitia procedit, dicit *Ierem.* 5. a. Indurauerunt facies suas supra petram: & noluerunt reuerti. Et ostendit, quòd hoc de Clericis, & Prælatis verum sit, suadens. Ego autem dixi: forsitan pauperes sunt, & stulti, & ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui: Ibo ergo ad optimates & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui: Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Et *inf.* g. Magnificati sunt & ditati, incrassati sūt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessimè, quasi dicat: magnificati sunt honoribus, & dignitatibus, & ditati sunt scientia & eloquentia; incrassati enim carnibus, impinguati possessionibus præterierunt sermones: malè, peiùs, pessimè. Malè, per præuaricationem mandatorum & pactorum. Peiùs per ingratitudinem beneficiorum: Pessimè per pœnitentiam peccatorum. Et hæc omnia hic notantur: Non custodierunt Testamentum Dei: Ecce, quòd præterierunt sermones Domini. Et in lege eius noluerunt ambulare: Ecce malè per transgressionem mandatorū. Et obliti sunt benefactorum eius: Ecce peiùs per ingratitudinem beneficiorum. Et mirabilium eius, quę ostendit eis: Ecce pessimè, per impœnitentiam peccatorum. Mirabilia enim, quæ iam fecit Dominus puniendo peccatores quosdā; quosdā autē expectando ad pœnitentiam, deberent nos prouocare ad pœnitentiam. Sed quid est, quòd hic dicit. In lege ambulare? Lex enim ligat, & est vinculum: quomodo ergo potest esse via? Solutio. Animali graui, & non alato, non alia est via per aëra ad cœlū nisi trahi funibus. Vnde dicit per *Oseam* 11. b. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Hæc est noua lex, quæ ligat animam, & Deo adhærere facit: Funes autem contrarij ad infernum trahunt, *Psal.* 18. Funes peccatorum circumplexi sunt me, *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum suorum constringitur impius: Ipse morietur, quia non habuit disciplinam.

h Et obliti sunt benefactorum eius:] Non obliuiscuntur malefactorum hominum. Hæc est ars, quam nullus obliuiscitur, scil. malefacere, vel reddere malum pro malo, licet Dominus hoc præcipiat obliuisci, *Leuit.* 19. d. Nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

i Et mirabilium eius, quæ ostendit eis,] id est, misericordiarum eius, quas ostendit eis mirabiliter tamdiu expectans eos ad pœnitentiam. *Rom.* 2. a. Ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *Psal.* 16. Mirifica misericordias tuas. *Psal.* 30. Mirificauit misericordiam suam mihi.

k Coram patribus eorum.] Tertia pars, in qua ostendit, quæ & qualia mirabilia fecerat Dñs Iudæis in Ægypto, & in exitu de Ægypto, & post exitū in mari & in deserto. Primo ergo ostendit illa, quæ fecit in Ægypto assignans regionem: Vnde dicit Coram patribus eorum, scilicet, huius generationis prauæ, id est, coram Moyse & Aaron, & aliis fecit mirabilia in terra Ægypti. Et assignat etiam locum, cum subiungit. *Literaliter.*

m In campo Thaneos,] id est, in planitie il-
A lius ciui-

k Coram patribus eorum] scil. coram Patribus noui Testamenti, Christus. *Allegoricè.*

l Fecit mirabilia] id est, miracula.

m In terra Ægypti,] i. in mundo. n In campo, &c.] quod
A interpretatur

k Coram patribus, &c.] Moraliter de peccatoribus, qui rursus crucifigunt Iesum, quantum in se est. *Heb.* 6. a. Rursus crucifigentes filium Dei, &c. Et in hos vindicat Dominus sæpe in conspectu patrum carnalium, qui eos non correxerunt, & in peccatis genuerunt; vt sic vna pœna vtrique puniantur, scilicet, filij & parentes. Vnde dicit: Coram patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, id est, in mundo facit Dominus mirabilia, quando affligit peccatores decē plagis conscientiæ pro trāsgressione decem mandatorum. Quod benè fit coram patribus eorum: ad literam: quia propter peccata patrum, quæ imitantur filij, puniūtur ipsi filij videntibus patribus vt & ipsi patres per hoc puniantur. *Exod.* 20. a. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam & quartam generationem. Hoc etiam bene fit. *Moraliter.*

n In campo Thaneos] quæ interpretatur mundans hu-
* militatem

† *a* Interrupit mare, & *b* perduxit eos: *c* statuit aquas, *d* quasi in † vtre. † Et *e* deduxit *f* eos in nube diei: *g* & tota nocte in *h* illuminatione ignis. † *i* Interrupit petram in *k* Eremo: *l* & adaquauit eos † *m* velut in abysso multa. Et *n* eduxit aquam de *o* petra: & *p* deduxit *q* tanquã

al. † nam qui dirupit mare & traiecit.
al. † vtres.
al. † qui eduxit.
al. † Qui dirupit in deserto petram
al. † sicut.

Literaliter. Δ lius ciuitatis. Secundò enumerat beneficia, quæ fecit eis in exitu de Ægypto. Primum fuit diuisio maris rubri. Vnde dicit: *a* Interrupit mare.] id est, diuisit. *b* Et perduxit eos.] id siccum. Secundum fuit consolatio aquarum Vnde addit. *c* Et statuit aquas, quasi in vtre] vt, scilicet, nõ effluerent, sed firmę essent, sicut est aqua in vtre. Tertium fuit protectio nubis, vnde dicit: *e* Et deduxit, id est,] extrà duxit. *f* Eos in nube diei,] id est, de die genitiuus pro ablatiuo more græco. Vel, in nube diei,] quia protegebat eos ab æstu & feruore diei. Quartum fuit illuminatio de nocte, vnde subdit: Et tota nocte in illuminatione ignis. Tertiò ostendit mirabilia, quæ fecit in deserto, cùm subinsert. *i* Interrupit petram in Eremo.] Hoc factum fuit, *Exod. decimo septimo* b. Quando aquas dedit petra, ac si rupta esset. Et commendat hoc specialiter ab abundantia dicens: *l* Et adaquauit eos, &c.] id est, velut in aquis profũdissimis. Profunda enim aqua dicitur abyssus, quasi sine basi, id est, sine fundo. Et exponit, quod dixerat: Interrupit petram, cum subiungit: Et, pro, id est, eduxit aquam de petra. Secundò commendat à continuatione, dicens: *p* Et deduxit non tantùm eduxit, vt semel biberent sed deduxit post eos quocunque ibant, non in penuria, sed. *q* Tanquam flumina aquas,] 1. *Corinth.* 10. a. Consequente eos petra Posteà ostendit eos fuisse ingratos. Primò in hoc, quod non crediderunt. Vnde dicit: Δ Et appositione

Allegoricè. A interpretatur mandatum humilitatis. Hoc est ergo dictum, quòd mirabilia fecit dans eis apertum exemplum humilitatis, quam ipse mandabat & præcipiebat, *Matth.* 11. d. discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Ioan.* 14. b. Si ergo laui pedes vestros Dominus & Magister; & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis: ita & vos faciatis.

a Interrupit mare & perduxit eos, &c.] Dominus per aquas maris fecit viam ad terram promissionis, quando per Baptismum fecit viã ad patriam. Et in aquis Baptismi submerguntur Ægyptij id est, peccata. 1. *Cor.* 10. a. Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. *Isa* 43. c. Qui dedit in mari viam & in aquis torrentibus semitam.

e Et deduxit eos in nube diei.] Dies est Christ[us], nubes est eius caro. *Isa.* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem in qua exemplum eis præbuit, quo deducerentur per vias rectas. *g* Et tota nocte in illuminatione ignis] id est, virtute Deitatis, quæ per ignem intelligitur, dedit eis virtutem, vt in aduersis non deficerent. Vel sic: Dies erat eis quamdiu Sol iustitiæ Christus corporaliter erat cum eis, nox autem quando corporalis eius præsentia recessit ab eis. Est ergo sensus.

e Deduxit eos in nube diei] i. in corporali præsentia ante Passionem. *g* Et tota nocte,] id est, post passionem.

h In illuminatione ignis.] Spiritus Sancti, quem misit eis in specie ignis: *Act.* 2. a. de quo dixerat eis, *Ioan.* 16. b. Si abiero, mittam eum ad vos.

i Interrupit petram] Hæc petra Christus est. De qua 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Christus. Hanc petram interrupit Dominus in Eremo huius mundi, quando per mortem separauit animam à corpore. Vel interrupit per vulnerũ scissionem. *l* Et adaquauit eos, velut in abysso multa,] quia dum illius mortis & interruptionis memorantur fideles, ab eis debet exire abyssus lachrymarum, & toti deberent defluere in lachrymas. *Thre.* 3. c. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis, memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. *Ieronymus.* Quis potest transire siccis oculis, quod lancea latus aperuit Saluatoris. *n* Et eduxit aquam de petra,] quia de latere aperto, exiuit aqua Baptismi cũ sanguine Testamenti æterni. *Ioan.* 19. f Exiuit sanguis & aqua. Et hæc aqua non deficit: Quia. *p* Deduxit tanquam flumina aquas]

Ioan. 4. *d.* Flumen. n. descendens de fonte nõ siccatur: Et hæc aquã à Christo nobis data nõ siccatur; sed fit fons aquæ salientis Λ in vitam

Moraliter. * militatem, in potestate Dei, quia mandat humilitatem, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sed potenti manu Dei, qui videlicet superbos & inobedientes potenter potest punire. Humiliamini, vt non murmuretis ad flagella Domini, 1. *Cor.* 10. c. Non murmurraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore. *a* Interrupit mare,] i. mũdũ, qui integer videtur in diuitibus, qui videtur cõtinua prosperitate gaudere. Sed Dñs hoc mare interrupit quando immittit eis tribulationẽ. *Exod.* 14. c. Cùm extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit illud in siccum. *b* Et perduxit eos] ad se, id est, per violentiam adduxit eos] ad se, id est, per violentiam adduxit. *Luc.* 14. e. Compelle intrare, vt impleatur domus mea. *Psalm.* 82. Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum, Domine. Et *Psalm.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, posteà accelerauerunt. *c* Et statuit aquas,] deliciarum mundi.

d Quasi in vtre,] id est, restrinxit eas. *Psal.* 32. Congregans sicut in vtre, aquas maris. *Eccl.* 39. c. In verbo eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illis, sicut exceptoria aquarum, id est, vtres. Aqua malè terminabilis est proprio termino, id est, concupiscentia, siue deliciæ; sed vter, id est, pellis morticina, scilicet, cogitatio mortis compescit eam. Vnde *Ieronymus*: Facilè contemnit omnia qui semper se cogitat moriturum. *Eccl.* 25. d. Non des aquæ tuæ, id est, carni, vel sensualitati veniam prodeundi. Nõ autem quandoque omnem prosperitatem aufert Dominus homini, ne cadat in desperationem; sed dimittit ei aliquam prosperitatem, & in ipsa tribulatione immittit consolationem. Hoc est, quod sequitur: Et deduxit eos in nube diei,] quasi dicat non totum dei fulgorem abstulit; sed illum obnubilauit nube terroris, ne præsumerent, vel etiam obliuiscerentur Deum. *In Prolog. Biblia. cap.* 8.

g Et tota nocte] id est, in aduersitate eduxit de mundo, de carne, de peccato. *h* In illuminatione ignis] i. consolatione Spirit[us] sancti, vt spem haberent in Deo. Et ideò bene dixit, deduxit, quasi per viam rectam, vt non declinarent ad dexteram in prosperis eleuati, nec ad sinistram in aduersis depressi; sed secundum quod habetur, *Matth. vigesimosexto* a Facto vespere aduersitatis dicerent: serenum erit; rubicundum enim est coelum: & mane prosperitatis dicerent: hodie tempestas erit; rutilat enim triste cœlum. Per tribulationem autem commouentur ad compunctionem; vnde addit. *i* Interrupit petram,] id est, duritiam cordis. *k* In Eremo] id est, in peccatore infructuoso pleno feris & monstris peccatorum, *Eccl.* 3. d. secundum aliam: literam: Cor durum baculo percute, scilicet, tribulatione vel etiam dura reprehensione, vel aspero sermone. Sed sicut non sufficit vnus ictus ad rumpendum lapidem, vel vas formãdum: sic nec vnus sermo ad duritiam cordium edomandam & mores informandos Vnde dicit Apostolus 2. *Tim.* 4. a. Prædica verbum, insta opportunè, importunè argue, increpo, obsecra. Hoc etiã dicit de se fecisse. *Act.* 20. f. Vigilate memoria retinentes, quoniã per trienniũ nocte & die nõ cessaui cũ lachrymis monens vnumquemque vestrum. Similiter nec vna tribulatio quandoque sufficit. Vnde dicit. *Ps* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, &c.

l Et interrupta petra [adaquauit eos] id est, aquis lachrymarum refecit eos. *Ps.* 101. Potum meum cum fletu miscebam à faciæ iræ indignationis tuæ. Et hoc.

m Velut in abysso multa.] quasi dicat, satis habent, vnde flere deberent: quia cor peccatoris vere est abyssus multa. *Ier.* 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. Hoc autem adhuc manifestiùs dicit, cùm subiungit.

n Et eduxit aquam] lachrymarum. *o* De petra] id est, de duro corde *p* Et deduxit tanquam flumina aquas. Aquæ fluminis abundantes sunt, quia iugiter fluunt & dulces sunt: sic lachrymæ peccatoris pœnitentis debent abũdanter & iugiter fluere. *Psal.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: qui non custodierunt legem tuam. *Thren.* 2. f. Deduc quasi torrentem lachrymas, per diem & noctem non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui Sunt etiã dulces & suaues. Vnde de B. *August.* cantatur, & *in lib. confess.* legitur, quòd flebat vberrimè & fluebant lachrymæ, & benè illi erat cum eis. *Exod.* 17. b. Percuties petrã: & exibit aqua & ex ea. *Num.* 20. b. Percutiens Moyses virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimè. Moyses, Prædicator: Virga, Crux: silex siue petra, cor peccatoris: aquæ, lachrymæ quibus ardor concupiscentiæ refrigeratur. *Eccl.* 23. c. Anima calida, quasi ignis ardens, & nõ extinguetur, donec aliquid glutiat, sc. aquã quæ propriè glutitur. Sunt autem multi duriores, quam petra: quia nec martello verbi Dei, nec malleo tribulationis potest frangi eorum duritia. *Ierem.* 5. a. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos: & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.

* Vnde

Literal. A a Et appoſuerunt adhuc peccare ei.] id eſt; contra eum. Non dicit, quo genere peccati, vt intelligatur antonomaſticè peccatum infidelitatis: Sicut *Ioann.* 16. b. Arguet mundum de peccato: Quod poſtea exponit, dicens: De peccato, quia non crediderunt in me. Secundò, quia Deum ad iracundiam prouocauerunt, Vnde dicit: c In iram excitauerunt Excelſum,] nõ credentes Deũ poſſe difficilia ſibi facere. Et aggrauat peccatum eorum. Primò è loco dicens: d In aquoſo.] vbi ſcilicet, nullum bonum creſcit: Vnde ibi Deum magis timere debuiſſent. Secundò aggrauat à doloſitate, cum adiungit: e Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis] id eſt, non credendo petierunt. Et oſtendit, quomodo, cum dicit: f Vt peterent eſcas animabus ſuis,] id eſt, animalitatibus: Et in hoc tentabant & doloſi erant: quia aliud habebant in corde, aliud in ore. Non enim credebant, quod dare poſſet illud, quod petebant. Tertiò aggrauat peccatum eorum è blaſphemia, dicens:

al. † *exacerbauerunt.* *al.* † *concitauerunt.* *al.* † *ſiccitate.*

flumina aquas. Et a appoſuerunt adhuc b peccare ei: in c iram † excitauerunt Excelſum in † d inaquoſo. Et e tentauerunt Deũ in cordibus ſuis: vt f peterent eſcas animabus ſuis. Et † g male locuti ſunt de Deo: h dixerunt: i nunquid poterit De⁹ parare mẽſam in deſerto? k Quoniã percuſſit l petram, m & fluxerunt aquę: n & torrentes o inundauerunt p Nunquid & panem poterit dare q aut parare menſã populo r ſuo.

g Et male locuti ſunt de Deo,] falſa. Et oſtendit, quæ fuit illa blaſphemia, cum ſubdit.

h Dixerant, quaſi non hæc diffidentia Deo eſt iniuria:

i Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto?] quaſi dicat, non. Ecce ſimul blaſphemia, & diffidentia. Quartò aggrauat peccatũ eorum in hoc, quod ſcientes & recolentes, quod Dñs fecerat, non credebant, quod ſimile poſſet adhuc facere: Vnde ſequitur, adhuc quod dixerunt.

k Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: Nunquid ſimiliter & panem poterit dare, & cætera] q. d. licet illud fecerit, non tamen iſtud poterit facere.

A Ideo audiuit

Allegoricè. A in vitam æternam. Licet autem tot & tanta fecerit Chriſtus; non tamen crediderunt Iudæi. Vnde ſequitur.

a Et appoſuerunt adhuc peccare ei,] peccato infidelitatis, quod antonomaſticè dicitur peccatum, vt dictum eſt in expoſitione alia. *Ioan.* 15. d, Si non veniſſem, & eis locutus fuiſſem, peccatum non haberent; nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Et per hoc.

c In iram excitauerunt Excelſum,] Deum.

d In inaquoſo.] id eſt, in duritia cordis ſui, quod humorem gratiæ, & virorem fidei noluit recipere.

e Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis. [Hoc fecerunt illi, qui eum ſequebantur, non quia crederent in eum; ſed vt paſcerentur ab eo. Hanc tentationem aperuit Dominus, dicens eis *Ioann.* 6. c. Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna; ſed quia manducaſtis ex panibus. Sic etiam tentauerunt eum Ananias, & Saphira. *Act.* 5. b. Vnde dixit Petrus: Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? g Et male locuti ſunt de Deo: dixerunt] corde, vel etiam ore inuicem:

i Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto,] id eſt, in Eccleſia fidelium, vbi deferebant omnia, & ponebant ad pedes Apoſtolorum. Vndè ibi dicitur, quòd Ananias vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri conſcia vxore ſua: & afferens quandam partem ad pedes Apoſtolorum poſuit, quaſi dicat: partem mihi retineo, quia non poterit me Deus paſcere, ſi totum deſeruero.

h Dixerunt] etiam hoc Diſcipuli: [Nunquid, &c.] *Mat.* 15. d. Dicunt ei Diſcipuli, vnde nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbam tantam? *Matth.* 14. b. Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in caſtella emant ſibi eſcas. Hoc etiam dicunt hæretici, dicentes: quòd Deus non dat eſcam ſui corporis manducandam fidelibus. Vndè & adhuc ſubditur, quod dicunt. k Quoniam percuſſit,] in Paſſione.

l Petram] corporis ſui. m Et fluxerunt aquæ,] quando ſudauit, & lancea latus eius aperuit.

n Et torrentes] aquæ & ſanguinis. o Inundauerunt] abundanter. p Nunquid & panem poterit dare] quaſi dicat, licet paſſus ſit & mortuus; non tamen poteſt eſſe, quòd de corpore ſuo paſcat homines. q Aut parare menſam] Altaris & Euchariſtiæ. r Populo ſuo] quaſi dicat, non. Sic enim dicunt hæretici, quòd ſi corpus Chriſti maius fuiſſet magnis montibus, iam diu totum fuiſſet conſumptum, nec adhuc durare poſſet: cùm tot homines comedant illud. Hoc verò dicunt, quia negant ſacramentum altaris. De hoc pane *Ioan.* 6. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendit, ſi qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. *Iſa.* 30. e. Panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis: De hac etiam menſa dicit *Pſ.* 22. Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me, id eſt, aduerſus hæreticos.

A Ideò audiuit *Moraliter.*

* Vnde de talibus, & etiam de his, qui poſtquam pœnitentiam inceperunt, redeunt ad vomitum; ſubiungit:

a Et appoſuerunt adhuc] ſcilic. poſt flagella, & correctiones Domini, & poſt ſuam pœnitentiam.

b Peccare ei.] Cui? Deo, quem non eſt leue offendere. *Eccl.* 21. a Fili, peccaſti, ne adiicias iterum. *Iudic.* 3. b. Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini, qui confortauit aduerſus eos Eglon Regem Moab. Eglon interpretatur feſtiuitas inutilis: & ſignificat otium, quod regnat in Moab, id eſt, in aqua paterna ſcil. luxuria. Item *Iudic.* 4. a. Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manu. Iabin Rex Chanaan. Iabin interpretatur ſapientia, id eſt, prudentia ſæculi, vel iura. Hæc ſapientia eſt Chananæa: Chanaan interpretatur negotiator. Hodie Eccleſia corrũpitur his duobus oppoſitis, id eſt, otio & negotio, ſcilicet, luxuria, & litibus, quas auaritia excitat; ſuperbia verò comes eſt vtriuſque. Poſt hæc autem non frequenter pœnitent homines, quando, ſcil. reuerſi ſunt ad vomitum. Vnde benè ſequitur.

c In iram excitauerunt Excelſum in aquoſo,] id eſt, in ſiccitate cordis ſui, quod non poteſt reſolui in lachrymas compunctionis. Huic concordat Apoſtolus *Heb.* 6. a. dicens impoſſibile eſt eos, qui ſemel illuminati ſunt, &c. & prolapſi ſunt, renouari rurſum ad pœnitentiam: Et quòd per hoc concitent Excelſum in iram, ſubiungit ibi Rurſum crucifigens ſibimet ipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.

d In inaquoſo,] Talia loca perambulat diabolus, *Luc.* 11. c. Cùm immundus ſpiritus exierit, ambulat per loca inaquoſa, &c. *Tob.* 8. a. Tunc Raphael apprehendit dæmoniũ, & religauit eum in deſerto ſuperioris Ægypti. Tales autem ſæpè ſolent dicere: Libenter facerem pœnitentiam, vel intrarem religionem, ſi Dominus daret mihi voluntatem; ſed ſic in diuitiis & deliciis oportet me viuere, vſquequo Dominus mihi voluntatem talem inſpiret. Hoc eſt, quod ſequitur.

e Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis.] Hoc enim rectè eſt tentare Deum ſicut ſi quis tanto ſe diſcrimini cõmitteret, vt diceret: ambulabo ſuper mare, & non exibo de aquis, donec Dominus extrahat me: vel non comedam de cætere, niſi Dominus mihi cibum mittat per Angelum. Debet enim homo ſe præparare, & facere, quod in ſe eſt: & tunc perficiet Dominus. *Eccl.* 18. c. Ante orationem præpara animam tuam: & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. Et verè tentauerunt, quia hoc fecerunt.

f Vt peterent aquas animabus ſuis,] id eſt, ita dicunt, vt in diuitiis & deliciis, quas amplexati ſunt, diutiùs immorentur. Ipſi autem non ſe dicunt tentatores, ſed potiùs ſapientes: & eos, qui ſe in Deum proiiciunt, & omnia relinquunt, dicunt Deum tentare; imò & ipſum blaſphemant & impotentem æſtimant, ſecundùm quod ſubditur.

g Et malè locuti ſunt de Deo.] Quomodo malè.

h Dixerunt, nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto,] i. in paupere clauſtro? Hoc dicunt multi ſapientes apud ſæculum, ſed ſtulti apud Deum, dicentes, quòd huiuſmodi religiones, quæ pauperes ſunt, & redditus, vel poſſeſſiones non habent, nec habere volunt, durare non poſſunt. Et ſi eis dicatur, quòd Dominus maiorem populum pauit in Ægypto: Reſpondent, quòd Dominus non ſemper facit miracula. Hoc eſt, quod ſubiungitur.

k Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.] Totum ad litteram.

p Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo.] qui relictis omnibus, ſequitur eum per deſertum pauperis religionis? Hoc dicunt multi, & ſi non ore, ne infideles reputentur; tamen corde. Hoc eſt male loqui de Deo & blaſphemia magna, qua Deum dicunt & impotentem, & mendacem, qui ſuos paſcere nõ poſſit, nec reddat, quod promiſit. *Luc.* 12. e. Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neq; metunt, quibus non eſt cellariũ, neq; horreũ: & Deus paſcit eos, quantò magis vos pluris

† *a* ideo *b* audiuit Dominus *c* & diſtulit: † *d* & ignis *e* accenſus eſt in Iacob: *f* & ira † *g* aſcendit in Iſrael. *h* Quia non crediderunt in Deo: *i* nec ſperauerunt in Salutari eius. Et *k* mandauit nubibus deſuper *l* & ianuas cœli aperuit. Et *m* pluit illis *n* manna † *o* ad manducandū: *p* & *q* panem cœli dedit eis.

al. † Propter hoc. *al.* † & ſuperpoſuit. *al.* † Dei. *al.* † manducare.

Literal. Δ *a* Ideò audiuit.] Quarta pars, vbi dicit quod Deus differens vindictam, prius cedit eis, quæ petebant, ne non poſſe dare videretur. Primò ergo oſtendit Dei benignitatem in duobus: Primo in eo quòd exaudiuit Iudæos, licèt malos, cùm dicit: Ideò audiuit. Et dicit, ideo, quia, ſc. dicebāt: Nunquid & panem poterit, &c. Et ideò, ne impotens videretur, audiuit Dominus. Secundò in eo quod illos, tamdiu ſuſtinuit, vnde dicit:
c Et diſtulit.] Et *e* Et quia quod differtur, non aufertur: poſteà.
d Et ignis accenſus eſt in Iacob.] i. in populo Iudæorum. *f* Et ira Dei aſcendit in Iſrael.] Hoc factum fuit, *Num.* 11. a. vbi dicitur: Ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro itinere contra Dominum: quod cum audiſſet Dominus, iratus eſt: & accenſus in eos ignis Domini deuorauit extremam partem caſtrorum, &c. *Exod*, 16. c. Audiui murmurationes filiorum Iſraël, loquere ad eos: Veſpere comedetis & mane ſaturabimini panibus. Et oſtendit cauſam huius pœnæ, ſcilicet, peccatum infidelitatis, cùm addit.
h Quia non crediderunt in Deo.] *Num.* 14. b. Vſquequo detrahet mihi omnis populus iſte? Quouſque non credunt mihi in omnibus ſignis, quæ feci coram eis? Feriam ergo eos, peſtilentia, atque conſumam. Et propter peccatum deſperationis, cùm ſubiungit.
i Nec ſperauerunt in Salutari eius,] i. in ſalute, ſcilicet, quòd ab illo poſſent ſaluari. Et erit Salutari, adiectiuum ſubſtantiuatum, quaſi dicat: nec fidem, nec ſpem in Deum habuerunt. Poſteà oſtendit, quomodo Deus audiuit eos: Et oſtendit Dei poteſtatem in multis. Primò, quia ad mandatum eius nubes pluerunt manna: vnde dicit:
k Et mandauit nubibus deſuper,] id eſt, nubes, quæ erant in ſuperiore parte aëris, ita obedierunt ei, ac ſi mandaſſet. Et non ſolùm nubes, ſed & cœlum: Quia.
l Et ianuas cœli aperuit,] id eſt, cataractas, vel poros, per quos emittuntur guttæ pluuiarum. Quod planiùs aperit, cùm ſubdit:
m Et pluit illis,] Iudæis.
n Manna ad manducandum,] in deſerto.
p Et, pro, id eſt,
q Panem cœli dedit eis] id eſt, panem de cœlo aëreo miſſum, vel miniſterio Angelorum paratū. Secundò oſtēdit Dei poteſtatem in efficacia illius cibi cùm ſubiungit:
Δ Panem Ange-

Alleg. de Euchariſtia. Δ *a* Ideò audiuit Dominus.] Supra dixerunt hæretici ſecundùm allegoricum ſenſum: Nunquid & panem poterit dare, ſcilicet, corporis ſui. Ideò, quia hoc dixerunt:
b Audiuit Dominus,] hæc verba.
c Diſtulit,] punire eos, vt reuertantur ad fidem, vel vt grauiùs damnentur in fine, ſi permanſerint in infidelitate, Quod quia faciunt, addit.
d Et ignis,] i. ira Dei. *e* Accenſus eſt in Iacob,] id eſt, in hæretico populo, qui priùs fuit Iacob, accipiens benedictionem patris in Baptiſmo. Quod exponens, dicit:
f Et ira,] ſcil. Dei. *g* Aſcendit in Iſrael, id eſt, in eos, qui cum deberent videre per fidem. Sed nunc cæcitas contigit in Iſrael, *Rom.* 11. c. Et hoc.
h Quia non crediderunt Deo,] Sacramento Euchariſtiæ negentes.
i Nec ſperauerunt in ſalutari eius.] Chriſto, quem ſi dignè ſub forma panis adorarent, & ſumerent, ſalui fierent, *Ioan.* 6. e. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, &c. Et quaſi quæreret aliquis: quomodo hoc factum eſt, quod Deus factus ſit eſibilis ſubiungit de Incarnatione.
k Et mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit.] Hoc eſt, quod dicitur *Iſa.* 45. b. Rorate, cœli, deſuper: & nubes pluant Iuſtum, id eſt, Chriſtum: aperiatur terra, id eſt, Beatæ Virginis conſenſus, quæ eſt porta cœli: & germinet Saluatorem.
m Et pluit illis manna] filium Dei:
o Ad manducandum,] in Sacramento altaris.
p Et] id eſt,
q Panem cœli dedit eis:] Manna benè dicitur corpus Chriſti: quia manna compeſcuit murmur populi: ſic corpus Chriſti murmur acidiæ, & ſubmurmurationes Diaboli. Poſtea autem ſtragem fecit: ſic corpus Chriſti indignè ſumentibus, vt dicit Apoſtolus 1. *Corinth.* 11. g. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.
Δ Panem Ange-

Moraliter. * eſtis illis? Et poſt: Scit enim Pater veſter cœleſtis, quoniam omnibus his indigetis: veruntamen quærite primū regnum Dei. & hæc omnia adijcientur vobis Ecce hic declaratur & poteſtas, & promiſſio.
a Ideò, quia dixerunt ſapientes ſæculi, quod Deus non poſſet paſcere eos, qui omnibus relictis, ſequuntur eum.
b] Audiuit Dominus] huiuſmodi dicta. *Sapient.* 1. c. Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. *Exod.* 16. c. Audiui murmurationes filiorum Iſraël, id eſt, Clericorum.
c Et diſtulit pœnam, vt ſuprà expoſitum eſt, *Eccleſiaſt.* 5. b. Altiſſimus eſt patiens redditor. Sed quoniam, vt dicitur. *Eccl.* 8. b. Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque vllo timore filij hominum perpetrant mala: ideò ſequitur.
d Et ignis accenſus eſt in Iacob,] id eſt, in populo laico ignis peccati, ſcilicet, luxuriæ: de quo *Iob* 31. b. Ignis eſt vſquè ad conſumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Quia, vt dicit. *ſanctus Gregorius*, cum luxuria ſemel mentem inuaſerit, nullum bonum cogitare permittit. Item ignis cupiditatis, de quo *Mich.* 6. c. Adhuc ignis in domo impij, theſauri iniquitatis eius, & menſura minor iræ plena, vnde benè addit:
f Et ira Dei aſcendit in Iſrael,] id eſt, in Clericos, qui huiuſmodi peccatis præ aliis accenſi ſunt: quia propter peccata etiam populi iraſcitur Deus Clericis & Prælatis. Vnde *Num.* 25. a dicitur quod fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, & initiatus eſt Iſrael Beelphegor: & iratus Dominus dixit ad Moyſen: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. Et accidit eis.
h Quia non crediderunt in Deo,] Quia, vt dicit *Ieronym.* ille veram fidem de Deo non habet, qui cupit in his miſeriis diues fieri.
i Nec ſperauerunt in Salutari eius,] ſed in præſentibus diuitiis. Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis; vnde *Geneſ.* 49. c. Salutare tuum expectabo. Domine. Ipſi autem hic volunt habere beatitudinem ſuam, de qua in *Pſal.* 143. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Et ne ſe excuſent, dicentes, quod per ignorantiam peccauerunt, ſubdit:
k Et mandauit [Dominus] nubibus deſuper,] id eſt, Prædicatoribus & Doctoribus ſpiritualibus. *Iſaia ſexageſimo* b. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant. Et *Iſaia quinto* b. E contrario dicit: Mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper eam imbrem.
l Et ianuas cœli aperuit,] id eſt, docuit, quod non per diuitias, dilicias, & honores; ſed per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Act.* 13. d. Et dicit, ianuas, pluraliter. Quia alia eſt ianua innocentia, de qua *in Pſalm.* 25. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum. Alia pœnitentia, de qua *Matt.* 7. b. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Et Apoſtolus *ad Hebræos* 9. c. dicit de Chriſto: Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. *Luc.* 14. d. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Item alia ianua eſt Sanctorum ſuffragia. Alia corpus Chriſti, qui dicit *Ioan.* 10. b. Ego ſum oſtium Diuitiæ autem non ſunt portæ cœli. Quia, vt dicitur *Mat.* 19. c Facilius eſt camelum intrare per foramen acus exiguum, quam diuitem intrare in regnum cœlorum. Sunt autem diuitiæ potius portæ inferni. *Luc.* 16. f. Mortuus eſt diues, & ſepultus in inferno.
m Et [de nubibus prædictis [pluit illis manna]. id eſt, quid eſt hoc, ſcilicet, prædicationem, & commendationem paupertatis, & humilitatis, & huiuſmodi, ad quæ ſtupent amarores mundi, *Act.* 17. d. Quidam autem Epicuri, & Stoici Philoſophi diſſerebant cum eo, ſcilicet, Paulo, & dicebant: quid vult ſemini verbius hic dicere? Alij verò dicebant, nouorum dæmoniorum videtur annunciator eſſe: quia Ieſum, & Reſurrectionem annunciabit eis. Et *poſt* e. Noua quædam infers auribus noſtris.
o Ad manducandum,] id eſt, incorporandum, non ad ſcribendum.
p Et panem cœli dedit eis,] ſcilicet verbum veritatis. Sed multi libentius comedunt panem cineritium, & falſitatis. *Prou.* 20. c. Suauis eſt homini panis mendacij. Sed homini ab humo dicto: quia rationali homini ſuauior eſt panis cœli. Vnde benè ſequitur.

* Panem Angelorum

a Panem Angelorum *b* manducauit homo : † *c* cibaria misit eis in abundantia. *d* Transtulit Austrum *e* de cœlo : *f* & induxit in virtute sua *g* Aphricum. Et *h* pluit super eos, sicut puluerem, carnes : *i* & sicut arenam maris, volatilia pennata.

Literal. Δ *a* Panem Angelorum manducauit homo.] Hoc dicit, quia ille cibus hoc efficiebat in Iudæis, quod in Angelis efficit cibus illorum, pro parte. Dixit enim *Iosephus*, quòd quamdiu hoc pane vescebantur, nunquam senuerunt. Et dicunt Hebræi, quòd in eodem statu conseruabat illos: vnde datum erat non ad restaurationem deperditi? sed ad conseruationem. Vnde & Caleph dixit, *Iosue* 14. c. quòd eiusdem valoris erat, quando intrauit in terram promissionis, cuius fuit antè, quando missus fuit ad explorandum. Vnde dicunt, quòd non incurrebant infirmitatem : Talis erat effectus illius cibi, & ideò vocatur panis Angelorum : Angeli enim non incurrunt infirmitatem, sed in eodem statu permanent : non corrumpuntur, nec senescunt. Vel dicitur panis Angelorum, quia ministerio Angelorum paratus : vel quia significat Christum, qui est panis Angelorum. Tertiò in abundantia illius cibi, vnde dicit :

(Margin: d. † afflauerunt, De consecra. dist. 2. c. mira, &c. omnia, de relig. &c. vens. vnico in c. d. † frumentatio. nem.)

c Cibaria misit eis in abundantia.] Quartò in obedientia ventorum, vnde addit :

d Transtulit austrum de cœlo,] id est, fecit, vt Auster, qui erat in superiori parte aeris, flaret in inferiori parte, vel fecit vt auster, qui directè flat ad Aquilonem, flaret ad occidentem. *Num.* 11. g. Ventus egrediens à Domino, &c.

f Et induxit in virtute sua Aphricum.] Aphricus est ventus collateralis Fauonio, siue Zephyro. Et dicit, in virtute sua; quia præter solitum flauit : vel in maiori virtute flauit, quàm flare soleret : Iste enim ventus pertransit Aphricam : vnde & Aphricus dicitur. Aphrica verò abundat coturnicibus, quas iste ventus adduxit : Isti enim venti calidi sunt & humidi : & ex calore & humore omnia generantur, vnde ex his generatum fuit manna. Quintò apparuit eius potentia in hoc, quòd pluit carnes, vnde sequitur :

h Et pluit super eos, sicut puluerem carnes,] id est, innumerabiliter. Et ne aliquis crederet, quòd de communibus carnibus diceret, ostendit, de quibus dicit, scilicet, de volatilibus, cùm addit :

i Et sicut arenam maris volatilia pennata.] Per hoc, quod dicit : sicut puluerem, & sicut arenam maris : notatur abundantia. Sextò de facilitate dandi illas, aues commendatur Dei potentia, vnde ait ;

Δ Et ceciderunt

Alleg. Λ *a* Panem Angelorum manducauit homo,] qui factus ad imaginem, & similitudinem Dei seruat eam. Panis Angelorum Christus est: Ipsi enim similam corporis Christi manducant, quia facie ad faciem speculantes, delectantur; Nos verò interim interiori quodam cortice, quasi furfure tectam accipientes minus iucunditatem sentimus. *Luc.* 14. d. Beatus qui comederit panem in regno Dei. *Genes.* 49. c. Aser, pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus. Aser interpretatur beatitudo: Reges sunt Angeli, qui nos regunt, qui delitiis Paradisi, id est, Christo fruuntur.

Moral. *c* Cibaria misit eis in abundantia,] quia panis iste sufficit ad omnes reficiendos, & omnibus necessarius est. Vnde dicitur in consecratione huius panis : Accipite & manducate ex hoc omnes : quia, scilicet, omnibus sufficit, & omnibus necessarius est. Huic autem Sacramento intersunt, & ministrant Angeli, vnde dicit :

d Transtulit Austrum de cœlo.] id est, misit Angelum, qui ambulat super pennas ventorum.

f Et induxit in virtute sua Aphricum,] id est, corpus Christi veniens in Altare, ducit secum Angelos. *Matt.* 24. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ.

h Et pluit super eos, sicut puluerem, carnes : & sicut arenam maris, volatilia pennata,] quia de cœlo venit corpus Christi, cum volatilibus, id est, cum Angelis. De his carnibus, *Num.* vndecimo, d. Sanctificamini : cras comedetis carnes. Sancti enim debent esse & puri, qui ad carnem & corpus Domini sumendum accedunt.

Λ Et ceciderunt

* *a* Panem Angelorum,] id est, veram doctrinam, quam administrant Angeli Domini, id est, Prædicatores & Doctores ab eo Missi.

b Manducauit homo,] rationalis & similitudinem Dei seruans. Sed sunt multi, qui colligunt, sed non manducant, nec aliis dant : ideò conuertitur eis in vermes conscientiam terebrantes in mane futuri sæculi, *Exod.* 16. e. Dimiserunt quidam ex eo vsque mane : & scatere cœpit vermibus, atque computruit. Et posset aliquis dicere : Panis iste Angelorum bonus est, sed tamen non sufficit quia citò potest sumi, id est, citò potest sciri Theologia, ideò priùs volo impleri alleis & porris Ægypti, id est, scientiis sæcularibus, ideò benè addit :

c Cibaria misit eis in abundantia,] quia ista scientia sufficit homini, & homo non sufficit ei per totum tempus vitæ suæ, vt eam perfectè sciat, quia puteus, altus est, nec, in quo hauriat, habet, vt dicitur *Ioan.* 4. b. Hæ sunt enim aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari : *Ezech.* 47. a. Et *Ioannes Damascenus* dicit, quòd sicut Oceanus est innauigabilis : sacra Scriptura est inperscrutabilis. Parum autem, vel nihil prodest scientia sine Spiritu sancti gratia : vnde addit.

d Transtulit Austrum,] id est, Spiritum sanctum suauiter flantem, & inspirantem.

e De cœlo,] in corda hominum. *Iob.* 37. c. Nonnè vestimenta tua calida sunt, cùm perflata fuerit terra Austro? id est, virtutes feruent in opus, quando Spiritus sanctus inspirat, vnde benè sequitur.

f Et induxit in virtute sua,] Suæ enim sunt nostræ virtutes : quia eas infundit, & seruat, & multiplicat.

g Aphricum, id est, vbertatem bonorum operum. Aphricus enim interpretatur frugifer, vel augmentatus. Hic præmittuntur duo, per quæ Deus docet hominem, scilicet, sacra Scriptura in prædicatione, vel lectione : & inspiratio Spiritus sancti. Tertium subiungitur, scilicet, flagellum, siue tribulatio : vnde dicit :

h Et pluit, super eos sicut puluerem carnes,] id est, carnis labores. Et mittit, dicit, sicut puluerem, vt notet humiliationem, quam hæc faciunt. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Et quòd per hæc doceat Deus hominem, habetur *Ieremiæ* 6. b. secundùm *Septuaginta*. Per omne flagellum erudieris, Ierusalem. *Isaiæ* 28. e. Vexatio intellectum dabit auditui. Quartum etiam subiungit, per quod Dominus docet, scilicet, exemplum Sanctorum Vnde dicit :

i Et sicut arenam maris volatilia pennata,] id est, exemplares Sanctos, qui volant ad cœlum pennis virtutum. De his duobus, scilicet, de labore & volatu, quæ in hoc versu habentur, dicit *Iob* capit. quinto, b. Homo natus ad laborem, & auis ad volandum. Sicut arenam, dicit, propter ponderositatem, & stabilitatem : quia stabiles sunt in se, & alios stabiles faciunt, & sunt eis quasi pondus. Vnde *Ecclesiastici* decimotertio, a. Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Vel, Sicut arenam maris, dicit, quia tales à mundo reputantur steriles, & inutiles. Vnde benè congruit quo ad literam, quòd ista volatilia dicuntur fuisse coturnices, vel curlei, quæ sunt aues viles in Oriente, sed in Occidente pretiosæ sunt : Et in Francia dicuntur aues regiæ, quæ mare inhabitant, & currunt ad pisciculos, quos vndæ relinquunt in littore : Sic Sancti habitantes mare pœnitentiæ, & currentes ad fructus tribulationum, viles reputantur in Oriente suo immò quandiu in hac vita viuunt; sed in Occidente, id est, in morte, & in fine mundi pretiosi apparebunt. Vnde dicent mundani illud *Sapient.* 5. a. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & cætera. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Nec possunt se excusare, quòd non inueniant talia exempla : quia Sancti, qui præcesserunt eos, & in eodem officio, & in eodem loco, reliquerunt eis fortia exempla. Vnde sequitur :

* Et ceciderunt

Aliter in malo. Vel in malo ab illo loco : Et pluit super eos, sicut puluerem, carnes, potest exponi de illis, quos Dominus dimittit hic licenter vagari per campos licentiæ, qui impinguantur ad victimam.

h Pluit super eos, sicut puluerem carnes ;] quia permittit eos abundare carnalibus deliciis & voluptatibus, quæ eos faciunt steriles, sicut puluis : & excæcant etiam eos.

i Et sicut arenam maris volatilia pennata,] id est, honores, qui eos pennis vanitatis efferunt, & arenoso pondere peccati deiiciunt vsque in abyssum inferni. Hæc autem duo, scilicet, deliciæ & honores ; nunquam sunt sine tertio, scilicet, sine diuitiis : Pauperes enim semper sunt expositi vilitati & dolori,

⊖ Et ceciderunt

Literal. A *a* Et ceciderunt in medio, &c.] quasi dicat, non oportebat eos longè ire, vt caperent eas: Per viam enim dietam.

c Circa tabernacula eorum,] vt dicitur, vno cubito, vel duobus prope terram volitabant. Vnde dicitur *Num.* 11. g. Volabant in aëre duobus cubitis in altitudine super terram: Surgens ergo populus cōgregauit, &c. Postea ostēdit, quod in his peccauerūt duobus modis, scilicet, gulositate & nimia libidine comedendi. De primo dicit. *d* Et manducauerunt, & saturati sunt nimis:] Ecce gulositas. De secundo. *f* Et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo:] Ecce nimius ardor in desiderio.

Et *a* ceciderunt in *b* medio castrorùm eorum: *c* circa tabernacula eorum. Et *d* manducauerunt, *e* & saturati sunt nimis. *f* & desiderium eorum attulit eis: non sunt † fraudati à desiderio suo. *g* Adhuc † escæ eorum *h* erant in ore ipsorum: & *i* ira Dei *k* ascendit † super eos. Et *l* occidit *m* pingues eorum: *n* & Electos Israël impediuit.

al. † priuati. *al.* † esca erat. *al.* † in

Alleg. A *a* Et ceciderunt volatilia,] id est. Angeli descenderunt subito, ac si caderent.

b In medio castrorum eorum,] id est, in Ecclesia militante: de qua *Cant.* 7. a. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? *c* Circa tabernacula eorum,] id est, circa Altaria.

d Et manducauerunt,] fideles hunc panem:

e Et saturati sunt nimis,] id est, valdè non in ventre; sed in mente, vbi debet esse fames & desiderium huius panis desiderabilis. Vnde addit:

f Et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo,] quo petunt dicentes: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, *Matt.* 6. b. & *Luc.* 22. b. dicit Dominus: Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.

Moral. * *a* Et ceciderunt] Sancti, id est, mortui sunt.

b In medio castrorum eorum,] id est, in medio Ecclesiæ, omnibus ostendentes exemplum Christo viuendi: & pro Christo, si oportuerit moriēdi. *c* Circa tabernacula eorū,] id est, in defensione & sollicitudine Ecclesiæ. Hoc [medium] exempli; & istud [circa] defensionis & sollicitudinis, notantur 1. *Pet.* 2. d. Christus passus est pro nobis: Ecce sollicitudo, & defensio Vobis relinquens exemplum: Ecce exemplum. Hæc sunt ergo quatuor, quæ prædiximus, per quæ docet nos Dominus. Hæc sunt quatuor fercula, quibus nos reficit: quæ comedere debemus, & appetere, vt fortes simus ad operandum & pugnandum. Vnde benè sequitur de bonis: Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, &c.

Aliter in malo. Θ *a* Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum, id est, sine aliqua difficultate habēt ista, & omnia eis in hoc mundo prosperè succedunt. Vnde quærit *Iob* 21. a. Quare impij viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitiis? non est virga Dei super eos, bos eorum concepit, & non abortiuit, &c Sed tandem soluit: Ducunt, inquit, in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Quod postea in sequenti lectione apertè declarabit *Psalmista*: Sed hæc adhuc ostendit, per quæ in his peccant, scilicet, per abusum & amorem. Vnde addit:

d Et manducauerunt, & saturati sunt nimis:] Ecce abusus. *f* Et desiderium eorum attulit eis, &c] Ecce amor. Hic autem versus posset esse thema ad prædicandum in carnispriuio: quia tunc manducant homines carnes, & saturantur nimis; sed in sequentibus sequitur pœna eorum.

Et notandum est, quòd prima causa humanæ miseriæ fuit manducatio: & prima causa primæ seruitutis fuit potatio. Adam. n. comedit: *Gen.* 3. b. & tota posteritas eius cogitur ieiunare, & esurire, & huiusmodi miseriis subiacere. Noë bibit vinū: & maledicitur Chanaam nepos eius: & seruituti mancipatur. *Gen.* 9. d. Maledictus puer Chanaan: seruus seruorū erit fratribus suis. Inuenim° autē multos, quib° malè successit de comestione sua: qui notātur his versib°: Quia.

Pluribus nocuit sua comestio.

Manducare nocet, monstrat nobis Holofernes.
Diues, Adonias, Esau, Noë, Balthasar, Aman.
Herodes, Salomon, Iob, Israël, Absalon, Adam.

Holofernes, saturatus nimis, & ebrius iacēs interfectus est, *Iud.* 13. a. Diues, epulabatur quotidie splendidè, & sepultus in inferno nō potuit habere guttā aquę. *Luc.* 16. e. Adonias, immolauit arietes, & fecit conuiuiū, & à Salomone occis° est. 3. *Reg.* 2. d. Esau, comedit lēticulā, & amisit primogenita, *Gen.* 25. d. Noë, inebriat° est, & Chanaā maledict° est, & factus est setu°, *Gen.* 19. b. Balthasar, sedēs in cōuiuio vidit manū

3. Reg. 1. b.

scribentem in pariete Mane, thecel, phares: *Dan.* 5. g. Aman manducauit cum Rege & Regina, & suspensus est, *Esther* 7. d. Herodes in comessatione occidi fecit Ioannem, *Marc.* 6. c. Salomon 3. *Reg.* 11. Iob. Filij eius conuiuantes mortui sunt, *Iob* 1. d. Israel, vt hic dicitur, comedit & periit multitudo eius. *Num.* 11. g. Absalon, fecit conuiuium, & interfecit fratrem suum, 2. *Reg.* 13. e. Adam, manducauit pomum, & eiectus est de Paradiso, & morti, & omni miseriæ obligatus ipse, & tota progenies eius, *Gen.* 3.

g Adhuc escæ eorum.] Quinta pars, vbi agit de pœna eorum, quæ respondet culpæ præmissæ in præcedenti parte. Agit etiam de eorum simulata pœnitentia. Dicit ergo: Adhuc escæ, &c. quasi dicat, non diu distulit Dominus vindictam sumere de murmuratione, & peccato eorum; sed adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum. *Literal.*

i Et ira Dei,] id est, vindicta, quam suprà ad tempus distulerat.

k Ascendit super eos.] Per hoc, quod [ascendit,] ostendit, quòd non solum pauperes, & impotentes; immò etiam magni & diuites puniti sunt. Quod exponit, cùm dicit.

l Et occidit pingues eorum,] scilicet, diuites, & potentes. Et accipitur hic pinguedo in malum, sicut 1. *Reg.* 15. c. Vbi reprehenditur Saul, quòd pepercit Agag Regi pinguissimo. Et non solùm mali puniti sunt; sed & boni. Vndè addit.

n Et Electos Israël impediuit. Tribus modis impediti sunt. Δ Primò, quia

g Adhuc escæ eorum erant, &c.] Moraliter potest exponi de indignè sumentibus Eucharistiam, quia ex hoc statim. *Moral.*

i Ira Dei ascendit super eos, &c.] secundum illud 1. *Cor.* 11. g. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, scilicet, somno mortis. Vndè frequenter post Pascha magis infirmari, & mori videmus homines, quàm in alio tempore. Et ideò frequenter tunc Ecclesia cantat versum illum:

Quæsumus Auctor omnium.
In hoc Paschali gaudio.
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Et dicit, quòd occidit pingues eorum, quia frequentiùs Sacerdotes & Clerici indigni accedunt ad hunc cibum, qui pinguedinem temporalium multam habent. Vndè dicit Dominus Aaron *Num.* 18. b. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti & quicquid offerunt filij Israel primitias Domino, dedi tibi. Vel de Theologis multis potest dici.

g Adhuc escæ eorum,] scilicet, fercula sacræ Scripturæ. *Aliter.*

h Erant in ore ipsorum,] quia tota die, & toto tempore suo ruminant, & masticant sacram Scripturam; sed nihil intrà traiiciunt, nec mittunt ad cor suum confortandum, vnde non nutriuntur huiuscemodi escis. Et ex hoc.

i Ira Dei ascendit, &c.] gladio peccati.

m Pingues eorum,] magnos Theologos quandoque permittens ruere in peccatum. Et Electos Israël impediuit: quia cùm electi fuerint in Prælatos: tunc nihil occultum, quod non reueletur, & exigentibus peccatis multoties quassantur, vel saltem diu impediuntur, antequam confirmetur. Vel de omnibus diuitibus generaliter potest dici.

g Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos,] quasi dicat, antequam illa temporalia, quæ cum tanta auiditate acquirunt, expendant, vel inde aliquod emolumentū habeant, venit super eos vltio diuina. Parum enim, vel nihil prodesset homini cibus, qui antequam glutiretur, oporteret eum proiicere. Sic de diuitibus. Vndè *Iob* 20. c. Non satiabitur venter eius: & cùm habuerit, quod cupierit, possidere non poterit. Hoc est, quod dicitur *Ioël* 1. b. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro *Luc.* 12. c. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti, cuius erunt? Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Satis expressè dicitur hoc *Eccles.* 6. a. Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines; vir cui Deus dedit diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. *l* Et occidit,] scilicet, ira Dei morte æterna. *m* Pingues eorum,] sc. diuites epulones, sicut *Luc.* 16. f. ille homo diues, qui epulabatur quotidiè splendidè, & induebatur purpura, & bysso, mortuus est, & sepultus in inferno. Gaudeāt ergo macilentæ pecudes, quia non occiduntur sed pingues: de quibus in *Ps.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *n* Et Electos eorum impediuit, i. Prælatos *Aliter.*

* ligauit permissiuè

a Primò, quia orationes eorum frustratæ sunt propter peccata malorum, sicut dicitur *Ier.15.a.* Si Moyses & Samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum illum. Secundò, quia etiam quidam inter fi eti sunt: quod notatur secundum aliam literam, quæ habet, compediti.

In a omnibus his peccauerunt adhuc, & non b crediderunt in mirabilibus eius. † c Et fecerunt in vanitate dies eorum: & d anni eorum cum festinatione. † Cum e occideret eos, quærebant eum: & f reuertebatur, & g diluculo veniebant ad eum. Et h rememorati sunt, i quia Deus adiutor est eorum: & k Deus excelsus Redemptor eorum est. Et l dilexerunt eum in ore suo: m & lingua sua mentiti sunt ei. n Cor autem eorum non erat rectum cum eo: o nec fideles habiti sunt in Testamento eius. p Ipse autem est misericors, & q propitius fiet peccatis eorum: r & non disperdet eos.

d. † verumtamen.

d. † Quoniam.

Compediti enim sunt morte, & præuenti, vt nō intrarent terram promissionis. Tertiò, quia quidam eorum obiurgationibus incitati sunt ad murmurandum, sicut Moyses, & Aaron, qui dubitauerunt ad aquas contradictionis. *Num.20.b.* Nunquid poterimus vobis dare aquam? Sed ipsi dura ceruice non sunt correpti, quia. a In omnibus his peccauerunt adhuc] scilicet, post tot beneficia collata, & tot pœnas illatas. d Et non crediderunt mirabilibus eius] scilicet Dei. c Et] propter hoc [defecerunt in vanitate dies eorum] quia omnes mortui sunt præter Caleph filium Iephone, & Iosue filium Nun, quotquot egressi sunt de Ægypto, à viginti annis, & supra. Et dicit: In vanitate, quia dies eorum vani fuerunt, eo quod frustrati sunt ab hoc, quod quærebant, & expectabant. d Et anni eorum cum festinatione] id est, subito & celeriter transierunt. Postea agit de eorum simulata pœnitentia. Quæ consistit in multis. Primum est simulata quæstio Dei, vnde dicit: e Cum occideret eos, quærebant eum.]Et est secunda regula Ticonij, quando quod est vnius Gentis, attribuitur parti eiusdem Gentis, Non enim illi, qui occidebantur, quærebant eum: sed alij, qui videbant eorum occisionem. Secundum est simulata reuersio: Vnde dicit. f Et reuertebantur]ad eum. Tertium est simulata sollicitudo: Vnde addit. g Et diluculo veniebant ad eum]id est, mane, sicut qui circa aliquid solliciti sunt, mane surgunt. Quartum est simulata dilectio. Vnde sequitur. l Et dilexerunt eum in ore suo] id est, verbotenus. Et ostendit, quod omnia ista præmissa, simulata fuerunt, cum subiungit. m Et lingua sua mentiti sunt ei] quasi dicat, non fuit ei veritas in lingua, quia mentiti sunt ea. Nec in corde: Vnde addit.

Num.14.e.

n Cor autem eorum non erat rectum cum eo.] Primò ergo reprehendit eos de peruersitate intentionis. Tertiò autem de peruersitate operis, cum subiungit.

o Nec fideles habiti sunt in Testamento eius] sed infideles, quia non fecerunt ea, quæ in Testamento præcipiebantur. E contrario autem ostendit Dei misericordiam, vt magis appareat eorum malitia: Vnde dicit.

p Ipse autem est misericors.] Et ostendit multiplicem effectum misericordiæ erga eos. Primus est remissio culpæ, cum dicit.

q Et propitius fiet peccatis eorum]omnino remittendo, si voluerint pœnitere. Secundus est dimissio pœnæ: Vnde addit. r Et non disperdet eos.] Et hæc dimissio magis facta est successioni eorum, quibus dedit terram promissionis, quam ipsis patribus, qui mortui sunt in deserto. Tertius est facilitas dimittendi: Vnde sequitur.

△ Et abundauit

Moraliter. * ligauit permissiuè funibus peccatorum. *Osee 4.d.* Ligauit eum spiritus in alis suis. Et tandem ligabit in pœna, quando de quolibet malo Prælato dicet: Eiicite eum in tenebras exteriores. *Matt.25.e. Et 22.b.* Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. *2. Paral. 33.b.* Ceperunt Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem. *Aliter.* Vel de bonis Electis dicitur: Electos Israël impediuit: quia propter peccata populi impediuntur boni Electi, ne promoueantur; & promouentur mali super malos subditos. *Iob.34.d.* Propter peccata populi permittit regnare hypocritam. *Osee 13.c.* Dabo eis Regem in furore meo. Electi Israël sunt, qui eliguntur bona & recta intentione, ab hominibus habentibus Deum præ oculis, & de Israël, id est, de bonis. Et tales impediuntur: quia à paucis eliguntur: Multi autem sunt Electi, non Israël, sed pharaonis: de quibus *Exod 15.a.* Electi Principes eius submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. *Psal. 140.* Non communicabo cum electis eorum: Quare? Quia *Abac. 1. d.* cibus eius, scilicet, Diaboli. Hoc est contra Electores, & Electos, qui non eliguntur de Israël, sed de Ægypto, *Exod. 18.d.* Electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos Principes populi. De cuncto, inquit, Israël, non de vna tantum natione, vt Romani. a In omnibus his peccauerunt adhuc[quia licet multis modis affligantur; tamen dum viuunt nolunt se emendare: & cum iam mortui fuerint, & damnati: alij qui ex hoc deberent timere, & corrigi, non corriguntur: sicut porcus videns occisum porcum, socium, non dimittit propter hoc ibidem comedere furfur, vbi percussus fuit alius. *Isa. 9. c.* dicitur bis: Populus non est reuersus ad percutientem se. *Ier. 2. f.* Percussi filios vestros: disciplinam non receperunt.

b Et non crediderunt in mirabilibus eius.] Mirum fuit ad literam, si putauerunt phantasma esse, quod mare transierunt, quod manna comederunt, quod multi occisi sunt, & huiusmodi. Similiter etiam hodie est mirum, quod non creditur vita esse vita, neque mors mors, neque gehenna gehenna. *Ioan. 3. b.* Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis? *Num.14.b.* Vsquequo detrahet mihi omnis populus iste? quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis?

c Et defecerunt in vanitate dies eorum] id est, inutiles & vani sunt omnibus diebus suis; sequentes vanitatem temporalium. *Psalm.4.* Vt quid diligitis vanitatem, &c. Vel, Defecerunt, &c. Hoc verum est de Clericis, qui totam vitam expendunt in vanis scientiis. *Ecclesiastici. 3.c.* In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Et *infra d.* Multos enim supplantauit suspicio, & in vanitate detinuit sensus eorum. Deberent autem vacare veritati, dum tempus habent: quia breues dies hominis sunt: Vnde addit.

d Et anni eorum cum festinatione] transeunt. *Iob.7.b.* Dies mei velociùs transeunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. Tunc enim, quando venit mors, non est spes operandi. *Ioan.9.a.* Me oportet operari, donec dies est: venit nox, in qua nemo potest operari. *Galat.vlt.c.* Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Sunt autem multi, qui cùm moriuntur, tunc primò promittunt, quòd pœnitentiam facient. Vnde sequitur.

e Cùm occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur.] *Isa.28. c.* Tantummodò sola vexatio dabit intellectum. *Et 26. c.* Domine, in angustia quæsierunt te.

g Et diluculo veniebant ad eum] id est, sedulò.

h Et rememorati sunt] qui priùs obliti erant.

i Quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus Redemptor eorum est] Rectè enim faciunt homines, sicut nautæ, qui cùm sunt in mari, dum serenum tempus est, vacant lusibus, & dissolutionibus, & Domini obliuiscuntur; cùm autem ingruit tempestas, tunc deuotè inuocant Deum, & Sanctos, & vota multa faciunt: Sic homo ferè quilibet, dum est in prosperitate, omnia mala, & ferè nulla bona facit; sed in infirmitate promittit, quicquid potest: cùm autem sanatur, nihil vult soluere, quod promiserit. Vnde dicit.

l Et dilexerunt eum in ore suo] tantùm, *1. Ioan. 3. d* Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

m Et lingua sua] qua dicebant se eum diligere, [mentiti sunt ei.] Probatio.

n Cor autem] id est, quia [eorum non erat rectum cum eo] vel [firmum secundum aliam literam *Isa. 29. d.* & *Matth. 15. a.* Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me. o Nec fideles habiti sunt in Testamento eius] id est, quod promiserunt, non soluerunt. Vnde alia litera habet: Nec permanserunt in pacto eius. *Eccl.5.a.* Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim Deo infidelis, & stulta promissio. Et quid facient etiam tales, nunquid desperabunt? Non, sed sperent in Domino, & ad misericordiam eius recurrant: de qua sequitur.

p Ipse autem est misericors, [habitu. q Et propitius fiet peccatis eorum] actu, remittendo culpam. r Et non disperdet eos] remittendo pœnam: Ipse enim ita est misericors, quòd est fons misericordiæ, à quo exeunt isti duo riuuli, siue flumina, s. remissio culpæ, & remissio pœnæ. *Isa. 43.d.* Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et non solùm est misericors; sed & superabundans in

* misericordia

A *a* Et abundauit] ſcilicet miſericordia Dei. *b* Vt auerteret iram ſuam ab eis,] quia quantum in ipſo erat, ſemper paratus erat auertere iram, niſi in ipſis ſtaret: vnde bene addit. *c* Et non accendit omnem iram ſuam.] Non ipſe, ſed ipſi potius eam accenderunt. Et oſtendit cauſas, quare fuit facilis ad miſerendum. Prima eſt eorum fragilitas: vnde dicit: *d* Et recordatus eſt, quia caro ſunt.] *Gen.* 6. a. Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro eſt; Spiritus id eſt, indignatio. Secunda eſt impoſſibilitas redeundi, vnde ſubiungit. *f* Spiritus vadens & non rediens.] Vadens per ſe in peccatum, ſed non per ſe rediens. Tertia eſt vitæ breuitas: quod notatur in hoc, quod dicit: Spiritus vadens & non rediens: homo enim eſt quaſi quidam anhelitus, vadens, & tranſiens, & non rediens, *Iac.* 4. d. Quæ eſt vita hominis? vapor ad modicum parens.

al. † auertat. al. † memoratus. al. † reuertens. al. † ira.

Et *a* abundauit, vt † *b* auerteret iram ſuam: & non *c* accendit omnem iram ſuam. Et † *d* recordatus eſt, quia *e* caro ſunt: ſpiritus *f* vadens, & non † rediens. *g* Quotiens exacerbauerunt eum in *h* deſerto: in † iram, *i* concitauerunt eum in inaquoſo? Et *k* conuerſi ſunt, & *l* tentauerunt Deum: & *m* ſanctum Iſraël exacerbauerunt: Non *n* ſūt recordati manus eius, *o* die,

Moraliter. * miſericordia. Vnde addit. *a* Et abundauit, ſcilicet, miſericordia. Vnde ex ſua miſericordia eſt quaſi quoddam diluuium, in quo ſubmerguntur dæmones, & peccata, & etiam ira Dei: vnde addit. *b* Vt auerteret iram ſuam] vt ſcilicet, ſubmergeret eam ſub inundante miſericordia. *Iac.* 2. c. Miſericordia ſuperexaltat iudicium. *Pſ.* 32. Miſericordia Domini plena eſt terra: Ecce diluuium latum. Item *Pſ.* 35. Miſericordia tua vſque ad nubes: Ecce diluuium profundum, ſiue altum.

c Et non accendit omnem iram ſuam] id eſt, perfectam iram; ſed eam iſto diluuio extinxit. Ad quod penitus perficiendum, & diluuium adimplendum, laticem ſui cruoris effudit. Licet autem Dominus quandoque videatur modo iraſci, quia verberat in præſenti delinquentes; non tamen ex omni ira, ſed ex modica, vel nulla; ſed potius ex miſericordia hoc facit. *Zach.* 1. c. Ego iratus ſum parum, ipſi vero adiuuauerunt in malum. *Iob.* 35. d. Nunc enim non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur ſcelus valde. Sed *Zach.* 1. dicit: Ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas. Et oſtendit, quid excitat Dei miſericordiam erga nos, ſcilicet, miſeria noſtra, quia miſerabiles ſumus. vnde dicit. *d* Et recordatus eſt] Dñs.

e Quia caro ſunt] Caro dicitur à carendo, vel cadendo; caret enim caro noſtra ferè omnibus, vel quoad vitam, vel quoad ſuſtentationem, vel quoad indumentum. Quoad vitam caret, quia indiget Deo, & anima. Anima, quoad eſſe: Deo, quoad bene eſſe, & etiam vt conſeruetur in eſſe; quia nec anima eſſe poſſet ſine Deo. Quoad ſuſtentationem, indiget terræ naſcentibus. Quoad indumentum, cæteris animalibus. Vel dicitur à cadendo, quia prona ad lapſum, & ſecum trahit animam ad caſum peccati, & præmittit in præcipitium inferni. *Sap.* 9. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Vnde & de ſpiritu ſubiungit. *f* Spiritus vadens, & non rediens.] Hoc tripliciter exponitur: Vadens per ſe in peccatum, & non rediēs, per ſe à peccato. Sicut n. homo per ſe poteſt ſe interficere; ſed nō poteſt ſe interfectum ſuſcitare, ſic eſt ſpiritualiter. Item vadens, id eſt, recedens à corpore in morte: & non rediens, ante generalem reſurrectionem, 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Vel, vadens in mortem inferni, & non rediens: quia in inferno nulla eſt redemptio. *Sap.* 2. a. Non eſt, qui ſit agnitus reuerſus ab inferis. *Iob* 10. d. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine.

Literaliter. *g* Quotiens exacerbauerunt.] Sexta pars, in qua enumerat plagas Ægypti propter populum Iſraël factas. Et prius comparat mala Iudæorum, beneficiis Dei. Primò ergo oſtendit magnitudinem peccati ex multitudine, cum dicit: Quotiens exacerbauerunt eum, id eſt, multotiens ad iracundiam prouocauerunt, peccando. Secundò aggrauat peccatum eorum à circumſtantia loci, cum addit. *h* In deſerto] ſcilicet, vbi maxime timendus eſſet, cum ibi nullum; niſi ab ipſo auxilium expectarent. Amplius etiam aggrauat, cum dicit. In iram concitauerunt eum in inaquoſo, vbi nec etiam aquam poterant habere ſine miraculo. Poſtea enumerat peccata eorum. Primò Apoſtaſiam, vnde dicit. *k* Et conuerſi ſunt] ſcilicet, ad idolatriam, poſtquam Deum reliquerant auerſi ab eo. Secundum fuit doloſitas: vnde dicit. *l* Et tentauerunt Deum] Hæc fuit magna doloſitas: quia ab illo petebant, quod ab illo ſe poſſe accipere diffidebant. Tertium fuit blaſphemia, cum dicit.

m Et ſanctum Iſraël exacerbauerunt] i. eum, qui ſanctificat Iſraël, verbis malis blaſphemantes, prouocauerunt. Quartū fuit ingratitudo, quæ conſiſtit in quinque. Primò in obliuione potentiæ Dei: Vnde dicit. *n* Non ſunt. &c.] i. potentiæ eius. Secundū, obliuio diei, quo liberati ſūt. Tertiū, obliuio ipſius liberationis. De his duobus dicit. *o* Die, A qua redemit

Moraliter. *g* Quotiens exacerbauerunt eum.] Malum eſt exacerbare Deum naturaliter mitem. Exacerbatur autem peccatis hominum. *Pſal.* 9. Exacerbauit Dominum peccator. *Ieron.* Quidquid mali patimur, vitij noſtri eſt, qui dulcem Deum vertimus in amarum, & cogimus ſæuire nolentem: Bonum autem eſt exacerbare dæmones acerbos, ſicut canes maleuolos: hoc fit per frequentem confeſſionem, 1. *Machab.* 3. a. Iudas exacerbabat Reges multos. &c. *h* In deſerto] Vtinam in deſerto clauſtri nunquam exacerbaretur. *Deut.* 32. c. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ, id eſt, Monachi & Moniales. *Ier.* 11. c. Quid eſt, quod Dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? hoc eſt, quod addit. *i* In iram concitauerunt eum in inaquoſo.] Non eſt ita mirum, ſi concitatur Deus in locis aquoſis: quia ibi Diabolus iacet. *Iob* 40. c. Sub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus. Sed hoc mirum eſt, quod in locis ſiccis & aridis prouocatur Deus, hoc eſt, in clauſtris. *Oſea* 6. d. In domo Iſraël vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. Vnde quaſi cum magna admiratione ſubiungit. *k* Et conuerſi ſunt, & tentauerunt Deum] quaſi dicat, abſurdum eſt hoc, quod homines conuerſi ad Deum, tentent eum. Conuerſi autem nomine appropriato, vocantur Religioſi laici. Hi in aliquibus locis frequenter tentant Deum, an patiens ſit, & probant patientiam eius. Magna eſt enim Dei patientia, quod à domeſticis ſeruis contumeliam ſuſtinet. *Sap.* 11. d. Diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Iob* 19. c. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, quaſi alienum habuerunt me..

m Et ſanctum Iſraël exacerbauerunt] id eſt, Chriſtum, qui dicitur ſanctus Iſraël, quia viros religioſos, & contemplatiuos ſibi ſanctificat, & dedicat, & in medio ipſorum habitat. *Iſa.* 12. b. Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël. Sed multi eum exacerbant dicentes, & facto oſtendentes illud. *Iſa.* 30. c. Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſraël. Hi ſunt qui fructibus immaturis & acidis dentes Domini exacerbant. Vnde conqueritur de ipſis. *Iſa.* 5. a. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Labruſca matureſcere non poteſt.

n Non ſunt recordati manus eius.] Iſtud fere de omnibus poteſt dici: quia pauci, aut nulli ſunt, qui recordentur verè manus eius multiplicis, ſcilicet.

Manus
- Qua creauit omnia, *Iob* 10. b. Manus tuæ fecerunt me, &c.
- Quam extendit ad percutiendum Diabolum. *Iſa.* 51. d Nunquid percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem.
- Qua nos protexit, & ictum imminentem nobis ſuſcepit. *Sapient. quinto.* c. Dextera ſua reget eos: in brachio ſancto ſuo defendit illos.
- Quam extendit in Cruce ad amplectendum nos, & vt nos ipſum amplectamur in amore; ſicut mater extendit brachia ſua, vt puer ad eam amplectendam veniat. *Iſaia ſexageſimo quinto.* a. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem mihi.
- Quæ perforata eſt, ne aliquid contra nos poſſet retinere. *Pſalmo centeſimo tertio.* Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
- Quam extendit nobis ad extrahendum nos de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. *Iob decimo quarto* d. Operi manuum tuarum porriges dexteram.
- Qua eduxit de cordibus noſtris ſerpentem tortuoſum, id eſt Diabolum. *Iob* 26. Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.
- Quam ipſe extendit ad percutiendum malos. *Iſaia* 9. c. Adhuc manus eius extenta.
- Quam extendit nobis ad deducendum nos, quaſi ad choreas, ſcilicet, de virtute in virtutem. *Pſalmo ſeptuageſimo ſecundo.* Tenuiſti manum dexteram meam, & in volūtate tua deduxiſti me.

o Die qua redemit.] Magna ingratitudo eſt obliuiſci beneficij ipſa

A qua redemit eos] quod sic legitur, [Manus] ostensæ [in die, qua redemit eos.] Quartum est obliuio hostis: vnde addit.

b De manu tribulantis,] Pharaonis. Quintum est obliuio prodigiorum, & signorum, quæ fecit coram eis, cùm educeret eos de Ægypto: vnde dicit. *c* Sicut,] id est, qualiter,] posuit in Ægypto signa sua.] Hoc est, quo ad minora. *e* Et prodigia sua,] quo ad maiora. *f* In campo Thraneos,] id est, in planicie illius ciuitatis. Ostensis peccatis eorum, ostendit illas decem famosas plagas, quibus Dominus percussit Ægyptios propter Iudæos, quos detinebant. Prima est conuersio aquæ in sanguinem: vnde dicit. *g* Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum,] id est, cisternas, quæ de imbribus replentur: vnde alia litera habet, Manationes aquarum. *i* Ne biberent,]id est, ne haberẽt, quid possent bibere. Et ita patet, quòd hæc plaga flagellauit eos in potu. Secũda plaga fuit musca. Vnde sequitur. *k* Misit in eos cynomyiã, & comedit eos.

Moral. * neficij ipsa die, qua collatum est: die gratiæ, quæ adhuc non declinauit. *a* Qua redemit] nos Dominus. *b* De manu tribulantis, diaboli. *Isa.* 49.c. In die salutis auxiliatus sum tui. Sed nos hoc statim obliuiscimur, *Eccl.* 9. d. Vir sapiens & pauper, liberauit vrbem per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Ingratus est homo, qui post sanitatem receptam nõ recolit, quòd fuerit æger: neque post libertatem adeptam, quòd quandoque captiuꝰ fuerit. *Eccl.* 29.c. Ingratus sensu, derelinquit liberantem se. Et verè redemit: quia adhuc apparent signa. Vnde dicit. *c* Sicut posuit in Ægypto,] id est, in mundo. *d* Signa sua,] scilicet, signum humilitatis, paupertatis, crucis. De primo *Luc.* 2. b. Hoc vobis signum, inuenietis, infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. De secundo *ibid.* e. Erit hic positus in signum, cui contradicetur. Omnes enim hodie paupertati contradicunt facto, & multi etiam verbo. Non sunt Discipuli Christi, sed Tyrones Antiochi, qui interpretatur silentium paupertatis. Et vtinam aliqui de paupertate tantùm tacerent, & vsque ad hoc non erumperent, vt diuitias prædicarent, nec se ita apertè Antichristi esse Discipulos reuelarent. De signo Crucis, *Isa.* 13. a. Leuate signum, & exaltate vocem. Hæc sunt vexilla Regis nostri, quibus contra mundum pugnauit: In quo omne, quod est in eo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. (*1. Ioan. 2. c.*) Concupiscentia carnis destruitur per Crucem, & dolorem: Concupiscentia oculorum, per paupertatem: Superbia vitæ, per humilitatem, vnde suprà dicitur: Turbabuntur Gentes, & timebunt, qui habitant terminos, scilicet, mundi, à signis tuis, scilicet, ab his tribus. (*Psalm.* 64.) Horum erat B. Paulus vexillarius, qui dicit *Gal. vlt.* d. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Nunc autem pauci sunt vexillarij. Vnde possumus dicere: Signa nostra non vidimus: iam non est Propheta qui, scilicet, per hæc tria enunciet nobis futura. (*Psalm.* 73.) Et possumus dicere, quòd nunc diabolus posuit in Ægypto signa sua; sed Dominus olim. *e* Et,] adhuc fortè ponit prodigia sua in campo Thaneos. Thanis ciuitas est, & interpretatur humile mandatum: campus enim adiacens est ei. Vbi ergo est vera ciuitas, id est, ciuium vnitas, & mandatum humile, & obedientes verè subiacentes; ibi sunt Dei prodigia. *Zac.* 3.c. Audi, Iesu Sacerdos magne, & amici tui, qui habitant coram te:. quia viri portendentes sunt.

a qua † redemit eos *b* de manu tribulantis. *c* Sicut posuit in Ægypto *d* signa sua, & *e* prodigia sua in *f* campo Thaneos: Et *g* conuertit in sanguinem flumina eorum: & † *h* imbres eorum, *i* ne biberent. *k* Misit

d. † liberauit. *d.* † pluuiales aquas.

g Et conuertit in sanguinem flumina eorum.] Decem plagæ Ægyptiorum, id est, diuitum huius mundi sunt.

Versus.

Sanguis, rana, cyniph, musca, pecus, vlcera, grando:
Bruchus, caligo, mors inualuere necando.

Ægyptiorũ, i. diuitum huius mundi plaga.

Prima, sanguis, id est, consanguinitas. *Mich.* 3.d. Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus. *Osee* 4.a. Sanguis sanguinem, id est, nepos nepotem tetigit. *Ezec.* 35. b. Sanguini tradam te: & sanguis te persequetur.

Secunda, rana, id est, loquacitas. *Exod.* 8. a. Ascendent ranæ in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, *Luc.* 16. f. Diues epulo plꝰ lingua cruciabatur propter loquacitatem, secundùm *Gregorium.* (*Horat. lib. 1. epistolarum.*)

Tertia, cyniphes, id est, inuidia. *Exod.* 8. d. Omnis puluis terræ versus est in cyniphes. *Poëta.*

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni Maius tormentum.

Quarta, musca canina, id est, detractio. *Isid.* Musca canica, est forensis hominum eloquentia, qui se quasi canes alternatim deuorant.

Quinta, mors pecorum, id est, occisio rusticorum, *Mich.* 3. a. Comederunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt.

Sexta, vlcera, id est, scandala, seu mala exempla, *Matt.* 18. a. Væ mundo à scandalis, necesse est enim venire scandala, &c.

Septima, grando, id est, iniusta oppressio vicinorum. *Sap.* 2. b. Opprimamus pauperem iustum: sit fortitudo nostra lex iustitiæ. *Exod.* 9. e. Grando, & ignis, &c.

Ægyptiorũ, i. diuitũ huius mundi plaga

Octaua, locusta, id est, adulatio, *Exod.* 10. e. Flare fecit Dominus ventum ab Occidente vehementissimum, & arreptam locustam, &c.

Nona, tenebræ, id est, ignorantia. *Psalm.* 81. Nescierunt; in tenebris ambulant. *Isa.* 5. d. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam.

Decima, mors primogenitorum, id est, superbia. *Iob.* 18.c. Consumat brachia eius primogenita mors. *Glos.* id est, superbia. Aqua insipida, significat carnalem legis intelligentiam, quæ bonis versa est in sanguinem Christi, quia tota lex rubet sanguine Christi. Hanc mutationem dicit Apostolus esse factam. *Gal.* 5. a. Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Vel moraliter, quatuor sunt flumina Ægypti, id est, mundi, scilicet, sapientia, opulentia, vanitas, voluptas. (*Nota quatuor flumina Ægypti.*) Ista conuertit Dominus in sanguinem, id est, in abominationem in exitu de Ægypto, quando conuertit hominem ad se. *Exod.* 7. c. Percutiam virgâ, quæ est in manu mea aquam fluminis Ægypti, & vertetur in sanguinem. *Bern.* sic exponit: Est conuersio aquæ in sanguinem; sed apud Ægyptios: Est conuersio aquæ in vinum; sed apud Galilæos. *Ioan.* 2. b. Item est conuersio vini in sanguinem; sed apud Apostolos, & eorum Vicarios, in Sacramento Eucharistiæ. *Deut.* 32. b. Et sanguinem vuę biberent meracissimum. Et ita aqua prima sæcularis sapientia, 1. *Cor.* 3. d. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. *Rom.* 8. b. Sapientia carnis, inimica est Deo. Hæc in sanguinem, id est, in occisionem vertitur eis, & mortem. Hanc bibunt Ægyptij, amici scilicet huius mundi, *Iac.* 4. Et ita sanguis erit super eos, quicunque bibunt ex hac aqua. *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et ita conuertitur aqua in vinum, id est, timor in amorem, sed hoc in nuptiis animæ. Et ita vinum in sanguinem vertitur, cùm fit, quod dicitur *Eccl.* 4. d. Vsque ad mortem certa pro iustitia, &c. Aqua, iustitia est, sanguis, mors.

h Et imbres eorum,] id est, Ægyptiorum, supple, conuertit in sanguinem, ne biberent. Imber, qui de cœlo venit, Theologia est & sacra doctrina. *Deut.* 32. a. Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat, vt ros, eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Hæc conuertitur Ægyptiis, id est, malis, & mundanis hominibus in sanguinem, id est, in peccatum: quia scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi *Iacob* 4. d. *i* Ne biberent,] quia de hac non possunt bibere Ægyptij, nisi damno suo, dum repleti sunt aquis turbidis. Sanguisuga enim nisi vomuerit, non bibit. Item quia non bibunt homines, id est, sibi incorporant imbrem prædicationis quem audiendo accipiunt, sanguineus eis fit. *Ezech.* 33. a. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit, id est, homicida sui iudicabitur. Vel sic.

g Conuertit in sanguinem flumina eorum.] Fluuius, tota sacra Scriptura, quæ à Deo egreditur. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita. (*Gen.* 2. b) Siue quatuor flumina Paradisi, sunt quatuor expositiones sacræ Scripturæ, scilicet, Literalis, & Allegorica, Moralis, & Anagogica. Sed hæc flumina Ægyptiis conuertuntur in sanguinem, id est, in abominationem. *Sapient.* 11. a. Pro fonte sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti in malis. *h* Et imbres eorum,] scilicet, inspirationes desuper immissas à Deo, conuertit in sanguinem, similiter, ne biberent de aliquo istorum. *Psalm.* 16. Omnem escam abominata est anima eorum. Omnem, id est, perfectam, scilicet, verbum Dei, de quo *Matthæi* 4. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et post hanc plagam sequitur cynomyia, de qua dicit.

k Misit in eos cynomyiam, & comedit eos.] Cynomyia, est error, qui rectè post præmissum sequitur: quia postquàm abominatur homo verbum Dei, incidit in errorem. Et sicut musca inquietat hominẽ: ita error inquietat cor hominis.

* *Isa.* 19. c.

a medit eos.] Secundùm *Isid.* cynomyia dicitur omne genus muscarum. Vnde *Exod.* 8. f. vbi agitur de hac plaga, dicitur musca grauissima diuersi generis. Et hac flagellati sunt in propriis corporibus, quia pungebantur à muscis, vnde dicit: Et comedit eos. Tertia plaga fuit rana, de qua addit. *b* Et ranam & disperdidit eos.] Et hæc flagellauit eos in cibariis: quia tanta fuit multitudo ranarum, quòd intrabant in cibaria illorum. Quarta fuit ærugo. Vndè dicit. *d* Et dedit ærugini fructus

al. † *muscam caninam.*
al. † *exterminauit.*
al. † *fructū.*

> in eos † cynomyiam, & comedit eos: & *b* ranam, & † disperdidit *c* eos. Et *d* dedit ærugini † fructus eorum: & *e* labores eorum locustæ. Et *f* occidit in grandine vineas eorum: *g* & moros eorum in pruina. *h* Et

eorum. Et dicitur ærugo propriè æris rubigo: sed hîc sumitur pro rubigine segetis, quæ dicitur aurugo, & vulgò nubilatio dicitur: vel dicitur vredo, quæ est coctio vinearum. Et hac fuerunt percussi, quo ad ea, quæ sponte nascuntur. Quinta fuit locusta, vnde addit. *e* Et labores eorum] dedit [locustæ.] Et in hac fuerunt flagellati quoad ea, quæ labore hominum nascuntur. Sexta, fuit tempestas vinearum. Vnde subiungit. *f* Et occidit,] id est, destruxit, [in grandine vineas eorum.] Septima fuit decoctio arborum; Vnde addit: [Et moros eorum in pruina.] Octaua est grandinatio iumentorum. Vnde dicit. *h* Et a tradidit gran-

Litter.

Moral.

* *Isa.* 19. c. Miscuit Dominus in medio Ægypti spiritum vertiginis: & errare fecit Ægyptum: sicut errat ebrius. Et notandum, quòd sicut prædictum est, cynomyia est omne genus muscarum. Sunt enim tria genera muscarum, scilicet, cyniphes, quæ sunt muscæ subtiles & tumultuantes, & pungentes. Secundum genus est musca equina, quæ dicitur vespa, & pungit. Tertia est musca canina. His tribus generibus muscarum punguntur Ægyptij, id est, homines mundani. Cyniphes, quæ ex puluere nascuntur, sunt subtiles terreni sensus cogitationes, & argutiæ, quæ sua subtilitate paruæ sunt: & nascuntur ex puluere, id est, subtilitate ingenij terreni: & pungunt corda terrena verisimilibus rationibus. Has multiplicant hæretici, & etiam Philosophi, & his pungunt Ecclesiam, & inquietant à somno contemplationis. *Exod.* 8. d. Sint cyniphes in vniuersa terra Ægypti. De secunda musca, quæ est vespa, dicitur *Sap.* 12. a. Misit antecessores exercitus sui vespas. Hæc est petulantia, quæ recalcitrare facit equum, vt cadat ascensor eius retrò, sicut tangitur. *Gen.* 49. c. *Prou.* 21. d. Desideria occidunt pigrum. Tertia musca est canina: Hæc sunt verba detractorum. *Isai.* 7. c. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti. Istæ muscæ semper sunt in flumine peccatorum, & habent rostrum in fœcibus alienis. Per primam muscam inquietatur vis rationalis: per secundam, vis concupiscibilis: per tertiam, vis irascibilis. Ideò *Matth.* 12. b. Diabolus vocatur Beelzebub, id est, Deus muscarum. 4. *Reg.* 1. a. Consulite Beelzebub, Deum Accaron. *b* Et ranam & disperdidit,] id est, diuersimodè perdidit. *c* Eos,] scilicet, Ægyptios, id est, mundanos, qui diuersis generibus ranarum perduntur. Est enim rana multiplex:

Est rana.
- Fluuialis, quæ nascitur, & manet in fluuiis.
- Quæ nascitur in cannis, vel calamis.
- Quæ dicitur rubeta, quia in dumis, vel rubetis nascitur.
- Quę dicitur ranùculus, adinuicē respondens, & coaxás.
- Caudata, similis lacertę.

Fluuius scientiæ naturalis ebullit ranas Gymnosophistarum, & curiosè disputantium. Fluuius sacræ Scripturæ ebullit ranas hæreticorum, qui relicto puro gurgite immerguntur in erroribus. Fluuius opulentiæ, ebullit ranas Aduocatorum: Vnde curiæ Magnatum sunt modò quasi fossata plena ranis *Sapient.* 19. b. Pro piscibus eructabat fluuius multitudinem ranarum. *Apoc.* 16. c. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire Spiritus tres in modum ranarum. Isti sunt Aduocati, de ore diaboli exeuntes. Qui dicuntur tres: quia tria in suis allegationibus dicunt, quibus iniustitiam sustinent, & defendunt: Hæc, scilicet, Saluo iure addendi, vel diminuendi, vel immutandi: Ecce illa tria. Et alibi dicitur, quòd erant signa facientes: quia isti signa faciunt, quæ Deus facere non voluit, scilicet, de iniustitia iustitiam, & è conuerso. Fluuius mundano sapientiæ, ebullit ranas Poëtarum: quia propter laudem Potentum, fuerunt Comœdi, Tragœdi, & Satyri. Fluuius mundanæ voluptatis ebullit ranas Histrionum. *Exod.* 8. a. Ebulliet fluuius ranas.

Quinque genera ranarum, quibus mundus peruertitur.

d Et dedit ærugini fructus eorum.] Sicut dictum est, ærugo est æris rubigo, vel aurugo, quæ fruges vrit: hoc est odium, vel inuidia, vel tristitia, quæ fructum bonorum operum vrunt, & faciunt ea inutilia. *Amos* 4. c. Percussi vos vento vrente, & aurugini tradidi multitudinem hortorum vestrorum. *Aggæi* 2. c. Percussi vos vento vrente, & vredine, & grandine.

e Et labores eorum locustæ. Locusta ore lædit, & altera alteram deuorat: Hi sunt detractores, qui fruges, & fructus, dum adhuc sunt in herba, vel teneritudine deuorant, id est, bona aliorum consumunt, & corrodunt, dum sunt adhuc in principio suæ natiuitatis. Quod significatum fuit *Iudic.* 6. a. vbi dicitur, quòd ascendebat Madian & Amalech, & cæteri Orientales, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant. Madian interpretatur iudicium: vel causa: Amalech, lingens sanguinem. Hi sunt detractores, qui alios iudicant, & sanguinem peccatorum lingunt. Vel locustæ, sunt Episcopi, Archidiaconi, Decani, & huiusmodi, qui totum populum deuorant, & labores eorum comedunt. *Naum vlt.* d. Custodes tui, quasi locustæ: & paruuli tui, quasi locustæ locustarum. Quando locusta corrosit, & consumpsit vnam arborem, transit ad aliam, & de illa ad tertiam, & sic totum corrodit: Sic faciunt isti maiores Prælati, Episcopi, Archidiaconi, quando vnam partem terræ consumpserunt, transeunt ad aliam: Vna nocte consumunt vnum Sacerdotem, in crastina saliunt ad alium. Paruula autem locusta circa se deuorat: Ita isti minores, & rurales Decani circa se totum deuorant, vbi audent extendere habenas suas: hi sunt locustæ locustarum.

Locusta significat detractores.

Locustæ etiã sunt Prælati.

f Et occidit in grandine vineas eorum.] Grando desuper veniens percutit, & in aquam resoluitur: hæc est tribulatio à Deo immissa ad correctionem, quæ licet feriat; tamen fœcundat animam. Vineæ, sunt animæ, vel congregationes fidelium. *Cant.* 1. b. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. *Isa.* 5. b. Vinea Domini exercituum domus Israël est. Has vineas quandoque grando occidit: quia multi ex immissa tribulatione fiunt deteriores. *Psal.* 88. Deduxisti eum ab emundatione, id est, à tribulatione, per quam deberet emundari, & emendari.

g Et moros eorum in pruina.] Mori habent fructum multum; & fructus mori primò est albus, posteà rubicundus, deinde niger: Et significat Clericos, & Religiosos, qui debent esse copiosi in fructu bonorum operum. Et primò debent esse albi, per innocentiam vitæ. Secundò rubicundi, per charitatem. Tandem nigri, per mortis desiderium. Homo enim spiritualis debet habere vitam in patientia, & mortem in desiderio, vt Paulus, *Phil.* 1. d. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Sed hi in multis locis occiduntur in pruina, id est, in auaritia cordis, quæ stringit corda hominum, & manus incuruat. Specialiter autem per vineas & moros, Doctores & Prædicatores intelliguntur. Vinea enim fert vinum, quod inebriat homines: & ipsi doctrinam diuinam. Item mori folia nutriunt vermes facientes sericum: sic verba Prædicatorum, & Doctorum nutriunt eos, qui faciunt sibi vestes virtutum. Sed hi occiduntur grandine, id est, aspera reprehensione: quia nolunt aliquatenus sustinere, quod reprehendantur: & pruina auaritiæ & ambitionis. Frigidus enim ventus Aquilo perflat montes: & ambitiosi dicunt cum diabolo illud *Isa.* 14. d. Super astra cœli exaltabo solium meum, id est, super multitudinem fidelium Prælatus efficiar: sedebo in monte Testamenti, id est, in alta cognitione sacræ Scripturæ, Cathedram Magistralem, & tandem Episcopalem occupabo, in lateribus Aquilonis, hoc est, in parentibus, & familia multa qui sunt collaterales Prælatorum. Et sunt latera Aquilonis, quia restringunt corda eorum, & manus ad cupiditatem, & auaritiam: quia vt eos ditent, fiunt Prælati raptores, & bonis pauperum eos ditant. Item latera Aquilonis sunt Aduocati, qui semper eis sufflant mala consilia, vt, scilicet, accipiant, & nihil donent. Hoc est officium Aduocatorum, acquirere non habita, & habita defendere: & sic congelantur corda Prælatorum, *Eccl.* 43. c. Gelu sicut salem effundet super terram. Multi etiam Doctores, & Prælati tantùm, vel etiam plus habent de gelu auaritiæ, quàm de sale sapientiæ: & de hoc sequitur subditorum perditio, tam temporalis, quàm spiritualis.

Mori significant Clericos & Religiosos.

Eccl. 43.

h Et tradidit grandini iumenta eorum.] Iumenta Prælatorum, & Doctorum, sunt simplices subditi, ignorantes; & idiotæ, qui tamen eos iuuant: quia de bonis subditorum viuunt Prælati, & Clerici. Hi traduntur grandini, per cupiditatem Prælatorum: quia ipsi eos opprimunt violenter, vt ab eis aliquid emungant. *Michea* 3. a. Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum, &c. Item grandini, id est, damna- * tioni, quam

a tradidit grandini iumenta eorum.] Et differt hæc plaga grandinis à præcedente: bis .n. fuerunt grandinati. Nona plaga fuit ignis. Vnde addit. b Et poſſeſſionem eorum igni.] De hac in Exodo nó legitur, niſi quod dicitur ibi, Exod.9.c. quod ignis, & grando pariter mixta ferebantur Antequam autem decimam plagam enumeret, reſpondit, quòd non ſolum exteriùs puniti ſunt, verú etiá interiùs. Primò in amiſſione gratiæ, quod notatur, cú dicit. d Miſit] Deus [in eos iram indignationis ſuæ] i. permiſit eis amiſſionem gratiæ, quod eſt ira Dei.

d. † immiſſiones.

d †. animabus.

> a tradidit grandini iumenta eorum:& b poſseſſionem eorum c igni. Miſit in d eos iram e indignationis ſuæ, f indignationem & iram,& g tribulationem, † h immiſſionem per Angelos malos. Viam k fecit ſemitæ iræ ſuæ,& non l pepercit à morte † animarum eorum: & m iumenta eorum in n morte o cóclusit.

Secundò in ruina de peccato in peccatum: Vnde reduplicat. f Indignationem & iram.] Tunc enim duplicatur ira Dei,& indignatio,cùm poſt amiſſionem gratiæ cadit homo de peccato in peccatum. Tertiò in deſperatione, quod notatur, cum dicit.

g Et tribulationem,] Ponit antecedens pro conſequente, i. tribulationem pro deſperatione: Ex tribulatione enim eis ſecuta eſt deſperatio. Et oſtendit,per quos miniſtros, ſcilicet,per malos Angelos: Vnde dicit.

h Immiſſionem per Angelos malos.] Deinde oſtendit, quid hoc fuit, quia ad indignationem, & iram illum ſuis peccatis prouocauerant: Vnde dicit. k Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ,id eſt, per hoc fecit manifeſtam iram ſuam, quæ priùs ignota erat. Sicut via lata eſt, ſemita autem arcta. l Et non pepercit à morte animarum eorum,] quia eos miſerabiliter puniuit per mortem. Nec tantùm homines,ſed & iumenta. Vnde addit. m Et iumenta eorum in morte concluſit.] Homines cum iumentis de pari enumerat: quia homines erant beſtiales. Et determi-
Δ nat, qui ſunt

Moraliter *tioni, quam ſuper eos pluet Iudex iratus. Iob. 20. d. Vt emittat in eú irá furoris ſui,& pluat ſuper eú bellum ſuú. Hoc eſt, quod addit. d Et poſſeſſionem eorú igni] Poſſeſſio enim Prælatorum ſunt ſubditi,quos deberent poſſidere,& excolere, & ſeruare; ſed per eorum negligentiam, & peruerſum exemplum,traduntur primò igni peccati,de quo Iob 31. b.Ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans, &c. Et poſteà traduntur igni gehennæ, de quo. Iſa. vlt. g. Ignis eorum extinguetur. Vel aliter,vt non tantùm de Prælatis, ſed communiter de Ægyptiis,id eſt, mundanis, & peccatoribus dicatur. a Et tradidit grandini iumenta eorum.] i. tribulationi corpora eorum.

b Et poſſeſſionem eorum,] id eſt, ſpirituales diuitias ſi quas ante peccatum habuerunt. c Igni] id eſt,conſúptioni. Hæc enim inferuntur eis; quandoque enim verberat eos Dominus propter peccatum,vt corrigantur. Semper auté quando incidunt in peccatum moriuntur bona priùs facta: quia, vt prædictum eſt,ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans. Vel,poſſeſſionem eorum,ſcil corpus, & animam: Tradidit, i. tradet, Igni gehennæ. Hæc enim noſtra poſſeſſio,quam cuſtodire debemus. De corpore.n. dicit Apoſt. 1. Theſſ. quarto a. Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione,& honore: non in paſſione deſiderij. De anima. Luc.21. d. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Sed quia Ægyptij malè cuſtodiunt iſtam poſſeſſionem,tradet eam Dominus igni,quádo dicet: Ite, maledicti in ignem æternum. Propter hoc bene ſequitur. d Miſit in eos,] i. mittet. e Iram indignationis ſuæ.] Sed bis dicit,[iram, & bis,[indignationem] quia duplex eſt ira, & duplex indignatio, ſcil. temporalis, & æterna. De temporali dicitur ſupra: Cùm exarſerit in breui ira eius. De æterna. Iſa.30. f. Ardens furor eius,& grauis ad portandum. Rom.1.b. Reuelabitur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum.

Matth.25.

Pſal. 2.

f Indignationem,de qua Ierem.23.d. Ecce turbo Dominicę indignationis egredietur. g Et tribulationem] quia promittunt ſibi pacem, & impunitatem, Ierem,23.d. Pax erit vobis & omnibus, qui ambulant in prauitate cordis ſui.

h Immiſſionem per Angelos malos,] quaſi dicat,ad tribulationem illam faciendam, mittet Angelos malos,qui niſi ab eo mittantur,vel permittantur,nocere non poſſunt: quia nec porcos intrare potuerunt niſi miſiſſet eos. Matt. 8.d. Mitte nos in gregem porcorum: notandum autem, quòd Dominus multipliciter immittit tribulationem & punit:

Videlicet,

- Per ſe. Ezech.33. b. Sanguinem eius de manu ſpeculatoris requiram.
- Per bonos Angelos. 1. Paral.21. b Miſit Dominus Angelum in Ieruſalem, vt percuteret eam.
- Per malos Angelos. Exod.12. d. Non ſinet percuſſorem ingredi. Iob. 2. b. Egreſſus Sathan, &c.
- Per elementa. Sap. 5. d. Pugnabit contra illos orbis terrarum.
- Per Iudices ſæculares,2. Paral.19. b. Non hominis exercetis iudicium, ſed Domini.
- Per viros Eccleſiaſticos. Deut.17. b. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium inter ſanguinem,&c. Et inf. Venies ad Sacerdotes Leuitici generis, &c.
- Per totum populum. Ioſue 7.d. Lapidabit eum omnis Iſrael, id eſt, totus conuentus.
- Per accuſatores, Num. 35. c. Propinquus occiſi homicidam interficiet.
- Per teſtes. Deut. 17. b. Manus teſtium prima interficiet eum.
- Per conſcientiam torquentem. Sap.17. c. Frequenter præoccupant peſſima redarguente conſcientia, cùm ſit timida nequitia.
- Per Prælatos ſubrogatos, vt per legatos: Sic per Moyſen,& Aaron, Pharaonem & Ægyptum puniuit.

k Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ.] Hoc poteſt legi in bono, In malo. vel in malo. In malo, ſecundum quod præmiſſum eſt de ira. Faciet viam ſemitæ iræ ſuæ,] id eſt in ira, quæ modò currit per ſemitam, id eſt, per ſtrictam viam, currat per latam viam, & apertam. Ier.50.d. Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ, i, aperiet, & proferet, vt qui modò parum, & occultè vindicant in abundantia & apertè vindicet. Abundantia notatur in theſauro: De quo etiam Roman. 2. a. dicitur Theſaurizas tibi iram,&c. Manifeſtatio notatur in hoc,quod dicit: aperiet. Nahum. 1.b. Effuſa eſt,id eſt,effundetur,quaſi ignis indignatio eius. Modò.n. quádoq; ſtillat eius indignatio; ſed tunc omnino effundetur. l Et non pepercit à morte animarum eorum,] id eſt, non parcet, quin animas eorum interficiat morte æterna. Soph.1. c. Sed & vos Æthiopes, i. peccatores, nigri per peccatum, interfecti gladio meo eritis. Vel: ſic non parcet à morte, animarum ſc.i. propter morté peccati,qua ſeipſos interfecerút,ſed quaſi homicidas propriarum animarum puniet. Ezech.18.g. Quare moriemini, domus Iſrael,q.d. non eſt aliquis, qui vos interficiat,ſed voſipſi interficitis voſmetipſos. Quod ſignificatum eſt,1. Reg. vlt. b. vbi dicitur, quod arripuit Saul gladium & irruit ſuper eum. m Et iumenta eorum,] id eſt, homines beſtiales. n In morte,] i. in carcere mortis inferni. o Concluſit, qui hic laxato fræno, nulla pœnitentiæ clauſura ſe voluerunt recludere. Hoc fiet, quando dicet: Ligatis manibus, & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, Matth.22.b. Vel, [In morte,] corporis,[concluſit, &c. quaſi dicat, dum viuunt, permittit eos errare per campos licentiæ, ſicut tauros,vel pullos indomitos; ſed quando vult,per mortem domat eos & tunc capti recluduntur in illo carcere infernali. Eccl. 23. d. Quaſi pullus equinus fugabitur, & vbi non ſperauit,apprehendetur; modò.n. multi fugiunt manum Domini: & ipſe fugat eos ad modú pulli, qui de campis fugatur ad anguſtias aliquas murorum,vel ſæpiú, & ibi capitur. Similiter Dñs ponit iſtos inter anguſtias infirmitatis,& peccati: Infirmitas nó permittit eú plus in múdo viuere,peccatú nó permittit eum ad cælum tranſire. Et inter hæc duo anguſtia-
* ta anima capitur

In bono

Vel in bono poteſt legi. k Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ] Pſalm. 2. vt legatur de ira præſenti de qua dictum eſt ſuprà: Cùm exarſerit in breui ira eius, &c. Hæc habet ſemitam, quia pauci volunt eam ad ſe venire. Sed Dominus huic ſemitæ facit viá quando multis velint, nolint,ingerit eá,& punit eos in præſenti. Hoc eſt,quod ſequitur. l Et non pepercit à morte animarum eorum,] i. quin occideret in eis animalitatem, quæ quandoque per animam intelligitur, vt Ioan.12.d. Qui amat animam ſuam,perdet eam. Et Act.20. e. Vincula & tribulationes,inquit Paulus, me manent Ieroſolymis; ſed & nihil horum vereor,neque faciam animam meam pretioſiorem, quàm me. Quod etiam manifeſtiùs aperit,cùm ſubiungit. m Et iumenta eorum] id eſt, quicquid iumentum, & beſtiale in eis eſt.

n In morte] id eſt, in mortificatione carnis.

o Concluſit] vt non vagaretur ad illicita. Oſea 2.b. Sepiam viam tuam ſpinis,id eſt, punctionibus tribulationum.

a nat, qui sunt illi, qui interfecti sunt, sc. primogeniti. Vnde dicit. *a* Et percussit] plaga mortis. *b* Omne primogenitum in terra Ægypti.] Hæc fuit decima plaga, de qua *Exod.* 11. a. Adhuc vna plaga tanquã Pharaonem & Ægyptum, *Et* 12. d. Percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius, vsque ad primogenitum, qui erat in carcere, & omne primogenitum iumentorem. Et ostēdit, quod nō solū primogenita hominū, & operū; sed & segetū, cū addit. *c* Primitias omnis laboris eorum,) supple percussit. Et determinat vbi quia in terra Ægypti tantum. Vnde dicit *d* In tabernaculis Cham] ad differentiam tabernaculorum filiorum Israel, quia vbi erant filij Israel, nihil passi sunt Chā verò dicit, quia Ægypt⁹ primo inhabitata fuit à filijs Chā, filij Noë. Et adhuc vocāt eā Hebræi Chā. Et Mesraim filius Cham vocauit eam Ægyptum, iuxta interpretationem sui nominis: Mesraim enim interpretatur tenebræ, vel mœror.

al. † primitiuum.
al. † laborū suorum.

Et *a* percussit *b* omne † primogenitum in terra Ægypti: *c* primitias † omnis laboris eorū in *d* tabernaculis Cham. Et *e* abstulit, *f* sicut oues, *g* populum *h* suum: & *i* perduxit eos, *k* tanquam gregem, in *l* deserto. Et † *m* deduxit eos in *n* spe: & non *o* timuerūt: & *p* inimicos eorum *q* operuit *r* mare. Et *s* induxit eos in montem *t* sanctificationis suæ: *u* montem, quem acquisiuit dextera eius.

Moraliter in malo.

* ta anima capitur permittente Deo à diabolo. Vnde dicitur. *Thren.* 1. a. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis. Afflictio, est infirmitas: Multitudo, seruitutis, est multitudo peccatorum. Propter hæc duo migrat homo ad infernum. Vnde ibi sequitur: Habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. *a* Et percussit omne primogenitū in terra Ægypti.] Hoc quadrupliciter exponitur. Terra Ægypti mundus est, cuius primogenita sunt diuites, qui habent maiorem portionem in possessionibus mundi, sicut solent habere primogeniti. Istos percutiet Dominus gladio vindictæ, *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis. Vel primogenita Ægypti, sunt superbi huius mundi qui se super alios extollunt, & aliis se præponunt. Et hos percutiet Dominus, quia sicut dicitur *Isa.* 2. c. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum. Vel primogenita Ægypti, sunt septem capitalia vitia, quæ percutiet Dominus. *Isa.* 11. d. Leuabit manum suam super flumen in fortitudine Spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis. Flumen, est peccatum, cuius transit aqua, i. delectatio, & limus remanet, i. macula peccati. Septem riui, sunt septem criminalia peccata. Vel primogenita Ægypti, sunt primi motus, à quibus alia peccata ortum habent. *c* Primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham] Cham interpretatur calor, vel caliditas. Et tunc percutiuntur primitiæ laboris in tabernaculis Cham, cū opera iuuentutis calore peccati, & caliditate sæculi consūpta puniuntur, *Ier.* 51. d. Repleuit Nabuchodonosor ventrem suum teneritudine mea. Per Nabuchodonosor Regem Babylonis, significatur Princeps huius mundi diabolus. Et dicit: in Tabernaculis Chā non in domibus, quia & diuitiæ & deliciæ, & huiusmodi omnia non permanent: sed tota die mouentur & transeunt. Vnde dicunt damnati & percussi in tabernaculis Cham, *Sap.* 5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa velut vmbra.

In bono.

⊕ *a* Et percussit omne primogenitum,] id est, omnem primum motum. *b* In terra Ægypti] i. in carne; quæ dicitur terra Ægypti, i. mœroris & doloris, *Gen.* 3. c. Spinas & tribulos germinabit tibi. *c* Primitias omnis laboris eorū] i. præueniet eos afflictionibus, ne incipiant laborare. *d* In tabernaculis Cham] i. ad habenda transitoria calidæ voluptatis, vel calidæ cupiditatis. Dictum est enim suprà quòd Cham interpretatur calor, vel caliditas: Calorem autem concupiscentiæ aufert afflictio, sicut dicitur *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ maximæ. Item subtrahit cupiditatem, secundum illud *Iob* 2. b. Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo, dabit pro anima sua. *e* Et abstulit, &c.] Septima pars, vbi ostendit, quomodo Iudæos de Ægypto eductos introduxit in terram promissionis: & ipsi iterum ingrati offenderunt Deum. Dicit ergo: [Et abstulit, sicut oues populum suum. Abstulit, sc. quadam violentia de manu Pharaonis, *Exod.* 3. f. Scio, quòd non dimittet vos Rex Ægypti, vt eatis, nisi in manu valida. *i* Et perduxit eos, tanquam gregem in deserto.] Hæc sunt ergo duo beneficia, eductio, & deductio. Tertium fuit securitas, siue assecuratio: vnde addit. *m* Et deduxit eos in spe] id est in multa fiducia. *o* Et non timuerunt,] supple, boni perfecti, vt Moyses & Aaron: Nam cæteri timuerunt, *Exod.* 14. c. Leuantes filij Israel oculos, viderunt Ægyptios post se, & timuerunt valde. Vel, Non timuerunt, i. non timere debuerunt, cùm Deus esset protector eorum. *Ps.* 26. Dñs protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Vnde etiam sequitur causa, quare non debuerunt timere. *p* Et] i. quia] inimicos eorum aperuit mare.] Postea ostendit, quomodo introducti sūt in terram promissionis: Vnde dicit. *s* Et induxit eos in montem sanctificationis suæ] i. in Sion, vbi postea populus sanctificatus est, & templum ædificatum. Quomodo induxit? Quia acquisiuit eum: Vnde addit.

Literaliter.
Septima pars.

al. † eduxit.

u Montem, quem acquisiuit dextera eius.] Et quomodo acquisiuit, ostendit

Moraliter.

Moraliter, *e* Et abstulit sicut oues populum,] Dominus à diabolo, *Isa.* 49. g. Nūquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? Quia hoc dicit Dominus, equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. *Luc.* 11. c. Si fortior eo superuenerit, vniuersa arma eius auferet, &c. *f* Sicut oues,] id est, simplices, non lupos: De quibus *Soph.* 3. a. Iudices, eius lupi, vespere non relinquebant in mane, *Ezech.* 22. f. Principes eius quasi lupi. *g* Populum] i. collectos in charitate, non diuisos, vel in cupiditate collectos: sicut vultures; *Iob* 28. b. Nec intuitus est oculos vulturis. Sed in fide, & charitate. *Baruc.* 4. g. Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatē à Deo tibi venientem. ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniūt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes in honorem Dei. *h* Suum,] non alienum, *Psal.* 143 Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Nunc autem potest dici illud *Osee* 1. c. Voca nomen eius, non populus meus, quia non populus meus. vos. *i* Et perduxit eos] Hoc necesse est, quia nisi perducantur, frustra auferuntur. Multi enim sunt, qui incipiunt sequi Deum, sed non perducuntur, quia lassi subsistunt, vel timidi redeunt. De lassis dicitur 1. *Reg.* 30. e. Lassi substiterant, nec poterant sequi Dauid. De timidis dicitur *Deut.* 20. b Quis est homo formidolosus, & corde pauido? Vadat, & reuertatur. *Leu.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis: & ita fugiunt quasi gladium. *k* Tanquam gregem,] i. simul iunctos in conuentu. *l* In deserto,] i. in arcta via, siue vita claustri, Quot enim sunt Claustra Religiosorum, tot sunt greges ouium Christi. Tutius autem est ouem esse in grege, & hominem in conuentu quàm singularē: quia dispersas & singulares oues lupus rapit, & ad dispergendum eas semper laborat. *Ioan.* 10. b. Lupus rapit, & dispergit oues. *Abac.* 3. Venientibus vt turbo ad dispergendum me; Dominus autem suas oues laborat congregare. Vnde dicit *Matth.* 12. c. Qui non congregat mecum, dispergit. *Et* 23. d. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas & noluisti? *Ioan* 11. g. Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantū pro Gente, sed vt filios Israel, qui erant dispersi, congregaret in vnum, *Eccl.* 4. c. Melius est esse duos simul, quam vnum, &c. Ergo & decem, vel centum vel mille multò melius.

m Et deduxit eos] de mundo. *n* In spe præmij Dominus. *o* Et non timuerunt] laborem. Dominus educit in spe,] & securitate, sed è contrario diabolus reducit in desperatione, & timore humano quo timēt homines mori fame, vel deficere in labore, *Ps.* 13. Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Non ergo negatur hic timor Dei; sed timor mūdi, siue carnis, qui à timore Dei excluditur, *Eccl.* 34. c. Qui timet Deum, nihil, repidabit, i. nihil aliud, quàm Deū, quia nec etiā inimicos. *p* Et] enim, inimicos eorū, Ægyptios, i. peccata, vel dæmones. *q* Operuit] i. submersos perire fecit. *r* Mare,] id est, Baptismus, vel pœnitentia, *Exod.* 15. b. Submersi sunt quasi plūbū in aquis vehementibus, *Psalm.* 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt Peccata, sc. aquis maris rubri, i. pœnitentiæ. *Deut.* 11. a. Operuerunt eos aquæ maris rubri. *s* Et induxit eos in montē sanctificationis suæ,] i. in Religionis vita, quæ dicitur mons propter arduum statum. *Gen.* 19. d. In monte saluū te fac. Sed dicit Loth: Nō possū in monte saluari, i. declinans sic loquitur, Loth. n. interpretatur vacans, vel declinans, & vacantes otio, & declinantes à Deo, exire de Sodoma, & in montem ascendere nolunt. *t* Sanctificationis suæ] quia Sanctos facit, vel Sanctos custodit, *Ierem.* 30. a. Tempus tribulationis est Iacob & ex ipso saluabitur. *u* Montem quem acquisiuit dex-

* tera eius

uit dextera eius. Et *a* eiecit à facie eorum Gentes: & forte *b* diuisit eis terram in *c* funiculo distributionis. Et *d* habitare fecit in *e* tabernaculis eorum. *f* Tribus Israel. Et *g* tentauerunt † & *h* exacerbauerũt *i* Deum excelsũ: & *k* testimonia eius non custodierunt. Et *l* auerterũt se, & non *m* seruauerunt pactum: *n* quemadmodum patres eorum, con-

A acquisiuit, ostendit, dicens. *a* Et eiecit à facie eorum Gentes,] quia multi ira territi sunt, quod non ausi sunt remanere *Sap.*12.a. Misit antecessores exercitus sui vespas. Et ostendit, quod gratis dedit. Quia.

b Diuisit eis terram.] Quomodo? *c* In funiculo distributionis:]Ita legitur *Iosue* 14. Et non tantum gratis dedit sed & firmiter videlicet, in possessionem. Vnde dicit.

d.† adhuc. *d* Et habitare fecit in tabernaculis eorum Tribus Israel.] Enumeratis beneficiis, ostẽdit illorum ingratitudinem: quia sicut in deserto: ita & in terra promissionis ingrati fuerunt, & peccauerunt. Vnde eorum peccata ostendit, quibus apparet eorum ingratitudo. Primum fuit dolus. Vnde dicit.

g Et tentauerunt,] scilicet, Deum. Secundum fuit infidelitas: Vnde addit.

h Et exacerbauerunt Deum excelsum:] Nullum enim peccatum ita acerbum, & amarum redit Deum, sicut infidelitas. Tertium fuit omissio: Vnde dicit.

k Et testimonia eius non custodierunt,] id est, legem quæ testimonium dat de premijs & de pœnis: Quartum fuit apostasia. Vnde dicit.

l Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum:] Et in hoc imitati sunt patres suos: Vnde addit. *n* Quemadmodum patres eorum,] supple non seruauerunt. Vel ei, quod sequitur potest iungi, vt dicatur: Quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. Et est hoc quintum peccatum, scilicet, subtractio promissionis. Arcus enim prauus est, qui cum tenditur, & promittit, quod per illum possit homo trahere, tunc frangitur. Sextum peccatum eorum fuit idololatria: Vnde dicit:

Δ In iram concitauerunt

Moraliter. * terra eius.] Christus, sc. manu sua Cruci affixa, acquisiuit nobis montem Religionis, vel pœnitentiæ, alioquin inutilis esset nobis. *Isa.*63.b. Saluauit mihi brachium meum, 2. *Reg.*5.b. Cœpit Dauid arcem Sion. Et *inf.* Habitauit Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem Dauid. Religio. n. est ciuitas Dauid: quia in ea est ciuium vnitas. Et Dauid, i. Christus manu fortis in actiua & aspectu desiderabilis, in contemplatiua.

a Et eiecit à facie eorum Gentes,] id est, Gentiles ritus, & motus: Vel Gentes illas septem, s. Iebusæum, Amorrhæum &c. per quas septē peccata capitalia designantur, quæ à facie pœnitẽtiũ, & præcipuè verorũ Religiosorũ eiciuntur, vt coram eis non appareant. 1. *Mach.* 13. g. Simon eiecit eos de ciuitate, i. obedientia de Religione, & emundauit ædes, in quibus erant simulacra, id est, corda, in quibus erat idololatria auaritiæ, quæ est idolorum seruitus. *Ephes.* 5. b. *Prou. vigesimo primo* d. Vir obediens loquetur victoriam.

b Et forte diuisit eis terram in funiculo distributionis.] Terram, corporũ, vel virtutum, vel terram viuentiũ. Terrã corporis diuidit, & distribuit pœnitentibus, & Religiosis, modò corpus in seruitutem redigens, per abstinentiam, modò Dei laudibus illud prosternens in oratione & psalmodia modò necessitatibus proximorum illud impertiẽs in operibus misericordiæ, & huiusmodi terram virtutum, quæ frugem bonorum operum reddidit, diuidit etiam [forte] i. diuina voluntate, in funiculo distributionis, id est, dans vni prærogatiuam in humilitate, alij in charitate, alij in pietate, & huiusmodi. *Rom.* 12. b. Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes, &c. 1. *Cor.* 12. a. Diuisiones gratiarum sunt, &c. Et *post* b. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Terram autem viuentium diuidit nobis in præsenti in spe, & in futuro diuidet in re quando vnicuique dabit secundum meritum suum. *Ioan.*14. a. In domo patris mei mansiones multæ sunt. *Rom.*2.a Reddet vnicuique secundum opera sua.

d Et habitare fecit in tabernaculis eorum,] scilicet, Gentium.

f Tribus Israel.] Per Tribus Israel intelliguntur virtutes, & gratia, quæ Deum faciunt nos videre, & à Deo tanquã à vero Iacob descendunt. Has facit Dominus habitare in tabernaculis Gentium, i. in cordibus, in quibus prius habitauerunt peccata. *Isa.* 35. c. In cubilibus, in quibus habitabant dracones, viror calami & iunci orietur. *Rom.*5. d. Vbi abundauit delictum superabundauit & gratia. Vel.

f Tribus Israel,] id est, eos qui per fidem filij Dei effecti sunt, & per opera charitatis patrizauerunt.

d Habitare fecit,] id est, faciet.

e In tabernaculis eorum,] id est, in æternis tabernaculis, de quibus eiecit Gentes malas, id est, Angelos Apostatas. *Isa.*32.d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, Ecce habitatio Tribuum Israel. Grando autẽ in descensione saltus, & humiliatione humiliabitur ciuitas, Ecce eiectio, & abiectio superborum Angelorum. Licet autem Dominus tot bona faciat pœnitentibus, & Religiosis, tamen multi faciunt, quod sequitur.

g Et tentauerunt,] per infidelitatem.

h Et exacerbauerunt] vel prouocauerunt, per prauam operationem.

i Deum excelsum] in quem credere, cui seruire debuerunt.

k Et testimonia eius non custodierunt,] peccantes per omissionem. Testimonia Dei, sunt scripturæ, quæ testantur pro ipsis contra malos. *Ioan.*5. f. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Vel testimonia illa, de quibus 1. *Ioa.*5.b. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Et infrà Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, id est, gratia aqua Baptismi, & sanguis Eucharistiæ. In cœlo ergo producuntur pro nobis, vel contra nos testes: Pater, de vsu potestatis verbum, id est, Filius, de vsu sermonis: Spiritus sanctus de vsibus septem donorum: Hæc ergo testimonia oportet nos custodire, vt sic operaremur, quod pro nobis, non contra nos testarentur. Item alia tria testimonia, quæ sunt in terra, scil. Gratiam, & Baptismum, & Eucharistiam. custodire, nos oportet. *Psalm.*118. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. Sed de Clericis, & Sacerdotibus potest dici, quòd hoc testimonium non custodierunt.

l Et auerterunt se,] à Deo ad quem conuersi erant per pœnitentiam vel ingressum Religionis, vel per susceptionem clericalis; vel superioris ordinis. *Isa.* 59. c. Auersi sumus, ne iremus post tergum Domini. *Prou.*1. d. Auersio paruulorum interficiet eos. *Ierem.*2. d. Auersio tua increpabit te. — *De Clericis & Sacerdotibus.*

m Et non seruauerunt pactum,] Baptismi, vel pœnitentiæ, vel voti in religione, vel in susceptione Ordinis facto. *Ier.*11.b. Audite verba pacti huius, & facite illa. Et infra. Induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi, vt facerent. & non fecerunt.

n Quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.] Hoc potest dici de omnibus, qui exemplo malorum, bonum, quod inceperāt, dereliquerunt: Et de Clericis magis, qui suscepto ordine, & voto facto, incipiunt quasi mittere sagittas contra diabolum: sed citò conuersi, & non seruantes pactum, Deum peccatis sagittant *Malac.*3. b. Si affliget homo Deum, quia vos configitis me, &c. Hoc etiã præcipuè dicitur de Monachis, & Religiosis exempti, cui, cùm deberent corda obedientiæ flecti, & mittere sagittas bonorum operum contra diabolum, faciunt se eximi à potestate Prælatorum, ne eis obediant, *Os.* 7. d. Reuersi sunt, vt essent absque iugo, facti sunt, quasi arcus dolosus. Et hoc, quemadmodum patres eorum: Ipsi enim omnes in huiusmodi allegant antiquam consuetudinem, & quod ita fecerunt antecessores eorum. *Ier.*7. f. Indurauerunt ceruices suas, & peius operati sunt, quam patres eorum. *Ierem.*16.c. Dereliquerunt me patres vestri Et *infrà*: Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri. Bonorum autem patrum non volunt imitari obedientiam, humilitatem & paupertatem, scilicet Apostolorum, B. Benedicti, B. Antonij, B. Bernardi, & aliorum. *Is.* 51. a. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ genuit vos. Abrahã, significat Apostolos & institutores Ordinum, qui patres sunt multarum Gentium. Sara significat primitiuam Ecclesiã, & primitiuam Religionem: Sara enim interpretatur Princeps, vel carbo, vel velamen, vel angustia: Et Ecclesiã & Religio in principio fuit Princeps per paupertatem: quia nulli subdita, nisi Deo, nunc autem est serua, propter diuitias. Item fuit carbo succensus, per charitatem nunc autem glacies, per torporem & acidiam. Item fuit velamen per misericordiam, nudos vestiens & famelicos pascens, nunc autem pauperes opprimit, nudos excoriat, per rapinam & exactionem: quia — *De Religiosis exemptis.*

A *a* In iram concitauerunt eum in collibus ſuis,] id eſt, eorum. Vel [ſuis,] i. Dei Et tangit morem idololatrarum, qui in collibus ſuis, & in excelſis locis ſacrificabant.

b Et in ſculptilibus ſuis.] id eſt, in idolis ſculptis arte hominum.

c Ad æmulationẽ] i. ad vindictã, [eũ prouocauerunt] *Ierem*. 3. b. In omni monte excelſo ædificaſti tibi lupanar. Lupanar dicit: quia idololatria eſt fornicatio ſpiritualis: & ideò dicit, quod in hoc prouocauerunt eum ad æmulationem. Æmulatio enim eſt vindicta, quã aliquis exercet in vxorem propter adulterium. *Prou*. 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.

al. † Et.

uerſi ſunt in arcum prauum. † In iram *a* concitauerunt eum in collibus ſuis: & in *c* ſculptilibus ſuis *c* ad æmulationem eum prouocauerunt *d* Audiuit † Deus, & *e* ſpreuit: & *f* ad nihilum redegit † valde Iſrael. Et *g* repulit *h* tabernaculũ Silo: *i* tabernaculũ ſuũ, vbi habitauit in *k* hominib'. Et *l* tradidit in *m* captiuitatẽ *n* virtutẽ eorũ: & *o* pulchri-

al. † Dominus.

al. † nimis.

Moraliter. * Clerici & Religioſi crudeliùs tractant ſubditos, & homines ſuos, quam milites, & Barones. Item fuit anguſta, vel anguſtiata per auſteritatem & rigorem; nunc autem dilatata, & delicata eſt per diſſolutiones, & delicias. *Deut*. 32. b. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus.

a In iram concitauerunt eum in collibus ſuis.] Per colles intelliguntur dignitates, & præbendæ, in quibus multi prouocant, & concitant Dominum. Vnde *Ieron*. ſic tranſtulit hic: Prouocauerũt eum in excelſis. *Iudic*. 2. b. Fecerũt malum filij Iſrael, id eſt, Clerici, & Religioſi multi, & ſeruierunt Baalim, & Aſtaroth, id eſt, ambitioni, & concupiſcentiæ carnis. Baalim enim interpretatur ſuperior: Aſtaroth, cubiculum vel præſepium. Per cubiculum, intelligitur luxuria per præſepium gula: Hoc eſt ergo, quod dicit: Seruierunt Baalim, & Aſtaroth, ac dimiſerunt Dñm, De his collibus dicit. *Ier*. 3. g. Ecce nos venimus ad te, tu es enim Dñs Deus noſter. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium, id eſt, multitudo præbendarũ. & dignitatum. *Ier*. 50. b. De monte in collem tranſierunt obliti ſunt cubilis ſui, id eſt, ſepulchri, vel nidi. Non enim habet homo duo ſepulchra, vel auis duos nidos ſimul. Multi Reges in Iſrael laudabiles extitiſſent, ſi excelſa abſtuliſſent. Similiter multi Clerici, & Rectores, ſi ambitionem de corde auferrent. Sed de paucis, id eſt, de duobus Regibus dicitur, quod excelſa abſtulerunt: & de paucis Rectoribus poteſt dici: Ferè enim omnibus cõuenit illa exceptio, quæ toties in libro Regum repetitur: Verumtamen excelſa non abſtulit. Sed nec multi Religioſi auferunt hæc excelſa: Vnde dicit *Ierem*. 49. d. Qui habitas in cauernis petræ, & apprehẽdere niteris altitudinem collis, id eſt, ſedes in Clauſtro, & aſpiras ad Prælationem. Et licet in excelſis, & collibus Domino immolaretur, tamen [in iram concitauerunt,] Deum ibi: Ita ambitioſi licet cogitent, & fingant ſe appetere prælationem, vt Deo ſeruiant, & fructum faciant: tamen Deum offendunt.

b Et in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt] Statuas ſibi ſculpi, qui inuentum dogma, vel imaginationes diuiſibiles in corde ſtatuit quaſi in templo *Abac*. 2. d. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conſtabile, & imaginem falſam. *Ier*. 10. c. Confuſus eſt omnis artifex in ſculptili: quia falſum eſt quod conflauit. Idem poteſt dici de his qui ad voluntatem ſuam Scripturam trahunt repugnantem, vt dicit *Ieron*. & ad idem quod ſciunt, vel ſcire videntur, eam adaptant violenter. *Sap*. 13. c. Lignum curuum, & vorticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, &c. Et hoc prouocat Deum ad æmulationem: quia adulteram verbum Dei, qui eſt zelator caſtæ expoſitionis. *Pſal*. 11. Eloquia Domini eloquia caſta. *Deut*. 5. a. Dominus Deus tuus, Deus æmulator.

Literaliter. *d* Audiuit Deus, &c.] Octaua pars, vbi agit de vltione facta in Iudæos in terra promiſſionis, & de vltione poſtmodum facta in eos, per quos Iudæos percuſſerat. Dicit ergo: Audiuit Deus, id eſt, ſe audire oſtendit.

e Et ſpreuit] id eſt, ſe ſpernere monſtrauit Iſrael.

f Et] id eſt, quia [ad nihilum redegit valde Iſrael,] i. Iudæos: quia triginta millia cadebant in die vna.

g Et repulit tabernaculum Silo] id eſt, non placuerunt ei ſacrificia eorum, quæ faciebant ei in Silo, & permiſit arcam ab eis auferri, quæ erat in ciuitate Silo. Silo enim eſt ciuitas, in qua erat arca, quæ propter peccata Sacerdotum Ophni, & Phinees, filiorum Eli capta eſt ab Allophylis. 1. *Reg*. 4. b.

i Tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus quaſi dicat, non merito tabernaculi habitauit ibi, ſed merito hominum: quia ſecundum quod dicitur *Mach*. 5. c. non propter locum Gentem elegit: ſed propter Gentem locum elegit Dominus. Et è contrario, non repulit tabernaculum propter vitium ipſius tabernaculi: ſed propter peccata hominum.

l Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum] id eſt, fortes eorum.

o Et pulchritudinem eorum,] id eſt, nobiles eorum, in quibus conſiſtit pulchritudo populi.

Δ In manus

Moraliter. Moraliter. *d* Audiuit, &c.] Suprà dictum erat de pœnitentibus, & de Clericis, & de Religioſis, quod auerterũt ſe, & non ſeruauerunt pactum, &c. & quod ad æmulationem Deum, prouocauerunt: Et poſſet quærere aliquis infidelis: Quomodo ſciuit hoc Dominus? Vnde quaſi reſpondens dicit: Audiuit Deus mala Chriſtianorum, Clericorum, & Religioſorum. *Sap*. 1. c. Auris zeli audit omnia. *Iac*. 5. a. Clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Sunt autem quatuor genera peccatorum, quæ propriè & ſpecialiter clamant ad Deum contra actores ſuos, Primum eſt peccatum Sodomiticum. Vnde *Gen*. 18. c. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Nota ibi *Gloſſ*. Secundum eſt homicidium. Vnde *Gen*. 4. b. Vox ſanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra *Iob* 16. d. Terra, ne operias ſanguinem meum, & non inueniat in te locum latendi clamor meus. Tertium eſt fraudatio mercenariorum. *Iacob* 5. a. Ecce merces operariorum veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Quartum eſt oppreſſio pauperum. *Exod*. 3. c. Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictiones eorum.

Quatuor genera peccatorum, quæ clamant ad Deum.

e Et ſpreuit,] eos. *Iob* 12. c. Ducit Sacerdotes eorum inglorios: Et pòſt: Effundit deſpectionem ſuper Principes. *Abdiæ* 1. a. Contemptibilis tu es valdè, ſuperbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petræ. Hoc propriè dicitur Religioſis ſuperbis.

f Et ad nihilum redegit valdè Iſrael] id eſt, Clerum & Religionem, quia dimiſſo vero & magno bono Iſraelis, ſ. videre Deum, & deſiderare eum, ad nihilium temporaliũ bonorum ſe conuerterunt. *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Et *inf*. d. Qui lætamini in nihilo, qui dicitis, nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? *Iob*. 16. b. In nihilum redacti ſunt omnes arctus mei. Hoc dicit Eccleſia. *Pſalm*. 72. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, quaſi dicat, non vt homo.

g Et repulit,] i. reprobauit.

h Tabernaculum Silo, id eſt, ſtatum Clericorum, vel Religioſorum. *i* Tabernaculum ſuum, vbi habitauit,] quondã.

k In hominibus,] de Clericis, & religioſis dans hominibus reſponſa per operationis euidentiam ſicut ſolebat dare de tabernaculo Apoſtolorum. Sed nunc repulit tabernaculum iſtud, quia iam non videtur ibi habitare, nec reſpõſa dare: Vnde poſſunt dicere quod dicebat Saul, 1. *Reg*. 28. c. Philiſtiim pugnat aduerſum me, ſc. dæmones: & Deus receſſit à me, & audire me noluit, neque per Sacerdotes, neque per ſomnia, ſcilicet, Religioſorum, qui deberent in ſomno contemplationis ſomniare, & haurire, quid aliis de Domini voluntate reſponderent.

l Et tradidit,] permiſſiuè.

m In captiuitatem,] diaboli.

n Virtutem eorum,] id eſt, fortitudinem Eccleſiæ, ſcilicet Clericos, & prælatos, & Religioſos, qui ſunt oſſa, & fortitudo Eccleſiæ, ſecundum quod de Apoſtolis dicit Eccleſia, *Thren*. 1. e. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Sed nunc in captiuitatem tradita ſunt oſſa Eccleſiæ, & per conſequens carnes, id eſt, debiles & infirmi laici. *Iſa*. 38. c. Contriuit omnia oſſa mea *Prou*. 29. c. Cùm prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Vnde conqueritur Dominus *Iſaiæ*. 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus eſt, quia non habuit ſcientiam. 2. *Timoth*. 2. Vt reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo tenentur captiui ad ipſius voluntatem.

o Et pulchritudinem eorum,] id eſt, famam, vel ipſos Clericos, qui deberent eſſe decor Eccleſiæ, [tradidit

* *a* in manus

Δ *a* In manus inimici.] Vel secundum *Gloss.* arcam vocat virtutem & pulchritudinem eorum, per quam, inuicti, & honorati sibi videbantur inter Gentes 1. *Reg.* 3. b. Venerunt Philistæi, & dissipauerunt exercitum Iudæorum, & capta est arca Dei, & mortui sunt duo filij Eli, Ophni, & Phinees. Nec tantum captiuati, sed & occisi sunt: Vnde addit. *b* Et conclusit in gladio populum suum] id est, Iudæos, quos inter alios quasi peculiarem populum sibi elegerat.

...tudinem eorum in *a* manus inimici Et *b* conclusit in *c* gladio *d* populum suum: & *e* hæreditatem suam *f* spreuit *g* Iuuenes eorum *h* comedit ignis: & *i* Virgines eorum non sunt lamentatæ. *k* Sacerdotes eorum in gladio *l* ceciderunt: *m* & viduæ eorum non *n* plorabantur. Et *o* excitatus est, tanquam dormiens, Dominus: tanquam *p* potens *q* crapulatus à

Sed quos ex misericordia elegerat de iustitia reprobauit: Vnde addit.

e Et hæreditatem suam spreuit, id est, illos, quos sibi in hæreditatem assumpserat. *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. Vel. [Hæreditatem suam spreuit.] id est, terram promissionis quam permisit ab alienis deuastari. Et quia dixerat indeterminatè, quòd quidam in gladio fuerant occisi, postea determinat, quòd quatuor genera hominum fuerunt occisa, scilicet, iuuenes, virgines, Sacerdotes, & viduæ. Et hoc est, quod dicit. *g* Iuuenes eorum comedit ignis,] id est, consumpsit ira Dei, quæ est velut magnus ignis. *Ps.* 78. Accendetur velut ignis zelus tuus. Vel [ignis] id est, ira inimicorum.

i Et virgines eorum non sunt lamentatæ] quando, s. deprædabantur, vel quando corrumpebantur.

k Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt,] quia, sc. occisi sunt ab inimicis: Et sic est Sacerdotes] nominatiui casus, & [ceciderunt] dicitur à cado, dis. Vel potest esse Sacerdotes accusatiui casus & cæciderunt dicitur à cædo, dis, vt sit sensus: Ipsi inimici ceciderunt in gladio Sacerdotes eorum.

m Et viduæ eorum non plorabantur,] quæ, videlicet, interfectæ erant, vel quæ desolatæ erant, maritis earum interfectis. Sed quia Dominus in ira sua non continebit misericordias suas, post ostensionem pœnarum, ostendit liberationem: Vnde dicit.

o Excitatus est tanquam dormiens Dominus,] quasi dicat ita excitauerunt Deum, vt eis succurreret, sicut excitari solet homo crapulatus à strepitu, & clamore familiæ.

p Tanquam potens crapulatus à vino] quia dum homo potens dormit, non apparet eius potentia: Similiter nec Dei potentia apparet malefactoribus, quos patiens sustinet; sed cùm incipit vindicare, tunc videtur quasi excitatus à somno. Et ostendit qualiter illos liberauit, videlicet, puniendo inimicos eorum: Vnde dicit.

Δ Et percussit.

Moraliter. *a In manus inimici; diaboli quia sicut dicitur *Ierem.* 50. b. Peccauerunt Domino decori iustitiæ. De hac virtute, & pulchritudine. *Thren.* 1. b. Egressus est à filia Sion, i. ab Ecclesia omnis decor eius: ecce de pulchritudine. Facti sunt Principes eius velut arietes non inuenientes pascua, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis: ecce captiuitas virtutis ad peccatum autem Clericorum, & Prælatorum, sequitur peccatum subditorum laicorum, secundum quod dicit *Gregorius*: Cùm pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt per præcipitium grex sequatur. Vnde addit.

b Et conclusit] quasi de necessitate inferens.

c In gladio] inimici, id est, peccato.

d Populum suum,] post pastores.

e Et hæreditatem suam.] id est, populum suum.

f Spreuit] Homo dicitur spernere hæreditatem suam, quando eam non excolit: Sic Dominus spernit eos, quos per tribulationes non exercet; sed permittit in eis crescere spinas, & vrticas vitiorum. Vnde comminatur Genti peccatrici, quasi vineæ dicens: *Isa.* 5. b. Non fodietur, neque putabitur, & ascendent super eam vepres, & spinæ.

g Iuuenes eorum ad literam.

h Comedit ignis] luxuriæ: De quo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad cõsumptionẽ deuorans. *Ioel.* 1. d. Ad te, Domine clamabo, quia ignis deuorauit speciosa deserti. *Thr. vlt.* Adolescentibus impudice abusi sunt.

Ad literam. *i* Et virgines eorum non sunt lamentatæ,] quia non est hodie ad literam, qui super virgines corruptas, & thesauro irrecompensabili, & irrecuperabilis spoliatas lamentetur & deploret. Iam enim non est Ieremias, qui dicebat *Thren.* 2. d. defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei. Magna enim est contritio defloratio virginis: ita enim contrita est, quod nullatenus reintegrari potest. Vnde dicit *Ieronym.* Cùm Deus omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam Item *Thren. vltim.* b. deplorat dicens: In Sion humiliauerunt mulieres, id est, in Religione Moniales, virgines in ciuitatibus Iuda, i. in Ecclesiis in cõfessione. *Amos* 5. a. Proiecta est virgo Israel. Et *inf.* c. Vocabunt agricolas ad luctum, & ad planctum eas, quæ sciunt plangere.

Allegor. Allegoricè. Virgines sunt Ecclesiæ, quæ diu fuerunt cum maritis, & sponsis suis, & nullum fructum fecerunt, nec fœcundatæ sunt: Et hoc nullus deplorat.

Moraliter. Moraliter. Virgines sunt animæ steriles à bono opere, quæ lamentandæ sunt à semetipsis & ab aliis. Vnde filia Iepte cum sodalibus suis flebat virginitatem suam in montibus. *Iudic.* 11. g. Caro sterilis toleratur, sed anima sterilis maledicitur. *Deut. septimo* c. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus suis.

k Sacerdotes eorum in gladio tribulationis.

l Ceciderunt, cùm tamen ibi deberent se erigere. *Luc.* 21. f. His autem fieri incipientibus respicite; & leuate capita vestra, Vel quod peius est [In gladio] peccati: Gladius enim diaboli est peccatum. *Eccles.* 21. a. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. De hoc admirans Ieremias: *Threnor.* 2. g. Si occiditur in sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta.

m Et viduæ eorum,] id est Ecclesiæ maritis viduatæ, non adulteris

n Non plorabantur] quæ plorari deberent eo, quod ceciderunt sponsi earum. Vel ad literam viduæ non plorantur, quia non est, qui oppressioni earum compatiatur. Mortuus est enim Iob: & successorem non habet, qui possit dicere: Cor viduæ consolatus sum: *Iob.* 29. c. Nunc enim omnes sumus pueri, & nescimus compati aliorum aduersitati. *Is.* 3. a. Dabo pueros Principes eorũ

Allegor. de Christo. *o* Et excitatus est tanquam dormiens Dominus.] Allegoricè, potest esse Thema de resurrectione, in qua excitatus est Dominus à sopore mortis. *Ier.* 31. c. Quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi *Ps.* 3. Ego dormiui, & somnum cepi, & soporatus sum, & cætera. Leo tertia die excitatur, ita Christus: De quo *Apocal. quinto* b. Vicit leo de Tribu Iuda. Somnus enim Christi, mors eius fuit lectus crux. *Iob vigesimo nono.* c. In nidulo meo moriar. Ad modum columbæ durum nidum habuit.

p Tanquam potens:] *Ps.* 23. Dominus potens in prælio. *Ioan.* 10. d. potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

q Crapulatus à vino,] myrrhato, scil. Passionis, calice. *Marc. cap.* 15. b. Dabant ei bibere vinum myrrhatum, *Mat.* 20. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Vel [Crapulatus vino] amoris, quem habebat ad hominem. *Gen.* 9. c. Bibens vinum Noe inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.

Moraliter. Moraliter autem excitatur Dominus ad vindicandum prædicta mala: Oratio autem viduarum, & oppressorum excitat eum. *Psalm.* 43. Exurge quare obdormis, Domine? Et alibi *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Matth* 8. c. Suscitauerunt eum dicentes: Domine, salua nos: perimus Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est tranquilitas. *Iob.* 8. c. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.

p Tanquam potens crapulatus à vino.] Potentes solent bibere bonum vinum, & delectabile, cuius dulcedine delectati inebriantur: Dominus autem in lachrymis deuotis, & vino compunctionis nostræ, ita delectatur, quod ebrius fit, & obliuiscitur peccata nostra, & quicquid fecerimus mali. Vnde dicit *Ierem. vigesimo tertio* b. Factus sum, quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino. *Cant.* 8. a. Dabo tibi poculum ex vino condito; & mustum malogranatorũ meorum. Item oratio, & laus, & confessio vinum est. *Cant.* 7. a. Guttur tuum, sicut vinum optimum, dignum Dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum.

A *a* Et percussit inimicos suos in posteriora.] Ita legitur 1. *Reg*.5. b. quod ebullierunt mures de terra,& percussit Dominus azotum in secretiori parte natium, & mures corrodebant prominentes extales eorum. *c* Opprobrium sempiternum dedit illis.] Opprobrium sempiternum fuit, quia vilissima fuit huiusmodi in. infirmitas. Et di. cunt quidam quod hoc opprobrium sustinent Iudæi, quia in vindictam dominicę Passionis patiuntur fluxum sanguinis, & ideò sunt ita pallidi.

vino. Et percussit. *a* inimicos suos in *b* posteriora: *c* opprobrium sempiternum dedit illis. Et *d* repulit tabernaculum Ioseph: & Tribum † *e* Ephraim non elegit. Sed *f* elegit Tribum Iuda: *g* montem Sion, quem *h* dilexit.

Moraliter.

* *a* Et percussit inimicos suos] supradictos.

b In posteriora] id est, in fine in nouissimis eorum, quos in anteriorib. non vult percutere, id est, in præsenti. *Ps*.36. Inimici Domini mox, vt honorificati fuerint & exaltati: ecce anteriora: Deficientes quemadmodum fumus deficient: ecce posteriora. *Iob* 20. a. Si ascenderit vsque in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Hoc est, quod sequitur.

c Opprobrium sempiternum dedit illis.] *Ier*.20. c. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Amicos autem suos percutit non in posteriora, sed in anima, i. in præsenti. *Prou*.3.b. Quem .n. diligit Dñs, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Vel aliter potest dici, vt determinet hic peccata Sacerdotum de quibus prædixerat, & etiam Clericorum malorum, qui sunt inimici Domini familiares, & ideo periculosiores. *Mich*.7. b. Inimici hominis domestici eius, scil. Clerici, & Prælati, *Ps*.40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Hos inimicos percutit Dominus.

b In posteriora] id est, duob. peccatis quæ per posteriora intelliguntur, sc. auaritia, & luxuria. *Phil*.3.c. posteriorum oblitus, ad anteriora me extendo. Hic per posteriora intelligit Apostolus temporalia: Vnde in posterioribus percutitur, qui cupiditate vel amore temporalium vulneratur. Item quia posteriora verenda dicuntur, & sunt per ea intelligitur luxuria. Vnde. 2. *Petr*.2. d. Loquens de luxuria, dicit: Si fugientes coinquinationes mundi cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Et per hoc.

c Opprobrium sempiternum dedit eis,] quia per hoc infamantur, & cessante vitio non potest cessare infamia. *Ierem*. 23. g. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Et notandum quod in Psalmo ponuntur, primò plagæ Ægypti: Secundò plagæ Israelis, scil. in principio huius octauæ partis: Tertiò plagæ Philistiim. Hic Ægyptus muscis percutitur, Israel hominibus hostilibus Philistiim muribus, & ani exitu: quia mœror auaritiæ inquietudinum cutis agitatur, potione verò cadentes, id est, luxuriosi, muribus, id est, ferocitate vexantur, & auiditate cadunt in muscipulá: Patiuntur nihilominus molestiam in pudendis, quam medico graue est ostentare: quia vt dicitur *Ephe*.5. c. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere, etiam in confessione. Porro Israelitæ quasi ratione vtentes, & lege abutentes, propter superbiam ab hostibus, & gladio patiuntur, vt artifice morte pereát qui naturam communem agnoscere non dignantur. *Isa*. 10. c. Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur. Item quando percutitur quis anathemate, non dolet quia non sentit; quando verò percutitur pœna pecuniaria, hoc est, in posteriora, tunc sentit, & dolet, & talis inimicus Dei est

Literaliter.

d Et repulit tabernaculum Ioseph. [Nona pars, vbi agit de Rege Dauid, & loco regni, & ostendit prærogatiuam Iudæ in hoc, quod noluit, vt in alia Tribu esset tabernaculum eius. Hoc est, quod dicit: Et repulit tabernaculum Ioseph. Priùs enim fuit in sorte Ioseph, scil. in sorte Ephraim, qui fuit filius Ioseph; sed ibi non fuit factum templum. Vndè addit.

e Et Tribum Ephraim non elegit,] vt scilicet, ibi fieret domus eius.

f Sed elegit Tribum Iuda, montem, Sion, &c.] & in eo factum est templum. Tamen mons Sion non fuit de sorte Iudæ, sed de sorte Beniamin: Sed ideò dicitur de sortæ Iudæ, quia Dominus illius fuit Dauid, qui fuit de Iuda; & alij Reges, qui successerunt ei.

Δ Et ædificauit

Allegor.

d Et repulit, &c.] Allegoricè secundum *Gloss*. legitur de repulsione Iudæorum, & vocatione Gentium dicit ergo.

[Et repulit tabernaculum Ioseph,] id est, Synagogam Iudæorum. Et nominat Ioseph, qui præ aliis sanctior apparuit: quia Dominus nullum legalibus adherentem acceptat, quantumcunque Pharisæus sit, quantumcunque sanctus videatur.

e Et Tribum, &c.] i. populũ Iudæorum terrenis fructib. inhiantem. *al*.† Ephraim

f Sed elegit Tribũ Iuda,] i. populum Christianum, à Christo genitum in fide, qui de Iuda descendit secundum carnem. *Ioan*.15. c. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos.

g Montem Sion,] id est, Ecclesiam vita eminentem, fide contemplantem.

h Quem dilexit,] *Ephes*.5.e. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro illa, vt eam sanctificaret.

Δ Et ædificauit

Moraliter,

Moraliter. *d* Et repulit tabernaculum Ioseph.] Tabernaculum, est Ecclesia militans, vel religio communiter, *Isaia*.33. d. Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. Sed tabernaculum Ioseph, est illa religio, quæ non intendit, nisi ad augmentum temporalium rerum. & hanc repellit Dominus, & reprobat.

e Et Tribum Ephraim non elegit.] Ephraim, id est, vbertatem non dicitur repellere, quia propter hoc non reprobat homines, si habent diuitias: Habere enim non est in vitio: sed curiositas, & ardor acquirendi, vel multiplicandi, vel habitus retinendi. Vnde repellit Dominus Ioseph, & non dicitur repellere Ephraim; sed tamen hunc non eligere dicitur: quia licet habere diuitias malum non sit secundum se; non tamen est bonum: magis autem est fugiendum, quam eligendum: quia licet non sit malum, tamen valdè periculosum est. *Marc*. 10. c. Et *Luc*.18. c. Quam difficilè, qui pecuniam habent, in regnum Dei intrabunt: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Vnde patet, quod tales non elegit Dominus: quia si elegisset eos, faciliùs eis ingressus regni pateret. *Osea* 11. d. Circumdedit Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Israël: Iudas autem descendit cum Deo, & cum sanctis fidelibus Hoc est, quod hic sequitur.

f Sed elegi Tribum Iuda] id est, homines intendentes confessioni peccatorum suorum, & laudibus Dei.

g Montem Sion] i. eos, qui alti sunt per spem, & circumspecti per timorem.

h Quem dilexit] quia sicut dicitur *in Psalm*. 46. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Potest autem hoc specialiùs ad electionem Prælatorum referri, quia Dominus nõ elegit Prælatos de Ioseph, id est, nobilibus, vel potentibus qui sunt Domini Ægypti, id est, huius mundi propter nobilitatem suam, sed populus Iudaicus elegit Barrabam latronem insignem, & Iesum morti adiudicauit. *Matth*. 27. c. Nec etiam de Ephraim, id est, de diuitibus & abundantibus elegit Dominus Prælatos. Sed hodie à multis eliguntur homines de Ioseph, & Ephraim: & dicunt, quod iura Ecclesiæ defendit Ioseph, & Ephraim, id est, nobilitas, & diuitiæ Prælatorum 1. *Corinth. primo* d. dicit Apostolus contra hoc. Infirmã mundi elegit Deus; vt confundat fortia ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus & ea, quæ non sunt; vt ea quæ sunt destrueret: Non enim fuerunt Apostoli nobiles, vel diuites; sed rustici piscatores, tamen meliùs rexerunt Ecclesiam, quam moderni. De quibus dicit *Baruch*. 3. c. Ibi fuerunt Gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, sciẽtes bella, non hos elegit Dominus, &c. Sed mundus istos eligit, qui sunt gigantes magni in terrenis, scientes facere guerras.

f Sed] Dominus elegit Tribum Iuda, id est, Confessores, qui purgant Ecclesiam, à contaminatione peccatorum, secundum quod dicitur 1. *Mach*.4. c. Elegit Iudas, id est, Christus, Sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum, &c.

g Montem Sion] id est, illos elegit Dominus, qui alti sunt per eminentiam vitæ, & speculatores per contemplationem cœlestium, & vigilem custodiam subditorum. *Psal*.104. Aaron quem elegit ipsum. Aaron montanus interpretatur.

h Quem dilexit] Tales enim Prælatos diligit Dominus. *Ioan*.15.b. vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. *Malc*.1. Iacob dilexi; Esau autem odio habui.

* Et *a* ædificauit

A *a* Et ædificauit,&c.]id est,templum in quo sanctificabat homines. Et dicit [*b* vnicornis]vel vnicornium, qui vnicornis,quando facit ædificium suum. vel taxus foueam suam,multum zelatnec permittit sibi aliena animali a accedere: Ita Dominus zelauit ædificium templi,& pacem dedit Salomoni ab omnibus Gentibus in circuitu[Ædificauit]dico.

c In terra, quam fundauit,&c.] id est, in Ierusalem, quæ fortissima erat. Hæc etiam omnia possunt legi, non tantum de ædificatione templi;sed de institutione Regis,quem non de Tribu Ioseph, vel Ephraim elegit Dñs;sed de Tribu Iuda,s. Dauid. Vnde manifestiꝰ subiungit de ipso. *e* Et elegit Dauid seruũ suũ] Et vbi accepit eum [Et sustulit eum de gregibus ouium,]

al. † vnicornium.
al. † æternum.

Et *a* ædificauit, sicut † *b* vnicornis sanctificium suum *c* in terra *d* quam fundauit in † sæcula. Et *e* elegit *f* Dauid *g* seruum *h* suum, & *i* sustulit

A de post

Allegoricè.

A *a* Et ædificauit sicut vnicornis, &c.] id est, populum sanctum, quem ædificauit per Sacramentorum perceptionem. *b* Sicut vnicornis.] Vnicornis, est animal habens vnum cornu in medio frontis: Per quod intelliguntur fideles, quorum spes in illud vnum erigitur, quod necessarium est. *Luc.* 10. g. Porrò vnum est necessarium. *Ps.* 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram,&c. Et ostendit, vbi ædificauit.

c In terra] id est, in Ecclesia.

d Quam fundauit in sæcula] quia Ecclesia semper durabit, non in militia sed in triumpho. *Eccl.* 1. a. Generatio præterit & generatio aduenit; terra vero in æternum stat. *e* Et] ad hoc ædificium faciendum. [Elegit] Deus Pater. *f* Dauid seruum suum,]i. Christum manu fortem, & aspectu desiderabilem, quia manu affixa Cruci, deuicit diabolum. Vnde dicit *B. Bernard.* Aereas potestates debellauit Christus, non equo residens, sed in Cruce pendens: non manu armata; sed Cruci affixa. Item ipse est, in quem Angeli desiderant prospicere, vt dicitur 1. *Petr.* 1. c. Et dicit. *g* Seruum suum] quia ad hoc faciendum formam serui accepit de progenie Dauid. *Philipp* 2. a. Cum in forma Dei esset, &c. semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. *i* Et sustulit eum de gregibus ouium]illarum nonaginta nouem,quas dimisit in

A deserto,id est,in cœlo

Moraliter.

* *a* Et ædificauit sicut vnicornis,&c.]Sanctificiũ,est prælatio,ad quam non debet ascendere,nisi sanctus, qui possit, & sciat alios sanctificare. Hoc sanctificium ædificauit Dominus, quando fecit Apostolos Prælatos Ecclesiæ *Psal.* 101. Ædificauit Dominus, Sion & videbitur in gloria sua. Sed.

b Sicut vnicornis.] In cornu potestas intelligitur, & in vnicorne vna potestas,quam dedit Dñs Prælatis,s. potestatem in spiritualibus, s. ligandi atq; soluendi, & dæmonia eiiciendi. *Luc.* 10. c. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes,& scorpiones,& super omnem virtutem inimici. *Ioan.* 20. e. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt. De vnicorne dicuntur duo,s. quod cornu in nare gerit,& quod cornu ventrem Elephantis perforat. Vnde versus.

Versus.

Cornu nare gerit, Elephantis quo petit aluum.

Ita Prælatus debet cornu potestatis suæ gerere in nare, id est,in discretione: quæ regere debet potestatem. Potestas enim in homine indiscreto, idem est, quod gladius in manu furiosi, vt monebat Dominus Apostolos. *Marc.* 9. g. Habete in vobis sal, &c. *Isa.* 2. d. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est iste,id est, Prælatus, qui habet discretionem, & & audaciam. Item debet Prælatus cornu potestatis suæ impetere ventrem Elephantis,id est,gulositatem diuitum. Vnde dicit *Greg* Cornu in ventrem ferit, dum prauorum ingluuiem redarguit. Sic faciebat Paulus. *Phil.* 3. d. dicens: Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis,nunc autem,& flens dico inimicos Crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est. Et *Roman.* 16. c. Huiuscemodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Nunc autem non sunt Prælati vnicornes, sed bicornes, quia diabolus ædificauit eis secundum cornu, scilic. potestatem in temporalibus, & terrenis,quod impedit officium cornu alterius. Quod cornu secundum aduersus primum,in se crescere noluerunt Apostoli. 2. *Cor.* 10. b. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum. *Act.* 6. a. dicitur Conuocantes duodecim Apostoli multitudinem Discipulorum dixerunt. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, &c. Nunc autem in administratione mensarum, id est, temporalium, quæ mensis deseruiunt, & etiam mensarum nummulariorum, id est, in computationibus, & causis vicarios ponere nolunt, sed in administratione verbi Dei defacili ponunt quidam. Quidam autem, quod peius est, nec per se administrant verbum Dei, nec sustinent, quod ab aliis administretur; tamen Moysi primo Prælato dicitur. *Exod.* 18. c. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent: vt referas, quæ dicuntur ad eum, & ostendens ceremonias, & ritum colendi Deum, viamque, per quam ingredi debeant: & opus, quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros, qui iudicent populum omni tempore. Et ipse Moyses hoc faciens; tamen in hoc ipso desiderabat adiutores habere. Vnde ad Iosue, qui suggerebat ei, vt quosdam in castris prophetantes prohiberet. dixit. *Num.* 11. f Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det ei Dominus Spiritum suum? Vbi dicit *Greg.* Pia pastorum mens,quia qui non propriam groriam,sed Auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari,quod agit. Item hic notandum est, quod vnicornis non habet tectum, nisi cœlum, & reclinatus ad arborem, dormit. Et Prælatus non debet sibi ædificare palatia, nec ad domos alias anhelare,quam ad cœlum. *Hebr.* vlt. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Sic dicit filius Dei, *Matt* 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Item Prælatus debet requiescere in arbore Crucis Christi. Vnde dicit *Beatus Bernardus* Suauissimum mihi, bone Iesu, ceruical, spinea corona capitis tui: dulcis mihi lectus, lignum Crucis tuæ. Hoc ergo [sanctificium ædificauit:

c In terra]fructifera,id est, in paupertate, quæ frugem cœlestis fructus apportat.

d Quam fundauit, id est, fundamentum fecit Ecclesiæ, & Religionis. Vnde *Psalm.* 103. Qui firmauit terram super stabilitatem suam, id est, super nihil. Vel [Fundauit] id est, in se fundamento ædificauit: quia licet Ecclesia & Religio euerterint suum fundamentum paupertatis: tamen paupertas semper habet fundamentum suum Christum, quia semper Christi paupertatem Scriptura contestabitur, & semper eam aliqui imitabuntur. *Matt.* 26. a. Semper pauperes habetis vobiscum. *Ierem.* 35. a. Non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

e Et elegit Dauid, &c.] Hic notari potest, quis debet eligi. & quomodo, & ad quid. Primò enim per hoc, quod dicit [Elegit] notatur, quod debet esse gratuita, non violenta: vt nullus, scilicet, se ingerat, quia hoc ipso efficeretur indignus. *Hebr.* 5. a. Nec quisquam assumat sibi honorem, qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron. Per hoc, quod dicit.

f Dauid seruum suum] ostendit, quis debet eligi: debet enim esse manufortis, & aspectu desiderabilis. Debet enim habere triplicem fortitudinem: Animositatis, ne expauescat: pondus regiminis, ne frangatur sub onere tanti culminis. Secundò fortitudinem patientiæ, ad molestias sustinendas. Tertiò fortitudinem humilitatis, ad opprobria perferenda. Vel aliter, vt prima fortitudo sit pietatis, vt omnium onera sumat. Secunda, præsidij & defensionis, vt Tyrannorum malitias reprimat. Tertia, belli spiritualis. De his tribus *Ierem.* 1. d. Dedi te in ciuitatem munitam, scilicet, ad pugnandum: & in columnam ferream, ad supportandum: & in murum æneum, ad defendendum. Item debet esse aspectu desiderabilis, id est, speciosus specie virtutum, vt non sit effrontatus per impudentiam: non excæcatus, per ignorantiam: non mancus per bonorum operum carentiam: non enasatus per luxuriam, cuius fœtorem sentit nasus animæ: non elinguis, per verbi Dei imperitiam: non habens os serpentinum, per detractionem, non effœminatus, aut frigidus per torporem, aut negligentiam. Et sic de aliis membris potest dici.

Qui eligitur in Prælatum debet habere triplicem fortitudinem.

Qualis debeat esse electus in Prælatum.

g Seruum] non Dominum 1. *Petr.* 5. a. Non dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo.

h Suum] id est, Christi, non Antichristi, vel diaboli. *Bernard.* Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo.

i Et sustulit eum de gregibus ouium] id est, de congregatione, non Tyrannorum, sed innocentum: vt potiùs sit pastor, quam lupus, vel leo, id est, de gremio Ecclesiæ, si sint ibi, boni. *Act.* 1. d. Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore,quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, testem Resurrectionis eius nobiscum vnum fieri ex istis, &c. Hoc est etiam, quod dicit.

△ *a* Et abundauit] scilicet misericordia Dei. *b* Vt auerteret iram suam ab eis,] quia quantum in ipso erat, semper paratus erat auertere iram, nisi in ipsis staret: vnde bene addit. *c* Et non accendit omnem iram suam.] Non ipse, sed ipsi potius eam accenderunt. Et ostendit causas, quare fuit facilis ad miserendum. Prima est eorum fragilitas: vnde dicit: *d* Et recordatus est, quia caro sunt.] *Gen.* 6. a. Non permanebit Spiritus me⁹ in homine, quia caro est; Spiritus id est, indignatio. Secunda est impossibilitas redeūdi, vnde subiungit. *f* Spiritus vadens & non rediens.] Vadens per se in peccatum, sed non per se rediens. Tertia est vitæ breuitas: quod notatur in hoc, quod dicit: Spiritus vadens & non rediens: homo enim est quasi quidam anhelitus, vadens, & transiens, & non rediens, *Iac.* 4. d. Quæ est vita hominis? vapor ad modicum parens.

al. † auertat. al. † memoratus. al. † reuertens. al. † ira.

Et *a* abundauit, vt † *b* auerteret iram suam: & non *c* accendit omnem iram suam. Et † *d* recordatus est, quia *e* caro sunt: spiritus *f* vadens, & non † rediens. *g* Quotiens exacerbauerunt eum in *h* deserto: in † iram, *i* concitauerunt eum in inaquoso? Et *k* conuersi sunt, & *l* tentauerunt Deum: & *m* sanctum Israël exacerbauerunt: Non *n* sūt recordati manus eius, *o* die,

Moraliter. * misericordia. Vnde addit. *a* Et abundauit, scilicet, misericordia. Vnde ex sua misericordia est quasi quoddam diluuium, in quo submerguntur dæmones, & peccata, & etiam ira Dei: vnde addit. *b* Vt auerteret iram suam] vt scilicet, submergeret eam sub inundante misericordia. *Iac.* 2. c. Misericordia superexaltat iudicium. *Ps.* 32. Misericordia Domini plena est terra: Ecce diluuium latum. Item *Ps.* 35. Misericordia tua vsque ad nubes: Ecce diluuium profundum, siue altum.

c Et non accendit omnem iram suam] id est, perfectam iram; sed eam isto diluuio extinxit. Ad quod penitus perficiendum, & diluuium adimplendum, laticem sui cruoris effudit. Licet autem Dominus quandoque videatur modo irasci, quia verberat in præsenti delinquentes; non tamen ex omni ira, sed ex modica, vel nulla; sed potius ex misericordia hoc facit. *Zach.* 1. c. Ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuauerunt in malum. *Iob.* 35. d. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde. Sed *Zach.* 1. dicit: Ira magna ego irascor super Gentes opulentas. Et ostendit, quid excitat Dei misericordiam erga nos, scilicet, miseria nostra, quia miserabiles sumus. vnde dicit. *d* Et recordatus est] Dñs. *e* Quia caro sunt] Caro dicitur à carendo, vel cadendo; caret enim caro nostra ferè omnibus, vel quoad vitam, vel quoad sustentationem, vel quoad indumentum. Quoad vitam caret, quia indiget Deo, & anima. Anima, quoad esse: Deo, quoad bene esse, & etiam vt conseruetur in esse; quia nec anima esse posset sine Deo. Quoad sustentationem, indiget terræ nascentibus. Quoad indumentum, cæteris animalibus. Vel dicitur à cadendo, quia prona ad lapsum, & secum trahit animam ad casum peccati, & præmittit in præcipitium inferni. *Sap.* 9. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Vnde & de spiritu subiungit. *f* Spiritus vadens, & non rediens.] Hoc tripliciter exponitur: Vadens per se in peccatum, & non rediés, per se à peccato. Sicut n. homo per se potest se interficere; sed nō potest se interfectum suscitare, sic est spiritualiter. Item vadens, id est, recedens à corpore in morte: & non rediens, ante generalem resurrectionem, 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Vel, vadens in mortem inferni, & non rediens: quia in inferno nulla est redemptio. *Sap.* 2. a. Non est, qui sit agnitus reuersus ab inferis. *Iob* 10. d. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.

Literaliter. *g* Quotiens exacerbauerunt.] Sexta pars, in qua enumerat plagas Ægypti propter populum Israël factas. Et prius comparat mala Iudæorum, beneficiis Dei. Primò ergo ostendit magnitudinem peccati ex multitudine, cum dicit: Quotiens exacerbauerunt eum, id est, multotiens ad iracundiam prouocauerunt, peccando. Secundò aggrauat peccatum eorum à circumstantia loci, cum addit. *h* In deserto] scilicet, vbi maximè timendus esset, cum ibi nullum; nisi ab ipso auxilium expectarent. Amplius etiam aggrauat, cum dicit. In iram concitauerunt eum in inaquoso, vbi nec etiam aquam poterant habere sine miraculo. Postea enumerat peccata eorum. Primò Apostasiam, vnde dicit. *k* Et conuersi sunt] scilicet, ad idololatriam, postquam Deum reliquerant auersi ab eo. Secundum fuit dolositas: vnde dicit. *l* Et tentauerunt Deum] Hæc fuit magna dolositas: quia ab illo petebant, quód ab illo se posse accipere diffidebant. Tertium fuit blasphemia, cum dicit.

m Et sanctum Israel exacerbauerunt [i. eum, qui sanctificat Israël, verbis malis blasphemantes, prouocauerunt.

Quartū fuit ingratitudo, quæ consistit in quinque. Primò in obliuione potentiæ Dei: Vnde dicit. *n* Non sunt. &c.] i. potentiæ eius. Secundū, obliuio diei, quo liberati sūt. Tertiū, obliuio ipsius liberationis. De his duobus dicit. *o* Die,

△ qua redemit

Moraliter. Moraliter. *g* Quotiens exacerbauerunt eum.] Malum est exacerbare Deum naturaliter mitem. Exacerbatur autem peccatis hominum. *Psal.* 9. Exacerbauit Dominum peccator. *Ieron.* Quidquid mali patimur, vitij nostri est, qui dulcem Deum vertimus in amarum, & cogimus sæuire nolentem: Bonum autem est ex acerbare dæmones acerbos, sicut canes maleuolos: hoc fit per frequentem confessionem, 1. *Machab.* 3. a. Iudas exacerbabat Reges multos. &c. *h* In deserto] Vtinam in deserto claustri nunquam exacerbaretur. *Deut.* 32. c. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ, id est, Monachi & Moniales. *Ier.* 11. c. Quid est, quod Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? hoc est, quod addit. *i* In iram concitauerunt eum in inaquoso.] Non est ita mirum, si concitatur Deus in locis aquosis: quia ibi Diabolus iacet. *Iob* 40. c. Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Sed hoc mirum est, quod in locis siccis & aridis prouocatur Deus, hoc est, in claustris. *Osea* 6. d. In domo Israël vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. Vnde quasi cum magna admiratione subiungit. *k* Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum] quasi dicat, absurdum est hoc, quod homines conuersi ad Deum, tentent eum. Conuersi autem nomine appropriato, vocantur Religiosi laici. Hi in aliquibus locis frequenter tentant Deum, an patiens sit, & probant patientiam eius. Magna est enim Dei patientia, quod à domesticis seruis contumeliam sustinet. *Sap.* 11. d. Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. *Iob* 19. e. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, quasi alienum habuerunt me..

m Et sanctum Israël exacerbauerunt] id est, Christum, qui dicitur sanctus Israël, quia viros religiosos, & contemplatiuos sibi sanctificat, & dedicat, & in medio ipsorum habitat. *Isa.* 12. b. Exulta & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël. Sed multi eum exacerbant dicentes, & facto ostendentes illud. *Isa.* 30. c. Cesset à facie nostra sanctus Israël. Hi sunt qui fructibus immaturis & acidis dentes Domini exacerbant. Vnde conqueritur de ipsis. *Isa.* 5. a. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas. Labrusca maturescere non potest.

n Non sunt recordati manus eius.] Istud fere de omnibus potest dici: quia pauci, aut nulli sunt, qui recordentur verè manus eius multiplicis, scilicet.

Manus {
- Qua creauit omnia, *Iob* 10. b. Manus tuæ fecerunt me, &c.
- Quam extendit ad percutiendum Diabolum. *Isa.* 51. d Nunquid percussisti superbum, vulnerasti draconem.
- Qua nos protexit, & ictum imminentem nobis suscepit. *Sapient. quinto.* c. Dextera sua reget eos: in brachio sancto suo defendit illos.
- Quam extendit in Cruce ad amplectendum nos, & vt nos ipsum amplectamur in amore; sicut mater extendit brachia sua, vt puer ad eam amplectendam veniat. *Isaia sexagesimo quinto.* a. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem mihi.
- Quæ perforata est, ne aliquid contra nos posset retinere. *Psalmo centesimo tertio.* Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
- Quam extendit nobis ad extrahendum nos de lacu miseriæ, & de luto fæcis. *Iob decimo quarto* d. Operi manuum tuarum porriges dexteram.
- Qua eduxit de cordibus nostris serpentem tortuosum, id est Diabolum. *Iob* 26. Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.
- Quam ipse extendit ad percutiendum malos. *Isaia* 9. c. Adhuc manus eius extenta.
- Quam extendit nobis ad deducendum nos, quasi ad choreas, scilicet, de virtute in virtutem. *Psalmo septuagesimo secundo.* Tenuisti manum dexteram meam, & in volūtate tua deduxisti me.

o Die qua redemit.] Magna ingratitudo est obliuisci be-

* neficij ipsa

A qua redemit eos] quod sic legitur, [Manus] ostensæ [in die, qua redemit eos.] Quartum est obliuio hostis: vnde addit.

b De manu tribulantis,] Pharaonis. Quintum est obliuio prodigiorum, & signorum, quæ fecit coram eis, cùm educeret eos de Ægypto: vnde dicit. *c* Sicut,] id est, qualiter,] posuit in Ægypto signa sua.] Hoc est, quo ad minora. *e* Et prodigia sua,] quo ad maiora. *f* In campo Thaneos,] id est, in planicie illius ciuitatis. Ostensis peccatis eorum, ostendit illas decem famosas plagas, quibus Dominus percussit Ægyptios propter Iudæos, quos detinebant. Prima est conuersio aquæ in sanguinem: vnde dicit. *g* Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum,] id est, cisternas, quæ de imbribus replentur: vnde alia litera habet, Manationes aquarum. *i* Ne biberent,] id est, ne haberét, quid possent bibere. Et ita patet, quod hæc plaga flagellauit eos in potu. Secūda plaga fuit musca. Vnde sequitur. *k* Misit in eos cynomyiā, & comedit eos.

Moral. * neficij ipsa die, qua collatum est: die gratiæ, quæ adhuc non declinauit. *a* Qua redemit] nos Dominus. *b* De manu tribulantis, diaboli. *Isa.* 49.c. In die salutis auxiliatus sum tui. Sed nos hoc statim obliuiscimur, *Eccl.* 9. d. Vir sapiens & pauper, liberauit vrbem per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Ingratus est homo, qui post sanitatem receptam nō recolit, quòd fuerit æger: neque post libertatem adeptam, quòd quandoque captiuꝰ fuerit. *Eccl.* 29.c. Ingratus sensit, derelinquit liberantem se.

al. † liberauit. *al.* † pluuiales aquas.

a qua † redemit eos b de manu tribulantis. c Sicut posuit in Ægypto d signa sua, & e prodigia sua in f campo Thaneos: Et g conuertit in sanguinem flumina eorum: & † h imbres eorum, i ne biberent. k Misit

Et verè redemit: quia adhuc apparent signa. Vnde dicit. *c* Sicut posuit in Ægypto,] id est, in mundo. *d* Signa sua,] scilicet, signum humilitatis, paupertatis, crucis. De primo *Luc.* 2. b. Hoc vobis signum, inuenietis, infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. De secundo *ibid.* e. Erit hic positus in signum, cui contradicetur. Omnes enim hodie paupertati contradicunt facto, & multi etiam verbo. Non sunt Discipuli Christi, sed Tyrones Antiochi, qui interpretatur silentium paupertatis. Et vtinam aliqui de paupertate tantùm tacerent, & vsque ad hoc non erumperent, vt diuitias prædicarent, nec se ita apertè Antichristi esse Discipulos reuelarent. De signo Crucis, *Isa.* 13.a. Leuate signum, & exaltate vocem. Hæc sunt vexilla Regis nostri, quibus contra mundum pugnauit: In

1. Ioan. 2.c. quo omne, quod est in eo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Concupiscentia carnis destruitur per Crucem, & dolorem:

Psalm. 64. Concupiscentia oculorum, per paupertatem: Superbia vitæ, per humilitatem, vnde suprà dicitur: Turbabuntur Gentes, & timebunt, qui habitant terminos, scilicet, mundi, à signis tuis, scilicet, ab his tribus. Horum erat B. Paulus vexillarius, qui dicit *Gal. vl.* d. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri

Psalm. 73. Iesu Christi in corpore meo porto. Nunc autem pauci sunt vexillarij. Vnde possumus dicere: Signa nostra non vidimus: iam non est Propheta qui, scilicet, per hæc tria enunciet nobis futura. Et possumus dicere, quòd nunc diabolus posuit in Ægypto signa sua; sed Dominus olim. *e* Et,] adhuc fortè ponit prodigia sua in campo Thaneos. Thanis ciuitas est, & interpretatur humile mandatum: campus enim adiacens est ei. Vbi ergo est vera ciuitas, id est, ciuium vnitas, & mandatum humile, & obedientes verè subiacentes; ibi sunt Dei prodigia. *Zac.* 3.c. Audi, Iesu Sacerdos magne, & amici tui, qui habitant coram te:.quia viri portendentes sunt.

g Et conuertit in sanguinem flumina eorum.] Decem plagæ Ægyptiorum, id est, diuitum huius mundi sunt.

Versus.

Sanguis, rana, cyniph, musca, pecus, vlcera, grando:
Bruchus, caligo, mors inualuere necando.

Ægyptiorū, i. diuitum huius mundi plaga.

Prima, sanguis, id est, consanguinitas. *Mich.* 3.d. Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus. *Osea* 4.a. Sanguis sanguinem, id est, nepos nepotem tetigit. *Ezec.* 35. b. Sanguini tradam te: & sanguis te persequetur.

Horat. lib. 1. *epistolarum.*

Secunda, rana, id est, loquacitas. *Exod.* 8. a. Ascendent ranæ in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum, *Luc.* 16. f. Diues epulo plùs lingua cruciabatur propter loquacitatem, secundùm *Gregorium.*

Tertia, cyniphes, id est, inuidia. *Exod.* 8. d. Omnis puluis terræ versus est in cyniphes. *Poëta.*
Inuidia Siculi non inuenere Tyranni Maius tormentum.

Quarta, musca canina, id est, detractio. *Isid.* Musca canica, est forensis hominum eloquentia, qui se quasi canes alternatim deuorant.

Quinta, mors pecorum, id est, occisio rusticorum, *Mich.* 3.a. Comederunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt.

Ægyptiorū, i. diuitū huius mundi plaga

Sexta, vlcera, id est, scandala, seu mala exempla, *Matt.* 18.a. Væ mundo à scandalis, necesse est enim venire scandala, &c.

Septima, grando, id est, iniusta oppressio vicinorum. *Sap.* 2. b. Opprimamus pauperem iustum: sit fortitudo nostra lex iustitiæ. *Exod.* 9. c. Grando, & ignis, &c.

Octaua, locusta, id est, adulatio, *Exod.* 10. c. Flare fecit Dominus ventum ab Occidente vehementissimum, & arreptam locustam, &c.

Nona, tenebræ, id est, ignorantia. *Psalm.* 81. Nescierunt; in tenebris ambulant. *Isa.* 5.d. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiam.

Decima, mors primogeniorum, id est, superbia. *Iob.* 18.c. Consumat brachia eius primogenita mors. *Glos.* id est, superbia. Aqua insipida, significat carnalem legis intelligentiam, quæ bonis versa est in sanguinem Christi, quia tota lex rubet sanguine Christi. Hanc mutationem dicit Apostolus esse factam. *Gal.* 5. a. Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Vel moraliter, quatuor sunt flumina Ægypti, id est, mundi, scilicet, sapientia, opulentia, vanitas, voluptas. Ista conuertit Dominus in sanguinem, id est, in abominationem in exitu de Ægypto, quando conuertit hominem ad se. *Exod.* 7. c. Percutiam virgâ, quæ est in manu mea aquam fluminis Ægypti, & vertetur in sanguinem. *Bern.* sic exponit: Est conuersio aquæ in sanguinem; sed apud Ægyptios: Est conuersio aquæ in vinum; sed apud Galilæos. *Ioan.* 2.b. Item est conuersio vini in sanguinem; sed apud Apostolos, & eorum Vicarios, in Sacramento Eucharistiæ. *Deut.* 32. b. Et sanguinem vuę biberent meracissimum. Et ita aqua prima sæcularis sapientia, 1. *Cor.* 3. d. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. *Rom.* 8.b. Sapientia carnis, inimica est Deo. Hæc in sanguinem, id est, in occisionem vertitur eis, & mortem. Hanc bibunt Ægyptij, amici scilicet huius mundi, *Iac.* 4. Et ita sanguis erit super eos, quicunque bibunt ex hac aqua. *Ierem.* 2.d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et ita conuertitur aqua in vinum, id est, timor in amorem, sed hoc in nuptiis animæ. Et ita vinum in sanguinem vertitur, cùm fit, quod dicitur *Eccl.* 4. d. Vsque ad mortem certa pro iustitia, &c. Aqua, iustitia est, sanguis, mors.

Nota quatuor flumina Ægypti.

h Et imbres eorum,] id est, Ægyptiorum, supple, conuertit in sanguinem, ne biberent. Imber, qui de cœlo venit, Theologia est & sacra doctrina. *Deut.* 32. a. Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat, vt ros, eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Hæc conuertitur Ægyptiis, id est, malis, & mundanis hominibus in sanguinem, id est, in peccatum: quia scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi *Iacob* 4. d. *i* Ne biberent,] quia de hac non possunt bibere Ægyptij, nisi damno suo, dum repleti sunt aquis turbidis. Sanguisuga enim nisi vomuerit, non bibit. Item quia non bibunt homines, id est, sibi incorporant imbrem prædicationis quem audiendo accipiunt, sanguineus eis fit. *Ezech.* 33. a. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit, id est, homicida sui iudicabitur. Vel sic.

g Conuertit in sanguinem flumina eorum.] Fluuius, tota sacra Scriptura, quæ à Deo egreditur. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, qui inde diuiditur in quatuor capita. Siue quatuor flumina Paradisi, sunt quatuor expositiones sacræ Scripturæ, scilicet, Literalis, & Allegorica, Moralis, & Anagogica. Sed hæc flumina Ægyptiis conuertuntur in sanguinem, id est, in abominationem. *Sapient.* 11. a. Pro fonte sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti in malis. *h* Et imbres eorum,] scilicet, inspirationes desuper immissas à Deo, conuertit in sanguinem, similiter, ne biberent de aliquo istorum. *Psalm.* 16. Omnem escam abominata est anima eorum. Omnem, id est, perfectam, scilicet, verbum Dei, de quo *Matthæi* 4. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et post hanc plagam sequitur cynomyia, de qua dicit.

Gen. 2. b

k Misit in eos cynomyiam, & comedit eos.] Cynomyia, est error, qui rectè post præmissum sequitur: quia postquàm abominatur homo verbum Dei, incidit in errorem. Et sicut musca inquietat hominē; ita error inquietat cor hominis.

* *Isa.* 19.c.

Δ medit eos.] Secundùm *Iſid.* cynomyia dicitur omne genus muſcarum. Vnde *Exod.* 8. f. vbi agitur de hac plaga, dicitur muſca grauiſſima diuerſi generis. Et hac flagellati ſunt in proprijs corporibus, quia pungebantur à muſcis, vnde dicit: Et comedit eos. Tertia plaga fuit rana, de qua addit. *b* Et ranam & diſperdit eos.] Et hæc flagellauit eos in cibarijs: quia tanta fuit multitudo ranarum, quòd intrabant in cibaria illorum. Quarta fuit ærugo. Vndè dicit. *d* Et dedit ærugini fructus eorum. Et dicitur ærugo propriè æris rubigo: ſed hic ſumitur pro rubigine ſegetis, quæ dicitur aurugo, & vulgò nubilatio dicitur: vel dicitur vredo, quæ eſt coctio vinearum. Et hac fuerunt percuſſi, quo ad ea, quæ ſponte naſcuntur. Quinta fuit locuſta, vnde addit. *e* Et labores eorum] dedit [locuſtæ.] Et in hac fuerunt flagellati quo ad ea, quæ labore hominum naſcuntur. Sexta, fuit tempeſtas vinearum. Vnde ſubiungit. *f* Et occidit,] id eſt, deſtruxit, [in grandine vineas eorum.] Septima fuit decoctio arborum; Vnde addit: [Et moros eorum in pruina.] Octaua eſt grandinatio iumentorum. Vnde dicit. *h* Et Δ tradidit gran-

al. † muſcam caninam.
al. † exterminauit.
al. † fructũ.

in eos † cynomyiam, & comedit eos: & *b* ranam, & † diſperdidit *c* eos. Et *d* dedit ærugini † fructus eorum: & *e* labores eorum locuſtæ. Et *f* occidit in grandine vineas eorum: *g* & moros eorum in pruina. *h* Et

Litter.

Moral. * *Iſa.* 19. c. Miſcuit Dominus in medio Ægypti ſpiritum vertiginis: & errare fecit Ægyptum: ſicut errat ebrius. Et notandum, quòd ſicut prædictum eſt, cynomyia eſt omne genus muſcarum. Sunt enim tria genera muſcarum, ſcilicet, cyniphes, quæ ſunt muſcæ ſubtiles & tumultuantes, & pungentes. Secundum genus eſt muſca equina, quæ dicitur veſpa, & pungit. Tertia eſt muſca canina. His tribus generibus muſcarum punguntur Ægyptij, id eſt, homines mundani. Cyniphes, quæ ex puluere naſcuntur, ſunt ſubtiles terreni ſenſus cogitationes, & argutiæ, quæ ſua ſubtilitate paruæ ſunt: & naſcuntur ex puluere, id eſt, ſubtilitate ingenij terreni: & pungunt corda terrena veriſimilibus rationibus. Has multiplicant hæretici, & etiam Philoſophi, & his pungunt Eccleſiam, & inquietant à ſomno contemplationis. *Exod.* 8. d. Sint cyniphes in vniuerſa terra Ægypti. De ſecunda muſca, quæ eſt veſpa, dicitur *Sap.* 12. a. Miſit anteceſſores exercitus ſui veſpas. Hæc eſt petulantia, quæ recalcitrare facit equum, vt cadat aſcenſor eius retrò, ſicut tangitur. *Gen.* 49. c. *Prou.* 21. d. Deſideria occidunt pigrum. Tertia muſca eſt canina: Hæc ſunt verba detractorum. *Iſai.* 7. c. Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti. Iſtæ muſcæ ſemper ſunt in flumine peccatorum, & habent roſtrum in fœcibus alienis. Per primam muſcam inquietatur vis rationalis: per ſecundam, vis concupiſcibilis: per tertiam, vis iraſcibilis. Ideò *Matth.* 12. b. Diabolus vocatur Beelzebub, id eſt, Deus muſcarum. 4. *Reg.* 1. a. Conſulite Beelzebub, Deum Accaron. *b* Et ranam & diſperdidit,] id eſt, diuerſimodè perdidit. *c* Eos,] ſcilicet, Ægyptios, id eſt, mundanos, qui diuerſis generibus ranarum perduntur. Eſt enim rana multiplex:

Eſt rana.
- Fluuialis, quæ naſcitur, & manet in fluuijs.
- Quæ naſcitur in cannis, vel calamis.
- Quæ dicitur rubeta, quia in dumis, vel rubetis naſcitur.
- Quę dicitur ranúnculus, adinuicē reſpondens, & coaxās.
- Caudata, ſimilis lacertę.

Fluuius ſcientiæ naturalis ebullit ranas Gymnoſophiſtarum, & curioſè diſputantium. Fluuius ſacræ Scripturæ ebullit ranas hæreticorum, qui relicto puro gurgite immerguntur in erroribus. Fluuius opulentiæ, ebullit ranas Aduocatorum: Vnde curiæ Magnatum ſunt modò quaſi foſſata plena ranis *Sapient.* 19. b. Pro piſcibus eructabat fluuius multitudinem ranarum. *Apoc.* 16. c. Vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ exire Spiritus tres in modum ranarum. Iſti ſunt Aduocati, de ore diaboli exeuntes. Qui dicuntur tres: quia tria in ſuis allegationibus dicunt, quibus iniuſtitiam ſuſtinent, & defendunt: Hæc, ſcilicet, Saluo iure addendi, vel diminuendi, vel immutandi: Ecce illa tria. Et alibi dicitur, quòd erant ſigna facientes: quia iſti ſigna faciunt, quæ Deus facere noluit, ſcilicet, de iniuſtitia iuſtitiam, & è conuerſo. Fluuius mundanæ ſapientiæ, ebullit ranas Poëtarum: quia propter laudem Potentum, fuerunt Comœdi, Tragœdi, & Satyri. Fluuius mundanæ voluptatis ebullit ranas Hiſtrionum. *Exod.* 8. a. Ebulliet fluuius ranas.

Quinque genera ranarum, quibus mundus peruertitur.

d Et dedit ærugini fructus eorum.] Sicut dictum eſt, ærugo eſt æris rubigo, vel aurugo, quæ fruges vrit: hoc eſt odium, vel inuidia, vel triſtitia, quæ fructum bonorum operum vrunt, & faciunt ea inutilia. *Amos* 4. c. Percuſſi vos vento vrente, & aurugini tradidi multitudinem hortorum veſtrorum. *Aggæi* 2. c. Percuſſi vos vento vrente, & vredine, & grandine.

e Et labores eorum locuſtæ. Locuſta ore lædit, & altera alteram deuorat: Hi ſunt detractores, qui fruges, & fructus, dum adhuc ſunt in herba, vel teneritudine deuorant, id eſt, bona aliorum conſumunt, & corrodunt, dum ſunt adhuc in principio ſuæ natiuitatis. Quod ſignificatum fuit *Iudic.* 6. a. vbi dicitur, quòd aſcendebat Madian & Amalech, & cæteri Orientales, & apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant. Madian interpretatur iudicium: vel cauſa: Amalech, lingens ſanguinem. Hi ſunt detractores, qui alios iudicant, & ſanguinem peccatorum lingunt. Vel locuſtæ, ſunt Epiſcopi, Archidiaconi, Decani, & huiuſmodi, qui totum populum deuorant, & labores eorum comedunt. *Naum vlt.* d. Cuſtodes tui, quaſi locuſtæ: & paruuli tui, quaſi locuſtæ locuſtarum. Quando locuſta corroſit, & conſumpſit vnam arborem, tranſit ad aliam, & de illa ad tertiam, & ſic totum corrodit: Sic faciunt iſti maiores Prælati, Epiſcopi, Archidiaconi, quando vnam partem terræ conſumpſerunt, tranſeunt ad aliam: Vna nocte conſumunt vnum Sacerdotem, in craſtina ſaliunt ad alium. Paruula autem locuſta circa ſe deuorat: Ita iſti minores, & rurales Decani circa ſe totum deuorant, vbi audent extendere habenas ſuas: hi ſunt locuſtæ locuſtarum.

Locuſta ſignificat detractores.

Locuſtæ etiã ſunt Prælati.

f Et occidit in grandine vineas eorum.] Grando deſuper veniens percutit, & in aquam reſoluitur: hæc eſt tribulatio à Deo immiſſa ad correctionem, quæ licet feriat; tamen fœcundat animam. Vineæ, ſunt animæ, vel congregationes fidelium. *Cant.* 1. b. Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui. *Iſa.* 5. b. Vinea Domini exercituum domus Iſraël eſt. Has vineas quandoque grando occidit: quia multi ex immiſſa tribulatione fiunt deteriores. *Pſal.* 88. Deduxiſti eum ab emundatione, id eſt, à tribulatione, per quam deberet emundari, & emendari.

g Et moros eorum in pruina.] Mori habent fructum multum; & fructus mori primò eſt albus, poſteà rubicundus, deinde niger: Et ſignificat Clericos, & Religioſos, qui debent eſſe copioſi in fructu bonorum operum. Et primò debent eſſe albi, per innocentiam vitæ. Secundò rubicundi, per charitatem. Tandem nigri, per mortis deſiderium. Homo enim ſpiritualis debet habere vitam in patientia, & mortem in deſiderio, vt Paulus, *Phil.* 1. d. Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sed hi in multis locis occiduntur in pruina, id eſt, in auaritia cordis, quæ ſtringit corda hominum, & manus incuruat. Specialiter autem per vineas & moros, Doctores & Prædicatores intelliguntur. Vinea enim fert vinum, quod inebriat homines: & ipſi doctrinam diuinam. Item mori folia nutriunt vermes facientes ſericum: ſic verba Prædicatorum, & Doctorum nutriunt eos, qui faciunt ſibi veſtes virtutum. Sed hi occiduntur grandine, id eſt, aſpera reprehenſione: quia nolunt aliquatenus ſuſtinere, quod reprehendantur: & pruina auaritiæ & ambitionis. Frigidus enim ventus Aquilo perflat montes: & ambitioſi dicunt cum diabolo illud *Iſa.* 14. d. Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum, id eſt, ſuper multitudinem fidelium Prælatus efficiar: ſedebo in monte Teſtamenti, id eſt, in alta cognitione ſacræ Scripturæ, Cathedram Magiſtralem, & tandem Epiſcopalem occupabo, in lateribus Aquilonis, hoc eſt, in parentibus, & familia multa qui ſunt collaterales Prælatorum. Et ſunt latera Aquilonis, quia reſtringunt corda eorum, & manus ad cupiditatem, & auaritiam: quia vt eos ditent, fiunt Prælati raptores, & bonis pauperum eos ditant. Item latera Aquilonis ſunt Aduocati, qui ſemper eis ſufflant mala conſilia, vt, ſcilicet, accipiant, & nihil donent. Hoc eſt officium Aduocatorum, acquirere non habita, & habita defendere: & ſic congelantur corda Prælatorum, *Eccl.* 43. c. Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram. Multi etiam Doctores, & Prælati tantùm, vel etiam plus habent de gelu auaritiæ, quàm de ſale ſapientiæ: & de hoc ſequitur ſubditorum perditio, tam temporalis, quàm ſpiritualis.

Mori ſignificant Clericos & Religioſos.

Eccl. 43.

h Et tradidit grandini iumenta eorum.] Iumenta Prælatorum, & Doctorum, ſunt ſimplices ſubditi, ignorantes; & idiotæ, qui tamen eos iuuant: quia de bonis ſubditorum viuunt Prælati, & Clerici. Hi traduntur grandini, per cupiditatem Prælatorum: quia ipſi eos opprimunt violenter, vt ab eis aliquid emungant. *Michea* 3. a. Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum, &c. Item grandini, id eſt, damna- * rioni, quam

Δ tradidit grandini iumenta eorum.] Et differt hæc plaga grandinis à præcedente: bis .n. fuerunt grandinati. Nona plaga fuit ignis. Vnde addit. *b* Et possessionem eorum igni.] De hac in Exodo nó legitur, nisi quod dicitur ibi,
Exod.9.c. quod ignis, & grando pariter mixta ferebantur Antequam autem decimam plagam enumeret, respondit, quòd non solum exteriùs puniti
al. † immissiones. sunt, verũ etiã interiùs. Primò in amissione gratiæ, quod notatur, cũ dicit. *d* Misit] Deus
al. †. animabus. [in eos iram indignationis suæ] i. permisit eis amissionem gratiæ, quod est ira Dei.

a tradidit grandini iumenta eorum:& *b* possessionem eorum *c* igni. Misit in *d* eos iram *e* indignationis suæ, *f* indignationem & iram, & *g* tribulationem, † *h* immissionem per Angelos malos. Viam *k* fecit semitæ iræ suæ, & non *l* pepercit à morte † animarum eorum: & *m* iumenta eorum in *n* morte *o* cõclusit.

Secundò in ruina de peccato in peccatum: Vnde reduplicat. *f* Indignationem & iram.] Tunc enim duplicatur ira Dei, & indignatio, cùm post amissionem gratiæ cadit homo de peccato in peccatum. Tertiò in desperatione, quod notatur, cum dicit.

g Et tribulationem.] Ponit antecedens pro consequente, i. tribulationem pro desperatione: Ex tribulatione enim eis secuta est desperatio. Et ostendit, per quos ministros, scilicet, per malos Angelos: Vnde dicit.

h Immissionem per Angelos malos.] Deinde ostendit, quid hoc fuit, quia ad indignationem, & iram illum suis peccatis prouocauerant: Vnde dicit. *k* Viam fecit semitæ iræ suæ, id est, per hoc fecit manifestam iram suam, quæ priùs ignota erat. Sicut via lata est, semita autem arcta. *l* Et non pepercit à morte animarum eorum,] quia eos miserabiliter puniuit per mortem. Nec tantùm homines, sed & iumenta. Vnde addit. *m* Et iumenta eorum in morte conclusit.] Homines cum iumentis de pari enumerat: quia homines erant bestiales. Et determi-

Δ nat, qui sunt

Moraliter * tioni, quam super eos pluet Iudex iratus. *Iob.* 20. d. Vt emittat in eũ irã furoris sui, & pluat super eũ bellum suũ. Hoc est, quod addit. *d* Et possessionem eorũ igni] Possessio enim Prælatorum sunt subditi, quos deberent possidere, & excolere, & seruare; sed per eorum negligentiam, & peruersum exemplum, traduntur primò igni peccati, de quo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, &c. Et posteà traduntur igni gehennæ, de quo. *Isa. vlt.* g. Ignis eorum extinguetur. Vel aliter, vt non tantùm de Prælatis, sed communiter de Ægyptiis, id est, mundanis, & peccatoribus dicatur. *a* Et tradidit grandini iumenta eorum.] i. tribulationi corpora eorum.

b Et possessionem eorum,] id est, spirituales diuitias si quas ante peccatum habuerunt. *c* Igni] id est, consũptioni. Hæc enim inferuntur eis; quandoque enim verberat eos Dominus propter peccatum, vt corrigantur. Semper autẽ quando incidunt in peccatum moriuntur bona priùs facta: quia, vt prædictum est, ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Vel, possessionem eorum, scil corpus, & animam: Tradidit, i. tradet, Igni, gehennæ. Hæc enim nostra possessio, quam custodire debemus. De corpore.n. dicit Apost. 1. *Thess. quarto* a. Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in passione desiderij. De anima. *Luc.*21. d. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sed quia Ægyptij malè custodiunt istam possessionem, tradet eam Dominus igni, quãdo dicet: Ite, maledicti in ignem æternum. Propter hoc
Matth.25. bene sequitur. *d* Misit in eos,] i. mittet. *e* Iram indignationis suæ.] Sed bis dicit, [iram, & bis, [indignationem] quia duplex est ira, & duplex indignatio, scil. temporalis, & æterna De temporali dicitur *supra*: Cùm exarserit in breui ira eius. De æterna. *Isa.*30. f. Ardens furor eius, & grauis ad portandum. *Rom.*1. b. Reuelabitur ira Dei de cœlo
Psal. 2. super omnem impietatem, & iniustitiam hominum.

f Indignationem, de qua *Ierem.*23. d. Ecce turbo Dominicę indignationis egredietur. *g* Et tribulationem] quia promittunt sibi pacem, & impunitatem, *Ierem*, 23. d. Pax erit vobis & omnibus, qui ambulant in prauitate cordis sui.

h Immissionem per Angelos malos,] quasi dicat, ad tribulationem illam faciendam, mittet Angelos malos, qui nisi ab eo mittantur, vel permittantur, nocere non possunt: quia nec porcos intrare potuerunt nisi misisset eos. *Matt.* 8. d. Mitte nos in gregem porcorum: notandum autem, quòd Dominus multipliciter immittit tribulationem & punit:

Videlicet,

- Per se. *Ezech.*33. b. Sanguinem eius de manu speculatoris requiram.
- Per bonos Angelos. 1. *Paral.*21. b Misit Dominus Angelum in Ierusalem, vt percuteret eam.
- Per malos Angelos. *Exod.*12. d. Non sinet percussorem ingredi. *Iob.* 2. b. Egressus Sathan, &c.
- Per elementa. *Sap.* 5. d. Pugnabit contra illos orbis terrarum.
- Per Iudices sæculares, 2. *Paral.*19. b. Non hominis exercetis iudicium, sed Domini.
- Per viros Ecclesiasticos. *Deut.*17. b. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium inter sanguinem, &c. Et *inf.* Venies ad Sacerdotes Leuitici generis, &c.
- Per totum populum. *Iosue* 7. d. Lapidabit eum omnis Israel, id est, totus conuentus.
- Per accusatores, *Num.* 35. c. Propinquus occisi homicidam interficiet.
- Per testes. *Deut.* 17. b. Manus testium prima interficiet eum.
- Per conscientiam torquentem. *Sap.*17. c. Frequenter præoccupant pessima redarguente conscientia, cùm sit timida nequitia.
- Per Prælatos subrogatos, vt per legatos: Sic per Moysen, & Aaron, Pharaonem & Ægyptum puniuit.

k Viam fecit semitæ iræ suæ.] Hoc potest legi in bono, *In malo.* vel in malo. In malo, secundum quod præmissum est de ira. Faciet viam semitæ iræ suæ,] id est in ira, quæ modò currit per semitam, id est, per strictam viam, currat per latam viam, & apertam. *Ier.*50. d. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ, i, aperiet, & proferet, vt qui modò parum, & occultè vindicant in abundantia & apertè vindicet. Abundantia notatur in thesauro: De quo etiam *Roman.* 2. a. dicitur Thesaurizas tibi iram, &c. Manifestatio notatur in hoc, quod dicit: aperiet. *Nahum.* 1. b. Effusa est, id est, effundetur, quasi ignis indignatio eius. Modò .n. quãdoq; stillat eius indignatio; sed tunc omnino effundetur. *l* Et non pepercit à morte animarum eorum,] id est, non parcet; quin animas eorum interficiat morte æterna. *Soph.*1. c. Sed & vos Æthiopes, i. peccatores, nigri per peccatum, interfecti gladio meo eritis. Vel: sic non parcet à morte, animarum sc. i. propter mortẽ peccati, qua seipsos interfecerũt, sed quasi homicidas propriarum animarum puniet. *Ezech.*18. g. Quare moriemini, domus Israel, q. d. non est aliquis, qui vos interficiat, sed vosipsi interficitis vosmetipsos. Quod significatum est, 1. *Reg. vlt.* b. vbi dicitur, quod arripuit Saul gladium & irruit super eum. *m* Et iumenta eorum,] id est, homines bestiales. *n* In morte,] i. in carcere mortis inferni. *o* Conclusit, qui hic laxato fræno, nulla pœnitentiæ clausura se voluerunt recludere. Hoc fiet, quando dicet: Ligatis manibus, & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, *Matth.*22. b. Vel, [In morte,] corporis, [conclusit, &c. quasi dicat, dum viuunt, permittit eos errare per campos licentiæ, sicut tauros, vel pullos indomitos; sed quando vult, per mortem domat eos & tunc capti recluduntur in illo carcere infernali. *Eccl.* 23. d. Quasi pullus equinus fugabitur, & vbi non sperauit, apprehendetur; modò .n. multi fugiunt manum Domini: & ipse fugat eos ad modũ pulli, qui de campis fugatur ad angustias aliquas murorum, vel sæpiũ, & ibi capitur. Similiter Dñs ponit istos inter angustias infirmitatis, & peccati: Infirmitas nõ permittit eũ plus in mũdo viuere, peccatũ nõ permittit eum ad cælum transire. Et inter hæc duo angustia-

* ta anima capitur

In bono Vel in bono potest legi. *k* Viam fecit semitæ iræ suæ] *Psalm. 2.* vt legatur de ira præsenti de qua dictum est suprà: Cùm exarserit in breui ira eius, &c. Hæc habet semitam, quia pauci volunt eam ad se venire. Sed Dominus huic semitæ facit viã quando multis velint, nolint, ingerit eã, & punit eos in præsenti. Hoc est, quod sequitur. *l* Et non pepercit à morte animarum eorum,] i. quin occideret in eis animalitatem, quæ quandoque per animam intelligitur, vt *Ioan.*12. d. Qui amat animam suam, perdet eam. Et *Act.*20. c. Vincula & tribulationes, inquit Paulus, me manent Ierosolymis; sed & nihil horum vereor, neque faciam animam meam pretiosiorem, quàm me. Quod etiam manifestiùs aperit, cùm subiungit. *m* Et iumenta eorum] id est, quicquid iumentum, & bestiale in eis est.

n In morte] id est, in mortificatione carnis.

o Conclusit] vt non vagaretur ad illicita. *Osea* 2. b. Sepiam viam tuam spinis, id est, punctionibus tribulationum.

Et a percussit b omne † primogenitum in terra Ægypti: c primitias † omnis laboris eorũ in d tabernaculis Cham. Et e abstulit, f sicut oues, g populum h suum: & i perduxit eos, k tanquam gregem, in l deserto. Et † m deduxit eos in n spe: & non o timuerũt: & p inimicos eorum q operuit r mare. Et f induxit eos in montem t sanctificationis suæ: u montem, quem acquisiuit

al. † primitiuum. al. † laborũ suorum. al. † eduxit.

In terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius, vsque ad primogenitum, qui erat in carcere, & omne primogenitum iumentorem. Et ostẽdit, quod nõ solũ primogenita hominũ, & operũ, sed & segetũ, cũ addit.

Postea ostendit, quomodo introducti sũt in terram promissionis: Vnde dicit. [Et induxit eos in montem sanctificationis suæ] i. in Sion, vbi postea populus sanctificatus est, & templum ædificatum. Quomodo induxit? Quia acquisiuit eum: Vnde addit.

rat, qui sunt filij, qui interfecti sunt, sc. primogeniti. Vnde dicit. a Et percussit] plaga mortis. b Omne primogenitum in terra Ægypti.] Hæc fuit decima plaga, de qua *Exod.* 11. a. Adhuc vna plaga tanquã Pharaonem & Ægyptum, *Et* 12. d. Percussit Dominus omne primogenitum c Primitias omnis laboris eorum,] supple percussit. Et determinat vbi quia in terra Ægypti tantum. Vnde dicit d In tabernaculis Cham] ad differentiam tabernaculorum filiorum Israel, quia vbi erant filij Israel, nihil passi sunt Chã verò dicit, quia Ægypt⁹ primo inhabitata fuit à filijs Chã, filij Noë: Et adhuc vocãt eã Hebræi Chã. Et Mesraim filius Cham vocauit eam Ægyptum, iuxta interpretationem sui nominis: Mesraim enim interpretatur tenebræ, vel mœror.

Moraliter in malo.

* Ita anima capitur permittente Deo à diabolo. Vnde dicitur. *Thren.* 1. a. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis. Afflictio, est infirmitas: Multitudo, seruitutis, est multitudo peccatorum. Propter hæc duo migrat homo ad infernum. Vnde ibi sequitur: Habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. a Et percussit omne primogenitũ in terra Ægypti.] Hoc quadrupliciter exponitur. Terra Ægypti mundus est, cuius primogenita sunt diuites, qui habent maiorem portionem in possessionibus mundi, sicut solent habere primogeniti. Istos percutiet Dominus gladio vindictæ, *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis. Vel primogenita Ægypti, sunt superbi huius mundi qui se super alios extollunt, & aliis se præponunt. Et hos percutiet Dominus, quia sicut dicitur *Isa.* 2. c. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum. Vel primogenita Ægypti, sunt septem capitalia vitia, quæ percutiet Dominus. *Isa.* 11. d. Leuabit manum suam super flumen in fortitudine Spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis. Flumen, est peccatum, cuius transit aqua, i. delectatio, & limus remanet, i. macula peccati. Septem riui, sunt septem criminalia peccata. Vel primogenita Ægypti, sunt primi motus, à quibus alia peccata ortum habent. c Primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham] Cham interpretatur calor, vel caliditas. Et tunc percutiuntur primitiæ laboris in tabernaculis Cham, cũ opera iuuentutis calore peccati, & caliditate sæculi consũpta puniuntur, *Ier.* 51. d. Repleuit Nabuchodonosor ventrem suum teneritudine mea. Per Nabuchodonosor Regem Babylonis, significatur Princeps huius mundi diabolus. Et dicit: in Tabernaculis Chã non in domibus, quia & diuitiæ & deliciæ, & huiusmodi omnia non permanent, sed tota die mouentur & transeunt. Vnde dicunt damnati & percussi in tabernaculis Cham, *Sap.* 5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa velut vmbra.

In bono.

a Et percussit omne primogenitum,] id est, omnem primum motum. b In terra Ægypti] i. in carne; quæ dicitur terra Ægypti, i. mœroris & doloris, *Gen.* 3. c. Spinas & tribulos germinabit tibi. c Primitias omnis laboris eorũ] i. præueniet eos afflictionibus, ne incipiant laborare. d In tabernaculis Cham] i. ad habenda transitoria calidæ voluptatis, vel calidæ cupiditatis, Dictum est enim suprà quòd Cham interpretatur calor, vel caliditas: Calorem autem concupiscentiæ aufert afflictio, sicut dicitur *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ maximæ. Item subtrahit cupiditatem, secundum illud *Iob* 2. b. Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo, dabit pro anima sua. e Et abstulit, &c.] Septima pars, vbi ostendit, quomodo Iudæos de Ægypto eductos introduxit in terram promissionis: & ipsi iterum ingrati offenderunt Deum. Dicit ergo: [Et abstulit, sicut oues populum suum. Abstulit, sc. quadam violentia de manu Pharaonis, *Exod.* 3. f. Scio, quòd non dimittet vos Rex Ægypti, vt earis, nisi in manu valida. i Et perduxit eos, tanquam gregem in deserto.] Hæc sunt ergo duo beneficia, eductio, & deductio. Tertium fuit securitas, siue assecuratio: vnde addit. m Et deduxit eos in spe] id est in multa fiducia. o Et non timuerunt,] supple, boni perfecti, vt Moyses & Aaron: Nam cæteri timuerunt, *Exod.* 14. c. Leuantes filij Israel oculos, viderunt Ægyptios post se, & timuerunt valde. Vel, Non timuerunt] i. non timere debuerunt, cùm Deus esset protector eorum. *Ps.* 26. Dñs protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Vnde etiam sequitur causa, quare non debuerunt timere. p Et,] i. quia] inimicos eorum aperuit mare.]

Literaliter.

Septima Pars.

u Montem, quem acquisiuit dextera eius.] Et quomodo acquisiuit, ostendit

Moraliter.

Moraliter, e Et abstulit sicut oues populum,] Dominus à diabolo, *Isa.* 49. g. Nũquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? Quia hoc dicit Dominus, equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. *Luc.* 11. c. Si fortior eo superuenerit, vniuersa arma eius auferet, &c. f Sicut oues,] id est, simplices, non lupos: De quibus *Soph.* 3. a. Iudices, eius lupi, vespere non relinquebant in mane, *Ezech.* 22. f. Principes eius quasi lupi.

g Populum] i. collectos in charitate, non diuisos, vel in cupiditate collectos: sicut vultures; *Iob* 28. b. Nec intuitus est oculos vulturis. Sed in fide, & charitate. *Baruc.* 4. g. Circumspice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatẽ à Deo tibi venientem. ecce enim veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos, veniũt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes in honorem Dei. h Suum,] non alienum, *Psal.* 143 Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Nunc autem potest dici illud *Osee* 1. c. Voca nomen eius, non populus meus, quia non populus meus. vos. i Et perduxit eos] Hoc necesse est, quia nisi perducantur, frustra auferuntur. Multi enim sunt, qui incipiunt sequi Deum, sed non perducuntur, quia lassi subsistunt, vel timidi redeunt. De lassis dicitur 1. *Reg.* 30. e. Lassi substiterant, nec poterant sequi Dauid. De timidis dicitur *Deut.* 20. b Quis est homo formidolosus, & corde pauido? Vadat, & reuertatur. *Leu.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis: & ita fugiunt quasi gladium. k Tanquam gregem,] i. simul iunctos in conuentu. l In deserto,] i. in arcta via, siue vita claustri, Quot enim sunt Claustra Religiosorum, tot sunt greges ouium Christi. Tutius autem est ouem esse in grege, & hominem in conuentu quàm singularẽ: quia dispersas & singulares oues lupus rapit, & ad dispergendum eas semper laborat. *Ioan.* 10. b. Lupus rapit, & dispergit oues. *Abac.* 3. Venientibus vt turbo ad dispergendum me; Dominus autem suas oues laborat congregare. Vnde dicit *Matth.* 12. c. Qui non congregat mecum, dispergit. *Et* 23. d. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas & noluisti? *Ioan* 11. g. Iesus moriturus erat pro gente, & nõ tantũ pro Gente, sed vt filios Israel, qui erant dispersi, congregaret in vnum, *Eccl.* 4. c. Melius est esse duos simul, quam vnum, &c. Ergo & decem, vel centum vel mille multò melius.

m Et deduxit eos] de mundo. n In spe præmij Dominus. o Et non timuerunt] laborem. Dominus educit in spe,] & securitate, sed è contrario diabolus reducit in desperatione, & timore humano quo timẽt homines mori fame, vel deficere in labore, *Ps.* 13. Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Non ergo negatur hic timor Dei; sed timor mũdi, siue carnis, qui à timore Dei excluditur, *Eccl.* 34. c. Qui timet Deum, nihil, repidabit, i. nihil aliud, quàm Deũ, quia nec etiã inimicos. p Et] enim, inimicos eorũ, Ægyptios, i. peccata, vel dæmones. q Operuit] i. submersos perire fecit. r Mare,] id est, Baptismus, vel pœnitentia, *Exod.* 15. b. Submersi sunt quasi plũbũ in aquis vehementibus, *Psalm.* 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt Peccata, sc. aquis maris rubri, i. pœnitentiæ. *Deut.* 11. a. Operuerunt eos aquæ maris rubri. f Et induxit eos in montẽ sanctificationis suæ,] i. in Religionis vita, quæ dicitur mons propter arduum statum. *Gen.* 19. d. In monte saluũ te fac. Sed dicit Loth: Nõ possũ in monte saluari, i. declinans sic loquitur, Loth. n. interpretatur vacans, vel declinans, & vacantes otio, & declinantes à Deo, exire de Sodoma, & in monte ascendere nolunt. t Sanctificationis suæ] quia Sanctos facit, vel Sanctos custodit, *Ierem.* 30. a. Tempus tribulationis est Iacob & ex ipso saluabitur. u Montem quem acquisiuit dex-

* tera eius

A acquiſiuit, oſtendit, dicens. *a* Et eiecit à facie eorum Gentes,] quia multi ita territi ſunt, quod non auſi ſunt remanere *Sap.*12.a. Miſit anteceſſores exercitus ſui veſpas. Et oſtendit, quod gratis dedit. Quia.

b Diuiſit eis terram.] Quomodo? *c* In funiculo diſtributionis:]Ita legitur *Ioſue* 14. Et non tantum gratis dedit ſed & firmiter videlicet, in poſſeſſionem. Vnde dicit.

uit dextera eius. Et *a* eiecit à facie eorum Gentes:& ſorte *b* diuiſit eis terram in *c* funiculo diſtributionis. Et *d* habitare fecit in *e* tabernaculis eorum, *f* Tribus Iſrael. Et *g* tentauerunt † & *b* exacerbauerũt *i* Deum excelsũ: & *k* teſtimonia eius non cuſtodierunt. Et *l* auerterũt ſe, & non *m* ſeruauerunt pactum: *n* quemadmodum patres eorum, con-

al. † adhuc.

d Et habitare fecit in tabernaculis eorum Tribus Iſrael.] Enumeratis beneficiis, oſtẽdit illorum ingratitudinem: quia ſicut in deſerto: ita & in terra promiſſionis ingrati fuerunt, & peccauerunt. Vnde eorum peccata oſtendit, quibus apparet eorum ingratitudo. Primum fuit dolus. Vnde dicit.

g Et tentauerunt,]ſcilicet, Deum. Secundum fuit infidelitas: Vnde addit.

h Et exacerbauerunt Deum excelſum:]Nullum enim peccatum ita acerbum, & amarum redit Deum, ſicut infidelitas. Tertium fuit omiſſio: Vnde dicit.

k Et teſtimonia eius non cuſtodierunt,] id eſt, legem quæ teſtimonium dat de premijs & de pœnis: Quartum fuit apoſtaſia. Vnde dicit.

l Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum:] Et in hoc imitati ſunt patres ſuos: Vnde addit. *n* Quemadmodum patres eorum,]ſupple non ſeruauerunt. Vel ei, quod ſequitur poteſt iungi, vt dicatur: Quemadmodum patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum. Et eſt hoc quintum peccatum, ſcilicet, ſubtractio promiſſionis. Arcus enim prauus eſt, qui cum tenditur, & promittit, quod per illum poſſit homo trahere, tunc frangitur Sextum peccatum eorum fuit idololatria: Vnde dicit:

Δ In iram concitauerunt

Moraliter. * tera eius.]Chriſtus, ſc. manu ſua Cruci affixa, acquiſiuit nobis montem Religionis, vel pœnitentiæ, alioquin inutilis eſſet nobis. *Iſa.*65.b. Saluauit mihi brachium meum. 2. *Reg.*5.b. Cœpit Dauid arcem Sion. Et *inf.* Habitauit Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem Dauid. Religio. n. eſt ciuitas Dauid: quia in ea eſt ciuium vnitas. Et Dauid, i. Chriſtus manu fortis in actiua & aſpectu deſiderabilis, in contemplatiua.

a Et eiecit à facie eorum Gentes,]id eſt, Gentiles ritus, & motus: Vel Gentes illas ſeptem, ſ. Iubuſæum, Amorrhæum &c. per quas ſeptẽ peccata capitalia deſignantur, quæ à facie pœnitẽtiũ, & præcipuè verorũ Religioſorũ eiciũtur, vt coram eis non appareant. 1. *Mach.* 13. g. Simon eiecit eos de ciuitate, i. obedientia de Religione, & emundauit ædes, in quibus erant ſimulacra, id eſt, corda, in quibus erat idololatria auaritiæ, quæ eſt idolorum ſeruitus. *Epheſ.* 5. b. *Prou. vigeſimo primo* d. Vir obediens loquetur victoriam.

b Et ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.] Terram, corporũ, vel virtutum, vel terram viuentiũ. Terrã corporis diuidit, & diſtribuit pœnitentibus, & Religioſis, modò corpus in ſeruitutem redigens, per abſtinentiam, modò Dei laudibus illud proſternens in oratione & pſalmodia modò neceſſitatibus proximorum illud impertiẽs in operibus miſericordiæ, & huiuſmodi terram virtutum, quæ frugem bonorum operum reddidit, diuidit etiam [ſorte] i. diuina voluntate, in funiculo diſtributionis, id eſt, dans vni prerogatiuam in humilitate, alij in charitate, alij in pietate, & huiuſmodi. *Rom.*12. b. Habentes donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differentes, &c. 1. *Cor.*12. a. Diuiſiones gratiarum ſunt, &c. Et *poſt* b. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Terram autem viuentium diuidit nobis in præſenti in ſpe, & in futuro diuidet in re quando vnicuique dabit ſecundum meritum ſuum. *Ioan.*14. a. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. *Rom.*2.a Reddet vnicuique ſecundum opera ſua.

d Et habitare fecit in tabernaculis eorum,] ſcilicet, Gentium.

f Tribus Iſrael.] Per Tribus Iſrael intelliguntur virtutes, & gratia, quæ Deum faciunt nos videre, & à Deo tanquã à vero Iacob deſcendunt. Has facit Dominus habitare in tabernaculis Gentium, i. in cordibus, in quibus prius habitauerunt peccata. *Iſa.* 35. c. In cubilibus, in quibus habitabant dracones, viror calami & iunci orietur. *Rom.*5. d. Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia. Vel.

f Tribus Iſrael,] id eſt, eos qui per fidem filij Dei effecti ſunt, & per opera charitatis patrizauerunt.

d Habitare fecit,]id eſt, faciet.

e In tabernaculis eorum,] id eſt, in æternis tabernaculis, de quibus eiecit Gentes malas, id eſt, Angelos Apoſtatas. *Iſa.*32.d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Ecce habitatio Tribuum Iſrael. Grando autẽ in deſcenſione ſaltus, & humiliatione humiliabitur ciuitas, Ecce eiectio, & abiectio ſuperborum Angelorum. Licet autem Dominus tot bona faciat pœnitentibus, & Religioſis, tamen multi faciunt, quod ſequitur.

g Et tentauerunt,] per infidelitatem.

h Et exacerbauerunt] vel prouocauerunt, per prauam operationem.

i Deum excelſum] in quem credere, cui ſeruire debuerunt.

k Et teſtimonia eius non cuſtodierunt,] peccantes per omiſſionem. Teſtimonia Dei, ſunt ſcripturæ, quæ teſtantur pro ipſo contra malos. *Ioan.*5. f. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me: & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Vel teſtimonia illa, de quibus 1. *Ioa.*5. b. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Et infrà Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, id eſt, gratia aqua Baptiſmi, & ſanguis Euchariſtiæ. In cœlo ergo producuntur pro nobis, vel contra nos teſtes: Pater, de vſu poteſtatis verbum, id eſt, Filius, de vſu ſermonis: Spiritus ſanctus de vſibus ſeptem donorum: Hæc ergo teſtimonia oportet nos cuſtodire, vt ſic operaremur, quod pro nobis, non contra nos teſtarentur. Item alia tria teſtimonia, quæ ſunt in terra, ſcil. Gratiam, & Baptiſmum, & Euchariſtiam. cuſtodire, nos oportet. *Pſalm.*118. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer. Sed de Clericis, & Sacerdotibus poteſt dici, quòd hoc teſtimonium non cuſtodierunt.

l Et auerterunt ſe,] à Deo ad quem conuerſi erant per pœnitentiam vel ingreſſum Religionis, vel per ſuſceptionem clericalis; vel ſuperioris ordinis. *Iſa.* 59. c. Auerſi ſumus, ne iremus poſt tergum Domini. *Prou.* 1. d. Auerſio paruulorum interficiet eos. *Ierem.*2. d. Auerſio tua increpabit te. *De Clericis & Sacerdotibus.*

m Et non ſeruauerunt pactum,]Baptiſmi, vel pœnitentiæ, vel voti in religione, vel in ſuſceptione Ordinis facto. *Ier.*11.b. Audite verba pacti huius, & facite illa. Et infra. Induxi ſuper eos omnia verba pacti huius, quod præcepi, vt facerent, & non fecerunt.

n Quemadmodum patres eorum conuerſi ſunt in arcum prauum. Hoc poteſt dici de omnibus, qui exemplo malorum, bonum, quod inceperãt, dereliquerunt: Et de Clericis magis, qui ſuſcepto ordine, & voto facto, incipiunt quaſi mittere ſagittas contra diabolum, ſed citò conuerſi, & non ſeruantes pactum, Deum peccatis ſagittant *Malac.*3. b. Si affliget homo Deum, quia vos configitis me, &c. Hoc etiã præcipuè dicitur de Monachis, & Religioſis exempti, cui, cùm deberent corda obedientiæ flecti, & mittere ſagittas bonorum operum contra diabolum, faciunt ſe eximi à poteſtate Prælatorum, ne eis obediant. *Oſ.* 7. d. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſque iugo, facti ſunt, quaſi arcus doloſus. Et hoc, quemadmodum patres eorum: ipſi enim omnes in huiuſmodi allegant antiquam conſuetudinem, & quod ita fecerunt anteceſſores eorum. *Ier.*7. f. Indurauerunt ceruices ſuas, & peius operati ſunt, quam patres eorum. *Ierem.*16. c. Dereliquerunt me patres veſtri Et *infrà*: Sed & vos peius operati eſtis, quàm patres veſtri. Bonorum autem patrum non volunt imitari obedientiam, humilitatem & paupertatem, ſcilicet Apoſtolorum, B. Benedicti, B. Antonij, B. Bernardi, & aliorum. *Iſ.* 51. a. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ genuit vos. Abrahã, ſignificat Apoſtolos & inſtitutores Ordinum, qui patres ſunt multarum Gentium. Sara ſignificat primitiuam Eccleſiã, & primitiuam Religionem: Sara enim interpretatur Princeps, vel carbo, vel velamen, vel anguſtia: Et Eccleſiã & Religio in principio fuit Princeps per paupertatem: quia nulli ſubdita, niſi Deo, nunc autem eſt ſerua, propter diuitias. Item fuit carbo ſuccenſus, per charitatem nunc autem glacies, per torporem & acidiam. Item fuit velamen per miſericordiam, nudos veſtiens & famelicos paſcens, nunc autem pauperes opprimit, nudos excoriat, per rapinam & exactionem: quia *De Religioſis exemptis.*

* Clerici, &

Δ *a* In iram concitauerunt eum in collibus ſuis,] id eſt, eorum. Vel [ſuis,] i. Dei Et tangit morem idololatrarum, qui in collibus ſuis, & in excelſis locis ſacrificabant.
b Et in ſculptilibus ſuis.] id eſt, in idolis ſculptus arte hominum.

uerſi ſunt in arcum prauum. † In iram *a* c n citauerunt eum in collibus ſuis: & in *c* ſculptilibus ſuis *c* ad æmulationem eum prouocauerunt *d* Audiuit † Deus, & *e* ſpreuit: & *f* ad nihilum redegit † valde Iſrael. Et *g* repulit *h* tabernaculũ Silo: *i* tabernaculũ ſuũ, vbi habitauit in *k* hominib⁹. Et *l* tradidit in *m* captiuitatẽ *n* virtutẽ eorũ: & *o* pulchri-

al. † Et.
al. † Dominus.
al. † nimis.

c Ad æmulationẽ] i. ad vindictã, [eũ prouocauerunt] *Ierem.* 3. b. In omni monte excelſo ædificaſti tibi lupanar. Lupanar dicit: quia idololatria eſt fornicatio ſpiritualis: & ideò dicit, quod in hoc prouocauerunt eum ad æmulationem. Æmulatio enim eſt vindicta, quã aliquis exercet in vxorem propter adulterium. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in diæ vindictæ.

Moraliter.

* Clerici & Religioſi crudeliùs tractant ſubditos, & homines ſuos, quam milites, & Barones. Item fuit anguſta, vel anguſtiata per auſteritatem & rigorem; nunc autem dilatata, & delicata eſt per diſſolutiones, & delicias. *Deut.* 32. b. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, dilatatus.
a In iram concitauerunt eum in collibus ſuis.] Per colles intelliguntur dignitates, & præbendæ, in quibus multi prouocant, & concitant Dominum. Vnde *Ieron.* ſic tranſtulit hic: Prouocauerũt eum in excelſis. *Iudic.* 2. b. Fecerũt malum filij Iſrael, id eſt, Clerici, & Religioſi multi, & ſeruierunt Baalim, & Aſtaroth, id eſt, ambitioni, & concupiſcentiæ carnis. Baalim enim interpretatur ſuperior: Aſtaroth, cubiculum vel præſepium. Per cubiculum, intelligitur luxuria per præſepium gula: Hoc eſt ergo, quod dicit: Seruierunt Baalim, & Aſtaroth, ac dimiſerunt Dñm, De his collibus dicit. *Ier.* 3. g. Ecce nos venimus ad te, tu es enim Dñs Deus noſter. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium, id eſt, multitudo præbendarũ. & dignitatum. *Ier.* 50. b. De monte in collem tranſierunt obliti ſunt cubilis ſui, id eſt, ſepulchri, vel nidi: Non enim habet homo duo ſepulchra, vel auis duos nidos ſimul. Multi Reges in Iſrael laudabiles extitiſſent, ſi excelſa abſtuliſſent. Similiter multi Clerici, & Rectores, ſi ambitionem de corde auferrent. Sed de paucis, id eſt, de duobus Regibus dicitur, quod excelſa abſtulerunt: & de paucis Rectoribus poteſt dici: Ferè enim omnibus cõuenit illa exceptio, quæ toties in libro Regum repetitur: Verumtamen excelſa non abſtulit. Sed nec multi Religioſi auferunt hæc excelſa: Vnde dicit *Ierem.* 49. d. Qui habitas in cauernis petræ, & apprehẽdere niteris altitudinem collis, id eſt, ſedes in Clauſtro, & aſpiras ad Prælationem. Et licet in excelſis, & collibus Domino immolaretur, tamen [in iram concitauerunt,] Deum ibi: Ita ambitioſi licet cogitent, & fingant ſe appetere prælationem, vt Deo ſeruiant, & fructum faciant: tamen Deum offendunt.
b Et in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum prouocauerunt] Statuas ſibi ſculpi, qui inuentum dogma, vel imaginationes diuiſibiles in corde ſtatuit quaſi in templo *Abac.* 2. d. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conſtabile, & imaginem falſam. *Ier.* 10. c. Confuſus eſt omnis artifex in ſculptili: quia falſum eſt quod conflauit. Idem poteſt dici de his qui ad voluntatem ſuam Scripturam trahunt repugnantem, vt dicit *Ieron.* & ad idem quod ſciunt, vel ſcire videntur, eam adaptant violenter. *Sap.* 13. c. Lignum curuum, & vorticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, &c. Et hoc prouocat Deum ad æmulationem: quia adulterant verbum Dei, qui eſt zelator caſtæ expoſitionis. *Pſal.* 11. Eloquia Domini eloquia caſta. *Deut.* 5. a. Dominus Deus tuus, Deus æmulator.

Literaliter.

d Audiuit Deus, &c.] Octaua pars, vbi agit de vltione facta in Iudæos in terra promiſſionis, & de vltione poſtmodum facta in eos, per quos Iudæos percuſſerat. Dicit ergo: Audiuit Deus, id eſt, ſe audire oſtendit.
e Et ſpreuit] id eſt, ſe ſpernere monſtrauit Iſrael.
f Et] id eſt, quia [ad nihilum redegit valde Iſrael,] i. Iudæos: quia triginta millia cadebant in die vna.
g Et repulit tabernaculum Silo] id eſt, non placuerunt ei ſacrificia eorum, quæ faciebant ei in Silo, & permiſit arcam ab eis auferri, quæ erat in ciuitate Silo. Silo enim eſt ciuitas, in qua erat arca, quæ propter peccata Sacerdotum Ophni, & Phinees, filiorum Eli capta eſt ab Allophylis. 1. *Reg.* 4. b.
i Tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus quaſi dicat, non merito tabernaculi habitauit ibi, ſed merito hominum: quia ſecundum quod dicitur *Mach.* 5. c. non propter locum Gentem elegit: ſed propter Gentem locum elegit Dominus. Et è contrario, non repulit tabernaculum propter vitium ipſius tabernaculi: ſed propter peccata hominum.
l Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum] id eſt, fortes eorum.
o Et pulchritudinem eorum,] id eſt, nobiles eorum, in quibus conſiſtit pulchritudo populi.

Δ In manus

Moraliter.

Moraliter. *d* Audiuit, &c.] Suprà dictum erat de pœnitentibus, & de Clericis, & de Religioſis, quod auerterũt ſe, & non ſeruauerunt pactum, &c. & quod ad æmulationem Deum, prouocauerunt: Et poſſet quærere aliquis infidelis: Quomodo ſciuit hoc Dominus? Vnde quaſi reſpondens dicit: Audiuit Deus mala Chriſtianorum, Clericorum, & Religioſorum. *Sap.* 1. c. Auris zeli audit omnia. *Iac.* 5. a. Clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Sunt autem quatuor genera peccatorum, quæ propriè & ſpecialiter clamant ad Deum contra actores ſuos, Primum eſt peccatum Sodomiticum. Vnde *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Nota ibi *Gloſſ.* Secundum eſt homicidium. Vnde *Gen.* 4. b. Vox ſanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra *Iob* 16. d. Terra, ne operias ſanguinem meum, & non inueniat in te locum latendi clamor meus. Tertium eſt fraudatio mercenariorum. *Iacob* 5. a. Ecce merces operariorum veſtrorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Quartum eſt oppreſſio pauperum. *Exod.* 3. c. Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictiones eorum.

Quatuor genera peccatorum, quæ clamant ad Deum.

e Et ſpreuit,] eos. *Iob* 12. c. Ducit Sacerdotes eorum inglorios: Et poſt: Effundit deſpectionem ſuper Principes. *Abdiæ* 1. a. Contemptibilis tu es valdè, ſuperbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petræ. Hoc propriè dicitur Religioſis ſuperbis.
f Et ad nihilum redegit valdè Iſrael] id eſt, Clerum & Religionem, quia dimiſſo vero & magno bono Iſraelis, ſ. videre Deum, & deſiderare eum, ad nihilium temporaliũ bonorum ſe conuerterunt. *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Et *inf.* d. Qui lætamini in nihilo, qui dicitis, nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? *Iob.* 16. b. In nihilum redacti ſunt omnes arctus mei. Hoc dicit Eccleſia. *Pſalm.* 72. Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, quaſi dicat, non vt homo.
g Et repulit,] i. reprobauit.
h Tabernaculum Silo, id eſt, ſtatum Clericorum, vel Religioſorum. *i* Tabernaculum ſuum, vbi habitauit,] quondã.
k In hominibus,] de Clericis, & religioſis dans hominibus reſponſa per operationis euidentiam ſicut ſolebat dare de tabernaculo Apoſtolorum. Sed nunc repulit tabernaculum iſtud, quia iam non videtur ibi habitare, nec reſpõſa dare: Vnde poſſunt dicere quod dicebat Saul, 1. *Reg.* 28. c. Philiſtiim pugnat aduerſum me, ſc. dæmones: & Deus receſſit à me, & audire me noluit, neque per Sacerdotes, neque per ſomnia, ſcilicet, Religioſorum, qui deberent in ſomno contemplationis ſomniare, & haurire, quid aliis de Domini voluntate reſponderent.
l Et tradidit,] permiſſiuè.
m In captiuitatem,] diaboli.
n Virtutem eorum,] id eſt, fortitudinem Eccleſiæ, ſcilicet Clericos, & prælatos, & Religioſos, qui ſunt oſſa, & fortitudo Eccleſiæ, ſecundum quod de Apoſtolis dicit Eccleſia, *Thren.* 1. e. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Sed nunc in captiuitatem tradita ſunt oſſa Eccleſiæ, & per conſequens carnes, id eſt, debiles & infirmi laici. *Iſa.* 38. c. Contriuit omnia oſſa mea *Prou.* 29. c. Cùm prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Vnde conqueritur Dominus *Iſaiæ.* 5. d. Propterea populus meus captiuus ductus eſt, quia non habuit ſcientiam. 2. *Timoth.* 2 Vt reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo tenentur captiui ad ipſius voluntatem.
o Et pulchritudinem eorum,] id eſt, famam, vel ipſos Clericos, qui deberent eſſe decor Eccleſiæ, [tradidit

* *a* in manus

A a In manus inimici.] Vel secundum *Gloss.* arcam vocat virtutem & pulchritudinem eorum, per quam, inuicti, & honorati sibi videbantur inter Gentes 1. *Reg.* 3. b. Venerunt Philistæi, & dissipauerunt exercitum Iudæorum, & capta est arca Dei, & mortui sunt duo filij Eli, Ophni, & Phinees. Nec tantum captiuati, sed & occisi sunt: Vnde addit. b Et conclusit in gladio populum suum] id est, Iudæos, quos inter alios quasi peculiarem populum sibi elegerat.

tudinem eorum in *a* manus inimici Et *b* conclusit in *c* gladio *d* populum suum: & *e* hæreditatem suam *f* spreuit *g* Iuuenes eorum *h* comedit ignis: & *i* Virgines eorum non sunt lamentatæ. *k* Sacerdotes eorum in gladio *l* ceciderunt: *m* & viduæ eorum non *n* plorabantur. Et *o* excitatus est, tanquam dormiens, Dominus: tanquam *p* potens *q* crapulatus à

Sed quos ex misericordia elegerat de iustitia reprobauit: Vnde addit.

e Et hæreditatem suam spreuit, id est, illos, quos sibi in hæreditatem assumpserat. *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. Vel. [Hæreditatem suam spreuit.] id est, terram promissionis quam permisit ab alienis deuastari. Et quia dixerat indeterminatè, quòd quidam in gladio fuerant occisi, posteà determinat, quòd quatuor genera hominum fuerunt occisa, scilicet, iuuenes, virgines, Sacerdotes, & viduæ. Et hoc est, quod dicit. *g* Iuuenes eorum comedit ignis,] id est, consumpsit ira Dei, quæ est velut magnus ignis. *Ps.* 78. Accendetur velut ignis zelus tuus. Vel [ignis] id est, ira inimicorum.

i Et virgines eorum non sunt lamentatæ] quando, s. deprædabantur, vel quando corrumpebantur.

k Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt,] quia, sc. occisi sunt ab inimicis: Et sic est Sacerdotes] nominatiui casus, & [ceciderunt] dicitur à cado, dis. Vel potest esse Sacerdotes accusatiui casus & cæciderunt dicitur à cædo, dis, vt sit sensus: Ipsi inimici ceciderunt in gladio Sacerdotes eorum.

m Et viduæ eorum non plorabantur,] quæ, videlicet, interfectæ erant, vel quæ desolatæ erant, maritis earum interfectis. Sed quia Dominus in ira sua non continebit misericordias suas, post ostensionem pœnarum, ostendit liberationem: Vnde dicit.

o Excitatus est tanquam dormiens Dominus,] quasi dicat ita excitauerunt Deum, vt eis succurreret, sicut excitari solet homo crapulatus à strepitu, & clamore familiæ.

p Tanquam potens crapulatus à vino] quia dum homo potens dormit, non apparet eius potentia: Similiter nec Dei potentia apparet malefactoribus, quos patiens sustinet; sed cùm incipit vindicare, tunc videtur quasi excitatus à somno. Et ostendit qualiter illos liberauit, videlicet, puniendo inimicos eorum: Vnde dicit.

A Et percussit.

Moraliter. * *a* In manus inimici] diaboli quia sicut dicitur *Ierem.* 50. b. Peccauerunt Domino decori iustitiæ. De hac virtute, & pulchritudine. *Thren.* 1. b. Egressus est à filia Sion, i. ab Ecclesia omnis decor eius: ecce de pulchritudine. Facti sunt Principes eius velut arietes non inuenientes pascua, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis: ecce captiuitas virtutis ad peccatum autem Clericorum, & Prælatorum, sequitur peccatum subditorum laicorum, secundum quod dicit *Gregorius*: Cùm pastor per abrupta vitiorum graditur, necesse est, vt per præcipitium grex sequatur. Vnde addit.

b Et conclusit] quasi de necessitate inferens.

c In gladio] inimici, id est, peccato.

d Populum suum,] post pastores.

e Et hæreditatem suam.] id est, populum suum.

f Spreuit] Homo dicitur spernere hæreditatem suam, quando eam non excolit: Sic Dominus spernit eos, quos per tribulationes non exercet; sed permittit in eis crescere spinas, & vrticas vitiorum. Vnde comminatur Genti peccatrici, quasi vineæ dicens: *Isa.* 5. b. Non fodietur, neque putabitur, & ascendent super eam vepres, & spinæ.

g Iuuenes eorum ad literam.

h Comedit ignis] luxuriæ: De quo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad cõsumptionẽ deuorans. *Ioel.* 1. d. Ad te, Domine clamabo, quia ignis deuorauit speciosa deserti. *Thr. vlt.* Adolescentibus impudice abusi sunt.

Ad literam. *i* Et virgines eorum non sunt lamentatæ,] quia non est hodie ad literam, qui super virgines corruptas, & thesauro irrecompensabili, & irrecuperabilis spoliatas lamentetur & deploret. Iam enim non est Ieremias, qui dicebat *Thren.* 2. d. defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea effusum est in terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei. Magna enim est contritio defloratio virginis: ita enim contrita est, quod nullatenus reintegrari potest. Vnde dicit *Ieronym.* Cùm Deus omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam Item *Thren. vltim.* b. deplorat dicens: In Sion humiliauerunt mulieres, id est, in Religione Moniales, virgines in ciuitatibus Iuda, i. in Ecclesiis in cõfessione. *Amos* 5. a. Proiecta est virgo Israel. Et *inf.* c. Vocabunt agricolas ad luctum, & ad planctum eas, quæ sciunt plangere.

Allegor. Allegoricè. Virgines sunt Ecclesiæ, quæ diu fuerunt cum maritis, & sponsis suis, & nullum fructum fecerunt, nec fœcundatæ sunt: Et hoc nullus deplorat.

Moraliter. Moraliter. Virgines sunt animæ steriles à bono opere, quæ lamentandæ sunt à semetipsis & ab aliis. Vnde filia Iepte cum sodalibus suis flebat virginitatem suam in montibus. *Iudic.* 11. g. Caro sterilis toleratur, sed anima sterilis maledicitur. *Deut. septimo* c. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus suis.

k Sacerdotes eorum in gladio tribulationis.

l Ceciderunt, cùm tamen ibi deberent se erigere. *Luca* 22. f. His autem fieri incipientibus respicite; & leuate capita vestra, Vel quod peius est [In gladio] peccati: Gladius enim diaboli est peccatum. *Eccles.* 21. a. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas. De hoc admirans Ieremias: *Threnor.* 2. g. Si occiditur in sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta.

m Et viduæ eorum,] id est, Ecclesiæ maritis viduatæ, non adulteris

n Non plorabantur] quæ plorari deberent eo, quod ceciderunt sponsi earum. Vel ad literam viduæ non plorantur, quia non est, qui oppressioni earum compatiatur. Mortuus est enim Iob: & successorem non habet, qui possit dicere: Cor viduæ consolatus sum: *Iob.* 29. c. Nunc enim omnes sumus pueri, & nescimus compati aliorum aduersitati. *Is.* 3. a. Dabo pueros Principes eorũ

Allegor. de Christo. *o* Et excitatus est tanquam dormiens Dominus.] Allegoricè, potest esse Thema de resurrectione, in qua excitatus est Dominus à sopore mortis. *Ier.* 31. e. Quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi *Ps.* 3. Ego dormiui, & somnum cepi, & soporatus sum, & cætera. Leo tertia die excitatur, ita Christus: De quo *Apocal. quinto* b. Vicit leo de Tribu Iuda. Somnus enim Christi, mors eius fuit lectus crux. *Iob vigesimo nono.* c. In nidulo meo moriar. Ad modum columbæ durum nidum habuit.

p Tanquam potens:] *Ps.* 23. Dominus potens in prælio. *Ioan.* 10. d. potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

q Crapulatus à vino,] myrrhato, scil. Passionis, calice. *Marc. cap.* 15. b. Dabant ei bibere vinum myrrhatum, *Mat.* 20. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Vel [Crapulatus vino] amoris, quem habebat ad hominem. *Gen.* 9. c. Bibens vinum Noe inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.

Moraliter. Moraliter autem excitatur Dominus ad vindicandum prædicta mala: Oratio autem viduarum, & oppressorum excitat eum. *Psalm.* 43. Exurge quare obdormis, Domine? Et *alibi Psalm.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Matth* 8. c. Suscitauerunt eum dicentes: Domine, salua nos: perimus Tunc surgens imperauit ventis, & mari: & facta est tranquilitas. *Iob.* 8. c. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ.

p Tanquam potens crapulatus à vino.] Potentes solent bibere bonum vinum, & delectabile, cuius dulcedine delectati inebriantur: Dominus autem in lachrymis deuotis, & vino compunctionis nostræ, ita delectatur, quod ebrius fit, & obliuiscitur peccata nostra, & quicquid fecerimus mali. Vnde dicit *Ierem. vigesimo tertio* b. Factus sum, quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino. *Cant.* 8. a. Dabo tibi poculum ex vino condito; & mustum malogranatorũ meorum. Item oratio, & laus, & confessio vinum est. *Cant.* 7. a. Guttur tuum, sicut vinum optimum, dignum Dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus eius ad ruminandum.

A a Et percussit inimicos suos in posteriora.] Ita legitur 1. *Reg.*5. b. quod ebullierunt mures de terra, & percussit Dominus azotum in secretiori parte natium, & mures corrodebant prominentes extales eorum. c Opprobrium sempiternum dedit illis.] Opprobrium sempiternum fuit, quia vilissima fuit huiusmodi infirmitas. Et dicunt quidam quod hoc opprobrium sustinent Iudæi, quia in vindictam dominicę Passionis patiuntur fluxum sanguinis, & ideò sunt ita pallidi.

vino. Et percussit. a inimicos suos in b posteriora: c opprobrium sempiternum dedit illis. Et d repulit tabernaculum Ioseph: & Tribum † e Ephraim non elegit. Sed f elegit Tribum Iuda: g montem Sion, quem h dilexit.

[Et repulit tabernaculum Ioseph,] id est, Synagogam Iudæorum. Et nominat Ioseph, qui præ aliis sanctior apparuit: quia Dominus nullum legalibus adhęrentem accepitat, quantumcunque Pharisæus sit, quantumcunque sanctus videatur.

e Et Tribum, &c.] i. populũ Iudæorum terrenis fructib. inhiantem.

al. † Ephraim

f Sed elegit Tribũ Iuda,] i. populum Christianum, à Christo genitum in fide, qui de Iuda descendit secundum carnem. *Ioan.*15. c. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos.

g Montem Sion,] id est, Ecclesiam vita eminentem, fide contemplantem.

h Quem dilexit,] *Ephes.*5. e. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro illa, vt eam sanctificaret.

Λ Et ædificauit

Moraliter. * a Et percussit inimicos suos] supradictos.

b In posteriora] id est, in fine in nouissimis eorum, quos in anteriorib. non vult percutere, id est, in præsenti. *Ps.*36. Inimici Domini mox, vt honorificati fuerint & exaltati: ecce anteriora: Deficientes quemadmodum fumus deficient: ecce posteriora. *Iob* 20. a. Si ascenderit vsque in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Hoc est, quod sequitur.

c Opprobrium sempiternum dedit illis.] *Ier.*20. c. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Amicos autem suos percutit non in posteriora, sed in anima, i. in præsenti. *Prou.*3. b. Quem .n. diligit Dñs, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Vel aliter potest dici, vt determinet hic peccata Sacerdotum de quibus prædixerat, & etiam Clericorum malorum, qui sunt inimici Domini familiares, & ideo periculosiores. *Mich.*7. b. Inimici hominis domestici eius, scil. Clerici, & Prælati, *Ps.*40. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Hos inimicos percutit Dominus.

b In posteriora] id est, duob. peccatis quæ per posteriora intelliguntur, sc. auaritia, & luxuria. *Phil.*3. c. posteriorum oblitus, ad anteriora me extendo. Hic per posteriora intelligit Apostolus temporalia: Vnde in posterioribus percutitur, qui cupiditate vel amore temporalium vulneratur. Item quia posteriora verenda dicuntur, & sunt per ea intelligitur luxuria. Vnde. 2. *Petr.*2. d. Loquens de luxuria, dicit: Si fugientes coinquinationes mundi cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Et per hoc.

c Opprobrium sempiternum dedit eis,] quia per hoc infamantur, & cessante vitio non potest cessare infamia. *Ierem.*23. g. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Et notandum quod in Psalmo ponuntur, primò plagæ Ægypti: Secundò plagæ Israelis, scil. in principio huius octauæ partis: Tertiò plagæ Philistiim. Hic Ægyptus muscis percutitur, Israel hominibus hostilibus Philistiim muribus, & ani exitu: quia mœror auaritiæ inquietudinum cutis agitatur, potione verò cadentes, id est, luxuriosi, muribus, id est, ferocitate vexantur, & auiditate cadunt in muscipulá: Patiuntur nihilominus molestiam in pudendis, quam medico graue est ostentare: quia vt dicitur *Ephe.*5. c. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere, etiam in confessione. Porro Israelitæ quasi ratione vtentes, & lege abutentes, propter superbiam ab hostibus, & gladio patiuntur, vt artifice morte pereát qui naturam communem agnoscere non dignantur. *Isa.* 10. c. Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur. Item quando percutitur quis anathemate, non dolet quia non sentit; quando verò percutitur pœna pecuniaria, hoc est, in posteriora, tunc sentit, & dolet, & talis inimicus Dei est

Literaliter. d Et repulit tabernaculum Ioseph. [Nona pars, vbi agit de Rege Dauid, & loco regni, & ostendit prærogatiuam Iudæ in hoc, quod noluit, vt in alia Tribu esset tabernaculum eius. Hoc est, quod dicit: Et repulit tabernaculum Ioseph. Priùs enim fuit in sorte Ioseph, scil. in sorte Ephraim, qui fuit filius Ioseph; sed ibi non fuit factum templum. Vndè addit.

e Et Tribum Ephraim non elegit,] vt scilicet, ibi fieret domus eius.

f Sed elegit Tribum Iuda, montem, Sion, &c.] & in eo factum est templum. Tamen mons Sion non fuit de sorte Iudæ, sed de sorte Beniamin: Sed ideò dicitur de sortæ Iudæ, quia Dominus illius fuit Dauid, qui fuit de Iuda; & alij Reges, qui successerunt ei.

Δ Et ædificauit

Allegor. d Et repulit, &c.] Allegoricè secundum *Gloss.* legitur de repulsione Iudæorum, & vocatione Gentium dicit ergo.

Moraliter. Moraliter. d Et repulit tabernaculum Ioseph.] Tabernaculum, est Ecclesia militans, vel religio communiter, *Isaia.*33. d. Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. Sed tabernaculum Ioseph, est illa religio, quæ non intendit, nisi ad augmentum temporalium rerum. & hanc repellit Dominus, & reprobat.

e Et Tribum Ephraim non elegit.] Ephraim, id est, vbertatem non dicitur repellere, quia propter hoc non reprobat homines, si habent diuitias: Habere enim non est in vitio: sed curiositas, & ardor acquirendi, vel multiplicandi, vel habitus retinendi. Vnde repellit Dominus Ioseph, & non dicitur repellere Ephraim; sed tamen hunc non eligere dicitur: quia licet habere diuitias malum non sit secundum se: non tamen est bonum: magis autem est fugiendum, quam eligendum: quia licet non sit malum, tamen valdè periculosum est. *Marc.* 10. c. Et *Luc.*18. e. Quam difficilè, qui pecuniam habent, in regnum Dei intrabunt: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Vnde patet, quod tales non elegit Dominus: quia si elegisset eos, faciliùs eis ingressus regni pateret. *Osea* 11. d. Circumdedit Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Israël: Iudas autem descendit cum Deo, & cum sanctis fidelibus Hoc est, quod hic sequitur.

f Sed elegi Tribum Iuda] id est, homines intendentes confessioni peccatorum suorum, & laudibus Dei.

g Montem Sion] i. eos, qui alti sunt per spem, & circumspecti per timorem.

h Quem dilexit] quia sicut dicitur *in Psalm.* 46. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Potest autem hoc specialiùs ad electionem Prælatorum referri, quia Dominus nõ elegit Prælatos de Ioseph, id est, nobilibus, vel potentibus qui sunt Domini Ægypti, id est, huius mundi propter nobilitatem suam, sed populus Iudaicus elegit Barrabam latronem insignem, & Iesum morti adiudicauit. *Matth.* 27. c. Nec etiam de Ephraim, id est, de diuitibus & abundantibus elegit Dominus Prælatos. Sed hodie à multis eliguntur homines de Ioseph, & Ephraim: & dicunt, quod iura Ecclesiæ defendit Ioseph, & Ephraim, id est, nobilitas, & diuitiæ Prælatorum 1. *Corinth. primo* d. dicit Apostolus contra hoc. Infirmã mundi elegit Deus; vt confundat fortia ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus & ea, quæ non sunt; vt ea quæ sunt destrueret: Non enim fuerunt Apostoli nobiles, vel diuites; sed rustici piscatores, tamen meliùs rexerunt Ecclesiam, quam moderni. De quibus dicit *Baruch.* 3. c. Ibi fuerunt Gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt statura magna, sciẽtes bella, non hos elegit Dominus, &c. Sed mundus istos eligit, qui sunt gigantes magni in terrenis, scientes facere guerras.

f Sed] Dominus elegit Tribum Iuda, id est, Confessores, qui purgant Ecclesiam, à contaminatione peccatorum, secundum quod dicitur 1. *Mach.*4. e. Elegit Iudas, id est, Christus, Sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum, &c.

g Montem Sion] id est, illos elegit Dominus, qui alti sunt per eminentiam vitæ, & speculatores per contemplationem cœlestium, & vigilem custodiam subditorum. *Psal.*104. Aaron quem elegit ipsum. Aaron montanus interpretatur.

h Quem dilexit] Tales enim Prælatos diligit Dominus. *Ioan.*15. b. vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. *Malc.*1. Iacob dilexi; Esau autem odio habui.

* Et a ædificauit

A *a* Et ædificauit,&c.]id est,templum in quo sanctificabat homines. Et dicit [*b* vnicornis]vel vnicornium, qui vnicornis,quando facit ædificium suum. vel taxus foueam suam,multum zelatnec permittit sibi aliena animali a accedere: Ita Dominus zelauit ædificium templi,& pacem dedit Salomoni ab omnibus Gentibus in circuitu[Ædificauit]dico.

c In terra, quam fundauit, &c.] id est, in Ierusalem, quæ fortissima erat. Hæc etiam omnia possunt legi, non tantum de ædificatione templi;sed de institutione Regis,quem non de Tribu Ioseph, vel Ephraim elegit Dñs;sed de Tribu Iuda,s. Dauid. Vnde manifestius subiungit de ipso. *e* Et elegit Dauid seruũ suũ] Et vbi accepit eum [Et sustulit eum de gregibus ouium,] A de post

al. † vnicornium. al. † æternum.

Et *a* ædificauit, sicut † *b* vnicornis sanctificium suum *c* in terra *d* quam fundauit in † sæcula. Et *e* elegit *f* Dauid *g* seruum *h* suum, & *i* sustulit

Allegoricè. A *a* Et ædificauit sicut vnicornis, &c.] id est, populum sanctum, quem ædificauit per Sacramentorum perceptionem. *b* Sicut vnicornis.] Vnicornis, est animal habens vnum cornu in medio frontis: Per quod intelliguntur fideles, quorum spes in illud vnum erigitur, quod necessarium est. *Luc.* 10.g. Porrò vnum est necessarium. *Ps.* 26.Vnam petij à Domino, hanc requiram,&c. Et ostendit, vbi ædificauit.

c In terra] id est, in Ecclesia.

d Quam fundauit in sæcula] quia Ecclesia semper durabit, non in militia sed in triumpho. *Eccl.* 1.a. Generatio præterit & generatio aduenit; terra vero in æternum stat. *e* Et] ad hoc ædificium faciendum.[Elegit]Deus Pater. *f* Dauid seruum suum,]i.Christum manu fortem, & aspectu desiderabilem, quia manu affixa Cruci, deuicit diabolum. Vnde dicit *B. Bernard.* Aëreas potestates debellauit Christus, non equo residens, sed in Cruce pendens: non manu armata; sed Cruci affixa. Item ipse est, in quem Angeli desiderant prospicere, vt dicitur 1.*Petr.* 1. c. Et dicit. *g* Seruum suum] quia ad hoc faciendum formam serui accepit de progenie Dauid. *Philipp* 2.a. Cum in forma Dei esset, &c. semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. *i* Et sustulit eum de gregibus ouium]illarum nonaginta nouem,quas dimisit in A deserto,id est,in cœlo

Moraliter. * *a* Et ædificauit sicut vnicornis,&c.]Sanctificiũ,est prælatio,ad quam non debet ascendere,nisi sanctus, qui possit, & sciat alios sanctificare. Hoc sanctificium ædificauit Dominus, quando fecit Apostolos Prælatos Ecclesiæ *Psal.* 101. Ædificauit Dominus, Sion & videbitur in gloria sua. Sed.

b Sicut vnicornis.] In cornu potestas intelligitur, & in vnicorne vna potestas,quam dedit Dñs Prælatis,s.potestatem in spiritualibus, s. ligandi atq; soluendi, & dæmonia eiiciendi.*Luc.* 10.c.Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes,& scorpiones,& super omnem virtutem inimici. *Ioan.* 20. e. Accipite Spiritum S.quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.De vnicorne dicuntur duo,s. quod cornu in nare gerit,& quod cornu ventrem Elephantis perforat.Vnde versus.

Versus. *Cornu nare gerit, Elephantis quo petit aluum.*

Ita Prælatus debet cornu potestatis suæ gerere in nare, id est,in discretione quæ regere debet potestatem. Potestas enim in homine indiscreto, idem est, quod gladius in manu furiosi, vt monebat Dominus Apostolos. *Marc.* 9. g. Habete in vobis sal, &c. *Isa.* 2. d. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est iste,id est, Prælatus, qui habet discretionem, & & audaciam. Item debet Prælatus cornu potestatis suæ impetere ventrem Elephantis,id est,gulositatem diuitum. Vnde dicit *Greg* Cornu in ventrem ferit, dum prauorum ingluuiem redarguit. Sic faciebat Paulus. *Phil.* 3. d. dicens: Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis,nunc autem,& flens dico inimicos Crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus venter est. Et *Roman.* 16. c. Huiuscemodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Nunc autem non sunt Prælati vnicornes, sed bicornes, quia diabolus ædificauit eis secundum cornu, scilic. potestatem in temporalibus, & terrenis,quod impedit officium cornu alterius. Quod cornu secundum aduersus primum,in se crescere noluerunt Apostoli.2. *Cor.* 10. b. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum. *Act.* 6. a. dicitur Conuocantes duodecim Apostoli multitudinem Discipulorum dixerunt. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, &c. Nunc autem in administratione mensarum, id est, temporalium, quæ mensis deseruiunt, & etiam mensarum nummulariorum, id est, in computationibus, & causis vicarios ponere nolunt, sed in administratione verbi Dei defacili ponunt quidam. Quidam autem, quod peius est, nec per se administrant verbum Dei, nec sustinent, quod ab aliis administretur; tamen Moysi primo Prælato dicitur. *Exod.* 18. c. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent: vt referas, quæ dicuntur ad eum, & ostendens ceremonias, & ritum colendi Deum, viamque, per quam ingredi debeant: & opus, quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros, qui iudicent populum omni tempore.Et ipse Moyses hoc faciens; tamen in hoc ipso desiderabat adiutores habere. Vnde ad Iosue, qui suggerebat ei, vt quosdam in castris prophetantes prohiberet. dixit. *Num.* 11 f Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det ei Dominus Spiritum suum? Vbi dicit *Greg.* Pia pastorum mens,quia qui non propriam gloriam,sed Auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari,quod agit. Item hic notandum est, quod vnicornis non habet tectum, nisi cœlum, & reclinatus ad arborem, dormit. Et Prælatus non debet sibi ædificare palatia, nec ad domos alias anhelare,quam ad cœlum. *Hebr.* vlt. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.Sic dicit filius Dei, *Matt* 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Item Prælatus debet requiescere in arbore Crucis Christi. Vnde dicit *Beatus Bernardus* Suauissimum mihi, bone Iesu, ceruical, spinea corona capitis tui:dulcis mihi lectus, lignum Crucis tuæ.Hoc ergo[sanctificium ædificauit:

c In terra]fructifera,id est, in paupertate, quæ frugem cœlestis fructus apportat.

d Quam fundauit, id est, fundamentum fecit Ecclesiæ, & Religionis. Vnde *Psalm.* 103. Qui firmauit terram super stabilitatem suam, id est, super nihil. Vel [Fundauit] id est, in se fundamento ædificauit: quia licet Ecclesia & Religio euerterint suum fundamentum paupertatis: tamen paupertas semper habet fundamentum suum Christum, quia semper Christi paupertatem Scriptura contestabitur, & semper eam aliqui imitabuntur. *Matt.* 26. a. Semper pauperes habetis vobiscum. *Ierem.* 35. a. Non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.

e Et elegit Dauid, &c.] Hic notari potest, quis debet eligi. & quomodo, & ad quid. Primò enim per hoc, quod dicit [Elegit] notatur, quod debet esse gratuita, non violenta: vt nullus, scilicet, se ingerat, quia hoc ipso efficeretur indignus. *Hebr.* 5. a. Nec quisquam assumat sibi honorem, qui vocatus est à Deo, tanquam Aaron. Per hoc, quod dicit.

f Dauid seruum suum: ostendit, quis debet eligi: debet enim esse manufortis, & aspectu desiderabilis. Debet enim habere triplicem fortitudinem: Animositatis, ne expauescat: pondus regiminis, ne frangatur sub onere tanti culminis. Secundò fortitudinem patientiæ, ad molestias sustinendas. Tertiò fortitudinem humilitatis, ad opprobria perferenda. Vel aliter, vt prima fortitudo sit pietatis, vt omnium onera sumat. Secunda, præsidij & defensionis, vt Tyrannorum malitias reprimat. Tertia, belli spiritualis. De his tribus *Ierem.* 1. d. Dedi te in ciuitatem munitam, scilicet, ad pugnandum: & in columnam ferream, ad supportandum: & in murum æneum, ad defendendum. Item debet esse aspectu desiderabilis, id est, speciosus specie virtutum, vt non sit effrontatus per impudentiam: non excæcatus, per ignorantiam: non mancus per bonorum operum carentiam: non enasatus per luxuriam, cuius fœtorem sentit nasus animæ: non elinguis, per verbi Dei imperitiam: non habens os serpentinum, per detractionem, non effœminatus, aut frigidus per torporem, aut negligentiam. Et sic de aliis membris potest dici.

Qui eligitur in Prælatum debet habere triplicem fortitudinem.

Qualis debeat esse electus in Prælatum.

g Seruum] non Dominum 1. *Petr.* 5. a. Non dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo.

h Suum] id est, Christi, non Antichristi, vel diaboli. *Bernard.* Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo.

i Et sustulit eum de gregibus ouium] id est, de congregatione, non Tyrannorum, sed innocentum: vt potius sit pastor, quam lupus, vel leo, id est, de gremio Ecclesiæ, si sint ibi, boni. *Act.* 1. d. Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore,quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, testem Resurrectionis eius nobiscum vnum fieri ex istis, &c. Hoc est etiam, quod dicit.

 * *a* De post

a de post fœtantes accepit eum] id est, de agris, vbi ibat post oues fœtantes habentes, scil fœtus. Hoc habetur 1. *Reg.* 16. b. vbi dixit pater eius ad Samuelem: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ad quid accepit eum? *b* Pascere,] id est, ad pascendum. *c* Iacob seruum suum scil. populum Israël. Vnde addit. *d* Et] id est, Israël hæreditatē suam. Et ostendit quomodo pauit eos, scil. innocenter, & prudenter. Vnde dicit. *f* Et pauit eos in innocentia cordis sui & in intellectibus manuum suarum] id est, in prudentia operum suorum.

eum de gregibus ouium: *a* de post fœtantes accepit eum. *b* Pascere *c* Iacob seruum suum, & *d* Israël hæreditatem *e* suam. Et *f* pauit eos † in innocentia cordis sui, & in † *g* intellectibus manuum suarum *h* deduxit eos.

al. † sine militia.
al. † sensu.

PSALM. Asaph. LXXVIII.

i DEus,

g Deduxit eos] id est, rexit populum suum.

Allegoricè.

A deserto, id est, in cœlo, scil. Angelorum, & venit ad illam, quæ perierat, donec inuenit eam, scilicet, ad hominem in terra pereuntem, sicut ipsemet dicit. *Luc.* 15. a. Et hoc est.

a De post fœtantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum] id est, vt populum Christianum in militia huius vitæ luctantem contra mundum, carnem, Diabolum, pasceret verbo suo, exemplo suo, corpore & sanguine suo. *Ioann.* 10. c. Ego sum pastor bonus. Et ibi habentur hæc tria fercula, quibus pascit Dominus oues suas. De verbo dicit. Qui intrat per ostium, pastor est ouium: & oues vocem eius audiunt, & vocat eas nominatim. De exemplo subiungit: Cum proprias oues emiserit, ante eas vadit: & illum oues sequuntur. De tertio dicit postea: Animam meam pono pro ouibus meis. Nec solum oues de hoc ouili, de Ecclesia militante; sed etiam illas de triumphante, pascit: Vnde addit.

d Et Israël] i. illos, qui Deum vident facie ad faciem.

e Hæreditatem suam] quam in æternū possidebit. *Eccl.* 24. b. In Iacob inhabita, & in Israël hæreditarē. Vel per Iacob actiuos; per Israël contemplatiuos possumus intelligere:

f Et pauit eos in innocentia cordis sui] docens, scil. innocentiam cordis, quam & ipse habebat, & eam opere ostendens, & innocens pro eis moriens: Ecce illa tria fercula prædicta.

g Et in intellectibus manuum suarum] extensarum, & affixarum in Cruce.

h Deduxit eos] ad vitam, quia illud opus summopere intelligere debemus: quia qui non intellexerit, non deducetur ad vitam, sed ad pœnam. *Osea* 4. d. Populus non intelligens vapulabit. E contra de intelligente dicitur in *Ps.* 40. Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Et dicit pluraliter [Intellectibus] quia in manibus eius, ita extensis, & affixis, plura debemus intelligere, & intus legere, scilicet, humilitatem, qua se vsque ad patibulum Crucis humiliauit; Dolorem, quem sustinuit sic moriendo: Amorem erga nos, pro quibus mori dignatus est: Largitatem, qua habuit manus perforatas, vt nihil ei remaneret, quod non daret, qui seipsum dedit. De humilitate. *Philip.* 2. a. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. De dolore. *Threnor.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. De amore. *Eph.* 5. a. Ambulare in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum oblationem, &c. *Ioann.* 15. b. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. De largitatē *Rom.* 8. f. Qui etiam proprio filio non pepercit; sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.

Moraliter.

* *a* De post fœtantes accepit eum] id est, de statu bono inferiori, in quo oues fœtas nutriebat, scil. de bono Sacerdote, vel de bono Archidiacono debet fieri Episcopus, vt *Aug.* 1. *Timoth.* 5. c. Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Et dicit tria verba [Elegit, sustulit, accepit] quia primò eligitur quis, deinde eleuatur, postea acceptus habetur.

b Pascere Iacob seruum suum.] Ecce ad quid eligitur, sc. ad pascendum [Iacob] id est laicos.

d Et Israël hæreditatem suam] id est, Clericos. *Ioan.* vlt. e. Pasce, pasce, pasce. *Ier.* 6. a. Pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt. *Ier.* 3. e. Dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & parcent vos scientia, & doctrina. Et quomodo sunt pascendi, subdit, scil. innocenter, prudenter. & fructuosè: Vnde dicit.

f Et pauit eos in innocentia cordis sui] Cordis dicit, quia sunt quidam, qui habent innocentiam operis, & orstied tamen non habent innocentiam cordis, qui, scil. dimittunt peccatum, non quia nolint; sed quia non audent propter infamiam, aut aliam pœnam: vel forte quia non possunt facere, quod volunt: Nec propter hoc sunt innocentes. *Prouerb.* 11. c. Manus in manu non erit innocens malus. Item non pascit in innocentia cordis, qui de prædicatione sua in corde suo inaniter gloriatur, vel laudem, vel emolumentum aliquod temporale quærit. 2. *Cor.* 2. d. non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate. Ecce innocentia cordis.

g Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos] id est, prudenter, & fructuosè. Hæc sunt tria adiectiua, quæ Dominus commendat in seruo suo, scilicet, fidelis, & prudens, & bonus. *Matth.* 24. d. Quis, putas, est fidelis seruus, & prudens? *Et* 25. b. Euge, serue bone, & fidelis, &c. Fidelis dicit, innocentiam cordis. Prudens, prudentiam: Bonus, fructus operis, Bonus enim est seruus, qui facit voluntatem Domini.

h Deduxit eos] de malo in bonum, de bono in melius, de meliori in optimum. Et hoc facit Prælatus bonus.

g In intellectibus manuum suarum] id est, quia in manibus, & operibus suis dat intelligere opera Christi. Sic faciebat Apostolus, dicens 1. *Cor.* 11. a. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. *Osea* 12. c. in manibus Prophetarum assimulatus sum.

EXPOSITIO PSALM. LXXVIII.

DEus, venerunt Gentes, &c.] Titulus. *Psalm. Asaph.* In præcedenti psalmo egit Propheta de ingratitudine populi Iudaici, & illorum repulsione: Hic autem præuidens eorum repulsionem, deplorat eam, & deplorando prædicit. Et est iste psalmus secundus eorum, in quibus agitur de lamentatione. Sunt enim tres tales psalmi, quia ter repulsi fuerunt Iudæi. Primò per Chaldæos: Secundò per Antiochum: Tertiò per Romanos. Primus psalmus est: Vt quid, Deus, repulisti in finem. In quo agitur de destructione facta per Romanos. In isto agitur de destructione facta per Antiochum. Tertius est: Super flumina Babylonis: In quo agitur de destructione facta per Chaldæos. Hic autem mysticè agit de persecutione Ecclesiæ, quæ ei quotidie fit per Gentiles. Intentio sua est, mouere nos, vt bonis proximorum congaudeamus, & malis eorum condoleamus. Modus. Tres sunt partes. In prima conqueritur, & narrat quanta Ierusalem pertulit temporibus Antiochi; per quæ tamen omnino non fuit destructa: In quo significatur persecutio Ecclesiæ. In secunda parte deprecatur pro parte sua contra inimicos, *ibi*: Vsquequo, Domine. In tertia parte in exultatione concludit lamentationem, *ibi*: [Nos autem.] Loquens ergo Asaph, id est, fidelis Synogoga, vel Propheta, primò captat beneuolentiam à persona Iudicis, cum dicit: *i* Deus] Secundo à persona

Partitio Psalmi.

A aduersariorum

i Deus, venerunt Gentes, &c.] Item potest totum legi eodem modo paucis mutatis allegoricè de Ecclesia, & Martyribus, & Tyrannis, & Gentibus interfectis. Item moraliter de ipsa Ecclesia, deplorante statum filiorum suorum, quæ quotidie fit per peccatum. Ecclesia enim propriè dicitur Asaph, id est, congregatio: nihil enim aliud est Ecclesia, quam congregatio fidelium, qui congregantur in vnitate fidei, & bonæ voluntatis, secundum quod dicitur *Actuum* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna in Domino. Cor, quoad fidem: anima quoad voluntatem. Tria autem deplorat Ecclesia, scilicet, Deo illatam contumeliam: Et hoc in illo psalmo: Vt quid, Deus, repulisti. Secundò, stragem filiorum. Et hoc in isto psalmo. Tertiò incolatum huius miseriæ: Et hoc in illo. Super flumina Babylonis. Et quia non sunt plures causæ lamentandi: ideò non sunt plures psalmi lamentationis. Quia plorare debemus, aut propter Dei iniuriam, aut propter nostrum incommodum. Incommodum autem est duplex, scilicet, culpæ: Ecce strages filiorum. Et pœnæ: Ecce incolatus miseriæ, & dilatio patriæ. Deplorans ergo in hoc psalmo stragem filiorum primo ostendit peccata Prælatorum, à quibus sequitur strages populi secundum quod dicitur *Daniel. decimo tertio* a. Egressa est iniquitas à senioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum: Vnde dicit. [O Deus] qui omnia vides, qui omnia potes, & vindicabis, cum iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. *Sapient.* 6. a.

Moraliter.

Ecclesia tria deplorat.

* *a* Venerunt

A aduersariorum, ostendens eos infideles, cum dicit. *b* Gentes] id est, geniti tales, scilicet, sine fide. Tertiò ostendit illos præsumptores, cum dicit. a Venerunt in hæreditatem tuam,] scilicet, terram promissionis, quod fuit magna præsumptio: Quartò ostendit illos sacrilegos, cum dicit. *d* Polluerunt templum sanctum tuum,]quia, videlicet: ibi posuerunt abominationes idolorum, & sacrificauerunt idolis suis. Quintò ostendit eos fuisse raptores, cum dicit. *e* Posuerunt Ierusalem,] id est; fecerunt eam desertam, ablatis omnibus bonis eius. Custodia enim pomorum, i. tugurium, vbi solent poni custodes ad seruanda pomaria, collectis fructibus vacua remanet, vel etiam tota tota dissiparūr. Sextò ostendit illos fuisse inhumanos, cum dicit.

al. † coinquinauerunt. *al.* † custodiarum. *al.* † mortalia. *al.* † ipsorum.

a venerunt *b* Gentes in *c* hæreditatem tuā, † *d* polluerunt tēplum sanctum tuū: *e* posuerunt Ierusalem in *f* pomorum † custodiam. *g* Posuerunt † morticinia seruorum tuorum *h* escas volatilibus cœli: *i* carnes Sanctorum tuorum *k* bestiis terræ. *l* Effuderunt *m* sanguinem † *n* eorum, tanquam *o*: aquam, in *p* circuitu Ierusalem *q* & non erat,

g Posuerunt morticina seruorum tuorum,] id est, occisos non sepeliebant. nec sepeliri permittebant, sed auibus, & bestiis deuorandos proiiciebant. Vnde etiam addit de bestiis. dicens.

i Carnes Sanctorum tuorum [supple posuerunt in escam, bestiis terræ. Septimò ostendit illos fuisse homicidas, cum subiungit. *l* Effuderunt sanguinem eorum, &c.] Et aggrauat peccatum eorum. Primo propter contemptum cum dicit.

o Tanquam aqua,] quasi dicat non curabant, nec vim faciebant sicut nec de effundendo aquam. Secundò à persona occisorum, cum dicit. *n* Eorum,] scilicet, Sanctorum. Tertiò à circumstantia loci cum dicit. *p* In circuitu Ierusalem. quæ erat sancta ciuitas: sicut maius peccatum esset homicidium facere iuxta Ecclesiam, vel in Ecclesia, quam alibi foris: Quartò à multitudine occisorum, cum dicit. *q* Et non erat qui

Moraliter. Contra Prælatos se ingerentes ad curam animarū, & male regentes.

a Venerunt] quasi dicat Ingesserunt se. *b* Gentes] id est, Gigantes Prælati, siue quicunque Canonici, aut Clerici, gentiliter secundum legem Machomet in deliciis, in luxuriis, in idololatria auaritiæ viuentes. *c* In hæreditatem tuam]id est, in Ecclesiam, in quam veniunt non vocati, cum potius vocati trahi deberent. *Hebr.* 5. a. Nemo assumat sibi honorem, nisi, qui vocatus est à Deo, sicut Aaron. Et ibi dicitur. Christus seipsum non clarificauit, vt esset Pontifex: sicut multi Hypocritæ faciunt, qui se, quantum possunt, pulchros ostendunt, vt fiant Episcopi. *a* Venerunt,]ergo, propria cupiditate, & ambitioue ducti; non fugerunt, sicut Dominus. De quo dicitur *Ioan.* 6. b. quod fugit, cum voluissent illum rapere, & facere Regem. *Ioan.* 10. b. Quotquot venerunt ante me fures sunt, & latrones.

b Gentes] scilicet, Syri, id est, superbi Idumæi: scilicet, luxuriosi, filij Ammon, id est, turbidi litigatores, & auari: quia vt dicitur *Prou.* 15. c. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam. *Deut.* 23. a. Ammonites, & Moabites non intrabunt Ecclesiam Dei *Abdia* 1. d. In die, cum stares aduersus eum quando ingrediebantur extranei portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem: tu quoque eras, quasi vnus ex eis, id est, Edom, id est, carnalis amicus, vel frater. Hi sunt enim, qui maiorem prædam accipiunt in vastatione ista Ecclesiæ. Idumæi enim incenderunt templum, vt dicitur 3. *Esdr.* 4. e.

c In hæreditatem tuam]id est, in Ecclesiam, quam multo labore, & effusione sui sanguinis acquisiuit. 1. *Cor.* 6. d. Empti estis pretio magno. Sed nota quod triplex est Dei hæreditas.

Scilicet
- Mundus. *Romanor.* 4. c. Non enim per legem promissio Abrahæ vt hæres esset mundi.
- Ecclesia præsens
  - populus. *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israël.
  - Prædia. *Psalmo* Hæreditate possideamus terram.
- Cœlum. *Rom.* 8. c. Si autem filij, & hæredes. In hanc non intrant Gentes.

d Polluerunt templum sanctum tuum,]id est, Ecclesiam; male intrando, & male ibi viuendo. *Ier.* 23. d. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Ier.* 2. b. Ingressi contaminastis terram meam. *e* Posuerunt Ierusalem,]id est, Ecclesiam. *f* In pomorum custodiam,] quia ponunt ibi garriones ad custodiendas animas, quasi ponerent, ad custodienda pomaria; imo poma melius seruantur, quam Ecclesiæ. Puero enim non traderetur custodia pomorum, aut porcorum: cui tamen traditur à Prælatis custodia Ecclesiarum, aut præbendarum plurium: & animarum innumerarum Item, in pomorum custodia: quia sicut arbores pomi custodiuntur, dum in eis sunt poma matura & collectis pomis relinquuntur: Ita Ecclesiæ tempore messium, & vinearum custodiuntur à Curatis, vt decimas colligant, sed collectis illis derelinquunt eas. *Is.* 1. c. Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, sicut tugurium in cucumerario. *g* Posuerunt morticinia, &c.]i. animas subditorum, gladio peccati occisas. *h* Escas volatilibus cœli,]i. Dæmonibus, qui in cœlo, i. in aëre volitant, & circumeunt, quærentes escam. 1. *Pet.* vlt. b. Aduersarius vester diabolus tanquam leo, &c. Vel[Morticina seruorū tuorum,]i. animas subditorum, quas occidunt serui tui,] i. Clerici, & Sacerdotes, qui locum seruorum Dei tenent, sed tantum diabolo seruiunt. *Bern.* Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Hi occidunt subditos per prauum exemplum, & negligentiam curandi sauciatos. Nec ipsis solum imputatur: sed & maioribus Prælatis, qui eis curam commiserunt & ita fuerunt prima causa mali. Vnde possunt dicere subditi Sacerdotibus, quod dixit Dominus Pilato. *Ioan.* 19. b. Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi esset datum desuper: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Hoc est, quod dicit hic, quod Episcopi, posuerunt morticinia seruorum tuorum. occisas animas à suis malis Sacerdotibus escas volatilib⁹ cœli, i. dæmonibus. Et non tantum hoc malum faciunt Prælati, & Sacerdotes, & Clerici; sed si qui boni sunt, & peccata fugiunt, detrahūt eis, & detrahi libenter audiunt: Vnde addit. *i* Carnes Sanctorum tuorum,] supple posuerunt, & exposuerunt. *k* Bestiis terræ,] i. detractoribus, qui vastant & deuorant carnes, i. opera debilia & remissa, *Prou.* 23. c. Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes conferunt ad vescendum. *Ezech.* 33. f. Qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum, i. qui excolit terram suam, & corpus suum in seruitutem redigit, detractoribus datur ad deuorandum: qui eum dicunt hypocritam. *Isa.* 59. c. Facta est veritas in obliuionem; & qui recessit à malo, prædæ patuit. *l* Effuderunt,]i. publicauerunt. *m* Sanguinem] i. peccatum. De quo *Os.* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. *o* Tanquam aquam] i. abundanter. *p* In circuitu Ierusalem]i. ad omnes, qui sunt extra Ecclesiam, quasi cæci circumeuntes domum Loth, & non ingredientes eam, i. Ecclesiam. Hi sunt Gentiles, & Iudæi, & hæretici, ad quos effunditur peccatum Christianorum, per negligentiam, & malitiam Prælatorum, sicut dicitur *Rom.* 2. d. & *Is.* 52. b. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. *Thr.* 4. c. propter peccata Prophetarū eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinē Iustorum. Effundūt autem effrontes peccatum suum: detractores vero alienū. *Ezech.* 24. b. Sanguis eius in medio eius: super limpidissimam petram effudit illum. Non effudit eum super terram, vt possit operiri puluere, &c. Peiores igitur sunt, quam Cain, qui in terram fudit sanguinem fratris sui Abel, & voluit latere, Vnde manifestius subdit. *q* Et non erat, &c.] i. qui operiret sanguinem. *Is.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. *Ier.* 2. g Non in fossis inueni illos. Sacerdotes autem ex officio suo deberent sepelire. In pœnitentia autem melius teguntur, & sepeliuntur peccata. *Ps.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, scil. in sepulchro proprietates pœnitentiæ, vel confessionis, vel Religionis. Sunt autem plures sepulturæ, siue sepulchri, per quas hæc significant, quæ notantur his versibus.

Pœnitentia assimilatur sepulchro secundum proprietates sepulchri.

Terra, cadauer, hians premit & tumet, arcet odorem.
Ossa negat, vermi dat carnem, viuida reddit.

In pœnitentia. n. & religione est, terra, i. cognitio sui. *Gen.* 3. d. Terra es & in terram ibis. Cadauer, i. cognitio peccati. *Is.* 5. f. Facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum. Item hians, i. accusatio sui. *Iob* 7. c. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei. Premit elationem cordis 16. b. Nunc autem oppressit me dolor. Tumet, i. ibi tumulus altior per ostensionem bonorum operū *Gen.* 31. g. Appellauit nomen eius Galaad, i. tumulus testis. Arcet odorem, i. fœtorem: & infamiam. De qua *Ioa.* 11. e. Dñe, iam fœtet: quatriduan⁹. n. est. Sed postea dicit. Si credideris, videbis gloriam Dei. Item ossa negat, vermi dat carnem, *Iob* 9. c. Terra data est in manus impij, i. ieiunij, quod quasi vermis consumit sine pietate carnem, i. carnalitatem: sed ossa manent, quia robur non debet consumi. *Roman.* 12. a Rationabile obsequium vestrum. *Ps.* 58. Fortitudinem meam ad te custodiam. Viuida reddit *Is. vlt.* c. Nunquid parturiet terra die vna. 1. *Regum* 28. b. Deos vidi ascendentes de terra. *q* Et quia non erat, qui sepeliret,]

ideo

Δ *q* Et non erat, qui ſepeliret præ multitudine. Quintò oſtendit ipſos fuiſſe contumelioſos, cum dicit.

a Facti ſumus, &c.] id eſt, Syris, & Ægyptiis, qui erant ſubditi Antiocho, & vicini terræ promiſſionis. Et facti ſumus. *b* Subſannatio, &c. ſcilicet, illis prædictis. Nota autem differentiam, quia opprobrium eſt conuitium, quod infertur abſenti, non audienti, neque videnti: Subſannatio autem fit præſenti, non videnti; ſed audienti: & fit proprie cum ruga naſi. Illuſio infertur præſenti, audienti, & videnti.

qui ſepeliret. *a* Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, *b* ſubſannatio, & † illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt. Vſquequo, *c* Domine, iraſceris in *d* finem? † *e* accendetur, velut ignis zelus tuus. *f* Effunde iram tuam in *g* Gentes, quæ te non *h* nouerunt: & in *i* regna, quæ *k* nomen tuum non inuocauerunt, *l* Quia comederunt Iacob: & *m* locum eius *n* deſolauerunt. *o* Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum:

al. † irriſio eis.

al. † exardeſcet.

Moraliter.

* ideo fœtor, ſcilicet, infamiæ, de cadaueribus aſcendit: Vnde addit. *a* Facti ſumus, &c.] Hoc dicunt boni filij Eccleſiæ, quia per peccatum aliorum ſine ſuis meritis contemnuntur: Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris. *Ier.* 51. f. Confuſi ſumus quoniam audiuimus opprobrium. *Iermia* 14. d. Non des in opprobrium. propter nomen tuum.

b Subſannatio, &c.] *Thren.* 2. e. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem, dicentes: Hæccine eſt vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ? *c* Vſquequo, Domine?] Secunda pars, in qua precatur continери inimicos, dicens [Vſquequo Domina, iraſceris] ſuper nos ſuſtinendo nos affligi pro peccatis? Erit hoc vſque. *d* In finem,] id eſt, perſeuerabitne iſta vaſtatio; quaſi dicat, noli ita iraſci finaliter. Et vſquequo.

Literal.

e Accendetur velut, &c.] Nota, quod ira, & zelus non cadunt in Deum; ſed ira Dei dicitur vindicta noſtrarum iniquitatum: zelus eius, exactio caſtitatis. Et loquitur ad Deum, quaſi ad virum Zelotypum, qui exigens caſtitaté ab vxore ſua, verberat eam ſæpe, ne zelotypet eum, *f* Effunde iram tuam.] Hoc dicit non libidine vindictæ, ſed amore iuſtitiæ. Vel eſt prædictio, quaſi dicat, mulctam fundens, non in nos, ſed potius.

g In Gentes, &c.] Hoc dicit, quantum ad minores.

k Quæ nomen tuum, &c.] ſed dæmonum, & idolorum. Et ita in hoc verſu petit, vel prædicit vltionem, & vindictam de inimicis. Et allegat duas cauſas. Prima eſt infidelitas eorum cum dicit: Quæ te non nouerunt.] Secunda eſt idololatria, cum dicit: Quæ nomen tuum non inuocauerunt; ſed idola vana. Poſtea allegat tertiam cauſam, & quartam. Tertia eſt homicidium, quod tangitur, cum ſubditur. *l* Quia comederunt Iacob] id eſt, populum Iudæorum, qui fuit ex Iacob, occiderunt, & conſumpſerunt, ſicut cibus conſumitur. Et notandum, quod more Oratoris mutat perſonam in perſonam, ponendo nomen Dei Iacob pro Iudæis Deum offendentibus: Quarta cauſa, quare debeant puniri, eſt ſacrilegium: Vnde dicit. *m* Et locum eius,] i. Ieruſalem, & templum. *n* Deſolauerunt,] i. deſertum fecerunt. Vnde 1. *Mach.* 1. e. Fugerunt habitatores Ieruſalé propter eos, & facta eſt habitatio exterorũ, & facta eſt extera ſemini ſuo: & nati eius reliquerunt eam: ſanctificatio eius deſolata eſt, ſicut ſolitudo. Petita vindicta de inimicis, orat Aſaph pro ſe, & pro populo ſuo. Et primo petit remiſſionem peccatorum, dicens. *o* Ne memineris, & cætera. Antiquæ dicuntur iniquitates, vel propter conſuetudinem, vel propter antiquorum exempla, & imitationem. Secundò petit gratiam præue-
Δ nientem: cum ſubiungit:

Moraliter.

Moraliter, quærit vir iuſtus, vel Eccleſia. *c* Vſquequo Domine. iraſceris] Videt enim Iuſtus, vel Eccleſia plures bonos affligi hic à Deo: & quia neſcit aliquis, vtrum amore, an odio dignus ſit, petit, vt certificetur, [Vſquequo, Domine, iraſceris?] quaſi dicat, eritne iſta ira tua temporalis, & tranſitoria, vel erit. *d* In finem] id eſt, in æternum? *e* Accendetur] ne, velut ignis ira tua? Ira enim eius in præſenti quaſi momentanea eſt, & quaſi ros; ſed ira tua in futuro erit, in finem, id eſt, in æternum durabit, & erit velut ignis, propter acerbitatem. Hanc æternam iram petit à ſe amoueri. *Iſa.* 64. c. dicens: Ne iraſcaris, Domine, ſatis; & ne vltra memineris iniquitatis noſtræ. De hac etiam dicitur in *Pſalm.* 84. Nunquid in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Quomodo autem accenſus erit zelus, dicitur. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Vt autem non faciat hoc in bonis, ſed in malis, rogat, ſubdens.

f Effunde iram tuam, &c.] Et effunde tunc, qui modo ſtillas. *Iob* 26 d. Cum vix paruam ſtillam ſermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? *g* In Gentes] id eſt, in gentiliter viuentes in luxuriis, & auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus, *Eph.* 5. b.

h Quæ te, &c.] facto, licet forte verbo. *Tit.* 1. d. confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant, cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

i Et in regna, &c.] Tria ſunt regna, quæ nomen Dei non inuocant, ſc. regnum mundi, regnum carnis, regnum diaboli. Regnum mundi, ſunt cupidi, qui inuocant mammonam. Regnum carnis, ſunt luxurioſi, qui inuocant Beelphegor. Regnum diaboli, ſunt ſuperbi, qui inuocant Baal. *Iſ.* 60. c. Gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, peribit. *23. q. 5. fin.*
Ioel. 2 g. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Ergo qui noluerit inuocare, ponetur cum illo, qui obmutuit. *Matt.* 22. b. De his regnis dicitur. *Heb.* 11. f. Sancti per fidem vicerunt regna. Primum regnum vincitur per eleemoſynam, largitionem, ſecundum per ieiuniorum continuationem, tertium per orationum deuotionem. *Ier.* 1. b. Ecce poſui te ſuper Gentes, vt deſtruas, &c.

l Quia, &c.] Hæc tria regna comederunt, i. incorporauerunt ſibi Iacob, i. Clericos. *m* Et locum eius, [ſcilicet, Eccleſiam. *n* Deſolauerunt] auferendo eis ſponſos, & filios, ſcilicet, Prælatos, & Clericos. *Thren.* 1. a. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. *Ier.* 31. c. & *Mat.* 2. c. vox in excelſo audita eſt, lamentationis, fletus & luctus, Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt. Vel per Gentes intelliguntur mali Prælati: De quibus ſupra. Deus, venerunt Gentes, &c. Vnde dicit de eis. *f* Effunde iram tuam] copioſè. *g* In Gentes] i. malos Prælatos, diuitias, & delicias amantes.

h Quæ te, &c.] quia ſicut dicitur *Iſa* 56. d. Speculatores eius cæci omnes. Et poſt pauca: Ipſi ignorauerunt intelligentiam. *i* Et in regna, &c.] ſed vocauerunt nomina ſua in terris ſuis, & inuocauerunt idola auaritiæ. *Oſ.* 8. a. Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui, id eſt, non approbaui: argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi in idola, vt interirent. Tunc enim interibunt, quando effundet Dominus ſuper eos iram ſuam: quando vt dicitur *Sap.* 6. a. iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. Super pauperes autem, & eos, qui hic conculcati fuerint, licet aliqui eorum propter peccata damnentur; non tamen in tanta abundantia effundet iram ſuam, ſed quaſi ſtillabit reſpectu effuſionis magnæ, quæ fiet ſuper Prælatos, & Potentes. Vnde *ibid. Sap.* 6. a. ſubiungit: Exiguo conceditur miſericordia; Potentes autem potenter tormenta patientur. Et hæc eis euenient. *l* Quia, &c.] id eſt, populum Dñi deuorauerunt. *Pſ.* 13. Qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis. *Mich.* 3. a. qui comederunt carnes populi mei, & pelles eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, &c. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos. *m* Et locum eius] id eſt, Eccleſiam. *n* Deſolauerunt] vt ſuprà. Illa enim mala veniunt in Eccleſiam per Prælatos. *Iſaia* 49. e. Venerunt deſtructores tui deſtruentes te, & diſſipantes te à te exibunt. Poſtquam imprecatus eſt, Propheta, vel vir iuſtus malis, & pertinacibus, non optando eis pœnam, ſed laudando diuinam iuſtitiam: orat pro peccatoribus non obſtinatis, & connumerat ſe illis vir Iuſtus ex humilitate, dicens.

o Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarũ,] quaſi dicat, da gratiam pœnitentiæ, vt de cætero non recorderis peccata noſtra, *Pſ.* 129. Si iniquitates obſeruaueris, Dñe &c. *Ezech.* 18. e. Quacũq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor amplius. Recordatus autem Dñs peccatorum noſtrorum per ſex. Videlicet.

Per {
- Scripturam. *Ier.* 17. a. peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtilo ferreo.
- profunditatem peccati. *Oſ.* 9. b. profunde peccauerunt, ſicut in diebus Gabaa. Hæc profunditas cõſiſtit in præſumptione, & deſperatione. *Prou.* 18. a. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.
- Conſuetudinem. *Gen.* 4. a. ſecundum aliam literam, peccaſti, quieſce, dictum eſt ad Cain.
- Multitudiné peccatorũ. 2. *Par. vl.* Peccaui ſuper numerũ arenę maris, multiplicata ſũt peccata mea.
- Magnitudinem peccati *Thren.* 3. b Concluſit vias meas lapidibus quadris, id eſt, magnis peccatis.
- Signa & memorialia. *Iſ.* 57. b. Poſt oſtium retro poſtem poſuiſti memoriale tuum.

a Cito anticipent

A nienté, cùm subiungit. a Citò anticipent, &c.] Et appellatur gratia, misericordia, quia ex misericordia dat Deus gratiam. Petit autem accelerationem gratiæ cum dicit. Citò. Postea petit gratiam cooperantem, cùm dicit.

d Adiuua nos, Deus, &c.] *Ioan. decimo quinto* a. Sine

a citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia b pauperes facti sumus c nimis. d Adiuua nos, Deus salutaris noster: & propter e gloriam nominis tui, Domine, libera nos: & f propitius esto peccatis nostris, propter g nomen tuum. h Ne fortè dicant † in Gentibus: i vbi est i Deus eorum? & k innotescat in nationibus l coram oculis nostris. † m Vltio sanguinis seruorũ tuorum, qui n effusus est: † o introeat in conspectu tuo p gemitus compeditorem. Secundum q magnitudinem brachij tui, r possi de s filios † mortificatorum.

me nihil potestis facere. Post hæc petit liberationem à peccatis perfectam, cũ dicit: Et propitius esto peccatis nostris. Sup. petierat liberationem, sed non perfectã, *ibi*: Ne memineris: Interserit autẽ causas quare Deus debeat hoc facere

al. † nequando.
al. † Gentes.

Vnam ex parte illorum pro quibus petit, sc. eorum miseriam quando dicit. b Quia pauperes, &c.] defectu virtutis: non enim conqueritur de defectu terrenorum, quo virtutes conseruantur. Secunda causa est ex parte Dei dantis, s. gloria eius. Vnde dicit. e Propter gloriam, &c.] q. d. ex hoc nomen tuum gloriosum apparebit, ex eo quod tu das indignis. Tertia causa similiter est ex parte Dei, s. ipsius bonitas: Vnde dicit. f Propitius esto, &c.] i. propter bonitatem tuam, quæ nominabilis est. Quarta causa est euitatio infamiæ populi Dei, & blasphemiæ ipsius Dei Vnde dicit. h Ne fortè, &c.] i. inter Gentes. i Vbi est Deus eorum,] q. d. non habent Deũ, qui possit eos liberare, sicut aliæ Gẽtes habẽt. Quinta est manifestatio iustitiæ Dei: Vnde addit. k Et innotescat in nationibus, &c.] Ibi est punctũ, siue periodus. Sexto petit, vt exaudiantur preces eorum, cùm addit. o Introeat in conspectu tuo, &c. i. Iudæorum: Iudæi enim erant compediti per mandata. Vel, compeditorum] i. vinculatorum in compedibus, ad literam posteà petit conseruationem bonorum. Vnde dicit. q Secundum magnitudinem brachij tui] i. potentiæ tuæ. r Posside, i. custodi in possessionem. s Filios mortificatorum i. occisorum: Vel [morte punitorum] alia litera Et quia vult Asaph ostendere se habere latitudinem charitatis, orat pro inimicis optans eis pœnã in præsenti, ne in futuro puniantur, sicut dicitur *Mat.* 5. g. Orate pro persequentibus vos. Vnde dicit: A Et redde vicinis

Moraliter.

* a Citò anticipent, &c.] sc. antequam anticipet nos mors vel diabolus. De quo suprà orat: Exurgat, Domine, præueni eum, & supplanta eum. Et *alibi*: Dñe, ad adiuuandum me festina, *Dan.* 9. e. Ne moreris propter temetipsum, Deus meus. Et necesse est, quòd anticipent nos misericordiæ Domini: quia vt dicitur. *Eccl* 14. b. Mors nõ tardabit. Ideò bene petebat ille, *Ioan* 4. g. Dñe descende priùs quàm moriatur filius meus. b Quia pauperes, &c.] Hæc est bona ratio, quia misericordia pauperum, & miserorũ est possessio propria, non eius, cui dicitur *Apoc.* 3. c. Dicis: quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo. c Nimis] Nimis pauper est, qui nec in cœlo, nec in terra aliquid habet. De qua nimia paupertate intelligitur illud *Eccl.* 40. d. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas, melius enim est mori, quam indigere. Diuites qui plus aliis videntur habere. plus indigent. Vnde *Prou.* 13. a. Est quasi diues, cùm nihil habeat. *Ieron.* Auaro deest tam quod habet, quam quòd non habet: credenti autem totus mundus diuitiarum est. Quia ergo pauperes sumus nimis, vt aliquid lucrari possimus. d Adiuua nos, Deus salutaris noster.] 1. *Cor.* 3. c. Dei adiutores sumus. Et qui iuuat se, Deus iuuat illum. Vnde *Psal.* 53. Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Multi autem quærunt adiutorium, non à Deo Saluatore sed à mundo perditore; vt illi, qui ditari quærunt per vsuram. & dolũ, per simoniam, & furtum, *Isa.* 31. a. Væ qui descẽdunt in Ægyptũ ad auxilium, *Eccl. vlt.* b. Respiciens eram ad adiutoriũ hominum, & non erat. Sic poterunt multi dicere in die mortis. Sed confidenter dicit *Abac. vlt.* d. Exultabo in Deo Iesu meo. *Psa.* 120. Auxilium meũ à Dño. e Et propter gloriam, &c.] non propter nostram, *Psalm.* 113. Non nobis Domine, non nobis, &c. *Baruch.* 2. b. Domino Deo nostro iustitia; nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. Et qui est gloria Domini? *Dan.* 9. Gloria Domini est dies hæc. Et quid est gloria Domini? est misereri. f Et propitius esto, &c. quod est, Iesus, q. d. nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Tit.* 3. b. Qui ab actu saluãdi habet nomẽ Saluatoris, s. Iesus quod interpretatur Saluator à peccatis. *Mat.* 1. d. Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum, *Est.* 12.

In prolog. Biblia c. 8.

d. Propitius esto sorti, & funiculo hæreditatis tuæ, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum. Petit ergo tria in hoc versu. Primò adiutorium ad bonum faciendum. Sed quia benefacientes nititur Diabolus impedire; secundò petit liberationem à diabolo, & eius laqueis, cùm dicit Libera nos. Sed quia non est ita sãctus, qui non peccet saltem venialiter; tertiò petit remissionem peccatorum, cùm dicit. Et propitius esto, &c. Sequitur h Ne fortè, &c.] i. inter peccatores gentiliter viuentes. i Vbi est Deus eorum,] q. d. ne insultent nobis peccatores, qui bonorum casui, aut tribulationi insultare solent Sic amici Iob insultauerunt ei. Et vxor Tobiæ insultauit ei, dicens: Manifestè facta est vana spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Et Iudæi Domino dicentes, *Mat.* 27. e. Confidit in Deum liberet eum, si vult. k Et innotescat in nationibus,] id est, omnibus qui ad iudicium venerint. De quo *Sap.* 13. b. Iudicabunt Sancti nationes. Quid innotescat? m Vltio sanguinis seruorum, &c.] ad literam. Vel per detractionem, *Ezech.* 22. b. Viri detractores fuerunt in te ad effundendũ sanguinem. Vel per odium, quia sicut dicitur 1. *Ioan.* 3. c. Qui odit fratrem suum, homicida est. Vel per rapinam, & excoriationem pauperum, *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum homo sanguinis est, &c. Vltio tunc innotescet omnibus, quando vt dicitur *Deut.* 32. f. sanguinem seruorum suorũ vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum, *Chrys.* Non est condigna vltio ei, qui centum interfecit homines semel mori. Iudex igitur sæcularis non potest dignè punire peccata alicuius; sed solus Deus. Vnde *Eccl.* 28. a. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam: & peccata illius seruans seruabit, *Deuter.* 32. a. Mea est vltio, & ego retribuam. Et quomodo? *Eccl.* 39. d. Ignis, grando, fames & mors: omnia hæc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes & romphæa vindicant in exterminium impiorum. Et dicit. l Coram oculis nostris, quia sicut dicitur *in Psalm.* 47. Lætabitur Iustus, cum viderit vindictam, &c. Et vt hoc velociùs impleatur. o Introeant in conspectu tuo] quasi quædam persona nobilis. p Gemitus cõpeditorum] ad literam. Vel vinculis pœnarum & ægritudinum. Vel vinculis religionis, *Eccl.* 35. c. Deprecationem læsi exaudiet non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Et *ibid.* d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, *Isa.* 59. b. Quasi columbæ meditantes gememus: expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. q Secundum magnitudinem brachij tui] id est, amoris, quem ostẽdisti: ô Deus Pater, dando morti brachium tuum, i. filiũ pro nobis. De quo *Isa.* 48. c. Faciet voluntatem suam in Babylone, i. mundo, & brachium suum in Chaldæis, i. in dæmonib⁹, quos per brachium deuicit. Et sic fecit voluntatem suã de qua dicit brachium, i. filius. Descendi de cœlo, non vt faciã voluntatem meã, sed voluntatẽ eius, &c. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me patris vt omne quod dedit mihi, pater non perdam ex eo; sed resuscitabo illud in nouissimo die 1. *Thes.* 4. a. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, Christus autẽ sanctificauit nos sanguine suo, *Io.* 17. c. Et ego pro eis sanctifico meipsũ vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Vel ad Christum dicit. q Secundum, &c.] i. secundum magnitudinem amoris, quem ostendisti nobis, extendens in Cruce brachia ad amplectẽdum nos, *Isa.* 52. Parauit Dominus brachium sanctũ suũ in oculis omnium Gentium, &c. *Isa.* 40. c. In brachio suo congregabit agnos, &c. r Posside filios, &c.] i. eos, quos Apostoli, & Martyres pro te mortificati, & occisi in fide genuerũt 1. *Cor.* 14. d. Per Euangeliũ ego vos genui, *Ezech.* 22. d. Deficere faciam immunditiam tuam à te, & possidebo te in cõspectu Gentiũ, *Exo.* 34. b. Obsecro, vt gradiaris nobiscum, & auferas peccata nostra, nosque possideas. Bene ergo allegat, vt secũdũ amorem, quo emit nos, seruet, nos, & possideat: Quia sicut dicit *B. Bernard.* tanti emit, vt amittere non velit. Sed multi se subtrahunt à possessione Domini, faciunt se possessionem diaboli. Vnde dicunt quidam, *Isa. vigesimo sexto* c. Domini possederunt nos absque te. Hoc autem multoties fit per malam societatem, quia vt dicit, *Psal.* 17. Cum sancto sanctus eris. &c. & cum peruerso peruerteris. Vnde eis imprecatur

* dicens

al. † vindica sanguinem.
al. † intret.
al. † morte punitorum.
Iob. 2. d. *Tobia* 2. b.
Ioan. 6. d.

Δ *a* Et redde vicinis noſtris]i. Gentilibus, quæ nos perſecutæ ſunt. *b* Septuplum]id eſt,pœnam perfectam in præſenti, ne in futuro puniantur. *c* In ſinu eorum] id eſt in ſecreto,quãdoq; n.punitur homo extra in corpore:& tamen non cogitat, neque recognoſcit virgam Dei: & ſic non punitur in ſinu mentis, nec erubeſcit de peccato. Simile dicitur de bonis. *Luc.* 6 f. Menſuram bonam & confertam & coagitatam, & & ſupereffluentẽ dabunt in ſinum veſtrum. Redde, inquam. *d* Improperium ipſorum] i.pœnam pro improperio. *e* Quod exprobrauerunt, &c.] id eſt, tuis: Improperium. n. quod fit ſuis, reputat ſibi fieri. *Matt.* 25.d. Quod vni vni ex minimis meis feceritis, mihi feciſtis.

al. † ſepties tantum in ſinus eorum, opprobrium eorum.

al. † gregis.

al. † æternũ.

Et *a* redde vicinis noſtris † *b* ſeptuplum in *c* ſinu eorum, *d* improperium ipſorum, quod *e* exprobrauerunt tibi Dñe. *f* Nos autem populus *g* tuus & *b* oues, *i* paſcuæ tuæ, *k* confitebimur tibi † in *l* ſæculum. *m* In generatione, & generationem *n* annunciabimus laudem tuam.

In finem pro his, qui commutabuntur Pſal. pro Aſſyriis teſtimonium Aſaph.

QVi *o* regis Iſiaë.(*LXXXIX.*

Moraliter.

* dicens. *a* Et redde,&c.] qui nos ad peccatum traxerunt. *b* Septuplum, i. perfectam pœnam, & punitionem in corpore & anima. *Ecclеſ.* 7.a Non ſeminabis mala in ſulcis iniuſtitiæ,& non metes ea in ſeptuplum,i.in animæ tribus viribus, & corporis quatuor elementis. *Gen.* 4. c. Qui occiderit Cain,ſeptuplum punietur. Et *inf.* d. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Peccatum enim ſeptem adduxit pœnas. Prima eſt hebetatio intellectus,in vi rationabili. Secunda,corruptio affectus,in vi concupiſcibili. Tertia,obduratio, in vi iraſcibili. Hæ tres ſunt interius in anima. Exterius autem ſunt quatuor. Prima, eſt paupertas. Secunda,moleſtia. Tertia, ignominia. Quarta, mors, ſiue temporalis, ſiue æterna: vtraque enim ex peccato ſequitur. *c* In ſinu eorum] i. in ſecreto conſcientiæ, quia ſicut conſcientia eſt culpæ, ita & pœnæ. *d*. Improperium ipſorum,&c.] Improperium Domino, qui peccat. Nam propter peccata noſtra ſuſtinuit opprobrium in Cruce,& Paſſione,ſicut dicit in *Pſa.* 68 Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Vnde qui iterũ peccat quantũ in eo eſt,facit Deo opprobriũ. *Heb.* 6.a. Rurſũ crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. *f* Nos autẽ.) Tertia pars,vbi in exultatione includit lamentationem. Vnde dicit]Nos autem] quaſi dicat,tu ita illis facies [nos autem populus] quem tibi peculiarem elegiſti. *Deut.* 7.b.& 26.d. Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram. *b* Et oues,]quas deduxiſti per deſertum. *Pſal.* 76. Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi,& Aaron. *i* Paſcuæ tuæ] quia nos pauiſti in deſerto manna per quadraginta annos. Nos, inquam, tales. *k* Confitebimur tibi confeſſione laudis. *l* In ſæculum] i.ſemper. *m* In generatione,&c.] i. illis, qui ſunt præſentes:& illis, qui ſunt futuri. *n* Annuciabimus,&c.] prædicando. Moraliter,dicit vir iuſtus, vel Eccleſia. *f* Nos autem, &c.] quos proprio ſanguine redemiſti. *b* Et oues] &c.]quos proprio corpore paſcis. Vel ſic. *f* Nos autem populus]per concordiam. *g* Tuus per obedientiam. *b* Et oues]per innocentiam. *i* Paſcuæ tuæ] per doctrinam. *k* Confitebimur tibi] corde, ore, opere, per gratitudinem. *l* In ſæculum]per perſeuerantiam. Paſcua Domini,eſt ſacra Scriptura, vbi paſcuntur oues ſuæ. Vnde *Ezech.* 34.d. In paſcuis vberrimis paſcam eas,& in montibus excelſis Iſraël erunt paſcuæ earum. Montes Prælati: Herbæ montium, exempla, & verba eorum. Sed *Iob* 40 c. dicitur: Huic montes herbas ferunt,i. Diabolo, quia exẽpla Prælatorum modò plures acquirunt diabolo. Vnde addit. *Iob:* Omnes beſtiæ agri ludent ibi, id eſt, omnes dæmones, vel vitia cuiuſlibet generis ibi ſecurè habitant, & ludunt, & illudunt. Bene autem dicit [Confitebimur] ſc. præſens confeſſio peccati debet fieri in hoc ſæculo & habebit finem. *Eccl.* 17. d. Ante mortem confitere, à mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Confeſſio autem laudis infinita,& æterna erit, in ſæculum ſæculi: Et hoc eſt, quod additur. *m* In generatione, & generationem, &c.] in futuro. *Pſ.* 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Supra dictum eſt, quod paſcua Dei eſt doctrina ſacra,quæ per Prælatos, & Doctores quaſi per Paſtores ſimplicibus quaſi peccatoribus miniſtratur. Et notandæ ſunt proprietates paſcuæ his verſibus. [*Paſcua ſponte virent, paſcunt inculta licenter Alta pecus, ſed aquoſa boues, dant fœna, per imbres.*] Paſcua enim ſacræ doctrinæ debent dari ſponte, quia & ſponte datur à Deo. *Matth.* 10. a. Gratis accepiſtis, gratis date. Sponte etiam fructificat in auditoribus, quia coacti non faciunt verum fructum. *Gen.* 1.a. Germinet terra herbam virentem. Item debent virere virtutibus, vt docentes virtutibus ſplendeant,& eas doceant. *Iſ.* 35.c. In locis vbi prius habitabant dracones,viror calami,& iunci orietur. Per contrarium dicitur. *Eccl.* 43.c. Extinguet viride, ſicut ignem. Item paſcunt,quia Paſtores debent oues paſcere doctrina non ſeipſos crapula. *Ezech.* 34.a. Væ paſtoribus,qui paſcebant ſemetipſos. Item inculta, id eſt, rudis debet eſſe doctrina, vt non abſcondatur Sapientia in decore ſuo *Eccl.* 4.c Item licenter, quia paſcua debet eſſe communis. *Rom.* 1.b. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. Item alta pecus, id eſt, ſimplices aggrediuntur ardua conſilia, quæ docentur in ſacra Scriptura. Vnde de onagro dicitur *Iob* 39. Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit. 1. *Reg.* 24 a. Per abruptiſſimas petras,quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Sed aquoſa boues,id eſt, ſapientes huius mundi ea nolunt audire:& illa complectuntur, quæ temporalium abundantiam indulgere videntur. *Amos* 4. Audite verbum Dñi vaccæ pingues. *Gen.* 41.a. Aſcendebant ſeptem boues craſſæ nimis,& paſcebantur in locis paluſtribus. Hoc eſt,quod dixerunt quidam. *Ioan.* 9. Nos diſcipuli Moyſi ſumus. Moyſes enim promittebat temporalia; Chriſtus verò amputabat ea, dicens: Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet,non poteſt meus eſſe Diſcipulus. Dant fœna,id eſt, humiliant,docendo, quia omnis caro fœnum, ſicut dicitur. *Iſ.* 40. b. Per imbres gratiæ, quia vt dicit *Greg.* Fruſtra laborat exterius lingua Prædicatoris, niſi intus adſit gratia Saluatoris. *Iſ.* 30. c. Dabitur pluuia ſemini tuo,vbicunque ſeminaueris in terra. *Ezech.* 31.b. Irrigabo cor populorum multorum.

Peccatum ſeptem pœnas inducit.

Literal.

Moral.

Proprietates paſcua prælatis conuenientes.

EXPOSITIO PSALM. LXXIX.

QVi Regis, &c. Titulus. [*In finem pro his,qui commutabuntur,Pſal. pro Aſſyriis teſtimonium Aſaph.*] Supra petiit Propheta ſalutem Iudæorum: Sed quia non habetur ſalus, niſi per Domini Incarnationem, ideo petit hic eandem Incarnationem. Vnde is eſt ſenſus tituli. [Pſ.] iſte, dirigens nos in finem, Chriſtum eſt [teſtimonium Aſaph] id eſt,fidelis populi, teſtantis Chriſti Incarnationem,[pro his]id eſt, ad vtilitatem eorum[qui commutabuntur]de infidelitate ad fidem, de peccato ad pœnitentiam, id eſt,[pro Aſſyriis,]Aſſyrij interpretantur diligentes: Et qui prius dirigebant ſe contra Chriſtum,ſicut dicitur *Iob* 15.c. Contra omnipotentem roboratus eſt,cucurrit aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt: modo facti fideles,& iuſti dirigunt ſe ad Chriſtũ, & recti diligunt,& laudant illum. *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. *Pſ.* 32. Rectores decet collaudatio. Ex his patet intentio Prophetæ in hoc pſalmo. Intendit enim mouere nos, vt in melius commutemur,& ad Chriſtum dirigamur. Modus. Bipertitus eſt pſal. In prima parte deprecatur, & petiit primum aduentum,per quem reparatio humani generis. In ſecũda parte agit de Eccleſia ſub typo vineæ,oſtendens,quomodo incepta,& perfecta ſit, *ibi* [Vineam de Ægypto.] Volens ergo Propheta petere Incarnationem Chriſti, diffinit primò Chriſtum ſecundum duos principales actus, ſcilicet, regere, & paſcere: de primo dicit.

Partitio pſalmi.

o Qui Regis,&c.]i. ô tu Deus fili[qui Regis Iſraël,ſcilic.
A populum Iudæorum,

Moraliter. Totum poteſt legi, & etiam titulus [In finem pro his commutabuntur, &c.] ſicut expoſitum eſt ſupra. Sed morali ſenſu notandum,quod triplex eſt commutatio. Vna eſt de mortalitate ad immortalitatem, quæ fiet in futuro. *Iob* 14.c. cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto,donec veniat immutatio mea. 1. *Corinth.* 15.g. omnes quidem reſurgemus; ſed non omnes immutabimur. Duæ aliæ ſunt in præſenti: Et ſine altera illarum non peruenitur ad iſtam. Prima illarum duarum eſt commutatio commercij. Hanc facimus cum intrantes religionem damus Domino nos, & noſtra, vt ipſum,& æternũ regnum habeamus. De qua *Matt.* 16. d. quam commutationem dabit homo pro anima ſua? Secunda eſt vetuſtatis depoſitio,nouitatis aſſumptio per pœnitentiam extra clauſtrum. De qua *Ier.* 13.d. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam,& pardus varietatem ſuam;ſic & vos poteritis bene agere,cum didiceritis malũ. *Sap.* 10. nõ poterit mutari cogitatio eorum in perpetuũ. De hac triplici mutatione agitur in hoc pſalmo. Sed hæc commutatio non poteſt fieri niſi Deo auxiliante. Vnde petit auxilium vir iuſtus vt perfecte poſſit commutari dicens. *o* Qui Regis Iſraël] * intende:

Moraliter. Triplex commutatio.

A populum Iudæorum. *a* Intende] desiderio & petitioni Sanctorum qui aduentum tuum desiderant. *Isa.64.* a Vtinam dirumperes cœlos,& descenderes. Intende ergo infundendo lumen fidei per incarnationem: De secundo dicit. *b* Qui deducis,] id est,deduces per Apostolos tuos. *c* Velut ouem] simplicem & obedientem.

d Ioseph,] i populum credentem de gentibus, significatum per Ioseph qui interpretatur augmentum & populus Gentium auctus & adiunctus est populo Iudæorum credenti, & ita sunt augmentum Ecclesiæ. Deduxit Dominus has oues per Apostolos, de deserto infidelitatis ad gregem fidelium, & de deserto huius Mundi ad caulas Regni cœlestis. Vndè ipse loquens ad Iudæos dicit. *Ioan.* 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, vt fiat vnum ouile & vnus pastor. *e* Qui sedes super Cherubin,] i. super illas virtutes Angelorum. *f* Manifestare]in carne. *g* Coram Ephraim,Benjamin,& Manasse,] i. omnibus Iudæis. Sors enim Benjamin erat in meditullio terræ & aliæ duæ erant in terminis. Et ita per has tres tribus,totum comprehēdit:Et coram his manifestauit se Christus, & ad hos fuit missus,sicut dicit *Matth.15.*c.Non sum missus nisi ad oues,quæ perierunt, domus Israel. *Isa.46.* d. Dabo in Sion salutem, i. in Iudæis. Sed quia per Incarnationem est solum inchoata salus,ideò petit & resurrectionem & ascensionem, per quæ est consummata, dicens. *h* Excita potentiam tuam] in resurrectione & ascensione, i. fac,vt non videatur potentia tua obdormisse, vel periisse, quæ in Passione visa est periisse. In Resurrectione autem excitata,in Ascensione excitatior,in Iudicio autem erit excitatissima. *i* Et veni] primò in carne, vt consequenter alia facias,Vt saluos facias nos. Et cum veneris.

l Deus conuerte] ad fidem tuam. Et sic loquitur ad filium, Vel ad Patrem sic. *l* Deus conuerte nos] ad Filium tuum. *m* Ostende] nobis per fidem. *n* Faciem tuam,] i. Filium tuum, per quem cognosceris. *Ioan.1.* b. Deum nemo vidit vnquam, sed vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Ioan.14.*b.Qui videt me,videt & Patrem.Et si hoc facis. *o* Salui erimus] per fidem, quæ saluat credentes.*Luc.7.*g.Fides tua te saluam fecit.Optat autē aduentū Christi,nō tantū,vt veniat,sed vt citò veniat. Vndè A addit Dominus

Moral. * *a* intende] scil.in adiutorium. *Ps.69.* Deus in adiutorium meum intende. Ab isto actu,qui est intendere,dicitur tempus, quod nomen interpretatur Superintendens, eo quòd intentus debet esse tempus curæ animarum & saluti earum,sicut Christus qui ita fuit intentus,vnde & tempus appellatur.*1.Pet.2.*d.vbi dicitur Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem & Episcopum animarum vestrarum.Et *Heb.4.*d.Habentes Pontificem magnum qui penetrauit cœlos,Iesum filium Dei teneamus spei nostræ confessionem.Et allegat,quod debet intendere, cùm dicit,Qui regis,quasi dicat,quia tu es Rex meus, ideò Intende in adiutorium meum. *Isa.33.*d.Dominus iudex noster. Dominus legifer noster, ipse veniet & saluabit nos. *Psal.22.* Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Hoc est, qui regis Israël intende. E contrario dicitur *Prou.11.*b.Vbi non est gubernator, populus corruit. Notandum autem quòd Dominus populum suum & præcipuè religiosos, qui propriè dicuntur Israël, quia contemplationi magis insistunt,regit multis modis.Regit enim eos.

Vt
- Rex Regnum vel vrbem. *Apoc.19.*c.Rex Regum & Dominus dominantium.
- Nauta,nauem. *Psal.* deduxit eos in portum voluntatis eorum.
- Sessor, equum. *1.Cor.6.*d.Glorificate & portate Deum in corpore vestro.
- Dux bellum, siue exercitum. *Prou.20.*c.Gubernaculis tractanda sunt bella. *Exod.14.*d.Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis.
- Paterfamilias familiam.*Psal.22.*Dominus regit me, & nihil mihi deerit.
- Magister, scholares. *Matth.23.*b.Vnus est magister vester Christus.
- Ductor, cæcum. *Matth.9.* b. Non est opus valentibus medicus,sed malè habentibus.
- Pastor,oues.*Ioan.10.*a.Cū proprias oues emiserit,ante eas vadit.Proprias oues, i. Prædicatores emittit ad prædicandum, ante eas vadit præparans eis viam.
- Abbas vel Prior,claustrum.*Rom.8.*c.In quo clamamus, Abba pater.
- Anima membra. *Phil.2.* b. Operatur in nobis velle & perficere.Ipse enim est spiritus oris nostri Christus, qui captus est in peccatis nostris. *Thren.4* d.
- Ratio,cor. *Prou.21.*a.Cor Regis in manu Domini,quocunque voluerit,inclinabit illud.

Sacerdos,Ecclesiam. *Hebr.7.*d.Iesus autem eo quod maneat in æternum,sempiternum habet sacerdotium. Et *sup.* c. *Psal.109.*Tu es Sacerdos in æternum. *b* Qui deducis] de virtute in virtutem. *d* Ioseph,] i. crescentem in virtutibus & operibus,qui sicut Ioseph aduersis non frangitur, nec prosperis seleuatur.Ioseph etiā in Ægypto multùm auctus est, *Gen.45.*g. Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti, id est, operibus mundi abundat: Et tamen viuit vitâ gratiæ: Hoc mirum est. Nec posset fieri in homine, nisi Dominus deduceret eum. *Sap.10.* b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. Et *inf.* c. Venditum iustum non dereliquit.

a Intende,*b* qui deducis *c* velut † ouem *d* Ioseph,*e* Qui sedes super Cherubin † *f* manifestare *g* corā † Ephraim, Beniamin & Manasse.*h* Excita potentiā tuam & *i* veni,vt *k* saluos facias nos. *l* Deus, conuerte nos, & † *m* ostende *n* faciem tuam & *o* salui erimus.

al. † oues.
al. † appare.
al. † Ephrē.
al. † virtutum.
al. † illumina.

c Velut ouem,] i.in innocentia.*Exod.13.*b.Primogenitum asini mutabis oue.*Greg.*Primogenitum asini in ouem mutat,qui prioris vitæ immunditiam in innocentiam mutat. Velut ouis fuit ille literalis Ioseph, quando iniustè venditus, quando iniustè incarceratus innocentiam seruauit. Ouis quoque & non aries videbatur, quando recusauit meretricis preces.Sed nec principatus eius potuit eum facere non ouem,qui consueuit agnos mutare in vipeias & leones. *Eccl.4.*d.Noli esse quasi leo in domo tua,euertens domesticos tuos,& opprimens subditos tuos. Nunc verò non superest Ioseph,quia non est similis ei in talibus.Vndè potest dicere Iacob,i.Christus: Fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. *e* Qui sedes super Cherubin] quasi, non in Cherubin, id est, in scientia, quia Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ:Sed,super,i.vltra in Seraphin, in ardore charitatis, ibi Dominus sedet,i.requiescit. Vndè magis laborandum esset ad habendum charitatem quàm scientiam. *f* Manifestare,] id est, peccatum amoue à cordibus, quod abscondit te, ne cognoscaris. *Isa.59.* a. Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. *g* Coram Ephraim,Beniamin, & Manasse.] Ephraim sunt laici, qui fructificationi temporalium lucrorum, & generationi carnali intendunt,& in operibus actiuæ vitæ fœcundi debent esse.Ephraim enim interpretatur fructificans. Beniamin sunt clerici,qui debent esse filij dexteræ,scil.fortes, vt nulli tentationi succumbant,sed fortiter pugnent pro Ecclesia.Vndè tonsi sunt in rotundum sicut pugiles.Item filij dexteræ, vt non recipiant, nec diligant hæreditatem sinistræ,scil.ista temporalia,sed hæreditatem dextræ, sc. æterna,*Prou.3.*b.Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Vndè Clerici in receptione coronæ dicunt: Dominus pars hæreditatis meæ.Manasse, sunt viri Religiosi,qui debēt posteriorum obliuisci,i.temporalium omniū,vt ad anteriora,i.ad æterna se extendant, sicut Apostolus *Phil.3.* Vndè eis propriè dicit Dominus. *Luc.6.* e. Qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas. Sed quia modò ita importunè & etiam litigando repetunt, benè ostendunt, quòd non sunt posteriorum obliti. Quia ergo tam laici & clerici, quàm religiosi per peccatum manifestam Dei cognitionem amiserunt,& Deus se ab ipsis ostēdit,orat Propheta,vt manifestetur, coram Ephraim, Benjamin & Manasse. Magnum autem est peccatum amouere ab homine & peccatorem iustificare.Vndè petit.*b* Excita] Domine,potentiam tuam,scil.ad suscitandos mortuos per peccatum. *Greg.* Maius est animam suscitare in æternum victuram, quàm corpus iterum moriturum, Vel potentiam,i. misericordiam,quæ est magna Dei potentia, sicut in collecta:Deus,qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas. *i* Et veni] per gratiam. *Ioan.14.*c.Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus,&c. *k* Vt saluos facias nos] à peccato, dimittendo peccatum. *Ier.17.*b.Sana me,Domine,& sanabor: saluum me fac,& saluus ero, &c. Hæc autem saluatio fit per pœnitentiam.Vndè subiungit. *l* Deus conuerte nos] ad te per pœnitentiam,qui auersi sumus à te per peccatum.*Isa.* 45. d. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. *Threnor.* 5. d. Conuerte nos, Domine, ad te, & conuertemur. Propositum autem pœnitentiæ frequenter concipitur à timore. Vndè addit.

m Ostende faciem tuam] scil. præostende faciem, quam ostendes in Iudicio, de qua *Apoc.6.* d. dicent montibus & petris, cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, &c. Ex hac autem ostensione sequitur propositum pœnitentiæ,quā saluatur homo.Vndè addit.*o* Et salui erimus] *Isa.26.*d.A facie

A *a* Domine Deus virtutum] humanarum, & Angelicarum.

b Quousque irasceris,] i. iratus apparebis. *c* Super orationem serui tui] Asaph, per quem intelligitur cœtus sanctorum patrum desiderantium Christum, Quod ostendebat duobus modis, scil. per orationem, vnde dicit, super orationem. Et per gemitum, aut fletum, vnde addit. *d* Cibabis] quasi quousque cibabis. *e* Nos pane lacrymarum,] i. lacrymis quasi pane. Vndè alibi, *Psalm.* 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte,

a Domine Deus virtutum, † *b* quousque irasceris † *c* super orationem serui tui? *d* Cibabis *e* nos pane lacrymarum, *f* & † potum dabis nobis in lacrymis in *g* mensura. *h* Posuisti nos in *i* contradictionem vicinis nostris, *k* & inimici nostri † *l* subsannauerunt nos. † *m* Deus virtutum converte nos, & *n* ostende faciem tuam, & salui erimus. *o* Vineam † *p* de Ægy-

al. † vsque-quo.
al. † in.
al. † potabis nos.
al. † deriserunt.
al. † Domine.
al. † ex.

dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. *f* Et] quousque, potum dabis nobis in lacrymis, idem est quod priùs, sed repetendo notat abundantiam desiderij, & lacrymarum. *g* In mensura.] Hoc dicit ad differentiam lacrymarum, quæ sunt ex desperatione. Illæ enim sunt sine mensura. Aliter secundùm *Gloss.* petierat aduentum Christi, vt salus fieret. Et posset credere aliquis, quòd post Christi aduentum nullam tribulationem, vel persecutionem haberent Christiani. Vndè ostendit, quòd imò. Et primò ostendit, quòd habebunt flagella. Et hoc est, quod dicit. *a* Domine Deus virtutum, &c.] quousque ostendes iram tuam præualere orationibus Sanctorum? Orationibus enim pugnamus contra flagella. Sed cum Dominus flagella non aufert, tunc præualet ira sua nostris orationib. Postea ostendit, quòd non tantum exteriùs flagellabuntur, sed etiam interiùs patientur, & conterentur. Vndè dicit. *d* Cibabis nos pane lacrymarum, &c.] vt sc. ipsa tribulatio, & fletus mensura sit consolationis, & retributionis, secundum illud *Psal.* 93. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Postea ostendit, quòd lacrymæ erunt ex compassione, & charitate, dicens. *h* Posuisti nos,] i. pones. *i* In contradictionem vicinis nostris,] i. proximis Iudæis, qui contradixerunt Apostolis, *Act.* 13. g. Iudæi repleti zelo contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur. Et etiam Gentibus, ex quibus multi contradixerunt prædicationi Apostolorum, vnde *Act.* 17. d. dicebant de Paulo. Nouorum Dæmoniorum videtur annunciator esse. *k* Et inimici nostri,] sc. Iudæi, & tyranni. *l* Subsannauerunt nos] quia colebamus Christum, quem mortuum audierant. Sed hoc faciebant, quia eum resurrexisse non credebant. Et inter ista. *m* Deus virtutum conuerte nos,] i. verte nos totos ad te, vt te ex toto corde diligamus. Et licèt pro te post aduentum tuum, tot & tanta simus passuri, tamen oramus. *n* Ostende faciem tuam, & salui erimus.] Hoc vt suprà. Hic versus est intercalaris, & frequenter repetitur, quia bonæ rei nunquam est satietas.

Moral. * tua, Domine, concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis, id est, voluntatem, & propositum quærendi salutem animarum per pœnitentiam. Est autem triplex facies Christi, & cuiuslibet nostrum, videlicet facies natiuitatis, facies passionis, vel mortis, facies iudicij, Per ostensionem primæ faciei conuertit nos Deus à vanitate mundi, quia in natiuitate sua humiliauit, se formam serui accipiens, & nos de vili materia nascimur. Post ostensionem secundæ faciei, sc. passionis vel mortis nostræ, conuertit nos à voluptate carnis, Per ostensionem faciei tertiæ, sc. iudicij, conuertit nos ab omni peccato. Ex quo ergo hoc peto, quare non das Domine? Hoc est, quod sequitur. *a* Domine Deus virtutum] dator, & auctor, non vitiorum, quorum es vltor. *b* Quousque irasceris super orationem serui tui] non concedendo quod precor, quia non est dignus, pro quo fit postulatio, *Ier.* 7. d. Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, *Ier.* 15. a. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Hoc autem non quærit quasi desperans, sed vt cum desiderio sperans, vnde affirmando subiungit. *d* Cibabis nos pane lacrymarum, &c. q.d. certus sum, quòd tu conuertes nos ad pœnitentiam, & compunctionem, vt in fletu pro peccatis delectemur, sicut in cibo, & in potu, *Iob* 6. b. Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Et addit. *g* In mensura,] sc.

Triplex facies Christi, & cuiuslibet nostrum. Philip. 2. *a.*

peccati, vt quantitas pœnæ respondeat quantitati culpæ, *Isa.* 27. b. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam, sc. Deus animam, vel homo conscientiam, *Roman.* 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. In pœna etiam æterna erit ista mensura. *Apoc.* 18. b. Quantùm glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Sed cum homines conuertunt se ad pœnitentiam, persecutionem inueniunt, & à tentationibus, & ab hominibus. Vndè addit. *h* Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris,] scilicet, Mundo, carni, diabolo, vel malis hominibus. *k* Et inimici nostri subsannauerunt nos,] vocando nos papelardos. Sed hoc non curant boni viri. *Iob* 34. a. Qui bibit subsannationem quasi aquam, 4. *Reg.* 19. d. Spreuit te, ô Sennacherib, id est, diabolo, subsannauit te virgo filia Sion, &c. Ita etiam possunt dicere, qui aliquam correctionem volunt procurare in Curia Romana: Ibi enim sedent in circuitu, quasi è vicino contradictores. Possunt etiam hoc dicere, qui in Theologia rectè volunt dicere, vel prædicare funditùs veritatem. Cùm enim aliquid dicunt, quod aliquos tangat, statim habent, qui eis contradicunt, vel ore, vel corde. Sed qui sunt, qui contradicunt? Vicini, idest, pseudotheologi, vel Decretistæ, qui sunt Lacedæmones Spartiatæ cognati Iudæorum, qui interpretantur accincti, id est, armati legibus, contra simplices seruos Dei. Sed Gad accingetur retrorsùm, *Gen.* 49. c. id est, manus retro dorsum cingetur funibus.

Notandum, quod contradicit.
- Caro, pœnitentiæ, hæc est vxor Iob, de qua *Iob* 2. e. Quasi vana de stultis mulieribus locuta es.
- Mundus, iustitiæ, 2. *Regum.* 10. b. Videntes filij Amon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Roob, & Syrum Soba, &c.
- Diabolus, pietati: Pharao sacrificiis: *Exod.* 5. b.
- Vulgus, Prælationi, *Osea* 4. a. Populus tuus, sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti.
- Iudæus Christo, *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, *Rom.* 10. d. Ad populum non credentem, sed contradicentem mihi.
- Iustus, diabolo: *Iudith* 1. d. Omnes contradixerunt ei.

m Deus virtutum conuerte nos, &c.] Iste versus supra positus est, & expositus. Ter autem ponitur in hoc Psalmo, propter triplicem conuersionem, & propter triplicem faciem Christi, & nostram, de quibus supra dictum est. *o* Vineam de Ægypto.] Secunda pars, in qua agit de Ecclesia sub typo vineæ. Sed notandum, quòd Cassiodorus legit istos sex versus, & ad literam, & mysticè de Ecclesia, vt sit hic differentia inter Synagogam, & Ecclesiam. De Synagoga ergo ad literam primò transcurramus. *o* Vineam.] i. Synagogam, de qua *Isa.* 5. b. Vinea Domini exercituū domus Israel. *p* De Ægypto transtulisti,] per Δ Moysen, *Literaliter.*

Myst. Mysticè, de Ecclesia. *o* Vineam de Ægypto transtulisti.] Vinea Domini, est Ecclesia, de qua *Matth.* 20. a. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam, *Ioan.* 15. a. Ego sum vitis, vos palmites. Et primò notandum, quod Ecclesia comparatur vineæ sex de causis. Prima est propter inutilitatem ligni abscissi: Non enim vtile est lignum vitis abscissum, nisi ad combustionem; sic nec homo abscissus ab Ecclesia, *Ezech.* 15. a. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam. Secunda ratio est, quia vinea tormento fructificat, scil. in fossione terræ, & abscissione ramusculorum. Si autem in pace dimittitur, tunc degenerat, & non facit fructum: Sic Ecclesia tribulationibus, & oppressionibus magis magisque fructificauit, *Ps.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Sed postquam Θ cessare

Ecclesia comparatur vineæ sex de causis.

Moral. Moraliter. Posset totum legi de anima viri iusti, vel de Religione. *o* Vineam de Ægypto transtulisti.] Vinea enim electa est Religio, quam transtulit Dominus de Ægypto, i. de Mundo. Et satis posset de facili prosequi, qui vellet, de Religione, sicut priùs dictum est de Ecclesia. Vinea etiam cuiuslibet hominis est propria anima, quam excolere debet, de qua dicitur *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, &c. *Cant.* 1. d. Posuerunt me custodem in vineis, &c. Hanc transfert Dominus de Ægypto,] i. de tenebris peccatorum ad lumen gratiæ.

* Eiecisti

Δ Moyſen, & Aaron. *a* Eieciſti gentes] Chananæos, &
Exod.13.d. Pherezæos, & cæteras gentes. *b* Et plantaſti eam] in terra promiſſionis. *c* Dux itineris, &c.] in columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. *d* Et plantaſti radices,] i. Moyſen, & Aaron, & Prophetas. *e* Et impleuit

pro tranſtuliſti, *a* eieciſti gentes, & *b* plantaſti eam. † *c* Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & *d* plantaſti radices eius, & † *e* impleuit terram. *f* Operuit montes *g* vmbra eius, & *h* arbuſta eius *i* cedros Dei.† *k* Extendit *l* palmites ſuos vſque *m* ad mare, & vſque *n* ad flumẽ *o* propagines eius.

al. † viam feciſti. al. † repleta eſt terra. al. † Extendiſti.

terram,] promiſſionis. *f* Operuit montes,] i. Prophetas. *g* Vmbra eius,] i. cæremonialia, & figuræ, quia in figuris locuti ſũt, vel Moyſen, & Aaron, quia in figura obtulerunt, & ſabbatum obſeruauerunt. Vel vmbra eius, i. ſollicitudo, & cura vinæ. Operuit montes, ſc. Moyſen, & Aaron, qui multum erant ſolliciti de Iudæis. Vndè dixit. Moyſes. *Exod.*32.g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. *h* Et arbuſta eius,] i. excrementa, ſcilicet, multitudo populi. *i* Cedros] ſcilicet, Moyſen, & Aaron, cedros, dico, non ſuperbiæ, ſed, Dei. *k* Extendit] hæc vinea. *l* Palmites ſuos] filios.
m Vſque ad mare Mediterraneum, quod eſt prope Iudæos. Occupauerunt etiam vrbes Philiſtinorum, vt Gazam, & Acharon, quæ ſunt maritima. Vel, mare, omnium gentium.
n Et vſque ad flumen Iordanis. *o* Propagines eius] ſcil. generationes. Vel quia parum eſſet habere à mari Mediterraneo vſque ad flumen Iordanis, poteſt dici vſque ad flumen Euphraten, quia ſubiugauerunt ſibi Moabitas, & Ammonitas. Sed licèt ita eſſet dilatata, tamen propter peccata ſua malè tractata fuit ab inimicis. Vndè quærit. Δ Vt quid

Myſt. ⊙ ceſſare cœperunt tribulationes, & proſperitates creſcere, minus fructificauit. Vndè Dominus conquerens de vinea iſta, dicit per *Iſa.*27.b. In prælio gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter, quaſi dicat, parum fructificat in proſperitate, ſed ego faciam eam fructificare in aduerſitate. Et tangit conſuetudinem quarundam regionum. In Aluernia enim in aliquibus locis ita quandoque multiplicantur vineæ, quòd quaſi in ſiluas degenerant. Et tunc homines comburunt eas, & poſtea optimè fructificant. Tertia ratio eſt, quia ſola vinea vinum habet. Sic ſola Eccleſia vinum doctrinæ ſalutaris. Vndè dicit Eccleſia. *Cant.*8. a. Dabo tibi populum ex vino condito. Vinum conditum dulce eſt, & medicinale. *Matth.*7.c. Nunquid colligunt de ſpinis vuas? quaſi dicat, non habetur ſalutaris doctrina à Iudæis, aut gentibus, aut hæreticis, ſed tantùm ab Eccleſia, quia de illis dicitur *Deut.*32. e. Fel draconum vinum eorum. Quarta, quia ex pinguedine debilitatur vinum, & luxuriatur vinea. Sic in Eccleſia ex abundantia temporalium naſcitur luxuria in palmitibus, i. in Clericis, & Prælatis. Et ex hoc debilitatur, & inſipidum fit vinum, i. doctrina Eccleſiæ, quia poteſt dici multis ex eis illud *Rom.*2. c. Qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis, &c. *Iſa* 1. f. Vinum tuum mixtum eſt aqua, id eſt, carnali voluptate inſipidum factum.] Sed olim dicebatur *Cant.*7. c. Guttur tuum ſicut vinum optimum. Guttur ſunt Prædicatores. Sed modò vtinam eſſet bonum guttur Eccleſiæ, quod tunc fuit optimum. Quinta eſt, quia vinea radicata inter petras, in eminenti loco, in radio Solis, melius vinum facit. Sic illi de Eccleſia, qui fundati, & firmati ſunt in duritia pœnitentiæ, in eminentia vitæ, in feruore charitatis, melius docẽt, & operantur. *Ier.* 31. a. Adhuc plantabis vineam in montibus Samariæ. Samaria interpretatur cuſtos Domini, vel coniunctio Domino, & pœnitentia, & charitas coniungunt hominem Deo, & Deum habitum cuſtodiunt. *Matt.*4. c. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cœlorum. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. Ecce coniunctio Domino. Et manſionem apud eum faciemus. Ecce cuſtos Domini. Sexta, quia ſicut vinea paxillis, & baculis, ita Eccleſia Dei, & Sanctorum adiutorio, & cœleſtium deſideriorum alligata erecta tenetur Vndè *Cant.*2. a. ſponſa loquens ſanctis, id eſt, amici ſponſi, dicit. Fulcite me floribus, ſtipate me malis. Deſideria æternorum ſunt flores, ex quibus fructus bonorum operum ſequitur. *Eccl.*6.d. Vincula illius alligatura ſalutaris. De hac ergo vinea dicit, Vineam de Ægypto tranſtuliſti, ſcilicet, de infidelitate in fidem, de errore in veritatem, de prauis moribus in ſanctam conuerſationem. *a* Eieciſti gentes,] id eſt, ſuperbos, & voluptuoſos, & idololatras auaritiæ reprobaſti. *b* Et plantaſti eam] ex humilibus, & abiectis. 1. *Cor.*1.d. Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mũdi, elegit Deus, &c. *Iſa.*9. c. Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus, ſycomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabimus. De hac plantatione. *Ier.*2.d. Ego plantaui te vineam Soreth, omne ſemen verum. Soreth genus eſt vineæ elegantiſſimæ. Sed ſtatim conqueritur, quòd non benè fructificat vinea ſua, dicens: Quomodo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena? Certè hoc eſt mirum, cùm Dominus plantauerit vineam electam tam electis viribus, quomodo conuerſa eſt, 3.Reg.21.a. & ita degenerauit in prauam vineam. Sed hoc faciunt cultores vineæ. Intereſt cultorum, ſcilicet, Prælatorum, quorum officium eſt vineas propagare, & mortuis vitibus bonas vites ſupponere, & bonos palmites dirigere. Sed modò ſupponuntur in Eccleſia peſſimi homines in Deut.32.e. multis locis, & præficiuntur in dignitatibus. Iſti vineam Naboth viri iuſti, id eſt, Chriſti commutant in hortum olerum, plantantes olera, i. indoctas perſonas, quæ ſicut olera herbarum citò decidunt per peccatum. Quandoque etiam in vineam Domini afferuntur, & plantantur vites de vinea Sodomorum, & de ſuburbanis Gomorræ. Quomodo autem creuit, & fructificauit iſta vinea, ſubiungit.
c Dux itineris fuiſti in conſpectu eius.] Sed quomodo graditur vinea? Paulatim aſcendit vlmos, & etiam ſepes. Sed vinitores amputant ramos malos, & bonos producunt: Sic faciet Deus agricola huius vineæ, cuius Chriſtus caput eſt vitis, membra autem, id eſt, fideles ſunt palmites. *Ioan.*15 a. Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eũ, vt fructum plus afferat: Ecce iter, & profectus vinæ. De quo etiam manifeſtiùs ſubiungit. *d* Et plantaſti radices eius,] ſcilicet, Apoſtolos. *Oſee* 14. c. Erumpet radix eius, *e* Et impleuit litteram,] ad literam. Vel dicitur impleſſe, quia illi, qui ad Deum non ſunt conuerſi, nihil ſunt, & ideò nihil implent. *Iſa.*40.d. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt ante eum, & quaſi nihil, & inane reputatæ ſunt ei. *f* Operuit montes vmbra eius.] Mõtes ſunt Reges, & magni homines, quos fides Eccleſiæ, & gratia Spiritus S. obumbrauit. *Luc.*1. d. Spiritus S. obumbrabit tibi. *h* Et arbuſta eius cedros Dei.] Cedri ſunt viri ſublimes, qui vincũtur, & ſuperantur quandoque, & præcipuè tẽpore Apoſtolorũ per humilem prædicationẽ Eccleſiæ. *Act.*6. c. Non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. Loquitur autem hic de illa ſuperatione, quâ non ſolùm victi, ſed & conuerſi ſunt, quod notatur cum dicitur, Dei, ſc. à Deo ordinatas ad fidem, & vitam. *Act.*13. g. Et crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. *k* Extendit palmites ſuos vſque ad mare] pœnitentiæ.
n Et vſque ad flumen] Iordanis, ſcilicet, Baptiſmi. Propagines eius. Iſti enim ſunt termini vineæ Domini, id eſt, ⊙ Eccleſiæ:

Moral. * *a* Eieciſti gentes,] id eſt, motus brutales, & vitia, quæ erant ibi quaſi ſpinæ in vinea, extirpaſti. *b* Et plantaſti eã] bonis plantis diuerſarũ virtutum, & vt in virtutibus proficeret, & virtutes in opus exirent. *c* Dux itineri fuiſti in conſpectu eius. Dux.] *Ier.*3. b. Ergo ſaltem amodo voca me, pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Itineris. Vinea non recto itinere vadit, ſed anfractuosè creſcit per naturam: Ita homo corruptibilis, ſed Dominus rectificat: *Iſa.* 40. a. Erunt praua in directa. *Iob* 24. c. Non ambulet per viã vinearum. *d* Et plantaſti radices eius,] i. ſtabiliuiſti eam in charitate. *Ephef.*3. d. In charitate radicati, & fundati. *e* Et impleuit terram] operibus miſericordiæ, ſecundùm quod dicitur in *Pſal.* 32. Miſericordia Domini plena eſt terra. Sicut enim dicit *Aug.* Charitas magna operatur ſi eſt; ſi autem operari renuit, charitas nõ eſt. Hoc eſt, quod additur *f* Operuit montes vmbra eius,] i. altos in virtutibus ſuperauit. *h* Et arbuſta eius cedros Dei,] i. fortes, & odore bonæ famæ fragrantes] quaſi dicat, tantæ fuit charitatis, & pietatis, quòd omnibus præeminebat: Ita deberet eſſe de anima, præcipuè Clerici, & Religioſi. Et de ipſa Religione multi bibunt de vinea Sodomorum, ſicut dicitur *Deut.*32. e. De vinea Sodomorum vina eorum, & de ſuburbanis Gomorræ. Huius vineæ vmbra, montes, id eſt, magnos viros quandoque obumbrauit, i. infamauit, ſicut *Gen.*9. c. Noë inebriatus nudatus eſt. Secundum autem primum, & bonum ſenſum procedamus.
k Extendit palmites ſuos vſque ad mare,] i. amaritudinem pœnitentiæ, & compaſſionis. *Deut.*33. c. Inundationes maris quaſi lac ſugent. Sed ne de his omnibus ſuperbiat, debet etiam extendere. *n* Vſque ad flumen propagines eius,] id eſt, vſque ad humilitatem. Iordanis enim inter- * pretatur

Δ *a* Vt quid destruxisti maceriam eius] vineæ, cum tuam subtraxisti protectionem exponendo eam gentibus, Maceriam, vocat maiores de populo, siue eorumdem defensionem. *b* Et] destructa maceria, vindemiant eam, spoliando, & diripiendo.

Vt quid † *a* destruxisti maceriam eius, & *b* vindemiant eam *c* omnes † qui prætergrediuntur viam. † *d* Exterminauit eam *e* aper de silua, & *f* singularis ferus *g* depastus est eam. *h* Deus virtutum *i* conuertere, *k* respice *l* de cœlo & *m* vide & *n* visita *o* vineã istã. Et *p* perfice eã, quã *q* plãtauit

al. † deposuisti.
al. † trãseuntes.
al. † Deuastauit.

c Omnes qui prętergrediũtur viã] id est, gentes quæ iuxta eam sunt. Sic ergo deplorat destructioné populi Iudaici, & terræ eorum, quæ consistit quasi in quatuor. Primò, in destructione fortitudinis. Secundò, in ablatione, & expoliatione omnium bonorum, quæ duo notantur in hoc versu. Primum, cùm dicit, Destruxisti maceriam eius. Secundum, cum dicit, Vindemiant, &c. Tertium, in quo consistit eorum destructio, fuit eorum captiuitas: Vnde sequitur. *d* Exterminauit eam] id est, extra terminos terræ suæ posuit. *e* Aper de silua] id est, Vespasianus veniens de silua gentium. Quartum fuit occisio eorum. Vndè addit. *f* Et singularis ferus] id est, Titus filius Vespasiani. *g* Depastus est eam] id est; consumpsit & in morte conclusit.

Myst.

⊖ Ecclesiæ. Incipit enim à flumine Baptismi, & terminatur in mare pœnitentiæ. Qui hos terminos non habet, non est intra limites Ecclesiæ. Ex quo ergo talis est vinea, benè deberet custodiri Sed quia malè custoditur, conqueritur. *a* Vt quid] Domine, destruxisti maceriam eius, id est, Prælatos, qui eam debent circuire per sollicitudinem, & defendere per tutelam, qui destruuntur permissiuè à Domino, cum de congregatione & communi vtilitate populi separantur, vt quærant propria. Charitas enim quæ, vt dicit Apostolus. 1. *Cor.* 13. b. non quærit quæ sua sunt, ita eos deberet construere, & coniungere gregi suo, vt nec pro morte vitanda gregem derelinquerent. Sed facientes & quærentes quæ sua sunt, oues derelinquunt, sicut dicitur *Ioan.* 10. b. Mercenarius & qui non est pastor, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: Et sic destruitur maceria. Vndè dicit *Ezec.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israël. Et hoc sequitur, quod hic dicitur. *b* Et vindemiant eam] id est, vastant membra Ecclesiæ. *c* Omnes qui prætergrediuntur viam] scilicet, Dæmones. Hæretici, Iudæi, & Pagani, à quibus omnibus hodie propter defectum Prælatorum vindemiatur Ecclesia. Hoc est, quod *Ioan.* 10. b. dicitur post illa verba quæ prædiximus. Videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues. Et quia ita dimittunt Prælati custodiam spiritualium, & intendunt custodiæ temporalium, iusto Dei iudicio amittunt & temporalia, sicut Iudæi, & locum, & gentem. *Ioan.* 11. f. Vndè sequitur. *d* Exterminauit] id est, extra terminos possessionum posuit. *e* Eam aper de silua] id est, Princeps & Tyrannus de sæculo. Et quomodo, subiungit.

f Et singularis ferus] id est, Tyrannus, bedellus, & tales qui sunt singulares per superbiam, feri per crudelitatem. *g* Depastus est eam] comedens bona eius. Ecclesia enim & Religio in quibus hodie exponit bona sua & temporalia, pro maiori parte, nisi in pascendis Principibus, militibus, & bedellis, & diuitibus hominibus; imò bene dicit, exterminauit, quia reuera iam non est Ecclesia, vel Religio Domina reddituum suorum, sed tantum procuratrix vel dispensatrix. *Isa.* 5. d. Deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. Deserta in vbertatem versa sunt Ecclesia & Religio, quæ fundatæ sunt in deserto paupertatis, sed per diuitias additas sunt in vbertatem versæ, & ideo comedunt eas aduenæ, id est, homines mali & discholi.

Moral.

* pretatur humilis descensus vel riuus iudicij. *Luc.* 17. c. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicatis, serui inutiles sumus. Hic est riuus iudicij in quo lauat sordes. Sed quia sunt quidam qui se non humiliant, sed extollendo se, perdunt quicquid boni faciunt, bene subiungit de talibus. *a* Vt quid destruxisti maceriam eius] scilicet humilitatem, quæ prohibet bestias, ne intrent, scilicet, Dæmones & motus vanæ gloriæ, sine qua non possunt arceri, sed statim intrant & omnia vastant. Vnde *Greg.* Qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Hoc est quod subiungit. *b* Et] destructa maceria humilitatis, vindemiant eam, id est, bona eius consumunt. *c* Omnes qui prætergrediuntur viam] id est, motus vanæ gloriæ. Qui vt dicit *B. Greg.* in opere quasi in via se nobis quasi socios adiungunt, vt nos deprędari possint. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum, quem portat, ostentat. *Isa.* 5. b. Nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ; auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam, non putabitur & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. *d* Exterminauit eam] i. extra debitos terminos posuit. *e* Aper de silua] i. superbia de Mundo. Termini debiti, inter quos habitare debet anima viri iusti, sunt timor & spes, vt de bonis quæ facit, semper simile & speret & timeat. *Gen.* 49. c. Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. Sed superbia exterminat quosdam. i. extra hos términos ponit per præsumptionem. *f* Et singularis ferus] id est, aper *g* Depast⁹ est eam] consumẽs omnia bona eius. Hoc facit superbia, de qua dicit *Aug.* Superbia bonis operibus insidiatur, vt pereant. Notandum autem quòd hic porcus siluaticus, per quẽ superbia intelligitur, triplici nomine appellatur, videlicet, aper, singularis & ferus. Aper. n. communiter ab omnib⁹ dicitur, à vulgo autem appellatur singularis, s. *sanglier*, à Poëtis verò appellatur ferus. Et hoc competit secundum triplicẽ morem superborũ. Superbus enim est aper, id est, asper in dominatione, secundum illud.

Porcus siluestris per quem superbia intelligitur triplici nomine appellatur.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

Item singularis est in opinione. Ferus in disputatione siue locutione. De his trib⁹ *Gen.* 16 d. Hic erit ferus homo. Ecce ferus: Manus eius contra omnes: Ecce singularis. Et manus omnium contra eum, &c. Ecce aper siue asper, qui omnium manus pungit. *h* Deus virtutum conuertere.] Suprà Asaph egit de destructione vineæ. Hic autẽ conuertit sermonem suũ ad Deũ, & orat pro reliquiis Israël. Et petit illis primò remissionem peccatorũ, cùm dicit, Deus virtutum, qui solus potes peccara dimittere. *i* Conuertere] ad nos per remissioné peccatorum, qui es auersùs à nobis per peccatũ. Vel, cõuertere ab ira ad misericordiã, saltem in fine sæculi, cũ saluæ fient reliquiæ Israël. *k* Respice] intuitu misericordiæ. *l* De cœlo] vbi est sedes tua. *Isa.* vlt. a. Cœlum mihi sedes est. *m* Et vide] quot & quantis pressuris tribulationũ & peccatorũ subiaceat. Vel, vide, infundendo gratiam, vt cognoscat te & peccata sua. *n* Et visita] gratia cooperante, vt procedat de virtute in virtutem. *o* Vineam istam,] s. Ecclesiam. *p* Et perfice eam] de reliquiis Israël, quæ in fine saluæ fient. Vel quæ inchoata est de Iudæis, perfice de Gentibus, non aliam inchoa. *q* Quam plantauit,] i. inchoauit de Δ Iudæis.

Myst.

Rom. 9. f.

Moral.

Moraliter *h* Deus virtutum.] Hic instruit nos, quid in tentationibus facere debeamus, præcipuè contra superbiã, de qua præmiserat, quòd exterminauerat vineam, i. animam multorum. Summũ eius remedium est orare, quia vt dicit Ieron. oratione sanantur pestes mentis. 2. *Paral.* 20. c. Cum ignorem⁹ quid agere debeam⁹, hoc solũ residui habemus, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic ergo orãs debet dicere, Deus virtutum, dator, & vitiorum etiam punitor. Sed illud maluit dicere, hoc enim non est proprius, & substantialis actus Dei, s. punire, sed dare virtutem & peccata dimittere. Vnde *Isa.* 28. f. Alienum est opus eius, vt operetur opus suum. Ibi *Glos.* Opus proprium Dei est, misereri, parcere, condonare; non suum, sed alienum est, irasci, punire. *i* Conuertere] ad nos de vno latere in aliud, de sinistro in dextrum. *Ps.* 84. Deus tu conuersus viuificabis nos. Quomodo autem conuertatur ad nos, docet *Zach.* 1. a. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. E contrario dicit malis. *Iere.* 18. c. Dorsum, & non faciem ostendam eis, q. d. non conuertar, donec deficiant. *k* Respice] oculo misericordiæ. *l* De cœlo] sicut respexisti Petrum de terra. *Luc.* 22. g. Conuersus Dominus respexit Petrum. *m* Et vide] non ad Puniendum, sed ad delendum. *Thr.* 3. c. Recordare paupertatis meæ & trãsgressionis, &c. *Thr.* 1. d. Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis. *Dan.* 9. c. Aperi Domine oculos tuos, & vide desolationem nostram. Et quia sine pœna non dimittitur culpa, bene addit. *n* Et visita] flagellando. *o* Vineam istam] s. animã quæ peccauit per superbiam. *Ps.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, &c. *Iob.* 10. c. Visitatio tua custodiuit spiritum meum. *Ps.* 105. Visita nos in salutari tuo, & plebs lætabitur in te. *Chrys.* Anima vinea est, vites sunt vires, palmites virtutes. Hanc visita & sic percutiendo tribulatione & infirmitate. *p* Perfice eam] vineam.

q Quam plantauit dextera tua] id est, Filius tuus. *Ps.* 117. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, Plantauit, plantis virtutum. 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur. Necesse est autem, vt ipse qui incipit perficiat. Plantatur autem anima in bona voluntate, perficitur in bona operatione. Plantam, & non perfectionem videbatur dicere se habere Apostolus. *Rom.* 7. c. cum dicebat. Velle adiacet mihi; perficere autem bo-

* num non

A Iudæis. *a* Dextera tua,] id est, propitiatio tua. *b* Et,] id est, sed non super arenam, sed super firmam petram, Christum. Hoc est. *b* Super filium hominis,] i. super Christum qui est fundamentum Ecclesiæ, de quo 1. *Cor.* 3. c. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod

a dextera tua, *b* & super filium hominis *c* quem confirmasti tibi. † *d* Incensa igni, & † *e* suffossa, *f* ab increpatione vultus tui peribunt. *g* Fiat *h* manus tua *i* super virum *k* dexteræ tuæ, *l* & *m* super filium hominis *n* quem confirmasti tibi. Et non *o* discedimus *p* à te, *q* viuificabis nos, *r* & *s* nomen tuum inuocabimus. *t* Domine Deus *u* virtutum *x* conuerte nos: † *y* ostende faciem tuam, & *z* salui erimus.

al. † succensa.
al. † effossa.
al. † &

In finem pro torcularibus Psal. ipsi Asaph quinta sabbati. LXXX.

est Christus Iesus, & dicit, filium hominis, nõ hominum, quia Christus fuit filius vnius hominis, tantùm, scil. B. Virginis. In cuius rei figura frequẽter dicit Ezechieli. Fili hominis, &c. *Apoc.* 1. c Similem filio hominis vestitum podere. Dicit etiã filium hominis, vt non putetur esse Filius tantum Dei. Item ne putetur esse filius hominis tantum, addit. *c* Quem, &c.] id est, ostendisti hominibus esse Filium tuum, dicens. Hic est filius meus dilectus, &c. *Matth.* 3. d. & 17. a. Vel sic, confirmasti tibi, id est, tuæ essentiæ inseparabiliter vniuisti. Vndè *sup. Psal.* 64. Beatus quem elegisti, & assumpsisti, &c. Vt autem ita perficias eam. *d* Incensa igni,] i. peccata prouenientia ex cupiditate malè accendente. *e* Et suffossa,] id est, peccata prouenientia ex timore malè humiliante. *f* Peribunt, &c.] id est, à comminatione vultuositatis tuæ, de qua *Psal.* 33. Vultus Domini super facientes mala, scilicet, prouenientia ex duobus principiis præmissis: Hæ enim sunt duæ portæ per quas intrat diabolus, de quibus dicitur *Matth.* 16. c. Et Portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam. Duæ autem Portæ Paradisi sunt è conuerso, timor, bene humilians; & amor, bene accendens. Hæc autem fient per Christum prædicantem, & comminantem per se, & per alios. Vndè vt hæc accelerentur, petit aduentum Christi, dicens. *g* Fiat.] O Domine Pater. *h* Manus tua,] id est, manifestetur potentia tua. *i* Super virum,] i. super præfatum filium hominis, virum, dico. *k* Dexteræ tuæ,] i. tibi similem, & coæqualem super quem manifestè apparuit Dei potentia, cùm de Virgine natus est. Et quis sit iste, declarat cum addit. *l* Et] pro, i. *m* Super, &c.] Mariæ Virginis. *n* Quem confirmasti tibi] vt suprà expositum est. Super istum autem virum facta fuit etiam aliter, manus, id est, vindicta Domini, de qua *Isa.* 9. c. Adhuc manus eius extenta. Ante aduentum Domini manus Dei erat extenta ad percutiendum hominem propter peccatum. Sed ista manus cecidit, & percussit super Christum, sicut dicit *Isa.* 53. c. Propter scelus populi mei percussi eum. Et *Zach.* 13 c. Framea suscitare super virum dexteræ meæ, & super virum cohærentem mihi, id est, eiusdem essentiæ. Et cum hoc feceris. *o* Non, &c.] id est, non discedemus. *p* A te] euntes post idola, vel cæremonialia. *q* Viuificabis nos] per fidem *Abacuch.* 2. a. Iustus autem in fide sua viuet. *r* Et] in illa fide. *s* Nomen tuum, &c.] credendo, confitendo, & nominando. Et quia à nobis non est, vt tibi adhæreamus. *t* Domine Deus, &c.] ad te, id est, ex toto verte ad te, vt non discedamus. *y* Ostende, &c.] per fidem, vt viuifices nos. *z* Et salui erimus] Nomen tuum inuocando, quia omnis quicunque inuocauerit Nomen Domini, saluus erit. *Ioël.* 2. g.

Moral. * num non inuenio. Vtrumque tamen est à Domino. Vndè dicit, perfice eam, &c. *Phil.* 2. b. Qui operatur in vobis velle, & perficere. Dextera Domini plantat bona spiritualia, sinistra verò temporalia, plantauit, dico, & hoc. *b* Super filium hominis,] i. in fide, & amore Christi. *Ephes.* 2. d. in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Sed multi plantant, & ædificant super filios iumentorum. *Isa.* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes. *Matt.* 15. b. Omnis plantatio quã non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur. *Psal.* 145. Nolite confidere in Principibus, nec in filiis hominum, in quibus non est salus quasi dicat, sed in Filio hominis de quo hic agitur, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. per quem saluati, & liberati sumus. Non potest autem perfici anima in virtutibus nisi priùs amoueantur vitia. Vndè subiungit. *d* Incensa igni, &c.] secundùm quod priùs expositum est iuxta *Gloss.* Vel possumus dicere, quòd quidam peccatores propriè dicuntur incensi, quidam autem suffossi. Incensi sunt luxuriosi igne luxuriæ. De quo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Cupidi incensi sunt igne cupiditatis. De quo *Mich.* 6. c. Adhuc ignis in domo impij, & thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. *Psal.* 57. Super cecidit ignis, & non viderunt Solem. Item suffossi sunt auari, quia suffodiunt cor suum cum pecunia sua in terra. *Eccl.* 29. b. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum, & non abscõdas eam sub lapide in perditionem. Inuidi etiam suffodiunt oculos, quasi coruus cadaueris. *Prou.* 30. c. Suffodiant eum corui de torrentibus. Item adulatores suffodiunt cadauera mortuorum. *Matt.* 8. c. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos Ibi *Gloss. Gregor.* Mortuos sepelire est peccatores in peccato fouere, quod propriè faciunt adulatores. Hyænæ vero, id est, detractores effodiunt ea. Isti peribunt ab increpatione vultus Domini in bono, vt prædictum est. Vel tandem in malo, quando iratus increpabit eos in die Iudicij, & dicet *Matt.* 25. d. Ite maledicti in ignẽ æternum. *Thren.* 4. c. Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos. *Psal.* 9. Infirmabuntur, & peribunt à facie tua, quoniàm fecisti iudicium, &c. Et ne sic pereamus. *g* Fiat manus tua,] id est, auxilium, vel correctio tua. *i* Super virum dexteræ tuæ,] id est, super pœnitentem qui hæreditatem dexteræ appetit. Hic est Beniamin, qui est Bennoni per dolorem pœnitentiæ, Beniamin per appetitum cœlestis patriæ. *Deut.* 33. b. Amantissimus Domini Beniamin, habitabit confidenter in eo, i. in Deo, quasi in thalamo tota die morabitur. *l* Et super, &c.] In hoc allegat suam infirmitatem quam habet ex se. *Iob* 25. b. Homo putredo, & filius hominis vermis. Tamen propter hoc Deus non abominatur hominem, quia dicit *Prou.* 8 d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Qui autem ex se deficit, ex Deo tamen potens est. Vndè addit. *n* Quem confirmasti tibi,] Multi incipiunt pœnitentiam agere Sed sicut Religiosi non sunt confirmati Deo ante professionem, vel morte; sic nec pœnitentes stabiles sunt ante confirmationem, quæ fit per scripturam, & sigillationem. Scriptura est consuetudo bonorum operum. *Isa.* 44. a. Hic scribet manu sua Domino. Sigillatio est vera Dei dilectio. *Cant.* 8. b. Pone me vt signaculum super cor tuum. Per hæc duo confirmat nos Dominus sibi. Vndè benè sequitur. *o* Et non, &c.] *Ioan* 6 g. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. *Psal.* 72. Qui elongant se à te, peribunt. Et licèt homo ita sit confirmatus Deo, tamen debet se reputare peccatorem, & quasi mortuum. Vndè addit. *q* Viuificabis nos] per gratiam præuenientem. *r* Et, nomen tuum inuocabimus] per gratiam cooperantem. De his duobus. *Psal.* 118. Viuifica me, & custodiam sermones tuos. *t* Domine Deus,] id est, metuende, colende. *u* Virtutum,] id est, admirande.

x Conuerte nos,] Ecce humilitas, quia post confirmationem petit se conuerti, quia cùm consummauerit homo, tunc incipit: *Eccl.* 18. a. Propter hoc in Completorio dicitur: Conuerte nos Deus salutaris noster. Et secundum quod dicit. *Gloss.* in hoc versu continetur regula totius religionis. Primum enim est conuerti ad Deum:

A { Vanitate mundi.
Voluptate carnis.
Amore parentum.
Possessione temporalium. }

Propter hæc quatuor, quater ponitur in hoc Psalmo verbum conuersionis. *Cant.* 6. d. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Secundum est faciem Domini requirere, contemplando, meditando, orando. Vndè dicit.

y Ostende faciem tuam.] Tertium est salutem suam operari. Vndè dicit. *z* Et salui erimus.] *Phil.* 2. b. Cum metu & tremore salutem vestram operamini, &c.

EXPOSITIO PSALM. LXXX.

EXultate Deo, &c. Titulus. *In finem pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph quinta sabbati.* In præcedenti Psalmo egit de primo aduentu: Hic agit de festo immolationis Isaac, id est, de Cruce. Idcóque benè cantatur Psalmus iste feriâ sextâ. Item in priori Psalmo egit Asaph de vinea Domini: Sed quia vinum de vinea, non nisi torcularibus eliquatur: Ideò agitur hîc de spiritualibus torcularibus, i. de tribulationibus Ecclesiæ, in quibus vinum ab acinis, oleum ab amurca seiungitur, i. boni à malis. Et est sensus tituli talis. Psalmus iste dirigens nos, in finem, i. in Christum, cantatur, ipsi Asaph, i. fidelibus Christianis per Asaph intellectis: Et est pro torcularibus, id est, pro tribulationibus in quibus boni à malis separantur: Et hoc est quod subdit: pro, siue de quinta sabbati, id est, pro quinta die septimanæ, in qua facti sunt ex aqua pisces, & aues. Sed aues euolauerunt, & pisces remanserunt, Ecce separatio. Sic Deus ex Baptismo creat Christianos. Sed

Phil.3.d. quidam accepta Baptismi gratia remanent in fluctibus huius sæculi, scilicet, pisces curiosi qui perambulant semitas maris. Alij adiuti pennis virtutum leuantur in aëra, quorum conuersatio in cœlis est: Hi sunt aues. Intentio ergo est monere vt contemptis infimis ad cœlestia eleuemur. Modus. Bipartitus est psalmus. In prima parte monet bonos qui significantur per aues, & vinũ & oleũ, vt exultantes sub temporali pressura, tendant in finem Christum. In secunda parte ipse Dominus malos qui significantur per pisces, acinum & amurcam, reuocat ab idolorum cultura & pariter contemptum eorum, & præsentem pœnam commemorat, *ibi*. Audi populus meus. Loquens ergo ad oleum, & vinum, & aues, i. ad bonos Christianos, dicit.

Partitio Psalmi.

a EXultate *b* Deo adiutori nostro, *c* iubilate *d* Deo Iacob. † *e* Sumite psalmum & *f* date tympanum, *g* psalterium iocundũ cum cithara.

al. † Accipite.

13.9.1.c. Eccles. circa med.

a Exultate.] Vobis enim exultandum est, non amurcæ & piscibus, quibus fletum & vlulatum inducit. *Iacob.5.a.* Agite nunc diuites, plorate & vlulate in miserijs vestris quæ aduenient vobis, Exultate, dico. *b* Deo adiutori nostro] non Mundo deceptori, sicut facit amurca. *Osee 9. a.* Noli lætari Israël, noli exultare sicut populi, scilicet, Mundo, sed, Deo adiutori, qui vos iuuat in pressuris, qui dicit in *Psalm.90.* Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, &c. Et si non potestis gaudium exprimere verbo. *c* Iubilate,] i. confusa voce mentis iocunditatem significate. *d* Deo Iacob,] id est, ad honorem Dei minoris populi, cui seruit maior. *Gen.25.c.* Maior seruiet minori. In hoc enim quod maiores oppr munt minores, seruiunt eis, sicut lima seruit ferro. Vndè *Greg.* Quod lima ferro, quod flagellum grano, quod fornax auro, hoc facit tribulatio viro iusto. Dicitur etiam Deus Iacob, quia per eius adiutorium supplantamus diabolum & peccata, Exultate ergo exteriùs, iubilate interiùs, quia iubilus est exultatio mentis. Tamen licèt iubilatio intus sit, non potest contineri quin extra erumpat per vocem. Et ostendit in hoc versu quare lætandum est, siue propter quid exultandum est. Primum est propter bonitatem Dei, cum dicit, Deo, quia ipse est summum bonum, de quo summè est exultandum. Secundum est, quia nos iuuat in tribulationibus, cum dicit, Adiutori nostro. *Psal. 45.* Adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Tertium, quia facit nos vitia supplantare, de quo dicit, Deo Iacob.

Notandum autem quod Deus est adiutor noster in multis, videlicet.

In {
- Tribulationibus. *Psal.45.* Adiutor in tribulationibus.
- Operando. *Ioan.15.b.* Sine me nihil potestis facere.
- Cogitando. *2.Cor.3.b.* Non quòd sufficientes simus aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.
- Inueniendo. *Phil.3.c.* Si quid sapitis, hoc Deus vobis reuelabit.
- Loquendo. *Matth.10.c.* Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.
- Viuendo. *Dan.5.f.* Flatum tuum habet in manu sua.
- Sanando. *Eccl.38.a.* A Deo est omnis medela.
- Cibando. *Psal.135.* Qui dat escam omni carni.
- Ieiunando. *Psal.32.* Vt eruat à morte animas eorum & alat eos.

In fame. Et ad hanc lætitiam, & iubilationem exercendam.

e Sumite psalmum, & date tympanum.] Per psalmum intelligitur oratio, siue quæcunque gratia spiritualis. Psallendo enim ad literam orant fideles, & gratiam Dei sibi, & aliis acquirunt. Dicit ergo, Sumite psalmum, à Deo, scilicet, accipite. Non enim à nobis est deuotio orationis, sed à Deo. Nec similiter gratia. *Zachar. 12. c.* Effundam super domum Dauid, & super Ierusalem spiritum gratiæ & precum. Sumentes autem psalmum à Deo, vt in ratione accepti & dati communicetis Deo, debetis Deo dare de vestro. Vndè addit.

f Et date tympanum,] id est, carnis mortificationem & castitatem, Date, inquit, quia non est violenter auferenda, sed gratis ab homine danda pœnitentia, & continentia. *Psal.53.* Voluntariè sacrificabo tibi. Date, etiam, non vendite, id est, non propter aliquod commodum temporale, vel vanam gloriam continete. *Matth.6.a.* Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum: Per tympanum, autem significatur continentia, vel carnis mortificatio, multis rationibus, quæ notantur his versibus.

Per tympanum significatur carnis mortificatio.

Terret aues, tenuis, fragilis, caua, mortua, lenis.
Tensa, cutis, lignis, verbere, sicca, sonans. *Versus.*

Ad litteram enim tympanum est pellis in ligno extensa, quæ cum percutitur, terret aues sonitu suo; sic carnis mortificatio, & continentia terret aues, id est, Dæmones. De quibus, *Luc.8.a.* Volucres cœli comederunt illud. Vel aues, id est, Clericos leues, quibus durum, & terribile videtur continere, & pœnitentiam agere. Tenuis, quia macerat *2. Reg.13.a.* Quare sic attenuaris macie fili Regis per singulos dies? Ita dixit Ionadab ad Amon, & suggessit illi, vt languorem simularet, & super lectum cubaret. Hoc facto Thamar sororem suam oppressit: Multi sunt tales consiliarij. Fragilis est, & citò potest amitti, quia *Gal.5.c.* Caro concupiscit aduersùs spiritum. Et *2. Cor.4. b.* Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Item non tantum ex parte carnis, sed etiam ex parte spiritus citò perit hoc bonum per superbiam. *Matt.25.a.* Quinque fatuæ non sumpserunt oleum secum. Item perit nimia tensione. *Rom.12. a* Rationabile obsequium vestrum. Caua, per euacuationem carnis, i. carnalitatis, & stercorum & omnium. *1.Cor. 13.d.* Euacuaui quæ erant paruuli. Mortua, sine spe reuiuendi *Col.3.a.* Mortificate membra vestra. Leuis, i. sine pilis malarum cogitationum. *Num.8.b.* Radent omnes pilos carnis suæ. Ibi dicit *Greg.* Magno studio superfluæ cogitationes sunt amputandæ, *1. Petr.1. c.* Succincti lumbos mentis vestræ. Tensa, non laxa, *Eccl.33. d.* Laxas manus illi, & quærit libertatem. Cutis exterior conuersatio. *Mat.5. b.* Luceant opera vestra coram hominibus: Lignis, crucis, *3. Reg.17. b.* En colligo duo ligna. Verbere. *Eccl. 33. c.* Disciplina & opus seruo. Sicca, ab humore luxuriæ. *Iob 30. d.* Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate, id est, tribulatione. Quidam humectam pellem habent, & ideò malè sonant: Nam eorum prædicatio contemnitur, eo quòd vita contemnitur. *Greg.* Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. Sonans, terribiliter, scilicet, prædicans præceptum eius verbo & exemplo. Ideò autem, sumite Psalmum, & date tympanum, quia benè simul concordant. Hoc est quod sequitur.

g Psalterium iocundum,] est cum cithara. Vel in accusatiuo casu, Sumite psalterium iocundum cum cithara. Idem accipit, & dat intelligere per psalterium quod per Psalmũ supra. Et idem per citharam quod supra per tympanum, quasi dicat, bona est, & iocunda oratio cum carnis mortificatione. *Tob.12. b.* Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna. Vel possumus diuersificare hæc duo à duobus prædictis. Et per psalterium quod est decachordum significatur supplicatio pro offensis, & transgressionibus Decalogi. Hoc psalterium, est iocũdum cum cithara, i. cum æternorum contemplatione. Cithara enim plus habet modulationis quàm psalterium; & contemplatio plus habet delectationis quàm supplicatio pro peccatis, vel dolor de peccatis. Hæc cithara habet tria ligna, scilicet, tres vires animæ, quæ omnes exercentur in contemplatione. Rationabilis inquirit, concupiscibilis appetit, irascibilis apprehendit. Et quindecim chordæ exiguntur, vt benè sonet cithara, scilicet, septem dona, & quatuor Cardinales virtutes, & tres Theologicæ, & humilitas quæ custos est aliarum. *Gregor.* Qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. Hi sunt quindecim gradus Psalmorum. Hi sunt quindecim stadia quibus distat Bethania à Ierusalem. *Ioan. 11. c.* Psalterium, ergo est iocundum cum cithara, quia dolor de peccatis consolationem recipit per spem conceptam in contemplatione cœlestium. Non tantùm autem prædicta facere oportet, sed & bonum quod cognoscitur, & quod agitur, aliis prædicandum est. Vndè subiungit.

Quindecim chordæ exiguntur, vt bene sonet cithara.

A Buccinate

Potest etiam aliter legi. *a* Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob,] id est, ô Iacobitæ corde & opere gaudete de Deo, quia adiuuat me. *Philip. 4. a.* Gaudete in Domino semper. *e* Sumite psalmum,] id est, prædicationis officium.

Aliter.

f Et date tympanum,] id est, temporalia mea pauperibus. Aliter non potest quis esse Prædicator. *Luc.14.g.* Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Sed non sufficit hoc, nisi etiam sequatur bona operatio, & compassio, & consolatio peccatorum. Vndè sequitur.

g Psalterium iocundum cum cithara.] Psalterium iocundum est operatio læta. Cithara, compassio, & consolatio. *Isaia 16. d.* Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. *Ecclesiastic. 40. c.* Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis

a Buccinate

A a Buccinate, &c.] Vel, in initio mensis, quod idem est. Neomenia enim Græcè, noua luna Latinè, quæ est initium mensis. Et possunt hæc ad litteram exponi de Iudæis vsque ad finem huius primæ partis. Sed quia satis planum est, non oportet explanare, nec prosequi nisi inquantum littera necessaria est mysterio. Erat præceptum Iudæis, vt à primo die septimi mensis, septem diebus canerent tubâ. Sic ergo & in Ecclesia gratia septiformis nunc clarius & confidentius indicitur prædicanda. Vndè *Isaia* 58. a. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Quod faciunt qui manifestis operibus, & altis clamoribus annunciant aliis nouam vitam. Hoc est quod dicit: Buccinate, &c.] i. in noua vita vestra eandem nouitatem aliis declarate. *b* Tuba] prædicationis. Triplex est autem vsus tubarum, sicut dicitur *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. Vtebantur enim tubis, in epulis, in bellis, in festis: Sic prædicatio conuocat ad epulas Eucharistiæ, & ad festum æternæ gloriæ, de quibus *Is.* 25. c. Faciet Dominus in monte hoc conuiuium pinguium, &c. Ad istas epulas conuocat tuba prædicationis. *Prou.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, proposuit mensam suam, misit ancillas suas vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis: Si quis paruulus est, veniat ad me, & insipientibus locuta est, venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Conuocat & excitat ad bellum contra Mundum, carnem, diabolum. 1. *Cor.* 14. b. Si incertum sonitum det tuba, quis se præparabit ad bellum? *Num.* 10. a. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino. Item inuitat ad festum, vt in præsenti faciamus sabbatum, quiescentes à peccato, & à strepitu mundano, & præparemus nos ad æternum sabbatum, quia erit sabbatum ex sabbato. *Is.* 66. g. *Num.* 10. b. Si quando habebitis epulum, & dies festos & calendas, canetis tubis. De hoc tertio vsu tubæ hic agitur. Vndè subiungit. *c* In insigni die, &c.] Iudæis præcipuæ solemnitates & insignes erant tres, s. Pascha, Pentecoste, Scenophegia. Et hoc in figura nostri, qui gaudere debemus & tubâ prædicationis, & laudis clamore, quia Pascha nostrum immolatus est Christus, & in ipso resurgimus: Et quia in Pentecoste per Spiritum S. remissionem accepimus: Et quia in Scenophegia domus nostræ conscientiæ innouata est post ruinam. Sic autem est buccinandum. *d* Quia præceptum in Israël est,] i. Dominus præcepit videntibus Deum, i. sapientibus, vt prædicarent fidelibus, sed & omnibus hominibus qui ad fidem possent conuerti. *Marc. vlt.* d. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Non est etiam tantum præceptum vt buccinetur, sed vt voci tubæ obediatur. *Deut.* 18. c Prophetam de gente tua suscitabit tibi Dominus, ipsum audies. Vel sic: Buccinate, quia præceptum, q. d. Dominus fecit præcepta sua populo Christiano, quæ populus simplex ignorat, & ideo prædicanda sunt eis præcepta. Ad hoc sunt Prælati & Doctores instituti in Ecclesia, vt prædicent præcepta Dei, non fabulas, vel fictiones. Vndè *Psal.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Dicit autem singulariter præceptum, quia omnia ad præceptum de dilectione reducuntur. *Rom.* 13. c. Qui diligit proximum, legem impleuit. *Gal.* 5. c. Omnis lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Qui autem præcepto Domini, siue non prædicando, siue non faciendo obedire noluerit, non impunè feret: Quia. *e* Et iudicium, est, Deo Iacob, i. Christo Deo Christianorum, qui transgressores iudicabit iudicio condemnationis. *Ioan.* 5. d. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Nos ergo qui per præceptum ligamur, per iudicium terreamur. Hæc autem prædicatio in veris & primis prædicatoribus, s. in Apostolis feruens fuit, & frugem magnam attulit. Vndè sequitur. *b* Testimonium, &c.] Dominus enim præceptum suum quod Apostoli prædicabant, posuit in corde Ioseph, sc. sanctorum Martyrum, qui sicut Ioseph multa dura & aspera pertulerunt. Et posuit non tantum vt crederent, sed & vt confiterentur, & prædicantes testarentur. Hoc est quod dicit: posuit testimonium. Vndè martyr & testis idem est. Vndè etiam ita possumus dicere, quod Dñs præceptum suum, posuit testimonium, i. martyrium, quia Apostoli & alij multi propter præceptum Dñi quod nolebant transgredi, sed facere & prædicare, martyrio sunt afflicti. Bene autem per, Ioseph, significantur Martyres, quia Ioseph multa passus est pro iustitia qua fratres accusauit, & pro pudicitia & fidelitate Domini sui. Sed tandem gloriosus factus est, & exiuit de Ægypto, non viuus, sed mortuus, quia ossa eius delata sunt. *Exod.* 13. d. Ita Martyres pro iustitia qua accusabant alios de crimine pessimo idololatriæ; & quia nolebant fornicari à Deo suo, nec fidem Christi dimittere, grauiter sunt afflicti, sed per mortem carnis gloriosi victores exierunt de Mundo. *Deut.* 33. c. Lætare Zabulon, in exitu tuo. *Prou.* 14. d. Sperat iustus in morte sua. Et tunc. A Cum exiret

a. † tuba canite in initio mensis tubæ.
d. † ipsi.
Vsus tubarum triplex.

> *a* Buccinate in Neomenia † *b* tuba, in insigni *c* die solemnitatis vestræ. *d* Quia præceptum † in Israël est, & *e* iudicium *f* Deo *g* Iacob. *h* Testimonium in Ioseph posuit illud,

1. Cor. 5. c.

Aliter. De B. Virgine & præcipuè in festo Natiuitatis.

Θ *a* Buccinate, &c.] Hoc est thema in Natiuitate B. Virginis quæ etiam est in Septembri. Tunc enim quando nata est B. Virgo, progressa est noua luna. *Cant.* 6. d. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, s. bicornis; Vt nauis ampla, quæ nos portat in cœlum: Vndè de ipsa muliere forti dicitur *Prou.* 31. b. Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum, i. Christum, qui est panis viuus, qui de longè venit, quia de cœlo descendit. *Ioan.* 6. e. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. In hac Neomenia debemus buccinare tuba, vt eandem beatissimam Virginem prædicemus & laudemus, quæ est omni laude dignissima. *c* In insigni die, &c.] Dies illa insignis est, quia multis Prophetarum oraculis præsignata. Vndè *Num.* 24. e. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israël. *Psalm.* 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion. *Num.* 17. c. Inuenit germinasse virgam Aaron. Item eo tempore Sol est in signo quod dicitur Virgo: & Sol iustitiæ Christus Deus noster in B. Virgine habitauit. *d* Quia præceptum, &c.] Festum enim B. Virginis celebrandum, & laus ipsius præcipitur Israël, i. contemplatiuis, sc. Clericis & Religiosis. Populus autem qui buccinare nesciunt, i. prædicare, quasi bonæ pecudes debent eis in laude B. Virginis congaudere & assentire eis. Vndè addit. *e* Et iudicium] approbationis. *f* Deo,] i. ad honorem Dei. Est in. *g* Iacob,] i. in actiuis, & in populo, q. d. quod Israël de B. Virgine prædicat, Iacob approbare debet. Hoc vtrumque significatum est *Iud.* 15. c. Vbi dicitur quòd Ioachim summus Pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis Presbyteris vt videret Iudith. Per Ierusalem quod interpretatur visio pacis, aut timor perfectus, quod etiam erat locus adorandi, potest significari honor Deo exhibitus, secundùm quod quotidie fit in Ecclesia. Sed de hoc honore debent ministri Ecclesiæ interdum venire ad honorem B. Virginis, quæ per Bethuliam & per Iudith designatur. Bethulia enim interpretatur Virgo Domini, siue domus parturiens Dominum, siue domus dolens Domino. B. Virgo fuit Virgo Domini semper, domus parturiens Dominum, in Natiuitate Dñi: domus dolens Dominó in Passione, secundum illud *Luc.* 2. c. Et tuam animam pertransibit gladius. Iudith etiam B. Virginem tam facto quàm interpretatione designat. Interpretatur. n. confitens siue glorificans Deû. Debent ergo venire in Bethuliam, i. in adorationem, & honorem B. Virginis, vt videant Iudith, i. ipsam B. Virginem, & virtutes eius imitentur, dicentes id quod ibi sequitur. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri quæ fecisti viriliter. Et dicitur ibi, quod hoc dixerunt cùm exisset Iudith ad eos. Dicitur enim ibi: Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, &c. Per istum autem exitum Iudith, significatur Natiuitas B. Virginis, & exitus eius de vtero matris suæ. Et in hoc exitu laudanda est ab Israël: Quia præceptum in Israël est. Et ad hoc debent concordare populi, quia, & iudicium Deo Iacob. Vndè ibi sequitur, quòd cum in conclusione laudis eius dixissent Sacerdotes: Benedicta eris in æternum, dixit omnis populus, fiat, fiat. Omnes enim in laudem B. Virginis conuenire debent, quia omnes eius beneficia participant. Ideo dicit *B. Bern.* Ille solus à laude eius taceat, qui eam fideliter aduocatam in necessitatibus senserit defuisse. *h* Testimonium in Ioseph posuit illud] Ioseph filius accrescens & & patri charissimus, Religiosus est, in quo posuit Dominus testimonium honoris Beatæ Virginis, quia per votum castitatis, eius virginitatem honorat; per votum obedientiæ, obedientiam ancillæ Domini; per votum paupertatis, illius etiam paupertatem, quæ vt dicit *Ieron.* ita pauper erat, quod manu & acu acquirebat, vnde se & Saluatorem mundi pascebat. Posuit etiam testimonium in Ioseph, quia ipsa Beata Virgo est testis & aduocata in causa eorum qui eam honorant, sicut frequenter cantamus de ipsa: Eia ergo aduocata nostra, &c. De hoc testimonio dicit in *Ps.* 88. Deus Pater. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, i. B. Virgo, quæ est thronus veri Salomonis Christi, & sicut Luna

 Θ perfecta in

a Et non audiuit,] i. non exaudiuit. b Populus meus.] Meus expone vt priùs. c Vocem meam.] *Ioan.* 5. d. Venit hora & nunc, &c. Per hoc arguit eos de inobedientia, de qua dicit *B. Bern.* Magnum inobedientiæ vitium, qua Angelus cœlum, homo Paradisum, Saül Regnum, Salomon perdidit amorem diuinum. Nec tantum de inobedientia, sed & de ingratitudine arguit eos, cùm subiungit.

d Et Israël non intendit mihi.] Idem intelligitur per hoc quod dicit, populus me⁹, & per hoc quod dicit, Israël, scil. populus Christianus quantum ad malos, qui licet mali sint, tamen sunt populus Domini, quia ab eo creati, &

al. † obaudiuit.
al. † attendit.
al. † affectiones.
al. † affectionibus.
al. † plebs mea.
al. † in nihilum, omnes.
al. † æternum.

Et non † a audiuit b populus meus c vocem meam & d Israël non † intendit mihi. Et dimisit e eos secundum † desideria cordis eorum, f ibunt in † adinuentionibus suis. Si † g populus meus audisset me: h Israël si in viis meis ambulasset. † i Pro nihilo forsitã inimicos eorum humiliassem, & k super tribulantes eos misissem l manum meam. Inimici m Dñi n mentiti sunt ei, & o erit tempus eorum in † sæcula. Et p cibauit illos q ex adipe frumenti, & r de petra f melle t saturauit eos.

eius pretioso sanguine empti, etiam eius Sacramentis communicant. Sunt etiam Israël, quia debent Deum videre per fidem. Sed conqueritur, quòd Israël non intendit sibi, i. beneficiis ab eo collatis. *Prou.* 1. c. Extendi manus meas, & non fuit, qui aspiceret. Vel per populum possunt intelligi laici, per Israël viri literati. Laici enim non audiunt vocem Domini, quia non est, qui eis prædicet verbo & exemplo. Clerici verò audiunt vocem eius, dum Theologiam audiunt. Sed audientes non intendunt Deo, quia ibi non quærunt Deum, sed puram scientiam, non masticant verba sacræ Scripturæ, sed glutiunt. *Prou.* 21. c. Secundum aliam litteram: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud. Vel specialius. a Et non audiuit,] i. non exaudiuit. b Populus meus] peculiaris, s. Clerici. *Exod.* 6. b. Ecce filij Israël non me audiunt, & quomodo me audiet Pharao, id est, laicus Princeps. d Et Israël non intendit mihi,] i. Religiosi qui in multis locis non intendunt Deo, sed litibus, vel gulæ, vel auaritiæ. Hæc sunt tria mala studia: Quorum primum destruit fraternum amorem: Secundum, continentiam: Tertium paupertatem. De primo. 1. *Cor.* 6. b. Iam quidem delictum est omnino in vobis, eo quod iudicia habetis inter vos. De secundo. *Pr.* 23. d. Student calicibus epotandis. Hoc nõ deberet esse in Religiosis, qui deberent esse Nazaræi Dñi. *Num.* 6. a. Et filij Rechab. *Ier.* 35. b. De tertio *Ier.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Et quòd hoc sit verum de Israël, i. de Religiosis, dicitur *Osea* 6. d. In domo Israël vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israël. Post peccatum autem sequitur pœna peccati: Vndè addit. e Et dimisi eos.] Et ponit hic duplicem pœnam siue vltionem peccatorum. Prima est subtractio correctionis, de qua dicit: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, quasi dicat, non flagellaui eos vt filios, sed vt seruos reprobos dimisi eos liberè ire post concupiscentias suas. *Ezech.* 16. e. Auferetur zelus meus à te, nec irascar ampliùs. *Os.* 4. c. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ & super sponsas vestras, cum adulterauerint. Hæc autem est magna ira Dei. Flagellare autem delinquentes, misericordia est. Vndè 2. *Mach.* 6. c. Multo tempore non finere peccatoribus ex sententia agere. Et post de reprobris subiungit: In aliis nationibus Deus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat. Secunda pœna est accumulatio peccatorum. Et hæc ex prima sequitur. Vndè subdit, scil. Ibunt in adinuentionibus suis, i. in peccatis nouis, quæ adinuenient, proficient euntes de peccato in peccatum. A quo malo profectu reuocat Dominus. *Isaia* 1. c. Quiescite agere peruersè. discite benefacere. Tertia autem pœna sequetur post istas. Initium enim tantum malorum sunt hæc; sed in Inferno erit pœna consummata quæ hic etiam potest intelligi, cum dicit: Ibunt. Ire enim motum dicit & terminum quærit: Finis autem motus, & viæ peccatorum est Infernus. Propter hoc bene dicit: Ibunt in Infernum: Et hoc, in adinuentionibus suis, quasi in quibusdam vehiculis, quibus portabuntur ad Inferos. *Os.* 12. a. Iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Et ostendit, quòd pœna ista non ob aliud infligitur quàm ob peccata eorum, quia si ei obedissent, custodiuisset eos ab omni malo. Hoc est quod sequitur. g Si populus meus audisset me] credendo & obediendo. Et dicit, populus meus, quasi dicat, qui me meliùs audire debuisset. Et quia non sufficit audire nisi subsequantur & opera, quia *Rom.* 2. b. Non auditores legis, sed factores iustificabuntur: Ideò addit h Israël si in viis meis ambulasset,] i. in præceptis meis, quæ sunt viæ, quas ambulaui, quas feci, per quas venitur ad me. *Psalm* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Si inquam ita fecissent.

i Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.] Quod sic legi debent: Humiliassem inimicos eorum, sc. visibiles homines, & inuisibiles dæmones & vitia intantum quòd essent pro nihilo, i. ad nihilum redigentur. *Psalm.* 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Sed quia multi sunt, qui facto ostendunt se de hoc dubitare, adiungit, forsitan. Et est ironia, quasi dicat, verè hoc fecissem. Et quòd hoc totum verum sit, testatur. *Isa.* 48. d. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua & iustitia tua quasi gurgites maris, supple si attendisses. Pax dulcis, vt flumen, iustitia piscosa. Hoc etiam dicit *Baruc.* 3. b. Quid est Israël quod in terra inimicorum es? Et post addit: Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Propter hoc dicit: Si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem. *Ps.* 71. Humiliabit calumniatorem. *Zach.* 10. d. Humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet. Et subiungit quomodo humiliasset eos, scilicet: affligendo. Vndè dicit. k Et super tribulantes eos] siue fuissent homines, siue dæmones, aut vitia.

l Misissem manum meam,] scilicet, manum vindictæ. *Soph.* 3. d. Ego interficiam omnes qui afflixerunt te. Affliguntur autem dæmones, vel vitia, cum ab homine recedere coguntur, sicut dicit *Ieron.* super *Marc.* 1. Vbi dicit spiritus immundus: Venisti perdere nos: Et nota, quòd dicit, super, & non sub. Dominus enim posuit manum super reprobos ad conterendum eos, sed ponit eam sub electis ad subleuandum. *Psam.* 36. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Ipsi verò non meruerunt, vt inimicos eorum humiliaret Dominus, sed ipsi facti sunt inimici eius. Vndè post verba Domini subiungit Propheta.

m Inimici Domini,] i. ipsi facti inimici Domini diligendo Mundum, & ea, quæ in Mundo sunt, quia vt dicit *Iacob.* 4. a. Amicitia huius Mundi inimica est Deo: Quicunque ergo voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur.

n Mentiti sunt ei,] i. recedendo à promisso baptismali. *Act.* 5. a. Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui S. Mentitur Dño, qui ei promissa non soluit. Et ex hoc fit inimicus, i. non amatus à Dño. Vndè *Eccl.* 5. a. Si quid vouisti, ne moreris reddere: Displicet enim Dño infidelis & stulta promissio. Itẽm mentitur Dño, qui contradicit & resistit veritati. 2. *Tim.* 3. b. Hi resistunt veritati, homines corrupti mente, &c. Et hi sunt, inimici Dñi, i. aduersarij eius & ministri Antichristi. Sed quia vt dicitur *Prou.* 19. a. Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Ideo post mendacium sequitur de pœna, cum subiungit. o Et erit tempus eorum in sæcula] futura, i. corruptio eorum, & pœnarum variatio erit æterna. Vicissitudo enim & pœnarum variatio erit in Inferno. *Iob* 24. c. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius. p Et] tamen licet mali sint, cibauit illos ex adipe frumenti Hæc de Iudæis ad literam potest legi. Vel potest de eisdem legi de manna. Vel allegoricè de Christo, qui se vocat granum frumenti. *Ioan.* 12. d. *Psalm.* 147. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. r Et de petra melle saturauit eos.] Hoc ad litteram non legitur, nisi mel vocemus aquam, quam eduxit Dominus de petra, sicut supra habuimus, quam satis possumus vocare mel, quia propter nimiam sitim quam habebant, dulcis fuit eis. Moraliter autem de Clericis, potest legi. p Cibauit eos] qui licet mentiantur Domino, tamen cibat eos. q Ex adipe frumenti,] i. mystico sensu sacræ Scripturæ, eos furfure, i. litera, quæ cibus est porcorum, i. Iudæorum, sed adeps cibus est Domini & suorum. *Leu.* 3. d. Omnis adeps Domini erit. *Zach.* 9. d. Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

Moral. De Clericis.

r Et de petra Christo f Melle,] i. dulci & suaui expositione. t Saturauit eos,] quia talia frequenter audiunt Clerici, & tamen mentiti sunt Dño. Vel ad litteram, cibat eos Dominus, ex adipe frumenti, quia ipsi habent pinguiores possessiones quàm alij. Vndè Dominus dixit Aaron & filiis eius: Omnem medullam olei & vini ac frumenti quicquid efferunt filij Israël primitiarum Domino, dedi tibi. Et de petra, id est, de duritia laboris laicorum, saturauit eos melle, id est, deliciis. Vndè verè potest eis dici illud *Ioan.* 4. e. Alij laborauerunt & vos in labores eorum introistis.

Notandum

Proprietates mellis in bono. Versus.

Notandum autem, quòd sunt plures proprietates boni mellis, quare significat scientiam diuinam; & multæ malæ, quare significat scientiam sæcularem. Et de vtroque habentur duo versus. Mel in bono sensu.

Dispergit, condit, mundat, seruat, cibat, est ros:
Dulce, forans, flauum, flos, fauus, ardor, apes.

Mel enim, id est, diuina sapientia.

Dispergit, apostemata superbiæ, & diuidit malas humorum collectiones. *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere, sed gladium.
Condit, medicinam, i. pœnitentiam. *Prou.* 27. a Anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet, supple, pro dulci admixto.
Mundat. *Ioan.* 15. a. Et vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.
Seruat, scilicet, medicinam. *Prou.* 2. b. Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te.
Cibat. *Deut.* 8. a. Non in solo pane viuit homo, &c.
Est ros. *Exod.* 16. c. Manè ros iacuit per circuitum castrorum, *Isa.* 26. d. Ros lucis, ros tuus.
Dulce. *Psalm.* 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ore meo.
Forans, i. penetrans. *Hebr.* 4. c. Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.
Flauum, i. roscidum coloris balsami, vel auri. *Prou.* 25. b. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
Flos ministrat mel, scilicet, ille flos, qui dicit *Cant.* 2. a. Ego flos campi, & lilium conuallium.
Fauus, est receptaculum mellis. *Eccl.* 24. c. Hæreditas mea super mel & fauum, i. contemplatio est cera subtilis, quæ diuinam sapientiam receptat. Vndè dicit *Greg.* Vt in contemplatione hauriant, quod aliis per prædicationem effundant.
Ardor, id est, calor complexionis & temporis est in melle, sic & in diuina scientia. *Ierem.* 23. f. Nonne verba mea sunt quasi ignis?
Apes colligunt & comportant mel, sic scholares pauperes scientiam. Nam diuites non sunt ita studiosi. *Eccl.* 11. a. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius.

Propritates mellis in malo. Versus.

Item mel in malo sensu.

Inflat, salsescit, pueris nocet, igne nigrescit.
Ventriforum, spumans, musciuorum, stimulans.

Mel, id est, sapientia sæcularis.

Inflat sicut mel. 1. *Cor.* 8. a. Scientia inflat.
Salsescit, per longam decoctionem, & scientia sæcularis tandem vertitur in amaritudinem. *Prou.* 5. a. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima eius amara, & lingua eius, &c. In *eodem* b. Ne gemas in nouissimo, quando consumpseris carnes tuas, & dicas, cur detestatus sum disciplinam?
Pueris nocet, etiam dum adhuc sunt in vtero, & ipsis prægnantibus negatur, & tamen appetitur. Omnes enim pueri nunc volunt scire, & sæculares scientias omnes appetunt. *Prou.* 1. c. Vsquoque paruuli diligitis infantiam & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient:
Igne nigrescit, scilicet, igne cupiditatis degenerat in iniuriam, quod dicitur ius. *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. *Isaia* 13. b. Facies combustæ vultus eorum.
Ventriforum, i. penetrans ventrem, quia exit per vmbilicum eis, qui nimis comedunt, maximè pueris, i. stultis. *Prou.* 3. a. Ne sis sapiens apud temetipsum. Et post pauca. Sanitas quippe vmbiculo tuo erit. *Iob* 32. d. Plenus sum sermonibus, en venter meus quasi mustum absque spiraculo. Vmbilicum leuant stercora & vlcera introclusa. Et dicitur sedes libidinis in mulieribus, & significat carnis elationem, per quam scientia sæcularis, exit, i. manifestatur.
Spumans, multum in verba grandia & vana. *Marc.* 9. c. Spumat & stridet dentibus & arescit. Inde fluctus feri maris dispumantes suas confusiones.
Musciuorum, i. vorat muscas & congregat, i. viles homines & mordaces & litigiosos, & qui alienas mensas sequuntur. *Exod.* 8. f. Faciam mirabilem terram Gessen, in qua populus est, vt non sint ibi muscæ. Et *infrà*: Corrupta est terra ab huiuscemodi muscis, i. ab Aduocatis. *Matth.* 12. b. Dicitur diabolus Beelzebub, i. Deus muscarum.
Stimulans, ad Venerem, vel quia acumen habet cum dulcore ex aculeis venenosis. *Prou.* 5. a. Fauus distillans labia meretricis. Et *infrà*. Lingua eius acuta quasi gladius biceps.

EXPOSITIO PSAL. LXXXI.

Deus stetit in Synagoga.] Titulus, Psalmus Asaph, i. synagogæ, quæ hic redarguitur, vt saltem nunc cognoscat Christum, quem crucifigens noluit cognoscere. Continuatio. In præcedenti Psalmo ostendit Iudæos ingratos esse multis Dei beneficiis. Sed quia non tantum illis corporalibus & communibus beneficiis, verum etiam illi mirabili & speciali beneficio, quod fuit de incarnatione Filij Dei ingrati fuerunt, bene sequitur iste Psalmus, in quo de vtraque Christi natura agitur. Item duo psalmi præcesserunt: Vnus de primo Aduentu, alius de Passione. Iste verò tertius est totus de Iudicio, & de duabus naturis Iudicis, vt dicit Gloss. licet hoc sit obscurum. Intentio est monere infidelem Synagogam, vt Christum verum Deum & hominem credat esse.

Psalmus Asaph.

a Deus b stetit. (LXXXI. in Synagoga c Deorum

Partitio Psalmi. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, Christum inducit aduersarios arguentem. Secundò, monet, vt Christum quamuis eum egenum viderint, tamen Deum esse intelligant: Quæ est intentio Psalmi, *ibi.* Iudicate. Quod eos non fecisse, in eadem supponit, *ibi,* Nescierunt. Tertiò ostendit, à quanta dignitate ceciderint, *ibi.* Ego dixi. Agens ergo de vtraque Christi natura, ait.

a Deus.] Ecce Diuinitas.
b Stetit,] i. visibilis apparuit. Ecce humanitas. *Ioan.* 1. d. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. *Allegor.*
c In Synagoga Deorum,] i. in congregatione Doctorum, Scribarum, & Pharisæorum, & Iudicum. De quibus *Exod.* 22. b. Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos & iurabit. Dominus dicitur stare.

Per
Carnis ostensionem. *Ioan.* 1. d. Medius vestrum stetit quem vos nescitis.
Iudicij executionem. *Isaia* 3. c. Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandum populus.
Auxilij præstationem. *Actuum septimo* g. Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem, & cætera.
Naturæ incorruptionem. *Ioan. vlt.* b. Stetit Iesus in littore.

A Secundò

Moraliter.
Moral. a Deus stetit in synagoga Deorum.] Hoc bene dicitur, quia vbi est congregatio bonorum, qui cœlestia desiderent & ibi habitent, ibi Deus stat; id est, perseueranter manet. Vndè *Matth. decimo octauo* c. Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et notandum quòd in quibusdam stat Dominus, & manet; in quibusdam autem transit, in quibusdam autem nec etiam ingreditur. In viris firmis stat, in fluctuantibus autem transit, qui ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt, vt dicitur *Luc.* 8. b. De firmis dicit. *Ecclesiastic. vigesimo quarto* a. In hæreditate Domini morabor, id est, in eis, qui sunt firmi & immobiles. De mobilibus autem & fluctuantibus, in eodem. In fluctibus maris ambulaui, id est, in eis qui non sunt stabiles, non steti, sed transiui. In illis autem, qui totos se exponunt sæcularibus curis, non ingreditur Dominus. Vndè dicit *Osea* 11. c. Ego sum Deus, & non homo, in medio tui Sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Sed vt Dij, i. spirituales & cœlestes homines de se non præsumant, bene addit.

* In medio

De Prælat. Item de Prælatis potest hoc exponi.
a Deus stetit.] Et posset esse thema in concilio Episcoporum: vel in capitulo Abbatum.
c Synagoga Deorum,] i. congregatio Prælatorum, qui sunt Dij; sicut in authoritate supra dicta. *Exod. duodecimo* b. Applicabitur ad Deos, & cætera. Et in *eodem* d. Diis non detrahes. Stetit, ergo, Deus quondam inter tales, id est, mansit. Stare enim manere dicitur, secundum illud *Ecclesiastic. vndecimo* c. Sta in testamento tuo, &c. Nunc verò vtrum stet ibi, ambiguum est, quia magis ibi conueniunt ad mordendum & nocendum, & pauperes opprimendum, quàm ad vtilitatem Ecclesiæ. Vndè illa congregatio, si taliter congregenter, non est, synagoga Deorum, sed Sathanæ. *Apoc.* 2. c. Blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ. *Eccl.* 21. b. Stupa collecta synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Et quia multùm excedunt Prælati in cibis, in expensis, in æquitaturis, & vestibus, bene addit.

⊕ In medio

Allegor. ▵ Secundò ostendit eius liberalitatem, cum dicit. *a* In medio autem] quasi omnibus se communiter exhibens, non accipiendo personam. *Luc. vlt.* f. Stetit Iesus in medio discipulorum, & ait, pax vobis. Tertiò ostendit eius officium, quod est iudicare, vt non tantùm liberalis, sed & iustus esse innotescat.

In *a* medio autem *b* Deos † diiudicat. † Vsquequo *c* iudicatis *d* iniquitatem, & *e* facies † peccatorum sumitis? *f* Iudicate *g* egeno & pupillo *h* humilem & *i* pauperem *k* iustificate. † *l* Eripite pauperem, & *m* egenum de manu peccatoris † liberate. *n* Nescierunt, † *o* neque intellexerũt.

al. † discernere. al. † Quousque. al. † peccantium. al. † Auferte inopem & pauperem. al. † eruite. al. † & non. 2.Tim.2.c.

Vndè dicit. *b* Deos diiudicat.] Et est sensus. Ipse sine omni acceptione personarũ iudicat, nõ tantũ pauperes & viles, sed & Deos, i. potentes, & iudices minorum. Et intelligendum est de iudicio discretionis, quo per occultam suam iustitiam quosdam facit vasa in honorem, quosdam autem vasa in contumeliam: De quo ipse dicit *Ioan.9.*g. Ego in iudicium veni in Mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Sed quia ista discretio bonorum a malis facta fuit per Christi prædicationem, agit de eius prædicatione, quæ consistit in tribus, in argutione comminatione, promissione. *Apoc.*4. b. De throno procedebant voces, coruscationes, & tonitrua. Hæc sunt illa tria, quæ procedunt de trono iudicij discretionis. Sicut ergo bonus Prædicator Christus primo arguit peccata maiorum, deinde peccata minorum, maioribus dicit.

c Vsquequo iudicatis iniquitatem,] quasi dicat, semper iudicastis iniquè contradicentes legi quam vobis dederam, Prophetas contumeliis afficientes, quos vobis miseram, sed vsquequò extendetis iniquitatem iudicij vestri qui modò iniquum iudicium facitis super me visitatorem vestrum, quem crucifigere disponitis? Minoribus autem dicit. — Prædicatio Christi consistit in tribus.

e Et facies peccatorum sumitis,] i. ò vos minores, quare sumitis facies peccatorum, i. maiorum vestrorum, eis, scil. consentientes in morte mea, Barrabam postulantes, & me crucifigendum clamantes? De his habetur *Matth.*27.b. Vbi dicitur, quòd Principes Sacerdotum & seniores persuaserunt populo, vt peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Et Præses ait illis.] Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit eis Pilatus. Quid igitur faciem de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, crucifigatur, &c.

f Iudicate.] Secunda pars, cuius continentia prædicta est, & monet eos quos priùs arguit. Primò maiores, secundò minores, Maioribus dicit, Iudicate, i. iustè iudicate: Iudicium enim iniustum non est iudicium, rectè loquendo.

g Egeno & pupillo,] scilicet, ad honorem Christi, qui propter vos esuriuit, & sitiuit, & egenus factus est cum esset diues, propter vos sine patre voluit esse, vt pupillus.

h Humilem] qui dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. *Matth.*11.d.

i Et pauperem] qui non habet, vbi caput reclinet. *Matth.*8.c.

k Iustificate,] i. iustum credite, & iustum Prædicate, non vt iniustũ condemnate. Et si isti maiores firmauerunt sermonem nequam, vt peruerterent iusti iudicium, vos minores qui plures estis.

l Eripite pauperem Christum de manu maiorum. Et ipsum.

m Egenum de manu peccatoris,] i. Principis. Liberate. Et ostendit, quòd neque maiores, neque minores ita fecerunt, vt monuerat, de vtrisque subiungens.

2.Cor.3.b. *n* Nescierunt,] quia neque intellexerunt, i. intùs non legetur, neque in corde, neque in Scripturis. *Ioan.* 5. f. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et quia nescierunt, neque intellexerunt.

Λ In tenebris

Moral. * *a* In medio autem Deus diiudicat,] i. iudicabit etiam Sanctos. In medio, i. in bonis. *Psalm.*74. Ego iustitias iudicabo. Item Deus diiudicat,] i. facit eos seipsos diiudicare. Non autem tantùm in malis operibus, vel cogitationibus, vel locutionibus, sed bonis, hoc est in medio, virtus enim in medietate consistit. Et hoc facit Dominus vt ibi stet, secundùm quod præcedit. Deus stetit, &c. Nam dicit *Psalm.*88. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ, q.d. ad hoc, quòd Dñs sedeat in corde hominis oportet quòd sit iustus. Et hoc notatur, cum dicit, Stetit in synagoga Deorum. Item oportet quòd ipsam iustitiam iudicet & discutiat, ne negligenter aut inaniter fiat. Et hoc notatur, cum dicit. In medio autem Deos diiudicat. Sic diiudicabat se Iob, dicens. *Iob* 9. d. Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti. *Gloss.* Bona quidem erant, sed hæc quoque timenda his, qui verè volunt Deo placere, quia duo in bonis timenda sunt, desidia, & fraus: Desidiam facit minor amor Dei: fraudem facit proprius amor sui. Sed sunt multi, qui non omittunt iudicium tantùm bonorum, sed & malorum operum suorum.

Vndè ad eos se conuertit dicens.

Vsquequo] ò vos peccatores.

Iudicatis iniquitatem,] i. iudicio rationis deliberatis facere iniquitatem, vel iudicantes quid agendum sit, iudicatis iniquitatem esse faciendam. *Iacob.* 2. a. Nonne iudicatis apud vosmetipsos & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Nec solùm iudicatis esse faciendam, sed facitis, hoc est.

e Et facies peccatorum sumitis,] scilicet, faciendo peccata. Diuersi enim peccatores habent diuersas facies diuersarum bestiarum. Superbus enim sumit faciem leonis. Luxuriosus faciem porci, & sic de aliis. Vel facies ipsorum hominum peccatorum, sicut in bono Ioannes dicitur Elias. *Matth.* 11. b. Ipse est Elias, &c. Facies verò Luciferi primi peccatoris superbia. Hanc sumit, qui eum in superbia imitatur. Facies Adæ libido sciendi, facies Cain, inuidia, Lamech crudelitas, Nemroth, ambitio, Pharaonis oppressio subditorum.

⊖ *a* In medio autem Deos diiudicat,] i. iudicabit eos, vtrum seruauerint mediocritatem, secundùm quòd dicitur de Beato Augustino, quòd habitus eius erat nec pretiosus nimis, nec despectus nimis. Vel. In medio, i. in communitate, vt i. si, s. communiter se habuerint ad subditos, nõ accipientes personas, non nimis familiares quibusdam, & aliis nimis extranei. *Luc.* 24. f. Cum loquerentur, Iesus stetit in medio, quasi communiter omnibus se exhibens. Et notabile quod ibi sequitur, quòd dixit eis. Pax vobis. Si enim Prælatus sic est in medio, tunc non murmurant subditi, sed sunt in pace. Aliter autem murmurant, & sunt in amaritudine, si, vel propter consanguinitatem, vel propter aliud singularem familiaritatem aliquibus exhibeat. Vndè *Matth.* 20. c. Dicitur, quòd cum cognati Domini, Iacobus & Ioannes petiissent, vt sederent vnus ad dexteram, & alius ad sinistrã eius, audientes decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. Item, in medio, iudicabit Prælatos, i. propter ventrem & ingluuiem multos condemnabit. *Mich.*6.d. Humiliatio tua in medio tui. — De Prælatis.

c Vsquequo iudicatis,] i. iudicando facitis, iniquitatem. *Dan.*13.a. Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

e Et facies peccatorum sumitis] accipientes personas in iudicio *Prou.*28.c. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit iste, & pro buccella panis deserit veritatem. Et aggrauat acceptionem personæ, cùm dicit, facies peccatorum. Grauius enim est peccatum in iudicio accipere personam peccatoris quàm personam iusti, vel Pauperis. Sed modò Prælati contra pauperes & iustos multotiens accipiunt personas peccatorum, i. iniquorum hominum. Vndè maledicit eis Dominus. *Isaia* 5.f. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Contra quod monet eos, cum subiungit.

f Iudicate egeno, & pupillo, humilem & pauperem iustificate] subintellige, si habeant iustam causam. Sicut intelligitur illud *Eccl.*4.b. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum. *Isa.*1.c. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Non enim tantùm iudicare, sed & defendere debent Prælati huiusmodi miserabiles personas. Vndè etiam hic addit.

l Eripe pauperem] de ore leonis, scilicet, bedelli, vel vsurarij, vel cuiuscunque oppressoris, vel calumniatoris.

m Et egenum de manu peccatoris liberate.] Idem est *Eccl.* 4. b. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi *Ier.* 22. a. Liberate vi oppressum de manu calumniatoris. *Iob* 29.c. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Hæc autem multotiens dimittunt Prælati ex ignorantia, quæ tamen in Prælatis non deberet habere locum, cùm profiteantur se scire vetus & nouum Testamentũ. Et de hac ignorantia, subdit. *n* Nescierunt.] *Isa.* 56.d. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti. Malum autem est eis ignorare, sed peius est nolle scire, de quo potest intelligi quod sequitur.

o Neque intellexerunt,] i. neglexerunt, vel noluerunt scire. *Psalm.* 35. Noluit intelligere, vt bene ageret. *Isaia* 56.d. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Pessimum est autem malum operari, de quo addit.

⊖ *a* In tene

Alleg. *1.Cor.2.* *b. Ioan.18.g.*

Θ *a* In tenebris ambulant,] i. opera tenebrarum faciunt me persequendo, & Barrabam dimittendo. Si enim cognouissent, nec Deum gloriæ illi crucifixissent, neque isti dimisso Christo, Barrabam elegissent. Primò ergo ostendit eos fuisse ignorantes. Et de hoc arguit eos, cùm dicit: Nesciunt. Secundò arguit eos de negligentia, cùm dicit: Neque intellexerunt. Tertiò, arguit eos de malo opere, cùm dicit: In tenebris ambulant. Quartò, arguit eos de duritia & obstinatione, cũ subiungit.

17.dist.c.1. *al.* † Altissimi. *al.* † ex. *al.* † Disperdes.

in *a* tenebris ambulant, *b* mouebuntur omnia fundamenta terræ. *c* Ego dixi: Dij *d* estis, & filij † *e* Excelsi omnes. *f* Vos autem *g* sicut homines *h* moriemini, & *i* sicut vnus † de Principibus *k* cadetis. *l* Surge Deus, *m* iudica terram, quoniam *n* tu † hæreditabis in *o* omnibus gentibus.

Canticum Psalmi Asaph.

PSALM. LXXXII.

b Mouebuntur omnia fundamẽta terræ,] quia Christo moriente in Cruce, terra mota est, & petræ scissæ sunt, quasi compatientes Creatori. *Matth.*27.f. Sed duriores fuerunt Iudæi quàm terra & lapides, quia nec in eum crediderunt, nec patienti compassi sunt, sed & in mortuum sæuierunt, facientes in latere vulnerari. *Ioan.*19.f. Et ponentes custodes circa sepulchrum. *Matth.* 27. g. Vel sic allegoricè.

Aliter. *Allegor.*

b Mouebuntur omnia fundamenta terræ,] i. corda Gentilium mouebuntur ad pœnitentiam & fidem, Iudæis permanentibus in infidelitate & cæcitate, quia vt dicitur *Rom.*11.c. Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo Gentium intraret.

c Ego dixi.] Tertia pars, in qua ostendit, à quanta dignitate ceciderunt, quam habuissent, si vellent, scilicet, quòd essent filij Dei. Vndè dicit. Ego, cuius dicere est esse, vel facere, dixi, quòd vos omnes.

d Dij estis, & filij Excelsi omnes,] i. si vultis credere, Dei bona habebitis, & æternæ hæreditatis participes eritis & hæredes. *Ioan.* 1. a. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Hæc est dignitas, quam habuissent, si voluissent. Sed ostendit quòd non habuerunt eam.

f Vos autem] ita dixi.

g Sicut homines moriemini,] quasi dicat: non eritis sicut Dij viuentes in vita æterna, sed sicut homines mortales & terreni, moriemini, in peccato infidelitatis *Ioan.* 8.c. In peccato vestro moriemini.

i Et sicut de Principibus,] i. de dæmonibus.

k Cadetis] ab illa dignitate, & corruetis in Inferno. Dæmones dicuntur Principes. Vndè *Ephes.*6. b. Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs Principes & Potestates. Propheta autem videns Dei non comminationem, & Iudæorum obstinationem, ex persona sua subdit.

l Surge Deus] ad vindictam. Et.

m Iudica terram, i. Iudæos terrena sapientes. Et loquitur de iudicio discretionis, vel de iudicio condemnationis. Et hoc bene potes facere, quia licèt Iudæi reprobentur & condemnentur, multos habebis cultores de Gentibus. Et hoc est, quod addit.

n Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.] *Psalm.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam: Hæc dicit Pater ad Filium.

De Prælatis.

Θ *a* In tenebris ambulant 1. *Ioan.* 1. c. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris non ambulamus, mentimur. 1.*Ioan.*2.c. Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Quia autem deficit scientia, & abundant opera tenebrarum, iustè iudicare neque sciunt, neque volunt, præcipuè cùm voluntas eorum citò per munera corrumpatur. Vndè addit.

Fundamenta Ecclesiæ sunt Prælati.

b Mouebuntur omnia fundamenta terræ.] Fundamenta terræ, i. Ecclesiæ, sunt Prælati, & præcipuè Romani Cardinales, qui debent portare & sustinere totam fabricam Ecclesiæ 1.*Reg.*2.b. Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos Orbem. Mouentur autem hæc fundamenta nunc prece, nunc pretio. A quo mouentur? A iustitia, à veritate, à bona voluntate, & tandem mouebuntur de loco suo, vbi turres & palatia construxerunt, quando dicet Dñs exterminatori Angelo illud *Amos* 9.a. Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. *Iob* 9.b. Sub quo curuantur, qui portant Orbem. Sed cur dicit, omnia? Suntne omnes tales? Dominus scit, non est nostrum iudicare. Dominus tamen de ipsis loquens dicit. *Isaia* 56. d. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. Et si fortè vita aliquorum sit contemptibilis, tamen gradus & dignitas Ecclesiastica in eis est honoranda & reuerenda. Vndè bene subdit.

c Ego dixi] ergo verum est. *d* Dij estis & filij Excelsi omnes] O vos Prælati & Cardinales. *Ioan.* 10 g. Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi, Dij estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura, quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemo, quia dixi, Filius Dei sum. Sed ne de dignitate superbiant, fragilitatem eorum commemorans, subiungit.

f Vos autem sicut homines moriemini] morte corporis. Vndè non est superbiendum. *Eccl.*10.b. Quid superbis terra & cinis? Et ne in tantum vesaniam prorumpant, vt se immortales æstiment, probat per locum à simili, vel à maiori dicens. *i* Et sicut vnus de Principibus cadetis,] quasi dicat, omnes Principes & potentes, qui vsque modò fuerunt, ceciderunt, ergo & vos cum eiusdem conditionis & naturæ sitis. *Ioan.* 8. g. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt, quem teipsum facis? Vel arguendo superbiam eorum, dicit. *c* Ego dixi: Dij estis, &c.] quasi dicat, vos facitis vos adorari super terram, quasi sitis Dij, sed magis estis idola. *Zach.*11.d. O pastor & idolum.

e Et filij Excelsi omnes. *Iob* 11.c. Vir vanus in superbiam erigitis, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.

f Vos autem sicut hominis,] s. Adam & Eua. *h* Moriemini] per peccatum ambitionis & inobedientiæ. *Zach.* 13. c. Adam exemplum meum ab adolescentia mea, quia ab adolescentia incipiunt ambire prælationes, & Dei præceptis non obedire. *i* Et sicut vnus de Principibus] dæmonũ. *k* Cadetis] propter superbiam. *Luc.*10 c. Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem *Isa.*14. d. Qui dicebas in corde tuo, in cœlum ascendam, &c. Et post pauca: Veruntamen ad infernum detraheris, &c. vt hoc citò fiat. *l* Surge] Dñe, Deus, de sub pedibus eorum, qui modò ab eis contemneris: surge ad vindicandum contemptum. Et *m* Iudica terram,] i. terrenum amorem, qui corda eorum possidet. Hæc est terra, quæ vsque ad fenestras Templa ascendit. *Ezech.*41.c. i. vsque ad Prælatos, per quos debet intrare lux in Ecclesiam. Hoc autem fiet in die illa Iudicij, de qua *Isa.*2. d. Humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dñs solus in illa die, & idola penitùs conterentur: i. isti falsi Dij à facie formidinis Dñi, & gloria Maiestatis eius cùm surrexerit percutere terram, i. cùm fiet, quod hîc petitur, Surge Deus, iudica terram. Et verè ita fiet. *n* Quoniam tu disperdes] alia littera, i. diuersis pœnis perdas eos. *o* In omnibus gentibus,] i. pro peccatis omnium gentium, quæ corrigere neglexerunt. *Osee* 10.c. Non comprehendet eos prælium in Gabaa super filios iniquitatis iuxta desiderium meum corripiam eos, congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. Gabaa interpretatur vallis eius & prœliuum eius, & significat istam vallem miseriæ, sc. præsentem vitam, in qua reprobos non comprehendit prælium, i. tribulatio, vel correctio, super filios iniquitatis, i. super iniquitates filiorum; sed in futuro reseruat Dñs. Vndè dicit: Iuxta desiderium meum corripiam eos, & congregabuntur. *Isa.*24.d. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum. Et bene dicit: Cum corripientur propter duas iniquitates suas. Vna enim iniquitas eorum in propriis, quæ fecerunt: Alia in peccatis subditorum, quæ non correxerunt.

EXPOSITIO PSALM. LXXXII.

Persecutiones Ecclesiæ.

DEus, qui similis erit tibi.] Titulus. *Canticum Psalmi Asaph.* In priori Psalmi egit de Iudicio futuro: Hic verò petit terminari iudicium, tum propter insolentiam malorum, tum propter liberationem bonorum prædicit etiam hîc mala & persecutiones Ecclesiæ, quæ erunt tempore Antichristi. Cùm enim sit Ecclesiæ triplex interpolata persecutio, videlicet, prima in gladio, à tyrannis; secunda in verbo, ab hæreticis; tertia in opere malo, à falsis fratribus: tunc, i. in tempore Antichristi erit quarta tribulatio, quæ ex illis tribus conflabitur: vt ergo breuientur illi dies, petit hîc festinari iudicium. Licèt autem tribulatio & aduersitas populum Dei affligant, tamen etiam in afflictione Deum laudant boni voce & opere, quod exprimit titulus, qui est: *Canticum Psalmi Asaph.*

Partitio Psalmi.

Intentione monet, vt mali à bonorum persecutione desistant, & boni in persecutione patientiam habeant. Modus. Duæ sunt partitiones. In prima proponit timorem futuri iudicis, & describit malitiam iniquorum persequentium. In secunda agit de vindicta iniquorum, *ibi*: Fac illis sicut Madian. Propheta ergo de illo secundo aduentu dicturus, ostendit potentiam & claritatem eius, in qua

eius, in qua veniet. Vndè admirando dicit. *a* Deus] Christe. *b* Quis similis erit tibi] quando, scilicet, veniens ad Iudicium in potestate & claritate magna? Si hæc similitudo ad Diuinitatem refertur, nihil magnum dicitur, nec dici deberet [erit,] sed est. Nullus enim vnquam comparandum Diuinitati hominem iudicauit: Christus autem in similitudinem hominum factus est, quare putabatur hominibus comparandus, vel hominibus etiam minùs dignus. Ergo hæc similitudo, de qua hic loquitur, ad formam serui referenda est, in qua & similis fuit hominibus, vt iudicaretur, sed quando iudicabit in eadem forma, dissimilis apparebit. Ostensa primò eius dignitate. Secundò petit promulgationem sententiæ contra malos. Vndè dicit.

a DEus, *b* quis similis erit tibi? *c* ne taceas, *d* neque compescaris Deus. *e* Quoniam ecce inimici *f* tui † *g* sonuerunt, *h* & qui oderunt te *i* extulerunt caput. † *k* Super populum tuum *l* malignauerunt consilium, *m* & cogitauerunt aduersùs san-

al. † Sonauerunt.
al. † In plebem tuam astutè cogitauerunt.

c Ne taceas] sicut in primo aduentu tacuisti coram iudicantibus te. *Isaia* 53. c. Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum. Sed in secundo aduentu non tacebit. *Isaia* 42. b. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælliator suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur, tacui, semper silui, patiens fui, quasi parturiens loquar. Tertiò, petit executionem iudicij, cùm subdit.

d Neque compescaris Deus] à poena aduersariis inferenda, post prolationem sententiæ. Sed ne videatur esse crudelis hæc petendo, ostendit, quòd peccata eorum hoc exigunt, dicens.

e Quoniam ecce inimici tui, &c] Et ostendit hic plura peccata. Primum est malæ voluntatis, quod notatur, cùm dicit.

f Inimici.] Inimicus enim principaliter fit mala voluntate, sicut amicus bona. Secundum est peccatum locutionis, quod notatur, cùm dicit. *g* Sonuerunt] murmurando, contradicendo. Tertium est odij. Vndè dicit. *h* Et qui oderunt te] iam diu non nouiter. Quartum est superbiæ. De quo dicit.

i Extulerunt caput.] Hæc de tempore Antichristi intelligenda sunt, quando inimici Domini, scilicet, Antichristiani, qui nunc metu ab ipsis comprimuntur, libera voce sonabunt, quæ vox quoniam irrationabilis erit, magis sonitus, quàm locutio dicitur. Vndè alia littera habet: Tumultuati sunt. *Isaia* 25. b. Tumultum alienorum humiliabis. Isti efferent & exaltabunt caput suum Antichristum. De quo 2. *Thess.* 2. a. Extollitur super omne, quod dicitur, aut quod colitur, Deus, ita vt in Templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Et vt illum exaltent membra sua, populum depriment Christianum. Vndè addit. *k* Super populum tuum] Christianum.

l Malignauerunt,] i. malitiosè tractauerunt, consilium. Et in hoc notatur quintum peccatum eorum, scilicet, malitia, quam aggrauat, primò à dignitate eorum, contra quos exercuerunt eam, cùm dicit: Super populum tuum. Sextum est studium nocendi. Vndè addit.

m Et cogitauerunt aduersùs Sanctos tuos.] Hæc omnia, quæ in præterito dicit, de futuro intelligenda sunt, sicut & aliæ prophetiæ multæ. Septimum est sollicitatio. Vndè dicit.

Moral. Quæ suprà quasi anagogicè de futuro exposuimus, de præsenti moraliter exponendo transcurramus. *a* Deus quis similis, &c.] Ita potest quærere vir iustus, sciens, *Genes.* 1. c. quòd homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei, *Luc.* 10. c. quantùm ad bona naturalia & gratuita. Sed descendens à Ierusalem in Iericho, i. à contemplatione & desiderio cœlestium, ad amorem terrenorum, vt Luna deficientium, incidit in latrones, i. in manus dæmonum & vitiorum, qui expoliauerunt eum gratuitis, & vulnerauerunt in naturalibus: vnde iam similitudinem Dei non habet, quæ in gratuitis consistebat, licet imaginem non penitùs amiserit, quæ in naturalibus attenditur. Propter hoc in præcedenti Psalmo arguit homines de hoc, quòd similitudinem Dei deponentes, superinduunt similitudinem dæmonum, & vitiorum dicens. Vsquequò iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Vir ergo iustus multos videns facies peccatorum sumentes, bene potest dicere: Deus, quis similis erit tibi, quasi dicat, citò veniet tempus, quo non inuenietur aliquis, qui non assumpserit facies peccatorum. *Ioël.* 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam. 2. *Paral.* 6. c. Dominus Deus Israël, non est similis tui, Deus in cœlo & in terra, i. nullus est in Ecclesia etiã Prælatus similis tibi. Michaël interpretatur, quis vt Deus, cuius officium est coërcere illos, qui Diuinitatem sibi vsurpant, i. dignitatem Ecclesiasticam, sicut Lucifer. *Isaia* 14. d. Ascendam in cœlum, & ero similis Altissimo. Michaël est Præpositus Paradisi: ideò significat Prælatum Ecclesiæ: cuius officium est coërcere ambitiosos. *Apoc.* 12. b. Factum est prælium magnum in cœlo, Michael, & Angeli eius prælìabantur cum Dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque inuentus est locus eorum amplius in cœlo. Sed quia Prælati omnes illud officium non exercent, sed potiùs è contrario iuuant ambitiosos, & promouent. Ideò dicit Propheta, Deus quis similis erit tibi? *Exod.* 15. b. Quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? *Mich.* 7 d. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? *Ierem.* 10. a. Non est similis tui Domine, magnus tu, & magnum nomen tuum in fortitudine: quis non timebit te, ô Rex gentium? Talis deberet esse Prælatus, vt solo nomine timeretur. Sed dicitur *Iob* 36. c. Nullus est similis in Legislatoribus: Vt autem illi, qui sunt adhuc tibi similes, similitudinem sciant, & velint seruare, vt illi qui iam eam amiserunt, reformari curent.

c Ne taceas] quin eos doceas exteriùs per prædicationem, & interiùs per inspirationem.

d Neque compescaris Deus,] quin eos flagelles amore paterno. De primo *Psalm.* 27. Ne sileas à me. Et alibi *Psalm* 142. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. De secundo. *Hebr.* 12. b. Flagellat omnem nem filium, quem recipit. Propter hoc petebat *Iob* 6. b. Vt non compesceretur Deus à flagello, dicens. Soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Et subtiliter tangit hic duos modos faciendi, & reformandi in homine similitudinem Dei. Quædam enim imagines, & similiter vasa fiunt fusilia, quædam ductilia. Quantùm ad primum dicit. [Ne taceas.] Verbum enim Dei prædicatum, & inspiratum ignis est, & calefacit animam, vt fundatur, & similitudinem Dei recipiat. Vndè Sponsa dicit. *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quãtùm ad secundum dicit. [Neque compescaris,] quin scilicet, multis tunsionibus tribulationum reducas animam ad debitam formam, scilicet, ad similitudinem tuam. Et hoc necesse est.

e Quoniam ecce] in aperto est.

f Inimici tui,] i. amatores mundi.

g Sonuerunt] monentes alios, vt facies peccatorum sumant, & conformentur Mundo, contra doctrinam Apostoli. *Rom.* 12. a. Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. *Isa.* 17. d. Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum.

h Et qui oderunt te,] scilicet, superbi.

i Extulerunt caput.] *Psalm.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Hoc est efferre caput, i. crescere. Extollunt etiam caput, i. mentem per elationem. Et caput, ad litteram, quia incedunt erecti ceruicibus, *Iob* 15. c. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. *Isa.* 3. c. Eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento. Nec tantùm sonuerunt, vt eos attraherent vt Sirenæ. Sed, &:

* Dixerunt venite, &c.

Aliter. Vel de ipsis dæmonibus potest dici.

e Quoniam ecce inimici tui dæmones.

g Sonuerunt] in cordibus hominum suggerendo.

h Et ipsi, qui oderunt te, &c.] Caput est initium suggestionis, quam tunc extollunt & eleuant, cum eam ad delectationem & consensum perducunt. Sed mulier bona, i. sancta anima, debet hoc caput conterere, ne extollatur ita. *Genes.* 3. c. Ipsa conteret caput tuum. Et vt faciliùs possint totum populum seducere, primò nituntur Clericos, & Sacerdotes corrumpere. Vndè bene sequitur.

k Super populum tuum, & cætera.] Consilium populi, quod etiam est super populum, sunt Clerici, & Sacerdotes. Hoc consilium quondam fuit bonum, sed modò ipsum dæmones malignauerunt, quia multi ex eis sunt praui consiliarij. *Isaia* 19. b. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Nunc oportet facere illud, quod quasi ironicè dicitur. *Ecclesiastic. trigesimo septimo* b. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum Iniusto de iustitia. Nec tantum [malignauerunt consilium,] scilicet, Sacerdotes, & per eos populum seduxerunt, sed:

m Et cogitauerunt aduersus Sanctos tuos,] id est, aduersus Religiosos, qui sunt Sancti Dei, sine terra temporalium diuitiarum, aut curarum. Non enim sufficit

tio. Vnde dicit. *a* Dixerunt, venite] vnus alij. *Prou.* 1. b. Fili ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis ſi dixerint veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem, fili mi ne ambales cum eis. Octauum eſt crudelitas quæ conſiſtit in duobus, in afflictione corporis, & in minutione famæ. De primo dicit. *b* Et diſperdamus eos, &c.] i. interficiamus eos vt non ſint inter gentes. De ſecundo addit.

c Et non memoretur, &c.] i. pereat nomen & fama populi Chriſtiani videntis Deum per fidem.

al. † amplius.

ctos tuos. *a* Dixerunt venite & *b* diſperdamus eos de gente: *c* & nō memoretur nomē Iſraël † vltra. *d* Quoniā cogitauerūt vnanimiter, ſimul *e* aduerſus te *f* teſtamentum diſpoſuerunt *g* tabernacula Idumæorum & Iſmaelitæ. *h* Moab & *i* Agareni, *k* Gebal & *l* Ammon, & *m* Amalech, *n* alienigenæ cum *o* habi-

Nonum peccatum eorum, eſt concordia in malo. Vnde dicit.

d Quoniam cogitauerunt vnanimiter] i. concorditer. Decimum eſt conſpiratio. Vnde dicit. *d* Simul aduerſus te, &c.] Quod ſic continuatur præmiſſis, Vtique dixerunt diſperdamus. Et hoc dixerunt: Quoniam cogitauerunt, quia ex abundantia cordis os loquitur. *Matth.* 12. c. Cogitauerunt dico vnanimiter. Nec tantum dixerunt & cogitauerunt, ſed & ſimul conſpirantes.

e Aduerſus te,] id eſt, aduerſus membra tua.

f Teſtamentum diſpoſuerunt, id eſt, pactum fecerunt. Teſtamentum enim non ſolum dicitur ſcriptum quod perficitur in morte teſtatoris, ſed & quodlibet pactum, vt hic. Et qui ſint qui hoc facient, determinat, dicens. *g* Tabernacula Idumæorum, & Iſmaëlitæ, Moab, & Agareni, &c.] Per hæc nomina inimicos Chriſti figurat, qui ſic contra eum maximè tempore Antichriſti pugnabunt, ſicut iſti contra Iſraël pugnauerunt. Quæ nomina infrà in expoſitione morali exponemus.

Moral. *a* Dixerunt venite, &c.] Planum eſt, quod ita faciunt mali contra bonos. *Exod.* 1. b. Dixit Rex Ægypti ad populum ſuum. Ecce populus filiorum Iſraël, multus & fortior nobis eſt, venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris. Sic fit multotiens in Capitulis, quia cauent ſibi mali, ne creſcat numerus, & fama bonorum Canonicorum, ne fortè in lectionibus, vel collationibus beneficiorum, vel in aliis eis reſiſtant. *Ierem.* 11. d. Cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra, & nomen eius non memoretur amplius. Mittunt lignum in panem iuſti, qui bonum opus eius, vel verbum malè interpretantes aliis inſibile reddunt, & non laudabile.

Aliter. ⊖ diabolo, niſi etiam cum ſæcularibus, Religioſos trahat ad peccatum, & ad tormentum. *Iob* 40. c. Abſorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Per fluuium intelliguntur ſæculares, qui fluxum temporalium amplectuntur. Per Iordanem, qui interpretatur riuus iudicij, vel deſcenſio eorum, ſignificatur Religio, in qua iudicium currit in Capitulo, & inobedientia eſt deſcenſio. Eſt enim multum deſcendere, voluntatem ſuam penitùs alterius voluntati ſubmittere. *a* Dixerunt] dæmones adinuicem.

b Venite, & diſperdamus, &c.] i. de congregatione, vel ad minùs de concordia, & vnanimi voluntate. Per hoc enim quod dicit, gente, ſingulariter ſignificat communitatem, quæ eſt in religione, tam in rebus, quàm in voluntatibus. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, & erant illis omnia communia. De congregatione autem diſperdit, & diſpergit eos diabolus, quando facit eos ad ſæculum reuerti. Item quando propter cupiditatem temporalium facit eos per mundum diſcurrere, litigare, & mercari. *Exod.* 5. b. Diſperſus eſt populus Iſraël, i. collectio Religionis, per omnem terram Ægypti, ad colligendas paleas. Ita diſperdunt eos de gente in gentem, i. in diuerſitatem gentium ſæcularium, qui non dicuntur gens, ſed gentes, quia ſeparati ſunt inuicem, & rebus, & voluntatibus. *Pſalm.* 105. Et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Ex hoc enim incurrit Religio magnum ſcandalum, & infamiam. Vndè etiam hic addit.

c Et non memoremur, &c.] Iam enim non dicuntur contemplatiui, ſed mercatores, & litigioſi. Item, de gente, i. de vnanimitate voluntatum diſperduntur per inobedientiam. Omniū enim voluntates vniuntur in voluntate Prælati. Ex in obedientia autem naſcuntur murmura, chiſmata, odia, & multa alia mala, quæ auferunt à cordibus eorum affectum, & deſiderium Dei, & intellectum obnubilant, ita quòd contemplari non poſſint, nec inter eos nominetur nomen Iſraël vltra, i. videntis Deum per contemplationem. Propter hoc monet Apoſtolus *Heb.* 12. d. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo Deum videbit, contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei.

d Quoniam cogitauerunt,] quaſi dicat, ideò etiam ne taceas, neque compeſcaris: quoniam cogitauerunt, tam homines mali, quàm dæmones vnanimiter, non tantum aduerſùs Sanctos tuos, ſed ſimul.

e Aduerſùs te teſtamentum, &c.] i. pactum fecerunt, vt de Templo tuo eiiciant, i. de ſanctis viris, in quibus habitas. *Pſalm.* 21. Tu autem in ſancto habitas laus Iſraël. Cuiuſmodi autem ſint iſti peccatores, qui modò perſequuntur, & maximè tempore Antichriſti perſequentur Sanctos, & Deum in eis, figuraliter exprimit per nomina gentium quæ ſubiungit, dicens.

g Tabernacula Idumæorum, &c.] Idumæi interpretantur terreni, & ſignificant terrena amantes, ſcilicet, cupidos & auaros. Et optimè dixit: Tabernacula Idumæorum, vt notet mobilitatem terrenorum, quæ diu ſtare, & poſſideri non poſſunt. *Iob* 20. c. Cùm habuerit quod cupierat, poſſidere non poterit. Iſmaëlitæ interpretantur obedientes ſibi, & ſignificant guloſos, qui ſibi, i. ventri ſuo obediunt, & ſeruiunt. *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter eſt. *Rom. vlt.* c. Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. *h* Moab] quod interpretatur ex patre, vel aqua paterna, quem filia Loth contra legem ex patre concepit, ſignificat luxurioſos, qui ex vitio paterno corruptionem carnis habentes, illicitè commiſcentur. *i* Agareni] interpretantur aduenæ, & Agar aduena, & ſignificant ſuperbiam quæ aduena eſt. Non enim in nobis ex aliquo quod ſit à nobis, ortum habet. *Eccl.* 10. b. Quid ſuperbis terra, & cinis. 1. *Corinth.* 4. b. Quid habes quod non accepiſti? Quid gloriaris, quaſi non acceperis? Item aduena eſt ſuperbia, de aliena terra venit in principio, ſcil. de cœlo, vbi primò Angelus ſuperbiuit. Adduxit autem quaſi aduena in terram noſtram, quando ea primo parenti noſtro ſuggeſſit. Vndè dicit *Gregor.* Superbia natione cœleſtis, cœleſtium mentes inhabitat. Interpretantur etiam, Agareni, feſta ſuſcitantes, & ſignificantur per hoc pigri qui nihil volunt operari. Agareni, ſunt multi magiſtri, quia libenter feſta ſuſcitant. *Iſa.* 1. d. Solemnitates veſtras odiuit anima mea. Quare. 1. *Cor.* 11. d. Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare, in ſcholis, ſcilicet. *k* Gebal] interpretatur vallis vana, & ſignificat hypochriſim, quæ vanè, non verè humiliat hominem. *Eccl.* 19. d. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. *l* Ammon] interpretatur populus turbidus, & ſignificat iracundos. *Poëta.*

Impedit ira animum, &c.

m Amalech] interpretatur lingens ſanguinem, & ſignificat detractionem, quæ in alieno ſanguine, i. in peccato delectatur. Adulator etiam lingit ſanguinem, i. in peccato delectatur, & ſicut canis lingens blanditur. Et hæc duo ſimul fiunt in domibus Regum & magnatum, quia ibi abſentibus detrahitur, & præſentibus adulatur, Quod ſignificatum eſt. 3. *Reg.* 21. e. Vbi dicitur ad Achab: Hæc dicit Dominus, in loco iſto in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. Per Naboth iuſtum ſignificantur viri iuſti, quorum ſanguis lingitur per detractionem in domibus diuitum, & in eodem loco lambitur per adulationem ſanguis ipſorum diuitum, imò etiam per detractionem. *n* Alienigenæ] ſiue Philiſthiim ſecundum aliam litteram, ſignificant eos, qui ſemper ſtudent nocere aliis. Philiſthiim enim interpretatur ruina duplex. Et eſt in his duplex ruina, quia ipſi primò ruunt; & primò ſibi nocent, deinde aliis. Iſti etiam benè dicuntur alienigenæ, i. filij diaboli, qui ſemper quærit nocere aliis. 1. *Petr.* 5. b. Diabolus circumit quærens quem deuoret. *Ioan.* 8. e. Quaſi alienigenis loquitur Iudæis. Quare loquelam meam non cognoſcitis? Et cauſam reddit, cùm ſubiungit: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida fuit ab initio. *o* Cum habitantibus Tyrum,] i. cum inuidis. Tyrus enim interpretatur anguſtia, vel tribulatio, & ſignificat inuidiam quæ anguſtat, & anguſtiat, & tribulat cor inuidi. Vndè *Poëta Horat.* *Horat. lib.* 1. *Epiſtolarum.*

Inuidus alterius marceſcit rebus opimis.

Et idem.

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni

Maius tormentum.

⊖ Inuidia quidem

⊕ Inuidia quidem est amaritudo maxima. *Ezec.* 27.g. Quæ est Tyrus, quæ obmetuit in medio maris? Et in *eodem* f. Ventus Auster contriuit te, i. prosperitas alterius. Isti ergo sunt de exercitu diaboli, & erunt in diebus Antichristi. Et hæc inter multa alia possunt inueniri. 2. *Tim.* 3.a. Hoc autem scitò, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectionne, sine pace, &c. Iste autem exercitus nihil operatur sine Principe suo. Vndè addit.

al. † simul. al. † susceptionem.

tantibus Tyrum. *a* Etenim Assur † *b* venit cum illis, *c* facti sunt in † adiutorium filiis Loth. *d* Fac illis sicut Madian & Sisaræ, *e* sicut Iabin in *f* torrente Cison. *g* Disperierunt in Endor, *h* facti sunt vt stercus terræ. *i* Pone Principes eorum *k* sicut Oreb

a Etenim Assur, i. diabolus.

b Venit cum illis.] Assur enim ad litteram vocatur Nabuchodonosor Rex Assyriorum, qui populum Dei captiuauit, & interpretatur deprimens, vel elatus, quod benè competit diabolo. Ipse autem diabolus non solus operatus est, sed ipsi pro posse suo adiuuerunt eum in malum. Vndè sequitur.

c Facti sunt in adiutorium filiis Loth,] i. dæmonibus. Loth enim interpretatur declinans, & ipsi declinauerunt à Deo cum Principe tenebrarum, & hoc semper intendunt, vt hominem faciant à via veritatis declinare. His ergo facti sunt in adiutorium illi mali, quos prænumerauimus, quia sicut boni sunt coadiutores Dei, ita mali sunt coadiutores diaboli. Nam sicut Deus non vult hominem cogere ad bonum, nisi ille ad illud se applicet per arbitrij libertatem, ita diabolus non potest hominem cogere ad malum, nisi homo ad hoc applicet voluntatem, quia vt dicit *August.* Omne peccatum adeò est voluntarium, quòd si non est voluntarium, non est peccatum. Propter hoc dicit *Ierom.* Debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volentem.

Secunda pars.

d Fac illis.] Secunda pars, vbi agit de vindicta iniquorum, de quorum culpa egit in prima. Et est secundum *August.* prædictio, secundum Cassiod. optatio, qui sicait: Optat vindicari correctionis affectu, non maledictionis instinctu. Ad litteram ergo vult dicere: Fac illis sicut Madian & Sisaræ,] i. ita eueniat istis malis, scilicet, complicibus Antichristi, sicut euenit Madian & Sisaræ, quos filij Israël deuicerunt & afflixerunt. De Madian habetur *Iudic.* 7. e. Quod Gedeon nocte deuicit Madianitas. De Sisara habetur *Iudic.* 7. d. Quòd Israël vxor Aber Cinei interfecit eum cum clauo tabernaculi, quem defixit in cerebrum eius per tempora.

e Sicut Labin,] i. exercitui Regis Iabin, cui seruiebat Sisara Princeps exercitus illius.

f In torrente Cison.] Ad litteram enim iuxta illum torrentem congressi sunt & victi sunt, qui erant cum Sisara.

g Disperierunt in Endor.] Endor fons est, vnde creditur dicta Endor ciuitas, cuius habitatores cum villis suis fuerunt hæreditas Manasse. Ibi multi eorum disperierunt & computrescentes.

h Facti sunt vt stercus terræ.] Hæc de minoribus dicta sunt. De maioribus autem subdit.

i Pone Principes eorum,] scilicet, Antichristianorum.

k Sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.] Isti quatuor fuerunt Principes Madianitarum, quos vt prædictum est, deuicit Gedeon. Et cùm isti fugerent, occurrentes eis filij Ephraim interfecerunt Oreb & Zeb, & eorum capita attulerunt Gedeoni, vt dicitur *Iudic.* 7. g. Ipse verò Gedeon persequens.

A Zebee & Salmana

Moral.

Iudicantes seipsos in præsenti, in futuro non iudicabuntur.

d Fac illis, &c.] Moraliter de omnibus peccatoribus dicit: Fac illis sicut Madian & Sisaræ, i. sicut exigunt peccata, quæ per istos significantur. Madian interpretatur declinans iudicium, & significat peccatores, qui declinant præsens iudicium confessionis; quia nolunt confiteri peccata, nec seipsos iudicare. Declinant autem futurum iudicium, quia illud præcogitare non volunt, aut timore. De primo dicitur in *Psalm.* 36. Dominus amat iudicium. Et alibi. *Psalm.* 118. Feci iudicium & iustitiam. De secundo. *Iob* 19. d. Scitote esse iudicium *Ecclesiastic. vlt.* d. Cuncta, quæ fiunt, adducet Dñs in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. Qui enim modò declinant ista duo iudicia, tunc non poterunt ea declinare, quia & tunc iudicabunt seipsos accusante conscientia, & Dominus iudicabit eos horribili sententia. Si autem modò non declinet homo ista iudicia, tum poterit ea declinare. Propter hoc dicit *Apostolus primo Corinthiorum vndecimo* g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Et illud districtum iudicium non declinabat beatus *Ieronymus*, qui dicebat. Siue comedam, siue bibam, siue aliud quid faciam, semper videtur auribus meis insonare vox illa: Surgite mortui, venite ad iudicium.

Per Madian ergo bene intelliguntur, qui sine timore Dei sunt. Per Sisaram qui interpretatur exclusio gaudij, illi, qui sine spe cœlestis gaudij sunt. Et vtrumque est in diuitibus huius sæculi, quia non est timor Dei ante oculos eorum, & quia hic habent consolationem suam, nihil eis curæ est de gaudio æterno. Vndè *Luc.* 6. d. Væ Vobis diuitibus qui hîc habetis consolationem vestram. *Psalm.* 13.

De malis Aduocatis.

Item per Madian, qui non tantùm interpretatur declinans iudicium, sed & contradictio, vel iniquitas, benè intelligi possunt Aduocati, qui pleni contradictione & iniquitate declinant iudicium prolongando lites, & si quandoque non possunt omnino declinare iudicium, tamen peruertunt illud allegationibus & cauillationibus suis. *Abach. primo* a. Lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersùs iustum, propterea egredietur iudicium peruersum.

Per Sisaram, qui interpretatur tollens recedentem, intelliguntur ipsi mali iudices, qui iustos recedentes à malo tollunt & prædantur, secundùm quod de ipsis dicit Dominus. *Isaia* 59. c. Facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo, prædæ patuit, & vidit Dominus & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Hi acquiescunt iniquorum Aduocatorum consilio, sicut Pilatus, cui exclamans turba Iudæorum dixit. Tolle hunc, scilicet, Christum & dimitte nobis Barrabam. Est ergo sensus. Fac illis sicut Madian & Sisaræ, i. sicut meruerunt, damna eos.

e Et [sicut Iabin in torrente Cison.] Iabin interpretatur sapiens siue sapientia. Cison interpretatur lætificans eos. Per Iabin ergo intelliguntur sapientes huius mundi, qui stulti sunt apud Deum, qui congregantur in torrente Cison. Torrens Cison est abundantia temporalium, quæ ad modum torrentis in præsenti quasi in hyeme abundant, sed in futuro quasi in æstate, quando necessarium esset aliquid habere, penitùs siccabuntur, & deficient, sicut patet in diuite illo Epulone, qui multum abundabat aquis diuitiarum & voluptatum in hyeme præsentis vitæ, sed post mortem ita exsiccata sunt ei omnia, quòd ardens in Inferno guttam aquæ petiit, quam habere non potuit. *Luc.* 16. f. Tamen stultis, i. sapientes huius mundi, multum gaudent in hoc torrente. Vndè benè vocatur torrens Cison, i. lætificans eos. Sed gaudium eorum vertetur in tristitiam. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hîc consolationem vestram, væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. [Fac] ergo eis Domine, [sicut Iabin in torrente Cison,] i. sicut debes facere sapientibus huius mundi, quorum perdes sapientiam, & sicut debes facere eis, qui in his transitoriis rebus lætantur. *Luc.* 23. c.

g Disperierunt in Endor.] Endor interpretatur fons generationis, & significat luxuriam, in qua pereunt maximè diuites & abundantes in sæculo, quia prodiit ex adipe iniquitas eorum. Vndè *Ieremia quinto* b. Saturaui eos. Et quid sequitur? Et mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. *Psalm.* 72.

Et dicit: [Disperierunt,] quia est duplex periculum, siue periclitatio, scilicet, animæ & famæ. Vnde etiam addit.

h Facti sunt vt stercus terræ,] id est, viles & fœtentes coram Deo & hominibus. *Ecclesiastic. nono* b. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. *Ioël. primo* d. Computruerunt iumenta in stercore suo, id est, luxuriosi. *Isaia quinto* f. Facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. *Iudic. primo* f. Dicitur, quòd Manasses non deleuit habitatores Endor, siue Dor: id est, Prælatus obliuiosus non delet luxuriosos. Sed propter luxuriam subditorum, præcepit Dominus Moysi. *Numer. vigesimo quinto* a. Tolle cunctos Principes & suspende eos contra Solem in patibulis. Hic etiam maledicit statim Principibus, cum subiungit.

i Pone Principes eorum sicut Oreb, &c.] In præsenti enim sunt sicut Oreb & Zeb per culpam, & in futuro erunt sicut Zebee & Salmana per pœnam. Oreb. n. interpretatur cor-

A Zebee & Salmana comprehendit eos,& interfecit eos. *Iudic.*8.e.Sicut ergo iſti victi & occiſi ſunt.Ita[pone] Domine.

a Omnes Principes eorum.] Antichriſtianorum.

b Qui dixerunt, hæreditate poſſideamus,] i. ſubiiciamus nobis.*c* Sanctuarium Dei,] i. Eccleſiam. Ita ſcilicet, [pone] eos, vt vincantur

& Zeb & Zebee & Salmana. *a* Omnes Principes eorum, *b*

in præſenti fide & Sapientia ſanctorum, & tandem in futuro crucientur & moriantur in gehenna. Hoc eſt, quod ſubiungit,

A *a* Deus meus

Moral. * nus. Interpretatur etiam menſa, & ſignificat loquacitatem, & comeſſationes, quibus neglecta cura populi, intendunt Principes multi tam ſæculares,quàm Eccleſiaſtici. De quibus loquens. *Iſaia* 56.d. Dicit. Canes impudentiſſimi neſcientes ſaturitatem. Canes enim deberent eſſe, vt mederentur vulneribus ſubditorum, ſed impudentiſſimi facti ſunt in loquacitate & ſcurrilitate verborum, neſcientes ſaturitatem in comeſſatione. Zeb interpretatur lupus, vel rapax, vel deuorans aut deuorator, quòd Principibus noſtris benè competit, qui ſunt lupi rapaces & deuorant bona ſubditorum, vel ipſos ſubditos.*Soph.*3. a. Iudices eius lupi veſpere non relinquebant in mane. *Ezech.*22. f. Principes eius quaſi lupi rapientes prædam. Sunt autem multæ proprietates lupi, quare per lupum ſignificatur malus Princeps, vel malus Prælatus, quæ notantur his verſibus.

Proprietates lupi conuenientes malis Principibus & Prælatis.

Verſus.

Prædo, famis patiens, terram vorat, epate ſciſſo.
Rancificans, vlulans, eſt pede, dente nocens.
Tela cauet, caſtus, nemus eſt caſa, tergore duro.
Annoſus, caudæ villus amoris ineſt.
Dens de maxilla, retro debilis, ex oculis lux.
Emicat, haud collum flectit, odore caret.

Malus ergo Princeps, vel Prælatus, eſt prædo, vt priùs oſtenſum eſt. Et *Gen.* 49. d. Dicitur. Beniamin lupus rapax, i. Clericus.

Pſalm. 106. Item famis patiens verbi Dei, qui vt in *Pſalmo.* Dicitur. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. *Iſaia* 5. d.Nobiles eius interierunt fame. Terram vorat. *Iſaia* 65. d. Serpenti puluis panis eius. *Mich.* 7.d. Lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur de ædibus ſuis.

Epate ſciſſo, quia quot annos habet lupus, tot habet in epate ſciſſuras. Epar deſiderium ſignificat. Et quantò plus viuunt in poteſtate Principes, tantò ad plura diuiditur deſiderium eorum. *Prou.* 21.d. Deſideria occidunt pigrum. Et poſt. Tota die concupiſcit & deſiderat.

Raucificans aſpectu ſuo hominem, vt non poſſit loqui niſi aſperè. Sic omnes, qui aſſiſtunt Principibus & Prælatis, durè & aſperè loquuntur aliis, licet Domino ſuo blandè & adulando loquantur. *Prou.*29.b. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. *Pſalm.* 13. & 139. Venenum Aſpidum ſub labiis eorum.

Vlulans contra cœlum, grandia loquendo contra Deum. *Iſaia* 13. d. Reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius. Sed adhuc aliter vlulabunt, quando vt dicit *Soph.*1. c. Erit vlulatus à ſecunda porta, i. à morte. *Iacob.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes miſeriis veſtris,quæ aduenient vobis.

Nocet pede, i. affectu. *Matth.*7.c. Intrinſecùs ſunt lupi rapaces. Et dente,] i. verbo. *Iob* 41. a. Per gyrum dentium eius formido.

Tela cauet, i. reprehenſiones. Omnes enim illum habent morbum diuitum, qui vocatur: noli me tangere. *Iob* 41. c. Non fugabit eum vir ſagittarius.

Caſtus, i. ſterilis diu, & ſine filiis bonorum operum & bonorum imitatorum. *Eccleſ.* 22. a. Omnes loquuntur ſuper aſpernationem ipſius.

Nemus eſt caſa, i. inter ſteriles & infructuoſos habitat *Iob* 40. c. Circundant eum ſalices torrentis.

Tergore duro *Iob* 41. a. Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia. Non enim poſſunt homines huiuſmodi penetrari ſagitta verbi Dei, vel pluuia gratiæ Dei. Vndè ibi addit. Et nec ſpiraculum quidem incedit per eas, ſcilicet, per ſquamas dorſi.

Annoſus in malitia. *Eccleſiaſtic. vigeſimo quinto* a. Tres ſpecies odiuit anima mea, pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. *Dan.* 13. f. Dixit Daniel illi nequam iudici. Inueterate dierum malorum, &c.

Caudæ villus amoris ineſt. Quæ eſt cauda dicit *Iſa.* 9. c. Propheta loquens mendacium ipſe eſt cauda. Multos tales Propthetas habent Principes & Prælati, qui loquuntur eis placentia & mendacia detrahendo & adulando. Hic caudæ ineſt villus diuitiarum, qui eſt amoris, quia nimis diligunt eas. *Eccleſiaſt.*5.b. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

qui dixerunt, hæreditate poſſideamus *c* ſanctuarium Dei.

Dens de maxilla: quoniam habet non dentes infixos,ſed de eodem oſſe, vnde non cadit ei dens. Dentes, per quos incidunt Prælati & molunt ſubditos, ſunt familia mala, qui ſunt de eodem oſſe, i. conſanguinei ipſorum Prælatorum. Vndè poteſt de eis dici. Hoc nunc os ex oſſibus meis. Et ideo non cadunt, quia tantùm inhærent Prælatis per carnalem affectionem, quod quantumcunque ſint mali, non expelluntur ab eis. *Geneſ.*2.d.

Retrò debilis, quia finis eius infirmus. *Iob* 14.b. Cùm nudatus fuerit atque conſumptus, vbi quæſo eſt?

Ex oculis lux emicat, quia toruè reſpiciunt. *Iob* 15. b. Hoſtis meus terribilibus oculis intuitus eſt me. *Eſther.* 15. c. De Aſſuero dicitur: Cùm eleuaſſet faciem & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, corruit Regina, & cætera.

Haud, i. non, collum flectit per miſericordiam & compaſſionem. *Ier.*6.c. Crudelis eſt, & non miſerebitur.

Odore caret, illo ſcilicet, de quo dicit *Apoſtolus* 2. *Corinth.* 2. d. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his, qui ſalui fiunt. *Exod. quinto.* Dicuntur ſubditi Prælatis, Moyſi, ſcilicet, & Aaron. Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone. In futuro autem erunt Zebee & Salmana. Zebee interpretatur victima, vel rapina, vel deuoratio. Et ipſos tandem victimabit mors, rapiet diabolus, deuorabit Infernus. *Iſaia* 33.a. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis. Cùm conſummaueris deprædationem, deprædaberis Salmana interpretatur ſenſibilitas eius. Et ipſi, qui modò nihil laboris & doloris volunt ſentire, licet eis dicatur illud. *Phil.* 2. a. Hoc ſentite in vobis, quod & Chriſto Ieſu, ſcilicet, laborem, & dolorem, & humilitatem, & huiuſmodi, tunc ſentient pœnam intolerabilem. *Iudith vlt.* c. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant in ſempiternum. Et de quibus obſcurè locutus fuit, aperit manifeſtiùs, cùm ſubiungit.

a Omnes Principes eorum, qui dixerunt, &c.] quaſi dicat, ita vt dixi.] Pone omnes Principes,] i. omnes primum locum capientes.

b Qui] cupiditate & ambitione accenſi [dixerunt, hæreditate poſſideamus Sanctuarium Dei,] i. præbendas & dignitates Eccleſiaſticas. Huius maledictionis participes ſunt & ſæculares & Eccleſiaſtici Principes,quia ſæculares, vel minis, vel precibus obtinent ſuis conſanguineis ſanctuaria Dei, i. beneficia, vel præbendas. Quod ſignificatum eſt *Gen.* 34. a. Vbi dicitur, quòd Sichem filius Emor Euei Princeps terræ illius adamauit & rapuit filiam Iacob, & conglutinata eſt anima eius cum illa, ſcilicet,cum præbenda per ardorem cupiditatis. Et ſequitur ibi, quod Sichem pater eius locutus eſt cum Iacob,& cum filiis ſuis dicens: Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ, date eam illi vxorem, &c. Sic ad litteram loquuntur Principes Epiſcopo & canonicis, vt dent filio, vel nepoti ſuo præbendam, quam ipſe adamauit in Eccleſia eorum.Item filij militum, qui habent iuſpatronatus, quaſi hæreditariè poſſident ſanctuarium Dei. *Iudith.* 17. b. Dicitur de Micha, quòd impleuit vnius filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei Sacerdos. Sic milites implent manus filiorum ſuorum dando eis Eccleſias. Principes verò Eccleſiaſtici ſine difficultate & ſine cõtradictione poſſident hæreditariè Sanctuarium Dei, ipſi & poſteritas eorum, quia conferunt præbendas & dignitates nepotulis ſuis & conſanguineis. Et ita implent Eccleſiam ſanguine ſuo, quòd poſt mortem eorum quaſi neceſſe eſt, vt aliquis de ſanguine ſuo ſubſtituatur, qui iterum ſanguinem introducit. *Mich. tertio* c. Audite Principes domus Iacob, & iudices domus Iſraël, qui abominatis iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate. Taceo de Romanis, qui etiam hæreditate poſſident Sanctuarium Dei. Non enim videmus fieri aliquem Papam niſi de Romanis. Poſtquam etiam aliquis Romanus habet præbendam in aliqua Eccleſia, quando moritur, datur alij Romano, & ſic aufertur Epiſcopis poteſtas conferendi præbendas. Per hæc omnia deſtruitur Eccleſia. Vndè *Thr.*1.d. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum,de quibus præceperat,ne intrarent Eccleſiam ſuam.

* De omnibus iſtis

a Deus meus pone illos vt rotam,] ſcilicet, in eo quod cogitant opprimere & peruertere Sanctos a fide, non ſint ſtabiles, ſed licet ad horam eos conculcent: tamen vol- uantur & tranſeant.

b Et] in fine pone eos, [ſicut ſtipulam ante faciem ven- ti,] vt ſcilicet, non poſſint reſiſtere tuæ vindictæ, ſicut ſtipula non poteſt reſiſtere vento. Et ita erit. Quia. *c* Sicut ignis, qui comburit ſiluam, & ſicut flamma comburens mõtes. *d* Ita perſe-

al. † eos.

a Deus meus, pone † illo vt rotam, *b* & ſicut ſtipulam ante faciem venti. *c* Sicut ignis, qui cõburit ſiluam, & ſicut flamma cõburens montes. *d* Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, *e* & in ira tua turbabis eos. *f* Imple facies eorum ignominia, *g* & quærent

queris illos in tẽpeſtate tua,] i. in die Iudicij, quando ipſos ſiluestres & ſteriles & eleuatos ſuperbiâ incendio trades æterno. *e* Et in ira tua, & cætera] qui priùs turbauerunt ſeruos tuos. * De omnibus iſtis ſequitur.

Moral. *Per rotam varietas & æternitas pœnarum ſignificatur.*

a Deus meus, pone, &c.] In rota, quæ dum ex vna parte eleuatur, cadit ex alia, & quæ circularis eſt, nec finem habet, ſignificatur varietas & æternitas pœnarum. De varietate. *Iob* 24. c. Ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium. De perpetuitate. *Iſaiæ vlt.* g. Vermis eorum non morietur & ignis non extinguetur. Sic ponentur in Inferno vt rota 1. *Reg.* 25. e. Anima inimicorum tuorum rotabitur in impetu & in circulo fundæ.

b Et ſicut ſtipulam ante faciem venti.] Hic notatur in malis impotentia reſiſtendi pœnis. *Eccl.* 22. c. Sicut paleæ in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita ante faciem venti non permanebunt. *Iſaiæ* 40. f. Repentè flauit, i. flabit in eos, aruerunt & turbo quaſi ſtipulam auferet eos.

c Sicut ignis, qui comburit ſiluam, &c.] Hic notatur acerbitas pœnæ per ignem & flammam. *Ierem.* 15. c. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit, i. amatores Mundi, quos hic appellat ſiluam & montes: amant enim Mundum propter diuitias & honores. Per ſiluam diuites, per montes ſuperbos intelligimus. In ſilua eſt copia arborum infructuoſarum, ſic in talibus copia diuitiarum, quæ infructuoſæ ſunt. *Eccl.* 5. b. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Montes autem eleuati ſunt ſuper colles, ſic & ſuperbi ſuper humiles ſe extollunt. *Pſalm.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. *Gloſſ.* i. Romanorum ad quos pertinet præcipuè quod hic dicitur. De ſilua & de montibus, & de igne comburente. *Iob* 15. d. Congregatio hypocritæ ſterilis, ecce ſilua, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Qui ſunt hi, benè norunt, qui frequenter Curias adierunt.

d Ita perſequeris illos, &c.] quando venies in tempeſtate. *Pſalm.* 49. Ignis in conſpectu eius exardeſcit & in circuitu eius tempeſtas valida. *Ierem.* 23. d. Ecce turbo Dominicæ indignationis, tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. [Perſequeris] ergo eos in tempeſtate tua] qui te perſecuti ſunt in tranquillitate tua. *Iob* 15. c. Cucurrit aduerſus Deum erecto collo. *Et* 12. b. Audacter prouocant Deum, cùm ipſe dederit omnia in manus eorum. *Pſalm.* 17. Perſequar inimicos & comprehendam illos, &c. *e* Et in ira tua, &c.] *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Perſecutio erit exteriùs, turbatio interiùs. Quia verò dum viuit homo in præſenti vita, non eſt deſperandum de eo: ideò poſtquam de culpa & pœna malorum egit, conuertit ſe Propheta ad orandum pro impiis, vt conuertantur, & quia in proſperitate videt eos aduerſos eſſe à Deo, vt per aliam viam reuertantur ad ipſum, petit eis aduerſitatem, dicens.

f Imple facies eorum ignominia,] i. exteriori vilificatione vt ſic humilientur. *Iſa.* 23. b. Dominus cogitauit hoc, vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret inclytos terræ. *Num.* 12. d. Dicitur de Maria. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur. Et populus non eſt motus de loco illo, donec reuocata eſt. Sic ad litteram debent quandoque aliqui peccatores ſeparari per excommunicationẽ & interdictum, vt reuocentur à peccatis ſuis. *Mich.* 4. c. Nunc egredieris de ciuitate & habitabis in regione, & venies vſque ad Babylonem, i. ad confuſionem, & ibi liberaberis, & ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Septem dies pœnitentiæ. Mariæ, ſunt ſeptem opera miſericordiæ ſcilicet:

Veſtio, poto, cibo, tego, viſito, colligo, condo.

Sputum, contemptus ſui in contritione, rubor, verecundia in confeſſione, populus nõ mouetur, quia orat pro peccatore. Dicit ergo benè Imple facies corũ ignominia.

g Et] tunc: quærent nomen tuum, Domine. *Prou.* 18. b. Turris fortiſſima nomen Domini, iuſtus currit ad ipſam & exaltabitur, *Iſa.* 26. c. Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *Ezech.* 7. g. Anguſtia ſuperueniente requirent pacem & non erit, ſupple, ita citò, conturbatio ſuper conturbationem veniet, ſcilicet, conturbatio interior contritionis ſuper conturbationem exteriorem tribulationis. Vnde ſubiungit.

nomen tuum, Domine. *h* Erubeſcant & *i* conturbentur in *k* ſæculum ſæculi, *l* & confundantur *m* & pereant. Et *n* cognoſcant quia *o* nomen tibi Dominus, *p* tu ſolus Altiſſimus in omni terra.

In finem pro torcularibus. Pſalmus filiis Chore.

h Erubeſcant & conturbentur, &c. Notandus eſt ordo. Primò enim eſt vilificatio, ſiue ignominia exteriùs, ex hac naſcitur erubeſcentia ſiue verecundia interiùs, ex hac timor, vel dolor, qui conturbat, deinde ſequitur confeſſio, in qua eiiciuntur peccata & pereunt. Dicit ergo: Erubeſcant, de peccatorum enormitate.

i Et conturbentur,] de Dei offenſione, & de amiſſione æternæ vitæ, & obligatione æternæ pœnæ. Quod notatur in hoc, quod addit.

k In ſæculum ſæculi,] i. pro eo quòd hæc meruerunt in æternum habenda.

l Et confundantur] in confeſſione. Hæc eſt confuſio adducens gratiam & gloriam.

m Et] ſic, pereant, vt iam non ſint peccatores, ſed iuſtificati. *Prou.* 12. a. Verte impios & non erunt: Item: *Eccleſ.* 4. e. Erubeſcant, &c. Quatuor verba ponuntur in hoc verſu contra quatuor genera hominum. Primum eſt, erubeſcant, contra effrontes. De quibus dicit. *Ieron.* Nihil adeo diſplicet ſicut ceruix erecta poſt peccatum. *Iere.* 3. b. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Secundum eſt, conturbentur, contra otioſos. *Sapient.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Modò quoque ſi viderent ſe & pœnam, quæ manet eos, timerent & horrerent. Sed cæci ſunt multi. *Matth.* 15. b. Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum. *Iſaiæ* 42. c. Quis cæcus, niſi ſeruus meus? Tertium eſt, confundantur, contra glorioſos, qui fugiunt omnem confuſionem, & ipſi inuenient omnem. *Oſee* 4. b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. *Iſa.* 44. b. Non vident, neque intelligunt vt confundantur. *Iſa.* 42. c. Confundantur confuſione, qui confidunt in ſculptili. Quartum eſt, pereant, contra delicioſos, qui tantùm diligunt & procurant ſalutem corporis. *Oſee* 14. a. Samaria, i. cuius cuſtodia corporis: quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum, in gladio pereat, i. in verbo Dei, vel comminatione iudicij. *Iſa.* 45. d. Neſcierunt, qui leuant ſignum ſculpturæ ſuæ, rogant Deum non ſaluantem. Sed omnibus his verbis non oppoſuit ſubiectum, nec dixit: qui ſunt illi, qui confundantur & pereant & conturbentur & erubeſcant. Sed *Ierem.* 6. c. Et 8. d. Dicit qui & quare, dices. A Propheta vſque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum, & ſanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam dicentes. Pax, pax, cùm non eſſet pax, confuſi, quia abominationem fecerunt, qui nunc confuſione non ſunt confuſi & erubeſcere neſciunt, idcircò cadent inter corruentes. *Iſa.* 45. confuſi ſunt & erubuerunt omnes ſimul, abierunt in confuſionem fabricatores errorum, i. hæretici, Aduocati, mali Prælati. Sequitur.

Quatuor verba contra genera hominum.

n Et cognoſcant,] per experientiam iuſtitiæ tuæ, qui nolunt ſcire per fidem. *Aliter.* *In bonis*

o Quia nomen tibi Dominus.] *Pſalm.* 9. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. *Exod.* 6. a. Nomen meum Adonai non indicaui eis, i. Dominum meum non oſtendi eis. Potiùs eſſet eis ſcire, quia nomen tibi Ieſus. *p* Tu ſolus, &c.] *Iſaiæ* 2. c. Exaltabitur Dominus ſolus in die illa. Vel in bono. *n* Et cognoſcant] Fide operante per dilectionem. *o* Quia nomen tibi Dominus,] quaſi dicat, monſtrent operibus, quoniam te Dominum confitentur, & tibi ſeruiant vt vero & ſoli Domino. *Luc.* 6. g. Quid vocatis me: Domine, Domine, & non facitis quæ dico? *Titum* 1. d. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Pharao non cognoſcebat, quoniam nomen eſſet Deo Dominus, quando dicebat. *Exod.* 5. a. Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius & dimittam *Iſa.* 42. b. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum. *p* Et cognoſcant, quia tu ſolus altiſſimus, &c.] *Pſalm.* 112. Excelſus ſuper omnes gentes Dñs. Et non tantùm in omni terra,] ſed & ſuper cœlos gloria eius. *Pſalm.* 9. Pſallam Nomini tuo, Altiſſime, quaſi dicat, ideo meritò ſeruiendum eſt tibi, & confitendum, quia Nomen tibi eſt Dñs, quia tu es altiſſimus.

EXPOSITIO PSAL. LXXXIII.

PSALM. LXXV.

a QVàm dilecta tabernacula tua, *b* Domine virtutum *c* concupiſcit *d* & deficit *e* anima mea in *f* atria Domini.

QVàm dilecta, &c.] Titulus. [*In finem pro torcularibus Pſalmus filiis Chore.*] In priori Pſalmo orauit accelerari Iudicium & ſecundum Chriſti aduentum. Hic autem deſiderat intrare in cœleſtes manſiones, quas laudat. Ad quas per multas tribulationes oportet intrare, ſicut & Chriſtum oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam. *Luc.* 24. d. Vndè is eſt ſenſus tituli. [Pſalmus] iſte dirigens eos [in finem,] i. in Chriſtum, proponitur [filiis Chore,] i. imitatoribus Chriſti in loco Caluariæ crucifixi, [pro torcularibus,] i. pro preſſionibus, ne in eis deficiant, ſed ipſi quaſi vinum per torcular ad cellarium per eas deſiderant intrare in æterna tabernacula. Intentio eſt incitare deſiderium ad æternorum amorem. Modus. Tres ſunt partitiones. In prima agit de inæſtimabili deſiderio æternæ patriæ, quod ſe habere oſtendit. In ſecunda exponit, quo auxilio perueniatur illuc, *ibi:* Beatus vir, cuius eſt auxilium.] In tertia orat petens ſibi illud auxilium, humilians ſe, vt impetret, à quo innocentes aſſerit non priuari: Domine Deus virtutum. Primò ergo deſiderium ſuum oſtendit, cum admiratione dicens.

al. † amabilia.

a Quàm dilecta tabernacula, &c.] Tabernacula iſta ſunt manſiones illæ cœleſtes, de quibus *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. In quibus velut vinum in cellario, reponuntur animæ Sanctorum de torculari & preſſione tribulationum venientes. *Apoc.* 7. d. Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione & lauerunt ſtolas ſuas & dealbauerunt eas in ſanguine Agni, ideò ſunt ante thronum Dei. Et hæc dicens inuitat nos ad conſiderationem iſtorum tabernaculorum. Quæ conſideratio generat quatuor in rectè conſiderantibus. Primum eſt dilectio. Vndè dicit: Quàm dilecta, &c. Secundum eſt deſiderium. Vndè dicit: Concupiſcit anima mea in atria Domini. Tertium eſt defectus à carnali ſapientia. Vndè dicit: Et deficit. Quartum eſt exultione. Vndè dicit: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Dicit ergo: Quàm dilecta, ſunt, tabernacula tua. De quibus *Luc.* 16. c. Facite amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Iſa.* 33. c. Reſpice Sion ſolemnitates ciuitatis noſtræ, oculi tui videbunt ciuitatem Ieruſalem opulentam, tabernaculum, quod nequaquàm transferri poterit.

b Domine virtutum,] i. Angelorum, quos nobis in auxilium mittis, q. d. valdè ſunt dilecta & diligenda. Et poſſumus aſſignare plures rationes, quare dilecta & eligenda ſunt, videlicet. Primò propter libertatem, quæ ibi eſt. *Galat.* 4. d. Illa, quæ ſurſum eſt, Ieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Iſta autem ſeruit cum filiis ſuis. Sed ſicut dicitur *Rom.* 8. d. Liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Secundò propter lætitiam veram & puram. *Pſalm.* 86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Hic autem non eſt vera, aut pura lætitia, ſed falſa & mixta. *Amos* 6. e. Lætamini in nihilo: ecce falſitas. *Prou.* 14. b. Riſus dolore miſcebitur, ecce mixtio. Sed ibi omnis dolor aberit. *Apoc.* 21. a. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quoniam prima abierunt. Tertiò, propter omnium cupitorum adeptionem. *Iſa.* 49. c. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & Sol, quia miſerator eorum reget eos & ad fontes aquarum potabit eos. Quartò propter pacem continuam & indeficientem. *Iſa.* 48. d. Vtinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Flumen eſt indeficiens & iugiter fluit ſic pax æterna. *Iſa.* 9. b. Pacis non erit finis. Quintò propter omnimodam ſecuritatem. *Iud.* 18. c Vidimus terram valdè opulentam & vberem, venite poſſideamus eam, nolite timere, nolite negligere, intrabimus ad ſecuros in regionem latiſſimam. *Iſa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Sextò propter perpetuam ſenitatem. *Iſa.* 65. d. Secundum dies ligni erunt populi mei. Secundum dies, ſc. ligni vitæ, de quo *Gen* 3. d. Ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ & viuat in æternum. Septimò, propter honeſtiſſimam ſocietatem. *Pſalm.* 110. Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congregatione. Octauò, propter aptam Dei viſionem. *Iſa.* 33. c. Regem in decore ſuo videbunt 1. *Ioan.* 3. a. Videbimus eum, ſicuti eſt. Propter hoc ergo dicit: Quàm dilecta tabernacula tua, &c. *Num.* 24. a. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua, Iſraël, vt valles nemoroſæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus. Et quia ita dilecta ideò.

c Concupiſcit anima mea, vt tranſeat.

f In atria Domini,] ſcilicet, cœleſtis Templi. *Pſalm.* 121. Stantes erant pedes noſtri, ſcilicet, affectus & intellectus, vel cogitatio & affectio, in atriis tuis, Ieruſalem. Atria Templi cœleſtis ſunt clauſtra, vel ſtatus Eccleſiæ militantis, per quæ intratur in Templum. *B. Bern.* Tria ſunt hic, ſcilicet, tabernacula, atria, domus. In tabernaculo gemitus pœnitentiæ: in atriis, guſtus lætitiæ: in domo, ſatietas gloriæ. Prima eſt domus actionis; ſecunda orationis, tertia exultationis, & epulationis, & admirationis. Vndè *Pſalm.* 41. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, in voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis. In tabernaculis ſunt Sancti, in atriis ſecuri, in domo beati. Vndè *infrà* Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula, &c. *Moral.*

d Et] quia non poteſt habere, quod concupiſcit, deficit, i. languet, amore, ſicut Sponſa, quæ concupiſcebat & deficiebat, cùm dicebat. *Cant.* 5. b. Quæſiui & non inueni illum: vocaui & non reſpondit mihi. Et poſt pauca. Adiuro, vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum, vt nunciètis ei, quia amore langueo. Filiæ Ieruſalem, ſunt animæ Sanctorum quæ ſunt iam in illa ſuperna Ieruſalem. Hæ inuenerunt dilectum & nunciant ei de Eccleſia militante, & de animabus, quæ adhùc in ergaſtulo corporis poſitæ diſſolui cupiunt, & eſſe cum Chriſto, quia amore languent. Iſte autem defectus triſtitiam habet: quia ſpes, quæ differtur, affligit animam. *Prou.* 13. b. Sed non ſine gaudio eſt iſte defectus. Vndè addit: Cor meum & caro mea exaltauerunt, ſpe, [in Deum viuum.] Vel ſic: [Deficit anima,] i. non ſufficit portare gaudium, quod inuenit in concupiſcendo. *Ezech.* 2. a. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini, vidi & cecidi in faciem meam. Ibi dicit *Gr.* In quantam miſeriam cecidimus. qui bonum, ad quod creati ſumus, ferre non poſſumus. *e* Anima ergo deficit in ⊖ hoc ſecundum tres vires.

Poteſt hoc totum legi allegoricè de Eccleſia militante, quæ in tabernaculis præſentis militiæ pugnat. Et hæc expoſitio eſt in Gloſſ. vnde omittamus eam. Et moraliter de Religione exponamus. *a* Quàm dilecta tabernacula, &c.] Sed propriè competit Relgioni, quia clauſtra ſunt tabernacula, vbi ſunt expediti milites Chriſti, quos fortiùs pugnare oportet, quia à diabolo fortiùs impugnantur. Vndè *Eccl.* 2. a. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sic Pharao relictus à filiis Iſraël egreſſus de Ægypto, eos vehementiùs perſecutus eſt. *Exod.* 14. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſraël vt valles nemoroſæ, ſicut horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri propè aquas. Per Iacob ſignificantur in Religione incipientes & proficientes, qui luctantur & ſupplantant. Per Iſraël, perfecti qui vident Deum in contemplatione, quorum tabernacula quondam fuerunt pulchra dilecta Deo & hominibus, quia Religio erat vt valles nemoroſæ per humilitatem, & bonorum operum fructificationem. *Pſalm.* 64. Valles abundabunt frumento. Et horti iuxta aquas irrigui, quia plantata virtutibus, clauſa foſſato paupertatis, & ſæpe obſeruantiarum, & aquis lachrymarum & gratiarum rigata. Et erat vt tabernacula, quæ fixit Dominus per conſtantiam & perſeuerantiam, quaſi cedri propè aquas, per vitæ altitudinem & odorem bonæ famæ. In Religione enim ſolebant eſſe cedri multæ, i. homines magni vita & redolentes fama, nunc autem videtur incurriſſe illam maledictionem. *Iob* 18. c. Habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo illius ſulphur, quaſi dicat, non ſunt in Religione magni viri, ſed quaſi nihil, non bonum odorem aliis præſtantes, ſed fœtorem. Hoc autem non pro omnibus dico, ſed pro quibuſdam. Sunt enim & ſemper erunt multi boni religioſi, in quorum perſona hic loquitur Propheta. Quàm dilecta tabernacula tua Domine, quaſi dicat, religioſus, amabilis valdè eſt religio & eam diligo.

Moral. *Num.* 24.

c Concupiſcit & deficit anima mea] Deum, qui ſolus eſt concupiſcendus, quia in ipſo omnia habentur. *Prou.* 11. c. Deſiderium iuſtorum eſt omne bonum. *Pſ.* 41. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. *d* Et deficit ab humore mundano carnali, quia guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. *e* Anima] dico tendens.

f In Atria Domini,] cœleſtia per deſiderium Super hoc dicit *Gregorius.* Quidam cœleſtia appetunt, ſed adhuc à

* terrenis delectationibus

A hoc secundum tres vires. Rationabilis enim deficit in illo lumine inaccessibili, quod significatum est in Paulo, *Act.9.a.* quando circumfulsit eum lux de cœlo, & cecidit in terram. Concupiscibilis deficit, tantam suauitatem non sustinens, *Ps.118.* Defecit in salutari tuo anima mea. Irascibilis deficit, ad tantam arduitatẽ ascendere non valens. *Dan.10.b.* Vidi visionem magnam hanc & nõ remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui in me quicquam virium. Nec est mirum, si modò deficit anima corpore grauata, & non potest capere illud gaudium, quod recipiet & animam glorificatam & corpus glorificatum, de quibus addit.

al. † Nam &

al. ‡ ponat,

a Cor meũ & caro mea, *b* exultauerunt in *c* Deum viuum. † *d* Etenim *e* passer *f* inuenit sibi domum, *g* & turtur *h* nidũ, vbi ‡ *i* reponat *k* pullos suos. *l* Altaria tua *m* Dñe *n* virtutum: *o* Rex meus: *p* & Deus meus. Beati qui *q* habitant in domo tua, Dñe, in *r* sæcula sæculorum *s* lauda

Gal. 5. c.

a Cor meum & caro mea] i. anima & corpus. *b* Exultauerunt] i. exultabunt. *c* In Deum viuum,] quia ibi in concordia erunt ambo inuicem, & concorditer exultabunt: modò autem discordant, & caro concupiscit aduersus animã & frequenter captiuat eam & facit exultare, non in Deũ viuum, sed in Deum mortuum, sc. in peccatum. Ad differentiam enim peccatorum & idolorum dicit, Deum viuũ, quia facit viuere corpus & animam, illa verò faciunt mori. Vel de præsenti potest legi. *a* Cor meum, &c. exultauerunt, &c.] nunc in spe, quia sperant se peruenire ad illa tabernacula, *Psal.121.* Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Hoc est, quod sequitur. *d* Etenim] q. d. meritò erit in futuro, & est, in præsenti gaudium mihi. Quia *e* Passer inuenit sibi, &c. anima mea inuenit cœlestem mansionem, ad quam veniens secura est, & gaudens sicut, [passer,] veniens de silua ad domum. *g* Et turtur] id est, anima hæc pœnitens & gemens, [inuenit.] *h* Nidum] sc. æternum tabernaculum. *i* Vbi reponat pullos suos] i. opera bona, ne perdantur, quæ tunc ibi reponuntur, quando in spe retributionis æternæ efficiuntur. Hoc est, quod monebat Dominus *Matth. 6. c.* Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec tinea, nec ærugo demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Multi verò sunt, qui non reponunt pullos suos in nido, sed exponunt eos in terra, i. opera faciunt pro spe terreni lucri, vel vanæ gloriæ. Vnde ibi, *Matth.6. c.* dicitur. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Vel potest legi ita, quòd hæc duo respondeant illis duobus præmissis.] Cor meum & caro mea exultauerunt, &c.] *d* Etenim passer] i. cor cogitatione volans. *f* Inuenit sibi domum] vbi securè quiescat, sc. cœlum. de qua 2. *Cor. 5.* a. Scimus, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habeamus, domum non manu factam, sed æternam in cœlis. *g* Et turtur] i. caro casta gemitibus & ieiuniis macerata. Inuenit. *h* Nidum, i. claustrũ, vel pœnitẽtiæ statũ, *Iob 27.c.* In nidulo meo moriar. *i* Vbi reponat pullos suos] i. bona opera, quæ dicuntur pulli turturis, i. carnis, quia anima operari non potest nisi dum est in carne. Vnde *Apost.* ea appropriat corpori, 2. *Cor. 5.* a. vbi de domo ista & nido loquitur, & de repositione pullorum. De domo, siue nido dicit. Ædificationem ex Deo habemus domum non manu factã, sed æternam in cœlis. Et postea addit. Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari corpore & præsentes esse ad Dominũ. Ecce passer volens auolare de silua ad domum. De repositione pullorum subiungit. Ideò contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi. Pullos autẽ propriat corpori, cum subdit. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit. Et quæ sit illa domus, vel nidus: determinat. *l* Altaria tua, &c.] i. cœlestem patriã, in qua erit perfecta oblatio corporis & animæ. Dicitur ergo hic cœlestis patria, tabernacula propter inhabitationem, atria propter latitudinem, domus propter quietem, nidus propter securitatem, altaria propter perfectam oblationem. *o* Rex meus,] qui me regis in via euntem ad illa altaria. *p* Et Deus meus,] qui ad me ad hoc creasti. Nec mirum, si cor meum & caro mea exultent de hoc quia *q* Beati] sunt, [qui habitant in domo tua Domine] i. in illa domo cœlesti non manu facta. Beatus enim est, cui omnia optata succedunt. Et ibi, vt dicit *Aug.* quicquid voles erit, & quicquid noles, non erit. Deus enim erit, eis omnia in omnibus, vt dicitur, 1. *Cor.15.g.* Et de hoc laudabunt Dominum & gratias agent. Vnde addit.

r In sæcula sæculorum] i. in æternum.

s Laudabunt te] propter beneficia eis à te collata, & propter bonitatem tuam. *Psal. 134.* Laudate Dominum, quia bonus Dominus, *Isa. quinquagesimo primo.* a. Gaudiũ & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

A Beatus vir, cuius *Moraliter.*

* terrenis delectationibus non deficiunt, qui etsi alienum non ambiunt suis licite vti volunt, & ita isti concupiscunt in atria Domini, sed non deficiunt, sed ille perfectè concupiscit & deficit, qui cum æterna desiderat, ab amore temporalium se penitus necat. Vel [atria] vocat religionem, quæ est quasi introitus ad Templũ cœleste. Et [atria] dicit pluraliter, quia sunt diuersæ religiones, secundum quod de atriis dictum supra in loco illo. Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in atriis tuis. Vel [Atria,] vocat materialem Ecclesiam, in qua debent tendere libenter eundo ad Ecclesiam, in qua hæc desideria feruent in oratione & psalmodia, vbi debent habere deuotionem cordis & hilaritatem corporis. Vnde sequitur, quod dicit. *24.q.1.c.omnibus.* *Psal.64.*

a Cor meum & caro mea, &c.] Cor] Per deuotionem, [& caro] per hilaritatem. *d* Etenim passer inuenit sibi domũ] id est, anima inuenit sibi vulnera Christi, in quibus quiescat. *g* Et turtur] id est, caro casta & macerata, vt prius dictum est.

h Nidum] sc. asperitatem vitæ Christi.

i Vbi reponat,] per humilitatem. *k* Pullos suos] i. opera bona, ne per superbum amittat. Qui enim vitam Christi respicit, de vita propria non superbit, quia vt dicitur *Iob 25.* b. Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius; quantò magis homo putredo & filius hominis vermis? Et hęc sũt. *l* Altaria tua Domine virtutum] sc. Crux & tota vita tua, in qua te mactasti, & Deo Patri pro nobis teipsum hostiã acceptabilem obtulisti. Vel [altaria] i. Sacramẽtum Altaris, in cuius fide & perceptione omnes fideles, & præcipuè religiosi, quasi in nido nutriunt & roborant pullos bonorum operum suorum. Vel [altaria] ad literam circa quæ Religiosi inueniunt sibi domum & nidum, quia ibi morantur ad orationem prostrati. Et sic loquendo, per passerem & turturem intelligimus virum Religiosum. Et infra dicemus proprietates istarum auium, quæ Religiosis conueniunt, sed nunc prosequamur literam.

m Domine] cui, [s]ingulter seruio, non autem à me hoc ipsum habeo, sed à te qui es. *n* Virtutum,] dator & conseruator, *Psal.67.* Ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. *o* Rex meus, [cui in actiua vita milito. *p* Et Deus meus, [cui in contemplatiua vita vaco, *Psal.45.* Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Et ex quo hæc bona inueniuntur in Religione.

q Beati qui habitant, &c.] i. in ipsa religione. De qua in *Psal.67.* Qui habitare facit vnius moris in domo. Et alibi *Psal.54.* In domo Dei ambulauimus cum consensu. Et hi non in tantum in præsenti te laudant, sed & *r* In sæcula sæculorum, &c.] Hinc enim incipiunt, & in futuro non cessabunt. Vnde bene dicit. [Beati qui habitant, &c.] q. d. hic iam incipit beatitudo eorum, quam in æternum habebunt. Secundum illud *Luc.10.* g. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, *3.Reg.10.* Beati viri tui & beati serui tui, hi, qui stant coram te semper audiunt sapientiam tuam. Nunc autem videamus proprietates passeris, quæ viro Religioso, siue etiam aliis viris bonis conueniunt, quæ notantur his versibus: *Proprietates passeris conuenientes religiosis & bonis viris.*

Prole potens, hominum vicinus, & hostia lepræ,
Callidus, & cantans, hyemans, cibus est, volat, ignit.

Vir enim religiosus & iustus sicut passer est prole potens. *Genes.22.* c. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Hominum vicinus, quia Spiritus sanctus, qui habitat in eo dicitur ab effectu, *Sap.7.c.* Humanus, benignus, 1. *Cor.9.* d. Omnibus omnia factus sum, vt omnes saluos facerem. Et hostia lepræ, id est, peccati, *Leu.14.* a. de leproso dicitur offerat pro se duo passeres, quibus vesci licitum est, Sancti offerre se pro animabus aliorum sunt parati, 2. *Cor.12.e.* Ego autem libentissimè impendar & superimpendar ipse pro animabus vestris. Callidus, *Prou.22.a.* Callidus videt malum & abscondit se, *Prou.14.* b. Callidi est intelligere viam suam. Et cantans Domino, ad literam in Ecclesia, *Psalm. 103.* Cantabo Domino in vita mea, psallam Deo meo quandiu sum, Hyemans, non dimittit locũ suum propter aduersa. *Eccl.10.* a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris, Cibus est, id est, exemplum, *Iob.31.* d. Quis det de carnibus eius, vt comedamus, i. etiam carnalia exempla ipsius sequamur. Volat, contemplando, *Psalm. 54.* Volabo & requiescam. Ignit, illo igne, de quo Dominus *Luc. 12.* f. Ignem veni mittere in terram. Potest etiam in malum legi de malis Prælatis, Canonicis, &

* Clericis, qui dicuntur paſſeres propter alias proprietates, quæ notantur aliis verſibus:

Alia proprietates paſſeris conuenientes malis clericis.

Laſciuus, nido molli, perit igne, caducus,
Vilis, riualis, leproſus, ſtercorat aras.
Oua calent veneri, fur frugum, templa columbis
Aufert, venatur muſcas, paruus, malè mordet.

bunt te. *a* Beatus vir, *b* cuius eſt † auxilium abs te. † *c* aſcenſiones in corde † ſuo diſpoſuit in † *d* valle lacrymarum, in † *e* loco, quem † poſuit.

al. † ſuſceptio eius.
al. † Domini aſcenſus.
al. † eius.
al. † conualle plorationis.
al. † locum.
al. † diſpoſuit.

Illi enim ſupradicti ſunt laſciui, *Oſea* 4. d. Quaſi vacca laſciuiens declinauit Ephraim. Nido molli. *Amos* 6. a. Væ qui opulenti eſtis in Sion, &c. Et poſt. *b* Qui laſciuitis in ſtratis veſtris. Columba autem habet durum nidum, ſcil. Sancti, ſicut B. Laurentius habuit lectum ferreum. Perit igne nocturno ſcil. Luxuriæ, *Iob* 31. b. Ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans. Caducus, *Prou* 4. c. Neſciunt, vbi corruant. Vilis, *Prou*. 6. d. Pretium ſcorti vix eſt vnius panis. Ergo ſimiliter & ſcortatoris, *Ier*. 2. g. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Riualis, *Amos* 7. d. Vxor tua in ciuitate fornicabitur, *Eccl*. 14. a. In bonis illius alius luxuriabitur. Leproſus, lepra Giezi, 4. *Reg*. 5. g. Lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo, i. his qui ſimoniam committunt, vſque in ſempiternum. Stercorat aras, *Rom*. 2. d. Per vos nomen Dei blaſphematur, *Malach*. 1. c. Magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum, & vos polluiſtis illud. Oua calent, i. ſpes ardet igne ambitionis, *Eccl*. 23. c. Anima calida quaſi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat. Et hoc Veneri, vt ſc. nutriat ſuam luxuriam, *Luc*. 15. c. de filio prodigo dicitur, quòd diſſipauit omnem ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè. Fur frugum, i. fructuum Eccleſiæ, *Ioan*. 10. a. Qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Et benè dicit. Frugum, non animarum, de quibus non curat, ſed dimittit eas in manu diaboli, *Zach*. 11. d. Suſcitabo Paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſa non quæret. Templa Columbis aufert, i. locum occupat in Eccleſia, quem bonus aliquis deberet tenere, *Eccl*. 10. b. Eſt malum, quod vidi ſub Sole, quaſi per errorem egrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum, ſc. diuites veris diuitiis ſpiritualibus. Et hoc malum egreditur à facie Principis, i. maioris Prælati, quaſi per errorem, non verè per errorem, ſed per malitiam; ſed fingunt errorem dicentes ſe deceptos eſſe, quia priùs credebant iſtos eſſe bonos, & in veritate ſciebant eos eſſe malos. Venatur muſcas, i. temporalia, *Oſea* 8. b. In aranearum telis erit vitulus Samariæ, Supple, occupatus. Vitulus Samariæ eſt laſciuus Clericus, vel Prælatus Eccleſiæ. Paruus, coram Deo, licèt in oculis ſuis & in oculis hominum ſit magnus, *Abdiæ* 1. a. Ecce paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es valdè. Malè mordens detrahendo, *Eccl*. 10. c. Si mordeat ſerpẽs in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Itẽ notandæ ſunt proprietates Turturis, quæ Religioſis conueniunt his verſibus:

Iſa. 52. *b*.

Proprietates Turturis conuenientes Religioſis. Secunda pars.

Fulua, gemens, neſcit bis nubere, nuncia veris,
Simplex, conſtipans, montes colit, arbore fœtat.

A *a* Beatus vir, cuius eſt auxilium, &c.] Secunda pars, vbi exponit, quo auxilio perueniatur ad domum, cuius habitatores beati ſunt. Ad eam enim ſine Dei auxilio peruenire non poſſumus. Etſi enim ſpiritus vocet ſurſum, corpus tamen, quod corrumpitur, aggrauat animam, & ſic inter ſuſpenſionis & ponderis duos conatus, quædam eſt colluctatio pertinens ad torcular, in qua opus eſt Dei auxilio, alioquin homo penitùs deiiceretur, nec ad domum cœleſtem peruenire poſſet. Vult ergo dicere. [Beati,] ſunt in patria, [qui habitant in domo tua, Domine.] Sed quia ſine tuo auxilio non peruenitur ad eam. [Beatus,] eſt modò in hac vita. *b* Cuius eſt auxilium abs te, non à ſe, non ab hominibus, *Iudith*. 6. d. Non derelinquis præſumentes de te, ſed præſumentes de ſe, & de ſua virtute humilias, *Eccl*. *vlt*. b. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. *Thren*. 4. c. Defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad gentem, quæ ſaluare nos non poterat. Et ideò [beatus] quia per auxilium tuum. *c* Aſcenſiones in corde, &c.] ſc gradus, vel ſcalam, per quam ad domum illam cœleſtem aſcendat. Eſt autem triplex modus aſcendendi. Primum docuit B. Benedictus diſcipulos ſuos, ſcil. ſcalam humilitatis, per quam apud ſeipſos deſcendentes apud Deum aſcenderent ſecundum regulam Domini, *Luc*. 18. c. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Et in ſcala illa aſſignat beatus Benedictus duodecim gradus humilitatis. Primus eſt timor Domini. Secundus, abrenunciatio propriæ voluntatis, vel non amare propriam voluntatem. Tertius, obedientia. Quartus, patientia. Quintus, confeſſio peccatorum. Sextus, contemptus ſui. Septimus, præferre alios ſibi. Octauus, nihil ſingulariter agere. Nonus, tacere vſque ad interrogationem Decimus, non eſſe facilem ad ridendum. Vndecimus, pauca & rationabilia loqui. Duodecimus, ſtatu & habitu humilitatem prætendere. Quæ omnia breuiter poſſunt notari his tribus verſibus:

Triplex modus aſcendendi ad Deum. Duodecim gradus humilitatis, per quos aſcenditur ad Deum.

Qui timet, & nil vult, parens, patienſque fatetur.
Se temnit, præfert alios, nil ſingulus audet.
Abſque loqui, riſúque grauis, ſtat pronus vbique.

Amos 9. b. Qui ædificat aſcenſionem ſuam in cœlo, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, &c. Faſcis premit deorſum & rapit ſurſum, hæc eſt humilitas. Secundus modus; per opera miſericordiæ. Vndè Salomon fecit ſex gradus, quibus aſcendebatur ad thronum ſuum, per quos ſignificantur ſex opera miſericordiæ, quibus aſcenditur ad thronum cœleſtem. Vndè *Matth*. 25. c. dicet his, qui à dextris erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione Mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, q.d. aſcendite ad cœlum per ſcalam miſericordiæ, quam vobis paraſtis. Tertius modus eſt contemplatio, in qua à cognitione creaturæ aſcendit homo ad cognitionem Creatoris, *Ezec*. 40. d. Ecce porta, quæ reſpiciebat ad Auſtrum. Et poſt pauca. Et in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam. Porta reſpiciens ad Auſtrum, eſt contemplatio quæ reſpicit cœlum, in quo eſt feruor amoris, in quam aſcendit homo ſeptem gradibus. Primò contemplans ea, quæ ſunt tantum, vt lapides & huiuſmodi. Secundò, ea quæ viuunt tantum, vt plantæ & herbæ. Tertiò, ea quæ ſentiunt, vt animalia bruta. Quartò, ea, quæ diſcernunt, vt homines. Quintò, ea, quæ comprehendunt, vt Angelos & animas glorificatas. Sextò, Chriſti humanitatem, & ea, quæ pertulit in carne. Septimò, eius Diuinitatem & totam Trinitatem. Sic ergo habemus triplicem aſcenſionem, quam homo, cuius eſt auxilium à Deo, diſponit in corde ſuo. Et benè dicit, in corde, quia aſcenſio prima, quæ eſt humilitatis, magis ad cor pertinet. Secunda etiam, quæ eſt miſericordiæ & miſerationis, magis ad cor pertinet, quia parum valent opera miſerationis, niſi procedant de corde miſeris compatiente. Tertia etiam, quæ eſt contemplationis, ad cor planum eſt pertinere. Vndè autem ſumatur occaſio iſtarum aſcenſionum, ſubiungit cum addit.

Septem gradus, contemplationis.

d In valle lacrymarum,] vel [plorationis,] ſc. in hac valle miſeriæ. Cùm enim homo reſpicit, quòd propter ſuperbiam primi hominis exul factus eſt in hac miſeria, & cùm tot & tantas miſerias hic in ſe, & à ſe ſentiat, magnam habet materiam & occaſionem, ſeu etiam neceſſitatem humiliandi ſe, *Eccl*. 10. b. Quid ſuperbis terra & cinis? Verſus.

Vnde ſuperbit homo, cuius conceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?

Conceptio enim eſt culpa, *Pſal*. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Naſci pœna, *Gen*. 3. c. In dolore paries, &c. Labor vita, *Gen*. 3. d. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem. Neceſſe mori, *Pſal*. 88. Quis eſt homo, qui viuit & non videbit mortem? Item cùm in hac valle miſeriæ, vel lacrymarum videt tot miſerias miſerorum, neceſſe habet compati, & aſcenſionem miſericordiæ in corde diſponere, *Iob* 31. b. Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Et poteſt ſic exponi. Miſeratio, id eſt, miſeria prouocans ad miſericordiam. Item cum homo hîc non habet niſi miſeriam & dolorem, quaſi compellitur alibi quærere requiem, & ſic ædificare aſcenſionem contemplationis, *Eccl*. 24. a. In omnibus requiem quæſiui & non inueni, ſupple in his, ſcilicet inferioribus, & in hæreditate Domini morabor, contemplando. Propter hoc dicit. [Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum.] Quod etiam exponit, cum ſubiungit.

e In loco, quem poſuit,] id eſt, in hac valle miſeriæ, quam poſuit nobis Dominus, vt ibi ploremus peccata noſtra, humiliantes nos, & vt ibi aliis miſeris miſereamur, & vt inde reuertentes corde, ad patriam tendamus cogitatione & auiditate. Et ſignanter dicit [poſuit.] Ponitur enim aliquid multoties in ſcholis, vt videatur, quid inde ſequatur, & poſitione facta omne ſequens ex poſito eſt concedendum, & omne repugnans eſt negandum. Ex hoc poſito, vt diximus, ſequuntur illæ tres aſcenſiones; humilitas, miſericordia & deſiderium cœleſtis Patriæ, vnde eorum oppoſita eidem repugnant. Vndè cum diabolus ea proponitur nobis, ſemper negare debemus. Eorum oppoſita ſunt, ambitio, pauperum oppreſſio, mundana occupatio. Hæ ſunt aſcenſiones & ſcalæ dia-

A boli, quas ipse erigit contra ascensiones, & scalas Domini, & multos ponit in his scalis, & scalas Domini deiicit, 1. *Machab.*5. d. Ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, vt comprehenderent munitionem. Hi sunt ambitiosi propriè, qui semper sunt in pendilatria, & machinis impetunt frequenter munitionem Ecclesiæ: Nam per violentiam & armatas preces ingerunt se in Prælationes. Vel secundùm aliam literam. [In locum, quem posuit.] Et tunc legitur sic. [In locum,] cœlestis patriæ [quem posuit] Deus terminum ascensionum istarum, *Ps.* 41. Transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

† *a* Etenim benedictionem dabit † *b* legislator: † *c* ibunt de *d* virtute in virtutem: † *e* videbitur *f* Deus Deorum in *g* Sion. *h* Domino *i* Deus *k* virtutum, *l* exaudi † orationem meam, *m* auribus, percipe *n* Deus Iacob. *o* Protector noster aspice, Deus, *p* & respice in faciem Christi tui. † *q* Quia melior est dies vna in *r* atriis tuis, *s* super millia. *t* Elegi † abiectus esse in *u* domo † Dei mei, *x* magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quia

al. † nam & qui legem dedit. *al.* † ambulabunt. *De pœn. dist.* 2. *s. dum sanctam.* *al.* † apparebit. *al.* † precem. *al.* † Quoniam. *al.* † abiici. *al.* † domini.

a Etenim, &c.] Hæc est causa, quare beatus est ille prædictus. Quoniam [benedictionem dabit] ei, id est, gratiam conferet ei, quæ dicitur benedictio, id est, bona datio. Vndè *Gl ss.* Benedictionem, Euangelicæ gratiæ. *b* Legislator,] id est, Christus vtriusque legis conditor, *Isa.*33. d. Dominus legifer noster: Dominus Rex noster, &c. *Iob* 36. c. Nullus ei similis in legislatoribus. Et nota hic, quòd duo concurrunt ad bonum faciendum, sc. electio liberi arbitrij. Vndè dicit: [Ascensiones in corde, &c.] Et infusio gratiæ, de qua dicit: [Benedictionem dabit legislator.] Sine hac non potest liberum arbitrium bonum facere meritorium. Hanc benedictionem in figura petiit Axa, *Iud.*1.c. dicens patri suo. Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi, sc. liberum arbitrium, quod per se arens est, & infructuosum, sine benedictione gratiæ. Sed data ista benedictione à nouo legislatore.

c Ibunt] proficiendo.

d De virtute, &c.] id est, de actu vnius virtutis in actum alterius virtutis. Non enim de ipsis virtutibus intelligi potest, cum omnes simul infundantur cum gratia, nisi sic intelligitur. Ibunt de virtute minore, in eandem [virtutem] maiorem, secundum quod dicitur, quòd charitas aut proficit, aut deficit. Vndè *Eph.*4. d. Veritatem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus. Vel sic: Ibunt de virtute infusa, quam hîc habent, in virtutem, id est, in Christum: De quo dicit Apostolus, 1. *Cor.*1. d. Nos prædicamus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Et cum ad ipsum peruenerint.

e Videbitur] facie ad faciem.

f Deus Deorum,] id est, Christus.

g In Sion,] superna, i. in patria. Vel [In Sion,] id est, in speculo, sc. in seipso, qui est speculum sine macula, vt dicitur *Sap.*6. d. Iter istud figuratum fuit in itinere filiorum Israël, quo per diuersas deserti mansiones peruenerunt ad terram promissionis. Per diuersas enim mansiones, de quibus habetur. *Num* 33. significantur diuersæ virtutes. Per terram promissionis æterna patria designatur. Vt autem ad illam domum & patriam peruenire possit Propheta, vel quilibet iustus, in cuius persona loquitur hic Propheta, tertiam partem addit de Psalmo, in qua orat humiliter, vt illud ei concedatur, dicens.

h Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam. Domine] cui cuncta debent seruitium, & reddunt vniuersa, quæ debent, præter hominem, qui magis tenetur, quia magis ab eo accepit. Vndè de malis hominibus dicit *Iob* 12. b. Audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum. Et addit quasi cum indignatione, dicens. Nimirum interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi.

i Deus] creator, cui debetur cultura à rationali creatura, *Matth.*15. b. Sine causa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum.

k Virtutum,] qui facis mirabilia solus. Vel [virtutum] illarum infusarum, per quas ascenditur ad videndum Deum Deorum in Sion. Vel [virtutum] cœlestium, id est, Angelorum quibus sociari desidero.

l Exaudi orationem meam,] quâ te precor, vt mihi des illas virtutes.

m Auribus percipe] id est, citò audi.

n Deus Iacob] ad literam. Vel Deus Iacob, id est, luctantium in hac vita, inter quos ego luctor, quasi dicat, audi me, vt me de Iacob facias Israel, vt in gloria videam te Deum Deorum in Sion, *Psalm.*38. Exaudi orationem meam, & deprecationem meam, auribus percipe lacrymas meas, &c. Vt autem citiùs audiat, blanditur ei & beneficium eius recognoscit, cum subiungit.

o Protector noster, aspice, Deus.] Protector noster, qui nos protegis per filium tuum, *Eccl.*34. c. Protector potentiæ firmamentum virtutis, tegimen ardoris. Filius enim fuit quasi scutum, quo protexit nos Pater. Vndè & vulnera pertulit, ne nos percuteremur. Vndè *Isa.*53. b. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, &c. Tu ergo. [Protector noster, aspice] oculo misericordiæ super nos. Et vt nostri faciliùs miserearis.

p Respice in faciem Christi tui.] Ad literam, [respice] Christum hominem factum, conspurum, flagellatum, crucifixum, mortuum propter nos, quasi dicat; si hoc facis, tunc non repelles orationem meam. Hoc est, quod dicit beatus *Bernard.* Securum habes accessum, ô homo, ad Deum, habes Filium ante Patrem, ante Filium habes Matrem. Filius ostendit Patri latus & vulnera, Mater ostendit filio pectus & vbera. Nulla potest ergo esse repulsa, vbi tot occurrunt charitatis insignia. Et quasi quæreret Dominus ab ipso, quare ita desideras peruenire ad domum cœlestem? Reddit causam dicens.

q Quia melior est dies vna,] i. immutabilis, & æterna.

r In atriis tuis.] De quibus supra dixi. Concupiscit & deficit anima mea in atrio Domini.

s Super millia] dierum, qui sunt in hoc sæculo præsenti, & quæ tamen multùm desiderantur ab hominibus huius sæculi. De illa die vna, 2. *Pet.*3.b. Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni. Et *Zachar.*14.b. Erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies, neque nox, *Iob* 11. d. Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer. Et vt ad illa atria admitti merear.

t Elegi abiectus esse,] id est, humiliari & vilificari.

u In domo Dei] inferiori, id est, in Ecclesia, vt de hac possim assumi ad domum superiorem & cœlestem. [Elegi,] dico.

x Magis quàm habitare, &c.] i. in gloria sæculi, quæ per tabernacula intelligitur. Quia tabernacula non habent nisi magni homines, & quia gloria sæculi non est stabilis, sed mobilis, vt tabernaculum, citò transit. Vndè mali gloriosi huius sæculi in fine dicturi sunt illud *Sap.*5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa velut vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, &c. Et hoc faciendum est

A Quia misericordiam.

Specialiter & magis propriè potest dicere hæc verus Religiosus. *Moral. De Religiosis.*

t Elegi abiectus esse in domo Dei.] Domus Dei est Religio. De qua in *Psal.*54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. Et *alibi.* Qui habitare facis vnius moris in domo. Ibi abiectus esse elegit, qui se ex toto abiicit & subiicit alterius voluntati. Abiecti etiam sunt Religiosi, id est, à sæcularibus despecti, *Ierem.*33.d. Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt, & populum meum despexerunt, eo quòd non esset vltrà gens coram eis. Duæ cognationes, sunt duæ Religiones, quæ cognatæ sunt, quia de eodem stipite, id est, de Christi paupertate procedunt. Cognationes sunt, quia per Dei gratiam in multo filiorum numero multiplicatæ sunt. Has elegit Dominus post Apostolos, vt portent nomen suum coram gentibus, & Regibus & filiis Israel, id est, coram populis & Principibus & Clericis, *Ioan.*15.c. Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. Hoc Apostolis dictum est, & intelligitur dictum esse eorum imitatoribus, quos elegit Dominus de sæculo, & posuit in Religione, non vt sedeant in claustro, quod aliorum religiosorum est; sed vt eant pedibus suis, non vt portentur in equis, & fructum afferant animarum, qui manet in æternum: non fructum quæstuarium, qui transitorius est. Et licet electæ sint à Domino, tamen abiectæ & despectæ sunt à mundo, ita quòd non reputantur quasi homines. Sed hanc abiectionem eligunt boni.

x Magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum,] id est, in nobilibus mundi, *Numer. decimo sexto* d. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, 1. *Reg.*15. b. Abite, recedite atque discedite ab Amalech, ne fortè inuoluam te cum eo, *Eccl.* 13. a. Qui communicauerit superbo, induet superbiam.

*Et hoc

A Quia misericordiam &c.] i.misereri in præsenti & promissa reddere in futuro. Sed miseretur tantum miseros se reputantibus & abiicientibus se. Vnde diabolo nunquam miserebitur, quia superbus est, nec se potest abiicere vel humiliare. Item gloria æterna promissa est humilibus & abiicientibus se, & superbis promissa est æterna dejectio. *Luc.*18.c. Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et ideo bonus æstimator, magis eligit abiectus esse in domo Dei quàm habitare in tabernaculis peccatorum.] Vnde de Moyse dicitur *Hebr.* 11. e. Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi. Quare? Aspiciebat enim in remunerationem, quam de misericordia dabit Dominus humilibus, & de veritate promissi reddet. [Quia misericordiã &c.] Vnde de illa remuneratione subdit. *b* Gratiam & gloriam dabit Dominus] q.d. dabit gloriam, quam promisit, & hoc ipsum erit gratia. Vnde *Eccl.*11. b. Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebunt in æternum. Vel sic. [Gratiam] in præsenti, [& gloriam] in futuro. [Gratiam] de misericordia, quam diligit, [gloriam] de veritate, quam promisit.

Quia *a* misericordiam & veritatem diligit Deus, *b* gratiam & gloriam dabit Dominus. *c* Non priuabit bonis † *d* eos, qui ambulant in *e* innocentia. *f* Domine † virtutum, *g* beatus homo, qui sperat in te.

al. † ambulantes.
al. † Deus.

In finem filiis Chore Psalm.

PSAL. LXXXIV.

h BENEDIXISTI *i* Domine *k* terram tuam, *l* auertisti *m* captiuitatem. Iacob

Moral. * Et hoc faciendum. *a* Quia misericordiam &c.] i. veram misericordiam & veritatem misericordem, diligit Deus. Multi sunt in sæculo, qui dicunt: Si essem in Religione non possem facere opera misericordiæ, quæ facio in sæculo, vnde melius est mihi esse in sæculo. Sed ipsi qui in peccato sunt, non sunt verè misericordes, quia sibiipsis crudeles sunt. Et vt dicitur, *Eccl.*14.a. Qui sibi nequã est, cui alij bonus erit? Ideo vera misericordia incipit in homine à seipso, i. primò debet misereri sibi *Eccl.*30.d. Miserere animæ tuæ placens Deo. Et qui vult facere opera misericordiæ, debet seipsum primò dare Deo, qui seipsum dedit pro ipso. Sic faciunt Religiosi, qui non tantum sua dant & relinquunt, sed compatientes Christo & sibiipsis, seipsos offerunt Deo. Et hæc est misericordia vera & veritas misericors, quam diligit Dominus. Ipsi etiam licet non postea multas eleemosynas corporales erogent, spirituales tamen erogare non cessant, orando & prædicando & confessiones audiendo. Et hæc multò magis diligit Deus quàm corporales eleemosynas, *Prou.*13.c. Misericordia & veritas præparant bona. Itẽ *Prou.*15.d. Per misericordiam & fidẽ purgantur peccata. *Item* 16.a. Misericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore Dei recedit omnis à malo. Et sic facientibus. *b* Gratiam &c. sicut supra expositum est. Et quibus dabit? Non peccatoribus in peccato perseuerantibus, sed innocentibus & iustis. Hoc est, quod sequitur. *c* Non priuabit bonis,] gratiæ in præsenti, nec bonis gloriæ in futuro. *d* Eos, qui ambulant] i. proficiunt. *e* In innocentia] B. *Bern.* addit. Nec eos, Dñe, qui ambulant in pœnitentia, *Ps.*25. Iudica me Domine, quoniã ego in innocentia mea ingressus sum. Multi dormiunt in innocentia, *Prou.*6.b. Vsquequò piger dormis? Et aliqui volant in ea, vt contemplatiui, *Isa.*60.b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas? Et quidam † tument in ea, qui inde superbiunt, vt Pharisæus, *Luc.*18.b. Gratias ago tibi Deus, quia non sum sicut cæteri hominũ. Ergo vt illa bona habeamus, innocentiã custodiamus, & bona præsentia & temporalia contemnamus, quæ qui appetunt, innocentiã perdunt, sicut dicitur *Prou.*28 c. Qui festinat ditari non erit innocens. Sed quia multi illas diuitias præsentes, quas vident, amãt, & vrdicit Apostolus, sperant in incerto diuitiarũ, notabiliter concludit dicens. *f* Dñe virtutũ] supercœlestiũ, & [virtutũ] i. miraculorũ factor, & [virtutũ] Theologicarũ dator. *g* Beatus homo &c.] non in diuitiis, 1.*Tim.*6.d. Diuitib⁹ huius sæculi præcipe nõ sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia ad fruendũ, *Ps.*2. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidũt in eo *Is.*30. b. Beati omnes, qui expectãt te. *Eccl.*2.b Qui timetis Deũ, sperate in illũ, & veniet in oblectionẽ vobis misericordia.

al. † ruunt.

EXPOSITIO PSAL. LXXXIV.

BEnedixisti &c. Titulus [*In finem filiis* &c.] In præcedenti Psalmo egit de gloria, & de tabernaculis æternis & de ascensu ad ea. In isto redit ad caput circuli, i. ad initium gratiæ, s. ad Christi Incarnationem, quæ est nobis causa principalior ascendendi ad æterna tabernacula. Et notabile est, quod iste Psalmus licèt agat de Incarnatione, tamen intitulatur de Passione, & trahitur vel cantatur [filiis Chore] id est, filiis Passionis Christi, qui in Caluaria crucifixus est. Chore enim interpretatur caluus, vt supra frequenter habuimus. Hoc autem competenter fit, quia tota Christi vita fuit passio, & incipit à natiuitate. Vnde tempore Passionis quando Ecclesia recitat eius Passionem in hymno. Crux fidelis &c. incipit à natiuitate dicens: *Vagit infans inter arcta positus præsepia*, &c. Titulus satis patet. Intentione monet, vt per fidem ad Christum accedamus, vt benedictionem habere mereamur. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò ostendit ablationem iniquitatis à Plebe Dei per benedictionem Incarnationis Christi. Secundò refert & precatur Deum auerti ab ira, & Christi aduentum propter hoc petit, *ibi.* Mitigasti. Tertiò, aduentum Christi & quanta veniens largiatur, prophetat, & vt inde certos faciat filios Chore, hoc Spiritus sancti in se loquentis auctoritate confirmat, *ibi.* Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. Agens ergo de Incarnatione, primò ostendit vtilitates ex ea nobis prouenientes. Prima est infusio gratiæ, quæ notatur, cum dicit. Benedixisti, Domine, terram tuam. Secunda est, peccati originalis remissio, quæ notatur, cum addit, auertisti captiuitatem Iacob. Tertia est refrigeratio contra fomitem, quæ notatur, cum dicit. Remisisti iniquitatem plebis tuæ. Quarta est remissio peccati actualis, quæ notatur, cum dicit. Operuisti &c. Prophetica ergo certitudine futura quasi præterita narrans dicit. O *i* Domine] Pater, qui quondam maledixisti terram propter peccatum primi hominis (*Gen.* 3. c. Maledicta terra in opere tuo) modò. *h* Benedixisti] infundendo gratiam per secundum hominem.

k Terram tuam] i. Ecclesiam populum, videlicet, Christianum, *Psalm.* 32. Misericordia Domini plena est terra, scilicet per Christum. De quo in *Psalm.* 32. Misericordia Domini plena est terra, sc. per Christum De quo *in Psal.* Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi. Et de ipso dictum est Abrahæ *Gen.*12.a. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et per illam benedictionem.

l Auertisti captiuitatem Iacob] i. peccatum originale, per quod genus humanum captiuum tenebatur à diabolo. Vnde dicebat Apostolus, *Rom.* 6. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Et adiungit. Infœlix egó homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, *Isa.*45.c. Captiuitatem meam dimittet non in pretio, neque in muneribus. Et bene dicit. [Iacob] quia non omnes accipiunt gratiã istam, nisi qui in Baptismo supplantant aduersarium abrenũciantes Sathanæ & omnibus pompis eius. Nec tantum deletur per hoc peccatũ originale, sed & fomes debilitatur. Vnde A addit: Remisisti

Moral. *h* Benedixisti &c.] Moraliter. Terra Dñi, quam ipse colit, vt fructũ afferat, est anima fidelis, quã, cũ bonũ fructũ affert, benedicit Dñs. Vnde *Heb.*6 b. Terra super se venientẽ sæpe bibens imbrem, & generans herbam opportunam his, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo, proferens autem spinas & tribulos reproba est & maledicto proxima. Hæc benedictio est gratiæ multiplicatio in præsenti, & gloriæ collatio in futuro. Hãc benedictionẽ debem⁹ petere à Patre nostro cœlesti, sicut Axa *Iosue.*15.d & *Iudic.*1. c. quæ dicebat patri suo. Da mihi benedictionem quia terram arentem dedisti mihi, i. non benedictã, da mihi & irriguã, i. benedictam, *Ezech.* 34. f. Pluuiæ benedictionis erunt. *l* Auertisti captiuitatẽ Iacob] i. luctatores contra tentationes seruasti, ne ducerentur in captiuitatem peccati, vel Inferni. Sicut da malis dicitur, *Isa.*46.a. Anima eorum in captiuitatem ibit. *Ps.*125. Conuerte, Domine, captiuitatem nostram sicut torrens in Austro. Et si fortè ante peccauerunt.

* Remisisti iniquitatem

De beata Virgine. Item de beata Virgine potest legi, quæ terra benedicta, i. ferax. *infra* Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. De hac igitur dicit. *h* Benedixisti &c. i. beatam Virginem, quam benedixit Deus sanctificando in vtero fomitem extinguendo, potentiam generandi illi tribuendo. De ista terra dicitur *in Psalmo*. Terra nostra dedit fructum suum, i. beata Virgo peperit filium. Dedit, non reddidit: quia semen non recepit. Hæc autem terra benedicta non tantùm fructũ dedit, sed quotidie peccatorib. remediũ præstat. Vnde addit. *l* Auertisti] ô Christe, matris precibus. *m* Captiuitatẽ Iacob] non dormientium, sed reluctantiũ qui contra vitia luctantur resistendo, & cum Deo luctantur orando. Horũ captiuitatem auertit Christus precibus beatæ Matris eius, quia ipse nihil ei negat, quod petat, & ipsa

A addit. *a* Remisisti,] id est, refrigerasti per Baptismum. *b* Iniquitatem plebis tuæ,] id est, materiam peccati, scilicet, fomitem vel concupiscentiam. *Psal.38.* Remitte mihi vt refrigerer. *Isa 40.* a. Dimissa est iniquitas illius. Propter hoc de Christo, à quo sunt omnia hæc beneficia dicit. *Psal. 71.* Descendet sicut pluuia in vellus. Pluuia enim refrigerat. Nec tantùm hic, sed & actuale peccatum per Baptismum aufertur. Vndè addit.

a Remisisti *b* iniquitatem plebis tuæ: *c* operuisti omnia peccata eorum. † *d* Mitigasti *e* omnem iram tuam, *f* auertisti *g* ab ira indignationis tuæ. *h* Conuerte nos † *i* Deus salutaris noster, & *k* auerte † iram tuam à nobis. † *l* Nunquid in æternum † irasceris nobis: † *m* aut extendes iram tuam à generatione in generationem? *n* Deus *o* tu † conuersus *p* viuificabis nos:

al. † Sedasti.
al. † Dominetiantam nostrarum.
al. † iracundiam
al. † Non.
al. † irascaris.
al. † Neque extendas.
al. † conuertens.

c Operuisti, &c.] scilicet, aquis Baptismi, sicut Ægyptios aquis maris rubri. *Exod.* 11. b. Flauit spiritus tuus & operuisti eos mare.

Hoc bene competit Baptismo, vbi primò afflat Sacerdos in aqua insinuans quod ibi descendit virtus Spiritus sancti ad submergenda peccata.

Moral.

De beata Virgine.

Secunda pars.

a Remisisti, &c.] id est, in confessione. *Psal.31.* Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. *1. Io.* 1. d. Si confiteamur peccata nostra fidelis est Deus vt remittat nobis omnia peccata nostra. & emundet nos ab omni iniquitate nostra. *c* Operuisti, &c.] in satisfactione *Prouerb.* 10. b. Vniuersa delicta operit charitas, id est, opera facta in charitate. 1. *Petr.* 4. d. Charitas operit multitudinem peccatorum. De hac remissione & opertione simul, *Psalm.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

⊖ rat, & ipsa pro peccatoribus & tentatis orat. Vndè vocatur aduocata nostra. 3. *Reg.* 2. dixit Rex. Pete mater mea ∘neque enim fas est vt auertam faciem tuam. Et de ea dicit *B. Bern.* Ille solus à laude eius taceat, qui eam in necessitatibus suis fideliter aduocatam sibi senserit defuisse. Pro his inquam orat; ne in captiuitatem diaboli transeant consentiendo peccatis, vel si transierint vt reuertantur. *Isa.* 49. g. Equidem & captiuitas à forti tolletur, id est, à diabolo. Vel à forti, id est, per fortem mulierem, beatam, scilicet, Virginem. De qua propriè dicitur illud. *Prou.vlt.* b. Mulierem fortem quis inueniet. Et eius precibus. *a* Remisisti, &c.] id est, retro remisisti. *Isa.* 38. b. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. *Mich.* 7. d. Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est, & deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. *c* Operuisti, &c.] ne videantur à Deo ad puniendum, neque ab homine ad imitandum, neque à Dæmone ad irridendum. *d* Mitigasti, &c.] Secunda pars, vbi primò asserit Deum auerti ab ira, cum dicit. [Mitigasti,] O Deus pater.

e Omnem iram tuam,] in aduentu filij tui ita mitigasti, quod.

f Auertisti,] id est, auersus es: *g* Ab ira, &c.] vt, scilic. reconciliares tibi hominem per mediatorem Christum. 2. *Cor.* 5. d Deus in Christo Mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, Secundò id quod spiritu prophetico quasi præteritum affirmauerat, precatur vt eueniat dicens.

h Conuerte nos] ad fidem Christi filij tui.

i O Deus] pater salutaris noster qui nos saluare disponis per filium tuum. *Psal 97.* Saluabit vel saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. *k* Et auerte iram tuam à nobis,] quam habes erga genus humanum propter peccatum primi parentis. Et ostendit magnum desiderium suum i. ipsum repetens per alia verba.

l Nunquid, &c.] differendo aduentum filij tui & prolongando exilium nostrum. *m* Aut extendes, &c.] i. in sempiternum, non mittendo filium qui nos reconciliaturus est? quasi dicat, non ita facies, sed potiùs mittes. Vndè sequitur. *n* Deus,] Pater. *o* Tu conuersus,] ab illa ira per satisfactionem filij. *p* Viuificabis nos,] per gratiam.

A Et plebs tua

Moral.

Moraliter.] *d* Mitigasti, &c.] quasi dicat, remisisti & operuisti omnia peccata eorum, sed tamen non sine pœnitentia aliqua in præsenti. Hoc est, [mitigasti.] Non dicit abstulisti. sed [mitigasti omnem iram tuam.] i. perfectam iram, quæ erit in die iudicij, mitigasti & conuertisti in temporalem pœnam. Vel iram quæ non est omnis pœna vel ira, sed quasi nulla pœna vel ira respectu futuræ. *Isa.* 64. c. Ne irascaris Domine satis. *Iob* 35. d. Nunc enim non infert furorem suum Deus, nec vlciscitur scelus valdè. *Eccl.36.* d. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ, id est, si tu habes linguam curationis in confessione; & Christus habebit linguam mitigationis & misericordiæ in peccati remissione. Vndè 2. *Reg.* 12. d. Dixit Dauid ad Nathan. Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid. Et Dominus transtulit peccatum tuum à te. *Eccl.* 6. a. Dulce verbum multiplicat amicos & mitigat inimicos. Et per istam iram mitigatam. *f* Auertisti,] homines. *g* Ab ira indignationis tuæ.] Homines enim per peccata ad illam iram futuram sicut oues currunt non considerantes pericula, sed quandoque Dominus per temporalem iram auertit istos sic currentes, quod petebat *Ierem.* 10. d. dicens. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo. *Isa.* 12. a. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, scilicet in pœnam temporalem, & consolatus es me, per hoc. Vndè dicebat. *Iob.6.* b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Vel sic, [Mitigasti omnem iram tuam,] id est, omnem vindictam, scilicet, præsentem, purgatoriam, & gehennalem. Has mitigat Dominus puniendo citra condignum. Vel, [Omnem iram tuam] præsentem, scil. subtractionis gratiæ, præsentis diffidentiæ, materialis pœnæ. Secundò id quod prædixerat & affirmauerat precatur vt eueniat. Et primò petit gratiam dicens.

h Conuerte nos Deus salutaris noster,] i. simul verte ad te, nos auersos à te, corde, ore, opere, consuetudine. His quatuor modis auertitur homo à Deo. Et conuertere se debet ad ipsum. Vndè *Cant.6.* d. quater dicitur, Reuertere, reuertere, Sunamitis; reuertere, reuertere, De auersione. *Isa.49.* c. Auersi sumus ne iremus post tergum Domini. De conuersione. *Thren. vlt.* d. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Post impetrationem gratiæ necessaria est dimissio pœnæ. Vndè subdit.

k Et auerte iram tuam à nobis,] id est, pœnam peccati, præcipuè æternam dimitte nobis. *Eccles.5.* b. In peccatores respicit ira illius. *Isa.9.* d. In omnibus his non est auersus furor eius. Vel, [Auerte iram tuam,] ne scilicet, respectu iræ seruiamus ex timore. 1. *Ioan* 4. d. Perfecta charitas foras mittit timorem. Iste versus cantatur in completorio in principio, ad denotandum & petendum plenam conuersionem quæ erit in patria, vbi completa erunt omnia, vbi motus animi in Deum conuertentur. Modò enim corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, ne omnino possit ad Deum ita ex toto conuerti. Ideò Apostolus volens omnino secundum totum cor suum conuerti ad Dominum clamabat. *Rom.7.* d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dico [Auerte iram tuam a nobis:] Et verè tu auertes.

l Nunquid enim, [in æternum irasceris nobis,] quasi dicat, non irasceris in æternum. *Abacuch.3.* a. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Et maximè [nobis] qui sumus fragiles. *Gen.6.* a. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. *Isa.57.* d. Non in sempiternum litigabo, neque vsque in finem irascar. Quæstio est, si sapientia Dei per Apostolos loquitur, vel locuta est, vtrum ira Dei per eorum successores litiget: Ex ira enim Dei est litigatio. 2. *Timoth.* 2. d. Sed mansuetum esse ad omnes.

m Aut extendes iram tuam à generatione in generationem?] quasi dicat, non. Vel secundum literam Ieronymi. [Nunquid in æternum irasceris nobis extendens iram tuã in generationem & generationem? q.d. licèt tu irascaris propter peccata nostra vsque in tertiam & quartam generationem, non tamen in æternum irasceris nobis, præcipuè nobis qui diligimus te. *Exod.* 20. a. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me. Hoc est enim quod subdit.

n Deus tu conuersus] aliquando ab ira ista. *p* Viuificabis nos.] Dominus auersus est ab impiis propter peccata. *Ier.* 18. c Dorsum, & non faciem ostendam eis. *Abacuch.* 1. c. Mundi sunt oculi tui Domine, & respicere ad iniquitatem non poteris. Conuertit autem se ad bonos & ad pœnitentes de peccatis per propitiationem. *Psal* 89. Conuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. *Sap.*4. c. Gratia Dei & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in electos illius. [Conuersus] autem ad eos viuificat eos, sicut conuersus ad Petrum & respiciens eum, viuificauit eum. *Luc.*22. g. Conuersus Dominus respexit Petrum. & recordatus est Petrus verbi Domini, &c. Et egressus foras fleuit amarè, quasi dicat, qui mortuus erat per peccatum, viuificatus est per pœnitentiam.

* *Luc.15.g.*

A *a* Et plebs tua] fidelis. *b* Lætabitur in te] per deuotionem. Et vt hoc citò fiat. *c* Ostende, &c.] id est, Filium tuum, per quem misereberis, nobis in carne visibilem exhibe. *Psal.*47. Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio Templi tui.

d Et salutare tuum,] id est, Iesum, qui nos saluabit.

e Da nobis] vt sit hostia tibi placita pro peccatis nostris. *Ioan.*3.b. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

a & plebs tua *b* lætabitur in te. *c* Ostende nobis, Domine, misericordiam tuã, *d* Et salutare tuum *e* da nobis. *f* Audiam quid *g* loquatur in me *h* Dominus Deus: *i* quoniam loquetur pacem *k* in *l* plebem suam. Et *m* super sanctos suos, *n* & in eos, qui † conuertuntur ad cor. *o* Veruntamen propè timentes eum salutare

al.† conuertunt cor ad ipsum.

Moral.

* *Luc.*15.g. Frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Et de hac viuificatione sequitur gaudium & humilitas. Vndè addit.

a Et plebs tua,] id est, se viles & humiles reputantes.

b Lætabitur] non in mundo, sed [in te,] *Psal.*31. Lætamini iusti in Domino. *Luc.*12.d. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. Illi verò vehementer & perfectè gaudent, & lætantur in Domino, qui perfectè cognoscunt quantam gratiam Dominus eis fecerit. Vndè orat.

c Ostende, &c.] id est, fac nos perfectè cognoscere magnam misericordiam tuam, vt non pro peccatis desperemus, sed in misericordiâ speremus. *Psalm.*5. Speraui in misericordia Dei in æternum. Vndè cantat Ecclesia, in Quadragesima. Tribularer, si nescirem misericordias tuas, Domine. Tu dixisti. Nolo mortem peccatoris, &c. Multi etiam sunt, qui misericordiam iam in se factam non cognoscunt, vel quia sunt stulti, vel quia ingrati. Vndè bene petit, [Ostende, &c.] *Thren.*3. c. Misericordiæ Domini est, quia non sumus consumpti, id est, quòd patres nostri gentiles, & multi infideles perierunt & non nos, misericordiæ Dei est. Item quanta misericordia est Dei in nos, qui pro nobis dedit Filium & exposuit morti? Vndè *Rom.*8. f. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia cum illo nobis donauit? Quæ vox, quæ poterit lingua retexere beneficia Dei? Sed quia qui ostendit pulchras & pretiosas merces emptori pauperi, irritat appetitum eius, & concupiscentiam, iuxta illud *Sap.*10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei: Ideò subdit.

d Et salutare tuum,] id est, salutem æternam. *e* Da nobis,] quasi dicat, non habemus, vnde emamus. *Cant.*8.c. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Hæc dilectio est ipse Deus. *Ioan.*4.d. Deus charitas est, &c.

Tertia pars. *f* Audiam quid loquatur.] Tertia pars, vbi Sancti Spiritus in se loquentis auctoritate confirmat se certum esse de aduentu Christi, quem prædixerat, & petierat. Dicit ergo. [Audiam,] id est, aure cordis percipiam.

g Quid loquatur in me,] i. quid inspiret cordi meo.

h Dominus Deus] per spiritum propheticum. Et quid audies? Pacem.

i Quoniam, &c.] futuram.

k In, id est, super.

l Plebem suam] mittendo Filium, qui erit prolocutor pacis nostræ ad Deum. *Hebr.*1. a. Multifariè multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. Prolocutor autem fuit pacis inter Deum & hominem. Vndè *Iob* 33. c. de homine dicitur. Appropinquabit anima eius corruptioni, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnum de similibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet. Libera eum, vt non descendat in corruptionem, inueni, in quo ei propitier. *Gloss. Greg.* Angelus iste Christus accipitur, qui pro nobis Patri loquitur vnum de similibus, per hoc, quod se nobis similem ostendit. Ipse autem mediator in eo miseretur hominis, quia formam hominis sumpsit, & ita in quo ei propitier, inueni, ac si apertè dicatur, quia nullus hominum fuit, qui coram Deo intercessor iustus pro hominibus appareret, memetipsum ad propitiandum hominibus hominem feci, & dum me hominem exhibui, in quo iuxta hominem hominibus propitiarer, inueni. Sed in plebe Dei sunt duo genera hominum, scilicet, perfecti, & imperfecti. Vndè subdiuidendo, subiungit. *m* Et super, &c.] i. perfectos. *n* Et in eos, &c.] id est, ad compunctionem & pœnitentiam, de hoc quod auersi erant à Deo, hi sunt imperfecti. Et quia locutus fuerat de aduentu Saluatoris, ostendit, de qua regione orietur, scilicet, de Iudæa, cùm subiungit.

o Veruntamen propè, &c.] q.d. loquetur pacem super plebem suam, i. super omnes communiter. [Veruntamen salutare ipsius Dei, scilicet, Christus, erit propè timentes eum,] id est, inter Iudæos; quia acceperunt spiritum seruituiis in timore. *Rom.*8.c. Licèt enim per eum data sit pax communis tam Gentibus, quàm Iudæis. Vndè *Luc.*2. b. A dictum est

Moraliter. *f* Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.] Dominus loquitur in homine, quandocunque homo bonum cogitat, aut proponit. Vndè *Bern.* Sciendum est, quia cum in corde mala versamus, nostra cogitatio est, cum bona, Dei sermo est: illa cor nostrum dicit, hæc audit. *e* Quoniam loquetur pacem in plebem suam.] *Bern.* Pacem, pietatem, iustitiam Deus in nobis loquitur, nec talia cogitamus ex nobis: sed audimus in nobis. Cæterum, homicidia, furta, blasphemiæ, & alia mala, quæ cogitamus, non Dei sermo sunt, sed hominis cogitatio, vel diaboli immissio. *Matth.*15 b. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. *Psal.* 13. Dixit insipiens in corde suo: non est Deus. Sunt autem immissiones per Angelos malos, quale fuit illud. *Ioan.*13. a. Cum misisset diabolus in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis, &c. Et addit *Beatus Bernard.* Verum quis ita diligens est motuum suorum, vel factorum obseruator, vt liquidè discernat inter morbum mentis, & morsum serpentis? Quis purè discernere valeat malum innatum, & malum seminatum? hoc nulli mortalium possibile puto, nisi qui à Patre spiritum acceperit. Nam delicta quis intelligit? Nec multum refert nostra scire, vnde est nobis malum: dummodo inesse sciamus: vigilandum est potiùs, vndecumque sit, ne consentiamus. Loquitur autem Dominus tripliciter. *Dominus loquitur tripliciter.*

Videlicet { In plebem historicè. / Super Sanctos allegoricè. / In eos, qui conuertuntur ad cor, tropologicè.

m Et super Sanctos,] id est, Clericos, est verbum Domini, quasi onus graue. *Ier.*23.g. Onus Domini vltra non memorabitur, quia onus erit vnicuique sermo suus. *Isa.* 46.c. Redite præuaricatores ad cor. Homo fugit cor suum aliquando, aliquando autem cor fugit hominem. *Psal.*39. Et cor meum dereliquit me. Quando homo non vult aspicere scelera sua, tunc homo fugit cor suum. *Eccl.*21.b. Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum.

l In plebem suam.] Tria sunt genera hominum, scilic. laici, Clerici, & Religiosi. Et in hos, & super omnes hos loquitur Deus pacem, non dissensionem. Quia vt dicitur. 1. *Corinth.* 14. g. Non enim dissensionis est Deus, sed pacis. Primum genus intelligitur per plebem. Secundum, per Sanctos. Tertium, per eos, qui conuertuntur ad cor. Est autem triplex, pax, quam his tribus generibus hominum loquitur Deus, scilicet, Pax reconciliationis ad Deum. Pax pectoris ad seipsum. Pax temporis ad proximum. De prima *Isa.*27. b. Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. De secunda. *Ioan.*16. g. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. De tertia *Romanor.*12. d. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Primam pacem loquitur Deus omnibus, sed laicis appropriatè, quia illam debent habere. Sine illa enim non est salus. Sine autem duabus aliis possunt laici saluari, quia in tumultu sæculi & litibus sunt. Secundam loquitur Clericis & Religiosis, sed Clericis appropriatè, qui vt solis spiritualibus intendant, redditus Ecclesiasticos habent. Nec oportet eos intendere negotiationibus, aut laboribus, sicut laicos. Tertiam autem propriè loquitur Religiosis, quibus propriè competit lites nullas habere. Et ipsis puto illud præceptum Euangelicum traditum esse. Qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas. *Luc.*6.e. Et 1. *Corinth.*6.b. Iam omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos, quare non magis fraudem patimini? quare non magis iniuriam accipitis? Sed vos iniuriam facitis, & & fraudatis. Et licet ita sint diuersi status hominum, tamen in quolibet potest homo acceptus esse Deo. Hoc est, quod sequitur. *Tria sunt genera hominum. & triplex pax.*

o Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius,] id est, Christus per gratiam. Vel [salutare,] id est, salus, quasi dicat, siue de isto, siue de illo, siue de tertio statu sit

* homo, dum tamen

A dictum est. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tamen specialiter missus est ad oues, quæ perierunt domus Israël, vt ipse dicit *Matt.* 15. c. Et quod prædixit, expressius aperit cum subiungit. *a* Vt inhabitet gloria,] i. Filius Dei gloriosus. *b* In terra nostra] i. in terra promissionis. *Prou.* 10. Gloria Patris est Filius sapiens.

ipsius, vt *a* inhabitet gloria in *b* terra nostra. *c* Misericordia *d* & veritas † obuiauerunt sibi, *e* iustitia *f* & pax *g* osculatæ sũt. † *h* Veritas *i* de terra orta est,

Quatuor comites quos habuit Christus. *al.* † occurrerunt.

c Misericordia, &c.] Hic determinat Propheta quos comites habuit Christus. Et sunt quatuor, duo sunt misericordia & veritas. Vnde dicit. [Misericordia, &c.] in Christo. [Misericordia] s. Euangelij in gentibus, quæ longè erant. [Et veritas] legis impleta in Iudæis, qui propè. *Ioan.* 1. b. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum. Gratia est misericordia in dimittendo peccata, veritas in adimplendo promissa. Hi duo comites quasi præcedunt Dñm, secundum quod in Psalmo dicitur. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Alij duo sequuntur, de quibus dicit. *e* Iustitia, &c.] i. coniunctæ sunt in Christo, sicut duo in osculo coniunguntur. Christus enim iustitiam fecit, satisfaciendo pro peccatis nostris, & pacem reconciliando nos Patri. 2. *Cor.* 5. d. Deus erat in Christo Mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Et quomodo facta sunt hæc. Per Incarnationem Filij Dei: Vnde subdit. *h* Veritas] i. Christus, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. *i* De terra orta est. i. de beata Virgine, quæ dicitur terra propter suam humilitatem. Terra enim est humilius elementum. Vnde de ipsa dicitur *Isa.* 45. b. Aperiatur terra & germinet Saluatorem, i. appareat humilitas beatæ Virginis humiliter consentientis verbis Angelicis & dicentis. Ecce ancilla Dñi, fiat mihi secundùm verbum tuum, & sic concipiat Saluatorem. Vnde beatus *Bern.* quasi loquens ei dicit. Quid tardas? quid trepidas? profer verbum, & suscipe Verbum. Deinde ostendit Propheta, quæ secuta sunt ex aduentu Saluatoris. Primum est iustificatio. Vnde dicit. *k* Et iustitia, &c.] s. per gratiæ infusionem, sicut Sol nos respicere dicitur, quando radios suos ad nos dirigit. *Ps.* 89 Respice Dñe in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Secũdum est peccatorum remissio. Vnde dicit. *l* Etenim &c.] s. benignissimè nobis condonando peccata nostra. Et est emphatica locutio. Tertium est bonorum operum multiplicatio. Vnde dicit. *m* Et terra, &c.] Terra s. liberi arbitrij fructum bonorum operum. De his habetur *Osea* 6. b. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Hoc quantum ad duo prima potest dici, s. quantùm ad infusionem gratiæ, & dimissionem peccatorum. Diluculum enim radios lucis emittit, & tenebras fugat, s. aduentus Christi, & egressus eius à Patre, & de ventre Virginis radios emisit, & tenebras peccatorum fugauit. Quantum autem ad tertium, s. ad multiplicationem bonorum operum, addit. Et veniet nobis quasi imber temporaneus & serotinus terræ: imber temporaneus, i. primi temporum, facit segetes germinare, serotinus facit grana ingrossari & maturescere. Sic aduẽtus Domini in nobis per gratiam præuenientem facit in nobis semina boni propositi germinare, & per gratiam sequentem bona opera maturescere. Et hæc duo notantur hic secundum diuersas literas. Quia *Ieron.* dicit sic. [Terra nostra, &c.] Litera autem nostra habet, [Fructum suum.] Sed quia tanti Domini tam vtilis aduentus sine præcone non fuit nec esse debuit, bene de eo subiungit. *q* Iustitia, &c.] i. Ioannes Baptista præcursor erit Christi. De quo *Luc.* 1. g. dixit pater eius. Tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, scilicet, viam Baptismi & viam pœnitentiæ. Et bene dicitur Ioannes, iustitia, quia iustissimus fuit, teste Domino, qui dixit *Matth.* 11. b. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Iustitia etiam fuit, secundùm quod vulgariter dicitur, id est, iustitiator austerissimus carnis suæ, secundùm quòd describitur austeritas vitę eius *Matth.* 3. a. Vnde bene subditur hic de ipso.

al. † se. 35. q. 10. c. 1. *De pæn. dist.* 1. c. *gratia Dei. Psalm.* 88.

Ioannes Baptista dicitur iustitia.

A Et ponet in via

Moral.

* homo, dum tamen timeat Deum vt debet, in statu saluandi est, & Dominus est cum eo. *Actor.* 10. e. In veritate comperi quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. *Psal.* 144. Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Ita prope est. *a* Vt inhabitet, &c.] id est, gloriosa Trinitas in cordibus nostris. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et post ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. 3. *Reg.* 8. b. Impleuit gloria Domini domum Domini. Vel sic. [Vt inhabitet, &c.] i. bonum testimonium in conscientia nostra. 2. *Cor.* 1. c Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Rom.* 8. c. Ipse Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Hoc testimonium conscientiæ, vt dicit *B. Bernard.* in tribus consistit. Necesse est enim primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgentiam Dei; deinde, quod nil boni operis habere possis nisi dederit ipse; postremum quod vitam æternam nullis possis operibus promereri. Et postea dicit Beatus *Bernard.* Hæc velut quoddam fundamentum fidei sunt habenda. Et quomodo haberi possit, & acquiri gloria ista, ostendit Beatus *Bernard.* per textum sequentem, dicens sic. Habitat gloria in terra nostra, si misericordia & veritas obuient sibi, iustitia & pax osculentur. Hoc est, quod sequitur. [Misericordia & veritas, &c.] Et potest esse consequens eius, quod prædicit sic. [Vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, &c.] *c* Misericordia,] Dei remittentis peccatum. *d* Et veritas] hominis accusantis seipsum. Hæc duo sibi obuiant & concurrunt in vera confessione, secundum quod dicitur supra in *Psal.* 31. Dixi, confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino, & tu, &c.

& *k* iustitia de cœlo prospexit. *l* Etenim Dominus dabit † benignitatem, *m* & *n* terra nostra *o* dabit *p* fructum suum. *q* Iustitia *r* ante † eum *s* ambulabit,

al. † suauitatem.

al. † eam præibit.

e Iustitia] hominis satisfacientis, & de se ipso iustitiam facientis Deo. *f* Et pax] Dei recipientis ad pœnitentiam. *g* Osculatæ sunt] secundùm quod dicitur *Luc.* 15. d. De filio prodigo reuertente ad patrem, quòd cùm adhuc longè esset, vidit illum pater eius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. *Isa.* 32. d. Erit opus iustitiæ pax. Beatus *Bernard.* Vbi compungitur quis, iam tunc eum misericordia præuenit, sed nequaquam egredietur donec veritas confessionis occurrat. [Misericordia & veritas, &c.] Beatus *Bernard.* Videre mihi videor quatuor his virtutibus amictum hominem primum ab ipso suæ creationis exordio. Misericordia, custodiebat. Veritas, docebat. Iustitia regebat. Pax fouebat. Sed miser homo descendit de Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones qui spoliauerunt eum, nec poterat ablata recipere vestimenta nisi Christus amitteret sua. Et *infrà*. Grauis inter virtutes contentio, veritas & iustitia miserum affligebant, pax & misericordia iudicabant ei esse parcendum Iudex ait. Inhonesta est virtutum contentio, fuit mors bona, & habet vtraque quod petit. Vel omnia ista dicantur de homine, vt dicatur. [Misericordia & veritas obuiauerunt sibi,] In homine [Iustitia & pax] in eodem [osculatæ sunt.] Misericordia in concupiscibili. Veritas in rationabili. Iustitia in irascibili. Pax in sensu carnali. Prima duo sibi obuiant, alia duo osculantur se post bellum. De quo *Galat.* 5. c. Caro concupiscit aduersùs spiritum, & spiritus aduersùs carnem. Secundum autem primum sensum procedamus. *h* Veritas de terra orta est,] quasi dicat, terra nostra germinat nobis satis spinas & tribulos. *Genes.* 3. c. quos sarculo veræ confessionis rescindere, & eradicare oportet. Nam vt dicit 1. *Ioan.* 1. d. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. *k* Et iustitia de cœlo prospexit,] idest, procul aspexit ad futuros peccatores terrenos. Iustitia enim in cœlo, vel de cœlo orta est, quando Lucifer peccans proiectus est. Sed de cœlo ad homines prospexit, vt exemplo illius homines corrigantur. 2. *Petr.* 2. a. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus Inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari; supple nec hominibus parcet. Et posset aliquis quærere. Possem ne facere iustitiam? Et respondet: Ita. *l* Etenim Dominus dabit benignitatem] id est, ex benignitate sua dabit tempus pœnitentiæ, vt fiat iustitia in terra nostra. *Rom.* 2. a. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *m* Et] facta est iustitia in terra nostra. *n* Terra nostra] scilicet terra corporis, terra liberi arbitrij. *o* Dabit,] voluntariè. *p* Fructum suum] scilicet fructum pœnitentiæ. *Matth.* 3. b. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Et qui ita fecerit, habebit quod supra dictum est, quia Deus habitabit in eo. Hoc est, quod sequitur. *q* Iustitia,] quam fecit homo de seipso. *r* Ante eum,] id est, ante Deum. *s* Ambulabit,] q. d. si præcedat iustitia statim sequetur Deus. *Psalm.* 88. Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.

Luc. 10.

A *a* Et ponet, &c.] scilicet, in via pœnitentiæ quam prædicabat, quam præparare venerat, Multi autem Prædicatores sunt qui parant viam prædicando, sed tamen non ponunt in ea gressus suos, quia non faciunt quod dicunt. De quibus dicit B. *Greg.* Forè ideo contemptum temporalium prędicant, vt illa soli habeant, ná paupertaté prædicant vt medicamentum, & eam fugiunt, vt venenum.

& *a* ponet in via gressus suos.

Oratio Dauid.

PSALM. LXXXV.

b INCLINA Dñe aurem tuam *c* & exaudi me, *d* quoniam † inops & pauper sum ego. *e* Custodi animam meam quoniam *f* sanctus sum

al. † egenus, & inops.

Moral. * *a* Et ponet, &c.] id est per viam iustitiæ veniet. *Isa.* 46. d. Propè feci iustitiã meã, & non elongabitur, & salus mea non morabitur. Vel de aduentu ad Iudicium potest exponi. [Iustitia ante eum ambulabit id est, necesse est homini vt antequam veniat iudex iustitiam faciat. *Eccl.* 18. c. Ante iudicium para iustitiam, [Et ponet] Deus [in via] etiam sic parata, id est, in iustitia hominis [gressus suos.] Veniens enim ad iudicium etiam iustitias iudicabit, sicut dicit *suprà*. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Notandum autem quòd multiplex est osculum, videlicet bonum & malum.

Osculum.
- Bonum
  - Vnionis naturarum. *Cant.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui.
  - Pœnitentiæ. *Luc.* 7. g. Maria non cessauit osculari pedes Domini.
  - Reconciliationis. *Luc.* 15. d. Cecidit super collum eius, & osculatus est eum.
  - Congratulationis. *Cant.* 8. a. Quis det vt inueniam te foris, & deosculer te?
  - Fœderis. *Gen.* 31. g. Laban osculatus est filios suos & filias.
  - Gratiæ. *Prou.* 24. c. Labia deosculabitur qui recta verba respondet.
  - Obedientiæ. *Gen.* 27. d. Da mihi osculum fili mi.
  - Gloriæ. 1. *Reg.* 10. a. Tulit Samuel lenticulam olei & effudit super caput eius & osculatus est eum, & ait, ecce vnxit te Dominus super hæreditatem suam in Principem.
- malum
  - Meretricis. *Prou.* 7. b. Apprehensumque deosculatur iuuenem.
  - Fraudis. *Prou.* 27. a. Meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta odientis oscula.
  - Supebiæ. *Iob* 31. c. Si osculatus sum manum meam.
  - Auaritiæ. 4. *Reg.* 19. d. Dereliqui mihi in Israël septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal, & omne os quod non adorauit eum osculans manum.

EXPOSITIO PSALM. LXXXV.

INclina Domine, &c.] Titulus. [*Oratio Dauid.*] Præcedens Psalmus fuit de Christi Incarnatione. Iste consequens est de eius oratione in paupertate & in Passionis tribulatione facta. Vnde patet titulus, quia is est sensus. [Oratio] ista attribuitur [Dauid] vero, id est, Christo toti, qui hic loquitur & in persona capitis, & in persona membrorum. Et per totum istum Psalmum orat. Vnde intentio est mouere nos ad orationem. Modus est, quia tres sunt partes. Primò, ponit quæ pertinent ad ipsum caput. Orat autem ascendendo, & omnes gentes adoraturas concludit. Secundò, orat pro membris iam fidelibus & adorantibus, *ibi*: [Deduc me.] Tertiò, orat iterum pro se, congruè de Passione commemorans, *ibi*: Deus iniqui.]

Partitio Psalmi.

Alleg. Christus ergo ad Deum Patrem dirigens orationem dicit. *b* Inclina, &c.] Et ostendit quòd exaudiendus sit merito humilitatis, in hoc quod dicit. [Inclina] s. ad me qui sum in motu qui es in alto. Secundò, ostendit se esse exaudiendum merito duplicis paupertatis. Vnde addit. *d* Quoniam, &c. Est enim duplex paupertas, s. amicorum. Vnde dicit. [Quoniam inops sum] i. sine ope amicorum. Et rerum, vnde dicit. [Et pauper] i. sine rebus. [Ego] cum pondere legendum est de Christo, qui cum esset Dominus & diues, factus est seruus & pauper. Vnde 2. *Cor.* 8. b. Scitis gratiam Dñi nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cùm esset diues, vt illius inopiâ vos diuites essetis. Ostenso quare debeat exaudiri, ostendit quid petat. Et petit quatuor in vniuerso. Petit enim triplicem liberationem, & vnum donum. Et primò petit liberationem à diabolo, cum dicit.

e Custodi, &c.] Hoc dicit in persona membrorum, quorum animas petit custodiri, ne a diabolo rapiantur. Dicit hoc etiã in persona propria, per hoc ostendẽs veræ humanitatis fragilitaté in se. Et hoc facias. *f* Quoniam, &c.] Hoc conuenit Christo capiti propriè. Conuenit etiam suis, quia sunt sanctificati in

Moraliter legitur in persona viri fidelis in tribulatione vel tentatione constituti, vel in persona pœnitentis peccatoris dicentis ad ipsum Christum. *b* Inclina, &c.] i. præpara te ad audiendum antequam orem, & me etiam præpara ad dicendum. *c* Et] cum orauero, exaudi me. Per hoc quod dicit, Inclina, duo notat. Primò, quod de profundo clamat. *Moral.* *Ps.* 129. De profundis clamaui ad te Dñe, scil. de profundo peccatorum, vel tribulationum, vel de profundo cordis. Hic est Ionas qui clamat ad Dñm de ventrè ceti. *Iona* 2. a. Orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis, & dixit. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me de ventre inferi. Secundò, ostenditur per hoc quod dicit [Inclina] quod nihil potest homo per se secundum quód & alibi in Psalmo dicitur. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Non dicit preces eorum in aure eius, sed è conuerso, quia preces peccatoris non possent ascendere vsque ad aures Dñi, nisi Dñs inclinaret aures. *Ioan.* 9. f. Scimus quoniam peccatores non audit Deus. Dñs autem inclinat se eis qui inclinant se per humilitatem. *Iob* 22. d. Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. *Isa.* 17. c. Inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israël respicient, i. ad Christum humilem in prę sepio reclinatum. *Luc.* 2. a. De quo *Isa.* 12. b. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël, i. Christus. Sed nec ipsum inclinare à nobis est, sed à Dei gratia. *Prou.* 21. a. Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Ex parte ergo Dei duo sunt, s. inclinare aurem, & exaudire. Et hæc necessaria sunt nobis propter duo quæ in nobis sunt. De quibus addit. *d* Quoniam, &c.] Inops est, qui ope amicorum & virium ac seruorum iuuantium caret, vt infirmus qui iacet in lecto, nec habet qui eum vertat, nec ipse potest per se surgere. Et quia surgere non potest, necesse habet vt Dñs ad eum se inclinet. Pauper autẽ, qui parum habet, necesse habet vt à Domino exaudiatur, à quo omne bonum. Homo n. quilibet & præcipuè peccator inops est, i. sine ope viriũ & amicorũ. *Iob* 6. c. Ecce non est auxiliũ mihi in me, necessarij quoq; mei recesserunt à me. Pauper est qui multa debet & multa habet: pauperior qui multa debet & pauca habet: pauperrimus est qui nihil habet & multa debet. Talis est omnis peccator licèt in multis diuitiis temporalibus sit abundans. *Prou.* 13. a. Est quasi diues cùm nihil habeat. *Apoc.* 3. c. Dicis diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia miser es, & miserabilis, pauper, & cæcus, & nudus. Quid autem notandum sit ostendit dicens. *e* Custodi, &c.] non dicit corpus, quia non timet corpori suo vir iustus, secundum illud *Matth.* 17. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Sed de anima sua sollicitus est, quia scit quod pretiosior est & magis infestat diabolus animã. Vnde *Psalm.* 39. Captabunt in animam iusti. *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tollle tibi. Ita dicit Rex Sodomorum, i. diabolus. Et Dñs è contrario cætera omnia exposuit ei animam autem vult seruari. *Iob* 2. b. Dixit Dñs ad Sathan, ecce in manu tua est, verumtamen animam eius serua. Et allegat. *f* Quoniam, &c.] sine terra, sine amore terrenorum. *Eccl.* 30. c. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. *Psalm.* 33. Redimet Dñs animas seruorum suorum Non seruorũ mammonæ. *Matth.* 6. c. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Sed in hoc sensu non potest dicere peccator forsitan. [Quoniam, &c.] quia non penitus abiecit amorem temporalium, sed potest dicere.] Quoniam sanctus sum,] i. sanctificatus in Baptismo. 1. *Petr.* 2. b. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Item [sanctus,] i. sanctificatus & redemptus sanguine tuo. Vndè melius custodire debes animam meam. *August.* meam] Dominus custodit animam iusti, vt ciuitatem, vel castrum, vt thesaurum, vt pupillam, vt sacrificiũ, vt crucifixum. Vt ciuitatem tuam de qua dixisti, Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, i. anima. Et iterum *in Psal.* 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. *Is.* 26. a. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, i. anima contemplatiua, Saluator donetur in ea murus. Item custodi eam vt thesaurum. 2. *Cor.* 4. b. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Item vt pupillam. *Psalm.* 16. d. Custodi me vt pupillam oculi. *Zach.* 2. c. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Item vt sacrificium. *Gen.* 15. d. Descendebant volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham, i. Deus, vel vel prælatus, vel ratio. Item vt tuum crucifixum. *Gal. vlt.* d. Mihi Mundus crucifixus est, & ego Mundo. 2. *Reg.* 21. b. Dentur septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos

Domino in Ga

Alleg.

A ſunt ſanctificati in Baptiſmo quaſi dicat Patri, merito ſanctitatis meæ cuſtodi animas membrorum meorum, & & etiam meam. Secundo petit liberationem à malis hominibus. Vnde addit. *a* Saluum fac, &c.] id eſt, me qui ex obedientia tua formam ſerui accepi, & meos qui tibi vnanimiter ſeruiunt. Et hoc petit merito ſpei. Vnde addit. *b* Deus meus ſperantem in te.] Tertiò, petit liberari à multiplici miſeria carnis, cum dicit. *c* Miſerere mei Dñe] id eſt, libera me à miſeria carnis meæ ne præualeat ſenſualitas. Hoc dicit, non quia timeret de caſu, ſed in hoc oſtendit veritatem humanæ fragilitatis, in qua communicauit nobis. Et hoc petit merito deuotionis. Vnde addit. *d* Quoniam ad te clamaui,] non ad horam, ſed. *e* Tota die] id eſt in omni tempore. Quartò, petit donum, ſcilicet, lætitiam ſpiritualem. Vnde ſubiungit. *f* Lætifica animam ſerui tui,] Hoc petit merito charitatis. Vnde addit. *g* Quoniam ad te, &c.] per deuotum & ardentem amorem. *h* Quoniam tu Domine,] Oſtenſo quid petit, & oſtenſis etiam priùs rationibus quæ ſunt ex parte ſui, quare debeat exaudiri, conſequenter oſtendit rationes, quæ ſunt ex parte Dei quare debeat exaudire. Prima eſt Dei ſuauitas. Vnde dicit. [Quoniam tu Domine] quaſi dicat, ideo non exaudire non potes. [Quoniam tu Domine ſuauis] id eſt, dulcis & benignus. *Sap.* 12. a. O quam bonus & quã ſuauis eſt ſpiritus tuus Dñe in omnibus. Secunda eſt eius manſuetudo. Vnde addit. *i* Et mitis] his quos expectas. Tertia eſt multiplex miſericordia Dei. Vnde adiungit, *k* Et multæ miſericordiæ,] maximè. *l* Omnibus inuocantibus te.] Si ergo omnibus, potiùs mihi & multo fortius me debes exaudire quàm aliquem purum hominem. Poſtea oſtendit quomodo vult exaudiri, ſcilicet, perfectè & vtiliter. Vnde ſubiungit. *m* Auribus, &c. Ecce primum. [Auribus.] ſcilicet, miſericordiæ tuæ. *n* Percipe] id eſt, perfectè cape. *o* Orationem meam] quam pro me & meis effundo. De vtilitate dicit. *p* Et intende, &c.] ita, ſcilicet, vt nón inutiliter audias. Poſtea oſtendit qua audacia & ſecuritate hoc petat. Primò, quia per experientiam nouit quòd miſericors eſt. Vnde addit. *q* In die tribulationis meæ,] præcipuè in die Paſſionis. *r* Clamaui ad te.] Et hoc ſecurè feci. *ſ* Quia,] iam multoties alias, [exaudiſti me.] Secunda ſecuritas ſiue ſecunda ratio ſecuritatis eſt, quia ſcit illum potentem exaudire. Vnde addit. *t* Non eſt ſimilis tui in diis Domine.] Siue ſumantur dij pro Dæmonibus, ſiue pro idolis, ſiue pro hominibus, ſiue pro Prælatis, nullus eſt ſimilis ei. Tertia ratio ſecuritatis eſt effectus operationis, quia ſcilicet, ſemper conſueuit operari bona in inuocantibus ipſum. Vnde addit.

al. † mihi
al. † iucũda.

a ſaluum fac ſeruum tuum *b* Deus meus ſperantem in te. *c* Miſerere † mei Dñe *d* quoniam ad te clamaui *e* tota die, † *f* lætifica animam ſerui tui *g*, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. *h* Quoniam tu Domine ſuauis, *i* & mitis *k* & † multæ miſericordiæ *l* omnibus inuocantibus te. *m* Auribus † *n* percipe Domine *o* orationem meam, *p* & intende voci † deprecationis meæ. In *q* die tribulationis meæ. *r* clamaui ad te, *ſ* quia exaudiſti me. *t* Non eſt ſimilis † tui in diis Domine

A Et non eſt ſecundùm

Moral.

✱ Domino in Gabaa. Et poſtea ſequitur quod illi ſeptem in monte coram Domino crucifixi ſunt, & Reſpha non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem. Septem illi crucifixi, ſignificant omnes qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis; ſicut dicitur *Gal.* 5 d. Reſpha, velox interpretatur vel currens, & ſignificat Chriſti prouidentiam vel ipſius hominis prudentiam, quæ à ſic crucifixis effugat aues elationis in die proſperitatis, & beſtias triſtitiæ in nocte aduerſitatis. [Quoniam Sanctus ſum.] Nota quòd Sanctus multis modis dicitur.

Dicitur enim Sanctus.

- Sanctificans vel venerabilis ſine terra. *Luc.* 1. e. Sanctum nomen eius.
- Legitimus. 1. *Cor.* 7. c. Nunc autem & filij veſtri ſancti ſunt.
- Initiatus Sacramentis, 1. *Pet.* 2. b. Gens ſancta, populus acquiſitionis,
- Mundus. *Leu.* 11. g. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.
- Caſtus, 1. *Reg.* 21. b. Fuerunt vaſa puerorum ſancta.
- Sanguine tactus. *Heb.* 9. f. Omnia pene in ſanguine ſecundùm legem mundantur. Et *ſupra* d. Sanguis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat.
- Perfectus. 1. *Theſſ.* vlt. d. legatur Epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.
- Sanctum, id eſt, ſtatutum. *Leu.* 24. b. Sanctum ſanctorum eſt de ſacrificiis Domini iure perpetuo,
- Paſtus. *Eccl.* 7. d. Sanctifica Sacerdotes, id eſt, paſcè.
- Secretum. *Pſal.* 88. Semel iuraui in ſancto meo, Glo. in ſecreto.

In cuſtodia autem animæ eſt integra ſalus. Vnde cum hoc, addit. *a* Saluum, &c.] qui ſeruit tibi & ſeruat te & tua. Et hoc fit maximè per ſpem. Vnde addit. *b* Deus meus, &c.] *Rom.* 8. e. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem duo facit. Vnum in futuro, aliud in præſenti. In futuro ſperatum adipiſcitur. Vnde *Rom.* 5. a. Spes non confundit. Hoc eſt quod hic addit. *c* Miſerere mei Domine,] tollendo me à miſeria, quod plene fiet in futuro. Et hoc. *d* Quoniam ad te, &c.] id eſt, perſeueraui in clamando. *Iſa.* 48. a. Clama ne ceſſes, &c. *Luc.* 11 b. Si perſeuerauerit pulſans, &c. propter improbitatem eius ſurget & dabit illi, &c. In præſenti autem ſpes lætificat. *Rom.* 12. c. Spe gaudentes. Hoc eſt quod ſequitur.

Spes duo facit.

al. † multum miſericors.
al. † infige.
al. † orationi.
al. † tibi.

f Lætifica, &c.] ne præſentibus tribulationibus contriſtetur. Et ſupponit bonam cauſam.

g Quoniam ad te, &c.] per contemplationem & deſiderium æternorum. *Th.* 3 c. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe. Quantò enim plus leuatur anima, tantò magis lætatur in Domino. Sicut alauda quæ dum eſt in terra non cantat, ſed cum iam ſurſum aſcendit, tunc cantat & gaudet, ſi autem iterum deſcendat ad terram, ceſſat à cantu. Sic anima leuata ad cœlum. *Pſal.* 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Si autem deſcendat in infima contriſtatur, *Pſal.* 41. Quare triſtis es anima mea & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi. Et meritò ad te Domine leuanda eſt anima & in te gaudendum eſt.

h Quoniam tu Domine ſuauis] guſtantibus te. *Pſal.* 33. Guſtate, & videte quoniam ſuauis eſt Dominus 1. *Pet.* 2. a. Si tamen guſtaſtis quoniam ſuauis eſt Dominus.

i Et mitis] tangentibus te. *Matt.* 11. d. Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me quia mitis ſum.

k Et multæ miſericordiæ,] quia multæ ſunt miſeriæ, à quibus reuelas. Vel [multæ miſericordiæ,] quia non tantùm quibuſdam, ſed.

l Omnibus inuocantibus te.] *Rom.* 10. c. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Et propter hoc ego inuoco te dicens.

m Auribus. &c.] Pluraliter dicit auribus, quia eſt auris miſericordiæ & eſt auris zeli. De prima dicitur ſupra in principio huius Pſalmi. [Inclina Domine aurem tuam, &c.] De ſecunda *Sap.* 1. c. Auris zeli audit omnia.

n Percipe] id eſt, perfectè cape. Sed quomodo perfectè capi poteſt oratio quæ non perfectè, ſed ſyncopando profertur? *o* Orationem meam,] quæ eſt de bonis impetrandis, *p* Inde, &c.] quæ eſt de malis amouendis. [Vocis] dicit etſi non deuotionis, quia licet quandoque non præſto ſit deuotio, vox ipſa orationis Dominicæ, & Pſalmorum virtutem habet contra inimicum. [Intende] ergo [voci meæ] qua clamaui ad te.

q In die] enim [tribulationis meæ clamaui ad te,] id eſt, in aduerſitate quæ dicitur dies, quia illuminat, & in ipſa clamatur ad Dominum. Aduerſitas aperit oculos vt videat homo. *Ier.* 6. b. Erudire Ieruſalem, &c. Litera *Septuaginta.* per omne flagellum erudieris Ieruſalem. Item aperit os hominis vt clamet. *Greg.* Os quod proſperitas claudit, aduerſitas aperit. Et intelligendum eſt de interiori tribulatione quæ eſt tentatio, in qua præcipue clamandum eſt ad Dominum, & de exteriori quæ eſt perſecutio, vel Dei flagellatio. Et vtraque vtilis eſt *Ier.* 30. b. Tempus tribulationis eſt Iacob, & ex ipſo ſaluabitur. [Clamaui] dico.

ſ Quia exaudiſti me,] alias deprecantem Conſuetudo eſt pauperum quòd vbi cõſueuerunt accipere eleemoſynam, illuc frequenter currunt & eleemoſynã petunt, Dominus etiam exaudit antequam clament pauperes ſui. *Pſ.* 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationẽ cordis eorum audiuit auris tua. *Iſa.* 65 d. Antequam clament ego exaudiam. Et eſt exaudire ad exitum & vtilitatem audire, quod non faciunt falſi dij. Vnde addit. *t* Non eſt ſimilis tui in diis Dñe,] quia dij multorum non audiunt. *Pſ.* 113. Aures habent & non audient. *Aug.* Quod vnuſquiſque colit & veneratur hoc ſibi Deus eſt. Et licet cultus Deo debitus impendatur talibus diis, non tamen ſunt ſimiles Deo. *Iſa* 40. e, Cui ergo ſimilem feciſtis Deũ, aut quã imaginem ponetis ei? Licet autem aliqui dij audiant, non tamen exaudiunt, quia non ad debitum exitum audiunt. Vnde addit.

Alleg. A a Et non &c.] id eſt, non eſt qui tam bona faciat in eis qui rogant eum. Poſtea ſe exauditum eſſe innuit, & oſtendit quæ vtilitas ex hoc ſequitur, ſcilicet, conuerſio omnium gentium ad fidem. Vnde dicit. b Omnes gentes] id eſt, de omnibus aliquæ, & in omni terra aliqua gens. c Quaſcūque feciſti:] Omnes enim feciſti. d Venient] per fidem. e Et glorificabunt] per charitatem, id eſt, glorioſum oſtendent. g Nomen tuum.] *Malach.* 1. c. Ab ortu Solis vſque ad occaſum magnum eſt Nomen meum in gentibus. Et oſtēdit, quare glorificandum eſt nomen eius. Primò propter magnitudinem eius. Vndè dicit [Quoniam, &c.] Secundò, quia admirandus eſt. Vnde addit. [Et faciens mirabilia.] Tertio, quia eſt Deus. Vnde dicit. [Tu es, &c.]

a & non eſt ſecundum opera tua. Omnes b gentes † quaſcunque c feciſti d venient e & adorabunt coram te Domine, f & glorificabunt g nomen tuum. Quoniam h magnus es tu & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus. † i Deduc me Domine in k via tua l & † ingrediar in m veritatē tua, † n lætetur cor meum vt o timeat: nomen tuum. p Confitebor q tibi Domine ſ Deus t meus in u toto corde meo, x & glorificabo Nomen tuū in y æternum.

al. † quotquot. *al.* † magnus. *al.* † ambulabo. *al.* † iocundetur.

Moral. * a Et non, &c.] id eſt, non eſt Deus qui ita operetur ſalutem colentium ſe, ſed mortem potius. *Pſal.* 67. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Et quia ita operatur, ipſum ſolum deberent omnes colere. Nec excuſare ſe poteſt aliquis. Vnde dicit *Ioan.* 15. d. Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Item [non eſt ſecundum opera tua,] quia tu feciſti omnia, & hominem feciſti ad imaginem & ſimilitudinem tuam, vt te coleret & adoraret. Vnde bene ſequitur. b Omnes gentes, &c.] per fidem & operationem e Et adorabunt, &c.] Omnes enim gentes quæ ſunt tales quales factæ ſunt à Domino, adorant eum, quæ ſcilicet, ſeruauerunt ſimilitudinem, & imaginem non deturpauerunt. Deus enim omnes facit homines. Sed Rex quandoque facit milites & Principes & hi iam nolunt eſſe homines aliis æquales. Diabolus autem quandoque facit peccatores vel Prælatos per Simoniam, vel diuites per vſuram, & ſic de aliis. A talibus non adoratur Deus, ſed Diabolus. Et priùs adoratur ab eis quam det eis iſta. *Matt.* 4. b. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me. f Et glorificabunt, &c.] Nomen tuum.] non ſuum. Sicut illi de quibus *ſuprà*. Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Dè hoc verſu poteſt ſumi thema in Epiphania, & exponi allegoricè de Magis, *De Magis.* qui gentes, id eſt, gentiles fuerunt, & venerunt ad Dominum, ſecundum quod dicit *Iſa.* 60. a. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui. e Et adorabunt, &c.] Hoc fecerunt ipſi, *Matt.* 2. b. Procidentes adorauerunt. f Et glorificabunt nomen tuum.] Hoc fecerunt, quando apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et propter hoc adorandus es. h Quoniam magnus es tu, &c.]

Deus {
- Magnus, quia replet auidam concupiſcibilem. *Eccl.* 36. c. Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis, & gloria tua populum tuum.
- Faciens mirabilia, qui reficit rationalem mirabilium ſcrutatricem. *Eccl.* 40. c. Gratiam & ſpeciem deſiderat oculus, & ſuper hæc virides ſationes.
- Solus, quia roborat iraſcibilem, quam liberat à timore Deorum. *Iſa.* 51. d. Quis tu vt timeas ab homine mortali?

Quidā faciunt Deum. {
- Paruum, vt auari, qui præeligunt temporalia parua tempore & quantitate.
- Non admirabilem, ſed contemptibilem, vt ſuperbi. 2. *Paral.* 32. c. Locutus eſt aduerſus Deū Iſraël ſicut aduerſus Deos populorum terræ.
- Non ſolùm, ſed ſocios habentem, vt luxurioſi & guloſi, quorum Venus dea eſt, & venter Deus. *Philip.* 3. d. Quorum Deus venter eſt.

Alleg. i Deduc me Domine.] Secunda pars, in qua Chriſtus orat pro membris ſuis fidelibus iam adorantibus. Et petit illis principaliter quatuor. Primò conductum ſiue deductum per viam, cum dicit. Deduc me Domine, id eſt, membra mea, ſ. fideles. k In via tua ſ. in via mādatorum tuorum. Secundò, petit illis profectum, cum ſubiungit. l Et ingrediar] id eſt, facias me, id eſt, membra mea ingredi, id eſt, proficere. m In veritate tua] ſ. in veritate fidei vel vitæ. Litera *Hieron.* planius hoc dicit. quæ habet. [Vt ambulem in veritate tua.] Ambulare enim in veritate nihil aliud eſt quam in ea proficere. Et quia ambulantibus a dextris inſidiatur elatio, à ſiniſtris deſperatio, contra deſperationem, tertium petit, ſ. lætitiam ſpiritualem, dicens. [Lætetur cor meum] Et ne lætitia in elationem degeneret, quartò petit timorem qui humiliat & omnia bona cuſtodit in homine. Vnde dicit ita ſ. n Lætetur cor meum,] vt non ſuperbiat. Sed o Timeat nomen tuum.] *Eccl.* 1. Timor Domini cuſtodia virtutum. Hæc petit Chriſtus caput pro membris ſuis. Poſteà oſtendit ſe non fore ingratum ſi hæc ei præſtentur à Domino. Sed p Confitebor [inquit tibi] hæc mihi præſtanti. r Domine [Pater, ſ Deus meus] & non parum, vel fictè, ſed plenariè, & verè. Quia u In toto corde meo,] non ad horam, ſed perſeueranter. Quia. x Et glorificabo, &c.] id eſt, faciam glorificari à membris meis, te adorantibus. Et ſupponit, per. y In æternum] præſens tempus & futurum, quia ſemper in præſenti.

A glorificabitur

Moral. i Deduc me Domine, &c.] Moraliter dicit pœnitens, vel vir iuſtus qui ſe debilem & cæcum reputat: Deduc me Domine, vt cæcùm ne errem, quia cæcum me reputo. k In via tua] in quam me introduxiſti, ſ. in via pœnitentiæ vel mandatorum. *Pſ.* 118. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. Item, Deduc me, vt puerum per manum, ne offendam ad aliquid & cadā Domine mi, qui ſum puer tuus. In via, innocentiæ. *Pſ.* 72. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. *Pſ.* 83. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. Item, Deduc me, vt infirmum conualeſcentem, faſtidium tollendo, ſicut dicitur in gallico deducere *deduire* propter recreationem; ita Dominus deducit ſuos oſtendendo eis delectabilia vitæ æternæ. Vndé *Sap.* 10. b. Iuſtum deduxit Dominus per, &c. Item, Deduc, vt viatorem de virtute in virtutem. *Pſ.* 83. Ibunt de virtute in virtutem, id eſt, proficiēt. Deduc ergo, me, & ſi deduxeris. l Ingrediar] ad ciues cœleſtes. Sed non in hac vita quæ falſitas eſt, ſed tandem. m In veritate tua] id eſt, in vita æterna, quæ habet verum eſſe. Vnde vulgariter dicitur de mortuis, quod ſunt in vero, de viuentibus quod ſunt in mendacio. Et quia tamen non poſſum ibi ingredi re, fac tamen me ibi ingredi ſpe. Hoc eſt quod dicit. n Lætetur cor meum] dum ſpe prægustat perennitatem gaudij. *Rom.* 12. c. Spe gaudentes. *Pſal.* 104. Lætetur cor quærentium Dominum. Sed quia dum eſt homo in hac vita, cadere poteſt, bene addit quod ita lætetur. o Vt timeat, &c.] dum cogitat diſtrictionem iudicij. Nomen ſ. illud, de quo *Iſa.* 9. b. Vocabitur nomen eius admirabilis. Hoc erit in iudicio. *Iſa.* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Ex timore autem ſequitur confeſſio peccatorum. Vnde addit p Confitebor] id eſt, ſimul cuncta fatebor, non tantum omnia peccata mea, ſed & omnia beneficia tua. q Tibi] non Diabolo vel exactori criminum in inferno. Non ſicut Iudas qui Iudæis fecit confeſſionem dicens. *Matt.* 27. a. Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. r Domine] *Rom.* 1. a. Cui ſeruio in ſpiritu meo. Qui ergo non ſeruit nec ſeruire vult, cur Dominum vocat eum?

ſ Deus] quem præ cæteris amo & colo, quia hoc vnicuique Deus eſt quod plus amat *Gloſ. Philip.* 3. d.

t Meus] quem mihi pater dedit. *Ioan.* 3. d. Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, &c.

u In toto corde meo.] Quatuor ſunt partes cordis. Imaginatio ſiue cogitatio, memoria, intelligentia voluntas. *Quatuor partes cordis.* *Matt.* 22. d. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Ex his omnibus partibus confitendum eſt & in confeſſione laudis & in confeſſione peccatorum, peccator enim debet confiteri peccata ex cogitatione, vt ſcilicet, præmeditatus ad confeſſionem accedat. *Iſa.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Item ex memoria, vt quæ præcogitauerit in confeſſione, non obliuiſcatur nec etiam poſt confeſſionem. *Gen.* 20. d. Quocunque perrexeris, memento te deprehenſam. Item ex intelligentia vt, ſcilicet, intelligat magnitudinem & abominationem peccatorum. *Ier.* 2. e. Quomodo dicis non ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris, curſor leuis. Item confiteri debet ex voluntate, ſcilicet, ſatisfaciendi & peccatum dimittendi, aliter non valet confeſſio. Debet etiam aliud eſſe in confeſſione, ſcilicet, ſpes veniæ. Vnde addit x Et glorificabo, &c.] Hoc enim cedit ad gloriam nominis Dei, quod homo credit ſe per Sacramentum Pœnitentiæ, & per confeſſionem peccati, à peccato liberari, & per hoc quod homini loco Dei confitetur. Vnde dixit ad Achor *Ioſue* 7. c: Fili da gloriam Deo & confitere atque indica mihi quid feceris. Et hoc eſt. y In æternum,] quia credit

* tibi peccatum

Allegor.

Δ glorificabitur ab Ecclesia militante & in futuro ab Ecclesia triũphante. Et ponit duas principales causas quare glorificabit. Prima est collatio bonorum. Vnde dicit.

a Quia misericordia tua, &c.] eo quod ex pura misericordia das meis membris multa bona quæ eorum naturam, & merita transcendunt. Vnde *Iac.* 1. c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendẽs à Patre luminum. Secunda causa est amotio malorum. Vnde addit. *b* Et eruisti animam meam ex inferno, &c.] sc. vbi sunt animæ damnatorum. Hæc autem facit Deus in membris Christi conseruando eos à peccatis quæ sunt causa lapsus.

† *a* Quia misericordia tua magna est super me, & *b* eruisti animã meam ex inferno inferiori *c* Deus † *d* iniqui *e* insurrexerunt super me, & *f* synagoga potentium † *g* quæsierunt *h* animam meam; & non *i* proposuerunt te in conspectu suo. Et *k* tu Dñe Deus *l* miserator, & *m* misericors † *n* patiẽs, & *o* multæ misericordiæ & *p* verax. *q* Respice in me

al. † Quoniam.
al. † prætereuntes legem.
al. † inquisierunt.
al. † longaminis & multum misericors.

* sibi peccatum dimitti in æternum, vel possumus dicere quod confessio peccatorum glorificat Deum in præsenti. Confessio autem laudis glorificat Deum, & hic, & in æternum, vnde de illa superba Ierusalem dicitur *Isa.* 51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarũ actio, & vox laudis. Et ad hoc faciẽdum, siue in præsenti, siue in futuro, non sufficit homo ex se, sed ex Dei dono, vnde addit.

Moraliter. *a* Quia] q. d. hoc faciã [quia misericordia tua, &c.] quia me expectasti ad pœnitentiam, & suscepisti reuertentem & reuersum custodisti à peccato. Hoc est quod addit. *b* Et eruisti animam meam] vt supra expositum est. Hoc dicitur *Thr.* 3. c. Misericordiæ Dñi est, quia nõ sumus cõsũpti, quia nõ defecerũt miserationes eius. Est autẽ Dei misericordia magna numero beneficiorũ quantitate, & tẽpore. Hominũ autẽ misericordia parua est è conuerso. *Oseæ* 6. b. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertrãsiẽs. Et notãdũ quod Infernus dicitur multipliciter.

Infernus.
- pœnæ
  - Superior raptor. *Pro.* 1. b. Degluttiamus eum sicut Infernus viuentem.
  - Inferior pœna grauis, vt hiatus terræ *Num.* 16. e. Descenderunt viui ad Infernũ operti humo.
- Culpæ
  - Superior, curiositatis. *Prou.* 27. c. Infernus, & perditio nunquam replentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.
  - Inferior auaritiæ. *Prou.* 30. c. Tria sunt insatiabilia, & quartum quòd nunquam dicit, Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua.
- Post hanc vitã in pœnis.
  - Superior limbus. *Genes.* 37. g. Descendam ad filium meum lugens in Infernum.
  - Inferior, locus gehennæ. *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus in Inferno.

Allegor. *c* Deus iniqui insurrexerunt] Tertia pars vbi orat pro se capite commemorãs de Passione sua. Et primò captat beneuolentiam à persona inimicorum, quos primò ostendit esse iniquos, dicens, Deus iniqui. Et superbos, cùm dicit [insurrexerunt super me] Item conspiratores, cùm dicit [& synagoga potentium] i. congregatio. Item crudeles, cùm dicit [Quæsierunt animam meam] Ostendit etiam eos esse contemptores; cùm dicit. [Et non proposuerunt te in conspectu suo [Dicit ergo sic, O [Deus] pater. *d* Iniqui] Iudæi. *e* Insurrexerunt super me accusantes me, & falsa testimonia dicentes. *f* Et synagoga potentium] i. cõgregatio Principũ Sacerdotũ, & Pharisæorũ. *g* Quæsierũt] dolosis cõsiliis. *h* Animã meam] i. vt interficerẽt me *Ioan.* 11. f. Collegerunt Pontifices, & Pharisæi consilium aduersus Iesum, & dicebant. Quid faciemus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et post pauca. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. *i* Et non proposuerunt te conspectu suo] i. non cogitauerunt de te, nec propter te dimiserũt quin me persequerentur, & innocentem occiderunt. Deindè captat beneuolentiam à persona Iudicis. Primò commendans eum à potentia, cùm dicit [& tu Domine.] Secundò à bonitate, cùm dicit [Deus] Tertiò, ab actu miserendi, cùm dicit: [miserator] quartò, à natura miserendi, cùm addit [& misericors] Quintò à patientia, dicẽs [patiẽs] Sextò, à multiplici affectu misericordiæ, cum dicit [& multæ misericordiæ] Septimò, à completione promissorum, cũ dicit [& verax] Dicit ergo. *k* Et tu] quasi dicat, illi ita [Et tu Domine] qui hæc omnia bona præmissa in te habes. *q* Respice in me, &c.] Per præmissa captauit beneuolentiã iudicis, hic autem facit petitionem suam, & petit quinque. Primò, protectionem, cùm dicit [respice in me] oculis misericordiæ me protegendo, sicut in *Psal.* 33. dicitur. Oculi Domini super iustos, quasi, scil protegentes Λ eos &c.

Moraliter. *c* Deus iniqui insurrexerunt, &c. Sicut insurrexerunt contra Christum, sic hodie multi insurgunt contra eum volentes perdere corpus eius, quod est Ecclesia. Et sicut illi fuerunt Iudæi, & Christo secundũ carnẽ proximi, sic isti sunt Clerici, & Canonici, & in Christi patrimonio successores. De quibus potest modò dicere Christus: [Deus iniqui insurrexerunt super me] i. contra veritatem, & contra bonos electos vel Prælatos in Ecclesiis sicut Chore, & cõplices sui. Dathan, & Abirõ, aliique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tẽpore concilij per nomina vocabãtur, cõtra Moysen, & Aaron insurrexerunt, sicut dicitur *Num.* 16. a. Cui dixit Moyses *ibid.* b. Idcirco ad se fecit accedere Dñs te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam Sacerdotium vendicetis, & omnis globus tuus stet contra Dominum; Quid est. n. Aarõ, vt murmuretis contra eũ, q. d. ideone fecit te Dominus Canonicũ, vt turbares, Ecclesiam eius, & tibi Prælationẽ vendicares, & facias colligationes iniquorum quæ tibi, adhæreant vt te Episcopũ faciãt. Sed quia huiusmodi colligationes, & perturbationes non faciũt, nisi potentes genere, vel scientia, vel diuitiis, bene sequitur. *f* Et synagoga potentium quæsierunt animã meã.] Anima quæ præliuet corpori, Prælatio est in Ecclesia, de qua modo potest dicere Christus illud *Ier.* 12. b. Dedi dilectã animã meã in manu inimicorũ eius. *Deut.* 12. d. Non debes animã comedere cũ carnib. i. prælationẽ appetere cũ sis carnalis. *i* Et nõ proposuerunt te in cõspectu suo] quia tales nõ ambiũt prælationes, vel dissẽsiones faciũt propter zelũ Dei, sed propter lucrũ, vel gloriã, vel quandoq; propter inuidiã, ne, sc. alij promoueãtur. Et cũ hoc faciũt, nõ proponũt Deũ in cõspectu suo, quia eius timorẽ & amorẽ abiiciunt à se. *Ps.* 13. Non est timor Dei ante oculos eorũ, inquinatæ sunt viæ illorum in omni tempore. Et potest totum exponi vsque in finẽ contra tales. Vnde dicit: *k* Et tu Domine Deus, &c. Respice in me,] id est, in cor* pore *Psal.* 9.

Aliter in persona viri iusti. Item in persona viri iusti potest totũ legi. *c* Deus iniqui] i. dæmones. *e* Insurrexerunt super me opprimentes me tentationibus multis. Nec solũ per se insurrexerunt, sed habuerunt homines adiutores, & ministros. Vnde sequitur. *f* Et synagoga potentiũ] siue Principũ, siue Prælatorum, siue quorũcunq; diuitũ. *g* Quæsierunt animã meã] sicut canes venatici diaboli quæ quærũt ei feras, s. animas quas ipse venatur. Sed ipsi nõ possũt dicere, sicut Paulus qui quærebat animas, vt dicitur, 2. *Cor.* 12. e. Non quæro quæ vestra sunt sed vos. Vnde contra hoc addit. *i* Et nõ proposuerunt te in conspectu suo] q d. quæsierunt animã, nõ vt afferent tibi, sicut Paulus, sed vt auferret à te sicut Saulus. Idem dictum est *sup.* Quoniam alieni insurrexerũt. *Psal.* 53. aduersũ me, & fortes quæsierũt animã meã, & nõ proposuerũt Deũ ante conspectũ suũ Cõtra persecutionẽ autẽ dæmonũ, & etiã hominũ, nõ est viro iusto refugium, nisi in Deũ. Vndè 2. *Par.* 20. c. Cũ ignoramus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt ad te oculos nostros dirigamus. Ideo hic cõuertit se vir iustus ad deprecandũ Deum, & dicit. *k* Et tu Dñe Deus, &c.] Et ponit septem Dei nomina iuxta septẽ actus eius, & secundum diuersos status hominũ, per quæ nomina Deũ cõmendans, sibi captat eius beneuolentiã Dicit ergo Et tu Dñe. Dñs est his qui ei seruiunt, & ab omnib. quærit seruitiũ, *Leu.* 19. a. Ego Dñs, cui, s. seruiẽdũ est. *Isa.* 60. c. Gẽs, & Regnũ quod non seruierit tibi peribit, Multi autẽ penitus nolunt seruire, de quibus dicitur: Dixisti, nõ seruiã. Alij autem videntur seruire, sed deprauãt seruitiũ per prauã intentionẽ, vt hypocritæ. *Col* 3. d. Nõ ad oculũ seruiẽtes. Et *post pauca.* Quodcũq; facitis ex animo operamini, sicut Dño, & nõ hominibus seruientes. *Is.* 49. a. Seruus meus es tu Israel, in te gloriabor. Israel est ille, cuius intẽtio videt Deũ in omnibus operibus suis [Deus] his qui colunt. *Isa.* 19. d. Cognoscent Ægyptij Dñm, & colẽt eũ. Modo Israëlitæ nõ colũt eũ, s. clerici, sed fingunt Deos nouos. *l* Miserator] *Matth* 5. g. Qui Solẽ suũ facit oriri super bonos, & malos, &c. *Ps.* 144. Miserationes eius super omnia opera eius. *m* Et misericors] miseris, i. miseriã suam faciẽtibus ex corde subuenit. *Prou.* 14. b. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. *n* Patiens] peccatoribus, diu expectans eos ad pœnitentiam. *Isa.* 30. d. Expectat Dñs, vt misereatur vestri. *o* Et multæ misericordiæ] in retributione præmiandis. *Isa.* 64. b Oculos non vidit Deus absque te quæ præparati expectantibus te. *p* Et verax,] puniendis. *Rom.* 3. a, Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax. [Tu] ergo [Domine] qui talis es. *q* Respice in me]

Alleg.

A eos. Secundò, petit liberationem à miseria, cum dicit. *a* Et miserere mei] Tertiò, iudiciariam potestatem, cum dicit. *b* Da imperium puero tuo] id est, mihi filio tuo, & secundum humanitatem seruo. *Ioan.* 5. d. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. Quarto petit liberationem ab inferno, cùm dicit. *d* Et saluum fac, &c.] i. beatæ Mariæ, quæ de se dicit. *Luc.* 1. d. Ecce ancilla Domini. Item Quia respexit humilitatem ancillæ suę. Quintò, petit gloriosam Resurrectionem, cum dicit. *e* Fac mecum signum in bono] id est, fac me resurgere, quod erit signum in bono, id est, ad vtilitatem membrorum meorum. Christi enim Resurrectio signum est nostræ resurrectionis, & causa eiusdem. Vnde 1. *Cor.* 15. c. Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. Et bene dicit [mecum] quia etiam Filius, vt Deus se suscitauit cum Patre. Et hæc mihi facias.

al. † potestatem.
al. † bonum.

& *a* miserere mei, *b* da † imperium tuum *c* puero tuo, & *d* saluum fac filium ancillæ tuæ. *e* Fac mecum signum in † bono, † vt *f* videant qui oderunt me, & *g* confundantur, *h* quoniam tu Domine *i* adiuuisti me, & *k* consolatus es me.

Filiis Chore Psalmus Cantici.

PSALM. LXXXVI.

FVNDAMENTA *l* eius in *m* montibus sanctis,

f Vt videant qui oderunt me] Iudæi. *g* Et confundantur hîc salubriter si volunt, vel si hic nolunt, in futuro iudicio confundantur damnabiliter. Quid videant, vel quare confundantur? *h* Quoniam tu Domine] Pater. *i* Adiuuisti me] in Passione. *k* Et consolatus es me] in Resurrectione. * pore meo Ecclesia, respectu misericordiæ, de quo *Sap.* 4. c. Gratia Dei, & misericordia in Sanctos eius, & respectus super electos illius. *a* Et miserere mei] liberans me à manibus istorum inimicorum. *b* Da imperium] id est, Prælationem Ecclesiæ. *c* Puero tuo] id est, homini sancto qui sit filius tuus per gratiam & seruus tuus per obedientiam. *Matt.* 12. b. Ecce puer meus quem elegi &c. *d* Et saluum fac filium ancillæ tuæ [id est, bonum Prælatum, vel electum filium Ecclesiæ, saluum fac, s. ne cassetur eorum contentionibus. *e* Fac mecum signum in bono] homine electo. Vel [in bono]. i. in Spiritu sancto. Et sic loquitur Filius ad Patrem de Spiritu sancto, vt tota Trinitas signanter ostendat quis dignus sit Episcopatu, & Prælatione. Vnde dicit [fac] tu Pater [mecum] qui sum Filius tuus [in bono]. i. in Spiritu sancto, signum. Pater facit signum cum in homine Ecclesiastico potentiam ostendit, quando, s. ostendit eum potentem in opere, & sermone, sicut dicitur *Luc.* 24. c. De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone. Et hoc Prælato necessarium est. Filius ostendit signum per sapientiam, quando est homo sapiens, quod necessarium est similiter Prælato. Spiritus S. facit signum dando benignitatem, quæ similiter ei necessaria est. Vnde de his duobus *Matt.* 10. b. dixit Dominus illis quos faciebat Prælatos Ecclesiæ. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Sic ergo dicit Christus, & orat vt in electis suis faciat Pater, & Filius, & Spiritus sanctus signum euidens istud triplex, vt appareant digni Prælatione. *f* Vt videant] inquit, qui me oderunt, s. superbi, & ambitiosi, quorum superbia ascendit semper. *g* Et confundantur] si se tam probatis viris opponant. *h* Quoniam tu Domine adiuuisti me, & cõsolatus es me] i. corpus meum Ecclesiam, quam adiuuat, & consolatur Dominus cùm ei bonum Prælatum dat, qui eam per potentiam prædictam defendat; per sapientiam regat, & instruat; per benignitatem consoletur.

Aliter in persona viri iusti.

⊖ me] Respice, iterum vide. Primò creaturam tuam. Secundò recreaturam, & pretium Sanguinis tui. Item indigentiam meam vide oculo misericordiæ, vt suppleas, pœnam vt tollas. *Psal.* 24. Vide humilitatem meam, & laborem meum, &c. *Thren.* 1. g. Vide Domine quoniam tribulor. *a* Et miserere mei] respectu qui est cognitionis, & sequitur misericordia operationis. *Exod.* 33. c. Te ipsum noui ex nomine, & post pauca. Ego ostendam tibi omne bonum. *b* Da imperium puero tuo] vt scilicet ratio imperet sensualitati, & spiritus carni. *Prou.* 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Nota quod respectus Dei dat fidem. Misericordia vero eius dat spem, Imperij datio dat charitatem, quæ est vnctio qua inungimur in Reges. 1. *Ioan.* 2. c. Vnctionem habetis à sancto. Et de his sequitur salus. Vndè sequitur.

d Et saluum fac filium ancillæ tuæ] scil. Ecclesiæ, quæ his tribus virtutibus pollet. Sed quia hæc ad propriam salutem pertinent, & homo iustus non tantum propriam, sed etiam alienam salutem debet quærere, ideo addit. *e* Fac mecum signum in bono] vt scilicet proximi videntes signa ædificentur.

f Et vt videant qui oderunt me] scilicet mali homines. *g* Et confundantur] bona confusione, quæ adducit gloriam. *Eccl.* 4. c. Quoniam tu Domine adiuuisti me] dans mihi virtutes necessarias ad salutem. *k* Et consolatus es me] faciendo signa per me, quæ alios conuertunt, secundùm quod dicit Apostolus. 1. *Thess.* 2. d. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum? Vel sic: Adiuuisti me, in bonis faciendis. Et consolatus es me, in malis perferendis. *Eccl.* 51. a. Quoniam adiutor, & protector factus es mihi, &c. Et notandum quòd hic tanguntur quinque quæ facit Dominus circa suos, scilicet signatio, demonstratio, confusio, opitulatio, consolatio. Dominus enim primò signat suos. *Eph.* 1. c. Signati estis spiritu promissionis sancto. Inde sequitur demonstratio, quia per hoc sunt spectabiles. 1. *Paral.* 17. c. Fecisti me spectabilem super omnes homines. Ex hoc sequitur confusio Dæmonum, & malignorum hominum. *Mich.* 7. b. Educet me in lucem, aspiciet me inimica mea, & operietur confusione. Sed quia tunc insurgunt ipsi Dæmones, & mali homines contra talem hominem, necessarium est quartò adiutorium Dei ad bonum agendum, & quintò consolatio ad molestias perferendas. Vnde dicebat Apostolus 2. *Cor.* 1. a. Benedictus Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. E contra facit diabolus hoc eodem ordine. Primò, signat suos signo suo quod est superbia. *Apoc.* 13. d. Faciet omnes habere characterem bestiæ. i. superbiam quæ est signum, & imago diaboli. Secundò, ponit eos in latebris, vt liberius peccato intendant, latebras enim quærunt hæretici, & luxuriosi, & fures, & huiusmodi, *Eph.* 5. c. Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite: Quæ enim in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere. *Iob.* 24. c. Oculus adulteri obseruat caliginem. Deinde quos oderunt extollunt per inuidiam persequendo, sicut fratres Ioseph: *Gen.* 37. Postea adiutorium negant proximis crudeles, & auari. *Prou.* 11. c. Qui crudelis est, propinquos abiicit. Item consolationem non dant, quia sunt acediosi. *Iob.* 16. a. Consolatores onerosi vos omnes estis. Nec ipsi etiam consolationem habent ad vltimum, sed desperant. *Prou.* 18. a. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobrium.

Quinque facit Dominus circa suos.

De elect. & fundamenta lib. 6.

E cõtra diabolus facit quinque circa suos.

EXPOSITIO PSALM. LXXXVI.

FVndamenta eius, &c.] Titulus. *Filiis Chore Psalmus cantici.* In præcedenti Psalmo egit de Christi paupertate: in isto agit de eius diuitiis, & gloria in cœlo, & in terra. Agit enim hîc de spirituali ciuitate Ierusalem, I. de Ecclesia filiis Chore, i. Christianis prædicans laudes eius secundum pręsentem statum à quo dicitur Psalmus, quia in pręsenti statu Ecclesia operatur, & secundum futurum à quo dicitur Canticum, quia Ecclesia Triumphans canticis, & laudibus Dei delectatur. Et tali intentione, vt eiusdem filiis Core tantæ gloriæ augeatur affectus vt se: diligant esse de Ecclesia Militante, & ad Triumphantem toto corde aspirẽt. Est autẽ tripartitus Psalmus iste. Primò, laudat Ecclesiã per fundamenta eius, & portas, & famã. Secundò, ipse Dñs allusione quorundã nominũ Gentiles pronũciat huius ciuitatis esse conciues, *ibi*: Memor ero. Tertiò de lætitia futuræ beatitudinis paucis cõcludit, *ibi*: Sicut lætantiũ. Igitur Propheta primò cõmendans Ecclesiã à fundamentis, dicit. *l* Fundamenta eius in montibus sanctis.] Nihil præcedit ad quod respiciat istud relatiuũ eius, sed ad meditationẽ Prophetæ refertur. Ipse enim ciuis illi⁹ ciuitatis plenus spiritu, multa de illa meditãs, apud seipsũ erũpit in hæc verba. Fũdamẽta eius, s. ciuitatis quæ est Ecclesia, sunt *m* In montib⁹ sanctis]. i. in Apostolis qui fũdauerũt eã in fide Christi, qui

Δ est fundamentum

Partitio Psalmi.

Potest legi anagogicè tantum de superna Ierusalem. *l* Fundamenta eius in montibus sanctis] Hæc est enim de qua dicit Apostolus *Heb.* 11. c. Abraham expectabat fundamenta habentem ciuitatem.

⊖ cuius

Anag.

Moraliter, potest legi de Religione *l* Fundamenta eius] s. Religionis. *m* In montibus sanctis] id est, in arduis conuersationibus Sãctorum Prælatorũ, & aliis Religionibus Monachorũ. Et tunc non potuit abscondi ciuitas supra montem posita. De his fundamẽtis, *Apoc.* 21. e. Fundamẽta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata, i. d. omni virtute.

* Et ideo

Moral.

Mat. 5. *b.*

Item de B. V. potest exponi. *l* Fũdamẽta eius] i. B. Virginis. *m* In montibus sanctis]. i. in Patriarchis, & Prophetis, & Regibus, ex quib⁹ originẽ traxit, sicut patet in genealogia

Δ eius

De Beata Virgine.

fundamentum singulare. De his fundamentis *Apoc.* 21. d. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Et quod de duodecim Apostolis fundantibus Ecclesiam in fundamento quod est Christus Iesus, intelligi debeat, probat textus sequens. Cū. n. dixit Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, statim addidit. Et in ipsis duodecim nomina Apostolorum, & Agni.

diligit Dñs *a* portas Siō *b* super omnia tabernacula Iacob. *c* Glo-

Sic fundauerat Apostolus qui dicebat, 1. *Cor.* 3. c. Vt sapiēs architectus fundamentum posui. Et post. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est, quód est Christus Iesus. *Matth.* 7. d. Fundata erat supra firmam petram. Primum ergo fundamentum Ecclesiæ Christus est. Et super hoc sunt alia fundamenta, id est, Apostoli & Prophetæ. *Ephes. secundo* d. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Conueniunt autem Christo proprietates fundamenti quæ notantur his versibus:

Versus. *Sustentat saxis, sine vento, luce, ruina.*
Odit aqua, pondus non sentit, forte, latens, stans

Sustentat totum ædificiū Ecclesiæ. *Mat.* 16. e. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. De saxis fit, id est, doctrinis impolitis. *Deut.* 27. a. Ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus, & impolitis, 1. *Cor.* 2. a. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis. Sine vento manis gloriæ, *Isa.* 32. a. Erit vir sicut qui absconditur à vento. *Ioan.* 5. g. Ego claritatem ab hominibus non accipio. Sine luce est, apertæ visionis. 1. *Cor.* 13. d. Videmus nunc per speculum in ænigmate, 1. *Tim.* 6. c. Lucem habitat inaccessibilem. Sine ruina est, quia humilitas non habet quò cadat. *Isa.* 53. a. Vidimus eum nouissimum virorum, *Ps.* 21. Ego sum vermis, & non homo opprobrium hominū, & abiectio plebis. Odit aquas deliciarum, aut diuitiarum, *Psal.* 68 Ego sum pauper, & dolens. Pauper contra diuitias, dolens contra delicias. Pondus non sentit, i. labores non reputat propter nos. *Isa.* 53. b. Languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. Forte est *Iob.* 9. c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est *Ps.* 23. Dominus fortis & potens. 1. *Reg.* 2. a. Non est fortis, vt est Dominus. Latens est. *Isa.* 45. c. Verè tu es Deus absconditus. Stans est, id est, stabile. Boetius: *Boetius lib. 3. metro. 9.*

Stabilisque manens, das cuncta moueri.

Postea commendat eam à portis, dicens. *a* Diligit Dominus portas Sion] cùm dicit [Sion] aperuit quod voluit dicere, per [eius] Eosdem autem Apost. quos primò vocat fundamenta Ecclesiæ, secundò vocat [portas Sion] i. Ecclesiæ, quæ Deum hic per fidem speculatur, & in æternum speculabitur per speciem. Est ergo sensus [diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob] i. plus diligit Dominus figuratum quàm figuram, s. Ecclesiā quàm Synagogam *Eph.* 5. e. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Tertiò, commendat Ecclesiam à fama, cùm subiungit.

c Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei,] i. ô tu Ecclesia de qua Dominus olim multa gloriosa prædixit per Prophetas, quod non de illa figurali Synagoga.

⊕ cuius artifex, & conditor Deus. *a* Diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob] id est, plus diligit eos qui ingressi in requiem illam contemplantur, & speculantur facie ad faciem, quam eos qui adhuc luctantur in hac vita. *Matth.* 11. b. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista; qui autem minor est in Regno cœlorum, maior est illo. *c* Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei] sicut illud *Psal.* 45. Fluminis impetus lætificat. Ciuitatem Dei. Et *Tob* 13. d. Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. *Is.* 33. d. Respice Sion Ciuitatem solemnitatis nostræ, oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam.

Moral. * Et ideo montes erant. Sed hi montes modò multū defluxerunt, & valles facti sunt ad quas fluūt aquæ diuitiarū, & deliciarū, & sordes immūditiarum, & ideo etiam quod sequitur de ipsis qui modò sunt, non potest verè dici.

a Diligit Dominus portas Sion] Portæ Sion debent esse Prælati, per quas populus debet intrare in Sion in contemplatione cœlestium, sicut Dominus de se dicit *Ioan.* 10. b. Ego sum ostium, &c. Istæ portæ debent splendere margaritis virtutum, sicut dicitur *Apoc.* 21. f. Erant singulæ portæ ex singulis margaritis. Quilibet enim deberet habere prærogatiuām suā, vt de quolibet posset dici. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem Excelsi. *Eccl.* 44. c. Portas dico propositas, & apertas aspicientes per curam & sollicitudinem.

b Super omnia tabernacula Iacob, id est, super singulas Ecclesias, quarum quælibet habet vnum Prælatum, qui cum bonus est, potest dicere illud *Ps.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Vel [Super omnia tabernacula Iacob,] quia Dominus, i. plus quam tabernacula plus diligit bonos Prælatos, quàm ipsos, subditos. Vnde dicuntur amici sponsi, *Ioan.* 3. d. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat, & audit, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Sed nunc potest dicere Dominus illud *Malach.* 1. a. Dilexi Iacob, i. simplices subditos: Esau autem odio habui, id est, Prælatos qui facti sunt hispidi per cupiditatem. Et possunt dici Edon, i. sanguinei per amorem consanguineorum, & per vitia carnis: Sunt etiam venatores per rapacitatem.

c Gloriosa dicta sunt de te olim, ô [Ciuitas Dei] Ecclesia: Sed modò dicuntur ignominiosa, quia propter Prælatorum ignominiosam vitam, vocatur Ecclesia ab hæreticis ignominiosa meretrix.

De B. Virgine. ⍋ eius: *Matth.* 1. Ipsa etiam dicitur Sion. *Isa.* 28. d Mittam in fundamentis Sion lapidem angularem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. Cuius Sion portæ fuerunt quinque sensus, qui clausi fuerunt contra omne noxium, & inhonestum, & aperti ad bonum: Vnde aures eius quæ clausæ erant contra mundi strepitus, quando ingressus est Angelus ad eam, apertæ sunt salutationi eius, & porta cordis quæ contra consensum viri erat clausa, aperta est diuinæ voluntati, quando dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum. *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Dicitur autem B. Virgo Sion, quia sicut Sion erat locus eminentissimus, & tutissimus in Ierusalem, sic B. Virgo in Ecclesia etiam Triumphante. *a* Diligit] ergo [Dominus portas Siō.] id est, sensus B. Virginis. *b* Super omnia tabernacula [Iacob,] id est, plus quàm corpora aliarum virginum. Corpora enim dicuntur tabernacula, 2. *Petr.* 1. c. Velox est depositio tabernaculi mei. *Hebr. vlt.* b. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Virgines autem benè dicuntur Iacob, quia luctatæ sunt, & supplantauerunt fomitem, qui in B. Virgine omninò fuit extinctus.

c Gloriosa dicta sūt de te Ciuitas Dei.] B. Virgo est Ciuitas Dei, de qua multa gloriosa dicta sunt, & prædicta per Prophetas, vt est illud *Isa.* 7. c. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et *Isa.* 11. a. Egredietur virga de radice Iesse, &c. *Iere.* 31. d. Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum. *Cant.* 6. a. Pulchra es amica mea suauis, & decora, sicut Ierusalem. Et multa alia gloriosa dicta sunt de hac Ciuitate. Sunt autem multæ rationes quare B. Virgo dicitur Ciuitas, s. quia multa in ipsa fuerunt quæ in ciuitate contingit reperire, quæ possunt notari his versibus: *Beata Virgo dicitur ciuitas multis rationibus.*

Rex, præsul, populus, defensio, templa, domus, lex.
Fons, schola, ludus, opes, commercia, pax, cibus, arma.

In Beata enim Virgine fuit Rex scilicet, Christus, de quo *Apocal.* 19. c. Rex regum, & Dominus dominantium. Item in ea fuit Præsul, ipse Christus, assistens Pontifex futurorum bonorum. *Heb.* 9. c. Item in ea ipsa fuit populus, quia visceribus misericordiæ suæ omnes continebat, & adhuc continet. Vnde dicitur Mater misericordiæ. Sic Paulus habebat in se populum cum dicebat *Phil.* 1. a. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis eo quod habeam vos in corde meo. Et *Gal.* 4. c. Filioli mei quos iterūm parturio. Ergo habebat eos in vtero. Item defensio, *Cantic.* 8. c. Ego murus, & vbera mea sicut turris. Item, Templa. *Apoc.* 21. g. Dominus Deus omnipotens Templum illius est. Et ad literā, multa Tēpla, & Ecclesiæ factæ sunt in honore ipsius. Item, domus est in ea, scilicet, virginalis aula, in qua Christus habitauit. *Pro.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum. Et lex, de qua *Prou. vlt.* d. Et lex clementiæ in lingua eius. Et fons. *Eccl.* 24. d. Quasi fluuius Dorix, & quasi aquæ ductus exiuit de Paradiso. Et, schola. *Luca* 2. c. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et, ludus, *Zachar.* 8. c Plateæ ciuitatis implebuntur infantibus, & puellis ludentibus, 2. *Regum.* 6. c. Dauid saltabat totis viribus ante Arcam, scil. Christus ante Beatam Virginem, quando reduxit, vel adduxit eam in supernam Ierusalem. Vnde cantat *Ecclesia*: Assumpta est Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum, Ecce ludus. Et opes virtutis, & gratiæ. Vnde dixit ei Angelus, *Luc.* 1 c. Aue gratia plena. *Prouerb. vlt.* d. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu autem supergressa es vniuersas. Item commercia. *Prouerbiorum vigesimo tertio* c. veritatem eme, & noli vendere sapientiam.

a pientiam. *Prouerb.*31.d.Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananęo. Et pax. *Psalm.*147. Qui posuit fines tuos pacem. Quia in B.Virgine non fuit guerra carnis cōtra spiritū.Caro ei⁹ nō cōcupiuit aduersus spiritū,quia omnino fuit extinctus fomes in ipsa.Itē,cib.*Cant.* 7. b. Venter tuus, sicut aceruus tritici.venter eius ad literam,in quo fuit granum frumenti cibus Angelorum, & hominum vel venter,i.pietas.Itē arma. *Cant.* 4. b. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

riosa dicta sunt de te Ciuitas Dei *a* Memor ero *b* Raab, & *c* Babylonis † *d* scientibus me. † *e* Ecce alienigenæ, & *f* Tyrus & populus *g* Æthiopum, hi *h* fuerunt † illic. † *i* Nunquid Sion dicet, homo † *k* natus est in ea, & *l* ipse fundauit eam Altissimus?

al. † scientium.
al.† Etenim.
Secunda pars.
al.† in ea.
al.† mater.
al. factus.

a Memor ero.] Secunda pars vbi adhuc agēs Propheta de illa ciuitate Ecclesiæ ostendit qui sint ei⁹ habitatores.Per Raab quæ de gētibus fuit,& meretrix in Iericho, quæ tamen missos exploratores suscepit, & saluauit, & gratia huius intersigno fili coccinei saluata fuit, intelligitur Gentilis populus qui prius vitiis prostitutus, exploratores Domini, id est,Apostolos suscepit, & memoriam & fidem Passionis Christi in cordib⁹ & frontibus suis alligauit,per cuius virtutem saluabuntur Per Babylonem quæ interpretatur confusio, intelliguntur generaliter omnes peccatores,qui in confusione peccatorum sunt. De his ergo dicit Dominus, quem Propheta hic introducit loquentem. Memor ero Raab, & Babylonis,id est, gentium, & peccatorum, vt ad me conuertantur, per præceptum factum supple.
d Scientibus me,] id est, Apostolis quibus præcipiam, vt gentibus, & peccatoribus prædicent. Quod autem hic dicunt quidam, scientium me,falsa & corrupta litera est. Quod autem dixit,Raab,& Babylonis,postea per partes determinat,dicens.
e Ecce alienigenæ,] scil. gentes.
f Et Tyrus]id est,peccatores alij qui sunt in angustia pœnitentiæ, sicut prius erant in angustia vitiorum. Tyrus enim interpretatur angustia. *g* Et populus Æthiopum,] id est, tam gentes quàm alij peccatores,qui erant deformes,& nigri per peccatum.
h Hi] omnes,fuerunt illic,i. in Ecclesia,quasi dicat, de talibus facta est Ecclesia,& tales sunt habitatores huius ciuitatis.Supra *Ps.*67.Æthiopia præueniet manus eius Deo. Sed quidam sunt illic numero, & merito, vt iusti. Quidam autem numero, non merito, vt mali Christiani. Quia verò supra dixerat: gloriosa dicta sunt de te,& nō determinauerat aliquod gloriosum, vnum determinat, cùm subiungit.*i* Nunquid Sion dicet homo,] quasi dicet, O Sion,id est, O tu Ecclesia, nunquid homo, purus,sc. dicet,id est, persuadebit tibi istud gloriosum miraculum quòd sequitur:quasi dicat, non.Nisi enim Christi diuinitatem per miracula,& facta eius intellexisset,nequaquam persuasum ei fuisset hoc, quòd:
k Et homo natus est in ea,] i. in Ecclesia, scilicet, Christus. *l* Et] tamen, ipse altissimus,Deus,fundauit eam.Hoc est.n.impossibile in puro homine.Qui enim fūdat ciuitatē,prior est ciuitate,qui autē nascitur in ciuitate,posterior A est illa

Moral. *a* Memor ero,&c.]Moraliter dicit Dominus,vel etiam B. Virgo, de qua præmissa exposuimus,memor ero,ad miserendum, non ad puniendum.*Nehem.*5. d.Memento mei Deus in bonum.*b* Raab,& Babylonis] id est,peccatorum. Per Raab enim meretricem, intelligitur anima quæ prostratur vitijs. Raab etiam latitudo interpretatur, & ipsi vadunt per latam viam quæ ducit ad perditionem. *Matth.* 7.b.De hac meretrice,*Ezech.*16.c.Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, *Isa.*23.d.Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Per Babylonem quæ interpretatur confusio, intelligitur anima confusa bona confusione quæ adducit gloriam *Eccl.*4.c. Huius ergo Raab, & Babylonis dicit Dominus memor ero,& talium miserebor.Et hoc,
d Scientibus me.vt scil.illi qui me nouerunt, inde Deum glorificent,vel specialiter per Raab intelliguntur luxuriosi, per Babylonem auari, qui iuris ordinem confundunt. Item posset esse thema de Magdalena. Et hic est prophetia de ipsa, & de pœnitentia eius, vt dicat Dominus de ipsa.

De Maria Magdalena. *Rom.5.d.*

a Memor ero] vt prius expositum est. *b* Raab,] id est, ipsius Magdalenæ quæ fuit meretrix,& in lata via perditionis ambulauit, sed postea lata fuit in charitate, quia vbi abundauit delictum, ibi abundauit & gratia.Propter hoc fuit Dominus memor ipsius ad remittendum peccata.Vndè ipse dicit *Luc.*7.g. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Huius Raab,id est, domus pœnitentia Magdalenæ,venientes ad se stipula lini tegit. Linum significat castitatem, stipula lini vitæ asperitatem.Et sicut linum sine stipula non crescit, sic castitas sine asperitate. *Bernard.* Castitas periclitatur in deliciis.Hi ergo teguntur à feruore carnalium desideriorum, qui Magdalenæ imitantur exemplum.Omnis enim cognatio sua in domo illius adiutorio funiculi coccinei saluata est à morte, quia omnes pœnitentes ipsam imitantes, adiutorio Passionis Christi saluantur. *c* Et Babylonis] Ipsa B. Magdalena fuit Babylon, plena confusione peccati, & confusione postmodum veræ pœnitentiæ, quæ apparuit in hoc, quòd coram omnibus recumbentibus in domo Simonis leprosi fleuit ad pedes Domini:*Luc.*7. f.Et per hoc de Babylone facta est Ierusalem. Hoc est miraculum de quo *Isa.*21. b. Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum, quia, scil. de Babylone fit Ierusalem, de lebete phiala. *Zach.*14..d. erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ. Vnde de ipsa cantatur:

Post fluxa carnis scandala fit ex lebete phiala.

Huius ergo Raab, & Babylonis,dicit Dominus, memor ero remittens ei peccata,& abundantiam gratiæ dans ei.Et hoc:*d* Scientibus me] sc. ad vtilitatem eorum qui me fide cognoscunt, & factis se cognoscere ostendunt. Magnam enim possunt spem habere omnes homines, & maximè boni, quando vident tantam peccatricem ad tantam gratiam, & gloriam peruenisse. Vnde *Osea* 2.c.Dabo ei vallem Achor ad aperiendam spem.In valle ad aquam confluunt vt sordes,significatur B.Magdalena secundū statū peccati. Per Achor quod interpretatur turbatio significatur status eius, secundū quod per pœnitentiā turbata est. Et hæc data est nobis ad aperiendam spem, vt si peccatores simus, non desperemus, si iusti sumus,confidentius speremus, quia qui tantam peccatricem saluauit, & nos non repellet à salute.Vnde supra *Psalm.*59.Moab olla spei meæ.Moab interpretatur aqua paterna, & significat B.Magdalenam,quæ in aquis deliciarum carnalium, quæ à paterna corruptione procedunt, diu fuit.Nec solùm ipsa B. Magdalena, sed & alij multi peccatores postmodum iustificati,sunt nobis occasio spei.Vnde sequitur.
e Ecce] in euidenti, & in præsenti est, alienigenæ, &c. Alia litera habet, Palestina, & Tyrus cum Æthiopia.Palestina interpretatur os malleatoris;& significat gulosos, & detractores, qui ore peccant, & super alios lingua quasi malleo feriunt. Tyrus interpretatur angustia & significat cupidos, quibus omnis locus angustus est, & cuius cor semper in angustia est, secundum quod dicitur *Iob* 15. c.Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit semper insidias suspicatur. Ibi *Gloss.* Praua mens semper in laboribus est, sicut bona semper tranquilla, quia aut molitur mala quæ inferat,aut metuit ne sibi hæc ab aliis inferantur. *Seneca*:Videt pauperem, & suspicatur furem, videt diuitem, & æstimat prædonem Æthiopia interpretatur caligo,& significat superbiam quæ excæcat. Vnde dicitur *Isa.*13.a. Super montem caliginosum leuate signum. Caligo enim & mons benè concomitantur,quia ex monte sequitur caligo, sicut ex deiectione illuminatio.*Num.*13.d.Si potest Æthiops mutare pellē suam, &c. Dicit autem. *g* Populus Æthyopum,] & congruè, quia magna est multitudo superborū, de quibus *Soph.*2.c.Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.*h* Hi]omnes fuerunt illic,i.in memoria Dei & B.Virginis, si pœnitere voluerint *Sap.*11. d. Misereris omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiā. *i* Nunquid Sion dicet.]Hoc de B. Virgine exponitur, quæ Sion dicitur,eo quod de Sion, id est, de Iudæis nata est, sicut prophetatum est in *Ps.* 109. de ipsa: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.Item Sion dicitur quia contemplatiua erat. De hac ergo dicit.Nūquid Sion, i.B.Virgo contemplans cœlestia: dicet, corde vel ore de filio suo: homo, supple purus est, q.d. non credet B.Virgo, nec dicet quod filius sit purus homo. *Osea* 11 c. Ego Deus, & non homo,& ciuitatē non ingrediar. Sed quod Deus, & homo, vnde de vtraque natura eius subiungit.
k Et homo natus est in ea,] Ecce humanitas. *l* Et ipse fundauit eam Altissimus] Ecce diuinitas.Homo natus est in ea, non dicit, puer, sed homo. *Ierem.*31. d. Fœmina circundabit virum. Hoc dicebat Salomon se ignorare. *Prou.* 30.c. Quartum quod penitus ignoro, via viri in adolescentula, id est, in Virgine. Et ipse, non Angelus, fundauit eam, scilicet, B. Virginem. Hæc est enim ciuitas fundamenta habens, cuius artifex, & conditor.
* Deus,

est illa. Vnde non potuit hoc intelligere Ecclesia, nisi in Christo diuinitatem intellexisset. Christus enim homo natus est in ea. Christus autem Dominus fundauit eam. Et ne hoc videatur alicui incredibile, confirmat per Scripturas, dicens: *a* Dominus narrabit:] id est, narrauit. *b* In Scripturis populorum,] id est, Scripturas expositas, & directas ad populum. *c* Et] in Scripturis [principum horum qui fuerunt in ea,] id est, Moysi, & Prophetarum, & Apostolorum, qui omnes sunt in Ecclesia numero & merito.

al. † facti sunt.

al. † Tanquam iocundatorum habitatio omnium.

Moraliter.

a Dominus narrabit in scripturis *b* populorum *c* & Principum horum qui † *d* fuerunt in ea. † *e* Sicut lætantium omnium; habitatio est in te.

Canticum Psalmi filiis Chore in finem pro Melech ad responden- dum intellectus Eman Israelitæ, vel Ezraitæ. LXXXVII.

f DOMINE Deus *g* salutis *i* meæ, in *h* die *i* clamaui, & *k* nocte *l* coram.

* Deus. *Heb.* 11. c. *Eccl.* 24. a. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo [Fundauit] in virtutibus, sicut ciuitatem, vel Templum. Ipsa enim fuit Ciuitas summi Dei, vt superius dictum est. Ipsa Templum veri Salomonis. De cuius fundatione 3. *Reg.* 5. d. Præcepit Rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum Templi, id est, virtutes eminentes in fundatione B. Mariæ. Nec mirum, quia vt dicitur 1. *Par.* 29. a. Neque enim homini narratur habitatio, sed Deo. *a* Dominus narrabit in scripturis, &c.] quasi dicat in multis scripturis narratur, & prædicitur de B. Virgine, scilicet. *b* Populorum & Principum] *Eccl.* 38. c. Narratio eorum in filiis taurorum. Item *Eccl.* 6. d. In multitudine Presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationé Dei possis audire. Populos possumus vocare pauperes Prophetas, sicut fuit Amos. Principes verò ditiores, & nobiliores, sicut Dauid, & Isaias. Vel [populorum] id est, gentilium, quia Sybillinis versibus est prædicta, & Iob qui gentilis fuit. *c* Et principum,] id est, Prophetarum de Iudæis. Vel Principes dicuntur editores Scripturarum, vt Prophetæ, & Euangelistæ, & Apostoli. Populi verò expositores eiusdem vt Ieron. & August. & alij. Vel populi dicuntur sancti alij ab Apostolis. Principes verò Apostoli. *Psal.* 44. Constitues eos Principes super omnem terram. Et hi omnes. *d* Fuerunt in ea,] id est, concordes fuerunt in laude B. Virginis. In ea, non contra eam, vt Hæretici, nec extra eam, sicut Philosophi.

e Sicut lætantium.] Tertia pars, vbi de æterna beatitudine paucis concludit, quasi dicat, multa de ciuitate Dei quæ est Ecclesia, dicta sunt. Sed in hoc est finis, & consummatio, quia in Ecclesia, secundum suam superiorem partem, scilicet, in Ecclesia Triumphante, est perfecta, & æterna lætitia. Hoc est quod dicit [Sicut lætantium omnium habitatio est in te.] O tu Sion superna. Quod sic legitur: Habitatio omnium est in te sicut lætantium,] id est, omnes illi qui habitant in te, iucundi sunt, & verè lætantur. Et est hic [sicut] expressiuum veritatis, non nota similitudinis. De hac lætitia, *Isa.* 51. a. Consolabitur Dominus Sion, gaudium, & lætitia inuenietur in ea. Et post in *eod.* d. Venient in Sion laudantes; & lætitia sempiterna super capita eorum; gaudium & lætitiam tenebunt, & fugiet dolor & gemitus. *Psal.* 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Hoc est Sion superna quando te videbo faciè ad faciem. Potest exponi de B. Virgine, secundùm quod hunc versum cantat Ecclesia dicens.

Tertia pars.

De B. Virgine quod sit munitio fortis opulenta magna & maxima.

e Sicut lætantium omnium] nostrum [Habitatio est in te] Sancta Dei genitrix. In forti enim munitione habitant homines securi, & læti, in infirma autem sunt timidi. Item in magna munitione, & opulenta multi, in maxima omnium est spes & refugium. Sic ad B. Virginem omnes confugere debent, quæ est turris fortissima, & inexpugnabilis, & terribilis inimicis, vt castrorum acies ordinata. *Cant.* 6. a. Opulenta est virtutum, & gratiarum abundantia, quia gratia plena, & etiam gloria plena. Maxima est autem charitatis amplitudine, qua omnes amplectitur. Vnde cantat ei Ecclesia. Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei genitrix, &c. Benè competit ei quod de Filio suo dicitur. *Deut.* 32. a. Dilexit populos, omnes Sancti in manu eius sunt. Propter hoc benè dicit: [Sicut lætantium] quia ex his omnibus multa est lætitia his qui ad eam confugiunt. *Isa.* 66. c. Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Nos possumus, & debemus ei dicere illud *Iudith.* 15. c. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri, quæ fecisti viriliter &c.

EXPOSITIO PSALM. LXXXVII.

DOmine Deus salutis meæ.] Titulus. [*Canticum psalmi filiis Chore in finem pro Melech ad respondendum intellectus Eman Israëlitæ, vel Ezraitæ.* In præcedenti Psalmo egit de ciuitate cœlesti: In isto agitur de preparatione viæ qua itur ad illam, scilicet, de passionibus Christi, & Sanctorum. Et inuitat ad imitationem Dominicæ Passionis in hilaritate, & concordi charitate. Hoc vult dicere titulus. Sciendum enim est, sicut supra potuit aduerti, quod in Psalmis illis vbi in titulo apponitur Psalmus, significatur quod ille Psalmus agit de operatione. Vbi autem apponitur Canticum, quòd ibi agitur de spirituali lætitia. Vbi autem ponitur vtrumque sicut hic, insinuatur, quod de vtroque agitur. Vndè potest de facili modo intelligi titulus. Iste enim est sensus eius, Hic [Psalmus] dirigit nos [in finem,] id est, in illam cœlestem Ciuitatem, de qua in præcedenti Psalmo habuimus: Et est [Canticum Psalmi] quia monet nos ad operandum in lætitia spirituali. Et cantatur [filiis Chore,] id est, imitatoribus Passionis Christi, qui debent esse quasi chorus per lætam imitationem Passionis, respondens præcentori Christo, qui primus incœpit pati voluntariè & cum lætitia, vt nos eum in hoc imitaremur. Hoc est quod hic additur [pro Melech ad respondendum.] Melech enim interpretatur chorus. Cantatur ergo Psalmus iste [filiis Chore pro Melech] id est, pro choro] ad respondendum] id est vt ipsi concorditer & alacriter respondeant per imitationem Passionibus Christi, secundum quod dicitur 1. *Pet.* 2. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et hic est [intellectus Eman] id est, cohæredum Christi. Eman enim interpretatur frater eius. Et additur [Israëlitæ, vel Ezraitæ,] id est, aduenæ, quia illi qui sunt fratres Domini, & cohæredes ipsius Christi, sunt veri Israëlitæ, id est, solum Deum intentionis oculo in suis operibus considerantes, & sunt aduenæ in hoc Mundo. Vnde 1. *Pet.* 2. b. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis. Et eorum est intellectus talis, quia intelligunt quod respondere debent Christo passo, & compatari ei, vt per multas tribulationes possint peruenire de hac miseria vbi sunt aduenæ ad ciuitatem suam cœlestem. Sic ergo patet titulus. Patet etiam intentio quæ est monere nos, vt Christi Passionem imitemur. Modus Quadripartitus est Psalmus. Primò, Christus loquens in persona serui precatur auxilium, referens se contemptum ab inimicis. Secundò, dicit quid amici eius in Passione fecerunt, *ibi*: [longè fecisti,] Tertio ostendit quibus opera sua non prosint, *ibi*: [Nunquid mortuis facies mirabilia.] Quartò, loquens in persona Ecclesiæ, ostendit quanta in suis membris sustineat, *ibi*: [Et ego ad te.] Primò ergo Christus orans dicit.

f Domine Deus] formæ serui auctor.

Alleg.

g Salutis meæ] corporalis & spiritualis.

h In die] id est, in prosperis.

i Clamaui] in oratione.

k Et nocte,] id est, in aduersitate.

l Coram te,] id est, in beneplacito tuo, vel pro his impetrandis quæ sunt [coram te] id est, pro cœlestibus, & non pro terrenis. Vel [in die, & nocte] id est, perseueranter. Et ostendit his Christus illa concurrisse in sua oratione quæ necessaria sunt. Ostendit enim se orare piè, perseueranter pro se, & ad salutem. Piè, cum dicit [Domine Deus] id est, potens, & bonus hæc est fidei confessio, quod est pietatis. Ad salutem, cùm dicit: [Salutis.] Pro se, cùm dicit: [Meæ.] perseueranter, cùm dicit: [In die, & nocte, &c.] Et quia talis oratio solet impetrare. Ideò concludit.

Necessaria in omni Oratione.

A Intret

Moral.

Moraliter. Dicit anima quæ peccati infirmitate se sentit grauatam fuisse,

f Domine] metuende: [Deus colende.

g Salutis meæ] auctor, dator, amator, restitutor, zelator, & conseruator. *Act.* 4. b. Non est in aliquo alio salus. *Isa.* 44. b. Ego sum, ego sum Dominus, & absque me non est Saluator. *h* In die] prosperitatis. *k* Et nocte] aduersitatis. *i* Clamaui coram te] quia tam ex prosperitate quàm ex aduersitate quandoque nascuntur morbi animæ, quos à Dño necesse * est curari

Alleg. A *a* Intret in conspectu tuo oratio mea] quasi dicat ex quo talis est oratio mea, debet intrare, nec debet repelli. Sed quia oratio maximam efficaciam habet ab humilitate [vnde *Eccl.*35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit] humilitatem allegat, cùm subiungit. *b* Inclina aurem tuam, &c.] Cùm enim dicit [inclina] precē innuit esse imam & humilem. Postea ostendit quare orat. Primo, quia in Passione multa mala sustinuit anima eius. Vndè dicit. *c* Quia repleta est malis anima mea.] Malis dico, non culpæ sed poenæ. Anima enim Christi compatiens corpori, repleta est poena, & dolore, vnde dixit *Matt.* 27. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Secundò, ostendit quòd nón tantùm in anima, verum etiam in corpore, vnde poena animæ nata est, poenam sustinuit. Vnde addit.

te *a* intret in conspectu tuo oratio mea. *b* inclina aurem tuam ad precem meam. † *c* Quia repleta est malis anima mea, & *d* vita mea in *e* Inferno † appropinquauit. † *f* Æstimatus sum cum *g* descendentibus in lacum, *h* factus sum sicut homo sine adiutorio inter *i* mortuos liber.

al. † Quoniam.
al. † appropinquabit.
al. † Deputatus.

d Et vita mea] scilicet, corporalis.

e In Inferno appropinquauit.] id est, morti expositus sum, sicut ille qui est in morte, propè Infernum est. Postea ostendit quòd non tantùm tormenta; sed & contumelias passus est. *Sap.* 2. d. Contumelia & tormento interrogemus eum. Et primò, quia Iudæi dicebant, quòd necessitate, & non voluntariè moriebatur. Vnde dicit.

f Æstimatus sum] à Iudæis.

g Cum descendentibus in lacum,] id est, sicut vnus de illis qui necessario & inuiti descendunt per mortem [in lacum] id est, in profundum Inferni. Talem æstimabant cum dicebant. *Matt.* 27. e. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Secundò, quia dicebant eum esse sine adiutorio Dei. Vnde addit,

h Factus sum sicut homo sine adiutorio,] scilicet, Dei Propter hoc dicebant. *Matt.* 27. e. Confidit in Deo, liberet nunc eum si vult: dixit enim quia Filius Dei sum. Sed ostendit quòd non ita erat vt illi æstimabant. Vndè addit.

i Inter mortuos liber] à coactione, & ita primum fuit falsum [liber] à peccato, & ita non sine Dei adiutorio, quod nunquam subtrahitur nisi per peccatum. Sed licèt ita essem liber, tamen æstimatus sum.

A Sicut

Mercl. * est curari. Et ideo in vtroque necesse est clamare ad Dominum. *Isa.* 21. c. Venit manè, & nox, si quæritis quærite.

Multiplex morbus nascitur ex.

Prosperitate:
- Superbia, *Dan.* 4. f. Nonne hæc est Babylon, Ciuitas magna quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ? 1. *Tim.* 6. d. Diuitib[us] huius, &c.
- Luxuria & homicidium simul, sicut habetur 2. *Reg.* 11. d. de Dauid, qui cum in Ierusalem remansisset, commisit adulterium cum Bersabee, & homicidiū de Vria. *Ezech.* 16. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis, & otium. *Ierem.* 5. c. Saturaui eos, & moechati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.
- Ingratitudo, & Dei obliuio. *Os.* 13. b. Adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.
- Apostasia, *Prou.* 30. b. Tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus alliciar ad negandum.

Aduersitate:
- Accidia, *Sap.* 2. a. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ.
- Pusillanimitas, *Leuit.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis.
- Suspicio mali, 2. *Mach.* 5. b. Suspicatus est Rex societatē deserturos Iudæos.
- Desperatio, *Gen.* 4. b. Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear.
- Fuga, *Ioan.* 10. b. Videt lupum venientem, & fugit.
- Taciturnitas mala, *Amos* 5. d. Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.
- Apostasia, *Eccl.* 27. b. Stultus, vt Luna mutatur. Et post sequitur. Nouissimè peruertet os suum, & in verbis suis dabit scandalum *Luc.* 8. b. Tempore tentationis recedunt.
- Furtum, & periurium, *Prou.* 30. b. Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.

a Intret in conspectu tuo oratio mea] ac si sit quædam persona allegans pro me. Vnde *Gloss.* est notanda quæ dicit [hic :] Virtus magna puræ orationis hic notatur, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Dicit ergo : [Intret, &c.] Non arceatur, vt excommunicata ab Ecclesia coeli, qualis est oratio diuitum qui nolunt audire pauperes, vel legem misericordiam præcipientem. *Prou.* 28. b. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, ideo non intrabit Ecclesiam coeli in conspectu Dei. Non enim decet Angelos sanctos introferre prophanas voces, nec ianitor coeli leprosas orationes admittit. Tobias, interpretatur bonus, cui dicitur *Tob.* 12. c. Ego obtuli orationem tuam Domino, *Eccl.* 35. c. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes appropinquabit: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Et *inf.* Non discedet donec Altissimus aspiciat. Hoc est quod dicit: [Intret in conspectu tuo.] Videtur enim oratio à Domino quasi persona, & auditur quasi vox. Vnde sequitur. *b* Inclina aurem tuam ad precem meam.] Dicit singulariter [precem,] quia illud vnum est petendum, de quo *Luc.* 10. g. Porrò vnum est necessarium. *Psal.* 26. Vnam petij à Domino. Quid autem eum moueat ad deprecandum, subiungendo declarat. *c* Quia repleta est malis anima mea,] quasi dicat, ideo deprecor, quia mala futura præuideo, & quam districtè iudicabit Dominus, *Iob.* 9. b. Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Animæ autem cupidorum, & auarorum non sunt repletæ bonis, sed præsentib[us] quæ diligunt, & sibi falsò successura promittunt, sicut ille *Luc.* 12. c. qui dicebat: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, &c. Sic dicunt in corde qui de se præsumunt, siue de scientia, siue de sanctitate, siue de diuitiis, de quibus hic loquebatur. *Sap.* 2. b. Venite, & fruamur bonis quæ sunt. Boni autem replent animam suam malis, sicut præcipitur, *Ier.* 31. d. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum. Hoc etiam manifestè exponit, cùm subiungit. *d* Et vita mea in Inferno appropinquauit.] Non dicit mors, sed vita. Si enim dum viuimus descendimus meditando ad Infernum, non descendemus illuc in morte. *Isa.* 38. b. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas Inferi. *Iob* 38. b. Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? *f* Æstimatus sum] à meipso per timorem, *g* Cum descendentibus in lacum] Inferni: *Isa.* 24. d. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. *Cant.* 4. b. Vadam montem myrrhæ: id est, ad cumulum poenarum Inferni. *h* Factus sum sicut homo sine adiutorio,] id est, cogitaui, & posui quasi si essem in statu illo damnandorum, quibus nullum erit auxilium quibus dicitur *Isa.* 10. a. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Et per tales cogitationes, factus sum. *i* Inter mortuos liber,] id est, ita caueo mihi à peccato, & veniam peto à Deo, quod in morte liber ero à culpa, & tandem à pena. Liber fuit B. Martinus, qui dicebat diabolo insidianti: Quid hìc agis cruenta bestia? Nihil in me funestè reperies. Non tamen de hac libertate præsumens extollor, sed timens factus sum.

* Sicut

Aliter. Vel aliter *f* Æstimatus sum] à malis, dicit vir iustus. *g* Cum descendentibus in lacum,] id est, reprobus & vilis, *Sap.* 5. a. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. *h* Factus sum sicut homo sine adiutorio.] Qui non habet pecuniam adiutricem, vel possessiones, videtur inops, id est, sine opere, vel adiutorio: Nam talis non habet amicos. Et dicit [sicut] quia in veritate non est sine adiutorio, cùm Deum habeat adiutorem. Vnde quomodocunque de ipso sentiant, vel loquantur homines, potest illud dici *Isa.* 50. c. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Talis fit. *i* Inter mortuos liber,] quia in morte quando peccatores trahuntur ad captiuitatem Inferni, liber euolat ad Regnum, 2. *Cor.* 3. d. Vbi spiritus Domini ibi libertas. Item non est liber inter viuos, aliquis, quia omnes debent tributum morti. Sed minus liberi sunt mali, quia inter peccatores quasi inter mortuos seruientes peccato, debent semetipsos totos Inferno.] Æstimatus sum] etiam ab eis hypocrita, & papelardus. Et hóc.

⊕ Sicut

Allegor.

A *a* Sicut vulnerati.] In hoc notatur tertia contumelia, quia eum criminosum æstimauerunt. vulnerati enim dicuntur illi qui propter scelera sua vulnerantur, & occiduntur, talem æstimauerunt Christum, suspendentes eum inter latrones. Vnde *Isa.* 53.d. Et cum iniquis deputatus. Et iterum iá mortuum vulnerâtes. Vnde *Ioan.* 19. f. Vnus militum lancea latus eius aperuit. Vnde in hymno cantatur: *Quo vulneratus insuper mucrone dira lancea*, cũ tamen dicatur: Dulce lignũ, dulces clauos. Et hoc est, quia magna fuit crudelitas mortuum vulnerare. Quarta contumelia fuit, quia dicebant, quòd non resurgeret. Vnde addit.

† *a* Sicut vulnerati *b* dormientes in † *c* sepulchris *d* quorum non † es memor *e* amplius, *f* & ipsi de manu tua † repulsi sunt *g* Posuerunt me in *h* lacu † *i* inferiori, in *k* tenebrosis, & in *l* vmbra mortis. † *m* Super me *n* confirmatus est furor tuus, & *o* omnes † fluctus tuos *p* induxisti super me. *q* Lógè fecisti notos meos à me, *r* posuerunt me abominationẽ sibi. *ſ* Tradit⁹ sũ.

al. † Tanquam.
al. † sepulchro.
al † meministi adhuc.
al. † expulsi.
al. † infimo.
al. † In me confirmata est indignatio tua.
al. † suspensiones tuas.

b Dormientes, &c.] scil. vt illos tam citò suscitos quia talem eum æstimauerunt, posuerunt custodes ad sepulchrum, & signauerunt lapidem ne discipuli eius furarentur corpus illius & dicerent eum surrexisse, sicut dicitur *Matth.* 27. g. Et ostendit quod non impune tulerunt Iudæi istas contumelias: quia non ipsi Christo, sed sibiipsis nocuerunt. Vnde pœnam eorum non subiungit. *f* Et ipsi] Iudæi, de manu tua repulsi sunt, qui me sine adiutorio tuo esse putauerunt, adiutorio manus tuæ priuati sunt cadentes in foueam quam fecerunt. Ostensis contumeliis, ostendit se passum esse tormentum mortis, Vnde dicit. *g* Posuerunt me, id est, tale quid fecerunt, mihi quo facto, positus sum. *h* In lacu inferiori, i. in Inferno. Et lacum describit, cum addit: In tenebrosis & in vmbra mortis. Vel sic. *g* Posuerunt me in lacu,] i. in Crucis torculari. Lacus enim dicitur torcular, vt habetur *Marc.* 12. a. vineam pastinauit homo, & fodit lacum, i. torcular. sicut habetur *Matth.* 21.d. Et fodit in ea torcular. *i* In inferiori] id est, vilissimo tormento. Huius rei typus erat Ioseph, qui dicit *Gen.* 40. c. Hic innocens in lacum missus sum, i. in carcerem. Similiter per Danielem figuratum est hoc, qui vt dicitur *Dan.* 6. e. missus est in lacum leonum. *k* In tenebrosis,] i. in sepulchro, quod significatum est *Iona* 2. a. vbi dicitur, quod erat Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. *l* Et in vmbra mortis,] i. in morte carnis. Mors enim carnis vmbra est veræ mortis, sicut huius mortis vmbra est somnus. Vnde mors Christi & etiam Sanctorum dicitur somnus, eo quòd breuis est. Christus enim tertia die resurrexit, & Sancti parum afflicti in morte statim requiem intrant æternam. *Ierem.* 31. e. Quasi de somno suscitatus sum, & somnus meus dulcis mihi. Ostendit autem quòd non tantum mortem, sed & omnia tormenta ante mortem passus est, subiungit. *m* Super me, &c.] id est, visus est vehementer, & perfectè iratus mihi. Et quare? Quia. *o* Et omnes fluctus tuos,] i. omnia tormentorum genera. *p* Induxisti super me.] *Iona* 2. b. Omnes gurgites tui, & omnes fluctus tui super me transierunt.

Moraliter. *a* Sicut vulnerati, &c.] q. d. reputaui me quasi vnum de mortuis in peccato. Quidam dormiunt vulnerati in sepulchris, quorum Deus est memor, vt Martyres, & alij sancti, quia in memoria æterna erunt iusti. *Genes.* 8. a. Recordatus est Dominus Noë post diluuium, sc. tribulationum. Sed eorum qui moriuntur in peccato, non est Dominus memor ampliùs, quia *Psal.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. Isti etiam vulnerabuntur gladio Domini ancipiti in iudicio, de quo *Iob* 19.d. Fugite à facie gladij, quóniã vltor iniquitatum est gladius. Et tunc dormiẽt somnum sempiternum in sepulchris Inferni. *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus in Inferno. *f* Et ipsi de manu tua repulsi sunt.] Manus Domini valida & fortis est, & ideo quos proiicit de manu sua, longè proiicit, sc. vsque in Infernum, quos autem tenet in manu, fortiter & inseparabiliter tenet, *Sap.* 3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt & non tanget illos tormentum mortis.

Aliter. *a* Sicut vulnerati] intus in conscientia gladio peccati, de quo *Eccl.* 21 a Quasi rõphæa bis acuta omnis iniquitas. *b* Dormientes,] i. quiescentes, & à meritorio opere cessantes. *c* In sepulchris] Hypocrisis, quæ sicut sepulchrum exterius nitet, & intus & celat putredinem & fœtorem. Vnde *Matth.* 23. c. dicit Dominus. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, qui deforis parent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Signanter autem dicitur hoc, Scribis, & Pharisæis, qui istud vitium frequentius est in Clericis. *d* Quorum non es memor] ad remunerandum opera eorum, quæ bona videntur. *Matth. sexto* a. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. *e* Amplius,] q. d. iam receperunt mercedem suam, *Matth.* 6. a. Et amplius nihil mercedis habebunt. *f* Et ipsi de manu tua, &c.] Hic per rebrobationem, & in futuro repellentur per damnationem, quando illis dicentibus: Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? dicet eis, quia nũquam noui vós. Ecce immemoratio. Discite à me qui operamini iniquitatem, Ecce repulsio Et hæc verba habentur *Mat.* 7. d. *g* Posuerunt me] sed falsa fuit positio. *h* In lacu inferiori] i. in profundo laci. Lacus est Mundus; aquæ eius sunt labiles diuitiæ; pisces sunt curæ mundanæ. Super hunc lacum sunt natantes & nauigantes. Natantes sunt actiui, quia intrant aquæ vsq; ad animas eorum, & pisces mordent eos. Nauigantes verò sunt contẽplatiui. In profundo autem huius laci sunt absorpti & submersi per peccatum, sicut dicitur in *Ps.* 68. Infixus sum in limo profundi. *k* In tenebrosis ignorantiæ. *l* Et in vmbra mortis] i. in peccato. In his ponitur viri iusti à detractoribus. Sed hęc est falsa positio, in qua Dominus permittit suos exercitari, vt videatur finis patientiæ eorum. Ipse verò adhuc dicet. Cedat tempus quando in die Iudicij veritas omnibus declarabitur. Hoc dicit *Iob* 28. a. Tempus posuit tenebris, q. d. tempore positionis merita omnium sunt occulta, & quasi in tenebris. sed & his tenebris, posuit tempus, quia non semper durabunt. Et addit. Et vniuersorum finem ipse considerat, sc. quomodo tempore positionis exercitabuntur. Et quid inde quilibet concludetur, subiungit. Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens à populo peregrinante. Lapis caliginis est ignorantia, & incertitudo status. Vmbra mortis est peccatum, quòd iustis à detractoribus imponitur. Populus peregrinans sunt iusti, qui non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt. *Heb. vlt.* c. Torrens est impetus iudicij, qui dicet. Cedat tempus & diuidet omnia ista à Sanctis. Sed interim dicet vir iustus. *m* Super me confirmatus est furor tuus] In præcedenti enim vita boni semper sunt in afflictione & labore. *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. *Heb.* 11. f. Flagellat omnẽ filium quem recipit. Et dicit: Super me, i. ad humiliandum me, 2. *Cor.* 12. b. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. *n* Cõfirmatus] i. simul firmat⁹ in corpore per laborem, in anima per timorẽ. *Iob* 31. c. Sẽper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Hoc est quod sequitur. *o* Et omnes fluctus tuos induxisti super me] fluctus dicitur quasi fluentis ictus, s. qui vexat, sed non vulnerat, imò lauat. Tales sunt Domini percussiones. *Isaia* 48. d. Iustitia tua sicut gurgites maris.

q Longè fecisti.] Secunda pars, vbi ostendit quid amici eius in Passione fecerunt Quidam enim fugerunt timore. Vnde dicit: Longe fecisti notos meos à me.] *Matth.* 26. f. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Quidam fugerunt corde etiam, quia illum peccatorem putauerunt. Vnde dicit. *Allegor.*

r Posuerunt me abominationem sibi, &c.] *Iob.* 19. c. Stulti quoque despexerunt me. Quidam autem tradidit eum, sc. Iudas. Vnde dicit.

ſ Traditus sum] à discipulo, *Luc.* 22. e. Iuda osculo filium hominis tradis? Et ostendit quare ita dereliquerunt eum.

A Prima causa

Moraliter potest dicere vir iustus in tribulatione positus, vel claustrum ingressus. *Moraliter.*

q Longè fecisti] mutata fortuna, [notos meos à me.] Vnde Iob mutata fortuna, ait *Iob* 19. b. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti sunt mei. *Ierem.* 12. b. Fratres tui, & domus patris tui, & ipsi pugnauerunt aduersùm te, scilicet, obloquendo, & vituperando factum tuum. Vnde sequitur.

r Posuerunt me abominationem sibi.] *Prou.* 29. b. Abominantur impij eos qui in recta sunt via. *Prou.* 13. d. Detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

ſ Traditus sum & non egrediebar] Iustus traditur à Dño

ad pœnas

Alleger. A Prima causa fuit, quia non ostendebat potentiam suam. Vnde dicit. *a* Et non egrediebar,]i. non palam operabar exterius, quoniam Deus eius *Abac.*3. a. Cornua in manibus eius, scil cornua Crucis, ibi absconditus est fortitudo eius. *Isa.*45. c. Verè tu es Deus absconditus. Secunda causa fuit defectus fidei in ipsis. Vnde dicit,

a & non egrediebar, *b* oculi mei † *c* languerunt præ *d* inopia. *e* Clamaui *f* ad te Domine, *g* tota die expandi ad te *h* manus meas. Nunquid *i* mortuis facies mirabilia, *l* aut Medici † suscitabunt & confitebuntur tibi? *m* Nunquid † narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & *n* veritatem tuam in perditione?

al. † infirmati sunt.

b Oculi mei,] id est, Apostoli quos diligebam, sicut homo diligit oculos suos. *c* Languerunt] & infirmati sunt. *d* Præ inopia] fidei: E contra dicitur *Iac.*2.b. Diuites in fide, & hæredes Regni. Et quid inter hæc fecerit, ostendit, quia, scil. ad Deum recurrit. Vnde dicit. *e* Clamaui ad te Domine.] *Matth.* 27. f. Exclamauit voce magna: Heli, Heli, &c. Et *infra* Clamans voce magna emisit spiritum. Et ostendit quod oratio eius non fuit vacua à bonis operibus, quæ ex obedientia Patris fecit. Vnde dicit. *g* Tota die expandi ad te,] i. ad præceptum tuum. *h* Manus meas,]i. opera mea & ad literam, manus extendit in Cruce. *Isa.*65. a. Extendi manus meas tota die ad populum incredulum. *Rom.*10.d. Tota die expandi manus ad populum non credentem, sed contradicentem mihi. *Prou.* 1. c. Extendi manus meas, & non fuit qui aspiceret.

Moraliter. *ad pœnas. *Ier.*20. b. Seduxisti me Domine, & seductus sum, fortior fuisti & inualuisti. *Iob.*9. c. Terra tradita est in manus impij. Nec egreditur, quia non contradicit voluntati Dei, & huic traditioni. *Psal.*37. Quoniã ego in flagella paratus sum. *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Item traditur à seipso, quando intrat claustrum & tradit corpus, & animam, & voluntatem suam in potestatem alterius. Et qui sic se tradit, non ad horam se tradit, sicut, multi qui in sæculo vna die faciunt pœnitentiam & alia die dimittunt. Vnde dicit.

a Et non egrediebar] aliqui tamẽ apostatantes egrediũtur. *Exod.*12. d. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque manè. Manè est mors viri iusti, in qua incipit ei dies æterna, quæ noctem non habebit. Vsque ad hoc manè non est egrediendum de Religione, vel de pœnitentia. *Iosue* 2. c. Qui ostium domus suæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, &c. Hoc dictum fuit Raab. Domus ipsius Raab primò meretricis, sed postea sanctæ matronæ, pœnitentia est. Hæc autem sunt facienda & toleranda in spe retributionis æternæ. Vnde benè sudd. *b* Oculi mei,]scilicet affectus, & intellectus. *c* Languerunt præ inopia]illarum verarum diuitiarum, ad quas habeo oculos leuatos. *Psal.*122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. *Deut.* 33. d. Oculos Iacob in terra frumenti & vini. Sed quia spes, quæ differtur affligit animam. *Prou.*13.b. dicit: Oculi mei languerunt præ inopia. *Cant.*5. c. Adiuro vos, &c. si inueneritis dilectum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. Vt autem à languore isto me sanares, & desiderium meum impleres. *e* Clamaui]in oratione. Hoc est contra eos, qui tacent in oratione. *Psalm.*31. Tacui dum clamarem tota die. *f* Ad te,] non ad surda æquora, vel idola, i. mũdi potestates. *Is.*45.d. Rogant Deum non saluantem [Clamaui.] Ecce intentio orationis, & deuotio [Ad te]Ecce finis & intentio. *g* Tota die]Ecce perseuerantia. *h* Expandi ad te manus meas] Ecce eleemosyna pura, & pia intentione facta, quæ debet esse comes orationis. *Thren.*3.e. Leuemus corda nostra ad Dominum cum manibus in cœlos, 1. *Tim.*2. c. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus. *Tob.* 12. b. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, &c. Cùm dicit, Expandi] notat largitatem, & charitatem, quæ ad omnes debet se extendere. Cùm dicit [Ad te] notat puram intentionẽ.

Tertia pars. *i* Nunquid mortuis.]Tertia pars, vbi ostendit Christus, quibus non prosint opera sua. Licet enim pro omnibus passus sit per sufficientiam, tamen eius passio non omnibus profuit per effectum, quia non malis. Vnde dicit: [Nunquid mortuis facies mirabilia?]Mortuis corpore fecit mirabilia, quia quosdam resuscitauit in resurrectione filij. Sed mortuis corde non fecit mirabilia, quia facta nõ profuerunt eis. *l* Aut medici suscitabunt, &c.] Apostoli multos suscitauerunt, vt dicitur *Act.*9.g. Dixit Petrus: Thabita surge. At illa aperuit oculos, & viso Petro resedit. Vnde manifestum est, quod hæc intelligi oportet de mortuis in peccatis. Et sic eodem modo exponetur allegoricè, & moraliter. Et de illo mortuo præcipuè intelligitur ad quem Dominus inuitatus noluit venire, vt habetur *Ioan.*4. g. Dicit ergo sic Christus ad patrem.

i Nunquid mortuis,] id est, obstinatis in peccato qui se peccantes excusant facies mirabilia] id est, nunquid talibus proderunt opera tua? q. d. non. Sunt autem quidam tales, qui se mortuos recognoscunt, sed dicunt, quòd se adhuc emendabunt quando satis in peccato vixerint. Contra quos benè subiũgit. *l* Aut medici] nunquid [suscitabunt] illos mortuos [&] suscitati [confitebuntur tibi?] Medicos possumus intelligere secundùm *Gloss.* vel malos vel bonos. Sunt enim mali Medici, scilicet, sapiente, huius sæculi, qui mortuos in peccato deliniunt, impunitatem, vel saltem longam vitam promittendo. Et hoc concordat Hebraicæ veritati quæ habet [Gigantes] vbi nos habemus [Medici]Et gigantes sunt sapientes Mũdi, alti superbia, magni in terra. Et hi non suscitabunt à peccato mortuos. Boni verò Medici siue gigantes, sunt boni prælati, & prædicatores, qui alti in scientia, magni in vita, fortes in opere, viuentes possunt regere, & curare, sed non mortuos suscitare, quod solius gratiæ Dei est. Vnde *Ioan.*6.e. Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eũ. De his ergo dicit [Aut medici] siue boni siue mali, nũquid [suscitabunt &]suscitati confitebuntur tibi?] q.d. non. Et possunt dicere adhuc. Et si non possum à Medicis suscitari, vt confitear tamen dum in morte peccati iaceo, Deum laudabo, & sic placebo ei, & placabo eum. Contra hoc est quod sequitur. *m* Nunquid narrabit aliquis] existens, [in sepulchro] peccati [misericordiam tuam?]q.d.non. *n* Et veritatem, &c.] i. in conuersatione peccati?q.d.non. Ponit misericordiam & veritatem, quia hæc sunt vniuersæ viæ Dñi, quibus cõmendabilis est Deus. Sed misericordia præcedit ad tẽperamentum veritatis. Et hæc non congruè narrantur à peccatoribus iacentibus in sepulchro, & in perditione peccati. Vnde in *Psal.*49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? Posset & adhuc dicere aliquis ex ipsis, & si non narro, tamen cognoscam veritatem. Contra quod dicit. ⊖ Nunquid cognoscentur...

De pæn. dist. 1. c. porrò circa me.

al. † exsuscitabunt.

al. † narrabit.

Moraliter. *i* Nunquid mortuis, &c.] Sed adhuc potest aliter exponi moraliter, vt dicat vir iustus [Nunquid mortuis]Supra dixerat [Clamaui ad te Domine, &c.] quod de oratione iuncta operibus misericordiæ exposuimus, quæ duo debemus facere instanter, & assiduè [tota die] huius vitæ; quia post diem istam non licebit nobis aliquid facere. Et si orauerimus, vt à pœnis, si in eis sumus, liberemur, non exaudiemur. *Ioan.*9.a. Me oportet operari opera eius, qui me misit donec dies est, venit nox quando nemo potest operari: hoc innuit cum dicit clamaui, &c.]q.d. non facies mirabilia opera misericordiæ tuæ mortuis, cùm ad te præ dolore tormenti clamabunt, sicut nec diues petens guttam aquæ exauditus est. *Luc.*16. f. Nec Medici quantumcunque sapientes suscitabunt mortuos, vt ad hanc vitam redeant, vt confiteantur tibi peccata, & opera faciat pœnitentiæ. Propter hoc dicit. *Eccl.*9.c. Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud Inferos quò tu properas. *Isa.*55. b. Quærite Dominum dùm inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Nec credat aliquis, quod etiam laudando Deum possit veniam impetrare post mortem, quia non ita erit. Vnde subiungit.

m Nunquid narrabit aliquis in sepulchro, &c.] Non. *Psal.* 113 Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in Infernum. Imò potius Deum blasphemabunt. Vnde *Apoc.* 16. d. Blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis, quia magna facta est vehementer. *Gloss.* In Inferno positi quamuis sciant se pro merito puniri, dolebunt tamen, quod Deus tantam potentiam habet, quod eis plagas inferat. Et hoc est blasphemia. Item in sepulchro positi mortui non narrant Dei misericordiam, sed casu suo narrant Dei iustitiam, quam tunc sentiunt. Et dicunt illud *Eccl.* 38. c. Memor esto iudicij mei, sic enim erit, & tuum, mihi heri, & tibi hodie. In perditione autem æternæ pœnæ non narrant veritatem Dei, quia de ipsa dolent. Et 1. *Reg.* 2. b. dicitur. Impij in tenebris conticescent, scilicet à laude Dei, sed non à blasphemia, vt dictum est. Hæc autem meritò eueniet eis, quia hic ignorauerunt Dei misericordiam, & veritatem, id est, se ignorare ostenderunt, non quærendo misericordiam, dum fuit tempus miserendi, nec timendo iustitiam antequam feriret. Vnde bene sequitur.

* Nunquid

a Nunquid cognoscentur in tenebris] peccatum, mirabilia opera tua? quasi dicat, non.
b Et iustitia tua nunquid cognoscetur in terra obliuionis, i. in peccato in quo obliuiscuntur peccatores Deum? quasi dica, non. Ista expositio satis est moralis.

Moraliter. * a Nunquid cognoscentur in tenebris peccatorum, & Inferni, mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis, i. corde peccatoris, qui oblitus est Dei creatoris sui, quasi dicat, non cognoscentur, & ideo ignorantes peribunt. *Iob* 4. d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. *Isa.* 5. d. Propterea ductus est populus meus, captiuus, quia non habuit scientiam: Mirabilia autem dicit quantum ad misericordiam Dei, quæ mirabilis est, *Psal.* 30. Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Et *alibi Psal.* 16. Mirifica misericordias tuas. Ibi require quomodo misericordia Dei mirabilis est, & in peccatoribus, & in iustis. Vnde non dicit hic. Non erunt mirabilia in tenebris, sed dicit, quod non cognoscentur, quia sicut dicitur *Ioann.* 1. a. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Super illo verbo: Aut Medici suscitabunt, notanda est distinctio, quia ad literam *Eccl.* 38. a. Honora Medicum propter necessitatem.

a Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & b iustitia tua in terra † obliuionis? Et c ego d ad te Domine e clamaui, & f mane g oratio mea h præueniet te. Vt i quid Domine † repellis orationem meam, † k auertis faciem tuam à me?

al. † oblita. *al.* † repulisti. *al.* † auertisti.

Est Medicus.
- Bonus
  - Deus Pater, *Iob* 5. c. Ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.
  - Christus, *Matt.* 9. b. Non est opus valentibus Medicus.
  - Spiritus sanctus, *Ier.* 9. g Nunquid non est resina in Galaad, aut Medicus non est ibi?
  - Angelus, *Tob.* 11. c. Dixit Raphaël ad Tobiam: Lini super oculos eius, &c.
  - Euangelista, *Col.* 4. d. Salutat vos Lucas Medicus.
  - Theologus, *Isa.* 3. b. Non sum Medicus, & in domo mea non est panis.
  - Zelator animarum, *Ier* 8. g Nunquid resina non est in Galaad, aut Medicus non est ibi?
  - Confessor. *Eccl* 38 a. Impingua oblationem, & da locum Medico, i. sis ei obediens.
  - Consolator, *Ezech.* 47. c. Erunt folia eius in medecinam, i. verba in consolationem.
- Malus
  - Diabolus, *Sap.* 1. d. Non est in illis medicamentum exterminii, nec infernorum regnum. In vitis Patrum dicitur, quod apparuit diabolus cuidam portans ampullas, &c.
  - Magus, *Sap.* 17. b. Promittebant timores, & perturbationes se expellere ab anima languente.
  - Adulator, *Gen* 40. a. Præcepitque seruis suis Medicis, vt aromatibus condirent patrē: Adulatores condiunt patres, i. Prælatos?
  - Doctor qui non facit, quod docet *Luc.* 4. d. Medice cura teipsum?

Quarta pars. c Et ego ad te Domine clamaui.] Quarta pars, vbi enumerat, quæ Christus in suis membris sustinet: Et ponitur hic responsio chori, de qua prædictum est in titulo, quod debent membra respondere per compassionem & tolerantiam tribulationum capiti tribulato: Christus ergo, qui prius in persona capitis de sua Passione locutus est quasi præcentor: hic in persona membrorum respondet; Et ego] ne cum illis mortuis perirem.
d Ad te Domine clamaui] qui potes mortuos suscitare, & infirmos curare. Et quia clamorem sequitur gratia, quæ in oratione impetratur, addit.
f Et mane, id est, in tempore gratiæ.
g Oratio mea præueniet te] venturum ad iudicium. Licet autem Ecclesia, & membra Christi hic gratiam habeant, tamen multa mala, & tribulationes multas patiuntur. Quorum primum est dilatio eius, quod petit in oratione. Vnde dicit.
i Vt quid Domine repellis orationem meam? quasi dicat, ex quo gratiam habeo, cito impetrare deberem, quod oro. Vt quid ergo repellis orationem meam, quæ repelli videtur dum differtur, quod petitur Differtur autem vt ardentius appetatur. Idem etiam per alia verba replicat, cum addit.
k Vt quid auertis faciem tuam à me,] qui non das quod volo; cum non expediat, quod peto. Secundum est

(A paupertas

Moraliter. c Et ego ad te Domine clamaui] Moraliter hæc omnia eodem modo potest dicere vir pœnitens, quilibet etiam homo siue Prælatus, siue alius debet talis esse, vt vere possit dicere: Et, &c. Ego, non dicit vicarius meus, vel conuentus meus. Ad te, non ad lites, & iurgia. e Clamaui] non declamaui, iuxta illud.

Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi.

Psal. 76. & 141. Voce mea ad Dominum clamaui. Mea non vicaria, f Et m. ne] contra eos, qui dormiunt vsque ad primam. g Oratio mea] Christiana, & mihi vtilis, non petens vltionem, vel pecuniam.
h præueniet te indicantem, non te miserentem, quia vt dicitur *in Psal* 58. Misericordia eius præueniet me. *Sap.* 16. d. Oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam *Psalm.* 5. Mane astabo tibi, &c. *Aug.* Turpe est Christiano si eum radius solis in lecto inueniat otiosum. Item mane, id est, in prima ætatē. Ex tunc enim debet homo se orationi, & Dei seruitio adaptare. *Thren.* 3. c. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. *Ioel.* 2. d. Congregate paruulos & sugentes vbera. Et notandum, quod multa bona leguntur facta in mane.

Mane enim
- Lex data fuit. *Exod.* 19. c. Mane inclaruerat, & cœperunt audire tonitrua, &c.
- Datum fuit manna, *Exod.* 16. c. Mane ros iacuit per circuitum castrorum.
- Victi sunt hostes Israël, 1. *Reg.* 11. c. Saul ingressus est castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies.
- Submersi sunt Ægyptij, *Exod.* 14. f. Factum est in vigilia matutina, &c.
- Laudant auiculæ: *Iob* 38. a. Vbi eras cum me laudarent astra matutina?
- Absconduntur feræ, *Ps.* 103. Ortus est Sol, & & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.
- Nox fugit, *Rom.* 13. d. Non præcessit, dies autem appropinquauit.

Ex quo ergo sic clamaui. i Vt quid Domine repellis orationem meam?] Et supra dicta est vna causa, scilicet, vt ardentius petatur dilatum. Sunt autem & aliæ plures causæ quare repellitur oratio.

Repellitur oratio
- Quia sera, vt fatuarum virginum, *Matt.* 25. a. Clausa est ianua, nouissime autem veniunt, & reliquæ virgines, dicentes: Dñe Dñe aperi nobis, &c. Nescio vos.
- Quia falsa. *Matth.* 7. c. Non omnis qui dicit mihi. Domine, intrabit in Regnum cœlorum.
- Quia excommunicata, *Prou.* 28. b. Oratio eius erit execrabilis.
- Quia sordida, *Isa.* 1. d. Incensum abominatio est mihi, &c. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.
- Quia cruenta, *Luc.* 9. g. Vis dicamus, vt descendat ignis de cœlo, & consumat illos? Et sequitur quod Dominus increpauit eos, dicens: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.
- Quia inutilis, 2. *Cor.* 12. c. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me, &c.
- Quia nimis breuis, *Luc.* 11. b. Si perseuerauerit pulsans, &c. Et *inf.* propter improbitatem eius surget, &c.
- Quia caret alis, scilicet, eleemosyna, & ieiunio, *Deuteronom.* 32. b. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c. *Tob.* 12. b Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna
- Quia fit pro indigno, *Ierem.* 7. d. Noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem, & orationem, neque obsistas mihi, quia non exaudiam te.
- Quia friuola, *Iob* 35. d. Non enim frustra audiet Deus.
- Quia indeuota. *Augustinus.* Qui indeuotus orat, indicium sibi postulat. Repellere vero orationem idem est, quod faciem auertere. De quo subiungit.

k Auertis faciem tuam à me, &c.] Dominus auertit faciem à malis, & turpibus, & & horribilibus. *Abac.* 1. c.

A paupertas membrorum tam corporalis, quàm etiam ſpiritualis, quia quidam parum habent de gratia: Vnde dicit Chriſtus pro corpore, & membris. *a* Pauper ſum ego] rebus & gratia. Tertium eſt labor: Vnde addit.
b Et in laboribus.] Et hoc. *c* A iuuentute mea] ſc. à tempore Abel. Tunc. n. fuit inuentus Eccleſiæ, & ex nunc ſemper fuit Eccleſia in multis tribulationibus, quaſi inter malleum, & incudem. Vnde *in Pſal.* 128. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Quartum eſt varietas & mutatio fortunæ. Vnde dicit. *d* Exaltatus autem humiliatus ſum.] Cùm enim videtur Eccleſia quaſi in ſummo, tunc ſurgit tribulatio, quæ ipſam deprimit. Et ex hoc ſequitur conturbatio. Vnde addit: Et conturbatus ſum. Vel de exaltatione diuitiarum, quæ datæ ſunt Eccleſiæ poteſt exponi. *d* Exaltatus] in diuitiis] & potentia ſæculari.

† *a* Pauper ſum ego, & in *b* laboribus *c* à iuuentute mea *d* exaltatus autem *e* humiliatus ſum, & † *f* conturbatus. In *g* me tranſierunt iræ tuæ, & *h* terrores tui conturbauerunt me. *i* Circundederunt me ſicut *k* aqua tota die,

al. † inops.

al. † confuſus.

Aliter.

e Humiliatus ſum] id eſt, à ſtatu rectitudinis ſpiritualis declinaui.
f Et conturbatus] quia propter diuitias amiſſa eſt multum in Eccleſia pax & tranquillitas etiam expreſſiùs poteſt dici. Exaltatus autem humiliatus ſum] quia vnde Eccleſia videtur exaltata, & domina facta, inde facta eſt ſubiecta, & ſerua. Propter diuitias enim Eccleſia facta eſt ſerua Principium, & Tyrannorum. Vnde iam non eſt in Eccleſia qui principibus & Tyrannis membra Eccleſiæ opprimentibus ſe audeat opponere, eo quòd timent omnes diuitiis ſuis. Quintum eſt flagella Domini. Vnde addit.
g In me tranſierunt iræ tuæ,] i. flagella tua tranſierunt ſuper me ſextum eſt terror. Vnde dicit.
h Et terrores, &c.] ſc. timor caſus per peccatum timor tribulationum grauiorum, timor futuri Iudicij, & æternorum ſuppliciorum. Septimum eſt multiplex perſecutio facta ab inimicis Eccleſiæ. Vnde dicit.
i Circundederunt, me] inimici, ſc. Sarraceni, Iudæi, hæretici.
k Sicut aqua] i. ex omni parte. Sicut aqua circundat hominem obturando ei aures, os, & nares, vt reſpirare non poſſit, ita iſti vndique infeſtant Eccleſiá, volunt ipſam ſuffocare, & ſubmergere. Sed hæc eſt nauicula Petri, quæ vndis tribulationum, & perſecutionum concuti poteſt, ſubmergi verò non poteſt. Et vt grauior A ſit perſecutio.

Moraliter. * Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, *Ierem.* 18. c. Dorſum, & non faciem oſtendam eis in die perditionis eorum, ſc. in die qua peccant, & perdunt animas ſuas. Oſtendit autem quòd non debet Dominus ab eo faciem auertere, cum ſubiungit.
a Pauper ſum ego.] Hoc eſt bona ratio, quia *Tob.* 4. b. dicitur: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. *Pſal.* 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Non eſt aut é pauper qui habet diuitias in corde die & nocte de tali paupere dicit *Greg.* ſuper *Iob* 21. in fin. In reb⁹ terrenis pauper & diues quamuis non pari proſperitati fulciantur, pari tamen anxietate turbantur, quia quòd ille iam cum metu habet, iſte cum anxietate appetit, & quia habere non valet; dolet. Neceſſe eſt ergo eſſe pauperem, non tantum rebus, ſed & ſpiritu. Et vt libentiùs paupertatem, & labores amplectamur, de Chriſto veriſſimè poſſumus exponere verſum iſtum, & ad exemplum eius ea, quæ hic dicuntur, in nobis debemus implere. Dicit enim nobis Chriſtus.
a Pauper ſum.] Ita quòd non habeam vbi caput reclinem. *Matt.* 8. c. Ego cum pondere dicit? Ego, ſcil. Filius Dei cuius ſunt vniuerſæ diuitiæ cœleſtes, & terrenæ, 2. *Cor.* 8. b. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter nos egenus factus eſt cùm eſſet diues. Ad hoc monet nos Dominus *Matt.* 19. c. Vade & vende omnia quo habes, & da pauperibus, & veni ſequere me, ſcil. pauper, pauperem. Et in eodem dicit Petrus. Domine, ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Super quo dicit. *B. Bern.* Bene, & non ad inſipientiam tibi omnia reliquiſti, quia ſequi non poteras oneratus. Sed ſunt aliqui pauperes delicati, ſicut ſunt ribaldi, & hiſtriones, in Curiis Magnatum. Vnde Chriſtus cum paupertate dat nobis etiam exemplum pœnitentiæ, & laboris, cùm ſubiungit.

Chriſtum pauperem & humilẽ, pauperes, & humiles ſequi debemus.

b Et in laboribus] non ad horam, ſed ſemper.
c A iuuentute mea] vſque ad mortem. Ab hora enim natiuitatis ſuæ incepit labor eius, & vſque ad mortem durauit. Vnde Eccleſia ſic incipit narrare Paſſionem eius.

vagit infans inter arcta.
Poſitus præſepia, &c.

Hoc eſt contra delicatos iuuenes, qui nolunt facere pœnitentiam donec ſeneſcant, cùm tamen Dominus *Tren.* 3. c. Bonum eſt viro cùm portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua. Sunt etiam aliqui pauperes, & laborantes, & ex hoc apud homines habentur in honore, & apud ſeipſos eleuantur in mente. Vnde è contrario dicit. Chriſtus. *d* Exaltatus autem] id eſt, leuatus in Cruce. *e* Humiliatus ſum] id eſt, vilis habitus, & deſpectus. Et humiliatus, id eſt, humilis in corde. *Phil.* 2. a. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Item exaltatús ab hominibus quando voluerunt eum rapere & facere Regem [Humiliatus] eſt à ſepſo, quia fugit & abſcondit ſe, *Ioan.* 6. b. Item [exaltatus] & factus magiſter ſuper diſcipulos [Humiliatus eſt leuans pedes eorum, *Ioan.* 13. a. *f* Et conturbatus] poſtmodum in Paſſione, id eſt, ſimul turbatus corpore anima. *Matth. vigeſimo ſexto* d. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Nunc anima mea turbata eſt. Ita nos quantò magis exaltamur, tantò humiliores eſſe debemus. *Eccl.* 3. c. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Hoc præcipuè pertinet ad Chriſti vicarios, ſc. ad Prælatos, & Prædicatores, qui quando ſuper alios exaltantur, eò ipſo debent humiliari. Vnde *Aug.* ſubditis loquens, de Prælatis ait. Honore coram Deo prælatus ſit vobis, timore coram Deo proſtratus ſit pedibus veſtris. Et conturbatus. Hoc debet ſequi, vt licèt ſint apud ſe humiles, non tamen aliis inutiles, ſed in actiua laborent, in qua eſt pertubatio *Luc.* 10 g. Martha Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. Iſtum verſum non poſſunt dicere nepotes, & conſanguinei Pontificum, & Cardinalium. *a* Puber ſum, &c.] Sed è contrario, diues ſum, & ſine laboribus. *c* A iuuentute mea.] præhendæ enim eis dantur in cunis. Neque ipſi ſunt in labore aliquo, nec corporis, nec animæ. Propter quod dicit pluraliter in laboribus. Labor animæ, eſt ſtudium, vel ſollicitudo. Labor corporis, eſt arare, vel alio modo quocunque operari, De talibus, dicit *Ierem.* 48. b. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, requieuit in fæcibus ſuis. Moab interpretatur ex patre, & ſignificat eos, qui ex patre Pontifice deſcendunt per conſanguinitatem. Iſti ſunt Fertiles, non pauperes ab adoleſcentia ſua requieſcunt in fæcibus diuitiarum, & peccatorum. Non laborant manibus, & aut in ſtudio Scripturarum. Sed *Soph.* 1. c. dicit Dñs. Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Item quod ſequitur, poſſunt dicere. *d* Exaltatus, &c.] quia tales cum exaltantur, inde ſuperbi fiunt, & otioſi. Qui autẽ hæc de ſe verè poſſet dicere, bona eſſet allegatio ad impetrandum à Domino, quia pauperes laborantes, & humiles libenter exaudit, Libentius etiam exaudit eos, ſi etiam ſint in tribulatione, vel flagellati ab ipſo. Vnde ſubiungit. *g* In me, &c.] id eſt, diuerſas flagellationes recepi ab ira tua. Sed ira eius quoſdam percutit in præſenti ad correctionem. Quoſdam autem percutere expectat in futuro ad damnationem, & interitum. Vnde hic determinat, quod de ira in præſenti intelligit, cum dicit, tranſierunt. In illis enim quos Dominus amat, & flagellat hic, tranſit ira Dei. In reprobis autem manet, ſicut de talibus, dicitur *Ioann.* 3. d. Non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. De bonis autem & ira, quæ tranſit ſuper eos. *Nahum.* 1. b. In diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius. De malis vero ſtatim ſubiungit: Et inimicos eius perſequentur tenebræ. Locus Dei eſt anima iuſti ſiue Eccleſia, quæ conſummatur, & perficitur in diluuio, id eſt, in abundantia prætereuntis iræ. *Ion.* 2. b. Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. In his autem cito deficit homo, niſi timorem Dei habeat, ſicut dicitur *Eccleſ.* 27. a. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Vnde addit. *h* Et terrores tui. &c.] *Iob* 41. c. Territi purgabuntur. *i* Circumdederunt me] tribulationes, vel terrores circumdederunt ad defendendum, & muniendum. *k* Sicut aqua] i. abundanter. Aqua etiam quæ circumit caſtra, munimentum, & defenſio eſt eorum. *Exod.* 14. c. Aquæ erant eis pro muro à dextris, & à ſiniſtris.

Contra nepotes Prælatorum.

* Et quando,

Vel ſic. *i* Circumdederunt me] inimici, ſci. Dæmones caro, Mundus.
k Sicut aqua.] Aqua multum inopportunè ſe ingerit, & circumit quærens locum [illegible], & rimas, & per paruum foramen intrat multum de aqua: ſic tentationes valde ſũt ſubtiles, & importunæ. Et ſi homo eis aliquod foramen

⊙ Apertum dimittat

A fit persecutio. *a* Circumdederunt me simul]. Octauum est grauius, quia, scilicet, ab amicis etiam tribulationem sustinet. Vnde subiungit. *b* Elongasti à me amicum & proximum] Amicum familiaritate iunctum, & proximum carnali vinculo iunctum. *c* Et notos meos] per visum & famam elongasti. *d* A miseria] mea. Omnes enim relinquebant, & adhuc relinquunt Sanctos, imo etiã persequuntur eos quãdo vident eos in tribulatione propter fidẽ Christi, sicut patet in persecutionibus Martyrum.

a circumdederunt me simul. *b* Elongasti à me amicum, & proximum, &. *c* notos meos à *d* miseria.

Intellectus Ethan Israëlitæ.

PSAL. LXXXVIII.

al. † tuas Domine.

e MIsericordias † *f* Domini in *g* æternum *h* cantabo. In *i* generatione, & generationem, *k* annunciabo *l* veritatem *m* tuam in *n* ore *o* meo. Quoniam *p* dixisti in *q* æternũ *r* misericordia *s* ædificabitur in cœlis,

Moraliter.

* Et quando late inundant vndiq; obsideri castra nõ possunt. Vnde ad abundantiam denotandam, addit.

a Circumdederunt me simul] Quia autem obsideri non posset propter hoc, aperit, cum subiungit. *b* Elongasti à me, &c.] ne, scilicet, ad me accedentes obsiderent me. Non enim ab alio fortiorem obsidionem sustinet homo, quam ab amicis, & notis. Vnde *Mich.* 7.b. Inimici hominis domestici eius. *Ieron* Non est efficacior pestis ad nocendum quam familiaris inimicus.

Aliter

⊖ apertum dimittat, statim intrant aquæ vsque ad animã eius, & cito suffocant eam. *a* Circumdederunt] vt, scilicet, si vni tentationi resistam, alij succumbam. *Iob* 19. b. Simul venerunt latrones eius. *Matth.* 12.d. Assumit 7. alios spiritus nequiores se. Circumdant autem simul.

Propter {
- Pugnam 1. *Reg.* 17. a. Congregantes autem Philistiim agmina sua in prælium, conuenerũt in Sochot Iudæ.
- Obsidionem 3. *Reg.* 20. a. Rex Syriæ congregauit omnẽ exercitum suum, & triginta duos Reges secum, & equos & currus, & pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam.
- Terrorem 2. *Par.* 20. dictum est Iosaphat. Venit contra te multitudo magna, &c. Et *inf.* Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum.
- Vociferationem, *Is.* 17. d. Væ multitudini populorum, vt multitudo maris sonantis.
- Vastationem, *Iud.* 6. a. Sicut erant in herbis cuncta vastabant.

Et *inf.* Instar locustarum vniuersa complebant. *b* Elongasti, &c.] Hoc potest dicere quilibet iustus in tribulatione sua, *Prou* 14.c. Etiam proximo suo pauper erit odiosus. amici vero diuitum multi. *c* Et notos meos] *Eccl.* 13. d. Humilis cum ceciderit, expelletur etiam à notis. *d* A miseria] Quam terribilis res est quam omnes ita fugiunt. Felicitas autem attrahit quasi musca mel. Sed vere ibi est mel super spinas. Vnde dicit *Senec.* Diues quem tu fœlicem cunctis admirantibus credis, sæpe dolet, sæpe suspirat, multi illum comitantur, mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, frumentum formicæ, prædam sequitur turba ista non hominem.

EXPOSITIO PSALM. LXXXVIII.

MIsericordias Domini, &c. Titulus *Intellectus Ethan Israelitæ.* In præcedenti Psal. egit de tribulatione Ecclesiæ per quam timor incutitur. Sed ne timor degeneret in desperationem, bene sequitur iste Psalmus, in quo agit de Dei misericordia per quam est spes. Spes enim nõ debet esse sine timore, nec è conuerso. Vnde *Deut.* 24. b. præcipitur ne altera mola in pignore accipiatur. Ethan, interpretatur robustus. Est ergo sensus tituli. Hic Psalmus agens de misericordia Dei, est intellectus Ethan Israëlitæ, qui in tribulatione non franguntur, sed Deum habent præ oculis, & sperant eripi, & saluari per misericordiam eius. Et hoc etiam bene notatur, quia præcedens Psalmus terminatur per miseriam. Iste vero incipit à misericordia. Et ex his patet intentio huius Psalmi, quæ est monere nos, vt in Deo spem habeamus. Modus talis est, quia sex sunt partitiones. Primò, de Dei misericordia, & veritate se cantaturum promittit. Secundò, de diuersis modis Dei laudes, & eius potentiam describit, *ibi*: Confitebuntur. Tertiò, ponit promissiones Patris de Christo, *ibi*: Tunc locutus es. Quartò, illis promissionibus aduersa dicit, *ibi*: Tu vero. Quintò, ostendit, quod promissiones implentur in carne Christi, *ibi*: Vsquequo. Sextò, ostendit, quod promissiones implentur etiam in membris, non temporaliter sed spiritualiter, *ibi*: Vbi sunt, &c. Itaque Propheta infirmus in se, sed in misericordia Dei

Partitio Psalmi.

robustus, ab eadem sic incipit. *e* Misericordias Domini in æternum cantabo] id est, laudabo. Misericordias autem dicit pluraliter, propter plures effectus misericordiæ, de quibus postea dicemus. Vna quidem in se est Dei misericordia, sicut eius essentia. Sed quia misericordia inuitat ad spem, spes autem sine timore inutilis est, ideo subiungit. *i* In generatione & generationem] id est, coram præsentibus, & futuris, vel coram Patribus veteris, & noui Testamenti, vel coram Iudæis, & Gentibus. *k* Annunciabo veritatem tuam] id est, iustitiam, quæ timorem incutit. *n* In ore meo] Non dicit ex ore, sed, in ore, vt notet, quod in ore moratur, non tantum transit sicut supra. Semper laus eius in ore meo. Hæ sunt vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, quas semper cogitat homo iustus sperans propter primam, timens propter secundam Et inter has duas molas se molit, & præparat voluntati diuinæ. Item misericors est Dominus promittendo Regna cœlestia, verax in reddendo promissa, & hoc semper cantaturum, & laudaturum se promittit Propheta dicens: Misericordias Domini, &c. Securus autem misericordias, & veritatem cantabo, quia de his certus sum.

p Quoniam dixisti] i. per Spiritum sanctum mihi reuelasti, quod impietate tẽporaliter ruente. *r* Misericordia, &c.] i. per cœlos, i. Apostolos, qui prædicauerũt misericordiam Dei. A Et veritas

Moraliter.

e Misericordias Domini in æternum cantabo] Hæc non tantum Prophetæ, sed cuilibet fideli conueniunt, maxime homini, quem de multis peccatis, vel de sæculo extraxit Dominus, vt dicat, misericordias Domini in æternum cantabo, *Zachar. primo* d. Reuertar ad * Ierusalem

Moraliter.

Dicit ergo vir iustus. *e* Misericordias] ecce gratitudo. *Col.* 3.c. Grati estote. *f* Dñi] ecce confessio seruilis conditionis. *Ps.* 142. Seruus tuus sum ego. *g* In æternum] ecce perseuerantia. *Matth.* 10.c. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.

h Cantabo] ecce hilaritas 2. *Cor.* 9.b. Hilarem datorem diligit Deus. *i* In generatione & generationem,] Duplex est generatio bonorum. Primã, gratiæ baptismalis in Ecclesia militante. Alia gloriæ finalis, sed infinitæ in Ecclesia Triumphante. In vtraque cantatur. Sanctus, Sanctus, &c. ab omnibus Sanctis secundum statum differentem. De prima dicitur in *Ps.* 23. Hæc est generatio quærentiũ Dominum. Alia est generatio tenentium Dominum. *Eccl.* 24.c. A generationibus meis implemini, &c. Et *inf.* Memoria mea in generationes sæculorum. *k* Annunciabo] aliis, non contentus propria salute. *Apocal. vlt.* d. Qui audit, dicat veni. *l* Veritatem] Euangelij, non vanitatem Philosophorũ, *Ier.* 10.c. Vana sunt, & opus dignum risu. *m* Tuã] non mei figmenti, sed de nouo Testamẽto, vel de veteri. *n* In ore] non solum in corde vt meticulosi, qui non audent Tyrannis veritatem dicere ne offendant eos. Item in ore non tantum per literas, vel tractatus, vt illi qui multa scribunt, & nihil dicunt.

o Meo] nõ alieno, quod est contra Episcopos qui prædicãt per vicarium, & alia, quæ laboris sunt mandant procuratori, quæ autem sunt honoris, & deliciarum, & diuitiarum sibi reseruant. Non sic Paulus qui dicebat. *Act.* 20.f. Non enim subterfugi, quo minus annũciarem vobis omne consilium Dei. Annunciabo inquam. *p* Quoniam dixisti] quasi dicat, nec me ingeram ad prædicandum donec me mittas, nec cum me miseris recusabo. Hoc est contra duo genera hominum. Quidam enim se ingerunt, de quibus *Ier.* 23.c. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Alij autem licet habeant mandatum, nolunt prædicare. Mandatum habet quicunque officium prælationis accepit. Contra quos dicit *Amos* 3.b. Dominus locutus est, quis non prophetabit? Propter hoc dicit: Annunciabo quoniã dixisti, misericordia ædificabitur in cælis] i. præcepisti, vt per prædicationem destructis vitiis, ædificentur virtutes in Sanctis qui cœli appellantur, misericordia tunc ædifitur cum opera misericordiæ cumulantur. Et dicit.

q In æternum, &c.] vt sit perseuerantia. Sunt enim quidam qui cito incœptam misericordiam derelinquunt. *Os.* 6. b. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Et etiam propter meritum, quod est indeficiens. Hæc vtraque ratio dicitur *Eccl.* 44. b. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, & cum semine eorum perseuerauit bona hæreditas. Non tantum autem misericordia debet prædicari, & haberi. * sed etiam

Aliter.

Vel aliter secundum quod hæc dictio misericordia est ablatiui casus. *r* Misericordia] i. per misericordiam, per opera misericordiæ *s* Ædificabitur in cœlis,] æterna mansio. *Luc.* 16.c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. Domus autem non sufficit sine cibo. Vnde addit.

A *a* Et veritas tua] pron iſſionum. *b* Præparabitur in eis,] id eſt, per eos, quia ipſi prædicando præparabunt corda hominum. *Pſ.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Et cuius rei veritas præparabitur, oſtendit cum ſubiungit. *c* Diſpoſui] quaſi dicat, dixiſti quod veritas præparabitur, Et hoc etiam dixiſti: Diſpoſui Teſtamentum meum, ſ. nouum, quod antonomaſticè dicitur Teſtamentum, quia in illo eſt promiſſio hæreditatis. Et quibus diſpoſuiſti. Non reprobis, ſed. *d* electis meis] Hoc Teſtamentum in morte Chriſti confirmatum eſt. *Heb.* 9. e. Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, alioquin nondum valet dum viuit qui teſtatus eſt. Nec ſolum diſpoſui, ſed & prius. *f* iuraui Dauid ſeruo meo] Quid? *g* Vſque in æternum, &c.]i. Chriſtum qui de te in poſteritate tua ſecundum carnem naſcetur. De hoc ſemine, & Abrahæ dictum eſt. *Gen.* 22. d. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc ſemen præparatum eſt in æternum, quia Chriſtus eſt Rex æternus, cuius Regni non erit finis. Vnde de ipſo qui eſt myſticus Dauid verius legitur, quod dicit: Iuraui Dauid, id eſt, Chriſto, ſeruo meo, qui mihi ſeruit reducendo oues perditas ad caulas Paradiſi. Iuraui, ſcilicet, hoc, vſque in æternum, &c. ſ. fideles in Chriſtum credentes. *h* Et ædificabo, &c]id eſt, vſque in æternum. *i* Sedem tuam,] Sedes Chriſti nos ſumus nunc & in futuro. In nobis enim ſedet & ſedebit, nunc regens, tunc regnans, 2. *Reg.* 7. b. Stabiliam thronum Regni eius vſque in ſempiternum, &c. Hoc de Salomone, ſeu de regno Dauid ad literam intelligi non poteſt, quia illud Regnum iam diſperſum eſt & deſtructum, vnde neceſſe eſt, quod de Regno Chriſti intelligatur. Iſte etiam verſus de B. virgine poteſt exponi allegoricè. Ipſa enim eſt ſedes Dei, & Chriſti, quam ædificauit Dominus in generatione præſenti per gratiam, & in heneratione futura, & æterna, per gloriam, *Cant.* 3. d. Ferculum fecit ſibi Rex Salamõ. 3. *Reg.* 10. c. Fecit Rex thronum de ebore grandem. 2. *Par.* 9. d. Fecit Rex ſolium eburneum, & veſtiuit illud auro mundiſſimo. Item adhuc ædificatur in generatione, & generationem, quia eius altaria, & Eccleſiæ conſtrui, & pulchrificari non ceſſant. Ipſa dicit *Eccl.* 24. c. Qui elucidant me, vitam æternam habebant.

d. † ſæculũ æculi.

Allegoricè *De B. Virgin.*

præparabitur *a* veritas tua in *b* eis. *c* Diſpoſuiſti teſtamentum *d* electis *e* meis, *f* iuraui Dauid ſeruo meo vſque in *g* æternum, præparabo ſemen tuum. Et *h* ædificabo in †generatione, & generationem *i* ſedem tuam.

Elucidatur enim:
- Cum eius Eccleſiæ, vel altaria pulchriores fiunt.
- Cum effertur laudibus. *Luc.* 1. e. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
- Cum candelis ad literam accenſis honoratur.

Moraliter. * Ieruſalem in miſericordiis. *B. Bern.* ſeptem aſſignat miſericordias Dei, ſic dicens. Septem in me inuenio Dei miſericordias. Prima eſt, quod à multis peccatis adhuc in ſæculo poſitum me cuſtodiuit. Prima inquam, non inter omnes, quas mihi impendit, ſed inter ſeptem prima. Et hoc tribus modis, occaſionis ſubtractione, reſiſtendi data virtute, affectionis ſanitate. Secunda miſeratio fuit expectatio ſuſtinentis, qua tardabat vltionem, quia indulgentiam cogitabat, longanimiter expectans, electionem prædeſtinationis ſuæ impleri volens, & qua nos dilexit nimiam charitatem. Tertia miſeratio fuit, quod ad pœnitentiam me conuertit, concutiens cor meum & excitans vt aduerteret ſuorum vulnera peccatorum, & vulnerum ſentiret dolorem, terrens & deducens ad portas Inferni, & meliorem mihi conſolationem inſpirans, ſpem indulgentiæ largiendo. Quarta miſericordia fuit, quod ſuſcepit miſericorditer pœnitentem. Sic enim ex toto indulſit, tam liberaliter omnem condonauit iniuriam, vt iam nec damnet vlciſcendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Sequitur miſericordia quinta, per quam mihi continendi deinceps, & emendatius viuendi præſtitit virtutem, carnem cum concupiſcentiis ſuis, præſens ſæculum cum curioſitatibus ſuis, & etiam ipſum cum tentationibus ſuis conterens Satanam ſub pedibus meis. Sexta miſericordia eſt gratia promerendi bona æterna, quæ gratia in tribus maxime conſiſtit, in odio præteritorum malorum, in contemptu præſentium bonorum, in deſiderio futurorum. Septima miſercordia eſt ſpes obtinendi. Tria ſiquidem conſidero in quibus ſpes mea tota conſiſtit, quæ ſunt, charitas adoptionis, veritas promiſſionis, poteſtas redditionis. 2. *Tim.* 1. c. Scio cui credidi, & certus ſum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax eſt in promiſſione, & potens in exhibitione. Hic eſt funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem nobis à patria noſtra in hunc carcerẽ dimiſſum, firmiter obſecro; teneamus, vt ipſe nos ſubleuet, & trahat vſque ad conſpectum magni Dei. Vſq; huc ſunt verba B. Bern. Has miſericordias debet cãtare in æternum, quicunque eas conſecutus eſt, & quilibet eas poteſt conſequi niſi per eum ſtet. Notandum autem quod prius ſunt lugendæ noſtræ miſeriæ, & poſtmodum cantandæ ſunt Dei miſericordiæ, quæ ſunt contra miſerias. Vnde etiam quot in nobis miſerias inuenimus, tot Dei miſericordias flagitare, & poſtea cantare debemus. Notandũ eſt ergo quod multiplex eſt miſeria. Scil. De miſeria naturæ. *Iob* 14. a. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis. De miſeria culpæ. *Prou.* 14. d. Miſeros facit peccatum populos. De miſeria pœnæ. *Iac.* 4. c. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. De miſeria ignorantiæ. Quælibet harum miſeriarum in multis conſiſtit.

Eccl. 4. c.

Naturæ / Culpæ / Pœnæ / Ignorantiæ

Miſeria
- Naturæ
  - De nihilo eſt. *Iſ.* 41. f. Ecce vos eſtis ex nihilo Fluit. *Ecc.* 14. c. Alia generantur, & alia deiiciuntur, ſic eſt generatio carnis, & ſanguinis.
  - Alteratur, *Iob* 14. a. Nunquam in eodem ſtatu permanet.
  - Corrumpitur, *Pſalm.* 139. In miſeriis non ſubſiſtent.
  - Adnihilat, *Ezec.* 28. e. Nihil factus es.
- Culpæ
  - Spoliat, *Luc.* 10. e. Incidit in latrones qui etiam ſpoliauerunt eum.
  - Cremat poſt mortem. *Ecclaſt.* 27. a. Conteretur cum delinquente delictum.
  - Angit verme conſcientiæ, *Ier.* 2. d. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.
  - Vulnerat, *Ecclef.* 21. a. Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.
  - Obſtat miſericordiæ Dei. *Ierem.* 5. f. Peccata noſtra prohibuerunt bonum à nobis. Et hæc faciunt verſum.
  - *Adnihilat, ſpoliat, cremat, angit vulnerat, obſtat.*
- Pœnæ
  - Sollicitudinis. *Eccl.* 40. a. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus.
  - Laboris *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem.
  - Morborum. *Eccl.* 40. b. Mors, ſanguinis, contentio, oppreſſiones, &c.
  - Damnorum, ſcilicet, rerum vel amicorum, *Eccl.* 40 b. Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur. Vel mortis. 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, &c.
  - Carnis, *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.
  - Mundi, 1. *Cor.* 7. f. Quæ nupta eſt cogitat quæ ſunt Mundi.
  - Peccati venialis. *Rom.* 7.
  - Gehennæ, *Matth.* 25. d. Ibunt in ſupplicium æternum, &c. Et hæc comprehenduntur iſto verſu.
  - *Cura labor morbi damna gehenna iugum.*
- Ignorantiæ
  - ſcilicet mortis.
  - Initium ſuum. 3. *Reg.* 3. b. Ego ſum ignorans egreſſum, & introitum meum.
  - Finem ſuum, *Eccl.* 9. c. Neſcit homo finem ſuum.
  - Meritum ſuum, *Eccl.* 9. a. Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit.

Moraliter. * ſed etiam iuſtitia. Vnde addit. *a* Præparabitur veritas tua] id eſt, iuſtitia tua. *b* In eis] ſanctis, ſecundum quod dicitur *Eccl.* 18. c. Ante iudicium para iuſtitiam.

Aliter ⊖ Præparabitur veritas tua in eis] quaſi cibus præparatur comedendus in aula Regia. Veritas. n. quã tunc plene cognoſcemus paſcet nos, & reficies, *Io.* 17. a. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. De hac præparatione *ſup.* Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Et *alibi.* Paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius. Hoc ergo dixiſti, dixiſti etiã hoc quod ſequitur, i. promiſiſti. *c* Diſpoſui Teſtamẽtum] dans hæreditatem æternam. *Luc.* 22. c. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus Regnum. *d* Ele-

⊖ ctis]

Secunda pars.

ctis]non Pharaonis, qui submersi sunt in mari rubro. *Exod.* 15.a.Sed. *e* Meis]*Ioan.*15.c.Ego elegi vos de Mundo, propterea odit vos Mundus,&c. *f* Iuraui Dauid seruo meo]i.viro iusto, forti manu in bonis operibus,& aspectu desiderabili in bonis moribus, & variis virtutibus. *g* Vsque in æternum,&c.]Semen sunt opera quæ vsque in æternum præparantur, cum non sunt corrupta praua intentione,sed ad æternam retributionem ordinantur, *Eccl.* 44.b.Cum semine eorum perseuerauit bona hæreditas. *a* Confitebuntur cœli,&c.] Secunda pars,in qua diuersis modis laudes, & potentiam Dei describit. Sed quia vox vnius, vox nullius, ostendit primò, quod & ab aliis laudabitur Deus,dicens. Cōfitebuntur cœli,i. cælestes viri laudabunt. *b* Mirabilia tua] quæ facies in eis, & fecisti creando, recreando, iustificando. Hæc autem pertinent ad misericordiam quam non solam laudabunt sancti,sed & iustitiam:Vnde addit. *d* Etenim veritatem tuam, q.d. nil mirum, si laudabunt misericordiam,quia ipsi saluabuntur, etenim laudabunt ipsam iustitiam qua reprobi damnabuntur.Et ista laudatio vbi erit?In vnitate Ecclesiæ. Hoc est quod addit.In Ecclesia Sanctorum.Et quia se promiserat laudaturum, consequenter diuersimode laudat eum. Primò à potestate tonandi,cum dicit. *f* Quoniam, &c.] quasi dicat, meritò est Dominus laudandus à me. Quoniam, &c. vt similiter tonet,aut pluat · † Cosdroë voluit æquari Domino,vel assimilari in tonitru:Simon magus in volatu.*Iob* 40.a.Si habes brachium,sicut Deus,& voce simili tonas,circumda tibi decorem,&c. 1.*Reg.*2.b.Dominum formidabunt aduersarij eius,& super ipsos in cœlis tonabit. Secundò commendat eum ab expressa similitudine Patris,cum addit. *g* Quis similis erit Deo] Patri, in filiis Dei?i.inter iustos sicut Christus?quasi dicat, nullus. Christus enim est Filius Dei per naturam, & similis ei in essentia, iusti autem sunt filij eius per gratiam tantum. Tertiò,commendat ipsum à fama, cum dicit. *i* Deus qui glorificatur, &c.]quorum consilium est, vt ab omnibus glorificetur. Quartò,à magnitudine, cum dicit: Magnus. Quintò,à terrore,cum addit.*l* Et terribilis]non vni genti tantum:Sed:*m* Super omnes,&c.] i.super gentes, quæ circa terram promissionis sunt, in qua secundum carnē continebatur,& ex illa missis Apostolis circumquaque ad Gentes, factus est eis per miracula magnus, & terribilis. Sextò,commendat eum à largitate, dicens. *n* Dñe Deus virtutum]dator,quis similis tibi in tanta largitate?Nullus *Iac.*1.a.Dat omnibus affluenter,& non improperat.*Ioan.* 1.b.De plenitudine eius omnes accepimus.Septimò à potentia,cum addit.Potens es Dñe.Octauò ab ampla potestate,cum dicit.*q* Et veritas tua]i.fides tua,vel prædicatio tua.*r* In circuitu tuo] i.in omnibus gentibus circa existētibus.Et posset aliquis dicere:Vere magnꝰ est Dñs in terra, sed non in mari: Vnde ostendit quod & in mari habet potestatem

al.† & *al.*† aut quis. *al.*† Inter filios. *al.*† glorificandus. *al.* † iustorum. *al.* † metuendus.

a Confitebuntur cœli *b* mirabilia *c* tua Dñe,† *d* etenim veritatem tuam in *e* Ecclesia Sanctorum. Quoniam *f* quis in nubibus æquabitur Dño: † similis *g* erit Deo † in filiis *h* Dei? *i* Deus † qui glorificatur in consilio † Sanctorum. *k* magnus, † *l* terribilis super *m* omnes qui in circuitu eius sūt. *n* Dñe Deꝰ virtutum quis similis tibi? *o* potēs es *p* Dñe & *q* veritas tua in *r* circuitu

al.† Salomon.

Moraliter. Moràliter. *a* Confitebuntur cœli mirabilia tua:Cæli sunt Prædicatores boni, à terra leuati, virtutibus stellati, gratiarum luminibus illustrati,Deo habitatore honorati,perfectionis circulo congyrati. Isti confitentur,non abscondunt. *b* Mirabilia]non ridicula. *c* Tua Dñe]non sua, sicut Heliu,qui dicebat *Iob* 33.a. Miraculum meum non te terreat,*sup.*Cœli enarrant gloriam Dei. *d* Etenim veritatem tuam confitebuntur]Multi confitentur falsitatem,& falsa mirabilia,& de Deo,& de Sanctis,& de se, sicut Prædicatores quæstuarij. Contra quos *Iob* 13. b. Nunquid Deus indiget vestro mendacio? *e* In Ecclesia Sanctorum] non in latebris hæreticorum. *Matt.*10.c.Quod in aure auditis prædicate super tecta,i.in aperto,& omnibus communiter,*Ioan.*18.d. Ego semper docui in Synagoga, & in Templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil Debet ergo Prædicator narrare mirabilia, non sua,sed Dei,& veritatem,non falsitatem quia homo quātumcunque iustus,nihil est in respectu Dei.*Iob* 25.b.Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius,quantò magis homo putredo,& filius hominis vermis.Vnde addit.
f Quoniam]q.d.hæc est causa, quoniam quis in nubibus æquabitur Dño,idest,inter Prædicatores Nullus. Æquari enim homo non potest Deo. *Iob* 9.a. Non iustificabitur homo comparatus Deo.Sed quantum potest imitari, debet *Eph.* 5. a. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Vnde addit. *g* Similis erit Deo & secundum hoc legendum est remissiuè & non interrogatiuè, q. d. æquari non potest,sed quodam modo assimilari potest sicut patri filius.Vnde addit *h* In filiis Dei]Ille enim filius degener est, qui dissimilis,qui moribus alter,*Ioan* 8.e.Si filij Abrahæ estis,opera Abrahæ facite, quasi dicat,non estis veri filij, si patri similes non estis. Vnde *Luc.*6.f.Estote misericordes,sicut pater vester misericors est. Eodem modo sicut ipse verax,castus, humilis, & mitis, & philantropos est, ita & nos esse debemus.Sed de multis conqueritur Dominus, quod degeneres facti sunt, dicens *sup.* Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Vel interrogatiuè potest legi. Quis similis erit Deo in filiis Dei,quasi dicat, si sit filius Dei per gratiam,non tamen potest esse aliquis ei omninò similis. *Ps.*85. Non est similis tui in diis Domine. *Iob* 26. c. Nullus ei similis in legislatoribus.Hanc autem Dei magnitudinem, & excellentiam intelligentes Sancti viri, se coram eo humiliant,& ei etiam bonorum, quæ faciunt, totam gloriam attribuunt. Vnde subiungit.
i Deus qui glorificatur in consilio Sanctorum] id est, in corde eorum vbi cum Domino tractant profunda consilia.*Prou.*20.a.Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri. A quo enim recipi debeat consilium dicit *Eccl.* 6.a. Consiliarius tibi sit vnus de mille,id est,Christus.Sic ergo glorificatur Deus in consilio Sanctorum, quando in secreto cordis sui non furantur Deo gloriam suam, sed omnia bona,quæ faciunt ei attribuunt,& in eis non propriam , sed Dei gloriam quærunt. Et hoc debent facere, quia ipse est.
k Magnus]& ita dignus gloria. *l* Et terribilis]id est, vindex in eos,qui non eum,sed seipsos glorificant. *Osea* 4.b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo.1. *Reg.*2. f. Quicunque honorificauerit me glorificabo eum , qui autem contemnunt me,erunt ignobiles. Et hoc maxime attendere debent Clerici, & Prælati.Vnde dicit.
m Super omnes, qui in circuitu eius sunt] id est, super Clericos , & Prælatos,qui ei astant. Super bonos est terribilis , quia ipsi timent eum , super malos autem,quia terribiliter percutit eos , quandoque etiam in præsenti , vnde terrentur alij,sicut de Nadab,& Abiu dicitur *Leuit.* 10. a. quod offerentes coram Domino ignem alienum, ignis egressus à Domino deuorauit eos , & mortui sunt. Et dixit Moyses ad Aaron , hoc est quod locutus est Dominus, dicens: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi & in conspectu omnis populi glorificabor. *Exod.* 19.d. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur ne percutiat eos.
n Domine Deus virtutum quis similis tibi?Domino Deo diuitiarum multi volunt esse similes , sed non Domino Deo virtutum.Quis enim curat habere patientiam,modestiam, pietatem,&c.Omnes fere factis dicunt.

Det vitam,det opes, æquum animum mihi ipse parabo.

Item dicitur.Domine Deus in singulari,& addit virtutum in plurali, quia omnium virtuosorum est vnus, & idem Deus , sed vitiosorum non sic. Quorundam enim Deus venter est. *Phil.*3.d. Quorundam Mammon,id est, Gaza, 2. *Cor.* 4. a. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium,id est, cupidorum, quia sicut dicit *Ier.* Ille veram fidem deDeo non habet, qui cupit in istis miseriis fieri diues.Item ipse Deus virtutum , id est, exercituum contra bellatores. *Ier.* 1.d. Bellabunt aduersùm te, & non præualebunt,quia ego tecum sum.
r Potens es]contra imperitantes,& opprimentes. *Iob* 25. a. Potestas.& terror apud ipsum,qui facit concordiam in sublimibus suis.
p Domine]contra inobedientes qui sunt filij Belial,id est, absque iugo.*Nahum.*1. d.Redde vota tua,quia non abiiciet vltra , vt pertranseat in te Belial.
q Es veritas tua in circuitu tuo]quasi dicat, vbi tu habitas,per gratiam,ibi in circuitu apparet veritas vitæ bonæ ad exemplum tuæ,non falsitas,sicut in hypocritis,in quibus habitat diabolus, & exterius apparet falsitas , quia boni videntur, *Iob* 40. c. dicitur de diabolo : Sub vmbra dormit , in secreto calami , id est , in corde hypocritæ , qui interius vacuus est, & exterius nitet. *Isa.* 59.c. Corruit in platea veritas : Quia sicut dicitur *Matth.* 6. a. Hypocritæ amant in angulis platearum stantes orare,vt videantur ab hominibus. Sunt autem multi,qui veritatem vitæ non audent aggredi,quia timent tentari, & recidere in peccatum. Vnde addit.

potestatem dicens. *a* Tu] non Neptunus, non Nereus. *b* Dominaris potestati maris] *Iob* 26. d. In fortitudine eius repente maria congregata sunt. Nec tantum dominaris, sed etiam. *Ad literam.*

c Motum fluctuum eius tu mitigas. *Matt.*8. d. Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei. Sic ad literam legitur de mari. *Mysticè.*

tuo. *a* Tu *b* dominaris potestati maris, *c* motum autem fluctuũ eius tu mitigas. *d* Tu *e* humiliasti sicut *f* vulneratum superbum in *g* † brachio virtutis tuę *h* dispersisti inimicos tuos. *k* Tui sunt cœli, & *l* tua est terra, *m* Orbẽ † terræ, & *n* plenitudinẽ eius *o* tu fundasti, *p* Aquilonem & *q* † mare *r* tu creasti.

al. † & in virtute brachij tui.
al. † terrarum.
al. † maria.

Vel mysticè, Potestas maris, est altitudo seculi, cuius Dominus dominatur, quia velint nolint Principes, & Tyranni subsunt ei. Multis etiam dominatus est per fidem, quia conuersi seruierunt Christo. Motum autem fluctuum eius tu mitigas. Hoc dicit quia posset aliquis dicere si dominatur Dominus potestatibus his, quare sustinet, quod opprimunt pauperes, & Sanctos? Ad hoc est responsio, quod Dominus motum fluctuum eius, id est, tribulationes & persecutiones quas Sanctis inferunt, non vult auferre penitus, sed ita mitigat eas, vt sustineri possint, & in eis mereantur sancti. Et hoc est [motum autem, &c.] Nec tantum dominatur in terra, & mari, sed etiam in Inferno: Vnde addit.

d Tu ô Christe.

e Humiliasti superbum] id est, diabolum per tuam humilitatem. *f* Sicut vulneratum] Vulneratus amittit vires in parte, & non in toto: Ita diabolus, Christo vulnerato, & passo, debilitatus est, vt hominem non possit vincere, si ille velit resistere. Vnde *Ieron.* Debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volentem. Sed non penitus extinctus est vt eum non possit tentare, quod totum cedit ad vtilitatem hominis *Iob* 26. d. Prudentia eius percussit superbum, id est, diabolum, quem percussit Dominus, non per potentiam, ne ille posset conqueri de violentia, sed per prudentiam. *Eccl.* 9. d. Vir sapiens, & pauper liberauit vrbem per sapientiam suam.

g In brachio virtutis tuæ] id est, in brachio extento, in Cruce.

h Dispersisti] quasi victos, & confusos.

i Inimicos tuos] scil. aëreas Potestates. Crux autem dicitur virtus Christi, quia licet occulta esset ibi virtus eius, vt dicitur *Abac.* 3. a. Ibi abscondita est fortitudo eius, tamen per Crucem deuicit dæmones. Vnde dicit *B. Bern.* Christus debellauit aëreas potestates, non manu armata, sed Cruci affixa, non equo residens, sed in Cruce pendens, Vel ad Patrem loquitur Propheta, dicens.

d Tu humiliasti superbum] sicut expositum est, per Christum, qui est brachium virtutis tuæ. Et per eum dispersisti inimicos tuos, id est, Iudæos per Orbem captiuatos. Vel sic *d* Tu humiliasti superbum] id est, Luciferum superbientem in cœlo deiecisti, sicut vulneratum. Corpus non habebat in quo vulnerari posset, & ideo bene dicit, sicut vulneratum, quia mens eius superba percussa est, & vulnerata gladio diuinæ vindictæ. *Isa.* 27. a. Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan. Et *infr.* Et occidet cetum, qui in mari est. Hoc exponi potest, & de Antichristo, & de diabolo, de quo apertius dicitur *Isa.* 14. c. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, &c. Et parũ ante: Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis effectus es, vox est damnatorum ad diabolum, detracta est ad Infernos superbia tua. Nec solus Lucifer cecidit, sed omnes eius complices: Vnde bene sequitur. *g* In brachio virtutis tuæ] id est, fortitudine Christi, qui est brachium tuum. Dispersisti inimicos tuos] scilic. alios dæmones, qui eius gloriam, & altitudinem inuadere cupierunt. *Ps.* 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. Supra ostendit, quod Deus potens est in terra, & in mari, & etiam in Inferno: Consequenter ostendit, quod potens est, & in cœlo. Vnde dicit. *k* Tui sunt cœli ad literam. Et hoc ostendisti, quando inde expulisti superbos dæmones. Et vt homines diligentius intelligant, quod sui sunt, adhuc de terra replicat dicens. *Ad literam.*

l Et tua est terra] quia tu eam creasti. Vnde sequitur.

m Orbem terræ, & plenitudinem eius] id est, quidquid in eo est. *o* Tu fundasti] id est, creando, & disponendo stabilem fecisti. *Ps.* 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Et hoc ostendit, quando inimicos suos Iudæos per terram dispersit.

p Aquilonem] per quem & alij venti intelliguntur. Vel Aquilonem, id est, plagam Aquilonarem. *q* Et mare tu creasti] Vnde Dominus es ventorum, & marium, Et hoc ostendit Dominus *Matt.* 8. c. quando imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. In hoc autem versu eliduntur errores multorum. Quod enim dicit] Tui sunt cœli] ô Christe, est contra Marcionem. Tua est terra Manichæum. [Orbem terræ] contra Donatistas. Et plenitudinem eius, contra Catharos. Aquilonem contra Metheoricos. Et mare contra Aristotolicos. Sic expositum est de cœlo, & terra, & mari, ad literam. Mysticè. *k* Tui sunt cœli, i. Apostoli, de quibus supra. Confitebuntur cœli mirabilia tua. *l* Et tua est terra] id est Ecclesia per illos cœlos compluta pluuia doctrinæ. Et merito tua est quia. *m* Orbem terræ] id est, vniuersalem Ecclesiam. *Mysticè.*

n Et plenitudinem eius] i. eos, quibus credentibus completa est. *o* Tu fundasti] i. in fide firmasti. *p* Aquilonem] i. diabolum, qui frigidum flatum tentationũ mittit, & corda congelari facit frigore infidelitatis, & peccati. *q* Et mare] i. malos superbos, & elatos. *r* Tu creasti] non in quantum mali

a Tu dominaris potestati maris] O Domine; cor hominis profundum, & instabile mare dicitur. Huius potestatis est voluntas, cuius dominatur Dominus. *Eccl.* 10. a. In manu Dei potestas hominis. *Moraliter.*

c Motum autẽ fluctuum eius] i. tempestatũ cogitationum tu mitigas. De quibus fluctibus. *Iob* 20. a. Idcirco cogitationes meæ variè succedunt sibi, & mens mea in diuersa rapitur. De mitigatione 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere.

d Tu humiliasti superbum] pauperem, i. carnem, de quo *Eccl.* 25. a. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum: Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum. Quam carnem superbientem contra spiritum humiliat Deus per flagella, & infirmitates. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum. Vnde addit.

f Sicut vulneratum] *Prou.* 20. d. Liuor vulneris absterget mala. Sicut de B. Benedicto legitur in dialogo, quod cum à stimulo carnis semel intantum infestaretur, vt deliberaret de reditu ad sæculum, proiecit se nudum inter spinas, & vrticas. Et dicit ibi *Greg.* quod per vulnus corporis sanauit vulnus mentis. *Eccl.* 12. d. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ.

g In brachio virtutis tuæ] Duo sunt Domini brachia: vnum misericordiæ, & alterum iustitiæ. De primo. *Is.* 40. c. In brachio suo leuabit agnos. De secundo hic, & *Is.* 53. a. Brachium Domini cui reuelatum est: De vtroque tamen potest hoc intelligi, quia in brachio misericordiæ, & in brachio iustitiæ.

h Dispersisti Domine inimicos tuos, id est, carnis desideria, mundi curas, diaboli tentationes. *Genes.* 11. b. Inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum, Vel inimicos tuos, id est, Mundi amatores. *Iacob.* 4. a. Quicunque voluerit amicus esse huius Mundi, inimicus Dei constituitur. Hos dispergit Dominus in brachio virtutis suæ, quia iusto suo Iudicio in curis & sollicitudinibus distrahuntur. *Exod.* 5. c. dispersus est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas. Ita vt supra dictum est, facis reprimendo tentationes. Sed quare? Quia tibi curæ est de tuis. Hoc est, quod sequitur.

k Tui sunt cœli] id est, ad te pertinet cura de contemplatiuis. *l* Et tua est terra] id est, ad te pertinet cura de actiuis. *Deut.* 4. f. Scito quod Dominus ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Ideò dicitur *Matt.* 6. b. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

m Orbem terræ] id est, vniuersalem Ecclesiam.

n Et plenitudinem eius] id est, actiuos, & contemplatiuos, quibus ipsa repletur. *o* Tu fundasti] In charitate. *Eph.* 3. d. In charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.

p Aquilonem] id est, suggestionem diaboli. *q* Et mare] id est, motus ex corruptione hominis surgentes. *r* Tu creasti] id est, ad vtilitatem hominis esse fecisti. *Isa.* 54. d. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum. Ad vtilitatem dico: Vtiles enim sunt homini, quia ex hoc humiliatur, & quia resistendo meretur. Vnde dictum est populo Israel de gentibus, per quas tentationes, & carnales motus intelliguntur. *Deut.* 7. d. Non poteris delere eas pariter, ne forte multiplicentur cõtra te bestiæ terræ. Item vtiles sunt, quia ibi exercitatur homo ad bellandum contra vitia. *Iud.* 3. a. dicitur: Hæ sunt gentes quas dereliquit Dominus, vt erudiret in eis Israëlem, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum.

Et propter

tum mali ſunt ſed inquantum ſunt. Item commendat eum à conuerſione hominum, cum dicit. *a* Thabor, & Hermon, &c.] montes ſunt Syriæ,& per eos ſignificantur gentes: in Chriſti nomine exultauerunt. Vel ſecundum Interpretationes, Thabor interpretatur lumen veniens, & ſignificat Iudæos ad quos primo venit lumen cognitionis per legē. Hermon interpretatur anathema eius, & ſignificat gentes quæ prius erāt anathematizatæ, & alienatæ. De his ergo dicit. [Thabor, & Hermon] i. Iudæi, & gentiles in Chriſto quaſi in angulari lapide coniuncti.

a Thabor, & Hermon in *b* nomine tuo *c* exultabunt, *d* tuum brachium cum *e* potentia. † *f* Firmetur manus tua, & *g* exaltetur dextera tua, *h* iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ. *i* Miſericordia, & *k* veritas *l* præcedent faciem tuam. *m* Beatus populus, † qui ſcit iubilationem.

al. † confirmetur.

al. † præcũt,

al. † ſciens.

b In nomine tuo] ô Chriſte. *c* Exultabunt] eo quod à Chriſto Chriſtiani vocabuntur, & quia per illud nomen ſaluabuntur, *Act*.4.c. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quia. *d* Tuum brachium,] quo feciſti, & redemiſti Chriſtianos, & diſperſiſti inimicos, eſt.

e Cum potentia] qua potes,& amicos defendere, & inimicos perdere. Et vt hoc fiat. *f* Firmetur manus tua] i. operatio tua contra ſuperbos. *g* Et exaltetur dextera tua] i. numerus eorum, qui in dextera ſunt conſtituendi augeatur. Poſtea commendat eum à iuſtitia: Vnde addit. *h* Iuſtitia,& Iudicium præparatio ſedis tuæ] id eſt, ſedes tua, quæ æterna eſt, præparabitur, i. apparebit parata ad faciēdum iuſtitiam, & Iudicium, i. ad iuſtè iudicandum, cùm manifeſtè ſeparabuntur oues ab hœdis: Sed ne iuſtitia crudelitas videatur, poſtea commendat ipſum à miſericordia, quam modo facit, quam ſemper comitatur veritas. Vnde dicit.

i Miſericordia, &c. quaſi dicat tunc ita exercebis iuſtitiam, ſed interim, antequam faciem iratam oſtendas] miſericordia] qua deles peccata, [& veritas] qua ſoluis promiſſa [præcedent faciem tuam] quam iratam oſtendes in Iudicio. Et quia de hoc grati debent eſſe fideles, & & non ingrati, addit.

m Beatus populus, &c.] i. qui ſcit Deo gratias agere pro impenſis beneficiis miſericordiæ, ſicut ſupra dixit: Miſericordias Domini in æternum cantabo.

Quia verò illa beneficia explicari verbo nō poſſunt, nō dixit laudationem, ſed iubilationem, quæ eſt gaudiū, quod verbis exprimi non poteſt. Propter quid autē debeat po-

A pulus

Moraliter

* Et propter hoc bene ſequitur. *a* Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt] Thabor interpretatur lumen veniens; & ſignificat eos, qui ita per exercitium tentationum illuminantur,& erudiuntur. Hermon, anathema mœroris, vel triſtitiæ, & ſignificat eos, qui in bello contra vitia facti victores ſeparantur à mœrore,& æterna triſtitia. Hæc ergo duo genera hominum exultabunt in nomine Domini, quia in eo per tentationes illuminantur, & victores. Nec mirum Domine, quia *d* Tuum brachium] quo eos in tentatione protegis, eſt. *e* Cum potentia] *Hebr*. 2.d. Potens eſt, & eis qui tentantur auxiliari 2. *Petr*.2 b. Nouit Deus de tentatione pios eripere. Vel per Thabor intelligi poſſunt iuuenes, quorum lumen ſcientiæ, & gloriæ eſt adhuc in veniendo. Per Hermon ſenes, qui ſeparationi,& mœrori proximi ſunt. Hi debent exultare in nomine Domini, & in operibus ſalutis, non in operibus diaboli. Iuuenes multi lætantur in luxuria, ſenes in auaritia. *Prou*.2.c. Relinquunt iter rectum,& ambulāt per vias tenebroſas, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. *Pſalm*.138. Senes cum Iunioribus laudent nomen Domini. Vel per Thabor intelliguntur luminoſi, id eſt; ſapientes: Per Hermon hilares in operibus bonis, à quibus ſeparantur triſtitia,& acidia. Iſti exultabunt in futuro in nomine Domini, id eſt, in laude eius, qui eos ſaluabit. *Pſalm*. 149. Exultabunt Sancti in gloria. *Eccl*.30.d. Exultatio viri eſt longæuitas, i. æternitas. Vir eſt, qui eſt ſapiens, & fortis, & qui hic ſciuerit conuerſari in medio prauæ,& peruerſæ nationis, & vitilia & opera fecerit, tunc gaudebit. Quod etiam innuit, cùm ſubiungit. Tuum brachium cum potentia, quod ſic legi poteſt: Ipſi exultabunt, qui fuerunt [tuum brachium cum potentia] id eſt, qui fortiter operati ſunt. Brachium enim, & manus Domini, ſunt boni operarij. *Num*. 11. c. Nunquid manus Domini inualida eſt? Ita videtur in hoc ſenſu, quia *Luca* 10. a. dicitur: Operarij pauci. Sed Briareus, i. diabolus eſt centimanus ad faciendos loculos, & recipiendas præbendas.

Item ſicut de Domino dicitur, quod brachium eius eſt potentia, ita deberet eſſe, vt poſſet dici de vicariis eius, ſc. Prælatis,& Clericis. Sed lingua eorum eſt cum potentia, brachium autem aridum. Cum auſteritate enim imperant & cum potentia, vt dicitur, *Ezech*.34. a. Et cum remiſſione operantur: Vnde verum eſt de ipſis, quod de Phariſæis dicit Dominus. *Matth*.25. a. Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt ſuper humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Et quia modò ita videtur infirmata manus Domini, & vicariorum ſuorum orat.

f Firmetur manus tua] id eſt, confirmentur in hominibus opera bona. *Pſalm. ſexageſimo ſeptimo* Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Et ne opera careant, intentione pura, & per hoc remuneratione æterna careant, addit.

g Et exultetur dextera tua,] Dextera enim manus ſunt operæ facta in ſpe æternæ remunerationis, quia vt dicitur *Prouerbiorum tertio* b. Longitudo dierum in dextera eius. Hæc autem dextera in præſenti exaltatur, cùm homo talia opera facere conatur. In futuro exaltabitur cum pro eis homo remunerabitur quando dicetur illud *Prouerb. cap*. 31. d. Laudent eum, vel eam in portis opera eius. Vel ſic poteſt legi, vt hic duæ manus intelligantur.

Siniſtra, cùm dicit. Firmetur manus tua. Dextera cùm dicit. Et exaltetur dextera tua, 3. *Regum cap*. 18. c. dicitur quòd duæ manus erant hinc, atque inde tenentes ſedile, & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Sedile Dei in Eccleſia, & in fideli anima, eſt charitas. Duæ manus duo opera, quæ cuſtodiunt in hominibus charitatem, ſcilicet condonare mala, & dare beneficia. Duo Leones, indignatio contra peccatum, & timor contra Iudicium, quæ duo, ſingulas manus, id eſt, ſingula noſtra opera debent comitari. *Iob. cap. nono* d.

Commuto faciem meam, & dolore torqueor, quaſi dicat faciem indignantem habeo contra peccatum, qui prius illud hilariter recipiebam, & quia ita feci, nunc dolore torqueor, per pœnitentiam: Ecce vnus Leo De ſecundo, ſcilicet, de timore iudicij, addit: Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. De his ergo duabus manibus loquitur hic, & dicit.

[Firmetur manus tua] ſiniſtra quæ ad ſiniſtram partem, id eſt, mala condonanda ſe extendit. Et hæc bene habet neceſſe, vt firmetur, quià infirmi valde ſunt homines ad condonandas iniurias. [Et exaltetur dextera tua,] id eſt, opera, quæ ad dexteram partem, id eſt, ad beneficia agenda ſe extendunt: Et neceſſe habet hæc dextera exaltari, ne per vanam gloriam ad terram decidat. De duobus autem Leonibus, addit.

h Iuſtitia, & Iudicium præparatio ſedis tuæ,] Quaſi alludere videtur ei ſententiæ, qua 3. *Regum. cap*. 10. c. dicitur de ſedili, & manibus, & leonibus, quaſi dicat, ſedile charitate tenent duæ manus prædictæ. Sed ne ibi puluis vel immunditia aliqua adhæreat, ipſum ſedile præparant duo Leones; ſtantes iuxta manus. Hoc eſt, quod dicit: [Iuſtitia, & Iudicium præparatio ſedis tuæ.] Iuſtitia enim indignatur contra peccatum, & punit illud ſi factum eſt: Iudicium vero, id eſt, conſideratio, & timor Iudicij etiam benefacta diſcutit, & examinat, nec aliquid recipit quod non deceat ſedem Dei. Et qui ſic per opera, ſiue per duas manus in ſe tenuerit ſedem Dei, ſcilicet, charitatem, & per duos Leones, ſcil. per iuſtitiam, & Iudicium, eandem ſedem præparauerit, & purgauerit, ſecurus veniet ante conſpectum Dei ad Iudicium. Vndè benè ſequitur.

i Miſericordia] quæ conſiſtit in duabus manibus, videlicet, in dimittendo iniurias, & præſtando beneficia.

k Et veritas] quæ conſiſtit in duobus Leonibus, ſcilicet, In veritate hominis verè in ſe punientis peccatum & veritate diſtricti Iudicij præuiſa.

l Præcedent faciem tuam] id eſt, neceſſe eſt præcedere, vt tandem videamus ſecuri,& cum gaudio, [faciem tuam,] In quam deſiderant Angeli proſpicere. De qua *Iob. cap*. 33. d. Videbis faciem eius in Iubilo.

Vel propter ineffabile illud gaudium quod ex viſione illius faciei ſurget, addit.

m Beatus populus, qui ſcit iubilationem,] id eſt, in ſpe illius viſionis ſcit iubilare,& gaudere. Ibi autem, quid erit? Ecce:

Lumen

- **Bonum**
  - Ad literam, *Act.* 12. a. Lumen refulsit in habitaculo.
  - Oculus, *Iud.* 16. g. Pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam.
  - Deus
    - Essentialiter, *Ioan.* 1. b. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ *Iac.* 1. c. A Patre luminum
    - Personaliter. In Symbolo. Deum de Deo lumen de lumine. *Isa. secundo.* b. Venite ambulemus in in lumine Dei nostri, id est, Christi,
    - Homo *Ioan.* 9. a. Quamdiu sum in mundo, lux sum Mundi, *Luc.* 2. e. Lumen ad reuelationem Gentium.
  - B. Virgo, *Eccl.* 11. c. Dulce lumen, & delectabile oculis, scil. sanis, *Cant.* 6. d. Pulchra, vt Luna electa, vt Sol. *Prou. vlt.* c. Non extinguetur in nocte lucerna eius &c.
  - Angeli, *Eccl.* 24. a. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens. Et *Damascenus.* vocat eos lumina intelligibilia.
  - Ecclesia, *Apoc.* 12. a. Mulier amicta Sole, *Apoc.* 21. g. Ambulabunt gentes in lumine eius, scilicet, Ierusalem, id est, Ecclesiæ.
  - Apostoli, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi, *Iob* 37. b. Nubes spargunt lumen suum,
  - Omnes Prædicatores secundum quod de Ioanne dicitur *Ioan.* 5. f. Ille erat lucerna ardens, & lucens.
  - Prædicatio, *Iob* 36. d. In manibus suis abscondit lucem, & præcepit ei, vt rursus adueniat.
  - Omnes fideles, *Phil.* 2. b. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. *Eph.* 5. b. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.
  - Cogitatio rationis. *Sap.* 6. d. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis.
  - Fides, 1. *Petr.* 2. b. De tenebris vocauit vos in admirabile lumen suum.
  - Charitas, 1. *Ioan.* 2. b. Qui diligit fratrem suum in lumine manet.
  - Crux, *Psal.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.
  - Verbum Dei, *Psal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.
  - Fama, *Mat.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.
  - Gloria æterna, *Ioan.* 8. b. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.
- **Malum**
  - Prosperitas, *Iob.* 3. d. Quare data est misero lux?
  - Infamia, *Isa.* 50. d. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis, vobis.
  - Scientia sæcularis *Prou.* 20. c. Qui maledicit patri suo extinguetur lucerna eius in mediis tenebris.
  - Superbus doctor, *Rom.* 2. c. Confidis teipsum ducem cæcorum esse, lumen eorum, qui in tenebris sunt.
  - Fauor popularis, *Iob* 18. b. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius.
  - Hypocrisis admodum squamarum piscium vel vt lignum putridum. *Prou.* 13. b. Lux iustorum lætificat, lucerna impiorum extinguetur.

Tertia pars.

a Tunc locutus es] Tertia pars. Hucusque Ethan, siue Propheta in persona sua locutus est, laudans Dei misericordias. Nunc patrem inducit, multa de Filio promittentem. Primò dicens Deo Patri. Tunc] cùm, scilicet, prædicta mihi diceres, vel cùm disponeres testamentum. *b* Locutus, &c] id est, in occulta reuelatione, secundùm quod Prophetæ dicti sunt videntes, quia quæ occulta erant reuelata sunt eis, nec ignorauerunt.

d Sanctis tuis] non tantùm mihi, sed & aliis quos non falleres. *Heb.* 1. a. Multifariè multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis.

e Et dixisti] id est, permisisti hoc. *f* Posui] id est, posuit, vel potui iam prædestinationem. *g* Adiutorium] humani generis. *h* In potente] Christo. *Psalm.* 11. Ponam in in salutari, ecce quod hic dicit [posui] fiducialiter agam in eo, ecce quod hic dicit in potente. Potens enim fuit semper Christus, sed potentiam suam non ostendit ante Resurrectionem de qua dicit.

i Et exaltaui] non tantùm in Cruce, sed & in resurrectione. *k* Electum] i. Christum de quo *Cant.* 5. c. dicit Sponsa Dilectus meus electus ex millib⁹, quia super omnes homines immunis ab omni peccato. [Electum dico. *l* De plebe mea] Iudæorum. Vel sic, de plebe mea, id est, de plebeis, nō enim fui ex diuitibus, De exaltatione huius electi, *Phil.* 2. a. Christus factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis: Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi, nomen, &c. Et quis sit iste electus subdit.

a Tunc *b* locutus es † *c* in visione *d* Sanctis tuis, *e* & dixisti, *f* posui *g* adiutorium † in *h* potente, *i* exaltaui *k* electum *l* † de plebe mea.

al. † aspectu filiis.
al. † super potentem.
al. † populo meo.

m Inueni *n* Dauid *o* seruum meū

m Inueni] quasi quæsitum in sanctis Patribus Regibus, & Prophetis.

n Dauid] id est, Christum qui in Cruce fuit manu fortis. Vbi sicut dicit *B. Bern.* debellauit aëreas potestates non equo residens sed in Cruce pendens, non manu armata, sed Cruci affixa; in gloria est aspectu desiderabilis, quia in ipsum desiderant Angeli prospicere, vt dicitur 1. *Petr.* 1. c. *o* Seruum meum,] per obedientiam. Postea commendat eum, Primò, à plenitudine Charismatum, cum

Moraliter.

Moraliter. *a* Tunc locutus es] Hoc respicit quod supra dixerat, quia Domini est assumptio nostra, quod duobus modis expositum est, scil. assumptio quam assumimus, s. exemplum humilitatis quam Christus nobis proposuit. Vel assumptio qua assumitur à Christo ad Prælationem. Et tunc cum assumimus exemplum humilitatis, loquitur Dominus.

c In visione] id est, in reuelatione. *d* Sanctis suis] scil. humilibus quia eis reuelat mysteria. sua, Vnde *Matth.* 11. d. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Item [tunc] sc. cùm assumit aliquos, & eligit ad Prælationem, loquitur [in visione Sanctis suis] quia eis reuelat voluntatē suā, vt Christi populū doceāt: Sic assūpto Moysi ad Prælationē locutus est Dñs, & dedit ei legem in monte Synai, sicut dicitur *Exod.* 20. & infra vsque ad finē. Et etiā priùs apparuit, & locutus est in visione rubi ardentis *Exod.* 3. a. Vnde dixit Moyses, vadam, & videbo visionem hanc magnam quare non comburatur rubus. *e* Et dixisti] In illa locutione, quam in visione locutus es.

f Posui adiutorium in potente] id est, in Prælato, quasi dicat, docuisti eum, & dedisti ei potestatem, non in destructionem subditorum, sed in auxilium eorum. Quod edoctus Apostolus dicebat. 1. *Cor.* 3. b. Dei adiutores sumus, Dei agricultura estis. In potente bene dicit de Prælato, quia Prælat⁹ debet habere illā duplicē fortitudinē de qua dicitur *Luc.* 24. c. quod Iesus erat potēs in opere, & sermone. Ipsi vero Prælati modo istā potestaēt non exercent in multis locis, sed magis potestatem oppressionis, de qua *Ezech.* 34. a. Cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia. De hac volebat Dominus, vt sibi prælati cauerent, quando dicebat Apostolis *Matt.* 20. d. Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eis: Non ita erit in vobis, &c. Quia vero Domino non obediunt, sed magis subditos opprimunt. Ideò de ipsis dicitur, *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patienter dixisti etiam eis.

i Et exaltaui electum de plebe mea] i. docuisti eos, quod à te sunt facti & Prælati vt non sibi, sed tibi gloriam tribuant. Electum dicit, non intrusum [De plebe] non de genere Regali, vel Principum, *Isa.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi & autem spreuerunt me. [Mea] Non de plebe diaboli, id est, de Synagoga sathanæ. Vnde addit.

m Inueni Dauid seruum meum] Inueni dicit, quia tales quærit Dominus ad ponendum in Prælationem. [Dauid] aspectu desiderabilem secundum interiorem faciem virtutibus, & gratia splendentem, & manu fortem exterius per bonam operationem. Seruum meum,] Per puram intentionem, qui non propriam gloriam, sed mei, qui sum Dominus eius quærit, secundum quod dicit *B. Bern.* Fidelis reuera seruus es, si de gloria Domini tui, etsi non exeunte à te, tamen transeunte per te nil tuis manibus adhærere cōtingat Talis dignus est Prælatione. Vnde addit.

* Oleo,

A tum, cùm addit. *a* Oleo sancto meo,] id est, plenitudine gratiarum. *b* Vnxi eum.] *Psal.* 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, id est, gratiæ, præ consortibus tuis, *Ioan.* 3. d. Dedit ei spiritum non ad mensuram. Secundò commendat illum ab vnione diuinæ naturæ, dicens. *c* Manus enim mea] quasi dicat. Ideò super omnes habebit charismatum vnctionem, quia erit Deus & homo, non homo purus vt alij. Hoc est quod dicit. Manus enim mea, id est, filius meus, *d* Auxiliabitur ei,] id est, Christo homini. *e* Et brachium meū,] id est, filius meus. *f* Confirmabit eum,] id est, Christum hominem. Hoc auxilium, & hæc confirmatio fuit in vnione. Tertiò commendat illum à patientia, dicens.

al. † In. al. † Non. al. † eum. al. † eos qui oderūt eum fugabo. al. † est.

† *a* oleo sancto meo vnxi *b* eum. *c* Manus enim mea *d* auxiliabitur ei & *e* brachium meum *f* confirmabit eum. † Nihil *g* proficiet inimicus in *h* eo, *i* & filius iniquitatis non *k* apponet nocere † ei. Et *l* concidā à *m* facie ipsius inimicos eius, & † *n* odiētes eum in *o* fugam conuertā. Et *p* veritas mea, & misericordia mea cū ipso † & in *q* noīe meo *r* exaltabitur

g Nihil proficiet] quasi dicat. Ita erit confirmatus, quod, nihil proficiet inimicus Iudæus, vel diabolus.
h In eo,] id est, contra illum.
i Et filius iniquitatis,] id est, Iudas.
k Non apponet nocere ei] Faciet quidem quod suum est, volendo eum delere, sed non apponet nocere ei, id est, effectum voluntati non addet, vt noceat ei. Vel sic. Non apponet, &c. id est, cùm eum adhuc corruptibilem ad patiendum tradat, non addet, vt post Resurrectionem iterum ei noceat, quia vt dicit Apostolus, *Rom.* 6. b. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Quartò commendat illum à destructione inimicorum eius dicens.
l Et concidam inimicos eius] Iudæos, id est, à conspiratione sua solutis criminibus paulatim diuidam, vt tanquam caput vituli comminuti, & a populo Dei bibiti credant. Et hoc faciam.
m A facie ipsius,] id est, respectu faciei eius, id est, cùm ipse respexerit eos. Quintò commendat eum à plena victoria, cum subiungit. *n* Et odientes eum] scilicet, Dæmones.
o In fugam conuertam] quia vt dicitur *Apoc.* 5. b. Vicit Leo de tribu Iuda: Fugite partes aduersæ. Vel sic. Odientes eum, scilicet, Iudæos, & hæreticos. In fugam conuertam, vt scilicet, cum ab Omnipotente recesserint nescientes quò vadant, conuertantur ad ipsum. Sextò commendat eum ab æqualitate Patris: Vndè dicit Pater. *p* Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso] filio, Cum, notat ibi æqualitatem: Adeò enim inter Patrem, & Filium nihil est diuisum, quia quidquid habet Pater, habet Filius. *Ioan.* 17. b. Omnia mea tua sunt, &c. Septimò, commendat illum à gloriosa Resurrectione, cùm subdit.
q Et in nomine meo,] dicit Pater.
r Exaltabitur cornu eius,] i. corpus Christi, quo debellauit aereas potestates. *Phil.* 2. a. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autē Crucis: Propter quod Deus, &c. Octauò, commēdat eum à dilatatione Ecclesiæ, cùm dicit: A Et ponam

Moral.

* *a* Oleo sancto meo vnxi eum] ad literam in consecratione Item, oleo, gratiæ, sancto, non propliano [meo] non peccatorum. Quidam enim inunguntur oleo prophano peccatorum. *Psalm.* 140. Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. Sed quia diabolus videt Prælatum bonum institutum à Domino, totis viribus insurgit contra eum, sicut dicitur 1. *Reg.* 31. a. quòd totum pondus prælij versum est in Saul. Et 3. *Reg. vlt.* c. Non pugnabitis contra maiorem, & minorem quempiam nisi contra regem Israël solum: Ideò bene addit.
c Manus enim mea auxiliabitur ei] quasi dicat. Non timeat bonus Prælatus insultus diaboli, quia manus mea auxiliabitur ei, scil. Dauid seruo suo, non otioso, & glorianti, sed prælianti, seruienti *Isa.* 51. e. Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, *Isa.* 50. c. Dominus Deus auxiliator meus; & ideò non sum confusus. Nec solum auxiliabitur, sed.
e Et brachium meum confirmabit eum,] vt non moueatur flatu alicuius tentationis, aut impetu tribulationis: Talem enim decet esse Prælatum. Vndè 2. *Reg.* 14. d. Dixit mulier ad Dauid: sicut Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur, 2. *Thess.* 3. a. Fidelis Deus est, qui confirmabit vos & custodiet à malo. Et quia sic confirmatus erit.

g Nihil proficiet inimicus in eo.] Hoc autem non tantum de Prælato, sed de quolibet viro iusto dicitur, quòd manus Domini auxiliabitur ei, &c. Et nihil proficiet inimicus in eo. Non dicit, non tentabit eum, quia Dominus permittit iustos tentari ad vtilitatem ipsorum. Vndè dixit Angelus, *Tob.* 12. c. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. In malis autem diabolus habet initium, profectum, & consummationem, quando præcedit suggestio, & sequitur delectatio, & succedit consensus. Contra hæc tria populus Israël iubetur ire viam trium dierum in desertum pœnitentiæ, per criminis deprehensionem, detestationem, resistentiam, siue abiectionem. Aliter tamen illud triduum est, contritio, confessio, satisfactio.
i Et filius iniquitatis,] id est, diabolus victus ab eo, resistente contra tentationem.
k Non apponet nocere ei] quia dicitur, quòd cùm aliquis sanctus vir vicit diabolum tentantem de aliquo peccato, nunquam postea habet idem diabolus potestatem tentandi eum, vel etiam alium de illo peccato, 2. *Reg.* 7. b. Ponam locum populo meo Israël, scilicet, metam tentationis, quæ est locus in quo conflatur aurum. Et sequitur ibi: Et plantabo eum, id est, firmabo, & habitabo cum eo, & non turbabitur amplius, nec addent filij iniquitatis, vt affligant eum sicut prius. Hoc est etiam quod sequitur.
l Et concidam, &c.] Non dicit, ipse concidet, sicut dicitur *Iob* 40. d. Concident illum amici, diuident eum negotiatores. Homo concidit eum, & vulnerat, quando fortiter resistit tentationi. Sed hoc Domino propriè attribuitur, non ipsi, quia Dominus dat potentiam, & fortitudinem resistendi: Non enim habet eam à se, Vndè *Iob* 6. b. Quæ est fortitudo mea, vt sustineam! Et *post*. Non est auxilium mihi in me. Istum est autem, vt diabolus concidatur, & diuidatur, quia multùm diligit concisionem, & schismata: Sicut è contrario Dominus diligit concordiam, & vnitatem. Vndè dicit *Matth.* 12. c. Qui non congregat mecum, dispergit. Loquitur autem hic ad literam de inimicis Dauid, qui habuit ad literam quatuor genera hostium. Vnum ante Regnum, scilicet: Saulem: Tria verò postquam fuit Rex: In quo intelligitur quòd homo antequam fiat Prælatus, non tot habet hostes quot habet postea. Ante enim habet tantùm Saulem, per quem intelligitur paruus Prælatus qui subditis suis est inimicus, & facit eos quandoque indebitè obedire. Tria autem genera inimicorum quos postea habuit Dauid: Primò fuerunt cæci, & claudi, de quibus 2. *Reg.* 5. a. Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos, & claudos, odientes animam Dauid. Cæcus est, qui caret intellectus oculo; claudus, qui pedes affectus habet infirmos, id est, facta ignorantiæ, & pigritiæ. Secundi hostes fuerunt Philisthiim, De quibus dicitur in eodem c. quòd Philisthiim venientes diffusi sunt in valle Raphaim. Philisthiim interpretatur ruina duplex, & hæc est libido, quæ nocet corpori, & animæ, famæ, & bursæ. Tertij hostes fuerunt filij Amon: de quibus 2. *Reg.* 10. per totum capitulum. Amon interpretatur populus turbidus, & significat motus iræ, qui magnis hominibus dominantur. *Eccl.* 8. b. Secundum virtutem hominis sic iracundia illius, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. *Quatuor genera inimicorum, habuit Dauid.*
n Et odientes eum] Dæmones
o In fugam conuertam] vt ab ipso fugiant. *Deut.* 8. a. Per vnam viam venient contra te, & per septem fugient. Vel odientes eum, scilicet, malos homines in fugam conuertam, id est, fugabo eos, & comprehendam in die mortis, & iudicij, *Isa.* 10. a. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis: Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinqueris gloriam vestram?
p Et veritas mea, &c.] Quidam habent veritatem, sed misericordiam non habent; quidam verò è conuerso. Et vtrumque malum est, præcipuè in Prælato, qui debet habere misericordiam, & veritatem, secundùm quod dicit *Gregor.* in Pastorali, dicens: Curandum quippe est, vt rectorem subditis, & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Et postea addit, Sit zelus, sed non immòderatè sæuiens, sit pietas, sed nòn plus, quàm expediat parcens, &c. Ne autem veritas, aut misericordia fiat pro inani gloria, vel pro aliqua mala causa, addit vtrimque [mea.] Et ne putes sufficere, si per vicarium habeantur addit, [cum ipso.]
q Et in nomine meo,] non in suo, non in potentia sæculari. *r* Et exaltabitur, &c.] ad faciendam iustitiam de malè factis, Dicit [Exaltabitur] vt notet, quod contra altos & potentes debent se erigere si malè agant. Quòd multi non audient facere, sed tamen contra pauperes, & miseros se erigunt, Vndè dicitur eis. *Ezec.*

* 34. c.

A *a* Et ponam, &c.] id eſt, operationem eius in mundo, & Mundum ſubiiciam dominationi eius. *b* Et in fluminibus, id eſt, in fluidis hominibus. *c* Dexteram eius,] id eſt, operationem eius qua ad dexteram collocabuntur Nonò, commendat eum ab æterna natiuitate, dicens. *d* Ipſe inuocabit] vel inuocauit me, &c.] quaſi dicat prædicta poterit facere, quia potens eſt, quia filius Dei, quod ipſe confitebitur, dicens. *e* Pater meus es tu] ſecundũ quod Deus ſum. *f* Deus meus] ſecundum quod homo ſum. *h* Et ſuſceptor] quia ſurſum capiens, quod fuit in Aſcenſione. Suſceptor, dico. *h* Salutis meæ] vt, ſc. ſalues me, *ſuprà.* Tu auté Domine, ſuſceptor meus es gloria mea, & exaltans caput meum. Decimò, commẽdat eum à iure primogenituræ, dicẽs. *i* Et ego, &c. id eſt, cõſtituam illum. *Matt.* 1. d. Donec peperit filium ſuum primogenitũ, *Eccl.* 24. a. Ego ex ore Altiſſimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. *Col.* 1. c. Qui eſt principium primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: Qui eſt Imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ *Rom.* 8. f. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. *Apoc.* 1. b. Qui teſtis fidelis primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ. Ius primogenituræ erat, quod maiorem partem habebat primogenitus in hæreditate, & alij fratres ſerui illius erant, ſicut, *Gen.* 27. f. dicit Iſaac ad Eſau de Iacob: Dominum tuum illum conſtitui. Hanc dignitatem aperit, cùm ſubiungit. *k* Excelſum præ regibus terræ] ſupple ponam eum, quia dignior fuit Chriſtus quàm omnes Reges terræ. Vndecimò commendat eum à diuturnitate Regni, dicens. *l* In æternum ſeruabo, &c.] Cum debuit dicere, Regnum, dixit miſericordiã, quia quidquid habuit miſericordiæ fuit, quæ fuit in aſsũptione, Duodecimò impletione promiſſorum, dicens. *m* Et teſtamentum, &c.] faciam, ipſi, i. ad honorẽ ipſius. Ad honorem enim Chriſti fecit Deus Pater fidele teſtamentum ſuum, id eſt, promiſſiones impleuit in illo. Tertiodecimò, commendat eum à ſucceſſione prolis ſpiritualis, cùm ſubiungit. *o* Et ponam, &c. id eſt, in æternum. *p* Semen eius] ſpirituale, ſcil. Chriſtianos.

al. † Inuocauit.

al. † eum. *al.* † apud Reges.

Christus dicitur primogenitus. *Chriſtus dicitur primogenitus.*

cornu eius. Et *a* ponam in mari manum eius, & in *b* fluminibus *c* dexteram eius. *d* Ipſe † inuocauit me *e* pater meus es tu, *f* Deus meus *g* ſuſceptor *h* ſalutis meæ. Et ego *i* primogenitum ponam † illum *k* excelſum † præ Regibus terræ. In *l* æternum ſeruabo illi miſericordiã meã, & *m* teſtamentum meũ *n* fidele ipſi. Et *o* ponam in ſæculũ ſæculi *p* ſemen eius: *q* thronũ eius ſicut dies cœli. Si *r* autem dereliquerint filij eius *ſ* legem meam

q Et thronũ eius, &c.] i. in æternũ, ſicut è contrario thronũ Regis terræ ſicut dies terræ, qui citò tranſeunt & quia promiſerat ſic de filiis ei⁹, poſſet aliquis credere, quod filij nõ poſsẽt peccare, vel quòd qui ſemel peccaſsẽt ad numerũ filiorũ redire non poſſent: Cui opinioni contradicens, ſubdit. *r* Si autem dereliquerint, &c.] vſque ibi. Viſitabo in virga, &c.] Et eſt hic conculcatio verborum ad maiorem expreſſionem. Vel poſſunt ſic diuerſificari verba. Si autem dereliquerint, &c. Chriſtiani. *ſ* Legem meam] Decalogi, vel Euangelij. Dereliquerint, ſc. malè cogitando.

A Et in

Moraliter.

* 34. e. Cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora diabolus autem poteſt dicere è contrario de multis: Et falſitas mea, & crudelitas mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *a* Et ponam & in mari, &c. Per mare intelligitur ſollicitudo ſæculi, quæ in motu, & amaritudine ſemper eſt. Per flumina, quæ habent aquas pacificas, & dulces, intelliguntur ſpirituales refectiones, & dulcedines. Quia autem hic loquitur de manu indiſtinctè, & addit de dextera, per manũ intelligitur ſiniſtra Homo autem melius, & expeditius operatur cum dextera, quam cum ſiniſtra: eſt ergo ſenſus. [Et ponam in, &c.] id eſt, faciam, vt vir iuſtus, & prælatus & ſæcularia opera ſit debilis, & inſuetus, ad ſpiritualia vero fortis, & exercitatus de quo ſequitur dulcedo, & pax, *Iſa.* 48. d. Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet quaſi fluuius pax tua Qui autem iſtam dulcedinem guſtat, ardenter petit eam à Domino. Vnde bene ſequitur. *d* Ipſe, &c. Hoc eſt proprie officium Sacerdotum & Prælatorum. *Heb.* 5. a. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, vt condolere poſſit his qui ignorant, & errant. *Ioel.* 3. d. Inter templum, & altare plorabunt Sacerdotes, & dicent, parce Domine parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt non dominentur eis nationes. Sed oportet quod qui inuocare vult, poſſit dicere hæc tria.

e Pater meus es tu, &c.] Pacifici poſſunt dicere, pater meus es tu, *Matth.* 5. a. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur cultores verò poſſunt dicere: Deus meus. Flagellat verò ſuſceptor ſalutis meæ] *Heb.* 12. b. Flagellat omnem filium quem recepit. Et in hoc eſt ſalus animæ. *Eccl.* 30. c. Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ. Et non fruſtra inuocabit, quia.

i Et ego, &c.] dando ei ius primogenituræ in hæreditate cœleſti. *Exod.* 4. f. Filius meus primogenitus Iſrael. *k* Excelſum, &c.] quia minor de Regno cœleſti, excelſior eſt omnibus Regibus terrenis. *Matth.* 11. b. Qui autem minor eſt in regno cœlorum maior eſt eo. Et notandum, quod ſunt tria genera primogenitorum, ſc. Ægyptiorum, Iſraelitarum, Leuitarum primi interficiuntur, ſecundi redimuntur, tertij ſanctificantur. Primi ſunt peccatores, ſecundi pœnitentes, tertij innocentes. Sed de primogenito Iſrael fit quandoque primogenitus Ægypti, *Gen.* 49. a. Ruben primogenitus meus, &c. Et ſequitur: Effuſus es ſicut aqua non creſcas. Iſte etiam verſus poteſt exponi de Prælatis.

De pœn. diſt. 4. c. hanc ſocietatem. §. quod autem

Tria genera primogenitorum.

Aliter de Prælato.

d Et ego, &c.] ſecundum illud *Gen.* 49. a. Ruben, primogenitus meus prior in donis, maior in Imperio.

k Excelſum, &c.] Hoc patet ad literam de ipſo, *Iſa* 60. c. Ædificabunt filij primogenitorum muros tuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi. *l* In æternum, &c.] Vtinam de quolibet Prælato poſſet iſtud exponi verè. Sed timeo quod de paucis ſit vera expoſitio. Si autem volunt inuenire Dei miſericordiam, qui eſt eorum Prælatus, ſint & ipſi miſericordes ſuis ſubditis. Dicit enim *Iac.* 2. c. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non facit miſericordiam. Et *Sap.* 6. a Exiguo conceditur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. De exiguo ergo, & paupere propriè intelligitur, quod dicit in æternum, &c. Hic eſt enim de quo præmiſerat. Ego primogenitum, &c. Primogenitis autem ſuis, quibus reſeruat Dominus hæreditatem, non dat in præſenti miſericordiam, ſed eos flagellat, & corripit, vt in æternum miſericordiam conſequantur, quam reſeruat eis E contrario autem eſt de diuitibus, & potentibus quia hic facit eis Dominus miſericordiam dando temporalia, quibus dicitur. *Oſea ſexto* b. miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. Ipſi tamen de hoc gaudent, & nolunt quod ſeruetur eis in æternum, ſed quaſi leccatores feſtinant in præſenti eam accipere, & eam conſumunt in breui, ſicut fecit filius prodigus qui noluit expectare, ſed dixit patri ſuo. *Luc. decimo quinto* 15. c. Da mihi portionem ſubſtantiæ quæ me contingit.

m Et teſtamentum meum] quo dixi Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

n Fidele] eſt [ipſi] quaſi dicat ſoluam quod promiſi. *Iſa.* 55. a. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum miſericordias Dauid fidelis. Hæc autem miſericordia, licet miſericordia ſit, & dicatur non tamen dabitur ſine aliquo merito præcedente. Vnde bene ſequitur.

o Et ponam, &c.] ſicut habet alia litera. *p* Semen eius] id eſt, opera quæ hîc ſeminauit faciam fructificare, & afferre fructum ſempiternum. *Eccl.* 44. b. Illi ſunt viri miſericordiæ, id eſt, illi miſercordiam conſequentur, quorũ pietates non defuerunt, & cum ſemine ipſorum perſeuerauit bona hæreditas. Non tantum autem erunt hæreſes, ſed & reges: Vnde addit.

q Et thronum, &c.] Dies cœli ſunt longi, clari, rotundi. Thronus ſiue Regnum mundi ſæpè habet dies tædioſos, & ſemper breues, & noctes habet meticuloſas, quia vt dicitur. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus breuis vita. Oſtenſo autem, quod ſeruabit illis miſericordiam in æternum ne nimis ſint delicati, volentes etiam hîc habere miſericordiam, ſecundum quod dicit *Ieron.* Delicatus eſt miles, qui vult hic gaudere cum Mundò, & in futuro regnare cum Chriſto, conſequenter oſtendit, quòd non habebunt hic miſericordiam. Sed ſi peccauerint arguentur, & flagellabuntur. Vnde ſubdit.

r Si autem, &c.] Hic autem primò ſecundum literam eſt argumentum, quod merito patrum remittuntur peccata filiorum, ſecundum quod dicitur 3 *Reg.* 11. f. Ducem ponam eum cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Dauid ſeruum meum. Notantur autem hic quatuor neceſſaria, quæ non ſunt dimittenda. Primum eſt ſuſcipere legem Decalogi, quod notatur, cùm dicit. Si autem, &c. *Prouerbiorum* 1. a. Audi fili, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Secundũ eſt

Quatuor neceſſaria, quæ non ſunt dimittenda.

* proficere

A *a* Et in iudiciis meis non ambulauerint] malè consentiendo. *b* Si iustitias meas prophanauerint] male loquẽdo. *c* Et mandata mea non custodierint] peruersè operando. Si hæc inquam fecerint, non ideo delebo eos, sed. *d* Visitabo] sicut Medicus, & pater. *e* In virga] quæ cædit, non occidit, sed corrigit, & hæreditatem seruat, id est, in leui correctione, iniquitates eorũ. *f* Et in verberib[us]] id est, grauiori, & assidua tribulatione. *g* Peccata eorum] Et hoc est magna misericordia: Vnde addit. *h* Misericordiam autem meã, &c.] id est, à Christo, scilicet, à Corpore eius mystico. Et licèt pro membris intelligatur hoc dictum, non tamen dixit ab eis, quia quòd nobis miseretur Deus, est amore Christi. *k* Neque nocebo ei] id est, filiis eius.

al. † Iustificationes.
al. † flagellis delicta.
al. † reprobabo.

& in *a* iudiciis meis non ambulauerint. Si † *b* iustitias meas prophanauerint, & *c* mandata mea non custodierint. *d* Visitabo in *e* virga iniquitates eorum, & † *f* in verberibus *g* peccata eorum, *h* Misericordiam autem meam non *i* dispergam ab eo, *k* neque nocebo ei in *l* veritate mea. *m* Neque *n* prophanabo testamentum meum, & *o* quæ procedunt de labiis meis non † faciam irrita. *p* Semel iuraui in *q* sancto meo,

l In veritate mea] id est, in die Iudicij, quando in veritate iudicabo. Quia verò de Christo multa dixit sub promissione, ne de impletione dubitet aliquis, ponit vel innuit tres causas, propter quas impossibile est ea, quæ promisit non impleri. Prima est, quia verax est, & vult implere quod promittit: Vnde dicit. *m* Neque] id est, quia non. *n* Prophanabo testamentum meum] id est, non violabo pactum, & promissum meum contraueniendo. Secunda causa est dignitas illorum, per quos, & quibus promisit: Vnde addit. *o* Et quæ procedunt, &c.] Labia sua vocat sanctos Prophetas, per quos olim multifariè multísque modis loquebatur Deus, vt dicitur *Hebr.* 1. a. De his labiis. *Cant.* 4. a. Labia tua sicut vita coccinea, per mansuetudinem, & munditiam, & ruborem gratiæ. Tertia causa est, quia hoc iurauit: Vnde dicit.
p Semel iuraui] id est, perfectè. *q* In sancto meo] id est, in secreto meo, vel, in sancto, id est, in sanctitate mea. Vel [in sancto meo] id est, in Christo homine, *Isa.* 62. c. Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. Et ex quo iuraui:

A Si Dauid

Moral.

* proficere in operibus bonis, quod notatur, cùm dicit. *a* Et in iudiciis meis, &c.] quæ sunt. *Exod.* 21. & 22. & 23. [Meis] dicit, non sæcularibus. *Ezech* 44. f. Cùm fuerit controuersia, stabunt in Iudiciis meis 1. *Cor.* 6. a. Sæcularia iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Vel sic. In iudiciis meis, &c. id est, non iudicauerint seipsos, & vias suas. 1. *Timoth.* 5. d. Sine præiudicio nihil faciens in alteram partem declinando. Ambulauerint, inquit, quia ambulare, non stare oportet. *Matth.* 20. a. Quid hic statis tota die otiosi? *B. Bern.* In via Dei non progredi, regredi est. Tertium est ipsa bona opera sanctificare, id est, pura intentione facere. Vnde dicit per contrarium.
b Si iustitias meas prophanauerint] Iustitiæ Dei sunt opera bona. Sed has iustitias prophanant hypocritæ, qui non operantur recta intentione, *Matt.* 6. a. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, &c. Tales iustitiæ sunt sicut pannus menstruatæ, *Isa* 64. b. Prophanant autem hypocritæ iustitias, corde, ore, & opere. Corde, per prauam intentionem. *Isa. penult.* a. Ius prophanum in vasis eorum. Ore, per dolosam locutionem. 1. *Tim.* 6. d. Prophanas vocum nouitates deuita. Opere, per prauam operationem, quam in occulto faciunt. *Ezech.* 22. f. Inter sanctum, & prophanum non habuerunt distantiam. *Ephes.* 5. c. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Quantum est custodire mandata Euangelica etiam minima. Vnde addit.
c Et mandata mea non custodierint] *Matt.* 5. c. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno Cœlorum: Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur. Contra illa ergo quatuor, quæ necessaria sunt, ponuntur hic quatuor verba, scilicet, dereliquerint, non ambulauerint, prophanauerint, non custodierint, quæ sunt contra stultos, pigros, hypocritas, inutiles Prædicatores.
d Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum] Ecce seueritas disciplinæ, cùm dicit [In virga] non in malleo. *Prou.* 19. d. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. De hac visitatione, *Iob.* 10. c. Visitatio tua custodiuit spiritum meum, licèt, scilicet, corpus læserit. Propter hoc habetur *Prou.* 23. b. Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur, tu virga percutis eum, & animam eius ab Inferno liberabis. Alioquin sicut dicitur *Isa.* 30. g. Erit transitus virgæ fundatus, & pro flagellis flagra, imò æterna flagratio. Hæc ergo visitatio in virga non erit ad damnationem, sed ad correctionem. Vnde addit.
h Misericordiam autem meam] quam ei in æternum seruabo, vt prædictum est.
i Non dispergam ab eo] Licèt ita percutiam & verberem propter peccata, non tamen hoc est crudelitas, licèt hominibus sæculum diligentibus videatur, sed est magna misericordia, vt per transitoria verbera vitentur æterna supplicia. Vnde dicit. Misericordiam autem, &c. sed verberando spargam in eo, *Eccl.* 3. a. Tempus spargendi lapides, id est, duritias verberum, & tempus colligendi. *Aug.* Magna misericordia est in præsenti misericordiam non consequi.
k Neque nocebo ei in veritate mea] id est, in die iudicij, vt *sup.* dictum est. Qui enim hic flagellatur, tunc admittetur ad Regnum cum aliis, aliter non *Heb.* 12. b. Flagellat omnem filium, quem recipit, *Glo.* Qui exceptus est à numero flagellatorum, excipietur à numero filiorum. Vel sic. Non nocebo, &c. id est, licet nocere ei videar secundùm falsa iudicia hominum, non tamen in veritate, quæ mea est, quam ego video, & facio. Nocebo ei. Hoc est, quod ait Apost. *Heb.* 12. c. Omnis quidem disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Et notandum quid vocetur in veritate.

Qui
- Ad veras pœnas vadit in Infernum: Præsentes enim pœnæ, sunt pœnæ pictæ.
- Veritatem fidei perdidit in toto, vel in parte.
- Paragolizatur à diabolo, vel Mundo, vt cuprum pro auro commutet, deserit.
- Veritatem
  - Doctrinæ
    - Naturalis legis.
    - Moralis.
    - Euangeliorum.
  - Vitæ
    - Actiuæ,
    - Contemplatiuæ.
  - Iustitiæ
    - Iudiciorum.
    - Ponderum.
    - Mensurarum.
  - Linguæ.
  - Operum.
  - Regulæ.
  - Cibi, *Luc.* 15. c. Siliquas quas porci manducabant.

m Neque prophanabo, &c.] Testamentum Dei dicitur sacra Scriptura. Hanc non prophanat ipse, sed hæretici, & praui expositores prophanant eam. 1. *Tim.* 6. d. O Timothee depositum custodi deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. Scientia falsi nominis, vel falsum nomen scientiæ, sunt decreta humana, & leges, vbi nihil vniuersale, & ideò nulla potest esse scientia. Item Testamentum Dei, est eius pactum, de quo dicit. *Mal.* 2. a. Misi ad vos mandatum istud, vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus. Et *in eodem*: Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis. Per Leui intelliguntur clerici, cum quibus Dominus fecit pactum, & Testamentum vitæ, & pacis, vt in se honestè viuant, & alios peccatores Deo reconcilient, secundum quod dicit Apostol. 2. *Cor.* 5. d. Dedit nobis ministerium reconciliationis. Hoc testamentum non prophanat ipse, sed ipsi prophanant illud Prophanare idem est quod procul à phano ponere. Et ipsi procul ponunt à Templo Dei, s. ab Ecclesia, & à se ipsis qui sunt viri Ecclesiastici, quia in eis non est, neque vita, neque pax, secundum quod dicit eis Dominus. *Mal.* 2. b. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, & irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus. *o* Et quæ procedunt, &c.] Hæc clausula expositio est præcedentis. Labia sunt duo testament. Et dicit, procedunt ad instar personarum, secundum illud *Exod.* 20. c. Populus, videbat voces, q. d. vt personas. Quidam vident promissa, quidam comminationes, neutra facit Dominus irrita, sed homo. *Iud.* 2. d. Irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum. Dixi, quod non prophanabo testamentum, scilicet, pactum vitæ, & pacis, quia.
p Semel iuraui] id est, perfectè promisi.
q In sancto meo] id est, per sanctitatem meam.

Testamentum Dei dicitur sacra scriptura.

Prophanare quid sit.

si *a* David mentiar. *b* semen eius in *c* æternum manebit. Et † *d* thronus eius *e* sicut Sol in conspectu meo, & *g* sicut Luna perfecta in æternum & *h* testis in cœlo fidelis, *i* tu vero

Psal. 94. A *a* Si David mentiar] id est, Christo? quasi dicat non mentiar ei. Vel sine interrogatione: Si David mentior, supple non credatis mihi. Et est aposiopesis, id est, defectus sermonis sicut ibi: Si introibunt in requiem meã. [Iuraui dico Quid iurasti? *b* Semen eius] David, i. Christi. *c* In æternum manebit] i. in æterna vita. Sed quia hæc vita æterna in duobus consistit, scilicet in stola animæ & corporis. Ideo de vtraque subiungit, dicens *d* Et thronus eius, *al. i. sedes.*] id est, fideles, quibus Christus insidet & dominatur & quiescit, & iudicabit: Erit.

e Sicut Sol] Ecce de prima stola secundũ quam etiam fulgebunt Sicut Sol in Dei contemplatione, & ardebunt in eius amore. Et hoc inquit erit.

f In conspectu meo,] id est, quando ipsi erunt in patria coram me. *g* Et sicut Luna perfecta in æternũ: Hoc quoad stolam corporis est. Modò est corpus hominis sicut Luna imperfecta, quia deficit, & minuitur. Et hoc erit non ad tempus sed in [æternum. Modo enim & si perficiatur Luna, tamen statim in ipsa perfectione minuitur. Vnde 43. a. dicitur: Luminare quod minuitur in consummatione. Et iste etiam thronus erit.

h Testis in cœlo fidelis] quia fideles saluati testimonium perhibebunt Deo, quod verax est in promissis.

Moraliter. *a* Si David mentiar, semen eius in æternum manebit] David manu fortis & aspectu desiderabilis, significat bonam vitam quæ prima est in pacto. Semen eius Salomon, qui interpretatur pacificus bene exprimit pacem quæ secunda est in pacto. Est ergo sensus, ac si dicat: Licet ipsi pro magna parte prophanent testamentum meũ & pacti vitæ & pacis, tamen firmiter promisi & seruabo quod aliqui erunt semper per bonam vitam aspectu desiderabiles, & in operatione fortes, & reconciliabunt Deo peccatores. Hæc autem reconciliatio maxime fit per intercessionem B. Virginis de qua exponitur quod sequitur.

De B. Virgine qualiter fuit thronus. *d* Et thronus eius, &c.] Ipsa enim fuit Thronus veri Salomonis, id est, Christi qui in ea sicut in throno à statura diuinitatis se demisit, vt sedens in ea carnem & humanam naturã sumeret. Vnde dicit *Eccl. 24. a.* Thronus meus in columna nubis, id est, in B. Virgine. Iste thronus præfiguratus est *3. Reg. 10. c.* & *2. Par. 9. d.* vbi dicitur: Fecit sibi Rex Salomon thronum de ebore grandem. De ebore fuit per munditiam, grandis per humilitatem, thronus per fœcunditatem. Idem dicitur *Cant. 3. d.* Ferculum fecit sibi Rex Salomõ de lignis Libani. Notandum autem quòd *Multa fuerũt in throno Salomonis quæ conueniunt B. Virgini. Versus.* multa fuerunt in throno Salomonis ad literam, sicut legitur *3. Reg. 10. c.* quæ mystice in throno Christi, i. in B. Virgine possumus assignare, quæ his versibus comprehendi possunt.

Ligna, sedile, manus, ebur, aurum, brachia, scamnum:
Argentum, Leo, Rex, purpura, præuia, gradus.

In B. Virgine fuerunt ligna fortitudinis & perseuerantiæ. *Cant. 3. d.* Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, id est, de cedris quæ sunt fortes & imputribiles. Sunt & alia ligna Libani quæ ei competunt. Vnde ipsa dicit *Eccl. 24. b.* Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, &c. Item sedile & manus, *3. Reg. 10. c.* Duæ manus tenentes sedile: Sedile est charitas B. Virg. secundum quod *Cant. 3. d.* dicitur: Media charitate constrauit. Manus duæ, opera priuilegiata humilitatis & pietatis. Ebur, castitas, *3. Reg. 10. c.* Fecit thronum de ebore grandem. Quod iam expositum est super. Grandis etiam fuit in ebore, i. in continentia, quia in ea fuit extinctus fomes. Aurum sapientiæ. *3. Reg. 10. c.* Vestiuit eum auro fuluo nimis. Et *2. Paral. 9. d.* Auro mundissimo. Brachia longa ad defensionem nostram, & ad dandũ longe positis, i. peccatoribus. *2. Paral. 5. c.* Brachiola duo altrinsecus. Fortè Christus puer brachiolis amplexatus est illam. Scamnum. *Paral. eod.* Et scabellum aureum, quasi dicat, diuitias & sapientiam terrenam pedibus conculcauit. *Apoc. 12. a.* Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius. Item pedes, i. affectus eius vtebantur auro rationis. Argentum, i. eloquentia, quia ipsa est aduocata nostra. *Cant. 3. d.* Columnas eius fecit argenteas, id est, id quod terrã tangebat, i. peccatores. Leo, sicut dicitur *3. Reg. 10. c.* & *2. Paral. 9. e.* quatuordecim Leones erãt. Leo terribile animal. Quatuordecim ergo Leones sunt septem virtutes B. Virginis, & septem dona, quorũ odor terret serpentem veterem, i. Diabolum. Vnde de ipsa dicitur. *Cant. 6. d.* Terribilis vt castrorũ acies ordinata. Rex quia solus Rex sedet in throno, & solus Christus in B. Virgine *Ezech. 44. a.* Princeps ipse sedebit in ea. Purpura, id est, martyrium. *Cant. 3. d.* Ascensum purpureum, Martyr autem fuit B. Virgo, & si non corpore, tamen mente, secundum illud *Luc. 2. e.* Et tuam ipsius animam pe. transibit gladius. *Hieron.* B. Dei genitrix, quia in ea parte passa est quæ impassibilis habetur, ideò vt ita fatear quia spiritualiter & atrocius passa est gladio Passionis Christi, plusquam martyr fuit. *Martyr fuit B. Virgo & plusquam martyr.* Beatus autem *Bern.* sic loquitur ad B. Virginem. Postquam emisit spiritum ille tuus Iesus omnium quidem, sed specialiter tuus, illius planè nõ attigit animam cum impius crudeli lancea non mortuo parcens, qui nocere non potuit, latus aperuit, ipsius anima iã ibi nõ erat sed tua planè auelli nequibat: Tuã ergo animam pertransiit vis doloris, vt te non immeritò plus quam Martyrem prædicemus. Præuia, *3. Reg. 10. c.* Summitas throni rotunda erat. *Cant. 3. d.* Reclinatorium aureũ, i. perfectio summa sine angulis & scrupulis. Gradus sex, quibus ascenditur ad eam, secundum quod dicitur *3. Reg. 10. c.* & *2. Paral. 9. c.* sunt sex partes venerationis, i. reuerentia, deuotio in corde, salutatio & gratificatio in ore, obsequium & præstatio in opere. In quolibet gradu sedet Leo, i. timor Domini *Eccl. 25. b.* Timor Domini super omnia se superposuit. De hoc ergo Throno Christi dicit Deus Pater: [Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo.] Sol splendet & calet sine ardet in quo notatur gemina stola, quam vtramque habere piè creditur B. Virgo in conspectu Dei, vt splendeat & fulgeat sicut Sol, secundum stolam corporis, & amore feruet, secundum stolam animæ.

g Et sicut Luna perfecta in æternum.] Verba sunt Innocẽtis Papæ quæ sequitur vsque ibi, sicut rationabiliter asserunt quæ de rerum naturis disserunt. Luna frigida est & humida, quia frigida est designat virginitatem; quia humida, designat humilitatem. Ignis enim de quo venit siccitas, naturaliter petit sublimia. Aqua verò de qua procedit humiditas quasi grauis, naturaliter petit humilia. Frigiditas igitur & humiditas Lunæ, virginitas & humilitas est Mariæ, quæ frigida fuit contra æstum luxuriæ, humida contra fastum superbiæ. Quia vero sẽper perseuerauit in virginitate & humilitate, & in gloria etiã apparet eius humilitas & virginitas, ideò bene dicit, quod est in conspectu Dei, sicut Luna perfecta in æternum, quæ sc. nunquam patitur detrimentum.

h Et testis in cœlo fidelis.] Ipsa enim orat ibi pro peccatoribus, & testatur quòd filius Dei pro eis factus est homo sicut dicit *B. Bern.* Mater ostendit filio pectus & vbera. Propter hoc dicit *Ier. 14. d.* Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Beata ergo Virgo est thronus, Sol, Luna, Testis. Quia Thronus est, continet *B. Virgo dicitur Thronus, Sol, Luna, & testis.* iudicem; quia Sol, producit terræ nascentia; quia Luna, noctis tenebras discutit; quia Testis causas absoluit. Si peccator es, & times Iudicem, hæc tenet eum. Si pœnitens cupis de terrenis curis exire, hæc calorem Solis producit. Si nox aduersitatũ vel ignorantiæ te premit, Luna est. Si caussis vexaris à Spiritibus immundis vel desiderijs importunis, vel in morte impeteris, testis tibi erit, si eam inuocasti ad videndum opera tua & vitam. Vnde in generali confessione dicitur: Confiteor Deo & B. Mariæ, quasi dicat, volo quod ipsa sciat pœnitentiam meam, & sit testis confessionis meæ. Ipsa & etiam omnes sancti. Vnde dicitur *Osee 11. d.* Iudas autem testis descendit cum Deo, & & cum sanctis fidelibus. Nec tantũ [testis] est, sed [testis fidelis.] Videas ergo quod habeas bonam causam, quia pro te non mentietur. *Prou. 14. a.* Testis fidelis non mentietur.

i Tu verò, &c.] Quarta pars, vbi ponit quæ videntur adue. sa prædictis promissionibus. *Quarta pars.* Superius enim cum de Christo promitteret Pater, locutus est de David, de quo nunc contraria ponit, vt quæ necesse erant, fieri, quia Deus iurauerat, non in eo, sed in David, sed potius in alio quærerentur implenda, sicut & Salomon cecidit, ne ipse putaretur semen quod de David promittebatur æternum. Sic & cum de Iacob & Esau dictum sit *Gen. 25. c.* Maior seruiet minori legitur Iacob adorasse maiorem *Gen. 34. c.* vt hæc potius in duobus populis expectarentur impleri; primò ergo agit de dilatione Regni, dicens: [Tu verò, [q.d.

Δ hæc promisisti,

Alleg. De Christo & Ecclesia. Potest autẽ totũ exponi de Christo & de Ecclesia allegor.

i Tu verò repulisti] quasi dicat Ecclesia Domine iurasti semen David, i. Christi in æternum daturum: Sed nunc Δ Repulisti Chri-

Moraliter. Moraliter. *i* Tu verò repulisti.] Supra induxerat Deũ Patrem dicentẽ de B. Virgine, quòd erat in conspectu Dei, & orabat, & testis erat pro hominib. Sed posset aliquis nimis præsumere in auxilio B. Virginis, vt in peccatis manẽs, per eã præsumeret saluari. Vndè dicit hic: [Tu verò repulisti]

A hæc promisisti, sed ne in Dauid putentur impleri.
a Tu repulisti] Dauid à regno per Absalonem, 2. *Reg.* 15. c.
b Et despexisti per Semei: qui proiicebat lutum contra illum. Et tamen.
c Christum tuum] filium non abstulisti, sed [distulisti] & sic manet quod promisisti: Non tamen in illo Dauid implendum: Vnde sequitur.
d Auertisti testamentú serui tui,] i. promissa Iudæis ad gentes transtulisti, secum illud *Isa.* 9. b. Verbum

a repulisti & † *b* despexisti: † distulisti *c* Christum tuum. *d* Auertisti Testamentum serui tui *e* prophanasti in *f* terra † *g* sanctuarium eius. *h* Destruxisti omnes † sepes eius *i* posuisti † firmamentum eius formidinem:

al. † ad nihilú deduxisti. *al.* † & *al.* † sanctitatem. *al.* † maceriás. *al.* † munitiones.

misit Dominus in Iacob & cecidit in Israel. Vel de destructione omnimoda legitur: [Auertisti testamentum serui tui,] id est, destruxisti vetus Testamentum quod factum erat seruo: Non enim Regnum, vel Sacerdotium, vel altare, vel sacrificium. Vel [Testamentum serui tui,] id est, Moysi, de quo dicit *Heb.* 3. a. Erat autem Moyses fidelis famulus in domo Domini postea agit de destructione Templi dicens:
e Prophanasti, id est, prophanari permisisti.
f In terra] deiectum.
g Sanctuarium eius,] id est, Templum Dauid quod dicitur esse Dauid, eo quòd præparauit materiam eius, vt habetur 1. *Paral.* 29. a. Hæc autem prophanatio facta fuit per Titum & Vespasianum. Nec hoc solum fecisti, sed & Angelorum custodiam ab eis amouisti. Hoc est quod sequitur. *h* Destruxisti omnes sepes eis,] i. custodiã Angelorũ amouisti, quib. quasi sæpè claudebantur. Hac sepe amota, timor & merito inuasit eos. Vnde addit. *i* Posuisti firmamentũ eius formidinem,] i. illud quod priùs erat pro firmamento, vt diuitias Δ & talia,

Allegor. De Christo & Ecclesia.

Δ *a* Repulisti Christum tuum,] id est, patibulo exposuisti, Vel [Christum] id est, corpus Christi mysticum, scilicet, Ecclesiam. [Repulisti,] id est, videris repulisse. Vnde videris contrarius promissioni tuæ. Hæc repulsio est persecutio Ecclesiæ quæ maximè erat in Primitiua Ecclesia. Et erit in finali, quando charitas multorum refrigescet tempore, scilicet, Antichristi.
b Et despexisti,] id est, in despectum dedisti ipsum Christum & Ecclesiam, *Isa.* 53. a. Vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum, virum despectum. Et:
c Distulisti Christum tuum,] id est, aduentum eius ad iudicium, quod petit Ecclesia, vt sic à laboribus & ærumnis liberetur. *d* Auertisti testamentum serui tui,] i. promissionem quam ei feceras, videris auertisse.
e Prophanasti in terra,] id est, prophanasse videris.
g Sanctuarium eius,] id est, Sanctos in quibus habitat, qui à Mundo prophani reputantur.
h Destruxisti omnes sepes eius,] id est, Apostolos & Martyres, quibus corpus Christi quod est Ecclesia claudebatur & defendebatur, videbaris destruere, dum occidebantur à Tyrannis.
i Posuisti firmamentum eius formidinem] quando Apostoli, qui Ecclesiam confirmare debeant, timore victi fugerunt, & abierunt in sua, in Passione Domini. Vnde dicitur. *Matth.* 26. f. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Hoc etiam maximè de Petro exponendum est, qui erat firmamentum Ecclesiæ & fundamentum. Vnde dixit ei Dominus, *Matth.* 16. c. Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Et *Luc.* 22. d. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hoc [firmamentũ] posuit Dñs, i. poni permisit [formidinẽ] quãdo ad vocẽ ancillæ formidãs, Dñm negauit. Sed benè dicit posuisti Λ quia hoc

Moraliter.

* quosdam, scil. eos qui nolunt pœnitere. Non autem dicit quem, vel quos repellit Dominus. Vnde relinquit quòd plures repellit Dominus. Repellit enim curiosos scrutatores à veritate videnda, & ambitiosos à dignitate obtinenda. De primo, *Prou.* 25. d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria. De secundo *Leu.* 21. c. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino. Maculatus est omnis peccator & præcipuè ambitiosus. Ibi autem in leuitico enumerat multas maculas per quas repellitur, inter quas ponit. Si cæcus, si gibbus fuerit, &c. Cæcus est qui ignorat Dei scientiam. Talem repellit Dominus a prælatione. Vnde *Os.* 4. b. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. Gibbus autem est qui habet plures præbendas vel beneficia. Hic est enim Camelus gibbosus qui per angustam portam intrare non potest ad æternum regnum nisi gibbum deponat. Similiter nec admittitur à Deo ad Prælationem. Quoscunque enim repellit à cœlo, repellit à Regno Ecclesiæ i. à prælatione, quia qui est in mortali, à Deo non præficitur. Sed quos Deus repellit, multotiens promouet diabolus sicut 1. *Machab.* 7. b. Demetrius Alchimum impium constituit in Sacerdotem. Demetrius interpretatur nimium persequens, & significat diabolum. Alchimus interpretatur firmamentum vani consilij, & significat homines vanos & mundanos.
b Et despexisti,] non dicit quos, sed intelligendum est eos quos repulit, qui non sunt digni nomine coram Deo, licet vocauerunt nomina sua in terris suis. Non tamen ita despexisti quin paratus sis eos ad pœnitentiam recipere si velint: vnde:
c Distulisti Christum tuum,] id est, iudicium Christi tui, vt interim pœniteant, & ad te redeant. *Sap.* 11. d. dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, *Iob* 24. d. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia.
d Auertisti Testamentum serui tui,] Christi, qui fecit Testamentum suum ante mortem suam, dicens: *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis *Eccl.* 45. d. Statuit ei Testamentum pacis, scilicet, Phinees qui interpretatur oris parcus, & significat eos qui temporalia contemnunt, qui parcunt ori suo vt non comedant terram sicut serpens. Auarus enim & cupidus est talpa & bufo qui semper terram comedunt Hi non seruant testamentum pacis, sed propter temporalia contendunt & litigãt: Et ita auersum est testamentum, & præponuntur temporalia spiritualibus, contra illud: Primum quærite Regnum Dei: *Matth.* 6. d. Hoc significatum fuit & incœptum, *Gen.* 13. b. vbi dicitur de Abraham & Loth: Erat substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth: Ecce auersio testamenti.
e Prophanasti in terra Sanctuarium eius.] Sanctuarium Christi, est cor siue anima hominis, 1. *Cor.* 3. d. Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Hoc sanctuarium permissiuè prophanatur à Deo, id est, procul à phano ponitur, i. à Templo Dei, & fit phanum diaboli. *Sanctuarium Christi est anima hominis.*
f In terra,] id est, in amore terrenorum, 2. *Mach.* 14. e. Hoc Dei phanum in planiciem deducam, & altare effodiam, & Templum hoc Libero patri consecrabo. Hoc dixit Nicanor, quem intelligitur diabolus in planiciem deducit Tẽplum Domini, cum illud ad amorẽ terrenorum deiicit. Libero patri consecrat cùm ebrietati & gulæ illud subiicit. *Iudæ* 1. a. Dei nostri gratiã in luxuriam trãsferentes, *Zach.* 12. a. Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ in omnibus populis Ierusalem quod interpretatur visio pacis, in qua erat Templum Domini, significat cor hominis. Significat etiam specialiter Clericos qui inter omnes populos magis dissoluti sunt in luxuria & cupiditate, & sic prophanatur sanctuarium Dei.
h Destruxisti omnes sepes eius.] Omnes dicit, quia sunt plures. Vna sepes, est custodia Angelorum, quæ destruitur cum homo peccato se subiicit. De hac *Isaia* 5. b. Auferam sepem eius & erit in direptionem. *Gloss.* custodiam Angelorum. Item sepes sunt Prælati boni. *Ecclesiast.* 10. b. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber, id est, diabolus colens vmbram, id est, hypocritam. Et fiunt sepes ex spinis, vt difficile sit hostibus transire, & vt Prælati pungant maleficos. Vnde baculus pastoralis in imo est acutus. Vnde versus. *Sepes multipliciter dicitur.*

Attrahe sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Versus de baculo pastorali.

Hæc tria notari possunt, 2. *Tim.* 4. a. vbi dicit: Argue, increpa, obsecra. Argue, i. argumentis & rationibus rege, & sustenta benè agentes, obsecra attrahendo, increpasti mulando & pungendo, *Eccl. vlt.* d. verba sapientum quasi stimuli. Item sepes sunt flagella Domini & tribulationes quas immittit. *Os.* 2. b. Sepiam vias tuas spinis. Item pœnitentia & abstinentia est sepes quam oportet fieri in pœnitente, vt prohibeantur antiquæ semitæ vitiorum. *Eccl.* 28. d. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. *Isa.* 58. d. Vocaberis ædificator sepium, auertens semitas iniquitatum. Has omnes sepes permittit Deus destrui in multis, & ideo expositi sunt inimicis dæmonibus. Vnde timendum est eis. Hoc est quod addit.
i Posuisti firmamentum eius formidinem,] id est, cor * quod firmum

Aliter. Moraliter.

Potest autem hoc & aliter exponi. *i* Posuisti firmamentum eius formidinẽ.] Firmamentũ Ecclesiæ & Religionis sunt ⊖ Prælati

A & talia factum est illis ad timorem. Vel secundùm *Gl.* illud in quo priùs firmi & inexpugnabiles erant, modò timebant pro culpa sua, sc. Deum. Confirmati enim erant, cum vnus sub Iuda Machabæo fugaret decem millia. Nec est mirum si timeant, quia sequitur, quod. *a* Diripuerunt, eum] Dauid, i. populum Iudaicum per mundum dispersum.

b Omnes transeuntes viam] ad lucram, quia omnes concurrunt & impellunt eos quando obuiant eis. Vel de eorũ depredatione potest legi, qua à Principibus & bedellis diripiuntur & expoliantur. Iudæi enim modò facti sunt spongiæ & sanguisugæ Regum & Principum, vt cùm collegerint sugentes sanguinem pauperum, euomant eis collecta. Et hoc processit ex auaritia Principum. Potiùs enim eiicere sordes, & mundare plateas deberent Iudæi, quàm pauperes Christianos vsuris, & calumniis opprimere, cùm in figura huius officij olim seruierint in Ægypto in luto & latere & palea. Nec tantùm in factis sustinent iniuriam, sed & in verbis: Vndè addit.

a Diripuerunt eum *b* omnes transeuntes viam: *c* factus est opprobrium vicinis suis. *d* Exaltasti dexteram † deprimentium eum: † *e* lætificasti omnes inimicos *f* eius. *g* Auertisti adiutorium gladij eius, & *h* non es † auxiliatus ei in bello.

al. † inimicorum eius. *al.* † iocundasti. *al.* † opitulatus.

c Factus est opprobrium vicinis suis.] *Ezech.* 22. b. Dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris. Postea addit quod grauius est, scilicet, quod inimici eorum potentes sunt. Vndè dicit. *d* Exaltasti dexteram deprimentium eum] vt primò Titi & Vespasiani, tandem aliorum omnium inimicorum. Et per hoc. *e* Lætificasti omnes inimicos eos] *Thren.* 1. g. Omnes inimici mei audierunt malum meum, læti sunt, quia tu fecisti. Adhuc autem aliquod esset remedium si contra fortes inimicos, & ipsi fortes essent, & adiutorium à fortibus haberent. Sed hoc remouet cùm subiungit.

g Auertisti adiutorium gladij eius,] vt scilicet, gladio pugnando non possit se defendere, & tu qui fortis es, qui solebas illum populum adiuuare. *h* Non es auxiliatus ei in bello] vnde ab inimicis victus est & captiuus. Et quod inter omnia peius est & miserabilius, cùm per hæc flagella se deberent emendare, inde deteriorati sunt. Δ Vnde ad-

Allegor. De Christo & Ecclesia. Psal. 32.

A quia hoc non fuit nisi ad tempus, quasi falsa positio quæ fit causa exercitationis: Sic Dñs fecit falsam positionem Petro vt exercitaretur, & suam cognosceret infirmitatem. Dominus autem dixit: Cedat tempus huius positionis, quando induicit eum virtute ex alto, vt promiserat: *Luc.* 24. g. Quando verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

a Diripuerunt eum] detrahentes ei.

b Omnes transeuntes viam] secundum quod dicitur *Mat.* 27. e. Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. *c* Factus est opprobrium vicinis suis, sc. Iudæis qui dicebant ei, vt ibidem *Matth.* 27. e. dicitur: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere; Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. *d* Exaltasti dexteram deprimentium eum.] Vnde dixit Pilato, *Ioan.* 19. b. Non haberes potestatem aduersùs me vllam, nisi tibi datum esset desuper. *e* Lætificasti omnes inimicos eius] scil. Iudæos, qui de eius morte læti sunt. *g* Auertisti adiutorium gladij eius] quando respuit adiutorium gladij, dicens Petro: *Ioan.* 18 b. Mitte gladium tuum in vaginam. Vel de gladio prædicationis loquitur, cuius adiutorium auertit Deus à Christo in passione, quia tunc non præualuit eius prædicatio. *h* Et non es auxiliatus ei in bello] vt scil. eum morti subtraheres, sed tormentis exposuisti. Vnde ipse dicebat, *Matth* c. 27. f. Eli, Eli lamazabathani, hoc est Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

Δ Destruxisti eum

Moraliter.

* quod firmum deberet esse in fide & dilectione pauidum erit, secundùm quod dicit Dominus, *Deut.* 28. g. In gentibus illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & oculos deficientes, & animam mœrore consumptam. Et erit vita tua pendens ante te quasi exposita, scilicet vt tibi de facili auferatur à quolibet transeunte. Vnde sequitur: [Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, & cætera.

Aliter. Moraliter.

⊕ Prælati qui debēt subditos cõfirmare & cõsolari, sicut dictum est primo Prælato, *Luc.* 22. d. Et tu aliquando cõuersus cõfirma fratres tuos. Sed hos modò posuit Dominus formidinem, quia confirmare & consolari nesciunt, sed tantùm terrere & torquere. *Iob* 41. a. Per gyrum dentium eius formido, id est, habet omnia verba terribilia & nulla consolatoria. Contra quod dicitur *Ierem.* 17. c. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Item posuit eos formidinem in Ecclesia, sicut ponitur formido, i. expauentatio in cucumerario & in horto, de qua dicitur *Baruch.* in fine. Sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dij eorum, id est, Prælati. Cum primò ponitur formido in cucumerario, timent eam aues, & putant quòd homo sit cum arcu & sagittis: Sed videntes eam non moueri, accedunt paulatim & comedunt fructus, & postmodum sedent super ipsam formidinem, & stercora emittunt super eam: Sic Prælatus quando primò constitutus est aliquantulum, timetur à dæmonibus & Tyrannis: Sed paulò post videntes eum insensibilem & mortuum, non timent eum, sed in facie eius contumelias dicunt & faciunt. Hoc est quod sequitur.

a Diripuerunt eum] destructis sepibus, & posito firmamento in formidinem.

b Omnes transeuntes viam,] i. ipsum conculcantes quasi viam, secundum quod dicunt. *Isaia* 51. g. Incuruare vt transeamus. *Ezech.* 16. b. Exposuisti fornicationes tuas omni transeunti vt eius fieres. *c* Factus est opprobrium vicinis suis,] quia propter malum exemplum Clericorum & Prælatorum, facti sunt Christiani opprobrium Iudæis & gentibus & hæreticis. *Psalm.* 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris. Et huius causam subiungit, dicens.

d Exaltasti dexteram deprimentium eum,] i. tu permisisti exaltari super populum tuum Prælatos malos, qui eum deprimunt & opprimunt. Vndè dicit *Neem.* 5. d. Duces primi qui fuerunt ante me, grauauerunt populum. Et post addit: Sed & ministri eorum depresserant populum, scilicet, decani rurales & Sacerdotales & ipsi Archidiaconi. *Amos* 5. d. Hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. *Thren* 1. b. Facti sunt hostes eius in capitate, i. facti sunt Prælati. Et ideo sequitur: Inimici eius locupletati sunt, scilicet, dæmones, qui animas subditorum lucrantur per negligentiam & malitiam Prælatorum. Hoc est quod sequitur hic.

e Lætificasti omnes inimicos, scilicet, dæmones & malos homines, de quibus *Prou* 2. c. Exultant in rebus pessimis. *f* Eius,] i. populi, vel Ecclesiæ. Et dicit [omnes,] quia dæmon luxuriæ lætificatur, cùm vincit suã tentatio. Similiter dæmon auaritiæ. Et sic de aliis. Inimicos autem istos, scilicet, dæmones deberent Prælati persequi gladio verbi Dei, & malos homines gladio potentiæ sæcularis. Sed sequitur è contrario.

g Auertisti adiutorium gladij eius,] scilicet, illius duplicis gladij. *Luc.* 22. d. Ecce gladij duo hic, scilicet, potestas Ecclesiastica & sæcularis. Vtraque videtur auersa à fine suo. *Rom.* 13. b. Non sine causa gladium portat. Sed modò potest dici de multis quòd sine causa gladium portant. *Baruch.* 6. b. Sceptrum habet vt homo sicut iudex regionis qui in se peccantem non interfecit. Habet etiam in manu gladium & securim, se autem de bello & de latronibus non liberat. De pace enim tuenda non seruit gladius potestatis sæcularis, sed de pompa propalanda. Hoc ipsum fit de gladio verbi Dei. Alter tamen gladius debet tueri pauperes à prædonibus, alter à dæmonibus. Sed cùm gladius est in ore, non adiuuat, nec ferit hostes. *Psalm.* 58. Gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit, scilicet, vnquam tale ridiculum. Et in vtroque gladio non quæritur hodie nisi fulgor: Tamen *Ezech.* 21. g. Dicitur: Mucro mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt interficias & fulgeas cum tibi viderentur vana, &c. Bis dicit, mucro, propter illa duo genera gladiorum qui deberent euaginari ad occidendum vitia, & limari, non tantum ad fulgendum, sed ad secandum: Nunc autem ita hebetes sunt isti gladij, quòd carnem non possunt secare, sed carni cedunt. Vndè non possunt dici gladij, sed gladioli: Est enim herba quæ dicitur gladiolus, quæ habet formam gladij, sed non secat. Similiter penna de ala auis. Tales gladios habent hypochritæ, i. Prælati remissi. Vndè de ipsis non potest dici: *Psalm.* 149. Gladij ancipites in manibus eorum. Et ideo bene dicit hic: [Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello] per manum Principum, vel Prælatorum qui sunt duces exercitus. Et posset aliquis dicere sicut aliquando contingit, licet bellando non vincam, tamen patiendo vincam. Vndè dicit quidam.

De duplici gladio siue potestate Ecclesiastica & sæculari.

Nobile vincendi genus est patientia.

Sed ostēdit hic de malo populo quod nec sic: Vndè addit.

Vnde addit. *a* Deſtruxiſti eum ab emũdatione]id eſt, cum eum flagellares vt emundaretur, non eſt mundatus, quia fidem habere noluit qua mundantur corda. Vnde *Act.* 15. b. Fide purificans corda eorum. Poſt hoc ſequitur deſtructio Regni: Vnde dicit. *b* Et ſedem in terra colliſiſti]id eſt, Regnum eius deſtruxiſti, vt iam non ſit aliquis Rex vel Princeps in populo illo. Et loquitur de regno illo ſicut de vaſe fictili, quòd cùm volumus omninò confringere ad terram collidimus & proiicimus. Nec ſolùm deſtructum eſt in fine regnum, ſed deſtructio eius accelerata propter peccata eorum. Vnde addit.

al. † diſſoluiſti.
al. † Minuiſti.
al. † ſedis.
al. † Quouſque.
al. † auerſeris.
al. † Memento.
al. † non.

† *a* Deſtruxiſti eum ab emundatione, *b* & ſedem eius in terra colliſiſti. † *c* Minoraſti dies temporis eius: *d* perfudiſti eum confuſione, † *e* vſquequo Dñe † auertis in *f* finẽ: *g* exardeſcet ſicut ignis ira tua. † *h* Memorare quæ *i* mea ſubſtãtia, † *k* nũquid n. vanè conſtituiſti omnes filios hominũ? *l* Quis *m* eſt homo qui viuet *n* & non videbit mortem?

c Minoraſti dies temporis eius]quibus ſe regnaturos putabant, & etiam quibus regnaſſent niſi à Dei ſeruitio receſſiſſent. Vltimum eſt vilitas eorum & confuſio. Vnde ſubiungit: perfudiſti eum confuſione.

Allegor. A Deſtruxiſti eum ab emundatione] id eſt, vt nos à peccato mundares, ipſum morti tradidiſti. Hoc eſt quod dicit ipſe Pater, *Iſa.* 53. c. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.

b Et ſedem eius in terra colliſiſti] id eſt, non dediſti ei Regnum in terra. Vnde dixit *Ioan.* 18. g. Regnum meum non de hoc Mundo.

c Minoraſti dies temporis eius] quia non multùm vixit ſuper terram.

d Perfudiſti eum confuſione in flagellis, in ſputis Iudæorum, & in ignominioſa morte Crucis.

Aliter. Moraliter. ⊖ *a* Deſtruxiſti eum ab emundatione] quaſi dicat, tribulatio nihil ei profuit, ſed multùm obfuit, quia non patienter ſuſtinuit. Vnde *Ier.* 5. a. Percuſſiſti eos & non doluerũt, attriuiſti eos & renuerunt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſuper petram & noluerunt reuerti, q. d. medicina verſa eſt eis in venenum. *Rõ* 7. b. Inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Ita eſt de populo. Et quid de maioribus, ſequitur.

b Et ſedem eius in terra colliſiſti.]Sedes eſt thronus Regum, & cathedra Prælatorum, & præcipuè Pontificũ & Doctorum. Iſtæ ſedes inuicem colliduntur Domino permittente, quia inuicem guerras & bella habent. Hoc ſignificatum fuit *Gen.* 25. c. vbi dicitur quod paruuli collidebãtur in vtero Rebeccæ, in ſignum quod magni colliderentur in vtero Eccleſiæ erant. Hi Eſau & Iacob. Per Eſau, qui fuit vir piloſus & gnarus venandi & homo agricola vt ibidem dicitur, ſignificantur Principes laici. Per Iacob qui fuit vir ſimplex & lenis habitãs in tabernaculis ſignificantur Principes Eccleſiaſtici. Quæ duo genera inuicem in terra, id eſt, pro terrenis colliduntur, ſicut comminatus eſt Dominus, *Ier.* 51. e. Collidam in te Paſtorem & gregem eius, collidam in te Duces & Magiſtratus, & reddam Babyloni & cunctis habitatoribus Chaldææ malum quod fecerunt in Sion. Per Babylonem intelligitur aliquando Eccleſia confuſione plena, vel Roma, ſicut 1. *Petr* 5. d. Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone. *Gloſſ.* in Romana vrbe. Per Chaldæam etiam ipſa poteſt intelligi. Chaldæa enim interpretatur quaſi fera, vel quaſi dæmonium, vt fera enim deuorat, & vt dæmonium vexat. His ergo qui in ea habitant, dicit Dominus ſe redditurum malum quod faciunt in Sion, id eſt, in Eccleſia. Et quia ita concutitur, iam ſignum eſt quod incipit malum & concuſſio à domo Domini. Et ideo benè ſequitur. *c* Minoraſti dies temporis eius] quaſi dicat propter mala quæ faciunt, minus durabit imperium & dominium ipſorum. *Pſal.* 54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. *Iob* 22. c. Viri impij qui ſublati ſunt ante tempus ſuum. *Prou.* 10. d. Anni impiorum breuiabuntur. Et interim. *d* Perfudiſti eum confuſione.] Ipſa enim pompa ſæcularis & aſtutia emungendi, eſt eis magna confuſio ſi aduerterent. *Iſa.* 30. a. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, i. pompa, vel prudentia Mundi, vel carnis. Vel, perfudiſti, i. perfundes ſecundum quod promittis: *Oſea* 4. b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo: *e* Vſquequo Domine.]

Quinta pars. Quinta pars. Oſtenſo priùs quòd in Dauid non implentur promiſſiones, hìc oſtendit in quo impleãtur, quaſi dicat, minoraſti dies Regni Iudæorum, non tamẽ ablato Chriſto, ſed dilato, Sed [Vſquequo Domine auertis?] i. vſquequo durabit cæcitas iſta, quâ auertitur Iſrael à fide & ſalute? Erit hoc vſque. *f* In finem]id eſt, ſemper? quaſi dicat, non, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael vt plenitudo Gentium intraret, & ſic tandem Iſrael ſaluus fieret. *Rom.* 11. c. Interim tamen *g* Exardeſcit ſicut ignis ira tua) id eſt, tota vindicabit ſe de ipſis. Vel ſub interrogatione, ſicut illud præmiſſum eſt Exardeſcétne ſicut ignis ira tua id eſt, nunquid totum conſumet ad modum ignis? Abſit, ſed potiùs.

h Memorare]oratio eſt vel prædictio. *i* Quæ mea ſubſtãtia] ſit radix; ſcil. Ieſſe, videlicet B. Virgo & Apoſtoli. Et loquitur hic Propheta in perſona ſua orans pro genere ſuo quòd licet peccauerit, ex eius tamen ſubſtantia orta eſt beata Virgo, de qua Chriſtus carnem ſumpſit in qua genus humanum redemit. Dicit ergo: Memorare quæ mea ſubſtantia, in ſenſu illo in quo nos dicimus:

Memento ſalutis auctor
Quod noſtri quondam corporis
Ex illibata Virgine
Naſcendo formam ſumpſeris.

Et hoc decet vt facias. *k* Nunquid enim, &c.) quaſi dicat non in vanum creaſti hominem quod fieret ſi eum ex toto deleres. Verè non in vanum conſtituiſti eos, quia ſaluabuntur per Chriſtum qui eſt de mea ſubſtantia, per alium autem ſaluari non poſſunt. Sed præ admiratione hoc dicit interrogatiuè & non enunciatiuè. Et inſurgendum eſt prolationi huius dictionis *l* Quis quaſi dicat, quantus, *m* Eſt homo qui viuet] ab affectu faciens alios viuere in gloria. *n* Et non videbit, &c.]æternam intellige. Chriſtus enim ad horam mortuus eſt, & reſurrexit. *Rom.* 6. b. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, &c. Vel coniunctim poteſt dici, & dici ſic: Quis eſt homo qui viuet, &c. i. cui conueniant ſimul iſta tria, quod viuat ita quod vltra

Moraliter. Moraliter, vox eſſe poteſt pœnitentis & ad patriã ſuſpirantis. *e* Vſquequo Domine, &c.] non dicit quid: Vnde dici poteſt: Faciem tuam à nobis, vel noſtram à te. Faciẽ miſericordiæ à nobis peccatoribus, faciem iuſtitiæ ab impœnitentibus, faciem gloriæ à contemplantibus & deſiderantibus te videre. *Ier.* 14. Multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi peccauimus expectatio Iſrael, vel dicitur auerſio Domini, eius, non conuerſio, ſicut dicitur induraſſe cor Pharaonis, eò quod ipſum non emolliuit, ſicut dicitur *Iob.* 23. d. Dominus molliuit cor meum. Hoc autem fit propter peccata. Vnde *Amos* 2. a. Super tribus ſceleribus Iuda & ſuper quatuor non conuertam eum, eò quod abiecerit legem Domini. Et ſequitur: Mittam ignem in Iuda & deuorabit ædes Ieruſalem. Et hoc eſt quod ſequitur. *g* Exardeſcet, &c.] *Soph.* 1. d. In igne cœli eius deuorabitur omnis terra, qui conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram, i. amatorib. terræ faciet finem quem illi non ſperant. Sed vt iſtam iram auferas à nobis. *h* Memorare, &c.] i. quam vilis, & fragilis, quia vapor, & lutũ. *Iac.* 4. d. Quæ eſt vita veſtra? vapor ad modicum parens. *Iob* 6. b. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt, *Ier.* 18. a. Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, dicit Dominus. *Iſa.* 64. c. Fictor noſter es tu, nos verò lutum. Hæc autem memoratio mitigat iram Dei. Vnde dixit *Gen.* 6. a. Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Allegat & aliam rationem quare Dominus debeat iram auertere ab eo, ſcilicet, quia Dominus creauit & recreauit eum, vt ad æterna gaudia perueniret. Vnde dicit: *Exod.* 10. g.

k Nunquid enim vanè, &c.] Dominus enim in creatione ſtatuit primum in ſtatu innocentiæ; in recreatione autem conſtituit quantum in eo fuit omnes homines in ſtatu iuſtitiæ. Hoc autem vane feciſſet Deus ſi in fine omnes homines damnaret. Propter hoc petit Eccleſia dicens: Nunc Chriſte te petimus, miſerere quæſumus, qui veniſti redimere perditos, noli damnare redemptos. *Rom.* 5. b. Si cum adhuc peccatores eſſem*, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multò igitur magis iuſtificati nũc in ſanguine ipſius, ſalui erimus per ipſum ab ira. Non ergo vanè conſtituit hominem Dominus, ſed vt ad veritatem ſummam contemplandã perueniat, & eam interim per ſpeculum contempletur. Sed ipſi homines introduxerunt vanitatem & deſeruerunt veritatem. *Ier.* 2. a. Ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. *Rom.* 1. c. Euanuerunt in cogitationibus ſuis. Sed quia hæc non ſaluant hominem niſi à peccato ſtudeat abſtinere, ſubiungit remedium contra ardorem peccati, ſcil memoriam mortis, dicens.

l Quis eſt homo qui viuet & non videbit mortẽ?] quaſi dicat, nullus. *Eccl.* 9. a. Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui * huius rei habeat

a ita quod vltra mortem non videat. Et a Eruet animam &c. quasi dicat, nullius est, nisi Christus. Licèt enim duo prima conueniant omnibus beatis, post resurrectionem, vt sc. viuant & vltra mori non possint, non tamen tertiũ cõuenit alicui eorũ: Nullus. n. eruit animã suã de manu Inferi, excepto solo Christo, qui potestatẽ habuit ponendi animam suã & iterum sumendi eam, sicut dicit ipse, *Ioan.* 10. d. *vei habeat fiduciam. *Eccl.* 7. d. In omnibus operib. tuis memorare nouissima tua, & in æternũ nõ peccabis. Et posset aliquis dicere, verum est quòd morim e oportet, sed tamen nolo cessare à peccato, quia post mortem faciã pœnitentiam, & liberabo me à pœna. Vnde addit contra hoc.

al. † manibus.

al. † quas.

Moraliter.

al. † Memento.

a eruet animam suam de † manu Inferi. b Vbi sunt misericordiæ tuæ c antiquæ Domine † sicut d iurasti e Dauid in f veritate tua. † g Memor esto Dñe opprobrij seruorũ tuorũ quod h cõtinui in sinu meo i multarum gẽtiũ. Quod k exprobrauerũt inimici tui Dñe, quod l exprobrauerunt cõmutationem Christi tui.

a Eruet animam, &c.] quasi dicat quis est qui hoc possit facere? Nullus post mortem, ante mortem autem non potest hoc facere homo per se. Postquam enim cecidit in peccatum & in manu Inferni, non potest per se resurgere: Est enim spiritus vadens & non rediens. Sed Dominus eruit eum si ille pœnitere velit. *Isa.* 49. g. Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robusto, saluabitur. Fortem & robustum vocat diabolum *Osea* 13. d. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.

Sexta pars. b Vbi sunt misericordiæ.] Sexta pars, in qua ostendit, quòd etiam in membris implentur promissiones spiritualiter. Et sic potest continuari. Nullus eruit animam nisi tu: Ergo cùm differas venire & eruere. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, id est, vbi est modò ille vsus miserendi quo solitus es misereri antiquitus? Miserere ergo nunc eruendo nos, sicut misertus es antiquitus educendo populum de Ægypto. Et.

d Sicut iurasti Dauid] id est, firmiter statuisti, sicut supra dixisti: Semel iuraui in sancto meo.

f In veritate tua] id est, in teipso, qui verax es, imò ipsa veritas, *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. Primò ergo allegat Dei misericordiã, dicẽs: Vbi sunt, &c. Secũdò, veritatem eius, dicens: Sicut iurasti in veritate tua. Tertiò allegat vituperium quod sustinebant Sancti. Et aggrauat illud primò à parte eorum quibus infertur, cùm dicit.

g Memor esto, &c.] id est, quòd infertur seruis tuis. Vnde dicebat *Ie.* 15. c. Scito quoniam propter te sustinui opprobrium. Secundò aggrauat illud à parte inferentium quantùm ad multitudinem, cùm subiungit.

i Multarum gentium.] id est, à multis gentibus illatum. Quartò, allegat charitatem qua sustinebant Sancti opprobria, cùm dicit.

h Quod continui, &c.] sicut rem dilectam in sinu abscondimus. Quintò, allegat malitiam inferentium dicens.

k Quod exprobrauerunt, &c.] s. Iudæi & Gentiles, te odio habentes. Et determinat quod est illud opprobrium, dicens.

l Quod exprobrauerunt, &c.] id est, quod Christus commutatus est de morte ad vitam. Hæc commutatio significata fuit, 1. *Reg.* 21. d. vbi Dauid immutauit faciem suam coram Achis, & tympanizabat ad ostium, & defluebant saliuæ in barbam eius. In Passione enim Deus Pater coram Iudæis mirabiliter immutauit faciem suam, id est, Filium, *Abach.* 3. a. Ibi, id est, in Passione abscondita est fortitudo eius. Ad vltimum agit gratias de isto opprobrio, ostendens etiam vtilitatem habent Sancti in sustinentia opprobriorum. Vnde dicit: A Benedictus Dominus,

Moraliter. Moraliter.] b Vbi sunt, &c. Verbum est quærentis vbi sit. &c. Sic ergo debet quilibet dicere, quia debet quærere misericordiam. *Luc.* 11. b. Qui quærit inuenit. *Prou.* 21. c. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam & iustitiam & gloriam, Ecce plus inuenit quam quærat.

c Antiquæ.] Hoc potest legi in bono & in malo. In bono sic. Si vetera vulnera redeant, oportet redire ad veterem medicinam, vt antiquis morbis respondeat antiqua misericordia. Primæ autem & antiquæ miseriæ fuerunt, seruire Pharaoni in luto, latere & palea. *Exod.* 1. c. Hæc seruitus iam redijt. Pharao interpretatur dissipatio. Sub isto Rege iã seruit populus Israel, i. Clerici, quia iã in magna parte sunt in schismate, & seruiunt in luto luxuriæ, & latere auaritiæ, & palea superbiæ: necessariũ ergo est, vt secundùm antiquam misericordiam veniret aliquis Moyses, i. aliquis Prælatus extractus de aquis voluptatis diuitiarum per quem liberarentur. Item alia miseria fuit populo Israel, quòd oppressit eos Eglon, *Iudic.* 3. b. Eglon interpretatur festiuitas iuuencus, & significat gaudium Mũdi & comessationes, & talia, quæ multum regnant in clericis, & in aliis hominibus. Misericordia antiqua quæ de hoc liberauit eos, fuit per Aioth, qui interfecit eum, percutiens in ventre sica. Aioth interpretatur laus. Et valdè laudabilis est sobrietas, & contemptus mundi. Ventrem huius Eglon bene vulnerauit Apostolus sic, id est, gladio verbi Dei, cùm dixit. 1. *Cor.* 6. c. Esca ventri, & venter escis, Deus autem, & hunc & has destruet. Item *Iud.* 6. a. dicitur, quòd Madian oppressit eos, & cæteri Orientales. Hi sunt superbi & ambitiosi qui sẽper sunt in ortu. Hos autẽ destruxit Dei misericordia per Gedeonẽ, qui interpretatur circumiens in vtero, ecce humilitas. Qui enim circuit in vtero, bene paruulus est.

d Sicut iurasti. *Ezech.* 18. e. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum, eius non recordabor ampliùs.

e Dauid] id est, cuilibet fideli.

f In veritate tua] id est, in Christo qui est veritas, *Ioa.* 14. a. 2. *Cor.* 5. d. Deus erat in Christo Mundum reconcilians sibi. Vel: Sicut iurasti in veritate, id est, sicut promisisti in verbo Euangelij. *Ioan.* 17. e. Sermo tuus veritas est. In malo autem potest legi: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine: antiqua Dei misericordia fuit dare temporalia. Hanc misericordiam quærunt multi. Misericordia autem noua est, subtrahere temporalia, & dare Regnum æternum. Hanc vult Dominus vt quæramus. *Matth.* sexto d. Primum quærite Regnum Dei & iustitiam eius.

g Memor esto, &c.] Iste etiam versus in bono & in malo legitur. Serui enim Dei sunt in opprobrium, secundum quod dicitur 2. *Tim.* 3. c. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur, quasi dicat tales sunt in opprobrio. *Ier.* 20. b. Factus sum in derisũ tota die, omnes subsannabant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, quasi dicat, ideo subsannant me, quia detestor peccata, & comminor Inferni tormenta.

h Quod continui in sinu meo.] Fœlix esset qui hoc posset dicere Domino, vt memor esset Dominus quomodo sustinet opprobria, & quòd tantùm ea approbat quod abscondit ea in sinu suo, vt rem charam & pretiosam. Et verè charam, eò quod beatitudinem affert. *Matth.* 5. a. Beati eritis cùm maledixerint vobis homines, &c. *Act.* 5. g. Ibant Apostoli, &c. & quod plus est. i Multarum gentium. *Psalm.* 5. Multi insurgunt aduersùm me. In malo sic legitur.

g Memor esto, &c.] Opprobrium Ecclesiæ & seruorum Dei, est mala vita Prælatorum. Ex hoc enim arguitur subditos esse malos. *Eccl.* 41. b. De patre impio queruntur filij, quoniam propter ipsum sunt in opprobrio. Et illud opprobrium est.

i Multarum gentium] quia quanto Prælatus est in loco superiori, tanto à pluribus videtur eius turpitudo. Non tamen debent eam filij eius, & subditi propalare. Vnde dicit.

h Quod continui, &c.] i. in secreto mentis meæ. *Eccl.* 29. b. Audisti verbum apud proximum tuum, commoriatur in te fidens, quoniam non te dirumpet. Huius dederunt nobis figuram & exemplum, Sem & Iaphet. *Gen.* 9. d. Qui operuerunt verenda patris sui, quæ Cham discooperta nunciauerat.

k Quod exprobrauerunt, &c.] Secundum vtramque expositionem inimici isti, sunt amici Mũdi. *Iac.* 4. a. Qui amicus fuerit huius Mundi, inimicus Dei constituitur. Isti exprobrant bonis & pauperibus, & despiciũt eos. *Prou.* 17. a. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius. *Prou.* 14. d. Qui calumniatur egenum, exprobrat factori suo. Item secundùm secundam, inimici Christi, sunt hæretici, qui multùm exprobrant Ecclesiæ & Christianis propter prælatos. Vnde significati sunt per Philisthæum, qui dicebat, 1. *Regum.* 17. a. Ego exprobraui agminibus Israel hodie. Ille quærebat singulare certamen & isti audent Christianos, & Clericos, & Prælatos prouocare ad disputationem. Et quid exprobrant, subiungit.

l Quod exprobrauerunt, &c.] Christi dicuntur omnes Prælati, id est, vncti. Item Reges & pugiles, id est, claustrales. Horum omnium facta est commutatio exprobrabilis, id est, de bono in minus bonum, vel in malum. *Prou.* 25. b. Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias, id est, gratia remissionis peccati & charitas Dei & proximi. Hanc com-

A *a* Benedictus Dominus] & hoc non ad tempus, sed [in æternum.] Et Sanctorum omnium consensum apponit, cum subiungit : *b* Fiat fiat.]

Moraliter. * mutationem exprobant inimici supra dicti. Hanc deplorat Ieremias, *Thren.* 4. b. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Dominus autem immutabilis est in æternum: vnde. *a* Benedictus Dominus in æternũ] Sed quomodo à nobis benedicitur: secundùm quod dicitur. *Heb.* 7. b. Sine vlla contradictione quod minus est à meliore bene dicitur. Ergo Deus ab homine non potest benedici.

al. † Benedictionem autem Domini. *al.* † tu. *al.* † & progenie. *al.* † & *al.* † terræ. *al.* nõ habet. † Deus.

† *a* Benedictus Dominus in æternum , *b* fiat fiat.

Oratio Moysi hominis Dei.

PSAL. LXXXIX.

c DOmine *d* refugium † factus es nobis : à *e* generatione † in *f* generationem. *g* Priusquam montes *h* fierent † *i* aut formaretur terra & *k* orbis: † à *l* sæculo & vsque in sæculum *m* tu es † Deus. *n* Ne auertas

Est Benedictio.
- Collationis, sic non benedicimus illum, sed ipse nos. *Psal.* 66. Benedicat nos Deus, &c.
- Approbationis, sic benedicimus eum amantes eius benedictionem. *Psal.* 66. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu.
- Laudis, sic benedicitur ab omni creatura. *Dan.* 3. e. Benedicite omnia opera Domini Domino.
- Consecrationis, sic benedicimus ipsum in altari. 1. *Cor.* 10. d. Calix benedictionis cui benedicimus.
- Sanctificationis, *Ioan.* 17. c. Ego pro eis sanctifico meipsum, 1. *Reg.* 25. f. Benedictus Dominus Deus Israel qui misit te hodie in occursum meũ, & benedictum eloquiũ tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me ne irem hodie in sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Ita dixit Dauid ad Abigail, Christus significatur per Dauid, B. Maria per Abigail, quæ interpretatur patris mei exultatio. Ipsa occurrit Christo, ne puniat Nabal virum stultum, per quam peccatores intelliguntur. Et eius eloquium est oratio pro peccatoribus.

b Fiat fiat] dicit Ecclesia optans Christi benedictionem duplicem, in stola corporis, & animæ.

EXPOSITIO PSALM. LXXXIX.

DOmine refugium.] Titulus. [*Oratio Moysi hominis Dei.*] In præcedenti Psalmo egit de promissis quæ per Christum implebuntur. Sed quia non sunt adhuc omnia impleta, ponitur in hoc Psalmo oratio, in qua petit vt omnia compleantur promissa. Et est [oratio Moysi] non quia hunc psalmum composuerit Moyses, sed quia consimilia orauit. Vel quia in hoc Psalmo tanguntur illa quæ facta sunt, quia promisit filiis Israel terram promissionis, & illos induxit, licet non intrauerit, quæ terra significat vitam æternam, de qua hic agitur. Intentio est monere ad contemptum veteris vitæ, & ad amorem nouæ. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò æternum refugium proponit temporali homini. Secundò, petit, subueniri homini, & eius infirmitatem exponit, *ibi*: Ne auferas. Tertio, orat, & affirmat liberationem, *ibi*: Dexteram. Igitur Psal. antequam orationem faciat, primò captat beneuolentiam eius à quo vult petere: Primò, commendans illum à potentia, cùm dicit: Domine, Secundò, à benignitate, qua iam nos liberauit cùm dicit: Refugium factus es nobis. Tertio, à continuatione liberationis, cùm dicit: A generatione in generationem. Quartò, ab æternitate, cùm dicit: Priusquam montes fierent, & cætera, à sæculo & vsque in sæculum, id est, sine principio & sine fine, vt hæ propositiones [à & vsque] sint inclusiuè. Quintò, à summa bonitate, cùm dicit: Tu es Deus. Dicit ergo. *c* Dñe] Deus Trinitas, tu solus. *d* Factus es refugiũ nobis.] Factus dico, non quia per hæc nomina refugium, defensor, patronus aliqua mutatio ostendatur facta esse circa Deum, sed potius circa nos. Vel ad Filium, secundum quod homo. Refugium, dico nostrum existens.

e A generatione] præterita vsque in generationem præsentem. Vel à præsenti vsque in futuram quæ erit in gloria. Et quia dixit, factus est refugium, posset aliquis credere quòd simpliciter factus esset, nec ante fuisset: Vnde æternitatem eius ostendit dicens: *g* Priusquam montes fierent] ad literam. *i* Aut formaretur terra & Orbis] id est, Machina mundialis.

Mysticè. *l* A sæculo in sæculum)i. ab æterno in æternum. *m* Tu es Deus.] Præsens tantum verbum ei attribuit, quia omnia sunt ei præsentia. Vnde ait. *Exod.* 3. d. Ego sum qui sum. *Aliter* Et quia parũ est hæc ad literam sic exponere: mysticè exponantur. *g* Priusquam montes] i. celsitudines Angelicæ quæ nihilo creatæ sunt. *h* Fierent] i. crearentur, *i* Aut formaretur terra] i. homo qui de limo terræ psalmatus est. *k* Et Orbis]i. Ecclesia. *l* A sæculo, &c.] Hoc non mutatur. *Moraliter.* Moraliter. *c* Domine refugium factus es nobis] Ita debent dicere pœnitentes qui fugiunt à peccato; proficientes qui fugiunt à facie tentationum, & perfecti qui à curis & strepitu Mundi.

e A generatione, persequente, quæ vt dicitur *Prou.* 30. b. pro dentibus gladios habet. *f* In generationem quærentium Deum. *Ier.* 16. d. Domine fortitudo mea & robur meum & refugium meum in die tribulationis. Mali verò ad hoc refugium nolunt refugere, sed habet alia refugia quæ fugiunt, ne forte à Domino capiantur in pœnitentia. Vnde refugium est eis exemplum Prælatorum, & facta maiorum. Hæc est Sion de qua dicitur 1. *Mach.* 1. d. quod facta est in illis in arcem, sc. persecutoribus populi Domini, & posuerunt illic gentẽ peccatorum, viros iniquos & conualuerunt in ea. Aliud refugium eorum est consilia aduocatorum & sapientum Mundi. Hæc est Bethsura, de qua 1. *Mach.* 10. a. dicitur in Bethsura remanserunt aliqui eorum qui legem reliquerant, erat. n. eis hæc ad refugium. Bethsura interpretatur domus angustians populum, hæc est domus aduocatorum. Sed tam hi qui ad eos fugiunt, quam ipsi ad quos fugiunt, in necessitate non inuenient refugium. Vnde dicit eis Dominus, *Is.* 18. a. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis delongè venientis? Ad cuius confugietis auxilium? Tunc dicent illud *Tren.* 4. c. Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum cùm respiceremus attenti. Dominus autem dicitur refugium bonorum & pœnitentium multis modis, quia Dominus dicitur refugium.

Sicut
- Ciuitas. *Iosue* 20. a. Separate vrbes fugitiuorum, i. Sanctos, & præcipuè Christum. [currit iustus.
- Turris, *Pr.* 18. b. Turris fortissima nomẽ Dñi, ad ipsũ
- Dux exercitus, 2. *Reg.* 10. Si præualuerint aduersùm me Syri, eris mihi in adiutorium.
- Mater *Matt.* 23. d. Quotiens volui congregare filios tuos quemadmodũ gallina cõgregat pullos, &c.
- Domus, *Ps.* 38. Esto mihi in Deum protectorẽ, &c.
- Medicus, *Isa.* 38. a. Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, quasi quærens verum Medicum.
- Nauis, *Sap.* 14. a. Spes orbis terram ad ratẽ cõfugiẽs.
- Magister. *Prou* 142. Ad te confugi, doce me facere, &c.
- Columbarium, *Isa.* 60. b. Quasi columbæ ad fenestras suas, *Isa.* 2. c. Ingredere in petram.
- Altare vel Ecclesia, 3. *Reg.* 2. e. Fugit Ioab in tabernaculum & apprehendit cornu altaris.

g Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis.] Montes fiunt moraliter, quando de pauperibus fiunt magni & potentes. *Dan.* 3. c. Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus. Terra formatur, vt fiat olla vel later, vel forma valorum, sic homo vt fiat vas in honorem in domo Domini 3. *Reg.* 7. g. Fudit ea Rex in terra argillosa, quæ, s. cõculcari se permittit & tenax est, Multi verò sunt terra arenosa, quia manẽtes in fluminibus diuitiarum & deliciarũ, lapidibus, i. duris aculeis contradictionum pleni, nec tenaces per cõcordiã & amorẽ, sed diuisi per schismata, nõ sunt apti vt ex eis formetur quodcũq; vas in honorẽ, sed in cõtumelia vas cõfractũ & perforatũ, quod omnẽ sapiẽtiã non tenebit, sed sordes admittet. Orbis est cœlũ orbiculatum, quod tũc fit cũ homo fit cõtẽplatiuus & æterna quæ finẽ non habent meditatur & appetit. Dicit ergo. Priusquã mõtes fierent tu es Deus. Et subiunxit hoc statim postquam de Dñi refugio locutus est, quod tãgit quosdã, qui cũ sunt in dignitatibus vel in alto statu, & monẽtur, vt descẽndant & refugiãt ad Dñm, submittẽtes se & suã volũtatẽ alterius volũtati pro Dño, dicũt quod si hoc facerent, fortè in loco in quo sunt, poneretur homo insufficiens & malus. Contra hoc ergo dicit, quòd de hoc nõ sint solliciti, sed Deo curã dimittãt, quia ipse est Deus & erat semper anteqaam ipsi essent facti montes, & adhuc poterit facere ita bonos. quod autẽ sequitur. Antequã formaretur terra & orbis etiã tu es De⁹, est cõtra eos qui de suis operib. aut de sua contẽplatione gloriãtur, quasi magnũ quid pro Dño fecerint, q. d. eis, bonorũ vestrorũ non indiget Dñs, quia antequã ista vnquã ab aliquo homine fierẽt, ipse est De⁹ perfect⁹ & sũmẽ bonus, *Iob* 35. b. Si iustè egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? *n* Ne auertas hominẽ, &c.] Secũda pars, in qua petit subueniri homini & eius infirmitatem.

Secunda pars. Moraliter. *n* Ne auertas hominẽ in humilitatẽ.] Ita debet dicere homo orans: Auertere. n. est orationem repellere. * Vnde

Aliter. Vel sic: *n* Ne auertas,] id est, auerti non permittas à te: *o* Hominem

A & eius infirmitatem exponit. Orat ergo ne propter amorem temporalium Dominus illum a se separari permittat. Vnde dicit: Ne auertas hominem] à te, *b* In humilitatem] i. in vilitatem temporalium istorum quæ sunt vilia. Vnde arbitrabatur Apostolus ea omnia, stercora. *Phil.* 3. *b.* Et ostendit quare petit hoc. Primò, quia præcepit, vt homo non auerteret se a Deo, sed conuerteret se ad eum. Hoc est quod addit. *c* Et] i. quia [dixisti] i. præcepisti. *d* Conuertimini filij hominum] scilicet, ad me ab istis vanis temporalib⁹. Hoc est quod alibi dicit: Filij hominū vsquequo graui cordi, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

a hominem in *b* humilitatem, *c* & dixisti *d* conuertimini filii *e* hominum. *f* Quoniam mille anni *g* ante oculos tuos, *h* tanquam dies hesterna quæ præterit. *i* Et † custodia in *k* nocte, *l* quæ pro nihilo habentur eorū anni erunt. *m* Mane sicut herba *n* transeat, *o* mane *p* floreat, & † *q* transeat, *r* vespere *s* decidat † *t* induret, & *u* arescat. *x* Quia defecimus in *y* ira tua, & in † *z* furore tuo *a* turbati sumus.

al. † sicut vigilia.
al. † pertranseat.
al. † induresc at.
al. † indignatione tua conturbati.

Secunda causa quare hoc petit, est breuitas vitæ. Vnde dicit. *f* Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna quæ præterit] Ecce quam breuis est vita hominis, *Iob* 14. a. Breues dies hominis sunt. Ad quam etiam breuitatem exprimendam, non dicit, [tanquam] dies hodierna quæ adhuc est, vel sicut crastina, quæ expectatur futura, sed]dies hesterna quæ]iam' præterijt,] quasi dicat, quia est desituta, similis est præteritæ. Omnia enim vt dicit *Aug.* quæ aliquo fine clauduntur modica sunt, & pro transactis habenda. Nec tantum breuis, sed quasi breuissima est vita hominis. Vnde addit. *i* Et custodia in nocte.] id est, mille anni sunt sicut custodia in nocte. Diuiditur nox in quatuor custodias, quarum quælibet continet tres horas artificiales, quia in bellis antiquitus diuidebatur nox per quatuor custodias. Primò vigilabant pueri. Secundò, adolescentes. Tertiò, iuuenes. Quartò, senes. Est ergo sensus. Mille anni sunt ante oculos tuos, sicut custodia noctis, quæ cito elabitur. Quando enim homo dormit, parum durat ei quarta pars noctis. Vnde & addit. *l* Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.] Quod sic legitur [Anni] hominis, [erunt eorum] id est, de numero eorum, [quæ pro nihilo habentur] vt paruus somnus. Quādo enim homo parum dormiuit, & euigilat, tunc videtur ei quod nihil dormierit. Et vere pro nihilo erunt, eo quod. *m* Mane] scilicet, pueritiæ. *n* Transeat sicut herba] quæ euulsa, cito arescit. *o* Mane]iuuentutis. *p* Floreat, & transeat] id est, sicut flos transeat, qui superueniente pruina arescit, & deficit. *r* Vespere] frigidæ senectutis. *s* Decidat] in mortem. *t* Induret] in cadauer. *u* Et arescat] in puluerem. Tertia causa est inflicta necessitas moriendi, de qua addit:

Psal. 4.

Nox diuiditur in quatuor custodias.

x Quia defecimus] id est, in hunc defectum incidimus. *y* In ira tua] id est, in vindicta quam nobis infers qua videris nobis iratus, scilicet, in necessitate moriendi, secundum sententiam dicentis : *Genes.* 2. c. Quacunque die comederis ex eo, morte morieris. Quarta causa est metus mortis. Vnde subiungit : *z* Et in furore tuo turbati sumus] i. in executione illius sententiæ, quando recogitamus, præcipuè quomodo tu appares iratus, & quasi furiosus animabus peccatorum egredientibus de corporibus. Et cum hoc & ipsa memoria mortis horribilis est, & hominem turbat, quia naturaliter viuere appetit. Vnde Dñs dixit Petro. Alius te cinget, & ducet quo tu non vis: Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset eum: *Iob* 21. f. Et ipse Dñs prænidens mortem sibi imminere, dixit: *Matth.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et quia tam horribilis est mors, videtur inflicta à Deo, non

Moraliter.

* Vnde 3 *Reg.* 2. d. dixit Salamon: Pete mater mi, neque enim est fas vt auertam faciem tuam. *b* In humilitatem] i. in desperationem quæ humiliat & deiicit hominem intantum quod non audet faciem leuare ad Dei misericordiam attendendam. Vnde dicit Cain. *Gen.* 4. b. Maior est iniquitas mea, ecce humiliatio; quam vt veniam merear, ecce quod non respicit Dei misericordiam. De qua *B. Bern.* Maior est Christi pietas quam quæuis iniquitas.

Aliter

Θ *a* Hominem]ad imaginem tuam factum. *b* In humilitatem] i. in vilificationem peccati de quo *Prou.* 15. d. Miseros facit populos peccatum. *Ier.* 2. g. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. De hac auersione, *Prouerb.* 1. d. Auersio paruulorum interficiat eos. *Ier.* 2. d. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. *c* Et dixisti] i. huic petitioni respondisti. *d* Conuertimini.] quasi dicat, vultis quod non auertam [conuertimini] *Zac.* 1. Cōuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Et dicit: Conuertimini] i. simul vertimini, intellectu pariter, & affectu. Hi sūt duo oculi qui simul debēt Deū intueri. Sicut est de oculis corporis, quia semper acies amborū ad idem dirigitur. Multi autē sunt qui nō conuertuntur ita, sed oculū sinistrū, i. intellectum vertunt ad cœlum per studium, oculum autem dextrum, scil. affectum figunt in terram per desiderium. Hi fœdus inierunt cum Naas Ammonite, i. cum diabolo, qui oculos dextros eruit eis de capite Christo. 1. *Reg.* 11. a. Non sic fecerat Dauid qui dicebat: Ad te leuaui oculos meos, scilicet ambos, qui habitas in cœlis. Et debetis ita conuerti, quia. *e* Filij hominum:] Homo enim factus est rectus, vt ad Deum tēdat. Vnde dixit quidam:

Ps. 188.

Os homini sublime dedit cœlumque videre.

Ouidius 1. *Metamorphos.*

Eccl. 7. d. Hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum Propter hoc: [Conuertimini fili hominum] non pecorum. Hæc autem conuersio debet fieri sine dilatione propter duo principaliter. Primum est, quia si homo in tota vita sua seruiret Deo, adhuc nihil esset respectu æternitatis, in qua remunerabitur. Et hoc notat cum subiungit. *f* Quoniam, &c. [etiamsi tam diu viueret homo & tibi seruiret: *g* Ante, &c.] qui æterna vident : Sunt *h* Tanquam dies hesterna quæ præterit : Et tanquam custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt] secundum quod supra expositum est. Secundum est in certitudo mortis, quæ notatur, cum addit:

m Mane sicut herba transeat, &c.] Vel sic: Dixisti conuertimini, &c.] q. d. ideo monuisti vt conuerterentur, quia tu sciebas affectum eorum ad peccatum. Et ita bene scis quid facere appetant, sicut quid iam ante fecerunt. Si quæratur à peccatore, quid facies cras? Respondebit : Sicut die hesterna. Quid fecisti die hesterna? Comedi, bibi, dormiui, garriui, & huiusmodi. Et quid facies post cras? Similiter. Et quid vsque ad mille annos si viueres? Similiter. Hoc ergo totum est, ante oculos Domini tanquam dies hesterna quæ præterit, quia ipse videt affectum interminabilem peccandi, & comproportionabit pœnam : Et eum qui peccat in suo æterno, Deus punit in suo æterno. Vnde ne sic peccent, dicit: [Conuertimini, &c.] Item ideo monet ad conuersionem, quia videt vitam peccatoris breuem esse & inutilem. De breuitate dicit. *i* Et custodia in nocte] sicut iam expositum est. Et in alio sensu: [Tanquam custodia] i. tugurium quod cito deficit, scilic. vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. *k* In nocte] posita, i. in morte, quia quam cito incipit non viuere, incipit mori. *Sen.* Fallimur qui mortē quasi futurā expectamus. Quidquid enim vitæ retro actū est mors tenet. De inutilitate dicit : *l* Quæ pro nihilo habentur eorū anni erunt *Iob* 7. a. Ego habui menses vacuos. Menses: Ecce breuitas. Vacuos: Ecce inutilitas. *Iac.* 4. d. Quæ est enim vita vestra? vapor: Ecce inutilitas : Ad modicum parens: Ecce breuitas. Et de vtroque etiam hæc subiungit: *m* Manè, &c. [Manè transeat, Ecce breuitas, Sicut herba, Ecce inutilitas. Herba enim inutilis est & sine fructu. *Iudith.* 6. a. Sicut erant in herbis cuncta vastabant. Et posset aliquis dicere, non est ibi tantum herba, imo flos ex quo fructus sequitur: Vnde addit quod non est verus flos, dicens. *o* Mane floreat] id est, in vita ista. Post florem autem non fructum faciat, sed. *q* Et transeat] quia florens transit. Vnde *Ier.* 48. b. dixit Dominus: Date florem Moab quia florens egredietur. *Isa.* 18. c. Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit. Ita erit in manè, sed quid in vespere, subdit, *r* Vespere] id est, In morte. *s* Decidat] deorsum cadat in Infernum qui prius florens in Mundo sursum ascendere per superbiam nitebatur, secundum istam sententiam: Qui se exaltat humiliabitur: *Luc.* 14. c. *t.* Induret tormenta, secundum quod gallicè dicitur indurare, *endurer*, id est, pati. *u* Et arescat] in igne gehenali. Hæc omnia inuenimus completa in diuite epulone: *Luc.* 16. c. qui primò floruit in Mundo : Erat enim diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidiè splendide. Sed tamen transiit, sicut dicitur ei ibidem: Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Vespere decidit, quia mortuus est, inquit, diues & sepultus in Inferno. Indurauit & aruit. Vnde ad refrigerium petiit guttam aquæ, quia crucior inquit, in hac flamma. Et in persona talium, subiungit *x* Quia defecimus, &c.] i. non possumus eam portare. Quis enim poterit habitare cum ardoribus sempiternis, sicut dicitur. *Is.* 33. b. Tamen deficientes oportet eam ferre, & deficientes deficere non possunt, & defectus deficere nescit. *z* Et in furore tuo i. in recordatione furoris tui. *a* Turbati sumus. *Ps.* 2. Tun]

A Deo, non tam irato, quam furioso: Vnde dicit: In furore tuo turbati sumus. Quinta est multiplex pœna quam Dominus parauit peccatoribus. Vnde dicit.

a Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo,] id est, tu bene notas eas, vt propter eas non punias. *Iob* 11. b. Videns iniquitatē, nonne considerat? Sexta causa est manifestatio ipsius pœnæ. Vnde addit: *b* Sæculum nostrum, id est, vitam & actus nostros prauos, supple] posuisti.

a Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: b sæculum nostrum in c illuminatione vultus tui. Quoniam omnes d dies nostri e defecerunt, & in f ira tua g defecimus. Anni h nostri sicut aranea meditabuntur:

c In illuminatione vultus tui] id est, in aperto per vultum, id est, per iram tuam: Sic sumitur *in Psalm.* 33. vbi dicitur: Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memóriam eorum. Tunc autem in aperto ponuntur peccata, quando vindicantur aperte. Septima est ignorantia eorum quæ circa Deum sunt. Vnde subiungit:

d Quoniam omnes dies nostri] id est, cognitiones nostræ.

e Defecerunt] vt non illuminentur ad cognoscendum superna. Vel sic:] Dies nostri] ad literam [defecerunt] id est, abbreuiati sunt propter peccatum. Ante enim diluuium prolixior erat vita hominum, quàm post diluuium. Et vnde hoc sit, subdit dicens: *f* Et in ira tua] quam habes ex peccato primi patris nostri. *g* Defecimus] prædicto modo. Octaua causa est mundana occupatio, de qua dicit: *h* Anni nostri sicut aranea meditabuntur] id est. sunt quasi mediatio quæ cito euanescit, & sicut aranea quæ inaniter laborat. Vel sic vt legatur passiuè, meditabuntur] i. reputabuntur [sicut aranea] quia laboriosi sunt & tamen inutiles & vani. Aranea enim multum laborat, & totam se euiscerat vt faciat telam qua dolosè capiat muscas. *Isa.* 59. a. Telas araneæ texuerũt. Et post pauca: Opera eorũ opera inutilia. Postea determinat spatiũ vitę hominis dicẽs:

A Dies annorum

Moraliter. *loquetur ad eos in ira sua, &c. *a* Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum in illuminatione vultus tui,] quasi dicat, hoc fecisti, quia tu non es oblitus malorum quæ fecimus. Hoc bene percipient tunc mali qui modo ita audacter peccant, ac si Deus cæcus esset vel obliuiosus. Vnde *Eccl.* 23. c. Non fatigabitur transgrediens vsq; in finem. Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam & dicens: Quis me videt tenebræ circumdant me, parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor, delictorum meorum non memorabitur Altissimus, & non intelligit, quoniam omnia videt oculus illius. Et postea addit: Et non cognouit quoniam oculi Domini sunt multo plus lucidiores super solem circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Et posset aliquis quærere à malis, si Deus posuit iniquitates nostras in conspectu suo, quare similiter bona nostra non posuit? Ad hoc respondet quod sequitur: *d* Quoniam omnes dies nostri defecerunt] quasi dicat, nullum bonum fecimus in vita nostra, Hoc est quod supra dictum est: Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.] Non defecerunt dies Sanctorum qui mortui sunt pleni dierum. *Genes.* 25. a. de Abraham. *Iob vltim.* d. Sed de malis dicitur hic & alibi *in Psalm.* 77. Defecerunt in vanitate dies eorum. *Prouerbior.* 5. b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, &c. Et dicit [omnes] vt plenius respondeat præcedenti quæstioni. *Ezech.* 16. a. Ecce tempus tuum, tempus amantium: quasi dicat, totum tempus tuum consumpsisti in amore Mundi & carnis, & in vano gaudio, sicut cicada, quæ tota æstate cantibus vacat, & perit in hyeme, quia non laborauit cum formica. *Prouerbior.* 6. a. Vade ad formicam ô piger, quasi dicat non ad cicadam. Adhuc posset aliquis dicere: Qualis ergo est Deus noster qui nos videbat ita errare, & non corrigebat Ad quod etiam bene respondet quod sequitur, quod dicunt ad Dominum.

f Et in ira tua defecimus] quasi dicat, Domine tu iratus es nobis propter peccata nostra & flagellasti nos, sed non correximus nos, [sed in ira tua defecimus] murmurando, impatienter sustinendo, à peccatis non cessando. *Ierem.* 5. a. Percussisti eos, & non doluerunt, attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. *Prouerbior.* 3. b. Ne deficias cum ab eo corriperis. *Mich.* 7. b. Iram Domini portabo, id est, non deficiam in ea, quoniam peccaui ei. Multi ergo deficiunt in ira, sed plures in misericordia, quia inde peiores fiunt *Isaia* 26. b. Misereamur impio & non discet facere iustitiam. *Esther.* 16. a. Multi bonitate Principum & honore qui in eos collatus est abusi sunt in superbia. Item quidam in ira sua bene deficiunt, sc. a malo, quia inter flagella corriguntur, sicut Paulus *Actor.* 9. a. Qui dixit: Domine quid me vis facere: Et notandum quod multiplex est defectus, sc. animæ, corporis, & possessionis. Et quilibet istorum multiplex est.

- Est defectus
  - Animæ
    - In scientia *Osea* 4. a. Non est scientia Dei in terra, id est, in animo amante terrena.
    - In iocunditate *Baruch.* 2. c. Auferam à vobis vocem iocũditatis.
    - In compassione. *Ps.* 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Amos.* 6. b. Nihil compatiebantur super contritione Ioseph.
    - In studio. *Ier.* 6. c. Omnes auaritiæ student.
    - Ingratitudinis
      - Pœnitẽtia
        - Cõtritione
        - Cõfessione
        - Satisfact.
      - Iustitia
      - Gloria
    - *Eccl.* 11. b. Deficiens virtute, &c. *Eccl.* 9. b. Oleum de capite tuo non deficiat.
      - Lacrymis
      - Ieiunio
      - Laude vel oratione
      - Eleemosyna
      - Compassione
  - Corporis
    - In vita. *Gen.* 25. b. Ismael deficiens mortuus est.
    - In decore. *Iac.* 1. b. Decor vultus eius deperiit.
    - In robore. 1. *Reg.* 14. d. Defecerat autem populus *Dan.* 10. d. Nihil remansit in me virium.
    - In sensibus. 2. *Reg.* 19. f. Nunquid vident hodie sensus mei, &c.
    - In sanitate. *Eccl.* 30. c. Melius est corpus validum quàm census immensus.
    - In cibis. *Num.* 21. b. Deest panis, non sunt aquæ.
  - Possessionis
    - In domibus. 1. *Cor.* 11. e. Nunquid domos non habetis?
    - In sepulchris. 2. *Mach.* 5. b. Insepultus abiicitur.
    - In stipendiis. 1. *Mach.* 3. d. Timuit ne non haberet & semel & bis in sumptus & donatiua quæ dederat ante larga manu.
    - In pecoribus. *Gen.* 47. d. Simul & pecora defecerunt.
    - In terra nascentibus. *Thren.* cap. 2. d.

Vbi est triticum & vinum, &c. Vt autem non deficeremus in ira, sed corrigeremur, deberemus cogitare de vita nostra quàm inutilis & qualis vsque nunc fuerit. Vndè bene subiungit: *h* Anni nostri sicut aranea meditabuntur] passiuè. Debet enim homo meditari quod anni sui fuerunt vt anni araneæ, quæ.

- Aranea
  - Facit telam subtilem & inutilem, sic astutia mundi. *Isa.* 19. b. Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes subtilia.
  - Sese euiscerat, sic isti. *Eccl.* 10. b. Nihil est iniquius quàm amare pecuniam: Hic enim in vita sua proiicit intima sua.
  - Multùm laborat, & citò dissipatur opus suum, sic in tali homine. *Iob* 8. c. Sicut tela aranearum fiducia eius.
  - Texit telam suam in angulis, non in plano, & isti per fraudes machinantur. *Soph.* 1. d. Dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & angulos excelsos, i. homines angulosos.
  - Texit in horis vespertinis, sic isti. *Ioan.* 3. c. Qui male agit, odit lucem. *Eph.* 5. c. Nolite communicare operibus tenebrarum, quæ in abscondito fiunt ab eis turpe est dicere.
  - In domibus desertis operatur, sic illi qui deserti sunt à Deo, pleni sunt huiusmodi occupationibus inutilibus. *Isaia* 5 c. Domus multæ desertæ erunt.
  - Tabescit cum tela sua rumpitur, sic tales. *Psal.* 38. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius.
  - Eius tela citò rumpitur, sic vita istorum. *Isaia* 38. c. Dum adhuc ordirer succidit me. Item rupta non resui potest, sic possũt post mortẽ non

* facere pœni

A *a* Dies annorum nostrorum] supple complebuntur. *b* In ipsis septuaginta anni.] Vel secundum aliam literam, quæ habet anni, sic legitur: [In ipsis] scil. diebus [annorum nostrorum] sunt [septuaginta anni] quo temporis spatio modò aliqui viuentes, dicuntur longæui. Sed nonne plus quandoque viuūt homines? Ita quia quádoque vsque ad octoginta annos viuunt, & aliquas vires habere possunt, sed vltra hoc spatium viuere in potentia, & viribus corporis vix, aut nunquā possunt modo. Hoc est, quòd sequitur. *c* Si autem, &c.] Si octoginta anni fuerint eis in potentatibus, id est, in aliqua virtute, & fortitudine corporis.

al. † anni. *al.* † plurimum. *al.* † aut *al.* † Dñe. *al.* † nobis.

a dies annorum nostrorum in ipsis *b* septuaginta † anni. Si *c* autem in potentatibus octoginta anni, & † *d* amplius eorum labor, *e* & dolor. *f* Quoniam superuenit mansuetudo, & *g* corripiemur. *h* Quis nouit potestatem iræ tuæ, † & præ *i* timore tuo iram tuam dinumerare? *k* Dexteram tuam † sic *l* notam fac, †

d Et amplius, eorum] id est, quod amplius fuerit, & quod vltra octoginta annos vixerint. *e* Labor & dolor] id est, erit in labore, & dolore, quia non est vita, sed languor in tanto senio. Positæ sunt ergo causæ quare clamat ad Dominum, scilicet, diuersæ miseriæ humani generis: Consequenter autem ponit quatuor causas quare homo est positus à Domino in his miseriis. Prima est domitatio, scilicet, vt homo dometur. De qua dicit. *f* Quoniam superuenit, &c.] quasi dicat, prædicta nobis infers propter hoc, [quoniam superuenit, &c.] id est, vt nos mansuetos facias. Et vocat mansuetudinem domitationem, sicut in *Topicis*: Homo est animal mansuetum natura, id est domesticum, vel domabile. Hæc autem dominatio fit per miserias, & flagella quæ homini infliguntur. Vnde dicit *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Illæ sagittæ Domini, sunt flagella, quæ spiritum hominis, id est, indignationem, & superbiam eius ebibunt. Secunda causa est correptio. Vnde dicit. *g* Et corripiemur.] *Iob* 5. c. Beatus homo qui corripitur à Domino. Tertia causa, est cognitio Dei. Vnde addit. *h* Quis nouit, &c.] quasi dicat, nullus nisi flagellatus. *Isa.* 28. c. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. Quarta causa est, vt homo timeat. Vnde addit.

Quare homo positus sit in tantis miseriis.

i Et præ timore tuo iram tuam dinumerare?] quasi dicat de gehenna non audemus dinumerare, id est, cogitare præ timore: Horrore enim percutimur, loquendo de gehenna.

Moral. * facere pœnitentiam. *Iob* 7. b. Dies mei velocius transierunt quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. Debemus etiam cogitare, quod Dominus omnia facta numerat, dum in hac vita viuimus. Vnde addit.

a Dies annorum nostrorum] supple à Domino diligenter computantur. *Tob.* 9. b. Scis enim ipse, quoniam numerat dies pater meus. Et hoc facit.

b In ipsis, &c.] Per septuaginta annos in quibus filij Israël captiuitatem sustinuerunt, quia Deum offenderant, significatur tempus pœnitentiæ, scilicet, vita nostra, in qua Dominus numerat dies quomodo nos expendamus tempus. *Prou* 5. d. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus illius considerat. Quia verò sunt multi qui hoc tempus malè expendunt, sicut dicitur *Iob* 24. d. Dedit illi Dominus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam. Vt eos reuocet ad pœnitentiam, bene subiungit.

c Si autem in potentatibus octoginta anni] id est, si dentur homini etiam octoginta anni, vt sit in potentatibus, id est, honoribus mundanis. *a* Et amplius eorum, &c.] id est, infinitum amplius oportebit eos esse in labore, & dolore æterno, respectu cuius tota vita nostra non est, nisi instans, vel momentum. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus vita breuis. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. *Iob* 20. a. gaudium hypocritæ ad instar puncti. Et dicit pluraliter, [In potentatibus] non in vno, qui primò fit homo Canonicus; secundo Archidiaconus; tertiò Episcopus: quartò Legatus, &c.] Potentatus etiam plures habet, qui habet plures præbendas, vel beneficia, vel personatus: Nullus tamen hodie, vel paucissimi habent istos potentatus octoginta annis, sed amplius eorum labor, & dolor. Quid enim sunt octoginta anni respectu æternitatis, & perpetuitatis pœnarum, in quibus erit, labor, corporis, & dolor cordis, amplius, quàm fuerit prosperitatis? Momentaneum est, quod delectat, æternum quod cruciat. Vbi potentes potenter tormenta patientur: *Sap.* 6. a. *Isa.* 50. d. In doloribus dormietis. Propter hoc signanter dicit] eorum] s. potentum est] labor, & dolor] qui eos expectat, non pauperum, & humilium. Vnde ibi, *Sap.* 6. a præcedit: Exiguo conceditur misericordia. Vnde & hic bene sequitur. *f* Quoniam superuenit mansuetudo] s. Dei misericordia. *g* Et corripiemur,] nos pauperes, & humiles. Illa autem misericordia, vel mansuetudo, est Dñi præsens flagellatio. Vnde 2. *Math.* 6. c. dicit. Obsecro eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos, casus sed reputent, ea quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correctionem generis esse nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium, &c. Et post pauca. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouens, corripiens vero in aduersis populum suum non derelinquit. *Prou.* 3. b. disciplinam Dñi fili mi ne abiicias, neque deficias cùm ab eo corriperis, quem enim diligit Dominus, corripit. Hoc etiam quod hic dicitur. [Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur] est contra duros, & austeros Prælatos, & correptores: Melius enim corripitur, & correptus corrigitur homo in spiritu lenitatis. *Galat.* 6. a. quā in spiritu ardoris. 3. *Reg.* 19. b. Spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio, non in commotione Dominus; & post commotionem ignis, non in igne Dominus; & post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi Dominus. Per spiritum in † montibus, comminatio & obiurgatio intelligitur, quæ mentes magnas subuertit. *Eccl.* 21 a. Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiam, id est, virtutes animæ. Item per commotionem terræ, mutatio statutorum, quia terra stat, & statutum à stando dicitur. *Isa.* 24. a. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Item per ignem qui congregat homogenea, s. res sui generis, id est, homines suæ nationis, vel sibi fauentes, acceptio personarum. Cùm autem corripiuntur sic homines, & non se corrigunt, duæ possunt subesse causæ, s. vel quia obstinati sunt, per desperationem, vel quia nimis securi, per præsumptionem. Contra quæ duo ponit, s. Dei misericordiam, & Dei iram. Vnde dicit. *h* Quis nouit potestatem iræ tuæ] id est, misericordiā, quæ est potestas iræ Dei, quia præest ei quasi maior. *Eccl.* 2. c Secundum magnitudinem eius, sic & misericordia illius cum ipso est. *Psal.* 144. Miserationes eius super omnia opera eius. *Iacob* 2. c. Superexaltat misericordia iudicium. Hæc autem misericordia tanta est, quòd quærit. [Quis nouit eam?] quasi dicat, nullus nouit eam quanta sit, maior est enim, quam expertus vnquam fuerit vllus homo. Vnde *Bern.* Maior est Christi pietas, quàm quæuis iniquitas. Hoc est ergo contra desperantes. Subiungit autem contra præsumentes. *i* Et præ timore, &c.] q. d. tanta erit ira Dei in malis, quòd præ timore non poterit numerari, nec æstimari, sicut magnus thesaurus. De quo *Rom.* 2. a. Tu autem secundùm duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, &c. Item sicut fluctus maris qui numerari non possunt. *Iob* 31. c. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Ibi *Gloss.* Qui extremi iudicij aduentum intentā mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non solum tunc videre, sed & nunc præuidere pertimescit. Item ira Dei in numerum cadit innumerabilem, quia innumeri sunt peccatores quos permittit. Indigni etiam sunt numero omnes mali. *Eccl.* 19. a. Putredo & vermes hæreditabunt eum. Et *infra*. Tolletur de numero anima eius. *Ezech.* 13. b. In medio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israël non scribentur. *Apoc.* 7. a. Audiui numerum signatorum, &c. *Ioh.* 12. d. post se omnem hominē trahet, & ante se innumerabiles. *k* Dexteram tuam, &c.] Tertia pars, vbi orat, & affirmat liberationem. Liberatur autem homo à prædictis miseriis præcipuè per tria quæ notantur hic. Primū est ostensio rectę viæ Paradisi, i. d manifestatio siue cognitio Christi, qui est via. *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas & vita. De hoc dicit. [Dexteram tuam] id est, Christum. *l* Sic notam fac. Sic] id est, A sicut ego

al. † naribus.

Tria partes.

Moral. Potest totum moraliter exponi. *k* Dexteram tuam, &c.]. Dextera Dei, est gloria æterna. *Prou.* 3. b. longitudo dierum in dextera illius. Si hæc nota fieret hominibus, non quærerent gloriam caducam, & inanem. Qualiter autem cognoscitur? *l* Sic] id est, per modum similitudinis diuinæ, qua similes ei erimus sicut dicit 1. *Ioan.* 3. a. in præsenti etiam ei assimilamur, si cum pro modulo nostro in virtutibus, & operibus imitari studemus, sicut dicit *Matt.* 5. g. Estote perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Sed multi mutant similitudi-

* nem, &

A sicut ego non audeo petere, i. vt sit homo. *Exod.* 33. de ostende mihi temetipsum Iam Deum viderat, sed aliter videre quærebat: Sic etiam in Sacramento videmus modò Christum, sed adhuc aliam quærimus visionem. Secundum est ostensio & cognitio eorum, quæ ad hanc viam adducunt:

al. † compeditos.
al. † quousq;
al. † &
al. † iocundati.
al. † delectati.

& † *a* eruditos corde in *b* sapientia. *c* Conuertere Domine † *d* vsquequo, & *e* deprecabilis esto super *f* seruos tuos. *g* Repleti sumus *h* manè *i* misericordia tua, † *k* exultauimus, & *l* delectati sumus in *m* omnibus diebus nostris. † *n* Lætati sumus pro *o* diebus *p* quibus nos hu-

Vndè addit. *a* Et eruditos corde] supple fac notos, id est, Apostolos, & Sanctos qui eruditi fuerunt in corde potiùs quá in aure. Vel sic legatur. [Dexteram tuam fac notam sic] Quomodo? Per prædicationem, scilicet, Apostolorum. Et hoc est. [Et eruditos corde] id est, vt notum facias Filium tuum, primò notos fac Apostolos, quos erudisti in corde, mittens eis Spiritum sanctum, de quo *Ioan.* 16. c. cùm venerit ille, docebit vos omnem veritatem. [Eruditos] dico, non in curiosis & inutilibus quæstionibus, sed, *b* In sapientiâ] Dei Patris, scilicet, in Christo, qui est Dei sapientia. De quo Apostolus, 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. In hac sapientia se ostendit eruditum. In eadem 2. a. dicens. Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Tertium est mitigatio pœnæ. Vnde dicit. *c* Conuertere Domine, tu qui videris auertisse faciem à nobis, ita vehementer tribulatis, mitiges pœnam, & sic conuersus videaris.

d Vsquequo] scilicet, auersus eris à nobis. Alia litera habet, [Conuertere Domine aliquantulum] q. d. mitiges tribulationem, vt portare possimus, non omninò auferas eam, quia vtile est nobis semper aliquantulum tribulari. Et allegat meritum dicens. *e* Et deprecabilis esto] id est, aptus deprecari, vt citò exaudias. *f* Super seruos tuos.] Ecce meritum Nunc ab his miseriis petiit liberari, consequenter ostendit se esse exauditum. Exaudit enim Deus cum bona tribuit, quæ petuntur. Sunt autem duo status,

De duplici statu.

scilicet, præsens, qui est viatorum, & futurus, qui est comprehensorum. Quantum ad hos duos ostendit se esse exauditum. Et primò quantùm ad digniorem, qui est comprehensorum. Et ostendit tria bona quæ ibi habebuntur. Primum est omnium bonorum abundantia. Vnde dicit *g* Repleti sumus] id est, replebimur: Præteritum ponit pro futuro prophetica certitudine, qua certus est se esse exauditum. *h* Manè] scilicet, resurrectionis. *i* Misericordia tua] id est, bonis quæ tu das ex misericordia: Vnde dicit *Bern.* O fœlix negociatio, pro paruis magna, prò perituris æterna rapere, & Deum ipsum mercedem habere? Secundum est lætitia, quam habebunt de videnda Christi humanitate, & hoc exteriùs: Vnde dicit *k* Exultauimus] id est, exultabimus. Tertium est lætitia, quam habebunt de videnda Christi diuinitate. Et hoc est, quod addit. *l* Et delectati sumus] id est, delectabimur in Deo. Vnde *in Psal.* 34. Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo. Ecce ista duo vltima, scilicet, exultatio, & delectatio. Et hoc *m* In omnibus, &c.] i. in æternitate, vbi erunt dies continui, & nostri. Hic enim non sunt nostri, sed sollicitudinum, & curarum. Postea ostendit se esse exauditum, quantùm ad statum præsentem, quia dedit Dominus, non solùm patientiam, sed & lætitiam in tribulationibus. Vnde dicit. *n* Lætati, &c.] quasi dicat, in gaudio suscepimus tribulationes, quæ nos humiliauerunt: Vnde dicit.

A Annis quibus

Moral.

* nem, & sumunt similitudinem peccatorum. *Psal* 81. facies peccatorum sumitis. *Rom.* 1. c. Dicentes se sapientes esse, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentium. Gloria Dei, est virilis anima, siue virtus animæ 1. *Cor.* 11. Vir est imago, & gloria Dei, i. spiritus viriliter operans. Hæc mutatur in similitudinem hominis corruptibilis; i. peccatoris, & volucrum. i. Dæmonum superborum; & quadrupedum i. luxuriosorum; & serpentium, id est, auarorum qui pectore hærent terræ, & manducant terram, vel inuidorum. Et si non possumus omninò esse similes Christo, qui penitus fuit innocens, & sine macula, simus tamen similes Sanctis, qui puri homines, & corruptibiles fuerunt sicut & nos. Hoc est, quod, petit. *a* Et eruditos corde] i. Sanctos qui eruditi fuerunt, non tantùm ore vt sapientiam loquerentur, sed & corde, vt per charitatem interiùs arderent. Istos inquam notos fac in nobis q. d. etsi non possumus in operibus nostris, & conuersatione nostra dexteram, id est, cœlestem conuersationem repræsentare, hoc saltem faciamus, vt vitam sanctorum, quam in terra duxerunt repræsentemus, sicut monet Apostolus *Phil.* 3. d. Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. *b* In sapientia.] Hoc potest iungi ad illud [Eruditos] in sapientia. Vel ad illud [Notos fac] s. in sapientia i. in sapientia vita, non tantum in scientia. Vnde *Ioannes Chrysost.* Sapientia est non eloquia Dei scire, sed secundum eloquia Dei viuere? Hæc fuit sapientia sanctorum. De qua *Eccl.* 44. c. Sapientiam sanctorum narrent populi. Hæc est sapientia desursum descendens, non terrena, animalis, diabolica. *Iacob* 3. d. Sed vt ibidem dicitur pudica, pacifica. Et sunt ibi septem quæ sunt necessaria bonæ vitæ, contra septem vitia capitalia. Quia verò omnes peccauimus, & sumentes facies peccatorum, Dei faciem à nobis auertimus, necesse habemus orare, dicentes quod sequitur. *c* Conuertere Domine] ad nos per gratiam, sicut conuersus es ad Petrum. *Luc.* 22. g. conuersus Dominus respexit Petrum. *d* Vsquequo] s. auersus eris? Huic quæstioni respondet *Psal.* 17. non conuertar donec deficiant. i. donec cessent à peccato. Vnde *Malac.* 2. b. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Dicitur Dominus reuerti quoniam prius recessit. *Osee* 9. c. Væ eis cum recessero ab eis Propter hoc ostendit iam se reuertentem, dicens *e* Et deprecabilis, &c.] non dicit, super inimicos, sed [super seruos] i. paratos seruire tibi, si velis eos recipere: Non est n. deprecabilis super eos qui in malitia perseuerant. *Luc.* 6. g. Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? *Thr.* 3. c. Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus te, idcirco inexorabilis es 2. *Mach.* 9. c. Orabat autem scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Nota ergo hîc quatuor petita. Primum est æternorum notitia, *ibi*: [Et eruditos, &c. [Tertium, reditus Domini per gratiam in populum suum, *ibi*: [Conuertere] Quartum, exauditio orationum, *ibi*: [Et deprecabilis, &c.] quia hæc in primitiua Ecclesia abundauerunt, ideo bene sequitur.

g Repleti sumus manè] i. tempore primitiuorum Sanctorum. *i* Misericordia tua.] *Iob* 29. a. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos secundum dies quibus custodiebat me, quando secretò Deus erat in tabernaculo meo, &c. Sic potest modò deplorare semetipsam Ecclesia, & primæ Religiones. Vel sic. *g* Repleti, &c.] Ante orauerat, conuertere, & deprecabilis esto hîc ostendit, quod Dominus deprecabilis est, & exaudit orationem seruorum suorum, quia postquam orauimus, inquit, repleti sumus manè, id est, citò [misericordia tua. *Psal.* 33. Aures eius in preces eorum. *Isa.* 65. d. Adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Vel, [Repleti sumus misericordia tua manè] id est, in ortu gratiæ. Quòd enim Dominus dat primam gratiam, pura misericordia est. *Apoc.* 2. g. dabo illi stellam matutinam, id est, primam gratiam Dabo inquit, quasi dicat, non merebitur eam. Vel. *h* Mane] pueritiæ repleti sumus, &c.] Hoc possunt dicere hi quos Dominus vocat ad Religionem in iuuentute sua. *Thren.* 3. d. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Fœlix est ergo cui Dominus dat lucem gratiæ in manè pueritiæ. Fœlicior vero si datur ei eiusdem gratiæ plenitudo, ad quam plenitudinem recipiendam se præparant, qui ab omnibus se euacuant, relinquentes non tantùm suas diuitias, sed etiam proprias voluntates. Propter hoc ergo dicit hic [Repleti.] Fælicissimus autem est qui multos habet socios eiusdem gratiæ participes. Vnde dicit pluraliter] Repleti sumus.] Ex hoc autem sequitur gaudium, & exultatio. Vnde sequitur. *k* Exultauimus] exteriùs. *l* Et delectati sumus] interiùs. *Eccl.* 2. b. In oblectatione veniet vobis misericordia. *Psal.* 132. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum, &c. Ecce inquit ad oculum. *Zach.* 9. c. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Satis inquit, ne quid minus, ne quid nimis, ô contemplatiuæ, & ô actiuæ animæ, ô religio, quæ speculando, & studendo contemplaris, & prædicando, & homines reconciliando in agro actionis exerceris. In omnibus autem his necessaria est perseuerantia. Vnde addit.

m In omnibus diebus nostris.] *Philippens.* 4. a. Gaudete in Domino semper. Duo autem sunt in Religione, maxime paupere, quæ videntur non esse gaudij, sed mœroris, scilicet, quòd homo subditus est alterius voluntati, & quod expositus est inediæ, & paupertati. Vnde consequenter ostendit vir Sanctus, quod non solum in his non tristatur, sed etiam non dico tantùm, in his, sed de his, & pro his lætatur. Dicit enim.

n Lætati sumus] tota congregatio.

o Pro diebus] non tantùm in diebus. *p* Quibus nos humi-

* liasti, subiiciens

A *a* Annis quibus vidimus mala,] id est, tribulationes. Postea quasi in duas species diuidit viatores, qui sunt in hoc statu præsenti, quia quidam sunt in charitate, quidam extra. Illis autem qui in charitate sunt, duo petit, protectionem à malo, & eleuationem intentionis in bono. Primum petit cum dicit.

c Respice in seruos tuos] vt eos protegas, scilicet homines quorum tu Dominus es, qui creasti eos: Vnde quasi exponens, & allegans, subiungit. *d* Et] pro, id est, in] opera tua,] Secundum petit cum dicit. *e* Et dirige] per rectam intentionem ad æterna.

d. † in. d. Dñe.

miliasti, *a* annis † quibus vidimus *b* mala: *c* Respice in seruos tuos, *d* & in opera tua †, & *e* dirige *f* filios eorum. Et sit *g* splendor Domini Dei nostri super nos, & *h* opera manuum nostrarum dirige *i* super nos, & *k* opus *l* manuum nostrarum dirige.

Laus Cantici David.

Vi *m* habitat in (XC.

f Filios eorum [id est, opera quæ faciunt. Vel, [Filios] id est, imitatores [eorum dirige] vt proficiant. Illis verò qui sunt extra charitatem, tria petit, scilicet gratiam, cùm dicit. *g* Et sit splendor, &c.] id est, gratia nostras mentes illuminans. *Prou.* 20. d. Lucerna Dñi spiraculum hominis, qui inuestigat omnia secreta ventris. Et dicit [Super nos] quia gratia quæ Deo facit gratos, in superiori parte rationis ponitur. Secundò petit eis bonam operationem, cùm dicit. *h* Et opera, &c.] vt s. crescant, & dirigantur ad æterna: Hoc est quod addit. *i* Super nos] s. ad cœlestia. Tertiò petit vinculum charitatis, cum dicit in singulari numero. *k* Et opus, &c.] q. d. ita dirigas, & multiplices opera nostra, vt omnia in radice charitatis vniantur, & fiat vnum. Vnde dicit *Aug.* in regula Canonicorum: Omnia opera vestra in vnum fiant, maiori studio, & frequentiori alacritate, quam si vobis singulis faceretis propria. Hæc expositio satis moralis est præter quàm in primo versu.

Mor. * liasti [subiiciens alterius voluntati. Et pro.

a Annis quibus vidimus per experientiam. *b* Mala] pœnæ, s. paupertatem, & laborem. Et verè in his duobus est lætandum. Primum enim secundum testimonium Sanctorum, præcludit nobis viam Inferni. Secundum verò nos quasi violenter ducit ad gaudia Paradisi. De primo enim dicit *B. Bern.* Tolle propriam voluntatem, & non erit Infernus. *Ps.* 118. Bonū mihi Dñe, quia humiliasti me. Non n. descendent in Infernū, nisi qui per superbiam, & propriā voluntatē diuinæ voluntati resistunt. De secundo dicit *Greg.* Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. In cuius rei expressionem dictum est à Domino *Luc.* 14. e. quod dixit paterfamilias seruo suo: Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et post: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Nos verò quantacunque faciamus pro Domino, semper debemus nos peccatores, & inutiles seruos reputare, & veniam petere, secundum quod dicit Dominus *Luc.* 17. c. cum omnia bene feceritis, dicatis, serui inutiles sumus. *Iob.* 9. b. Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Ideo bene subiungitur oratio. *c* Respice] Dñe [in seruos tuos] oculo misericordiæ, vt liberes eos à peccatis. *Exo.* 3. b. Videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & descendi, vt liberarem eum de manibus Ægyptiorum. Sic respexit Dominus Petrum *Luc.* 22. g. vt supra dictum est. Malos verò, & impœnitentes respicit Dominus oculo iustitiæ. *Exod.* 14. f. Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum interfecit exercitum eorum. Item bonos respicit Dominus, id est, retro aspicit, duobus modis, quibus petit hic respici, dicens:] Respice in seruos tuos [id est, retro aspice in eos primò, vtrum sequantur te à tergo. Multi enim volunt ire post eum, in quorum persona dicit *Isa.* 59. c. Auersi sumus ne iremus post tergam Domini. Item [Respice] id est, retro aspice eos verum sint gibbosi. *Leu.* 21. d. Si gibbus, si lippus, &c. Dominus semper habet oculos ad nos, sicut Pater ad filios, ne aliquid turpe sit in nobis. *Sap.* 4. c. Gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in electos illius. Et hoc debemus petere. Nec solùm hoc, sed etiam vt ipsa bona opera respiciat, vtrum sint sufficientia, & digna eo: Vnde sequitur *d* Et in opera tua] quæ s. serui tui operantur tibi, non Pharaoni, cui peccatores operantur. Opus autem Dei, est conuersio peccatorum. *Ps.* 73. Deus autem Rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ. 1. *Ioan.* 3. b. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli, i. peccata. Quicunque enim peccat, operatur diabolo, vel Mundo, vel carni, i. inimicis Dei arma. Et adhuc apparet qui sint filij Dei, scilicet, illi qui hæc opera diaboli dissoluunt, & destruunt, in se & in alijs. Sed hodie illud signum in multis non apparet, sed magis apparent in eis opera diaboli, vel Mundi, vel carnis, quam destructio eorum, præcipue in Clericis, quorum officium deberet esse illa destruere, nunc in multis eorum sunt manifesta opera carnis, sicut dicitur *Galat.* 5. d. e. Et dirige filios eorum] id est, eos quos tibi per Euangelium genuerunt. 1. *Corint.* 4. d. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. *h* Et sit splendor.] Hoc vt supra expositum est. Notandum autem, quòd in his duobus versibus sex petitiones, vel orationes continentur pro diuersis gradibus Ecclesiæ. Vnde quolibet die dicuntur post Primam ab Ecclesia, vel a Religiosis in Capitulo. Primò pro Prælatis, & Prædicatoribus, cùm dicitur. *c* Respice in seruos tuos] Ipsi enim specialiter sunt serui Domini positi in ministerio Christi. 1. *Corint.* 4. a. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Secundò, pro pace, & concordia, & charitate, & vnitate in Ecclesia conseruanda, cùm dicit.

Sex orationes pro diuersis gradibus Ecclesiæ.

d Et in opera tua.] Hæc enim sunt opera Dei, & Christi 2. *Cor.* 5. d. Deus erat in Christo, Mundum reconcilians sibi. *Ioan.* 11. g. Christus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Hæc opera Dei contraria sunt operibus diaboli, qui facit schismata, & discordias. *Matt.* 12. c. Qui non congregat mecum, dispergit. Tertiò orat pro subditis Clericis, cum dicit.

e Et dirige filios eorum.] Quartò, pro Regibus. Vnde Dauid Rex dicit.

g Et sit splendor Domini Dei nostri super nos.] Hi enim splendorem Mundi habent, sed rarò Dei. Vnde Salomon regnaturus petiit eam a Domino. 3. *Reg.* 3. b. *Psal.* 2. Et nunc Reges intelligite, &c. Quintò, pro laboratoribus Ecclesiæ, cum dicit.

h Opera manuum nostrarum dirige.] Hi enim sunt manus Ecclesiæ, vel pugnando, vel agricolando.

i Dirige] inquit [super nos] quasi dicat, nos dirigimus per te, qui es superior director, & auctor. *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere. Sextò, pro contemplatiuis viris, cum dicit. *k* Et opus] vnicum. *Luc.* 10. g. Porro vnum est necessarium. *l* Manuum nostrarum] spiritualium, quæ ædificant nobis in cœlo, dum recipientes à nobis eleemosynas, orant pro nobis. Tales sunt viduæ, & pauperes Christi, & Religiosi, qui de aliorum eleemosynis sustentati, contemplationi, & orationi intendunt, & opus eorum est misericordia, scilicet, orare.

EXPOSITIO PSALM. XC.

QVi habitat, &c.] Titulus.] *Laus cantici David.*] In præcedenti Psalmo egit Propheta de miseria temporis, ex qua quandoque surgit miseria tentationis, de qua agit in hoc Psalmo. In illo, breues dies hominis sunt: *Iob* 7. a. In isto, Tentatio est vita hominis super terram: Et de isto Psalmo sumpsit diabolus auctoritatem ad tentandum Dominum, dicens. *Matth.* 4. a. Scriptum est, quia angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, &c. Et quia laudabitur qui bene pugnauerit, ideo à laude intitulatur. [Laus,] non humana, sed [Cantici David.] id est Christi, qui priùs pugnauit, & vicit, & inde laudandus est, cuius tentatio, & victoria nobis in exemplum proponitur, & laus vincentibus promittitur. Et hæc est intentio, huius Psalmi, vt scilicet exemplo Christi tentationes discamus vincere. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, Propheta dicit in solo Deo sperantem Dei protectione valliari. Secundò, præmisso casu de se præsumentium, dicit caput Christum in cœlo leuatum à nullo posse contingi, & pedes suos in terra ab angelis custodiri, vnde est certitudò protectionis promissæ, *ibi*: [Cadent à latere.] Tertiò, inducitur ipse Dominus qui consolatur sperantem hic defensionem, in futuro præmia promittendo, *ibi*: Quoniam in me sperauit] Et sic tota expositio huius Psalmi moralis est. Possumus autem primò exponere allegoricè de Christo, vt de ipso dicatur.

Partitio Psalmi.

Alleg. *m* Qui habitat in adiutorio Altissimi,] id est, in beata

A Virgine,

Moral. *m* Qui habitat, &c.] Moraliter. Sicut tactum est super titulum, Christi tentatio nobis proponitur in exemplum, vt sicut ipse superauit omnem tentationem, ita & nos tentationes vincere studeamus. Hoc autem facere non possumus, si in nostris viribus confidamus, & non in Deo fiduciam nostrā totam ponamus, quia vt dixit *Iudith.* 6. d. Dñe

* non dere-

Pſalmus X C.

Alleg. *Pſalm.* 86. *Pſalm.* 18. A Virgine, quæ eſt ciuitas, & thalamus in qua Chriſtus habitauit. Vnde *ſupra* dictum eſt ei. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Et alibi dicitur de Chriſto. Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo tuo, id eſt, de virginali vtero, vt dicit *Gloſ.* vbi Deus humanæ naturæ, vt ſponſus ſponſæ copulatus eſt. Hęc adiutorium Altiſſimi, quia iuuat eum ad ſaluandum genus humanum. Vnde de ipſa verè dicitur *Gen.* 2. c. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Chriſtus ergo qui tempore Incarnationis [habitat in] hoc [adiutorio Altiſſimi] non derelinquetur à Domino, ſed.

a adiutorio Altiſſimi in protectione Dei cœli commorabitur. *b* Dicet Domino *c* ſuſceptor meus es tu, & *d* refugium meum *e* Deus *f* meus, *g* ſperabo in eum. Quoniam *h* ipſe † liberabit me de † laqueo

al. † eruet. *al.* † muſcipula.

Pſal. 70. *a* In protectione Dei cœli commorabitur] licet dicturi ſint Iudæi, Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. Sed *Ioan.* 14. b. dicit. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Ergo in protectione eius commorans.

b Dicet Domino] Patri. *c* Suſceptor meus es tu.] Hoc impletum eſt, quando clamans voce magna, dixit. Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum: *Luc.* 23. f.

d Et refugium meum Deus meus.] *Ioan.* 17. c. nunc autem ad te venio. *f* Sperabo in eum] ſecundum quod homo

Pſalm. 30. certam habens fiduciam. Vnde *ſuprà* dixit: In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. Quid ſperabit? *g* Quoniam ipſe liberabit] vel liberauit [me de laqueo venantium] id eſt, de inſidiis Iudæorum. *Luc.* cap. 14. a.

Moral. A Et ipſi non derelinquis præſumentes de te, & præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes, humilias. Vnde hic in principio dicit.

a Qui habitat in adiutorio Altiſſimi,] id eſt, qui continuè totam ſpem ponit in eius adiutorio. *a* In protectione Dei cœli commorabitur] id eſt, continuè protegetur ab ipſo, vt nec eleuetur proſperis, nec deiiciatur aduerſis. *Ierem.* 17. b. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus. Iſta duo verba [habitat] & [commorabitur] frequentiam, & moram notant, & peregrinationem, & leuem tranſitum excludunt: Qui enim ad horam credit, vel ſperat, & tempore tentationis recedit, non habitat in adiutorio Altiſſimi, ſed peregrinatur; nec in protectione Dei cœli commorabitur, ſed tranſit. Quomodo autem ſcietur ſi habitat quis in adiutorio Altiſſimi, ſubiungit ſignum. *b* Dicet Domino] non tam verbo, quam operis exhibitione.

c Suſceptor meus es tu] quaſi dicat, totum ſe proiiciat in Deum, qui eius curam ſuſcepit. 1. *Petr* 5. b. Omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. *d* Et] etiam, dicet, prædicto modo, refugium meum Deus meus,] id eſt, omne malum fugiet, & ad Deum refugiet. Et hoc facere, eſt habitare, & ſperare omnino in adiutorio Altiſſimi: Vnde, & ſubdit. *f* Sperabo in eum.] Notandum autem, quòd in his duobus verſibus ponit quatuor verba, in quibus notantur quatuor beneficia, quæ Dominus facit nobis. Primum eſt adiutorium, vt inimicos noſtros impugnare, & expugnare poſſimus, quod notatur cum dicit [Qui habitat in adiutorio.] Secundum eſt protectio ab hoſtibus, ſi impugnati repugnare voluerint, cum dicit [In protectione, &c.] Tertium eſt cura, & recreatio, ſi hoſtes repugnantes nos vulnerauerint, vel vexauerint, cum dicit [Suſceptor meus] vt Medicus. Quartum eſt receptatio, ſi conflictum ferre non valentes fugerimus, *ibi*: [Et refugium.]

Quomodo Dominus adiuuat in bello. Notandum etiam, quòd multis modis adiuuat Dominus in bello.

Videlicet.

- Virtutem hoſtium minuendo. *Iudith.* 9. c. Erige brachium tuum ſicut ab initio, & allide virtutem eorum, &c.
- Impetum hoſtium flagellis impediendo. *Iudith.* 9. b. Tenuit pedes illorum abyſſus, & aquæ operuerunt illos, ſcilicet, immenſitas tribulationum.
- Virtutem ad impugnandum dando. *Iſa.* 40. g. His qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat.
- Audaciam impetendi tribuendo. *Iud.* 13. a. Stetit Iudith ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio dicens. Conforta me Deus Iſraël. Per contrarium *Oſea* 7. c. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor, quia ſ. non repugnant contra tentationem. *Prou.* 6. d. Propter cordis inopiam perdit animam ſuam.
- Longanimitatem in pugna tribuendo. *Pſal* 17. Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea. *Iſa.* 40. g. Current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.
- Arma tribuendo. *Epheſ.* vlt. c. Accipite armaturam Dei, id eſt, exemplum 2. *Mach.* vlt. c. Accipe gladium ſanctum munus à Deo, in quo deiicias hoſtes populi mei Iſrael. Hoc dixit Ieremias ad Iudam.
- Coadiutores præbendo. *Pſ.* 33. Immittet Angelus Dñi in circuitu timentium eum, &c. *Pſ.* 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, id eſt, ad Angelos ſanctos. *Matt.* 4. b. Acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.
- Agilitatem dando, & in altum ponendo. *Pſ.* 17. Qui poſuit pedes meos tanquam ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.

Videlicet.

- Item faciendo deſpicere Mundum, & ſeipſum. 1. *Cor.* 9. d. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.
- In latitudinem ponendo, ſ. in charitatem. *Pſ* 17. Et eduxit me in latitudinem, ſaluum me fecit, quoniam voluit me. Nam qui eſt in lato, melius poteſt pugnare, quia poteſt declinare dextrorſum, ſiniſtrorſum, ante, & retro: Non ſic qui eſt in anguſto. *Thren.* 1. a. Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.
- Item pro eis pugnando, & in eis: *Exod.* 14. d. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.
- Cadentes erigendo. *Pſ.* 145. Dominus erigit eliſos. *Prou.* 24. b. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit. Vulgariter dicitur, quod non eſt adeo bonus miles qui non cadat aliquando in bello. *Pſal.* 36. Iuſtus cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.
- Item deducendo in bello. *Pſ.* 72. Tenuiſti manum dexteram meam, ſicut ſcutifer tenet habenas Domini ſui, & cum gloria ſuſcepiſti me.

In hoc ergo adiutorio debemus habitare, ſicut in caſtro forti, & ſic in protectione Dei cœli commorantes erimus ſecuri. Sed ſicut dicit *B. Bernard.* non habitat in adiutorio Altiſſimi, qui non poſuit Deum adiutorium ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: Hic moratur in protectione viliſſimi Dei, ſcilicet, mammonæ. *Pſalm.* 51. *Eccl.* 7. b. Sicut protegit ſapientia, ſic protegit & pecunia. *Prou.* 10. c. Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: Nec vult à Deo cœli protegi contra inimos, ſcilicet, contra peccata, contra diuitias, proſperitatem, ſanitatem, ſed tantùm contra amicos, id eſt paupertatem, infirmitatem, & huiuſmodi. Rogant enim Dominum, vt defendat eos ab infirmitate, à paupertate, ab aduerſitate, & huiuſmodi, qui ſunt amici hominis, quia proſunt ei. Vndè *Prou.* 1. c. Vſquequo paruuli diligitis infantium, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? Et quia Dominus à talibus non protegit, non dicunt Domino.

c Suſceptor meus es tu] quia in cura eius nolunt ſe ponere, nec ad eum refugiunt, ſed quantum poſſunt fugiunt, nec ſperant in eum, ſed deſperant de Deo. Sed iuſtus volens recreari a labore, & pœnitens volens ſanari à dolore, dicet Domino ſuſceptor meus es tu. Ipſe enim dicit *Matt.* 11. d. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Iſa.* 42. a. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea.

d Et refugium meum] fugientes à facie peccati. *Eccl.* 21. a. Quaſi à facie colubri fuge peccata.

e Deus meus] *Pſal.* 45. Deus noſter refugium, & virtus. Securum videbat eſſe hoc refugium qui dicebat. *Iob* 17. a. Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. *e* Meus.] *Bernard.* Cur non dicit, Deus noſter, quia in creatione, in redemptione, cæteriſque communibus beneficiis eſt Deus omnium, ſed in tentationibus habent eum ſinguli proprium.

f Sperabo in eum.] *Bern.* Non dicit ſpero, quaſi dicat hoc eſt propoſitum meum, non deſperabo, non deſiſtam à ſpe, ſed ſperabo.

g Quoniam ipſe liberabit] vel iam liberauit [me de laqueo venantium.] *Bern.* Ergo ne beſtiæ ſimus, quibus venandis laquei præparantur; venatores ſunt Dæmones, qui cornu non ſonant, ne audiantur, ſed ſagittant in occultis immaculatum. Et poſt dicit idem *Bern.* Laquei diaboli, diuitiæ ſunt ſæculi. 1. *Tim.* c. 6. b. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. *Pſalm.* 63.

Vos ergo

Δ ipsi obseruabant eum. Vndè vbi nos habemus consequenter.

Alleg. *b* Et à verbo aspero] habet littera *Ieronymi*: [De monte insidiarum. Vel [verbo aspero,] i. à conuitiis Iudæorum.

c Scapulis suis,&c.] Hic conuertit Propheta sermonem ad Christum, loquens ei de protectione Patris secundùm morem hominum, qui filios suos paruulos [sub scapulis,] i. sub ascellis accipiunt, quando aliquid timent pueri. Dicit ergo [Scapulis suis,] id est, protectione sua.

a venantium, & *b* à verbo aspero. † *c* Scapulis suis *d* obumbrabit tibi, & *e* sub † pennis eius *f* sperabis. *g* Scuto *h* circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.

al. † inter scapulas suas. *al.* † alis.

d Obumbrabit tibi] contra æstum persecutionis Iudæorum. *e* Et sub,&c.] i. sub hac obumbratione.

f Sperabis,] i. fiducialiter ages. *Psa.*16. sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. *g* Scuto patientiæ.

h Circumdabit te veritas eius] qui promisit, & mentiri non potest. *i* Non timebis à timore nocturno.]

Δ à quo

Moral. * Vos ergo qui reliquistis omnia, gratias agite, dicentes [Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium.] Et post dicit etiam *Bernard*. Corpus laqueus est, vnde etiam oculus legitur animam deprædari: *Thren.*3.f. Minimè ergo decet hominem esse securum, qui portat laqueum suum secum. Ita exponit *B. Bernard*. Nos autem possumus dicere, quod laqueus est subtilis tentatio quà capiuntur aues, i. spirituales homines. *Amos* 3. b. Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe, *Isa.*24. c. qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo, i. qui euaserit luxuriam, non propter hoc euadet superbiam. Notandum autem quòd venator iste, scil. diabolus non tantùm laqueo vtitur in venando, sed & multis aliis quæ solent habere venatores, quæ notantur his versibus:

Diabolus cōparatur venatori propter eius proprietates.

Ars, cornu, virus, equus, arcus, pallida vestis.
Decipula, laqueus, retia, tela, canes.

Ars, quia ingeniosus, & dolosus est, *Dan.*8. g. dirigetur dolus in manu eius. Et 2.*Cor.*2.c. Non ignoramus astutias eius. Cornu quo vocat socios ad præbendam: Et tales sunt susurrones,& lenones,& consiliatrices stupri, quæ corniculant in auribus hominum,& fœminarum: tales pendent circa collum diaboli, per quod exit vox. *Osea* 5. c. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen, *Amos* 3. b. si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? Virus quo sagittas intoxicat, est suggestio. *Deut.* 32. e. Venenum Aspidum insanabile. *Psal.*13. venenum Aspidum sub labiis eorum. Equus super quem insidet, sunt carnales homines. *Isa.*31. b. Equi eorum caro, i. carnales. Et loquitur ibi de Ægyptiis, per quos dæmones intelliguntur. *Exod.*15. a. Equum & ascensorem proiecit in mare, i. in amaritudinem Inferni. *Apoc.*6.b. Ecce equus pallidus & qui sedebat super eum, nomen illi mors est, &c. Arcus eius, sunt Legistæ, & Aduocati. *Osea* 7. d. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. *Psal.*36. Arcus eorum confringatur. Pallida vestis. Venatores habent in hyeme vestem pallidam, in æstate viridem, vt scil. semper sit similis arboribus nemorum, & non possint cognosci à bestiis: Sic diabolus secundùm status hominum diuersos transfigurat se & diuersa suggerit. In hyeme aduersitatis habet pallidam vestem, quia suggerit iniquitatem, & inuidiam. Quod vestis dicatur iniquitas, habetur *Zach.* 3. b. Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abstulit à te iniquitates tuas. Hæc etiam est pallens, vel liuens, per inuidiam, quæ facit pallere. *Apoc.*6. b. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors. In æstate autem prosperitatis, induit se veste viridi, quia arridet prosperitati, & suggerit eam esse amplectendam, quæ viret modò, vt herba: Sed sicut herba citò transiet, & in præcedenti Psalmo dictum est: Manè sicut herba transeat. Decipulæ eius, sunt sophismata mercatorum. *Iob* 18. b. Decipulæ eius super semitam. Quia etiam in semita Religionis posuit dolum mercationis. *Ier.* 5. g. Sicut Decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Laquei superbiæ vt prædictum est: Laqueum parauerunt pedibus meis, i. operibus meis. Retia eius sunt fatuæ mulieres,& diuitiæ. *Abac.*1.d. Immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, quia in ipsis incrassata est pars eius. *Eccl.*7.d. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus eius. Tela eius sunt diuersa, scil. iacula, sagittæ,& venabula, Iacula siue spicula, sunt ad bubalos,& ceruos, & tigrides, & leones: Sagittæ, ad damulas,& aues. Venabula ad porcos. Per hanc diuersitatem telorum, significatur diuersitas tentationum, secundùm diuersos mores hominum. *Ephes.*6. c. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Canes eius, sunt detractores 3. *Reg.*21. f. Si mortuus fuit Achab in ciuitate, comedunt eum canes, id est, si Prælatus peccat in publico, roditur à detractoribus. Dicit ergo.

a Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium] in præsenti.

b Et à verbo aspero] in futuro. Qui enim hic incidit,& moritur in laqueis venantium, in futuro audiet verbum asperum multiplex. *Bernard*. O homo, ò bestia, laqueum non timebas, time nunc malleum. Quod est verbum hoc? Illud gehennæ. Affer, affer, percute, dilacera citò, spolia detrahe. Sic dicunt venatores, scilicet, dæmones, quomodo exultant venatores capta præda. Infer inquiunt, primis impone lebetibus. Item asperum erit illud verbum: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. *Isa.*26. b. Item asperum erit illud Domini verbum, quod Angelica tuba sonabit. Surgite mortui, venite ad Iudicium. Asperius erit illud. Esuriui, &c. Asperrimum vero illud. Ite maledicti, &c. *Marc.*23.*e.*

c Scapulis suis obumbrabit tibi.] *Bern.* Respondet Spiritus, scil. quasi dicat, non solùm quæ dixisti faciet tibi, sed & hæc quæ sequuntur [Scapulis suis obumbrabit, &c.] Gemina est hic promissio, scil. vitæ quæ nunc est,& futuræ. Si enim Regnum promitteret,& viaticum deesset, homines conquererentur; nunc autem centuplum in hoc sæculo,& post hoc sæculum vitam promisit æternam. Sub his scapulis quatuor nobis beneficia conferuntur. Sub his enim abscondimur. Sub his ab incursu miluorum,& accipitrum protegimur, qui sunt aereæ potestas. Sub his vmbraculum salubre refrigerat nos, & repellit nimium Solis feruorem. Sub his quoque fouemur alimurque. Necesse est enim abscondere interim si quid habemus boni, quoniam thesaurum Regni Cœlorum qui inuenit homo, abscondit. *Matth.*13.f. Propter quod in claustro, & siluis abscondimur. Nec hoc infructuosè, credo enim nullum hic esse si quartam partem eorum quæ facit in sæculo actitaret, qui non adoraretur, vt Sanctus, non reputaretur, vt Angelus; nunc autem quotidie tanquam negligens increpatur. Necessaria igitur est absconsio, non solùm ante oculos aliorum, sed multo magis ante teipsum. Sic enim ait Dominus. Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicatis, serui inutiles sumus, &c. *Luc.*17.c. Sic dicebat *B. Bern.* monachis suis.

Sub scapulis Domini quatuor beneficia conferuntur.

e Et sub pennis eius sperabis] Idem possumus accipere per pennas, quod per scapulas. [Sub pennis,] id est, sub brachiis extensis in Cruce. *Malach.vlt.* a. Sanitas in pennis eius. Sic enim moriendo sanauit nos à peccato, & à morte redemit æterna. Vndè sub his pennis sperare debemus, secundùm quod dicit Apostolus *Rom.*8. f. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sub his pennis securus sperabis, vt de perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum.

g Scuto circumdabit te veritas eius.] *Bernard*. Quia circundati sumus vndique tentationibus, scuto circumdet nos veritas eius, vt quemadmodum vndique bella, vndique & præsidia. Veritas enim circumdat, quia verax qui promittit, & sic exhibet vt promittit. Non incongruè scuto comparatur gratia diuinæ protectionis, quod in superiori parte amplum, & latum est, vt caput humerosque custodiat; in inferiori vero strictius, vt minùs oneret, maximè cum graciliores sint tibiæ vt non tam facilè vulnerentur, sed nec adeò periculosum sit illis in partibus vulnerari. Sic omninò militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est, carnem, magnam, vt ita dixerim, strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat. Nec vultum eos illatum multitudine prægrauari, sed vt victum, & vestitum habentes, his contenti simus; in superioribus vero ampliorem latitudinem, & abundantiam gratiæ spiritualis. Sic enim habes *Matth.*6. d. Primùm quærite regnum Dei, &c.] Item dicit idem *Bernard*. [Scuto, &c.] Necessaria sanè est insuperabilis protectio veritatis, non modò interim in carne degenti, sed postmodum exeunti,& nunc quidem ob periculosos conflictus, tunc verò ob monstruosos incursus spirituum malignorum: Fœlix quem sic circundat clypeus veritatis, vt introitum quoque eius, & exitum custodiat. Exitum ab hac vita, introitum in futurum, quo, scilicet, nec moliatur à tergo, nec à facie mali quippiam inimicus intentet. Et quia sic [scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore no-

1.Tim.6.b.

Alleg. A a quo timuit Petrus, & negauit, hoc enim fuit de nocte. Iesus verò non timens, sicut, *Ioan.*18. a. dicitur venientibus ministris cum laternis, & armis, sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis? Et cum respondissent, Iesum Nazarenum, dixit: Ego sum. Nec timebis.

al. † per diē. *al.* † à ruina.

a A sagitta volāte † in die, b à negotio perambulāte in tenebris, c ab incursu, & dæmonio meridiano. d Cadent à latere tuo e mil-

a A sagitta volante in die.] Sagitta à longè percutit, in qua intelligitur excogitatio, & malitia Iudæorum, qui remotas causas exquirebant, vt eum sagittarent. *Psal.* 63. Subitò sagittabunt eum, & non timebunt. Vndè? Quia firmauerunt sibi sermonem nequam. Et hæc sagitta dicitur volans in die, ad litteram, secundum quod dicitur *Matth.*27. a. Manè facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Nec etiam timebis.

b A negotio, &c.] Hoc negotium duplex possumus assignare, scil. quo conduxerunt falsos testes contra eum. *Matth.*26. f Principes Sacerdotum, & omne consilium quærebant falsum testimonium contra Iesum. Ecce negotiatio, sicut mercatores quærunt merces quas emere volunt, Et non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Et hoc negotium perambulabat in tenebris malitiæ excæcantis corda ipsorum. Item negotium istud possumus appellare factum illud quo empta fuit amicitia inter Pilatum, & Herodem, secundùm quod dicitur *Luc.*23.a. Quod vt cognouit Pilatus, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem: Ille vero illusum Iesum remisit ad Pilatum, & facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici fuerunt adinuicem, & istud negotium perambulabat ita de Pilato ad Herodem, & de Herode iterum ad Pilatum, & hoc in tenebris ignorantiæ. Nec iterum timebis.

*Marc.*15.c. c Ab incursu, &c.] Incursus iste, Fuit occursus Iudæorum, qui malè à dæmonio vexati clamabant furiosè: Crucifige eum. Et dicitur dæmonium meridianum, quia dicebant se facere hoc ex feruore, & zelo legis diuinæ.

Moral. * cturno: A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.] Hic ponuntur quatuor genera tentationum, quæ sunt secundum *Gloss.*

Tentatio
- Leuis
  - Occulta quæ notatur cùm dicit: [A timore nocturno.]
  - Manifesta, quæ notatur cùm dicit: [A sagitta volante in die.
- Grauis
  - Occulta, cùm dicit [A negotio perambulante in tenebris.]
  - Manifesta, cùm dicit: [Ab incursu, & dæmonio meridiano.

Quatuor genera tentationum. B. *Bernard.* sic exponit. Sunt quatuor genera tentationis, quibus vndique circundati, necesse habemus scuto Domini circundari. Ante & retro, à dextris, & à sinistris. Credo autem, quod eo ordine quo hic numerantur, insurgunt contra eos, qui conuertuntur, & velut principes sunt omnium tentationum. [A timore nocturno. Per noctem aduersitas. Primum certamen est de molestiis corporis. Caro enim hactenùs indomita, memor recenter perditæ libertatis, concupiscit aduersus spiritum. *Gal.* 5. c. Et ita dicit idem *Bern.* Non dicit à nocte, sed [à timore nocturno] quia non ipsa afflictio tentatio est, sed timor afflictionis nocturnus, & planè, est tenebrosus, quia abscondit ab oculis, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sed facilè hunc radius veritatis exufflat per quatuor. Ingerit enim oculis cordis nunc peccata quæ fecimus, nunc æterna supplicia, nunc cœlestia præmia, nunc ea quæ pro nobis pertulit Christus. Ergo ad lucem tam multiplicis veritatis, nox recessit. Sed time sagittam, quæ in die leuiter volat, sed non leue vulnus infligit.

*Rom.*8.*d.*

a A sagitta volante in die.] *B. Bern.* Hæc sagitta, vana est gloria, quam oportet cauere feruentiores, nec deserant scutum veritatis. Quid enim tam contrarium vanitati? & post dicit, Primam à sinistris pulsat diabolus pusillanimitate, deindè à dextris, humanis laudibus. Si infimam inuenit vtrimque turrim, viribus, inquit, deiicere nequeo, sed fortè decipere possum alicuius proditoris ingenio.

Mala ambitionis. b A negotio perambulante in tenebris.] Hoc est ambitio, subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum erugo, tinea sanctitatis, cicatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Contempsit, ait, vanam gloriam, quoniam vana est, fortè solidius aliquid affectaret, fortè honores, fortè diuitias. Quid hunc vermem fouet aliud quam mentis alienatio, obliuio veritatis? Aut quid si veritas prodendum hunc inuestigat proditorem, & negotium arguit tenebrarum, non restat callido inimico contra eos quos videt omnimodis diligere iustitiam, & odisse iniquitatē, nisi vt iniquitatē pallier virtutum imagine, quos enim perfectos boni non erit amatores, malum eis sub specie boni non mediocris, sed perfecti, suadere conarur, vt facilè qui currit incurrat. Hoc ergo est Dæmonium non diurnum, sed meridianum. At verè in re manifesta nostro non arbitror opus esse eloquio, quod, scil. sola sit veritas quæ palliatam detegit falsitatem. Quatuor has tentationes in generali statu Ecclesiæ haud difficilè diligens considerator inueniet. Nonne enim timor nocturnus nouellam adhuc exercebat Ecclesiam, quandò omnis qui occideret seruos Dei, arbitraretur obsequium se præstare Deo. *Ioan.*16.a. Deinde persecutione cessante, & die reddita, turbauit eam grauius, & afflixit sagitta volans, quoniam exierunt aliqui de Ecclesia inflati spiritu carnis suæ inanis & volatilis gloriæ cupidi, & volentes sibi facere nomen, linguas suas magnificando, diuersa & peruersa dogmata prædicauerunt? At nunc quidem pax à paganis, pax ab hæreticis, sed non est pax à filiis falsis. Omnes Christiani & omnes ferè quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ipsa quoque Ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem quæstum, & tenebrarum negotia transiere, nec in his animarum salus, sed luxus quæritur diuitiarum. Superest vt iam reueletur homo peccati, filius perditionis, Antichristus, dæmonium non modò diurnum, sed & meridianum, quod non solùm transfigurat se in Angelum lucis, sed extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Nimirum insidiatur acrius calcaneo matris Ecclesiæ, à qua caput suum dolet esse contritum. Sed ab hoc quoque incursu Ecclesiam electorum veritas liberabit, propter eos breuians dies, & dæmonium meridianum destruens, illustratione aduentus sui. *Phil.*2.c

Alleg. Secunda pars. d Cadent à latere tuo mille.] Secunda pars, in qua præmisso casu de se præsumentium, dicit caput Christum in cœlo leuatum à nullo posse contingi, & pedes suos in terra ab Angelis custodiri. Et possumus sic continuare ad præmissa secundum allegoriam prædictam, quia præmissa exposita sunt de persecutione infidelium Iudæorum: Sed ne etiam Christiani non persequentes de ipso sine meritis aliquibus præsumant, hic ostendit, quod etiam de illis qui omnia dimiserunt, quia nimis præsumunt, multi peribunt, & de aliis etiam multo plures. Hoc est, quod dicit.

d Cadent à latere tuo mille] Latus vocat eos qui ad latus eius sessuri sunt in Iudicio, secundùm quod dicit *Matt.*19.d. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Et hi dicuntur latus eius, sicut Cardinales dicuntur latus Domini Papæ. Vndè dicit se mittere aliquem de latere suo. Duodecim ergo sedes in quibus sedebunt, perfectio est tribunalis. In quibus mille, id est, perfecti iudicabunt, qui omnia reliquerunt, & secuti sunt Christum qui de Deo, non de se præsumentes, radicem charitatis altè fixerunt, ne Sole tribulationis arescant. Sunt autem multi qui cum Christo se iudicaturos promittunt, eo quòd omnia relinquunt, & Christum sequuntur, sed quia de se præsumunt, feruente persecutionis calore, tanquam dæmonio meridiano, quia non altè fixerant radicem, arescunt, & in tormentis Christum negantes, cadent à latere iudicis, id est, non iudicabunt cum Christo, qui cum eo putabant se iudicaturos. Et hoc est [cadent à latere tuo] O Christe. e Mille,] id est, multi, qui relinquentes omnia, putabant se tecum iudicaturos. Sed non iudicabunt, quia de se præsumunt, Similiter.

A Et decem

Moral. Moraliter. d Cadent à latere tuo mille, &c.] Per latus sinistrum significatur aduersitas, per dextrum, prosperitas. Et licet [mille,] i. multi, cadant & frangantur aduersitate.

* Et tamen

De Prælatis & eorum consiliariis. d Cadent à latere, &c.] Possumus autem exponere de Prælato malo, & consiliariis eius, qui sunt eius latera. Sed sunt dextrum latus, qui tractant consilia de spiritualibus. Sinistrum vero, qui tractant de temporalibus. Dicit ergo Spiritus sanctus ad Prælatum [Cadent à latere tuo mille,] id est, multi eorum qui tibi dant consilia circa temporalia, damnabuntur, & corruent in Infernum.

⊕ Et decem

Alleg. A a Et decem millia à dextris tuis,] id est, multo plures, qui etsi non promittunt sibi iudicantium sedes, tamen per eleemosynas, & alia opera promittunt se collocandos in dextris, cadent a dextris tuis. b Ad te autem,] id est, ad caput, & corpus, quod de se non præsumit.

c Non appropinquabit,] ruina hæc, & Dæmonium meridianũ: Nam etsi carni appropinquat tormentum, ad locum tamen fidei non attingit, vt ipsam lædat. Et licèt non appropinquet, non erit impunè malis, quòd tuos tribulant. Hoc est, quod sequitur. d Veruntamen oculis tuis considerabis,] id est, oculis tuæ discretionis diligenter videbis, non quid fecerunt, sed quid intenderunt.

al. † Deus. **le, & † a decem millia à dextris tuis, b ad te autem non c appropinquabit. d Veruntamen oculis tuis considerabis, e & f retributionem peccatorũ videbis. g Quoniam tu es Domine spes mea, h altissimum posuisti refugium tuum. Non † i accedet ad te malum, k & flagellum non l appropinquabit tabernaculo tuo,**

e Et retributionem peccatorum videbis,] scil. vt retribuas eis, non bonum, quod per nescientes agitur, sed malum, quod facere voluerunt.

De securitate bonorum. g Quoniam tu es, &c.] Ostenso casu malorum, ostendit quod securi erunt boni. Et multas assignat causas securitatis. Prima, est spes quam ipsi habent in Deo: Vndè in persona membrorum dicit ad caput. [Quoniam,] q.d. ideò non accedet ad nos. [quoniam tu es Domine spes mea. Secunda causa, est ascensio Domini. Vndè addit.

h Altissimum posuisti refugium tuum,] id est, resurgendo: Ascendendo mihi ostendisti, vt ad alta refugiam. Et ex quo caput ascendit, spem habeant quod membra debeant ascendere. Et qui sic sperat, liberatur à tentationibus diaboli: Vndè de membris addit. i Non accedet ad te,] id est, ad corpus tuum mysticum, [malum,] culpæ. Hoc quantùm ad animam, quæ si immunis fuerit à culpa, corpus postea immune erit à pœna. Vndè dicit.

k Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.] Tabernaculum vocat corpus. Vel de capite dicit: Ex quo ascendisti iam. i Non accedet ad te malum,] pœnæ.

k Et flagellum,] quo soles in terra flagellari.

l Non appropinquabit tabernaculo tuo,] i. carni tuæ, in qua verbum habitans militauit. Hoc est, quod dicitur *Roman.6.* b. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, &c. Tertia causa securitatis, est custodia Angelorum Vndè dicit:

A Quoniam Angelis suis

Moral. * a Et,] tamen [decem millia,] id est, multo plures cadunt, & se fuerunt in prosperitate. Vndè 2. *Reg.*11. a. Dauid qui in domo sua dormiuit in meridie, surgens de strato suo vidit mulierem, & cecidit in adulterium, & in homicidium. Qui autem in aduersitate sua talia non fecerat, nec tunc fecisset si cum exercitu in bellum iuisset. *Prou.*1. d. Prosperitas stultorum perdet eos.

b Ad te autem, Christe [non appropinquabit,] ipse casus, quia nec in prosperis est elatus, quando voluerunt eum rapere, & facere Regem, *Ioan.*6. b nec fractus est in aduersitate, hoc planum est. Item per latus sinistrum, carnales & imbecilles intelligi possunt, qui tamen Deo adhærent. Per dextrum, spirituales, qui fortes sunt. Hoc vtrumque latus impellunt Dæmones. Sed multo plures impellunt dextrum, quam sinistrum, & impellentium plures vincuntur, & cadent à latere dextro, quam a sinistro: Spirituales enim homines plus permittit Dominus tentari, quàm imbecilles, & ipsi fortiores, sunt, & fortius resistunt. Et hoc modo exponit *Bernard.* dicens: Per dextrum, spirituales per sinistrum latus, carnales intelligi. Dæmones & plures, & instantius impetunt latus dextrum, quia *Abacuc.*1. d. Esca eius electa. Et *Iob* 40. c. Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Et Dominus qui non permittit tentari supra id quod potestas. 1. *Cor.*10. c. spiritualibus viris parat numerosiores de hoste triumphos. Item alia latera assignat idem *Bernard.* dicens: Per mille intelliguntur homines, qui inuident nobis temporalia quasi sinistra. Per decem millia, diaboli, qui inuident nobis æterna quasi dextra. Quidam tanto studio sinistrum latus defendunt, quod sterquilinio suo, & paleis incumbunt, thesaurum suum negligunt. Christus dextrum latus sibi fodi voluit, vt in dextera tibi pararet locum refugij: In sinistro latere positum est cor hominis: quia eius affectus in terram procliuis est. Quod plangit *Psal.*118. dicens: Adhæsit pauimento anima mea. Et post dicit *B. Bern.* Terreni milites scutum portant à læua, quia sæculo militant, & non Christo, id est, temporalia tuentur. Exponit etiam *Bern.* hunc versum de animalibus sanctis egredientibus, quibus à dextris, & à sinistris insidiantur maligni spiritus. Vndè dicit Sanctis exeuntibus, diabolus non audet a facie occurrere, vt vim faciat, nec a tergo insilere, vt decipiat, non attingit vt feriat, etsi accedat vt feriat.

© a Et decem millia a dextris tuis,] id est, valdè plures damnabuntur eorum qui de spiritualibus tractant; Hoc enim magis arduum est, & ibi periculosior est error. *Isa.*19. b. Sapientes consiliarij Pharaonis, consilium dederunt insipiens. Item à sinistris dicuntur mille, à dextris decem millia, quia paucos inueniunt quibus velint committere temporalia, multis autem committunt spiritualia. Dant enim aliquibus curas mille animarum, quibus non committerent dispensationem centum librarum. Ex quo tam hi propter temporalia dispensata, quàm illi propter spiritualia malè tractata, consilio eorum cadent in mortem æternam, quomodo non magis ipse Prælatus cadet cum illis? Hoc est quod addit.

De Prælatis, & eorum consiliariis.

al. † accedent ad te mala.

b Ad te autem non appropinquabit?] Et legatur interrogatiuè, quasi, immo appropinquabit. Vndè addit.

d Veruntamen oculis tuis considerabis,] scilicet tu experieris.

e Et,] non solùm tuam sed & aliorum. *Moral.*

f Retributionem peccatorum videbis,] quoniam tu migrabis in capite transmigrantium. *Amos* 6. c. *Sapient.*5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Vel ad Deum loquitur, & dicit.

d Veruntamen oculis tuis considerabis,] quia nihil te latet: Omnia enim nuda sunt, & aperta oculis tuis. *Hebr.*4. d. *Iob* 10. c. Ipse videt hominis voluntatem. *Iob* 13. d. Vestigia pedum meorum considerasti. *Prou.*16. a. Omnes viæ hominis patent oculis eius.

e Et retributionem peccatorum videbis. *Psal.*36. Cùm perierint peccatores videbis. *Isa.*27. b. In mensura contra mensuram cùm abiecta fuerit iudicabit eam *Isa.*1. f. Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et si in illa retributione malos ita malè perdet, multo fortius (cùm pronior sit ad miserendum, quam ad vindicandum) bona bonis reddet, & superaddet. Vndè in hoc sperat iustus, & dicit.

g Quoniam tu es Domine spes mea. *Bern.* Sperent in aliis alij, hic in scientia literarum, hic in nobilitate, hic in dignitate, hic in astutia sæculi, hic in qualibet alia vanitate; mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam: Si sæuiat Mundus, si fremat malignus, si caro concupiscit aduersus spiritum, si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego in te sperabo. Et vere sperandum, quia

h Altissimum posuisti refugium tuum.] Hoc secundùm quod dicitur vulgariter altum, exponi potest, dicitur enim festum altum, id est, magnum, sic [altissimum,] id est, maximum refugium Domini, quia omnes capit qui ad illud refugiunt Vndè *Bernard.* Ad omnem tribulationem, ad omnem necessitatem aperta est nobis vrbs refugij, sinus matris expansus, parata foramina petræ, viscera Dei nostri. Vel, [altissimum,] sicut communiter accipitur, quia qui ad illud refugit, non potest timere Dæmones qui inferiùs deiecti sunt, nec homines malos, terræ adhærentes. Vndè dicit *Iob* 17. a. Pone me iuxta te, & cuiusuis, manus pugnet contra me; quasi dicat, si posueris me in tuo refugio, nullus hostis ad me poterit attingere. Vndè de ipso Iob dicit *Gregor.* In altum mentem fixerat, & ideo hostis ad eum irrumpere non valebat. Hoc est, quod sequitur, & loquitur Spiritus sanctus quasi respondens viro iusto.

i Non accedet ad te malum,] eo quòd tam altum refugium elegisti. [Malum,] id est, peccatum Quod tunc primò ad hominem accedit, quando homo victus in illud consentit.

k Et flagellum, id est, pœna, quæ sequitur peccatum.

l Non appropinquabit tabernaculo tuo,] id est, corpori tuo in quo militas. *Iob* 5 d. Scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Sed multi non habent illud sicut tabernaculum, quia militare nolunt, sed vinci se permittunt, & peccato consentiunt, & corpus faciunt stabulum, vel aram porcorum. Alia litera habet: [Et lepra non appropinquabit tibi,] id est, simonia Ecclesiæ, sicut 4. *Regum.* 5. g. dicitur Giezi: Lepra Naaman adhærebit tibi, *Deuteronom.*24. b. Obserua diligenter, ne incurras plagam lepræ. Et vere non accedet ad te malum, & flagellum:

A *a* Quoniam Angelis suis mandauit de te, sc. Deus Pater. *b* Vt custodiant te in omnibus viis tuis.] Hoc de Domino Christo dictum est secundùm humanam infirmitatem, secundùm quod *Matth.* 4. b. dicitur quod Angeli accesserunt, & ministrabant ei. Et *Luc.* 22. e. quod astitit ei Angelus confortans eum. Hoc ante Ascensionem, in qua factum est, quod sequitur. *c* In manibus portabunt te.] Nam quando ascendit in cœlum, portatus est ministerio

> Quoniam *a* Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in *b* omnibus viis tuis. In *c* manibus † portabunt te, *d* ne † fortè offendas ad lapidem *e* pedem tuum. *f* Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis,

al. † tollant. *al.* † vnquã.

Angelorum, non quia eorum auxilio in aliquo indigeret, sed vt creatura Creatori seruiret. Quod ideò tangimus, ne quis putet Angelos Domino meliores. Nam, & iumentum non est melius homine quem portat. Ideò autem assumptus. *d* Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum,] i. ne tui, qui portant te, offendant ad legis duritiam. Hoc est, quod dixit *Ioan.* 16. b. Expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos. Est ergo sensus. Ideo ascendit, vt Spiritum sanctum mitteret fidelibus, gratiâ cuius, & amore mollesceret lapis, id est, lex, quæ dura erat, & importabilis, ad quam offendebant Patres nostri, secundum illud *Act.* 15. c. Hoc est onus, &c. Pedes igitur Christi, hic vocantur fideles. Ideo enim ascendit, ne isti pedes, qui eum portaturi erant, & verbum eius per terram, offendantur ad lapidem, i. ad duritiam legis, id est, vt misso Spiritu saluarentur credentes à reatu legis, quia expulso timore legis, per Spiritum sanctum repleuit eos amore, qui vinci non potest. Habe enim charitatem, & fac quicquid vis. Quarta causa est destructio spiritualium hostium. Vnde dicit. *f* Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis, &c.] diabolus est Aspis, dum tentat de peccato in Spiritum sanctum, quia venenum Aspidum insanabile. *Deut.* 32. e. Et peccatum in Spiritum sanctum est irremediabile. *Mat.* 12. c. Basiliscus est dum tentat de superbia. Basiliscus enim vt dicit *Gloss.* est Rex serpentum, & nocet flatu. Et diabolus est Rex super omnes filios superbiæ. *Ioan.* 41. d. & vento vanæ gloriæ pulsat. Leo est, dum apertè, & violenter sæuit, Leo enim Rex est animalium, & viribus nocet. Draco est, dum occultè, & dolosè blanditur, & allicit. Vel sic. Per Aspidem qui veneno nocet, intelligitur venenum hæreticæ prauitatis. Per Basiliscum, qui visu interficit, manifesta persecutio. Per Leonem, qui fortitudine nocet, persecutionum crudelitas. Per Draconem, qui flatu nocet, persecutio falsorum fratrum. Has pestes superambulat, & conculcat Christus in membris suis, in pedibus suis, sc. in Sanctis, qui sunt super terram, sicut Petrus Neronem Leonem conculcauit, & Vincentius Dacianum.

Moral.

* *a* Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te.] *Hebr.* 1. d. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis. *Matt.* 18. b. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. Etiam malos custodiũt Angeli. Vndè ibi *Gloss.* Magna est dignitas, &c. *Ier.* 51. a. Curauimus Babylonem, & non est curata. *Bern.* Parum est, quod facit Angelos suos spiritus, facit eos & pædagogos nostros. *b* In omnibus viis tuis,] Est via hominum, Dæmonum, Angelorum, Dei. Via hominum, est necessitas, vel cupiditas. De qua *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Via Dæmonum, est præsumptio, obstinatio, ad quã itur quatuor gradibus. Primus, est dissimulatio propriæ infirmitatis, cum se existimat homo aliquid esse, cum nihil sit. Secundus est ignorantia sui. *Gen.* 18. d. Cùm sim puluis, & cinis. Tertius, est excusatio peccatorum. Quartus, contemptus. *Prou.* 18. a. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Viæ sanctorum Angelorum sunt, quia ascendunt per contemplationem, descendunt, per compassionem, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Viæ Dei, misericordia, & veritas. Item dici potest, [Vt custodiant te, &c. i. vt obseruent quid facias. Vndè *Bern.* In quouis angulo sunt Angeli, ne audeas illo præsente, quod me præsente non audes. *c* In manibus.] *Bern.* sic continuat.] In viis tuis custodiant te,] cæterùm non patientur te tentari supra id quod potes, sed, [in manibus portabunt te.] Quàm facilè transit, qui illis portatur manibus, quàm facilè natat cui alter sustinet mentum. Et quotiens grauissima tentatio, & tribulatio imminet, inuoca custodem tuum. Sed quid sunt manus in angulo? Opera officij. *Ezech.* 10. b. Extendit

Multiplex via. Via Dæmonum itur per quatuor gradus.

Cherub manum suam de medio Cherubin. *Bernard.* sic dicit. Manus, duæ demonstrationes, scilicet tribulationis breuitas, & retributionis æternitas. Hoc est, quod dicit Apostolus 2. *Cor.* 4. d. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Et ideo portabunt.

d Ne forte offendas ad lapidem,] id est, ad aliquem obicem.

e Pedem tuum,] id est affectum. *Prouerb.* 4. b. Currens non habebis offendiculum. Vel secundum *Chrysostomum* de lapide Christo exponitur. De quo *Matth.* 21. d. Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. In hunc lapidem offendit, qui murmurat aduersùs Deum, cogitans se, non Deum, in quem furibundè impingit. Et necesse habes Angelicis manibus deportari. Quia.

f Super Aspidem, & Basiliscum ambulabis.] *Bernard.* Quid inter hæc faceret pes humanus, id est, affectus? Et *infrà.* Dæmon alius Aspis, alius Basiliscus, alius Leo, alius Draco, eo quòd variè noceant, alius morsu, alius visu alius rugitu, vel ictu, alius flatu. Ipsum ostendebant Apostoli esse Aspidem, quando dicebant *Matth.* 17. c. Quare nos non potuimus eiicere illum? *Bernard.* Ecce Aspis erat, quæ Apostolicas incantationes non audiuit. *Iob* 20. c. Caput Aspidis sugget, & occidet eum lingua Viperæ. Caput Aspidis, est initium suggestionis, quod occidit lingua confessionis, quæ vi parit, id est, cum violentia, & dolore fit. Item per Aspidem significatur adulator, vel dolosus, vel vsurarius, propter causas, quæ notantur hoc versu:

Adulator, vel dolosus, vel vsurarius comparatur aspidi.

> *Callida, surda, breuis, narcotica, picta, venenans.*

Callida. *Prou.* 11. b. Simulator ore decipit amicum. Surda *Psal.* 57. Sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Ibi notabilis est *Gloss.* Breuis, corpore, non malitia. *Chrysostom.* Pupilli serpentum statura breuiores sunt, venenum autem habent æquale. Item caput est breue ferè omnis mali vermis. *Eccles.* 25. c. Non est caput nequius super caput Colubri Narcotica, id est, somnifera, quia quem momorderit, vadit in somnum. Vndè, & Cleopatra mamillis suis Aspides duas apposuit, &c. Picta, quia variæ sunt species vsurarum, & leprarum Simoniæ *Leuitic.* 13. a. Homo in cuius cute, & carne ortus fuerit diuersus color, adducetur ad Sacerdotem, &c. Venenans. *Deut.* 32. c. Fel draconum vinum eorum, & venenum Aspidum insanabile. Per Basiliscum significatur Antichristus, vel hypocrita, propter multas proprietates, quæ notantur his versibus:

Proprietates Basilisci conuenientes Antichristo vel hypocritæ.

> *De gallo natus, mitratus, semipedalis,*
> *Arduus à medio, fugat angues sibilus eius.*
> *Exurit, fata ligna, viros, volat, inquinat auras,*
> *Sternit aues, tangit fera nullã, quod ille necauit,*
> *Mustela cedit, volucres quoquè mortuus arcet.*

De gallo natus. Antichristus nascetur ex fornicatione, vt dicit *Damascenus* Galli sunt fornicatores, quia pluribus miscentur, vtinam essent capones mitratus, erit etiam Rex coronatus, & fortè Pontifex mitratus ad literã. *Dan. septimo* f. Decem cornua, decem Reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse erit potentior prioribus, & tres Reges humiliabit, &c. Semipedalis. *Daniel* 7. c. Cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, &c. De hoc medio, regum, scilic. sequitur Arduus a medio. Hoc est forsitan, quod dicitur. 2. *Thes.* 2. b. Donec de medio fiat. Item hypocrita erit, & à medio, i. à pectore arduus, quia altus erit in sapientia sæculi, sed postrema eius hærentia terræ. *Dan.* 11. f. Et erit in concupiscentiis fœminarum, id est concupiscet vel concupiscetur fugat angues sibilus eius, id est, etiam mali homines horrebunt famam criminum eius. *Ezech.* 16. f. Vicisti sorores tuas peccatis tui sceleratius agens ab eis. Et *sup.* Non fecit Sodoma, sicut fecisti tu. Et *in eodem* c. Filiarum Palæstinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata, Exurit *Isa.* 5. f. Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit. Sata. *Eccl.* 43. c. Extinguet viride sicut ignem. Ligna. *Psal.* 82. Sicut ignis, qui comburit siluam, id est, gentes. Viros. *Amos* 6. c. Tollet eum propinquus suus, & comburet eum. Volat. *Isa.* 30. b. Vipera & Regulus volans, id est, citò percurrit potestas eius, quia prosperabitur, *Dan.* 8. d. Prosperabitur, & faciet, &c. Inquinat auras, i. doctrinas. *Ier.* 51. c. Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis vniuersam terram. Sternit aues, solo visu. *Isa.* 14. g. Semen eius absorbens volucres, i. Clericos. *Daniel.* 11 f. Et de eruditis ruent. *Apocalyp.* 12. a Cauda trahit tertiam partem stellarum. Tangit fera [illegible], quod ille necauit, quia venenum est ex tactu. *Aggæi* 2. c. Si tetigerit immundus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur?

* taminabitur? Et responderunt Sacerdotes: contaminabitur. Mustellæ cedit, id est, insidus & rapacitati. Isa. 33. a. Væ qui prædatis: nonne & ipse prædaberis? Quia tandem a Diabolo capietur. Leu. 11. e. Hæc quoque inter immunda reputabuntur, mustella & mus. *Volucres quoque mortuus arcet.* Iob 41. c. Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli. Item per Aspidē qui dormire acit & dormiendo mori, intelligitur delectatio mundi. Iob 20. b. Panis illius in vtero eius vertetur in fel Aspidum. Per Basiliscum qui visu interficit, significatur inuidia. Ecclesi. 14. a. Nequam est oculus liuidi. Matth. 20. b. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

al. † Inuocauit. al. † eximã. al. † adimplebo.

& *a* conculcabis Leonem & Draconem. Quoniam in *b* me sperauit *c* liberabo eum: *d* protegam eum, quoniam *e* cognouit Nomen meum. † *f* Clamauit ad me, & ego *g* exaudiam eum, *h* cum ipso sum in tribulatione: † *i* eripiam eum *k* & glorificabo eum. *l* Longitudine dierum † replebo eum: *m* & ostendam illi *n* salutare meum,

Psalmus Cantici in die.

a Et conculcabis Leonem & Draconem.] Per Leonem, intelligitur Prælatus crudelis. Eccl. 4. d. Noli esse quasi Leo in domo tua, euertens domesticos tuos. Isa. 30. b. Leæna & Leo ex eis. Per Draconem luxuria: Vnde Bern. Draco, immanis bestia: flatu igneo quicquid attigerit necat: non solum bestias terræ, sed & volucres cœli & latet in aerna: Hæc est luxuria, quæ maximè regnat in homine sterili & otioso.

Aug. *b* Quoniam in me sperauit.] Tertia pars, vbi sunt verba Dei consolantis Ecclesiam, corpus, scilicet Christi & membra eius: promittens eis in præsenti liberationem, & in futuro glorificationem. Vndè de Christo pro se, vel pro suis membris dicit: [Quoniam in me sperauit:] sicut supra dixit. Deus meus speraбо in eum.

c Liberabo eum:] Christum, de manu Iudæorum: membra, Martyres, de manu Tyrannorum. *d* Protegam eum:] scuto patientiæ, vt non noceant ei, nec eis, crudelium persecutorum sæuitiæ. *e* Quoniam cognouit Nomen meum.] Christus enim cognouit Nomen Patris, quod est Omnipotens. Exod 14. a. Omnipotens nomen eius. Et Martyres idem nomen cognouerunt: & Nomen Christi pro quo passi sunt. Ioan. 17. b. Patri manifestaui Nomen tuum hominibus quos dedisti mihi.

f Clamauit ad me,] Christus in Passione: Martyres similiter in agone & tormentis: *g* Et ego exaudiam eum:] confortando in Passione & dolore. Hoc est quod addit: *h* Cum ipso sum in tribulatione,] dans patientiam & consolationem. & Dionysius intrans in clibanum ignis, dixit: Et eris hic mecum bone Iesu. *i* Eripiam eum,] id est, extra mundum rapiam, in morte. *k* Et glorificabo eum,] Christum: in Resurrectione & Ascensione: alios Sanctos, primò dando stolam animæ: & tandem dando stolam corporis. Nec ad tempus durabit hoc: sed in æternum: Vndè addit: *l* Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi,] Christo homini: *m* Salutare meum,] id est, salutem æternam. Vel [illi,] id est, membris illius [ostendam salutare meum,] id est, Christum in Maiestate.

Moral. [Moraliter,] hoc dicit Dominus de quolibet viro iusto, maximè de tentato:

b Quoniam in me sperauit liberabo eum,] à tentatione. Bern. Dulcissima liberalitas Christi, in se sperantibus non deesse. Eccl. 2. b. Scitote quoniam nullus sperauit in Domino & confusus est, id est, nullus sperans in eo confusus est Frequenter autem magis expedit homini vt tentetur, quam vt non tentetur: quod videns Dominus non statim liberat eum, sed interim protegit eum: Vndè addit: *d* Protegam eum.] Psal. Protector est omnium sperantium in se. Isa. 31. c. Protegit Dominus Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. Ierusalem, & anima sperans in Domino, quæ pacem supernam videt & desiderat: Hanc protegit Dominus, protegens contra tentationem: & liberans à culpa; transiens in pœna: & saluans in gloria. — Psal. 17.

e Quoniam cognouit nomen meum.] Consuetudo enim est potentium, quod notos & affines suos protegunt. Dicitur autem hic cognitio, non tam scientia quam vita & operatio. Quantumcunque enim sciens si opera scientiæ non attestatur, dicitur potiùs ignorare Deum quam cognoscere. Vndè Tit. 1. d. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi. Bern. Non nouit nomen Domini qui illud assumit in vanum: vel qui dicit, Domine Domine & non facit quæ dicit: vel qui non honorat vt patrem: non timet vt Dominum. Nos autem si nouimus Nomen sanctum quod inuocatum est super nos: desideremus vt semper sanctificetur in nobis. *f* Clamauit ad me.] Hoc rectè sequitur: quia vt dicit B. Bern. fructus notitiæ nominis, est clamor orationis, porro fructus clamoris, exauditio saluatoris: Vndè addit: *g* Et ego exaudiam eum.] Psal. Aures eius in preces eorum. Isa. 30. e. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. Isa. 65. d. Antequam clamem, ego exaudiam. In hoc datur spes magna pœnitentibus: quia vt dicit, [clamauit; & ego exaudiam,] quasi dicat, non oportet nisi vt clamet. Vndè super hoc verbum dicit Bern. Hoc pietatis fœdus est: non dicit iustus & innocens est: ideò exaudiam: Si enim hæc aut similia diceret, quis non diffideret? Et infr. Dulcis lex quæ meritum exauditionis, in clamore constituit postulationis. Et infr. Meritò non exauditur, qui clamare dissimulat, aut omnino non postulat, aut tepide postulat, & remisse: siquidem in Dei auribus desiderium vehemens, clamor magnus. Quid autem clamans petit, aperit per ea quæ subiungit. Petit enim consolationem, liberationem, glorificationem. Consolationem in bello, liberationem in victoria, glorificationem in corona. Hæc petenda sunt, & qui hoc petit, accipit. Vndè addit. — Ps. 33.

h Cum ipso sum in tribulatione,] quasi aliquis quæreret, in quo Domine exaudies eum? In hoc inquit, [quia cum ipso sum in tribulatione,] in præsenti vita, vt eum confortem. Psal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Isa. 43. a. Cum ambulaueris in igne, non combureris, quia ego Dominus saluator tuus. Et infr. a. Noli timere quia ego tecum sum. Vndè autem scire possumus quòd nobiscum sit in tribulatione? Ex eo quod in ipsa tribulatione subsistimus. Quis enim subsistet sine ipso?

i Eripiam eum,] in morte, de carcere corporis, de periculo tentationis. De primo dicebat Apostolus Rom. 7. d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? De secundo, Psal. 123. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. *k* Et glorificabo eum,] dando ei præmium pro labore certaminis, coronam pro victoria. Hæc tria tangit Apostolus 2. Tim. 4. b. Bonum certamen certaui, Ecce tribulatio. Cursum consummaui, Ecce ereptio. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Ecce glorificatio. In ista autem gloria erit æternitas vitæ, & aperta Dei visio. Vndè subiungit.

l Longitudine dierum replebo eum,] Ecce æternitas vitæ. Prou. 3. b Longitudo dierum in dextera eius. Prou. 28. c. Qui odit auaritiam, longi fient dies eius.

m Et ostendam illi salutare meum,] i. Christum per quem saluaui genus humanum. Per eum enim saluus factus est homo à pœna, & in ipso saluus erit in gloria. Vndè Glos. dicit. Hæc visio est tota merces. Isa. 52. c. Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Bern. super hunc versum sic dicit, [Longitudine, &c.] Congruus finis Psalmi, vbi psallenti finis promittitur tam beatus, bonus finis qui finem non habet, & sanè cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Et infr. Hæc vita quam viuimus, magis mors est, nec simpliciter vita, sed vita mortalis. Quid enim agimus ex quo primò incipimus viuere, nisi morti appropinquare & incipere mori? Ibi viuere viuitur, vbi viuida vita est, & vitalis. Gratias Deo, vbi dies boni, ibi interminabilis longitudo dierum. De quibus alibi. Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui: Eorum verò dierum paucitas finietur breui quorum sufficit cuique malitia sua. — Ps. 76. Iob 10. d. Matth. 6. d.

m Et ostendam illi salutare meum.] Bern. Non iam in fide eruditum, non exercebo in spe, sed in re adimplebo: Ostendam illi Iesum meum, vt in æternum iam videat in quem credidit, quem semper optauit, quem nobis ostendat ipse qui promittit Pater verax & bonus, Amen.

EXPOSITIO PSAL. XCI.

Bonum est confiteri Domino, &c.] Titulus. [*Psalmus cantici in die sabbati.*] In præcedenti Psalmo egit de victoria tentationum. Sed quia victoriam tentationum sequitur quies mentis, ideò in hoc Psalmo, & in hoc titulo agitur de quiete mentis, quæ est sabbatum, figuratum in illo sabbato, in quo Dominus requieuit ab omni opere quod patrarat, in quo etiam Iudæi cessabant ab omni opere seruili, per quod repræsentatur sabbatum æternitatis, in quo ab omni pœna & miseria æternaliter requiescemus. Est ergo sensus. [Psalmus] iste, per quem notatur spiritualis operatio, est [Cantici in die sabbati,] quasi dicat spiritualis operatio, quæ est cantare, Deumque laudare, debet fieri in die sabbati, id est, in die festo & in quiete mentis, pro æterna requie obtinenda. Intentio huius Psalmi est, monere vt hic libentes

Partitio Psalmi. libenter laboremus pro æternis, agentes sabbatum mentis. Modus. Tripartitus est psalmus. Primò ostendit quomodo bonus imperturbatus agit sabbatum mentis, sciens omnia à Deo bene agi, quod stultus non nouit. Secundò, malos asserit perituros, vt cæteri timeant, *ibi.* [Cum exorti.] Tertiò, dicit iustos florere, vt gaudeant hac promissione deuoti, *ibi.* [Iustus vt palma.]

Alleg. Potest auté legi, primo allegoricè de Christo & fide ipsius.

Luc.2.d.

sabbati. XCI.

BOnum *a* est cõfiteri *b* Domino & *c* psallere *d* Nomini tuo *e* Altissime. Ad *f* annunciandum *g* mane *h* misericordiam tuam: & *i* veritatem tuam *k* per

a Bonum est confiteri Domino,] Christo. Verè bonum, quia sine hoc non est salus. *Rom.*10. b. Ore fit confessio ad salutem. *Matth.*10.d. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Et quia fides sine operibus mortua est, addit.

c Et psallere Nomini tuo,] id est, ad honorem Nominis tui operari, O *e* Altissime,] Christe. Et horum vtrumque bonum est. *f* Ad annunciandum manè,] huius vitæ, misericordiam tuam. *i* Et veritatem tuam per noctem, mortis, id est, vt verbo & opere ostendamus. Quoniam dum sumus in hac vita, speramus misericordiam eius consequi, & ne videatur præsũptio, timemus in morte, & post mortem iustitiam, quia nunc est tempus miserendi, sed tunc ipse accipiet tempus. Et cum acceperit tempus, ipse iustitias iudicabit. Modum autem psallendi determinat dicens,

Ps.74.

A In decachordo

Aliter secundum Gloss. *a* Bonum est, &c.] Vel secundùm quod exponunt Glossæ aliter exponamus. Agens ergo de sabbato mentis, primo ponit illud quod facit quietem in mente. Fit enim maximè per laudem Dei. Vndè à laude incipit, dicens.

a Bonum est] confessione laudis, quod est laudare Deum, scilicet, quia est fons omnium bonorum. Vndè dicit.

b Domino,] in cuius manu sunt omnia bona. *Psalm.* Laudate Dominum quoniam bonus est Dominus. Et sumitur bonum multis modis.

Psal.134.

Est Bonum
- Honestum. *Tob.*12. b. Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est.
- Vtile. *Psal.*148. Confessio eius super cœlum & terram.
- Delectabile. *Psal.*146. Iocunda decoraque laudatio.
- Conueniens naturæ. *Isa.*43.c. Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit.
- Consonum voluntati. *Isa.*26. b. Memoriale tuum in desiderio animæ. *Iudic.*5.a. Ego sum ego sum, quæ Domino canam, psallam Domino Deo Israel.

Ps.66. Sic ergo multipliciter bonum est confiteri Domino. Vndè alibi dicit *Psal.* Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Et quid debent confiteri?

Ps.106.

Debent confiteri.
- Homines, Deum. 2. *Mach.*9.b. Iustum est subditum esse Deo & mortalem non paria Deo sentire.
- Creati, Creatorem *Dan.*3. c. Benedicite omnia opera Domini Domino.
- Redempti, redemptorem. *Ps.* Dicant qui redempti sunt à Domino.
- Grati, benefactorem. *Col.*3.c. Grati estote.
- Seruati, seruatorem. *Deut.*32. b. Custodiuit eum quasi pupillam oculi sui.
- Promoti, promotorem *Isa.*1. a. Filios enutriui & exaltaui, &c.
- Eruditi, eruditorem. *Ier.*6.b. Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima à te. *Deut.*32. b. Circunduxit eum & docuit.
- Castigati, Castigatorem. *Ier.*31.c. Castigasti me Domine & eruditus sum.
- Glorificati, glorificatorem. *Ps.*90 Glorificabo eum.
- Damnati, relaxatorem. *Psal.*76. Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas?

Et non tantum ore confitendum est Deo, sed & opere. Vndè addit. *c* Et,] bonum est, [psallere nomini tuo,] ô, [Altissime,] i. operari ad honorem Nominis tui. Psallere, dicitur à psallin quod est tangere, & per tactum significatur operatio, Bonum est ergo psallere. Vndè alibi, Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus.

Ps.146.

Quia Psalm.
- Fugat Dæmones.
- Vocat Angelos.
- Excitat deuotionem.
- Placat Deum.
- Impetrat veniam.
- Hilarat animam.
- Illuminat conscientiã.

d Nomini tuo] Cur non dicit psallere tibi, sicut, [confiteri,] quia non sufficimus Deum psallendo laudare, quia incomprehensibilis nobis est. Possumus tamen vnum aliquod de nominibus eius per quod nobis eius opera intimantur, vtcumque sustentare. Verbi gratia, quòd Iesus saluator est, quod pius, quòd iustus, quòd protector, &c. ipsa enim nomina laudes eius sunt. Postea ostendit ad quid laudandus est Deus, scilicet, vt ad talem statum veniat laudans: vt æqualiter laudet & in prosperis & in aduersis: Vndè dicit:

f Ad annunciandum,] quasi dicat, bonum est confiteri: & hoc vsque [ad annunciandum,] id est, vsque dum ad hoc veniat vt annunciet, *g* Manè,] id est, in prosperitate: *h* Misericordiam tuam,] id est, iustitiam: *k* Per noctem,] id est, in tempore aduersitatis. Tunc autem est homo in bono statu, quando æqualiter laudat in prosperitate & in aduersitate. Vel sic: *f* Ad annunciandum,] quasi dicat. Bonum est psallere & confiteri, non propter vanam gloriam: sed ad tuam veram gloriam annunciandum: quæ apud nos duobus signis cognoscitur, scilicet, misericordia veritate, id est, beneficiis & vindictis. Bene autem dicit, Manè: quia quidam ante vesperam nolunt annunciare: neque confiteri Dei laudes, aut sua peccata. Vespera est ætas vltima, vel finis vitæ: Mane vero est pueritia, vel initium conuersionis. Bubo & noctua cantant in sero: sed indelectabiliter: hæc est lætitia Dæmonum. Item veritas, i. iustitia Dei annunciatur etiam in nocte Inferni: Vnde de Ioanne Baptista cantatur iste Psalmus secundum Gregor. qui quæsiuit, *Mat.*11.a. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Ioannes manè, i. in vtero materno annunciauit Christũ, & per noctem Inferni etiã mortuus euãgelizauit.

⊙ 1. *Petr.*3.d.

a Bonum est, &c.] Potest & aliter exponi moraliter de confessione peccatorum sic. [Bonum est confiteri Domino,] peccata, quæ tunc confitetur homo Deo quando confitetur Sacerdoti, qui Vicarius Dei est. Et hoc bonum est multis de causis. Prima est: quia in foro pœnitentiali confessus habetur pro absoluto, quod bene significatum est & expressum. 2. *Reg.*12. d. Peccaui dicit Dauid. Et statim Propheta respondit, Dominus transtulit peccatum tuum. Et 1. *Ioan.*1.d. Si confiteamur peccata nostra: fidelis, & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata nostra. E contrario autem est in foro sæculari. Vndè *Non est confessi, causa tuenda rei.* Secunda causa est, quia detegendo Sacerdoti peccata tegimus chirographum diaboli, vt nihil possit in eo legere. Quod petebat *David* dicens Secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. *Psal.*40. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tertia causa est, quia si non reuelentur hic peccata in confessione, omnibus patebunt in Iudicio. 2. *Reg.*12.c. Tu fecisti hæc abscondite, ego vero palam faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis huius. *Naum.vlt.*b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam. Quarta causa est, quia Sacerdos tanquam medicus vulnera sanat, quæ sanari non possunt nisi ostendãtur *Eccl.*38.b. Qui delinquit in conspectu eius qui fecit illum, incidet in manus Medici. *Greg.* Sancti quia mentis suæ vulnus sine putredine non considerant, libenter se sub manu Medici ad sectionem parant, vt aperta cute virus exeat, quod clausum miserabiliter latebat. Quinta causa est, quia anima per confessionem viuit, & reuiuiscunt opera mortua per peccatum. *Prou.*10. b. Vena vitæ os iusti, os autem impiorum operit iniquitatem. *Ioël.*2.f. Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, rubigo, & eruca. Sed quia confessio non sufficit, si satisfactio negligatur, addit. *c* Et psallere scil. bona opera satisfactoria. Hæc duo coniunxit Dñs *Mat.*8.a. quando leproso qui volebat mundari a lepra per quem pœnitens intelligitur, dixit. Vade ostende te Sacerdoti, sc. per confessionem, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis, scil. per opera satisfactionis. Sed quia hæc opera non debet homo facere pro fauore hominum, sed tantum pro salute sua & honore Dei, bene addit. *d* Nomini tuo Altissime.] Nomen istud est Iesus, quod interpretatur Saluator. Nec in illis operibus debet confidere, nec sibi arroganter ascribere quod ad pœnitentiam est conuersus, sed totum Dei misericordiæ debet attribuere. Vndè sequitur. *f* Ad annunciandum manè.] conuersionis nouæ. *h* Misericordiam tuam,] quia in illo manè nihil est meriti ex parte hominis, sed pura Dei misericordia. *Th.*3.c. Misericordiæ Domini est quia non sumus consumpti. *Ps.*5. Manè astabo tibi. *i* Et veritatem tuam per noctem.] Per noctem intelligi potest mors, in qua debet homo annunciare veritatem, quia tunc debet merita sua & Dei promissa conferre. Audi Paulum vtrumque facientem. 1. *Cor.*15.b. Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei, gratia autẽ Dei sum id quod sum. Ecce manè annũciabat misericordiã Dei. Sed [per noctẽ,] i. in fine suo veritatem conferebat, dicens. 2. *Tim.*4.b. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, Ecce nox. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,

Moral. De confessione peccatorum confiteri peccata bonum est multis modis.

Psal.51.

quam

A a In decachordo,] quasi dicat, bonum est psallere Domino. Et quomodo? In decachordo psalterio,] i. in spiritu obseruantia decem præceptorum viuificato. Item bonû est psallere.

b Cum cantico in cithara,] i. verbo & opere, i. in gaudio & carnis mortificatione.

Psalm. 73. al. † & al. † iocunditati.

Et vere bonum est sic psallere. d Quia delectasti me Domine in factura tua,] i. in salute quam operatus es in medio terræ. Vndè & apertius sequitur.

noctem. In a decachordo psalterio: cum b cantico † in c cithara. d Quia † delectasti me Dñe in factura tua, & in e operibus manuũ tuarum exultabo. Quam f magnificata sunt opera tua Dñe! nimis g profundæ factæ sunt cogi-

e Et in operibus manuum tuarum,] in Cruce expansarum & affixarum, exultabo. *Gal. vlt.* d. Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. *Abac. vlt.* d. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Et verè exultandum, quia magna pro nobis fecisti. Vndè sequitur.

f Quàm magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ,] quasi ab an-

A tiquo cogitasti

Aliter secundum Gloss.

@ 1. *Petr.* 3. d. His qui in carcere conclusi erant, spiritualiter veniens prædicauit, i. Christus per se, vel per præcursorem. Postea ostendit quibus instrumentis sit laudandus. Vndè dicit.

a In decachordo psalterio,] i. in impletione Decalogi. Decalogus enim habet decem chordas æreas, scilicet, durabiles & sonoras, scilicet, decem præcepta, quæ Deus sonuit, & durare præcepit, & ideo in lapide scripsit. Illæ decem chordæ in arcu Domini interficiunt decem feras vitiorum, vt dicit *Gloss. super epistolam ad Corinth.* 1. Hoc etiam debet fieri.

b Cum cantico,] i. cum mentis hilaritate.

c In cithara,] i. in bono opere, vel carnis mortificatione. Cithara enim ab inferiori reddit sonum. Postquam ergo dixerat quis laudandus, & ad quid, & quomodo, & quibus instrumentis, subiungit propter quæ, scilicet, propter tria, propter quæ maximè laudandus est Deus.

Deus laudandus est propter tria.

Primum est lætitia mentis, quæ habetur ex consideratione creaturarum Dei. Vndè subiungit.

d Quia delectasti me Domine in factura tua,] i. in creatura tua. Et notandum quòd duplex est lætitia in creatura. Vna est quâ homo lætatur in creatura, ibi sistendo & spem ponendo, & illa pessima est & mortifera. Alia est quâ homo delectatur in creatura vt est opus Dei, & via quodammodo ducens ad Deum, & ista bona est, & de tali loquitur. Et non est ibi tantùm lætitia mentis, sed & corporis. Vndè dicit.

e Et in operibus manuum tuarum exultabo.] Idem vocat opus, quod ante facturam. Hoc est ergo primum. Secundum est cognitio, quæ duplex est in creatura: Vna qua cognoscitur Deus in creatura, vt in materia, scilicet, à magnitudine creaturæ. Vndè dicit.

f Quàm magnificata sunt opera tua Domine,] quasi dicat, valdè magna sunt, & tu magnus es in operibus tuis. Alia est à forma, scilicet, à subtilitate operis. Vndè addit,

g Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vel possunt in hoc versu distingui opera creationis, & opera recreationis.

f Quam magnificata sunt opera tua Domine,] scilicet, opera creationis, quæ à Catholicis magnificantur, à Manichæis blasphemantur. *Isaia* 12. b. Cantate Domino quoniam magnificè fecit. Item opera recreationis digna sunt magnificatione. *Luc.* 1. e. Fecit mihi magna qui potens est. De his addit.

g Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ,] scilicet, cogitationes pacis. De quibus *Ierem.* 29. c. Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Ad profunditatem harum cogitationum non potuerunt attingere infideles Iudæi. Sed nec Petrus poterat, cum dicebat. Absit à te Domine, non erit tibi hoc. *Matth.* 16. d. Vndè benè additur.

Θ Vir insipiens

Moral.

* quam reddet mihi dominus in die illa iustus Iudex. Ecce veritas meritorum & promissorum. In quibus autem debeant consistere ista merita & hæc opera satisfactionis, notatur consequenter cùm subiungit. a In decachordo psalterio cum cantico in cithara] Per hæc enim notantur tria quæ sunt in satisfactione, scilicet, ieiunium, siue carnis maceratio, eleemysona, & oratio. Per psalterium decachordum, carnis maceratio, quia chorda de corio fit, & extenditur in ligno vt sonet; sic caro in cruce arctæ pœnitentiæ. Decem chordas enumerat *Paulus* 1. *Cor* 4. c. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus manibus nostris operantes: maledicimur & benedicimus; persecutionem patimur & sustinemus; blasphemamur & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Per Canticum intelligitur hilaritas, quæ debet esse in eleemosynarum largitione. 2. *Cor.* 9. b. Hilarem datorem diligit Deus. Per citharam, quæ querulum habet sonitum, & lignis ambit chordas, intelligitur oratio, & præcipuè officium Missæ, in qua repræsentatur Christi Passio. Item hic notantur alia tria quæ debent esse in Prædicatore, videlicet desiderium æternorum, prædicatio, & carnis maceratio. Primum in [psalterio] notatur, quia reddit sonum à superiori. Secundum in [cantico.] Tertium in [cithara.] Hæc specialiter fuerunt in Præcursore Domini, qui vt dicitur *Ioan.* 5. f. Erat lucerna ardens & lucens. Ardens, per desiderium æternorum, lucens, per doctrinam, lucerna, per carnis mortificationem. Lucerna enim fit de corio tenui, extenso in lignis.

d Quia delectasti me Domine in factura tua.] Non dicit, factura delectauit me, sed tu in ea. Facturæ enim delectant malos. Deus autem delectat bonos in facturis suis. *Sap.* 13. a. Solem & Lunam rectores Orbis terrarum Deos putauerunt, quarum si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his Dominator eorum speciosior est. Aut si virtutem & opera mirati sunt, intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri *Rom.* 1. c. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. *Eccl.* 43. b. Vide arcum & benedic illi qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo. Multi autem nimis delectantur.

In facturis.
- Aspiciendis. *Eccles.* 9. b. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam; propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.
- Gustandis, vt bono vino. *Ioël.* 1. b. Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam peribit ab ore vestro.
- Tangendis, vt in furto, vel in libidine. *Tob.* 2. d. Non licet nobis aut edere de furto aliquid aut contingere. *Psalm.* 104. Nolite tangere Christos meos.
- Audiendis, vt musicis instrumentis & carminibus. *Isa.* 5. c. Cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis.
- Olfaciendis, vt musco circa vestes & libros. *Isa* 3. d. Et erit pro suaui odore fœtor.

Item sunt alij, qui non in facturis Dei, sed in suis delectantur, vt scholares qui nimis diligunt quaternos suos quos sibi fecerunt; vel inuentiones & figmenta, sicut omne animal diligit quæ cæteris partum suum. Vndè de simia narratur in apologo, quod omnibus fœtum suum prætulerit.

e Et in operibus manuum tuarum exultabo.] Omnia quæ sunt præter hominem propriè loquendo, sunt opera oris eius, quia dixit & facta sunt, hominem verò solum manu plasmauit. In hominibus ergo exultat, qui charitati eorum congaudet. *Col.* 2. a. Vobiscum sum gaudens & videns ordinem vestrum. Solus inuidus in bonis Dei contristatur, quando aliis conferuntur. *Matth.* 20. b. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sed quia ad certum non possumus videre merita hominum, quia solus Deus corda hominum intuetur.

f Quam magnificata sunt opera tua Domine.] scilicet, illa opera manuum tuarum, quæ sunt homines, quàm magna sunt in charitate & abundantia meritorum, quasi dicat, nullus scit.

Quia g Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ,] quibus pensas quantitatem meritorum. Et ideo.

* Vir insipiens

Aliter.

Vel sic.

f Quàm magnificata sunt opera tua Domine?] q. d. quis posset dicere ad quam magna fecisti hæc opera, scilicet, homines videlicet ad æterna gaudia habenda. g Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ,] quibus cogitas illa gaudia dare nobis. *Psalm.* 35. Iudicia tua abyssus multa, homines & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multitudo misericordiæ tuæ Deus. 1. *Cor.* 2. c. Et *Isa.* 64. b. Quod oculus non vidit & auris non audiuit, & in cor

Allegor. A tiquo cogitasti redimere nos per sanguinem tuum Sed. *a* Vir insipiens,] Iudæus non cognoscet. *c*] Et stultus Gentilis, quantum ad eos qui crucifixerunt Christum ad suggestionem Iudæorum. *d* Non intelliget hæc, quia si cognouissent, nũquam Dominum gloriæ crucifixissent. 1. *Corinth.* 2. b.

Aliter. Secundum. Gloss. ⊖ *a* Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.] Insipiens enim & stultus, est Iudæus. Insipiens & tunc Petrus. Vndè dixit ei Dominus. Scandalum tu mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt. Vel secundum primam expositionem.

al. † imprudens. *al.* † ea. *al.* † exorientur. *al.* † prosperaxerint.

tationes tuæ. *a* Vir † *b* insipiens non cognoscet, & *c* stultus non *d* intelliget † hæc. *e* Cum † *f* exorti fuerint peccatores *g* sicut fœnum, *h* & † apparuerint *i* omnes qui operantur iniquitatem. Vt *k* intereant in sæculum sæculi, *l* tu autem altissimus in æternum † Domine, Quoniam *m* ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt,

a Vir] quicunque. *b* Insipiens non cognoscet] magnitudinem creaturæ, quantùm ad materiam, & subtilitatem, quantùm ad formam, quia etsi cognoscit res ipsas, non tamen in ratione imaginis. Sicut dicit *August.* de simia, etsi cognoscit imaginem in speculo, non tamen cognoscit in ratione imaginis. Tota ista expositio est satis moralis.

Moral. *a* Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc,] nec etiam sapiens. Sed benè dicit: Insipiens. & stultus, quia omnis homo insipiens est & stultus ad inuestigandas cogitationes Dei, vel etiam seipsum, *Eccl.* 1. a. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inuestigabit? *Rom.* 11. d. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, &c. *Eccl.* 9. a. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, qui, scilicet, ponderat ea, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta.

Δ hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.

a Vir insipiens,] cui cœlestia non sapiunt, non cognoscet.

Aliter. Moral. *c* Et stultus] qui terrena amat.

d Non intelliget hæc.] 1. *Cor.* 2. d. Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt, stultitia enim est illi, & non potest intelligere. *Deut.* 32. d. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Allegor. *e* Cum exorti fuerint.] Secunda pars, vbi dicit malos perituros, vt alij timeant. Et primò potest exponi allegoricè de Iudæis, sic. Verè Iudæus vir insipiens non cognoscet, &c. Cum exorti fuerint peccatores, i. prosperati fuerint ipsi accusatores Christi. *h* Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,] i. cùm apparuerit & reuelauerit se iniqua cogitatio eorum, quasi dicat, duo excæcauerunt eos, vt non intelligerent neque cognoscerent Christum Deum, scilicet, prosperitas & malitia. Sed hæc malitia & iniqua operatio non Christo nocuit. Vndè addit.

k Vt] consecutiuè, intereant in sæculum consecutiuum, sæculi, i. non tantùm in præsenti per captiuitatem, sed etiam in futuro per æternam damnationem.

Psalm. 56. *l* Tu autem altissimus in æternum Domine,] Christe licet te in momento conculcauerint. Hoc est quod alibi dicit. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam, q. d. voluerũt mihi nocere, & tantùm sibi nocuerunt. Quod apertius adhuc declarans subiungit. *m* Quoniam ecce inimici tui, &c.] q. d. manifesta erit vindicta de inimicis tuis Iudæis. Et bis dicit, inimici, quia fuerunt ei inimici & in vita & post mortem.

Δ *a* Et dispergentur

e Cum exorti fuerint, &c. Moraliter.] Secundùm Glos. potest duobus modis exponi & continuari præcedenti versui. Vno modo sic:

a Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc] quæ prædixi, & quæ dicam, scilicet: *k* Vt,] i. qualiter peccatores, intereant in sæculum sæculi, i. in æternum.

Moral. *e* Cum,] i. postquam. *f* Exorti,] i. virere & florere cœperint. *g* Sicut fœnum] quod citò arescit. *h* Et apparuerint] quasi super alios exaltati, sicut palea super granum in area. Palea enim ibi apparet superiùs, & granum occultatur inferiùs. *i* Omnes qui operantur] hæ sunt paleæ quæ comburentur igne inextinguibili. *Matth.* 3. c. Vel secundùm quod iacet litera potest legi & continuari sic. *c* Stultus, &c.] quia prosperitas excæcat eum, & sola vexatio dabit intellectum auditui, vt dicit *Isa.* 28. e. Hoc est quod dicit: Non intelliget. *e* Cum,] i. eo quod.

f Exorti,] i. eis arriserit mundana prosperitas, quæ licet nunc sit delectabilis & florida, tamen citò in nihilum redigetur. Vndè addit similitudinem fœni, de quo ita se habere nullus dubitat dicens. *g* Sicut] Fœnum pulchrè oritur, sed pulchritudo eius perit cum secatum siccatur. *Isa.* 40. b. Gloria eius quasi flos fœni. Et *post.* Verè fœnum est populus. *Iacob* 1. b. Sicut flos fœni transibit, exortus est enim Sol cum ardore & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. *h* Et] eò quòd, apparuerint, i. in quadam apparentia, & quasi quoddam phantasma fuerint. *i* Omnes qui operantur iniquitatem.] *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, &c. Ecce apparentia phantastica. Hunc suum errorem, & hanc phantasticam illusionem recognoscent in fine & dicent vt dicitur *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Ecce quòd stultus non intelligit hoc. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, &c. Ecce transitus breuis floris fœni & apparentiæ phantasticæ. Adhuc autem tolerabile esset si nihil plus mali haberet Mundi gloria, nisi quod citò transit; sed quod peius & intolerabilius est, ducit ad confusionem & mortem æternam. Vndè addit. *k* Vt intereant,] i. in æternum. Et dicit, Vt. Ergo ne ideo oriuntur vt intereant potest dici, vt consecutiuum, sicut *Rom.* 5. d. Lex subintrauit vt abundaret delictum. *Psalm.* 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Vel. Vt ostensiuum, quasi dicat, præcedens signum est subsequentis, secundùm quod dicit *Greg.* Continuus successus temporalium, æternæ reprobationis est indicium. Vel etiam. Vt causatiuum, sicut dicitur *Iob* 14. d. Roborâsti eum paululum, vt in perpetuum transiret. *Iob* 24. d. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent. Illi dico interibunt. *l* Tu autem Altissimus] es, in æternum Domine, quasi dicat, tu non corrues in mortem cum eis. Ergo qui non vult in mortem æternam corruere, tibi adhæreat, tibi appropinquet. Adhæreat per charitatem, appropinquet per humilitatem. Altissimo enim non appropinquat homo nisi per humilitatem. Et quanto magis se in hoc Mundo exaltat, tantò magis se à Deo altissimo elongat. *Luc.* 16. d. Quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum. *Psalm.* 137. Alta à longè cognoscit. Vel aliter, partim de præsenti, partim de futuro potest legi. *c* Stultus non intelliget,] scilicet. *e* Cum exorti] in præsenti omninò, sicut prælectum est. *h* Et apparuerint] in iudicio futuro, qui operantur iniquitatem. Ad hos dico, apparuerint. *k* Vt intereant] sicut boni apparebunt vt viuant in sæculum sæculi. Tunc primo apparebit de malis quid erunt, sicut de Sanctis dicitur. 1. *Ioan.* 3. a. Nondum apparet quid erimus. De hac etiam apparitione. 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Iudicis, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum, s. mali malũ, & boni bonũ. Vndè post damnationem malorum, propter bonos subdit. *l* Tu autẽ.] Et boni similiter, quia dicitur. 1. *Ioan.* 3. a. Nondum apparet quid erimus. Et probat consequenter quòd mali interibũt, dicens. *m* Quoniã ecce] in proximo & in euidenti, inimici tui Dñe, quoniã ecce inimici tui peribũt. Bis dicit, inimici, propter duplices inimicos, omnis enim peccator inimicus est, sed qui peccant cõtra naturam, dupliciter sunt inimici, quia duplici legi Dei contradicunt, positiuæ, s. & naturali. Tales omnes peribunt, vt dicitur. 1. *Cor.* 6. b. Nolite errare, neque fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores Regnũ Dei possidebunt. Item diuersa genera peccatorum dicuntur inimici.

Videlicet
- Mundani. *Iac.* 4. a. Amicitia huius mundi inimica est Deo.
- Superbi. *Psalm.* 72. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.
- Auari. *Amos* 5. d. Hostes iusti accipiẽtes munus.
- Luxuriosi & gulosi. *Phil.* 3. d. Inimicos Crucis Christi, quorum Deus venter est.
- Persecutores Sanctorum. *Exod.* 23. c. Inimicus ero inimicis tuis. *Is.* 63. c. Afflixerunt spiritum sancti eius, & conuersus est eis in inimicum.
- Idololatræ. *Is.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Et post. Vt notum fieret Nomen tuum inimicis tuis.
- Quicunque peccatores. *Rom.* 5. b. Cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo.

Δ *a* Et dispergentur,] id est,

Aliter. Vel de præsenti potest legi totum ab illo loco. *n* Quoniã ecce inimici tui Domine, quoniam.] Pereunt enim peccatores, quia à verò esse recedunt, & fiunt socij eius qui non est. *Iob* 17. c.

⊖ *a* Et disper

Alleg. A *a* diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem]illam nouiſsimam quia Creatorẽ ſuũ ad mortẽ perſecuti ſunt. Hi diſperſi ſunt per Titũ & Veſpaſianũ in vniuerſũ Mũdum. *d* Et exaltabitur cornu meũ, .i. Chriſt⁹, ſicut vnicornis. Per cornu quod de carne naſcitur, & carnem excedit, ſignificatur bene Chriſtus, qui de carne natus carnem exceſſit, quia carnales motus non habuit nec purus homo fuit. Hic in Iudicio exaltabitur, ſicut vnicornis ſuper inimicos ſuos, quia indignabitur contra eos, & iratus apparebit, & eos cornu ſuo ventilabit, & impinget ad pœnas dicẽs. *Matt.* 25. d. Ite maledicti &c. Et tibi qui ita loqueris, quid faciet Dñs? Ecce: *f* Et ſenect⁹ mea in miſericordia vberi] erit, q.d. ſuper vſq; in ſenectutẽ, .i. vſq; in finẽ miſerebitur mei abundanter. Hoc dicit Eccleſia *h* Et propter ſpẽ huius miſericordiæ, deſpexit ocul⁹ me⁹ inimicos meos, .i. vidi eos, & contempſi perſecutionem eorum. *l* Et inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea,] quaſi dicat, audiam, & non contradicam eorum inſultibus.

a Et diſpergentur *b* omnes qui *c* operantur iniquitatem. Et *d* exaltabitur *e* ſicut vnicornis cornu meum, *f* & ſenectus mea in *g* miſericordia † vberi. *h* Et † deſpexit *i* oculus meus *k* inimicos meos; *l* & † inſurgentibus in me malignantibus *m* audiet auris mea. *n* Iuſtus, vt *o* palma *p* flo-

al. † Pingui. *al.* † reſpexerit. *al.* † in eis qui inſurgunt.

Moral. *a* Et diſpergentur,]i. à numero Sanctorum ſeparabũtur. *b* Omnes] nullo excepto. *c* Qui operantur iniquitatem] *Matth.* 7. d Tunc confitebor eis, quia nunquam noui vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Propter hoc ergo non eſt appetenda proſperitas malorum, quę tam citò euanit. Vndè *Pſalm.* 36. Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, noli æmulari, vt maligneris, quoniam qui malignantur, exterminabuntur. Et ibidem ſubiungit de præmio patientiæ Sanctorum, dicens. Suſtinentes autem Dñm ipſi hæreditabunt terram. Similiter & hic ſubiungit de illo præmio, dicens. *d* Et exaltabitur, &c.]q.d. nõ murmuro, non doleo ſi modo premor, quia tunc exaltabitur cornu meum, .i. poteſtas, & dignitas. Et bene dicit. *e* Sicut vnicornis]quia null⁹ exaltabitur niſi fuerit de vnitate Eccleſiæ. 1. *Cor.* 9. d. Qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium, .i. qui eſt de vnitate Eccleſiæ. *f* Et ſenectus mea,]i. nouiſſima mea. *g* In miſericordia vberi,]i. in vbertate cœleſtis patriæ, quã ex miſericordia dabit mihi Dñs. *Pſ.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ *h* Et]licet in exitu inſidientur mihi, dæmones ſicut & S. Martino, tamen deſpexit, i. deſpiciet. *i* Oculus meus iam videns Chriſtum occurrentẽ mihi. *k* Inimicos meos,] i. dæmones. *l* Et inſurgentibus in me malignantibus] dæmonibus vt inſultent & terreant. *m* Audiet Auris mea] Quid? Illud *Matth.* 25. b. Intra in gaudium Domini tui, *Pſalm.* 111. Ab auditione mala non timebit.

Aliter. *De præſenti.* *a* Et diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem,] *Ezech.* 5. c. Tertiam partem tuã in omnẽ ventũ diſpergam, &c. Tertia pars animæ, eſt vis concupiſcibilis. Hæc diſpergitur in omnem ventum tentationis. Diſpergitur etiam ad paleas Ægypti *Exod.* 5. b. Ad ventum inanis gloriæ, ad latebras luxuriæ. *d* Et exaltabitur, &c. cornu meũ; Cornu quo impetitur, & interficitur diabolus, eſt mucro prædicationis. Hoc in vnicorni, ſc. animali fero, & monſtruoſo exultatur, quando qui magnus peccator fit egregius Prædicator, vt Saulus *Act.* 9. d. *Iſa.* 37. g. De Sennacheribus Rege Aſſyriorum, per quem diabolus intelligitur, dicitur. Filij eius percuſſerunt eum gladio fugeruntque in terram Ararath, i. filij diaboli primus, modo occidunt eum in aliis, ſed non ſunt tuti niſi fugiant in Ararath, quæ interpretatur mons vellicatus, & ſignificat Religionem pauperem. Omnis enim Religio mons eſt, & debet eſſe per eminentiam vitæ, & regulæ. Sed quidam ſunt herboſi, & fruticati per copiam redditũum. Illa verò Religio vellicata, quæ nihil ſibi reliquit niſi ipſam ſubſtantiam montis. *f* Et ſenectus mea,] i. vita matura erit. *g* In miſericordia vberi,] i. habebit vberes fructus operum miſericordiæ. De hac ſenectute. *Sap.* 4. b. Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque numero annorum computata, cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Naturalis ſenecta ſolet eſſe ſterilis, vt patet in Sara. *Gen.* 18. b. Deſierant Saræ fieri muliebria. Sed ſenectus iſta fœcundior eſt in ſpirituali prole. *Deut.* 33. d. Benedictus in filiis Aſer, &c. Et poſt. Sicut dies iuuentutis tuæ, ſic & ſenectus tua. Aſer interpretatur atrium, vel diuitiæ, vel beatitudo. Hæc tria competunt viro iuſto, qui habet latum atrium in charitate, diuitias in fide *Iſ.* 33. a. Et erit fides temporibus tuis diuitiæ. Beatitudinem in ſpe, quia *Rom* 8. e. Spe ſalui facti ſumus. Item ſenectus ad litteram debet eſſe in miſericordia vberi: Quia ſenes ad litteram magis debent eſſe miſericordes, propter multas rationes, videlicet.

Quia

- Dum deficit via, debent aliis impertiri viaticum *Sen.* Deficiente via, augere viaticum dementiæ eſt. *Luc.* 12. c. Stulte hac nocte repetent animam tuam, &c.
- Deficiunt nundinæ huius vitæ, quantũ ad ipſos, vnde debẽt emere de pecunia ſua quicquid poſſunt. *Ezec.* 46. d. In nundinis & ſolemnitatibus erit ſacrificium, ſcilicet, eleemoſyna oblata pauperibus, nauigantes appropinquant portui vita natus ſaluabitur, vel perit, vnde abundare debent eleemoſynis. *Iud.* 5. c. Aſer nauigabat in littore maris, Aſer interpretatur atrium, hæc eſt ſenectus in qua quaſi in atrio expectant, vt in domum Domini introducantur. *Iob* 14. c. Expecto donec veniat immutatio mea.
- Omnia oportet eos dimittere. 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc Mundum, haud dubium, &c.
- Dimiſſa non proſunt eis, ſed amittunt ea omninò. *Pſalm.* 48 Relinquent alienis diuitias ſuas. *Eccl.* 14. a. In bonis illius alius luxuriabitur.
- Spiritus eorum debent ire in longinquam regionem, vnde debent eis præparare viaticum, id eſt, eleemoſynam. *Eccl.* 29. c. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum illo. *Ambroſ.* Sola miſericordia comes eſt defunctorum.
- Vadit ad curiam, & ideò indiget amicis, & aduocatis. *Luc.* 16. c Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

h Et deſpexit oculus meus inimicos meos,]ſc. dæmones, & vitia. Et dicit, oculus, quia laruant ſe, vt oculos ſpirituales hominis decipiant. *Eccleſ.* 12. d. Multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum. *Pſalm.* 37. Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Spiritualis autem homo hominis oculos lynceos, videt intus latentia, & ideo deſpicit ea quæ exteriù. prætendunt, peccatores verò prætenta amplectuntur. Vnde *Pſalm.* 81. Facies peccatorum ſumitis, .i. laruatam faciem pro verè pulchra recipitis. Cum autem non poteſt inimicus ita hominem ſeducere, incipit apertè ſæuire: Vndè tunc neceſſaria eſt patientia. Vndè ſubiungit. *l* Et inſurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea,]ſed nõ exaudiet, q.d. faciam ei ſurdam aurem *n* Iuſtus vt palma, &c.] Tertia pars, vbi dicit iuſtos florere, vt boni gaudeãt. Et primò allegoricè exponatur de Chriſto qui antonomaſticè dicitur Iuſtus: Et eſt, Iuſtus, ſ. Chriſtus, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Iſ.* 53. c *p* Florebit]in ſua Reſurrectione. *Pſalm.* 27. Et refloruit caro mea. *o* Vt palma] quæ habet ra- *Tertia parte* *Alleger.* *De Chriſto.*

dicem

n Iuſtus, vt palma, &c.] Moraliter hoc de quolibet iuſto dicitur: Et poteſt eſſe thema in feſto vnius Martyris, vel Confeſſoris, de quibus iſte verſus cantatur. Et comparatur iuſtus palmæ, propter multas proprietates, ſcilicet. *Moral.* *Iuſtus comparatur palmæ.*

Quia

- Poſt centũ annos, vel cẽtenaria, facit fructũ, & iuſtus poſt hanc vitam fructum expectat. *Iob.* 29. c. Sicut palma multiplicabo dies meos. *Gen.* 6. Arca conſũmata eſt in centũ annis, ſic nos per totã hãc vitam debemus nobis ædificare domum. Vnde centenarius numerus tranſit à læua in dexteram ſecundum computationem Bedæ *Gen.* 21. a. Abrahæ centenario natus eſt Iſaac, id eſt, riſus æternę iocunditatis.
- In imo eſt, aſpera, & gracilis, & rugoſa, & Sancti hic habẽt vitam aſperẽ, & ſunt contemptibiles, & rugoſi, & graciles, quia non quærunt hic, niſi ſtrictè neceſſaria, 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. *Ezec.* 4. d. Comedent panem ſuum in pondere.
- In ſuperiori lata, & plana, & pulchra. Sic Sancti in his quæ ſunt animæ. *Iſ.* 33. d. Locus fluuiorũ riui latiſſimi & patẽtes. Loquitur ibi de æterna beatitudine.
- Radix palmæ amara, & fruct⁹ dulciſſimus: ſic in Sanctis ſecundũ illud *Heb.* 12. c. Omnis quidẽ diſciplina in præſenti videtur nõ eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autẽ pacatiſſimũ fructũ exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Hoc ſignificatum eſt *Iud.* c. 4. a. vbi dicitur, quod Delbora ſedebat ſub palma. Delbora interpretatur apis: Apis autẽ habet amaritudinem in aculei & dulcedinẽ mellis. Et legitur de Rege apũ, quod mittat apes ad mare, vt inde afferant guttas maris & ponant cum dulcedine florum, & inde conficiunt mel ex amaritudine & dulcedine.
- Victores coronantur palma, & Chriſtus iuſtis eſt corona. *Iſa.* 62. a. Eris corona gloriæ in manu Dñi.
- Habet folia ſimilia gladio, quia verba Sãctorũ acuta.

Hi ſunt gladij ancipites in manibus eorũ. i. verba in operibus. *Ephe* vlt. c. Et gladiũ Spiritus quod eſt verbũ Dei. Dicit ergo Iuſtus vt palma florebit. hic flore virtutũ vt in futuro afferat fructum dulciſſimum. Vel in futuro [florebit,] in

ſtola.

Allegor. A dicem asperâ inferiùs, in quo notatur vita Christi, quæ fuit in asperitate, & dolore, & comam haber pulchram, & ibi flores, vnde significat eius Resurrectionem. *a* Sicut cedrus Libani multiplicabitur] in membris fidelibus, qui sicut cedrus erunt immarcessibiles in fidei virore, & alti in sanctitate vitæ. Et dicit [Libani,] quia erunt candidati, & lauati in fonte Baptismatis. De hac multiplicatione *Act.* 2.g Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum. Et ipsi.

al. † velut cedrus quæ in Libano est.

al. † tranquilli.

rebit, *a* sicut cedrus Libani multiplicabitur. *b* Plantati in *c* domo Dñi., in *d* atriis domus Dei nostri florebunt. *e* Adhuc *f* multiplicabuntur in senecta vberi, *g* & † bene patientes erunt, vt *h* annuncient. Quoniam *i* rectus Dominus *k* Deus noster, *l* & non est iniquitas in eo.

Laus cantici Dauid in die ante sabbatũ, quando fundata est terra.

m PSALM. XCII.

Dominus *n* regnauit

b Plantati] per fidem & charitatem. *c* In domo Domini,] i. in Ecclesia. *d* In atriis domus, &c.] Atria sunt particulares Ecclesiæ in quibus floruerunt virtutibus, vel secundum *Ier.n.* germinauerunt] generando filios spirituales. Nec solùm in initio nascentis Ecclesiæ, sed & in fine Mundi. Vndè addit. *e* Adhuc multiplicabuntur, &c.] quando reliquiæ conuertentur. *Is.* 10.e. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. *g* Et tam in initio & fine benè patientes erunt] Apostoli & Martyres.

h Vt annuncient] veritatem de Deo hic & in futuro. Quam veritatem? Ecce: *i* Quoniam Rex,] i. iustus. *k* Dominus Deus noster] eos remunerans qui pro eo patiuntur. *l* Et non est iniquitas in eo] vt eos fraudet à præmio, sed maxima pietas quæ supra quam meruerunt præmium cumulet.

Moral. * stola corporis & animæ. Vndè cantat *Eccl.* Iustus germinabit, sicut lilium, & florebit in æternum ante Dñm; & sumitur de *Osea vlt.* c. *a* Sicut cedrus Libani multiplicabitur] hic in gratia & in futuro gloria. Et propter plures proprietates comparatur iustus cedro, scil. quia cedrus non putrescit, sic nec bonus per peccatum. *Psalm.* 15. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, scil. peccati. Mali verò putrescunt. *Ioel.* 1.d. Computruerunt iumenta in stercore suo. *Prou.* 10.b. Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Item in altum mittit radices, & ideo altior crescit. Sic iustus se humiliat, vt exaltetur. *Luc.* 14.c. Qui se humiliat, exaltabitur. *Eccl.* 3. c. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Item odorifera est. Sic iustus per bonam famam. 2. *Cor.* 2. d. Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, &c. *b* Plantati in domo Domini,] i. in Ecclesia, vel in Religione, in qua sunt quidam fixi, quidam plantati. Quando palus figitur in terra, cito extrahi potest, quia non est radicatus. Item licet sit fixus in terra arescit; sed arbor plantata non potest de facili euelli, & viret, & floret & fructum facit. Sic sunt aliqui tantum fixi, vt palus. *c* In domo Domini,] i. in Ecclesia, vel Religione, quia sunt ibi tantùm numero, non merito, & radicati non sunt per charitatem, & feruorem, sicut dicit Apost. *Eph.* 3.d. In charitate radicati, & fundati. *Luc.* 8.b. Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sed [plantati in domo Domini, &c.] i. per exemplum boni operis & florebunt exterius, per famam bonæ opinionis foras exibit odor floris. Atrium enim est exterius, domus verò interius. Et posset aliquis dicere. Modò pauci sunt plantati, & florentes. Ad hoc respondet. *e* Adhuc,] q. d. licet modo sint pauci, tamen adhuc aliquo tempore. *f* Multiplicabuntur in senecta vberi.] *Psalm.* 38. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. Et per quid erit hoc? Per prædicationem aliquorum ex his paucis. Vndè sequitur. *g* Et benè patientes erunt, vt annuncient,] q. d. per prædicationem multiplicabuntur, & per patientiam vigebit prædicatio. *Prou.* 19. b. Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi, i. condonare. Sicut Apostoli non oderunt persecutores suos, sed probauerunt fidem quam prædicabant sanguinis testimonio. *Phil.* 1. c. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Et patienter debemus omnia sustinere si cogitemus quod Dominus in iniuria puniet aduersarios, & de patientia remunerabit nos. Hoc est quod sequitur. *i* Quoniam rectus Dominus Deus noster,] i. iustus, vt malefactores puniat. *l* Et non est iniquitas in eo] vt patienter sustinentes non remuneret. Vel è conuerso iustus retribuendo bonis [& non est iniquitas in eo] vt consentiat iniquitati non puniendo eam. Sicut *Psalm.* 49. dicit *Gloss.* super illud verbum Existimasti inique quod ero tui similis. *Gloss.* consentiendo malis, quia placere mihi putas mala quem non credis vltorem, sed ego arguam te, &c. Item [rectus] dicitur [Dñs] non curuatus ad terrena: similiter homo debet esse rectus, vt ad terrenorum amorem non curuetur. In cuius signum ipsum corpus hominis rectum est, vt ipse spiritus rectitudinem non amittat. Vnde Poeta.

Os homini sublime dedit, cœlumque tueri. *Ouid.* 1. *Metamorph.*

Eccl. 7. d. Hoc inueni quod fecerit Deus hominem rectum. *Psalm.* 50. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. *Bern.* Ipsa corporis rectitudo, seruandæ suæ spiritualis rectitudinis admonet, & decor limi formitatem arguit animi. Et *infra.* Peruersa res est luteum corpus oculos habere sursum, & internos affectus, vel sensus in terram trahere deorsum. Et *infrà.* Indignè humanum corpus inhabitas brutus, & bestialis spiritus, quæ: ere, & sapere quæ super terram sunt, curuitas est animæ, meditari verò quæ sursum sunt, rectitudo. *Coloss.* 3.a. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Et dicit tria verba: [Dñs Deus noster,] quia rectus est, [Dñs debent serui eius recti esse quia [Deus,] & creatura, quia [noster,] scilicet, redemptor, ideo & nos redempti recti debemus esse, vt ad Dñm serui, ad Deum creati, ad nostrum nobis datum redempti, mentis oculos erigamus. *Psalm.* 122. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad Dñm Deum nostrum, &c. [Rectus] ergo est, [& non est iniquitas, i. cupiditas terrenorum, vel auaritia[in eo] vnde nec in nobis sit. *Leuit.* 19. a. Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum, i. sine terra. Auaritia autem dicitur iniquitas, sicut *Eccl.* 10.b. Nihil iniquius quàm amare pecuniam. *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et dicitur auaritia iniquitas, quia contra æquitatem acquirit, & retinet. *August.* Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui.

EXPOSITIO PSALM. XCII.

Dominus regnauit, &c.] Titulus.] *Laus cantici Dauid in die ante sabbatum. quando fundata est terra.*] In præcedentibus Psalmis egit de victoria vitiorum, & quiete mentis: In isto ostendit quod omnia sunt Christo, vt principali auctori attribuenda. Et hoc innuit titulus, cuius talis est sensus.] Hic *Psalmus est laus Dauid,*] i. Christi. Et est [cantici,] quia inuitat ad laudem Christi. [Psalmus,] dico, vel laus facta [in die ante sabbatum,] i. pro eis quæ fecit sexta feria, in qua passus est [quando fundata est terra,]i. Ecclesia quæ per mortem Christi fundata est. Intentio ergo huius Psalmi, est hortatio nos, vt laudemus Christum Deum, qui dat nobis victoriam tentationum, & sabbatum pectoris. Modus secundum Gloss. talis est. Septé sunt partitiones, secundum septem locos laudis, sine causas. Primus est à pulchritudine, *ibi:* [Decorem indutus est.] Secundus à fortitudine, *ibi:* [Indutus est Dñs fortitudinem.] Tertius, ab operibus, *ibi:* [Etenim firmauit, &c.] Quartus, à potestate, *ibi:* [Parata.] Quintus à laudibus vniuersitatis, *ibi:* Eleuauerunt.] Sextus, à veritate dictorum, *ibi:* [Testimonia.] Septimus, à laude domus, *ibi:* [Domum tuam.] Rectoricè ergo inuitat nos Propheta ad laudem Dei, & vtitur demonstratiuo genere, quod est potissimum ad perorandum. Commendans igitur Christum dicit. *m* Dominus,] i. Christus, qui est Dominus duplici dominio, increato, scil. & creato; inquantum enim Deus, est Dominus omnium, quia creator, inquantum homo, est Dominus omnium, quia recreator. Et ita sua sunt omnia dupliciter iure. Iure recreationis, & iure creationis: Ideo dicitur suprà. *Psalm.* 8. Domine Dominus noster, &c. *n* Regnauit, i. regnare innotuit per miraculorum exhibitionem, vel per Resurrectionem, & Apostolorum prædicationem. Vndè *Phil.* 2. b. Propter quod exaltauit illum, &c. Et nota, quod non dicit regnabit secundum expectationem Iudæorum in aurea Ierusalem, sed dicit [regnauit,] quia ipse iam est & ante fuit Rex regum, & dñs dominantiũ. *Apoc.* 19. c. & 1. *Tim.* 6. c.

Partitio Psalmi.

Allegor. De Christo.

Moral. Moraliter. *m* Dñs regnauit.] Hoc in præterito dicitur, quia iam eius Regnum in multis locis diminuitur, & adnihilatur, & eius milites, & Principes eius aduersario confœderantur, sc. diabolo: De quo *Iob* 41.d. Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ. Iste iniquus Rex ita dilatauit Regnum suum in terra Dñi, quod Rex Christus nunc potest dicere, sicut dixit *Ioan.* 18.g. Regnum meum non est de hoc Mũdo. Hic est Rex ille homo nobilis filius Dei, de quo ipsemet dicit *Luc.* 19. b. Quòd abiit in regionem longinquam accipere sibi Regnum, & reuerti, s. ascendit in cœlum, ad iudicium reuersurus. Et ibi sequitur, quod oderant eum ciues eius, & miserunt legationem post illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos: Sic faciũt quocunq; * perpetrans

Allegor. Δ 1. *Tim.6.* b. Et ponit primum locum dicens. *o* Decorem indutus est,] i. immunitatem à peccato. Et etiam quantum ad formam corporis, quia ipse est speciosus forma præ *Psalm.44.* filiis hominum. Cuius pulchritudo per Transfigurationem, quæ facta est in monte Thabor, amicis suis. *Matth.* 17.a. Resplenduit enim facies eius, sicut Sol, vestimẽta autem eius facta sunt alba sicut nix. De eius pulchritudine *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus, per innocentiam. Rubicundus, per Passionem. Decor autem diuinitatis eius inexplicabilis est. Secundus locus est à fortitudine. Vndè dicit.

al. † induit. *al.* † præcinctus est. *al.* † confirmauit. *al.* † est. *al.* † illo. *al.* † voces suas.

a decorem † indutus est, *b* indutus est Dominus fortitudinem, *c* & † præcinxit se. *d* Etenim † firmauit *e* Orbem terræ, *f* qui non commouebitur. *g* Parata † sedes tua *h* ex † tunc, *i* à sæculo tu es. *k* Eleuauerunt flumina Domine, *l* eleuauerunt flumina vocem suam. *m* Eleuauerunt flumina † *n* fluctus suos, *o* à vocibus aquarum

b Indutus est Dominus fortitudinem] quâ debellauit inimicum. Hæc ostensa est inimicis, quando quærentes eum rapere, audito ab eo. Ego sum, corruerunt. *Ioan.* 18.a. Sed videtur quòd potiùs deberet dicere, imbecillitatem & fragilitatem nostram, quia hanc induit. Sol. 1. *Cor.* 1. d. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. De pulchritudine autem, & fortitudine non superbiuit. Vndè addit.

c Et præcinxit se] Linteo humilitatis, ministrans nobis suam præsentiam, pro nobis factus mortalis. Præcinxit etiam se linteo ad litteram, vt pedes discipulorum lauaret. *Ioan.*13.a. Qui non venit ministrari, sed ministrare. *Matth.*20.d. Sequitur tertius locus ab operibus.

d Etenim firmauit] quasi verè induit fortitudinem, & fortis fuit. [Etenim firmauit] in fide.

e Orbem terræ,] i. Ecclesiam, quæ dicitur Orbis terræ, quia sicut extra Orbem terræ nihil corporaliter, ita extra Ecclesiam nihil spiritualiter viuit.

f Qui non commouebitur] licèt moueatur, & concutiatur. Hæc enim domus fundata supra firmam petram, de qua dicitur *Matth* 7.d. Quòd descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram. Hæc est nauis Petri, quæ concutitur fluctibus, sed submergi non potest. Sequitur quartus locus quo commendat eum à Iudiciaria potestate. Vndè dicit.

g Parata] est sedes tua,] i. potestas Iudiciaria.

h Ex tunc,] i. ab æterno. Vel. [Ex tunc,] i. ex die ante sabbatum, i. ex die Passionis in qua meruit Iudiciariam potestatem. Vndè suprà. *Psalm.6.* Parauit in iudicio thronum suum. *Gloss.*i. Iudiciariam potestatem in iudicio cùm iudicatus est, quia per patientiam cœlum acquisiuit, & potestatem iudicij. *Cassiodorus.* Quia in humilitate iudicatus est, in Maiestate iudicabit. Et ne aliquis putet eum incœpisse esse tunc, ostendit quod ab æterno est. Vndè subiungit.

i A sæculo tu es,] i. ab æterno. Sequitur quintus locus in quo commendat eum à laudis vniuersitate, dicens.

k Eleuauerunt flumina Domine,] Flumina, i. Apostoli qui fluentis prædicationis sanctæ Ecclesiæ terram irrigauerunt. Hæc flumina eleuauerunt vocem suam te Domine laudando & prædicando. Et ad maiorem expressionem repetit.

l Eleuauerunt flumina vocem suam,] i. Apostoli prædicationem suam. Vel flumina vocare possumus dona Spiritus S. Vndè *Ioan.*7.f. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hæc flumina eleuauerunt vocem suam per Apostolos prædicantes. *Matth* 10. c. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Sed ista flumina multas habuerunt resistentias, & obices, contra quos Apostolos impetuosè prædicare, & respondere oportuit. Vndè subdit *m* Eleuauerunt flumina] prædicta.

n Fluctus suos,] i. torrentes, & impetuosas prædicationes & responsiones contra Tyrannos, & aduersarios. Sicut flumina quando inueniunt obicem, fluctus torrentem faciunt, & tumultum; sic cum Apostoli prohiberentur ne loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. *Act.*4.d. Petrus respondit. Non possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui, Et *Actorum* 13. d. Dicitur quòd prædicationis Pauli, & Barnabæ resistebat Elimas magus, & Paulus repletus Spiritu sancto intuens in eum dixit. O plene omni dolo, & omni fallaciæ, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Dñi rectas, &c. Ecce impetus fluctuum. Nec soli Apostoli contra eos clamabant, sed & minores credentes ad hoc eos inuitabant. Vndè addit. *o* A vocibus aquarum multarum,] i. multorum populorum fidelium. Vel sic: [A vocibus aquarum multarum,] i. malorum populorum prædicationi Apostolicæ resistentium. Vndè. Δ *Act.*17.d. *Moral.*

* perpetrant peccata quæ clamant in aure Dñi Nolumus, &c. *Iob* 21. b. Quid est opus vt seruiamus ei? Ipse autem reuertens dicet. *Luc.*19.d. Inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. [Dñs ergo [regnauit] vniuersaliter in omnibus fidelibus. *a* Decorem induit] specialiter in Clericis. *b* Indutus est fortitudinem] in Religiosis. *Prou. vlt.* d. Fortitudo, & decor indumentum eius. Per decorem intelliguntur Clerici qui Ecclesiam debent suâ conuersatione, & doctrina decorare. Vndè *Thren.* 4. b. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores. Per fortitudinem intelliguntur Religiosi, qui sunt quasi ossa interiora Ecclesiæ. Hæc duo genera hominum induit Dñs ad ornatum suum quasi vestem duplicem. *Isaiæ* 49.e. Viuit Dñs: quia his omnibus velut ornamento vestieris. Nunc autem decor illius deturpatus est, & fortitudo debilitata: Et potest modò videri Iesus indutus sordidis vestibus. Vndè *Zach.* 5 b. Iesus erat indutus sordidis vestibus, & stabat ante faciem Angeli. Sed ibi dicitur: Auferte vestimenta sordida ab eo: Et *Isa.*9. a. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Nunc etiam quantùm ad multos Religiosos, fortitudo eius est quasi fauilla stuppæ. *Isa.* 1. g. Et potest dicere illud *Psalm.* 101. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Sed quia tam Clerici quàm Religiosi tenentur ad castitatem, benè subiungit. *c* Et præcinxit] super vtramque vestem cingulo continentiæ. *Luc.*12.c. Sint lumbi vestri præcincti. *Isa.*11. b. Erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Sed lumbare computruit in Euphrate, i. in abundantia temporalium. *Ier.* 13. a. Ibi enim posuerunt Clerici, & religiosi lumbare suum, non ex præcepto Dñi, sicut Ieremias, sed contra præceptum, & voluntatem eius. Vndè dicitur eis *Num.*18.c. Non habebitis partem inter eos, ego enim pars & hæreditas tua. Dico ergo [quòd induit decorem] Clericorum, & fortitudinem Religionis, & super vtrumque præcinxit se continentia. Et licet decor, & fortitudo, & continentia in pluribus perierit, non tamen in omnibus Vndè sequitur.

d Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur,] i. cœlestem conuersationem, & desiderium æternæ vitæ ita in terra in ipsis firmauit, vt licèt in pluribus moueatur, non tamen in omnibus commouebitur. Deus enim fecit orbicularitatem, i. rotunditatem in terrenis cordibus eorum, sed diabolus semper laborat adinuenire latebras angulosas. *Bern.* Vbi angulus, ibi sordes, & inæqualitas: Si enim terra orbicularitatem seruaret, neque montes excelsi surgerent contra cœlum, neque valles in sentinam sordium subsedissent: Sphærica enim forma perfectionem habet patriæ, vbi nullus mons Prælationis, nullus locus sordibus inquinatus, sed æqualitas iustitiæ, & planities misericordiæ in omnibus partibus Ecclesiæ.

g Parata est sedes tua ex tunc, id est, ex quo primò induisti decorem, &c. Parata est tibi anima sancta, in qua tu sedes & quiescis. Quomodò autem paratur, dicitur in *Psalm.*88. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Et meritò tibi debet præparari sedes, quia tu es magnus Dominus: Vndè sequitur.

i A sæculo tu es] æternus Dominus: Vndè non solùm recipiendus es, sed & prædicandus: Ideo bene subditur.

k Eleuauerunt flumina, & cætera.] Et nominat hîc ter, flumina, & quartò aquas multas, quæ possunt distingui secundùm quatuor tempora Ecclesiæ, in quibus quadruplex ei persecutio adaptatur, videlicet: Tempus Martyrum, in quo persecutionem passa est à Tyrannis. Tempus Confessorum, in quo ab hæreticis. Tempus modernum, in quo patitur ab amicis, id est, domesticis inimicis. Tempus vltimum, in quo patietur ab Antichristo. Primum tempus habuit flumina, & voces doctrinarum per Apostolos & Martyres. Secundum tempus etiam habuit flumina & voces doctrinarum per Augustinum, Ieronymum, & alios Doctores Ecclesiæ. Hoc autem tertium tempus diu non habuit voces, sed fluctus qui ex vento, & impetu suscitantur, & confusim sonant. Hodie enim ventus Philosophiæ, vel inanis gloriæ tubat aquam Theologiæ, & facit confusum sonum. *Ezech.* 34 e. Cum purissimam aquam biberitis reliquam pedibus vestris turbabatis. Porrò quartum tempus iam instat, quia audiuntur voces aquarum multarum, i. copia est Prædicatorum. Sed sicut septem annos fertilitatis secuti sunt anni *Quadruplex persecutio Ecclesiæ.*

* famis

a *Act.7.d.* Dicebant de Paulo Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse, quia Iesum, & resurrectionem annunciabat eis. Nec tantum restiterunt eis, sed & eos persecuti sunt, vnde subiungit. *a* Mirabiles elationes maris,] i. mare gentilitatis qui contra eos sæuiebat, & super eos se extulit. Sed Dñe motum fluctuum eius tu mitigas. Vnde et si mirabiles maris elationes, tamé *b* Mirabilis in altis Dñs,] i. in cœlis, vel in dignitate, & potestate, qui tempestatem maris sedauit, & in vna hora potentes Ecclesiæ persecutores deiecit, vt Dacianos, & Cæsarianos, & huiusmodi, in quibus magis elucescit potentia eius, quam si pauperem deiiceret. Vndè dicitur in *Psalm.75.* Terribili, & ei qui aufert spiritũ Principũ, terribili apud Reges terræ. Et quia ita mirabilis in altis Dominus, & humiles respicit, & confortat, vt promisit, benè subiungit. *d* Testimonia tua, i. verba quibus promisisti tuos tueri. *e* Credibilia facta sunt nimis,] quia id quod promisisti impleuisti. Et est sextus locus qui est à veritate dictorum. Et notat hic hoc aduerbium [nimis] abundantiam, non superfluitatem, vt, *ibi.* Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et quia ita sunt credibilia, vt nullus de eis dubitare debeat, nullus peccando debet contrauenire, hoc est quod dicit. *f* Domum tuam,] i. Ecclesiam, & eius membra. *g* Decet sanctitudo Dñe] dicens eam. *h* In longitudinem dierum,] i. in æternam beatitudinem, de qua *Prou.3.* b. Longitudo dierum in dextera illius. Et est hic septimus locus qui est à laude domus. * famis *Gen.* 41. d. Ita veniet citò fames. De qua *Amos* 8. d. Mittam famem, in terram non famẽ panis, & sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Vix enim inueniuntur qui audeant prædicare Christum *2. Tim.* 4. a. Erit tempus

De immun. Eccl. c. 2. lib.6. Moral.

al.† suspensuræ. *al.†* excelsis. *al.†* credita. *al.†* sanctificatio.

multum. *a* Mirabiles † elationes maris, *b* mirabilis in † *c* altis Dominus. *d* Testimonia tua † *e* credibilia facta sunt nimis, *f* domum tuam *g* decet † sanctitudo Domine in *h* longitudinem dierum.

Psalmus Dauid quarta sabbati. XCIII.

i Deus vltionum Dominus

cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Vndè sequitur. *a* Mirabiles elationes maris,] i. impetus Antichristi, qui ita erit elatus vt in Templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. *2.Thess.2.* b Qui etiã benè dicitur mare. Si enim impij quasi mare feruens. *Isa.* 57.d. Quid est caput impiorum nisi mare. Item magis moraliter, per mare Mundus intelligitur, cuius elationes, & etiam depressiones sunt mirabiles, nunc enim effert indignos in honores & dignos deprimit, sicut mare non discernit vtrum paleam leuet, aut palmam. Has elationes & depressiones miratur sapiens Salomon, dicens. *Eccl.* 10. b. Est malum quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Item elationes sunt causæ discordiarum etiam inter Clericos & Religiosos. *Isa.3.* a. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. *Isa.* 17. d. Væ multitudini populorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum, &c. Inter has elationes nauis Ecclesiæ, vel pœnitentiæ concutitur, & impletur sæpè à maris vndis. Sed *b* Mirabilis] est [Dominus] in patientia, sicut in potentia, & sapientia. *Isa.9.b.* Vocabitur nomen eius admirabilis. *c* In altis] viris. *Psalm.67.* Mirabilis Deus in sanctis suis. Et quomodo mirabilis, subiungit, Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.
d Testimonia tua, &c.] Non dicit credita, sed credibilia. Multi enim credibilibus eius testimoniis credere noluñt. *Isa 53.a.* Quis credidit auditui nostro? Et ipsemet *Ioan.3.* b. Testimonium nostrum non accipitis, si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis. Testimonia autem Dei sunt multa, & diuersa.

Videlicet.
- Martyria. *Apo.2.d.* Antipas testis meus qui occisus, &c.
- Miracula. *Marc.vlt.d.* Sermonem confirmante sequentibus signis.
- Prophetæ. *Eccl 36.c.* Prophetæ tui fideles inueniantur.
- Apostoli. *Act* 1.a. Eritis mihi testes in Ierusalem.
- Elementa. *Matth.23.* f. Petræ scissæ sunt, &c.
- Cœlum, & terra. *Deut.* 31. g. Inuocabo contra eos cœlum, & terram.
- Scripturas, vnde significatur per montem Galaad. *Gen.31.g.* Et per tabulas testimonij. *Exod.34.d.*
- Conscientiæ hominum. *Iob* 10. c. Instauras testes tuos contra me.
- Ipsa trinitas. 1. *Ioan.* 6. b. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.

Item alia trinitas. *ibid.* Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.
f Domum tuam decet sanctitudo Domine,] quia tu Sanctus es.
h In longitudinem dierum,] quia æternus es.

Est multiplex domus Dei, scilicet.
- Homo secundùm corpus, & secundùm animam.
- Ecclesia.
- Religio.
- Hospitalis.
- Scriptura.

Domum
- Hominem
  - Secundum corpus, decet sanctitudo, i. castitas.
  - Secundùm animam, decet sanctitudo, i. charitas.
- Ecclesiam, vnitas. *Cant.6.c.* Vna est Columba mea.
- Religionem, concordia. *Psalm.67.* Qui habitare facit vnius moris in domo.
- Hospitalem, pietas. 1. *Tim.4.c.* Pietas ad omnia vtilis est.
- Scripturam, veritas. *Prou.9* a. Sapientia ædificauit sibi domum.

EXPOSITIO PSALM. XCIII.

Deus vltionum Dñs, &c] Titulus. *Psalmus Dauid quarta sabbati.*] Supra egit Propheta de Regno Christi. Sed quia multi contra illum murmurant, dicentes, quod non benè regit Mundum, eo quod permittit malos florere in Mundo, bonos autem tribulari: Ideo in hoc psalmo reprimit illud murmur, & hoc innuitur in titulo. Vndè is est sensus tituli [Psalmus] iste est [Dauid, Prophetæ, habitus pro his quæ significata sunt per ea quæ facta sunt] quarta] feria. Facta sunt autem in quarta feria luminaria, Sol, & Luna, quæ quantùm in se est, non obscurantur, & significant scientiam, & sapientiam, quæ qui habet, nouit quod non sine causa permittit Deus hic florere malos, & affligi bonos. Sicut enim Sol, & Luna placidè peragũt cursus suos non curantes de his quæ fiunt inferius; sic Sancti quorum conuersatio in cœlis est, cum patientia, & sine murmure agenda peragunt, temporalia ista non curantes nisi ad compassionem proximi, & vitæ sustentamentum. Et sic patet intentio, quia monet ad patientiam. Modus. Tres sunt partitiones. In prima Propheta querimoniam infirmorum quæ est de gloria peccatorum assumit, præmittens vnde illa sanetur, sc. quia Deus vindicaturus est in illos. In secunda contra blasphemos inuehitur, ostendens Deum scire hæc & curare, qui prudenter, & iustè de bonis, & de malis disponit, vt dum illis fouea foditur, isti patientes efficiantur, edocti, hoc consilium malis incognitum, *ibi:* [Intelligite.] In tertia ostendit quòd ab iniquis iusti pressi fluctuant, quibus modò refugium est Deus futurus vindex peccantium, *ibi:* [Quis consurget.] Volens ergo Propheta sanare, & reprimere murmur infirmorum, ponit quatuor per quæ maximè reprimitur murmur istud. Primum est potentia vindicandi quam habet Deus contra eos qui hic in malis prosperantur, & contra eos qui de hoc murmurant. Vndè dicit: [Deus vltionum Dñs, Deus vltionum.] Secundum est libertas arguendi. Vndè subdit. Liberè egit, i. aget, quia nihil timebit in iudicio. Tertium est excellentia iudicantis. Vndè dicit: Exaltare qui iudicas terram, i. peccatores & terrenos. Quartum est iudicium: Vndè dicit: Redde retributionem superbis. Dicit ergo.

Phil.3 d. *Partitio. Psalmi.* *Allegor. Psalm.36.*

i Deus vltionum Dñs,] q.d. noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitiam, & noli contra Deum murmurare, quia Deus de vtrisque vltioné capiet. *Is.47.a.* Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. *Nahum.1.a.* Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus, & habnes furorem, vlciscens Dñs in hostes suos. Et ponit ibi quater verbum vlciscendi, videlicet.

Vt
- Timeamus vindictam. *Abac.4.d.* Audiui & conturbatus est venter meus.
- De vindicta seruorum Dñi non dubitemus. *Deut.32.* f. Sanguinem seruorum suorum vlciscetur.
- De pœnis malorum certi simus. *Deut.32.* Reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.
- Vindictam nobis non vsurpemus. *Deut.32.e.* Secundùm *Septuaginta:* Mihi vindictam, & ego retribuam.

a Ad

Moral.

i Deus vltionum] Moraliter potest legi. In primo sensu allegoricè terruit peccatores, in morali autem isto consolatur pœnitentes. [Deus vltionum Dominus.] Si autem Dominus est vltionum, ergo potest vltionem remittere. Vndè dicitur in Collecta: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserendo manifestas.

* Deus

A Ad maiorem autem confirmationem repetit.

a Deus vltionum. Et dicit pluraliter [vltionum,] quia Deus multipliciter punit malos, videlicet.

In:
- Corpore, & anima. *Apoc.* 1. d. Gladius bis acutus exibat de ore illius. *Iudith. vlt.* c. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Vri ad corpus, sentire ad animam pertinet.
- Præsenti, & in futuro. *Ierem.* 17. c. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, scilicet, in præsenti, & in futuro.
- Se, & in aliis. *Is.* 8. d. Irascetur & maledicet Regi suo & Deo suo, & suscipiet sursum cœlum, & terram

intuebitur deorsum. Quia, scilicet, odio habebunt quidquid solent homines amare, & timere. *Is.* 9. d. Erit populus quasi esca igni, frater non parcet fratri, vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Manasses contra Ephraim, & Ephraim contra Manassem, & simul ipsi contra Iudam. Iste ergo Deus vltionum.

b Libere egit,] i. aget in futuro Iudicio.

Liberè, id est,
- Sine acceptione personæ. *Sap.* 6. b. Non enim subtrahet personam cuiusquam & cætera.
- Nullus eum arguet. *Sap.* 12. b. Quis enim dicet tibi, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum?
- Non seruiliter propter munera. *Prou.* 6. b. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, non acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiat pro redemptione dona plurima.

al. † fidenter.

Hanc autem libertatem etiam in præsenti vita ostendit, quando vendentes, & ementes de Templo eiecit *Ioan.* 2. c. Quando in Templo docuit, tanquam potestatem habens. *Matth.* 7. d. Conuertens ergo se Propheta ad Deum quasi desiderans Iudicium, subiungit.

c Exaltare [veniens ad Iudicium. *Iob* 40. a. In sublime erigere, & esto gloriosus. *Isa.* 2. d. Exaltabitur Dominus solus in die illa.

d Qui iudicas,] i. iudicabis.

e Terram,] i. terrenos, & terrena sapientes non cœlum, i. cœlestes, qui non iudicabuntur, sed iudicabunt. *Sap.* 3. b. Iudicabunt Sancti nationes. *Matth.* 19. d. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël.

f Redde retributionem] tu qui es patiens redditor. *Ecclesiast.* 5. b.

g Superbis] qui nolunt pœnitere, non eis qui humiliter pœnitent, & veniam petunt. *Isaia* 2. c. Dies Domini super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem. *Ioël.* 3. a. Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. *Psalm.* 30. Retribuet abundanter facientibus superbiam. Nota etiam quod cum dicit [Superbis] omnem peccatorem includit, quia omne peccatum ortum habet à superbia. *Ecclesiast.* 10. b. Initium omnis peccati superbia [redde] dico velociter. Quia.

h Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores:] non tantum peccabunt, sed peccantes [Gloriabuntur:] Hoc exclamat Propheta, quia grauis est bonis iactantia peccatorum. Vndè *Malach* 3. b. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes iniquitatem, tentauerunt Deum, & salui facti sunt. *Iob* 21. a. Quare impij sublimati sunt, cõfortatique diuitiis? *Abac.* 1. c. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? *Ierem.* 12. a. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt. Isti quærunt. Quare, iste verò quærit. Vsquequo. Et ad hoc duæ sunt responsiones. Donec, scilicet, fodiatur peccatori fouea. Et completæ sint iniquitates eorum. Vnde *Genes.* 15 d. Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Secunda responsio est, vsquequo, quandiu erunt vtiles bonis ad exercitium. *Iudic.* 2. d. Non delebo gentes quas dimisit Iosue, vt in illis experiar Israel, &c. Ad exaggerationem autem peccati illorum repetit hoc nomen; [peccatores, &c.] & ad exprimendum dolorem in expectatione repetit; [Vsquequo:] Tangit autem in summa, & in generali peccata eorum, cum dicit [peccatores.] Aggrauat autem illa primo per diuturnitatem notatam in hoc quod dicit. [Vsquequo, &c.] Secundò per hoc quod in peccato gloriantur. Vndè

a Deus vltionum † b liberè egit, c Exaltare d qui iudicas e terram, f redde retributionem g superbis. h Vsquequo peccatores Dñe, i vsquequo peccatores k gloriabũtur? † l Effabũtur, & m loquẽtur n iniquitatem, loquẽtur omnes qui operantur iniustitiam. o Populum tuum p Dñe q humiliauerunt, r & hæreditatem tuam f vexauerunt.

al. † Respondent.

dicit [gloriabuntur.] His autem duobus respondet pœna, quam comminatur Dominus. *Apoc.* 18. b. Quantùm glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Quantum, ecce diuturnitas: Glorificauit, ecce gloriatio. Sed diuturnitati redditur tantum tormentum, gloriationi, luctus. Tertiò, aggrauat peccata per manifestationem peccati: Quæ fit duobus modis, scilicet, verbo, & opere. Verbo: Vndè dicit:

l Effabuntur, & loquentur,] i. efferentur, siue elatè, & iactanter loquentur.

n Iniquitatem,] scilicet, opera sua iniqua loquentur [omnes qui operantur iniustitiam:] Et in hoc exprimitur secunda manifestatio, quæ fit per opus. Postea specificat quæ sunt illa peccata, quæ sic faciunt, & aggrauat. Primum est vilificatio populi Domini: Vndè dicit:

o Populum tuum] Christianum.

p Domine] Christe. q Humiliauerunt,] i. vilificauerunt. Secundum est persecutio iustorum: Vndè dicit:

r Et hæreditatem tuam vexauerunt.] Hoc fuit tempore Iuliani, & persecutorum. Tertium est spoliatio miserabilium personarum, & interfectio earum: & Vndè dicit:

A Viduam,

Moral.

a Deus vltionum,] qui sic vlciscetur, vt dictum est. in futuro: Tamen in præsenti. b Liberè egit,] i. liberaliter expectans ad pœnitentiam, & pœnitentibus donando veniam. *Rom.* 2. a. Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Et vt eis ista liberalitas valeat: O Domine. c Exaltare] in corde pœnitentis, qui iaces, & prostratus es in corde peccatoris. Dominus enim in corde peccatoris infimum locum tenet, Mũdus vero summum: Contra illud *Iob* 29. d. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Hoc exponit *B. Greg.* de Domino dicens: Dominus & cum vult venit, & cum venit, primus sedet, quia & aduentus eius in corde nostro, gratuitus est, & appetitus eius desiderij in cogitatione nostra cæteris desideriis non est æqualis. Ad hoc autem vtilis est timor iudicij. Vndè bene dicit.

d Qui iudicas terram,] quasi dicat, si hoc cogitarent homines quod ita iudicabis, & condemnabis amatores terrenorum, te solum contemptis terrenis diligerent.

f Redde retributionem superbis, scilicet, dæmonibus, vt sicut in corde peccatorum fuerunt supra, & tu infra, ita in corde pœnitentium tu sis supra, & ipsi infra. *Psalm.* 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. h Vsquequo] enim [peccatores Domine.] i. dæmones, qui antonomastice dicuntur peccatores. i Vsquequo] ipsi peccatores. k Gloriabuntur,] quia in cordibus hominum regnant quos creasti. De hoc enim gloriantur dæmones, & de pœnitentia peccatorum confunduntur. Vndè *Mich.* 7. b. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: surgam, scil. per pœnitentiam. Inimicam vocat cateruam dæmonum. Et [vsquequo.] Effabuntur, i. extra fabuntur per iactantiam. Si est aliquid bonum in homine, statim diabolus aperire vult os eius ad iactandum, & cùm iactat se homo, effatur diabolus per os eius. m Et loquentur] interiùs suggerendo. n Iniquitatem loquentur omnes qui operantur iniustitiam.] Non dicit rem iniustam, vel opus iniustum quod facit homo, sed ipsam iniustitiam, quæ est lex diaboli. *Isa.* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas. Vel de membris diaboli potest legi versus iste. Et notandum quòd ter dicit [loquentur] & semel dicit [operati sunt,] quia potentiores sunt mali in lingua, quàm in manu. *Isa.* 16. b. Indignatio eius plus quam fortitudo eius. *Sap.* 15. c. Supramodum animæ suæ superbi sunt. *Ierem.* 48. c. Ego scio, ait Dominus iactantiam eius, & arrogantiam, eo quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta, quod poterat conata sit facere.

o Populum tuum Domine,] i. bonos motus. q Humiliauerunt,] i. depresserunt. *Amos* 6. c. Tace & ne recorderis nominis Domini. r Et hæreditatem tuam vexauerunt.] Hæreditas Domini est contemplatio cœli, siue viri contemplatiui. *Eccl.* * 24. b.

Possunt etiam hi tres versus exponi de Sacerdotibus malis, & Prælatis. o Populum tuum Domine humiliauerunt,] i. oppresserunt. *Mich.* 3. a. Qui comederunt carnem populi mei & pellem eorum desuper excoriauerunt. r Et hæreditatem tuam,] i. Ecclesiam. f Vexauerunt] causis, & pompis suis. *Ieremia* 2. b. Ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationẽ.

A *a* Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt] ad litteram, vel spoliando, & auferendo eis substantiam de qua viuere habent. *Eccl* 34.d. Panis egentium vita pauperum est qui defraudat illum, homo sanguinis est. Quartum est blasphemia in Deum quæ duplex est. Prima, quâ dicunt Dominum nescire mala quæ fiunt hîc. Vndè dicit. *c* Et dixerunt] cum hæc omnia mala facerent. *d* Non videbit Dominus,] mala quæ facimus, *Iob* 22. b. Dicis, quid nouit Dominus? & quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Secunda est, qua dicunt Deum non curare ista. Vndè addit quod dixerunt etiam hoc.

a Viduam, & † aduenam interfecerunt, *b* & † pupillos occiderunt. Et *c* dixerunt *d* non videbit Dominus, *e* nec intelliget *f* Deus Iacob. *g* Intelligite † insipientes † in populo, *h* & stulti *i* aliquando sapite. *k* Qui plantauit aurẽ non *l* audiet *m* aut qui finxit oculum *n* non considerat. *o* Qui † corripit gentes non *p* arguet, *q* qui docet hominem *r* scientiam.

al. † pupillos.
al. † proselytum.
al. † nunc qui.
al. † estis.
al. † erudit.

e Nec intelliget] imò negliget ista etiam si videat.
f Deus Iacob,] i. Christianorum.

Moral. * 24.b. In Israël hæreditare. *Is.* 19.d. Hæreditas mea Israël. Hæc indiget quiete, sed dæmones, & mali homines vexant eam, & inquietant, sed vexatio eorum vtilis est bonis. *Exod* 1.b. Quanto magis opprimebantur, tantò magis multiplicabantur. *Isa.* 28.e. Sola vexatio dabit intellectum auditui, i. his quæ audiuntur. Multis autem nocet. Vndè sequitur.

a Viduam & aduenam interfecerunt.] Vidua est anima pœnitentis, quæ tunc interficitur, cùm ei sua viduitas, i. castitas, & sobrietas aufertur. 1. *Tim.* 5. a. Vidua quæ in deliciis viuit viuens mortua est. Aduena est qui non habet hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirit. *Hebr. vlt.* c. Hic moritur, cum ciuis Mundi efficitur quasi in terra sepultus, & fixus.

b Et pupillos occiderunt.] Pupillus est cui mortuus est pater, Mundus; & mater, concupiscentia. De quibus *Ezech.* 16. a. Pater tuus Amorræus & mater tua Cethæa, i. garrula; hic occiditur, cum filius diaboli per peccatum efficitur. *c* Et dixerunt] in suggestione.

Genes. 3. a. *d* Non videbit Dominus] hoc peccatum, si faciatis, vel si viderit. *e* Non intelliget,] i. non curabit vindicare. Hoc est quod suggessit diabolus primis parentibus. Nequaquam moriemini, &c. *Isa.* 29. e. Væ qui profundi estis corde vt à Domino absconderis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet. Suggerunt etiam dæmones, quòd Dominus iuuabit eos ad exeundum de peccato. Vndè bene dicit.

f Deus Iacob,] quasi dicat, Deus non vindicabit, sed potiùs te extrahet de peccato, & faciet te vitia supplantare.

De Prælatis & Sacerdotibus. ⊕ *a* Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt] auferendo eis substantiam exactionibus iniustis. Quando enim vidua amisit virum suum, & pupilli patrem, iam sunt semimortui, quia ille quærebat eis necessaria ad sustentamentum; Sacerdos autem penitus interficit eos, qui illud modicum quod defunctus reliquerat aufert eis. *Eccles.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est; qui defraudat illum homo sanguinis est. *c* Et dixerunt] facto.

d Non videbit Dominus, &c.] *Prou.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. *Heb.* 4. d. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.

Secunda pars. *g* Intelligite insipientes in populo.] Secunda pars, vbi contra blasphemos inuehitur, ostendens Deum hoc scire, & curare. Primo ergo murmur blasphemorum reprimit, arguens eos maximè à causis murmuris. Duæ sunt autem causæ, insipientia, & stultitia. Insipientia qua male sentit homo de Deo, & de diuinis. Vndè dicit [intelligite insipientes in populo,] i. vos qui estis in populo, & estis insipientes [intelligite Dei sapientiam, scientiam, & potentiam. Stultitia est qua Deum postponit homo temporalibus. Vndè addit.

Contra negantes Dei prouidentiam, & curam.

h Et stultis] qui Deum postponit temporalibus.

i Aliquando sapite,] i. saporate Dei dulcedinem, vt desipiant vobis terrena. Et quæ intelligere debeant, subiungit dicens.

k Qui plantauit aurem non audiet, &c.] Et ostendit per locum à causa, quòd Dominus omnia audit, & considerat, & scit. Et arguit eorum multiplicem blasphemiam. Primò illam qua dicunt Deum esse surdum, cùm dicit: [Qui plantauit aurem non audiet,] quasi dicat, imò audiet qui aliis dat, vt possint audire. Secundò, illam quâ dicunt Deum non videre, vel non curare ista cùm subiungit. *m* Aut qui finxit oculum] ad litteram, vel rationem.

n Non considerat, imò considerat quæcunque fiunt. *Eccl.* 23. c. Non cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum. Valde absurdum est dicere, quòd ille qui alios facit audire, & videre, nec audiat, nec videat. *Sap.* 13. a. Speciei generator hæc omnia constituit. Et post: Intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. Tertiò, arguit illam blasphemiam, qua dicunt Deum non iudicaturum: Vndè dicit.

o Qui corripit gentes] in præsenti pro minoribus peccatis.

p Non arguet] in iudicio pro maioribus? Imò arguet, & puniet. Quartò illam qua dicunt ipsum esse inscium: Vndè dicit: *q* Qui docet hominem scientiam,] nunquid erit inscius? Absit *Eccl.* 1. a. Omnis sapientia à Domino Deo est. Sic ergò probauit per locum à causa, quòd Deus omnia scit quæcunque facit homo. Item probat consequenter per locum à minori dicens.

A Dominus

Moral.

De Prælatis & Sacerdotibus. Potest etiam exponi moraliter de Sacerdotibus, & Prælatis.

g Intelligite insipientes in populo] superpositi. *Sap.* 6. a. Discite iudices finium terræ, præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Arguit autem hic eos de insipientia, quantum ad affectum, cum dicit: [Intelligite insipientes.] Et de stultitia, quantum ad intellectum, cùm subiungit.

h Et stulti aliquando sapite.] Quantumcunque autem sit literatus homo, tamen si non intelligit quæ Dei sunt stultus; si non desiderat, insipiens est. Debet ergo Prælatus intelligere, quod sicut vult quod populus ei obediat, ita debet ipse Christo obedire. Debet, & sapere, & desiderare ipsius Christi obedientiam, vt sicut Christus Patri, ita ipse Christo obediat, quod notatur cum subditur:

k Qui plantauit aurem non audiet.] Per aurem obedientia intelligitur. Hanc Christus plantauit in terra cordium humanorum, volens vt cresceret. Ad hoc enim plantantur arbores, vt crescant. Sed crescere non posset, nisi à Sole iustitiæ, & à respectu eius sumeret incrementum per obedientiæ exemplum. Christus enim ne videretur solùm iniungere obedientiam, & non implere, factus est obediens vsque ad mortem: *Philip.* 2. a *Heb.* 5. c. Et quidem cùm esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam. Hoc est quod dicit: [Qui plantauit aurem,] i. iniunxit obedientiam.

l Non audiet,] i. non erit obediens? imò Christus non ex his quæ præcepit, sed ex his quæ passus est, didicit obedientiam, vt dicitur *Hebr.* 5. c. Et in hoc dedit formam Prælatis, vt ipsi faciant ea quæ aliis præcipiunt. Vndè de eisdem dicitur: [Qui plantauit aurem,] i. qui aliis iniungit, & imponit legem, [non audiet,] scilicet, præceptum regulæ quod aliis insonat? Nunquid ipse erit surdus ad verba sua? Tales sunt multi de Prælatis. *Matth.* 23. a. Super cathedram Moysi, &c. *Isaia quadragesimo secundo* d. Qui vides multa, nonne custodies? Qui apertas habes aures, nonne audies?

m Aut qui finxit oculum non considerat?] Oculus subditi fingitur, i. informatur à Prælato ad vigilias, ad lectionem, ad modestos contuitus transeuntium, ad declinandum aspectum. Igitur qui sic alium doces, teipsum non doces? *Rom.* 2. c. Vndè sequitur:

o Qui corripit gentes,] i. gentiles motus, & gestus in subditis.

p Non arguet,] scilicet, seipsum.

q Qui docet hominem scientiam,] nonne docebit seipsum qui est loco Dei? Posset hoc esse thema in Pentecoste.

o Qui corripit gentes, &c.] Sicut enim ignis corripit tecta, sic Spiritus sanctus corripit gentes relictis Iudæis, Iste arguet Mundum, sicut *Ioan.* 16. b. Dicitur: Cùm venerit ille arguet Mundum de peccato, & de iustitia & de iudicio. De peccato quod non vitauerunt, de iustitia quam non amauerunt, de iudicio quod non timuerunt. *q* Qui] etiam [docet hominem scientiam necessariam ad salutem. *Ioan.* 14. d. Ille vos docebit omnia. & suggeret vobis omnia, &c. Et *Ioan.* 16. c. Cũ autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, &c *r* Scientiam.] *Sap.* 1. b. Spiritus Dñi repleuit orbem terrarũ, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Quia vero homo Prælatus, quando alios docet verbo, & exemplo, citò inaniter gloriatur, & sibi quod facit ascribit, bene subiungit,

* Dominus

A *a* Dominus ſcit cogitationes hominum.] Ergo multo fortiùs opera. *Eccl.* 42.d. Non poterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Et de illis cogitationibus ſcit. *b* Quoniam vanæ ſunt.] Cogitationes verò Dei iuſtæ ſunt licet occultæ. Sed has aperit amicis ſuis. Vndè dicit eos bonos eſſe dicens. *c* Beatus homo, &c.] i. extra puerilem ruditatem poſueris, vt puerum tuum, & hoc per diſciplinam verberum. *Ierem.* 6.

al. † nouit. al. † vir. al. † eum. al. † malignis,

a Dñs † ſcit cogitationes hominum, quoniã *b* vanæ ſunt. *c* Beatus † homo quem tu *d* erudieris Dñe, *e* & de legẽ tua docueris eũ. Vt *f* mitiges † ei à diebus † malis, *g* donec fodiatur peccatori fouea.

b. Secũdum LXX. Per omne flagellum erudieris Ieruſalem. *e* Et de lege tua docueris eum] per diſciplinam verborum, vt adultum iam, non vt puerum, erudieris, dico, & docueris eum] ad hoc, ſc. *f* Vt mitiges ei, &c.] i. vt leuius ferat, & ſuſtineat tribulationes quæ ei inferuntur in malitia huius præſentis temporis, quæ tamen non diu durabunt ei. Sed tantum.

g Donec fodiatur, &c.] i. donec illi qui ſunt peccatores ſuperbi, & nolentes per pœnitentiam humiliari, compleuerint peccata ſua, per quæ de proſperitate moderna corruent in ſupplicia æterna. Et verè mitigat Dñs tribulationes bonorum, & faciet eas fidem in breui habere.

A Quia

Moral. *a* Dominus ſcit cogitationes hominum, &c.] & citò ad vanam gloriam ſurgunt, propter hoc præcipit Dominus *Matth.* 10 b. Vt diſcipuli excuterent puluerem de pedibus ſuis. *Ierem.* 10.c. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua, confuſus eſt omnis artifex in ſculptili. Quoniam falſum eſt quod conflauit, & non eſt ſpiritus in eis, vana ſunt & opus dignum riſu. Ac ſi apertè dicat, ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, quia ſi gloriatur, ſtultus eſſe comprobatur. Et ſubtilis compoſitor ſermonum de ornatu, vel ſubtilitate ſermonum non gloriatur, quia niſi à Domino ſpiritus, & vita ſuperinfundatur, potiùs ſunt ad aures mulcendum, & riſum prouocandum, quàm ad ædificandum. Et ideo bene ſubditur. *c* Beatus homo quem tu] non alius. *d* Erudieris Domine, &c.] *Ioan.* 6.g. Erunt omnes docibiles Dei. *Iſa.* 54.d. Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Domino. Beati ergo ſcholares Domini quos in ſcholis ſuis erudit, i. extra temporalium ruditatem & groſſiciem ponit. *Ierem.* 6. b. Erudire Ieruſalem ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertum, terram inhabitabilem. Clerici enim qui modò pingues ſunt, & abundantes in temporalibus, niſi omnia relinquant, aut ſaltem contemnant, in deſertum redigemur. Tutius eſt ergo omnia relinquere, & ſcholarem Domini fieri, & diſcipulum Ieſu Chriſti. Sed quia pauci ſunt qui hoc velint facere, bene in ſingulari dicit, beatus homo quem tu erudieris Dñe. Ad hoc autem quòd homo ſit diſcipulus Chriſti, tria requiruntur, ſc. vt homo relinquat ſua, ſuos, & ſeipſum, & ſe tribulationi exponat. *Luc.* 14. f. Si quis venit ad me & non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et *infrà* g. Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Cùm autem ita erudierit, & extra iſtam ruditatem poſuerit diſcipulos ſuos, tunc docet eos de lege ſua, ſecundùm quod promittit *Oſee* 2. c. Ducam eam in ſolicitudinem, i. Religionem, & ibi loquar ad cor eius. De lege, inquit, tua, quæ vna eſt, non de legibus hominum, quæ tot ſunt, quot caſus particulares accidunt. Hæc lex Domini eſt charitas, quæ ligat, & adhærere facit Deo De quo *Rom* 13.c. Plenitudo legis eſt dilectio. Et in *Pſal.* 18. Lex Domini immaculata conuertens animas. Hæc eſt enim quæ omnia dura facit mollia. Nihil enim difficile amanti. 1. *Cor.* 13.b. Charitas patiens eſt benigna eſt. Hoc quod ſequitur. *f* Vt mitiges ei à diebus malis.] Quod duobus modis legi poteſt, ſc. vt dies mali ſint mitigati per legem charitatis, & huic concordat quod modò prædictum eſt. Vel vt tantum faciat in eo charitas, vt ipſi dies mali mitigent, & delectent hominem. *Epheſ.* 5.d. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, i. tempus malum emite quaſi vtile vobis. *Iacob* 1.a. Omne gaudium exiſtimate fratres cùm in varias tentationes incideritis. *Rom.* 5 c. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur, &c.

Tria requiruntur ad hoc quod aliquis ſit diſcipulus Chriſti.

g Donec fodiatur peccatori fouea.] Cor peccatoris confoditur iaculis ſuperbiæ, ligonibus auaritiæ, roſtro porcino luxuriæ. *Iſa.* 34.d. Ibi habitit foueam hericius, i. auaritia quæ vallatur ſpinis, ſicut hericius. *Prou.* 23. c. Fouea profunda meretrix, i. luxuria. Item foditur ei fouea in Inferno, in qua cùm mortuus fuerit ſepelietur. Sicut *Luc.* 16. f. Dicitur de diuite, quòd mortuus eſt diues, & ſepultus in Inferno. Notandum eſt autem in hoc verſu quòd Dñs mitigat tribulationem multis modis. Item, quòd peccator accedit ad foueam ſucceſſiuè. Dominus ergo mitigat tribulationem ſex modis.

Videlicet

- Internam conſolationem dando. *Eccl.* 38.a. Vnguentarius faciet vnguenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis. *Pſalm.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
- Paſſionem Chriſti ad memoriam reducendo. *Eccl.* 38 a. Nonne à ligno dulcorata eſt aqua amara? Vndè cantat Eccleſia: *Dulce lignum, dulces clauos*, ſcilicet, ab effectu.
- Ipſam tribulationem, aut ex toto auferendo, aut diminuendo. *Pſalm.* 106. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ. *Pſalm.* 36. Remitte mihi, vt refrigerer.
- Patientiam augmentando. 1. *Cor.* 10 c. Fidelis eſt Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.
- Exempla Sanctorum oſtendendo. *Gregor.* Facta præcedentium recolamus, & grauia non erunt quæ ſuſtinemus. *Ierem.* 38. d. Funes Ieremiæ pannis veteribus inuoluti ſunt. Funes duri ſunt tribulationes; panni veteres conuerſatio, & exempla antiquorum.
- Hauſtum aliquem ſupernæ dulcedinis in contemplatione conferendo. *Eccl.* 43.c. Ros obuians ab ardore venienti. *Rom.* 8.d. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Gregor.* Conſideratio præmij minuit vim flagell.

g Donec fodiatur peccatori fouea.] Non foditur fouea, niſi mortuo, vel in proximo morituro. Accedit autem homo ad hanc quaſi quibuſdam paſſibus ſucceſſiuis. Primò enim alteratur homo: Secundò, febricitat: Tertiò, fit phreneticus, & ſic moritur: Quartò, clauduntur ei oculi, & os: Quintò, lauatur: Sextò, inuoluitur in ſudario: Septimò, ponitur in feretro: Octauò, operitur panno ſerico: Nonò, ponitur crux ad caput, & affertur aqua benedicta, & accenduntur cerei, Decimò, cantatur placebo, & dirige, & exultabunt in laudibus, & requiem in Miſſa: Tandem cum luctu effertur ad foueam, & ibi ſepelitur. Alteratur homo, quando incipit velle contraria. *Eccl.* 27.b. Homo ſanctus in ſapientia manet, vt Sol: nam ſtultus, vt Luna mutatur. *Gen.* 31.a. Iacob animaduertit faciem Laban, quod non eſſet erga ſe, ſicut heri, & nudiuſtertius. Iacob gerit typum Chriſti, Labã peccatoris, à quo propter hoc recedit Chriſtus, quia mutat ei aſpectum, & voluntatem ſuam. E conuerſo dicitur 1. *Reg.* 1.c. Vultus ei non amplius in diuerſa mutati. Febricitat, quando de faciendo peccato deliberat, modò enim æſtuat, modò timore frigeſcit, ſ. timore ne poſſit peragere quod cupit. In febricitante eadem eſt cauſa caloris interioris, & frigiditatis exterioris. Ex hoc enim quòd calor tendit ad interiora, ex hoc accidit quod partes exteriores frigeſcũt: Et ſimiliter ex eo quod aliquis æſtuat, & inflammatur ad peccatum, ex hoc accidit quod frigeſcit propter timorem impedimentorum. *Matth.* 8.b. Cùm veniſſet Ieſus in domũ Petri, vidit ſocrum eius iacentem, & febricitantem. Freneticus fit per conſenſum, & actum, & ſe gladio ancipiti tranſfigit, & moritur, clauduntúrque ei oculi, quia excæcatur per peccatũ. *Pſ.* 68. Obſcurentur oculi eorum ne videant. Clauditur & os eius ne confiteatur. Lauatur, ſordes pœnitentiæ abiiciendo, de quibus *Iſ.* 47. a. Sede in puluere, i. in ſqualone pœnitentiæ. Deinde abſconditur in ſudario prauæ conſuetudinis. *Ioan.* 11.f. Facies eius ſudario erat ligata. Poſtea ponitur in feretro quando ponitur in exemplum. 1. *Reg.* 31.d. Corpus eius ſuſpenderunt in muro Bethſan. Poſtea tegitur panno ſerico, i. quadam vrbanitate, & curialitate. *Act.* 12.d. Herodes ſtatuto die veſtitus veſte regali, ſedebat pro tribunali, & concionabatur ad eos. Poſtea ponitur Crux ad caput, ſed nõ portat eam, per quam deſignatur quædã delicata, & apparens pœnitentia. *Iſ.* 58.a. In die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. Ipſi enim volũt quòd alij faciant pro eis pœnitentiam, quam ipſi facere debent. Et ſi aliquam faciunt ſecundum voluntatem ſuam, & non ſecundum voluntatem Confeſſoris eã faciunt. Deinde apponitur aqua benedicta, ſed inde non aſpergitur mortuus, ſed tantũ pannus quo tegitur. Per aquã benedictã intelligitur eleemoſyna. De qua *Eccl.* 3. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis: De qua non aſpergitur, nec refrigeratur mortuus,

Proceſſus ſpiritualis ſepulturæ peccatoris, ad ſimilitudinem ſepulturæ mortui materialis.

A *a* Quia non repellet Dominus, sed amplectitur, & suscipit. *b* Plebem suam] Christianam, & iustam. *c* Et hæreditatem suam,] i. Ecclesiæ. *d* Non relinquet.] Cui dixit, & promisit. *Matth. vlt.* d. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Hoc est quod dicit, non derelinquet quoadusque, &c.] i. vsque in finem sæculi in die Iudicij, in quo iustitia iustorum qui hic persecutionem patiuntur propter Christum, conuertetur in iudicium, quia qui modo indicantur, & condemnantur iniustè, tunc fient iudices aliorum. *Luc.* 11. c. Ipsi iudices vestri erũt. *Matth.* 19. d. Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel, &c. Hic,

al. † Quoniam.
al. † quousque.
al. † habebit eam.
al. † exurget.
al. † consistet.
al. † inhabitauerat.
al. † Domine.
al. † exhortationes.
al. † iocundauerunt.

† *a* Quia non repellet Dominus *b* plebem suam, *c* & hæreditatem suam non *d* derelinquet. † *e* Quoadúsque iustitia conuertatur in iudicium, *f* & qui † iuxta illam *g* omnes qui recto sunt corde. *b* Quis † consurget mihi *i* aduersus malignantes, *k* aut *l* quis † stabit *m* mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi *n* quia Dñs *o* adiuuit me, paulominus † *p* habitasset in Inferno anima mea. S. *q* dicebam *r* motus est pes meus, *f* misericordia tua Dñe adiuuabat me. † *t* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, † consolationes tuæ, † lętificauerunt animam

quoadusque, inclusiuum, quia etiam tunc non derelinquet, sicut & sumitur, donec, ibi. *Psalm.* 109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et ostendit qui sunt iusti, primò quærens, & postea soluens. Vndè dicit. *f* Et qui iuxta illam] iustitiam supple sunt, vel viuunt? Respondet.

g Omnesqui recto sunt corde.] Recto corde sunt, qui omnino voluntatem suam subiiciunt voluntati diuinæ, & si motus sensualitatis aliquando occurrat, vt timor malè humiliare volens, vel amor malè incendere satagens, reprimunt, & subiiciunt rationem, exemplo Dñi qui dixit. *Matth.* 26. d. Non sicut ego volo, sed sicut tu. Sic exposita est littera huius partitionis breuiter, & satis moraliter.

Moral. * sed pannus, quia non propter vtilitatem suam, sed propter vrbanitatem sæculi multa dona, & eleemosynæ danr. Deinde adduntur cerei lucidè ardentes, sed tamen non lucent mortuo. Hæc est sapientia sæculi quæ sapientes non illuminat, nec prodest eis. De qua dicitur *Luc.* 16. b. Filij huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Postea cantatur ei. Placedo, & dirige, & exultabunt, quando laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & per hoc erigitur in superbiam, & exultat inaniter. *Psalm.* 9. Deinde. Requiem quando suggeritur ei vt requiescat in fæcibus suis, & vt non laboret manu. Tandem cum luctu, & tristitia defertur, & detruditur in foueam Inferni, vt supra dictum est, ministerio dæmonum, & ibi clauditur, vt dicitur *Isaiæ* 24. d. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Hoc dictum est de malis. Sed non sic de bonis.

a Quia non repellet Dominus plebem suam.] Sed nonne alibi dicitur, Deus repulisti nos. Sol. Non repellit ab vtilibus, sed à noxiis, sicut mater filium ab igne, vel ab aqua, vel fouea repellit, sed non à Regno, vel dignitate. *Luc.* 12. d. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.

b Plebem] non ait, diuites, & nobiles. *Luc.* 1. e. Diuites dimisit inanes. *Psalm.* 88. Exaltaui electum de plebe mea. *c* Et hæreditatem suam,] i. iustos. *d* Non derelinquet.] *Psalm.* 36. Non vidi iustum derelictum. *Hebr.* 13. a. Non te deseram, neque derelinquam. *Iosue* 1. a. Non dimittam, neque derelinquam te. *e* Quoadusque, &c.] Hoc supra expositum est de iustitia hominis, nunc exponamus de iustitia Dei, quæ nunc conuersa est ad misericordiam, & tota conuertitur cum quis pœnitet. *Anselmus in monologion.* Verè Domine idcirco es misericors, quia summè iustus es. Tandem autem iustitia eius conuertetur in iudicium, vt iustè iudicet, & cognoscetur Dominus iudicia faciens, qui non cognoscitur iniurias patiens. *f* Et qui iuxta illam,] i. qui erunt assessores iustitiæ Dei, & iusti iudicis. *g* Omnes qui recto sunt corde,] i. qui terrena contemnunt propter desiderium æternorum. *Matth.* 10. d. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes, &c. *h* Quis consurget, &c.] Tertia pars, in qua ostendit quòd iusti ab iniquis passi, & oppressi fluctuant, quibus est modo refugium Deus qui est futurus vindex, & iudex peccantium. Propheta ergo videns malos opprimere bonos, in persona eorum exclamat ad Dominum, & petit auxilium, dicens, quis consurget mihi in auxilium? *i* Aduersùs malignantes, vt vincam eos? *k* Aut si non possum vincere. *l* Quis stabit] perseueranter. *m* Mecum aduersùs operantes iniquitatem] vt non vincar ab iniquitate eorum? q. d. nullus præter Dñm. Probatio. *n* Nisi enim, quia Dñs adiuuit me, paulominus,] i. fere. *p* Habitasset in Inferno anima mea:] i. in fouea peccatorum, q. d. fere consensissem iniquitati iniquorum nisi Dñs adiuuisset me. *Ps.* 117. Dñs mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Ostendit autem quos iuuat Dñs, eos qui se debiles, & indigentes auxilio confitentur. Vndè dicit. *q* Si dicebam motus est pes meus,] i. qui stabat in cœlo lapsus est, vel cito lapsurus in lutum. *f* Misericordia tua, &c.] & pedem erigebat, & confirmabat, tamen in his est magnus dolor, & labor, & resistere inimicis, & tot aduersa sustinere. Sed ô Domine non deficio. Quia. *t* Secundùm multitudinem, &c.] 2. *Cor.* 1. b. Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Et *sup.* a. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Ita me consolatis, sed mali qui me persequuntur, huius consolationis non sunt participes. Quia.

Tertia pars.

A Nunquid

Moraliter. *h* Quis consurget mihi, &c.] Vox potest esse Christi, vel cuiuslibet zelatoris qui quærit auxilium contra dæmones malignantes, qui animas Christi sanguine redemptas malignè seducunt, & perdunt. Sic dixit Moyses *Exod.* 32. f. S. quis est Dñi iungatur mihi. Sed quia pauci tales sunt, quis quærunt quæ sunt Iesu Christi, notabiliter dicit. Si quis. Et hic interrogatiuè, quis consurget q. d. pauci, vel nulli, nec etiam Prælati quis animas tuendas susceperunt. Vndè dicit *B. Bern.* Quem dabis mihi de numero Prælatorum qui non magis inuigilet marsupiis euacuandis quàm moribus informandis? *Phil.* 2. c. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. *Ez.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israël. *k* Aut quis stabit mecum aduersùs operantes iniquitatem.] Aliqui insurgunt quandoque contra dæmones malignantes, qui videlicet primò tentatos confortare, & monere incipiunt, sed non stant contra iam operantes iniquitatem, quia cùm vident eorum malitiam præualere intantum quòd traxerint hominem ad peccatum, quasi victi, & fracti dissimulant, & negligunt quando fortius stare, & instare deberent, vt animas de ore leonis eriperent. *Amos* 3. d. Hæc dicit Dñs, quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentes filij Israël qui habitant in Samaria, i. fideles qui sunt in Ecclesia. Sed quia modò vix est qui eruat, cogitur Ecclesia clamare ad Dñm, *in Ps.* 39. Complaceat tibi Dñe, vt eruas me, Dñe ad adiuuandum me respice. vnde in persona cuiuslibet fidelis bene hic subditur. *n* Nisi quia Dñs &c.] q. d. non est Prælatus qui consurgat, qui stet ad eruendum Et, nisi quia Dñs, solus. *o* Adiuuit me, &c.] q. d. si mortuus fuissem in peccato, anima iuisset in Infernum, quia non erat qui me à peccato eriperet, nisi Deus sua misericordia me adiuuans ad exeundum de peccato. *Thr.* 3. c. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti. Quomodo autem exit homo de peccato? Per confessionem. Vndè subiungitur. *q.* Si dicebam] confitendo.

r Motus est pes meus,] i. lapsus sum in peccatum. *f* Misericordia tua Domine adiuuabat me] peccatum dimittens, & vitam restituens. *Psalm.* 31. Dixit confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pes, meus, Pes animæ amor, vel affectus, qui, mouetur, quando derelicto veteri amico Christo, nouus amatur, i. Mundus. *Eccl.* 9. c. Non derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Et quia Pharao contemptus surgit in scandala. Et recedentem à seruitute diaboli, & accedentẽ ad seruitutem Dei, stare oportet in iustitia, & præparare animam suam ad tentationem. *Eccl.* 2. a. Ex quibus tentationibus multùm molestatur, & affligitur anima. Vndè, de consolatione subiungit.

t Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.] Si enim ad suam custodiam vigilet anima, Dñs consolationem immittet. *Isaiæ* 51. a. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius. 1. *Cor.* 10. c. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tẽtatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. *Tob* 4. d. Post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem, & fletum exultationem infundis. Sed quia supra quæsiuit. Quis consurget, &c aut quis stabit mecum, &c. Possent forte respondere multi, vel omnes Prælati, nos stamus cum Domino. Vnde probat consequenter quod non est verum, dicens.

* Nunquid

A *a* Nunquid, &c.] i. iniquus homo: O domine. *c* Qui, &c.] i. etiam qui filios & amicos tuos per laborem & tribulationem ſicut per præceptum corrigis, & vis quod labori obediatur, ſicut præcepto tuo: Iniqui autem non obediunt, ſed contradicunt, vnde non adhærent tibi, nec tibi placent. Non tamen omnino pro nihilo ſunt, quia per eos exercitantur boni, & coguntur ad te clamare, & refugere: Vnde ſequitur. *e* Captabunt in animam iuſti,] i. quaſdam capturas, & falſa crimina, quibus capiantur, obiiciet.

al. † dolorem.

al. † auxilium.

al. † dominus ſecundum opera eorum, & ſecundum malitiam eorum diſperdet eos.

meam. *a* Nunquid adhæret tibi *b* ſedes iniquitatis, qui *c* fingis † *d* laborem in præcepto. *e* Captabũt *f* in animam *g* iuſti, *h* & ſanguinem innocentem condemnabũt. Et *i* factus eſt mihi Dñs in refugium, *k* & Deus meus in † adiutorium ſpei meæ. Et *l* reddet illis † iniquitatem ipſorum, *m* & in malitia eorum *n* diſperdet eos, *o* diſperdet illos Dñs Deus noſter.

h Et] ſi iuſte nocere non poſſunt, ſanguinem innocentem condemnabunt. Vel poteſt hoc aliter continuari, & diſtingui. Dico quod. *c* Fingis laborem in præcepto.] Eſt autem duplex labor, animæ, & corporis. De labore animæ dicit: *e* Captabunt] iniqui, in animam iuſti, vt eam ſibi ſimilem faciant. Et hoc eſt magnus labor, & anguſtia animæ, quando tentant mali eam trahere ad peccatum. De labore corporis ſubiungit. *h* Et ſanguinem, &c.] Hæc autem omnia ſunt ad vtilitatem iuſtorum, vt ſc. ſic vexati ad dominum refugiant, ſecundum quod dicit. *Greg.* Mala quæ nos hîc premunt, ad Deum nos ire compellunt. Hoc eſt quod addit. *i* Et] in his, & ex his, factus eſt mihi, &c. i. & per hoc compellor refugere ad Dñm, & Dñs recipit fugientem. Quod & vtrumque notatur in hoc verbo, factus eſt refugium: Niſi enim fugeremus ad eum, non eſſet refugium, & niſi fugiẽtes reciperet, non eſſet etiam refugium. *Sup.* Dñe refugium factus es nobis. Sed quandoq; refugit homo ad aliquem, qui licet eum recipiat, non tamẽ iuuat eum, quia fortè non poteſt, vel non vult, ſic autem non eſt de Dño. Vndè addit. *k* Et Deus meus factus eſt, in adiutorium, &c. duobus modis, ſ. quia iuuat me ad ſperandum, & quia iuuat me ad ſperatum obtinendum. Et licèt mali vtiles ſint bonis, quia eos exercẽt, & compellunt ad Dñm refugere, non tamen propter hoc immunes erunt à pœna propter mala quæ faciunt eis, ſed nihilominus punientur: Vndè ſubiungit, & concludit. *l* Et reddet illis, &c.] i. pœnam pro iniquitate. *Thr.* 3. g. Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum ſuarum. *Ier.* 51. a. Tempus vltionis eius eſt Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei. *m* Et in, &c.] i. pro malitia eorum. *n* Diſperdet eos,] i. diuerſis pœnis perdet. Et vt de hoc non dubites, repetit: diſperdet. Et oſtendit quod diſperdere poterit, quia, Dñs Deus noſter.

Pſalm. 89.

Moral. *a* Nunquid adhæret tibi,] i. ſtat tecum, & pro te. *b* Sedes iniquitatis,] i. cathedra peſtilentiæ, de qua in *Pſ.* 1. In qua ſedent omnes Reges, & Prælati iniqui, q. d. non adhærent tibi, ſed potiùs ſunt contra te. *c* Qui fingis,] i. emollis, & tractabilem, & tolerabilem facis. *d* Laborem,] vel, dolorẽ in præcepto] tuo, ſ. in præcepto charitatis, in quo omnes coniungis, & vnis tibi, vt coniuncti inuicem, atque tibi ſeuiter portent quod diſiuncti portare non poſſunt. E conuerſo multi Prælati non fingunt, nec emolliunt, imò indurant, & importabilem reddunt laborem in ſuo præcepto, quod cũ auſteritate, & duritia faciunt ſubditis, & per hoc diuidunt eos per ſchiſmata, & murmurationes. *Ez.* 34. a. Cum auſteritate imperabatis eis, & cũ potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ. Et ex hoc manifeſtè ſequitur, quod tales non adhærent Deo, nec ſtant cum Deo, quia ipſe dicit. *Matth.* 12. c. Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, diſpergit. Et quomodo ſunt ſedes iniquitatis, ſubiungit. *e* Captabunt,] i. capere tentabunt, & deſiderabũt. Quid? Diuitias, delitias & honores Eccleſiaſticos. *f* In animã,] i. contra animã. *g* Iuſti] Chriſti, qui dedit animam ſuam ad emendum illa quæ ipſi ambiunt. *h* Et ſanguinem, &c.] i. participes erunt eorum qui condemnauerunt ſanguinẽ Chriſti: Quia ſicut dicit. *Gl. Aug.* ſuper illud *Pſ.* 86. Dederunt in eſcam meã fel. Contemptor ſedentis in cœlo grauius peccat, quam qui crucifixit ambulantem in terra. Et hoc facit ſedes iniquitatis. Vel ſic. *e* Captabunt iuſti] ſ. cuiuſcunque vt eum ad peccatum trahant, vel vt aliter noceant quia contraria eſt vita eius vitæ ipſorum. Vndè dicunt *Sapien.* 2. c. Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris, &c. *h* Et, &c.] malè iudicando. Ecce hic arguunt Iudices Eccleſiæ de duobus. De iniquitate, cum dicit, Captabunt, &c. De iniuſtitia, cum dicit, & ſanguinem innocentem, &c. Quæ duo prohibẽtur *Leu* 19. c. Non facies quod iniquũ eſt, nec iniuſtè iudicabis. Non tantũ autẽ de illis iudicibus, ſed de multis communiter poteſt dici. *e* Captabunt, &c.] quia de caſu alterius gaudent. *Iſa.* 14. c. Abietes quoq; lætatæ ſũt ſuper te, & cedri Libani, & dicẽt tibi, & tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. Per abietes quæ ſunt infructuoſæ, peccatores infructuoſi intelliguntur, per cedros ſuperbi. *h* Et ſanguinem, &c.] detrahendo, *Dan.* 13. e. Sic fatui filij Iſrael non iudicantes, neq; quod verum eſt cognoſcentes condemnaſtis filiam Iſraël. Tale autem.

Iudicium detractorum eſt iniquũ.

- Quoniam à non ſuo iudice factum eſt. *Exod.* 2. c. Quis conſtituit te principem, & iudicem ſuper nos? *Rom* 14. a. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum, &c.
- Quoniam idem eſt teſtis, & iudex. *Iob* 13. b. Nunquid faciẽ eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? Solus. n. Deus eſt iudex, & teſtis ſimul *Ier.* 29. f.. Ego teſtis, & iudex.
- Quia dat ſententiam ſine teſtibus plurib. quam vno non iurato, *Deut.* 19. d. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem quicquid peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut trium ſtabit omne verbum.
- Quia fit ſine examinatione teſtium, *Iob* 29. c. Cauſam quam neſciebam diligenter inueſtigabam. *Deut.* 19. d. Cúmque diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem, &c. Per hoc habetur quod diligentiſſimè ſunt examinandi teſtes.
- Quia non admittit fortiora teſtimonia, ad contrarium.
- Quia iudicant per coniecturas leuiſſimas & quãdoque facientes magis ad contrarium, vt cum iudicant hypocritam, quia bene facit.

Et inter hæc omnia dicit vir iuſtus. *i* Factus, &c.] *Pſal.* 30. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me. *k* Et Deus, &c.] Fit Dominus in Refugium, vt à malo recedamus. Fit in adiutorium, vt bonum faciamus: Quoniam adiutor, & protector noſter eſt. Adiutor, in bonis agendis, protector à malis non faciendis. Et dicit. In adiutorium ſpei quod ſupra duobus modis expoſitum eſt. Spes autem diuerſimodè ſecũdũ diuerſos actus adiuuatur. Secundũ. n. quod ſpes mola eſt, iuuatur timore ad molẽdum. Deus autẽ timor, dicitur *Gen.* 31. f. niſi Deus patris mei, & timor Iſaac, i. riſus, affuiſſet mihi, &c. Item ne luxurietur in præſumptionem, timore frænatur, *Sap.* 17. c. Timor eſt præſumptionis adiutoriũ. Itẽ quia ſpes eſt ancora: *Heb.* 6. b. Iuuatur funiculis charitatis ad retinendum nauẽ vitæ noſtræ ne flatibus feratur tentationum. *Eccl.* 12. d. Verba ſapientũ quaſi ſtimulis. Item alis conſolationum, *Iſa.* 40. a. Conſolamini conſolamini popule meus, dicit Deus veſter. *l* Et reddet illis &c.] In hoc verſu tria verba ponit, per quæ notantur quantitas, & qualitas & perẽnitas pœnæ. Per, reddet, notatur quãtitas, *Apoc.* 18. b. Quantũ ſe glorificauit, & in deliciis fuit, tantũ date ei tormentũ, & luctũ: Ecce redditio. Vnde dicit: Et reddet illis iniquitatem ipſorum. Per hoc quod dicit. *m* Et in malitia, &c.] notatur qualitas pœnæ. *Sap.* 11. c. Per quæ peccat quis, per hæc & punietur. Per hoc quod ſimpliciter addit. *o* Diſperdet Deus] notatur perennitas, quia Deus ſimplex & perennis, ſiue æternus. Itẽ diſperdere eſt diſiunctos perdere. Hodie fere omnes diſſociati ſunt, & diſiuncti, 2. *Tim.* 3. a. Sine affectione, ſine fœdere, Item bis dicit, diſperdet, quia in corpore, & in anima perdet *Ier.* 17. c. Duplici cõtritione contere eos, *Luc.* 12. ſ. Diuidet eum, &c. ſ. in tres partes, vt caro detur vermibus, anima dæmonibus, poſſeſſio alienis hæredibus. *Eccl.* 10. b. Cùm morietur homo, hæreditabit vermes, ſerpentes, & beſtias. Vermes de carne, ſerpentes Inferni, i. dæmones, de anima beſtias, i. vaſtitas, ſ. homines vaſtatores de poſſeſſione. Hæc etiã tria notantur *ſup. in Pſal.* 62. vbi dicitur: Introibunt in Inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpiũ erũt. Introibũt in inferiora terræ, i. ſepulcra, quoad corpꝰ; tradẽtur manꝰ gladij, i. ſẽtẽtiæ diuinæ, quoad animã partes vulpiũ erũt, quoad poſſeſſiones.

Pſa. 32.

Spes diuerſimodè adiuuatur.

EXPOSITIO PSAL. XCIV.

Venite Exultemus Dño, &c.] Titulus, [*Laus Cantici ipſi Dauid.*] In precedenti Pſalmo egit de damnatione malorũ quæ erit in ſecundo aduentu: In hoc autẽ Pſalmo agit de primo aduentu, & de beneficiis in eo collatis, vt quos non attrahunt comminationes, attrahant ſaltem beneficia, & promiſſiones, & per hoc monet nos ad laudẽ Chriſti. Vnde is eſt ſenſus tituli: [Laus] iſta [cãtici] i. exultationis, & deuotionis fit [ipſi Dauid] i. Chriſto. Et per hoc patet intentio, quæ eſt monere ad laudem, & exultationẽ. Modus. Bipartitus eſt Pſalmus. Primò Propheta laudes deſcribens inuitat Iudæos quo: Chriſto reſiſtere præuidebat. Secundo ipſe Chriſtus monet eoſdem Iudæos ne obdurentur, ne contingat eis vt patribus, *ibi*: [Nolite obdurare.] Inuitans ergo Iudæos qui erant increduli :

Partitio Pſalmi.

al. † amaricatione. *al.* † acerbatione. *al.* † me. *al.* † proximus. *al.* † huic. *al.* † iſti. *al.* † ipſi.

> *a* nolite obdurare corda veſtra. *b* Sicut in † irritatione, ſecundum *c* diem *d* tentationis in *e* deſerto. Vbi *f* tentauerunt me patres veſtri, *g* probauerunt † & viderunt opera mea. *h* Quadraginta annis † offenſus fui generationi † illi, *i* & dixi ſemper † hi errant corde. Et † iſti non *k* cognouerunt *l* vias

Secunda pars. A *a* Nolite, &c.] Secunda pars, vbi monet ipſe Chriſtus Iudæos ne obdurentur, ne contingat eis, vt patri   Dicit ergo ô vos Iudæi, Nolite, &c. ſed mollite ea, & flectite ad fidem Chriſti, & prædicationem Apoſtolorum. *Zach.* 7 c. Cor ſuum poſuerunt, vt adamantem ne audirent legem, & verba, quæ miſit Dominus. De iſta duritia arguebat eos. Stephanus, *Act.* 7. f. dicẽs: Dura ceruice, & incircumciſi corde, & auribus, vos ſemper Spiritui S. reſtitiſtis, ſicut patres veſtri, ita & vos. Vnde hic monet eos ne obdurent corda ſicut illi patres obdurauerunt. Hoc eſt, quod ſequitur. *b* Sicut in irritatione] id eſt, in prouocatione Domini à parentibus veſtris facta. *c* Secundum diem] i. in die. *d* Tentationis] factæ, in deſerto. Sed quid eſt quod dicit in irritatione? Nonne 1. *Cor.* 13. b. dicitur. Charitas non irritatur. Et Deus charitas eſt. 1. *Ioan.* 4. d. Ergo Deus non irritatur. Sol. Ira non cadit in Deum, ſed non ſtat per homines, ideò etiam dicitur Deus irritari, quia vindicat ſe ſicut irritatus. Aggrauat autem hic peccatum Iudæorum multis modis. Primò à tempore, cum dicit. Secundum diem tentationis. Secundò, à loco, cùm dicit. *e* In deſerto] ſc. vbi magis timere Deum deberent. Tertiò, ab infidelitate, cum addit. *f* Vbi, &c.] dicentes. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quartò ab ingratitudine qua ingrati fuerunt Domino. Vnde dicit *g* Probauerunt, &c.] i. miracula, quæ feci coram eis, & tamen nihilominus peccauerunt, & non crediderunt in me. Quintò, aggrauat peccatum eorum à diuturnitate peccati, cùm dicit. *h* Quadraginta annis, &c.] ſc. toto tempore quo fuerunt in deſerto. *Num.* 32. c. Iratus Dominus aduerſus Iſraël circumduxit eum per deſertum 40. annis donec conſumeretur vniuerſa generatio, quæ fecerat malum in conſpectu eius. Sextò, aggrauat peccatum eorum, quia non ex fragilitate, ſed ex certa malitia peccabant. Vnde addit. *i* Et dixi, &c.] i. ex certa malitia, & voluntate cordis, hoc eſt errare corde. Septimò, aggrauat peccatum eorum à ſtultitia, cùm ſubiungit. *k* Et iſti non cognouerunt vias meas] *Ier.* 4. f. Stultus populus meus me non cognouit. Vel ita coniunge literam. *k* Et iſti non cognouerunt] i. cognoſcere noluerunt. Vias meas] id eſt, præcepta mea, vel opera mea.

A Ideo.

Moral. Moraliter. *a* Nolite obdurare corda veſtra] Multi indurant corda ſua in tantum quod nec igne liquefieri, nec malleo poſſunt frangi nec aqua emolliri, i. verbo Domini, quod eſt ignis & malleus, & aqua Ignis ad liquefaciendum, malleus ad conterendum, aqua ad mollificandum. De duobus primis. *Ier.* 23. f. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & ſicut malleus conterens petras? De tertio habetur. *Heb.* 6. b Terra ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, &c.] i. verbum Dei. De talium duritia conqueritur Dominus. *Ier.* 5. a Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Et quibuſdam promittit *Ezec.* 11. d. *Ezech.* 36. *f.* Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Quod etiam plus eſt, non poſſunt quidem emolliri vnguentis diuerſis beneficiorum Dei, ſed quantò Dominus plura eis beneficia largitur, tantò magis duri fiunt, & rebelles. *Iſa.* 48. a. Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Neruus inquantum neruus flecti poteſt & foueri & emolliri vnguento, ſed neruus ferreus non. Item frons erubeſcit, ſed frons ærea non erubeſcit, ſed ſi feriatur reſonat. Ita tales ſi corriguntur, remurmurant, & erubeſcere neſciunt, nec flecti ad emendationem poſſunt. Et propter hoc bene comparantur Iudæis rebellibus, qui tot à Domino beneficia recipientes, & tot mirabilia videntes, ſemper contra Dominum murmurabant. Ideo dicit, Nolite, &c. Et eſt ſenſus ſatis moralis, vt non ſint modò ita duri, & rebelles, ſicut fuerunt filij Iſraël in deſerto. Et ſecundum hoc totum quod ſequitur vſque in finem Pſalmi non mutatur à præcedenti expoſitione literali. Poſſumus etiam magis moraliter dicere, vt hæc omnia ſpiritualiter intelligamus. *Alleg. Moral.* *b* Sicut in irritatione, &c.] Per deſertum enim intelligitur pœnitentia, vel Religio, in qua non eſt delitioſorum ciborum abundantia. Et cùm homo de peccato exit, & transfert ſe ad ſtatum pœnitentiæ, vel de ſæculi vita ad Religionem, de Ægypto exit, & de ſertum intrat, per quod tandem tranſire valeat ad terram promiſſionis, ſc. ad terram viuentium. Sed in hoc exitu Pharao contemptus ſurgit in ſcandala, quia Diabolus contra tales inſurgit, & tentationes commouet. Vnde dicitur *Eccl.* 2. a. Fili accedẽs ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & præpara animam tuam ad tentationem. Qui ergo in hoc tentationum conflictu bene pugnant, Deum placant; qui autem ſtatim ſe vinci permittunt, Deum irritant. Sicut dicit *Iob.* 36. b. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Quis enim eſt ſimulator, niſi qui ante bellum ſe Dei militem oſtentat, & in bello contra hoſtem pugnare recuſat? Bene autem competit huic expoſitioni litera *Ieron.* quæ ſic habet, Nolite indurare corda veſtra, ſicut, &c. Cùm enim homo in tali conflictu eſt, ſemper dicit ei conſcientia, & ſuggerit Spiritus S. quòd reſiſtere deberet. Sed quidam obdurant corda ſua diſſimulantes Dei admonitionem, & nolentes audire, non ſicut Propheta qui dicit Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *a* Nolite] ergo inquit, obdurare corda veſtra, &c. i. vt Deum irritetis, & prouocetis in die, vel in hora tentationis, non reſiſtendo. Tentationis, dico quæ homini infertur. *e* In deſerto,] i. in initio conuerſionis ſuæ, ſiue ad pœnitentiam, ſiue ad Religionem. *f* Vbi tentauerunt, &c.] i. illi qui vos ſuo exemplo, peccato & pigritiæ genuerunt. *Num.* 32. c. Ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris incrementa, & alumni hominum peccatorũ. Quomodo autem tentent Deum dicitur in *Pſ.* 77. Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis, & malè locuti ſunt de Deo, dixerunt. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Sic faciunt multi, qui cùm pœnitentiam aſſumpſerint, vel Religionem intrauerint, ſtatim timent mori fame, & dicunt, quòd hoc quod incœperunt ſine corporis periculo conſummare non poſſent, vnde accidit, quod bonum principium non ſequitur bonus finis, ſed cum ſpiritu cœperint, carne conſummantur. Sicut dicit Apoſtolus *Galat* 3. a. Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummamini. Oſtendit autem quod conſummare poſſent, ſi vellent cum dicit. *g* Probauerunt, &c.] q. d. per hoc quod viderunt quod eos extraxi de peccato, vel de ſæculo, quod vtique apud homines eſt impoſſibile, ſcire poſſunt quod auxilio meo perſeuerare poterunt in bono quod iam incœperunt. Secundum quod dicit *Horat.*

Dimidium facti qui bene cœpit habet, *Horat. lib.* 1. *Epiſtol.*
Sapere aude, Incipe viuendi, &c.

Propter hoc ne tentatione victus homo à bono incœpto deſiſtat, monet Apoſtolus 1. *Cor.* 10. c. Tentatio vos non apprehendat niſi humana: fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Et quia tales patres tales filios generant in peccato, bene de vtriſque ſubiungit. *h* Quadraginta annis offenſus fui generationi illi] ſcil. patribus & filiis, i. imitatoribus peccantium, qui ſi ad horam credant, & pœnitentiam, vel clauſtralem vitam incipiant, tamen tempore tentationis recedunt. *Luc.* 8 b. Talibus offenditur Dominus, ſicut dicitur *Ier.* 15. b. Populo qui dilexit mouere pedem ſuum, & Domino non placuit. Et dicit. Quadraginta annis, per quos vt in *Gloſſ.* dicitur, omnia ſæcula deſignantur, quia quadragenarius numerus conſtat ex denario qui eſt primus limes numerorum, & plenitudinem ſignificat, & ex quaternario qui ad quatuor tempora refertur. *Per quadragenarium omnia ſæcula deſignantur.* Cùm ergo dicit Dñs ſe talibus offenſum ſemper, eis autem offenſus ſemper eſſe dicitur quibus finaliter offenditur. Sicut è contrario de illis qui finaliter indulgẽtiam petunt, dicitur in collecta. Vt indulgentiam quam ſemper optauerunt piis ſupplicationibus conſequantur. Illis autem finaliter offenditur Dominus, qui licet incipiant boni eſſe, tamen finaliter mali ſunt. Secundùm quod dicitur *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt Regno Dei. Et non qui tantum incœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit. *Mat.* 10. c. Et 2. *Tim.* 2. a. qui certat in agone, nõ coronabitur niſi legitimè certauerit. quod autem ita debeat exponi quod dicit, quadraginta annis, oſtendit, cum ſubiungit. *i* Et dixi, ſemper hi errant corde, &c.] Ecce quòd dicit ſemper, & erraſſe ſemper iudicabitur, qui in fine errans inuenietur. Dicit autem ſignanter, errant corde, non dicit opere, quia error operis finem habuit, ſed error voluntatis finem non habuit. Peccare enim opere deſinunt in morte, non quia peccare ampliùs non velint, ſed quia peccare ampliùs non valent. *k* Et iſti non cognouerunt,] i. ſcire noluerunt.

l Vias meas] quibus ad cœleſtem patriam itur. *Iob* 21. b. qui dixerunt Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Vel, non cognouerunt, approbatione, & experimento. *Tit.* 1. d. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

* quibus,

a Ideò. d Si introibunt,] i. non intrabunt. e In requiem meam] æternam. a Vt] sicut. b Iuraui,] i. statui. c In ira mea] in voluntate vindicandi,& puniendi rebelles, & incredulos. Vel sic. Reuocatis illis ne sint similes patribus suis in culpa,subiungit etiam de pœna,vt magis timeant, & liberantius resipiscant. Vnde quibus. a Vt,] i. propter quid. b Iuraui, i. firmiter constatus sum. c In ira mea, &c.] i. in terram promissionis. Et est Aposiopisis, q.d. si hoc continget, supple quodlibet aliud impossibile accidet, vel non credatis mihi. De

al.† quibus
al. † intrabunt.
al.† nomen.
al. † bene nunciate.

meas † a vt b iuraui in c ira mea si † d introibunt in e requiem meam.

Psalmus Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.

XCV.

f Cantate Domino canticū nouum g cantate h Domino i omnis terra. k Cantate Domino, l & benedicite † m nomini eius † n annunciate o de die in p diem q salutare eius.

hoc iuramento habetur *Num* 32. b.Quibus iratus iurauit dicens.Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis, & supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob. Et *Nahum.* 14. d. Dimisi eis iuxta verbum tuum, viuo ego, & implebitur gloria Domini in vniuersa terra; attamen homines qui viderunt Maiestatem meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum.

Moral.

* Quibus,] i. quia talibus. b Iuraui] i. minatus sum, & immobiliter statui. c In ira mea,&c] i.non intrabunt.e In requiem meam] æternam. Vndè litera *Ieron.* habet.Et iuraui, &c. De qua requie. *Hebr* 4.b.Si Iesus requiem præstitisset,nunquam de alia loqueretur, sc. Dauid.Post hanc diem itaque relinquitur sabatismus populo Dei, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut & Deus a suise festinemus ergò ingredi in illam requiem ad quam nos perducat Iesus Christus. Amen.

EXPOSITIO PSALM. XCV.

Cantate Domino canticum nouum, &c.] Titul. *Psalmus Dauid,&c.* In præcedenti psalmo inuitauit Propheta ad laudem. Hic autem incipit laudando describere modum laudis, sc. canticum nouum, pro ædificatione domus Dei spiritualis, sc.Ecclesiæ vel animæ fidelis. Quæ ædificatio fit per conuersionem Gentium, vel per pœnitentiam post captiuitatem peccati. Vnde is est sensus tituli, Psalmus iste, est, Dauid, agens de hoc, quod factum est, quando domus Dei ædificabitur, i. de eo quod per hoc significatum est, videlicet de gaudio quod habetur in corde pœnitentis.De quo *Prou.*14. b.Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Ex his patet intentio, quæ est monere ad laudem pro reædificatione domus spiritualis. Modus. Duæ sunt partitiones. Primò, monet omnes vt pro hac ædificatione cantent, & Prælatos præcipuè, vt omnibus eam annuncient. Secundò, omnes similiter monet, alios quasi subditos, vt offerant alios iterum Prælatos, vt prædicent primum, & secundum Aduentum, *ibi,* Afferte. Agit enim hic Psalmista de vtroque aduentu. Et est iste secundus Psalmus, in quo hoc facit alius præcessit, scilicet, Deus deorum.Cùm ergo in præcedenti Psalmo Iudæos præmonuerit,vt deposita duritia venirét ad Christum per fidem, tanquam illis per duritiam cordis sui iudicantibus se indignos:Ecce conuertitur ad gentes,& dicit.f Cantate, &c.] quia videlicet nouum fecit Dominus super terram. Illud nouum, de quo *Ier.*31. d. Nouum faciet Dominus super terram,fœmina circundabit virum.g Cantate dico.h Domino non solum Iudæa,sed & i Omnis terra quæ audiuistis illud nouum annunciari vobis per prædicationem Apostolorum, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. k Cantate,&c.] Hoc iam tertiò dixit,vt notetur mysterium Trinitatis, quæ benè notatur per hoc verbum, Domino,ter repetito, quia Dominus Pater, Dominus Filius,Dominus Spiritus S. & tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus.Vnde in singulari dixit, Domino. Laus vero Christi. honor est totius Trinitatis. Vndè in Cantico nouo pro nouitate Incarnationis cantato tota Trinitas honoratur. Hoc autem Canticum nouum quod aliud est, quam desiderium Incarnationis futuræ, vel exultatio & laus iam exhibitæ? Vndè liber qui incipit. Osculetur me osculo oris sui,in quo desiderium Incarnationis exprimitur,dicitur Cantica canticorum.

Partitio Psalmi.

Alleg.

l Et benedicite] corde,ore,opere.

m Nomini eius] quod est Iesus saluator, vt corde credatis,ore confiteamini,opere attestemini,quoniam non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri,vt dixit Petrus *Act.*4. c. Et vt hoc in omni terra fiat.n Annunciate] ò vos Apostoli,& discipuli Domini. o De die in diem,] i.continue.Vel duos dies,duo Testaméta,sc.vetus & nouum possumus dicere,quia æterni Solis claritate resplendent.Illud enim venturum, istud venisse saluatorem declarat.De die ergo in diem annunciate, qui Christum promissum in vete i,& datum in nouo prædicat,& hoc vtriusque Testamenti auctoritate confirmat, Annunciate,dico. q Salutare eius, sc. Dei, i. Christum filium Dei qui est salutare & saluator noster. *Luc.*2.c.Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Posset etiam hoc esse thema in annunciatione, n Annunciate salutare eius, i. Christum annunciatum.o De die,] i.de Gabriele.p In diē,] i.in B.Virginem, *Ps.*18. Dies diei eructat Verbum, i.filium Dei,quia & nox,i.diabolus,nocti,i.Euæ, indicauit scientiā, i.lignum scientiæ.Vel,salutare eius,scil. Christi, i. salutem quam operatus est Christus in medio terræ,per omnes fines terræ prædicate. Hæc duo salutaria, sc. Christum auctorem salutis,& ipsum opus saluationis se prædicare breuiter dicit Paulus. 1.*Cor.*1.d.Nos inquit,prædicamus Christum crucifixum Christum,ecce auctor; crucifixum , ecce opus salutis.Vel secundum aliam literā, Annunciate, &c.] i.quod salutaris est dies ex die, i.Filius ex Patre, lumen de lumine.Per hanc annunciationem ædificatur domus Dei,i. Ecclesia.Vnde Thomas veniens ad Indos dixit se esse artificem domorum construendarum. Et quasi quis quæreret locum æqualem, & spaciosum vbi hæc domus ædificaretur,assignat eam in latitudine gentium cum subiungit.

A Annunciate.

Moral.

Triplex renouatio quæ cantatur triplici cantico.

Moraliter. f Cantate Domino, &c.] i. exultate in nouitate vitæ.*Eph.*4.f.Renouamini spiritu mentis vestræ. Est autem triplex renouatio,quæ cantatur triplici cantico.Prima est Baptismi,quæ cantatur Cantico Moysi. *Exod.*15.a. 1.*Cor.*10.a.Omnes in Moyse baptizati sumus in nube, & in mari.Secunda est pœnitentiæ, de qua in *Ps.*102. Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua,scilicet,rostro fracto.Hæc cantatur cantico Iudith. *Iudith.*16.a. 1.Cantico confessionis. Iudith enim interpretatur glorificans , vel confitens. *Isa.* 23. d. Meretrix obliuioni tradita,bene cane,frequenta canticum,vt memoria sit tui.Tertia est gloriæ.2. *Petr vlt.* c. Nouos cœlos , & nouam terram secundum promissa eius expectamus.Hæc cantatur cantico Simeonis. *Luc.*2.e. quod cantatur in Completorio. Nunc dimittis, &c. Quia viderunt,&c. Ter ter dicitur hic, cantate, propter hoc triplex canticum.Et hic etiam notatur in hoc,quod in nouo Testamento sunt tria tantum cantica,quæ meritò dicuntur cantica noua, scil.Magnificat. Benedictus. *Luc.*1. Et nunc dimittis.*Luc.*2.e Et hæc cantantur ab Ecclesia. Item ter dicit,cantate,propter triplicem harmoniam vocis,ad conscientiam ad vitam,ad famam:contra tria genera peccatorum. Quidam enim non cantant Domino in conscientia, de quibus *Mat* 15 a.& *Isa.*29.d.Populus hic labiis me honorat , cor autem eorum longè est à me. Alij autem non cantant ei vita, & conuersatione. *Tit.*1. b. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Alij autem non laudant ipsum famā. *Prou.*10.b.Memoria iusti cum laudibus , nomen autem impiorum putrescet *Rom.*2.d.Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes,sicut scriptum est,scilicet. *Isa* 52.b.Item,cantate,dicit contra acidiosos,contra susurrantes horas,contra despicientes musicam. *Eccl.*32. a. Ne impedias musicam. Et *infra*.b.Sicut in fabricatione auri signum est Smaragdi , sic numerus musicorum in iocundo, & moderato vino, id est , in compunctionis vino , scilicet lætitia cum tristitia moderata , quia immoderata tristitia comes est desperationis.

Tria sunt tantum cantica in nouo testamento.

g Cantate Domino omnis terra] non vna tantum , hoc est contra acceptores personarum , & nationum , sicut in multis Ecclesiis est peruersa consuetudo,& indigna dignitas inoleuit, vt etiam maiori altari non celebret, nisi talis, vel talis. *Col.*3.b.Vbi non est masculus, & fœmina,Gentilis,& Iudæus, Barbarus, & Scytha, sed omnia & in omnibus Christus. Et supra adducta est auctoritas illa *Act.* 10. c. In omni gente qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus est illi. Et qui acceptus est , debet ei cantare semper, & vbique.k Cantate Domino & benedicite nomini eius.] Quidam cantant & maledicunt,vt in carminibus fescenninis. *Iac.*3.c In ipsa benedicimus Deum Patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt, &c. *Ierem.*15. c Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. Quomodo? *Matth.*25. d. quod vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis.

n Annunciate] aliis,vos,proficientes.

o De die in diem,] i. de virtute in virtutem.q Salutare eius,] i. pœnitentiam quæ ducit ad salutē. *Mat.*4.c.Agite pœnitentiam,

Alleg. A *a* Annunciate inter gentes] Iudæis pro sua contumacia intermissis. *c* Gloriam eius,] id est, excellentissimam bonitatem qua illos le uare decreuit. *Rom.* 11. c. Vide bonitatem, & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem; in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Vel [gloria eius,] i. id in quo gloriatus est, videlicet crucem & ignominiam. *Ioan.* 12. d. Venit hora vt clarificetur Filius hominis, i. crucifigatur. Vnde & Paulus, qui eius imitator erat, dicit *Gal. vlt.* d. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.

al. † In gentibus.

26. q. 2. aqui fine.

al. † sanctitas.

a Annunciate † *b* inter gentes *c* gloriam eius, in *d* omnibus populis *e* mirabilia eius. Quoniam *f* magnus Dominus, & *g* laudabilis *h* nimis, *i* terribilis est *k* super omnes Deos. Quoniam *l* omnes dij gentium *m* dæmonia. *n* Dominus autem *o* cœlos fecit. *p* Confessio & pulchritudo in conspectu eius, † *q* sanctimonia, *r* & magnificētia in *s* sanctificatione eius.

Et ne fortè aliquas gentes putares exceptas, bene addit. *d* In omnibus populis, &c. Quia vt dicitur *Act.* 10. e. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, hic acceptus est illi. Mirabilia autem eius sunt, Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, & talia. Vndè, de Incarnatione dicit *Isa. vlt.* c. Quis audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic simile? Quid enim est mirabilius quam Christi Incarnatio, vbi factum est Verbum caro, Deus homo, Mater virgo? Vndè & hæc mirabilia explanans, subiungit.

f Quoniam magnus Dominus,] q.d. in hoc apparet mirabile, quoniam ille qui magnus est, factus est paruus; ille qui est Deus, factus est homo. Hoc est quod dicit. [Quoniam magnus Dominus] scilicet Christus, magnus est potentia, licet paruus factus sit. Vndè *Isa.* 9. b. exprimit in eo simul & paruitatem, & magnitudinem dicens. Paruulus natus est nobis, ecce paruitas; cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. ecce magnitudo. Nec tantum magnus, sed. *g* Et laudabilis] bonitate. Bonitas enim facit quemque laudabilem. *Psal.* 134. Laudate Dominum quoniam bonus est Dominus. Nec mediocriter laudabilis, sed. *h* Nimis,] i. excellenter, quia excellenter bonus. Item nimis laudabilis dicitur, quia non potest explicari quàm laudabilis sit, aut quàm bonus. Est ergo laudabilis bonis, quos decet laudatio; sed malis, & peccatoribus in quorum ore non est speciosa laus. *i* Terribilis est,] *Iob* 25. c. Potestas & terror apud eum est. Et ne compararetur diis gentium, quos ipsi etiam timent, bene addit. *k* Super omnes Deos.] Et verè terribilis est super eos, cùm ipse sit Deus omnipotens, & ipsi sint dæmonia. *l* Quoniam omnes dij Gentium dæmonia.] dæmonia autem non possunt nocere nisi à Deo permissa.

n Dominus autem cœlos fecit] ad literam in quo appareret eius potentia, quia nullus alius posset eos facere. *Ier.* 10. b. Dij qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra. Vel [cœlos,] i. Apostolos qui dæmones superant, & eiiciunt, vnde potentiores sunt quàm dæmones. Multo fortius Dominus qui eos ita potentes fecit. Ex quo ergo cœlos fecit. Laudent eum cœli, & terra, vt in *Psal.* 68. dicitur. Et hæc laus perfecta erit in cœlo in patria. Vndè bene subiungit. *p* Confessio & pulchritudo, &c.] Anagogicè enim in cœlo sunt [confessio] laudis, & gratiarum actionis. *Isa.* 51 b Gratiarum actio, & vox laudis. Item ibi est [pulchritudo] in Deo, qui lux est, vt dicitur *Ioan.* 1. a. *Eccl.* 43. b. Species cœli gloria stellarum, id est, Sanctorum. Ibi est & conspectus. Vndè *Exod.* 25. b. dicitur de Cherubin, quod respiciant se mutuò versis vultibus in Propitiatorium. Item ibi est [sanctimonia] Sanctitas sine terrenitate, & castitas sine fomite. *Hebr.* 12. d. Pacem sequimini, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. *r* Et magnificentia. *Eccl.* 42. d. Magnalia sapientiæ suæ decorauit, quæ est ante sæculum, & vsque in sæculum. Ibi potest dicere B. Virgo, & alij Sancti illud, *Luc.* 1. e. Fecit mihi magna qui potens est. Hæc duo ergo, scil. sanctimonia, & magnificentia sunt. *s* In sanctificatione eius,] i. in Templo cœlesti quod est Deus, *Apoc.* 21. g. Templum illius. Quid ergo aliud describit Ezechiel quàm Deum? potest allegoricè exponi versus iste de B. Laurentio. Quia.

Anagogicè.

Alleg.

p Confessio & pulchritudo in conspectu eius.] Ipse enim confessus est fidem, & quod thesauros haberet [Pulchritudo] fuit Deo, quando perustus fuit ferculum allatus ante Deum. Item conspexit Angelum, vnde Romanus baptizatus est. Item habuit sanctimoniam, & castimoniam, quia Diaconus, & Præpositus viduarum, quæ longo post tempore fuerunt in Ecclesia Romana. Item [magnificentia] & munificentia eius laudatur quia de ipso dicitur illud, *Psal.* 111. Dispersit, dedit pauperibus. Item quia cæcos illuminauit. Item sanctificatio, quia multos sanctificauit.

Δ Afferte

* tentiam, appropinquabit enim Regnum cœlorum, scil. si egeritis pœnitentiam. 2. *Cor.* 7. c. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. *Moral.*

a Annunciate] non solum inter Clericos, sed etiam.

b Inter gentes,] id est, paganos moribus, & si non fide, quales sunt hodie ferè omnes, non solum tormenta, quæ terrent, sed etiam gloriam eius, quæ allicit. Quidam enim sunt, qui nesciunt annunciare nisi minas, & pœnas, qui volunt Deo acquiescere seruos non amicos] Annunciate] ergo.

c Gloriam] non Mundi, sed [eius] nullus enim appetit gloriam mundi nisi ex ignorantia gloriæ Dei. Item [eius] non nostram. *Psal.* 113. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Isa.* 24. c. In doctrinis glorificate Dominum.

d In omnibus populis mirabilia eius] non tantum in vno populo. Est autem triplex populus, scilicet, populus Dei, populus Mundi, populus diaboli. Et omnibus his annunciare debent Prædicatores. Sed multi sunt qui magis volunt prædicare Clericis tantum, cùm populos sibi subditos dimittunt in errore suo mori, & Parisius veniunt prædicare. *Greg.* Væcordem se asserit, qui hortis sitientibus in flumine aquam spargit. *e* Mirabilia] opera [eius] Dei, scilicet, opera creationis, recreationis, & iustificationis. De hoc vltimo dicit *Bernard.* Factum est de nihilo aliquid, de vetusto nouum, æternum beatumque de damnato, mortuoque. *Triplex populus.*

f Quoniam magnus Dominus, &c. In hoc versu notantur in Domino, quæ exigunt quinque in nobis. In Domino notatur magnitudo, cùm dicit [magnus] dominatio, cùm dicit Dominus [Laus] cùm dicit, laudabilis; [terror] cum dicit [terribilis] Potentiæ comparatio supereminens, cum dicit [super omnes Deos] quia [magnus] exigit à nobis admirationem & honorem. Quia [Dominus] seruitium. Quia [laudabilis] laudem. Quia [terribilis] timorem. Quia [super omnes Deos] cultum singularem. Est igitur, magnus, quia immensus capacitate, omnia capit, à nullo capitur plenè. Item, magnus, quia æternus duratione. Item, magnus, largitate, quia magna dat, & bona, non parua hæc stercora nisi porcis. Item, quia, magnus, est, arcet scrutatores, quia non capient immensum. Quia, Dominus, filios Belial, qui nulli volunt subesse, reprobat. Quia, laudabilis, condemnat inuidos, & ingratos, qui non laudant, sed odiunt facta eius circa alios. Quia, nimis, increpat tepidos, & remissos laudatos. Item quia, Terribilis, reprobis, & blandus iustis, arguit stultos qui nec timere mala nec cupere bona sciunt. Item quia, Super omnes Deos, arguit confidentes in creatura, qui de pecunia sua, vel de ventre suo faciunt sibi Deum instinctu diabolico? Vndè addit. *In Domino notantur quinque quæ in nobis quinque exiguntur.*

l Quoniam omnes dij gentium,] i. gentiliter, & non rationabiliter viuentium, sunt.

m Dæmonia,] id est, instinctu diaboli facta, & ficta. Diabolus enim est quasi figulus, & artifex falsorum deorum: Alij faciunt Deum ventrem, alij pecuniam, alij meretricem, & sic de aliis, secundum quod dicit *Aug.* quod vnusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deus est.

n Dominus autem] non facit istos deos, sed.

o Cœlos fecit,] id est, Sanctos viros. Vndè vnus eorum quos fecerat, sic dicebat in *Psal.* 99. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. *Apocal.* 1. b. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Peccatores autem se faciunt, scilicet, peccatores. *Ezech.* 29. a. Ego feci memetipsum. Quomodo autem homo fiat Sanctus, & Deo placens: subiungit.

p Confessio, & pulchritudo in conspectu eius,] id est, si homo confiteatur peccatum, sic lauabitur, & pulcher fiet in conspectu Domini. Vnde hic *Gloss.* argumentatur sic: Si ergo amas pulchritudinem, confitere vt sis pulcher. *Bern.* Amas confessionem, si amas decorem.

q Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius] quasi dicat, si vis esse sanctus coram Deo, serua sanctimoniam, vt ab omni malo declines, & magnificentiam, vt magna operari non cesses. Hæ sunt duæ partes iustitiæ, scilicet, declinare à malo, & facere bonum, quæ hominem iustum, & sanctum constituunt.

* Moraliter: Afferte

a Afferte Domino b patriæ gentium, c afferte Domino d gloriam, & e honorem, f afferte Domino g gloriam h nomini eius. i Tollite hostias, k & introite in atria eius, l adorate Dominum in atrio sancto eius. m Commoueatur n à facie eius o vniuersa terra, p dicite in † q gentibus, quia Dominus r regnauit †

al. † nationibus.
al. † à ligno.

A a Afferte Domino.] Secunda pars, in qua primò monet subditos vt offerant; secundò Prælatos, vt prædicent vtrumque aduentum Christi. Dicit [Afferte] quasi dicat, ex quo talis, & tantus est Dominus [afferte Domino] ô vos. b Patriæ gentium] vniuersæ, quia Iudæi afferre non voluit. c Afferte] dico, [Domino gloriam, & honorem.] Gloriam intus in corde per fidem, & honorem, exterius per operationem. Primum vtique necessarium est. Quia *Hebr.*11. Sine fide impossibile est quenquam placere Deo: Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Secundum nihilominus necessarium est. Quia *Iacob.*2. d. Fides sine operibus mortua est. Et ne vobis ipsam fidem vel opera attribuatis. f Afferte Domino gloriam, ita quòd [Nomini eius] non vestro, vt scilicet, eius gratiæ attribuatis fidem, quam ipse infundit, & opera, quæ ipse operatur in vobis cooperantibus. Sicut autem supra ter dixerat [cantate] ita hic ter dicit [afferte] propter Trinitatem quam fide, & opere debemus honorare. Item in hoc ternario notatur trina trium Magorum oblatio. *Matt.* 2. b. quia ipsum Deum, Regem & hominem prædicauerunt, secundùm quod in prosa cantat Ecclesia. Thure Deum prædicant, auro regem regum, hominem mortalem myrrha. Similiter hic dicit. c Afferte Domino gloriam,] scilicet, Deo thus. e Et honorem,] scilicet, Regi aurum.

g Gloriam,] scilicet, hominis sepulturæ myrrham. Gloriosi enim sic sepeliuntur.

h Nomini eius,] id est, humanitati. Secundùm enim quod Deus non indiget nomine, quia solus est. i Tollite hostias, id est, corda contrita ad Deum erigite, *Psal.*50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Et sic non vacui.

k Introite in atria eius] Atria Domini appellat Ecclesiam militantem, per quam est introitus ad templum Ecclesiæ triumphantis. Et dicit pluraliter, atria, quia multæ sunt Ecclesiæ, omnes tamen in vnam conueniunt. Vndè singulariter subiungit. l Adorate Dominum in atrio sancto eius,] i. in vnitate Ecclesiæ, ô vos patriæ gentium, quæ solebatis adorare diabolum in diuersitate idololatriæ. Quælibet enim ciuitas habebat Deum suum, & diuisum ab aliis. Vel per, atria, intelligitur doctrina Prophetarum, & Pentateuchus per quam intratur ad atrium interius, id est, ad doctrinam Euangelij. Vndè dicit, Introite in atria, i. in doctrinam Prophetarum, & Moysi. Et demum, adorate Dominum in atrio sancto eius, id est, in Ecclesia & doctrina noui Testamenti. Et si plerique de Gentibus nolint conuerti, ô vos Apostoli, & Prælati, prædicate, vt sic. m Commoueatur à facie eius vniuersa terra. Commoueatur] per pœnitentiam.

n A facie eius venturi ad iudicium. o Vniuersa terra,] i. corda gentium terrena amantium, & sectantium.

p Dicite prædicando. q In gentibus, quia Dominus regnauit] resurgendo à mortuis. Alia litera habet, Regnauit à ligno Deus, quia per lignum deuicit dæmonem, & ipsam mortem, quia sceptrum, & imperium eius super humerum eius. *Isa.*9. b. Vel sic. m Commoueatur à facie eius,] id est, à præsentia eius. o Vniuersa terra] Iudæorum, *Mat.* 21.a. Cum intrasset Iesus Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas. Item, à facie eius, morientis, commota est terra, *Matth.*27.f. & 28.a.

p Dicite in gentibus,] i. ô vos gentes, dicite, quia Dominus regnauit. Hoc factum fuit, quando Centurio qui erat de gentibus dixit *Matth.*27.f. Verè filius Dei erat iste. Secundum autem primam expositionem procedamus. r Dominus quia] verè, regnauit, resurgendo à mortuis, quod ostendit post Resurrectionem Ideò subdit.

A Etenim

Moral. Moraliter. a Afferte Domino.] Supra locutus est de confessione, & pulchritudine, & aliis dicens, Confessio & pulchritudo, &c.] Vnde ad illa monet hic dicens, Afferte Domino, ô vos. b Patriæ gentium, id est, gentiliter viuentium. Et dicit patriæ, in quo notatur, quod magna est multitudo peccatorum hominum.

c Afferte Domino] oblationes prædictas quæ placent, & acceptabiles sunt in conspectu eius, scilicet, confessionem quæ decorat. Hoc est quod hic dicit.

d Gloriam] confessio enim peccatorum decor est confitentis, qui per eam lauatur, & gloria Dei, qui occulta scire recognoscitur, à quo venia petitur. Vndè *Iosue* 7. c. Da gloriam Deo, & confitere, & indica mihi quid feceris. Quod autem addit.

e Et honorem] refertur ad id quod supra dixit, sanctimonia. Per sanctimoniam enim nostram Deum honoramus. Vndè 1. *Thessal.*4.a. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in sanctificatione, & honore. Quod autē subiungit. f Afferte Domino gloriam Nomini eius] refertur ad id quod dixit, magnificentia, secundùm id quod ait Apostolus. 1. *Cor.*10 g. Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et *Mat.*5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Vel hæc tria verba, gloriam, honorem, & gloriam, possunt referri ad illa tria, quæ sunt in pœnitentia, videlicet ad contritionem, confessionem, & satisfactionem. Hæ sunt tres oblationes, quæ necessariæ sunt in reconciliatione peccatoris ad Deum, quas etiam ipsi innocentes afferre Domino debent. Quod significatum est 1. *Reg.* 1. d. vbi dicitur de Anna, & Samuele, quòd adduxit eum secum postquam ablactauerat in tribus vitulis, & tribus modiis farinæ, & amphora vini. Ablactatur homo, cum à peccati dulcedine separatur. Per tres vitulos & tres modios farinæ, iiæ tres oblationes intelliguntur, & duplicantur ibi. Et hic ter dicitur, afferte, quia non debet homo semel conteri, vel confiteri, vel satisfacere, sed debet hoc pluries iterare. i Tollite hostias] viuas. De quibus *Rom.*12. a. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. *Eccles.*35. c. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. *Prouerb.* 21, d. Hostiæ impiorum abominabiles. Et notandum est, quod ait, Tollite, id est, sursum leuate, vt propter cœlestia fiant. Quo contra *Osea* 5. a. Victimas declinastis in profundum. Hypocritæ se victimant, sed in profundum Inferni. Boni verò tollunt & eleuant hostias. *Leuit.*9. d. Armos dextros separauit Aaron eleuans coram Domino. Et est hic bona exhortatio ad Religionem: Religiosus enim est hostia Christo oblata, à carne & mundo separata, in altitudinem vitæ eleuata. Vndè & bene subiungit admonitionem ad ingressum Religionis, cum dicit.

k Et introite in atria eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.] Atrium enim Templi cœlestis interius, est Religio, & diuersæ Religiones, diuersa sunt atria. Sicut plenè diximus supra in *Psal.* 64. Te decet, &c. In illo versu. Beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Qui voluerit, ibi requirat. Item atrium sanctum Dei, est Ecclesia dedicata. *Genes.*28. d. Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Ibi adorandus est Dominus. *Psalm.*133. In noctibus extollite manus vestras in sancta, id est, in Ecclesia. Quod est contra dicentes horas in campis, & in cameris. 3. *Regum.*8. d. Quicunque orauerit in loco isto, exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris.

m Commoueatur à facie eius vniuersa terra, &c.] id est, corda terrena, id est, timeant faciem iudicaturi, qui iudicans terrenos damnabit. Vndè *Apocalyp.*8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. Si hæc terra timeret Deum, non timeret pericula Mundi. *Eccles.* 34. c. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Quia verò commoueri nolunt à facie timoris Domini, meritò commouentur à faciebus Mundi, & ferè à omnibus, quæ vident. *Iob* 15. c. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Ecce duæ commotiones, scilicet, per superbiam, & per iram. Et addit de alia Sonitus terroris semper in auribus eius, & cùm pax sit, semper insidias suspicatur. *Gloss.* Mala mens semper in laboribus est, sicut bona semper tranquilla, quia aut molitur mala, quæ inferat, aut metuit ne sibi hæc ab aliis inferantur. *Isa* 7. a. Commotum est cor eius, & cor populi eius; sicut commouentur ligna siluarum à facie venti. Vt autem commoueri possint à facie Domini.

p Dicite in gentibus, &c.] ô vos Prædicatores, id est, prædicate peccatoribus.

r Quia Dominus regnauit, &c.] id est, se Regem, & Dominum omnipotentem iam esse ostendit, puniendo eos, qui eum timere nolebant.

a Etenim

A *a* Etenim correxit O.bem terræ,] i.Ecclesiam quæ iocunditate perfecta assistit indeficiens. Vndè addit. *b* Qui non commouebitur] & si moueatur, non tamen ex toto commouebitur, quia nauicula Pe.ri,& si fluctuet, non tamen submergetur. Hanc autem correctionem, & postea confirmationem, primò incœpit facere in primis Ecclesiæ, scil. in Apostolis, quia *Marc.vlt.* c. dicitur quod recumbentibus illis vndecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse à mortuis non crediderunt. Postea autem in die Pentecostes confirmauit eos ne omnino moueri possent. *Ps.32.* Verbo Domini cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis virtus eorum. Nec tantùm,quia regnauit, prædicare,sed & quia. *c* Iudicabit populos] in futuro Iudicio. *d* In æquitate] bonos supra meritum remunerans, malos citra meritum puniens. Et [in æquitate] i.sine personarum,& munerum,& precum acceptione. *Prou.6.d.* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ,nec aquiescet cuiusquam precibus,nec suscipiet pro redemptione dona plurima.Et pro hac æquitate iudicij in quo remunerabuntur boni. *e* Lætentur cœli,] i. Apostoli & Prædicatores,qui enarrant gloriam Dei, & compluunt terram simplicium. *f* Et exultet terra,] i. subditi compluti ab his cœlis, qui bonum fructum attulerunt Domino suo in tempore suo, *Luc.21.f.* His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Item quia in hac æquitate iudicij punientur peccatores.

a Etenim correxit orbem terræ, qui non *b* commouebitur, *c* iudicabit populos in *d* æquitate. † *e* Lætentur cœli,& *f* exultet terra, *g* commoueatur mare, & *h* plenitudo eius, *i* gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. *k* Tunc *l* exultabũt *m* omnia ligna siluarum † *n* à facie Domini † *o* quia venit, *p* quoniam venit *q* iudicare terram. *r* Iudicabit Orbem † terræ in *s* æquitate, *t* & *u* populos in *x* veritate sua.

al. † Iocundetur.
al. † moueatur.
al. † ante faciem.
al. † quoniam.
al. † terrarum.

Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei.

g Commoueatur mare,] i. illi qui adhuc sunt in amaritudine peccati,& infidelitatis commoueantur ad pœnitentiam & fidem. *h* Et plenitudo eius] omnes, sc. à minimo vsque ad maximum, vt plenitudo gentium intret in atria Domini,i.in Ecclesiam, secundum quod dicitur *Rom.* 11.c. Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret.Et sic ipsi de mari facti campi, sc.humiles ex elatis. *i* Gaudebunt, &c.] i. omnes virtutes eorum tam naturæ quam gratiæ. *k* Tunc,] i. post conuersionem. *l* Exultabunt omnia ligna siluarum,] i. gentes quæ erant olim ligna siluarum infructuosa, & inutilia, nunc autem post conuersionem factæ sunt ligna domus Domini, quia præcisæ sunt ab oleastro,& insertæ in bonã oliuam, sicut dicitur *Rom.11.c. Isa.35.a.* Lætabitur deserta,& inuia,exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. [Exultabunt] dico. *n* A facie Domini] venturi ad Iudicium, & faciem habet,quia homo:Vndè primo dicit. *o* Quia venit] primò in carnem,& faciem ostendet in iudicio. *p* Quoniam venit,] i.citò veniet. *q* Iudicare terram] viuos,sc.& mortuos. vndè articulus est fidei, quòd est venturus iudicare viuos, & mortuos. Cùm autem venerit iudicare, non impedietur executio Iudicij:Quia *r* Iudicabit Orbem terræ,] i. totum Mundum. *s* In æquitate] sine personarum acceptione, vt dictum est. Æquitas enim est lance librata iustitiæ dignissima retributio meritorum De Orbe autem terrarum non bruta animalia,sed tantum homines ratione vtentes iudicabit.Vndè restringens exponit quod dixerat, dicens: *t* Et] pro,id est. *u* Populos] sc.iudicabit. *x* In veritate sua]quæ nulli parcet, vt dictum est.

Moral. * *a* Etenim correxit Orbem terræ,] i. totum Mundum puniuit per diluuium. *b* Qui non commouebitur,] i. cui vlterius non dabitur tempus pœnitentiæ, vt commoueatur, & placare possit Deum. Sic prædicabat Apost. *Eph.5.b.* dicens:Hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator,aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus,non habet hæreditatem in Regno Dei; nemo vos seducat inanibus verbis,quoniam propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Et qui iam sic in ira [correxit orbem terræ] adhuc. *c* Iudicabit populos in æquitate.]Vndè,tum propter præteritã animaduersionem, tum propter futurã districtionem timeri debet. Vel sic potest legi versus iste. *a* Etenim correxit Orbem terræ.] Orbis terræ sunt iusti, sicut dictum est supra de Ecclesia, & Apostolis. Hi etiam sunt vestis Christi,*Sap.18.d.* In veste poderis, quam habebat totus erat Orbis terrarum *b* qui non commouebitur.] *Prou* 10.d.Iustus quasi fundamentum sempiternũ. Corrigitur tamẽ cum eius cor regitur verbo,vel verbere. [Terræ] benè dicit,quia in cœlo nihil est corrigendum, sed in ædificio terræ lapides dolandi sunt ne dissideant.Illũ ergo [qui non commouebitur] à se,corrigit Dominus flagello, *Hebr.12.b* Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit, *Eccl.30.a.* Qui diligit filium assidua ei flagella. *c* Iudicabit populos,] i.confusos affectus & tumultuantes, *Isa.25.b.* Tumultum alienorum humiliabis. *d* In æquitate] contra motus illecebrosos æquam mensuram tribulationis,& amaritudinis immittendo, *Isa.25.b.* In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam,meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus, idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. De hac autem correctione,& iudicio siue in præterito,siue in futuro,vt dictum est,siue etiã in præsenti fiat à Dño, lætari debẽt boni viri,quia totum est ad suum profectum. Vndè addit. *e* Lætentur,&c.] Cœli,quia alti & clari,significant ordinem Prælatorum,vt sup.dictum est. Terra, quia stat & ferax est,statum claustralium, qui in voto stabiles, & bonorum operum sunt feraces. *Ps.23.* Dñi est terra & plenitudo eius. *g* Cõmoueatur,&c.]Per mare intelligitur status mercatorum,qui currunt per maria,& nunquã sine periculo sunt,vel corporum,vel animarũ. *Eccl.26.d.* Duæ species difficiles,& periculosæ mihi apparuerunt.Difficilè exuitur negotiãs à negligẽtia,& caupo non iustificabitur à peccatis labiorum.Propter hoc cõmonentur. Sed non ita agricolæ,de quibus intelligitur, quod sequitur. *i* Gaudebũt,&c. Campi enim dicuntur agricolæ,qui colunt campos,& pascunt omnes,etiã Reges,& tondẽtur omni anno per talias & exactiones. *Isa.63.c.* Qui eduxit eos quasi animal in campo descendẽs.Vel enim in campo descendit ad quærendũ sibi cibum, *Sap.19.b.* Apparuit campus germinans de profundo nimio per quem omnis natio transiuit. Isti gaudent quãdo annũciatur eis de Christo. Similiter & milites,de quibus intelligi potest, quod sequitur. *k* Tunc exultabunt,]sc.cũ eis prædicatũ fuerit. *m* Omnia ligna siluarum] Siluæ,quia incultæ sunt procerasque habent arbores & feras nutriunt,& Solẽ excludunt,milites sunt qui porcos etiam pascunt glande, & canes venatione.Ista satis patent.Hi ergo exultãt de verbo Dñi, secundũ quod dicitur *Isa.55.d.* Montes & colles cantabunt corã vobis laudẽ, & omnia ligna regionis plaudent manu. Et de hoc lætantur, quia præmuniuntur de aduentu Dñi. Vndè dicit. *n* A facie Domini,quia venit,&c.] Primò venit nunc in cordibus fidelium per gratiã,tandem veniet iudicare per sententiam.Et qui hic gaudet de aduentu isto,& illum desiderat, tunc gaudebit de illo. Mali verò è contrario tristabuntur. Vnde *Sap.5.a.* Videntes turbabuntur timore horribili, &c. *q* Iudicare terrã] meritò,quia in terra sunt iudicia, atque lites,non dicit cœlum,vel Infernum,quia ibi non sunt iudicia,neque lites. *r* Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, &c.] Per orbẽ intelligi possunt Laici,per populos Domini,clerici.Orbis ergo meritò iudicabitur in æquitate, quia fecit iniquitatem pro æquitate, quod iudicium præuidens Iob laicus,dicebat *Iob 23.b.* Æquitatem proponat contra me, q d.non timeo eam, quia non feci iniquitatem. Populus verò, i. Clerus iudicabitur in veritate,quia docuit verbo, vel exemplo falsitatem, *Ierem.10.c.* Falsum est,quod conflauit *Ier 5.g.* Prophetæ prophetabant mendacium, id est, temporalia. Alia litera habet [iudicabit orbem in iustitia] non iniustè,sicut multi iudices & populos in fide sua]non secundùm dicta falsorum testium, vel secundum consilia aduocatorum, sicut moderni iudices faciunt,sed sicut ipse credit, id est, scit esse faciendum. Item [in fidem,] id est, secundum legem fidei, non secundùm statuta, & leges hominum. *Malach.2.b.* Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius. Hoc dicitur de iudicibus populi Israel, videlicet de Leui. Talis enim fuit quondam Leui, & talis modò deberet esse clerus, qui ei successit in officio.

EXPOSITIO PSALM. XCVI.

Dominus regnauit, &c.] Titulus. [*Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta ei.*] Sumptus est iste titulus de historia, quæ est 2. *Reg.19.* vbi dicitur, quòd postquam mortuus est Absalon filius Dauid, restitutum est ei Regnum. Non tamen ad literam de illo facto intelligendum est, quod agitur in hoc Psalmo, sed mysticè designato. Continuatio sic patet. præcedenti Psalmo cœpit laudes canere post Inuitatorium. In hoc autem Psalmo materiam magnæ laudis prosequitur, sc. Christi Resurrectionem, quando nouus Rex trabea carnis se induit, & humanitate se coronauit. Iuxta illud *Cant.3.d.* Videte Regem Salomonem in diademate, quo corona uit

nauit eum mater sua in die desponsationis illius. Vnde festum huius coronationis canit noster Psaltes in hoc Ps. Et est sensus tituli. Psalmus iste est ipsi Dauid, id est, attribuitur Christo: Et est agens de hoc, quod factum est, quando restituta est terra Iudææ, vel Ecclesiæ, vel suæ carnis in Resurrectione. Primò enim filij sui, s. Iudæi abstulerunt ei terram, crucifigentes eum. Sed postea ipso resuscitato, restituta est, quia & Iudęa credidit pro parte, & Ecclesia congregata est, & caro eius immortalitate ditata est. Intentione monet ad exultationem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, virtutes Christi describens, ostendit omnia ei restituta, & idololatrias arguit. Secundò ostendit, quanta post Resurrectionem sit exultatio, quam nec persecutio interrumpit. Commendat ergò Christum primò à manifestatione Regni, cùm dicit.

al. † Iocundentur.
al. † directio.
al. † tuæ.
al. † præibit
Partitio Psalmi.
Alleg. de Christo.

PSAL. XCVI.

a Dominus *b* regnauit *c* exultet terra, † *d* lætentur insulæ multæ. *e* Nubes & caligo in circuitu eius, *f* iustitia, & *g* iudicium † *h* correctio sedis † eius. *i* Ignis *k* ante ipsum † præcedet, & *l* inflammabit in *m* circuitu inimicos eius.

a Dominus, sc. Christus ille qui abiectus fuerat, & crucifixus. *b* Regnauit] à ligno, id est, Rex esse innotuit, quando à mortuis resurrexit. Secundò, commendat eum, quia lætitia mentis regit Regnum suum. Vnde dicit. *c* Exultet terra i. habitantes in ea, qui sunt sub tali Rege. *Eccl.* 10. d. Beata terra, cuius Rex nobilis est. Tertiò, commendat eum à dilatione Regni, cùm dicit. *d* Lætentur insulæ multæ,] q. d. non tantum in terra plana regnat, sed etiam in Insulis maris. Ad ipsos enim peruenit fides eius, vnde & ipsi exultent, sicut & alij, Imò plus, quàm alij, quia talia loca, & habitantes in eis frequentius solent habere Dominos, & Tyrannos, & pyratas. Vnde lætentur Insulæ multæ] In quibus iste bonus Dominus regnauit. Vel Insulæ multæ sunt multæ Ecclesiæ. Sicut enim insula tunditur fluctibus, ita Ecclesia fluctibus persecutionum: non tamen submergitur, sed fluctus venientes frangit per patientiam Sanctorum. Quartò, commendat Christum Regem ab excæcatione inimicorum, cùm subiungit. *e* Nubes, & caligo, &c.] Id est, in inimicis eius qui sunt in circuitu rotantes, & ad ipsum nunquam peruenientes, est obnubilatio, & excæcatio. *Ioan.* 1. a. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Postea ostendit, per quæ regnat Christus in homine. Primò, per discretam pœnitentiam. Vnde dicit. *f* Iustitia] Id est pœnitentia, per quam homo se punit. *g* Et Iudicium] id est, discretio. *h* Correctio sedis tuæ] id est, tibi præparant sedem, & si quid indignum, vel immundum inueniunt, corrigunt, vt in corde hominis regnet. Et mutat personam, in signum familiaritatis, sicut *supr.* Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Secundum per quod regnat, & regnauit, in cordibus hominum est charitas, de qua dicit. *i* Ignis] sc. charitatis. *k* Ante ipsum præcedet] id est, faciet ei locum. De hoc igne, *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Effectus huius ignis est incineratio inimicorũ Dñi, vt inquantum inimici sunt, ad nihilum redigantur, & sic fiant amici. Vnde sequitur. *l* Et inflãmabit in circuitu inimicos eius,] i. Gentiles, qui sunt inimici eius, & in circuitu, hi fuerunt inflammati, & hoc

Λ Igne accensi

Moral. Moraliter. *a* Dñs regnauit] id est, vir iustus, qui membris, & sensibus atq. vitiis dominatur: Et ideò. *c* Exultet terra] id est, Ecclesia. Magnum enim gaudium est, quando vir iustus in Ecclesia promouetur in dominum & rectorem. Vnde *Prou* 29. a. Rex iustus erigit terram; vir auarus destruit eam. *Eccl.* 10. d. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis est, & cuius Principes vescuntur tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. In quibusdam autem regnat Dñs, sc. in illis qui ei militant, & omninò eius faciunt voluntatem. In aliis autem regnat Diabolus, siue peccatum. *Iob* 41. d Ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ. *Rom* 6. b. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Multi ideo mittunt legationem post Dominum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos sicut dicitur *Luc.* 19. b. Contradicit enim Regno Christi, non solum qui obedit concupiscentiis carnis, s. & qui contradicit veritati vel paci, vel iustitiæ, vel charitati, quia ipse est hæc. Cùm autem Dominus regnat, & vbi regnat exultet, & verè exultat terra, id est, boni in quibus regnat. *Prou.* 28. b. In exaltatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum. Boni verò dicuntur terra multis proprietatibus. Videlicet.

Quia {
Sicut terra nunquam satiatur aqua, sic ipsi Sanguine Christi *Prou.* 30. c. Terra nunquam satiatur aqua. *Iob.* 39. d. Pulli aquilæ lambunt sanguinem.
Sicut terra contritione fit fœcunda, sic ipsi tribulationibus, & per eas à malis herbis purgantur. *Isa.* 28. f. Nunquid tota die arabit arans vt serat? Cùm Deus vult seminare terram bonorum, arat eam tribulationibus. *Isa.* 7. d. Omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet in illis terror spinarum & veprium.
Aliis motis stabilis est terra; sic ipsi. *Eccles.* 1. a. Terra in æternum stat. *Eccles.* 10. a. Locum tuum ne dimiseris. *Gal.* 1. a. Miror quòd sic tam citò transferimini, &c.
Bene sustentat ædificium quando bona est; sic ipsi. 1. *Cor.* 3. b. Dei ædificatio estis *Ephes.* 2. d. In quo omnis ædificatio constructa crescit in Templum sanctum in Domino.
In imo consistit, sic ipsi in humilitate. *Eccles.* 11. b. Quid superbis terra, & cinis?
Terra non innititur alicui, sic nec ipsi. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis suis corruet. *Aug.* Qui labenti innititur, cum ipso labente labitur.
}

Boni dicuntur Insulæ propter quinque.

d Lætentur Insulæ multæ] Boni similiter dicuntur Insulæ propter quasdam proprietates. Primò, quia Insula dicitur quasi in sale posita: sic boni sunt positi in sale, & amaritudine tribulationis. *Psalm.* 45. Transferentur montes in cor maris. *Deut.* 33. d. Dicitur de Nephtalim, Mare & meridiem possidebit. Nephtalim dilatatio interpretatur, & significat bonos, qui in charitate dilatantur. Hi possident mare tribulationis, & meridiem feruoris & deuotionis. Secundò, quia Insula resistit fluctibus & ventis. Ita ipsi tentationibus. *Os.* 9 c. Ephraim vt vidi Tyrus erat. Ibi *Septuaginta* Ephraim quasi scopulus durissimus. *Iob.* 38. b. Hic confringes tumentes fluctus tuos. Tertiò, quia Insula ex omni parte separatur à terra. *Eccl.* 47. a. Surrexit Nathan Propheta, quasi adeps separatus à carne. Tales Insulæ sunt fortes & difficiles ad capiendum, & quando capiuntur continuantur terræ, sicut Nabuchodonosor, & Alexander continuauerunt Tyrum. Quartò, quia Insulæ suscipiunt naufragantes. *Act.* 28. a. Cùm euasissemus, cognouimus, quia Mitylene Insula vocabatur. Mitylene interpretatur generans castra, hoc est refugium bonorum. 1. *Thes.* 5. c. Consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes. Quintò, quia in Insulis inuenitur aqua dulcis, & cibaria recentia, sic apud iustos. *Isa.* 21. d. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti.

e Nubes] Per nubem quæ aquam portat & pluit, significatur compunctio vel deuotio, 3. *Reg.* 18. g. Ecce nubecula parua ascendebat de mari, id est, de cordis amaritudine. Per caliginem, conturbatio animi pro suis peccatis. De his duobus in *Psal.* 6. Laboraui in gemitu meo, ecce caligo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo, ecce nubes. Hæc duo sunt in circuitu Domini quasi seruantia eum in corde hominis, ne superueniat peccatum, & expellat eum de loco suo. Quia verò in ipso loco, scil. in corde hominis semper nascitur aliquid reprobandum, quod statim amputari oportet, ne crescens oculos Domini offendat, bene addit.

f Iustitia] sc. cordis hominis in quo Deus sedet. Necesse est enim, vt cum surgit in corde mala cogitatio, vel praua concupiscentia corrigatur per iustitiam, alioquin expellit Dominum de illo loco, *Isa.* 26. d. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non perierunt habitatores eius. Sed quia omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatæ, vt dicitur *Isa.* 64. b. necesse est vt ipsæ iustitiæ corrigantur. Vnde superaddit.

g Et Iudicium] vt sc. dum tempus habemus, iustitias nostras iudicemus; cùm Dominus acceperit tempus ipse iustitias iudicabit, sc. illas quæ non fuerint hic à nobis iudicatæ & discussæ 1. *Corinth.* 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.

i Ignis] Id est, feruentis desiderij ardor, & amor proximi. *Bernard.* Oportet vt sancti desiderij ardor præueniat faciem eius, ad omnem animam ad quam est ipse venturus, qui consumat rubiginem vitiorum. Rubiginem hanc consumit desiderium Dei & amor proximi. Vnde *Prou.* 10. b. Vniuersa delicta operit charitas. Iste ergò ignis ante ipsum præcedet, quia vbicunque iste ignis accensus est, Dominus venit. Vnde dicit *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c. *l*. Et inflammabit,] Ignis ille. *m* In circuitu inimicos,] id est, ad amo-

Alleg.

† *a* Alluxerunt fulgura eius Orbi terræ, vidit & *b* commota eſt terra. *c* Montes *d* ſicut cera fluxerunt à *e* facie Dñi, à *f* facie Dñi † omnis terra, *g* Annunciauerunt cœli *h* iuſtitiam eius, & *i* viderunt *k* omnes populi *l* gloriam eius, *m* Confundantur omnes qui adorant † ſculptilia, & qui *n* gloriantur in ſimulac. ſuis. *o* Adorate eũ omnes Angeli ei⁹ *p* audiuit *q* & † lætata eſt Sion. Et *r* exultauerunt filiæ Iudæ,

al. † aperuerunt.
al. † Tremuit.
al. † Idola.
al. † Iocundata.

A igne accenſi. Tertium eſt miracula, quæ fecit per ſe & per Apoſtolos. Vnde ſequitur. *a* Alluxerũt fulgura ei⁹ orbi terræ] i. miracula vniuerſo populo. Et ex illa miraculorum operatione ſecuta eſt totius mundi commotio: Vnde addit. *b* Vidit, & cõmota eſt terra] ſ. ad fidem. Et non tãtũ minores, ſed & maiores commoti ſũt: Vnde addit. *c* Mõtes] i. magni homines. *d* Sicut cera fluxerunt à facie Dñi] i. à præſentia eius, & à conſpectu eius & à duritia ſua emolliti ſunt & liquefacti ſicut cera, vt ſignaretur ſuper eos lumen vultus Domini, & reciperẽt in ſe ſimilitudinẽ Dei. Et cũ maioribus minores : Vnde ſubiungit *f* A facie Domini omnis terra] ſ. fluxit ſicut cera. Quartum per quod Dominus regnauit in eis fuit prædicatio Apoſtolorum, qui duo prædicauerũt præcipuè, ſ. iuſtitiam, vt terrerent malos; & bonitatẽm, vt allicerent omnes. De primo dicit. *g* Annunciauerunt cœli] i. Apoſtoli cœleſtes conuerſatione. *h* Iuſtitiã eius] qua diſtrictè iudicabit. De ſecundo addit: *i* Et viderunt] oculo fidei. *k* Omnes populi gloriam eius,] quam præparauit bonis bonitas Dei Viderunt dico, quia Apoſtoli oſtenderunt eam prædicãdo. Vel ſic poteſt legi verſus iſte. *g* Anuũciauerunt cœli] ad literã, iuſtitiam eius, i. patris, ſc. Chriſtum, 1. *Cor.* 1. d. Factus eſt nobis à Deo ſapientia, & iuſtitia. Ipſum annunciauerunt cœli] Magis, quia miſerũt ſtellam *Mat.* 2. a. Vidimus ſtellã eius in Oriente, & venimus adorare eum. Item cœli miſerunt etiam multos Angelos ad annunciandum eum, *Luc.* 2. b. Angelus Domini ſtetit iuxta paſtores, & dixit illis: Ecce Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus Dñs in ciuitate Dauid. Et *inf.* Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo cœleſtis militiæ laudantium Deum, &c. *i* Et viderũt omnes populi] inuiſibilem. *Iſa* 52. c. Parauit Dominus brachium ſanctũ ſuũ, in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri. *l* Gloriã eius] i. Patris, ſ. Chriſtũ Filium eius. *Prou.* 10. a. Gloria Patris eſt filius ſapiens. Ex autem annunciatione Apoſtolorum ſiue ipſorum cœlorũ, ad literam, & fide populorum, ſecuta eſt abiectio & deſtructio idololatriæ. Vnde bene ſubiungit. *m* Confundantur] q. d. ex quo ita per annunciationẽ cœlorũ Chriſt⁹ Deus innotuit, ergò confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Sculptile appellat, quod fit per malleationem ſimulacra autem fuſilia. Adorãtes autẽ eorũ confuſi ſunt, quando per prædicationẽ Apoſtolorũ innotuit vniuerſis Chriſtũ verũ Deũ eſſe, & idola nihil eſſe, nec adorari debere, ſed illũ ſolũ quem adorant Angeli: Vnde ſubdit. *o* Adorate eum omnes Angeli eius] vt magis cõfundantur idololatræ in idolis ſuis, & ad Deũ adorandũ inuitẽtur, *Exo.* 20 a. Non habebis Deos alienos corã me, nõ facies tibi ſculptile, neq; omnẽ ſimilitudinẽ, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſũ.

Moraliter.

* rem prouocabit ſecundum illud *Rom.* 12. d. & *Prou.* 25. c Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, & ſi ſitit, potũ da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Nec ſolum ignis amoris vel deſiderij præcedit ante ipſum, ſed & fulgur timoris. Vnde ſequitur: *a* Alluxerunt fulgura eius Orbi terræ, i. cõminationes eius innotuerũt cordibus terra amantibus. *b* Vidit & cõmota eſt terra] ad ad faciendum dignos fructus pœnitentiæ, *Pſ.* 143. Fulgura coruſcationem & diſſipabis eos, emitte ſagittas tuas & cõturbabis eos. *Ier.* 31. d. Poſtquã conuertiſti me, egi pœnitiã, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi feremur meum, confuſus ſum & erubui, &c. *c* Montes] i. ſuperbi & elati. *d* Sicut cera fluxerunt] ad ima humilitatis deſcendentes & defluentes. *e* A facie Dñi] i. à conſpectu faciei quã ira plenã oſtenſurus eſt. Vel etiam à facie humilitatis, quam in primo aduentu oſtendit. Vnde dicebat *Iſa.* 64. a. Vtinam dirũperes cœlos, & deſcenderes, à facie tua montes defluerent ſicut exuſtio ignis tabeſcerent. *f* A facie Domini omnis terra fluxit. Nil mirum ſi terra humiliatur, quãdo videt factorem cœli & terræ, in terra humiliari vſque ad mortem, mortem autem crucis *Phil.* 2. a. Bis ergo dicit à facie Dñi. propter iſtam duplicẽ faciẽ, ſ. redemptionis & Iudicij In malo poteſt legi de Prælatis. *c* Montes] i. Prælati. *d* Sicut cera] quæ mel non tenet, fluxerunt, i. defluxerunt in profundum vitiorum & amorem terrenorum.

De Prælatis

e A facie Dñi] deſcendentes, i. à gratia. Et poſtea ab ead. *f* Facie Dñi] defluxit omnis terra, i. omnes ſubditi Vnde quod Dominus hodie perdit homines, terras, Prælatis & Clericis imputandũ eſt. Sed nũquid fuerũt à principio tales Clerici & Prælati? Non, quia *g* Annunciauerũt] quondam cœli, i. cœleſtes viri, qui nihil terrenum ſapiebant, ſed conuerſatio eorum erat in cœlis, alti, clari, mundi. Alti in vita clari in fama, mundi in conſcientia. *h* Iuſtitiam eius,] i. pœnitentiam quæ iuſtificat hominem, quam annunciauerũt quondam prælati verbo pariter & exẽplo *i* Et,] tunc viderunt omnes populi gloriam eius, quia tunc Dñs ab omnibus glorificabatur. Vel viderunt gloriam, quia agentes Iuſti, quam eis annunciauerunt Sancti, perducti ſunt ad æter. glor. Sed hodie vbi ſunt cœli? Aliquando annunciatur iuſtitia, ſed vtinam à cœlis *Pſ.* 49. Peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iuſtitias meas, &c. Et ideo populi non perducuntur ad gloriam ſed magis ad confuſionem in captiuitatem Babylonis, i. Inferni, *Oſea.* 9. Ephraim educet interfectori filios ſuos. Vnde etiam dicit.

Phil. 3. d.

m Confundantur omnes qui adorant ſculptilia] nunc per doctinam & exemplum Prælatorum. *n* Et qui gloriãtur in ſimulacris ſuis,] Subditi non adorant Deum ſicut deberent, ſed potiùs adorant diuites homines, quibus magis cupiunt placere quam Deo, & magis deſiderant ad illorum, quam ad Dei gloriam peruenire. Diuites. n. quando habent diuitias honorantur, vt imagines auro circundatæ. Nota autem quod dicit duo, ſculptilia & ſimulacra, quæ ad duo genera diuitum referuntur. Sunt. n. quidam diuites à cunabilis, qui non laborant in diuitiis acquirendis. Et tales dicuntur ſimulacra vel imagines pictæ, quæ ſine labore per additionem picturæ aureæ fiunt dij. Sunt & alij qui primò pauperes ſunt, & per multos labores & dolores diuitias congregant, & ſic fiunt dij, i. potentes quaſi per ſculpturam. Et dicuntur ſculptilia vt truncus qui dolatur longo labore, & tandem ſuperponitur aurum. Sic ſuper tales prælatio vel diuitiæ. Illi ergo qui relicto Domino tales Deos adorant, & eos fælices æſtimant, non ad gloriam Dei perueniunt. Sed dicitur de ipſis: Confundantur æternâ confuſione & etiam in præſenti omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriãtur in ſimulacris ſuis, *Iſa.* 41. c. Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui dicunt conflatili, vos dij noſtri. Clerici habent ſua ſimulacra quæ venerantur plus, quam Deum, ſ. libros, amicos, milites, equos, arma: Mercatores, aurũ: Fœminæ, ornatum ſuum. Adulatores, diuitem patronum. Super omnes ante magis debent Deum adorare, & non ſimulacra qui ad hoc ſpecialiter ſunt deputati, ſ. Clerici prælati & Religioſi. Vnde ſubiungit. *o* Adorate eum omnes Angeli eius] i. Clerici, Sacerdotes, Prælati, & Religioſi. *Mal.* 2. b. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Et *Mal.* 3. a. Ecce ego mittam Angelum meũ, & præparabit viam ante faciem meam, ſ. Prædicatorem, *Pſ.* 102. Benedicite Dño omnes Angeli eius, potentes virtute facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Sed non omnes adorãt eum, quia quidam adorãt Baal, i. ſuperbi, quidam Beelzebub, i. Inuidi; alij Beelphegor, i. luxurioſi, alij Dagon, ſ. acidioſi, alij Mercurium, ſ. cupidi: alij Apollinem, ſ. Philoſophi. *p* Audiuit & læt. eſt Sion] Secunda pars vbi oſtendit quanta poſt reſurrectionem ſit exultatio, quam nec perſecutio interrumpat. Dicit ergo: Audiuit Sion, i. primitiua Eccleſia de Iudæis extitit. Audiuit, ſc. iuſtitiam quam ei annunciauerunt cœli, i. Apoſtoli. Audiuit etiam deſtructionem ſimulacrorum & idololatriæ. *q* Et] Iudæ lætata eſt, & non ſolum primitiua Eccleſia, verum etiam filia eius, i. Eccleſia de gentibus. Vnde dicit. *r* Et exultauerunt filiæ iudæ] id eſt, Eccleſiæ de gentibus quas genuerunt Apoſtol. Iudæ, id eſt. Chriſto, qui de

Sculptilia & ſimulacra ad duo genera diuitum referuntur.

Allegor. Secunda pars.

A tribu Iu-

Moraliter.

Moraliter. *p* Audiuit & lætata eſt Sion] id eſt, anima ſublimis per contemplationem audiuit Angelorum cantus, & adorationis modum, ſicut dicitur *Apoc.* 4. b. Quod Ioannes vidit, quòd de throno procedebant fulgura & voces, & tonitrua. Et *infrà.* d. Procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſæcula ſæculorum. Hæc audit & videt Sion, i. ſpeculatiua anima. Vnde de Ioanne præcedit, quod dicit *Apoc.* 1. c. Fui in ſpiritu in Dominica die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ dicentis. Quod vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis in quo inſtruit Prædicatores, vt ſecundum quod dicit *Greg.* In cõtẽplatione hauriant, quod aliis per prædicationem effundant. *r* Et exultauerunt filiæ Iudæ] i. animæ, confitentes, & glorificantes Deum.

* Et eſt hoc

Alleg. A tribu Iuda, secundum carnem natus est, Christus, n. accepit vxorem, i. carnem de tribu Iuda. Et quare exultauerũt? Prima causa est profunditas Iudiciorum Dei. Vnde dicit *a* Propter iudicia tua Domine] quæ licet quandoque
Rom.11. occulta, tamen semper iusta fuerunt. Per hæc iudicia excæcauit Iudæos, vt plenitudo Gentium intraret. Secunda causa est altitudo Dei.

Quilibet enim lætatur de altitudine Domini sui, vnde dicit. *b* Quoniã tu Dominus altissi.* super omnem terram]i. super totũ Mũdũ. & non solum super Mũdũ, imò super idola Gẽtium. Vnde dicit. *d* Nimis exaltatus es super omnes Deos] *Ps.85.* Non est similis tui in Diis Domine. Ostenso igitur

a propter iudicia tua Dñe. Quoniam *b* tu † Dominus altissimus *c* super omnem terram, nimis *d* exaltatus es super omnes Deos. *e* Qui diligitis Dominũ, odite malum, *f* custodit Dominus animas † Sanctorum suorum, *g* de manu peccatoris † liberabit eos. *h* Lux orta est iusto, & *i* rectis corde † lætitia. † *k* Lætamini iusti in *l* Dño & *m* confitemini *n* memoriæ † sãctificationis eius.

al. † es.
al. † malignum.
al. † seruorum.
al. † eruet eos.
al. † Iocunditas.
al. † Iocundamini.
al. † sanctitatis.

Psalm. Dauid. XCVI.

qualis & quantus sit Rex iste inuita ad amoré illius vt diligatur puro corde. Vnde dicit. *e* Qui diligitis Dominum odite malum], aliter. n. non esset purum cor nisi odio haberetur malum. Et potest legi malum, i. diabolum. Vel malum, i. quodcumque. Et ostendit qualiter diligendus est, videlicet, Primò, quia custodit animas. Vnde dicit. *f* Custodit Dominus animas Sanctorum suorum. Secundò, quia suos liberat, & eripit de manu mali. Vnde dicit. *g* De manu peccatoris] i. de potestate diaboli liberabit vel [liberauit eos] *Os.13.* d. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, videlicet per mortem. Tertiò, quia illuminat. Vnde dicit. *h* Lux orta est iusto] i. lux fidei, vel lux, i. ipse Christus, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. *Ioan.* 1. a. Hic natus est iusto] cui eius natiuitas placet. Vel specialiter Simeoni, cui dicit *Luc.* 2. e. Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c. Quia viderũt oculi, &c. Quod parasti, &c. Propter hoc in Natiuitate canitur. Lux fulgebit. *i* Et rectis corde lætitia] i. Prophetis, & sanctis Patribus qui quantò ardentiùs eius aduentum desiderabant, tantò lętius eum susceperunt. Et quia lætitia finis est, & consummatio omnis boni, ideò inuitat ad illam, dicens. *k* Lætamini in Domino] i. in luce orta, & exultate ô vos iusti quorum desiderio datus est Dominus. Et quia lætitiam sequitur laus, & beneficium debet sequi gratiarum actio, idcò bene addit. *m* Et confitemini] laudando, & gratias agendo. *n* Memoriæ sanctificationis eius,] i. quia memor fuit sanctificare nos in sanguine suo *Ps.8.* Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? In infirmitate peccati, & in carcere Inferni visitauit Dominus hominem per sanguinem, eum à peccato redimendo per eundem, & eum de carcere extradendo. *Zach.9.c.* Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu
Moraliter. in quo non est aqua.

* Et est hoc thema ad moniales quæ sunt filiæ Iudæ, i. cõfessionis, & Glorificationis, quia peccata confitebuntur, & laudes cantabo, & vitia superando, Deum debent glorificare. *Dant.13.g.* At non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Et loquitur] ibi Sacerdotibus qui Susannæ laudabilem castitatem dedignare, & corrumpere voluerunt. Qui adhuc plures habent successores, qui sanctimoniales sollicitare non timent. Item sunt filiæ Iudæ, quia habitant in Ierusalem, i. in visione pacis, sc. in Religione. Et sunt nobiles de Regia progenie, sicut B. Virgo. Istæ filiæ Iudæ debent exultare. *a* Propter iudicia tua Domine] s. propter iudicia, & correctiones capituli, & propter quascumque tribulationes non propter prospera mundi, quia 1. *Petr.4.* d. tempus est, vt incipiat Iudicium à domo Domini, i. correctio, & afflictio. In his exultant verè filiæ Iudæ, non in conuiuiis, sicut filiæ Iob, quæ perierunt cum fratribus in conuiuiis. *Iob* 1. d. Et 2. *Reg.*1. d. Ne lætentur filiæ Philistiim, ne exultent filiæ incircunciforum, i. imitatores Philistiim in portando, & incircuncisorum in luxuriando, quia hoc sequitur illud. Vnde Philistiim interpretatur potione cadentes, & duplex ruina. *Eccl.26.* b. Mulier ebriosa ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Ideo etiam lætari & exultare debent sanctimoniales, quoniam bene sunt maritatæ.

b Quoniam tu Dominus altissimus] qui es maritus earũ. 2. *Cor.*11. a. Despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. *c* Super omnem terram.] nullus Rex terrenus regnat super omnem terram. Sed iste regnat super terram viuentium, morientiũ & mortuorum, i. in Cœlo. in Mundo, in Inferno. Et ne parum videatur esse quod super terram, addit quod super omnes Deos, dicens.

d Nimis exaltes es super omnes Deos] i. super omnes Angelos, & Sanctos. *Ps.81.* Ego dixi Dij estis, & filij Excelsi omnes. Vel Deos, i. Iudices, *Exod.22.b.* Ad Deos vtriusque causa perueniet, Et dicit nimis, i. incõparabiliter, quia nulla potest esse comparatio hominis, vel Angeli ad Deum. Ideo frustra laborant socij Luciferi, i. Ambitiosi, qui dicunt illud: *Isa.*14. d. similis ero Altissimo. *Ps.85.* non est tibi similis in Diis Dñe. Non autem tantum moniales sunt sponsæ Christi, sed & omnes fideles animæ, quæ quanto maiori Dño sunt desponsatæ, tanto sollicitius, cauere necesse est ne aliquid in eis sit quod illius oculos offendat. Vnde subiungit generaliter ad omnes loquens. *e* Qui diligitis Dominum odite malum] s. peccatum, & Mundum, de quo 1. *Io.5.d.* Totus mundus in maligno positus est. Propter hoc Iacobus vocat amicos Mundi adulteros, quia ab amore sponsi Christi recedentes amori Mundi adhæserunt. *Iac.4.*a. Adulteri nescitis quia amicitia huius Mundi inimica est Deo: Quicunque ergo voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. *Amos* 5. d. Odite malum & diligite bonum, & constituite in porta Iudicium, i. cogitate quod prope est ante ianuam. *Iac.5.* b. Ecce Iudex ante ianuã assistit. Non est autem ita procax mulier, quæ in oculis mariti adulterium committeret: Sed multi committunt adulterium cũ Mundo, cum peccato, cum diabolo in oculis cœlestis Sponsi, qui quasi zelotypus semper habet oculos super sponsas suas, & custodias custodit ne eis vis inferatur; adulteras autem abominatur quæ se in oculis eius prostituunt: Vnde sequitur: *f* Custodit Dñs animas Sanctorum suorum] q. d. nulla vis poterit eis inferri. Licet n. corpora quodoque trahantur violenter ad supplicia, nunquam tamen permittet Deus, vt anima violenter trahatur ad peccata. Vnde Dominus corpus Iob, & substantiã eius expoliuit aduersario animam verò seruauit, dicens *Iob* 2. b. Ecce in manu tua est; veruntamen animam illius serua. *Iob* 9. c. Terra data est in manus impij, s. caro, nõ anima Sanctorum: *Sap.3.a.* Iustorum animæ in manu Dei sunt. *g* De manu peccatoris liberabit eos. Hic probat, quod custodit eos, & quomodo liberat, ecce. *h* Lux orta est iusto] scilicet lux gratiæ, quam infundit Deus in corda hominum.

h Quæ ipsos illuminat, & ostendit eis peccati vilitatem, & Dei bonitatem. *Mal.4.* 2. Vobis timentibus Deum orietur Sol iustitiæ, i. gratia illuminans, & ostendens viam iustitiæ, & sanitas in pennis eius, quasi dicat. Illa gratia nõ solũ illuminat, sed & sanat, & eleuat ad superna. Itẽ [Lux] verbi Dei quæ multum valet ad cauendum peccatum. *Ps.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis, vnde iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Item, Lux, id est, exemplã Sanctorum. *Matth.5.b.* Vos estis lux huius Mundi: Et post: Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, &c. *Phil.2.* b. Lucetis sicut luminaria in Mundo. Hæc ergo lux dirigit hominem in via iustitiæ, & cor eius erigit ad superna. Si autem cor erigitur ad superna, vbi est gaudium æternum, & inæstimabile, impossibile est quin aliquam guttam hauriat: Vnde addit: *i* Et rectis corde lætitia,] id est, eis qui habent cor rectum, & ad superna erectum. *Psal.* 121. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, propter hoc ergo. *k* Lætamini.] non peccatores & maligni, & amatores Mundi, quib. magis ploratus indicitur: *Iac.5.*a. Agite nunc diuites plorate, & vlulate in miseriis vestris quæ aduenient vobis. Sed, lætamini iusti, non in Mundo, sed. *l* In Domino] *Psal.* 34. Anima mea exultabit in Domino & delectabitur super salutari suo. Nec vobis iustitiam vestram ascribatis sed ipsi qui vos iustificauit. Hoc est.

m Et confitemini confessione laudis. *n* Memoriæ sanctificationis eius,] i. memorantes quod cum essetis peccatores, sanctos & iustos vos fecit. *Rom* 3.d. Omnes. n. peccauerunt & egent gloria Dei, Iustificatis gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: Cui laus, honor & gloria in sæcula sæculorum, amen.

EXPOSITIO PSAL. XCVII.

Cantate, &c. Titulus [*Psalmus Dauid*] Titulus patet. In præcedenti Psalmo egit Propheta de primo aduẽtu: Hic agit de vtroque, sc. de primo & secundo. Intentione monet ad laudem Dei, & hoc propter gratiam quam largitus est in primo aduentu, & propter gloriam quam in secundo largietur. Modus, Bipartitus est Psal. Primo, intentionem suam aperit Propheta, & monet cantare, agens de ostensione Christi in primo aduentu. Secundo, monet iubilare omnibus modis & semper, quia venturus est Iudex, *ibi*: Iubilate Deo omnis terra, Inuitans

Laus Cantici ipsi David.

PSALM. XCIV.

a VEnite *b* exultem° *c* Domino, *d* iubilemus Deo *e* salutari nostro. † *f* Præoccupemus faciem eius in *g* confessione, *h* & in psalmis iubilemus † ei. Quoniã *i* Deus *k* magnus Dñs *l* & Rex magnus super omnes Deos, † quoniam *m* non repellet Dñs *n* plebẽ suam. *o* Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & *p* altitudines montium ipsius *q* sunt.

al. † Præueniamus.

al. † illi.

al. † non habet.

Allegor. A Primò incipit à fide, & hortatur eos ad fidem dicens. *a* Venite] passibus fidei, quia per fidem appropinquatur Christo, quia per fidem assimilamur ei, quod est appropinquare. Secundò, quia de Christi aduentu, & prædicatione dolebant. Inuitat eos ad exultationem spiritualem, cum dicit. *b* Exultemus Domino] Christo. Cui exultauit infans in vtero eius. *Luc.* 1. e. Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: Cui etiam exultauit Abraham senex, Vndè dicit Dominus Iudæis nõ exultantibus, sed dolentibus. *Ioan.* 8. g. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Tertiò, inuitat eos ad laudem cordis, quæ ex exultatione sequitur. Vndè dicit. *d* Iubilemus Deo.] Et meritò. Quia, *e* Salutari nostro.] Vndè vocatus est Iesus, dicente Angelo. *Matth.* 1. d. Ipse autem saluum faciet populum suum à peccatis eorum Quid autem sit iubilus, vel iubilare, satis supra habitum est. Quartò, inuitat ad laudem oris, cum subiungit. *f* Præoccupemus, &c.] i. præueniamus eum iudicaturum. *g* In confessione] laudis & peccatorum, illum laudantes, nos accusantes. Quia vt dicit *Gloss.* confessio peccati ad laudem pertinet innocentis. *Ios.* 7. c. Da gloriam Deo, & confitere. Has duas confessiones non faciebant Iudæi, sed potiùs se laudabant, & Christum accusabant dicentes. *Ioan.* 8. e. Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum. Et post. *f* Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Quintò inuitat ad laudem operum, cum addit. *h* Et in psalmis, &c.] i. in bonis operibus seruiamus ei in lætitia, & exultatione mentis. Licèt hoc non fecerunt Iudæi. Vndè dicebat eis Dominus. *Ioan.* 8. e. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem locutus sum vobis. *i* Quoniam Deus.] Hic ostendit quare laudandus est Dominus. Et primò laudandus est, quia summè bonus. Vndè dicit. Quoniam Deus. Secundò, quia suum est Dominium. Vndè addit. *k* Magnus Dominus.] 2. *Paral.* 2. b. Magnus est Dominus Deus noster super omnes Deos, quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum? Tertiò, quia habet Reginam potestatem. Vndè subdit. *l* Et Rex, &c.] nuncupationis, i. super idola, etiam super Deos adoptionis, i. super Sanctos, & super omnes Deos prælationis. Quartò, quia benignus. Vndè dicit. *m* Quoniam, &c.] imò suscipiet & conseruabit. *n* Plebem suam] Iudaicam. Hanc non repulit Dominus ex toto. Etsi enim ramus fractus sit. *Rom.* 11. a. Non repulit Dominus plebem suam quam præsciuit. Et nota quod secundum vnam litteram non est hic hæc clausula. [Quoniam, &c.] secundum aliam verò est. Dico quod non repellet, sed conseruabit. *o* Quia in manu, &c.] Ad litteram, i. in sustentatione, & defensione illius. *Isa.* 40. c. Quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, &c. Quintò, quia excelsus & altus est. Vndè dicit. *p* Et altitudnes montium, &c.] i. Angelorum, ipsius sunt. Sextò, quia ipse possidet vniuersa. Vndè dicit.

A Quoniam

Moral. Moraliter. *a* Venite.] Inuitatorium est.] Non potest autem verè dicere, venite, nisi is qui iam viam intrauit mandatorum. Alioquin magis debet dicere. Ite quem venite. Qui autem iam viam mandatorum Dei inceperit currere, debet alios inuitare, & dicere venite. *Apoc. vlt.* d. Qui audit dicat, veni. Dicitur autem iste Psalmus in principio Matutinarũ, quæ de nocte cãtandæ sunt, & tũc sũt homines somnolenti, & pigri, quare dicitur eis, venite, q. d. non dormite, non pigritemini. *Iob* 38. a. Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei, q. d. tu dormiebas tempore Matutinarum, vel cor tuum erat *alibi*. Quidam etiam surgunt, sed cum tædio, & acidia. Vndè contra eos addit. *b* Exultemus.] *Psalm.* 99. Introite in conspectu eius in exultatione. *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas, i. quicquid Deo reddis. Alij exultant, sed dissoluta lætitia. Propter quod bene addit. *c* Domino] *Psalm.* 31. Lætamini in Domino, & exultate iusti. Item, exultemus, i. extra saltemus de lecto. *Psalm.* 5. Manè astabo tibi. *Iob* 8. a. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus, &c. *August.* Turpe est Christiano si eum radius Solis, in lecto inueniat otiosum. Item quidam sunt qui veniunt ad Matutinas, sed ibi non cantant, vel si cantant, vanitas magis mouet eos quam deuotio. Contra quos addit. *d* Iubilemus Deo.] Non dicit, Domino, quasi metuendo, sed, Deo, super omnia diligendo. Vndè addit. *e* Salutari nostro.] Sed quia vt dicitur *in Psalm.* 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam? Et *Eccl.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Bene sequitur de mundatione, quæ fit per confessionem. Vndè dicit.] *f* Præoccupemus, &c.] Et dicit præoccupemus, quia facies eius irata in iudicio occupabit peccatores Sicut *in Psalm.* 33. Dicitur. Vultus Domini super facientes mala, vt disperdat de terra memoriam eorum. Et ita occupabit, quod non poterunt effugere, nec latere. Vndè *Apoc.* 6. d. Dicent montibus, & petris, cadite super nos & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Hæc autem acies modò potest præoccupari, & pacificari in confessione peccatorum. Vndè *Prou.* 28. b. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Hoc significatum fuit. *Gen* 32. e. Vbi dicitur quod Iacob timens occursum Esau, præmisit ei munera, videlicet capras, hircos, oues, arietes, camelos, &c. Dixit enim. Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi. Per capras, & hircos intelligitur confessio peccatorum fœtentium in conspectu Domini, & Angelorum. Per oues simplicitas confitentium. Per arietes, & camelos, fortitudo & obedientia satisfacientium. Quæ satisfactio in tribus consistit, scil. in ieiunio, & eleemosyna, & oratione. Vndè addit. *h* Et in Psalmis, &c.] In Psalmis, i. in bonis operibus quantùm ad ieiunium, & eleemosynam, Iubilemus, quantùm ad orationem. Item, præoccupemus faciem eius, ne nos præoccupet mors. *Sap.* 7. c. Frequenter enim præoccupant pessima redarguente conscientia. Propter hoc cantat Ecclesia in principio. Quadragesimæ. Emendemus in melius ignoràter peccauimus, ne subitò præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & inuenire non possimus. Respondent etiam hæc tria, scil. præoccupatio, confessio, psalmodia, tribus superioribus, scil. Venite, exultemus, iubilemus, secundùm tres status, incipientium, pœnitentium. Debemus autem ei confiteri. & satisfacere. *i* Quoniam] ipse est, Deus, qui omnia peccata nostra scit. Vndè quod iam scit, ei confiteri non est dubitandum. *k* Magnus Dominus] qui potest vlcisci se de inimicis suis. *l* Et Rex, &c.] qui sibi seruientes, & militantes magis stipendiis potest remunerare. Si ergo seruus es, vel miles, & tibi Dominum, vel Regem vis eligere, elige istum magnum, & munificum. Cui sicut dicit *Boëtius*. Seruire regnare est, cuius agi frœnis, summa libertas est. Et posset dicere peccator. Verum est, quod magnus est Dñs, & Rex magnus, sed ideo superbus, & indignans. Vndè cũ eũ offenderim, non auderem ad eũ respicere. Propter hoc addit. *m* Quoniam, &c.] Christianam quam sibi emit suo pretioso sanguine. *Bern.* Tanti emit vt amittere non velit.

Non ergo repellet
- Venientem. *Ioan.* 6. d. Eum qui venit ad me non eiiciam foras.
- Orantem. *Psal.* Deprecationem eorum exaudiet.
- Quærentem. *Isaiæ* 30. e. Statim vt audierit respondebit tibi.
- Pulsantem. *Luc.* 11. b. Pulsate & aperietur vobis.

Posset adhuc aliquis dicere. Timeo ad ipsum redire, quia licèt me recipiat ad misericordiam, tamen dimittet me mori fame. Contra quod bene sequitur.

o Quia in manu eius sunt omnes fines terræ,] q. d. ne timeat ei seruire, quia ipse habet multas præbendas vocantes. *Psalm.* 23. Dñi est terra, & plenitudo eius, Nec tantùm præbendas, sed etiam Prælationes. Quia. *p* Et altitudines montium,] i. dignitates Prælatorum, & Principum. *q* Ipsius sunt] *Prou.* 8. b. Per me Reges regunt, & legum conditores iusta decernũt, per me Principes imperant, &c. *Dan.* 4. c. Dixit Balthasar ad Nabuchodonosor, Septem tẽpora mutabuntur super te donec scias, quod dominetur Excelsus super Regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud. Vel sic potest legi. In manu eius sunt omnes fines terræ,] i. mortes hominum. Vndè potest eos facere mori, quando vult. *Dan.* 5. f. Habet flatum tuum in manu sua. *p* Et altitudines montium,] i. prærogatiuæ Sanctorum, vel præmia, quæ eis in cœlo præparauit. *q* Ipsius sunt.] Vndè nec de meritis suis debent arrogantes esse, nec de præmiis debent præsumere, sed vtraque Domino attribuere. *Ioan.* 1. b. De plenitudine eius omnes nos accepimus, & gra-

tiam pro

A *a* Quoniam ipsius est mare] ad literam. *b* Et ipse fecit illud) *Iob* 26.d. In fortitudine eius repentè maria congregata sunt, Vel, mare, i. Mundus, qui suus est. *Ioan.* 1.a. In propria venit & sui eum non receperunt. Septimò, quia est Creator & conditor vniuersarum creaturarum, quod notatur, cùm dicit. Et ipse fecit illud, & cum addit. *c* Et siccam,] id est, terram. *d* Manus eius formauerunt,] id est, operatio filij. Vel si de Patre loquitur, Manus eius, id est, Filius qui est manus Patris, & potentia. Vel, siccam, id est, Ecclesiam sitientem imbrem doctrinæ eius ita inuitauit ad laudem. Sed quia multi grauati peccatorum sarcina, laudare non possunt, ideò reuocat consequenter Iudæos ad pœnitentiam. Et primò ad fidem, quæ prima est in iustificatione impij cùm dicit.

al. † aridam. al. † finxerunt. al. † ante eum. al. † Dominum. al. † quoniam. al. † manum.

a Quoniam ipsius est mare *b* & ipse fecit illud, *c* & † siccam *d* manus eius † formauerunt. *e* Venite adoremus & procidamus † & ploremus ante † Deum qui fecit nos, † *f* quia ipse est Dominus Deus noster. Et *g* nos populus pascuæ eius, *h* & oues † manus eius. *i* Hodie si vocem eius audieritis.

e Venite] sicut supra passibus fidei. Secundò, ad cultum Dei, cùm dicit, Adoremus. Tertiò, ad humilitatem, cùm dicit: Et procidamus ante Deum. Quartò, ad gemitum, cùm dicit: Ploremus. Quintò, quo fine cùm dicit: Ante Deum, non coram hominibus. Sextò, quare. Quia ipse est Dominus Deus noster. Dominus, timendus, Deus, colendus, noster, amandus. Et vt maiorem confidentiam sumamus.

g Et nos] sumus, populus pascuæ eius, quem pauit manna in deserto.

h Et oues manus eius,] id est, domesticæ, & sub manu eius nutritæ, vnde confidere possumus, quod nos ad eum reuertentes suscipiet ad pœnitentiam. Et hoc sub conditione sequenti.

i Hodie si vocem eius audieritis] quam per me vestris auribus intonat ô Iudæi, quasi dicat, Ante poteratis vos excusare per ignorantiam; sed si modò non audieritis, manifesta erit malitia. Ignorantes quidem digni sunt venia, malitiosi verò non. Hoc modo prædicabat eis Petrus. *Act.* 3. c. dicens. Auctorem vitæ interemistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus Et *infr.* Et nunc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, &c.] Pœnitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata vestra. Et postea, adducit auctoritatem legis dicens. Moyses quidem dixit. Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tanquam meipsum audietis, iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis. Et erit, omnis anima quæcunque non audierit Prophetam illum exterminabitur de plebe.

Deut. 18.c.

Moral.

* tiam pro gratia, scilicet, gratiam præmiorum pro gratia meritorum. Nec credat aliquis quòd eum posset euadere.

a Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt,] quasi dicat, ipse dominatur & peccatoribus, & iustis quia est Creator omnium. Per mare enim intelliguntur peccatores, sicut dicit *Isa.* 57. d. Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Per siccam, vero intelliguntur iusti, à quibus aquæ mundanarum deliciarum, & diuitiarum sequestratæ sunt. *Psal.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, Et propter hæc omnia.

e Venite] ad Dominum, id est, redite per viam pœnitentiæ, de qua *Exod.* 5. a. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in deserto, & sacrificemus Domino Deo nostro. Et dicit hîc quatuor verba. Primò, Venite. Secundò, adoremus, Tertiò, procidamus ante Deum. Quartò, ploremus coram Domino. Primum contra pigros. Secundum contra superbos. Tertium contra rigidos. Quartum contra duros. Multi enim sunt pigri, & venire ad Deum nolunt, sed in lectulo fœtido, scilicet in conscientia immunda, & in peccato iacent, & computrescunt vt iumenta in stercore suo. *Ioel.* 1. d. Multi etiam sunt superbi, & rigidi, qui eum adorare per debitum cultum, nec ante ipsum procidere per humilem timorem nolunt. De talibus *Iob* 15. c. Tetendit aduersùs Deum manum suam, & contra Omnipotentem roboratus est; cucurrit aduersus Deum erecto collo, &c. Sunt & duri corde, & plorare pro suis peccatis non quærunt, nec malleo verbi Dei emolliri possunt. Vndè dicit *Zach.* 7. c. Posuerunt cor suum, vt adamantem ne audirent legem. Quia etiam dicit, Ploremus ante Deum qui fecit nos, est contra hypocritas, qui plorare & orare volunt coram hominibus, vt sancti reputentur. *Matth.* 6.a. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus, &c. Hoc autem debemus facere.

f Quia ipse] & non alius, est Dominus Deus noster, vt supra expositum est. *Iosue* 24.e. Seruiemus Domino, quia ipse est Dominus Deus noster.

g Et nos, &c.] Discretiuè dicit, nos, quia vt dicitur in *Psal.* 147. Non fecit taliter omni nationi. Nos, ergo, populus pascuæ eius, omnes videlicet fideles, qui corpus eius sanctum sumunt. *Psal.* 77. Panem Angelorum manducauit homo. Specialiter autem Sacerdotes dicuntur populus pascuæ eius, quia continuè, id est, quotidie comedunt in mensa Regis Christi ipsum panem Corporis, & bibunt Sanguinem ipsius. 2. *Reg.* 9. d. Miphiboseth comedet super mensam meam quasi vnus de filiis Regis, id est, de Angelis. Et dicit, Populus, in quo notatur discretio, & vnitas siue concordia, quæ maximè necessariæ sunt ministris Ecclesiæ. Item, populus pascuæ eius, &c. sunt Theologi, de quibus *Isa.* 49. c. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum, non esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus, & Sol. id est, vbi Scriptura plana est, ibi nutrit, vbi obscura est, ibi exercet. Et qui verè in ea pascuntur, non esuriunt nec sitiunt diuitias, vel præbendas nec delicias. Item, populus pascuæ eius, &c. sunt contemplatiui. *Ezech.* 34. d. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum, id est, in cœlestibus & arduis. Et *infrà*. In pascuis pinguibus pascentur, super montes Israel ego pascam oues meas. *Psal.* 22. Nihil mihi deerit in loco pascuæ.

h Et oues manus eius, &c.] Oues manus Dei, id est, manui eius assuetæ, sunt fideles omnes, & præcipuè Religiosi, quos omnes ipse pro voluntate sua deducit sicut oues simplices. *Psalm.* 79. Qui deducis velut ouem Ioseph Hi designati sunt per ouem illam, de qua sumpsit Nathan parabolam ad Dauid, 2. *Reg.* 12. a. Pauper homo, inquit, nihil habeat omnino præter vnam ouem paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis eius, simul de pane eius comedens, & de calice bibens, & in sinu illius dormiens, eratque ei sicut filia Pauper ille, Christus potest dici; ouis illa paruula Religio, quæ sub manu Dei pascitur, & nutritur. *Ierem.* 6.a Pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt. Multo fortiùs Pastor bonus Christus; oues etiam manus eius dicuntur omnes animæ, eo quòd ad manum eius oportet redire, vt ab eo recipiant quæ meruerint, & liberentur boni de manu luporum, id est, Prælatorum malorum, qui modò eas diripiunt. *Ierem.* 33. c. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. *Ezech.* 34. c. Ego ipse requiram oues meas, & visitabo sicut visitat Pastor gregem suum, id est, non sicut mercenarius alienum. In hoc autem cognosci potest si sumus oues Christi, si vocem eius audiamus. Vndè addit.

i Hodie si vocem eius audieritis.] *Ioan.* 10. c. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, &c. Hodie autem non auditur vox Christi vocantis ad pœnitentiam. *Prou.* 1. c. Vocaui & renuistis. *Isa.* 22. d. Vocauit Dominus ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia. Benè autem auditur vox vocantis ad præbendas. Hodie, id est, in vita præsenti, quæ est vnum hodie. Futura vero vita est cras. Martialis.

Sera nimis vita est crastina, viue hodie.

Quicunque non viuit, quomodo potest audire? Et nota quòd multi sunt qui non audiunt. *Martial. lib.* 1. *ad Iulium.*

Quidam
- Quia longè sunt. *Eccles.* 4.d. Appropinqua vt audias.
- Quia surdi. *Isa.* 52. c. Surdi audite.
- Quia dormiunt. *Eccles.* 22. a. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam.
- Quia declinant ad alia. *Prou.* 28.b. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, &c.
- Quia obturant aures, vt Aspis. *Psalm.* 57. Furor illis secundum similitudinem serpentis.
- Quia mortui. *Eccles.* 4. a. Laudaui magis mortuos quàm viuentes.
- Quia videlicet viui fugiunt sermones Domini, & exeunt Ecclesiam. *Zach.* 7. c. Noluerunt attendere, & auerterunt scapulam, &c.

Secunda pars.

A *a* Nolite, &c.] Secunda pars, vbi monet ipse Christus Iudæos ne obdurentur, ne contingat eis, vt patri. Dicit ergo ô vos Iudæi, Nolite, &c. sed mollite ea, & flectite ad fidem Christi, & prædicationem Apostolorum. *Zach.* 7. c. Cor suum posuerunt, vt adamantem ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus. De ista duritia arguebat eos. Stephanus, *Act.* 7. f. dicēs: Dura ceruice, & incircumcisi corde, & auribus, vos semper Spiritui S. restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. Vnde hîc monet eos ne obdurent corda sicut illi patres obdurauerunt.

a nolite obdurare corda vestra. *b* Sicut in † irritatione, secundum *c* diem *d* tentationis in *e* deserto. Vbi *f* tentauerunt me patres vestri, *g* probauerunt † & viderunt opera mea. *h* Quadraginta annis † offensus fui generationi † illi, *i* & dixi semper † hi errant corde. Et † isti non *k* cognouerunt *l* vias

al. † amaricatione.
al. † acerbatione.
al. † me.
al. † proximus.
al. † huic.
al. † isti.
al. † ipsi.

Hoc est, quod sequitur. *b* Sicut in irritatione] id est, in prouocatione Domini à parentibus vestris facta. *c* Secundum diem] i. in die. *d* Tentationis] factæ, in deserto. Sed quid est quod dicit in irritatione? Nonne 1. *Cor.* 13. b. dicitur. Charitas non irritatur. Et Deus charitas est. 1. *Ioan.* 4. d. Ergo Deus non irritatur. Sol. Ira non cadit in Deum, sed non stat per homines, ideò etiam dicitur Deus irritari, quia vindicat se sicut irritatus. Aggrauat autem hic peccatum Iudæorum multis modis. Primò à tempore, cum dicit. Secundum diem tentationis. Secundò, à loco, cùm dicit. *e* In deserto; sc. vbi magis timere Deum deberent. Tertiò, ab infidelitate, cum addit. *f* Vbi, &c.] dicentes. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quartò ab ingratitudine qua ingrati fuerunt Domino. Vnde dicit *g* Probauerunt, &c.] i. miracula, quæ feci coram eis, & tamen nihilominus peccauerunt, & non crediderunt in me. Quintò, aggrauat peccatum eorum à diuturnitate peccati, cùm dicit. *h* Quadraginta annis, &c.] sc. toto tempore quo fuerunt in deserto. *Num.* 32. c. Iratus Dominus aduersus Israël circumduxit eum per desertum 40. annis donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Sextò, aggrauat peccatum eorum, quia non ex fragilitate, sed ex certa malitia peccabant. Vnde addit. *i* Et dixi, &c.] i. ex certa malitia, & voluntate cordis, hoc est errare corde. Septimò, aggrauat peccatum eorum à stultitia, cùm subiungit. *k* Et isti non cognouerunt vias meas] *Ier.* 4. f. Stultus populus meus me non cognouit. Vel ita coniunge literam. *k* Et isti non cognouerunt] i. cognoscere noluerunt. Vias meas] id est, præcepta mea, vel opera mea.

A Ideo.

Moral.

Moraliter. *a* Nolite obdurare corda vestra] Multi indurant corda sua in tantum quod nec igne liquefieri, nec malleo possunt frangi nec aqua emolliri, i. verbo Domini, quod est ignis & malleus, & aqua Ignis ad liquefaciendum, malleus ad conterendum, aqua ad mollificandum. De duobus primis. *Ier.* 23. f. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petras? De tertio habetur. *Heb.* 6. b Terra sæpè venientem super se bibens imbrem, &c.] i. verbum Dei. De talium duritia conqueritur Dominus. *Ier.* 5. a. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Et quibusdam promittit *Ezec.* 11. d. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Quod etiam plus est, non possunt quidem emolliri vnguentis diuersis beneficiorum Dei, sed quantò Dominus plura eis beneficia largitur, tantò magis duri fiunt, & rebelles. *Isa.* 48. a. Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Neruus inquantum neruus flecti potest & foueri & emolliri vnguento, sed neruus ferreus non. Item frons erubescit, sed frons ærea non erubescit, sed si feriatur resonat. Ita tales si corriguntur, remurmurant, & erubescere nesciunt, nec flecti ad emendationem possunt. Et propter hoc bene comparantur Iudæis rebellibus, qui tot à Domino beneficia recipientes, & tot mirabilia videntes, semper contra Dominum murmurabant. Ideo dicit, Nolite, &c. Et est sensus satis moralis, vt non sint modò ita duri, & rebelles, sicut fuerunt filij Israël in deserto. Et secundum hoc totum quod sequitur vsque in finem Psalmi non mutatur à præcedenti expositione literali. Possumus etiam magis moraliter dicere, vt hæc omnia spiritualiter intelligamus. *b* Sicut in irritatione, &c.] Per desertum enim intelligitur pœnitentia, vel Religio, in qua non est delitiosorum ciborum abundantia. Et cùm homo de peccato exit, & transfert se ad statum pœnitentiæ, vel de sæculi vita ad Religionem, de Ægypto exit, & de seruitute intrat, per quòd tandem transire valeat ad terram promissionis, sc. ad terram viuentium. Sed in hoc exitu Pharao contemptus surgit in scandala, quia Diabolus contra tales insurgit, & tentationes commouet. Vnde dicitur *Eccl.* 2. a. Fili accedēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & præpara animam tuam ad tentationem. Qui ergo in hoc tentationum conflictu bene pugnant, Deum placant; qui autem statim se vinci permittunt, Deum irritant. Sicut dicit *Iob.* 36. b. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Quis enim est simulator, nisi qui ante bellum se Dei militem ostentat, & in bello contra hostem pugnare recusat? Benè autem competit huic expositioni litera *Ieron.* quæ sic habet, Nolite indurare corda vestra, sicut, &c. Cùm enim homo in tali conflictu est, semper dicit ei conscientia, & suggerit Spiritus S. quòd resistere deberet. Sed quidam obdurant corda sua dissimulantes Dei admonitionem, & nolentes audire, non sicut Propheta qui dicit Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *a* Nolite] ergo inquit, obdurare corda vestra, &c. i. vt Deum irritetis, & prouocetis in die, vel in hora tentationis, non resistendo. Tentationis, dico quæ homini infertur. *e* In deserto,] i. in initio conuersionis suæ, siue ad pœnitentiam, siue ad Religionem. *f* Vbi tentauerunt, &c.] i. illi qui vos suo exemplo, peccato & pigritiæ genuerunt. *Num.* 32. c. Ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris incrementa, & alumni hominum peccatorū. Quomodo autem tentent Deum dicitur in *Ps.* 77. Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis, & malè locuti sunt de Deo, dixerunt. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Sic faciunt multi, qui cùm pœnitentiam assumpserint, vel Religionem intrauerint, statim timent mori fame, & dicunt, quòd hoc quod incœperunt sine corporis periculo consummare non possent, vnde accidit, quod bonum principium non sequitur bonus finis, sed cum spiritu cœperint, carne consummantur. Sicut dicit Apostolus *Gal.* 3. a. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Ostendit autem quod consummare possent, si vellent cum dicit. *g* Probauerunt, &c.] q.d. per hoc quod viderunt quod eos extraxi de peccato, vel de sæculo, quod vtrique apud homines est impossibile, scire possunt quod auxilio meo perseuerare poterunt in bono quod iam incœperunt. Secundum quod dicit *Horat.*

Dimidium facti qui bene cœpit habet,
Sapere aude, Incipe viuendi, &c.

Horat. lib. 1. Epistol.

Propter hoc ne tentatione victus homo à bono incœpto desistat, monet Apostolus 1. *Cor.* 10. c. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Et quia tales patres tales filios generant in peccato, bene de vtrisque subiungit. *h* Quadraginta annis offensus fui generationi illi] scil. patribus & filiis, i. imitatoribus peccantium, qui si ad horam credant, & pœnitentiam, vel claustralem vitam incipiant, tamen tempore tentationis recedunt. *Luc.* 8 b. Talibus offenditur Dominus, sicut dicitur *Ier.* 15. b. Populo qui dilexit mouere pedem suum, & Domino non placuit. Et dicit. Quadraginta annis, per quos vt in *Gloss.* dicitur, omnia sæcula designantur, quia quadragenarius numerus constat ex denario qui est primus limes numerorum, & plenitudinem significat, & ex quaternario qui ad quatuor tempora refertur. Cùm ergo dicit Dñs se talibus offensum semper, eis autem offensus semper esse dicitur quibus finaliter offenditur. Sicut è contrario de illis qui finaliter indulgētiam petunt, dicitur in collecta. Vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Illis autem finaliter offenditur Dominus, qui licet incipiant boni esse, tamen finaliter mali sunt. Secundùm quod dicitur *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei. Et non qui tantum incœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. *Mat.* 10. c. Et 2. *Tim.* 2. a. qui certat in agone, nō coronabitur nisi legitimè certauerit. quod autem ita debeat exponi quod dicit, quadraginta annis, ostendit, cum subiungit. *i* Et dixi, semper hi errant corde, &c.] Ecce quòd dicit semper, & errasse semper iudicabitur, qui in fine errans inuenietur. Dicit autem signanter, errant corde, non dicit opere, quia error operis finem habuit, sed error voluntatis finem non habuit. Peccare enim opere desinunt in morte, non quia peccare ampliùs non velint, sed quia peccare ampliùs non valent. *k* Et isti non cognouerunt,] i. scire noluerunt.

Per quadragenarium omnia sæcula designantur.

Ezech. 36. *f.*

Alleg. Moral.

l Vias meas] quibus ad cœlestem patriam itur. *Iob* 21. b. qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Vel, non cognouerunt, approbatione, & experimento. *Tit.* 1. d. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

a quibus,

meas † a vt b iuraui in c ira mea si † d introibunt in e requiem meam.

al. † quibus
al. † intrabunt.

Psalmus David quando domus ædificabatur post captiuitatem.

XCV.

f Cantate Domino canticũ nouum g cantate h Domino i omnis terra. k Cantate Domino, l & benedicite † m nomini eius † n annunciate o de die in p diem q salutare eius.

al. † nomen.
al. † bene nunciate.

a Ideò. d Si introibunt,] i. non intrabunt. e In requiem meam æternam. a Vt, sicut. b Iuraui,] i. statui. c In ira mea] in voluntate vindicandi, & puniendi rebelles, & incredulos. Vel sic. Reuocatis illis ne sint similes patribus suis in culpa, subiungit etiam de pœna, vt magis timeant, & libentius resipiscant. Vndè dicit. a Vt,] i. propter quid. b Iuraui,] i. firmiter comminatus sum. c In ira mea, &c.] i. in terram promissionis. Et est Aposiopesis, q.d. si hoc contingет, supple quodlibet aliud impossibile accidet, vel non creditis mihi. De hoc iuramento habetur *Num* 32. b. Quibus iratus iurauit dicens. Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis, & supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob. Et *Nahum.* 14. d. Dimisi eis iuxta verbum tuum, viuo ego, & implebitur gloria Domini in vniuersa terra; attamen homines qui viderunt Maiestatem meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum.

Moral.

* Quibus,] i. quia talibus. b Iuraui,] i. minatus sum, & immobiliter statui. c In ira mea, &c.] i. non intrabunt. e In requiem meam] æternam. Vndè litera *Ieron.* habet. Et iuraui, &c. De qua requie. *Hebr* 4. b. Si Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur, sc. Dauid. Post hanc diem itaque relinquitur sabbatismus populo Dei, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut & Deus a suis: festinemus ergò ingredi in illam requiem ad quam nos perducat Iesus Christus. Amen.

EXPOSITIO PSALM. XCV.

Cantate Domino canticum nouum, &c.] Titul. *Psalmus David, &c.* In præcedenti psalmo inuitauit Propheta ad laudem. Hic autem incipit laudando describere modum laudis, sc. canticum nouum, pro ædificatione domus Dei spiritualis, sc. Ecclesiæ vel animæ fidelis. Quæ ædificatio fit per conuersionem Gentium, vel per pœnitentiam post captiuitatem peccati. Vndè is est sensus tituli, Psalmus iste, est, Dauid, agens de hoc, quod factum est, quando domus Dei ædificabatur, i. de eo quod per hoc significatum est, videlicet de gaudio quod habetur in corde pœnitentis. De quo *Prou.* 14. b. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Ex his patet intentio, quæ est monere ad laudem pro reædificatione domus spiritualis. Modus. Duæ sunt partitiones. Primò, monet omnes vt pro hac ædificatione cantent, & Prælatos præcipuè, vt omnibus eam annuncient. Secundò, omnes similiter monet, alios quasi subditos, vt offerant; alios iterum Prælatos, vt prædicent primum, & secundum Aduentum, *ibi*, Afferte. Agit enim hic Psalmista de vtroque aduentu. Et est iste secundus Psalmus, in quo hoc facit alius præcessit, scilicet, Deus deorum. Cùm ergo in præcedenti Psalmo Iudæos præmonuerit, vt deposita duritia venirẽt ad Christum per fidem, tanquam illis per duritiam cordis sui iudicantibus se indignos: Ecce conuertitur ad gentes, & dicit. f Cantate, &c.] quia videlicet nouum fecit Dominus super terram. Illud nouum, de quo *Ier.* 31. d. Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum g Cantate dico. h Domino: non solum Iudæa, sed & i Omnis terra quæ audiuistis illud nouum annunciari vobis per prædicationem Apostolorum, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. k Cantate, &c.] Hoc iam tertiò dixit, vt notetur mysterium Trinitatis, quæ benè notatur per hoc verbum, Domino, ter repetito, quia Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus S. & tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus. Vnde in singulari dixit, Domino. Laus vero Christi, honor est totius Trinitatis. Vndè in Cantico nouo pro nouitate Incarnationis cantato tota Trinitas honoratur. Hoc autem Canticum nouum quid aliud est, quam desiderium Incarnationis futuræ, vel exultatio & laus iam exhibitæ. Vndè liber qui incipit, Osculetur me osculo oris sui, in quo desiderium Incarnationis exprimitur, dicitur Cantica canticorum.

Partitio Psalmi.

Alleg.

l Et benedicite] corde, ore, opere.

m Nomini eius] quod est Iesus saluator, vt corde credatis, ore confiteamini, opere attestemini quoniam non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, vt dixit Petrus *Act.* 4. c. Et vt hoc in omni terra fiat. n Annunciate] ò vos Apostoli, & discipuli Domini. o De die in diem,] i. continuè. Vel duos dies, duo Testamẽta, sc. vetus & nouum possumus dicere, quia æterni Solis claritate resplendent. Illud enim venturum, istud venisse saluatorem declarat. De die ergo in diem annũciat, qui Christum promissum in veteri, & datum in nouo prædicat, & hoc vtriusque Testamenti auctoritate confirmat, Annunciate, dico. q Salutare eius,] sc. Dei, i. Christum filium Dei qui est salutare, & saluator noster. *Luc.* 2. e. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Posset etiam hoc esse thema in annunciatione, n Annunciate salutare eius,] i. Christum annunciatum. o De die,] i. de Gabriele. p In diẽ,] i. in B. Virginem, *Ps.* 18. Dies diei eructat Verbum, i. filium Dei, quia & nox, i. diabolus, nocti, i. Euæ, indicauit scientiã, i. lignum scientiæ. Vel, salutare eius, scil. Christi, i. salutem quam operatus est Christus in medio terræ, per omnes fines terræ prædicate. Hæc duo salutaria, sc. Christum auctorem salutis, & ipsum opus saluationis se prædicare breuiter dicit Paulus. 1. *Cor.* 1. d. Nos inquit, prædicamus Christum crucifixum Christum, ecce auctor; crucifixum, ecce opus salutis. Vel secundum aliam literã, Annunciate, &c.] i. quod salutaris est dies ex die, i. Filius ex Patre, lumen de lumine. Per hanc annunciationem ædificatur domus Dei, i. Ecclesia. Vnde Thomas veniens ad Indos dixit se esse artificem domorum construendarum. Et quasi quis quæreret locum æqualem, & spaciosum vbi hæc domus ædificaretur, assignat eam in latitudine gentium cum subiungit. A Annunciate

Moral.

Moraliter. f Cantate Domino, &c., i. exultate in nouitate vitæ *Eph.* 4. f. Renouamini spiritu mentis vestræ. Est autem triplex renouatio, quæ cantatur triplici cantico. Prima est Baptismi, quæ cantatur Cantico Moysi. *Exod.* 15. a. 1. *Cor.* 10. a. Omnes in Moyse baptizati sumus in nube, & in mari. Secunda est pœnitentiæ, de qua in *Ps.* 102. Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua, scilicet, rostro fracto. Hæc cantatur cantico Iudith. *Iudith.* 16. a 1. Cantico confessionis. Iudith enim interpretatur glorificans, vel confitens. *Isa.* 23. d. Meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui. Tertia est gloriæ. 2. *Petr vlt.* c. Nouos cœlos, & nouam terram secundum promissa eius expectamus. Hæc cantatur cantico Simeonis. *Luc.* 2. e. quod cantatur in Completorio. Nunc dimittis, &c. Quia viderunt, &c. Et ter dicitur hic, cantate, propter hoc triplex canticum. Et hic etiam notatur in hoc, quod in nouo Testamento sunt tria tantum cantica, quæ meritò dicuntur cantica noua, scil. Magnificat. Benedictus. *Luc.* 1. Et nunc dimittis. *Luc.* 2. e Et hæc cantantur ab Ecclesia. Item ter dicit, cantate, propter triplicem harmoniam vocis, ad conscientiam ad vitam, ad famam: contra tria genera peccatorum. Quidam enim non cantant Domino in conscientia, de quibus *Mat.* 15 a. & *Isa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Alij autem non cantant ei vita, & conuersatione. *Tit.* 1. b. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Alij autem non laudant ipsum fama. *Prou.* 10 b. Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet *Rom.* 2. d. Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est, scilicet. *Isa.* 52. b. Item, cantate, dicit contra acidiosos, contra susurrantes horas, contra despicientes musicam. *Eccl.* 32. a. Ne impedias musicam. Et *infr.* b. Sicut in fabricatione auri signum est Smaragdi, sic numerus musicorum in iocundo, & moderato vino, id est, in compunctionis vino, scilicet lætitia cum tristitia moderata, quia immoderata tristitia comes est desperationis.

Triplex renouatio quæ cantatur triplici cantico.

Tria sunt tãtum cantica in nouo testamento.

g Cantate Domino omnis terra] non vna tantum, hoc est contra acceptores personarum, & nationum, sicut in multis Ecclesiis est peruersa consuetudo, & indigni dignitas inoleuit, vt etiam maiori altari non celebret nisi talis, vel talis. *Col.* 3 b. Vbi non est masculus, & fœmina, Gentili, & Iudæus, Barbarus, & Scytha, sed omnia & in omnibus Christus. Et supra adducta est auctoritas illa *Act* 10. e. In omni gente qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus est illi. Et qui acceptus est, debet ei cantare semper, & vbique. k Cantate Domino & benedicite nomini eius.] Quidam cantant & maledicunt, vt in carminibus fescenninis. *Iac.* 3. c. In ipsa benedicimus Deum Patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt, &c. *Ierem.* 15. c. Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. Quomodo? *Matth.* 25. d. quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

n Annunciate] aliis, vos, proficientes.

o De die in diem,] i. de virtute in virtutem. q Salutare eius,] i. pœnitentiam quæ ducit ad salutẽ. *Mat.* 4. c. Agite pœnitentiam,

Alleg. A *a* Annunciate inter gentes] Iudæis pro sua contumacia intermissis. *c* Gloriam eius,] id est, excellentissimam bonitatem quia illos seruare decreuit. *Rom.* 11. c Vide bonitatem, & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem; in te autem bonitatem si permanseris in bonitate. Vel [gloria eius,] i. id in quo gloriatus est, videlicet crucem & ignominiam. *Ioan.* 12. d. Venit hora vt clarificetur Filius hominis, i. crucifigatur. Vndè & Paulus, qui eius imitator erat, dicit *Gal. vlt.* d. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi.

al. † In gentibus.

26. q. 2. equi sine.

al. † sanctitas.

a Annunciate † *b* inter gentes *c* gloriam eius, in *d* omnibus populis *e* mirabilia eius. Quoniam *f* magnus Dominus, & *g* laudabilis *h* nimis, *i* terribilis est *k* super omnes Deos. Quoniam *l* omnes dij gentium *m* dæmonia. *n* Dominus autem *o* cœlos fecit. *p* Confessio & pulchritudo in conspectu eius, † *q* sanctimonia, *r* & magnificentia in *s* sanctificatione eius.

Et ne fortè aliquas gentes putares exceptas, bene addit. *d* In omnibus populis, &c. Quia vt dicitur *Act.* 10. e. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, hic acceptus est illi. Mirabilia autem eius sunt, Incarnatio, Passio, Resurrectio, Ascensio, & talia. Vndè, de Incarnatione dicit *Isa. vlt.* c. Quis audiuit vnquam tale? aut quis vidit huic simile? Quid enim est mirabilius, quam Christi Incarnatio, vbi factum est Verbum caro, Deus homo, Mater virgo? Vndè & hæc mirabilia explanans, subiungit,

f Quoniam magnus Dominus,] q.d. in hoc apparet mirabile, quoniam ille qui magnus est, factus est paruus; ille qui est Deus, factus est homo. Hoc est quod dicit. [Quoniam magnus Dominus] scilicet Christus, magnus est potentia, licet paruus factus sit. Vndè *Isa* 9. b exprimit in eo simul & paruitatem, & magnitudinem dicens. Paruulus natus est nobis, ecce paruitas; cuius imperium super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. ecce magnitudo. Nec tantum magnus, sed. *g* Et laudabilis] bonitate. Bonitas enim facit quemque laudabilem. *Psal.* 134. Laudate Dominum quoniam bonus est Dominus. Nec mediocriter laudabilis, sed. *h* Nimis,] i. excellenter, quia excellenter bonus. Item nimis laudabilis dicitur, quia non potest explicari quàm laudabilis sit, aut quàm bonus. Est ergo laudabilis bonis, quos decet laudatio; sed malis, &, peccatoribus in quorum ore non est speciosa laus. *i* Terribilis est,] *Iob* 25. c. Potestas & terror apud eum est. Et ne comparetur diis gentium, quos ipsi etiam timent, bene addit. *k* Super omnes Deos.] Et verè terribilis est super eos, cùm ipse sit Deus omnipotens, & ipsi sint dæmonia. *l* Quoniam omnes dij Gentium dæmonia.] dæmonia autem non possunt nocere nisi à Deo permissa.

n Dominus autem cœlos fecit] ad literam in quo apparet eius potentia, quia nullus alius posset eos facere. *Ier.* 10. b. Dij qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra. Vel [cœlos,] i. Apostolos qui dæmones superant, & eiiciunt, vnde potentiores sunt quàm dæmones. Multo fortius Dominus qui eos ita potentes fecit. Ex quo ergo cœlos fecit. Laudent eum cœli, & terra, vt in *Psal.* 68. dicitur. Et hæc laus perfecta erit in cœlo in patria. Vndè bene subiungit. *p* Confessio & pulchritudo, &c.] Anagogicè enim in cœlo sunt [confessio] laudis, & gratiarum actionis. *Isa.* 51 b Gratiarum actio, & vox laudis. Item ibi est [pulchritudo] in Deo, qui lux est, vt dicitur *Ioan.* 1. a. *Eccl.* 43. b. Species cœli gloria stellarum, id est, Sanctorum. Ibi est & conspectus. Vndè *Exod.* 25. b. dicitur de Cherubin, quod respiciant se mutuò versis vultibus in Propitiatorium. Item ibi est [sanctimonia] Sanctitas sine terrenitate, & castitas sine fomite, *Hebr.* 12. d. Pacem sequimini, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum. *r* Et magnificentia. *Eccl.* 42. d. Magnalia sapientiæ suæ decorauit, quæ est ante sæculum, & vsque in sæculum. Ibi potest dicere B. Virgo, & alij Sancti illud, *Luc.* 1. e. Fecit mihi magna qui potens est. Hæc duo ergo, scil. sanctimonia, & magnificentia sunt. *s* In sanctificatione eius,] i. in Templo cœlesti quod est Deus. *Apoc.* 21. g. Templum illius. Quid ergo aliud describit Ezechiel quàm Deum? potest allegoricè exponi versus iste de B. Laurentio. Quia.

Anagogicè.

Alleg.

p Confessio & pulchritudo in conspectu eius.] Ipse enim confessus est fidem, & quod thesauros haberet [Pulchritudo] fuit Deo, quando perustus fuit ferculum allatus ante Deum. Item conspexit Angelum, vnde Romanus baptizatus est. Item habuit sanctimoniam, & castimoniam, quia diaconus, & Præpositus viduarum, quæ longo post tempore fuerunt in Ecclesia Romana. Item [magnificentia] & munificentia eius laudatur quia de ipso dicitur illud, *Psal.* 111. dispersit, dedit pauperibus. Item quia cæcos illuminauit. Item sanctificatio, quia multos sanctificauit.

Δ Afferte

Moral. * tentiam, appropinquabit enim Regnum cœlorum, scil. si egeritis pœnitentiam. 2. *Cor.* 7. c. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

a Annunciate] non solum inter Clericos, sed etiam.

b Inter gentes,] id est, paganos moribus, & si non fide, quales sunt hodiè ferè omnes, non solum tormenta, quæ terrent, sed etiam gloriam eius, quæ allicit. Quid enim sunt, qui nesciunt annunciare nisi minas, & pœnas, qui volunt Deo acquiescere seruos non amicos] Annunciate] ergo.

c Gloriam] non Mundi, sed [eius] nullus enim appetit gloriam mundi nisi ex ignorantia gloriæ Dei. Item [eius] non nostram. *Psal.* 113. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. *Isa.* 24. c. In doctrinis glorificate Dominum.

Triplex populus. *d* In omnibus populis mirabilia eius] non tantum in vno populo. Est autem triplex populus, scilicet, populus Dei, populus Mundi, populus diaboli. Et omnibus his annunciare debent Prædicatores. Sed multi sunt qui magis volunt prædicare Clericis tantum, cui populos sibi subditos dimittunt in errore suo mori, & Parisus veniunt prædicare. *Greg.* Vecordem se asserit, qui hortis sitientibus in flumine aquam spargit. *e* Mirabilia] opera [eius] Dei, scilicet, opera creationis, recreationis, & iustificationis. De hoc vltimo dicit *Bernard.* Factum est de nihilo aliquid, de vetusto nouum, æternum beatumque de damnato, mortuoque.

f Quoniam magnus Dominus, &c.] In hoc versu notantur in Domino, quæ exigunt quinque in nobis. In Domino notatur magnitudo, cùm dicit magnus] dominatio, cùm dicit Dominus [Laus] cùm dicit, laudabilis [terror] cum dicit [terribilis] Potentiæ comparatio supereminens, cum dicit [super omnes Deos] quia [magnus] exigit à nobis admirationem & honorem. Quia [Dominus] seruitium. Quia [laudabilis] laudem. Quia [terribilis] timorem. Quia [super omnes Deos] cultum singularem. Est igitur, magnus, quia immensus capacitate, omnia capit, à nullo capitur plenè. Item, magnus, quia æternus duratione. Item, magnus, largitate, quia magna dat, & bona, non parua hæc stercora nisi porcis. Item, quia, magnus, est, auertit scrutatores, quia non capient immensum. Quia, Dominus, filios Belial, qui nulli volunt subesse, reprobat. Quia, laudabilis, condemnat inuidos, & ingratos, qui non laudant, sed odiunt facta eius circa alios. Quia, nimis, increpat tepidos, & remissos laudatos. Item quia, Terribilis, reprobis, & blandus iustis, arguit stultos qui nec timere mala nec cupere bona sciunt. Item quia, Super omnes Deos, arguit confidentes in creatura, qui de pecunia sua, vel de ventre suo faciunt sibi Deum instinctu diabolico: Vndè addit.

In Domino notantur quinque quæ in nobis quinque exigunt.

l Quoniam omnes dij gentium,] i. gentiliter, & non rationabiliter viuentium, sunt,

m Dæmonia,] id est, instinctu diaboli facta, & ficta. Diabolus enim est quasi figulus, & artifex falsorum deorum: Alij faciunt Deum ventrem, alij pecuniam, alij meretricem, & sic de aliis, secundùm quod dicit *Aug.* quod vnusquisque colit, & veneratur, hoc sibi Deus est.

n Dominus autem] non facit istos deos, sed.

o Cœlos fecit,] id est, Sanctos viros. Vndè vnus eorum quos fecerat, sic dicebat in *Psal.* 99. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. *Apocal.* 1. b. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Peccatores autem se faciunt, scilicet, peccatores. *Ezech.* 29. a. Ego feci memetipsum. Quomodo autem homo fiat Sanctus, & Deo placens: subiungit.

p Confessio, & pulchritudo in conspectu eius,] id est, si homo confiteatur peccatum, sic lauabitur, & pulcher fiet in conspectu Domini. Vndè hic *Gloss.* argumentatur sic: Si ergo amas pulchritudinem, confitere vt sis pulcher. *Bern.* Amas confessionem, si amas decorem.

q Sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius] quasi dicat, si vis esse sanctus coram Deo, serua sanctimoniam, vt ab omni malo declines; & magnificentiam, vt magna operari non cesses. Hæ sunt duæ partes iustitiæ, scilicet, declinare à malo, & facere bonum, quæ hominem iustum, & sanctum constituunt.

* Moraliter: Afferte

a Afferte Domino b patriæ gentium, c afferte Domino d gloriam, & e honorem, f afferte Domino g gloriam h nomini eius. i Tollite hostias, k & introite in atria eius, l adorate Dominum in atrio sancto eius. m Commoueatur n à facie eius o vniuersa terra, p dicite in † q gentibus, quia Dominus r regnauit †

al. † nationibus.
al. † à ligno.

A a Afferte Domino.] Secunda pars, in qua primò monet subditos vt offerant, secundò Prælatos, vt prædicent vtrumque aduentum Christi. Dicit [Afferte] quasi dicat, ex quo talis, & tantus est Dominus [afferte Domino] ô vos. b Patriæ gentium] vniuersæ, quia Iudæi afferre non volunt. c Afferte] dico, [Domino gloriam, & honorem.] Gloriam intus in corde per fidem, & honorem, exterius per operationem. Primum vtique necessarium est. Quia *Hebr.*11. Sine fide impossibile est quenquam placere Deo: Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator fit. Secundum nihilominus necessarium est. Quia *Iacob.*2. d. Fides sine operibus mortua est. Et ne vobis ipsam fidem vel opera attribuatis. f Afferte Domino gloriam] ita quòd [Nomini eius] non vestro, vt scilicet, eius gratiæ attribuatis fidem, quam ipse infundit, & opera, quæ ipse operatur in vobis cooperantibus. Sicut autem supra ter dixerat [cantate] ita hic ter dicit [afferte] propter Trinitatem quam fide, & opere debemus honorare. Item in hoc ternario notatur trina trium Magorum oblatio. *Matt.* 2. b. quia ipsum Deum, Regem & hominem prædicauerunt, secundùm quod in prosa cantat Ecclesia. Thure Deum prædicant, auro regem regum, hominem mortalem myrrha. Similiter hic dicit. c Afferte Domino gloriam,] scilicet, Deo thus. e Et honorem,] scilicet, Regi aurum.

g Gloriam,] scilicet, hominis sepulturæ myrrham. Gloriosi enim sic sepeliuntur.

h Nomini eius,] id est, humanitati. Secundùm enim quod Deus non indiget nomine, quia solus est. i Tollite hostias,] id est, corda contrita ad Deum erigite, *Psal.*50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Et sic non vacui.

k Introite in atria eius] Atria Domini appellat Ecclesiam militantem, per quam est introitus ad templum Ecclesiæ triumphantis. Et dicit pluraliter, atria, quia multæ sunt Ecclesiæ, omnes tamen in vnam conueniunt. Vndè singulariter subiungit. l Adorate Dominum in atrio sancto eius,] i. in vnitate Ecclesiæ, ô vos patriæ gentium, quæ solebatis adorare diabolum in diuersitate idololatriæ. Quælibet enim ciuitas habebat Deum suum, & diuisum ab aliis. Vel per, atria, intelligitur doctrina Prophetarum, & Pentateuchus per quam intratur ad atrium interius, id est, ad doctrinam Euangelij. Vndè dicit, Introite in atria, i. in doctrinam Prophetarum, & Moysi. Et demum, adorate Dominum in atrio sancto eius, id est, in Ecclesia & doctrina noui Testamenti. Et si plerique de Gentibus nolint conuerti, ô vos Apostoli, & Prælati, prædicate, vt sic. m Commoueatur à facie eius vniuersa terra. Commoueatur] per pœnitentiam.

n A facie eius venturi ad iudicium. o Vniuersa terra,] i. corda gentium terrena amantium, & sectantium.

p Dicite prædicando. q In gentibus, quia Dominus regnauit] resurgendo à mortuis. Alia litera habet, Regnauit à ligno Deus, quia per lignum deuicit dæmonem, & ipsam mortem, quia sceptrum, & imperium eius super humerum eius. *Isa.*9. b. Vel sic. m Commoueatur à facie eius,] id est, à præsentia eius. o Vniuersa terra] Iudæorum, *Mat.* 21.a. Cum intrasset Iesus Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas. Item, à facie eius, morientis, commota est terra, *Matth.*27.f. & 28.a.

p Dicite in gentibus,] i. ô vos gentes, dicite, quia Dominus regnauit. Hoc factum fuit, quando Centurio qui erat de gentibus dixit *Matth.*27.f. Verè filius Dei erat iste. Secundum autem primam expositionem procedamus. r Dominus quia] verè, regnauit, resurgendo a mortuis, quod ostendit post Resurrectionem. Ideò subdit.

A Etenim

Moral. Moraliter. a Afferte Domino.] Supra locutus est de confessione, & pulchritudine, & aliis dicens, Confessio & pulchritudo, &c.] Vnde ad illa monet hic dicens, Afferte Domino, ô vos. b Patriæ gentium,] id est, gentiliter viuentium. Et dicit patriæ, in quo notatur, quod magna est multitudo peccatorum hominum.

c Afferte Domino] oblationes prædictas quæ placent, & acceptabiles sunt in conspectu eius, scilicet, confessionem quæ decorat. Hoc est quod hic dicit.

d Gloriam] confessio enim peccatorum decor est confitentis, qui per eam lauatur, & gloria Dei, qui occulta scire recognoscitur, à quo venia petitur. Vndè *Iosue* 7. c. Da gloriam Deo, & confitere, & indica mihi quid feceris. Quod autem addit.

e Et honorem] refertur ad id quod supra dixit, sanctimonia. Per sanctimoniam enim nostram Deum honoramus. Vndè 1. *Thessal.*4.a. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in sanctificatione, & honore. Quod autē subiungit. f Afferte Domino gloriam Nomini eius] refertur ad id quod dixit, magnificentia, secundùm id quod ait Apostolus. 1. *Cor.*10 g. Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: Et *Mat.*5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Vel hæc tria verba, gloriam, honorem, & gloriam, possunt referri ad illa tria, quæ sunt in pœnitentia, videlicet ad contritionem, confessionem, & satisfactionem. Hæ sunt tres oblationes, quæ necessariæ sunt in reconciliatione peccatoris ad Deum, quas etiam ipsi innocentes afferre Domino debent. Quod significatum est 1. *Reg.* 1. d. vbi dicitur de Anna, & Samuele, quòd adduxit eum secum postquam ablactauerat in tribus vitulis, & tribus modiis farinæ, & amphora vini. Ablactatur homo, cum à peccati dulcedine separatur. Per tres vitulos & tres modios farinæ, illæ tres oblationes intelliguntur, & duplicantur ibi. Et hic ter dicitur, afferte, quia non debet homo semel conteri, vel confiteri, vel satisfacere, sed debet hoc pluries iterare. i Tollite hostias] viuas. De quibus *Rom.*12. a. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. *Eccles.*35. c. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. *Prouerb.* 21. d. Hostiæ impiorum abominabiles. Et notandum est, quod ait, Tollite, id est, sursum leuate, vt propter cœlestia fiant. Quo contra *Osea* 5. a. Victimas declinastis in profundum. Hypocritæ se victimant, sed in profundum Inferni. Boni vero tollunt & eleuant hostias. *Leuit.*9. d. Armos dextros separauit Aaron eleuans coram Domino. Et est hic bona exhortatio ad Religionem. Religiosus enim est hostia Christo oblata, à carne & mundo separata, in altitudinem vitæ eleuata. Vndè & benè subiungit admonitionem ad ingressum Religionis, cum dicit.

k Et introite in atria eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.] Atrium enim Templi cœlestis interius, est Religio, & diuersæ Religiones, diuersa sunt atria. Sicut plenè diximus supra in *Psal.* 64. Te decet, &c. In illo versu. Beatus quem elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Qui voluerit, ibi requirat. Item atrium sanctum Dei, est Ecclesia dedicata. *Genes.*28. d. Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Ibi adorandus est Dominus. *Psalm.*133. In noctibus extollite manus vestras in sancta, id est, in Ecclesia. Quod est contra dicentes horas in campis, & in cameris. 3. *Regum.*8. d. Quicunque orauerit in loco isto, exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris propitius erit.

m Commoueatur à facie eius vniuersa terra, &c.] id est, corda terrena, id est, timeant faciem iudicaturi, qui iudicans terrenos damnabit. Vndè *Apocalyp.*8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. Si hæc terra timeret Deum, non timeret pericula Mundi. *Eccles.* 34. c. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Quia verò commoueri nolunt à facie timoris Domini, meritò commouentur à faciebus Mundi, & ferè ab omnibus, quæ vident. *Iob* 15.c. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Ecce duæ commotiones, scilicet, per superbiam, & per iram. Et addit de alia Sonitus terroris semper in auribus eius, & cùm pax sit, semper insidias suspicatur. *Gloss.* Mala mens semper in laboribus est, sicut bona semper tranquilla, quia aut molitur mala, quæ inferat, aut metuit ne sibi hæc ab aliis inferantur. *Isa* 7. a. Commotum est cor eius, & cor populi eius, sicut commouentur ligna siluarum à facie venti. Vt autem commoueri possint à facie Domini.

p Dicite in gentibus, &c.] ô vos Prædicatores, id est, prædicate peccatoribus.

r Quia Dominus regnauit, &c.] id est, se Regem, & Dominum omnipotentem iam esse ostendit, puniendo eos, qui eum timere nolebant.

a Etenim

a Etenim correxit orbem terræ, qui non *b* commouebitur, *c* iudicabit populos in *d* æquitate. † *e* Lætentur cœli, & *f* exultet terra, *g* commoueatur mare, & *h* plenitudo eius, *i* gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. *k* Tunc *l* exultabũt *m* omnia ligna siluarum † *n* à facie Domini † *o* quia venit, *p* quoniam venit *q* iudicare terram. *r* Iudicabit Orbem † terræ in *s* æquitate, *t* & *u* populos in *x* veritate sua.

Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei.

al. † Iocundetur.

al. † moueatur.

al. † ante faciem.

al. † quoniam.

al. † terrarum.

A *a* Etenim correxit Orbem terræ,] i. Ecclesiam quæ iocunditate perfecta assistit indeficiens. Vnde addit. *b* Qui non commouebitur] & si moueatur, non tamen ex toto commouebitur, quia nauicula Petri & si fluctuet, non tamen submergetur. Hanc autem correctionem, & postea confirmationem, primo incœpit facere in primis Ecclesiæ, scil. in Apostolis, quia *Marc. vlt.* c. dicitur quod recumbentibus illis vndecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse à mortuis non crediderunt. Postea autem in die Pentecostes confirmauit eos ne omnino moueri possent. *Ps. 32.* Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Nec tantùm, quia regnauit, prædicare, sed & quia. *c* Iudicabit populos] in futuro Iudicio. *d* In æquitate] bonos supra meritum remunerans, malos citra meritum puniens. Et [in æquitate,] i. sine personarum, & munerum, & precum acceptione. *Prou. 6.* d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec aquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et pro hac æquitate iudicij in quo remunerabuntur boni. *e* Lætentur cœli,] i. Apostoli & Prædicatores, qui enarrant gloriam Dei, & compluunt terram simplicium. *f* Et exultet terra,] i. subditi compluti ab his cœlis, qui bonum fructum attulerunt Domino suo in tempore suo, *Luc. 21.* f. His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Item quia in hac æquitate iudicij punientur peccatores.

g Commoueatur mare,] i. illi qui adhuc sunt in amaritudine peccati, & infidelitatis commoueantur ad pœnitentiam & fidem. *h* Et plenitudo eius] omnes, sc. à minimo vsque ad maximum, vt plenitudo gentium intret in atria Domini, i. in Ecclesiam, secundum quod dicitur *Rom. 11.* c. Cæcitas ex parte contigit in Israël donec plenitudo Gentium intraret. Et sic ipsi de mari facti campi, sc. humiles ex elatis. *i* Gaudebunt, &c.] i. omnes virtutes eorum tum naturæ quam gratiæ. *k* Tunc,] i. post conuersionem. *l* Exultabunt omnia ligna siluarum,] i. gentes quæ erant olim ligna siluarum infructuosa, & inutilia, nunc autem post conuersionem factæ sunt ligna domus Domini, quia præcisæ sunt ab oleastro, & insertæ in bonã oliuam, sicut dicitur *Rom. 11.* c. *Isa. 35.* a. Lætabitur deserta, & inuia, exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. [Exultabunt] dico. *n* A facie Domini] venturi ad Iudicium, & faciem habet, quia homo: Vndè primo dicit. *o* Quia venit] primò in carnem, & faciem ostendet in iudicio. *p* Quoniam venit,] i. citò veniet. *q* Iudicare terram] viuos, sc. & mortuos. vndè articulus est fidei, quòd est venturus iudicare viuos, & mortuos. Cùm autem venerit iudicare, non impedietur executio Iudicij: Quia *r* Iudicabit Orbem terræ,] i. totum Mundum. *s* In æquitate] sine personarum acceptione, vt dictum est. Æquitas enim est lance librata iustitiæ dignissima retributio meritorum. De Orbe autem terrarum non bruta animalia, sed tantum homines ratione vtentes iudicabit: Vndè restringens exponit quod dixerat, dicens: *t* Et] pro, id est. *u* Populos] sc. iudicabit. *x* In veritate sua] quæ nulli parcet, vt dictum est.

Moral.

* *a* Etenim correxit Orbem terræ,] i. totum Mundum puniuit per diluuium. *b* Qui non commouebitur,] i. cui vlterius non dabitur tempus pœnitentiæ, vt commoueatur, & placare possit Deum. Sic prædicabat Apost. *Eph. 5.* b. dicens: Hoc scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in Regno Dei; nemo vos seducat inanibus verbis, quoniam propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Et qui iam sic in ira [correxit orbem terræ] adhuc. *c* Iudicabit populos in æquitate.] Vndè, tum propter præteritã animaduersionem, tum propter futurã districtionem timeri debet. Vel sic potest legi versus iste. *a* Etenim correxit Orbem terræ.] Orbis terræ sunt iusti, sicut dictum est supra de Ecclesia, & Apostolis. Hi etiam sunt vestis Christi, *Sap. 18.* d. In veste poderis, quam habebat totus erat Orbis terrarum *b* qui non commouebitur.] *Prou. 10.* d. Iustus quasi fundamentum sempiternũ. Corrigitur tamẽ cum eius cor regitur verbo, vel verbere. [Terræ] bene dicit, quia in cœlo nihil est corrigendum, sed in ædificio terræ lapides dolandi sunt ne dissideant. Illũ ergo [qui non commouebitur] à se, corrigit Dominus flagello, *Hebr. 12.* b. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit, *Eccl. 30.* a. Qui diligit filium assidua ei flagella. *c* Iudicabit populos,] i. confusos affectus & tumultuantes, *Isa. 25.* b. Tumultum alienorum humiliabis. *d* In æquitate] contra motus illecebrosos æquam mensuram tribulationis, & amaritudinis immittendo, *Isa. 25.* b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam, meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus, idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. De hac autem correctione, & iudicio siue in præterito, siue in futuro, vt dictum est, siue etiã in præsenti fiat à Dño, lætari debẽt boni viri, quia totum est ad suum profectum. Vndè addit. *e* Lætentur, &c.] Cœli, quia alti & clari, significant ordinem Prælatorum, vt sup. dictum est. Terra, quia stat & ferax est, statum claustralium, qui in voto stabiles, & bonorum operum sunt feraces. *Ps. 23.* Dñi est terra & plenitudo eius. *g* Cõmoueatur, &c.] Per mare intelligitur status mercatorum, qui currunt per maria, & nunquã sine periculo sunt, vel corporum, vel animarũ. *Eccl. 26.* d. Duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt. Difficilè exuitur negotiãs à negligẽtia, & caupo non iustificabitur à peccatis labiorum. Propter hoc cõmouentur. Sed non ita agricolæ, de quibus intelligitur, quod sequitur. *i* Gaudebũt, &c.] Campi enim dicuntur agricolæ, qui colunt campos, & pascunt omnes, etiã Reges, & tondẽtur omni anno per talias & exactiones. *Isa. 63.* c. Qui eduxit eos quasi animal in campo descendẽs. Vel enim in campo descendit ad quærendũ sibi cibum, *Sap. 19.* b. Apparuit campus germinans de profundo nimio per quem omnis natio transiuit. Isti gaudent quãdo annũciatur eis de Christo. Similiter & milites, de quibus intelligi potest, quod sequitur. *k* Tunc exultabunt,] sc. cũ eis prædicatũ fuerit. *m* Omnia ligna siluarum] Siluæ, quia incultæ sunt procerasque habent arbores & feras nutriunt, & Solẽ excludunt, milites sunt qui porcos etiam pascunt glande, & canes venatione. Ista satis patent. Hi ergo exultãt de verbo Dñi, secundũ quod dicitur *Isa. 55.* d. Montes & colles cantabunt corã vobis laudẽ, & omnia ligna regionis plaudent manu. Et de hoc lætantur, quia præmuniuntur de aduentu Dñi. Vndè dicit. *n* A facie Domini, quia venit, &c.] Primò venit nunc in cordibus fidelium per gratiã, tandem veniet iudicare per sententiam. Et qui hic gaudet de aduentu isto, & illum desiderat, tunc gaudebit de illo. Mali verò è contrario tristabuntur. Vide *Sap. 5.* a. Videntes turbabuntur timore horribili, &c. *q* Iudicare terrã] meritò, quia in terra sunt iudicia, atque lites, non dicit cœlum, vel Infernum, quia ibi non sunt iudicia, neque lites. *r* Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, &c.] Per orbẽ intelligi possunt Laici, per populos Domini, clerici. Orbis ergo merito iudicabitur in æquitate, quia fecit iniquitatem pro æquitate, quod iudicium præuidens Iob laicus, dicebat *Iob 23.* b. Æquitatem proponat contra me, q. d. non timeo eam, quia non feci iniquitatem. Populus verò, i. Clerus iudicabitur in veritate, quia docuit verbo, vel exemplo falsitatem, *Ierem. 10.* c. Falsum est, quod conflauit *Ier. 5.* g. Prophetæ prophetabant mendacium, id est, temporalia. Alia litera habet [iudicabit orbem in iustitia] non iniustè, sicut multi iudices & populos in fide sua] non secundùm dicta falsorum testium, vel secundum consilia aduocatorum, sicut moderni iudices faciunt, sed sicut ipse credit, id est, scit esse faciendum. Item [in fidem,] id est, secundum legem fidei, non secundùm statuta, & leges hominum. *Malach. 2.* b. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius. Hoc dicitur de iudicibus populi Israël, videlicet de Leui. Talis enim fuit quondam Leui, & talis modò deberet esse clerus, qui ei successit in officio.

EXPOSITIO PSALM. XCVI.

DOminus regnauit, &c.] Titulus. [*Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta ei.*] Sumptus est iste titulus de historia, quæ est 2. *Reg. 19.* vbi dicitur, quòd postquam mortuus est Absalon filius Dauid, restitutum est ei Regnum. Non tamen ad literam de illo facto intelligendum est, quod agitur in hoc Psalmo, sed mysticè designato. Continuatio sic patet. præcedenti Psalmo cœpit laudes canere post Inuitatorium. In hoc autem Psalmo materiam magnæ laudis prosequitur, sc. Christi Resurrectionem, quando nouus Rex trabea carnis se induit, & humanitate se coronauit. Iuxta illud *Cant. 3.* d. Videte Regem Salomonem in diademate, quo corona

na u it

nauit eum mater ſua in die deſponſationis illius. Vnde feſtum huius coronationis canit noſter Pſaltes in hoc Pſ. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte eſt ipſi Dauid, id eſt, attribuitur Chriſto: & eſt agens de hoc, quod factum eſt, quando reſtituta eſt terra Iudææ, vel Eccleſiæ, vel ſuæ carnis in Reſurrectione. Primò enim filij ſui, ſ. Iudæi auſtulerunt ei terram, crucifigentes eum. Sed poſtea ipſo reſuſcitato, reſtituta eſt, quia & Iudæa credidit pro parte, & Eccleſia congregata eſt, & caro eius immortalitate ditata eſt.

al. † Iocundentur.
al. † directio.
al. † tuæ.
al. † præibit

Partitio Pſalmi.

Alleg. de Chriſto.

PSAL. XCVI.

a DOminus *b* regnauit *c* exultet terra, † *d* lætentur inſulæ multæ. *e* Nubes & caligo in circuitu eius, *f* iuſtitia, & *g* iudicium † *h* correctio ſedis † eius. *i* Ignis *k* ante ipſum † præcedet, & *l* inflammabit in *m* circuitu inimicos eius.

Intentione monet ad exultationem. Modus. Bipartitus eſt Pſalmus. Primo, virtutes Chriſti deſcribens, oſtendit omnia ei reſtituta, & idololatrias arguit. Secundò oſtendit, quanta poſt Reſurrectionem ſit exultatio, quam nec perſecutio interrumpit. Commendat ergò Chriſtum primò à manifeſtatione Regni, cùm dicit.

a Dominus, ſc. Chriſtus ille qui abiectus fuerat, & crucifixus. *b* Regnauit] à ligno, id eſt, Rex eſſe innotuit, quando à mortuis reſurrexit. Secundò, commendat eum, quia lætitia mentis regit Regnum ſuum. Vnde dicit. *c* Exultet terra i. habitantes in ea, qui ſunt ſub tali Rege. *Eccl.* 10. d. Beata terra, cuius Rex nobilis eſt. Tertiò, commendat eum à dilatione Regni, cùm dicit. *d* Lætentur inſulæ multæ,] q. d. non tantum in terra plana regnat, ſed etiam in Inſulis maris. Ad ipſos enim peruenit fides eius, vnde & ipſi exultent, ſicut & alij, Imò plus, quàm alij, quia talia loca, & habitantes in eis frequentius ſolent habere Dominos, & Tyrannos, & pyratas. Vnde lætentur Iuſulæ multæ] In quibus iſte bonus Dominus regnauit. Vel Inſulæ multæ ſunt multæ Eccleſiæ. Sicut enim inſula tunditur fluctibus, ita Eccleſia fluctibus perſecutionum: non tamen ſubmergitur, ſed fluctus venientes frangit per patientiam Sanctorum. Quartò, commendat Chriſtum Regem ab excæcatione inimicorum, cùm ſubiungit. *e* Nubes, & caligo, &c.] Id eſt, in inimicis eius qui ſunt in circuitu rotantes, & ad ipſum nunquam peruenientes, eſt obnubilatio, & excæcatio. *Ioan.* 1. a. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Poſtea oſtendit, per quæ regnat Chriſtus in homine. Primò, per diſcretam pœnitentiam. Vnde dicit. *f* Iuſtitia] Id eſt pœnitentia, per quam homo ſe punit. *g* Et Iudicium] id eſt, diſcretio. *h* Correctio ſedis tuæ] id eſt, tibi præparant ſedem, & ſi quid indignum, vel immundum inueniunt, corrigunt, vt in corde hominis regnet. Et mutat perſonam, in ſignum familiaritatis, ſicut *ſupr.* Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dilataſti mihi. Secundum per quod regnat, & regnauit, in cordibus hominum eſt charitas, de qua dicit. *i* Ignis] ſc. charitatis. *k* Ante ipſum præcedet] id eſt, faciet ei locum. De hoc igne, *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? Effectus huius ignis eſt incineratio inimicorũ Dñi, vt inquantum inimici ſunt, ad nihilum redigantur, & ſic fiant amici. Vnde ſequitur. *l* Et inflãmabit in circuitu inimicos eius,] i. Gentiles, qui ſunt inimici eius, & in circuitu, hi fuerunt inflammati, & hoc Igne accenſi

Moral.

Moraliter. *a* Dñs regnauit] id eſt, vir iuſtus, qui membris, & ſenſibus atq; vitiis dominatur: Et ideò. *c* Exultet terra] id eſt, Eccleſia. Magnum enim gaudium eſt, quando vir iuſtus in Eccleſia promouetur in dominum & rectorem. Vnde *Prou.* 29. a. Rex iuſtus erigit terram; vir auarus deſtruit eam. *Eccl.* 10. d. Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes manè comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. In quibuſdam autem regnat Dñs, ſc. in illis qui ei militant, & omninò eius faciunt voluntatem. In aliis autem regnat Diabolus, ſiue peccatum. *Iob* 41. d. Ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. *Rom* 6. b. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. Multi ideo mittunt legationem poſt Dominum, dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos ſicut dicitur *Luc.* 19. b. Contradicit enim Regno Chriſti, non ſolum qui obedit concupiſcentiis carnis, ſ. & qui contradicit veritati vel paci, vel iuſtitiæ, vel charitati, quia ipſe eſt hæc. Cùm autem Dominus regnat, & vbi regnat exultet, & verè exultat terra, id eſt, homi in quibus regnat. *Prou.* 28. b. In exaltatione iuſtorum multa gloria eſt: regnantibus impiis ruinæ hominum. Boni verò dicuntur terra multis proprietatibus. Videlicet.

Quia
- Sicut terra nunquam ſatiatur aqua, ſic ipſi Sanguine Chriſti *Prou.* 30. c. Terra nunquam ſatiatur aqua. *Iob.* 39. d. Pulli aquilæ lambunt ſanguinem.
- Sicut terra contritione fit fœcunda, ſic ipſi tribulationibus, & per eas à malis herbis purgantur. *Iſa.* 28. f. Nunquid tota die arabit arans vt ſerat? Cùm Deus vult ſeminare terram bonorum, arat eam tribulationibus. *Iſa.* 7. d. Omnes montes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet in illis terror ſpinarum & veprium.
- Alijs motis ſtabilis eſt terra; ſic ipſi. *Eccleſ.* 1. a. Terra in æternum ſtat. *Eccleſ.* 10. a. Locum tuum ne dimiſeris. *Gal.* 1. a. Miror quòd ſic tàm citò transferimini, &c.
- Bene ſuſtentat ædificium quando bona eſt; ſic ipſi. 1. *Cor.* 3. b. Dei ædificatio eſtis *Epheſ.* 2. d. In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in Templum ſanctum in Domino.
- In imo conſiſtit, ſic ipſi in humilitate. *Eccleſ.* 11. b. Quid ſuperbis terra, & cinis?
- Terra non innititur alicui, ſic nec ipſi. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis ſuis corruet. *Aug.* Qui labenti innititur, cum ipſo labente labitur.

d Lætentur Inſulæ multæ] Boni ſimiliter dicuntur Inſulæ propter quaſdam proprietates. Primò, quia Inſula dicitur quaſi in ſale poſita: ſic boni ſunt politi in ſale, & amaritudine tribulationis. *Pſalm.* 45. Transferentur montes in cor maris. *Deut.* 33. d. Dicitur de Nephtalim, Mare & meridiem poſſidebit. Nephtalim dilatatio interpretatur, & ſignificat bonos, qui in charitate dilatantur. Hi poſſident mare tribulationis, & meridiem feruoris & deuotionis. Secundò, quia Inſula reſiſtit fluctibus & ventis. Ita ipſi tentationibus. *Oſ.* 9 c. Ephraim vt vidi Tyrus erat. Ibi *Septuaginta* Ephraim quaſi ſcopulus duriſſimus. *Iob.* 38. b. Hic confringes tumentes fluctus tuos. Tertiò, quia Inſula ex omni parte ſeparatur à terra. *Eccl.* 47. a. Surrexit Nathan Propheta, quaſi adeps ſeparatus à carne. Tales Inſulæ ſunt fortes & difficiles ad capiendum, & quando capiuntur continuantur terræ, ſicut Nabuchodonoſor, & Alexander continuauerunt Tyrum. Quartò, quia Inſulæ ſuſcipiunt naufragantes. *Act.* 28. a. Cùm euaſiſſemus, cognouimus; quia Mitylene Inſula vocabatur. Mitylene interpretatur generans caſtra, hoc eſt refugium bonorum. 1. *Theſ.* 5. e. Conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes. Quintò, quia in Inſulis inuenitur aqua dulcis, & cibaria recentia, ſic apud iuſtos. *Iſa.* 21. d. Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti.

Boni dicuntur Inſulæ propter quinque.

e Nubes] Per nubem quæ aquam portat & pluit, ſignificatur compunctio vel deuotio, 3. *Reg.* 18. g. Ecce nubecula parua aſcendebat de mari, id eſt, de cordis amaritudine. Per caliginem, conturbatio animi pro ſuis peccatis. De his duobus in *Pſal.* 6. Laboraui in gemitu meo, ecce caligo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo, ecce nubes. Hæc duo ſunt in circuitu Domini quaſi ſeruantia eum in corde hominis, ne ſuperueniat peccatum, & expellat eum de loco ſuo. Quia verò in ipſo loco, ſcil. in corde hominis ſemper naſcitur aliquid reprobandum, quod ſtatim amputari oportet, ne creſcens oculos Domini offendat, bene addit.

f Iuſtitia] ſc. cordis hominis in quo Deus ſedet. Neceſſe eſt enim, vt cum ſurgit in corde mala cogitatio, vel praua concupiſcentia corrigatur per iuſtitiam, alioquin expellit Dominum de illo loco, *Iſa.* 26. d. Iuſtitiam non fecimus in terra, ideo non perierunt habitatores eius. Sed quia omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt ſicut pannus menſtruatæ, vt dicitur *Iſa.* 64. b. neceſſe eſt vt ipſæ iuſtitiæ corrigantur. Vnde ſuperaddit.

g Et Iudicium] vt ſc. dum tempus habemus, iuſtitias noſtras iudicemus; cùm Dominus acceperit tempus ipſe iuſtitias iudicabit, ſc. illas quæ non fuerint hic à nobis iudicatæ & diſcuſſæ 1. *Corinth.* 11. g. Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.

i Ignis] Id eſt, feruentis deſiderij ardor, & amor proximi. *Bernard.* Oportet vt ſancti deſiderij ardor præueniat faciem eius, ad omnem animam ad quam eſt ipſe venturus, qui conſumat rubiginem vitiorum. Rubiginem hanc conſumit deſiderium Dei & amor proximi. Vnde *Prou.* 10. b. Vniuerſa delicta operit charitas. Iſte ergò ignis ante ipſum præcedet, quia vbicunque iſte ignis accenſus eſt, Dominus venit. Vnde dicit *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, &c. *l.* Et inflammabit,] Ignis ille. *m* In circuitu inimicos,] id eſt, ad amo-

Alleg. A igne accensi. Tertium est miracula, quæ fecit per se & per Apostolos. Vnde sequitur. *a* Alluxerũt fulgura ei⁹ orbi terrę, i. miracula vniuerso populo. Et ex illa miraculorum operatione secuta est totius mundi commotio: Vnde addit. *b* Vidit, & cõmota est terra] s. ad fidem. Et non tãtũ minores, sed & maiores commoti sũt: Vnde addit. *c* Mõtes] i. magni homines.

al. † aperuerunt.

† *a* Alluxerunt fulgura eius Orbi terræ, vidit & *b* commota est terra. *c* Montes *d* sicut cera fluxerunt à *e* facie Dñi, à *f* facie Dñi † omnis terra, *g* Annunciauerunt cœli *h* iustitiam eius, & *i* viderunt *k* omnes populi *l* gloriam eius, *m* Confundantur omnes qui adorant † sculptilia, & qui *n* gloriantur in simulac. suis. *o* Adorate eũ omnes Angeli ei⁹ *p* audiuit *q* & † læta est Sion. Et *r* exultauerunt filiæ Iudæ,

al. † Tremuit.

al. † Idola.

al. † Iocundata.

d Sicut cera fluxerunt à facie Dñi] i. à præsentia eius, & à conspectu eius & à duritia sua emolliti sunt & liquefacti sicut cera, vt signaretur super eos lumen vultus Domini, & reciperēt in se similitudinē Dei. Et cũ maioribus minores: Vnde subiungit *f* A facie Domini omnis terra] s. fluxit sicut cera. Quartum per quod Dominus regnauit in eis fuit prædicatio Apostolorum, qui duo prædicauerũt præcipuè, s. iustitiam, vt terrerent malos; & bonitatem, vt allicerent omnes. De primo dicit. *g* Annunciauerunt cœli] i. Apostoli cœlestes conuersatione. *h* Iustitiã eius] qua districte iudicabit. De secundo addit: *i* Et viderunt] oculo fidei. *k* Omnes populi gloriam eius,] quam præparauit bonis bonitas Dei. Viderunt dico, quia Apostoli ostenderunt eam prædicãdo. Vel sic potest legi versus iste. *g* Anuũciauerunt cœli] ad literã, iustitiam eius, i. patris, sc. Christum, 1. *Cor.* 1. d. Factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia. Ipsum annunciauerunt cœli] Magis, quia miserũt stellam *Mat.* 2. a. Vidimus stellã eius in Oriente, & venimus adorare eum. Item cœli miserunt etiam multos Angelos ad annunciandum eum, *Luc.* 2. b. Angelus Domini stetit iuxta pastores, & dixit illis: Ecce Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dñs in ciuitate Dauid. Et *inf.* Et subitò facta est cum Angelo multitudo cœlestis militiæ laudantium Deum, &c. *i* Et viderũt omnes populi] inuisibilem. *Isa* 52. c. Parauit Dominus brachium sanctũ suũ, in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. *l* Gloriã eius] i. Patris, s. Christũ Filium eius. *Prou.* 10. a. Gloria Patris est filius sapiens. Ex autem annunciatione Apostolorum siue ipsorum cœlorũ, ad literam, & fide populorum, secuta est abiectio & destructio idololatriæ. Vnde bene subiungit. *m* Confundantur] q. d. ex quo ita per annunciationē cœlorũ Christ⁹ Deus innotuit, ergò confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Sculptile appellat, quod fit per malleationem simulacra autem fusilia. Adorãtes autē eorũ confusi sunt, quando per prædicationē Apostolorũ innotuit vniuersis Christũ verũ Deũ esse, & idola nihil esse, nec adorari debere, sed illũ solũ quem adorant Angeli: Vnde subdit. *o* Adorate eum omnes Angeli eius] vt magis cõfundantur idololatrę in idolis suis, & ad Deũ adorandũ inuitētur, *Exo.* 20 a. Non habebis Deos alienos corã me, nõ facies tibi sculptile, neq; omnē similitudinē, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsũ.

Moraliter. * rem prouocabit secundum illud *Rom.* 12. d. & *Prou.* 25. c Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitit, potũ da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Nec solum ignis amoris vel desiderij præcedit ante ipsum, sed & fulgur timoris. Vnde sequitur: *a* Alluxerunt fulgura eius Orbi terræ, i. cõminationes eius innotuerũt cordibus terra amantibus. *b* Vidit & cõmota est terra] ad ad faciendum dignos fructus pœnitentiæ, *Ps.* 143. Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & cõturbabis eos. *Ier.* 31. d. Postquã conuertisti me, egi pœnitiã, & postquam ostendisti mihi, percussi feremur meum, confusus sum & erubui, &c. *c* Montes] i. superbi & elati. *d* Sicut cera fluxerunt] ad ima humilitatis descendentes & defluentes. *e* A facie Dñi] i. à conspectu faciei quã ira plenã ostensurus est. Vel etiam à facie humilitatis, quam in primo aduentu ostendit. Vnde dicebat *Isa.* 64. a. Vtinam dirũperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent sicut exustio ignis tabescerent. *f* A facie Domini omnis terra fluxit. Nil mirum si terra humiliatur, quãdo videt factorem cœli & terræ, in terra humiliari vsque ad mortem, mortem autem crucis *Phil.* 2. a. Bis ergo dicit à facie Dñi. propter istam duplicē faciē, s. redemptionis & Iudicij In malo potest legi de Prælatis. *c* Montes] i. Prælati. *d* Sicut cera] quæ mel non tenet, fluxerunt, i. defluxerunt in profundum vitiorum & amorem terrenorum. *e* A facie Dñi] descendentes, i. à gratia. Et postea ab ead. *f* Facie Dñi] defluxit omnis terra, i. omnes subditi Vnde quod Dominus hodie perdit homines, & terras, Prælatis & Clericis imputandũ est. Sed nũquid fuerũt a principio tales Clerici & Prælati? Non, quia. *g* Annunciauerũt] quondam cœli, i. cœlestes viri, qui nihil terrenum sapiebant, sed conuersatio eorum erat in cœlis, alti, clari, mundi. Alti in vita clari in fama, mundi in conscientia. *h*. Iustitiam eius,] s. pœnitentiam quæ iustificat hominem, quam annunciauerũt quondam prælati verbo pariter & exẽplo *i* Et,] tunc viderunt omnes populi gloriam eius, quia tunc Dñs ab omnibus glorificabatur. Vel viderunt gloriam, quia agentes Iusti, quam eis annunciauerunt Sancti, perducti sunt ad ætet. glor. Sed hodie vbi sunt cœli? Aliquando annunciatur iustitia, sed vtinam à cœlis *Ps.* 49. Peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iustitias meas, &c. Et ideo populi non perducuntur ad gloriam sed magis ad confusionem in captiuitatem Babylonis, i. Inferni, *Osee.* 9. Ephraim educet interfectorem filios suos. Vnde etiam dicit.

De Prælatis

Phil. 3. d.

m Confundantur omnes qui adorant sculptilia] nunc per doctinam & exemplum Prælatorum. *n* Et qui gloriãtur in simulacris suis,] Subditi non adorant Deum sicut deberent, sed potiùs adorant diuites homines, quibus magis cupiunt placere quam Deo, & magis desiderant ad illorum, quam ad Dei gloriam peruenire. Diuites. n. quando habent diuitias honorantur, vt imagines auro circundatæ. Nota autem quod dicit duo, sculptilia & simulacra, quæ ad duo genera diuitum referuntur. Sunt. n. quidam diuites à cunabilis, qui non laborant in diuitiis acquirendis. Et tales dicuntur simulacra vel imagines pictæ, quæ sine labore per additionem picturę aureæ fiunt dij. Sunt & alij qui primò pauperes sunt, & per multos labores & dolores diuitias congregant, & sic fiunt dij, i. potentes quasi per sculpturam. Et dicuntur sculptilia vt truncus qui dolatur longo labore, & tandem superponitur aurum. Sic super tales prælatio vel diuitiæ. Illi ergo qui relicto Domino tales Deos adorant, & eos fælices æstimant, non ad gloriam Dei perueniunt. Sed dicitur de ipsis: Confundantur æternã confusione & etiam in præsenti omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriãtur in simulacris suis, *Isa.* 41. c. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, vos dij nostri. Clerici habent sua simulacra quæ venerantur plus, quam Deum, s. libros, amicos, milites, equos, arma: Mercatores, aurũ. Fœminæ, ornatum suum. Adulatores, diuitem patronum. Super omnes ante magis debent Deum adorare, & non simulacra qui ad hoc specialiter sunt deputati, s. Clerici prælati & Religiosi. Vnde subiungit. *o* Adorate eum omnes Angeli eius] i. Clerici, Sacerdotes, Prælati, & Religiosi. *Mal.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Et *Mal.* 3. a. Ecce ego mittam Angelum meũ, & præparabit viam ante faciem meam, s. Prædicatorem, *Ps.* 102. Benedicite Dño omnes Angeli eius, potentes virtute facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius. Sed non omnes adorãt eum, quia quidam adorãt Baal, i. superbi, quidam Beelzebub, i. Inuidi; alij Beelphegor, i. luxuriosi, alij Dagon, s. acidiosi, alij Mercurium, s. cupidi; alij Apollinem, s. Philosophi. *p* Audiuit & læt. est Sion. Secunda pars vbi ostendit quanta post resurrectionem sit exultatio, quam nec persecutio interrumpat. Dicit ergo: Audiuit Sion, i. primitiua Ecclesia de Iudæis extitit. Audiuit, sc. iustitiam quam ei annunciauerunt cœli, i. Apostoli. Audiuit etiam destructionem simulacrorum & idololatriæ. *q* Et] Iudæ læta est, & non solum primitiua Ecclesia, verum etiam filia eius, i. Ecclesia de gentibus. Vnde dicit. *r* Et exultauerunt filiæ iudæ] id est, Ecclesiæ de gentibus quas genuerunt Apostol. Iudæ, id est. Christo, qui de A tribu Iu-

Sculptilia & simulacra ad duo genera diuitum referuntur.

Allegor. Secunda pars.

Moraliter. Moraliter. *p* Audiuit & læta est Sion] id est, anima sublimis per contemplationem audiuit Angelorum cantus, & adorationis modum, sicut dicitur *Apoc.* 4. b. Quod Ioannes vidit, quòd de throno procedebant fulgura & voces, & tonitrua. Et *infrà*. d. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum. Hæc audit & videt Sion, i. speculatiua anima. Vnde de Ioanne præcedit, quod dicit *Apoc.* 1. c. Fui in spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis. Quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis in quo instruit Prædicatores, vt secundum quod dicit *Greg.* In cõtẽplatione hauriant, quod aliis per prædicationem effundant. *r* Et exultauerunt filiæ Iudæ] i. animæ, confitentes, & glorificantes Deum.

* Et est hoc

A tribu Iuda, secundum carnem natus est, Christus, n. accepit vxorem, i. carnem de tribu Iuda. Et quare exultauerũt, Prima causa est profunditas Iudiciorum Dei. Vnde dicit *a* Propter iudicia tua Domine] quæ licet quandoque occulta, tamen semper iusta fuet. Per hæc iudicia excæcauit Iudæos, vt plenitudo Gentium intraret. Secunda causa est altitudo Dei.

Alleg. *Rom. 11.*

a propter iudicia tua Dñe. Quoniam *b* tu † Dominus altissimus *c* super omnem terram, nimis *d* exaltatus es super omnes Deos. *e* Qui diligitis Dominũ, odite malum, *f* custodit Dominus animas † Sanctorum suorum, *g* de manu peccatoris † liberabit eos. *h* Lux orta est iusto, & *i* rectis corde † lætitia. † *k* Lætamini iusti in *l* Dño & *m* confitemini *n* memoriæ † sãctificationis eius.

Psalm. Dauid. XCVI.

al. † es.
al. † malignum.
al. † seruorum.
al. † eruet eos.
al. † Iocunditas.
al. † Iocundamini.
al. † sanctitatis.

Quilibet enim lætatur de altitudine Domini sui, vnde dicit. *b* Quoniã tu Dominus altissim.* super omnem terram]i. super totũ Mũdũ. & non solum super Mũdũ, imò super idola Gẽtium. Vnde dicit. *d* Nimis exaltatus es super omnes Deos] *Ps. 85.* Non est similis tui in Diis Domine. Ostenso igitur qualis & quantus sit Rex iste inuita ad amorẽ illius vt diligatur puro corde. Vnde dicit. *e* Qui diligitis Dominnm odite malum], aliter. n. non esset purum cor nisi odio haberetur malum. Et potest legi malum, i. diabolum. Vel malum, i. quodcumque. Et ostendit qualiter diligendus est, videlicet, Primò, quia custodit animas. Vnde dicit. *f* Custodit Dominus animas Sanctorum suorum. Secundò, quia suos liberat, & eripit de manu mali. Vnde dicit. *g* De manu peccatoris] i. de potestate diaboli liberabit vel [liberauit eos] *Os. 13.* d. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, videlicet per mortem. Tertiò, quia illuminat. Vnde dicit. *h* Lux orta est iusto] i. lux fidei, vel lux, i. ipse Christus, qui est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. *Ioan. 1.* a. Hic natus est iusto] cui eius natiuitas placet. Vel specialiter Simeoni, cui dicit *Luc. 2.* e. Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c. Quia viderũt oculi, &c. Quod parasti, &c. Propter hoc in Natiuitate canitur. Lux fulgebit. *i* Et rectis corde lætitia] i. Prophetis, & sanctis Patribus qui quantò ardentiùs eius aduentum desiderabant, tantò lętius eum susceperunt. Et quia lætitia finis est, & consummatio omnis boni, ideò inuitat ad illam, dicens. *k* Lætamini in Domino] i. in luce orta, & exultate ô vos iusti quorum desiderio datus est Dominus. Et quia lætitiam sequitur laus, & beneficium debet sequi gratiarum actio, ideò bene addit. *l*
m Et confitemini] laudando, & gratias agendo. *n* Memoriæ sanctificationis eius,] i. quia memor fuit sanctificare nos in sanguine suo *Ps. 8.* Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? In infirmitate peccati, & in carcere Inferni visitauit Dominus hominem per sanguinem, eum à peccato redimendo per eundem, & eum de carcere extradendo. *Zach. 9.* c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.

Moraliter.

* Et est hoc thema ad moniales quæ sunt filiæ Iudæ, i. cõfessionis, & Glorificationis, quia peccata confitebuntur, & laudes cantabo, & vitia superando, Deum debent glorificare. *Dant. 13.* g. At non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Et loquitur] ibi Sacerdotibus qui Susannæ laudabilem castitatem dedignare, & corrumpere voluerunt. Qui adhuc plures habent successores, qui sanctimoniales sollicitare non timent. Item sunt filiæ Iudæ, quia habitant in Ierusalem, i. in visione pacis, sc. in Religione. Et sunt nobiles de Regia progenie, sicut B. Virgo. Istæ filiæ Iudæ debent exultare. *a* Propter iudicia tua Domine] s. propter iudicia, & correctiones capituli, & propter quascumque tribulationes non propter prospera mundi, quia *1. Petr. 4.* d. tempus est, vt incipiat Iudicium à domo Domini, i. correctio, & afflictio. In his exultant verè filiæ Iudæ, non in conuiuiis, sicut filiæ Iob, quæ perierunt cum fratribus in conuiuiis. *Iob 1.* d. Et *2. Reg. 1.* d. Ne lætentur filiæ Philistiim, ne exultent filiæ incircuncisorum, i. imitatores Philistiim in portando, & incircuncisorum in luxuriando, quia hoc sequitur illud. Vnde Philistiim interpretatur potione cadentes, & duplex ruina. *Eccl. 26.* b. Mulier ebriosa ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Ideo etiam lætari & exultare debent sanctimoniales, quoniam bene sunt maritatæ.
b Quoniam tu Dominus altissimus] qui es maritus earũ. *2. Cor. 11.* a. Despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. *c* Super omnem terram.] nullus Rex terrenus regnat super omnem terram. Sed iste regnat super terram viuentium, morientiũ & mortuorum, i. in Cœlo, in Mundo, in Inferno. Et ne parum videatur esse quod super terram, addit quod super omnes Deos, dicens.
d Nimis exalt. es super omnes Deos] i. super omnes Angelos, & Sanctos. *Ps. 81.* Ego dixi Dij estis, & filij Excelsi omnes. Vel Deos, i. Iudices, *Exod. 22.* b. Ad Deos vtriusque causa perueniet. Et dicit nimis, i. incõparabiliter, quia nulla potest esse comparatio hominis, vel Angeli ad Deum. Ideo frustra laborant socij Luciferi, i. Ambitiosi, qui dicunt illud: *Isa. 14.* d. similis ero Altissimo. *Ps. 85.* non est tibi similis in Diis Dñe. Non autem tantum moniales sunt sponsæ Christi, sed & omnes fideles animæ, quæ quanto maiori Dño sunt desponsatæ, tanto sollicitius, cauere necesse est ne aliquid in eis sit quod illius oculos offendat. Vnde subiungit generaliter ad omnes loquens. *e* Qui diligitis Dominum odite malum] s. peccatum, & Mundum, de quo *1. Io. 5.* d. Totus mundus in maligno positus est. Propter hoc Iacobus vocat amicos Mundi adulteros, quia ab amore sponsi Christi recedentes amori Mundi adhæserunt. *Iac. 4.* a. Adulteri nescitis quia amicitia huius Mundi inimica est Deo: Quicunque ergo voluerit amicus esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. *Amos 5.* d. Odite malum & diligite bonum, & constituite in porta Iudicium, i. cogitate quod prope est ante ianuam. *Iac. 5.* b. Ecce Iudex ante ianuã assistit. Non est autem ita procax mulier, quæ in oculis mariti adulterium committeret: Sed multi committunt adulterium cũ Mundo, cum peccato, cum diabolo in oculis cœlestis Sponsi, qui quasi zelotypus semper habet oculos super sponsas suas, & custodias custodit ne eis vis inferatur; adulteras autem abominatur quæ se in oculis eius prostituunt: Vnde sequitur: *f* Custodit Dñs animas Sanctorum suorum] q. d. nulla vis poterit eis inferri. Licet n. corpora quodoque trahantur violenter ad supplicia, nunquam tamen permittit Deus, vt anima violenter trahatur ad peccata. Vnde Dominus corpus Iob, & substantiã eius exposuit aduersario animam verò seruauit, dicens *Iob 2.* b. Ecce in manu tua est; veruntamen animam illius serua. *Iob 9.* c. Terra data est in manus impij, s. caro, nõ anima Sanctorum: *Sap. 3.* a. Iustorum animæ in manu Dei sunt. *g* De manu peccatoris liberabit eos. Hic probat, quod custodit eos, & quomodo liberat, ecce. *h* Lux orta est iusto] scilicet lux gratiæ, quam infundit Deus in corda hominum.
h Quæ ipsos illuminat, & ostendit eis peccati vilitatem, & Dei bonitatem. *Mal. 4.* a. Vobis timentibus Deum orietur Sol iustitiæ, i. gratia illuminans, & ostendens viam iustitiæ, & sanitas in pennis eius, quasi dicat. Illa gratia nõ solũ illuminat, sed & sanat, & eleuat ad superna. Itẽ [Lux] verbi Dei quæ multum valet ad cauendum peccatum. *Ps. 118.* Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen semitis meis, vnde iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Item, Lux, id est, exempla Sanctorum. *Matth. 5.* b. Vos estis lux huius Mundi: Et post: Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, &c. *Phil. 2.* b. Lucetis sicut luminaria in Mundo. Hæc ergo lux dirigit hominem in via iustitiæ, & cor eius erigit ad superna. Si autem cor erigitur ad superna, vbi est gaudium æternum, & inæstimabile, impossibile est quin aliquam guttam hauriat: Vnde addit: *i* Et rectis corde lætitia,] id est, eis qui habent cor rectum, & ad superna erectum. *Psal. 121.* Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, propter hoc ergo. *k* Lætamini.] non peccatores & maligni, & amatores Mundi, quib. magis ploratus indicitur: *Iac. 5.* a. Agite nunc diuites plorate, & vlulate in miseriis vestris quæ aduenient vobis. Sed, lætamini iusti, non in Mundo, sed. *l* In Domino] *Psal. 34.* Anima mea exultabit in Domino & delectabitur super salutaris suo. Nec vobis iustitiam vestram ascribatis sed ipsi qui vos iustificauit. Hoc est.
m Et confitemini confessione laudis. *n* Memoriæ sanctificationis eius,] i. memorantes quod cum essetis peccatores, sanctos & iustos vos fecit. *Rom 3.* d. Omnes. n. peccauerunt & egent gloria Dei, Iustificatis gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: Cui laus, honor & gloria in sæcula sæculorum, amen.

EXPOSITIO PSAL. XCVII.

CAntate, &c. Titulus [*Psalmus Dauid*] Titulus patet. In præcedenti Psalmo egit Propheta de primo aduẽtu: Hic agit de vtroque, sc. de primo & secundo. Intentione monet ad laudem Dei, & hoc propter gratiam quam largitus est in primo aduentu, & propter gloriam quam in secundo largietur. Modus, Bipartitus est Psal. Primo, intentionem suam aperit Propheta, & monet cantare, agens de ostensione Christi in primo aduentu. Secundo, monet iubilare omnibus modis & semper, quia venturus est Iudex, *ibi*: Iubilate Deo omnis terra, Inuitans

uitans ergò ad laudem, dicit. *a* Cantate Domino Canticū nouum] Non dicit quid vt intelligatur de omnibus. Et meritò nouum, eo quod super noua & inaudita, videlicet. *b* Quia mirabilia fecit in] primo aduentu. Fecit enim Deum hominem, Matrem Virginem, cor fidele his duobus acquiescens.

De strenuis autem militibus post mirabiles victorias & bella sanguinea, fiunt nouæ cantilenæ. Christus autem miles noster mirabilia fecit etiam in bello pro nobis. Ergò ipsi faciamus

al. † Dominus sanauit ei.
al. † ante conspectum.
al. † memor fuit.
al. † Iacob.

a Cantate Domino canticum nouum, quia *b* mirabilia fecit. † *c* Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. *d* Notum fecit Dn̄s salutare suū, † in *e* cōspectu gētiū *f* reuelauit iustitiā suā. † *g* Recordatus est misericordiæ suæ. †

canticum nouum, sicut monet Propheta, sicut quondam Cantica post bella fiebant, sicut *Iud.* 5. a Cecinerunt Delbora & Barach in die illo dicentes. Qui spontè obtulistis animas vestras de Israël ad periculum, benedicite Domino, &c. *Is.* 25. a. Confitebor nomini tuo quoniam fecisti mirabilia, & cogitationes antiquas fideles, amen. Mirabilia.n. fuerūt hæc, quod Deus tradidit Filium pro seruis, dilectum pro inimicis, Iudicem pro damnatis, primum pro nouissimis, quia homo est nouissima creatura, innocentem pro impiis, &c. *Iob.* 5. b. & 9. b. Qui fecit magna & inscrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus. Item Christus multa fecit miracula. *Ioan.* 7. c. Vnum opus feci & omnes miramini. *Io.* 12. g. Sunt & alia multa quę fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror Mūdum capere posse eos qui scribendi sunt libros. Specificat autem vnum præcipuum mirabile dicens: *c* Saluauit sibi dextera eius, i. Christus qui est dextera Dei patris, quia per ipsum operatur. Vnde *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum & terrā, i. in Filio. Sibi, i. Deo Patri. Non dicit quid saluauit, sed intelligendum relinquit. Quid.n. saluandum erat nisi quod perierat? *Mat.* 28. d. Venit filius hominis saluare quod perierat, s. gen⁹ humanum quod per errorem perierat. Vnde Dauid clamat in persona generis humani. Erraui sicut ouis quæ periit, quære seruum tuū Domine. Ideò *Matth.* 18. postquam dixit, venit filius hominis saluare quod perierat, statim subiungit. Quid vobis detur, si fuerint alicui centū oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquit nonaginta nouē in deserto, & vadit quærere eā quæ errauit? Et bene dicit, sibi, quia ad ipsū & nō ad alium pertinebat saluatio. Vnde supr. Tibi soli peccaui. Dicit ergo: Saluauit sibi dextera eius, & brachiū sanctū ei⁹ Sicut per manum dexteram Patris intelligitur Filius propter operationem, ita etiam per brachium propter fortitudinem de quo dicit *Is.* 63. b. Quæsiui & nō fuit, qui adiuuaret, & saluauit mihi brachiū meū. *Isa.* 59. d. Vidit quia nō est vir, & aporiatus est, quia nō est cui occurrat, & saluauit sibi brachiū suū, & iustitia ei⁹ cōfirmauit eū. *Is.* 52. c. Parauit Dn̄s brachiū sanctū suū in oculis omniū gentiū, & viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Hoc continuat sequentem literam. Dicit. n. *d* Notū fecit Dn̄s salutare suum,] s. illā dexteram, & brachium, i. Christum. *Bar.* 3. d. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Sed nunquid tantum Iudæis, quia notus in Iudæa Deus? Non, imò & Gentibus. Vnde addit. *e* In cōspe. gen. reue. iust. suam] i. Christum, qui iustificat 1. *Cor.* 1. d. Factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio, &c. De hac reuelatione dicit ipse *Ier.* 31. f. Omnes cognoscēt me à minimo vsque ad maximum. *Is.* 52. b. Sciet populus meus nomen meum, quia ego loquebar, ecce adsum. Et *inf.* Simul laudabūt, quia oculo ad oculum videbunt hoc autem faciendo. *g* Recordatus est misericordiæ suæ] quia filium suum promisit & dedit. Hoc enim fuit de pura misericordia. Vnde *Isa.* 9 b. Filius datus est nobis.

A Et veritatis.

Moraliter. Vers. Moraliter. *a* Cantate Dn̄o] Primò, notandū quod multa sunt quæ impediunt cantum, quę notantur his versibus

Multa impediunt cantū.
Lepra, locus, raucedo triplex, pinguedo, tumultus,
Triste sopor, tussis, laqueus, lex, os, timor, vlcus,
Debilitas, natura, mori, nescire, sodalis.

Lepra, quia non celebrat leprosus & etiam raucitat. Lepra est Symonia, vel quodcunq; peccatū, de qua 4. *Reg.* 5. g. Lepra Nahamam adhærebit tibi. Hæc impedit cantum laudis, quia *Eccl.* 15. c. Nō est speciosa, laus in ore peccatoris. Locus, secundū illud. Quomodo cantabimus Canticū. Dn̄i in terra aliena: Raucedo triplex. Prima ex clamore. *Ps.* 68. Laboraui clamās, raucæ factæ sunt fauces meæ. Hæc labor Aduocatorum. Secunda est ex aspectu lupi, hæc est auaritia. *Abac.* 1. c. Velociores lupis vespertinis. *Ezec.* 22. f. Principes tui lupi. Tertia ex siccitate, hæc est defectus gratiæ. *Psal.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Pinguedo, hæc est abundantia temporalis *Iud.* 3. c. Erat autē Eglon crassus nimis. Eglō interpretatur festiuitas inutilis. Hæc sunt festa Mundi & comessationes. Tumultus *Eccl.* 32. a. Vbi auditus nō est, non effundas sermonem. Triste. *Eccl.* 32. a. Musica in luctu importuna narratio. Sopor *Isa.* 29. d. Miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, Prophetas & Principes. Prophetæ canebant arcana 1. *Par.* 15. c. Tussis, i. concussio Pectoris, hæc est occupatio mundi. *Iob* 20. a. Cogitationes meæ variè succedunt sibi, & mēs mea in diuersa rapitur Laqueus, sicut de Iuda dicitur *Matth.* 27. a. Abiens laqueo se suspendit. Et Achitophel 2. *Reg.* 17. f. Hæc est ambitio, Lex, Interdicti vel silentij. *Amos* 6 d. Tace & ne recorderis nominis Dn̄i. Contra quod dicitur. *Est.* 13. d. Ne claudas ora canentium te. Os plenum cibo, vel sorde. *Num.* 11. g Adhuc carnes erant in dentibus eorum timor. *Is.* 10. d. Non fuit qui aperiret os & ganniret. Vlcus. Vlcera oris sunt iactantia & detractio, adulatio 2. *Tim.* 2. c. Sermo eorum vt cancer serpit. Debilitas flatus, *Exo.* 4. c. secundum aliam literā Gracilis vocis ego sum. *Dan.* 10. d. Nihil in me remansit viriū, sed & halitus meus intercluditur. Natura, vt quando homo est senex. *Ier.* 25. c. Perdam ex eis vocem gaudij, & vocē lætitiæ. Mori. Quia non mortui laudabuntur te Domine, &c.] Nescire. *Neem. vlt.* d Nesciebant loqui Iudaicè. Sodalis, discordans. Est autem concordia duplex, s. corporalis & spiritualis. De prima. *Eccl.* 47. b. Stare fecit cantores cōtra altare, & in sono eorum dulces fecit modulos. De secunda. *Ps.* 102. Benedic anima mea Dn̄o, & omnia quæ intra me sunt Nomini sancto eius, i. vt non sit dissonantia, quia sicut dicit versus:

Vox est apta chori quando cor congruit ori.

Aug. Hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Hæc sunt ergo quæ impediunt Canticum nouū laudis. Item est Canticum orationis, quod similiter impeditur per eadem. De quo dicitur. *Ps.* 41. In die mandauit Dn̄s misericordiam suam, & nocte Canticum eius Est autem & aliud Canticū nouum cantandū, s. Canticum confessionis, de quo dicitur *Is.* 23. d. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: Bene cane, frequenta Canticum. Hoc Canticum, dicitur nouum ab affectu, quia innouat. Vnde Dauid cōfitens peccatum suum dixit: Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in visceribus meis. *a* Cantate ergò Domino] quia licèt Sacerdoti, non tamen sicut homini, sed sicut Deo confessio fit. Vel, Cantate Domino, nō Mūdo, vt hypocritæ. *Mat.* 6. a. Cùm oratis non eritis sicut hypocritę tristes, qui amant in synagogis & in angulis platearū stantes orare vt videantur ab hominib⁹. Cantate igitur Canticū nouum. Et hoc. *b* Quia mirabilia fecit,] in oculis hominum. Mirabile est, quod est contra consuetudinem & omnium opinionem. In foro autem hominū consuetum est semper, quod qui confitetur se crimen commisisse punitur, secundum quod dicit quidam.

Non est confessi causa tuenda rei.

sed in foro Dei, qui confitetur dimittitur secundum quod dicit Dauid. Dixi, confitebor, &c. & tu remisisti impietatem peccati mei. Propter hoc mirabile confitendum est. Sequitur.

c Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius] Per dexteram prosperitas, per brachium sinistrum, aduersitas. Vnde *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Idem est ergò, ac si dicat: Cōfiteri Deo bonum est, quia per confessionem saluantur peccatores, & in statu prosperitatis & in statu aduersitatis. Et bene dicitur brachium sanctum, quia aduersitas sanctū facit, i. agios. De hoc brachio. *Is.* 53. a. Brachium Domini cui reuelatum est. Et nullus excusare se potest, quia Dominus istum modum saluationis prædicauit, & per alios prædicari fecit. Vnde subdit.

d Notum fecit Dominus Salutare suum] s. confessionem quando prædicauit pœnitentiam cuius est pars confessio. *Matt.* 4. c. Pœnitentiam agite. Et quasi quis quæreret: Est hoc salutare? Subiungit. Appropinquabit. n. Regnum cœlorum. Et de pœnitentia apertius subdit. *e* In conspectu gentium] i. peccatorum gentiliter viuentium.

f Reuelauit iustitiam suam] i. pœnitentiam, qua sumunt & faciunt homines iustitiam de peccatis suis, & qua iustificantur. *Is.* 26. b. Cum feceris iudicia tua in terra & iustitiam dicent omnes habitatores orbis, &c. Hanc reuelauit Deus prædicando & operando, qui licet peccatum non fecerit, semper tamen in pœnitentia & austeritate vitæ vixit. Quod autem per pœnitentiam saluantur homines, de Dei misericordia est, quia secundum iustitiam statim posset eos damnare & in Infernum retrudere, quam citò mortaliter peccauerunt. Vnde subiungit *g* Recordatus est misericordiæ suæ] quā dicit *Ezech.* 18. g.

* nolo mor-

& a veritatis suæ † b domui Israël. c Viderunt omnes † termini terræ, d salutare Dei nostri. e Iubilate Deo † f omnis terra, g cantate, & exultate, & h psallite. i Psallite Domino † in k cithara, in l cithara, & m voce Psalmi, in n tubis ductilibus & o voce tubæ corneæ. p Iubilate in consp. Regis Domini

al. † domus.
al. † fines.
al. † vniuersa.
al. † Deo.

Alleg. A a Et veritatis suæ,] quæ mentiri non poterat quando daret quod promiserat. b Domui Israel] i. Ecclesię de Iudęis primò, vel generaliter domui Israël, i. Ecclesiæ omnium Christianorum videntiû Deum per fidem, vnde sequitur. c Viderunt omnes termini terræ. &c. Sed priùs de hac misericordia, & veritate testimonium aliquod adducamus, dicit *Mich.* 7. dabis veritatem Iacob, misericordiam Abrahá, quæ iurasti Patrib[us] nostris, *Ro.* 15. b. cùm plura præmisisset, subiunxit Apost. propter veritatē Dei ad confirmādas permissiones Patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum. Iudæis enim propriè veritas reddita est promissorum, & Gētibus præcipuè facta est misericordia. Nunc ergo exponamus quod promisimus. c Viderunt omnes termini terræ,] i. homines a termino vsque ad terminum. d Salutare Dei nostri] i. Christum. Hunc viderunt oculis fidei, *Ioan.* 20. g. Beati qui non viderunt, & crediderunt, *Isa.* 52. c. Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. In termino fuit Simeon, quando dixit *Luc.* 2. e. Viderunt oculi mei salutare tuum, &c.

Moral. * Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. a Et veritatis suæ] qua promisit *Ierem.* 18. b. Si pœnitentiam egerit gens ista à malo suo, propter quod locutus sum aduersus eam, agā & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerē ei. b Domui Israël] i. Illis qui eius misericordiā respiciunt, quā eis facit, dans eis locū pœnitentiæ, & iustitiā quā faciet in die Iudicij. Tales enim pœnitentiā assumunt. *Ier.* 31. d Postquā ostendisti mihi, percussi femur meū, confusus sum &c. Sed multi sunt, qui nolunt videre Deū, nisi in necessitate, s. in morte. Sed tunc omnes vident, & timēt. Vnde dicit. c Viderunt omnes termini terræ, &c.] Terra est homo terrenus; terminus eius, mors; & terminus terræ, homo moriēs; mediū verò sanitas, vel homo sanus, hoc excæcat, sicut prosperitas omnis. Sed quādo adest terminus, tunc vident salutare Dei, i. percipiunt quod salutare fuisset eis egisse pœnitentiā. Hi sunt similes Eli qui non poterat videre lucernam Dei, antequā extingueretur. *1. Reg.* 3. *a.* Nec isti possunt videre salutare esse, facere pœnitentiam donec impotentes sunt ad faciendū eam. Itē termini terræ sūt pauperes abiecti. Hi vidēt, & recognoscūt salutare Dei. Sed diuites ignorāt, qui dicunt Deo, Recede à nobis, scientiā viarum tuarum nolumus, quis est Omnipotēs vt seruiamus ei? *Iob* 21. b.

Secunda pars. e Iubilate] Secūda pars, vbi monet iubilare omnibus modis, & semper, quia venit Iudex. Primò ergo monet ad laudandū Deum corde, cùm dicit: Iubilate Deo, Iubilus n. est exultatio mētis habita de æternis in laudem prorūpens. Et sicut nullus est expers à beneficio, ita nullus debet esse expers à laude. Vnde dicit. f Omnis terra] i. omnes qui habitāt terrā. Secūdò, inuitat ad laudandū eū, cùm dicit g Cātate, &c.] i. cātādo exultate. Exultatio est, cū extra erit laus quæ latebat in corde, hoc autem fit per vocē. Post iubilū autē cordis, & laudē vocis debet sequi laus operis, ad quā monet cùm dicit. h Et psallite] Psallere n. est operari. Et quomodo sit operandū, subiungit, s. in mortificatione carnis. Vnde dicit: i Psallite Dño] i. ad honorē Dñi. k In cithara] i. in carnis mortificatione, quæ per citharā significatur. Et repetit. l In cithara] quia intenti & assidui debemus esse in carnis mortificatione. Itē laudādus est Deus in prædicatione quæ concordat operi, vnde subiungit. m Et voce Psalmi.] In voce prędicatio, in Ps. operatio intelligitur, quę duo debent coniungi, vt vox Psalmi, s. vt opera loquantur, & illud, quod prædicat homo, prius operetur. Sicut Iesus cœpit facere, & docere, *Act.* 1. a Hanc autē prædicationem exercuerūt primò Apostoli, & Martyres in Ecclesia, de quibus dicit. n In tub. ductil.] i. ad modum, & imitationē Apostolorū, & Martyrū. Postea verò Cōfessores, & Doctores, de quib. addit. o Et voce] i. ad modū, & imitationē Cōfessorum. Iudæi n. duo genera tubarū habebāt, quibus clāgebāt in solennitatib. suis, ductiles, s. & corneas: ductiles ex argēto malleo producebantur, per quas designantur Apost. & Martyres, qui malleo persecutionis & martyrij producti non defecerunt, sed potius profecerunt. Corneæ verò erāt de cornu animalis, per quas intelliguntur Confessores & Doctores, qui in Ecclesia sonū prædicationis emittentes, licet persecutionē nō sustinuerint ab extrinseco, persecutionē tamen carnis spiritus fortitudine superantes, in carne præter carnem vixerunt, sicut cornu superat carnem, & de carne procedens caro non est, & ostendit quare debemus eum laudare. Primò quia placet ei, vt laudetur à nobis, *Psalm.* 33. vnde dicit. p Iubilate] quasi dicat ipse conspicit & attentus est ad nostram laudationem, vnde *Psalm.* Oculi Domini

Moral. Moraliter. e Iubilate, &c.] nota quod ponit hîc quinq; verba, s. Iubilate, cantate, exultate, psallite, psallite. Hæc sunt, quinq; verba de quibus Apost. 1. *Cor.* 14. d. In Ecclesia volo quinq; verba sensū meo loqui. Et his quinq; verbis respōdent quinq; instrumēta quæ hîc ponit, s. cithara duplex, tuba duplex, simplex vox Psalmi in medio. Prima cithara est ieiunium. Hæc habet siccas cordas, & protensas, & ventrē vacuum, *Iob* 30. d. Versa est in luctum cithara mea. Secunda cithara est cōpassio pereuntium *Isa.* 16. c. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit; sed si est vera cōpassio, sequitur opus misericordiæ quod consoletur, vnde addit. m Et vo. Psal.] quæ iocundior est *Eccl.* 40. c. Tibia & psalterium suauē faciunt melodiā, sed supra vtraq; lingua suauis. n In tubis] per tubas prædicatio intelligitur, *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quib. cōuocare possis multitudinē. o Et voce tubæ corneæ. Secundum hæc duo genera tubarum intelligi possunt duo status Prædicatorum, videlicet aduersitas, & prosperitas. In aduersitate necessaria est tuba ductilis, i. vt prædicationē cōitetur patientia quæ sustineat omnē malleationē, secundum quod in *Ps.* 91. dicitur: Bene patiētes erunt, vt annūncient. In prosperitate necessaria est tuba cornea, i. vt prædicationē comitetur cōtinentia, quæ per cornu intelligitur, vt dictū est sup. Secundum hoc dicebat Apost. 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne fortè cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Pro eo autē quod hic dicit Cātate & exultate: Et *sup.* Cātate Dño canticum nouum: notandum quod multæ sunt causæ, quare cantare, & exultare debet homo, secundū quas diuersa cantica in sacra Scriptura inueniūtur. Prima causa est, quia videt se homo liberatū à peccatis. De hoc habetur Canticū, *Exod.* 15. a. Cantemus Dño, &c. quod cantauerunt filij Israel, quādo viderunt se liberatos de manu Ægyptiorum, & de seruitute Pharaonis. Secunda est de profectu quem videt. De hoc habetur Canticū *Num.* 21. d. Tunc cecinit Israel carmen istud. Ascendat puteus, concinebant, puteus quem foderunt Principes, &c. Tertia est de pœnitētiæ peractione. De hoc habetur Canticū, *Deut.* 32. a. quod filij Israël quādo fuerunt in fine solitudinis, cantauerunt Canticum istud: Audite cœli, quæ loquar, &c. Quarta, de aliorum profectu, & strenuitate. De hoc habetur Canticum, *Iud.* 5. a. quod cecinerūt Delbora, & Barach dicentes: Qui spontè obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, benedicite Domino, &c. Quinta de prolis spiritualis procreatione. Vnde 1. *Reg.* 2 a. Cantauit Anna Canticum, dicens: Exultauit cor meum in Domino, &c. Et postea subiungit: Donec sterilis peperit plurimos &c. Sexta, de liberatione aliorum à peccati profunditate. De hoc etiam Canticum Ezechiæ, *Isa.* 38. b. Ego dixi in dimidio dierum meorum, &c. Septima, de pacis cum Deo reformatione. De hoc Canticum, *Isa.* 12. a. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Octaua, de diaboli superatione. De hoc Canticum, *Iudith. vlt.* a. Cantauit Canticum hoc Iudith Domino, dicens: Incipite Domino in tympanis, &c. Et *inf.* Dominus conterens bella. Nona, de Saluatoris Conceptione, hoc est, Canticum *B. Virg. Luc.* 1. e. Magnificat anima mea Dominum, &c. Decima, de ortu gratiæ, hoc est, Canticum *Zach. Luc.* 1. f. Benedictus Dominus Deus Israel. Hoc enim cantauit nato Ioanne. Vndecima, de vitæ æternæ promissione, *Abac.* 3. a. Domine audiui auditionem tuam, &c. & in fine: Et super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem: Duodecima, de exhibitorum beneficiorum recordatione, *Isa.* 5. a. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei. Decimatertia, de promissi adeptione, & visione, hoc est, Canticum Simeonis, *Luc.* 2. e. Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c. Decimaquarta, de amplexu Sponsi, hoc est, Cantica canticorum: Osculetur me, &c. *Cant.* 1. a Decimaquinta, carmen nuptiale, de quo *Psal.* 44. Eructauit cor meum verbum bonum, &c. Hæc sunt quindecim Cantica graduum. Sic ergo inuitat ad cantandum, & exultandum. Sed potest dicere Propheta, & Prædicator illud *Matth.* 11. b. Cecinimus vobis, & non saltastis. p Iubilate in conspectu Regis Dñi,] Hîc ponit alium quinarium, s. eorum, quæ monent ad laudem, & exultationem, quæ notantur hoc versu:

Causa quare debeat homo cantare, & exultare secundùm diuersa cantica, quæ in sacra Scriptura reperiuntur.

Lætetur cœlum, mare, tellus, flumina, montes.

Quinque quæ monent ad laudem & exultationem.

Hæc enim quinque hic consequenter sequuntur. Dicit ergo ad illos de cœlo, s. ad Angelos: Iubilate in conspectu, id est, vos qui estis in conspectu Regis Domini, qui eum intuemini, sicut est, *Matth.* 18. b. Angeli eorum semper vident faciem Patris, *Tob.* 12. c. Ego sum Raphael vnus de septem, qui astamus ante Dominum. His ergo bene di-

A Domini ſuper iuſtos & aures eius in preces eorum. Et vt dicit *Gl.* aures eius delectantur in noſtra iubilatione. Secundò, quia hæc laus facit conuerſionem peccatorum. Vnde dicit. *a* Moueatur ma.& plen.eius]i. peccatores qui multi ſunt, vel Mundus & homines mundani moueantur ad fidem & pœnitentiam. Vnde exponens ſubdit. *b* Orbis terrarum & qui habitant in eo] ſupple moueantur ad fidem, & pœnitentiam. Tertiò, propter lætitiam bonorũ. Vnde addit. *d* Flumina,]i. homines pleni aquis gratiarum. *e* Plaudent manu,] i. bonis operibus exultabunt. Et hoc. *g* Simul] q. d. non vnus tantum, ſed omnes pariter in vnitatem fidei & charitatis congregati. Iuxta illud, *Act.*4.f.Multitudinis autem credentium,&c. *h* Montes,i.maiores. *i* Exultabunt à conſpectu Domini]i.quando videbunt Dominum. *k* Quoniam ve. iud. ter.] i. peccatores terrenos, non montes qui iudicabunt cum eo. Vnde & hoc ſcientes exultabunt à conſpectu eius. In Iudicio autem duo faciet Dñs,quia malos condẽnabit.Vnde dicit. *l* Iudicabit Orbẽ terrę,i.terrenos. *m* In iuſt.]eos iuſtè cõdẽnãdo. Et bonos remunerabit:Vnde addit. *n* Et populos] i.fideles & rationales in vita. *o* In æquitate] *Mat.*7.a. Eadẽ mẽſura quã mẽſi fueritis,remetietur vobis,quia reddet eis ęqua ſuis meritis.De his duob.2.*Cor.*5.b.Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit,ſiue bonũ,ſiue malũ.

al. † commoueatur.
al. † terræ & omnes inhabitantes in ea.
al. † manibus in id ipſum.
al. † facie
al † terræ.
al. † ſedes.
al. † commoueatur.

† *a* moueatur mare & plenitudo eius, *b* Orbis † terrarum,& qui *c* habitãt in eo. *d* Flumina *e* plaudent † *f* manu *g* ſimul. *h* montes *i* exultabũt à † conſpectu Dñi, *k* quoniam venit iudicare terrã. *l* Iudicabit orbẽ † terrarũ in *m* iuſtitia,& *n* populos in *o* æquitate.

PSAL. XCVIII.

Dñs *p* regnauit *q* iraſcantur populi qui † *r* ſedet ſuper Cherubin † *ſ* moueatur terra.

Moral. * cit:Iubilate,quia in cœlo eſt iubilatio. *Iob* 38.a. Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Vel hominibus loquitur: Iubil. in conſp.re.Do.] i. vt ab eo conſpiciamini, ſc. vt placeatis ei, & vt ipſum etiam conſpiciatis. Iuxta illud *Iſ.*33.c. Regem in decore ſuo videbunt, oculi eius cernent terram de longè. Hoc eſt, contra vanè glorian:es qui à mulierculis laudari appetunt quando cantant in Eccleſia,& non à Rege Domino. Item ſic [Iubilate in conſp. re. do.] i. ſicut qui ab eo conſpicimini,q.d.non ſegnes efficiamini,ſed ſtrenuè diuinũ officium peragite, quia Dominus ſemper vos conſpicit: *Boët.* Magna nobis indicitur probitatis neceſſitas cùm ante oculos verſamur Iudicis cuncta cernentis. *a* Mou.] ad laudem[ma.& plen.eius]Per mare intelliguntur pœnitentes qui ſunt in amaritudine contritionis & doloris pro peccatis,quæ fecerũt.Per plenitudinem maris intelligitur perfectio pœnitentiæ, quæ tunc eſt perfecta, cùm homo facit pœnitentiã pro peccatis aliorum,vt *Dan.*9.e.Cumq; confiterer peccata mea,& peccata populi mei. *b* Orbis]i. circulus,terrarum,iuſti in diuerſis terris perfecti. *c* Et qui habitant in eo]i.in circulo Notabiliter dicit,habitant,non intrant.Quidam eim intrant circulum perfectionis,& nõ habitant ibi,ſed citò reſiliunt à clauſtro. Etiam quandoque. *d* Flum.plau.ma.]Flumina ſunt Doctores legis diuinæ,qui rigant hortum Eccleſiæ aquis doctrinæ & ſapientiæ, *Pſ.*45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, *Eccl.* 24.d.Ego ſapientia effudi flumina, *Eph.*4.c.Alios dedit Doctores. *f* Manu]ecce quod de viuis fluminibus loquitur. Manu,i.opere,& largitate, *Pſ.*46. Omnes gentes plaudite manib.Quid autem fluminibus magis largum ? quid dulcius?Nulli negant aquas,omnibus ſunt neceſſaria, omnib. iocunda *Mat.*10.b.Gratis accepiſtis,gratis date.Eſt autem malus plauſus, *Prou.*17.c. Homo ſtultus plaudet manibus cùm ſpoponderit pro amico,i.cùm ſuſceperit curam:Sed addit. *g* Simul]contra ſingulares & nouas opiniones.Sicut non deſerit flumen antiquum alueum, ſic Doctores non debent relinquere ſemitam antiquorum. *Eccl.*9.c. Non derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit ſimilis illis. *h* Montes exultabunt à conſp. Do.] Montes ſunt Prælati,qui cum.boni exultant à conſpectu Domini, *Iſa.*55.d.Montes,& colles cantabunt laudem *k* Quoniam ve. iud. ter.]Gaudeant ergò qui terram reliquerunt, & cœleſtes facti ſunt,quia nihil habent iudicandum, ſi terram non habent, venit autem Dominus iudicare terram, i.peccatores, non ſolùm in ſecundo aduentu, ſed & nunc in præſenti. *Io.*12.e. Nunc iudicium eſt Mundi. *l* Iudicab. Orb.ter.in iuſt.]i.eos,quos Mundus orbatos oculis in orbem ducit:ſicut Samſon, *Iud.*16.c. clauſum molere fecerunt 2.*Reg.*25.c. Anima inimicorum tuorum rotabitur. E contra, *Io.*5.d. Qui verbum meum audit & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam,& in iudicium non venit, ſed tranſiet à morte in vitam.Item hoc dicitur contra Aduocatos [Iudic.or.ter.in iuſt.]i. pro iuris aſtutia damnabuntur plurimi litigatores. *n* Et populos] i. rationales Theologos & Sacerdotes. *o* In æquitate] i. pro æquanimitate, quia æquanimiter tolerant in Mundo,& in Eccleſiis mala,non pœnarum ſed culparum. *Ier.*11.c. Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa ?

EXPOSITIO PSALM. XCVIII.

Dominus regnauit]Titulus. *Pſ.David.* Titulus patet. Continuatio. In præcedenti Pſal.egit de aduentu,& de natiuitate Chriſti. Sed nato Chriſto, populi Iudæorum irati ſunt cum Herode, & Regnum eius poſtea etiam conati ſunt tollere vſque hodie : Sed dicit Pſ. iſte quod ipſe eſt qui tempore Moyſi & Samuelis regnauit in Iſrael, & vbique. Nota, quod tres Pſ. ita incipiunt, Dominus reg. Et in illis trib.agitur de laude Chriſti. Triplex enim eſt exultatio de Chriſto & Regno eius. Prima exultatio eſt de Regni Chriſti confirmatione.Et de hac agit in 1. Pſalmo: *Pſ.*92.Dominus regnauit, decorẽ indutus eſt.Secunda eſt de Regni Chriſti dilatatione. Et de illa agit in 2. ſ. *Pſ.*96. Dominus regnauit,exultet terra.Tertia eſt de Regni Chriſti auctoritate & poteſtate, de qua agitur in hoc Pſal. Intentio ergò eſt inuitare ad laudem & honorem Chriſti,vt eum tanquam Deum adoremus,& tanquam Regem exaltemus.Modus. Bipartitus eſt Pſ.Primò oſtendit Chriſtum regnantem, & quicumque ei repugnet, altum ſuper omnes:vnde ei cedere monet. Secundò, monet eum adorari, quia Patres antiqui ſeruierunt ei, *ibi* : Exaltate Dominum. Primò ergò inuitans ad laudem Chriſti,commendat eum primò à Regia poteſtate cùm dicit. *p* Dominus]Chriſtus, regnauit, i.regnare innotuit,& æqualis eſſe cum Patre in Regno, qui prius vilis erat & abiectus. Secundò, commẽdat eum à Regni firmitate, cùm dicit. *q* Iraſcantur populi] Iudæorum. Et eſt irriſio ironica, quæ ſarcaſmos dicitur, ſc. hoſtilis irriſio, q.d. Iraſcantur quantumcunque voluerint, quia ita confirmatum eſt Regnum eius, quod velint nolint regnabit in æternum. Tertiò, commendat eũ ab altitudine Regni,cùm addit. *r* Qui ſedet ſuper Cherubin] quia etiam ſuper illos ſupremos Angelos incomparabiliter altus eſt. Et ideò ex quo ita firmiter regnat,ex quo ita altus eſt. *ſ* Moueatur terra] i. terreni quantùm voluerint, quia nihilominus regnabit. Et eſt idem, cùm hoc,quod prædixit,iraſcantur populi:Et eodem modo legendum eſt.Vel aliter:Moueatur terra,i.terreni gentiles ad pœnitentiam & ad fidem, conuertendo ſe ad Dominum A qui tantus

Partitio Pſalmi.

Moraliter. *p* Dominus regnauit,iraſcantur populi,] Cùm Dominus regnat in bonis, iraſcuntur mali, 1. *Mach.*5.a. Factum eſt vt audierunt gentes in circuitu, quia ædificatum eſt altare vt prius,iratæ ſunt valdè.Et ſuper quos regnat?ecce. *r* Qui ſedet ſuper Cherubin, Cherubin interpretatur vermiculata pictura, vel ſcientia multiplicata, vel ſcientiæ plenitudo, vel quaſi plures ſcientiæ & intellectus. Vermiculata pictura ſignificat illos qui variis virtutib. & donis decorantur : *Ezec.*40.c. In portis Templi erant picturæ vndique.Portæ Templi ſunt Prælati.Hi debẽt depingi.Et cortinę tabernaculi erant variæ, *Exod.*26.a. *Pſ.*44.Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato,circumdata varietate.Item ſedet in illis in quib.multiplicatur ſciẽtia illa,quam *Aug.* petebat,dicens : Domine nouerim te,nouerim me.Qui Deum cognoſcit,feruens efficitur & amat eum · Et de tali dicit Dñs *Ioan.*14.c. Ad eum veniemus & mãſionem apud eum faciemus. Ecce quod in his ſedet qui habẽt notitiã Dei.Notitia verò ſui facit humilẽ: Et in talib.ſedet dñs, *Iſ.*66.a.Secũdùm aliam trãſlationem: Super quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietum,&c.Item in illis ſedẽ ſibi inuenire deberet,in quibus multiplicatur ſciẽtia ſacræ Scripturę,de qua multiplicatione *Dan.*12.b. Pertrãſibunt plurimi & multiplex erit ſcientia.Item in illis ſedet in quibus eſt ſcientię plenitudo, i.charitas, *Rom.*13.c. Plenitudo legis eſt dilectio 1. *Ioan.*2.d. Vnctio docet vos de õnibus.Scientia ſine charitate eſt lãpas ſine oleo. *Matt.*25.a.Fatuæ virgines nõ ſũmpſerunt oleum ſecum.Item ſedet in illis in quibus ſũt diuerſę ſcientię & intellectus,quo ad diſpoſitionem bonam ſpiritualium & tẽporaliũ, *Deut.*1.b.Eligite ex vobis viros ſapientes & gnaros. Sapientes ad ſpiritualia, gnaros ad temporalia, 1. *Timoth.*3.a. Domui ſuæ bene propoſitum. Et de his. *ſ* Moueatur,]id eſt,turbetur,[terra,]quia quando gratia Dei præſidentis apparet in bonis, mali turbantur, & inuident, & detrahunt, *Pſalm.*67. Terra mota eſt, etenim cœli diſtillauerunt à facie Dei Sinai, *Matth.*20.b. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ? Vel in bono poteſt legi. *q* Iraſcantur populi, & moueatur terra.] Ex quo enim Dñs regnauit iraſci debent contra inimicos * eius

Moral. *Aliter.*

A quam tantus eſt. Quartò, commendat illum ab honore, cùm dicit. *a* Dominus in Siõ magnus.] In Siõ erat Templũ Domini. Ibi offerebátur ſacrificia, & oblationes. Et ita in Siõ honorabatur Dñs, & nũc honoratur in Siõ, i. in Eccleſia quæ eſt in ſpeculatione. Quintò, cõmendat illũ à potẽtia, cũ dicit. *b* Et excelſ. ſup. oñs, &c.] i. ſuper omnes homines in potẽtia excellit. Et quia talis & tantus eſt Dñs, ideo inuitat nos ad laudãdũ illum, vnde dicit. *c*. Confidit. ipſi populi cõfeſſione laudis. *d* No. tuo mag.] i. laudẽt tuã miſericordiã, & largitatẽ, per quã nominabilis es. De hoc nomine tuo ſaluũ me fac. Item nomẽ Dei magnũ eſt tetragrãmaton. de quo *Ph*.2.b. Dedit illi. Nomẽ quod eſt ſuper omne nomen. Et oſtendit quare laudandum eſt Nomen Dñi. Primò, quia timendum eſt. Vnde dicit. *e* Quoniam terrib. eſt, ſecundò quia ſũmè bonũ. Vndè addit. *f* Et ſanctum eſt] i. ſummè bonum. Et nota quòd hic tria adiectiua ponit huius Nominis Domini, in ſignum Trinitatis: Magnum, terribile, ſanctum, vt Patri magnorũ Creatori attribuatur magnitudo: Filio iudicanti, terror, Spiritui purificanti, ſanctitas aſcribatur. Tertio, quia bene vult, laudari à nobis, & placet illi. Vnde dicit. *g* Et hon. reg.] i. Chriſti. *h* Iudicium diligit] i. diſcretionẽ, vt diſcretè laudemus eum. Diſcretè autem eum laudat, qui quãtum poteſt eũ laudat, & cogitat quod ſufficienter laudare non poteſt. Nam è contrario indiſcretè, & ſtultè laudat, qui eum ſatis laudare putat. *Pſal*.47. Magnus Dñs & & laudabilis nimis. Quarto quia ipſe oſtendit nobis viam Paradiſi Vnde dicit. *i* Tu paraſti directiones] i. vias rectas per quas ad te dirigamur. Et quæ ſũt iſtæ directiones, ſubiũgit dicẽs. Iudiciũ & iuſtitiã in Iac. tu. fec.] i. tu docuiſti populum tuũ Chriſtianum, qui ſupplantat in Baptiſmo diabolum, vt faceret iudicium & iuſtitiam, i. vt diſcernerent & iudicarẽt quid bonum, quid malum, hoc eſt, facere Iudicium. Et executioni mandarent, hoc eſt, [facere iuſtitiam] Iuſtitia enim eſt executio Iudicij.

a Dominus in Sion magnus, & *b* excelſus ſuper omnes populos *c* Confiteantur *d* Nomini tuo magno, *e* quoniam terribile & *f* ſanctum eſt, & *g* honor Regis *h* iudicium diligit *i* Tu paraſti † directiones, *k* iudicium & *l* iuſtitiam in *m* Iacob tu feciſti. *n* Exaltate Dominum Deum noſtrum, & *o* adorate ſcabellũ pedum eius, quoniã *p* ſanctum eſt

al. † æquitaté.

Nomen Domini laudandum eſt propter quatuor.

Moraliter.

* eius populi ſuper quos regnat. Vnde dicit, [Iraſcantur populi,] non dicit, cui. Vnde intelligendum eſt quod

Debẽt iraſci.
- Dæmonib. *Iſ*.66.e. Seru⁹ Dei indignabitur inimicis ſuis.
- Vitiis. *Eph*.4. f. Iraſcimini & nolite peccare.
- Errantibus, *Eccl*.20.a. Quàm bonum eſt arguere, quàm iraſci. *Prou*.17.d. Ira patris filius ſtultus.
- Sibi, *Ier*.26.f. Itaque nos facimus grande malum cõtra animas noſtras.

Item moueatur terra, ſ. peccator à loco in quo eſt, ſ. à peccato. Et bene dicit, moueatur, quia ſe per ſe mouere non poteſt. Nec etiã manus debilis poteſt eam mouere, quia terra ponderoſa eſt & fixa, ſic & peccator, *Prou*. 17.a. Graue ſaxum & oneroſa arena, & ira ſtulti vtroque grauior. Ira eius contra Deum, peccatum eſt, *Ier*.22.g. Terra terra terra audi ſermonẽ Dñi, q.d. mouearis aratro verbi Dei. *a* Dñs in, &c.] i. in anima cõtẽplatiua, à qua conſpicitur in Maieſtate terribili & incõprehẽſibili. Magnus etiam eſt pietatis immenſitate. Ibi verò vbi D.⁹ eſt magn⁹, ibi omnis creatura praua eſt, & quaſi nihil. *Iſ*.40.d. Omnes gẽtes quaſi nõ ſint, ſic ſũt corã te, & quaſi nihilum, & inane reputate ſunt ei. Vbi verò Mũdus videtur magnus, ibi Dñs paruus, vel nullus, videtur. Et cum ſquamæ vel lignũ putridũ lucẽt. Sol non lucet. *b* Et excel. &c.] i. actiuos, qui populariter viuũt, quæ excellẽtias habẽt dignitatũ. Sed *Eccl*.5. b. Excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoq; eminentiores ſunt alij, & inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruiẽti, q.d. nulla excellentia prodeſt ſine iſta. Vnde ſtatim ſequitur. Auarus non implebitur pecunia, hoc eſt, ſolus Deus poteſt animã ſatiare. Quia ideo dixit, ſupra moueatur terra, ſubiungit quãdo debeat moueri, ſ. vomere cõfeſſionis: vnde dicit: *c* Confit.] ſ. peccata ſua. *d* No. tuo] quod eſt Ieſus, i. in ſpe ſalutis. Hoc eſt autem mouere terrã. Qui. n. mouet terrã vomere vel foſſorio, quod intus latebat, extrahit & manifeſtat, ita in cõfeſſione: propter hoc bene dicitur. *Oſ*.10. d. Arabit Iudas. Duo autẽ ſunt quæ mouent hominẽ ad cõfitẽdũ, ſc. timor iudicij, & amor ſanctitatis. De his duob. dicit. *e* Quon. terribile & ſan. eſt] Terribile eſt nomẽ Ieſu peccatorib. qui nolũ cõfiteri, quia ille idẽ Chriſtus, qui modo ſaluat cõfitẽtes, iudicabit, & dãnabit peccatores. Et ſanctũ eſt, quia cõfitentes ſanctificat, ſicut dicitur in *Pſ*.31. Dixi confitebor aduersũ me, &c. Et in alio loco: Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Tertiũ eſt quod debet mouere hominem ad confeſſionem quia confeſſio eſt ad honorem Dei vnde addit. *g* Et hon. re. iud. dili.] i. Confeſſionẽ, q.d. qui vult Deũ honorare diligit confeſſionem *Ioſ*.7.f. Fili da gloriam Deo & confitere, &c. *Iob* 34. b. Nunquid qui non amat iudicium ſanari poteſt? Confeſſio autẽ nõ ſufficit ad ſalutem ſi ſatisfactio negligatur. Vnde ſequitur de vtraque. *i* Tu paraſti directiones] quib. peccatores ſe corrigant & dirigant vias ſuas. Quas directiones. *k* Iudicium confeſſionis. *l* Et iuſtitiam ſatisfactionis. *m* In Iac. &c.] i. in actiua vita, quæ ſine aliqua macula vix poteſt duci, vnde neceſſariæ ſunt directiones, quibus errata corrigantur. De Iudicio 1.*Cor*.11.g. Si nosmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Ergo iudicium eſt directio. De iuſtitia, *Iſ*.26.d. Iuſtitiam non fecimus in terra, ideò nõ perierunt habitatores ei⁹, ſ. vitia. q.d. ſi feciſſem⁹, periiſsẽt: ecce quod iuſtitia eſt directio. Propter hoc dicebat *Pſ*. 118. Feci iudiciũ & iuſtitiã, nõ tradas me calũniantib. me. Has directiones parauit Dominus non ſolũ per ſe, ſed per præcones ſuos, vnde Baptiſta dicebat *Io*.10. c. Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viã Domini, ſicut dixit *Iſa*. Propheta. Ita etiam Prædicatores & Doctores parant directiones, cũ ipſi prædicãt pœnitentiam, & correctionem vitæ: Sed è contrario multi qui deberent iſtas directiones parare conſtruunt domum dædali in nube, & mali loquentes, & abſcondentes ſapientiã in decore ſuo, contra documentum *Eccl*.4. d. *n* Exaltate Dñm] Secunda pars, vbi monet adorare Deum, quaſi dicat, quia talis eſt, vt dictum eſt: exaltate, &c. Et primò monet, vt adoremus eum honore latriæ, inquantũ Deus: Vndè dicit: exaltate Dñm Deũ noſtrũ. Et honore duliæ, inquantum eſt homo. Vnde ſubdit. *o* Et ador. &c.] i. humanitatem, quam vocat ſcabellum, quia ſicut ſcabellũ eſt inferius pede, ſic humana natura eſt inferior in Chriſto. Et iſtud ſcabellum eſt adorandum. *p* Quoniam ſanctum eſt] in ſe, & alios ſanctificans. Sed quia dilatio præmij impedit laudem Dei. Eo. n. quod vident homines præmium differri laudantium, leneſcunt & pigri fiunt: Ideo proponit exempla SS. patrum antiquorũ, qui licẽt remotiores eſſent à præmio quã nos ſumus, tamen feruentes erant in ſeruitio Dñi, vnde dicit A Moyſes &

Confeſſio non ſufficit ad ſalutem ſi ſatisfactio negligatur.

Iſa.40.*a*.

Secunda pars.

Moraliter.

* Exaltate Dñm Deũ noſtrũ] exaltat, Dñm, qui ei ſoli ſeruit 1.*Reg*.7. a. Præparate corda veſtra Dño, & ſeruite illi ſoli. Exaltat Dñm qui eũ honorat *Pſ*.94. Venite adoremus & procidamus. exaltamus noſtrũ, quãdo eum ſuper omnia diligimus. Ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos *Eph*.5.a. Chriſtus. n. dilexit nos ſuper omnia, quia etiam ſuper ſeipsũ. Vnde addit *Apoſt*. Et tradidit ſemetipsũ pro nobis, &c. Poteſt autẽ hoc eſſe thema in Exaltatione S. Crucis, quia cũ Crux eius exaltatur ipſe exaltatur, pro cuius honore fit totũ, *Io*.12.e. Ego ſi exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipsũ. *Io*.3.b. Sicut exaltauit Moyſes ſerpẽtẽ in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis. *o* Et adorate ſcabellum pedũ eius, i. Crucẽ ſanctã, cui pedes Dñi confixi ſteterunt. Hoc autem ſcabellũ adorat, qui pœnitentiam reuerenter agit. *Pſ*.131. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Et hoc. *p* Quoniam illud ſcabellũ, ſ. Crux & pœnitentia [ſanctum eſt] i. ſanctificans, *Sap*.14. a. Benedictum lignũ, per quod fit iuſtitia. Et nota quod ſcabellum multipliciter dicitur, ſcilicet.

Scabellũ
- Dei
  - Cœlum. *Exod*.24. c. Sub pedibus eius, quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt.
  - Chriſti caro, *Gl*. hic: Caligo ſub pedib. ei⁹
  - Omnis creatura, *Pſal*.17. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
  - Tota terra. *Iſa*. *vlt*. a. Terra ſcabellum meorum.
  - Specialiter terra Iſraël, *Thr*.2.a. Proieci te de cœlo in terram inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui.
  - Templũ vel Propitiatorium. 1. *Par*.28.a. Cogitaui, vt ædificarem domũ in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum Dei noſtri.
  - B.V. 2. *Par* 9.e. Fecit & ſcabellũ aureũ, & brachiola duo altrinſecùs, ſc. brachia Chriſti pueri amplectentia beatã Virg.
- hominũ ſanctorum
  - Peccatores, *Pſal*.109. Donec ponam inimicos tuos, &c.
  - Tẽporalia, *Apoc* 12.a. Luna ſub pedib⁹ ei⁹.
  - Atria templi, *Pſ*.121. Stantes erant ped. noſtri, &c.
  - Perſecutores & diabol⁹ *Rom*. *vlt*.c. Cõterat Sathanã ſub pedib⁹ veſtris velociter.
  - Subditi *Iac*.2. a. Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum.

A *a* Moyſes & Aaron in Sacerd.eius] i. ſeruierunt in officio ſacerdotali. Ad literam.n. Aarõ Sacerdos fuit: Moyſes verò licet Sacerdos non fuit, dicitur tamen Sacerdos, quia vota populi obtulit, licet nõ hoſtias. Et quia etiã Sacerdos conſecrauit, mos eſt & conſuetudo Scripturæ vt quandoq; magnos homines Sacerdotes appellet. *b* Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius] non dicit quod fuit Sacerdos, quia de tribu Ephraim fuit, ſed tamen mortuis Eli & filiis eius suppleuit officiũ Sacerdotij; & quia poſſet dicere aliquis, quod præmium inde cõſecuti ſunt, oſtendit primò, quia exauditi ſunt à Dño. Vnde dicit.

a Moſyes & Aaron in Sacerdotib. eius, & Samuel † *b* inter eos qui inuocant nomen eius. *c* Inuocabant Dominũ & ipſe exandiebat eos, in *d* columna nubis loquebatur ad eos. † *e* Cuſtodiebant teſtimonia eius & † *f* præceptũ quod *g* dedit illis. *h* Dñe Deus noſter tu † exaudiebas eos. *i* Deus tu propitius fuiſti † eis. *k* & *l* vlciſcens in omnes adinuẽtiones eorum. *m* Exaltate Dñm: Deum noſtrum & *n* adorate in *o* monte ſancto eius, quoniam *p* ſanctus Domin⁹ Deus noſter.

al. † In his. *22. diſt. c. 2. in fin.*

al. † Quia.
al. † præcepta eius quæ.
al. † exaudiſti.
al. † Illis & vindicans in omnes affectiones,

c Inuocabant Dñm & ipſe exau eos] quando pro ſe & pro populo præcabantur. Secundo, quia familiares Dei fuerũt: Vndè dicit. *d* In col.nub.loqueb.ad eos] *Exo.33.* b Ingreſſo illo.ſ.Moyſe tabernaculũ fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque Dñs cum Moyſe cernentib. vniuerſis quod colũna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi. Sic legitur ad literam. Vnde alleg. ſic: In colũmna nubis, i. In figura quæ nubes erat, & obſcura, loquebatur ad eos. Nobis autẽ aliter locutus eſt, ſ. in Verbo ſuo, i. in filio, *Heb.1.a.* Multifariè multiſq; modis olim De⁹ loquẽs Patrib⁹ in Prophetis, nouiſſimè dieb. iſtis locutus eſt nobis in Filio. Ipſi autem licèt ita familiares eſſent Dño, & ab eo in petitionib. audirentur, non propter hoc remiſſius agebant, ſed intenti erant ſacrificiis Domini, vnde dicit *e* Cuſtodiebant teſtim.eius, i. legẽ & ceremonias eius, quæ teſtimonia erant noui Teſtamenti. *f* Et præceptũ quod dedit illis] i. moralia præcepta, quæ licet plura ſint, dicuntur tamen vnum præceptum ſingulariter, quia multa per diuerſitatem, operis vnũ ſunt in radice charitatis, & quia taliter cuſtodiebam, ideò, ô. *h* Dñe Deus noſter tu exau.eos] Dñe per potẽtiã, De⁹, per creationem, noſter per recreationẽ. Tu, cui⁹ præcepta cuſtodiebãt: Exaudiebas eos, dupliciter, ſc. puniendo inimicos eorũ, & puniendo eos ipſos, in eo quod eis nocebant, ſ. pro peccato. Vnde ſubiungit. *i* Deus tu propit.fui.eis,] Quomodo? *k* Et] etiã *l* Vlciſcens in omnes adin.eorũ] i. peccata, nõ ſolũ inuenta, ſed adinuenta, Aduentio. n. fuit vitulus conflatis, *Exo. 32.* a. Item duo alij vituli, quos fecit Ieroboam, quorum vnum poſuit in Bethel, & alterum in *Dan. 3. Reg. 12.* g. Et quia eſt talis Dñs, & taliter nobis facit, *m* Exaltate Dñm Deum noſtrum. Hic dicit tria nomina ſicut *ſup.* Dñe Deus noſter. In ſe autem non poteſt exaltari, quia ipſe eſt nimis exaltatus ſuper omnes deos: Et excelſus ſuper omnes gentes Dñs, & ſuper cœlos gloria eius. Sed eum in nobis poſſumus exaltare honorãdo: Vnde addit. *n* Et adorate] Vbi autẽ adorari oportet] In Eccleſia, fide in, i. Eccleſiæ: Vnde dicit. *o* In monte ſancto eius] i. in S. Eccleſia, quæ eſt mons & fundata in montibus ſanctis, i. in doctrina *Apoſt. 86.* Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et quare Dominus ſit adorandus, oſtendit: Primò quia adorantes ſanctificat: vnde dicit: *p* Quoniam ſanctus] effectiuè, ſ. nos ſanctificãdo. Secundo, quia nos regit & defendit: Vnde dicit: Dominus. Tertiò, quia nos creauit, vnde dicit, Deus. Quartò, quia nos adoptauit, Vnde addit. Noſter:

Moraliter. *a* Moyſes & Aaron in Sacerdotib. eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius] Moyſes interpretatur lugens, vel aſſumptus de qua: Aaron mons fortis: Samuel audiens Deum, vel exauditio Dei. Hæc tria debet habere quilibet Sacerdos, vt ſit Moyſes lugens pro peccatis ſubditorũ aſſumptus, & extractus dè aquis voluptatis & luxuriæ. Item, Aaron, i. mons fortis contra ventum ſuperbiæ, ne moueatur, vt puluis. Item, Samuel, i. audiens Deũ contra auaritiam, vt audiat Deum dicentem *Luc.6.f.* Date & dabitur vobis: *b* Inter eos, qui inuocant nomen eius] Hoc eſt contra eos qui gregem ſuũ deſerũt, & vel, nõ inuocant vel ſeparatim inuocant. *Zac.11.d.* O paſtor & idolum derelinquens gregem. Vel, inuocant, i. ſuper alios vocant, ſicut dicitur *Num.6.d.* Inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicã eis. Itẽ inuocabunt, i. intus vocabunt: Quidam enim exterius vocant quem intus non habent, ſed *Rom.10.c.* Omnis quicũnque inuocauerit Nomen Dñi ſaluus erit. Vnde & bene ſequitur. *c* Inuocabant Dñm & ipſe exau.eos] Quando, n. Prælati tales vt diximus Dñm inuocant, tunc exaudit eos. *Iſa.30.d.* Ad vocẽ clamoris tui ſtatim vt audierit reſpondebit tibi *Leu. 4.f.* & in aliis plurib. locis dicitur Rogabit pro eo Sacerdos & pro peccato ei⁹, & dimittetur ei. E cõtrario dicit *Greg.* Cũ is qui diſplicet ad intercedendũ mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur, *Mal.2.a.* Et nunc ad vos mandatũ hoc ô Sacerdotes: ſi nolueritis audire & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam Nomini meo, ait Dñs exercituum, mittam in vos egeſtatem, & maledicã benedictionibus veſtris. *d* In col.nu. loque.ad eos] In ſacra Scriptura locutus eſt Dominus antiquis ſicut in columna nubis, quia Scriptura eis dura erat & occulta. Sed nobis modo reuelata eſt nubes, à vero Sole illuminata nos illuſtrat. Item nobis loquitur in columna nubis: Prælati n. debent eſſe ſicut colũna nubis. Columna per rectitudinẽ, nubes per refrigerium. Sed modo multæ columnæ verſæ ſunt in feſtucas. Merito tales exaudit Dñs. Quia. *e* Cuſtodiebant teſti.eius, & præceptum quod dedit illis] cuſtodiebant, *Luc.11.* d. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud: Teſtimonia dicit quantum ad fidem, præceptum, quantum ad mores, 1 *Ioan.5* b. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, &c. Et tres qui ſunt teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis. Hæc omnia ad fidem pertinent. Item *Ioan.5.f.* Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimoniũ perhibuit veritati, ego autem non ab homine teſtimonium accipio. Quare? Quia *Rom.3.a.* Omnis homo mendax. Et *Eccl.34.* A mendace quid verum dicetur? *f* Et præceptum] charitatis, non dicit præcepta. *Io.15.* b. Hoc eſt præceptum meũ vt diligatis inuicem, 1. *Io.4.* d. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deũ, diligat & fratrem ſuum. *g* Quod dedit illis] non dicit, quod mandauit, vel quod miſit, ſed quod dedit per ſe. & in natura, non vni tantum, ſed illis omnibus, ſ. Prælatis, quibus præcipuè neceſſarium eſt, vt hoc præceptum cuſtodiant, qui non ſolum diligere proximum, ſed & pro ſubditis ſi oportuerit, debent animas ſuas, dare. Moyſes etiam & Aaron, & Samuel eis dant exẽplum, qui tantum charitatis habuerunt, vt etiam pro inimicis orarent. *Nu.16.d.* & 1. *Reg.12.* d. Per hoc ergo quod dicit, teſtimonia, notatur fides; per hoc quod dicit, præceptum, charitas; per hoc quod dicit, dedit, requiritur gratitudo. Propterea ergo, quod ita cuſtodiebant teſtimonia & præcepta *n* Domine Deus noſter tu exau.eos] quia ſicut dicitur in *Pſ.33.* Oculi Dñi ſuper iſtos, & aures eius in preces eorũ. *i* Deus tu propitius fuiſti eis dimittendo peccata quantum ad culpam. *k* Et vlciſcens] quia nõ ſemper dimittit pœnã, cũ culpã dimittit. Vnde *Exo.32.d.* Placatuſque eſt Dñs, &c. Hoc quantum ad culpam. Et poſtea. *g* Subiungit de pœna. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum: vel ſicut ſup. poteſt legi, vt hoc quod dicit, vlciſcens, ſit propitiatio: magna. n. miſericordia eſt, vt dicit *Greg.* in præſenti miſericordiam non conſequi, *2. Mac.6.d.* Non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij indicium eſt. Non. n. ſicut aliis nationibus, Dñs patienter expectat vt eas cum Iudicij dies venerit in plenitudine peccatorum puniat. *m* Exaltate Dñm Deũ noſtrum] q.d. ſicut fuit illis propitius, ita erit & nobis, Ideo exaltate eum, & vltiones eius iuſtas dicite. Hoc eſt. n. exaltare eum. Vnde *Dan.3.d.* Omnia quæ feciſti nobis Dñe in vero iudicio feciſti, *Num. 14.* c. Magnificetur ergo fortitudo Domini. Hoc autem propriè dicitur magnatibus & Prælatis. Exaltate Do. &c. nõn voſipſos. Multi. n. ſeipſos non Deũ exaltant, ſicut Rex ſuperborum qui dixit *Iſa.14.* d. Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti. Aſtra cœli ſunt iuſti in Eccleſia, mons teſtamenti eſt altitudo prælationis: De quo monte hic ſubiungit. *n* Et adorate] ſ. Dñm. *o* In monte ſancto eius] i. in prælatione, quæ quantum in ſe eſt, ſancta eſt, & ſanctum requirit Prælatum. Sed multi in illo monte, non Deum, ſed Baalim & Aſtaroth adorant, quia ſeruiunt pompis mundi & voluptatibus carnis. Per Baalim enim, quod interpretatur ſuperior, intelligitur põpa, & vanitas, & ambitio. Per Aſtaroth quod interpretatur ouile, intelligitur carnis voluptas in qua ſicut in ouili eſt præſepe. & fimus, præſepe, gulæ & fimus luxuriæ. Qui autem exaltant ſeipſos, & in monte non adorant Deũ ſed ibi volunt ſedere cũ Lucifero deijcientur cum ipſo. Cui dicitur *Iſa.14.d.* Veruntamen ad Infernum detraheris in profundum laci. *Soph.1.c.* Non adijcies amplius exaltari in mõte ſancto meo. Ita autem debetis facere ô vos Prælati. *p* Quoniam ſanctus Dominus Deus noſter] Vnde ſanctos requirit ſeruos. Vnde 1. *Pet.1.* c. Secundum eum qui vocauit vos ſanctum vt & ipſi ſancti ſitis in omni conuerſatione, quoniam ſcriptum eſt Sancti eritis quoniam ego ſanctus ſum. Hoc ſcriptum eſt, *Leu.11.g.19.* a.20. b.

EXPO

EXPOSITIO PSALM. XCIX.

IVbilate Deo Titulus. Psalmus in confessione. In præcedenti Ps. egit Propheta de regno Christi. Sed quia per confessionem venitur ad Regnum illius, ideò bene hîc agit de confessione. Vnde is est sensus tituli. Ps. iste est in confessione, i. agit de confessione. Est autem duplex cõfessio, s. laudis & peccatorum. Et de vtraque agit hic. Vnde secundum hoc bipartitus est Ps. Primò, perfectis confessionem laudis indicit: Secundò incipientibus & imperfectis confessionem peccatorum, *ibi*: Introite portas eius. Ex his patet intentio, quia monet ad confessionem. *Glos.* exponũt hunc Ps. tantum moraliter. Nos autem primò possumus eum transcurrere allegoricè.

Psal. in confessione. XCIX.

a IVbilate Deo omnis *b* terra, *c* seruite Domino in † lætitia. † *d* Introite in conspectu eius, in *e* exultatione. *f* Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse *g* fecit nos, & *h* non ipsi nos. † *i* Populus eius, & *k* oues pascuæ eius,

al. † Iocunditate.
al. † In.
al. † Nos autem.

Aug. *a* Iubilate Deo omnis terra] In præcedenti Ps. quasi irridendo & subsannando dixerat, quod de eo quod Dominus regnauit, irascantur populi Iudæorum, hic verò non irridendo, sed verè ad fidem omnes gentes monendo hortatur, vt exultent, & iubilent. Licet ergo irascantur Iudæi de regno Christi. *b* Omnis terra] i. habitatores terræ per totum Mundum diffusi. *a* Iubilate Deo] i. exultate corde & ore de Regno Christi. Et conuersi ad eum. *c* Seruite Dño] non idolis seruientes, non coactè, sicut multi cogebantur idolis seruire: Sed in lætitia. *d* Introite in conspectu eius] i. in fide quam ipse conspicit, i. placita est ei. Vnde *Iere.* 5. a. Dñe oculi tui respiciunt fidem. *Heb.* 11. b. sine fide impossibile est quêquam placere Deo. Fides etiam conspicit Deum, & homo per fidem cognoscit eum, vnde bene dicitur conspectus Dei. Introite ergo in ea. *e* In exul.] 1. *Pet.* 1. b. Credentes exultabitis. Et per fidem. *f* Scitote quoniam Dominus] Christus, ipse est Deus, qui hactenus putauistis idola esse Deos, quæ tamen idola vos faciebatis manibus vestris. Sed non sic de Deo: Quia *g* Ipse fecit nos, & non ipsi nos] Scitote hoc dico, vos facti *i* Populus eius] Christianus. *k* Et oues pascuæ eius] pasti verbo suo, & pabulo Corporis & Sanguinis sui

A Introite por-

Moral. *a* Iubilate Deo] pro bonis quæ vobis fecit, & pro Regno æterno quod vobis parauit: *Io.* 14. a. Vado parare vobis locum. *b* Omnis terra] quia misericordia Dñi plena est terra. Et quia omnib. paratum est Regnum, nisi per suam stultitiam se excludant. *c* Seruite Dño in læt.] non in angaria ferentes crucem eius, non in tristitia dantes ei munera seruitij 2. *Cor.* 9. b. Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem. n. datorē diligit Deus *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Et meritò seruiendum est ei in lætitia, cui, sicut dicit *Boet.* seruire regnare est, cuius agi frænis summa libertas est. Quod ergo dicit: Iubilate, arguit malum silentium. *Apoc.* 8. a. Factum est silentium in cœlo. Item arguit Sodomã, quæ interpretatur muta. *Is.* 56. d. Et vniuersi canes muti non valentes latrare. Deo, dicit, contra dissolutam lætitiã mundi. *Iob* 21. b. Exultant lusibus, tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi *Os.* 9. a. Noli lætari Israël, noli exultare sicut populi: Qui *Prou.* 2. c. lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Omnis terra contra inuidiam Iudaicã, quia inuident gentibus Dñi. 1. *Thess.* 2. d. Prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant. Vel contra singularitatem. *Eccl.* 4. c. Væ soli. Seruite, dicit, contra superbiã, quia superbi volunt dominari & non seruire. *Io.* 8. d. Semen Abrahæ sumus & nemini seruiuimus vnquam, Dño, contra auaritiã quæ est Idolorum seruitus, vt dicitur *Eph.* 5. b. Nec seruit Dño, sed nummo. *Mat.* 6. d. Non potestis Deo seruire, & mammonæ, i. Deo diuitiarum. In lætitia contra acidiam. 2. *Cor.* 7. c. Tristitia sæculi mortem operatur. *Eccl.* 38. b. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te. Et *supr.* parum: A tristitia festinat mors & cooperit virtutem. Sed obiicitur dupliciter. Primò contra illud, Iubilate, quia dicitur *Zach* 1. c. Omnis terra habitatur & quiescit. Solum. Habitatur à Dño & quiescit à peccato, non à gratiarum actione. Item obiicitur contra illud quod dicitur: In lætitia, quia dicitur. *Mat.* 5. a. Beati qui lugent. Et *Eccl.* 7. a. Cor sapientium vbi tristitia. *Iac.* 4 c. Miseri estote & lugete, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorē. Sol. *Ps.* 2. Exultate ei cum tremore. Qui autem vult iubilare, oportet quod locum aptum habeat: Vnde addit. *d* Introite in conspectu eius] i. in cubiculũ conscientiæ puræ. *Mat.* 6. a. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum. *Prou.* 30 d. Lepusculus plebs inualida, cubile suum in petra collocat, i. in Christo, 1. *Cor.* 10. a. Petra autē erat Christus. Et hic bene dicitur. In conspectu eius] quia ibi solus Deus respicit, 1. *Reg.* 16. b. Dominus intuetur cor. Introite ergo ibi. *e* In exultatione] q. d. libenter hoc facite, & redite ad propriã domum, non sicut mimi & ioculatores qui semper volunt esse extra domum suam, & tristantur quando oportet eos redire ad domum suam. *Eccl.* 32. c. Præcurre prior in domum tuam, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in deliciis & verbo superbo. Item [in exultatione,] quia in tali corde est exultatio, vel de spe veniæ, vel de spe gloriæ. Et iterum de eo, quod ibi Deum inuenit. *Prou* 14. b. Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. *Ps.* 149. Lætabuntur in cubilibus suis. *Soph.* 3. c. Lætare & exulta Israël, & in omni corde filia Ierusalem. Et post addit: Dominus Deus tuus in medio tui, i. in corde, fortis, ipse saluabit, gaudebit super te in lætitia, i. faciet te gaudere, hoc enim Deo attribuitur, quod per ipsum facimus, sicut *Rom.* 8. c dicitur: Spiritus postulat pro nobis, i. postulare nos facit. Et notandum, quod in multa loca debet homo intrare. Vnde dicit simpliciter, introite, & non dicit quo, quasi dicat, introite.

Vt
- Columbæ in fenestras vulnerum Christi. *Cant.* 2. d. Veni columba mea in foraminibus petræ, &c. *Isa.* 60 b. Quasi columbæ ad fenestras suas.
- Grex in ouile. *Ioan.* 10. c. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.
- Princeps in dignitatem. Hoc modo propriè dicuntur Sacerdotes ingredi in conspectu Dñi, *Ioan.* 10. b. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur: & *sup.* a. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliundè ille fur est & latro; qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.
- Electi in gloriam. *Mat.* 25. c. Venite benedicti. Nunc intramus ibi meditando, postea intrabimus perfruendo, quando dicetur nobis: Intra in gaudium Domini tui. *Heb.* 4. c. Festinemus ingredi in illam requiem. Matt. 25. b.
- Veniam consecuti ad pœnitentiam. *Osea* 2. d. Miserebor eius qui fuit absque misericordia, &c.
- Timidi in castrum clausi. *Ier.* 8. e. Quare sedem? conuenite ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ei.
- Processio in Ecclesiam. *Psal.* 44. Procede & regna.

f Scitote quoniam Dominus ipse est Deus] i. facto comprobate, quia quidam, vt dicitur *Tit.* 1. d. confitentur se nosse Deum, factis autem negant. 3. *Reg.* 18. d. Si Dñs est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Plures hodie videntur sequi Baal, quàm Deum. Baal superior vel deuorator interpretatur, ecce ambitio & gula quæ hodie multos habent sequaces, quorum Deus venter est, & gloria in confusione. *Phil.* 3. d. *g* Ipse fecit nos] *Isa.* 64. c. Pater noster es tu, nos verò lutum, & fictor noster & opera manuum tuarum omnes nos. In hoc arguuntur magni qui minores contemnunt. *Iob* 33. a. Ecce & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. *h* Et non ipsi nos] supple fecimus nos. Contra illud quod dixit quidam, *Ezec.* 29. a. Ego feci memetipsum, Satis vulgare est verbum apud multos: Ego me feci, s. diuitem, vel potentem: Et ille se fecit, id est, sine alterius auxilio acquisiuit sibi multas diuitias, & honores, *Amos* 6. d. In fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Vsurarios verò & latrones & dolosos diabolus facit. *Matt* 4. b. Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Facit etiam & aliquos Prælatos: Vnde conqueritur Dñs *Os.* 8. a. Ipsi regnauerunt & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui. Non omnibus autem datum est scire ista, sed tantum vobis, qui estis. *i* Populus eius, & oues pascuæ eius,] Populus dicitur humilis congregatio. Ille ergo non est de populo Dei, qui abiectã humilitate reputat se Regem suum, vel & aliorum dominatorem, vel Iudicem, quia omnes vult iudicare. Multi enim tales sunt, qui de omnibus statuunt se iudicatores & ordinatores. *Ier.* 48. b. Mittam eis ordinatores & stratores laguncularum, id est, qui pauimentum facient, de ollis concauis, id est, consiliis fragilibus & nocentibus. Item vbi est schisma & discordia, non populus Dei *Ps.* 54 In domo Dei ambulauimus cum consensu. *k* Et oues pascuæ eius.] Oues pascuæ eius, sunt simplices, qui lacte simplicis doctrinæ pascuntur. Oues autem non sunt, nec de pascua eius, detractores, qui vt dicitur *Prou.* 23. c. carnes ad vescendum conferunt, *Exod.* 17. d. Delebo memoriam Amalech de sub cœlo. Amalech interpretatur lingens sanguinem, & significat istos detractores, quos delebit Dominus, quia inimici eius sunt. Vnde *Rom.* 1. d. Detractores Deo odibiles.

* Introite por-

Alleg.

A *a* Introite portas eius, id est, Sacramenta, præcipuè Baptismus dicitur porta Dei & Ecclesiæ, quia per alium non est ingressus ad eam vel ad eum. *b* In confessione peccatorum. Et sic postquam intraueritis portas Sacramentorum, intrabitis, &c. *c* Atria eius] i. Ecclesiam, quæ dicitur atria pluraliter,

al. † Intrate

† *a* Introite portas eius in *b* confessione, † *c* atria eius in *d* hymnis *e* confitemini illi. *f* Laudate Nomen eius quoniam *g* suauis est Dominus, in *h* æternum misericordia eius, & vsque in † *i* generationem & generationem veritas eius.

De pœn. dist. 1. c. voluissent in fin.

al. † In

al. † Confessionum.

al. † sæculũ sæculi.

Psalmus ipsi Dauid. C.

k Misericordiam & iudicium cantabo tibi *l* Domine.

quia sunt plures Ecclesiæ particulares, & vnum atrium, vt sup. dictum est, quia est vna vniuersalis Ecclesia in vnitate fidei congregata. Et ingressi. *d* In hymnis confitemini illi] confessione laudis. Vnde & sequitur. *f* Laudate nomen eius,] Christum quo & vos Christiani nominati estis. *g* Quoniam suauis est Dñs, &c.] Hoc non mutatur à morali expositione, quæ sequitur.

Moral.

* *a* Introite portas eius in confessione. Secunda pars, in qua incipientibus & imperfectis confessionem peccatorum indicit, q.d. Bonum est cõfiteri confessione laudis, sed præcedere debet confessio peccatorum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15.c. & in *Ps.* 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? *Gl.* pollutum. Dicit ergo: Introite portas eius in confessione. Antequam introeatis ad eum laudandum, videte, vt peccata confiteamini, non veniatis vacui, sed in confessione *Eccl* 35.b. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Idem *Exo.* 23. b. *Osea vlt.* a. Tollite vobiscum verba, s. confessionis. Notandum autem quod sunt multæ & diuersæ portæ Dñi. Est enim porta iudicialis, de qua *Amos* 5.d. Constituite in porta iudicium. *Mich.* 6.a. Iudicium Dñi cum populo suo, & cum Israël diiudicabitur: Popule meus quid feci tibi, &c. Item est porta exitus ab hac vita. *Sap.* 7.a. Vnus est introitus omnib. ad vitam, & similis exitus. Tertia porta est ingressus ad gloriam, de qua in *Ps.* 117. Hæc porta Dñi, iusti intrabunt per eam. Item *Ezec. vlt.* d. assignantur 12. portæ, vbi dicitur: Et portæ ciuitatis in omnib. tribubus Israël. Portæ tres à Septentrione Porta Ruben vna: porta Iuda vna; porta Leui vna. Et sic ex aliis partib. fuerunt portæ nominatæ nominib. filiorum Iacob. Aquilo vel Septentrio, statum peccatorum designat, vbi necessarius est Ruben, qui interpretatur filius visionis, vt, s. peccator primò cognoscat statum suum; deinde Iuda, id est, confessio peccatorum, postea Leui, id est, assumptus à vitiis, vt iam declinet ab omni malo. Item ad plagã Orientalem portæ tres. Porta Ioseph vna; porta Benjamin vna; porta Dan vna. Oriens significat statum proficientium, vbi necessarius est Ioseph, id est, augmentum virtutum. Et Benjamin, i. filius dexteræ, vt homo non quærat, nisi æterna. Et *Dan.* i. Iudicium, vt semper cogitet homo de Iudicio, vt sic timeat, & timor custodiat eum, & virtutes eius. Item ad plagam Meridianam portæ tres. Porta Simeonis vna; porta Isachar vna; porta Zabulon vna. Meridies statum significat perfectorum, vbi necessarius est Simeon qui interpretatur audiens mœrorem, Ecce compassio. Isachar merces, quia iam securi sunt de mercede æterna. Et Zabulon habitaculum fortitudinis, quia corda eorum fixa sunt ibi, vbi vera sunt gaudia. Item ad plagam Occidentalem portæ tres. Porta Gad vna; porta Aser vna; porta Nephtalim vna. Occidens est mors, & significat statum peruenientium: Ibi est Gad qui interpretatur accinctus, id est, paratus ad vitam æternã. Aser, beatitudo. Nephtalim, dilatatio. Has ergo portas eius introite in confessione. Notandum autem quòd quidã intrant prauè in confessione, videlicet:

Mat. 15.a.

Per viam.
- Hypocrisis vel simulationis, *Isa.* 29.d. Populus hic labiis me honorat.
- Elationis. *Luc.* 18.b. Non sum sicut cæteri hominum.
- Desperationis, *Mat.* 27.a. Peccaui tradens sanguinem iustum.
- Negociationis. *Ps.* 48. Cõfitebitur tibi cũ benefeceris ei.
- Proditionis. *Matt.* 22.b. Magister scimus quia verax es.
- Adulationis. 1. *Reg.* 29 d. Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei.
- Derisionis. *Matt.* 27. d. Aue Rex Iudæorum.
- Coactionis. *Marc.* 1.c. Venisti ante tempus perdere nos, scio quia sis Sanctus Dei.
- Indignationis.
- Contaminationis. *Psal.* 49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? *c* Atria eius] s. Ecclesias. *d* In

hymnis] hoc est contra eos qui nolunt cantare in Ecclesiis, quia quidam non intrant atria, qui ad Ecclesiam non veniunt. Alij intrant, sed non in hymnis quia ibi ingressi non cantant, sed sunt quasi laici. Vel hoc quod dicitur in hymnis, potest iungi cum eo quod sequitur. *e* Confitemini illi] q.d. cum hymnis lætitiæ confitemini, non tantum peccata, sed & beneficia Dei. Vnde addit. *f* Laudate Nomen eius] Christianum, verbo & facto. Multi vituperant nomen Christi verbo, vt hæretici & pagani & Iudæi. Multi etiam Christiani vt operant illud facto. *Rom.* 2.d. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen n. Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est, s. *Isa.* 52.b. *g* Quoniam suauis est Dñs *Cant.* 1.a. Oleum effusum nomen tuum. Oleum suaue est, & vngit. *Sap.* 12. O quã bonus, & quam suauis est Dñe spiritus tuus, in nobis, &c. Suauis est Dñs omnibus sensibus bonorum virorum.

Suauis.
- Gustui, 1. *Pet.* 2.a. Si tamen gustastis quam dulcis est Dominus
- Tactui, 2. *Reg.* 23.a. Ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus.
- Auditui, quia ipse est verbum bonum, & suaue, *Eccl.* 6.a. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.
- Olfactui, *Eccl.* 49.a. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta est opus pigmentarij.
- Visui, 1. *Pet.* 1.c. In quem desiderant Angeli prospicere.

Suauitas autem eius non est transitoria, sed. *h* In æternum misericordia eius] quantùm ad saluandos, qui immobiliter in æternitate perdurant, quos hic misericordia à peccato liberauit. Sed ne quis nimis de hac misericordia confidat, addit & de iustitia. *i* Et vsque in generationem & generationem veritas eius] ad damnandos reprobos secundùm opera sua. *Ps.* 80. Et erit tempus eorum in sæcula. De his duobus. *Ps.* 88. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam, beatus populus qui scit iubilationem. Ecce finis Psal. huius & principium, q. d. qui bene iubilauerit vt decet, misericordia saluabitur; qui verò neglexerit, veritate condemnabitur, quod à nobis auertat Deus, amen.

EXPOSITIO PSAL. C.

Misericordiam, &c.] Titulus. *Psal. ipsi Dauid.* In præcedentibus Psalmis sæpè dixerat lætandum esse & cantandũ & iubilandũ Hic dicit quid cantandum, & cum quibus sociis. Et in hoc Psal. qui centesimus est, & numero suo perfectionem designat, eandem perfectionem continet in sententia, vt in prosecutione patebit. Sed quia omnis perfectio nobis à Christo est, ideò bene intitulatur sic. Et est sensus Psalmus] iste attribuitur ipsi Dauid, id est, Christo, qui hîc loquitur pro se, & pro membris, ac si dicat per titulum, omnia opera bona & perfecta Christo debemus attribuere. Agens de misericordia, & iudicio, intentione monet bona appetere, & mala tenuere. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, de misericordia & iudicio proponens, dicit se esse in via immaculata. Secundò, eandem viam per partes exponit, *ibi*: Perambulabam, Tertiò, ostendit malos à ciuitate Domini remouendos, *ibi*: In matutino: Licèt autem Gl. non exponant in persona Christi, nos tamen non inconuenienter exponere possumus breuiter in persona ipsius, vt dicat Patri. *k* Misericordiam & Iudicium cantabo tibi Domine] i. lætus & hilaris misericordiam in primo aduentu meo, & Iudicium in secundo ad honorem tuum faciam, Vel etiam in primo meo aduentu prædicabo misericordiam & Iudicium. Misericordiam. enim prædicabat, cùm dicebat. *Mat.* 4.c. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cœlorum. Et *Mat.* 9. b. Euntes autem discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, &c. Iudiciũ prędicabat per suum præconẽ: *Matth.* 3.b. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis

Partitio Psalmi.

Alleg.

A fugere à

Moral.

Moraliter. *k* Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine] Hoc debet dicere & facere quilibet fidelis, vt in corde suo cantet & recogitet misericordiam quam modò paratus est Dominus facere pœnitentibus, & Iudicium quod expectat facere in malo persistentibus. Hæc duo debemus hic cantare sicut Philomena, plenè gaudentes de misericordia facta bonis, & non compatientes Iudicio facto malis. *Psal.* 57. Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam. *l* Tibi Domine] non alij, cuius proprium est misereri, cui pater omne Iudicium dedit. *Ioan.* 5. d. Pater non iudicat quenquam, sed omne Iudicium dedit Filio. Deus locutus est, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Item hoc principaliter debent dicere Prædicatores. Misericordiam & Iudicium cantabo tibi Domine. In omni enim sermone cantandum est de misericordia & Iudicio. *Luc.* 10 f. Infundens oleum & vinum. Primum enim vngit, secundum pungit. Primum

* mulcet, se-

Alleg. A fugere à ventura ira,&c. Et per seipsum. *Mat.*24.c. Tunc plangent omnes Trib. terræ,& videbunt filium hominis venientem in nub. cœli cum virtute magna & maiestate. Et per totum vsque in finem cap. & 25. per totum.

a Psallam in Cruce. Hoc.n.fuit psalterium & cithara nostri Dauid. Vnde 2. *Reg.*6. c. Dauid percutiebat in organis armigatis, i. ad armos ligatis, s.in asseribus crucis, & saltabat totis virib. ante Dominum. Et hoc faciebat reducens arcâ, i. Ecclesiam in domum suam, in Ierusalem cœlestem.

a psallam, *b* intelligam in via immaculata quando *c* venies ad me. † *d* Perambulabam in *e* innocentia *f* cordis mei, in *g* medio domus *h* meæ: non proponebam ante oculos meos rem † iniustam, *i* facientes præuaricationes † odiui.

al. † deambulabam.
al. † malam.
al. † odio habui.

b Et intelligam in via immaculata] vel secundum Ieronymum. Erudiar in via perfecta,q. d. ego innocens & immacultus, per multa flagella erudiar,vt per experientiam sciam infirmitatem & dolorem. *Heb.*5.c. Cum esset Filius Dei dicit ex his quæ passus est obedientiam,s. vsque ad mortem *Is.*53.a. Desiderauimus eum virum dolorum & scientem infirmitatem. Et hoc faciam *c* Quando venies ad me,]adiuuandum. Vnde sic dicit. *Gloss.* quasi ope tua,psallam,& intelligam.

Moraliter. * mulcet, secundum terret. Primum accendit per amorem, secundum humiliat per timorem. Debet autem hoc cantare Prædicator, non solum ore,sed corde,& opere. *Mich.*6. c. Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, vtique facere iudicium & diligere misericordiã, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. *a* Psallam & intelligam,&c. Hoc similiter potest legi de quolibet fideli generaliter, vel de Prædicatore specialiter. Dicit ergo quilibet fidelis. Psallam, i. bona opera faciam, sperans misericordiam, & timens Iudicium. Sed quia non placent Deo opera de genere bonorũ,nisi omnia mala opera relinquantur, bene subiungit. *b* Et intelligam in via immaculata quando venies ad me] i. immaculatum me custodiam, & sollicitè considerabo aduentum tuum, siue ad Iudicium, siue in morte mea. *Luc.*12. e. Et vos estote parati,s.ab omni peccato mundati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. *Abac.*2.a. Super custodiam meam stabo, & figam super munitionem,s.custodiendo me à peccato, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi,& quid respondeam ad arguentem me. Vel Prædicator dicit Psallam,q.d. cãtabo misericordiam & Iudicium prædicando, sed quod prædicabo, in contemplatione hauriam,hoc est,psallam, orando & intelligam in via immaculata,i. via immaculata dabit mihi intellectum, magis quam studiũ,secundũ illud. *Eccl.*37.c. Anima viri sancti enunciat aliquando vera,quã septẽ circumspectatores sedentes in excelso, s.in cathedra *Ps.*118. A mandatis tuis intellexi, *Cassianus*, Impossibile est animã quæ mũdanis distẽsionibus vel tenuiter occupatur, donum scientiæ promereri, vel generatricem spiritualiũ sensuum, vel tenacem fieri sacrarum lectionũ. Et hoc tã prædicare quam psallere & intelligere tunc bene faciam & non ante.

Allegor. *c* Quando venies ad me] per gratiam, *Io.*15. a. Sine me nihil potestis facere. *Luc.* 24 .g. Sedete in ciuitate quousq; induamini virtute ex alto, *d* Perambulabã] Secunda pars in qua exponit per partes,quæ sit via immaculata. Sed prius de Christo exponam⁹,vt dicat: Perãbulabã,vel deãbulabo. Deãbulatio eius fuit Passio,vbi deãbulade flagellis ad illusiones,de illusionib. ad sputa, de sputis ad colaphos, de colaphis ad Crucem,de Cruce in mortẽ. Hæc deambulatio habetur *Matth.*27. Hæc est deambulatio Isaac, de quo dicitur *Gen.*24. g.quod eo tẽpore deãbulabat per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videntis. Hæc est Passio Christi, quæ ducit ad puteum altum, ad fontem vitæ æternæ & perfectæ visionis, vbi viuemus sine fine, & videbimus Deum facie ad faciem. Et per aliam viam non venitur ad hunc fontẽ, quia *Act.*14.d Per multas tribulationes oportet nos intrare,in Regnũ Dei. Sed & *Luc.*24.d Sic oportuit pati Christũ,& ita intrare in gloriam suam. Passionem autem eius aggrauat, quod sine culpa sua passus est. Vnde addit. *e* In innocẽtia]nõ tantũ operis,sed &. *f* Cordis mei 1.*Pet.*2.d. Qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dol⁹ in ore eius. Itẽ quod nõ inter ignotos sed inter notos pass⁹ est. Vnde dicit *h* In medio domus meæ]i.cognationis meæ, *Zac.*13.c. dicitur ei. Quid sunt plagæ istæ in medio manuũ tuarũ[Et dicet,his plagatus sum in domo eorum,qui diligebãt me. Tertiò, aggrauat eius Passionem,& eius bonitatem commendat,quod cùm malediceretur, non maledicebat;cùm pateretur, non comminabatur. 1. *Petr.* 2. d. vnde dicit.

2.Cor.13. d.

h Non proponebam ante oculos meos rem iniustam]i.nõ curabã me vindicare de iniuria,imò potiùs pro ipsis orabam. *Luc.*23.e. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Licet autem vindictam 1.6 vellet,non tamen peccatum eorum amabat. Vnde subdit. *i* Facientes præuaricat. odiui. Inquantum tales,i. Pharisæos. *Mat.*18.a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestrã *Ps.*118. Iniquos odio habui,& legẽ tuam dilexi. Et posset aliquis instantiam ponere de Iuda, quem videbatur amare, quia cũ eo erat & mãducabat:vnde de ipso specialiter subiugit

A Non ad-

Moraliter. *d* Perambulabam in innocentia cordis mei]Supra dixerat,in via immac.& quasi quis quæreret,quæ est via immaculata: Respondet, quod in innocentia perambul.i. perfectè ambulabam. Vel,deambulabã,quasi in spaciosa via, in innocentia. Hæc est via ascendendi ad cœlum. *Ps.*83. Non priuauit bonis eos qui ambulant in innocentia. *Iob.*22. d. Saluabitur innocens;saluabitur autẽ mũditia manũ suarũ. *Ps.*35. Quia ascẽdet in mõtẽ Dñi,aut quis stabit in loco sãcto eius? Innocens manib. & mũdo corde, quasi dicat, hæc duo necessaria sunt,sc.innocentia operis & cordis, quia *Prou.* 11. c. Manus in manu non erit innocens malus. Vnde hîc dicit: In innocentia cordis mei, quæ radix est antecedens ad innocentiam manuum. Si enim est innocens corde, est & manu. Non autem è conuerso, quia quandoque quis non nocet manu, & tamen contra aduersantes sibi tractat sanguinea bella,& homicidia & sacrilegia,& multa alia mala. *Eccl.*20. c. Est qui vetatur præ inopia peccare. Et hoc faciebam. *g* In medio domus meæ] i.conscientiæ, quæ tunc habet medium latum & spaciosum,cum ibi est innocentia. Et postea innocentiam per partes exponit. *h* Non proponebam ante oculos meos rem iniustam] i. res iniusta non placuit mihi, nec proposui facere eam. Et ita legitur ante oculos cordis. Vel etiã potest legi ante oculos corporis, qui præcedunt oculos cordis, quia multoties intrat mors per fenestras, & illicitè concupiscitur quod incautè respicitur. Propter quod dicebat, *Iob* 31.a. Pepigi fœdus cum oculis meis,vt ne cogitarem quidem de virgine. Non dicit quod non cogitauerit de virgine,sed quod noluerit cogitare. Et hoc, quod dicit: Non proponebam, &c. sc. vt facerem, quia sic proponere criminosum est. Sed proponere ad detestandũ bonum est,alioquin quando diceret *Ps.*50. Peccatum meum coram me est semper. Item rem iustã ante oculos suos proponit, qui memor est iniuriarum. *Leu.* 16. 16. Nõ quæras vltionem,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Sunt autem multi qui in se nolunt malum facere, sed non curant si alij faciunt quod non facit vir iustus. Ideò addit. *i* Facientes præuaricationes odiui,] Pluraliter dicit quia multæ sunt præuaricationes. Est enim.

- Præuaricatio legis.
  - Naturalis quæ fit.
    - Corde *Isa* 46. c. Redite præuaricatores ad cor.
    - Ore. *Ier.*29 g. Præuaricationem locutus est aduersus Dominum.
    - Opere, *Gal.*2.d. Si quæ destruxi hæc iterum reædifico, præuaricatorem me constituo.
    - Consuetudine, *Isa.*24.c. Væ mihi, præuaricantes præuaricati sunt.
  - Disciplinæ, 1. *Tim.*2. d. Mulier seducta in præuaricatione fuit.
  - Mosaycæ.
    - Vniuersalis, *Ezech.*14. d. Terra cùm peccauerit vt præuaricetur, præuaricans extendam manum meam.
    - Particularis, *Ier.*3. c. Vidit præuaricatrix soror eius Iuda.
    - Angelicæ, *Heb.*2. a. Qui per Angelos dict⁹ est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio,& inobedientia accepit iustam mercedis retributionem.
  - Euangelicæ, *Act.*1. d. Accipe locum ministerij huius & Apostolatus,de quo præuaricatus est Iudas. *Rom.*2.d. Per præuaricationem legis Deum inhonoras.
  - Humanæ.
    - De mutuo, *Eccl.*7.b. Noli præuaricari in amicum pecuniam differenti.
    - De lege seruitutis, 4 *Reg.* 1. a. Præuaricatus est Moab in Israel.
    - De fœdere, *Ezech.*17. f. Fœdus quod præuaricat⁹ est pœnã in caput ei⁹.

Diabolicæ, 1. *Mach.*11. g. Præuaricati sunt Principes Demetrij in cades quæ est in Galilæa, Posset autem aliquis dicere: Tu odis facientes præuaricationes, sed illis faues, qui licèt non faciant, tamen cor habent prauum, vt vel mala velint, vel saltem bona non velint. Contra quod bene subiungit.

* Non ad

* ceret mihi, *Psal.*139. Vir linguosus non dirigetur in terra. *a* In matutino.] Tertia pars, vbi ostendit quid sit finis malorum. Et dixit Christus, in matutino, generalis Resurrectionis. *b* Interficiebam,] i. interficiam. *c* Omnes peccatores terræ,] i. qui habitant super terram, quando videlicet transeunte nocte nebula huius vitæ mortalis, clara luce apparebunt merita singulorum, quæ modò in his tenebris occultantur, & zizania cum tritico crescunt vsque ad messem, *Matt.*13. d. Et palea cum tritico iacet vsque ad ventilationem, *Matt.*3. c. vnde addit. *d* Vt disperderem,] i. vt in illa messe, in illa ventilatione disperdam. *e* De ciuitate Dñi,] i. de collectione fideliû. *f* Omnes operantes, &c.] cum dicam Angelis messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum, *Matt.*13. d. Cùm ego venero habens ventilabrum iudicij in manu mea ad permundandam aream, *Matt.*3. c. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Alleg.

al. † in matutinis.
al. † & disperderem.

rum. In † matutino *b* interficiebam omnes *c* peccatores terræ, † vt *d* diperderem de *e* ciuitate Domini omnes *f* operantes iniquitatem.

Oratio pauperis cum anxiaretur, in conspectu Domini effudit precem suam.

g DOmine *h* exaudi *i* orationem *k* meam, *C I.*

Moral. *a* In matutino, &c.] Moraliter, hoc dicit vir iustus, & legitur eodem modo de viro iusto sicut de Christo lectum est, hoc addito, quod sic exponitur.

a In matutino] resurrectionis. *c* Omnes, &c.] id est, interficiendos præuidebam. *d* Vt disperderem,] i. disperdendos, &c. Vel sic. *a* In matutino] ad literam, interficiebam, id est, vincebam. *c* Omnes, &c.] i. dæmones, quorum procuratione fiunt peccata in terra. Et dicit, in matutino, quia ad literam, in manè magis tentat diabolus, & tunc fiunt plura peccata. Quod significatum est *Iosue* 8. c. vbi dicitur, quòd festinauit Rex Hai egredi manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis *Mich.*2.a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud. Propter hoc Cistercienses vigilant in manè, nec redeunt ad lectos post Matutinas, sed sunt in oratione, vt sic interficiant in matutino peccatores terræ, & disperdant de ciuitate Domini, i. de congregatione sua, sed & totius Ecclesiæ, omnes operantes iniquitatem, i. dæmones. In signum huius multæ victoriæ factæ sunt in manè. *Exod.*14. f. Iam aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, &c. Item 1. *Reg.*11. c. Saul ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies. Item per matutinum intelligitur principium tentationis. Et tunc interficiendi sunt peccatores terræ, i. primi motus, *Psal.*136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram, *Cassianus*: Dum adhuc paruuli sunt allide filios Babylonis, i. sensus carnales, ne si teneri non fuerint, euocati in perniciem nostram conualescant, & postea firmiùs radicati non possint euelli. Hos ergo, dicit iustus, interficiebam in matutino, vt disperderem de ciuitate Domini, i. de anima & conscientia mea. *f* Omnes operantes, &c.] i. omnes malos motus qui pariunt iniquitatem. Anima iusti est ciuitas Domini, *Sap.*7. secundùm aliam *literam*: Anima iusti sedes est sapientiæ. Item per matutinum intelligitur adolescentia, in qua interficiendi sunt omnes mali motus & mali mores. Multi tamen expectant & nutriunt eos vsque ad vesperam, i. ad finem vitæ, & tunc quandoque nituntur interficere, cùm iam non possunt, eo quod firmiter radicati sunt vt annosa quercus, *Amos* 2. c. Altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus. Manè igitur sunt interficiendi, aliter non possunt interfici, *Isa.*26. d. Iustitiam non fecimus in terra, i. in corpore nostro, ideo non ceciderunt habitatores eius, scil. mali motus. Et dicit omnes, quod est contra quosdam qui in se quædam vitia interficiunt, & quædam viuere permittunt, 1. *Reg.*15. a. Percute Amalech, & demolire vniuersa eius, &c. Det nobis Dominus ita omnes istos peccatores disperdere, vt nullus eorum in nobis remaneat. Et ita disperdere de ciuitate Domini, id est, de anima cuiuslibet nostrûm, omnes operantes iniquitatem, vt tandem cùm igne Iudicij examinati fuerimus, non inueniatur in nobis iniquitas, sed secundum mysterium centesimi Psalmi, perfecti inueniamur in oculis Maiestatis, quod nobis præstare dignetur Iesus Christus. Amen.

EXPOSITIO PSALM. CI.

DOmine exaudi, &c. Titulus, [*Oratio pauperis, cùm anxiaretur in conspectu Domini effudit precem suam.*] Superiùs inuitauit nos Propheta ad iubilum & exultationem. Hic autem in hoc Psalmo, qui est quintus Psalmus pœnitentialis inuitat nos ad pœnitentiam. Et est ordo congruus & nobis hoc ordine demonstrat, quòd risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat, sicut dicitur *Prou.*14. b. Et nox quantumcunque longum diem terminat. *Ieron.* Ne insolescant contemplatiui ex superabundanti lætitia, rectè post Psalmos lætitiæ ponitur Psalmus iste pœnitentiæ, secundùm illud *Eccl.*11.c. In die bonorum ne immemor sis malorum, i. pœnarum & peccatorum tuorum. Et è conuerso *Gen.*8.d. Nox & dies non requiescent. Item post lætitiam agit de pœnitentia, alia ratione, videlicet. quia anima oppressa à peccatis iubilare non potest. Vndè ad hoc quod iubilet, oportet quod euacuentur peccata. Hoc autem fit per pœnitentiam. Agit *2.Cor.8.b.* autem hic præcipuè de illa parte pœnitentiæ, quæ dicitur oratio. Vndè intitulatur Psalmus ab oratione. Et est sensus tituli. Iste Psalmus est oratio pauperis, id est, Christi, qui cùm esset diues, factus est pro nobis pauper, vt illius inopiâ nos diuites essemus. Qui hic orat in persona sua, & membrorum pro miseriis Passionis suæ, & huius sæculi nequam, in quas pauper ipse & membra eius propter peccatum primi hominis iusto Dei iudicio deiecti sunt. Vndè ait: Cùm anxiaretur. Et quia scit se non nisi per Dominum liberari posse, in conspectu Domini effudit precem suam, Vel sic moraliter. *Aliter* Iste Psalmus est oratio pauperis, i. animæ paupertatem spiritualem recognoscentis, non cuiuslibet animæ, sed eius quæ angustiatur de peccatis suis, vnde dicit: Cum anxiaretur, & non pro vana gloria mundi, sed in conspectu Domini, qui videt abscondita cordis. Intentione monet omnes recognoscere suam miseriam, & petere misericordiam qua restituantur. Modus. *Partitio Psalmi.* Quatuor sunt partes. Prima est deprecatiua captatio beneuolentiæ, in qua nec factum defenditur, nec facientis animus excusatur. Secunda est flebilis narratio, vbi exponit quam patitur paupertatem, *ibi*: Quia defecerunt. Tertia est impetrandi certitudo, *ibi*: Tu autem Domine. Quartò, breuitatem suam diuinæ conferens æternitati, illam transituram, & istam mansuram asserit, *ibi*: Respondit ei, In persona ergo Christi primò possumus breuiter exponere allegoricè primam partem, vt in angustia Passionis *Alleg.* constitutus, dicat ad Patrem.

g Dñe] pater. *b* Exaudi orationé meam] quæ in Passione
∧ multipliciter facta

Moral. Moraliter, dicit anima pauper & pœnitens.

g Domine exaudi orationem meam.] *Deut.*33. a.. Audi Domine vocem Iudæ, id est, confitentis. Et notanda sunt, Domine, non dæmon, vel homo purè. Non est enim quicquam petendum à diabolo, quia non est beneficus, neque diues, nec ab alio quocunque nisi à Deo. *Dan.*6. b. Omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo vel homine nisi à te Rex, mittatur in lacum leonum, id est, in Infernum.

b Exaudi. { Ad exitû audi, s. de peccato. / In exitu de mundo. / Ex corpore audi. / Extra audi, i. patenter. }

i Orationem] non dicit orationes, sed sicut in *Psalm.*26. Vnam petij à Domino, &c. Item vna est oratio quam Christus dictauit, scil. Pater noster, &c.

k Meam, non alienam, quod est contra eos qui volunt *Matt.6.a.* orare tantùm per procuratores; & contra alios qui frequenter dicunt aliis orate pro me, sed ipsimet nunquam volunt orare. Et nota, quòd oratio exauditur, quando est.

Commoda, pura, volans, deuota, tenax, pia, iusta.
Communis, breuis, in Christo, cum spe, lacus, ardor.

Conditiones orationis si debeat exaudiri.

Commoda, pro re vtili sibi & cœlesti vel spirituali. *Rom.* 8. e. Quid oremus sicut oportet nescimus. Ideo Pauli oratio non est exaudita, 2. *Corinth.*12. c. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me, &c. Pura, sine cogitationibus malis, *Eccl.*10 a. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Volans, duabus alis, de quibus *Tob.* 12. b. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Deuota, cum humilitate & timore. *Daniel.*3. In animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur à te. Tenax, id est, assidua, 1. *Thess*5. d. Sine intermissione orate. *Iacob.* 5. d. Multum valet deprecatio iusti assidua. Pia, vt ad Deum fiat, *Isaia* 45. d. Rogant Deum non saluantem. Iusta, tripliciter, vt à iusto fiat, & pro iusto, & in finem iustum. A iusto, *Ioan.*9.f. Si quis Dei cultor est, hunc exaudit. *Psalm.*65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Pro iusto, *Ierem.*7. d. Noli orare pro populo hoc, &c. quia non exaudiam te. Fine iusto, *Matth.*20.c. Nescitis quid petatis, id est, inordinatè petitis

Alleg. A multipliciter facta legitur. *a* Et clamor meus] qui plus quàm oratio. *b* Ad te veniat] vt te ad miserendum excitet. De hoc clamore, *Matt.*27. f. Circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, lamma zabatani. *c* Non auertas faciem, &c.] quin me exaudias.

d In quacunque die, &c.] præcipuè, vel maximè in die tribulationis, id est, in Passione. *e* Inclina ad me autem tuam.] Et vt dicitur in *Gloss.* in his tribus versibus est figura epimone, id est, crebra repetitio sententiæ, in qua notatur orantis desiderium. Vndè adhuc tertium versum addit, dicens: *f* In quacunque die, &c. exaudi me.] Planum est, velociter enim fuit Christus exauditus, quia tertia die resuscitatus, *Ioan.*11. e. Ego autem sciebam, quia semper me audis, *Hebr.*5. b. Cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia.

> & *a* clamor meus *b* ad te † veniat. † Non *c* auertas faciem tuam à me, in *d* quacunque die tribulor *e* inclina ad me aurem tuam. In *f* quacunque die inuocauero te, † *g* velociter exaudi me. *h* Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & *i* ossa mea sicut † cremium aruerunt.

al. † perueniat. *al.* † Ne. *al.* † citò. *al.* † infrixorio confrixa sunt.

Moral. * Pro vobis. Item contra alios, *Luc.*9. g. Vis, dicimus vt descendat ignis de cœlo, &c. Communis, in persona Ecclesiæ, vel vt omnibus prosit. Ideò dicitur: Pater noster, non meus, & da nobis, non mihi, Breuis, *Matth.*6. b. Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. In Christo, *Ioan.* 16. e. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Cum spe, *Iacob* 1. a. Postulet in fide nihil hæsitans, &c. Locus, *Isa.*56. e. Domus mea domus orationis vocabitur, &c. 3. *Reg.*8. c. Quodcunque orauerint in loco isto, &c. Ardor, id est, charitas, 1. *Cor.*13. a. Si linguis hominum loquar & Angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, &c.

a Et clamor meus] scilicet, cordis. *Damascenus*: Oratio est intellectus ascensus ad Deum, *Exod.* 14. d. Quid clamas ad me? *b* Ad te veniat] volando cum duabus alis, scil. cum eleemosyna & ieiunio, *Tob.*12. b. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, &c.

c Non auertas, &c.] Possumus dicere, vt suprà dictum est, quod est crebra repetitio eiusdem in his tribus versibus, Et secundùm hoc non est tanta vis facienda in expositione cuiuslibet verbi. Vel diuersificare possumus singula verba, &c. quod hic notatur, quæ & qualis sit viri iusti oratio. Primò enim captat beneuolentiam, dicendo, Domine, & se seruum exhibendo. Deinde ostendit orationem esse liberam, dicens: Exaudi orationem. Spontanea enim est oratio, non coacta. Postea ostendit eam esse discretam, cùm addit, meam. Postea ostendit eam esse deuotam, cùm dicit: Et clamor meus, &c. Postea ostendit quid petat, scil. videre Deum facie ad faciem, cùm dicit: Non auertas faciem, &c. Liptote est, minus dicit & plus significat: Item ostendit orationem suam esse necessariam, dicens: In quacunque die, &c. Speciosa enim est misericordia in tempore tribulationis, sicut dicitur *Eccl.*35. d. Item ostendit eam esse humilem, dicens: Inclina ad me aurem tuam. *Eccl.*35. d. Oratio humiliantis se, &c. Item fidelem, cùm dicit. In quacunque die inuocauero te, &c. Inuocare enim fidelium est. *Ioel.*3. g Omnis qui inuocauerit, &c. Item anxiam, cùm dixit: Velociter exaudi me. Dicit ergo: Non auertas faciam tuam. Hæc est facies desiderata, de qua *suprà*. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram, *Psalm.*26. Ne auertas faciem tuam à me. Et notandum, quòd Dominus quandoque.

Auertit
- Mansi
  - Vindictæ, *Iob* 13. c. Manum tuã longè fac à me.
  - Largitatis, *Psal.*144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.
- Animam, *Iere.*15. a. Non est anima mea ad populum istum, eiice eos à facie mea.
- Faciem, *Ierem*18. c. Dorsum & non faciem ostendam eis.

d In quacunque die tribulor.] Multi sunt dies tribulationis, *Isa* 37. a. Dies tribulationis & angustiæ dies hæc, &c. Sed specialiter dies mortis, & dies iudicij, sunt dies tribulationis. *Soph.*1. d. Tribulabitur ibi fortis. *Rom.*2. b. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.

e Inclina ad me autem tuam.] Non dicit aures, quia vna est misericordiæ, de qua *Exod.*3. b. Clamorem eorum audit. Alia est iustitiæ, de qua *Sap.*1. c. Auris cœli audit omnia. *f* In quacunque die inuocauero te.] id est, intus vocauero per fidem. Aliter, qui in fide non petit, nihil recipit. *Iacob* 1. a. Postulet autem in fide nihil hæsitans.

g Velociter exaudi me,] id est, non differas exaudire. *Abacuc.* 1. a. Vsquequo clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? *Isa.*5. c. Festinet & citò veniat opus eius. *Alleg.*

h Quia defecerunt.] Secunda pars, in qua est flebilis narratio, quam primò allegoricè in persona Christi exponam. In Passione ergo constitutus, dicit.

g Velociter exaudi me] scilicet, antequam moriar. Quare? quia iam moriturus sum. Hoc est.

h Quia defecerunt sicut fumus dies mei,] id est, terminus venit vitæ meæ in corpore mortali. Et dicit, sicut fumus, qui euanescit. In quo notari potest, quòd multis propter stultitiam eorum, vacua & inutilis fuit eius vita & labor illius, quia noluerunt conuerti ad fidem eius. Vndè conqueritur per *Isa.*49. a. dicens: In vacuum laboraui; sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi. *i* Et ossa mea] ad literam [sicut cremium aruerunt,] i. in Cruce à suæ carnis humore & pinguedine quasi separata sunt, quando ita me extenderunt, vt omnia ossa mea apparerent, & numerari possent. Vndè *suprà*: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Huic expositioni concordat alia *litera* quæ habet: Ossa mea sicut in frixorio, ∧ scilicet, in ara Crucis *7. q. 1. c. aduersitas. §. sed verò.*

Moral. Moraliter, *h* Quia defecerunt sicut fumus dies mei.] Hoc potest dicere Ecclesia, cuius dies sunt Doctores, & Sacerdotes, de quibus *suprà*. Dies diei eructat verbum. Item: *Iob* 9. d. Dies mei transierunt, sicut naues portantes.

i Et ossa,] Religiosi, quia candida, recta & fortia. Dies autem eius defecerunt sicut fumus per eleuationem. Fumus enim ascendendo deficit. Ossa verò vt cremium aruerunt, per indeuotionem & cupiditatem Cremium enim dicitur illud quod de carne pingui frixa in patella remanet, de quo potest haberi versus:

Est cassum, frixum, contractum, pingue liquatum.

Hæc hodie satis conueniunt multis Religiosis, & Ecclesiasticis viris; quia sunt, cæsi per schismata, *Psal.*106. Effusa est contentio super Principes, *Ioan.*9. c. Schisma erat inter eos, scilicet, Iudæos, id est, obseruatores traditionum. Hi sunt Religiosi. Item, Frixi sunt in sartagine cupiditatis, & igne ambitionis. *Ierem.*29. e. Quos frixit Rex Babylonis in igne pro eo quod fecerunt stultitiam in Israël. Hoc ad literam dicitur de Sacerdotibus, qui Susannam voluerunt corrumpere. *Dan.*13 Item, Contracti, per infamiam, *Iob* 30. d. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate, *Thren.*4. a. Mutatus est color optimus, id est, conuersatio bona exterior. Item, Pingues fuerunt quondam spiritualiter, id est, deuoti & abundantes in bonis spiritualibus, & alibi per munditiam, *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, Nunc autem recessit ista pinguedo, & successit alia, scilicet, abundantia temporalium, de qua *Psalm.*72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Item, Liquati sunt, sicut cremium, id est, extractus est liquor spiritualis, *Ierem.*51. d. Nabuchodonosor Rex Babylonis reddit me quasi vas inane. Nota quòd superbia etiam dicitur.

Fumus
- Quia excæcat, *Sapient.*2. c. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ, &c. Excæcauit enim illos malitia eorum.
- Quia vento cedit, *Sapient.*5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, &c.
- Quia expellit de domo, *Isa.*14. c. Quomodò cecidisti Lucifer, &c.
- Quia ascendendo euanescit, *Psal.*72. Deiecisti eos dum alleuarentur, *Osea* 13. b. Erunt sicut fumus de fumario.
- Quia de igne surgit, i. nimio amore sui, 1. *Tim.* 1. b. Radix omnium malorum superbia.

Aliter de pœnitente. De pœnitente autem exponi potest totum, quia hic est Psalmus pœnitentialis. Et assignantur hic rationes quare pœnitens suprà orauit se velociter exaudiri. Prima ratio est, quia breuis est vita bonis. Vndè dicit:

h Quia defecerunt sicut fumus dies mei.] Fumus subitò appatet, & subitò disparet. Sic dies hominis sunt, *Iob* 14. a. Breues dies hominis sunt. *Iob* 9. d. Dies mei velociores fuerunt cursore, transierunt quasi naues poma portantes, *Iacob* 3. Quid est vita hominis? Vapor ad modicum parens. Secunda ratio vel causa est defectus boni. Vndè dicit.

i Ossa mea sicut cremium aruerunt.] Ossa vocat virtutes, quia sicut ossa totum corpus sustinent, & sine ossibus tota caro deflueret, ita virtutes sunt robur & sustentamentum

Alleg.

A scilicet, in ara Crucis confrixa sunt. *a* Percussus sum vt fœnum] æstu tribulationis & falce diuinæ sententiæ, quam alibi non tam falcem quam gladium vocat. *Zach.*13.c. Deus Pater dicens: Framea suscitare super Pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, id est, super Filium quem misi ad reducendam ouem perditam, qui eiusdem substantiæ mecum est.

> *a* Percussus sum † vt fœnum, & *b* aruit cor meum, quia *c* oblitus sum † comedere panem meum. A *d* voce gemitus mei, † *e* adhæsit os meum *f* carni meæ. Similis *g* factus sum Pellicano † solitudinis, *h* factus sum sicut nycticorax in domicilio.

al. † sicut. *al.* † manducare. *al.* † adhæserunt ossa mea. *al.* † qui habitat in solitudine. *al.* † Nycticorax qui habitat in parietinis.

b Et aruit cor meum,] id est, in caumate Passionis imminentis obstupuit. Hoc est quod ipse dixit *Matth.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et hoc fuit, quia secundùm sensualitatem humanam timebat & respuebat mori. Hoc est.

c Quia oblitus sum comedere panem meum,] id est, secundum sensualitatem non curabam facere voluntatem Patris, patiendo mortem, quæ cibus meus est. *Ioan.* 4.d. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Et post. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.

d A voce gemitus mei] in Cruce.

e Adhæsit os meum,] id est, Ioannes fortis discipulus.

f Carni meæ,] id est, matri meæ. Hi enim duo ei in Cruce pendenti astiterunt, sicut adhuc in libro laicorum depingitur. Tunc etiam adhæsit os carni, quando ipse Christus commendauit Matrem Ioanni, *Ioan.*18.e.Cùm vidisset Iesus Matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Christus comparat se tribus auibus.

g Similis factus sum Pellicano solitudinis.] Hic comparat se Christus tribus auibus, scilicet, Pellicano, Nycticoraci, & passeri. Et hoc secundùm tres status suos, scilicet, ante Passionem, in Passione, post Passionem. Pellicanus est auis quæ habitat in solitudine: & Christus in solitudine vteri virginalis habitauit, quæ homini fuit inuia, & incognita viro; & solus de virgine natus, in solitudine præsepij inter duo, vt dicitur, animalia reclinatus. In solitudine etiam deserti conuersatus, ita quòd parentibus & notis incognitus factus fuit. Fuit ergo similis Pellicano solitudinis, ante Passionem. De statu autem Passionis, addit.

h Factus sum sicut Nycticorax in domicilio] vel, [in parietinis.] Nycticorax est coruus noctis, qui manet in parietinis, id est, in ruinis; quod Christo conuenit secundùm statum suæ Passionis, quia de Iudæis excæcatis natus fuit quasi coruus noctis, & ab ipsis ruituris occisus est. Tamen ab eius misericordia non recessit, sed pro ipsis orauit, dicens, *Luc.*23. e. Pater, ignosce illis, & cætera, In Passione ergo potuit dicere. Factus sum sicut nycticorax in domicilio, vel in parietinis. In

A Resurrectionem au-

Moral.

* mentum animæ. Hæc autem ossa arescunt sicut cremium in patella, quæ quandoque extracta ex pinguedine, vel minuuntur, vel annihilantur. Sic virtutes, vel deficiunt omnino sicut per peccatum mortale, vel etiam quantum ad motus tepescunt, *Ierem.*51. d. Exossauit me Rex Nabuchodonosor.Tertia causa est necessitas moriendi. Vndè dicit.

a Percussus sum vt fœnum] quia sicut fœnum in radice secatum de necessitate moritur & arescit. Ita nos in radice nostra, id est, in Adam falce peccati percussi, necessitatem moriendi contraximus.

Caro nostra fœno comparatur.

Nota etiam quòd primò fœnum falce percutitur: secundò Sole: posteà rastris, & percussum non reddit granum, sicut spica tritici.Sic caro, vt dictum est:primò percussa est falce, id est, dura sententia mortalitatis astricta, 2. *Reg.*14.c. Omnes morimur. Secundò Sole, id est, feruore tribulationis, *Iob* 14. a. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Tertiò, humanis vexatur dentibus quasi rastris, quæ homines detrahendo corrodunt, 2. *Reg.*11. g. Circumegit super eum carpenta ferrata. Item grana esui apta non habet caro, *Ioan.*6. g. Caro non prodest quicquam. Quarta causa quare petit velociter exaudiri, est sterilitas animæ, siue cordis. Vndè dicit:

b Et aruit cor meum.] Et causam sterilitatis assignat, dicens.

c Quia oblitus sum comedere panem meum,] i. seruare mandatum de ligno vetito, vel comedere lignum vitæ, vel panem verbi Dei, quo viuit homo in vigore fidei, & fortitudine charitatis, quem si obliuiscitur comedere, meritò arescit cor eius. Sicut dicebant filij Israel, *Numer.*11. b. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manu quasi dicat, panem comedimus: & ideò aruit cor nostrum. *Iudicum* 11. b. Fames inuasit eos ab ariditate aquæ, ideo inter mortuos computatur. Aquæ, lacrymæ cordis sunt, quibus debet conspergi & confici panis verbi Dei, sicut de Apostolis dicitur: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Sine ista aqua non benè reficitur anima. Vndè dicitur *Eccles.*6. a. Fructus tuus pereat,& relinquaris velut lignum aridum in eremo. Videtur quod loquatur Theologis, qui tota die panem verbi masticant, sed non fructificat in eis, quia nimis aridi sunt. Caueant ne strangulentur isto pane. Homo enim qui durum panem & siccum comedit, si non habeat aquam vel aliquid liquidum, citò potest strangulari. Istum panem obliuiscuntur comedere multi ex vsu alterius cibi, sicut canes ex vsu carnium cessant comedere panem. Hi sunt scholares, qui ad scientias carnales & morticinas tendunt, propter voluptatem lucri. Nam *Philippen.*3. d. Terrena sapiunt, & 1. *Corinth.*2. d. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Item quidam masticant panem istum legendo, & in ventrem memoriæ mittunt, sed deficiente calore charitatis, non digerunt, nec inde nutriuntur. Quinta causa quare petit velociter exaudiri, est dominium sensualitatis:Vndè dicit. *De Theologis.*

d A voce gemitus mei,] id est, à voce diaboli, qui est causa gemitus mei, & prima origo, quia dixit *Genes.*3.a. Quacunque hora comederitis ex eo, eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Ab illa inquam voce.

e Adhæsit os meum,] id est, ratio.

f Carni meæ,] id est, sensualitati, vt iam dominetur in nobis sensualitas. *Ierem.*11. c. Ad vocem loquelæ grandis exarsit in ea, scilicet, ignis concupiscentiæ in ratione. Et dicitur os, ratio, quia os firmum & fortè, & solidum. Sic debet esse ratio. Et sicut Dominus per firmamentum diuisit aquas ab aquis,ita ratio debet poni inter delectationes carnales, & spirituales, vt spirituales supra sint quasi dominantes, & carnales infra quasi conculcatæ & viles.Hoc tamen potest exponi in persona Ecclesiæ. *Gen.*1.b.

Aliter

d A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.] Ossa Ecclesiæ sunt Clerici: hi vt habeant emolumentum ab Ecclesia, gemitum Ecclesiæ voce tenus quandoque assumunt. Ecclesia enim gemit pro morte filiorum, & ipsi aliquando vocem gemitus sumunt, quando legunt, vel prædicant de hoc. Sed ostendunt operibus quod non verè ex corde gemebant, sed voce tenus tantum sicut vetulæ conductitiæ, quia à voce gemitus huius, id est, postquam ita prædicauerunt [adhæsit os meum] dicit Ecclesia, id est, talis Prædicator, [carni meæ,] id est, mulieribus & carnalibus illecebris. quales erant filij Eli; 1. *Regum.*2. e. qui dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Enumeratis suis miseriis, postea enumerat sua merita, vt sic pium iudicem moueat. Et ostendit suam triplicem pœnitentiam. Prima est pœnitentia eremitica; vnde dicit.

Pœnitentes assimilantur Pellicano.

g Similis factus sum Pellicano solitudinis.] Per Pellicanum qui pullos suos occidit, & postea lugens tribus diebus sanguine suo viuificat eos, intelliguntur pœnitentes, qui modò seipsos mortificant, & postea viuificabuntur in futuro.

Vel quia pœnitentes sunt qui priùs opera sua peccando mortificauerunt: Nunc autem lugentes & pœnitentiam agentes tribus diebus,scilicet,contritione, confessione, satisfactione viuificant ea.

Quia verò addit [solitudinis,] dat intelligere pœnitentiam eremiticam, quæ fit in solitudine vbi habitant eremitæ.

Iob 3. c. Quiescerem cum illis qui habitant solitudinem.*Isa.*51.a.Ponam desertum eius delicias,*Iob* 39.a.Contemnit multitudinem ciuitatis. Secunda pœnitentia est quæ fit in sæculo. Vndè subiungit.

h Factus sum sicut nycticorax in domicilio] vel, [in parietinis,] per quæ benè intelligitur Mundus, qui in ruina est, 1. *Ioan.*2. c. Transit Mundus & concupiscentia eius. [Nycticorax] autem qui ibi habitat, & est auis quæ de nocte quærit cibum, sunt pœnitentes in sæculo,qui in medio prauæ & peruersæ nationis habitantes, quæ *Phil.*2.c.

Alleg. A Reſurrectionem autem potuit dicere quod ſequitur. *a* Vigilaui,] id eſt, à ſomno mortis euigilaui, in quo in Paſſione obdormieram. Et in Aſcenſione. *b* Factus ſum, &c.] volans in cœlum, ſignificatus per paſſerem qui in agro dimittebatur libere auolare poſt immolationem alterius paſſeris,

a Vigilaui, & *b* factus ſum ſicut paſſer † *c* ſolitarius in tecto. *d* Tota die exprobrabant mihi inimici *e* mei, & *f* qui laudabant me *g* aduersùm me iurabant. *h* Quia cinerem *i* tanquam panem *k* mãducabam & † *l* poculum meum cum *m* fletu miſcebam. A *n* facie iræ & indignationis tuæ, *o* quia eleuans † *p* alliſiſti me. *q* Dies mei ſicut *r* vmbra declinauerunt, & *ſ* ego † *t* ſicut fœnum arui. *u* Tu † autem Domine in *x* æternum permanes.

al. † ſingularis.
al. † vnicus in ædificio.
al. † potum.
al. † diſiſti.
al. † velut.
al. † verò.

*Leuit.*14.g. *c* Solitarius in tecto,] id eſt, in cœlo. Vel ſingularis, vel vnicus, quod in idem redit, & ei propriè conuenit, quia ſicut ipſe dicit *Ioan.* 3 b. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo. Hanc autem gloriam reſurrectionis & aſcenſionis præceſſit humiliatio & vilificatio facta à Iudæis, ſecundùm illud *Prou.*15.d. Gloriam præcedit humilitas. Vndè adhuc de illa humiliatione dicit: *d* Tota die, &c.] videlicet Iudæi. *f* Et qui laudabant me] palàm, ſed fictè dicentes. *Matth.*22.b. Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, &c. *g* Aduerſum me iurabant,] id eſt, coniurabant & conſpirabant. Occaſionem autem exprobrandi ſumebant, præcipuè ex eo, quòd cum peccatoribus manducabat & bibebat. Vndè dicebant diſcipulis, *Matth.*9 b. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter? Hoc eſt quod hic ſequitur: *h* Quia cinerem,] id eſt, illos qui pœnitendo morbum ſuum fatebantur, & ſe cinerem & terram confitebantur, ſcil. peccatores pœnitentes. *i* Tanquam panem,] id eſt, delectabilem cibum. *k* Manducabam,] id eſt, mihi incorporabam, & in corpus Eccleſiæ traiiciebam. *l* Et poculum meum, &c.] i. cum flentibus bibebam, vt cum Magdalena quæ lacrymis rigauit pedes eius. Et hoc faciebam. *n* A facie iræ, &c.] id eſt, vt eos abſconderem, à facie iræ & indignationis tuæ, quam incurrerant per peccatum. Vel ſic: *h* Quia cinerem tanquam, &c.] i. mortificatio mea in Cruce facta mihi dulcis erat. *l* Et poculum meum] quod in Cruce bibi cum felle & aceto. *m* Cum fletu miſcebam] quia in Cruce fleuit. Vndè *Hebr* 5. b. Cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et hoc. *n* A facie iræ,] i. hoc modo infligebatur à facie iræ & indignationis tuæ, qua indignabaris contra peccata hominum, *Iſa* 53.c. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.

50. diſt. c. ſi quis diaconus.

*Luc.*7.*f.*

o Quia eleuans] in Cruce. *p* Alliſiſti me] in morte. Quia.
q Dies mei ſicut vmbra, &c.] in mortem.
ſ Et ego ſicut fœnum arui, ſcil. in caumate Paſſionis.

Moral. * ſibi cibum vitæ æternæ. Tertia pœnitentia eſt clauſtralium. Vndè dicit: *a* Vigilaui & factus ſum, &c.] Paſſer multum ſollicitus eſt in faciendo oua ſua, & in puniendo oua ſua. Sic clauſtrales laborant & ſtudioſè vigilant in operibus virtutum. Item paſſer paruus eſt; ſic ipſi per humilitatem & abiectionem, *Pſal.*10. Quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montes, ſcil. religionis, ſicut paſſer. Et reſpondet. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum ſuum, vt te in ſæculo ſagitta peccati interficiant, vnde tibi expedit tranſmigrare in montem Religionis. Idem autem ſignificatur per montem & per tectum, de quo hic. ſcil Religio. *Matt.*24.b. Qui erit in tecto, non deſcendat vt aliquid auferat de domo. Illis autem qui taliter agunt pœnitentiam, detrahunt & conuitiantur amatores ſæculi. Vndè ſubiungit. *d* Tota die, &c.] in aperto vocantes me hypocritam & papelardum. *e* Inimici mei] ſcil. amici Mundi, qui non ſolùm ſunt inimici Dei, *Iac.* 4. a. ſed & iuſtorum, vnde dicunt *Sap.*2. c. Circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius operibus noſtris. Et iuſtus dicit in *Pſal.*118. Iniquos odio habui. Nec tantùm aperti inimici exprobrant, ſed & amici falſi detrahunt bonis viris, vnde ſubdit: *f* Et qui laudabant me] fauendo mihi in aperto. *g* Aduerſum me iurabant] detrahendo in abſentia mea. Vel, iurabant aduersùm me, ſcil. ſe non intrare religionem mecum, licèt laudarent me, quia intraueram. Pauci tamen ſunt qui de hoc laudent homines. Vndè notabiliter dicit, qui laudabant, quaſi dicat, pauci erant. Item qui laudat hominem, iurat contra eum, vt dicit *Iſa.*3.c. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Quare autem detrahunt mali bonis? Quia opera eorum diſſimilia ſunt ſuis, vnde cauſam ſubdit, dicens: *h* Quia cinerem tanquam, &c. *Sap.* 2.c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius. Cinerem autem tanquam panem manducat, qui de memoria infirmitatis ſuæ reficitur. Et hoc multum roborat hominem cõtra peccata. Vndè in die Cinerum quando aſſumitur bellum contra vitia, imponitur cinis ſuper capita pœnitentium, & dicitur: Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris, q.d. per hoc te defendas à tentatione peccati, *Ieron.* Facilè contemnit omnia qui ſe ſemper cogitat moriturum. Vel, cinerem, id eſt, viles cibos. *Ieron.* Non refert ſeruo Dei de qua pretioſis cibariis conficiat ſtercora. *l* Et potum meum,] id eſt, delectationem aliquam, ſi quando habebam. *m* Cum fletu miſcebam, ſciens quoniam riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat, ſicut dicitur *Prou.*14.b. Hic autem fletus fit præcipuè timore diuini iudicij, vnde ſubiungit. *n* A facie iræ, &c.] i. à reſpectu faciei tuæ quæ in Iudicio apparebit irata, & indignationis plena. *Ier.*23.d. Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. Vel vindicta Dei iam in genere humano facta intelligitur. Vt primò flere ſe dicat propter originale peccatum, & propter vindictam ſumptam de eo, cùm dicit: A facie iræ & indignationis tuæ, i. quam propter peccatum primorum parentum incurri. Secundò, propter grauamen corporis, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. *Sap.*9.c. Vndè dicit. *o* Quia eleuans alliſiſti me.] Eleuauit Dominus hominem, faciendo ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſed eum alliſit, i. deorſum eliſit, quando corporis pondus quo anima deprimitur tribuit illi. Et hoc eſt, eleuans alliſiſti me *Iob* 30.c Eleuaſti me & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me validè. Tertiò, flet propter ignorantiam. Vndè dicit: *q* Dies mei, &c.] quia non ſunt niſi quædam obſcuritas ſine lumine ſcientiæ. *Iſa* 56.d. Neſcierunt vniuerſi. Quartò, propter ſterilitatem boni operis. Vndè dicit. *ſ* Et ego ſicut, &c.] Fœnum aridum, nec virorem habet, nec florem. Sic nec homines in peccato. *Pſal.*122. Fiant ſicut fœnum tectorum, quod prius quam euellatur exaruit. Poteſt etiam legi in perſona Dauid & talium diuitum deſſentium proſperitatem ſuam præſentem, quæ cauſa eſt aduerſitatis æternæ ab illo loco. *h* Quia cinerem tanquam, &c.] quaſi dicat, triſtis eram & mœrens. *n* A facie iræ, &c.] i. quia oſtendiſti te mihi iratum eſſe dans mihi in præſenti ſucceſſum temporalium. Quia, vt dicit *Greg.* Continuus ſucceſſus temporalium, æternæ reprobationis eſt indicium. Hoc eſt quod ſequitur. *o* Quia eleuans] in temporalibus. *p* Alliſiſti me] in ſpiritualibus & æternis, quæ propter temporalia timeo amittere *Iob* 14. d. Roboraſti eum paululum vt in perpetuum tranſiret. Hæc eſt autem mala & damnoſa commutatio, quia temporalia cuncta ſtatim tranſeunt, æterna autem in æternum habentur. Vndè addit. *q* Dies mei] in quibus habeo Mundi proſperitatem.

In Prologo Biblia c.8.

Aliter in perſona Dauid, vel diuitum.

r Sicut vmbra declinauerunt.] *Eccl.*10.b. Omnis potentatus vita breuis. *Eccl.*34. a. Quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia.

ſ Et ego] qui in hoc Mundo virere & florere videor.

t Sicut fœnum arui,] i. totum illum virorem & florem amiſi. *Iſa.*37.c. Habitatores earum facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam matureſceret. Vel, ſicut fœnum, id eſt, ſicut verè caro, quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, *Iſa.*40.b. Et *infrà*: Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbum autem Dei noſtri ſtabit in æternum, id eſt, illud quod promiſit. Vndè ſequitur.

Alleg. *u* Tu autem, &c.] Hæc eſt, Tertia pars in qua oſtenditur certitudo impetrandi veniam. Sed priùs allegoricè de Chriſto exponamus. Supra dixit Chriſtus: Ego ſicut fœnum arui, in Paſſione. Oſtendit autem hic quod hoc fuit tantùm ſecundum humanitatem, non de Deitate quam eandem habet cum Patre. Et hoc eſt quod dicit: Tu autem Domine Pater, non ſicut fœnum aruiſti, ſed.

x In æternum permanes, & per hoc ſimiliter ego permaneo inquantum Deus, quia ego in te, & tu in me. *Ioan.*14.b. Nõ credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Nec ſolùm apud te manet in æternum, ſed & in Eccleſia,

A quia & memo-

Moraliter.

Moral. *u* Tu, &c.] Poſt quam ſatis fleuit pœnitens defectus ſuos, oculos cordis habet purificatos, & Deũ vidẽs omnia trãſitoria cõtẽnit, & Dei beneficia recolit, vnde dicit: Tu autem Dñe, &c. Cætera autem omnia tranſitoria ſunt. Vndè *infrà*:

* Ipſi peribunt

Alleg.

Δ Quia *a* memoriale tuum,] i. Sacramentum Corporis mei, quo facio Eccleſiam eſſe memorem meæ Paſſionis. 1. *Cor.* 11. c. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc inquam memoriale eſt in Eccleſia. *b* In generatione & generationem,] i. ſemper, ſicut dixi eis, *Matt.* 28. d. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationē ſæculi. Nec hoc ſolum, ſed & ipſū corpus in Paſſione mortuum ſuſcitaſti Hoc eſt. *c* Tu exurgens,] i. faciēs me exurgere à mortuis. *d* Miſereberis Sion,] i. Eccleſiæ, quia ceſſit ad vtilitatem eius. *Pſal.* 11. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, &c. ſicut & Paſſio, ſicut ipſa cantat: Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. *Rom* 4. d. Traditus eſt propter delicta noſtra, ſupple delenda, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram, ſupple faciendam. Et hæc omnia feciſti Eccleſiæ vniuerſali ex pura miſericordia, hoc eſt.

& *a* memoriale tuum in *b* generatione & generationem. *c* Tu exurgens *d* miſereberis Sion, quia † *e* tempus miſerendi eius, † quia venit tempus. Quoniā *f* placuerūt *g* ſeruis tuis *h* lapides eius, & *i* terræ eius *k* miſerebuntur. Et *l* timebunt Gentes nomen tuū Domine, & *m* omnes Reges terræ *n* gloriam tuam. † *o* Quia ædificauit Dominus Sion, & *p* videbitur in † gloria ſua. *q* Reſpexit in *r* orationem † humilium,

al. † venit.
al. † vt miſerearis.
al. † non habet.
al. † beneplacitum habuerunt ſerui tui in.
al. † pulueris.
al. † Quoniam.
al. † maieſtate.
al. † pauperum.

e Quia] venit, [tempus miſerendi eius, ſc. tempus gratiæ, quod à ſæculo præuideras venturū. De quo *Gal.* 4. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Quam plenitudinē temporis hic denotat, cùm iteratò dicit: Quia venit tempus. Modum autem & ordinem executionis huius miſerationis explanat, dicens: *f* quoniam placuerunt,] q.d. dico quod miſereberis, & verè, quoniam placuerunt. *g* Seruis tuis,] i. Apoſtolis quos ad hoc miſiſti. *h* Lapides eius,] Sion, i. Prophetæ, qui fortes & firmi fuerunt etiam in fide Chriſti, & eum prædixerunt venturum in carnem. Hi placuerunt Apoſtolis. Et ipſi Apoſtoli, eorum ſumentes teſtimonia. *k* Miſerebuntur,] i. miſerti ſunt. *i* Terræ eius,] i. debilibus & terrenis hominibus quibus prædicauerunt fidem Chriſti, & per teſtimonia prophetarum Chriſtum verum Deum eſſe probauerunt. *l* Et] audita prædicatione eorum, timebunt non tantùm Iudæi, ſed & Gentes nomen tuum. *Malac.* 1. c. Magnum eſt nomen meum in Gentib. *m* Et omnes Reges terræ, &c.] quod initiatum eſt, quando tres Reges venerunt adorare Chriſtum iacentem in præſepio *Matt.* 2. b. Et conſummatum fuit, quando dilatata fuit Eccleſia per omnes gentes, quia etiam infideles timebant gloriam Dei, vnde ne illa gloria exaltaretur, Martyres occidebant. Dilatata autem fuit Eccleſia. *o* Quia ædificauit, &c.] i. Eccleſiam, 1. *Cor.* 3. b. Dei ædificatio eſtis. Eccleſia autem dicitur Sion propter ſpeculationem, quia hic ſpeculatur Deum per fidem, & in futuro ſpeculabitur per ſpeciem, ſc. facie ad faciem. Vndè & ſubditur. *p* Et videbitur] Dominus, in gloria ſua. *Iſa.* 33. c. Regem in decore ſuo videbunt, & oculi eius cernent terram de longè, quaſi dicat, tunc videbimus eum ſicut eſt. Sed interim ipſe oculis ſuæ miſericordiæ reſpicit humiles, qui ſe terram eſſe, & Deo longè diſſimiles eſſe cognoſcunt. Hoc eſt quod ſubiungit. [margin: 1. Ioan. 3. 2.]

q Reſpexit,] oculis miſericordiæ. *r* In orationem humiliū.]

Δ Et non ſpreuit

Moral.

* Ipſi peribunt] ſc. cœli, multo fortiùs omnia alia. Tu autem permanebis. Sed hoc poſſet pœnitentem terrere, ne fortè in æternum iraſceretur ei qui in æternum permanet, niſi ſperaret de ipſius miſericordia. Vndè ſubdit de ea. *a* Et memoriale tuum] quo memores noſtri miſereri. *b* In generatione & generationem,] id eſt, in æternum, *Pſal.* 96. In æternum miſericordia eius. Dicitur autem miſericordia memoriale Domini, quia nunquam obliuiſcitur miſereri, ſed ſemper memor eſt eius. Vndè in *Pſal.* 76. Nūquid in æternum proiiciet Deus, &c. Et *poſt pauca*: Aut obliuiſcetur miſereri Deus, q.d. non *Iſa.* 49. d. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Et poſſet aliquis dicere, ſi ita eſt miſecors Deus, quare permitrit hic bonos affligi? Vndè reſpondet quod citò liberabit eos Dominus. Vndè ſubdit. *c* Tu exurgens,] ad iudicium. *d* Miſereberis Sion,] qui modò quaſi dormiēs videris non miſereri dum ſinis bonos tribulari. *Ier* 31. e. quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum, *Marc.* 4. d. Exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari, tace & obmuteſce. Sic ergo exurgens miſereberis Sion, non Babylonis. Sion, i. ſpeculatio, ſignificat bonos qui cœleſtia ſpeculantur; ſed Babylon illos ſignificat, qui oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Super hos exurget etiā tunc Dominus, non ad miſerendum, ſed ad condemnandum, *Pſal.* 16. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. *Dan.* 9. c. Vigilauit Dominus ſuper malitiā & adduxit eā ſuper nos. Hāc autem miſericordiam faciet Dominus Sion. *e* quia tempus miſerendi eius,] eſt, quia venit tempus, q.d. ſatis habuit de tribulatione, nunc tempus, vt habeat conſolationem, Babylon verò è conuerſo. Vndè *Luc.* 16. f. dixit Abraham diuiti. Recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris. De hoc tempore *Zach.* 1. c. Domine exercituum vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt, q.d. tempus miſerendi venit, vt miſerearis Ieruſalem, i. eorum qui ſemper pacifici fuerunt tibi, non contrarij per peccatum mortale, & vrbium Iuda quibus iratus es, i. eorum, qui & ſi te per peccatum offenderunt: tamen confitentur peccatum & pœnitentiam agunt. Bis autem dicit tempus, quia duobus præcipuè temporibus experiuntur Dei miſericordiam, ſcil. quando anima exuta à corpore recipit primam ſtolam; & quando in Iudicio corpus coniunctum animæ, recipiet ſecundam ſtolā. Licèt autem hoc faciat eis diuina miſericordia: non tamen ſine iuſtitia erit, quia non habebunt hoc ſine meritis præcedētibus. Vndè benè ſubiungit. *f* quoniam placuerunt, &c.] Per lapides qui duri ſunt intelligi poſſunt tribulationes, quæ licèt duræ & aſperæ ſint: tamen placent ſeruis Domini. Vndè cantat Eccleſia de B. Stephano: Lapides torrentis illi dulces fuerunt. Ipſum ſequuntur omnes animæ iuſtæ. Sunt autem ſerui Pharaonis, i. diaboli, quibus non placent lapides, ſed magis lutum, lateres & palea, i. luxuria, auaritia, & ſuperbia. Hi non ædificant ciuitatem Deo, ſed Pharaoni, ſicut dicitur *Exod.* 1. b. Non autem ſola duritia & auſteritas vitæ ſufficit ad merēdum vitam æternam ſine pietate. *Nam.* 1. *Tim.* 4. c. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt; pietas autem ad omnia vtilis eſt. Vndè & ſubditur. *i* Et terræ eius miſerebuntur,] i. ſi quid terrenum, ſi quid reprehenſibile in aliquo viderint, compatientur. Sicut *Ier.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei. De his autem cùm ſunt in homine, ſcil. de auſtera vita, & de pietatis operibus, citò poteſt reſurgere elatio, niſi cor per timorem reprimatur. Vndè benè ſubditur. *l* Et timebunt gentes, &c. quaſi dicat, licèt ſerui tui ſint, & placeat eis vitæ auſteritas, & opera miſericordiæ habeant: tamen ſcientes ſe ex ſe gentilitatis vitia habere, vel habuiſſe, timebunt nomen tuum, quod eſt Dominus. *Exod.* 15. a. ſecundùm aliam literam: Dominus nomen illi. Nec tantùm in malis operibus; ſed & in bonis timendum eſt. Vndè benè ſubiungit. *m* Et omnes Reges terræ,] i. etiam illi qui benè regunt terram ſuam, timebūt. *n* Gloriam tuam,] quæ apparebit in Iudicio. Quam timens Iob qui benè regebat terram ſuam, dicebat *Iob* 9. b. Etiamſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Et poſt, d. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceret delinquenti. *Gregorius*: Sancti omne quod agunt metuunt, dum conſiderant ante quem iudicem ſtabunt. Conſiderant enim mala quam diſtrictè iudicet, & bona quàm ſubtiliter penſet. Vndè & hic duas cauſas ſubiungit, quare de bonis noſtris non debemus efferri. Prima eſt, quia à nobis non ſunt, ſed à Deo. Vndè dicit.

Quia non debeamus efferri ſiue gloriari de bonis noſtris.

o Quia ædificauit Dominus Sion,] id eſt, animam ſpecularium, & altitudinem bonorum operum. Dominus enim ſic ædificat animam ſicut domum vel ciuitatem, ponens fundamentum, Fidem, parietem, Spem, tectum, Charitatem. De primo 1. *Cor.* 3. c. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus, i. fides eius. De ſecundo, *Exod.* 26. d. Facies & tabulas ſtantes. Ecce ſpes. De Charitate, *Prou.* 10. b. Vniuerſa delicta operit charitas. Ecce tectum. Secunda cauſa quare non debemus efferri de bonis noſtris, eſt: quia à diſtricto iudice Ponderabuntur. Vndè ſequitur:

p Et videbitur] Dominus [in gloria ſua] in qua iudicabit. *Marci* 13. c. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. Hæc autem Domini gloria poſſet nos terrere, niſi præcedentem eius benignitatem recoleremus. Vndè ſequitur de ea.

q Reſpexit in orationem humilium,] quaſi dicat, ſicut dicitur *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus. Sed antequam veniat: dies illa, [reſpexit in orationem,] non omnium, ſed [humilium.] *Eccleſ.* 35. d. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.

Alleg.

Δ *a* Et non ſpreuit precem eorum] quod ſecundum allegoriam intelligitur de SS. patribus, qui deſiderabát & humiliter petebant aduentum Chriſti. Vndè dicit *ſuprà*. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dñs, ponam in ſalutari, ſc. in Chriſto, fiducialiter agam in eo.

& non *a* ſpreuit † precem eorũ. *b* Scribantur hæc in † *c* generatione altera, & *d* populus qui creabitur laudabit Dñm, † *e* Quia proſpexit † de *f* excelſo ſancto ſuo, Dñs *g* de cœlo in terram † aſpexit. Vt *h* audiret gemitus † compeditorũ, & *i* ſolueret *k* filios † interemptorum. Vt † *l* annuncient in Sion *m* Nomen Dñi & † *n* laudem eius in Ieruſalem. In *o* conueniẽdo populos in vnum, & † *p* Reges vt *q* ſeruiant Domino.

al. † preces. *al.* † generationem alteram. *al.* † Quoniam. *al.* † ex alto. *al.* † proſpexit. *al.* † vinculatorum. *al.* † vt ſoluat. *al.* † mortificatorum. *al.* † annuncietur. *al.* † laus. *al.* † regna.

Quid? Salutẽ humani generis. De quo etiam *ſuprà*. Deus autem rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ. Et quia hæc magna ſunt & nobis neceſſaria, ne obliuioni tradantur, addit. *b* Scribãtur hæc] ſcil. quòd Dominus reſpexit per incarnationem, quod ædificauit Sion per prædicationem & Paſſionem, quod videbitur in gloria ſua. Scribantur dico, *c* In generatione altera] ſc. ſucceſſura poſt iſtam. Hoc ſcripſerunt Euãgeliſtæ. Et ad quid petit ea ſcribi, ſubiungit, vt ſc. fideles filij qui naſcentur & exurgent in Eccleſia, poſſint in ea ſcire & inde Deum laudare, ſicut & nos adhuc facimus. Vndè dicit: Et populus qui creabitur laudabit Dominũ. Vel ſic, *b* Scribantur hæc] antequam eueniant, ſc. à prophetis. Et hoc. *c* In generatione altera,] id eſt, ad vtilitatem nouæ generationis, quia illa ſcriptura non profuit antiquæ generationi Iudæorum, ſed magis fuit ad condemnationem eorum. Vndè dicebat eis Dominus *Ioan*. 5. f. Scrutam ini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me. Et *poſt pauca*: Nolite putare quia ego accuſaturus ſim vos, eſt qui accuſat vos Moyſes, in quem vos ſperatis. Sed nouæ generationi fidelium profuit, quia crediderunt Scripturæ & Deum laudauerunt. Vndè dicit: *d* Et populus qui creabitur] per fidẽ, laudabit Dominum, de hoc populo creato. *Gal*. 6. d. Neque Circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura, *Gloſ. Ambroſij*, i. generatio, & noua vita. Quare laudabit? Propter prædicta beneficia quæ adhuc exequitur, dicens, *e* Quia] Dñs Chriſtus [proſpexit,] i. procul aſpexit. *f* De excelſo Sancto ſuo,] i. de cœlo, vel de ſinu Patris. *Gloſſ*. vt inde ad humiles veniret humilis: quod autem dixerat euidentius explanat, ſubdens. *g* Et Dominus de cœlo, &c.] Et quare? *h* Vt audiret gemitus compeditorum,] i. SS. patrum, qui licet mortui non eſſent per peccatum: tamen compediti erant per pœnam peccati Adæ. Illi etiam qui in limbo detinebantur, benè compediti erant, quia non poterant pedes mouere ad redeundum in propria. Et hos compeditos audiuit & ſoluit Dominus in iſta reſpectione miſericordiæ ſuæ. Vndè dicit *Zach*. 9. c. Tu autem in ſanguine Teſtamenti emiſiſti vinctos de lacu. Nec hoc ſolùm fecit, ſed iam mortuos reſuſcitauit ad vitam, vnde & addit *i* Et ſolueret] ſc. à vinculis mortis. *k* Filios interemptorum] ſc. mortuos in peccato. Sicut alia *litera* apertius dicit, filios mortis, 1. *Pet*. 2. d. Peccata noſtra ipſe pertulit ſuper lignũ, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus. Suſcitauit autem eos, ita vt non tantùm vitam haberent, ſed vt etiam vitam aliis annunciarent, vnde ſubdit. *l* Vt annuncient in Sion,] i. in Eccleſia. *m* Nomen Domini,] Chriſti, quod nomen Petrus ſolutus & ſuſcitatus annunciabat *Act*. 4. c. dicens: Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluari. *n* Et laudem eius, &c.] i. in Eccleſia, Annuncient dico. *o* In conueniendo populos in vnum,] id eſt, in vnitatem fidei operantis per dilectionem, quæ operatio notatur, cùm ſubiungit: vt ſeruiant Domino.

Moral.

* *a* Et non ſpreuit, &c.] *Eccl*. 35. c. Non deſpiciet preces pupilli. Ideo dicitur *Ioël*. 2. d. Congregate paruulos & ſugentes vbera Et quia hæc bona ſunt & vtilia. *b* Scribantur hæc,] non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis. Et nota quod non dicit à quo ſcribãtur, quia Spiritus Sanctus ſcribit in corde. *Iob* 31. d. Librum ſcribat ipſe qui iudicat. Prædicator etiam ſcribit. *Pſal*. 44. Lingua mea calamus ſcribæ, 2. *Cor*. 3. a. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris. Non autem ſcribuntur in cordibus omnium, ſed ſolùm *c* In generatione altera] in qua facta eſt mutatio dexteræ Excelſi, ſcil. in generatione iuſtorum, de qua in *Pſ*. 76. Generatio rectorum benedicetur. Et alibi *Pſ*. 111. Hæc eſt generatio quærentium Dominum. *Pſ*. 23. Eſt autem generatio quæ non eſt altera, nec à malo ſuo mutata, de qua *Prou*. 30. b. Generatio quæ pro dentibus gladios habet. Hæc autem Scriptura excitat memoriam ad laudandum Deum. Vndè ſequitur. *d* Et populus qui creabitur, &c.] Creatur autem populus per pœnitentiam, i. de nihilo aliquid efficitur, quia peccatum & peccator nihil ſunt. *Ezech*. 28. f. Nihil factus es, & non eris in perpetuum. Ideo autem laudabit Dominum. *e* Quia proſpexit,] id eſt, procul aſpexit longè poſitos peccatores. *Pſ*. 118. Longè à peccatoribus ſalus. *Prouerb*. 15. d. Longè eſt Dominus ab impiis.

f De excelſo ſancto ſuo,] id eſt, de cœlo, vt ſuprà. Vel excelſum ſanctum ſuum, vocat bonum Prælatum, de quo reſpicit Dominus populum ſuum, quando per eum docet eos, & exemplo informat. Sancto, dicit, ad differentiam non ſancti. Suo, ad differentiam non ſui, quia multa ſunt excelſa quæ nec ſancta, nec Domini ſunt, ſc. faſtus & ſuperbia Prælatorum, de quibus 3. *Reg*. 3. a. Dilexit Salomon Dominum ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quod in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. *Ezech*. 20. e. Dixi ad eos, quid eſt excelſum ad quod vos ingredimini? *Ezech*. 18. a. In montibus non comederit. Hoc prohibuit Dominus, quia ibi ſunt paſcua diaboli, ſecundùm illud *Iob* 40. c. Huic montes herbas ferunt. *g* Dominus de cœlo, &c.] Expoſitio eſt præcedentis, ſiue ad literam, ſiue moraliter exponatur. Et hoc *h* Vt audiret gemitus, &c.] compedibus peccatorum, vt ſuprà dictum eſt.

i Et ſolueret] à peccatis. *k* Filios interemptorum,] id eſt, imitatores peccatorum, qui in peccatis interempti ſunt gladio peccati. *Eccl*. 21. a. Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas. Vel compedes poſſumus dicere difficultates benè operandi, vel reſiſtendi malo. Et poſſunt aſſignari decem, ſcilicet, Ignominia, impotentia, corruptio, negligentia, laſſitudo, hoſtium impugnatio, praua conſuetudo, coactio, timor, mala ſocietas, quæ notantur his verſibus:

Compedes decem ſiue difficultates benè operandi.

Verſus.

Ignoro, nequeo, corrumpor, negligo, laſſor.
Hoſte premor, conſuetus, agor, timeo, ſocius ſum.

Ignoro, *Iob* 8. b. Heſterni quippe ſumus & ignoramus. *Rom*. 8. e. Quid oremus ſicut oportet neſcimus. Nequeo, 2. *Cor*. 3. b. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis. *Ioan*. 15 a. Sine me nihil poteſtis facere. Corrumpor, *Eccl*. 8. b. Memento quia omnes in corruptione ſumus, *Sap*. 9. c. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Negligo, *Eccl*. 7. d. De neglĩgẽtia purga te cum paucis. Laſſor, 2. *Cor*. 1. b. Supra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos viuere. Hoſte premor, 2. *Par*. 20. c. In nobis non eſt tanta fortitudo vt poſſimus huic multitudini reſiſtere. Conſuetus, *Iud*. 2. d. Nec dimiſerunt viam duriſſimam per quam ambulare conſueuerãt. Ago, id eſt, ducor, *Rom*. 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem, legi mentis meæ. Et *ſup*. Quod odi, illud facio. Timeo, *Pſal*. 79. Incenſa igni, & ſuffoſſa. Ibi dicit *Gloſ* quòd omne peccatum prouenit, aut ex amore malè incendente, aut ex timore malè humiliante. *Matt*. 10. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Socius ſum, ſcil. malorum. *Pſ*. 17. Cum peruerſo peruerteris. *Pſ*. 105. Commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. *i* Et ſolueret filios, &c.] Ad quid? Vt annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ieruſalem.] Ex hoc ſequitur, quòd antequam homo prædicet, & annunciet, debet ſolui a peccatis, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, *Eccl*. 15. c *Pſal*. 49. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, &c. Per Sion & Ieruſalem intelligitur Eccleſia, vt ſupra dictum eſt. Vel per Sion intelligitur anima quoad partem eius cognitiuam. Per Ieruſalem, ipſa anima quoad affectum. Sion enim ſpecula interpretatur, Ieruſalem pacis viſio. Sed vbi eſt hodie anima pacifica, cui annunciari poſſit nomen Domini? *Iacob*. 4. a. Vndè bella & lites in vobis, nonne ex concupiſcentiis veſtris quæ militant in membris veſtris?

o In conueniendo populos in vnum, &c.] quaſi dicat, tunc eſt prædicandum, cùm pacifici ſunt homines & in vnum congregati. *Ioël*. 2. d. Vocate cœtum, congregate populum. *p* Et Reges.] Ecce Reges inuitantur ad ſermones. Sed quia non veniunt, ideo contigit illud *Iſa*. 5. d. Captiuus ductus eſt populus meus quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius interierunt fame, &c. Vel ſic. *o* In conueniendo, &c.] q. d. tunc poſſunt prædicare efficacius, cùm Religionem intrauerint, vt ſunt conuentus Prædicatorum, ſicut Apoſtoli antequam prædicarent congregati ſunt in vnum conuentum ſub Chriſto priore, quem cum ſuo conuentu, quia contra Mundum prædicabat, Mundus odio habebat. Vndè in capitulo ſuo prædicans conuentui ſuo, dicebat eis, *Io*. 15. c. Si Mũdus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Et benè dicit: In conueniendo populos in vnum, & Reges,] quia in talibus conuenientibus conueniunt tam de populari, quàm de regali genere.

q Vt ſeruiant Domino,] cui ſeruire regnare eſt. Multi

* enim

* enim ſunt qui nolunt ſic conuenire, vt ſeruiant Dño, ſed per Mundum ſparſi ad colligendas paleas ſeruiunt Pharaoni. Quidam verò ſuo ventri, ſicut dicit *Apoſt.Rom.* 16.c. Huiuſcemodi Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri. Quidam autem mammonæ. *Matth.*6.d. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonę.

*Exod.*5.*b.*

a Reſpondit ei in *b* via † virtutis ſuæ, † *c* paucitatem dierum meorum † nuncia mihi. *d* Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione † & generationem *e* anni tui: † *f* Initio tu *g* Domine terram fundaſti, & *h* opera manuum tuarum ſunt cœli. *i* Ipſi *k* peribunt, *l* tu autem permanes, & † *m* omnes ſicut *n* veſtimentum veteraſcent.

al. † fortitudinis.
al. † exiguitatem.
al. † annunciа.
Pſalm. 13.
al. † generationum.
al. † in principio.
al. † omnia.
Allegor.
De Chriſto.

Et *Eccl.*10.d. Dicitur: Pecuniæ obediunt omnia. Ex his duabus propoſitionibus videtur ſequi quòd non eſt qui ſeruiat Deo. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. *a* Reſpondit ei.] Quarta pars, vbi breuitatem ſuam diuinæ conferens æternitati, illam tranſituram, & iſtam manſuram aſſerit. Sed primò de Chriſto allegoricè exponamus, vt de Chriſto dicatur: Reſpondit ei, ſcilicet, Domino Patri mittenti eum ad Paſſionem.

b In via virtutis ſuæ,] ſcilicet, in via humilitatis, quæ fuit propria virtus ſua. *c* Paucitatem dierum meorum nuncia mihi, quaſi dicat, dona mihi vt adhuc paucis diebus viuam. Hoc fuit quando dixit *Matth* 26.d. Si poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Sed quia ibi addidit: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Benè hic additur quod dicit. *d* Ne reuoces me in dimidio dierum meorum,] quaſi dicat, ſi tu vis ego bibam calicem mortis, ne reuoces me à morte vt viuam vlteriùs in hac vita in qua ſunt dies ſemipleni & dimidij, ſed per hanc temporalem mortem ad vitam æternam me perducas. De qua ſequitur. *e* In generatione, i. in æternum. Poſtquã verò de ſe fecit mentionem, competenter de Matre ſua ſubiungit, dicens: *f* Initio,] i. antequam ego carnem aſſumerem. *g* Tu Domine,] Pater, terram fundaſti,] i. B. Virginem, de qua dicitur in *Pſalm.* 66. Terra dedit fructum ſuum. Quam fundauit Deus in fide & morum conſtantia. Vndè de ipſa ſic fundata benè exponitur quod dicit *Eccleſ.* 1. a. Terra in æternum ſtat. Et *Cant.*7. c. Statura tua aſſimilata eſt palmæ. Palma in æſtate & in hyeme aſſiduè ſeruat virorem foliorum. Sic beata Virgo in aduerſitate & proſperitate virorem fidei & aliarum virtutum ſeruauit.

h Et opera manuum tuarum ſunt cœli,] i. Apoſtoli, de quibus *Pſalm.*18. Cœli enarrant gloriam Dei.

i Ipſi peribunt,] i. occidentur, ſecundùm quod de Chriſto dicitur. *Iſ.*57.a. Iuſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo. *l* Tu autem permanes,] immortalis. *m* Et omnes] illi cœli, ſc. Apoſtoli, & alij ſancti. *n* Sicut veſtimentum veteraſcent,] quantũ ad corpora quæ ſicut veſtis * A conſumuntur

Myſticè.
De Eccleſia.

a Reſpondit ei, &c.] Poteſt exponi ſecundum Gloſſ. de Eccleſia, ſuprà dictum eſt quod Dominus ædificauit Sion, vt populi & Reges annuncient laudem ei in Ieruſalem, i. in Eccleſia. Et ipſa Ieruſalem, vel laus eius, ſcilicet, Dei, i. multitudo laudantium eum in Ieruſalem, Eccleſia, ſcilicet, generalis, reſpondit ei, pro omnibus quæ ei attribuit, agendo gratias, benè operando, benè credendo. Ecce quis, & cui reſpondit. Et vbi.

b In via,] i. in fide Chriſti, qui eſt via, veritas & vita. *Ioan.* 14.a. Via virtutis noſtræ in exemplo in præſenti, in futuro erit vita in præmio, & veritas in promiſſo. Via virtutis noſtræ fuit Chriſtus poſt reſurrectionem. Cùm enim prius infirmi eſſemus, virtute ſua & Paſſionis eius fide fortes effecti ſumus, non ex meritis noſtris. Et quia quidam hæretici, ſcilicet, Donatiſtæ dicebant Eccleſiam eſſe defituram, orat ad Deum vt eam ſuper hoc certificet, dicens: *c* Paucitatem dierum,] quia pauci ſunt ſecundùm quorundam opinionem. Super hoc certificauit eam Dominus, cùm ait *Matth.*28.d. Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Eccleſia ergo certa quòd durabit vſque ad finem ſæculi, orat etiam vt æternitati adiungatur poſt iſtos dies, qui omnes pauci ſunt & dimidij & imperfecti reſpectu æternitatis. Vndè dicit.

d Ne reuoces me in dimidio,] i. ad iſtos dies meos imperfectos reſpectu æternitatis, quin. ſc. reducar & adiungar æternitati tuæ, non dimidier, non finiar in eis, ſed conſummer & perficiar in æternitate, quæ complectitur præſentia, præterita & futura. Et hoc eſt, ne reuoces me, ſc. vt in iſtis diebus dimidiis deſinam eſſe, ſed adiſigat annis tuis. Quis. *e* Anni tui,] i. æternitas tua erit. *e* In generatione, i.] in æternum. Fuit etiam ab æterno. Vndè & ſequitur. *f* Initio tu Dñe,] i. initio ſæculi creaſti terram, quatuor ſc. elementa. Et ita fuiſti ante hoc initium, & ita ab æterno. *h* Et opera manuum] ſidereum & aëreum. Vndè alibi: Verbo Dñi cœli firmati ſunt. Sed quare non dixit. Opus manuum tuarum eſt terra, ſicut de cœlis dixit? Ideo, ſ. quia ſpecialius & pulchrius elucelcit opus Dñi in cœlo per ſtellas & alia, quàm in terra. *i* Ipſi,] ſcil. cœli aërei. *k* Peribunt] de hac forma quam modò habent, quia aër iſte nubiloſus tantùm cremabitur, quantum peccata hominum aſcenderunt. Similiter & terra. *m* Et omnes,] ſ. cœli aërei & etiam homines. *n* Sicut veſtimentum veteraſcent.] Corpus hominis veſtimentum eſt animæ, quod veteraſcit & putreſcit, ſed nouum fiet, quando hoc mortale induet immortalitatem.

Pſalm. 32.
*1.Cor.*15.*g.*
Moral.
De pœnitente.

Moraliter. *a* Reſpondit ei.] Hic loquitur de pœnitente agens de æternitate, pro cuius deſiderio pœnitentia agitur. Et de eo dicit: Reſpondit ei, i. Dño. *b* In via virtutis ſuæ,] i. in via pœnitentiæ, quæ eſt via trium dierum in deſerto. *Exod.*5.a. Vbi dicitur: Deus Hebræorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Dño Deo noſtro. Et dicitur pœnitentia via virtutis, quia ſine virtute magna non poteſt quis eam aggredi aut perambulare, vnde *Exod.*3.f. Scio quod non dimittet vos Rex Ægypti, i. diabolus, vt eatis niſi per manum validam. Reſpondere tandem oportebit Dño in iudicio, Et qui hic benè reſpondet in via virtutis, ſecurè reſpondere poterit in iudicio. Vndè dicit *Abac.*2.a. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Ideo dicitur *in Pſalm.*111. Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio. Et quia non ſufficit pœnitentiam agere de commiſſis, niſi etiam committere deſiſtat quis peccata. Et ad hoc præcipuè valet memoria mortis, ſecundum illud. *Eccl* 7.d. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vndè ſubiungit.

c Paucitatem dierum,] i. quod citò moriturus ſum, nuncia mihi. *Pſalm.* 38. Notum fac mihi Domine finem meum. *Plato*: Summa Philoſophia eſt aſſidua mortis cogitatio. Cùm autem cogitat pœnitens quod citò moriturus ſit, timet ne ei non ſufficiat tempus ſuum ad peragendam pœnitentiam, vnde ſpatium pœnitentię petit, dicens, *d* Ne reuoces me] ab hac vita, in dimidio dierum meorum, quaſi dicat, ſuſtine quod impleam dies pœnitentiæ, quia valde viles ſunt mihi. *Zach.* 4. c. Quis contempſit dies paruos? Non fuit Paulus reuocatus in dimidio dierum ſuorum, qui dixit 1. *Tim* 4 b. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui? Contrarium dicitur in *Pſalm.* 54. De impiis. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Et meritò petit ſpatium pœnitentiæ, quia quantumcunq; temporis habeat ad agendum pœnitentiam, nihil eſt in reſpectu æternitatis præmij, iuxta illud *Rom.*8.d. Non ſunt condignæ, &c. Vndè addit. *e* In generatione & generationem anni tui,] ſ. anni gloriæ de quibus in *Pſ.*76. Cogitaui dies antiquos, & annos ęternitatis in mẽte habui

Dies ſuos:
- Quidam implent in bono vt ſancti. *Iob vlt.*d. Mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.
- Quidam dimidiant in bono. *Rom.*6.d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, &c.
- Quidam implent in malo. *Iob* 15. d. Antequam dies eius impleantur, peribit.
- Quidam nec incipiunt, quorum tota vita mala. *Baruc.*3.b. Inueteraſti in terra, coinquinatus es cum mortuis.

Et ne fortè de ſe quis confidat quòd propria virtute poſſit peruenire ad hanc æternitatem. Benè ſubiungit. *f* Initio tu.] Per terram intelligitur natura hominis qui in terra factus eſt ſecundùm corpus, & ſecundùm animam vanus eſt, & inſtabilis, ſicut dicitur *Geneſ.* 1. a. Quòd terra erat inanis & vacua. Hanc autem Dominus fundauit & confortauit, initio vitæ hominis, quando per Baptiſmum regeneratus eſt, & in fide fundatus. Vel initio fundat terram, cùm peccatorem inſtabilem primam gratiam infundendo ſtabilire dignatur. *Hebr.* 13. b. Bonum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus. *h* Et opera manuum tuarum ſunt cœli,] i. cœleſtes viri. *Phil.* 2.b. Deus enim eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. Non ergo de hoc debent gloriari, vel præſumere, quia ſi ſibi relinquantur, nihil erunt. Vndè ſequitur. *i* Ipſi,] ſcilicet. ſibi purè relicti. Ipſe enim pronomen eſt, & ſignificat merè ſubſtantiam. Vndè benè poteſt notare naturam hominis puram ſine gratia. Ideo benè dixit, ipſi, ita puri ſine gratia & Dei adiutorio, peribunt. *l* Tu autem,] in teipſo, [permanes.] *Boët.* Stabiliſque manens dat cuncta moueri. Et quod dixit: [Ipſi peribunt,] non ita quibuſdam conuenit, quod aliis non conueniat. Vndè generaliter ſubdit. *m* Et omnes]

Boët. l. 5. *de conſol. met.* 9.

Allegor. A consumentur & in cinerem redigentur, sed tamen in resurrectione gloriosiores resurgent. Vndè s[equi]tur. *a* Et sicut opertorium mutabis eos.] Vel, sicut pallium, secundùm aliam litteram: Pallium, vel opertorium mutatur in solẽnitatibus magnis, & gloriosius & splendidius sumitur. Ita in die illa solemni in resurrectione, scilicet, corruptibile hoc corpus & corruptum, induet incorruptionem, & mortale & mortuum corpus, induet immortalitatem, & quod seminatum est & putrefactum in ignobilitate, surget in gloria. Et quia quidam resurgent qui non habebunt hanc gloriam, vt melius exprimat, addit. *c* Et mutabuntur,] in melius. 1. *Cor.* 15. g. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. *d* Tu autem idem ipse es,] i. tu ipse es, idem, i. inuariabilis, quia in te nec modò minus habes gloriæ, nec tunc magis habebis, & quod habes & habebis, sine fine habebis. Quia. *e* Et anni tui non deficient.] Nec soli Apostoli hoc habebunt, sed & omnes fideles, qui per eos ad fidem conuersi, in fide & charitate perseuerabunt. Vndè subiungit conclusionem: *f* Filij seruorum tuorum,] i. Apostolorum, qui per Euangelium genuerunt filios Christo. *g* Habitabunt] in patria, vbi est vera habitatio. Hic enim sumus hospites & aduenæ.

al. † ea.

al. † inhabitabunt.

al. † sæculi.

Et *a* sicut opertorium *b* mutabis † eos *c* mutabuntur, *d* tu autem idem ipse es, & *e* anni tui non deficient. Filij *f* seruorum tuorum † *g* habitabunt, & *h* semen eorum in *i* sæculum † *k* dirigetur.

Psalmus ipsi Dauid. C II.

Mysticè.

al. † Dominum.

al. † interiora mea sanctum nomẽ eius.

al. † Dominum,

BEnedic *l* anima mea † Dño & *m* omnia † quæ intra me sunt *n* Nomini sancto eius. Benedic *o* anima mea † Domino.

h Et semen eorum,] seruorum. *i* In sæculum,] i. in æternum dirigetur. ⊙ ralitatem, vt supra dictum est. *a* Et sicut opertorium mutabis eos.] Ad litteram cœlos vocat opertorium, quia omnia operiunt. Vndè *Poëta*:

Et quod tegit omnia cœlum.

Vel, opertorium, i. corpus quod tegit animam. Et hæc omnia mutabuntur. Sicut autem Dei æternitatem ex eo quòd à se creata præcessit, ostendit, ita eandem monstrat ex eo quòd post illa mutata, manebit, vnde dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et qui erunt in illa æternitate, filij seruorum tuorum habitabunt, &c.

Moral. * Vetustate peccati. De qua 1. *Cor.* 5. b. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. Exemplum de his possumus habere in Petro, qui de se præsumpsit, dicens:
Matth. 26. d. Et si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Sed postea
Luc. 22. f. ipse sibi relictus periit: quando ad vocem ancillæ Chri-
Luc. 15. g. stum negauit. Postmodum autem respexit eum Dominus, & pœnitens fleuit amarè, sicut dicitur *Luc.* 22. g. Et qui perierat reuixit. Sic multi per pœnitentiam. Vndè post hæc omnia, adiungit.

a Et sicut opertorium mutabis eos,] opertorium est confessio, vel pœnitentia, quâ operiuntur peccata. *Psalm.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, scilicet, per pœnitentiam: quæ dicitur domus protegens turpitudidinem. *Eccl.* 29. d. *Deut.* 23. c. Egesta humo operies quo reuelatus es.

Psalm. 76. *b* Mutabis eos,] de malo in bonum: vel à non esse in esse. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi.

c Et mutabuntur:] i. manebunt in mutatione, quia quosdam mutat Dominus, nec tamen ipsi mutantur, sicut ramus rigidus & inflexibilis quandoque per violentiam flectitur, sed cùm sibi relinquitur, redit ad pristinum statum. Non sic de Iacob, de quo dicit Dominus *Gen.* 27. e. Benedixi ei, & erit benedictus. *d* Tu autem idem ipse es.] *Malach.* 3. b. Ego Dominus & non mutor. *Num.* 23. c. Non est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. *e* Et anni tui non deficient,] scilicet, anni misericordiæ & iustitiæ. Primi quoad bonos & iustos. Alij quoad impios. *Isa.* 51. c. Salus mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum.

f Filij seruorum tuorum habitabunt.] Ecce hilaris conclusio, sicut in omni Psalmo Pœnitentiali. Filij, i. imitatores: seruorum tuorum, i. Sanctorum: habitabunt, in
Psalm. 30. ipso Domino: *sup.* Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij. Vel, habitabunt, in cœlo Empyreo, vel cum Christo homine. *Ioan.* 12. d Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Et hoc erit merito operum suorum: vnde sequitur.

h Et semen eorum,] i. operatio eorum. *i* In sæculum,] s. in æternum. *k* Dirigetur,] ad accipiendum præmium. *Apoc.* 14. c. Opera eorum sequuntur illos. *Gal.* 6. b. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. *Eccl.* 44. b. Cùm semine ipsorum, scilicet, iustorum, perseuerabit bona hæreditas, scilicet, hæreditas cœlestis patriæ: ad quam nos perducat misericordia Christi, Amen. Notandum autem quòd est opertorium bonum, & opertorium malum.

Est opertorium
- Bonum
  - Charitas *Prouerb.* 10. b. Vniuersa delicta operit charitas.
  - Pœnitentia. *Ios.* 2. b. Operuitque eos stipula lini.
  - Cultus Dei. *Is.* 28. b. Pallium breue vtrunque operire non potest.
  - Verecundia. *Genes.* 24. g. At illa tollens citò pallium, operuit se.
  - Figura legis. 1. *Reg.* 28. c. Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio.
  - Consolatio. *Ioan.* 4. b. Sibimet fecit vmbraculum.
  - Silentium. *Num.* 19. c. Vas quod non habuerit operculum, &c.
  - Tribulatio *Gen.* 7. d. Operti sunt omnes montes sub vniuerso cœlo.
  - Gloria Domini. *Num.* 9. c. Operuit illud nubes. Et 14. b. Apparuit gloria Domini super tectum fœderis.
- Malum
  - Culpæ, s. hypocrisis *Zach.* 13. b. Non operientur pallio sacco vt mentiantur.
  - Ignorantiæ. *Exod.* 19. c. Nubes densissima operuit montem.
  - Pœnæ. *Is.* 14. c. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

EXPOSITIO PSALM. CII.

BEnedic anima, &c.] Titulus. [*Psalmus ipsi Dauid.*] In præcedenti Psalmo egit Propheta de remissione peccatorum. Et sicut post submersionem Ægyptiorum, cantauit Moyses, & omnis populus canticum Dño. *Exod.* 15. Sic post euasionem maris, i. peccati, & spiritualem submersionem diaboli hortatur in hoc Psalmo Propheta ad gratiarum actionem, & monet omnes creaturas ad laudem Dei Et est sensus tituli talis: Psalmus iste, i. laudes quæ in hoc Psalmo continentur, attribuuntur, ipsi Dauid, i. Christo, cui nostras bonas operationes omnes debemus attribuere. Intentio est monere ad laudandum Deum. Modus. Tripartitus est Psalmus: Primò hortatur benedicere Deũ per beneficia sibi à Deo collata. Secũdò per ea quę antiquis contulit, & posteris est collaturus, *ibi*: Faciens misericordias. Tertiò per cœlestes & omnes alias creaturas, *ibi*: Benedicite Dño Et est Psalmus iste tot⁹ moralis. Totus ergo homo animam suam hortans ad benedicendum Deum, vel superior pars animæ, i. ratio, inferiorem, dicit: *l* Benedic anima mea Dño.] *Tob.* 13. d. Anima mea benedic Dñm, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius. Idem expressius repetit, dicens: *m* Et omnia quæ intra me sunt] supple, benedicite: *n* Nomini sancto eius.] Omnia dicit, vt omnis cogitatio, omnes vires consonent laudem. Quæ intra me sunt, non dicit quæ extra, sed quæ intra, quia cor euagans ad exteriora, non potest laudare Dominum. *Alia littera*: Omnia viscera mea. *Is.* 26. b. Anima mea desiderabit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te Nomini sancto, ab effectu, quia sanctificat. Nomen sanctum, est Iesus, i. Saluator. Sed cùm Dñs ita damnet impios sicut saluat iustos, cur non nominatur damnator sicut & saluator? Sol. Intentio nomen imponit operi: Dñs autem non intendit damnare, sed inuitus cogitur à peccatis impiorũ. Vndè dicit *Is.* 1. f. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Vel sic potest legi: *m* Et omnia quæ intra me sunt,] i. omnes dotes naturæ & gratiæ, quæ præstant materiam laudis diuinæ. Sed quare non similiter exteriora, sc. temporalia? Sol. Quia licet illa signa sint misericordiæ Dei, interiora tamen potiora bona sunt hominis & sola. Vndè in *Psalm.* 44. Omnis gloria filiæ Regis ab intus.

De consecr. dist. 2. *c. iteratur.*

Partitio Psalmi.

Benedicitur Deo
- Materiam benedictionis præstando. *Dan.* 3. e. Benedicite omnia opera Domini Dño, &c.
- Peccata confitendo. *Iosue* 7. c. Da gloriam Domino Deo, &c.
- Operando vnde Deus glorificetur. *Matth.* 5. b. Luceat lux vestra coram hominibus, &c.
- Gratias de omnibus agendo. *Iob* 1. d. Sicut Domino placuit ita factum est, &c.
- Omnia bona ei attribuendo. *Isaia* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis.
- De bonis collatis Deum glorificando. *Eccl. vlt.* c. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.

o Benedic anima mea Dño.] Istud repetit, quia non sufficit tantũ semel laudare. Vel ideo dicitur bis, quia propter duas virtu

virtutes animæ, sc. cognitiuam & operatiuam. 1. *Cor.*14. c. Psallam spiritu, psallam & mente. Vel quia in Domino duo sunt laudanda, s. eius esse, & eius agere. Et in essentia duo, s. natura, & persona. Et in agere duo, s. creatio & recreatio. Vel quia in Deo laudanda sunt, misericordia & iustitia. Vel gratia quam dat in præsenti, & gloria quam dabit in futuro. *a* Et noli obliuisci] sicut *Deut.* 32.c. Dicitur: oblitus es Domini creatoris tui. *Ierem.* 2.f. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui: & sequitur. Populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris. Hæc virgo anima est Christo desponsata. 2. *Cor.*11.a. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

& noli *a* obliuisci *b* omnes *c* retributiones eius. *d* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat *e* omnes † infirmitates tuas. *f* Qui redimit de interitu viam tuam, qui *g* coronat te in *h* † misericordia & miserationibus. *i* Qui † replet in *k* bonis *l* desiderium tuum. *m* renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua

al. † propitius.
De consec. d. 3. c. iteratur.
al. † languores tuos.
al. † corruptione.
al. † miseratione & misericordia.
al. † satiat.

b Omnes] dicit, quia multæ sunt. *c* retributiones eius, quæ ipse tibi retribuit, bona pro malis reddendo. Cogita ergo quot mala feceris, & inde videbis retributiones Dei qui te non damnauit, sed ad pœnitentiam exspectauit, & multa bona tibi retribuit. *Psalm.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vel, retributiones sunt iteratæ, i. frequentes donationes & condonationes. Has non debemus obliuisci. *Isa* 44.d. Non obliuiscaris mei, deleui enim vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Hoc est quod hic sequitur.

d Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.] Hoc est primum donum sc. venia peccatorum. *Is* 43.d. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et dicit, omnibus. Vndè sumitur argumentum quod simul dimittuntur omnia. *Mich. vlt.* d. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Mare est pœnitentia, in qua submerguntur Ægyptij, i. peccata & dæmones. Peccatum autem duo mala facit. Vnum est quod obligat ad pœnam æternam. Secundum est, quod vulnerat & debilitat animam vt impotens sit ad bonum. Vndè non sufficit vt pœna dimittatur nisi & vulnus curetur. Propter hoc bene sequitur. *e* Qui sanat omnes infirmitates tuas.] Ecce secundum donum, s. curatio vulnerum & infirmitatum. Hoc facit Samaritanus noster, i. Christus custos noster. *Luc.*10. f. Alligauit vulnera eius qui vulneratus fuerat à latronibus. Sed quid est quod sanat omnes infirmitates, cùm Apostol dicat 2. *Cor.*12.c. Virtus in infirmitate perficitur. Sol. Loquitur hic de anima & de infirmitatibus eius quas Dominus sanat, licet non sanet infirmitates carnis in quibus virtus perficitur. De Abraham dicitur *Rom.*4 d. Non infirmatus est in fide *Rom* 14. a. Infirmum in fide assumite. Omnes dicit, quia infirmitates animæ multæ sunt. Auaritia enim est quasi hydropisis animæ; ira febris; superbia, apostema; hæresis, vel simonia, lepra; gula, bolismus, luxuria, vel fluxus seminis, emorrois, de qua *Leu.* 15. Per totum; ptysis, inuidia. Has omnes infirmitates sanat Dominus in seruis suis. *Exod.* 15.d. Cunctum languorem quem posui in Ægypto non inducam super te. Nec tantum sanator est infirmorum, sed & resuscitator mortuorum, quod est tertium donum. Vel dic. *f* Qui redimit, &c.] s. pretio sanguinis sui. *Eccl.*20.b. Est qui multa redimat modico pretio, sc. Christus sanguine suo. Sed nunquid sanguis Christi modicum pretium est. 1 *Cor.* 6. d. Empti estis pretio magno, Sol. Magnum est valore, modicum, quantitate, vel sui reputatione. Et sequitur: Et restituens ea in septuplum, in septem dotes. De hac redemptione *Cor.* 1. b. In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. 1. *Petr.* 1. d. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana conuersatione vestra paternæ traditionis, sed pretioso Sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Sic ergo redemit Christus de interitu peccati vitam cuiuslibet animæ. Sed multi negligunt hanc redemptionem, sed potius se mergunt in interitum. 1. *Tim.*6.b. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli & desideria multa, quæ submergunt homines in interitum. Vel de interitu, i. de diabolo, de quo *Iob* 18. c. Calcet super eum quasi Rex interitus. Vitam, i. gratiam, quæ est vita animæ. Et quia redemptam animam adhuc multa bella infestant, non ad eius damnum, sed vtilitatem, quia ex pugna sequitur victoria, & ex victoria corona, bene subiungit de quarto dono, s. de corona. Vndè addit. *g* Qui coronat te,] pro victoria. In misericordia, &c.] Misericordia dicitur in habitu, miseratio in affectu

Peccatum duo mala facit.

Multa sunt infirmitates animæ quas sanat Dominus.

Sed quare non dicit potiùs, qui coronat te in iustitia, cùm dicat Apostolus 2. *Tim. vlt.* b. Reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dñs in illa die iustus Iudex. Sol. Misericordia est quod Dñs promisit, iustitia quod reddidit. Vel sic: Ideo dicitur coronare in misericordia, quia etsi meritis reddatur illa corona, tamen ex maxima Dei misericordia est, quod ipse dat gratiam quæ est fundamentum meriti. De hac animæ coronatione in figura habetur *Esther.* 2.c Quod habuit Esther gratiam & misericordiam coram eo, s. coram Assuero, & adamauit eam super omnes mulieres, & posuit diadema Regni in capite eius. Per Assuerum qui interpretatur beatus, vel beatitudo, intelligitur Christus. Per Esther quam sibi desponsatam coronauit, intelligitur anima quam Christus de misericordia desponsat sibi hìc per gratiam, & tandem coronabit per gloriam. *Osea* 2. d. Sponsabo te mihi in misericordia & miserationibus. Non solùm autem coronabitur anima ad decorem, sed & replebitur ad satietatem, Vndè addit de quinto dono, quod est impletio desideriorum dicens: *i* Qui replet, i. replebit. *k* In bonis] domus Dei, de quibus *Ps.* 64. Replebitur in bonis domus tuæ.

l Desiderium tuum] *Prou.* 10. d. Desiderium suum iustis dabitur. Quid autem desiderat anima iusti, vel quo replebitur? Ipso Deo, quia vt dicit *August.* animam Dei capacem, nihil minus Deo implere potest. Propter hoc dicit *Isa.* 26. b. Anima mea desiderabit te in nocte. *Prou.* 11. d. Desiderium iustorum omne bonum est, i. Deus. Non tantum implebitur desiderium, sed & amouebitur omne contrarium. Vndè addit de sexto dono, quod est carentia malorum, & omnis difficultatis. Vndè dicit: *m* Renouabitur, &c.] Sicut *Gloss* dicit, natura Aquilæ est, quòd cùm senescit habet rostrum durum & ponderosum, & ita non potest comedere, sed hanc duritiam deponit allidendo rostrum ad petram. Sic anima dum est in hac vita mortali quasi senex & decrepita, habet grossitiem & ponderositatem corporis, quæ eam impedit ne pane Angelorum frui possit secundum illud *Sap.*9.c. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sed tandem in morte venienti ei obuiam Christo, quasi allisa lapidi Christo deponit illam ponderositatem, & Deum facie ad faciem considerans, ipso pane Angelorum fruitur. Vndè in exequiis defunctorum dicitur: Deus In quo electorum animæ deposito carnis onere plena felicitate lætantur. Vel de præsenti potest legi ab illo loco. *g* Qui coronat te, &c.] gratiam conferendo. *Ps.* 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et secundum istud quartum donum erit gratiæ collatio. Quintum erit precum exauditio de quo sequitur. *i* Qui replet in bonis desiderium tuum.] *Ps* 9. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Et bene dicit in bonis, s. quando bona sunt quæ desiderantur Nam cum bona non sunt, non adimpletur desiderium. Vndè dictum est *Ioan.* 4.d. Putasne benè irasceris tu? *Luc.* 9. g. Dixerunt discipuli ad Iesum. Vis dicamus vt ignis descendat de cœlo & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, & dixit Nescitis cuius spiritus estis. Sextum est mentis renouatio. Vndè dicit. *m* Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua] *Eph.*4. f. Renouamini spiritu mentis vestræ. *Rom.*6.a. In nouitate vitæ ambulemus. *Isa.* 40 g. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut Aquilæ. Et specialiter de Prædicatore dicitur 1. *Reg.* 10. b. Prophetabis cum eis & mutaberis in virum alium. Notandum autem quòd in sacra Scriptura dicitur corona multipliciter, quia.

De natura aquilæ in suo rostro duro.

Aliter. De præsenti.

Dicitur corona:
- Christus. *Isa.*28 b. Erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis.
- Ecclesia *Isa.*62.a. Et eris corona gloriæ in manu Dñi.
- Caro Christi. *Cant.*3.d. Egredimini & videte Regem Salomon. in diademate quo coronauit eum mater sua.
- Conuersi. 1. *Th* 2.d. Quæ est enim spes mea, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos in Domino?
- Gloria æterna. *Psalm.*8. Gloria & honore coronasti eum Domine.
- Dignitas Prælationis. *Ezech.* 21. f. Aufer Cidarim, tolle coronam.
- Sapientia *Eccl.* 25.a. Corona senum in multa peritia.
- Diuitiæ temporales. *Prou.* 14. c. Corona sapientum diuitiæ eorum.
- Bona opera. *Prou.* 17.a. Corona senum filij eorum.
- Bona vxor. *Pr.*12 a. Mulier bona corona est viro suo.
- Regula viuēdi. *Apoc* 12.a. Corona 12. stellorum, &c.
- Senectus. *Prou.*16.d. Corona dignitatis senectus.
- Gratulatio. *Eccles.* 6. d. Coronam congratulationis superpones tibi.
- Timor Dñi. *Eccles.* 1.c. Corona sapientiæ timor Dñi.
- Culpa. *Is.* 28.a. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim.
- Pœna. *Isa.*22.c. Coronans coronabit te tribulatione.

Faciens

A *a* Faciens misericordias Dominus,&c.] Hucusque dixit, quæ beneficia sibi fecit, & f. cturus est Dominus. In hac parte secunda ostendit quæ fecit antiquis & facturus est posteris. In hoc autem primo versu implicat præmissa, q.d. Dominus qui prædicta misericordia, etiam aliis fecit, quæ sequuntur.

a Faciens misericordias Dñs,& *b* iudicium † omnibus iniuriam † patientibus. *c* Notas fecit vias suas *d* Moysi, filiis Israël *e* voluntates suas. *f* Miserator & misericors Dominus, † *g* longanimis & *h* multum misericors. *i* Non in † perpetuum irascetur, *k* neque in æternum † comminabitur. *l* Non secundum peccata nostra fecit nobis, *m* neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum *n* altitudinem cœli à terra † corroborauit misericordiam suam super timentes † se. *o* Quantum distat † Ortus ab Occidente: longè fecit à nobis † iniquitates nostras. † *p* Quomodo miseretur pater filiorum misertus est Dñs *q* timentibus † se, *r* quoniam ipse † cognouit figmentum nostrum

al. † eis qui. *al.* † accipiunt. *al.* † patiens & multæ misericordiæ. *al.* † finem. *al.* † indignabitur. *al.* † confirmauit. *al.* † eum. *al.* † oriens. *al.* † esse peccata nostra. *al.* † Sicut. *al.* † filiis, sic. *al.* † eum. *al.* † scit. *Moral.*

Hoc est quod dicit. Faciēs,&c.] vt prędictum est. Nec tantum misericordias, sed. *b* Et iudicium, &c.] non obmurmurantibus, vel vindicantibus. *Apoc.* 14.c. Hic patientia Sanctorum. *Eccles.* 19.a. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam. Iste inquā Dominus faciens hæc. *c* Notas fecit, &c.] Hoc ad litteram verum est de viis per quas duxit eos per desertum in terram promissionis. *Exod.* 3.f. Ibimus viam triū dierum in deserto. Et *Exod.* 13. d. Non eos duxit Deus per viam terræ Philistum quæ vicina est. Sic etiam est modo in prædicationibus non vult homo duci breui via, vt dicatur ei. Relinque omnia & Christum sequere, sed longis ambagibus oportet eum protrahere. Item intelligendum est de viis mandatorum, quas notas fecit Moysi, quando dedit ei legem, de quibus *Exod.* 20. Et *Ierem.* 6. d. State super vias vestras. Non autem tantum Moysi, sed & *d* Filiis Israël] vniuersis. *e* Voluntates suas,] f. notas fecit. Per Moysen, omnes Sancti, per filios Israel, omnes credentes in Christum intelligendi sunt. [Voluntates] *Rom.* 12.a. Probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens,& perfecta. 1. *Thes.* 4.a. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Moraliter autem Dominus. *c* Notas fecit, &c.] i. extractis de aquas deliciarum & peccatorum & mundanarum curarum. *Isaia* 28.c. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, i. à carnibus delectationibus. Sic habetur *Dan.* 1. Quod pueri vescebantur aridis, & reuelata sunt eis multa. Sic *Exod.* 12. Priùs egressi sunt filij Israël de Ægypto quam data sit eis lex. Sic etiam gentiles Philosophi vt melius cognoscerent arcana cœli & subtilia naturæ, sequestrabant se à delectationibus Mundi & curis omnibus. Sed non sufficit separari ab istis nisi etiam cœlestia appetantur. Vndè bene addit. *d* Filiis Israël] illis qui Deum vident duobus oculis intellectus & affectus. Talibus notas facit. *e* Voluntates suas] *Ps.* 118. Os meum aperui, f. os cordis per meditationem & desiderium, & attraxi spiritum, scil. spiritum sapientiæ, quia mandata tua desiderabā. Sed quia sunt multi qui post notitiam viarum Dei retrorsum conuertuntur, & vias diaboli ambulant: ostendit aliud Dei beneficiū quod fecit ve⁹ antiquis,& adhuc facit modernis, f. misericordiā, quia eorum qui peccant miseretur. Vndè subiūgit. *f* Miserator, &c.] miserator opere. misericors corde *Iud.* 10.d. Doluit super miseriis eorum. *Ioël.* 2.c. Cōuertimini ad Dominum Deum nostrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ,& præstabilis super malitia. Non solùm autem miseretur per misericordiam, sed & expectat per patientiam: Vndè addit : *g* Longaminis] expectando. *Rom.* 11.a. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ,& longanimitatis contemnis? Et posset aliquis dicere, expectat, verum est, sed vt magis condemnet. Et ostendit quod licet in malis sequatur ex patientia eius eorum maior condemnatio, non tamen hoc intendit Dominus, sed potiùs vt ipsi conuertantur. Vndè addit : *h* Et multum misericors,] scilicet, expectando, non propter eorum maiorem damnationem, sed propter eorum conuersionem. *Isa.* 30.d. Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri. Et hoc apparet, quia cum diu expectauit Dominus,& nolunt peccatores conuerti tandem verberat eos & affligit in præsenti, vt sic ad eum redeant. Hoc est quod dicit. *i* Non perpetuum irascetur, sed in momento præsentis temporis, quod est ex misericordia. *k* Neque in æternum comminabitur:] sed in præsenti percutit vt in æternum parcat, in præsenti parcit vt in æternum feriat. *Is.* b.54. Dixit Dñs Deus tuus, ad punctū in modico dereliqui te,& in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Posset adhuc aliquis dicere, licet sit misericors & in præsenti feriat vt in æternum parcat, tamen tantum peccauit quod si vult in præsenti vindictam de me sumere, interficiet me. contra hoc dicit, quod non punit hominem secundum merita. Vndè subiungit. *l* Non secundum peccata nostra fecit nobis,] i. non tantum verberauit nos etiam in præsenti, quantum meruimus. *Ps.* 59. Iratus es & misertus es nobis, i. in ipsa ira misertus es. *m* Neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis:] quia cum magna flagella deberet retribuere pro magnis peccatis: parua & pauca retribuit. Item pro malis bona. *Matth.* 5.g. Facit solem suum oriri super bonos & malos & pluit super iustos & peccatores. *Iob* 33.d. Reddet homini iustitiam suam. Et sequitur. Peccaui & verè deliqui & vt eram dignus non recepi. Et post pauca. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorum à corruptione,& illuminet luce viuentium. Tribus vicibus dicit, i. per omnia peccata, quæ fiunt corde, ore,& opere. Item *Iob* 11. a. Vtinam intelligeres quod multò minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. Hoc est non secundum iniquitates, &c. Et nota, quòd hîc dicit: secundum peccata, & secundum iniquitates. Peccata enim fiunt in Deum iniquitates in proximum. Et si fieret à Deo peccatori secundum peccata & iniquitates suas, non posset sustinere, secundum illud. 2. *Par. vlt.* Peccaui super numerum arenæ maris & multiplicatæ sunt iniquitates meæ. *Ps.* 129. Si iniquitates obseruaueris Dñe, Dñe quis sustinebit, quia apud te propitiatio est, quasi dicat, non obseruabis iniquitates, quia misericors es. Hoc est quod subiungit hic. *n* Quoniā secundum altitudinem cœli,&c.] q.d. sicut impossibile est vt cœlum non sit altior terra, & vt non protegat eam; sic impossibile est vt misericordia Dei non protegat, maximè eos qui timent eum. Et est apta comparatio. Cœlum enim ex omni parte ambit terram & nutrit fructus eius, dando pluuiam, & res suas disponit, & regit motu suo, & tenet in esse. Ita Deus in circuitu populi sui, & fouet eum,& in esse conseruat. *Psal.* 124. Dñs in circuitu populi sui *Ierem.* 33. d. Si iterum potest fieri pactum meum cum die,& pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo. Ecce quomodo corroborauit misericordiam suam super timentes se. Postea ostendit quis sit affectus misericordiæ Dei, quia videlicet effugat tenebras peccatorum. Vndè subiungit.

o Quantùm distat ortus ab occidente, &c.] Quanta enim differentia est inter Orientem & Occidentem, tanta est inter statum gratiæ, & statum peccati. Et sicut cum Sol est in ortu, illuminat Mundum; cum autem est in Occidente, fiunt tenebræ super terram. Ita per gratiam illuminatur anima,& per peccatum obtenebratur. *Ephes.* 5.b. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et posset aliquis credere, quòd misericordia Dei venalis esset, nec daretur, sed venderetur à Deo, ostendit quòd non est ita, sed gratis miseretur Deus. Vndè dicit.

p Quomodo miseretur, &c.] i. gratis misertus es : quia pater miseretur gratis filiorum suorum. Item pater miseretur filiorum nutriendo, necessaria ministrando, docendo, castigando. *Ierem.* 3. f. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. *Prou.* 3. b. Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Nec tantum sicut pater, imò etiam plus quàm mater secundum illud *Eccl.* 4. b. Miserebitur tui magis quam mater. *Isaia* 49. d. Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum vt in non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Sed nota quod dicit.

q Timentibus se,] quia oculi Domini super metuentes eum. *Eccl.* 1. b. Timenti Deum bene erit in extremis. Et quia iam multa dixit de Dei misericordia, consequenter ostendit multas causas quare Dominus ita de facili miseretur. Prima est nostra fragilitas. Vndè dicit. *Psalm.* 31.

r Quoniam ipse] quem nihil latet.

s Cognouit figmentum nostrum,] i. fragilitatem. Figmentum vocatur opus figuli, quod multum est fragile, ita homo. *Ierem.* 18. a. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. *Rom.* 9. d. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Et quia homo ita fragilis est: Dominus misericordia motus, dicit *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Aliter potest dici figmentum nostrum, id quod nos fingimus.

fingimus. Hypochrita dicitur figmentum & malus Prælatus, quem homo fingit ex sua potentia, quod tangitur. *Sap.* 14.c. Tyrannorum imperio figmenta colebantur. Sic hodie imperio, scilicet, prece armata Principum mali Prælati constituuntur, qui se faciunt coli & adorari, non Deum. Vndè dicitur *Zach.* 11. d. O pastor & idolum derelinquens gregem. Nec tantum à Principibus, sed à Canonicis fiunt huiusmodi figmenta, quia malos eligunt in Prælatos, quandoque spe lucri. Vndè *Abac.* 2. d. Sperauit in figmento fictor suus. Secunda causa quare Dominus miseretur, est in fructuositas & sterilitas nostra. Vndè subdit.

† *a* Recordatus est quoniam puluis sumus, *b* homo sicut fœnum, *c* dies eius † tanquam *d* flos agri † sic efflorebit. *e* quoniam spiritus *f* petransibit in † illo & non † *g* subsistet, & non *h* cognoscet amplius locum suum. *i* Misericordia autem Domini † ab æterno & vsque in † æternum, *k* super timentes eum. Et *l* iustitia † illius in *m* filios filiorum

al. † memento, quia.
al. † sicut.
al. † ita.
al. † eo.
al. † erit.
al. † à sæculo.
al. † sæculum.
al. † eius.

a Recordatus, &c.] i. infructuosi & steriles. *Psalm.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Nos etiam ipsi deberemus cognoscere figmentum nostrum, i. vtilitatem & fragilitatem nostram, quam de vtero matris nobiscum afferimus, & recordari quoniam puluis sumus, quia cito in puluerem reuertemur, scilicet, in morte. Hæ sunt duæ portæ per quas transit omnis homo, in natiuitate per lutum, in morte per puluerem. *Isa.* 62. d. Transite, transite per portas. *Genes.* 3.d. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam. Eua interpretatur vita. Ecce quod Dominus Prophetauit Adæ mortem, & ipse promisit sibi vitam. Sic hodie faciunt multi filiorum Adæ, & ideo non recedunt à peccato. Secundùm consilium *Eccl.* 7. a. Memorare nouissima tua, scilicet, lutum in principio, & puluerem in fine, & in æternum non peccabis.

Homo probatur puluis.
- Propter leuitatem. *Iob* 24. c. Leuis est super faciem aquæ.
- Propter instabilitatem. *Thr.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. *Prou.* 11. c. Impius facit opus instabile.
- Propter ariditatem. *Eccl.* 14. b. Non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. *Luc.* 23. e. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
- Quia infructuosus. *Sap.* 3. c. Labores sine fructu & inutilia opera eorum. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?
- Quia residuum ignis. *Gen.* 3. d. Puluis es, & in

puluerem reuerteris. Tertia causa quare Deus miseretur nostri, est Mundi deceptio, quæ arridet homini per prosperitatem, sed citò vertit ei faciem, dimittit eum in aduersitate & angustia. Vndè addit.

b Homo sicut fœnum] Fœnum hodie viret, & statim succisum arescit, ita homo. Vndè *sup.* Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum. Et probat quòd est sicut fœnum, dicens:

c Dies eius,] i. prosperitas, & id quod pulchrius habet.

d Tanquam flos, &c.] i. deflorebit, quia hoc totum transiet, sicut flos fœni. *Isa.* 40. b. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos fœni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. *Isa.* 28. a. Væ coronæ superbiæ, &c. Vel, efflorebit, i. extra florebit, non intra, quasi dicas, ad plus non habebit de flore nisi extra in mundanis, non intra in conscientia. *Is.* 18 c. Ante messem totus effloruit. Et nota quòd comparat hic hominem tribus, scilicet, pulueri, fœno, flori. Corpus, pulueri: ætatem fœno: prosperitatem, flori. *Osea* 13. b. Erunt sicut puluis. *Isa* 28. a. Et eris flos decidens gloriæ exultationis. 2. *Paral.* 25. e. Bestiæ quæ erant in silua Libani conculcauerunt carduum. Et diabolus similiter malos. Quarta causa quare Deus miseretur, est necessitas moriendi. Vndè subiungit.

Homo comparatur tribus.

e Quoniam spiritus] existens in illo, i. in homine.

f Pertransibit] ab eo, quia, non semper viuet homo. Hoc est quod subdit.

g Et non subsistet,] scilicet, homo, quoniam cum pertransit spiritus iam non est homo. Homo enim mortuus non est homo. *Iob* 7. d. In persona mortuorum. Ecce nunc in puluere dormiam, & si manè me quæsieris, non subsistam. *Iob* 14. b. Homo cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacue factus arescat, sic homo cum dormierit, non resurget. Hoc est quod sequitur.

h Et non, &c.] Locus spiritus est corpus, quod egressus spiritus non cognoscet amplius, quia ad illud non reuertetur vsque ad generalem resurrectionem. *Iob* 10. d. Vadam, & non reuertar. Quò vadam? Ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Alia littera habet: Non cognoscet eum vltra locus eius. *Iob* 20. b. Oculus qui eum viderat non videbit, nec vltra intuebitur eum locus eius. Ostensis quatuor causis quare Deus miseretur de facili, consequenter ostendit qualis sit misericordia Domini. Et primò ostendit, quòd misericordia Dei continua est. Vndè dicit.

i Misericordia autem Domini,] q. d. licet de facili habeatur Dei misericordia, non tamen de facili amittitur, aut ad nihilum redigitur. Autem, pro sed. Sed misericordia Domini est ab æterno, & vsque in æternum. Sed quid est quod dicit, misericordiam esse ab æterno? Ab æterno enim non fuit miseria, ergo nec misericordia. Item nec ab æterno fuit creatura, ergo nec misericordia. Sol. Per simile *Apoc.* 13. b. Agnus qui occisus est ab origine Mundi, i. præuisus occidi. Sed & misericordia Dei est ab æterno in præuisione. Est etiam vsque in æternum, i. sine fine. *Exod.* 34. a. Qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitates & scelera. Non est talis misericordia hominum, secundum illud *Osea* 6. b. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Secundò ostendit, quòd Dei misericordia discreta est, cùm subiungit:

k Super timentes eum.] Non enim passim & indifferenter omnibus miseretur, sed præcipuè in timentibus eum apparet & proficit eius misericordia, licet in omnibus appareat. *Eccl.* 2. b. Qui timetis Dominum sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. *Deut.* 6. d. Timeamus Dominum Deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus. Et sequitur: Eritque nobis misericors. Sed quia Dominus non tantùm misericors, sed & iustus est, quia vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, & non in omnibus operibus eius est & misericordia & iustitia, tamen quandoque altera magis apparet: Ideo post misericordiam subiungit de iustitia, dicens.

l Et iustitia illius in filios filiorum.] Filij nostri sunt opera bona, quos per propositum concipimus, per effectum parimus, per consuetudinem nutrimus, & maledicta sterilis quæ non parit tales filios. Hi filij habent filios, scilicet, mercedem æternam quæ ex eis nascitur. Et iustum est, vt qui habent filios, scilicet, bona opera, habeant & filios filiorum, mercedem æternam. Et hoc est quod dicit: Iustitia illius, scilicet, Dei, est vsque.

m In filios filiorum,] i. vt reddat retributionem æternam. De hoc 2. *Tim.* 4. c. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Ecce hi sunt filij. De filiis filiorum addit: De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. De iustitia reddenda addit: Quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Iudex. De his etiam filiis & filiis filiorum, & de patribus, & matre eorum habetur. *Eccl.* 44. b. Sicut legitur in Epistola de Apostolis. Hi sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt; cum semine eorum perseuerauit bona hæreditas, hæreditas sancta nepotes eorum. Ecce quòd patres filiorum sunt viri misericordes. Mater verò horum filiorum cuius isti patres sunt viri, est misericordia. Vndè dicit: Hi sunt viri misericordiæ, i. mariti qui de misericordia, quã sponsam habent, generant filios, i. opera misericordiæ. De quibus dicit: Quorum pietates non defuerunt. Et hi filij eorum etiam steriles non fuerunt, sed filios generauerunt, i. vitam æternam meruerunt. Vndè addit: Cùm semine eorum perseuerauit bona hæreditas. Et manifestius subdit: Hæreditas sancta, nepotes eorum, i. filij filiorum. De hoc etiam alibi dicitur in *Psalm.* 127. Benedicat te Dominus ex Sion, & videas filios filiorum tuorum. Quos? Pacem super Israël, i. pacem æternam, quæ erit in Dei visione, quæ erit quasi filij filiorum, quia succedet bonis operibus iustorum. Hoc est quod dicit: Et iustitia illius filios filiorum, his qui seruant testamentum eius, i. iustis qui seruant nouam legem, quæ est testamentum Dei. *Hebr.* 8. c. Consummabo super domum Iuda, & super domum Israël testamentum nouum non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, &c. Potest etiam de malis legi.

l Et iustitia illius in filios filiorum] Filij filiorũ possunt dici imitatores malorum. *Iob* 35. b. Homini qui similis est tibi, nocebit iniquitas tua. *Amos* 9. b. Nunquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi: *Ez.* 16. a. Pater tuus Amorræus. *Aliter.*

In hos

In hos filios filiorum puniendos, eſt iuſtitia Domini. *Exod.* 20. a. Viſitans peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartam generationem. Et hoc. *a* His qui, &c.] i. ad commodum bonorum, quia ex hoc lætabuntur. *Pſ.* 57. Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam. *Iſa. vlt.* g. Erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Dicit ergo. His qui, &c.] Dupliciter autem ſeruatur teſtamentum Dei, ſcilicet, in memoria retinendo, ſicut granum in horreo, opere implendo ſicut granum in terra ſeminatum. Vndè de ambobus ſubiungit: Et memores ſunt, &c. Ecce primum. Ad faciendum ea, ecce ſecundum. Et ſicut melius ſeruatur granum cùm terræ mandatur, quam cum in horreo reconditur, ita valde melior modus cuſtodiendi teſtamentum Dei eſt ea opere implere quàm memoria retinere. Iſtud enim non valet niſi in ordinatione ad illud. Vndè bene dicit.

al. † cuſtodientibus. *al.* † memoria retinentibus mandata eius vt faciant ea. *al.* † thronum ſuum.

† his qui *a* ſeruant teſtamentum eius. Et † *b* memores ſunt mandatorum ipſius: *c* ad faciendum ea. *d* Dominus in *e* cœlo *f* parauit † ſedem ſuam, & *g* Regnum † ipſius omnibus dominabitur. *h* Benedicite † Domino omnes Angeli eius *i* potentes † virtute, *k* facientes verbum † illius ad *l* audiendam vocem ſermonum eius.

al. † eius omnium. *al.* † Dominum. *al.* † fortitudine. *al.* † eius.

b Et memores, &c.] Debemus ergo eſſe memores mandatorum eius. Vndè *Deut.* 8. c. Caue ne quando obliuiſcaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia. Sed hoc. *c* Ad faciendum ea] non ad portandum tantum, ſicut Pharisæi, de quibus *Matth.* 24. a. Dilatant, inquit, philacteria ſua, & magnificant fimbrias. Item, ad faciendum, non tantùm ad ſcribendum, vel dicendum tantùm. *Pſ.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Dixit, quòd iuſtitia illius, &c. Sed poſſet aliquis quærere, quando faciet Dominus iſtam iuſtitiam? Vndè ſubiungit, de iudicio futuro in quo fiet iſta iuſtitia, dicens:
d Dominus] Chriſtus. *e* In cœlo] exiſtens. *f* Parauit ſedem ſuam] iudiciariam. *Dan.* 7. c. Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Et ſequitur: Thronus eius flamma ignis. Et poſſet aliquis ſtultus credere, quòd impotens eſſet ad exequendum iuſtitiam iudicij. Vndè contra hoc ſequitur. *g* Regnum, &c.] ſecundum quod dicitur *Dan.* 7. d. Omnes populi, tribus & linguæ ipſi ſeruient, poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius quod non corrumpetur.

Moral. Moraliter. *d* Dominus, &c.] id eſt, in anima iuſti alta & munda. *Sap.* 7. d. In animas ſanctas ſe transfert. *Eccleſiaſt.* 1. a. Sedens ſuper thronum illius, & dominans Deus. *Multiplex ſedes.* Eſt autem ſedes multiplex. Cathedra Doctorum, tribunal Iudicum, thronus Regum. Has tres ſedes habet Dominus in anima Iuſti, ſc. cathedram Doctoris, in rationabili; tribunal Iudicis, in iraſcibili; thronum Regis, in concupiſcibili vbi caſtigantur motus deſideriorũ. *Prou.* 20. d. Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, i. Deum in anima, & roboratur clementia thronus eius.
g Et Regnum, &c.] regnum Dei eſt homo, qui omnibus dominatur, quia Dominus eſt omnium dummodo Deo ſeruiat. 1. *Cor.* 3. d. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Vel Regnum Dei in anima eſt, conſtans ex tribus ciuitatibus, de quibus *Rom.* 14. c. Non eſt Regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu S. Iuſtitia eſt in iraſcibili, pax in rationabili, gaudium in concupiſcibili. *Luc.* 17. e. Regnum Dei intra vos eſt.

Tertia pars. *h* Benedicite Domino, &c.] Tertia pars, vbi per cœleſtes & alias creaturas monet benedicere Deum. Et primò per cœleſtes. Vndè dicit, Benedicite Domino, &c. i. laudate eum, ſicut *Apoc.* 4. c. Dicitur: Requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Et ſicut dicit *Gloſſ.* non imperando dicit hoc, ſed congratulando, q. d. de hoc quod laudatis gaudeo, & per hoc alios ad laudandum moneo, ex quo enim Angeli tam eminentes, & tam boni laudant Dei bonitatem, multò fortiùs homines debent eum laudare. Et nota, quòd Imperatiuè.

Imperatiuus ſumitur.
- *Exod. vigeſimo* b. Honora patrem tuum, & matrem tuam.
- Hortatiuè, vel monitiuè. *Eph.* 6. a. Nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros.
- Prædictiuè, vel enunciatiuè. *Ioan.* 13. c. Quod facis fac citiùs.
- Conſultiuè. *Matth.* 19. c. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus.
- Permiſſiuè, vel ironicè. *Iſaia* 50. d. Ambulate in lumine ignis veſtri.
- Optatiuè. *Sap.* 9. a. Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam.
- Indultiuè. 1. *Cor.* 7. a. Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.
- Congratulatiuè, vel applauſiuè, ſicut hic. Benedicite Domino, &c.
- Et ibi: Salue ſancta parens.

Et vt magis per exemplum Angelorum alios excitet ad laudem, commendat ipſos Angelos multipliciter. Primò, commendat eos à poteſtate quam habent in cœleſtibus, & corporalibus, cùm dicit.
i Potentes virtute. Deinde commendat eos ab humilitate & obedientia, dicens.
k Facientes verbum illius.] Tertiò commendat eos à charitate quam habent ad nos, quia in eo quod faciunt verbum, & mandatum Dei, volunt & cupiunt nos excitare ſuo exemplo ad ſimiliter faciendum. Vndè addit:
l Ad audiendam vocem ſermonum eius,] i. vt nos audiamus & faciamus ſicut ipſi voluntatem Domini. Vel de ipſis Angelis legatur: Ad audiendam, &c. quaſi dicat, ita ſunt parati & voluntarij ad faciendum eius voluntatem, quod faciunt eam ſtatim vt audiunt vocem eius, i. cùm intelligunt quid ei placet. Et hoc legunt in ſpeculo, & in Verbo audiunt eius voluntatem. Quartò, commendat eos ab excellenti potentia. Et iterum laudem quam faciunt replicat, cùm dicit:

A Benedicite Domino

Moral. Moraliter.
h Benedicite Domino, &c.] Angeli ſunt Sacerdotes. *Sacerdotes dicuntur Angeli.* *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, Angelus enim Domini exercituum eſt. Iſti Angeli debent benedicere Domino, id eſt, ipſum laudare benè viuendo. Vndè *Pſalm.* 62. Benedicam te in vita mea. Vel prædicando. Vndè *Tobiæ* 12. b. Benedicite Deum cœli, & coram hominibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Vel pſallendo & cantando in Eccleſia. *Tobiæ* 12. d. Benedicite Dominum, & enarrate omnia mirabilia eius. Ipſum benedicite, & cantate ei, non nummo. *Pſalm.* 146. Deo noſtro ſit iocunda decoráque laudatio. Tunc eſt iocunda, quando eſt deuota & attenta: tunc eſt decora, quando eſt integra & diſcreta. *Pſalm.* 26. Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis, cantabo, & Pſalmum dicam Domino. *Daniel.* 3. f. Benedicite Sacerdotes Domini Domino. Benedicunt reuera Dominum illi, qui ſunt Sacerdotes Domini, quia quilibet Sacerdos benedicit Deum ſuum. Verbi cauſa. Auari, denarium. *Eph.* 5. b. Auarus, quod eſt idolorum ſeruitus. Iſti ſunt Sacerdotes Dagon, i. Principes triſtitiæ, de quibus 1. *Reg.* 5. a. Caput Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen. Propter hanc cauſam Sacerdotes Dagon non calcant ſuper limen. Guloſi benedicunt Deum ſuum ventrem. *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum. Hi ſunt Sacerdotes Baal, i. deuoratores, de quibus *Daniel.* 14. c. Legitur, quòd rapiebant & comedebant omnia quæ apponebantur coram Deo ſuo cum filiis & vxoribus ſuis. Superbi benedicunt honores & dignitates. Et iſti ſunt Sacerdotes excelſorum, de quibus dicitur 3. *Reg.* 12. g. Quòd Ieroboam fecit de nouiſſimis populi Sacerdotes excelſorum, quia tales quantò viliores fuerint, tantò ſuperbiores fiunt quando promouentur, quia hoc eſt officium eorum. Sed non ſufficit ore laudare, niſi & vita laudent eum. Vndè ſubdit:
i Potentes virtute] ſicut Chriſtus, de quo dicitur *Luc.* 24. c. Quod erat potens in opere & ſermone. Sed è contra multi ſunt potentes non virtute, ſed vitio. *Iſa.* 5. e. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum. Virtus autem ſe oſtendit per operas. Vndè addit.
k Facientes verbum illius] non tantum loquentes. *Ioan.* 3. c. Qui facit veritatem, venit ad lucem. *Eph.* 4. d. Veritatem facientes in charitate creſcamus. Veritatem autem facit, qui complet verbum Dei. *Ioan.* 17. c. Sermo tuus veritas eſt.
l Ad audiendam vocem ſermonum eius,] id eſt, ita facientes verbum, vt quod faciunt aliis prædicantes libenter audiantur. Talis erat Paulus, qui dicebat 1. *Cor.* 11. a. Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. *Rom.* 2. c. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui prædicas non mœchandum, mœcharis. *Eccleſ.* 21. c. Narratio fatui quaſi ſarcina in via. *Rom.* 15. d. Non audeo loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Chriſtus. Cùm autem bona faciunt, adhuc multum neceſſe eſt vt ea per vanam gloriam non amittant. Vndè bene ſubiungit.

* Benedicite Domino

a *a* Benedicite, &c.] Et per hoc specificat illum Ordinem qui dicitur virtutes. Quintò, commendat eos à ministerio quo assistunt & ministrat Deo. Vnde dicit. *b* Ministri eius] qui s. sẽper ei assistitis, & qui ei ministratis, nũciãtes hominib. eius voluntatẽ. *Heb.* 1. d. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis. Sexto, commẽdat eos à cõformitate voluntatis suæ cum voluntate diuina cum subiungit. *c* Qui facitis volũtatem eius] Ipsi enim in omnibus voluntatem eius faciunt, quia semper volũtatẽ eius aspiciũt in Verbo. Et hoc desiderant & petunt filij Ecclesiæ in seipsis fieri, cũ dicũt. Fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra. Vltimò, post laudem Angelorũ inuitat omnẽ creaturã ad laudãdũ Deũ, dicens.

a Benedicite † Domino omnes virtutes eius, ministri *b* eius, *c* † qui facitis voluntatem eius. *d* Benedicite † Domino omnia opera eius in *e* omni loco dominationis eius *f* benedic anima mea † Domino.

al. † Dominum.
al. † facientes.
al. † Dominum.
al. † Dominum.
al. † Dominum.
al. † nimis.

Psalm. David.

PSALM. CIII.

g Benedic anima mea † Dño *h* Dñe *i* Deus *k* meus *l* magnificatus es † *m* vehemẽter

d benedicite, &c.] cœlestia simul & terrestria, i. materiã laudis eius in vobis præstate. Et ostendit quod ab omnibus, & vbique laudari debet & benedici, quia vbique terrarum, imo vbique creaturarum effluit largitas suæ bonitatis. Vnde dicit. *e* In omni, &c.] i. in omni loco, quia vbique dominatur: & ideo vbiq; laudari debet. Vnde in *Ps.* 112. A Solis ortu vsque ad occasum laudabile Nomẽ Dñi. Et hoc planius habet alia *litera*, quæ sic habet. In omnibus, &c. supple sunt. Et vt cauda & caput offeratur Dño sicut *Leuit.* 3. c. præcipitur vbi incœpit, ibi terminat Psalmum dicens. *f* Benedic anima, &c.] Hoc supra expositum est. Et ipse Dñs finem ad caput reduxit. *Matth.* 6. a. vbi de beatitudinibus agens, in principio & in fine posuit, quoniã ipsorum est regnum cœlorum. Notandum quod in his versibus possunt notari nouem Ordines Angelorũ, ab illo loco. Dominus in cœlo, &c. Ecce throni. Et regnum, Ecce Principatus. Dominabitur. Ecce Dominationes. Benedicite Angeli, Ecce Angeli potentes, Ecce Archangeli. Facitis verbum, Ecce Cherubin. Omnes Virtutes, Ecce Virtutes. Ministri eius, Ecce Potestates. Qui facitis voluntatem eius. Ecce Seraphin.

Notantur hic nouem Ordines Angelorum.

* *a* Benedicite Domino omnes.] Virtutes communiter dicuntur miracula & opera mirabilia. Vnde *Matth.* 14. a. Herodes audiuit famam de Iesu, & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. Et dicuntur hæ virtutes eius, i. Dei quia à gratia eius dantur. Hæ benedicunt Deo, quando tendunt ad gloriam Dei. Sed maledicunt Deo, quando non ad Dei, sed ad hominis facientis gloriam referuntur, secũdum quod dicitur, *Iob* 1. a. quod Iob consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos dies: Dicebat. n. ne fortè peccauerint filij mei & benedixerint Deo in cordibus suis, id est, maledixerint. Et quia benedictio propriè nõ ex operibus fit, sed ab operantibus, bene exponens subiungit. *b* Ministri eius, &c.] i. vos qui ei ministrare videmini, & opera bona quæ Dominus vult facere, supple, benedicite Domino, omnia ad ipsius gloriam & non ad propriam referentes 1. *Cor.* 18. g. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et hoc modo nostra opera benedicent Domino. Vnde & adhuc subdit.

Moral.

d Benedicite, &c.] id est, quæ ipso volente fiunt. Vel opera Dei propriè dicuntur homines. *Isa.* 64. d. Opera manuum tuarum omnes nos. *Ps.* 99. Ipse fecit nos & non ipsi nos. Hoc autem debent facere homines, & si non amore, tamen timore. Quia. *e* In omni, &c.] & ideo in omni loco potest punire hominem qui ei noluerit benedicere. Vnde benedic anima, &c.] Item magis propriè Prælatis dicitur. *d* Benedicite, &c.] Opera enim Domini sunt boni Prælati, quos Dominus constituit. Et *supr.* dictum est. *Psal.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, &c. Qui autem constituuntur ab hominibus intuitu consanguinitatis, vel commodi temporalis, opera sunt hominum. Vnde de multis hodie potest dici illud *Ps.* 113. Opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, &c. *Zac.* 11. d. O pastor & idolum. De talibus dicit *Osa* 8. a. Ipsi regnauerunt & non ex me, Principes extiterũt, & nõ cognoui. Tales non benedicunt Domino, sed potius maledicunt, quia per eos blasphematur. *Rom.* 2. d. & *Is.* 52. b. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Sed à bonis benedicitur. *e* In omni, &c] id est, in omni Prælatione, quæ est dominatio Christi, non Prælatorum. 1. *Petr.* 5. a. Non dominantes in clericis. *Iudic.* 8. e. in persona boni Prælati dixit Gedeon. Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dñs, q. d. id quod sequitur. *f* Benedic anima mea Dño, nõn mihi. Sibi enim benedicit, qui se Dominum esse appetit, & sibi de benefactis gloriam ascribit. *Eccl.* 51. a. Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum. Dominus det nobis ita laudare seipsum vsque ad mortem, vt post mortẽ, in vita æterna laudemus in sæcula sæculorum. Amen.

EXPOSITIO PSAL. CIII.

Benedic anima mea Domino, &c.] *Titulus Ps David.*] Titulus iste patet, quia sæpe supra habitus est. In præcedenti Psalmo hortabatur creaturas ad benedicendum Dominum. Sed quia non cessat Deus benefacere nobis, non debemus cessare benedicentes Dominum, secundum quod in *Psalm.* 48. dicitur. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei. Ideo iterum in hoc Psalmo creaturas ad Dei laudem admonet. Et sic patet intentio Psalmi Modus. Tripartitus est psalmus. Primò, monet benedicere Deum per cœlum & terram ornatum eorum. Secundò, per mare & eius ornatum, *ibi* Hoc mare magnũ] Tertiò, sese semper cantaturum Domino promittit, *ibi* Cantabo Domino.]Et quia primò in se sentit Dei beneficia: ideo primo animam suam exhortatur, dicens.

g Benedic anima mea Domino.] Et quare benedicendus sit, subiungit. Commendãns ipsum primò à potentia, cũ dicit. [Domine.] Secundò à bonitate, cùm dicit: [Deus meus. Tertiò, à magnificentia, cùm dicit. [Magnificatus es,] scilicet, in nobis, non in te. Quartò, commendat eum ab excellentia magnificentiæ & Maiestatis cum dicit. [Vehementer.] Deus in seipso magnus in se non augetur A nec

g Benedic, &c.] Possunt etiam immo debent exponi isti versus mysticè. Et primò allegoricè, vt propheta seipsũ excitet ad benedicendũ Deum pro eis quæ facta sunt de Christo dicẽs. Benedic anima mea Domino. Quare, Quia. *h* Domine] Christe in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium terrestrium & infernorum. *Phil.* 2. b. *i* Deus] non purus homo. *k* Meus] datus mihi à Patre ad redemptionem. *l* Magnificatus es] in Resurrectione. *m* vehemẽter in Ascensione. Et ideo magnificatus ex vehementer, quia paruificatus es vehementer humiliatus vsq; ad carnẽ, sed vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Phil.* 2. b. A Propter quod

Alleg.

g Benedic anima, &c.] Moraliter, dicit vir Iustus & Religiosus, recolens Christi beneficia sibi & aliis impensa, volens alios inuitare ad Christi laudem. Primo, seipsum inuitat, vt non solùm dicendo, sed etiam faciendo inuitet. Efficacior enim est prædicatio exempli quam verbi. Vndè *Greg. super Ezec.* Ad hoc vt seruetur veritas prædicandi & teneatur, necesse est altitudo viuendi. Ideo cœpit Iesus facere & docere. *Actor. primo* a. Ideo dicit Paulus. *Roman. decimo quinto* d. Non audeo loqui aliquid eorum quæ per me non efficit Christus. Dicit ergo bonus prædicator. Benedic anima mea Domino. Anima dicit, non tantum lingua. *Matth.* 15. a. *Isa.* 29. d. Populus hic labiis me honorat. 1. *Cor.* 14. c. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, id est, flatus, mens autem mea sine fructu est [Domino] non Mundo, sicut in *Ps.* 143. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. Et *Zach.* 11. a. Benedictus Deus diuites facti sumus. Mundum autem non Deum benedicunt qui magis diligunt Mundum quam Deum. Illi verò eum benedicunt, qui eum magis diligunt & maius estimant. Vnde addit commendando ipsum. Primò, à potentia, cùm dicit.

Moraliter.

h Domine] Dominus enim nomen est potentiæ, vt dicit *Ambr. Exod.* 15. a. Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius. Secundò, à sapientia, cùm dicit.

i Deus] Deus enim interpretatur videns. *Hebr.* 4. d. Omnia nuda sunt & aperta oculis eius ad quem nobis sermo. *Eccl.* 23. c. Oculi Domini multo plus lucidiores super Solem, circumspicientes omnes vias hominum. Tertiò, à clementia, cùm dicit.

k Meus] i. mihi datus. *Isa.* 9. b. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Et ad quid? In potestatem nostræ redemptionis. *Ps.* 110. Redemptionem misit Dñs populo suo 1. *Cor* 6. d. Empti estis pretio magno. In viaticum nostræ peregrinationis, *Ioan.* 6. f. Caro mea est cibus, & sanguis meus potus. Quartus commendat eum ab humilitatis excellentia cùm dicit.

l Magnificatus es vehementer] quia humiliatus vehementer vt dictum est *suprà Ecclesiast. vndecimo* a. Sapientia humilitatis exaltabit caput illius. Dicit ergo. Domine Deus meus magnificatus, &c.] ille autem magnificat eum qui temporales diuitias habens plus

A augetur nec minuitur & in notitia nostra magnificatur. Et quia Domine talis ac tantus es, ideo te adorant, te collaudant, te magnificant omnes creaturæ tuæ, quarum laudibus quasi quibusdam vestibus vndiquè circumdatus es. Hoc est quod sequitur. *a* Confessionem, &c.] Confessionem appellat laudes creaturarum, quæ illis magnitudinem confitentur; decorem dicit, quia in decore creaturarum illius decor agnoscitur qui creaturas fecit *Sap.* 13. a. Quorum etsi specie delectati Deos putauerût, sciât quâto his Dominator eorum speciosior est. Post commendat eum ab inæstimabili claritate & lumine, cùm dicit.

al. † circum amictus lumen sicut vestimentū. *al.* † protegit in. *al.* † ponit nubes. *al.* † eius.

a Confessionem, & *b* decorem *c* induisti. † *d* amictus lumine *e* sicut vestimento. *f* Extendens cœlum *g* sicut pellem, qui † *h* tegis aquis *i* superiora eius. *k* Qui † ponis nubem ascensum † tuum.

d Amictus lumine sicut vestimento] quia lux vndique te circumfulget, qui habitas lucem inaccessibilem, sicut dicit Apostolus 1. *Tim.* 6. c. Et bene dicit, Amictus sicut vestimento velatur corpus ne videri possit, ita adhuc à nobis sua gloria velatur & celatur, vt non possimus eum videre sicut est. Vnde *Isa.* 6. a. dicitur de Seraphin quod duæ alæ tegebant corpus eius. Duæ alæ tegentes nobis illam gloriam, sunt obscuritas creaturarum & ænigmatum, quia videmus modò per speculum & in ænigmate, & debilitas oculorum spiritualiū. Deinde hortatur creaturas ad laudem Dñi. Et primò exhortatur superiores creaturas in quibus maximè relucet bonitas Dei, propter decorem, propter ordinem, propter perpetuitatem. Et primò inter eas cœlum hortatur vt laudet, & ostendit quoniam ipsum cœlum & nos debemus laudare, quia illius creator est. Vnde dicit.

f Extendens, &c.] Ad literam videtur nobis cœlum sicut pellis extensa. Et sicut tabernaculum tectum fuit pellibus, ita cœlum videtur tectum mundi. *Isa* 54 a. Pelles tabernaculorum extende. *Isa.* 44. d. Extendens cœlos solus. *Is.* 51. d. Qui extendit cœlos & fundauit terram. Item [sicut pellem] dicit quia sicut pellis animalis totum corpus ipsius ambit, & continet; ita cœlum totum corpus Mundi complectitur & includit. Postea illa quæ cœlo continuantur, & nos per illa hortatur benedicere cum addit.

h Qui tegis, &c.] quasi dicat, imo cœlum ipsum & aquæ quæ super cœlos sunt, & nos te debemus benedicere, quia creasti ipsum cœlum & aquas quę supra ipsum sunt. Has aquas dicit Beda super cœlos esse contiguas ad modum crystalli congelatas. Deinde commendat ipsum à creatione & dispositione nubium cum dicit.

k Qui ponis, &c.] i. qui facit nubes ab imis in altum ascendere. Et dicitur ascensus nubium esse illius, cùm dicit [tuum] quia ipso faciente, ascendunt nubes, sicut dicitur *Rom.* 8. e. quod spiritus postulat pro nobis, eo quod facit nos postulare. Deindè commendat eum à velocitate operum cum dicit.

Δ Qui ambulas.

Alleg. Δ Propter quod & Deus exaltauit illum in eodem. Humiliauit semetipsum, &c. Ibi *Gloss. Aug.* Quanta humilitas? Humiliauit se Christus vsque ad Incarnationem, vsque ad mortalitatis humanæ participationem, vsque ad diaboli tentationem vsque ad populi irrisionem vsque ad sputa, vsque ad vincula, vsque ad alapas, vsque ad flagella, vsque ad mortem. Et si parum est hoc, aliquid de genere mortis addendum est. Mortem autem Crucis. Ecce humilitatis exemplum superbiæ medicamentum. Quid ergo superbis homo, ô pellis morticina? quid tendis sanie fœda? quid inflas? Princeps tuus humilis est, & te superbus, caput humile, & membrum superbum? Absit, &c.

a Confessionem] Christianorum, te Deum confitentium.

b Et decorem] Ecclesiæ non habentis malum neque rugam. *Ephes.* 5. f.

c Induisti] id est, his ornatus es & vestitus.

d Amictus lumine,] id est, sanctis luminosis.

e Sicut vestimento.] Sancti enim sunt lumen. *Matth.* 5 b. Vos estis lux mundi. *Phil.* 2. b. Lucetis sicut luminaria in Mundo. Item sunt vestis Christi, quia eum corpus suum quod est Ecclesia ornant. *Isa.* 49. e. Omnibus his velut ornamento vestieris posset etiam hoc esse thema in transfiguratione. Tunc enim fuit Christus amictus lumine sicut vestimento, sicut dicitur *Matth.* 17. a Resplenduit facies eius sicut Sol; vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

f Extendens cœlum.] Posset aliquis quærere, quomodo induit Dominus confessionem & decorem & est amictus lumine? Et respondendum est, quòd per prædicationem Apostolorum fuerunt homines edocti, & sic credentes dederunt Deo confessionem & decorem, & luminosi facti sunt. Et hoc est quod dicit. Tu dico extendens cœlum, id est, diffundens sacram Scripturam quæ celat arcana Dei quam extendit, & diffundit tamen in omnem terram. Et hoc. *Deus extendit cœlum SacraScripturæ sicut pellē per Apostolos & Prædicatores.*

g Sicut pellem] i. sicut Sancti prædicatores extensi sunt & diffusi in omnem terram. Pellis à mortuo animali extrahitur, per quam designantur Prædicatores, propter mortificationem carnis, quam debent habere, quā habuerunt Apostoli, Martyres & Confessores. Vndè 1. *Cor.* 9. d. dicebat Apostolus castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cùm aliis prædicauero ipse reprobus efficiar: Sed nunquid ante extenderat hoc cœlum? Nonne Iudæi habueruut Sacram Scripturam? Ita, sed velatam. Vnde addit.

h Qui tegis aquis] id est, obscuris mysteriis.

i Superiora eius] i. corticem Scripturæ, sc. literam [Et sic fiat hypallage] i. profunda & alta sacramenta tegis superficie & cortice literæ vel superiora Sacræ Scripturæ, sunt duo præcepta charitatis de quibus 1. *Cor.* 12. d. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeā, &c. Hoc texit Dominus [aquis] id est insipiditate cæremoniarum & legalium obseruantiarum. De quo velamine dicebat. *Apost.* 2. *Cor.* 3. d. Vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti non reuelatum quod in Christo euacuatur.

k Qui ponis nubem ascensum tuum] in Ascensione. *Act.* 1. a. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et hoc meruit per humilitatem Passionis. Vnde bene sequitur.

Δ Qui ambulas

* amat Deum quàm diuitias. Vehementer autem eum magnificat, qui omnes diuitias & seipsum contemnit & relinquit propter eum. Sicut prolixius dictum est supra, *ibi*: magnificate Dominum mecum. *Luc.* 1. e. Magnificat anima mea Dominum. *Ecclesiast.* 43. d. Terribilis Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potētia eius. Qui verò non Deum, sed Mundum, vel seipsum magnificauit, per confessionem & pœnitentiam emendet quod deliquit. Quia sequitur.

a Cōfessionem & decorem induisti] id est, illum qui semper confessionem lauat & decorat, tu intras in eum per gratiam, & facis eum quasi vestem tuam, sicut supra dictum est per auctoritatem *Isa.* 49. e. Omnis his velut ornamento vestieris. *Gal.* 3. d. Quicunque baptizati estis in Christo, Christum induistis. Et nota, quod primò dicit, Confessionem, & post addit, decorem, quia confessionem, & post addit decorem, quia confessio animam decorat. *Iudith.* 8. a. Erat Iudith inæstimabilis pulchritudinis. Iudith interpretatur confessio. *Ps.* 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Inde sequitur illuminatio gratiæ, quia vt dicit *Greg.* principium illuminationis est humilitas veræ confessionis; vnde bene sequitur.

d Amictus lumine sicut vestimento.] *Ps.* 35. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ipsis autem qui confitentur & faciunt pœnitentiam, dabis cœlum in præmium. Hoc est quod sequitur. *Moraliter.*

f Extendens cœlum sicut pellem] quasi dicat quantum extendit homo suam pellem in pœnitentia, tantum extendis ei de cœlo, i. cœlesti præmio. Et etiam plus, quia mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem, &c. *Luc.* 6. f. Vel sic extendens cœlum, &c. quasi dicat, Dominus extendit, & exponit nobis cœlum venale, sicut pelligerij extendunt suas pelles in foro. *Augustinus* in persona Christi. Venale habeo. Quid? Regnum cœlorum. Quo emitur? Paupertate regnum, labore requies, morte vita. Et quia his oportet eum emi, multi non emunt Vnde bene sequitur.

h Qui tegis aquis] tribulationum superiora eius, quasi dicat, nec videbitur, nec habebitur sine tribulatione, *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Genes.* sexto c. Inundauerunt aquæ diluuij, & eleuauerunt. Tribulationes autem libentius sustinentur, quando verbum Dei frequenter auditur. Vnde & bene de Prædicatoribus sequitur.

k Qui ponis nubes ascensum tuum.] Nubes dicuntur Prædicatores, qui pluunt aquam doctrinæ. *Iob* 37. b. Frumentum desiderat nubes Christus est frumentum. *Ioan.* 12. d. Nisi granum frumenti cadens in terram, &c. Qui vt erubescat in mentibus fidelium desiderat nubes

* Prædicatorum

A *a* Qui ambulas, &c.] i. velociter operaris, ſicut velociter currens. Et dicitur [ſuper pennas] quia ventus dicitur habere pennas propter velocitatem. Poſtea commendat eum à miniſterio Angelorũ, cum dicit. *b* Qui facis, &c. *b* facis vt ſpiritus tui ſint Angeli, i. nuncij, ſicut dicitur *Dan.* 7. c. Millia millium miniſtrabant ei, &c. Et non ſolum miniſtrabant ei, &c. Et nõ ſolũ minores, ſed & maiores, facit miniſtros ſuos. Vnde dicit.

c Et miniſtros tuos] facis.

d Ignem vrentẽ] i. ardentes charitate, ſicut ſunt illi de Seraphin, facis tuos miniſtros, ſicut dicitur *Iſa.* 6. b. Miſſus eſt ad me vnus de Seraphin. Deinde commendat eum à creatione terræ & ſtabilitate ipſius. Vnde dicit.

a qui † ambulas ſuper pennas ventorum. *b* Qui † facis Angelos tuos ſpiritus? & *c* miniſtros † tuos *d* ignẽ † vrentẽ. † *e* Qui fundaſti terram *f* ſuper † ſtabilitatem ſuam, *g* non inclinabitur *h* in ſæculum ſæculi. *i* Abyſſus ſicut † veſtimẽtũ amictus † eius.

al. † ambulat.
al. † facit
al. † ſuos.
al. † flagrantem.
al. † Fundauit.
al. † firmitatem eius.
al. † pallium.
al. † ipſius.

e Qui fundaſti, &c.] id eſt, illam feciſti ſtabilem. Et ideo.

g Non inclinabitur in, &c. Sed obiicitur quia non videtur terra habere fundamenta ſecundum illud *Iob* 26. b. Qui appendit terram ſuper nihili. Et *Iob.* 48. a. Vbi eras quando fundamenta terræ. Et poſt. Super quo baſes eius ſolidatæ ſunt? Sol. Immobilitas terræ, dicitur eſſe ſtabilitas & fundamentum, non inclinabitur in ſæculum ſæculi. *Eccl.* 1. a. Terra autem in æternum ſtat. Sic expoſuimus iſtos verſus ad literam.

Allegor. A *a* Qui ambulas, &c.] i. ſuper virtutes ſanctorum, ſicut dicit *Gloſſ.* quaſi dicat meritò omnes ſuperaſti, in cœlos aſcendens, quia omnes ſuperaſti in virtutibus in terra viuens. Dedit ei Dominus ſpiritum non ad menſuram *Ioan.* 3. d. Poſtquam autem in cœlos aſcendit, inde miſit Angelos ſuo ad cuſtodiam fidelium animarum. Vnde bene ſubdit. *b* Qui facis, &c.] omnino ſicut ſupra expoſitum eſt. Vel ſic. *b* Qui facis, &c.] id eſt, qui facit dona Spiritus ſancti ſuos nuncios, mittens eos in Apoſtolos. Vel ſic. *b* Qui facis Angelos tuos ſpiritus,] i. facis nuncios ſuos, ſcilicet, Apoſtolos quos per orbem terrarum miſſurus erat ſpirituales. Priùs enim quam confirmati eſſent per miſſionem Spiritus ſancti, caro erant & carnales; ſed per ſpiritum ſanctum in eis miſſum, facti ſunt, ſpiritus, id eſt, ſpirituales. *Pſalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

c Et miniſtros tuos] id eſt, Apoſtolos.

d Ignem vrentem] id eſt, eos inflammaſti igne Spiritus ſancti, vrerent vitia in peccatoribus. *Thr.* 1. c. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis. Apoſtolis autem confirmatis, Dominus poſuit eos quaſi fundamenta Eccleſiæ. Vnde ſequitur.

e Qui fundaſti terram] id eſt, Eccleſiam.

f Super ſtabilitatem ſuam, i. ſuper fundamentum ſuum, quod ſunt Apoſtoli. *Pſ.* 86. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et quia ſic fundata eſt ſupra tam firma fundamẽta, & ſupra firmam petram Chriſtum. *g* Non inclinabitur, i. non corruet. *h* In ſæculum ſæculi] i. nunquam, ſecundum quod Dominus dixit Petro. *Luc,* 22. d. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.

Moral. * Prædicatorũ. *Iſa.* 60. b. Qui ſunt iſti qui vt nubes volãt?

Prædicatores dicũtur nubes.
- Propter velocitatem, *Iſaiæ* 60. b. Qui ſunt iſti, &c.
- Quia fœcundant terram. *Iſa.* 45. b. Rorate cœli deſuper & nubes pluant, &c.
- Qui terram irrigant, *Iob* 36. d. Qui effundit imbres ad inſtar gurgitum.
- Quia vento ducuntur. *Iob* 37. b. Nubes ſpargunt lumen ſuum.
- Quia ſuſpenſi. *Iob* 7. c. Suſpendium elegit anima mea.
- Quia tonant comminando. *Pſ.* 76. Vocem dederunt nubes.
- Quia coruſcant miraculis. *Pſal.* 76. Illuxerunt coruſcantes tuæ Orbi terræ, &c.

Per has nubes Dominus aſcendit & creſcit in ſuis membris, quando, ſcil. auditores mores ſuos dirigunt ſecundum doctrinam Prædicatorum. Vnde addit. *a* Qui ambulas, &c. id eſt, qui in hominibus es, & proficis in virtutibus eorum, quæ ſunt pennæ quæ ad cœlum eleuant. Vento autem comparatur homo propter velocem tranſitum vitæ eius. Sed vita multorum non eſt pennata, ſed plumbata: ideo deſcendunt in profundum maris, id eſt, æternæ amaritudinis. *Exod.* 15. b. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus, *Iob* 21. b. In puncto ad inferna deſcendunt. Item pennæ molles ſunt & Dominus ſuper pennas ambulat, id eſt, ſuper animam mollem, ſcilicet, piam miſericordem, ſuauem, & benignam, &c. Et vt melius ad prædicationem Prædicatorum ſe emendẽt neceſſe eſt vt Prædicatores ſint vita ſpirituales & zelo feruentes. Vnde adhuc de ipſis ſubditur.

b Qui facis, &c.] Angeli ſunt Prædicatores & Sacerdotes. *Malac.* 2. b. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: Angelus enim Domini exercituum eſt. Ipſi etiam ſunt miniſtri Domini, & hos facit Dominus.

d Ignem vrentem] per zelum & feruorem prædicationis *Iere.* 5. d. Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna. Ex hoc ſequitur quod mentes auditorum terrentur pro malis confortantur in bonis. Vnde addit.

e Qui fundaſti, &c.] Terra moralis, eſt cor hominis, in qua ſeminatur verbum Dei, vt fructum operum afferat. *Luc.* 8. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam, & volucres cœli comederunt illud; aliud ſup. petram & aruit, aliud in ſpinas, & ſuffocauerunt; aliud in terram bonam. Huius terræ ſtabilitas eſt timor Domini, ſecundum quod dicitur in *Pſ.* 88. Poſuiſti firmamentum eius formidinem. Et *alibi.* Terra tremuit, & quieuit quaſi dicat timor ipſe eſt ei quies. Et aliter non quieſcit homo nec ſtabilis eſt. *Eccl.* 27. a Niſi in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Sed ſi ibi fuerit fundata hæc terra.

g Non inclinabitur, &c.] ſupple ad dexterã per proſperitatem, nec ad ſiniſtram per aduerſitatem, nec ſurſum per ambitionem, nec deorſum per deſperationem, quia virtus eſt habitus in medietate conſiſtens. Vel, Non inclinabitur in ſæculum ſæculi, i. in æternum in Inferno, quia ſicut dicitur *Eccl.* 1. b. Timẽti Deum bene erit in extremis & in die defunctionis ſuæ benedicetur.

i Abyſſus, ſicut, &c.] Supra ad literam commendauit Propheta Dñm in multis; hic iterum commendat eum, ex eo quod non tantum ſuperioribus imperat, ſed & inferioribus. Vnde dicit. [Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius,] id eſt, terræ, quia ſicut homo ſuo veſtimento circundatur, ita terra circumdatur aquis. Abyſſus quidem eſt matrix aquarum. Et tamen licet ita terram circundet, tamen imperio Domini & voluntate eius terra immobilis ſtat. Secundo, commẽdat illum a ſuſpenſione nubium, quia facit vt aquæ in vapores reſoluantur, & vapores in nubes conglobentur, & nubes iterum in pluuiam reſoluantur, vnde dicit. *Ad literam.*

A Super montes

Allegor. Allegoricè ſic. *i* Abyſſus ſicut, &c.] id eſt, terræ per quam ſuperiùs diximus Eccleſiam intelligi, quæ circundatur Abyſſo, i. multitudine aquarum tribulationum & perſecutionum. Hæc eſt enim arca in diluuio; & nauicula Petri in mari, quæ licet in fluctibus agitetur, non tamen ſubmergetur. Et eſt abyſſus multiplex, quia eſt.

Abyſſus.
- Materialis, *Gen.* 1. a. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.
- Peccati. *Pſ.* 70 De abyſſis terræ iterum reduxiſti me.
- Profundus peccator. *Pſal.* 32. Ponens in theſauris abyſſos.
- Temporalis perſecutio, vt hic. Et *Nahum.* 1. b. In diluuio prætereunte conſummationem faciet.
- Pœnæ æternæ. *Exo.* 15. a. Abyſſi operuerũt eũ.
- Cor vanum *Ier.* 17. b. Profundum eſt cor hominis & inſcrutabile.
- Profunditas ſacræ Scripturæ. *Pſ.* 41. Abyſſus abyſſum inuocat.
- Iudiciorũ. *Pſ.* 35. Iudicia Dei abyſſus multa. *Ro.* 11. d. Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, &c.

A Super montes

Moraliter. Moraliter. *i* Abyſſus ſicut, &c.] ſcil. terræ moralis, quæ eſt cor hominis in fide & timore fundati & ſtabiliti. Abyſſus dicuntur Dei iudicia, ſicut *ſupra*, Iudicia tua Abyſſus multa. Et bene ſequitur ad fidem & timorem: Qui. n. credit & timet, ſæpe cogitat de iudiciis Dei. Et hæc dicitur, veſtimentum, quia tuetur à frigore æterno, *Iob.* 29. c. Iuſtitia indutus ſum *Apoc.* 16. c. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet. Ex hoc autem timore, & ex memoria iudicij Dei, ſequitur vitatio peccati, & prudentia ad bonum faciendum, quia *Eccl.* 1. c. dicitur Timor Domini expellit peccatum Et *ibid.* b. Initium ſapientiæ timor Domini. *Et iterum.* c. Plenitudo ſapientiæ timere Deum. Propter hoc bene ſequitur.

a Super montes stabunt aquæ.] Hoc ad literam verum est. Nubes enim incumbunt montibus. Tertio, commendat eum à dissipatione inundationis diluuij: Cùm enim vult, inundationes facit, cùm vult dissipat. *c* Ab increpatione tua fugient, id est, flatu ventorum, sicut puer fugit à voce pædagogi sui. *d* A voce, &c.] i. ad modum formidantium se habebunt, quia fugient à sono tonitrui. Et sumitur ibi vox pro sono scilicet, genus pro specie. Quarto, commendat eû ab emissione fulguris & tonitrui in eodem verbo. Et est sensus, homines formidabût à voce tonitrui, & propter coruscationes & fulgurationes. Quinto, cômendat eum ab operatione & tempestatum & tranquillitatû. Vnde dicit. *f* Ascendunt montes] i. fluctus ad modum montium. *g* Et descendunt, &c.] i. post eleuationem in têpore tranquillitatis rediguntur in planitiem quasi in câpû. Et hoc. *h* In locû, &c.] i. in terminum quem posuisti eis. Hoc tamen totum legit *Gl.* de diluuio quòd fuit in diebus Noe ab illo loco. *a* Super montes, &c.] i. steterunt, sicut dicitur ibi *Gen.* 7. d. Quia aquæ operuerunt cacumina montium 15. cubitis. & 15. cubitis altior fuit Arca môtibus quos operuerat. *c* Ab increpatione, &c.] i. te imperante & volente fugerunt. *f* Ascendunt montes] i. ascenderunt, i. visi sunt ascendere, quando cacumina montium descendentibus fluminibus apparuerunt. *g* Et descendunt câp.] i. apparuerunt valles in imo. Sic exponitur de diluuio Sed tropus iste loquendi, sc. quod præsens vel futurum accipiatur pro præterito, vix aliquando reperitur. Sed quod præsens vel præteritum pro futuro sumatur, sæpissime inuenitur in sacra Scriptura. Sextò commendat eû à coërtione maris, cum subiungit. *i* Terminum posuisti eis, sc. aquis. *k* Quem non &c.] Positi sunt. n. termini mari vt ibi quiescat & non exeat. Vnde addit. *l* Neque conuertêtur, &c.] i. vt operiant terram, *Ier.* 5. c. Me ergo non timebitis qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit? *Prou.* 8. d. Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos. Septimò commendat eum à creatione fontium. Vnde dicit. *n* Qui emittis, &c.] In montibus. n. oriuntur aquæ & defluunt in vallibus & fiunt fontes, *Prou.* 8. c. Necdum fontes aquarum eruperant. Nec tâtû fontes facit, sed & flumina deducit. Vnde addit. *p* Inter medium montium] per valles, sc. pertransibunt aquæ. Et ad quid erût vtiles? Ad vsum animaliû, Vnde sequitur.

Potabunt omnes

a Super montes *b* stabunt aquæ. Ab *c* increpatione tua fugient, à *d* voce tonitrui tui *e* formidabunt. *f* Ascendût montes & descendunt *g* campi in *h* locû quê fundasti eis. *i* Terminum posuisti † eis, *k* quê non transgrediêtur, neque † *l* conuertentur *m* operire terrâ. *n* Qui emittis fôtes in *o* conuallibus, *p* inter mediû montium pertransibunt aquæ.

al. † non habet † eis.
al. † reuertêtur tegere.
al. † emitteit.

De diluuio.

Alleg.

A *a* Super montes] i. super Apostolos & primos Prælatos Ecclesiæ *b* Stabunt aquæ] i. tribulationes: Tunc. n impetû tribulationum sustinebant maiores Ecclesiæ Prælati. Vnde dicit *Ieron.* Tunc laudabile fuit Episcopatum appetere, quando dubium non erat per hunc ad palmam Martyrij peruenire. In tempore illo dixit Apost. illud verbum, de quo multi ambitiosi sibi applaudunt, 1. *Tim.* 3. a. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nunc autem non est appetendus Episcopatus, quia persecutio cessauit. Vnde addit. *c* Ab increpatione, &c.] sc. persecutores & persecutiones, quia videlicet increpauit Dominus & afflixit multos de Tirannis. Cessauit persecutio, quia timuerunt alij. Vnde subdit. *d* A voce tonitrui tui] i. comminationis tuæ. *e* Formidabunt] Tyranni. Et qui priùs côtra Ecclesiam insurrexerunt, postmodum ipsi Ecclesiæ humiliter obedierunt. Sicut patet in Paulo qui de persecutore Ecclesiæ factus est Prædicator eiusdem, *Act.* 9. Vnde addit. *f* Ascendunt montes] i. superbi persecutores contra Ecclesiam insurgunt. *Ps.* 73. Superbia eorum qui te oderût, &c. Et ipsi iidem facti. *g* Campi] i. humiles & viles, descendunt per obedientiam & humilitatem *h* In locum, &c. i. ipsam Ecclesiam quam fundasti ô Christe in sanguine tuo, eis, ad vtilitatem suam. Non. n. permittis eos Ecclesiam tuam persequi nisi quantùm tibi placet. *i* Terminum posuisti eis] persecutoribus

k Quem non, &c.] *Iob.* 38. b. Circumdedi mare terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi. Hucusque venies, & non procedes vltra, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

l Neque] enim vltra conuertentur operire terram, id est, vt ex toto operiant terram, id est, Ecclesiam, licet à latere eam pulsent. Ad hoc autem vt hæc terra fructum afferret, necessaria fuit irrigatio. Vnde bene subdit. *n* Qui emittis fontes] i. prædicationis fluenta, *Isa.* 12. a. Haurietis aquas in gaudio. *o* In conuallibus] i. in Apost. & Prædicatoribus humilibus, qui non solum valles propter humilitatem, sed etiam conualles dicuntur propter geminam charitatem. Et dicitur prædicatio eorum fons non cisterna, quia ibi erat viua aqua iugiter, dicente Domino. *Mat.* 10. c. Nolite præmeditari qualiter respondeatis, dabitur. n. vobis in illa hora quod loquamini, q. d. non deficiet vobis aqua doctrinæ, sed iugiter effluet vnde securè effluere potestis. Sed non sic qui habent tantum cisternas i. qui firmauerunt paucos sermones, quos cum dixerint exhausti sunt. De hoc. *Prou.* 5. c. Bibe aquam de cisterna tua q. d. si non habes fontem, sed tantùm cisternam, tu bibe tibi, & non alijs festines effundere. Sed si fontes habes Sequitur *ibi* Deriuentur fôtes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Vnde autem debeant venire aquæ illorû fontiû, subdit. *p* Inter medium, &c.] Montes sunt duo Testamêta de quib. debêt emanare fôtes & aquæ prædicationis, *Zac.* 6. a. Ecce quatuor quadrigæ egrediêtes de medio duorum montiû. Et montes ærei, propter sonoritatê prædicationis & durabilitatem, quia *Luc.* 16. d. Facilius est cœlû & terrâ præterire, quam de lege vnum apicem cadere. Et de his

Montes sunt duo testamenta.

Moral.

a Super montes, id est, super mentes à terra & ab omni peccato eleuatas. *b* Stabunt aquæ] sapientiæ, *Eccl.* 15. a. Qui timet Deum faciet bona, &c. Et post addit. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et sic. *c* Ab increpatione tua] quam facis incutiendo timorem, & dando cognitionem Abyssi iudicij tui. fugient, sc. homines vitia, *Iob* 33. c. Increpat quoque per dolorem in lectulo, id est, conscientia. Vel ad literam, in lectulo infirmitatis. Tunc. n. timent homines & promittunt se fugere peccata. *Eccl.* 21. a. Quasi à facie colubri fuge peccata.

d A voce tonitrui tui] sc. comminationis tuæ quâ comminaris peccatoribus de pœnis æternis.

e Formidabunt] ipsi peccatores, 1. *Reg.* 2. b. Dñm formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit, *Iob.* 37. a. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, Sed nunquid habent vocem tonitrua? Vtique. *Apoc.* 10. b. Locuta sunt septem tonitrua voces suas. Et *eodem.* Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere? Hæ sunt septem pœnæ Inferni, contra septem vitia, postea verò non fugiunt vitia, sed & aggrediuntur bona opera vitæ actiuæ & contemplatiuæ. Vnde sequitur.

f Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis] Montes sunt viri contemplatiui, qui ascendunt contemplando & desiderando in cœlum, quod est locus quem Dominus fundauit eis ad ascendendum illuc. Campi, sunt actiui, qui descendunt per compassionê ad miserias proximorum. Vel Aliter. Montes, sunt Prælati, qui ascendunt per Dominium. Contra illud, 1 *Petr.* 5. a. Nô dominantes in clero. Et *Eccles.* 32. a. Rectorem te posuerunt, noli extolli, &c. Campi sunt subditi, qui descendunt per eorum depressionem. Et nota quod montes quercus ferunt, & porcos pascunt, sed campi fruges ferunt, & pascunt homines. Sed in primo sensu prosequamur. *i* Terminum posuisti] scil. montibus, & collibus, id est, contemplatiuis & actiuis.

Aliter.

k Quem non transgredientur] vt contemplatiui non plus sapiant quâ oportet sapere, nec sint perscrutatores Maiestatis. Et actiui etiam modum seruent, vt rationabile sit obsequium eorum, sicut dicitur *Rom.* 12. a. Et si contemplatiui non omnia possint attingere secreta, & actiui non omnia præualeât agere quæ cupiunt, non tamen propter hoc debent relinquere, in contemplationem, aut illi actionem, ad pristina vitia reuertendo. Vndè bene sequitur.

l Neque conuertentur, à via sua quam incœperunt tenere: *m* Operire] i. vt operiant terram. Terram operit, qui terrenis tractandis & appetendis se implicat, *Eccl.* 10. b. Nihil iniquius quam amare pecuniam: hic. n. animam suâ venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua *Thren.* 2. d. Effusum est in terra iecur meum. Sed quid debent facere? in hoc debent recognoscere fragilitatem, & ignorantiam suam, & inde humiliari. Et tunc forsitan dabit Dominus eis gratiam attingendi vel agendi id quod priùs non poterant. Vnde sequitur.

n Qui emittis fontes] id est, dona gratiarum.

o In conuallibus] id est, in cordibus humilium, *Iac.* 4. b. Humilibus dat gratiam. Et præmittit: Deus superbis resistit Vnde & hic addit.

p Inter medium montium, &c.] gratiarum, q. d. conualles humilium aquis istis repleantur, sed montes superborum

b aridi remanebunt,

A *a* potabunt omnes beſtiæ agri,] ſc. animalia domeſtica, ſed & ſiueſtria. Vnde addit. *b* Expectabunt onagri, &c.] Hoc dicit, quia alia animalia ſæpe bibunt, ſed onagri, expectāt pluuiam de cœlo, & multum ſuſtinent ſuam ſitim. Et ſunt onagri aſini ſilueſtres. Dicit enim Iſid. quod onos idē eſt quod aſin⁹, agrios, idem quod ſiluester.

Alleg. *al.* † ſiluæ. *al.* † ſuſcipient. *al.* † ſitim ſuam. *al.* † illos volatilia. *al.* † vocem ſuam.

Λ dere. Et de his aquis. *a* Potabunt omnes beſtię agri, i. gentes quę erant incultæ & ſilueſtres. Sed. *b* Expectabunt onagri in ſiti ſua] i. magis indurati & feroces, ſ. Iudæi qui expectabunt viſque in finem, in quo reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. Et in hoc bene dicuntur onagri, ſc. aſini ſilueſtres. Sunt enim ſine ſenſu, ſicut aſini, ſilueſtres, i. alieni a præſepio Domini. Sed poſt expectationem hanc reddetur eis ſenſus, & ipſi reuertentur ad præſepe Domini ſui, ſecundum quod dicitur *Rom.* 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

a Potabunt omnes beſtię † agri, † *b* expectabunt onagri in † ſiti ſua. *c* Super † ea *d* volucres cœli *e* habitabunt, *f* de medio petrarum *g* dabunt † voces. *h* Rigans *i* montes *k* de ſuperioribus ſuis, *l* de fructu operum tuorum *m* ſatiabitur terra. *n* Producens fœnum iumentis, & herbam, *o* ſeruituti hominum

Moraliter. * aridi remanebunt. Hi ſunt montes Gelboe, de quibus 2. *Reg.* 1. d. Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniant ſuper vos. Idem repetit dicens. *a* Potabunt omnes beſtiæ agri,] ſ. ſimplices & idiotæ his aquis reficientur. Sed. *b* Onagri] i. feroces & ſuperbi, expectabunt in ſiti ſua, q. d. habebunt penuriam huius aquæ. *c* Super ea volucres, &c.

Ad liter. Hic cōmendat Dominum à creatione auium, & inhabitatione earum, quia volucres cœli ab eo creatæ habitat. Super ea, i. ſuper prædicta. Hoc dicit, quia in acre habitāt volucres, & aer eſt ſuper montes & ſuper fontes. Secundo à cantu auium. Vnde dicit. *f* De medio petrarum, &c.] Hoc dicit, quia in ſummo petrarum habitant volucres, & ibi cantant. Tertio, commendat illum à creatione pluuiarum. Vnde dicit. *h* Rigans montes, &c.] i. de eis quæ ſunt ſuperiora, i. de aëre, qui eſt ſuperior. Vel inferiores montes & minores de ſuperioribus montibus, quia aquæ deſcendunt à maioribus in minores. Quartò, commendat eū à fertilitate terræ naſcentium. Vnde dicit. *l* De fructu operum, &c.] i. viri terreni ſatiabuntur de fructu quem tu operatus in terra. Deinde commēdat eum ab vtilitate terræ naſcentium cum dicit *n* Producēs fœnū iumētis, &c.] q. d. ita vtilia facis eſſe terræ naſcentia, quod non ſolum paſcis ex eis homines, ſed & iumenta quæ dediſti in auxilium hominū. *Pſ.* 146. Qui dat iumentis eſcā ipſorū, &c. Et ad quid dat illis eſcas? Vt ſeruiāt hominib. Vnde addit. *o* Seruituti hominu.] i. vt ſeruiāt hominib. quia & propter hoc facta fuerunt, & propter hoc ſuſtentātur à Dño. Nota

Eſt fœnum.
- Venialium peccatorum. 1. *Cor.* 3. c. Si quis ſuperædificat ligna fœnum, ſtipulam.
- Hypocritarum *Iob* 40. b. Fœnum quaſi bos comedet.
- Mutabilitas humanæ naturæ. *Iſ.* 40. b. Omnis caro fœnum.
- Carnalibus cibus vt hic. Prouidens fœnū iumentis, &c. *Deut.* 11. b. Fœnum ex agris ad paſcendum iumenta.
- Spiritualis cibus. *Prou.* 27. d. Aperta ſunt prata & apparuerunt herbæ virentes, & collecta ſunt fœna de montibus.

Δ Et ad quid ſuſtentat

Allegor. Allegoricè. *c* Super ea,] i. ſuper montes, i. ſuper Apoſtolos & doctrinam eorum. *d* Volucres cœli] i. viri Sancti, pennis virtutum ad cœlum tendentes. *e* Habitabunt] quia in doctrina Apoſtolorum ſtudebunt, ſicut *Ier. Auguſt.* & alij Et ſic. *f* De medio petrarum,] i. communi doctrina Apoſtolorum. *g* Dabunt voces,] prædicando fidelibus & diſputando contra infideles. Vnde dicebat *Ieron.* Noli mihi credere, niſi quod dixero oſtendam, de nouo, vel de veteri derinatum, quaſi dicat, niſi de medio petrarum dem voces. Tamen nec illi montes, ſc. Apoſtoli, nec illi Prædicatores & Prælati qui eis ſucceſſerunt, à ſe habuerunt doctrinam & gratiam prædicandi, quia ipſe Deus eſt. *h* Rigans montes] i. Apoſtolos ipſos. *k* De ſuperioribus ſuis] vel, tuis, & eſt idem ſenſus, licet mutetur perſona, i. de ſecretis ſuis, quæ ſunt ſuperiora altiora ipſis montibus. *Eccl.* 3. c. Altiora te ne quæſieris. Vel ſuperiora & dicit gratiam, & ſapientiam, quibus rigat Deus corda ſuorum. *Iac.* 1. c. Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt, &c. Tunc rigauit montes, quando rorem igneum, ſc. Spiritum ſanctum effudit in eos. Et quid prædicabant ipſi Apoſtoli & imitatores eorum? Paſſionem

Chriſti. Vnde ſubdit. *l* De fructu operum tuorum, &c.] i. de ſalute quam operatus es in medio terræ, patiendo hæc, tantum prædicabitur minoribus fidelibus, qui ſe & terram reputant & imos, quod ipſi inde ſatiati reficientur. Propter hoc dicebat *Paulus* 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Iſti non reputabant ſe terram De fidelibus autem adon. Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam, q. d. ita prædicamus eis fructū operum Chriſti, quod ex hoc quaſi de ſapido cibo refecti, virtutem animæ ſumunt. Dico, [de fructu operum tuorum, ò Deus. *n* Producens fœnum iumentis, &c. Per iument. & per ſeruitutem hominū, intelliguntur fideles, Chriſti ſeruitio mācipati, quib. Chriſtus produxit fœnū carnis ſuæ. Quia *Iſ.* 40. b. Omnis caro fœnū. Et meritò produxit fœnum, quia factus erat iumētum. Vnde *Pſ.* 72. Vt iumentum factus ſum apud te. Vel. *Pſ.* 48. Homo cum in honore eſſet, &c. Hoc fœnum exſiccatum eſt in feruore Paſſionis. Tunc vere fuit fœnum Sed quaſi herba fuit virens in vtero Beatæ Virginis, & etiam in præſepio. Sed hæc herba creuit in panem

13. q. 1. c. Eccleſias. §. his ita.

Λ Angelorum. De quo

Moraliter. Moraliter. *c* Super ea] quæ prædicta ſunt, i. fontes, & montes, i. doctrinam & vitam Apoſtolorum & Prophetarum. *d* Volucres cœli] i. viri ſpirituales. *e* Habitabunt] i. mente conuerſabuntur in eis cogitantes, ſc. quomodo Deus humilibus dat gratiam, & ſuperbis reſiſtit, vt dicitur *Iac.* 4 b. Et quod de fluminibus gratiæ eius potabunt omnes beſtię ſiluæ, i. ſimplices & ſilueſtres homines, &c. Et quod cogitarunt, aliis dicent. Et hoc eſt quod dicit. *g* Dabunt voces,] ſc. hortando ad humilitatem & pœnitentiam. Sed quia opus debet præcedere prædicationem, præmittit. *f* De medio petrarum] i. de medio duræ & auſteræ vitæ ſuæ. Et quam vocem dabunt illam, ſc. *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet intrare in Regnum cœlorum. Et illam *Matth.* 7. b. Auguſta eſt porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, 1. *Petr.* 4 d. Si primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? Nota quod dicit. De medio, quia non in principio vitæ, ſed poſtquam probatus fuerit homo, debet aliis prædicare. *Deut.* 15. d. Non operaberis in primogenito bouis. Sed licet habeant vitam duram, tamē habent à Deo conſolationem intimam. Quia Dominus eſt. *h* Rigans] aquis gratiarū & conſolationum. *i* Montes] id eſt, Sanctos, qui ſunt in ardua vita, non illos montes Gelboe de quibus ſupra diximus. Et hoc. *k* De ſuperioribus ſuis,] i. de gratia non de aquis fluminū, ſicut in terra Ægypti, i. in eis qui mundum amant, ſecundum quod de vtroque dicitur *Deut.* 11. b. Terra ad quam ingredieris poſſidendā non eſt ſicut terra Ægypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorum mortem aquæ ducuntur irriguæ, ſed montuoſa eſt & campis, de cœlo expectans pluuias. Fluuius Geon irrigat terram Ægypti. Geon interpretatur hiatus terræ, & ſignificat auaritiam, quæ hiat ad terram ſorbendam multi ſunt qui non curāt irrigari de ſuperioribus, ſed tantùm de inferioribus ſecundum quod dicit Poeta.

Det vitam, det opes, æquum animum ipſe parabo.

Non petunt cum Axa, ſimul irriguum ſuperius & inferius. *Ioſue.* 15. d. Sed de ſanctis dicitur *Ierem.* 31. b. Erit anima eorum quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum Poſt irrigationem autem gratiæ ſequitur fructus operis. De quo ſubdit. *l* De fructu operum tuorum ſatiabitur terra.] Et poteſt legi intranſitiuè, i. de fructu qui eſt opera, ſiue de operibus qui ſunt fructus. Et dicit, tuorum, Deo attribuens fructum, & opera, quia ipſe incrementū dat. *Iſa.* 26. c. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Et dicit. *m* Satiabitur terra] id, eſt cor hominis operantis illa opera, qui inde reficitur interiùs. *Pſ.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. *Gloſſ.* quia non tantùm pro eis in futuro redderur præmium, ſed & hic in eorum cuſtodia magnum eſt gaudium. Vel poteſt legi tranſitiuè.

l De fructu operum] i. de fructu qui ſequitur ex operibus quæ ſunt quaſi ſemina, & eorum fructus eſt vita æterna. De quo fructu.

m Satiabitur terra,] ſc. corpus & anima. *Pſ.* 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Verè ſatiabitur, qui in te vno, quilibet habebit quod volet. Quod innuit in verſibus ſequentibus. Vndè dicit.

n Producens fœnū iumentis, &c.] quaſi dicat, tu es producēs quilibet quod deſiderat in patria. Iumēta deſiderāt fœnū ad paſtum, homines, herbā virentem ad viſum. *Eccl.* 40. c. Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus, & ſuper hæc uirides ſationes. Item quantum ad guſtum habebunt

Vt † *a* educas panem de *b* terra *c* & vinum *d* lætificet cor hominis. Vt *e* exhilaret *f* faciem in *g* oleo, & *h* panis *i* cor hominis † confirmet *k* Saturabuntur ligna † campi, & cedri Libani, quas plantauit illic *m* passeres nidificabunt, † *n* Herodij Domus *o* dux est eorum, *p* montes † excelsi ceruis, *q* petra refugium

al. † educat. *al.* † confirmat. *al.* † siluarũ. *al.* † Fulicæ. *al.* † altissimi.

A Et ad quid sustentat Deus ipsos homines, & ad vsũ eorum iumenta? Vt homo possit facere pœnitentiam quam Dñs ei iniunxit. *Gen.* 3. c. dicens. In laborib. comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. Hoc est quod subiungit. *a* Vt educas] tu Deus, pané, i. cibũ. *b* De terra] per laboré hominũ Sed cum pane cõdimentũ aliquod est necessarium, Vnde addit de vino & oleo dicens. *c* Et vinum lætificet, &c.] Hoc dicit, quia oleum est condimentum ciborum. Et tunc gaudet homo in mensa, quando habet condimentũ. Et hæc condiméta faciunt pané comedi qui roborat hominem. Vnde subdit. *h* Et panis cor hominis, &c.] Et non solũ homines & iumenta Dñs nutrit, sed arbores. Vnde addit. *k* Saturabuntur ligna cãpi.] Habét. n. arbores radicem pro ore, & nutriuntur calore & humore. Et non tantum viles arbores, imò etiam maiores. Quia *l* Et cedri Libani, &c.] i. nutriuntur. Et hæc ligna vtilia sunt auibus. Quia *m* Illic passeres, &c.] i. aues minores. Sumitur enim ibi spirituales pro genere, quia passeres ibi nidificant in arboribus.

Alleg. A Angelorum. De quo addit *a* Vt educas pané.] De quo *Ioan.* 6 c. Ego sum panis viuus. *b* De terra] i. de B. Virgine. De qua in *Ps.* 84. Benedixisti Domine terram tuam. Et *alibi*. Terra nostra dedit fructum suum. Et *iterum*. Veritas de terra orta est, i. de B. Virg. *c* Et vinum lætificat, &c.] i. sanguis eius de vua corporis eius expressus in torculari Crucis. De quo *Is* 63. a. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Et respondet. Torcular calcaui solus. Hoc vinũ lætificat cor hominis, quia Christi Passio causa est nostræ lætitiæ æternæ. Vel exponatur de Eucharistia, quæ verè lætificat. Et ideò dicitur *Eccl.* 9. b. Comede cũ lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Et ideò sequitur. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Et *Exo.* 29. b. Erunt Sacerdotes mei in religione perpetua. De hoc sequitur lætitia, & æterna & temporalis, & robur animæ, ad resistendum malo, & faciendum bonũ. Vnde bene addit. *e* Vt exhilaret faciem] i. vt nos perducat ad lætitiam æternam. Non nostris meritis, sed *g* In oleo] suæ misericordiæ. De quo *Cant.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. Et bené in hoc oleo. Nõ. n. ex operibus iustitię quæ fecimus nos, sed secũdũ suã misericordiã saluos nos fecit sicut dicit *Apo. ad Tit.* 3. b. Vel. *e* Vt exhilaret] in præséti. *f* Facié cordis. *g* In oleo] illius misericordiæ. Ex hoc. n. gaudet mens iusti, quod Christus fecit nobis hanc misericordiam quod pro nobis Sanguinem suum fudit. Et quia hanc misericordiam facit nobis, quod reficit nos Sãguine & Carne sua. Vnde addit. *h* Et panis] Corporis Christi. *i* Cor hominis confirmet] ad malum vitandũ, & bonum faciendum. Vnde cũ primò petamus. Fiat volũtas tua, &c. statim subiungimus. Pané nostrũ quotidianũ, vel super substantialé, da nobis hodie. Quasi dicamus, vt tuã possimus facere voluntatem, confirma corda nostra pane tui Corporis, & nõ de pane & vino & oleo. *k* Saturabuntur ligna cãpi *l* Et cedri Libani] i. potentes in sæculo. Cedrus. n. alta & procera arbor est. Et nota ordiné, quia prius ligna campi, & deinde Cedri, quia prius elegit Dominus cõtéptibiles quã nobiles. Vnde 1. *Cor.* 1. d. Videt vocationem vestram, fratres, quia nõ multi sapientes secundũ carnem, non multi potétes, non multi nobiles. Et non omnes cedri, sed illæ tantũ quas plantauit. Non. n. omnes potentes & nobiles accesserunt ad fidem, nisi illi quos prædestinauit, quos & vocauit ad fidé. Sed tamé *m* Illic] i. in illis cedris, quas plantauit, passeres nidificabunt. Per passeres, intelligũtur, viri spirituales, qui patiuntur tribulationes, & pennis virtutũ volant. Hi nidificant in illis cedris, quia in protectione & sustétatione potentũ fideliũ securi habitãt, & bonis operibus quasi ouis ponendis intendunt, omnes n. personæ, ecclesiasticæ de mammillis Regum & vbertate potentũ necessaria habent. Vnde *Isa.* 60. c. dicitur ad Ecclesiam. Suges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis.

Matth. 6. *b.* *Rom.* 8. *f.*

Moral. * desiderium suũ. Quod innuit cum subiungit. *a* Vt educas panem, &c.] sc. pané Angelorũ de terra viuentiũ. Vel pané, i. refectioné. *b* De terra] i. de corpore Christi glorificato. Hæc est terra quæ data est in manus impiorum. *Iob* 9. c. Et in aspectu huius terræ in patria reficientur electi. *c* Et vinum] i. inebriatio illius vuæ passæ & iocunditatis æternæ. *d* Lætificet cor hominis.] *Ps.* 35. Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ. *e* Vt exhilaret faciem, hominis. *g* In Oleo lætitiæ. *h* Et ille, panis cor hominis cõfirmet, vt nihil de cætero illud molestare possit. Et de ipso. *k* Saturabuntur ligna campi, &c. quasi dicat & minores & maiores saturabuntur. *Iob* 3. c. Paruus & magnus ibi sunt. Et *m* Illic passeres] i. contemplatiui nidificabunt, in præsenti per contemplationem ibi habitantes, & in futuro ibi in æternum manendo. Vnde *sup. Ps.* 83. Passer inuenit sibi domum.

De sacra vnctio. c. vnico in fin. *De consecr. dist.* 2. *c. accipite*

Ad litter. *n* Herodij domus.] Superiùs ad literam posuit vnum vsũ lignorũ ad quid sunt, vtilia, s. vt in eis nidificét aues paruæ & minores. Vnde dixit. Passéres. Hic ponit alium vsum siue aliam vtilitatem, vel eandem aliis communicata, quia s. non solũ minores aues, sed & maiores ibi habitant. Vnde dicit. Herodij domus dux est eorum. Domus, i. genus, sicut dicitur *Leu.* 20. a. Ipse erat de domo & familia Dauid. Herodius, est magna auis rapax, quæ dicitur. *Girfant*. Est ergo sensus. Herodij domus, i. genus illius auis. *o* Dux est eorum] sc. passerum, i. minorum auium in lignis nidificantium. Nec solùm arbores sunt vtiles auibus, sed & *p* Montes excelsi ceruis] qui in siluis habitant & suum habent refugium. Et non solùm hæc magna animalia, sed & minora. Vnde addit.
q Petra refugium herinaciis,] id est, hæriciis. Hericius A enim solet habitare

Allegor. Allegoricè. *n* Herodij domus dux est eorũ.] Supra dixerat quod passeres nidificãt in cedris, i. spirituales in potétibus, per quos sustentantur. Sed posset quæri sicut frequenter quæritur, quare isti spirituales ad illos magnos & potentes in sæculo accedunt, & curias intrant aliquando, cùm illos potius contemnere deberent? Ad quod respondet, quod non debent eos contemnere nec euitare, quia ipse Christus non euitat, nec contemnit eos. Hoc est quod dicit. Herodij domus dux est eorum. Herodius, est auis rapacissima, omnium auium maior, qui & Aquilam vincit, per quem intelliguntur rapaces prædones & diuites. Est ergo sensus. Christus qui est dux passerum, i. spiritualium. *Exod.* 15. b. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Iste inquam, dux eorum est domus & refugium herodij] i. hominum rapacissimorum quantumcumque mali sint, si velint ad ipsum reuerti. Et facit quod vincunt Aquilam, i. diabolum, & fiunt duces ipsorum passerum, vt etiam alio sensu dicatur.
n Herodij Domus] id est, illi qui prius fuerunt rapaces & mali.
o Dux est eorum] i. spiritualium, sicut apparet exemplum in Pau & Aug. qui primo fuerunt herodij ad prædandum aues, Christi, sc. Christianos & postea facti sunt duces Ecclesiæ. Vnde de Beniamin, de quo descendit Paul. dicitur *Gen.* 49. d. Beniamin lupus rapax mané comedet prædam, vespere diuidet spolia. Et *p* Montes excelsi] sunt refugium ceruis. Cerui, qui spinetá transiliunt, sunt Apostoli & magni spirituales, qui omnes spinas diuitiarũ relinquendo, transilierunt. Isti habent refugium & habitationem in montibus, i. in altitudine mandatorũ Dei, circa quæ versatur eorum cogitatio. Nec solum hi magni & spirituales habent suum refugium, sed & imbecilles & minores. Vnde addit.
q Petra] quæ est Christus, est [refugium herinaciis,] id est, illis quibus adhuc aliquo amore adhærent. A spinæ diuitiarum

Moral. *Mali Prælati comparantur tribus.* Moraliter, de malis Prælatis potest dici. *n* Herodij domus dux est eorum, &c.] Hic comparat duces Ecclesiæ, s. Prælatos, tribus, s. Herodio montibus excelsis, & petræ. Herodio, quia multi ex eis sunt raptores, & subditos suos exactionibus excoriant. Vnde dicitur eis *Mich.* 3. Audite Principes domus Iacob, & duces domus Israel. Nunquid non vestrũ est scire iudicium, quó odio habetis bonum & diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnem eorum desuper ossibus eorum. Ecce Herodij domus, quæ est dux Ecclesiæ. Et dicit [Domus est dux eorum, &c.
p Et montes excelsi,] id est, superbi elati, sunt duces ceruis, id est, Religiosis, qui omnia terra transiliendo reliquerunt. Quandoque enim etiam in Religionibus sunt superbi prælati. Sunt etiam petra, per obstinationem quia non possunt recipere correctionem. Magnorum enim propria est infirmitas, quæ dicitur. Noli me tangere. Et caput bestiæ difficilius est ad excoriandum quam totum corpus. Ita Prælati difficiliores sunt ad corrigendum quam omnes subditi. Et hæc.
Petra] est [refugium herinaciis,] i. diuitibus spinosis, quia tales se defendunt, dicentes, quòd Prælati Ecclesiæ sunt peiores quam ipsi. *Eccl.* 32. c. Homo peccator vita bi-

Δ enim solet habitare in petris, & vescitur pomis. Postea commendat Dominum a vicissitudine corporum supercœlestium. Et primo commendat a crementis & decrementis Lunæ. Vnde dicit. *a* Fecit lunam in tempora] i. vt distinguat & varient tempora. Solent.n. abundare humores quando plena est Luna, & in ortu eius frigiditas esse in aere. Vnde dicitur Gen. 1. de Sole & Luna. Vt sint, inquit in signa & tempora & dies & annos, &c. Post commendat illum a vicissitudine, diei & noctis quæ fiunt per ortũ & occasum Solis. Vnde dicit. *c* Sol cognouit, &c.] i. ita facit ac si cognosceret, quia nunquam errat in suo cursu. Eccl. 1. a. Oritur Sol & occidit, & ad locũ suũ reuertitur. Postea ostendit quasdam vtilitates huius vicissitudinis. Prima est, quia, sc. quædã animalia quærunt sibi & catulis suis escas de nocte, quæ ita de die non auderent quærere. Vnde dicit. *f* posuisti tenebras super terram, post prædictum occasum Solis. Et sic. *h* Facta est nox] & in ipsa nocte pertransibunt omnes bestiæ siluæ quærentes sibi escas. Postea ostendit spiritualiter de quibusdam bestiis. Vnde dicit. *m* Catuli Leonum,] Et ostendit quod Deus illa etiam animalia pascit, quia de se non sufficiunt ad acquirendum cibum. Vnde dicit. *n* Et quærant, &c.] Secunda vtilitas est, quia ista ferocia animalia in die abscondũtur, ne lædant homines. Vnde dicit. *p* Ortus est Sol, &c.] catuli leonum. *r* Et in cubilibus suis, &c.] in abscõdito siluarum. Tertia vtilitas est, quia in die vident homines suas operationes facere. Vnde dicit. *f* Exibit homo,] orto Sole, ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.] Ostensis istis operibus Domini, commendat eum admirando a magnitudine operum, maximè à magnitudine corporum supercœlestium. Vnde dicit Δ Quam magnificata

al. † hericiis. & leporibus.
al. † agnouit.
al. † ibi.
al. † quærentes.
al. † cubabunt.
al. † Exiet.

† herinaciis. *a* Facit Lunam in *b* tẽpora, *c* Sol † *d* cognouit *e* occasum suũ. *f* Posuisti *g* tenebras & *h* facta est nox, † in *i* ipsa *k* pertransibunt *l* omnes bestiæ siluæ. *m* Catuli leonum rugientes vt rapiant, † *n* & quærãt *o* à Deo escam sibi. Ortus *p* est Sol, *q* & congregati sunt, *r* & in cubilib. suis † collocabuntur. † Exibit *f* homo *t* ad opus suũ, & *u* ad operationẽ suã vsque *x* ad vesperã.

Alleg. A spinæ diuitiarum vel minutorum peccatorum. Post diuersa genera Christianorum, quæ per genera animalium ostẽdit, de Christo & Ecclesia generaliter subiũgit dicens. *a* Fecit Lunã, i. Ecclesiam. *b* In tempora,] i. quæ temporaliter transiret, nec semper sic esset. Nec mirum, nam & ipse Christus Sol, i. iustitiæ, venit ad occasum Passionis. Hoc est quod dicit. *c* Sol] i. Christus. *d* Cognouit] i. præsciuit & approbauit. *e* Occasũ suum.] i. mortem suam, qua sic occidit vt orietur. Vnde Ps. 40. Nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Occidit ergo, quia voluit, & cum occidit, tenebræ factæ sunt in Apost. quorum spes defecit & Petrus negauit. Hoc est quod subiungit. *f* Posuisti tenebras, &c.] in cordibus eorum. Ad literam etiam, ab hora 6. vsque ad horam 9. tenebræ factæ sunt, sicut dicitur Matth. 27. e. *i* In ipsa] nocte, pertransibunt omnes bestiæ siluæ, i. dæmones. Sup. a diximus bestias siluæ & agri gentiles conuersos. ibi. Potabunt omnes bestiæ agri. Hic dicimus eas dæmones, quod bene potest dici, propter diuersas proprietates & similitudines sicut Christus dicitur Leo, & diabolus similiter dicitur Leo. Hæ bestiæ pertranseunt in nocte hac de loco ad locum, quærentes quos deuorent. Tunc enim cum peccatum regnat, maximam habent opportunitatem nocendi. Quos autem generaliter vocauit bestias, deinde diuidit in catulos & leones, dicens. *m* Catuli Leonum supple pertransibunt, rugientes vt rapiant & quærant à Deo escam sibi. Leones dicuntur principes dæmonum. Catuli Leonum, contemptibilia dæmonia. Omnes autem pascuntur erroribus, & peccatis hominum. Sed quia nec tentare possũt nisi Deo, permittẽte, ait. *n* Et quærant à Deo ista opportunitas nocendi maximè ante Resurrectionem Domini permissa fuit his bestiis, sed postquam resurrexit, ex magna parte ablata est eis. Vnde addit *p* Ortus est Sol] iustitiæ de sepulcro resurgẽdo, & clarificatus toto Orbe. *q* Et congregati sunt,] qui ante erant dispersi ad nocendum. Sed quia præteritum posuit pro futuro certitudine prophetica, subiungit. *r* Et in cubilibus suis collocabuntur, quasi dicat; si quæris vbi congregati sunt. Ecce in cubilibus suis, i. in cordibus damnatorum, qui erant ante in cordibus saluandorum, secundum quod dicitur Matt. 12. d. Cum autem exierit immundus spiritus ab homine ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inueniens dicit. Reuertar in domum meã priorẽ. Et in hac securitate. *f* Exibit homo.] i. generalis iustus & infidelis. *t* Ad opus suum, vt incipiat bonum operari dũ licet. Nec tantũ ad vnum opus incipiẽdũ, sed etiã ad multa perficienda. Vnde addit. *u* Et ad operationem suam] multiplicem, quia dedit eis potestatem cuiuscũque operis, sicut dicitur Luc. 19. b. Et hoc. *x* Vsque ad vesperam] i. vsque ad mortem suam, de qua Ioan. 9. a. Venit nox, quando non licet operari. Vel Vsque ad vesperam] i. vsque ad finem Mundi, i. quo grauis impetus infertur ab Antichristo, intantũ, vt vix liceat tunc bene operari. Tanta.n. erit persecutio in illis diebus, quòd si fieri posset etiam electi mouerentur sicut dicitur Matth. 24. b. His omnibus inspectis, exultat Propheta vel generalis Δ iustus. Et cum

* cator vitabit correctionem, & ad voluntatem suam inueniet comparationẽ. Propter hoc dicitur Os. 5. a. Laqueus facti estis speculationi, i. illis quos deberetis speculãdo custodire. Sed nec Prælati nec laici deberent tantum amare temporalia, propter duas causas principaliter, scilicet, quia omnia citò transeunt, & quia si illa etiã semper manerent, ipsi tamen cito morituri sunt. De his duobus subdit. *a* Facit] Dominus, Lunam, i. temporalia, quæ sicut luna crescunt & decrescunt. De qua Apoc. 6. d. Et vidi, &c. & Luna tota facta est sicut sanguis. *b* In tempora,] quia finem habent & transeunt. Sap. 5. b. Transierunt omnia tanquam vmbra & tanquam nuncius prætercurrens, & tanquam nauis, &c. *c* Sol, i. homo sapiens & sanctus, qui per Solem significatur. *d* Cognouit occasum, quia, s. oportet eum mori licet horam mortis ignoret, quod autem per Solẽ intelligatur homo sapiens, habetur Eccl. 27. b. Homo sapiẽs in sapientia manet sicut Sol, nam stultus vt Luna mutatur. Hi cognoscunt occasum suum iuxta illud Eccl. 7. d. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sed mali qui semper peccant non cognoscunt occasum suũ, sed potius ortum, quia faciunt festum natalis sui, sicut Herodes Marc. 6. c. Et pharao. Gen. 40. d. & Antiochus 2. Mach. 6. d. Sed Eccl. 7. a. dicitur. Melior est dies mortis die natiuitatis. Hoc maximè verum est in bono homine, cui dicitur Iob 11. d. Cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer, scil. in morte. Sic ergo Sol cognoscit occasum sed peccatores cognoscunt; quia peccatum excæcat eos. Vnde addit. *f* Posuisti] permittendo. *g* Tenebras peccatorum in cordibus malorum. *h* Et facta est nox] i. cæcitas mentis, quæ non præuidet futura. Et *i* In ipsa cæcitate. *k* Pertransibunt] i. morientur. *l* Omnes bestiæ siluæ] homines peccatores reprobi qui moriuntur in peccatis suis, sicut dicitur de Zamri 3. Reg. 16. d. quod mortuus est in peccatis suis quæ peccauerat, &c. Propter hoc petebat. Ps. 12. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, &c. q. d. nõ permittas me mori in cæcitate mentis, quia tunc verè diceret inimicus, præualui aduersùs eum. Et quæ sunt istæ bestiæ apertiùs declarat dicens. *m* Catuli leonum rugientes, &c.] Leo est homo potens, superbus, & raptor per potentiam, vel vsuram, vel fraudem. Huius catuli sunt eorũ filij & imitatores. Prou. 29. b. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. *n* Et quærant per exactionem. *o* A Deo escam sibi.] Isti.n. rapiunt bona Dei, sc. bona Religionum & pauperum hominum, quæ Dei sunt. Et quod faciunt vni ex istis, faciunt Deo, secundum quod dicturus est in Iudicio. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vnde de ipso iudicaturo sequitur. *p* Ortus est Sol i. orietur Christus, Sol iustitiæ. In secundo aduentu orietur Christus, Sol, iustitiæ, qui in primo ortus est Sol misericordiæ. Quod significatur. 2. Mach. 1. e. Tempus affuit quo Sol refulsit qui prius fuit in nubilo. Christus priùs fuit in nubilo carnis, qui postmodũ apparebit in claritate Maiestatis. *q* Et tũc cõgregati sũt, i. congregabuntur istæ bestiæ ad iudicium, secũdũ quod dicitur Matth. 25. c. Cũ autẽ venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Postea etiã cõgregabuntur ad cõburendũ, secundũ illud Matth. 13. d. Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum. Quod exponens postea dixit. Sic erit in consũmatione sæculi, exibunt Angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminũ ignis. Hoc est quod subdit ur *r* Et in cubilibus suis, &c.] Cubilia reproborum parata sunt, & strata in Inferno cuiusmodi stramentis? Is. 14. c. Detracta est ad Inferos superbia tua, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Is. 50. d. In doloribus dormietis Et ne putaret aliquis quod iniustè dãnarentur, ostẽdit quòd secũdũ opera sua iudicabũtur tã boni quàm mali. Vnde dicit *f* Exibit homo] de sepulchro resurgens. *t* Ad opus suũ] i. vt iudicetur vel præmietur. secundum opus suũ, nõ quodcũq; opus, sed illud in quo morietur. Vnde addit. *u* Et ad operationẽ suã] continuatã. *x* Vsque ad vesperã mortis. Multi.n. faciũt bona opera & nõ perseuerant in eis. Et similiter multi peccant, sed per

Matth. 25. d.

* pœnitentiam reuertuntur

Δ *a* Quam magnificata sunt, &c.] i. valde magnificata. Secundo commendat eum à dispositione illorum, cùm addit. *b* Omnia in sapientia,&c]id est,disposuisti. Postea ponit quartam vtilitatem huius vicissitudinis, diei & noctis, quæ est fertilitas terræ. Vndè dicit.[Impleta est terra possessione tua.

Quam *a* magnificata sunt opera tua Domine,*b* omnia in sapientia fecisti, † *c* impléta est *d* terra † *e* possessione tua. *f* Hoc mare magnum & *g* spaciosum manibus. †illic *h* reptilia quorum non *i* est numerus. *k* Animalia pusilla † cum *l* magnis,illic *m* naues † pertransibunt,*o* Draco † iste *p* quem † formasti *q* ad illudendum ei,

Alleg.
al. † repleta.
al. † creatura.
al † ibi repentia.
al. † & magna.
al. † commeabunt.
al. † Hic.
al. † finxisti.

Λ iustus. Et cùm tot & tanta eloqui non possit admirans exclamat.*a* Quam magnificata sunt, &c.] quasi dicat, eorum magnitudinem, pulchritudinem,órdinationem, & finem & locum vnde processerũt; eloqui non possum. Sed hoc vnum scio & dico,quod *b* Omnia in sapientia fecisti] id est,in Christo, qui est Dei virtus & Dei sapientia. 1.*Cor*. 1. d. Quæ omnia adeo multa sunt quod.*c* Impleta est terra,&c.] vel,creatura.Quia ad literam omnia quæ sunt in cœlo,in terra,in aere,in aquis, à Patre per Filium facta sunt.Mysticè vero noua creatura per Christum facta est , id est,credentes in Christum exuentes veterem hominem & induentes nouum . qua

Mystic. creatura Christus singulare granum cadens in terram , in Incarnatione, mortuum in passione , surgens & ascendens & Spiritum mittens totam terram impleuit. Et tangit hic tres personas. *a* Quam magnificata,] Ecce potentia Patris. *b* In sapientia] Ecce filius.

Eph.4.e

Moral. *c* Impleta est terra, &c.] Ecce Spiritus sancti bonitas. *Sap*. 1. b. Spiritus Domini repleuit Orbem terrarum.

* nitentiam reuertuntur,secundùm hoc non recipient,sed secundùm ea in quibus mortui sunt. Secundùm hoc dicit *Apost* 2.*Cor*.5.b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Iudicis vt referat vnusquisque propria corporis, provt gessit,siue bonum,siue malum,quasi dicat, oportet nos exire ad opus nostrum & ad operationem quam fecimus ad vesperam mortis nostræ. Et quia de pœnis malorum dixit , subdit de saluatione iustorum dicens.

a Quam magnificata sunt,&c.]Opera Dñi propria sunt, misereri semper & parcere,& saluare, sed damnare non est opus eius proprium. Vnde *Isa*.28.f. Irascetur vt faciat opus suum,quasi dicat,irasci non pertinet ad opus suum. Vnde addit.Alienum est opus eius , peregrinum est opus eius ab eo.Hæc opera magnificata sunt valdè,quia remunerat supra meritum eos quos saluat.Et hæc. *b* Omnia in sapientia fecisti] id est.sapienter , licet nos rationem non intelligamus, quare hi sunt præsciti ad damnationem, & isti prædestinati ad vitam. *Rom*.11. d. O altitudo diuitiarum , &c. Et per hanc sapientiam tuam.

c Impleta est] id est, implebitur. *d* Terra] viuentium.

e Possessione tua]id est , iustis hominibus qui sunt tua possessio.

Secunda pars. Vnde petebat Moyses. *Exod*. 34. b. Auferas iniquitates nostras atque peccata , nosque possideas. *f* Hoc mare.] Secunda pars, vbi monet benedicere Deum per mare & eius ornatum.Et mysticè ostendit quomodo Dominus traducit Ecclesiam per mare huius sæculi,ad littus

Ad literam. patriæ cœlestis. Ad literam ergo primò commendat Deum à creatione maris cùm dicit. Hoc mare magnum. Secundò, à difficultate , cùm dicit. *g* Et spaciosum manibus]id est, difficile operationibus,quia in mari difficillimè operantur homines.Tertiò,ab ornatu maris,cùm dicit.

h Illic reptilia ,] id est , pisces , quorùm non est numerus , & animalia pusilla cum magnis. Quartò , à latione nauium, cùm dicit. *m* Illic] id est, in mari naues pertransibunt. Et quia dixerat quod ibi sunt & parua & magna animalia , specificat de magnis. Vnde dicit. *o* Draco iste quem formasti , &c.] Draco , est maximum animal quod in mari habitat. Et licèt sit magnum & forte: tamen defacili illuditur ei cum gallina assata quam ponunt in pertica, & ipse insequitur gallinam , & ipsi insi-

Δ liunt supra dorsum

Alleg. *f* Hoc mare magnum. Allegoricè,hoc mare magnum,est præsens sæculum , per quod oportet Ecclesiam transire antequam veniat ad portam terræ promissionis terræ viuentium. Ipsum est magnũ & spatiosum manibus, id est, operibus exercendis,tum bonis,tum malis.*h* Illic reptilia] mali & spirituales nequitiæ & tentationes diabolicæ , & ipsi Dæmones.*i* Quorũ non est numerus.*Eccl*.11.d.Multę enim sunt insidiæ dolosi. Et in hoc mari sunt. *k* Animalia pusilla] id est,falsi fratres & hæretici,qui non apertè nocent.*l* Cum magnis,]id est,cum potentibus & persecutoribus & hæresiarchis Et tamen.*m* Illic naues]id est, singulæ Ecclesiæ. *n* Pertransibunt,]ad gloriam & requiem per gubernatoré Christum.qui eas gubernaculo Crucis ducit. De quo *Sap*.14 a.Benedictũ lignũ per quæ fit iustitia.Illic etiã est.*o* Draco]ille fac norosus,sc.Lucifer.Sed nonne religatus est in Inferno.Super hoc sunt diuersæ opiniones. Vnde secundũ quosdam dicendum quod religatus est,sed hoc tantũ est per ministros. Sed secundũ alios non est religatus,sed hoc est per præsentiam sui. *p* Quem formasti] Ad literam,secundũ substantiã formauit eum,sed ipse cadens vitio & per superbiam suam,factus est in hoc mari. *q* Ad illudendum ei]vt ei,scilicet,illuderetur in bonis Angelis, & à bonis hominibus. Et Christus præcipuè illusit ei.*Iob*.40.d.Nunquid illudes ei quasi aui,Et *ibid*.d. An extrahere poteris Leuiathan hamo ? Sic illuditur aui & pisci,qui dum vult escam deuorare,capitur hamo vel laqueo.Sic Diabolo illusit Christus;ostẽdit ei escã humanitatis,sub qua abscõdit ferrũ diuinitatis,& dum voluit deuorare humanitatem,captus est potentia diuinitatis. Hæc

Λ omnia sunt in mari,

Moral. *f* Hoc mare,&c.Moraliter secundum Hug.hoc mare magnũ & spaciosũ,est cõcupiscentia. *h* Reptilia quorũ,&c.] sunt mõnstruosæ cogitationes. Vel secundum *Bern*. mare

Triplex ordo hominum transeuntiũ mare huius mundi. est præsens sæculũ amarum,& fluctuans. Hæc tria genera hominũ transeunt,Noe,Dauid,Iob.*Ezec*.14 c.i.ordo Prælatorũ,continentiũ,coniugatorum.Primus naui, secundus ponte,tertius vado trãsit.In vado est laboriosum & periculosũ iter.Periculũ enim probat,& paucitas trãseuntiũ,& pereuntiũ multitudo.Continentiũ ordo ponte transit iter securũ & breue,nõ tamẽ omnino.Habet enim triplex periculũ,vel si alteri se vult æquare,vel si retro respiciat,vel ibi stare contẽdat.Nullũ enim horum patitur põtis angustia.*Mat*.7.b.Arcta via est quæ ducit ad vitã. Qui se alteri vult ęquare,citò labitur in angusto põte.Itẽ qui retro conuertitur,citò labitur.*Luc*.9.g. Nemo mittẽs manũ ad aratrum,& respiciẽs retro,aptus est Regno Dei.Itẽ qui stare vult,& proficere dissimulat, impedimẽtum est his qui sequũtur,vnde impellitur,vel vt proficiat,vel vt cadat. Põs iste triplici ligno cõpactus est.Pœna corporis,paupertate, obedientia.Paupertas sine voluntate propria, nullius apud Deũ potest esse meriti,vel momẽti.Porro Prælati sũt qui descẽdunt mare in nauibus,qui nec vadi, nec põtis semita coarctãtur,vt discurrãt & occurrãt singulis cadẽtibus.*Ps*.106.Porro ascẽdunt vsq; ad cœlos,& descendunt vsq; ad abyssos,nunc spiritualia & cœlestia,nũc infernalia & horribilia facta diiudicãtes.Nauis,charitas est,quę aquas transit.*Cãt*.8.b. Aquę multę nõ potuerũt extinguere charitatẽ.*h* Illic reptilia,&c.]Vt supra.*k* Animalia pusilla,&c.]sc. magni homines,& humiles.Et magni deuorãt minores,sicut pisces in mari *Eccl*.13.c. Pascua diuitũ pauperes.*m* Illic naues pertransibunt,sc. Prælationes,seu Prælati boni, qui debẽt defẽdere minores à morsibus maiorũ,& vtrosque secũ trahere ad portũ.*Ioã*.vlt.Ascẽdit Simõ Petrus & traxit rete in terrã plenũ magnis piscib⁹.*o* Draco iste quẽ,

Per pœnitentiam illuditur Diabolo. Diabolus dicitur draco propter multas proprietates draconi ei conuenientes. &c]Per pœnitẽtiã illuditur Diabolo.Sicut *Dan*.vlt.c.Da mihi,inquit Daniel, potestatẽ, & interficiã draconẽ absq; gladio & fuste.Tulit ergo Dan.picẽ & adipem & pilos,& coxit pariter,fecitq; massas, & dedit in os draconis,& dirupt⁹ est draco.Per picẽ intelligitur luxuria,*Eccl*.13.b Qui tetigerit picẽ,coinquinabitur ab ea.Per adipẽ,superbia.*Ps*.72.Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ.*Iob*.15.c Cucurrit aduers⁹ Deũ erecto collo,& pingui ceruice armat⁹ est.Per pilos,auaritia.Ideo præcipitur Leuitis.*Num*.8.b.vt radant omnes pilos carnis suæ,maximè quia recrescũt, similiter reddit⁹.Hęc tria sũt coquẽda simul,igne pœnitẽtię & charitatis,& colligãda in massas,cõfitendo, quia nõ debet ibi extenuari peccatũ,& sic proiiciẽdũ est in os Diaboli,quia totũ in caput eius reuertetur,quicquid peccant homines. Et hoc modo illuditur ei sicut & vrso,qui excæcatur & ligatur & verberatur.Et sciẽdũ quod Diabolus dicitur draco,propter multas proprietates,quę notãtur his versibus.

Sibilat igniuomus , eremi , Babylonis , arenæ.
Et maris incubitor , cristatus edax , volat ingens.
Os breue , cauda ligans Elephantem: peruigil, astu.
Aspiciens, pugnans , sensus petit , est capitosus.

Sibilat.*Sap*. 17. d. Siue spiritus sibilans. *Apoc*. 13. c. Loquebatur vt draco. Est igniuomus , per suos & per se. Per suos , sicut *Act*. 9. a. Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Dñi. Per se. *Apoc*. 12. c. Descendit Diabolus ad vos, habens iram magnam. *Sap* 11.c.Ira plenas bestias,aut vaporẽ ignis spirantes. Item est in eremo, id est,in hominibus incultis, qui nullã recipiũt disciplinã. *Ier*.49.g. Erit Asor habitaculũ draconum. Asor interpretatur tollẽs foramen, & tales ita colligati & ita obstinati sunt, quod non est in eis locus paruus per quem introeat disciplina vel correctio. Hi sunt squamæ corporis Dia-

* boli , vt dicitur

A liunt ſuper dorſum eius, & ſic capiunt eum. Poſtea commendat eum ab eo quod omnia animalia paſcit aerea, aquea & terreſtria. Vnde dicit. *a* Omnia a te expectant, &c.] quia non poſſunt habere niſi Deus det illis. Vnde ſubdit. *c* Dante te illis] ſc. eſcas. *e* Colligent] eas. Et

> *a* omnia à te expectant † vt *b* des illis † eſcam in tempore. *c* Dante te *d* illis, *e* colligent, *f* aperiente te manum tuam † *g* omnia implebuntur bonitate. *h* Auertente autem te faciē † *i* turbabūtur, *k* auferes ſpiritū eorū, & *l* deficiēt, *m* & in puluerē ſuum † reuertētur. † *n* Emitte ſpiritum *o* tuum & *p* creabuntur, & † *q* renouabis *r* faciem terræ. Sit *ſ* gloria.

al. † Dñe.
al. † cibum.
al. † opportuno. Cum dederis eis.
al. † vniuerſi.
al. † tuam.
al. † conuertentur.
al. † emittes.
al. † innouabis.

f Aperiente te, &c.] ſc. largitatis tuæ & dando fertilitatem. *g* Omnia implebuntur, &c.] id eſt, cibariis & alimentis, quæ dantur ex tua bonitate. *h* Auertente autem, &c.] pro peccatis hominum dās terræ ſterilitaté, turbabuntur. Iterum commendat eum à potentia diſſoluendi & ad nihilum redigendi ea quæ fecit. Vnde dicit *k* Auferes ſpiritum eorum] i. vitam. *l* Et] tunc, deficient, & deſinent viuere. *m* Et in puluerem,] i. in terram, de qua ſumpti ſunt. Poſtea commendat eum ab innouatione terræ naſcentium, cum dicit. *n* Emitte ſpiritum tuum] i. ventū vel voluntatem tuam. *p* Et creabūtur] terræ naſcentia. *q* Et] tunc, renouabis faciem terræ. Renouatur enim terra per flores & frondes & fructus & herbas. Vel de reſurrectione corporum intelligit, ita. *k* Auferes ſpiritum eorum, &c.] Sed tamen. *n* Emitte] i. emittes. *o* Spiritum tuum] i. potentiam tuam. Vel, Spiritum, i. animas eorum. *o* Tuum] quia eum creaſti, *p* Et creabuntur] i. recreabuntur. *q* Et renouabis, &c.] ad literam, quia tunc Mundus innouabitur. Et quia tantus eſt Dominus, laudat eum & benedicit eum, dicens. *ſ* Sit gloria Domini, &c.] Gloria, eſt frequés fama cum laude. Et ex gloria ſequitur ſpiritualis lætitia. Vndè addit.

Alleg. A omnia ſunt in mari. Et *a* Omnia] iſta [à te expectant, &c.] Cibus draconis, cui dictum eſt. *Gen.* 3. c. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, eſt terra, id eſt, terrena amantes, quia tales incorporat ſibi Diabolus, ſed non niſi Deo permittente. Vnde dicit *c* Dante te] i. permittente te. *d* Illis Dæmonibus. *e* Colligent] iſta eſcas. Sed Chriſto manifeſtato in carne, poteſtas eorum fuit reſtricta, & bonis data fuit facultas bene operandi. Hoc eſt quod ſequitur. *f* Aperiente te, &c.] Manus Patris, per quam operatur, eſt Filius, quam aperuit, cum filium in carne manifeſtauit, & tunc quantum in ipſo fuit, omnia impleta ſunt bonitate, quia homines bonas vias docuit, & eos bonos fecit, ſecundum quod dicit *Ioan.* 10. f. Multa bona opera oſtendi vobis. Sed interim ante Incarnationem. *h* Auertente, &c.] i. differente mittere & manifeſtare Filium, qui eſt facies tua. *i* Turbabuntur] à tentationibus Diaboli qui in eos maiorem poteſtatē habebit. Vnde *Pſ.* 79. petit. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Et ex gentibus peccatis eorum. *k* Auferes, &c.] i. ſpiritum prophetiæ De quo 1. *Cor.* 12. a. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. Sic turbatus erat Saul. 1. *Reg.* 28. c. qui dicebat. Coarctor nimis, ſi quidem Philiſtijm pugnant aduerſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neq; in manu prophetarum, neque per ſomnia. *l* Et] illo ſpiritu ablato, deficient, & in puluerem ſuum reuertentur, i. recognoſcent ſe puluerem eſſe & viles, ſicut Abraham. *Gen.* 18. d. Loquar ad Dñm meum cum ſim cinis & puluis. *Mich.* 1. c. In domo pulueris puluere vos conſpergite. Sed poſtquā ita poſt ablationem Prophetiæ humiliati fuerint, dabis eis ſpiritum tuum & prophetabunt, ſicut in Apoſtolis factum eſt. Vnde ſubdit. *n* Emitte ſpiritum tuum] de cœlo in Apoſt. Et eſt thema in Pentecoſte. *Act.* 2. a. Factus eſt repentè de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. *Ioël.* 2. g. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. *p* Et creabuntur] de piſcatoribus facti Prædicatores. *q* Et renouabis] per baptiſmum, ſicut agrum incultum. *Ier.* 4. a. Nouate vobis nouale. *r* Faciem terræ] i. Eccleſiæ. *Iſa.* 27. b. Implebunt faciem orbis ſemine, ſc. prædicationis ſuæ, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. Sed quia non ſuam, ſed Chriſti gloriam quærebant, bene addit. *ſ* Sit gloria Dñi] id eſt, gloria detur Deo.

A In ſæculum, id eſt,

Moral. * aboli, vt dicitur *Iob.* 41. a. Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia & compactum ſquamis ſeſe prementibus, vna vni coniungitur, & nec ſpiraculum quidem incedit per eas. Item habitat in Babylone, i. in confuſione peccatorum. *Iſa.* 13. d. Replebuntur domus eorum, ſc. Babyloniorum draconibus. Nec ſolùm in his qui peccata enormia agunt, ſed in arena, i. in infructuoſis, qui non faciunt bona opera. Vnde comminatur. *Ier.* 9. d. Dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum. Item in mari, i. in Mundo. *Ezec.* 32. a. Aſſimilatus es draconi, qui eſt in mari. Et eſt incubitor. *Ezec.* 29. a. Draco magne qui cubas in medio fluminum, i. voluptatum, ſc. in voluptuoſis. Et eſt criſtatus, quod ſignatur. 1. *Reg.* 17. a. Caſſis ærea ſuper caput eius, i. dura obſtinatio ſuper mentem. Et eſt edax, quod ſignatur *Dan.* vlt. e. Fecit maſſas, & dedit in os draconis. Volat, per ſuperbiam, & per ſubitam tentationem. *Iſa.* 30. a. Leo & Leæna ex eis, vipera & Regulus volans, &c. Ingés. *Ezec.* 29. a Draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. *Iob.* 41. d. Non eſt poteſtas ſuper terrā quæ ei valeat cōparari. Item habet os breue, eo quod ligatur quia reuera magnum eſt, ſecundū illud. *Iob.* 40 c. Abſorbebit fluuiū & non mirabitur. Cauda ligat Elephātem. Cauda Diaboli, ſunt adulatores & hypocritæ. Elephas eſt homo magnus & caſtus, qui per eos aliquando ligatur in peccatū. *Apoc.* 12. a. Cauda draconis traxit tertiam partē ſtellarū. Eſt etiam peruigil. *Iob.* 30. c. Qui me comedunt non dormiunt. Aſtu decipit, i. fraude *Iſa.* 33. b Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. *Apoc.* 12. b. Qui ſeducit vniuerſum Orbem. Aſpiciens acutè. *Eccl.* 14. b. Oculus malus ad mala, & non ſatiabitur. Et eſt pugnax. *Apoc.* 12. b. Michael & Angeli eius pugnabāt cum dracone. Senſus petit. i. intellectum & affectum, & aures obedientiæ, & nares prouidētiæ. 1. *Reg.* 11. a. In hoc inquit, feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omniū veſtrum oculos dextros. *Ezec.* 23. d. Aures tuas & nares tuas præſcindet. Item eſt capitoſus. *Apoc.* 12. a. Draco habebat capita ſeptem. Et 17. a. Beſtia coccinea habebat capita ſeptem & cornua decem *Sup.* Tu confregiſti capita draconis, ſc. ſeptem vitia capitalia. Decem cornua, ſunt tranſgreſſiones Decalogi.

a Omnia à te expectant, &c.] Si omnia expectant, ergo qui non expectat nihil eſt. Ergo qui à Mundo, vel ab homine expectant, vel per ſapientiam Mundi Deum præuenire volunt, nihil ſunt, & ſocij eius qui non eſt. *Iob.* 18. c. *b* Vt des] Hoc eſt contra ſimoniacos, qui emunt, aut vendunt ſpirituale. Hoc eſt etiam contra præmaturos, qui habent præbendas & beneficia antequam ſciant non ſolum ſpiritualia tractare, ſed & temporalia diſpenſare, ſicut qui daret pullo equino præbendam antequā ſciret aut poſſet comedere. Non conſtituit Dñs Epiſcopos vt dent talibus præbendas, ſed dicitur *Luc.* 12. e. vt det illis in tempore, non ſuperflua, ſed menſuram. Quod etiam innuitur cum ſubiungit *c* Dante te, &c. quaſi, non tantū dabis eis quod non ſufficiant ad colligendum, ſicut & de Manna dicitur. Colligat ex eo vnuſquiſq; quantū ſufficit. Sed quia *Prou.* 30. c. Ignis nunquam dicit, ſufficit, ſc. ignis cupiditatis. Ibi determinat quid vni ſufficiat, dicens *Exod.* 16. d. Colligat ex eo vnuſquiſque quantum ſufficit ad veſcendum, gomor per capita ſingula. Cuilibet enim ſufficit vnum beneficium, aut vna præbenda ad veſcendum, licet fortè non ad luxuriandum, aut ad pompas ſæculi ducendum *f* Aperiente te, &c.] ſc. largitatis. *g* Omnia implebuntur, &c.] i. Dei beneficiis. Quia vt dicitur *Iac.* 1. a. Omnibus dat affluenter. *Eccl.* 18. b. Miſericordia hominis circa proximum ſuum; miſeratio autem Dei ſuper omnem carnem. *h* Auertente autem, &c.] Dñs auertit faciem ab homine, cum eum flagellando ſe iratum oſtendit, ſicut *Gen.* 31. a. dixit Iacob ad Laban. Video faciem patris veſtri quod non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius. Et tunc turbantur homines ad pœnitentiam, *Ier.* 31. d. Poſtquam oſtendiſti mihi, ſc. te iratum, percuſſi femur meum, confuſus ſum & erubui. Hoc eſt quod ſubdit. *k* Auferes ſpiritum eorum] ſcil. ſpiritum ſuperbiæ, quia in tribulatione aufertur ſpiritus elationis *Iob.* 6. a. Sagittæ Dñi in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. *l* Et deficient] ſc. ab illo ſpiritu. Quia *Prou.* 12. a. Verte impios & non erunt. *m* Et in puluerem, &c.] i. ſe puluerem eſſe recognoſcēt. Et cum ſic reuerſi fuerint in puluerem. *n* Emitte ſpiritum] i. gratiā Spiritus ſancti. *p* Et creabuntur] ex nihilo humiliatis & pulueris, & ſuperaddito ſpiritu tuo, viuent. Et nota quod dicit duo, ſcil. creabuntur, &, renouabis faciem terræ. Hi ſunt duo effectus gratiæ. Peccatum enim in homine omninò deſtruit & annihilat ſimilitudinem Dei, quæ eſt quo ad gratuita; imaginem autem Dei, quæ eſt quo ad naturalia, licèt non deſtruat, tamen diminuit & deturpat. Gratia vero quæ peccato opponitur, reſtituit quod peccatum abſtulerat. Vnde dicit. *n* Emitte ſpiritum tuum] i. gratiā ſpiritus tui. *p* Et creabuntur] quantùm ad ſimilitudinem, quæ omnino perierat, & nihil facta erat. *q* Et renouabis faciem terræ] i. animæ quantùm ad imaginem, quæ deturpata erat. *Gen.* 1, a. Terra erat inanis & vacua. *Epheſ.* 4. f. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, &c. Hoc autem totum eſt ad gloriam Dei, & debet eſſe. Vnde ſubit. *ſ* Sit gloria Domini, &c.] id eſt, in æternum, ex hac, ſcilicet renouatione, quia

De ſimoniacis & habentibus plures præbendas.

Exod. 16. d.

A titia Vnde addit. *b* Lætabitur Dominus,&c.] i. faciet vos lætari,& nunc in operibus tuis te in illis. Vnde addit. *c* Qui respicit terram,&c] q.d. ita delectabili facit terræ motum, sicut respicit eam. *f* Qui tangit montes] calore Solis. *b* Et fumigant] calefacti fumigant etiam quidam montes eructantes & vomentes ignem.

Dominus in † *a* sæculum, † *b* lætabitur Dñs in operibus suis. *c* Qui † respicit *d* terram & *e* facit eam tremere, qui *f* tangit *g* montes & † *h* fumigant. *i* Cantabo Dño in *k* vita mea, *l* psallam *m* Deo meo *n* quamdiu sum. † *o* Iocundum sit ei eloquium meum, *p* ego verò delectabor in Dño. *q* Deficiant peccatores à terra *r* & † iniqui *f* ita vt non sint, benedic *t* anima mea † Domino. Alleluia.

Alleg. *a* In sæculum] i. in æternum. Et sic. *b* Lætabitur Dominus,&c.] i. in eis quæ facit in eis. Non enim gloria detur Deo, non lætatur Dominus in operibus quæcunque bona videantur. *Matt.*6. c. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Et quæ sunt opera quæ operatur Deus per Apostolos? Conuersio peccatorum. Vnde addit. *c* Qui respicit] oculo misericordiæ. *d* Terram] id est, terrena corda. *e* Et facit eam tremere] per timorem, *Eccl.*16. c. Cùm conspexeris illa Deus, tremore concutientur. *f* Qui tangit interiùs penetrando, vel exterius flagellando. *g* Montes] i. magnos & eleuatos in sæculo. *Iob.*19. c. Manus Domini tetigit me. *h* Et] tacti [fumigant] per compunctionem & deuotionem. Sic tactus Paulus fumigauit. *Isa.*6. b. Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus impleta est fumo.

al. † æternū. al. † sæculi. al. † Aspicit. al. † fumigabunt. al. † Suauis sit ei disputatio mea, ego autem iucundabor. al. † iniusti. al. † Dominum. *Act.* *Moral.*

* tione. Quia *b* Lætabitur Dñs, &c] secundum illud *Gen.* 1. d. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Bene autem dicit. Sit gloria Domini in sæculum, i. in æternum, ad differentiam gloriæ hominum, quæ citò transit. *Isa.*40 b Omnis gloria eius quasi flos fœni. Lætabitur in operibus. Duo sunt genera operum Domini, videlicet opera misericordiæ, & opera iustitiæ. Et in vtroq; lætatur Dominus, videlicet cùm iustè punit, & cùm piè retribuit. *Deut.* 28. g. Sicut autem lætatus est Dñs super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos atque subuertens. De his duobus operibus subiungit. *c* Qui respicit] oculo misericordiæ. *d* Terram] corda terrenorum. *e* Et facit eam tremere] per timorem, vt supra dictum est. *f* Qui tangit] puniendo.

g Montes, id est, superbos. *h* Et fumigant] in Inferno *Isa.*65. a. Qui dicunt recede à me, ne appropinques mihi, quia immundus es. Ecce superbia. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. *i* Cantabo Dño.] Tertia pars in qua promittit se semper laudaturum. Dicit ergo. Cantabo Dño, laudando eum pro beneficiis supra dictis, & secundùm literam & secundum allegoriam. *k* In vita mea] i. semper dum viuo in hac vita. *Ier* Nunquid meum iuuante Dño cessabit eloquium. Vel potest ita legi, vt non ad hanc vitam restringatur, sed etiam ad vitam æternam extendatur, in qua erit cantus & laudatio iugis & æterna. *Ps.*70. In te cantatio mea semper. Et *alibi*. *Ps.* 83. In sæcula sæculorum laudabunt te. Nec solùm ore cantabo, sed manu. *l* Psallam Deo meo.&c.] id est, bona opera faciam in præsenti, non enim in futuro operari licebit. *Gal.* vlt. c. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Et ex his duobus sequitur. *o* Iocũdum sit ei,&c.] sc. laus Cum enim homo laudans Deum bona opera facit, tunc laus illa iocunda est Deo. Vnde & infra similiter dicitur *Ps.* 146. Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus, Deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio. Iocunda quantum ad Deum, cui fit decora quantum ad homines, coram quibus fit. Iocunda non est Deo nisi bona opera concomitentur. Quia sicut dicitur *sup*. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas,&c. Nec decora est hominibus, quia sicut dicitur. *Eccl.*15 c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. *p* Ego vero delectabor,&c.] vt mutua sit condelectatio. Sicut dicitur. 1, *Ioan.*4. In Deo manet, & Deus in eo. Et *Apoc.*3. d. Cœnabo cũ illo, & ipse mecum. Et exemplo mei delectantis in Dño. *q* Deficiant peccatores, &c.] id est, à terrenitate, vt iam terrena non agant, aut diligant. Et dicit, peccatores, in se, & iniqui, in alios supple, deficiat, ita vt non sint, sc. iniqui secundum illud. *Prou* 12. a. Verte impios & non erunt. Et pro his omnibus. *t* Benedic anima mea Domino] vt priùs. Periodalis est iste Psalmus, quia ab eodem incipit & terminatur. In quo innuit, quod finis bonorum similis est principio, quia perseuerat in bono, non sicut stulti quibus dicit Apost. *Gal* 3. a. Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Tota ista expositio moralis est satis, sed adhuc possumus aliter exponere moraliter. *i* Cantabo, &c.] Supra immediate dictum est. *f* Qui tangit montes] sc. superbos peccatores puniendo. *g* Et fumigant] in igne Inferni. Vnde modo Propheta in persona pœnitentis tunentis illam sententiam dicit. *i* Cantabo Domino] in confessione peccatorum. *Isa.* 23. d. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum. Meretrix obliuioni tradita est peccatrix anima, quæ debet sumere voluntariè citharam, id est pœnitentiam, in qua extendantur & arceantur membra corporis & vires animæ, sicut chordæ in cithara. Et circuire ciuitatem cordis sui recogitando omnes annos suos in amaritudine animæ. Bene canere, bene confitendo. Et nota, quod non bene canit qui notas transilit, vel falsificat, vel diminuit, vel qui discordat. Hæc quandoque fiunt in confessione. Notas transilit, qui peccata aliqua de quibus recolit, in confessione tacet. Falsificat, qui mentitur. Diminuit, qui excusat. Discordat, qui corde non pœnitet debet enim concordare cor ori, & contritio confessioni. Sic ergò debet cantare, sed [Domino] non Mundo. i. vt Dei gratiam, non hominum, acquirat. Contra hypocritas, qui confitentur vt boni videantur. *k* In vita mea] Hoc est contra eos qui cùm incipiunt mori tunc incipiunt confiteri. *Eccl.* 17. d. Ante mortem confitere, à mortuo quasi nihil perit confessio. Confitebens viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius. Post confessionem sequi debet satisfactio. Vnde addit. *l* Psallam] i. latè operabor. *m* Deo meo] i. ad honorem eius. *n* Quandiu sum] *Iob* 32. d. Nescio quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. Tunc autem Dominus acceptam habet hominis confessionem, quando sequitur satisfactio. Vnde subdit. *o* Iocundum sit, &c] sc. confessio. Et tunc maximè est iocunda, quando non reuertitur ad vomitum. Vnde hoc orando, dicit. Iocundum sit. *Psal.* 100. Si mei non fuerint dominati, sc. Dæmones & mali motus, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo, & erunt vt complaceant eloquia oris mei. Postquam autem ita homo de peccato exiuit, tunc incipiunt ei sapere spiritualia & cœlestia, & immittit ei Dominus consolationes. Vnde addit *p* Ego vero] de cætero, delectabor in Domino, qui priùs delectabar in peccato, secundum illud *Iob.*38. a Esse sub sentibus delicias computabant. Hanc autẽ delectationẽ in Deo habendam quandoq; impediunt multũ tentationes & motus carnales. Vnde petẽdo subiungit. *q* Deficiant peccatores,&c] i. praui motus à corde, qui dicũtur peccatores, quia sũt principiũ peccati. *r* Et iniqui] i. motus auaritiæ & crudelitatis. *f* Ita vt] penitus non sint, & hoc de facili magis fit, quando in principio resistitur eis. Vnde *sup*. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, &c. i. in princ. tentationis omnes prauos motus. *Cassio*. Dum adhuc paruuli sunt, allide filios Babylonis, i. sensus carnales, ne si teneri non fuerint enecati, in nostram perniciem conualescent, & postea firmiùs radicati, non possint euelli. Tunc autem solent magis intrare ad animam isti praui motus, quando eam inueniunt otiosam. Vnde hortatur suam animam, vt occupet se in Dei laudibus dicens, & concludens. *t* Benedic anima,&c.] & sic intenta Dei laudib. talib. motib. non poteris intendere. *Isa.*48. b. Infrænabo te laude mea, ne intereas. *Prou.*11. d. Anima quæ benedicit, impinguabitur.

Moral.

EXPOSITIO PSAL. CIV.

CONfitemini Dño, &c.] Titulus [Alleluia] In præcedenti Psalmo inuitauit nos Psalmista ad laudandum Deũ propter opera creationis; hic inuitat ad laudãdũ propter beneficia quæ cõtulit filiis Israël, quia eadẽ & meliora datur est nobis, si sumus veri filij Israel, vt dicitur *Matt.* 3. b. Potens est Dñs de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, Et quia ad laudem inuitat, bene in titulo ponitur [Alleluia] quod interpretatur, laudate inuisibilẽ. Nã allel, idem est quod laudate, ia, vero vnũ est de nominibus Dei. Et sicut suas significationes habẽt cætera nomina eius, vt el quod fortẽ, & Sabaoth exercituũ, sic & hoc nomẽ, ia, inuisibilẽ significat, & Deo tantũmodo cõuenit. Præscribitur autẽ xx. Ps. in quibus & magnalia Dei describuntur, & magna exultatione gaudetur. Hac igitur voce ad laudem Dei inuitat. Hæc est intentio. Modus. Sex sunt partitiones. Primò, monet fideles vt Deũ semper exquirant. Secundò, eos per Patriarcharum exempla confirmat, *ibi*. Mementote. Tertiò, breuiter tangit quod de Regno ad Regnũ transierunt, *ibi*. Cũ essent numero breui. Quartò, narrat quid factum est cum transirent, *ibi*. Et vocauit famẽ. Quintò, quæ fecit in Ægypto breuiter tãgit, & postea narrat, *ibi*. [Et auxit] Sextò enumerat beneficia quæ fecit eis, educẽs eos de terra Ægypti, & inducẽs in terrã promissionis, *ibi*. Et eduxit eos. Tamen secundũ *Aug*. non ibi incipit, sed plus, *ibi*. Expandit nubem. Et ibi enumerat illa beneficia quæ fecit eis Deus iter

Partitio Psalmi.

eis Deus iter agentibus per eremum. Incipit ergo à laude quam intendit, quam & in titulo Esdras prænotauit dicens. *a* Confitemini, &c.] Et possumus primo allegoricè legere, & postea moraliter. Dicit ergo ad fideles primitiuæ Ecclesiæ. *a* Confitemini Domino, q. d. non sufficit habere fidem in corde, nisi quando requiritur homo, confiteatur eam ore. *Rom.* 10. b. Si confitearis in ore tuo Dñm Iesum Christum, & in corde tuo credideris quæ Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et ideo, confitemini, ore laudando eum in quem creditis. *b* Et] confitētes, inuocate nomen eius, s. Christum, vt vos in fide roboret, *Ioel.* 2. g Quicunq; inuocauerit Nomen Dñi, saluus erit. Sic faciebant in primitiua Ecclesia. Primò, credebāt corde. Secundò, fidem confitebantur ore. Tertiò, pro fide, & confessione capti & afflicti, inuocabant Nomen Dñi, orantes vt daret eis patientiam in tribulatione, constātiam in fide. Fidem etiam suam aliis prædicabant, quod etiam hic admonet, cùm subiungit. *c* Annunciate, &c.] i. inter Gentiles non credētes. *e* Opera eius.] Quia, s. primò creauit omnia. Secundò, recreauit homines. Vndè adorandus est & laudandus, non idola, quæ sunt opera manuum hominum. Sic incœpit fides annunciari per Mundū, & postea cœpit dilatari. Et fundatæ sunt Ecclesiæ ad cultum Dei & doctrinam Apostolorum. Vnde bene sequitur. *f* Cantate, &c.] ad literam, cātando & psalmos dicendo in Ecclesiis. Vel, Cantate, ore laudando. *g* Et psallite] bene operando. *h* Ei.] i. ad honorem eius. *i* Narrate] prædicando generaliter. *k* Omnia, &c.] Omnia facta Christi mirabilia sunt, sed tria potissimè, s. quod fecit Deum hominem, Virginem matrem, cor fidele. Et propter hoc cantatur in Natiuitate Domini: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Omnia, dicit, vt nihil propter timorem aut pudorem taceatis. Propter timorem non tacebant Petrus & Ioannes, *Act.* 4. d. qui dicebant Non possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. Propter pudorem non tacebat Paulus, qui dicebat 1. *Cor.* 1. d. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentib. autem stultitiam. Et 2. *Tim.* 1. b. Noli erubescere testimoniū D. N. Iesu Christi. *Luc.* 9. d. Qui me erubuerit & sermones meos, erubescam & ego eum coram Patre meo & Angelis eius. Dico, quod non dimittatis propter timorem aut pudorem, quia debetis gloriari de nomine Christiano. Vnde sequitur. *l* Laudamini, &c.] i. de hoc quærite laudem, & hoc vobis sit laus quæ Nomen Dñi sanctū inuocatum est super vos, & vocamini Christiani à Christo, *Act.* 4. b. Neq; enim est aliud nomen sub cœlo datum hominib. in quo oporteat nos saluos fieri. Et si quid propter hoc nomen patimini, debetis gaudere. Vnde sequitur. *n* Lætetur] in tribulatione. *o* Cor, &c.] i. Christum. Vnde *Act.* 5. d. dicitur, quod Principes Sacerdotum, & concilium Iudæorum conuocatis Apostolis, cæsis denunciauerunt eis ne amplius loquerentur in nomine Iesu. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et ideo. *p* Quærite, &c.] in vestra tribulatione, i. vt ipsum inuenire possitis, libenter sustinete tribulationem, quia in ipsa tribulatione inuenietis eum, quia ipse dicit. Cum ipso sum in tribulatione, ad dandam patientiam, *Isa.* 55. b. Quærite Dñm dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Hóc est quod hic subdit. *q* Et confirmamini. per patientiam. Propter hoc similiter admonebat Iacobus primitiuos Ecclesiæ, dicens eis, *Iac.* 1. a. Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in varias tentationes, i. tribulationes incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ, i. tribulatio, per quam probatur fides, patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Ecce idem Quærite Dñm & confirmamini. Ad hanc autem patientiam habendam in tribulatione, multùm valebat eis desiderium gloriæ æternæ. Vnde addit. *r* Quærite, &c.]i. vt videatis eum facie ad faciem, in gloria. Et hoc facite. *s* Semper] & semper habebitis patientiam. Quia vt dicit *Greg.* Consideratio præmii, minuit vim flagelli. Propter hoc dicitur *Heb.* 11. e Fide Moyses grandis effectus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperiū Christi, aspiciebat enim in remunerationem, vel in remunerationem, secundum aliam literam q. d. propter hoc habuit patientiam, quia quærebat faciem eius semper. His tribus quæ dicuntur in hoc versu, concordant ea quæ superius dicta sunt. Quia *supra* dicitur. Cum ipso sum in tribulatione. Et ideò, quærite Dñm. In tribulatione eripiam eum dando patientiam, &, ideo, confirmamini, per patientiam. Et glorificabo eum. Et ideo, quærite, &c. Hic etiam possunt notari tres personæ, quarum fides tenenda est, quia dicit. *o* Quærentium Dominum] potentem, s. Patrem. *p* Quærite Dominum] clementem, s. Spiritum sanctum. *r* Quærite faciem] id est, Filium.

PSAL. CIV.

a Confitemini Dño *b* & inuocate nomen eius, *c* annunciate † *d* inter gentes *e* opera eius. *f* Cantate ei & *g* psallite *h* ei, *i* narrate omnia *k* mirabilia eius. *l* Laudamini in *m* nomine sancto eius, *n* lætetur *o* cor quærentium Dominum. *p* Quærite Dominum & *q* confirmamini, *r* quærite faciem eius *s* semper.

Alleg.

d † in gentibus.

Moraliter.] *a* Confitemini Domino, &c.] In hoc versu tanguntur tres status hominum, s. pœnitentes siue incipientes, proficientes, & perfecti. [Confitemini] peccata vestra vos incipientes siue pœnitentes. *b* Et inuocate Nomen eius] vos proficientes. Cum enim incipiunt homines conuerti ad Deum, tunc confitentur peccata, & purgant se à sordibus peccatorum: Cùm autem iam incipiunt proficere, tunc assiduant se orationi. Cùm autem perfecti sunt, tunc possunt prædicare. Vnde addit. *c* Annuntiate] ô vos perfecti. *d* Inter gentes] i. inter peccatores gentiliter viuentes. *e* Opera eius] non fabulas vanas. Vel tres alios status possumus hic notare, s. laicorum, clericorum, Prælatorum. Ad laicos enim pertinet confiteri, i. simul cum Ecclesia fateri fidem Christi. Ad clericos autem pertinet inuocare Dominum. Vnde de filiis Aaron dicitur. *Num.* 6 d. Ipsi inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Sed dicitur 2 *Tim.* 2. c. Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat Nomen Domini. Annuntiare autem pertinet ad Prælatos, s. prædicare. Vnde dicitur *Ezech.* 3. e. Annuntiabis eis ex me, si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, &c.] ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *f* Cantate ei.] Hic ponuntur tria quæ respondent tribus præcedentibus. Cantate ei, vos pœnitentes, q. d. cum lætitia agite pœnitentiam. 2. *Cor.* 7. c. Tristitia sæculi mortem operatur. *g* Et psallite ei] opere vos inuocantes: Parum enim prodest inuocare Dominum, nisi homo operetur bonum. *Luc.* 6. g Quid vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt *i* Narrate] vos annunciantes, non disputate: talis enim fuit Christi prædicatio, s. parabolica. *k* Mirabilia eius] s. Euangelica. Sed quid possunt multi narrare? *Isa.* 56. d. Canes muti, non valentes latrare. Ergo sunt ciues Sodomæ, quæ interpretatur muta, *Ezec.* 16. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia & otium. Hæc hodie possent inueniri in aliquibus Prælatis. Vnde ne hæc & similia in eis inueniantur, admonet cùm subiungit. *l* Laudamini]i. tantum facite vt bonæ famæ sitis, quia hæc est necessaria prædicantibus mirabilia Dei, *Rom.* 12. d. Prouidentes bona: non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et hoc est quod dicit. Laudamini, id est, laudabiles sitis. Sed multi laudari appetunt propter vnam gloriam, quod remouet cum dicit.

m In nomine, &c.] non vestro, sicut dicit Dominus de seipso, *Ioan.* 8. f. Ego gloriam meam non quæro. Sic ergo debent Prælati exteriùs laudari per bona opera, & interiùs non inflari, sed puram conscientiam habere. Et hoc signat chrisma quo inunguntur. Chrisma enim conficitur ex oleo & balsamo. Per oleum intelligitur nitor conscientiæ. Per balsamum, odor bonæ famæ, 2. *Cor.* 2. d. Christi bonus odor sumus. Et quia sup. dixerat de lætitia pœnitentiæ, quod debent cantare, quantum ad os, de lætitia cordis addit. *n* Lætetur, &c.] Per pœnitētiam enim quæritur Dominus, qui per peccatum amissus fuerat. Sed quia sunt quidam pusillanimes, qui nimis tepidè quærunt eum, bene subiungit. *p* Quærite, &c.] i. in quærendo eum estote firmi & feruentes per amorem. *Ephes.* 3. d. In charitate radicati & fundati. Et sunt aliqui qui in principio sunt feruentes, sed refrigescit charitas eorum, & quærere desinunt. Propter quod bene sequitur. *r* Quærite faciem eius] non ad horam. Et bene dicit [faciem] non posteriora, quæ vidit Moyses. Per posteriora intelliguntur temporalia. Per faciem, æterna. Sic quærebat Apostolus, qui dicebat *Philipp.* 3. c. Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Dei. Illi autem quærebant posteriora & non faciem eius, quibus dixit *Ioann.* 6. c. Quæritis me non quia vidistis me, sed quia comedistis ex panibus. Propter hoc dicit. [Quærite faciem, &c.] Non tantum in morte siue in tribulatione, sed & in prosperitate.

Moral.

Isa. 21. c.

* *Isa.*21.c. Si quæritis. Et ponit hic bis, quærite, & tertio, quærite eum, quia Dominus quærendus est sicut & diligendus, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, *Matt.*22.d. Et taliter quærentes inueniunt eum. Sed sunt quidam qui nec corde, nec opere, nec mente, nec anima quærũt eum, sed tantùm aliquid de suis facultatibus offerendo ei. Et hi non inueniũt eũ. *Osee.*5.b. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inueniẽt.

al. † omni.

a Mementote mirabilium eius quæ fecit, *b* prodigia eius & *c* iudicia oris eius. *d* Semen Abraham serui eius, filij *e* Iacob electi eius. *f* Ipse Dominus *g* noster, in † *h* vniuersa terra *i* iudicia eius. *k* Memor fuit in sæculum testamenti sui, *l* verbi quod *m* mandauit in *n* mille.

Secunda pars.

a Mementote.] Secunda pars, vbi ad paruulorum corda in fide nutrienda & roboranda, fidem Patriarcharum proponit, & bona temporalia quæ fecit eis Deus, & maiora paratus est facere his qui eos in fide sequuntur. Est ergo sensus, ac si dicat. Dixi, quærite, &c. Sed si necdum adhuc potestis eum intelligere sicuti est (sicut nemo potest videre Solem in rota sua) saltem ò vos qui secundum fidem estis. *d* Semen, &c.] Et luctando contra vitia, vel contra Tyrannos, *e* Filij, &c.] Vel mirabilia eius minora, quæ fecit filiis Israël in Ægypto, educendo eos de Ægypto. Et *b* Prodigia eius] s. miracula maiora, sicut de manna, & de aqua quam eduxit de petra. *c* Et iudicia, &c.] quæ ipse præcepit per Moysen fieri, & secundum ea iudicare. Hæc omnia memorando, possunt venire ad fidem & cognitionem ipsius qui hæc fecit. Vnde subdit. *f* Ipse] Christus, qui hæc omnia fecit. Est *g* Dominus Deus noster.] Noster dico, omnibus enim credentibus communis est, quia non tantum in Iudæa notus est Dominus. Hoc est quod addit.

h In vniuersa, &c.] non tantum in Iudæa sunt iudicia eius. Hoc est contra Manichæos, & Iudæos, & Donatistas. Et notandum quod tria sunt in lege, s. mandata, quæ tenemur seruare quantùm ad moralia. Item exempla, quorum quædam debemus imitari. Et iudicia, secundum quæ debemus iudicare, nisi vbi diuina inspiratio interuenit, sicut de lapidatione colligentis ligna in Sabbato, de qua habetur. *Num.* 15.d. Cum vero alibi dicat. Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Et addit. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, patet quod vbique Iacob & Israël intelligitur, i. Ecclesia, cui & non alij iudicia sua manifestauit. Nec tantum istorum quæ fecit in veteri Testamento debemus esse memores, sed & illorum, quæ promisit in nouo. De quo subdit. *k* Memor, &c.] Construe sic. Memor fuit Testamenti sui, implendi vel duraturi, in sæculum, id est, in æternum. Non dico, Testamenti, veteris, quod fuit ad tempus, sed noui, vnde subdit. *l* Verbi] scilicet, noui Testamenti. *m* Quod mandauit in mille gen.] id est, in omnes. Finitum pro infinito

Nota tria esse in lege.

A Quod, scilicet, te.

Moral.

Moraliter.] *a* Mementote mir.] Hoc dicitur pœnitentibus, de quibus supra dicta exposita sunt, qui semper debent habere in memoria mirabilia quæ facit Deus in iustificatione ipsorum, quia ex hoc datur eis maior gratia, quando grati inueniuntur de iam data. *Ioh.* 1. b. De plenitudine eius omnes accepimus & gratiam pro gratia. Quod significatur *Luc.* 1. quia Zac. qui interpretatur memorans Dominum, datus est Io. qui interpretatur gratia. Econuerso autem aufertur gratia illis qui obliuiscuntur & ingrati sunt beneficiis eius. Quod etiam figuratum est. *Gen.* 48.d. vbi dicitur, quod Manasse, qui interpretatur obliuio, ablata est dignitas primogenituræ. Et ideo hoc peccatum numeratur inter magna vitia. *Sap.* 14.d. Homicidium, furtum, fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultus, bonorum Domini immemoratio. Mementote ergo, mirabilium, &c.] vos peccatores recipiendo: In hoc enim mirabilis est eius dignatio. *b* Prodigia eius] quæ fecit, suscitando ad vitam gratiæ vos mortuos in peccato. Et hoc est magnum prodigium, quia sicut dicit *Greg.* Maius miraculum est animam suscitare in perpetuum victuram, quam corpus iterum moriturum. Et *Aug.* dicit, quod maius est peccatorem iustificare, quam cœlum & terram creare. Huius prodigij memor erat Dauid, qui dicit *inf.* In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. *c* Et iudicia, &c.] i. quomodo iudicandos dixit pœnitentes, s. in omni misericordia, *Matt.* 4. c. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim Regnum Dei. Et *Ioan.* 8. a. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et post *pauca.* Nemo te condemnauit? Nec ego te condemnabo, vade & ampliùs noli peccare. Et qui sunt qui ita debent esse memores? Veri pœnitentes, de quibus dicit.

d Semen, &c.] Per semen istorum Patriarcharum intelliguntur omnes qui ad Deum sunt conuersi, & præcipuè Religiosi, qui omnino Mundum reliquerũt. Abrahæ enim dixit Dñs *Gen.* 12. a. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quã monstrauero tibi. In quo apertè intelligitur egressio de Mundo & de carne & de parentela sua. Item præceptum est ei à Dño *Gen.* 22. a. quod immolaret filium suum quem diligebat. In quo intelligitur propriæ volũtatis abdicatio. Iacob autem fugit à Labam *Gen.* 31. c. ne auferret ei duas vxores suas: Rachel, & Liam. Vnde similiter per ipsum intelligitur Religiosus, qui supplantat Diabolum & Mundum, & fugit à Labam, qui interpretatur candidatio, i. à Mundo, qui est dealbatus gloria mundana. Et hoc facit ne Mundus ei auferat duas vxores, s. vitam actiuam, quæ per Liam fœcundam, sed tamen lippam intelligitur. Et contemplatiuã, quæ per Rachel decorã significatur. Igitur per Abraham & Iacob possunt intelligi ipsi institutores Religionũ. Per semen eorum, religiosi, qui post eos multiplicati sunt. Et possent appropriari B. Benedicto & B. Augustino, vel B. Francisco, & B. Dominico, qui omnes per Dei gratiam multum semen habent. Per Abraham enim qui interpretatur pater multarum, s. gentium, potest specialiter intelligi B. Aug. & B. Dominicus, qui fuerunt Prædicatores fœcundi, & multos genuerunt Christo per Euangeliũ. Vnde & dicitur. *d* Semen, &c. s. in officio prædicationis, *Isa.* 49. b. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas, &c. Et parum ante. Formans me ex vtero seruum sibi. Hoc competit ei quod de B. Dominico legitur, quod cũ esset in vtero matris suæ, visum est matri quod habebat catulũ in vtero. Per Iacob autem de quo dicitur *Gen.* 25. d. quod fuit vir simplex, habitans in tabernaculis, intelligitur B. Benedictus & B. Franciscus, qui ambo fuerunt homines simplices & pauperes. & multum etiam semen reliquerunt. De quo dicitur. *e* Filij, &c.] *Isa.* 48. b. Elegi te in camino paupertatis. Hoc ergo semen, & isti filij debent imitari patres istos secundùm quod dicitur *Ioan.* 8. e. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Et *Isa.* 51. a. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, id est, ad Religionem vestram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Et quasi in persona filiorum respondentium sequitur. *f* Ipse, &c.] Ac si dicant, ita imitantur patres nostros, quod nihil in terra possidere volumus, sed ipse Dñs est possessio nostra, *Thren.* 3. c. Pars mea Dñs, dixit anima mea, *Num.* 18. c. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars, & hæreditas tua. Nec tantum paupertatem, sed & multas tribulationes sustinemus. Quia. *h* In vniuersa, &c.] i. vniuersa terra affligimur & tribulationem patimur. Sic enim Dei iudicium sumitur. 1. *Petr.* 4. d. Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei, si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio? Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Dñe. De his autem duobus, s. de paupertate & tribulatione, sequuntur duo alia bona, quia in paupertate nutritur pax & concordia, in tribulatione augmentatur charitas. Vnde subdit. *k* Memor, &c.] q. d. non est nostri oblitus Dominus, licèt simus pauperes & afflicti, sed in paupertate recordatur nobis dare illud quod in testamento dedit, s. pacem, *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, *Eccl.* 45. d. Statuit illi Testamentum pacis. Et hoc Testamentum durat [in sæculum] id est, in æternum. Vbi est paupertas, ibi pax, sed diuitiæ dissoluunt illam. Vnde de Abraham & Loth dicitur, *Genes* 13. b. Erat substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter, vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth. Et etiam in tribulatione recordatur augmentare charitatem nostram. Secundùm quòd dicitur in *Psal.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Hoc est verbum. *m* Quod mandauit.] *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Mandauit, dico non tantum in amicos, sed etiam in inimicos. Hoc est quod dicit. *n* In mille generationes,] id est, in omnes generationes, vt omnes homines diligant, & omnes diligantur, *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros. Vel, [in mille generationes] id est, ad semper, quia charitas nunquam excidit, 1. *Corinth.* 13. c. quia in futuro erit charitas ad Deum & proximum. Charitas autem se ostendit per signa, secundum quod dicit *Gregorius.* Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Verum autem signum dilectionis Dei est omnia relinquere propter Deum, carnem suam affligere, propriam gloriam non quærere propriæ voluntati abrenunciare. Hæc quatuor notari possunt in hoc quod dicit.

* Quod dispo

Alleg. A *a* Quid] f. testamentum, disposuit ad Abraham. *b* Et iuramenti sui: Repete, memor fuit, i. firmæ promissionis factæ. *c* Ad Isaac.]Et non tantũ ad Isaac, sed: *d* Et statuit illud, &c.] Secundum quod diximus, legimus hoc de nouo Testamento, nõ de veteri; quia si de veteri acciperetur, etiam propter hoc quod sequitur de terra Chanaã, nõ video quomodo posset dici æternũ, cum terrena illa hæreditas æterna esse non possit, sed nec in mille generationes durare. Quidam enim minimam generationem terminauerunt 15. annis. Vnde mille generationes, non minùs

generationes. Quod *a* disposuit ad Abraham, *b* & iuramenti sui *c* ad Isaac. Et *d* statuit illud Iacob in præceptum, *e* & Israël in testamentum æternum. Dicens tibi *f* dabo terram Chanaam *g* funiculum hæreditatis vestræ. Cum *h* essent numero breui, *i* paucissimi *k* & incolæ † eius. † Et *l* pertransierunt de gente in *m* gentem, & *n* de Regno *o* ad populum alterũ.

al. † In ea.
al. † Transierunt.

quàm 15. millibus annorũ perfici possunt, quo siue quanto spatio, nullus auderet dicere sæculum extendi etiam ab Adam, non dico ab Abraham, vsq; ad finem sæculi. Itẽ quod ait. *f* Tibi, &c.] non mandatum est, sed promissũ. Mandatum enim est quod facere debemus, promissum, quod accipere. Propheta verò cũ præmisisset. Memor, &c. i. iustitiæ & hæreditatis, quã intelligere debemus æternæ, non dixit verbi quod promisit, sed verbi quod, &c. Igitur mandatũ hoc fides est, vt iustus ex fide viuat. *Abac.* 2. a. Et huic fidei hæreditas æterna promittitur, & sic in mille generationes, propter numeri perfectionem, qui est quadratus solidus, decies decẽ decies, vniuersi intelliguntur, quibus ex fide tam diu viuere mandatum est, quandiu generatio generationi succedit. Item hoc fidei mandatum sic intellexisse demonstrat, cum dixit. *d* Et statuit, &c.] Nec dicit in promissum: opus enim est in præcepto, merces autem in promisso. Et quod impleto præcepto daturus esset aliquod æternum, significauit. *f* Dicens, &c.] Terra quidem Chanaam non est æterna, sed æternum signat. Dicitur enim terra illa fluens lac & mel, quod signat gratiam, quæ de terra viuentium, f. à Deo fluit, & in illo mel gustatur quam suauis est Dominus. Chanaã etiam humilis interpretatur, vnde bene signat hæreditatem cœlestem, in qua nemo intrat nisi humilis. Itẽ de ipsa repelluntur serui, id est, illi qui seruiliter timent & admittũtur filij, qui in ea manent in æternum, sicut de terra Chanaam expulsus est Chanaam, de quo dixit Noë, *Gen.* 9. d. Maledictus Chanaã puer, seruus seruorũ erit fratribus suis. Et quia omnes homines pertinent ad illam hæreditatẽ, bene addit *g* Funiculũ hæreditatis vestræ] q. d. vobis solis qui estis signati funiculo prædestinationis, dabo istam hæreditatem.

Moral. *Quater Dominus disposuit pactum cum Abrahã.* * *a* Quod, &c] Quater enim disposuit Dominus pactum cum Abraham & qualibet vice ostendit ei Abrahã signum quod diligebat ipsum. Primò, cum dixit ei *Gen.* 12. a. Egredere de terra, &c. ipse egressus est. In quo vt dictum est, intelligitur egressio à Mundo. Secundò, cum dixit ei, *Gen.* 15. b. Sume tibi vaccam triennem. Et ibi fecit præceptũ de sacrificio, quia ipse fecit sacrificium Dño. In quo signatur carnis mortificatio. Tertiò, præcepit ei de Circuncisione. *Gen.* 17 b. Hoc est pactum meũ quod obseruabitis. Et sequitur. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Per masculinum intelligitur opus virtuosum, quod circuncidendum est à præputio vanitatis. Non enim sufficit circuncidi exterius à rebus, nisi interius circuncidatur cor à vanitate. *Deut.* 19. g. Omnis domus Israel incircuncisi sunt corde. Per hoc ergo præceptum intelligitur operandi pura intentio. Quartò, præcepit ei de immolatione filij, *Gen.* 22. a. In quo intelligitur propriæ voluntatis abdicatio, vt dictum est. Sic igitur in his quatuor disposuit Deus testamentũ pacis & verbum dilectionis ad Abrahã. Et per hæc quatuor probat dilectionem virũ vera sit. Primum pertinet ad prudentiã exire de Mundo, & prouidere sibi viam tutam. Secundũ pertinet ad temperantiam, f. macerare carnem. Tertiũ ad iustitiam, f. gloriam non quærere sed Deo reddere, cuius est propria *Isa.* 42 b. Gloriã meam alteri non dabo. Quantũ pertinet ad fortitudinem, f. propriam voluntatem relinquere. Qui autem hoc facit, pro amore Dei remunerabitur. Vnde addit. *b* Et iuramenti sui, &c.] supple memor fuit *Gen.* 26. a. dixit Dñs Isaac. Tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentũ quod spopondi Abrahã patri tuo. *Luc.* 1. g. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Et nota quod iuramentum & promissio de retributione fit Isaac, i. spei quæ certitudinem habet & interpretatur risus, quia ex certa spe magnum gaudium nascitur, *Rom.* 12. c. Spe gaudens. Sic prædicans Dominus simul præcepit, & promisit, dicens. *Mat.* 4. g. Pœnitentiam agite, ecce præceptum, appropinquabit enim regnum cœlorum, ecce promissum. Et hoc est quod sequitur. *d* Et statuit, &c.] i. qui eis sunt in lucta huius vitæ, præceptum. Et Israel ; i. videntibus Deum, in testamentum æternum. Hic enim Iacob luctans cum Angelo exercetur in præcepto, sed in futuro mutato nomine Israel ex promisso contemplabitur Deum facie ad faciem, ipsum etiam verbum charitatis quod hic præcipitur, promittitur, quia dilectio modo est bonus ad meritum, & tunc erit eis ad præmium. Quantum enim habebunt de charitate, tantum habebunt de cœlo & de bonis æternis. Omnia enim quæ diligent, sua erunt. Vnde bene sequitur, dicens, f. statuit. *f* Dicens tibi, &c.] i. terram viuentium, sicut supra expositum est. *g* Funiculum, &c.] id est, mensuratam vobis in hæreditatem funiculo charitatis, *Zach.* 2 a. In manu eius funiculus mensorum, *Osea.* 11. b. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. *Ezech.* 47. c. Ioseph, duplicem funiculum habet, i. qui in virtutibus, & præcipuè in charitate augetur, augebitur eius præmium. *h* Cum essent, &c.] Tertia pars. vbi tangit quod de Regno ad Regnum transierunt. Et hoc facit ad confirmandam fidem debilium, quia ostendit quomodo Deus semper præsidium præstitit credentibus in eum. Sic ergo legendum est. Deus ita promisit eis terram Chanaam, & hoc, cum essent numero breui, ita quod. *Tertia pars.*

i Paucissimi] quia Abraham, Isaac, & Iacob tantum erant, quorum merito promittebatur. Paucissimi etiam erant omnes de genere & familia eorum antequam in Ægypto multiplicarentur, *Ezech.* 3. e. Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram, nos autem multi. *k* Et] essent etiam, incolæ eius, f. terræ Chanaam non ciues neque habitatores adhuc. Et verè incolæ, Nam. *l* Et pertransierunt, &c.] Chanaam. *m* In gentem] Ægyptiorum. Et idem repetit dicens. *n* Et de, &c.] i. de terra Chanaam, quæ futura erat Regnum, ad populum Ægyptiorum, legitur enim, *Gen.* 12. d. quòd Abraham descendit in Ægyptum, & ibi Pharao concupiuit Saram vxorem eius, & flagellauit Dñs Pharaonem, & reddidit Abrahæ vxorem suam quia eam cognoscere non potuit. Et *Gen.* 26. b. dicitur de Isaac, quòd venit ad Abimelech, Regem Geraris, qui cognito quòd Rebecca esset vxor eius, prohibuit ne aliquis tangeret eã. Hoc est quod subsigit.

A Non reliquit *Morali*

h Cũ essent, &c.] Moraliter. Illi quibus promissa est terra Chanaam, i. hæreditas cœlestis, sunt in numero breui, respectu reproborum. *Matt.* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Inter eiã electos & prædestinatos sunt nulli, qui adhuc sunt in peccato, & qui ad illam terram non multùm aspirant. Vnde addit. *i* Paucissimi, &c.] id est, habitatores ipsius, qui possint dicere cũ *Apost. Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est Et *Ier.* 51. f. Recordamini procul Domini, & ascendat Ierusalem super cor vestrum. Vel sic. Supra dixit Dñs, Abraham, Isaac & Iacob, tibi dabo terrã Chanaam, &c. id est, doctoribus, claustralibus, scholaribus. Abraham enim pater multarum gentium, signat Doctores. Isaac risus, claustrales. Iacob luctans, scholares, in lucta studij desudantes. Nunc determinat quando dixit, scilicet. *h* Cum essent, &c.]beneficiorum & sociorum, possessionum & traditionum, lectionum & librorum. Doctoribus enim promisit Deus æternam hæreditatem, si essent in numero breui beneficiorum & sociorum Sed quia gloriantur in multo numero beneficiorum & sociorum: ideo iam non fit eis talis promissio. Similiter claustralibus quoniam fuerunt numero breui, possessionum & traditionum, promittebat æternam hæreditatem. Sed quia multiplicatæ sunt possessiones, & traditiones eorum, iam non fit eis talis promissio, sed magis æterna calamitas. *Luc* 6. d. Væ vobis diuitibus, &c. *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, &c. His ergo fit promissio, qui tenent fidem Ecclesiæ, & parati sunt obedire Prælatis. Sic etiam scholares præ multitudine librorum & lectionũ in quibus gloriantur, priuant se promissione Domini, *Ezech.* 33. e. Abraham vnus erat, & hæreditate possedit terram, vos autem multi, & ideo non potestis eam possidere. *k* Et incolæ eius] i. terræ, *Psalm.* 118. Incola ego sum in terra. Qui autem volunt esse eius incolæ, oportet quod à societate mala recedant. Vnde bene addit. *l* Et pertransierunt de gente ad gentem] i. de gente peccatrice (de qua *Isa* 1. a. Væ genti peccatrici) ad gentem illam de qua in *Psalm.* 32. Beata gens cuius est Dominus Deus eius. *n* Et de Regno]Diaboli, vel Mundi, vel carnis. *o* Ad populum alterum. De quo *Psalm.* 143. Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Et notandum est, quòd bonum est & necessarium pertransire

Δ a Non reliquit hominem nocere eis,&c. s. Pharaonem, & Abimelech; dicens per improbationem, vel per aliqua facta. d Nolite tangere,&c.] i. vnctos meos, s. spirituali, non materiali vnctione, i. fide Incarnationis, quia præter hanc fidem nulli fuerunt saluati, vt dicit *Aug*. Maiores, enim distinctam habebant fidem & explicitã de Incarnatione, & minores saluabantur in fide maiorũ, parati credere quod præciperent maiores. Sicut modo sunt

al. † dimisit homini.

Nõ † a reliquit hominem nocere eis, & b corripuit pro eis c Reges. d Nolite tangere Christos meos, & in e Prophetis meis nolite malignari. Et f vocauit famem super terram & g omne firmamentum panis contriuit. h Misit i ante eos k virum.

multi simplices qui non sciunt explicitè omnes articulos, sed credunt implicitè fidem Ecclesiæ, & parati sunt obedire Prælatis. e Et in Prophetis,&c. Patet hic Abraham & alios Prophetas fuisse, & si non verbis, tamen factis. Vnde *Gen*.20.b. dictum est Abimelech. Redde vxorem viro suo, s. Abraham, quia Propheta est, & orabit pro te & viues. Ipsi etiam Prophetæ vngebantur, vnde vocat eos Christos. 3. *Reg*. 19.c. Vnges Elisæum Prophetam pro te Et hoc versu trahitur canon latæ sententiæ de violenta manuum iniectione in Clericos, qui sunt vncti Domini, *Zach*.2.c. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

Moral. *nũ pertrãsire nos de gẽte mala ad bonã, multis rationib⁹.

Videlicet.
- Ne inficiamur, secundũ illud *Ps*. 105. Et cõmixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum. A contactu, non trahuntur mores *Eccl*. 13.a. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, *Ps*. 17. Cum peruerso peruerteris.
- Ne comprimamur ab eis, *Eccl*. 13.c. Sicut communicat lupus agno aliquando, sic peccator viro iusto.
- Ne impediamur ab eis, *Ps*. 136. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. Salices sunt mali infructuosi. Organa, sũt bona verba & opera, 1. *Cor*. 15.e. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.
- Ne dem⁹ eis occasionẽ malignã li. Sic fugiebãt Apostoli à malis, secũdũ quod præcepit eis Dñs, *Matt*. 10.c. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã.
- Ne irritemus illos. Sic Isaac præcepit Iacob, *Gen* 28.a. vt fugeret Esaũ.
- Ne inuoluamur cum illis. *Num*. 16.d. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.
- Vt confundantur mali, 1. *Cor*. 5.d Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibum sumere, &c.
- Ne minuatur auctoritas bonorum, Vnde *Ezech*. 45 a. præcepit Dñs vt habitatio Sacerdotum à vulgo separaretur.
- Vt homo conuertatur ad cor suum, *Baruch*. 2. g. In terra captiuitatis suæ conuertetur ad cor.

Tales antè transeuntes protegit Dñs. Vnde addit. a Non reliquit,&c. Licèt enim multas tribulationes patiantur ab hominibus, tamen illi tribulatores, siue illæ tribulationes non nocent eis, si sunt boni trãseuntes, 1. *Pet* 3.c. Et quis vobis noceat si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Illos etiam qui tribulant eos quandoque punit etiam in præsenti, vel si non in præsenti, semper in futuro. Vnde addit. b Et corripuit pro eis] non tantum minimos persecutores, sed etiam c Reges] sicut Herodem. *Act*. 12.d. *Sap*. 6.b. Fortioribus, fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei. Ecce quod corripit Reges, arguendo, ac si dicat quod sequitur.

Matth. 5. a. d Nolite tangere,&c.] Christi Dñi, sunt omnes Christiani, qui inunguntur in Baptismo, vt sint Reges, quia ipsorum est Regnum Cœlorum; in Confirmatione vt pugiles; in morte vt Pontifices, vt se Deo sacrificent, secundum illud, *Ps*. 115. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo,&c. Sed præcipuè vncti Domini dicuntur Sacerdotes & Clerici & Religiosi, quos prohibet Dñs tangi.

Tanguntur autem.
- Manus iniiciẽdo, 2. *Reg*. 1.c. Quare non timuisti mittere manũ vt interficeres Christũ Dñi, & interfectus est ille. Ibi gerit Dauid typum Christi, qui tales puniet ęterna pœna, nisi satisfaciãt Ecclesię & personę lę ę.
- Illis detrahendo & maledicendo, *Exod*. 22.d. Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.
- Bona eorum malè tractando, *Isa*. 26.b. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.
- Iura illorũ diminuẽdo. Vnde in hoc dicit Dñs seipsum tangi. *Mal*. 3.b. Si affligat homo Deũ, quia vos configitis me, & dicitis, in quo configimus te? In decimis & in primitiis & in penuria vos maledicti estis.
- Debitum honorem non exhibendo, *Rom*. 13.b. Cui honorem, honorem, 1. *Tim*. 5.c. Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. Hoc etiam posset dici mulieribus. d Nolite tangere, &c.] i. nolite fornicari cum Sacerdotibus, & Clericis. Vnde bene sequitur. e Et in Prophetis, &c. i. in eis qui debent aliis bona prædicare, nolite maligno igne accendi, s. igne luxuriæ, qui malignus ignis est. Quia sicut dicitur *Iob*. 31.b. Ignis est vsq; ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Vel. In Prophetis, &c. i. malitiosè agere in eos, quoniã qui malignãtur, ex e muna. untur. In Prophetis etiam malignantur Iudæi & hæretici, qui Prophetas malignè exponunt. f Et vocauit famem.] Quarta pars, vbi incipit narrare, quomodo factũ est vt transirent de Regno ad Regnum, quia propter famem. Vnde dicit. Et vocauit famem super terram, *Gen*. 12.c. Facta est fames super terram, & descendit Abraham. Similiter *Gen*. 26.a. habetur de Isaac. Et 42.a. de fame propter quã Iacob & filij eius descenderunt in Ægyptũ. Sed quomodo vocauit famem in Ægyptum? Per malos Angelos qui destinati sunt huic officio. Vel dicto suo fecit vt esset fames. Et notatur facilitas Dei faciendi omnia. Vocare enim facile est, *Psal*. 32. Dixit & facta sunt. g Et omne firmamentum, &c.] i. consumpsit omne triticum & omnem materiam vnde poterat fieri panis. Et dicit, firmamentum panis, quia panis est firmissimus ciborum, ab effectu. Vnde *sup*. *Psal*. 103. Et panis cor hominis confirmet. Et factã hac fame, coacti sunt descendere in Ægyptũ, & præcessit eos Ioseph. Vnde dicit. h Misit ante eos virum] s Ioseph. Verè virum, quia à muliere tentante non demolitũ, nec in aduersitate fractum. Et dicit quòd misit eum Dñs, licèt malitiosè fuerit venditus à fratribus, quia nutu Dei factum est hoc. Vnde ipse dixit eis *Gen*. 45.b. Pro salute vestra misit me Dominus. Et de malitia illa addit.

Ad literam.

Δ In seruum

Alleg. f Et vocauit,&c.] Hæc quæ de Ioseph dicuntur, de Christo allegoricè intelligenda sunt, qui à Deo Patre missus est in Ægyptum, ne periret fame ipsa terra. Vnde sic transcurramus allegoricè. Et vocauit famem super terram. Non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei, sicut dicitur *Amos* 8. d. quia quando venit Christus, non erant Prophetæ in terra. g Et omne firmamentum, &c.] quia iam non erat qui panem verbi Dei frangeret paruulis languentibus. Et tunc. h Misit] Deus Pater. i Ante eos] visibilem factum per carnis susceptionem. k Virum] Christum, de quo *Ierem*. 31.d. Fœmina circundabit virum. Hanc famem & huius viri missionem notat. *Apost*. *Gal*. 4.a. dicens. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, quasi dicat, priùs erat carum tempus & fames in terra, sed cum eo venit plenitudo temporis, i. tempus plenitudinis. Vnde dicitur B. Virgini, *Cant*. 7. b. Venter tuus sicut aceruus tritici, *Sap*. 7. b Venerunt nobis omnia bona pariter cum ea.

Δ In seruum

Moraliter. f Et vocauit famem.] Primò, in hoc verbo arguitur hominum duritia & inobedientia, quia Dominus vocat inanimata & obediunt ei, solus autem homo resistit, *Ps*. 49. Deus deorum Dñs locutus est, & vocauit terram,&c. quod dicat homo, non vult audire ad obediendum, plaga audiet ad puniendũ, *Ierem*. 25. f. Gladiũ ego voco super omnes habitatores terræ. Fames, vt prædictũ est, dicitur penuria verbi Dei, sicut dicitur *Amos* 8. d. Hæc fames est magna pestis, sed maior est fastidium. Prima pestis inuadit laicos, 2. clericos. Laici enim sustinent famẽ, s. penuriã verbi Dei. Quia vt dicitur *Thren*. 4. a. Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis. Clerici verò etsi habeant panem, non tamen inde firmantur, quia non operatur secundum quod audiunt & student, *Eccl*. *vlt*.c. Colluctata est cum sapientia anima mea, s. studendo & in faciendo illa confirmatus sum. g Et omne, &c.] i. verbo virtutem abstulit, *Isa*. 3. a. Auferam à Ierusalem & à Iuda omne robur panis,&c. Ad hanc autem famem effugandã, & firmamentũ panis reuocandũ, necessarium est vt mittat Dñs Prædicatorẽ qui populo prędicet, & omnibus exemplum bene operandi ministret, vt dicit. h Misit,&c.] s. Prædicatorẽ potentem in opere & sermone, sicut de Christo dicitur *Luc*. 24. c. Erat vir ille potens in opere & sermone. Iste vir debet esse Ioseph, exemplum castitatis, prouisor escarũ, indultor criminũ, patris venerator, Regis procurator, gentis saluator, *Eccl*. 49. d. Ioseph qui natus est homo, princeps fratrum, &c. Hæc competunt Prædicatori cũ eo quod dicit, Misit, quia mitti debet. *Rom*. 10. c. Quomodo prædicabũt nisi mittantur? *Ierem*. 23. d. Nõ mittebã eos & ipsi currebãt. i Ante eos] nõ retro. *Mich*. 2. d. Ascendet pandens iter ante eos, *Io*. 10. a Bonus pastor cum proprias oues,&c. k Virum] nõ effœminatum, hoc enim comminatur Dñs pro magna pœna. *Isa*. 3. a. Effœminati dominabuntur eis, *Iob*. 40. a. Accinge sicut vir lumbos tuos.

Moral.

In seruum

in *a* seruum venundatus est Ioseph. *b* Humiliauerunt in *c* compedibus pedes eius, *d* ferrũ *e* pertransiit † *f* animam eius, *g* donec veniret *h* verbum eius. *i* Eloquiũ Dñi inflãmauit eum, misit *k* Rex & *l* soluit eum, *m* Princeps populorum *n* & dimisit eum. *o* Constituit eum Dñm *p* domus suæ, & Principem *q* omnis possessionis suæ. Vt *r* erudiret Principes † eius *f* sicut semetipsum, & † *t* senes eius *u* prudentiam doceret. Et † *x* intrauit *y* Israël in *z* Ægyptum, & *a* Iacob † *b* accola fuit in terra † Cham.

al. † anima.
al. † suos.
al. † seniores suos.
al. † introiuit.
al. † habitauit.
al. † Chanaan.

A *a* In seruum venundatus est] à fratribus, Ioseph. Et tunc. *b* Humiliauerũt,] Ægyptij. *c* In compedibus pedes eius,] quia quamuis in conspectu custodis carceris gratiam inuenerit, tamen multas tribulationes priùs passus est. Vnde addit. *d* Ferrum] i. dura tribulatio. *e* Pertransiit] i. penetrauit. *f* Animã eius] vel, anima eius pertransiit ferrũ, i. tribulationem superauit. Et illa tribulatio durauit. *g* Donec veniret verbũ eius] i. interpretatio somnij, quæ fuit verbum eius dicentis, & verbũ Dei inspirãtis vel docẽtis. Vnde sequitur. *i* Eloquiũ Dñi, &c.] i. Spiritus S. dans eloquia ignita *k* Misit Rex,] Pharao. *l* Et soluit eum, &c.] sc. ipse Pharao misit. *n* Et dimisit eum] liberum à carcere. Et exposito somnio. *o* Constituit eum Dominum, &c.] Hoc habetur plane *Gen*.41.e. Non tantum autem vt haberet curam temporalium, sed & *r* Vt erudiret Principes, &c.] non tantum iuuenes. *u* Prudentiam doceret] s. de his quæ Dei erant. Non est enim credendum, vt ait *Aug*. tantum Prophetam intendisse opere temporalium, ita quod non intenderet opere spiritualium. *x* Et intrauit,] his omnibus factis. *y* Israël in Ægyptum,] Ioseph ibi regnante. *a* Et Iacob, &c.] id est, in Ægypto, quæ dicitur terra Cham, filij Noë, à quo descenderunt Ægyptij.

Alleg.

A *a* In seruum venundatus, &c.] i. Christus quẽ vendidit Iudas. In seruum, dicit, quia per hoc seruiuit nobis, secundũ quod dicit *Isa*.44.d. Seruire me fecistis in iniquitatibus vestris. *b* Humiliauerunt in compedibus, &c.] Non ad literam legitur, quod fuerit positus in compedibus, sed crux fuit ei loco cõpedum, in qua pedes clauis confixi fuerunt. *d* Ferrum,] lanceæ militis. *e* Pertransiit animam eius] s. animam B. Virginis, quia iam anima Christi à corpore recesserat, secundũ quod dicitur *Io*.19.f. Cum venissent ad Iesum & viderent eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Sed animam B. Virginis pertransiit illud ferrũ, secundũ quod dixerat Simeõ, *Luc*.2.e. dicens ad B. Virginẽ. Et tuã ipsius animã pertransibit gladius. Et hoc videtur dicere id quod sequitur. *g* Donec veniret] i. compleretur. *h* Verbum eius,] quod per Prophetam suũ Simeonem locutus fuerat. Vel Verbum eius, quod prædixerat per *Zach*.13.a. In die illa erit fons patens domui Iacob & habitantibus Ierusalẽ, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Iste fons fuit vulnus lateris Christi. De quo ibi dicitur, quod cõtinuò exiuit sanguis & aqua, s. sanguis redẽptionis, & aqua baptismatis. Et ad sustinendũ talia. *i* Eloquium Dñi, &c.] i. præceptũ Dñi præcipientis ei. Vel eloquium Dñi, i. feruor prædicandi & docẽdi populos. Ad hoc enim venit, sicut dicit *Marc*. 1.d. Eamus, inquit, in proximos vicos & ciuitates, vt ibi prædicem, ad hoc enim veni. Et propter prædicationẽ eius inuidebant ei Iudæi, & ex inuidia illa procurauerunt mortem eius. Sed qui misit eum ad mortem, suscitauit eum à morte. Hoc est, quod sequitur. *k* Misit Rex] i. Deus Pater, supple eum ad mortem. *l* Et soluit eum] à morte Ipse qui est. *m* Princeps populorum & dimisit eum,] liberum ab omni miseria. Et merito humilitatis & obedientiæ vsq; ad mortem, exaltauit eum. Quia *o* Constituit eum,] ad dexteram suam. *p* Dñm domus suæ,] cœlestis, de quæ ipse dicebat *Io*.14.a. In domo patris mei mansiones multæ sunt. *q* Et principem omnis, &c.] tam in cœlo quam in terra. Hoc est, quod dicitur *Phil*. 2. d. Propter quod exaltauit illum, & donauit illi nomen, &c. Postquam verò ita exaltatus est, misit in Apostolos Spiritum S. & erudiuit eos. Vnde addit. *r* Vt erudiret Principes eius] i. Apostolos, qui fuerunt Principes Ecclesiæ. *f* Sicut semetipsum] i. illa quæ ipsemet sciebat *Ioan*.15.b. Omnia quę audiui à Patre meo, nota feci vobis. Sed perfectius erudiuit eos per Spiritum S. quam per seipsum, sicut dicit eis *Ioan*. 16. c. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Thren*. 1. c. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. *t* Et senes eius prudentiam doceret. Hoc referri potest ad illos discipulos, qui simpliciter à Spiritu S. eruditi fuerunt. Sic autem eruditi, dispersi sunt per totum Mundum ad prædicandum. Vnde addit. *x* Et intrauit Israel in Ægyptum] id est, Apostoli Deum clara fide intuentes, intrauerunt diuersas Mundi partes, tenebris peccatorum & errorum obscuras. *a* Et Iacob accola fuit in terra Cham] id est, ipsi Apostoli cum Diabolo & Tyrannis luctantes & ipsos supplantantes, vomere prædicationis coluerunt terram Mundi, eradicantes spinas errorum & vitiorum, & plantantes & seminantes plantationes, & semina virtutum. Cham enim interpretatur calidus, & calidus & ipse mundus plenus est igne luxuriæ & cupiditatis & deceptionibus.*

Io.19.f.

Moral.

a In seruũ venundatus, &c.] Hoc satis competit Prælato & Prædicatori, quia debet se gerere vt seruos, non vt dominos, 1. *Pet*. 5.a. Non dominantes in Clero. 1. *Cor*.9.c. Omniũ me seruum feci. Et bene dicit. Venundatus, quia ad literã subditi dant eis bona tẽporalia, vt ipsi ministrent eis in spiritualibus. Vnde qui recipit temporalia, & non ministrat spiritualia, fur est & latro, & in animam suam recipit, *Prou*.6. a. Si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, quando dicat vendidisti teipsum in seruum. Si autẽ Prædicator sit minister in effectu, debet nihilominus esse humilis in affectu, vt non ambiat honorem nec de exhibito gaudeat. Vnde bene sequitur. *b* Humiliauerũt in compedibus, &c.] Pedes, sunt affectus. Compedes, sunt cura & sollicitudo, quâ tenetur homo vinctus quasi compedibus vt non possit ambulare pro sua voluntate. Sic se humiliabat B. *Bern*. dicens. Si labores pensamus, non affectemus honores. Vel per compedes, qui stringunt pedes ne euagentur per terram, significatur quod separatos debet habere affectus ab omni terreno amore, *Eccl*. 45.b. Compedes & femoralia, & humerale posuit ei. Hæc tria competunt Prælato & Prædicatori. Per compedes intelligitur, quod debet habere affectus separatos à terra. Per femoralia intelligitur castitas. Per humerale, labor. Si vero sit humilitas in affectu, concomitetur eam compassio, quia sequitur. *d* Ferrum pertransiit, &c.] i. tribulatio dura aliorum, affligit animam suam, ita quod non quiescit. *g* Donec veniat verbum eius,] donec verbum consolationis seminauerit in cordibus eorum, & donec illud semen veniat, i. fructum afferat, quod est cum audiẽtes in tribulatione patientiã habẽt & consolationẽ, *Isa*. 55.d. Verbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcũq; volui, & prosperabitur in his ad quę misi illud, quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Ecce fructus verbi, sc. consolatio in lætitia, & profectus in pace. Sed Prædicatori necessarius est feruor. Vnde. *i* Eloquium Domini inflammauit eum.] Talis potest alios inflammare, qui prius fuerit inflammatus, quia qui non ardet non incendit *Eccl*.48.a. Surrexit Elias Propheta quasi ignis, &c. *Ierem*. 23. f. Nonne verba mea sunt quasi ignis? Et talis cũ moritur, à Domino remuneratur. Vnde addit. *k* Misit Rex,] cui militauit, s. Deus. *l* Et soluit eum,] à vinculis carnis, s. in morte, quando Angelũ mittit ad eum Dñs, vt soluat animam, & ad requiem perducat æternã, *Phil*. 1.d. Cupio dissolui & esse cũ Christo. *m* Princeps populorum,] quos iste docebat, misit. *n* Et dimisit eũ,] liberum à carcere corporis, *Rom*.7.d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quod amplius? *o* Constituit eum Dominum domûs suæ, &c.] cœlestis, secundum illud *Matth*.25.b. Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Et dicit, Dominum, quia sciendum quod in lege veteri fuerunt homines serui, secundùm illud *Psalm*. 2. Seruite Domino in timore, &c. sed in noua lege facti sunt amici, *Ioan*.15.b. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. In cœlo autem fient Domini, ita quod ipse Dominus omnium obediet voluntati eorum, & ministrabit illis. *q* Et principem omnis possessionis suæ,] secundum illud *Luc*. 12. f. Amen dico vobis, quia super omnia quæ possidet constituet eum. Et cum aliquis ita viuit, ita moritur, ita remuneratur, aliis exemplum datur, vt eum imitentur. Vnde addit. *r* Vt erudiret Principes eius] id est, alios Prædicatores & Prælatos suo exemplo. *f* Sicut semetipsum,] docuerat, id est, vt sic faciant sicut fecit. Iuxta illud 1. *Cor*. 11. a. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Alios enim non docet bene, qui seipsum non docet, *Rom*.2. c. Qui alium doces, teipsum non doces?
t Et senes eius] scilicet, Sacerdotes & alios seniores.
u Prudentiam doceret,] vt sibi in futurum prouiderent talentum Domini hic multiplicando. Et qui habent Deũ præ oculis, ita faciunt. Vnde sequitur *x* Et intrauit Israël] i. vir videns Deum propter peccata hominum crucifixum. *z* In Ægyptum] i. ad peccatores tenebrosos, vt de tenebris peccatorum eos educeret. *a* Et Iacob] id est, exercens se in lucta actiuæ vitæ prædicando & laborando *b* Accola fuit in terra Cham] id est, sicut dictum est, vomere-

* prædicationis, tribulos & ſpinas viriorum eradicans, ſeminauit ſemina virtutum in cordibus reiτenoιũ. Cham, interpretatur, vt dictum eſt, calidus, vnde ſignat luxurioſos. Vel calidus, vnde ſignat cupidos. Omnes etiam peccatores ſunt calidi in voluntate peccandi, & callidi in procurando peccato, ſecundum illud *Ier.* 4. f. Sapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt

E *a* auxit populum *b* ſuum † *c* vehementer, & † *d* firmauit eum ſuper inimicos eius. † *e* Cõuertit *f* cor eorum vt *g* odirent populũ eius, & *h* dolum facerent in *i* ſeruos eius. Miſit *k* Moyſen ſeruum ſuum † Aaron quem elegit ipſum. *l* Poſuit in eis *m* verba ſignorum ſuorum & *n* prodigiorũ, in *o* terra † Cham. Miſit *p* tenebras & *q* obſcurauit, † non *r* exacerbauit *ſ* ſermones † ſuos.

al. † nimis.
al. † confirmauit.
Ad litteram.
al. † Et.
al. † &c.
al. † Chanaan.
al. † eos, quia exacerbauerunt.
al. † eius.

a Et auxit.] Quinta pars, vbi breuiter tangit in primo verſu quæ facta ſunt in Ægypto, & poſtea plenè narrat. Primò ergo tangit duo beneficia Dei erga Hebræos. Primum eſt multiplicatio eorum vnde dicit. Et auxit, &c. quia non intrauerunt niſi ſeptuaginta animæ, & in paruo tempore exierũt trecenta millia, exceptis paruulis & mulieribus. Secundum beneficium fuit eorum exaltatio, in tempore Moyſi. Vndè dicit.

d Et firmauit, &c.] Sed quia gloriam præcedit humilitas. *Prou.* 15. d. Oſtendit quod primo humiliati fuerunt. Et incipit narrare plenè quæ facta ſunt in Ægypto. Vndè dicit. *e* Conuertit] permiſſiuè. *f* Cor eorum,] ſ. Ægyptiorum. *g* Vt odi. po. eius.] Et oſtendit triplicem perſecutionem, ſc. cordis. Vt odirent. Oris, cum addit, & dolũ. Operis cum dicit, facerent, q. d. non ſolùm loquebantur doloſè, ſed operabantur. Et aggrauat peccatum perſequentium, cum ſubdit. *i* In ſeruos eius,] quod grauius eſt peccatum, quam ſi in alios hoc facerent. Dolus autem iſte fuit in hoc quod faciebat eos laborare in lateribus faciendis, & quantum poterant opprimebãt eos, ne multiplicarentur. Poſt hanc autem humiliationem ſecuta eſt eorum exaltatio. Vndè primò oſtendit per quos facta fuit illa exaltatio, ſcil. per Moyſen & Aaron. Vndè dicit. *k* Miſit Myoſen, &c. Poſtea oſtendit quomodo exaltati ſunt, ſc. per miracula quæ fecerunt. *l* Poſuit in eis,] ſ. in Moyſe & Aaron. *m* Verba ſignorum ſuorum,] quoad minora miracula. *n* Prodigiorum ſuorum, quoad maiora, q. d. poſuit in eis verba quibus prædicebant ſigna & prodigia futura eſſe. *o* In terra Cham,] i. in Ægypto, ſicut ſupra habitum eſt. Vel ſic. *m* Verba ſign. &c.] i. ſigna & prodigia quæ erant pro verbis: Quandoque enim Dominus loquitur per ſigna ſicut per verba: poſtea oſtendit quæ fuerunt illa ſigna, & enumerat ſeptem plagas quæ factæ ſunt in Ægypto, licèt fuerint decem. Et non eodem ordine quo factæ fuerunt. Prima quam enumerat, fuit, tenebræ palpabiles. De quibus habetur *Exod.* 10. f. Vndè dicit.

p Miſit tenebras,] & non tantùm exteriores, ſed & interes. Vndè addit. *q* Et obſcurauit, ſc. cor eorum. Et competenter præmittuntur hîc tenebræ aliis plagis, quia ex cæcitate cordis ſequuntur omnia mala. Et inde hoc fecit quod promiſerat Moyſi. Vndè dicit. *r* Et non exacerbauit △ ſermones

Allegor.

Allegoricè.] *a* Et auxit.] Supra habitum eſt de Prædicatione Apoſtolorùm, qui coluerũt terram Cham, vomere prædicationis. Et hic oſtendit quod terra culta multum ſemen protulit. Vndè dicit. Et auxit Dominus, per prædicationem Apoſtolorum *b* Populum ſuum] Chriſtianum *Act.* 2. g. Dominus augebat qui ſalui fiebant quotidie in idipſum. *c* Vehementer, quia cum violentia. Nam Iudæi quantùm poterant reſiſtebant. *d* Et firmauit, &c.[ſ. ſuper Iudæos, quibus dominantur Chriſtiani. *e* Conuertit cor eorum,] i. Iudæorum, vt odirent populum eius. *h* Et dolum, &c.] i. in Apoſtolos. Vndè *Act.* 23. c. Deuouerunt ſe non manducaturos neque bibituros, donec occidiſſent Paulum, & voluerunt, eum occidere in dolo. Sed ad reprimendos iſtos inimicos, & ad populum ſuum regendum. *k* Miſit Moyſen, &c.] Per Moyſen intelligi poteſt ordo Principum ſæcularium: per Aaron, Eccleſiaſticorum Prælatorum. De quibus duobus *Luc.* 22. d. Ecce gladij duo hîc. Primus ordo ſeruus eſt: Secundus electus, de quo bene ſubiungit. Ipſum. Quod eſt contra eos qui vicarios cõſtituunt. *Supra Pſ* 3. Voce mea clamaui ad Dominum, q. d. non voce vicarij. *l* Poſuit in eis, &c.] i. poſuit in diſcipulis verba, & ſigna, & prodigia in Mundo, ſecundum quod dicitur *Act.* 6. b. Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna & prodigia multa in populo. Et *Act.* 5. c. Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia. In inimicis autem. *p* Miſit tenebras] cæcitatis. *q* Et obſcurauit] corda eorum, ſecundùm quod dicitur *Rom.* 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Iſraël. *r* Et non exacerbauit,] imò compleuit. *ſ* Sermones ſuos,] quibus dixerat Iudæos excæ- △ candos. *Iſa.* 6.

Moraliter.] *a* Et auxit.] Populus Dñi augetur & creſcit in virtutibus. Et hoc facit Dominus. Vndè *Eph.* 4. d. Veritatem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia. Et benedicit in charitate, quia charitas eſt quantitas animæ. Et cum ita creſcit & roboratur, tunc non timet impetus tentationum. Vndè addit. *d* Et firmauit eum] populum, ſuper inimicos, ſc. ſuper Mundum, carnem, diabolum. De hac firmitate & augmento ſimul. 2. *Pet.* 3. d. Cuſtodite voſmetipſos ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate: creſcite verò in gratia & cognitione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et quia hoc augmentum & iſta firmitas in tribulatione proficiunt, ſecundum quod dicitur *Exod.* 1. b. Quanto opprimebantur, tanto magis multiplicabantur. Bene ſubdit. *e* Conuertit cor eorum] inimicorum. *g* Vt odirent] ex corde, populum eius.

Moral.

h Et dolum facerent] ore & opere, in ſeruos eius. Odit enim Mundus, ſicut dicitur *Ioan.* 15. c. Nolite mirari ſi odit vos mundus. Odit caro, quia concupiſcit aduersùs ſpiritum. *Gal.* 5. c. Odit diabolus. Vndè dicitur inimicus, & aduerſarius. 1. *Pet.* 5. b. Sobrij eſtote, &c. Hi tres inimici dolum loquuntur & faciunt in ſeruos Dei, quia ſuggerunt voluptatem momentaneam, & conſentientes ſibi obligant ad pœnam æternam. *Pſalm.* 34. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, ſc. in ſuggeſtione, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Ecce ira ſiue odium & dolos. *Eccl.* 12. d. In labiis ſuis indulcat inimicus, & cum inuenerit tempus non ſatiabitur ſanguine. Sed ad pugnandum contra iſtos hoſtes. *k* Miſit Moyſen, &c.] *Mich.* 6. a. Miſi ante faciem tuam Moyſen & Aaron, & Mariam. Per Moyſen qui fuit aſſumptus de aquis, ſignantur actiui. Per Aaron, qui interpretatur montanus, ſignificantur contemplatiui. Per Mariam, quæ interpretatur amarum mare, pœnitentes. *Exod.* 15. c. Sumpſit Maria Propheteſſa ſoror Moyſi & Aaron tympanum in manu, i. carnis mortificationem in opere. Et nota, quòd pœnitentia ſoror eſt actiuæ & contemplatiuæ vitæ. Item nota quod dicit Moyſen ſeruum, & Aaron electum, quia vita actiua ſerua eſt, nec manet in domo in æternum; contemplatiua verò electa eſt, & durat in æternum. *Luc.* 10. g. Martha, Martha ſolicita es & turbaris erga plurima. Ecce ſeruitus. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Ecce electio, & duratio. Licèt autem quilibet, ſ. actiuus & contemplatiuus & pœnitens pugnet contra quemlibet illorum trium hoſtium, tamen appropriato modo. Actiuus contra Mundum, contemplatiuus contra diabolum, pœnitens contra carnem. Mundus enim multis occupationibus & turbationibus impugnat actiuos. Diabolus multis aſtutiis impugnat contemplatiuos. Caro multis illecebroſis deſideriis impugnat pœnitentes; qui autem tales ſunt debent alios feruentur, & humiliter admonere vt ſimiliter faciant. Vndè bene ſequitur. *l* Poſuit in, &c.] Signa eius, ſunt dilectio, & humilitas. *Ioan.* 13. d. In hoc cognoſcent homines, quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis adinuicem. De humilitate. *Luc.* 2. b. Hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum & poſitum in præſepio. In eis ergo quos miſit Dominus ad ſaluandum alios, ponit verba iſtorum ſignorum, quæ etiam propter ſui magnitudinem non tantum ſigna, ſed & prodigia dicuntur, vt videlicet peccatores.

o De terra Cham, i. de Mundo humiliter & charitatiuè corripiant, & ad pœnitentiam & ad bona opera & ad deſiderium ſupernorum accendant.

p Miſit tenebras.] Iſtæ tenebræ, & aliæ plagæ à Domino miſſæ ſunt in Ægyptios. Sed hodie Domino permittente ab inimico immittuntur etiam in Eccleſiam, quia ibi eſt prima plaga, ignorantia. Secunda, carnalis amor. Tertia, ranæ, i. litigatores & aduocati. Quarta muſcæ, i. maledici. Quinta, grando, i. oppreſſores. Sexta, locuſtæ, i. adulatores. Septima, mors primogenitorum, i. apoſtaſia. Dicit ergo.

Septem plagæ in Eccleſia.

p Miſit tenebras & obſcurauit.] Quomodo miſit? *Exod. decimo* f. Extendit Moyſes manum in cœlum, & factæ ſunt tenebræ horribiles, ſcilicet, tam denſæ vt palpari poſſent. Quando Moyſes, i. Prælatus per arrogantiam & cupiditatem extendit manus in altum, facit tenebras in Eccleſia. Vndè talibus dicitur *Luca vndecimo* g. Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, id eſt, ſcientiam boni abſtuliſtis, quæ clauis eſt Regni Cœlorum, ſine qua nullus intrabit, quia ignorans ignorabitur, vt dicitur. 1. *Cor. decimo quarto* g. Et talis Prælatus non audet arguere delinquentes. Vndè addit. *r* Non exa- * cerbauit ſermones.

Δ sermones suos.] Ille dicitur sermones suos exacerbare, qui promittit, & non soluit, sicut ille dicitur dulces facere sermones qui promittit, & soluit. Secunda plaga est conuersio aquarum in sanguinem. Vnde dicit. *a* Conuertit aquas,] quia ex hoc secuta est mors piscium: Vnde. Et occidit. Tertia est ebulitio ranarum. Vnde dicit. *d* Edidit terra, &c. *Ezech.* 8. a. Ecce ego percutiā omnes terminos tuos ranis. Et nō tantū in paludibus vbi solent esse ranæ, sed. *e* In penetralibus] i. in thalamis & secretis locis. *f* Regum ipsorū,] id est, Principū, & Magnatū. Quarta plaga est muscarum: Vnde dicit. *g* Dixit] i. fecit quia eius dicere, facere est. Vel, Dixit, Moysi. *h* Et venit.] Genera sunt muscarum. Cynomya est musca canina. Cynos græce, canis latine, myia musca. Ciniphes sunt minimæ muscæ, quæ acriter mordent. Et hæ muscæ venerunt in omnibus &c. Quinta est plaga est grando & fulmina: Vnde dicit. *k* posuit pluuias,] ad literam. Et ignem, &c. i. fulmina, in terra ipsorum. *Exod.* 9. c. Grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Et illo igne, & grandine. *l* Percussit vin.] hoc quantum ad grandinem. *m* Et contriuit.] hoc quantum ad ignem. Sexta plaga est locustarum Vnde sequitur. *n* Dixit,] vt supra, & venit. Bruchus est fœtus locustæ. Et ponit numerum singularem pro plurali. Et hoc notat maiorē copiā, vnde adhuc addit. *o* Cuius] *Exod.* 10. d. Facto manè ventus vrens leuauit locustas. Et nota quod bruchus Δ & † ophiomachus,

al. † Et dedit terram.
al. † penetralibus.
al. † in.
al. † omne.

a Conuertit aquas eorum in *b* sanguinem, & *c* occidit pisces eorum. † edidit *d* terra eorum ranas, in † *e* penetralibus *f* Regum ipsorum. *g* Dixit & *h* venit cynomya, & ciniphes in *i* omnibus finibus eorum *k* posuit pluuias eorū † grandinem ignē comburentem in terra ipsorum. Et *l* percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & *m* contriuit † lignum finium eorum. Dixit, & *n* venit locusta & bruchus *o* cuius non erat numerus.

Allegor. Λ candos. *Isai.* 6. c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, &c Nec hanc solam pœnam habuerunt, sed in corpore puniti sunt, quia multi occisi & omnes captiuati Hoc est *a* Conuertit, i. sapientiam, vel multitudinem eorum. *b* In sanguinem] i. In occisionē, & flagellationem à Romanis factam. *c* Et occidit] i. sapientes, in aquis sapientiæ suæ confidebant. Cæteræ plagæ possent similiter exponi de Iudæis, & pœnis eorum, sed propter compendium relinquimus eas studioso lectori exponendas.

Moraliter. * cerbauit sermones suos] id est, non arguit acerbè. *Tit.* 1. d. Increpa eos durè. Secunda plaga est carnalis amor Vnde dicit. *a* Conuertit aquas eorum] scil. diuitias, & sapientiam Prælatorum, & Ecclesiasticarum personarum. *b* In sanguinem] i. consanguineorum amorem. *Apoc.* 6. d. Luna tota facta est quasi sanguis, id est, Ecclesia.

c Et occidit.] Pisces Ecclesiæ sunt simplices, & pauperes qui deberent nutriri in anima aquis doctrinæ, & sapientiæ Prælatorum, & in corpore aquis diuitiarum. Sed quia totum studium ipsorum Prælatorum est ad promouendos parentes, & diuitiæ eorum ad ditandos cōsanguineos conuertentur, ideo pauperes, & simplices moriuntur fame animæ, & fame corporis. Et ipsi Prælati, qui eis subtrahunt, rei sunt mortis eorum. Eis enim dicit: Pasce fame morientem, si non occidisti. *Isa.* 3. c. Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Ibi *Gl.* Nostri Principes cùm pauperes delinquentes publicè arguant, & confundant, diuitibus peiora peccantibus, nec nutum faciunt: In quorum domibus rapina pauperum est, dum opes Ecclesiæ sibi thesaurizant, & in delicijs abutuntur, & quæ ad sustentationem pauperum dantur, sibi reseruant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas, vel suorum diuitias faciunt. Ecce secundum *Ierem.* quod vir Ecclesiasticus, nec retinere aliquid de patrimonio Crucifixi potest, præter necessaria, nec parentibus dare, quod si facit, rapina pauperum est in domo sua. Vnde super illud *Matth* 28. c Dederunt pecuniam militibus, &c. dicit *Gloss.* Qui rebus Ecclesiæ abutuntur in alijs rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt Scribarum, & Pharisæorum redimentium mendaciū, & emendacium sanguinem Saluatoris. *Ioan. vlt.* e. ter dicitur Petro: Pasce, scil. verbo, & exemplo, temporali subsidio. Tertia plaga in Ecclesia sunt ranæ, id est, Aduocati qui in flumine diuitiarum nascuntur, & garriunt: Vnde dicit.

De Prælatis promouentes suos consanguineos.

De Aduocatis.

d Edidit terra. *Apoc.* 16. c. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire tres Spiritus immūdos in mūdū ranarū. Diabolus est draco sibilās tentādo, bestia deuorando, & pseudopropheta decipiēdo Et ad hæc facienda exeunt de ore eius. Aduocati, qui sunt Spiritus draconis sibilando per adulationes: Spiritus bestiæ, deuorando per comessationes: spiritus pseudoprophetæ, decipiēdo per cauillationes. Et hi habitant & morantur. *e* In penetralibus] i. in cauernis Prælatorum, quia Prælati plures habent secum Aduocatos, quam Prædicatores. Vnde apparet, quòd plus amant temporalia, quā spiritualia. Quarta plaga est muscarum, id est, detractorum, & acriter mordentium. Vnde dicit.

De Detractoribus.

g Dixit, & venit.] Musca canina, quæ vt dicit *Basilius*, sanam carnem pertransit, & vlceri insidet, est detractor. Ciniphes sunt illi, qui licet non detrahant retro, tamen in aperto nimis acriter mordent. De quibus dicit *Gregorius Nazianzenus*. Ex hoc docti, & Catholici videri volum' si illos reprehendamus, illos optimos iudicamus, qui subtiliter & figuraliter momorderint. *Mich.* 7. a. Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Et nota, quod ait. Dixit, scilicet. Prælatus, & venit, &c. quia ad nutum Prælatorum, & Magnatum veniunt detractores, & taliter obloquentes. Vnde *Prou.* 29. b. Princeps qui libēter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Et è contra. *Prou* 25. d. Ventus Aquilo dissipat pluuiam, & facies tristis linguam detrahentem. Nec tantum in domibus eorum, sed in omnibus finibus eorum. Musca igitur dicitur detractor: Et ideo diabolus dicitur Beelzebub id est, Deus muscarum, id est, detractorum. *Rom.* 1. d. Detractores Deo odibiles & ideo amici diaboli. Quinta plaga est grandinis, id est, comminationum, & oppressionum. Vndè dicit.

k Posuit pluuias, &c. Prælati Ecclesiæ debent esse nubes coruscantes miraculis, tonantes minis, pluentes doctrinis. *Isa.* 60. b. Qui sunt isti qui vt nubes Volant? *Deut.* 32. a. Concrescat in pluuiam doctrina mea. Sed pluuia doctrinæ siue prædicationis modò quantum ad multos vertur in grandinem comminationis, & in ignem terroris. Vnde non faciunt subditi fructum, sed flagellati grandine, & combusti terrore steriles efficiuntur. Vndè addit.

l Et percussit, &c.] Vinea quæ vinum generat compunctio, siue contritio. Ficus dulcedo animæ, siue deuotio. Lignum finium, est oliua, id est, misericordiæ quæ est lignū finium, i. mortis quia in morte concominatur, & seruat hominem. *Ambros.* Sola misericordia comes est defunctorum. *Eccles.* 29 c. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. Hæc sunt tria vnguenta *B. Bernard.* sc. vnguentum contritionis, deuotionis & pietatis quæ vnguentarius, i. Prælatus deberet conficere in animabus subditorum cum pluuia doctrinæ suæ, & speciebus diuersis exemplorum bonorum. *Ecclesiast.* 38. a. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones sanitatis. Sed dicit, quod hæc omnia destructa sunt ab igne, & grandine quæ pluuiæ successerunt, quia comminationes, & oppressiones Prælatorum ita scindunt, & vrunt corda subditorum, quod nec contritionem de proprijs peccatis, nec deuotionem de Dei beneficiis, nec pietatem de proximorum miseriis habent. Vnde conqueritur Dominus per *Ezech.* 34. a. Quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia & dispersæ sunt oues meæ. Sexta plagas est locustarum, id est, adulatorum: Vndè dicit.

n Dixit, & venit.] Per locustam & bruchum intelligitur adulator, vt postea dicemus. Et multi tales similiter nutu Prælorum sunt in Ecclesia & in domibus Prælatorum. *Isa.* 40. e. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ, quasi dicat, ipse Prælatus, & tota familia adulatores sunt. *Eccl.* 20. b. Qui edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. Histrionibus enim, & adulatoribus dant illa, quæ deberent dare pauperibus. Vndè bene dicitur *Eccl.* 12. b. Impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis Locusta adulator, capparis homo pauper. Sunt autem multæ proprietates locustæ, quare per locustam intelligitur adulator, quæ possunt notari hoc versu:

De adulatoribus.

Proprietates locustæ conueniētes adulatori.

Multa, volans, saltans, inimica satis, retro maior.

Multa est, & adulatores multi. Vnde hic dicitur.

o Locusta, & bruchus cuius non erat numerus.] *Nahum.* 3. c. Congregare, vt bruchus, multiplicare vt locusta. *Prou.* 19. a. Multi colunt personam potentis. *Act.* 12. d. Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominum Item adulator est volans, sicut locusta, quia in tribulatione recedit. *Nahum. vltim.* d. Ortus est sol, & auolauerunt locustæ, scilicet. *Exod.* 10. d. Manè facto

al. † locusta. Δ & † ophiomachus, & atelabus idem est. *a* Et illa locusta, & ille bruchus, comedit omne fœnum, &c Ita fuit ad literam. Septima plaga est interfectio primogenitorum: Vnde sequitur. *c* Et percussit, &c.] sc. Ægyptiorum. *Exod.* 12. c. Non erat domus in qua non iaceret mortuus.

Et *a* comedit omne fœnum in terra eorum, & *b* comedit omnem fructum terræ eorum. Et *c* percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Et *d* eduxit eos cum *e* argento & auro, & non *f* erat in Tribubus eorũ infirmus. *g* Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia *h* incubuit timor eorum super eos. Expandit *i* nubem in *k* protectione eorũ *l* & ignem, vt *m* luceret eis per noctem.

Et non solum primogenita hominum, sed & pecorum, & fructuum. Vnde addit. Primitias omnis. *d* Et eduxit eos.] Hic incipit partitio secundũ Cassiodorum, secundum Aug. verò inferius, *ibi.* Expãdit. Nos verò magis sequamur. Aug. Enumeratis plagis Ægyptiorum enumerat bona, quæ fecit Deus filiis Israël in exitu de Ægypto. Primum est, quòd eduxit eos de manibus inimicorum. Vnde dicit. Et eduxit eos, s. de Ægypto. Secundum est, quod eduxit eos cũ magnis diuitiis. Vnde addit. *e* Cum argento, & auro,] præcepit enim eis. *Exod.* 11. a. quod mutuarent à vicinis suis Ægyptiis vasa aurea, & argentea, & illa secum tulerunt. Sed nunquid præcepit Deus fieri fraudem? Solutiò. Omnia Dei sunt; vnde de omnibus potest ordinare ad voluntatem suam. Item quia Ægyptij fraudauerunt eos in multis ideo tolerabilius est. Tertium beneficium fuit sanitas corporis, Vnde dicit. *f* Et non erat, &c.] quando exierunt de Ægypto. Quartum fuit, quod lætati sunt Ægyptij de exitu eorum, & etiam compellebant eos exire. Vnde dicit *g* Lætata est, &c.] scilicet, quando profecti sunt inde. Et quare lætati sunt? *h* Quia incubuit timor eorum super eos] propter plagas supra dictas.

Moral. * ventus vrens leuauit locustas. Et saltans, quia sursum nititur in dignitatem. *Iere.* 49. d. Apprehendere niteris altitudinem cœli. Item adulatio est inimica satis, id est, seminatis, scil nouellæ plantationi virtutum. *Exod.* 10. d. Deuorata est omnis herba terræ. *Ibidem*: Operuerunt locustæ vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Hoc est quod hic subiungit. *a* Et comedit] id est, omnem herbam, in terra eorum. Nec solum herbam sed. *b* Et comedit] id est, ipsa opera, secundum quod dicit. *Isa.* 3. c. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Item est, retro maior, & adulator in temporalibus: Ideo dicitur, vt *supra.* Deus meus pone illos, vt rotam, quæ cadit à parte anteriori, & fugit retro. Contra quod dicit *Apost. Phil.* 3. c. Ad anteriora extendens meipsum. *Num.* 3. d. Bruchus expansus est, & auolauit, & custodes tui quasi locustæ, & paruuli tui quasi locustæ locustarum. Septima plaga est apostasia, scilicet, mors primogenitorum, id est, primorum operum. Vnde dicit. *c* Et percussit, &c.] Primogenĩta, & primitiæ laboris, sunt prima bona opera, quæ percutiuntur, & occiduntur, cùm relictis illis, retrorsum conuertitur homo ad peccata. *Apocal.* 2. a. Habeo aduersum te pauca, eò quod charitatem tuam primam reliquisti, memor esto itaque vndè excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sic assignatæ sunt septem plagæ Ægypti ipsi Ecclesiæ. Sed secundum ordinem literæ congruentius assignandæ sunt ipsi Ægypto, id est peccatoribus, quia ad hoc, quod per Moysen, & Aaron educantur de Ægypto, id est, de peccato, qui ibi captiui tenentur, septem plagæ præcedunt in corde peccatoris ad vocem prædicantis verbum Dei.

Septem plagæ præcedunt in corde peccatoris ad vocem prædicantis verbum Dei.

Primum est, quod mittit Dominus tenebras, quia verbum Dei ostendit peccatores fatuos, & veram scientiam non habentes, sicut dicitur *Exod.* 34. d. Quod non poterant filij Israël intendere in faciem Moysi propter claritatem vultus eius. Et hoc rogat *Psalm.* 17. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas, id est, da mihi scientiam defectuum meorum. Secundum est abominatio humanæ & sæcularis scientiæ, hoc est conuersio aquarum in sanguinem. Aquæ enim sunt scientiæ sæculares, de quibus *Psalm.* 31. In diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Vnde *Isa.* 15. c. Aquæ Nemrim desertæ erunt. Nemrim interpretatur Pardus. Pardus est varij coloris: Sic istæ scientiæ maculatæ sunt, quæ quando conuertuntur in sanguinem, id est, in abominationem, pisces moriuntur, id est, curiositates. Et hoc fit quando, vt dicitur *Apoc.* 8. c. stella quæ dicitur absinthium cadit in aquas, hoc est abominatio quam Deus immittit. Tertiò, sequitur plaga ranarum, id est, quidam tumultus, qui fit in corde peccatoris, de quo *Psalm.* 37. Nimis rugiebam à gemitu cordis mei. Quarta plaga, muscarum pungentium, hoc est remorsus conscientiæ. *Isa.* 7. c. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti. Semper enim in extremo peccati remanet vermis conscientiæ, cui sibilat Dominus, vt pungat, & mordeat cor peccatoris, vt ad pœnitentiam redeat. Post remorsum conscientiæ sequitur compunctio, hoc est plaga grandinis, quæ cor peccatoris flagellat, & vrit. Post hanc sequuntur opera pœnitentiæ, scilicet, abstinentiæ, vigiliæ, disciplinæ. Hæ sunt locustæ, quæ flante Austro charitatis veniunt. His vescebatur Ioan. in deserto, sicut dicitur *Matt.* 3. a. & *Mar.* 1. a. Hæ habent crura posteriora longiora, quia opera pœnitentiæ debent esse in progressu. Post hoc sequitur mors primogenitorum, id est, destructio primorum motuum, vel septem capitalium vitiorum. Et tunc exit homo de Ægypto: Vnde sequitur. *d* Et eduxit, &c.] Educit enim Dominus hominem de peccato per contritionem. *Ierem.* 11. a. Ego Dominus eduxi vos de fornace ferrea. Secundò dat argentum, id est, eloquentiam confessionis. Quartò, sanitatem, vt fortis sit homo ad faciendum pœnitentiam, & ad resistendum tentationibus. *Rom.* 4. d. Non est infirmatus in fide. 1. *Pet.* 5. b. Aduersarius vester Diabolus tanquam Leo, &c. *Heb.* 11 f. Sancti per fidem vicerunt Regna, id est, Regnum Mundi, Regnum carnis, Regnum Diaboli. Et tales onerosi sunt hominibus mundanis, secundum quod dicitur *Sap.* 2. c. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Vnde gaudent quando tales moriuntur, vel etiam intrant Religionem: Vnde sequitur. *g* Lætata est, &c.] de qua *Exod.* 3. f. & 5. a. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viã trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Dño Deo nostro.

Ad literam. *h* Quia incubuit, &c.] Mali enim timent, & odio habent bonos. *Prouerbior.* 15. b. Non amat pestilens eum qui se corripit. *Iob.* 29. b. Videbant me iuuenes, & abscondebantur.

Sexta pars. *i* Expandit nubem, &c.] Sexta pars secundum Aug. vbi supponit beneficia, quæ Deus cõtulit Hebræis iter agentibus per eremum. Superiùs in duobus versibus immediate præcedentibus præmisit beneficia, quæ eis contulit in ipso exitu de Ægypto. Vnde quia ibi post plagas Ægyptiorum incipit agere de beneficiis Hebræorum, ibi incipit partitio secundum Cassiodorum. Hic ergo ponit ea quæ facta sunt eis in itinere. Primum est protectio nubis in die. Secundum, illuminatio ignis in nocte, de quibus dicit. Expandit nubem in protectionem, id est, vt protegeret eos à Sole in die. *l* Et ignem, vt luceret eis per noctem.] De hac nube, & de hoc igne habetur *Exod.* 13. d. & *Num.* 9. c. Tertium beneficium est largitio carnium. Vnde dicit: Δ Petierunt

Alleg. Allegoricè. *i* Expandit nubem, &c.] Potest hoc esse thema de Virgine beata, quæ dicitur nubes. *Eccles.* cap. 24. a. Thronus meus in columna nubis. Hæc nubes media est inter terram, & Solem, id est, inter peccatores, & Deum; & eius ardorem, id est, iram mitigat. Item hæc nubes plena est imbre gratiarum. *Luc.* 1. c. Aue gratia plena. Et hæc data est, non tantùm in protectionem, vt dictum est, à feruore iræ Dei, sed in ignem, quia beata Virgo lux est. Si enim sancti sunt lux, multò fortiùs beata Virgo. *Matth.* 5. b. Vos estis lux Mundi. Est ergo ignis contra Diabolum, & tenebras peccatorum: Vnde bene competit ei illud. *Zac.* 2. b. Ego ero eis murus ignis in circuitu. Non enim tantùm lucet nobis per exempla virtutum, sed & arcet insultus tentationis. Vnde dicitur *Cantic.* 6. d. Terribilis vt castrorum acies ordinata. De Christo autem exponi potest, quem Deus Pater expandit, vt nubem, & vt ignem. Nubes est eius corpus, siue humanitas. *Isaiæ* 19. a. Dominus ascendet super nubem leuem. Ignis diuinitas. *Deut.* 4. d. Deus noster ignis consumens est.
i Expandit] ergo, nubem, id est, corpus Christi in cruce. *k* In protectioné] vt nos protegeret a feruore Solis, id est, ab ira Patris. *l* Et ignem] diuinitatis. *m* Vt luceret eis per noctem] id est, in tenebris huius Mundi. *Ioh.* 1. a. Lux in tenebris lucet.

Moral. Moraliter. *i* Expandit nubem, &c.] In die prosperitatis necessarium est habere nubem alicuius tribulationis, ne eleuetur homo, & in nocte aduersitatis necesse est habere ignem lucentem, id est, mentis illuminationem ne cadat in foueam desperationis. Propter hoc Dominus. Expandit nubem, &c. ne per diem prosperitatis à feruore elationis lædantur. Vnde promittit *Psalm.* 120. Dominus protectio tua super manum dexteram tuam, per diem Sol non vret te.
l Et ignem] scilicet, illuminationem gratiæ.
m Vt luceret eis] aduersitatis. In cui' rei signũ forsitã Petro

* in carcere

Δ *a* Petierunt] ſc. maiores pro murmure minorum. *b* Et venit coturnix] ſc. multitudo auium. Coturnices ſunt aues regales: De hoc habetur *Exod.* 16. c. Quartum, eſt largitio mannæ: Vnde dicit. *c* Et pane cœli] i. manna. De hoc *Exod.* 16. c. Et vocat manna panem cœli, quia de cœlo, i. de aëre venit: Vel quia miniſterio Angelorum datũ fuit. Quintũ, eſt largitio aquarum: Vnde dicit *d* Dirupit petrã.] Hoc bis factum eſt. ſc. *Exod.* 17. b. & *Num.* 10. b. Dicitur autem dirupiſſe petram, quia petra ad præceptũ eius dedit aquas, ac ſi illas in ſe cõtineret. *e* Et fluxerũt aquę] i. fluuios fecerunt ex ſe. Et.

a Petierunt, & *b* venit coturnix, & *c* pane cœli ſaturauit eos. *d* Dirupit petram, & *e* fluxerunt aquæ *f* abierunt in ſicco *g* flumina. Quoniam *h* memor fuit verbi ſancti ſui, quod *i* habuit ad Abraham puerum ſuum. Et *k* eduxit populum ſuum in *l* exultatione, & *m* electos ſuos in *n* lætitia. Et *o* dedit illis *p* regiones gentium, *q* labores populorum poſſederunt.

g Flumina] i. larga fluenta. *f* Abierunt in ſicco] i. in deſerto prius arido, & ſicco. Et hæc omnia fecit non merito eorum ſed potius merito Abrahæ, cui promiſit quod reduceret eos: Vnde ſubdit. *h* Quoniam quaſi dicat, hoc fecit quoniam memor fuit] i. promiſſionis ſuæ. *i* Quod] verbum, habuit ad Abraham puerum, i. ſeruũ ſuũ. Et quomodo eduxit illos? In lætitia: Vnde dicit. *k* Et eduxit] de Ægypto, populum ſuum, Iſrael in exultatione, &c. Exultatio, eſt gaudium exterius, lætitia gaudium interius. Vndè differunt ſicut timor, & tremor. Timor eſt paſſio cordis, tremor eſt effectus timoris, ſcil in corpore. Sextum beneficium eſt largitio terræ Vnde dicit. *o* Et dedit illis, &c.] Nec ſolùm terram, ſed & mobilia eorum: Quia.

q Et labores, &c.] i. ea quæ laborando acquiſierant. Et hæc beneficia dedit eis, non vt ibi ſiſterent; ſed vt eos prouocaret ad amorem, & cultũ ſuũ, Vnde aſſignat causã.

Δ dicens Vt

Allegor. Δ bris lucet. *Ioan.* 8. b. Ego ſum lux Mundi. Sed Apoſtoli adhuc carnales, de ſua Paſſione primò deſolati, ſed poſtea de eius reſurrectione, & allocutione, & aſcenſione confortati. *a* Petierunt] perſeuerantes vnamiter in oratione, vt dicitur *Act.* 1. b. *b* Et venit coturnix] i. gratia Spiritus ſancti. Flante Auſtro venit coturnix, quæ eſt auis Regia, & flante Spiritu ſancto venit gratia, quæ eſt donum Regis ſummi Et hoc dono roborauit corda Apoſtolorum, ſecundum quod dicitur in *Pſ.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Roborauit etiam, & roborat quotidiè ipſam ſuam Eccleſiam, non tantùm dono Spiritus ſancti, ſed & pabulo proprij Corporis ſui: Vnde ſequitur. *c* Et pane cœli] i. corpore Chriſti filij ſui, qui dicit *Ioan* 6. e. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Nec hoc tantum Sacramento, ſed & aliis roborauit Eccleſiam: Vnde addit.

d Dirupit petram] Chriſtum 1. *Corint.* 10. a. Petra autem erat Chriſtus: Latus eius aperuit. *e* Et fluxerunt aquæ] Baptiſmi. *Ioan.* 19. f Continuo exiuit ſanguis, & aqua.

f Abierunt in ſicco flumina] quia Iudæis Baptiſmum reſpuentibus Apoſtoli conuerſi ſunt ad Gentes ſiccas, & incultas, & miniſtrauerunt eis hæc Sacramenta. Vnde *Iſa* 35. a. Lætabitur inuia, & deſerta. *Et poſt.* c. Sciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine, & quæ erat arida in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. Hæc inuia, & hoc deſertum, & hæc arida eſt Gentilitas, quæ ſuſcepit aquas Baptiſmi, & fontes gratiarũ. Hoc autem fecit Deus Pater in Chriſto, & per Chriſtum, quem promiſerat hic Patribus: Vnde dicit. *h* Quoniam memor fuit, &c.] *Gen.* 22. c. Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, *Gal.* 3. c. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius, non dicit & ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. *k* Et] ſic, eduxit populum ſuum, Chriſtianum de Ægypto, i. de tenebris ignorantiæ, & errorum. *l* In exultatione] quia de hoc gauiſæ ſunt gentes *m* Et electos ſuos] per prædeſtinationem. *n* In lætitia] ſ. eduxit de errore Gentilitatis ad veritatem fidei. Vnde de hac lætitia, & de electione. *Act.* 13. g. Paulus & Barnabas conſtanter dixerunt: Ecce conuertimur ad Gentes: Sic enim præcepit nobis Dominus, Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam. Ecce quod electos eduxit in lætitia. Quod autẽ nõ tantũ de Iudæis, ſed & de gentib. magis fuerint iſti electi, aperit dicens,

o Et dedit illis] ſc. Apoſtolis, & credentibus de Iudæis, & Prædicatoribus fidei Chriſtianæ. *p* Regiones gentium] ſecundùm quod dicit Apoſt. *Galat.* 2. b. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt, & mihi inter gentes. *q* Et labores, ſecundum illud *Ioan.* 4. e. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Hoc verum fuit, quando ad pedes Apoſtolorum omnia ponebant credentes, ſicut dicitur *Act. quarto* g. Illis autem qui conuertebantur ad fidem, non impo-

Δ nebant

Moraliter. * in carcere poſito in nocte Angelus Domini aſſiſtit, & lumen reſulſit in habitaculo carceris. Hæc autem illuminatio declarat eis quo indigeant, & tunc illud petunt à Domino. Vnde ſequitur. *a* Petierunt] in ipſa tribulatione *Pſ.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. *b* Et venit coturnix] i. conſolatio diuina adducta ab Auſtro flante, i. à Spiritu S. Vnde dicitur Spiritus Paracletus, i. conſolatorius. Vndè petit anima ſponſa Chriſti. *Cant.* 4. d. Veni Auſter, perfla hortum meum, ſ. cor in quo debet eſſe plantatio virtutum. Et hæc conſolatio datur cum manna ſacræ Scripturæ, ſeu verbi Dei, de quo ſubdit. *c* Et pane] i. verbo Dei. *Matth.* 4. a. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hoc pane multi de facili ſaturantur quia faſtidiunt ſicut dicitur *Num.* 21. b. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Sed ſtomachus eſuriens nunquã nauſeat, ſed sẽper eſurit. Stomachũ autẽ purgat, & facit eſurire, ipſe panis vitæ Chriſtus Ieſus, qui cum ſumitur, & ſaporatur, magis ſemper appetitur. Vnde *Eccl.* 24. c. Qui edunt me adhuc eſurient. Vt autem peccatores ad huiuſmodi panem ſumendum ſe habilitent Dominus duritiam cordiũ eorum emollit: Vnde dicit. *d* Dirupit petram] i. durum cor peccatoris: De quo *Zac.* 7. c. Cor ſuum poſuerunt, vt adamantem, ne audirent legem, & verba quæ miſit Dominus. Adamas non rumpitur malleo, ſed ſanguine hircino; ſic corda multorum non poſſunt rumpi malleo verbi Dei. De quo *Ier.* 23. f. Nũquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & ſicut malleus cõterens petras? Sed quando rumpuntur ſanguine hirci, vindicta peccatoris, ſecundum illud *Prou.* 19. d. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. Et dirupta hac petra. *e* fluxerunt aquæ] lacrymarum, & gratiarum. *Luc.* 22. g. Reſpexit Dominus Petrum, & cõuerſus Petrus fleuit amarè. *Ioan.* 7. f. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Deus rumpit duritiã cordis vindicta peccatorũ.

f Abierunt] i. in anima, quæ erat ſine rore gratiarum. *Pſ.* 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua, & hoc tibi, ſ. vt irriges eam. Et hoc facit Deus Pater.

h Quoniam memor i. filij ſui, qui pro peccatoribus mori voluit. Vnde memor huiuſmodi peccatoribus dat gratiam pœnitendi. Vel de ipſo filio poteſt legi. Quoniam, ipſe Chriſtus, verbi ſancti, ſ. ſui, ipſius qui eſt verbum Patris, & in idem redit. Idem eſt ergo, ac ſi dicat, ideo conuertit peccatores, quia memor eſt quanti pretij empti ſunt *Bern.* Tanti emit, vt amittere non velit. *i* Quod habuit] Promiſit, ad Abraham. *Luc.* 1. e. Recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſæcula. *k* Et memor huius miſericordiæ promiſſæ, eduxit populum ſuum. Vnde? De Ægypto, i. de tenebris peccatorum. *Exod.* 6. a. Recordatus ſum pacti mei. *Et eodem*: Ego Dominus qui educã vos de ergaſtulo Ægyptiorum. & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo. Hic dicuntur tria, ſcil. ergaſtulum, ſeruitus, venditio quæ competunt peccatori, & præcipuè auaro, cuius cor eſt in ergaſtulo, i. in carcere. *Matth.* 6. c. Vbi eſt theſaur⁹ tu⁹, ibi eſt & cor tuũ. Ergo cor auari eſt in arca, ergo in carcere. Itẽ ipſe ſeruus, quia auaritia eſt idolorum ſeruitus. *Eph.* 5. b. Item venditus eſt, *Eccl.* 10. b. Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam, hic enim animam ſuam venalem habet. Eduxit ergo, populum ſuum, & hoc, in exultatione, &c. In conuerſione enim peccatoris eſt gaudium Dei, & Angelorum ſicut dicitur *Luc.* 15. b. Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &c. Eſt & gaudium Eccleſiæ, & ipſi conuerſo, quia euaſit manus diaboli. *Pſ.* 39. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis, & ſtatuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. In cuius rei ſignum cecinerunt Moyſes, & filij Iſrael educti de Ægypto carmen Domino, & dixerunt: Cantemus Domino. *Exod.* 5. a.

o Et dedit illis.] In anima ſunt quædam regiones gentium, i. motuum, ſcil. ſeptem vitiorum, quæ per gentes ſeptem intelliguntur, quæ habitant in concupiſcibili, & iraſcibili. Hæ ſunt regiones quas Dominus dat conuerſis ad ſe, quia tradit eis dominum eorum, vt iam non dominentur ibi prædictæ gentes. *Gen.* 4. a. Sub te erit appetitus eius, ſcil. peccati, & tu dominaberis illius. *q* Et labores populorum.] Populi ſunt multitudo

A dicens a Vt custodiant] sc.moralia præcepta. b Et legem eius] sc.cæremonialia. c Requirant] vel, exquirant, vt sc. ex eis spiritualem intelligentiam eliciant. Iudæi quærunt, qui non nisi ad literam volunt intelligere: Christiani exquirunt: quia ex litera aliud quærunt, scilicet mysticum sensũ: Hoc enim est exquirere.

Vt custodiant a iustificationes eius, & b legem eius c requirant.

Alleluia, Allel. Psal. CV.

d Confitemini e Dño quoniã f bonus, g quoniã in sæculum misericordia eius. h Quis loquetur i potentias Dñi k auditas faciet omnes laudes eius?

Alleg. A nebant onus graue legis Mosaicæ: De quo *Act.* 15. b. dixit Petrus quibusdã. Cur tẽtatis Deũ, imponere iugum super ceruicẽ discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Sed imponebant eis iugum suaue Christi: Vnde dicit. a Vt custodiant] sc fidem, & charitatem, per quæ iustificat homines, vt *ibi. Act.* 15. b. dicit Petrus: Fide purificans corda eorum, *Rom.* 3. c Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Et *eod.* d. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Legem autem, vt ibi dicit Paulus, non destruebant, sed statuebant, videlicet figuras abiiciendo, &, figurata tenendo: Vnde addit; b Et legem] sc. corticem literæ abiicientes, & nucleum spiritualis intelligentiæ inuestigantes, quia litera occidit, spiritus autem viuificat, vt dicit *Apostolus*.

Moral. * Variarum cogitationum, *Ps.* 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Labores horum populorum, sunt opera quæ ex eis sequuntur. *Ier.* 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Et etiam hos possident conuersi ad Deum, quia iam non operantur illa, & quæ fecerunt, nunc eis cooperantur ad bonum, *Rom.* 8. f. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum *Gloss.* etiam peccata. Et hoc. a Vt custodiant] id est, ne redeuntes ad peccata amittant iustificationem quam

Quatuor sũt in iustificatione impij. per pœnitentiam acquisierunt, *Iob.* 27. a. Iustificationem meam, quam cœpi tenere non deseram. Et dicit pluraliter, iustificationes, quia quatuor sunt in iustificatione impij, quæ sunt custodienda. Primum, est gratia. Secundum, motus fidei. Tertium, contritio. Quartum, venia peccatorum. Sed quia nolle proficere deficere est, bene addit. b Et legem] vel, exquirant, quod dicat non sufficiat eis iustificari à peccatis, sed semper quærant, & requirant quid præcipit Dominus, quid ei placet, *Psal.* 118. Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Hæc lex est charitas, de qua *Iac.* 1. d. Si quis perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, hic beatus in facto suo erit. Isti duo versus

De Clericis, Prælatis, & Religiosis. possunt intelligi de Clericis, & Prælatis, & Religiosis, de quibus dicit, quod, dedit illis, &c. quia multas possessiones, & multos redditus habent de labore pauperum, vt ipsos non oporteat nunc intendere in necessariis acquirendis, sed soli Deo vacent, & fructui animarum. Hoc est. Vt cust. in se, & in subditis. Et legem, meditando, & meditationibus operibus respondendo. Sed quid fecerunt ipsi? *Heb.* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructus eius, & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam polluistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus, & tenentes legem, nescierunt me, & Pastores præuaricati, &c.

EXPOSITIO PSAL. CV.

Confitemini Domino.] Titulus. *Alleluia. Alleluia. Hieron.* dicit, quod quando bis ponitur alleluia in titulis Psalmorum, vnum est de fine præcedentis Psalmi, & aliud de principio sequentis. *August.* vero dicit, quòd non legit hoc in libris Græcorum, & mauult sequi opinionem communem, quàm illam, quæ probabilitatem non habet. Et quod vtrumque sit de sequenti hic, probat sic. Psalmus iste est centesimusquintus, & post hunc numerum ponitur duplex alleluia: Ergo vtrumque est de eo: Alioquin alterum esset ante numerum ponendum. Geminatur autem hic alleluia, quod interpretatur, laudate inuisibilem, quia in hoc Psalmo duplicem materiam laudis Dei tangit. Sicut enim in præcedenti Psalmo inuitauit nos ad laudandum Deum, propter beneficia filiis Israël collata, ita & in isto. Et præterea propter iustitiam qua puniuit malos in eodem populo; & sic duplex materia, siue causa laudandi Deum, est misericordia, & iustitia, & ideò duplicatur, alleluia, quando dicat laudate propter misericordiam, laudate propter iustitiam. Sic

Partitio Psalmi. patet materia, & intentio. Modus. Sex sunt partitiones. Primò, loquens in persona Hebræi, relicta patrum perfidia, ad misericordiam Dei conuersi, alios monet ad pœnitentiam conuerti, & orat beneplacito populo sociari. Secundò, peccata patrum, quæ in Ægypto fuerunt commemorat, addens qualiter eos Dominus liberauit, *ibi.* Peccauimus. Tertiò, narrat qualiter in deserto peccauerunt, & quosdam iustè puniuos, alios autem precibus Moysi misericorditer liberatos, *ibi.* Citò fecerunt. Quartò, narrat alia eorum peccata, & Deum placatum esse per Phinees, *ibi.* Et pro nihilo. Quintò, de aqua contradictionis, & de immolatione filiorum, vnde vehementius Dominus iratus tradidit eos gentibus, postea tamen misertus est, *ibi:* Et irritauerunt. Sextò, precatur congregari dispersos, vt laudes æternas Domino cantent, *ibi.* Saluos fac nos. Alios ergo monens verus Hebræus transiens ad Deum, vt cum eo transeant, dicit, d Confitemini Domino; confessione peccatorum, & laudis. Si est enim vera confessio peccatorum, & est confessio laudis. Non est enim vera, nisi confitens speret de Dei misericordia, quod est confessio laudis. Laudat enim eum, qui dicit eum misericordem. Vnde *Ios.* 7. c. primò dicit ad Achor: Da gloriam Deo. Et addit: Et confitere, & indica mihi quid feceris. Et hic addit duo, quæ his duobus confessionibus respondent. Vnde dicit. f Quoniam bonus] quando dicat ideo confitemini illi confessione laudis, quoniam bonus, est in se naturaliter, *infra.* Laudate Dominum quoniam bonus Dominus. Et ideo etiam, confitemini illi confessione peccatorum. g Quoniam in sæculum, &c.] i. quia vsque in finem sæculi miserebitur confitentibus peccata. *Gloss.* exponit de misericordia, quã miseros consolatur vsque in finem sæculi: Vel de misericordia, quâ beatos facit homines. Vnde is est sensus: Ideo confitemini, quoniam in sæculum, i. in æternum est misericordia eius, i. beatitudo quam dat eius misericordia. Iste versus habetur in pluribus locis, 1. *Esd.* 3. d. Concinebant in hymnis, & confessione Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israël. Et 2. *Paral.* 20. e. Iosaphat instituit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis suis. Et sequitur: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Et in multis aliis locis simile habetur. h Quis loquetur,] quando dicat dico, Confitemini, &c. Sed non est qui eum sufficiat laudare. Quis, enim, loquetur, i. loqui sufficiet. i Potentias Domini,] quas per effectus diuersos ostendit? quando dicat in natura sua ineffabilis est, & vix etiam effectus operũ eius quis posset effari? Et quis. k Auditas faciet, &c.] id est, omnia opera quibus ipse est laudandus: quasi dicat, nullus, vel rarus, qui posset ea narrare. Vel sic: Auditas laudes eius, id est, si audierit, quis faciet? quasi dicat, si quis audiret etiam quibus operibus debet Deum laudare, non tamen sufficit ad illa facienda: Sicut quippe dicit *Aug.* Laudes eius sunt opera præceptorum eius, quibus Deum laudamus, quando ad laudem eius ea facimus. Et licèt pauci sint tales, tamen beati sunt: ⊖ Vnde dicit.

Possumus etiam magis moraliter exponere totum. d Confitemini, id est, simul fatemini omnia peccata, quia confessio debet esse integra. Vel, confitemini, confessione laudis, i. simul fatemini, simul orantes, & psallentes. Hoc contra singulares, *Sapient.* 11. d. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti In mensura dicit, contra immoderantiam: in numero, contra singularitatem: in pondere, contra leuitatem. e Domino] vt vos seruos faciatis. Hoc contra superbos, qui potiùs volunt dominari, quàm subiici, *Luc.* 19. b. Nolumus hunc regnare super nos. f Quoniam bonus] in se. Hoc contra mercenarios, qui confitentur Domino quoniam beneficiis, vt *supra.* Confitebitur tibi cum benefeceris ei. g Quoniam in sæculum] id est, in æternum, misericordia eius, quasi dicat, ideo confitemini, vt æternam misericordiam consequi valeatis, non tantum temporalem quam quærunt, qui hic volunt habere prosperitatem, *Osea* 6. b. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Sunt autem plures, qui confitentur Mundo, quàm qui confitentur Domino. Iactatores enim confitentur Mundo, & hypocritæ: Vnde addit. h Quis loquetur potentias Domini?] quasi dicat, pauci sunt. Sed plures loquuntur suas proprias virtutes, vel potiùs sua vitia iactant, sicut Nabuchodonosor, *Daniel.* 4. f. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam eo ædificaui in domum Regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? *Isa.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, *Psalm.* 51. Quid gloriaris in malitia? k Auditas faciet.] Laus Dei fuit crucifigi, pauperem esse, contumelias pati, & huiusmodi. Et quis hæc facit audita & in se visa? Veri religiosi qui eum in talibus imitantur. Vnde

Moral.

* dicit:

• Vndè dicit. *a* Beati] sunt in præsenti beatitudine spei, & in futuro beatitudine rei. *b* Qui custodiunt,] i. qui rectè, & discretè iudicant inter bona, & mala opera. *c* Et] ita habita discretione, faciunt iustitiam, & hoc, in omni tempore. *Gal. vlt.* c. Bonum facientes non deficiamus. Sed quia non sumus sufficientes cogitare, nec facere, bonum à nobis, ideo bene subdit rationem. *1. Cor. 3. b.*

a Beati qui *b* custodiunt iudicium, *c* & *d* faciunt iustitiam *e* in omni tempore. *f* Memento nostri Domine in *g* beneplacito populi tui, *h* visita nos in salutari tuo. Ad *i* videndum in *k* bonitate electorum tuorum, *l* ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt *m* lauderis cum hæreditate tua. *n* Peccauimus cum patribus nostris, *o* iniustè egimus *p* iniquitatem fecimus

f Memento nostri] vt simus in beneplacito, i. in populo beneplacente tibi. Et vt hoc fiat. *h* Visita nos,] i. in Iesu, qui saluat, & Saluator dicitur. Et hoc. *i* Ad videndum,] id est, vt te videamus.

k In bonitate, i. cum electis tuis bonis. *l* Ad lætandum,] id est, vt lætemur cum gente tua. Et hoc totum fac ad gloriam tuam. Hoc est. *m* Vt lauderis] existens, cum hæreditate tua, Israël. *Isa. 19.* d. Hæreditas mea Israël ad literam. Vel Israël, i. credentes videntes Deum per fidem. Sic legitur secundum *Gloss.* Et est satis moralis expositio. Illud autem quod dicitur.

Alleg. potest exponi à principio. *h* Visita nos] planum est secundum allegoriam de aduentu Christi. Vndè occasione eius potest totum allegoricè exponi, vt in primo versu hortetur ad confessionem fidei Christi, propter bonitatem, & misericordiam quam facturus erat. In secundo vero versu, scilicet, Quis loquetur, ostendit Christi potentiam. In tertio, scilicet. *a* Beati qui custodiunt] beatificat credentes. Et quia fides sine operibus mortua est. Addit. *ibi.* Et faciunt. Postea in quarto petit aduentum Christi. *Iacob. 2. d.*

f Memento nostri, &c. visita nos, &c.] *Luc. 1. g.* Visitauit nos oriens ex alto. Et hoc. *i* Ad videndum,] id est, vt videatur Christus per fidem. *k* In bonitate,] i. in charitate, quæ dicitur bonitas, quia ipsa facit cæteras virtutes esse bonas: Sine ipsa enim sunt informes, & sine debita bonitate. Et ex hoc sequitur lætitia: Vndè dicit. *l* Ad lætandum] & hoc totum ad gloriam Christi: Vndè addit. *m* Vt lauderis cum hæreditate tua, id est, cum Ecclesia, de qua in *Psal. 2.* Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Moral. • dicit. *a* Beati sunt, qui custodiunt iudicium, id est, illi, qui omnia pro Christo relinquentes thesaurizant sibi iudicium, id est, Iudicij dignitatem, secundum quod dicit eis Dominus. *Matth. 17.* d. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes, &c. Et benè dicit, qui custodiunt, non qui tantùm acquirunt. Illi enim acquirunt, & non custodiunt, sed amittunt, qui postquam reliquerunt omnia, reuertuntur ad vomitum. Acquirunt autem, & custodiunt, qui in professione sua perseuerant: Vndè addit.

c Et pro, id est, qui *d* Faciunt iustitiam] non ad horam, sed, in omni tempore. Hoc dictum est in præcedenti. *Psal. 104.* Vt custodiant iustificationes eius. *Iob 27. a.* Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram. Vel sic.

a Beati qui cust.] habentes illud semper in memoria, sicut dicit *Ieron.* Siue comedam, siue bibam, siue aliud faciam, semper videtur auribus meis illa vox intonare: Surgite mortui, venite ad iudicium. *c* Et] memores iudicij, faciunt iustitiam, antequam veniat iudicium, in quo etiam ipsæ iustitiæ iudicabuntur, *Eccles. 18. c.* Ante iudicium para iustitiam.

e In omni tempore.] Hoc est contra quosdam, qui nolunt facere iustitiam nisi in tempore aduersitatis, scilicet, in infirmitate. Tunc enim promittunt se satisfacturos, & Deo, & hominibus; sed quando venit tempus prosperitatis, redeunt ad iniustitias, & peccata. *Luc. 8. c.* Hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et ne in illo iudicio condemnemur. *f* Memento nostri Domine] non in ira tua, sicut dicitur *Apocal. 16.* d. de malis. Babylon venit in memoriam ante Deum, date illi calicem vini indignationis. Sed.

g In beneplacito,] id est, Sanctorum tuorum, quasi dicat, nolumus subire diffinitiuam sententiam, sed volumus componere, & facere tecum pacem ad arbitrium Sanctorum tuorum, sicut dicitur *in Psal. 118.* Aspice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum. Scire enim potest homo, quòd Sancti misericordes sibi erunt, si faciat eos arbitros inter se, & Deum. Vndè alia litera habet. Recordare Domine. *h* Visita nos] vt iudex reum. De qua visitatione. *Isa. 10. a.* Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis? Sed sicut Medicus infirmum: Hoc est quod dicit. Visita nos, i. ad sanandum nos sicut Medicus visitat ægrum. Et quasi quis quæreret: Quid doles, vbi est ægritudo tua? Addit.

i Ad videndum] quasi dicat, visita nos, vt des nobis sanitatem in oculo. Sed quia sunt duo oculi animæ, scil. intellectus, & affectus, de quo intelligat aperit, cum subiungit. *Anima duos habet oculos.*

k In bonitate] non dicit in veritate: Bonitas reficit oculum affectûs, veritas oculum intellectûs, de quo *Cant 4. c.* Vulnerasti me soror mea in vno oculorum tuorum. Hunc oculum nititur diabolus excæcare quantum potest, & mauult diabolus hominem esse luscum oculo dextero, quàm cæcum vtroque, quia plus nocet sapiens malus, quàm simplex malus. Vndè *1. Reg. 11. a.* dicit Rex Ammonitarum, i. diabolus obsessis in Iabes Galaad, i. pœnitentibus (Iabes enim dolens interpretatur. In hoc feriam vobiscum pactum, vt eruam omnium vestrû oculos dextros. Multi autem libenter aspiciunt, & inquirunt eorum veritatem oculo intellectûs, sed non ita bonitatem oculo affectûs. Intelligunt quidem veritatem, sed non afficiuntur bonitate, vnde nec ad opera bona mouentur. Vndè videtur; quòd diabolus absciderit eis manus, & oculum dextrum obnubilauerit, sicut dicitur *Zachar. 11.* d. Gladius super brachiû eius, & super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, vt sc. non possit operari, vt oculus dexter eius tenebresces obscurabitur. Dexter oculus est affectus, quem obscurat gladius diaboli, scil. peccatum, imò ex toto eruit, sicut dictum est. *1. Reg. 11.* a. quod dixit Naas Ammonites, per quem intelligitur diabolus: In hoc feriam vobiscum pactum, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros. Cùm autem videt, bonitatem iste oculus, sequitur gaudium, & exultatio in mente: Vndè dicit, *l* Ad lætandum,] i. de bono, de quo gaudet gens tua. Sed gens diaboli gaudet de malo. *Prou. 2. c.* Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Bona autem lætitia prorumpit in laudem Dei, & Sanctorum: Vndè addit. *Dextrû oculum nititur diabolus eruere.*

m Vt laudaberis.] Et nota, quod ex visitatione salutari hic sequuntur tres fructus. Primus in sensu. Vndè dicit. Ad videndum. Secundus in mente. Vndè dicit. Ad lætãdum. Tertius in ore. Vndè dicit Vt lauderis. Itẽ notari potest quod dicit; Electorum, gẽtis, hæreditate, per quæ tria notari possunt tria genera hominum in Ecclesia. Electi possunt dici milites boni. *Exod. 17. c.* Elige tibi viros, & egressus pugna contra Amalech. Gentes sunt agricolæ à genio dicti, quia genituris vacant. Hæreditas sunt Clerici. *Isa. 19. d.* Hæreditas mea Israël. Primi, egent sensu: Secundi, lætitia: Tertij laude. *n* Peccauimus.] Secunda pars, vbi Hebræus commersus peccata Patrum enumerat, quæ fecerunt in Ægypto, & se cum eis peccasse confitetur; ostendit tamen eos fuisse à Domino liberatos. Dixerat, vt sup. vt lauderis. Sed quia visus spiritualis, & gratia laudandi amissa per peccatum non recuperatur sine confessione: Vndè hic confitetur peccatum suum, & patrum. Primo in generali, & postea in speciali. In generali autem tripliciter. Primò peccatum in se cum dicit. Peccauimus, i. imitantes patres nostros. Secundò, peccatum in proximum, cum dicit. Iniustè. Tertiò, peccatum in Deum, cum addit. Iniquitatem. *Tria sunt genera hominũ in Ecclesia.* *Ad literam de Iudæis.*

Δ *Ierem. 16. b.*

Allegoricè] potest dici breuiter, quod vox est Ecclesiæ. *n* Peccauimus] Adã, & Eua, vnde peccatũ originale habemus, & in peccato eorũ fuit inobediẽtia, vnde. *o* Iniustè.] Iustũ .n. erat, vt homo obediret Deo. *2. Mach. 9. b.* Iustũ est esse subditũ Deo. Itẽ fuit ambitio, vnde. *p* Iniquitatẽ feci.] Iniquum enim *Alleg. De Ecclesia.*

Moraliter. *n* Peccauimus.] Hoc possunt dicere subditi, qui peccant exemplo Prælatorum, vel per eorum defectum, quia in talibus peccatis ipsi Prælati, qui eos deberẽt docere verbo, & informare exẽplo, participes sunt in culpa, & erunt in pœna. *Isa. 65. a.* Retribuam in sinum eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum. Ecce quod portant duplicia peccata, sc. propria, & aliena. Ideò benè dicitur eis. *Matt. 23. d.* Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est, &c. *Greg.* Scire debent, Prælati, quod tot mortibus digni sũt, quot perditionis exempla ad posteros trãsmiserunt. Vel sic: Patres sũt dæmones. *Io. 4. f.* Vos ex patre diabolo estis. Cum his patribus peccant, qui eos imitãtur in superbia, in inuidia, in mẽdacio, quæ sunt propria peccata diaboli. *Sap. 2. d.* Inuidia diaboli intrauit mors in Orbem terrarum, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Peccauimus, ergo inquiuimus contra nosipsos. *o* Iniustè] contra Deum. *p* iniquitatem] contra proximũ. *Matt.. De Prælatis quorum exẽplo subditi peccant.*

• Patres

A Dominus carnes, & comedaris non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras & vertatur in nauseã. Postea arguit eos de seditione, quæ sequitur saturitatẽ. Vnde dicit. Et irrit.] Hoc fecerunt Dathan, & Abiron,

Et *a* irritauerunt Moysen in castris, *b* Aaron sanctum Domini. *c* Aperta est terra, & *d* degluttiuit Dathan, & operuit super cõgregationẽ Abyrõ. Et *e* exarsit ignis in synagoga eorum, *f* flãma *g* cõbussit peccatores. Et *h* fecerũt vitulũ in Oreb, & *i* adorauerunt sculptile. Et *k* mutauerunt gloriã suã, in *l* similitudinẽ vituli † *m* comedentis *n* fœnũ. Obliti sunt *o* Deũ qui *p* saluauit eos qui *q* fecit magnalia in Ægypto, *r* mirabilia in terra † Chã, *f* terribilia in mari rubro.

qui volebant habere principatum in populo, eo quod erãt de Rubẽ primo genito Item Chore, & Choritæ qui volebãt habere principatũ Sacerdotij, quia erant de Leui, irritauerunt.

b Aaron, &c.] i. sãctificatũ à Dño. De hac vtraque irritatione habetur. *Num.* 16. Seditionem autem secuta est pœna: Vnde sequitur.

al. † manducantis.

al. † Chanaan.

c Aperta est, &c. Hoc etiam habetur *Num.* 16. e. Similiter peccatum Chore secuta est pœna: Vnde addit. *e* Et exarsit ignis, &c. i. in congregatione eorum, sc. in ducentis quinquaginta viris, qui offerebant incensum.

f Et flamma illius ignis. *g* Combussit pec. at.] i. Chore, & complices huius. Et hoc habetur, *Num.* 16 e. postea ostẽdit quomodo peccauerunt in idololatria. Et primò arguit eos, qui fabricauerunt vitulum vnde dicit. *h* Et fecerunt] i. in illa parte montis Sinai. Oreb. n. est pars montis Sinai. Nec solum fecerunt, sed. *i* Et adorauerunt] Sculptile fit malleationibus, conflatile autem fusione. Hic autem sumitur sculptile pro fusili. Secundo arguit eos de vilitate idoli. Vndè dicit. *k* Et mutau.] i. cultum vnius veri Dei: Magna. n gloria est habere vnum verum Deum. *l* In similitudinem] i. in idolum simile vitulo. Hoc totum habetur *Exod.* 32. a. Postea aggrauat peccatum eorum ab ingratitudine, dicens. *o* Obliti sunt, &c.] Et quomodo saluauit? Ecce. *q* Qui fecit. &c.] vt illi liberarentur.

r Mirabilia, &c.] idem est.

f Terribilia] submergendo Ægyptios, & diuidendo mare, quod terribile est videre. Ostensis peccatis Iudæorum, A ostendit,

Moral.

* desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Post saturitatem autẽ, i. post abũdantiã tẽporaliũ, sequitur ambitio, secundum quod dicitur *Osea* 13. b. Saturati sunt, & impleti & eleuauerunt cor suum, i. ad Prælationem. Vnde addit. *a* Et irritauerunt] Moyses interpretatur assumptus de aqua, & significat eos, qui separati sunt à deliciis & voluptate peccati. Aaron interpretatur mons fortis, & significat eos, qui habent congeriem fortium operum. Illi autem in castris militantis Ecclesię irritant, i. commouent vel euacuãt expellendo Moysen, & Aarõ, quia non possunt sustinere. quod eligatur in Prælatum aliquis, qui sit separatus à carnalibus voluntatib. vel qui sit fortis in operibus. Et si fortè talis ipsis nolentibus præponatur, irritant eum, & affligunt. Vndè *Ioan.* 18. g. dicunt Iudæi nõ hunc, sed Barrabam. Erat autẽ Barrabas latro sed insignis, vt dicit *Mat.* 27. b *Act.* 3. c. Vos sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis. Sed cum ipsi per ambitionem suam prælationem attigerint, Dominus punit eos miserabiliter, quia in terrenorum cura eos affligit pœna, & plerũq; moriũtur in culpa. Vnde addit. *c* Aperta] i. terrena cura. *d* Et deglutiuit, &c.] vt respirare nõ possit. *Nu.* 13. d. Terrã quã lustrauim⁹ deuorat habitatores, i. terrena cura, quæ vt mola lustratur, & circuitur, quia in circuitu impij ambulant. Rectè ergo per Dathã, & Abirõ intelliguntur illi, qui ambiunt Prælationes: Vnde & Dathan interpretatur donum sufficiens: Abiron verò interpretatur pater meus magister iniquus. Et tales patres sunt, quia Prælati. Sed sunt magistri iniqui, quia exemplo ad minus docent iniquitatẽ. Et si quãdoque doceãt verbo æquitatẽ, nõ ipsam faciunt. Vndè *Mat.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi; omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite, secundum vero opera eorum nolite facere: Dicunt enim & non faciunt, alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et quod sollicitudo terrena eos vsque ad peccatum pertrahat subdit. *e* Et exarsit] quia cum in terrenis se implicant, ignis cupiditatis, & iræ, & quãdoq; luxuriæ subintrãt. *Iob.* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui libẽter, &c. Et primò latẽter cõburit eos, postea vsq; ad flãmã aperti peccati exit: Vnde addit. Et *f* Flamma. Et licet loquatur de ministris Ecclesiæ, tamen dicit, in synagoga non in Ecclesia, quia congregatio malorum nõ est Ecclesia Dei, sed synagoga Sathanæ, sicut dicitur *Apoc.* 2. c. Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Sathanæ. *Eccl.* 21. b. Stupa collecta synagoga peccantium, & cõsummatio eorum flamma ignis. In hoc autem igne formatur vitulus quem adorant: Vnde addit. *h* Et fecerunt vitulum] lasciuiæ, in Oreb, quod interpretatur mensa, & significat gulam quæ generat lasciuiam, vel massa, & significat abundantiam quæ lasciuiam nutrit. *i* Et adorauerunt] i. idolum gulæ de quo *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est. Vel auaritiæ. *Eph.* 5. b. Aut auaritia quæ est idolorum seruitus. *k* Et mutauerunt,] i. s. gloriam conscientiæ, de qua 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hanc multi mutant. *l* In simili.] i. lasciuiæ *m* Comedentis] i. deuorantis. *n* Fœnum] i. ipsã carnem; quæ in lasciuia consumitur. *Isa.* 40. b. Omnis caro fœnũ. Et ex hoc sequitur, quod *o* Obliti] quia vt dicit *Greg.* Cùm luxuria semel mentem inuaserit, nullum bonum cogitare permittit: Non ergo Deum qui est summum bonum. Et tamen non deberent obliuisci, quia multa beneficia fecit eis: Vnde subdit. *p* Qui saluauit] Ad literam, quando fugit in Ægyptum, & corruerunt idola Ægypti ad ingressum eius. Vel, in Ægypto, id est, in mundo tenebris peccatorum pleno. *r* Mirabilia] quod interpretatur callidus, id est, in ipso Mundo, quem callidus hostis possidebat. Vnde dixit Dominus. *Ioan.* 14. d. Venit Princeps Mundi huius, & in me non habet quicquam, q. d. quia non sum de Mundo. In mundo ergo fecit Christus, magnalia, i. magna opera, & laude digna. Et mirabilia, i. miracula, vnde obliuisci eius non debeẽt. Et maximè propter hoc quod sequitur, quod fecit. *f* Terribilia] i. in amaritudine Passionis suæ, quam suo sanguine rubricauit, in qua fecit terribilia hominibus qui terrentur, & horrent imitari Passionem eius. Item terribilia dæmonibus, qui per Passionem eius non tantum exterriti, sed & deuicti fuerunt. Et propter hoc non debere mus obliuisci ipsius qui talia pro nobis passus est. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animã suam. Propter hoc dicit *B. Bern.* Quandiu vixero memor ero laborum quos sustinuit Dominus in prædicando, fatigationũ in discurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lacrymarum in cõpatiendo. Recordabor etiam dolorum, conuiciorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, & flagellorum, horumque similium: Alioquin requiretur à me sanguis iusti, qui effusus est super terram. Et notandum, quod multa sunt, quæ continuant memoriam rerum, quæ notãtur his versibus.

Quæ continuant memoriam.

Assiduum, mirum, cognatum, dulce, decorum. Versus.
Triste, nouum, munus, amor, ætas, spes, timor, auctor.

Et hæc omnia in Deo sunt, vnde iniustum est eum obliuisci. Deus enim est in nobis assiduus, secundum illud *Act.* 17. f. In ipso viuimus, mouemur & sumus. Itẽ, mirabilis est. *Esther* 15. d. Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. Item, cognatus noster est. *Act.* 17. g. Ipsius enim genus sumus. Genus ergo cum simus Dei, &c. *Heb.* 2. c. Non confunditur fratres eos vocare. Item, dulcis est. 1. *Pet.* 2. a. Si tamen gustatis, quam dulcis est Dominus. Item, decorus, quia speciosus forma præ filiis hominum, &c. *Ierem.* 31. e. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ. Item, triste pertulit pro nobis. 1. *Petr.* 2. d. peccata nostra ipse tulit. Item nouum. *Ierem.* 31. d. Nouum fecit Dominus super terram, fœmina circundabit virum. Item munus, quia dedit nobis, & pro nobis seipsum. *Ephes* 5. a. Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Et *Eccl.* 29 c. Gratiam fideiussoris, &c. Item, amor, quia dilexit nos, vt dictum est, vnde debemus eum diligere. *Deut.* 6. a. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Item, ætas puerilis bene retinet, & nos sumus in Christo quasi modo geniti infantes, sicut dicit Petrus 1. *Petr.* 2. a. Item, spes magnæ rei quam ab eo expectamus. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Item, timor, quia timendus est. *Ecclesiast.* 1. a. Vnus est altissimus creator omnium omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis. Ex hac autem auctoritate habetur, quod ipse est auctor, id est, magnæ auctoritatis, quia creator omnium, & omnipotens. Sed quia hanc auctoritatem in carne veniens non ostendit, ideo non est in memoria hominum. Sed sicut dicitur *Ecclesiast.* 9. d. Nullus deinceps

* recordatus

A ostendit comminationem Dei in illos: Vnde dicit. *a* Et dixit,] Dominus. *b* Vt disperderet eos,] id est, comminatus est disperdere eos. Hoc fuit quando dixit Moysi, *Exod.* 32.b. Descende de monte, quia peccauit populus. Et disperdidisset eos. *c* Si non Moyses electus eius stetisset in cōspectu eius]

Et *a* dixit vt *b* disperderet eos, si non *c* Moyses electus eius stetisset in *c* confractione in conspectu eius. Vt *d* auerteret iram eius, ne disperderet eos, & pro *e* nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non *f* crediderunt † verbo eius, & *g* murmurauerunt in *h* tabernaculis suis, non *i* exaudierunt vocem Domini. *k* Et leuauit manum suam super eos, vt *l* prosterneret eos in *l* deserto. Et vt *m* deiiceret *n* semen eorum in *o* nationibus, & *p* disperderet *q* eos in regionibus. Et † *r* initiati sūt Beelphegor,

orans, & hoc, in confractione, id est, in plaga quā Dominus cōminabatur eos confringendos. Et hoc fecit Moyses quādo dixit: *Exo.* 32. g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Et hoc est, quod sequitur. *d.* Vt auerteret,] q. d. ad hoc stetit Moyses in conspectu eius, vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Sed cum sup. dixerit, Dicit vt disperderet eos, & verbum Domini oporteat verum esse, ad quid rogabat Moyses contrarium? Et si impetrauit quod rogabat, quomodo verū est quod dixit Dūs. Sol. In verbis Dñi veritas est semper. Sed est duplex veritas, quædā historialis quædā allegorica vel moralis. Altera istarū sēper inuenitur in verbo Dñi, sicut *Ioan.* 3.b. Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur. Hoc accidit nō literaliter, sed spiritual. Simile *Isa.* 38.a. Morieris tu & nō viues. Ita & hic potest dici. * recordatus est hominis illius pauperis, *Isa.* 57.a. Iustus perit & non est qui recogitet. *a* Et propter hoc [dixit] i. cōminatus est. *b* Vt disperderet eos,] i. in duob; perderet, s. in corpore & in anima. Et iam disperdidisset. *c* Si non Moyses electus eius stetisset in cōfractione in cōspectu eius, vt auerteret irā eius ne disperderet eos. [Per Moysen extractum de aquis, intelliguntur viri iusti & religiosi, qui sunt separati a diuitiis & deliciis huius Mundi. Hi sunt electi Dei, quos elegit de Mundo, vt eant & fructum afferant, *Ioan.* 15.c. Hi stant in conspectu Dei, in confractione iræ eius, vt auertant iram eius, ne disperdat peccatores, *Ier.* 18.d. Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuam ab eis. Vel allegoricè de Christo, qui est verus Moyses, qui stetit in conspectu Patris, in confractione sui corporis, quod fregit in cœna, & confractioni exposuit in Cruce vt frangeret iram Patris, & auerteret eam à nobis. Vel Moyses noster est Sacerdos, qui stat in conspectu Dei, in confractione corporis Christi in altari, quod in tres partes confringit. Et hoc vt auertat iram Dei à populo peccante. Sed non est omittendum quod dicit: electus eius, quia multi sunt Sacerdotes & Prælati, non electi à Domino, sed intrusi à Diabolo prece & precio, & ideo non auertunt iram Dei à populo sibi subdito, sed magis accendunt & prouocant, secundum quod dicit *Greg.* Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur, *Ezec.* 22.g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus mihi, & non inueni. *e* Et pro nihilo, &c.] Quarta pars vbi enumerat alia eorum peccata, & Deum placatum esse per Phineem. Et primò arguit eos de contemptu Dei & promissionis eius, quasi dicat non tantùm prædicta mala fecerunt, sed, & pro nihilo habuerunt,] id est, vilipenderunt. Vndè alia litera habet, despexerunt terram desiderabilem, i. terram promissionis. Secundò, de peccato infidelitatis, cùm addit *f* Non crediderunt verbo eius,] promittentis quod eos in terram illam introduceret. Tertiò, arguit eos de murmure, cùm dicit. *g* Et murmurauerunt, &c.] In quibus otiosi stabant. Quartò, de inobedientia, cùm dicit: Non exaudierunt vocem Domini.] Post hoc sequitur comminatio. Vnde dicit. *k* Et eleuauit manum suā per eos,] comminando pœnam. Mos enim est comminantiū leuare manū. Et ad quid? Vt prosterneret eos in deserto:] Ecce quod comminatus est eis mortem. Item comminatus est illis vilitatem: Vnde addit. *m* Et vt deiiceret, &c.] id est, inter nationes. Quartò, comminatus est eis captiuitatem. Vnde subiungit. *p* Et disperderet eos in regionibus.] Et hæc cōminatio modo præcipuè impleta est. Et non statim puniuit eos Dominus, immò primò peccauerunt peccato luxuriæ in Madianitis: Vnde dicit. *r* Et initiati sunt Beelphegor,] id est, consecrati, sicut dicit Iosephus, sacrificauerunt idolis, vt illas mulieres possent habere. Beelphegor, dicitur Deus tentiginis, scilicet, Priapus, & simulacrum libidinis. Et non solum immolauerunt sed de immolatis comederunt: Vnde addit: △ *a* Et comederunt

Marginalia (left): al. † in verbis. — al. † consecrati. — *Moraliter.* — *Alleg. De Christo.* — *Aliter. de quolibet Sacerdote.* — *Ad literam.*

Moraliter. *e* Pro nihilo habuerunt terrā desiderabilem,] Terra desiderabilis est terra viuentium. scil. cœlum, de qua verè potest dici illud *Prou.* 8.b. Omne desiderabile ei non potest comparari. Est autem desiderabilis propter pacē & delicias, & thesauros, *Prou.* 21.c. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti, sed tamē licet sit desiderabilis, multi eā habent pro nihilo, i. vilipendūt eā. Et hoc, quia bona eius ignorantur: Et ideo cœlum dicitur à celando. *Ps.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Abscondit enim eam ab oculis carnalibus, sed tamen reseruat eam timentibus se. Et posset aliquis dicere: Non sunt eis illa bona omninò abscōdita, quia in sacra Scriptura leguntur, & à Prædicatoribus prædicantur. Verum est, sed tamen non propter hoc reuelata sunt malis hominibus, quia: *f* Non crediderūt verbo eius,] scilicet, prædicationi vel sacræ Scripturæ. Et ideo pro nihilo habuerunt terrā desiderabilem: Vnde non intrabunt in eam, *Heb.* 3.d. Quib. autem iurauit nō introire in requiē eius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus, quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. Dico quod non crediderunt, sed: *g* Et murmurauerunt,] contra Dominum. *h* In tabernaculis suis,] id est, in conscientiis. *Eccl.* 10.d. In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, *Sap.* 1.c. Tumultus murmorationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Non dicit proximis, sed linguæ propriæ, quæ propter hoc punietur. Vnde diues epulo, quia non pepercit linguæ suæ, punitus est in lingua, *Luc.* 16.f. Licet autem Dominus ita moneat, vt se custodiant à murmurationibus. & bona faciant, tamen: *i* Non exaudierunt,] licet audierint, [vocem Dñi,] quæ multiplex est, s. prædicans, cōminans promittens, deprecans, &c. *Ps.* 94. Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, vt videlicet exaudire possitis. Sed quia non exaudierunt, iratus est Dominus cōtra eos: Vnde: *k* Et eleuauit manū, &c. ad percutiendū eos. *Isa.* 9. d. In omnib. his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et quid habet Dūs in manu? Sol: Ventilabrū & securim, *Mat.* 3.c. Cuius ventilabrum in manu eius. Et *eodem*: Iam. n. securis ad radicē arboris posita est. Et notandū quod quandoq, leuat Dñs manum ad iurandū; quandoq; ad percutiendum. Ad iurandum, vt *Deut.* 32.f. Leuabo ad cœlū manū meā, & dicā, viuo ego in æternū. *Nu.* 14.e. Non intrabitis in terrā super quā leuaui manū meā, i. iuraui, vt darem eā vobis. Ad percutiendū, vt hæc: Vnde addit. *l* Vt prosterneret eos in deserto.] *Act.* 13.b. dicitur: Ecce manus Dñi super te & eris cæcus, & nō videbis Solem vsque ad tempus. *l* In deserto,] i. in Inferno, vbi est defectus omnis boni, vbi bestiæ, serpētes & vermes. Ibi prosternentur, impij, secundum quod dicitur *Isa.* 14.c. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuū erunt vermes. Et quia in malitia sua imitatores habent nō ipsi soli, sed & illi imitatores punientur. Vnde addit. *m* Et vt deiiceret semē eorum,] i. deorsum iaceret in Inferno, *Mat.* 25.c. Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. *n* Semen eorum,] de quo *Mat.* 3. b. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à vētura ira? Et hoc fiet non in angulo vel occulto, sed: *o* In nationib.] inter omnes qui ad iudiciū cōuenient de quib. *Sap.* 3.b. Iudicabunt sancti nationes. Hæc ergo deiectio pertinet magis ad confusionē & ignominā eorum, quā tamē pœna concomitabitur. Inde add. *p* Et disperderet,] i. diuersis pœnis perderet in corpore & anima. *q* Eos in regionib.] vmbræ mortis, i. in partib. Infernalib. *Ps.* 93. In malitia eorū disperdet eos, disperdet illos Dūs Deus noster. Vel de præsēti potest legi hæc cōminatio. *l* Vt prosterneret eos in deserto,] i. in hoc Mūdo, in quo prostrati sūt amatores terrenorū, qui pectore & vētre repunt, amplexantes stercora tēporaliū. Itē, deiiciūtur in nationib. quia ad literā, vilib. officiis & personis se supponūt. Vnde significātur per filios Israel, de quib. dicitur *Exo.* 1.c. quod ab Ægyptiis affligebātur operib. duris luti & lateris, omniq; famulatu quo in terræ operib. premebantur. Disperdūtur etiā vel dispergūtur in regionib. propter spē lucri sicut dicit Poët. *Impiger extremos currit mercator ad Indos.* Sic dicitur *Exo.* 5.c. quod filij Israël dispersi sūt per omnē terrā Ægypti ad colligendas paleas, i. vanitatē tēporaliū. In tātū autē serpit auaritia & cupiditas, quod occupat ministros Ecclesiæ, ita vt aliqui propter cupiditatē velint sacros Ordines recipere. Vnde satis benè subditur. *r* Et initiati sūt Beelphegor.] Beelphegor interpretatur vir habēs hiatū, vel Deus hians, vel Dñs vetustatis hiātis, in quo significātur illi quos parentes sui faciunt cōsecrari propter cupiditatem temporaliū. Vnde cōsecrantur mammonæ, & non Deo, secundū quod dicitur. *Iud.* 17. c. quod Micha impleuit vnius filiorum suorum manum, & factus est ei Sacerdos, nō Deo.

Marginalia (right): *Dominus leuat manum ad iurandum, & ad percutiendum.* — *Horat. lib. 1. Epistolarum.*

Δ a Et comederunt,] id est, idolorum, quæ nec viuunt, nec sentiunt. Item, mortuorum, hominum, quos dicunt deos esse, vt Iouem & Mercurium. Vel, sacrificia, id est, pro mortuis oblata. Post idololatriam secutum est quasi omne peccatum: Vnde addit. b Et irritauerunt,] id est, in peccatis, quæ ipsi adinueniebant. Post multiplicationem autem peccati sequitur multiplicatio pœnæ. Vnde c Et multiplicata,] quia multi ex ipsis ruerunt. Sed Dominus placatus est per zelum Phinees. Vnde sequitur. d Et stetit Phinees,] coram Domino orando, & contra peccantes accensus zelo Dei, & transfigens coeuntes in locis genitalibus, sicut habetur *Num.* 25.b.

[al. † manducauerunt. al. † concitauerunt eum in studiis. 2.q.7.c.nos si in fi. 2.q.4. c.quod Christus & q.8. c. reos, & q. 8.c.occidit.]

& † a comederunt sacrificia mortuorum. Et † b irritauerunt eum in adinuentionibus suis, & c multiplicata est in eis ruina.

Et d stetit Phinees, e & placauit, & f cessauit quassatio, & g reputatum est ei in iustitiam, in b generatione, & generationem vsque in i sempiternum. Et k irritauerunt eum ad aquas contradictionis: l vexatus est Moyses propter eos, quia m exacerbauerunt spiritum eius.

Et n distinxit in o labiis suis.

[Moraliter.] e Et placauit,] Dominum sic faciendo. f Et cessauit, id est, plaga populi. g Et hoc factum, quod fecit Phinees, reputatum, id est, Dominus illum in hoc iustum reputauit. Et hoc. b In generatione,] id est, in omnem generationem. i Vsque,] quia hoc semper erit in memoria, & propter hoc etiam remunerabitur in æternum.

* a Et comederũt,] scil. oblationes, quæ fiunt pro mortuis, vel pro peccatoribus, qui mortui sunt spiritualiter, *Osee* 4. b. Peccata populi mei comedent, id est, oblata pro peccatis, & ad iniquitatem subleuabunt animas eorum: Cùm potiùs deberent eas ab iniquitate purgare, orando, prædicando, confessiones audiendo, quia propter hoc habent ipsi redditus Ecclesiæ, Vnde *Num.* 18.c. Filiis Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi, legitimum sempiternum erit in generationibus vestris, nihil aliud possidebunt, oblatione decimarum contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui. Hæc auctoritas ostendit, quòd laici non debent habere decimas, sed soli clerici Domino in Ecclesia seruientes. Si autem aliter recipiant, reddent rationem ad minus in die Iudicij. Vnde *B. Bern.* Venient, venient ante tribunal Christi, vbi erit pupillorum allegatio dura, accusatio grauis, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata. Cupiditas etiam Sacerdotum, & Clericorum multos modos acquirendi adinuenit, & per simoniam, & per exactionem, & huiusmodi, vnde Deus offenditur: vndè subdit: b Et irritauerunt,] *Mich.* 3.a. Qui cõederunt carnẽ populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Et post pauca subdit: Tunc clamabunt ad Dominũ, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Alia litera habet: Concitauerunt. Et concordat ei, quod dictum est, quia vt dicitur *Ierem.* 6.c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Arguit etiam in hoc multos Clericos scholares, qui Deum offendunt, eò quòd peruersè student, *Ps.* 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.

c Et] quia sic Deum irritauerunt, multiplicata, culpæ in præsenti, & pœnæ in futuro, quia vt dicit Apost. 1. *Tim.* 6.b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, & inutilia & nociua: Ecce ruina culpæ. Quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ: Ecce ruina pœnæ. Notabiliter etiam dicit de Sacerdotibus, & Curatis, multiplicata, quia ruunt pro peccatis propriis, & pro peccatis subditorum, *Osee* 4.b. Corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum, quia scilicet non prædixerat tibi ruinam, & per defectum eius corruisti in peccatum, *Ezech.* 3.c. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, &c. Ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Num.* 25.a. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, & iratus Dominus dixit ad Moysen, tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israël. Sed sicut mali Prælati corruunt cum subditis, eò quod ipsos, nec instruunt nec corrigunt: Ita boni Prælati se, & suos subditos auertunt à ruina, quia eos instruunt, & corrigunt. Vnde benè subdit. d Et stetit,] id est, Prælatus habens zelum Dei. Stetit, vt pugil contra vitia, vt extirparet Vnde *Num.* 25.d. dicitur quod interfecit Zambri, & Cozbi. Zambri interpretatur cantatio mea, & significat vitia, quæ suggerit voluptas. Cozbi interpretatur iniquitas, & significat vitia, quæ suggerit malitia, quæ vtraque debet Prælatus extirpare. Item, stetit, coram Domino, vt placaret.

Vnde addit: Et placauit. Vel, stetit, contra Dominum, vt iræ eius obuiaret. Vnde. e Et placauit,] supra in eodem *Psalm.* Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cõspectu eius: Sed dicit Dominus *Ezech.* 22.g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus mihi, & non inueni. Si quis autem talis inueniatur, non solùm placat Deum, sed etiam apud eum per hoc gratiam meretur, & gloriam: Vnde sequitur. g Et reputatum,] non tantum in præsenti per gratiam, sed in futuro per gloriam: Quia b In generatione,] 1. *Mach.* 2. f. Phinees pater noster dum zelat zelum Dei, accepit testamentum Sacerdotij æterni. In his etiam tribus verbis scilicet: in generatione, & generationem, vsque in sempiternum, triplex status potest notari, scilicet pœnitentium, proficientium & perfectorum. In generatione, scilicet baptismali, vel pœnitentiali: Ecce status incipientium. Et generationem, scilicet iustitiæ: Ecce status proficientium. Vsque in sempiternum: Ecce status perfectorũ, qui est in charitate, quæ nunquã excidit. [1. Cor. 13. c.]

[al. † seculum.]

[Ad literam.] k Et irritauerunt.] Quinta pars, vbi agit de aqua contradictionis, & de immolatione filiorum. Vnde vehementius iratus est Dominus contra eos, sed tamen postea misertus est eis. Dicit ergo: Et irritauerunt, quasi dicat, non tantùm irritauerunt Deum in adinuentionibus, vt supra dictum est, sed etiam in petitionibus, petendo aquas, & murmurando, quia iuxta sua desideria non habebant, secundùm quod habetur *Num.* 20.a. Vnde dicit: Et irritauerunt, in Cades, vbi petieruut aquas, quæ dicuntur aquæ contradictionis, quia ibi contradixerunt Domino, & Moysi. Vnde *Num.* 20. b. Dixit Dominus ad Moysen: Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israël contra Dominum. l Et vexatus,] id est, propter eorum insustinentiæ nimiam importunitatem. m Quia] tam importuni fuerunt, quòd exacerbauerunt, in tantum, quòd prorumperet in verba dubietatis, dicens: Audite rebelles, & increduli, num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? Et maxima fuit eorum importunitas, quæ eum potuit exacerbare, qui erat vir mitissimus inter omnes homines, vt dicitur *Num.* 12.a. n Et distinxit,] id est, in modo pronunciationis suæ, apertè & distinctè ostendit dubietatem suam, quæ non in serie verborum est aperta, cùm dixit: Num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? Sciendum autem, quod Moyses non dubitauit de potentia Domini, sed fortè de benignitate eius, quòd scilicet minus benignè ageret cum eis propter peccata sua in hoc miraculo, quàm in aliis. Et tamen quia sic dubitauit, punitus fuit, quia nõ intrauit in terrã promissionis ad literã: Sed non fuit priuatus à spirituali terra promissionis, s. à terra viuentiũ. Alij verò quidã intrauerunt, sed tunc: [Num. 10. b.]

Δ a Non disperdi-

[Moral.] Moraliter. k Et irritauerunt, &c.] Aquæ istæ possunt dici scientiæ sæculares, in quibus sunt multæ contradictiones, ad quas, & in quibus multi irritant, & prouocant Deum, & maximè Aduocati, qui linguas suas vendũt, vt contradicant veritati. Vnde in *Ps.* 5. Linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus; quia dolosis exceptionibus, & allegationibus peruertunt iudicium, tu Deus qui falli non potes, iudica illos. Et addit: Secundũ multitudinẽ impietatum eorũ expelle eos, quoniã irritauerunt te Dñe. Hæc autem contradictio, ad literam facta fuit in Cades, quod interpretatur sancta, & significat Ecclesiam, quæ hodie huiusmodi contradictionibus, & contradictorib. plena est: Vnde addit. l Et vexatus,] i. bonus Prælatus, & bonus iudex, propter eos. m Quia exac.] falsis allegationib. vnde vexantur boni iudices, ita quod non possunt iudicare secundũ veritatẽ, sed oportet eos iudicare secundũ allegata, Vexant etiam Prælatos cũ quibus sunt, dando semper consilium litigandi, & exacerbant spiritum eorũ, non sinẽtes eos quiescere, & delectari in dulcedine Dei in cõtemplatione, *Eccl.* 28.b. Lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum confudit, qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Et hoc apparet, quia iam de spiritualibus non est inter eos locutio, sed semper de temporalibus. Vnde addit. n Et distinxit,] i. distinctè ostendit exacerbationem spiritus, & vexationem. o In labiis suis,] i. in verbis, quia qui de terra est, de terra loquitur. Vnde potest dici illud *Mat.* 26.g. Loquela tua manifestũ te facit. Quia vero Prælati temporalibus intenti, & spiritualia negligentes, doctrinæ non instant: Ideo & ipsi & subditi malè viuũt, & peccata non vitant: Vnde sequitur:

* a Non disper-

non *a* disperdiderunt gentes *b* quas dixit Dominus † illis. Et commixti *c* sunt inter gẽtes;& *d* didicerunt opera eorum,& *e* seruierunt sculptilibus eorum,& *f* factum est illis in scandalum. Et *g* immolauerunt filios suos & filias suas Dæmoniis. Et *h* effuderunt sanguinem innocentem : sanguinem *i* filiorum suorum, & filiarum suarum † quas *k* sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Et *l* interfecta est terra in *m* sanguinibus : & *n* contaminata est in *o* operibus eorum:& *p* fornicati sunt † in adinuentionibus suis. Et *q* iratus est † furore Dominus in † *r* populum suum : & *s* abominatus est hæreditatem suam.

al. † Deus. al. † quos. al. † obseruationibus. al. † animo. al. † populo suo.

Δ *a* Non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis,]id est, præcepit vt disperderent, ne ritibus eorum adhærerent, & macularentur : Et ipsi contra præceptum Domini pepercerunt eis. Et commixti sunt inter gentes, non tantùm corpore,sed & opere. Vnde subdit. *d* Et didicerunt opera eorum] quia difficile est tangere serpentem, & non inuenenari, & picẽ & non contaminari. *e* Et seruierunt sculptilibus eorum.] Et hoc, quia scilicet talia fecerunt.

f Factum est illis in scandalum,] id est, in manifestã causam ruinæ. Scandalum enim, vt *Hieron.* dicit,est obex vel lapillus qui pedem offendit. *g* Et immolauerunt filios suos & filias suas Dæmoniis,] id est, idolis quibus præsidebant Dæmonia. Quod hoc fecerint, non legitur in historia, sed credendum est Prophetæ, vt ait. *Aug.*

h Et effuderunt sanguinem innocentem,scilicet sanguinem filiorum suorum, &c.] Hoc fuit contra illud præceptum, *Deut.* 18.b. Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium,;nec inueniatur in te qui lustret filium suum,aut filiam ducens per ignem, 4.*Reg.* 16.a. dicitur de Achaz : Insuper & filium suum consecrauit transferens per ignem secundùm idola gentium, &c. *i* Et interfecta est terra,] Metonymicè dictum est, id est, homines.

m In sanguinibus,] id est,in peccatis eorum. Immolando enim filios suos,animas proprias interficiebant gladio peccati. *n* Et contaminata est,scil.terra,]id est,homines de terra.

d In operibus eorum,] id est, in peccatis.

p Et fornicati sunt in adinuentionibus suis, quas ab aliis & à seipsis adinuenerunt. Fornicatio est in omni illicito opere. *q* Et propter ista iratus est furore,] id est, valdè iratus est Dominus. *r* In populum suum] Iudæorum. Et enumerat quinque mala quæ sequuntur ex tali ira Dei. Prima est desertio Dei. Vnde dicit. *s* Et abominatus est hæreditatem suam.] Quia autem dicit, populum suum, & Δ hæreditatem

Moraliter. * *a* Non disperdiderunt gentes,]id est,septem criminalia vitia, quæ per illas gentes designantur. *b* Quas dixit Dominus illis,]vt disperderent, *Deut.* 7.a. Non misereberis earum,neque sociabis cum eis coniugia,suprà, *Psal.* 78. Deus venerunt gentes, id est, ista vitia in hæreditatem tuam, id est, in Ecclesiam, polluerunt Templum sanctum tuum,&c. [Non disperdiderunt] dico, imò quod grauius est.

c Et commixti sunt inter gentes,] id est,inter gentiliter viuentes, qui licet interdum non possint omninò disperdi; tamen debent vitari, & præcipuè à clericis. Sed 1. *Esdr.* 9.a. dicitur, non est separatus populus Israël, & Sacerdotes, & Leuitæ à populo terrarum, & de abominationibus eorum. Et sequitur : Manus Principum & Magistratuum fuit in hac transgressione prima. Et in hoc versu notantur quinque mala. Primò, mala societas, cùm dicit : Et commixti sunt inter gentes. *Num.* 16, d. Recedite à tabernaculis hominum impiorum. Secundò, mala doctrina, cùm dicit : Et didicerunt. Tertiò, malum opus,cùm dicit : Opera eorum. Quartò,mala seruitus, cùm addit : Et seruierunt sculptilibus eorum. Et signanter dicit, sculptilibus, non fusilibus, quia sculptilia sunt magis difficilia ad faciendum quam fusilia, in quo notatur difficultas quæ est in peccato perpetrando. *Ierem.* 9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt. Et in hoc fiunt serui, quia vt dicitur *Ioan.* 8.d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quintò, notatur scandalum, cùm dicit : Et factum est illis in scandalum, vt non ipsi soli peccent, sed ad maiorem eorum damnationem, aliis dent occasionem ruendi. Vnde dicit : Illis, id est, ad maiorem eorum damnationem. Hæc quinque sibi inuicem connectuntur, & successiuè generantur. Ex mala enim societate sequitur mala doctrina, ex mala doctrina malum opus, ex malo opere seruitus, & ex his omnibus scandalum. *Matth.* 18.a. Væ mundo à scandalis, & væ homini illi per quem scandalum venit. In hoc autem magis peccant Prælati, & Clerici, & nobiles, quàm homines plebei, quia quantò eminentiores sunt aliis, tantò citius offendunt, & offendit in eos pes, id est, affectus minorum. Vnde benè addit.

Nota quinque mala ex quibus consequenter prouenitur in scandalum.

g Et immolauerunt filios suos & filias suas,] scilicet suos subditos, id est, occasio fuerunt vt se immolarent & offerrent [Dæmoniis] per peccatum.Propter hoc dicitur eis. *Osee* 5.r. Audite Sacerdotes, & attendite domus Israël,& domus Regis auscultate, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, id est,subditis quos speculari debebatis, & sicut rete expansum subter Thabor, & victimas declinastis in profundum, id est, filios, & filias quos Deo offerre debuistis, fecistis declinare in profundum inferni.

h Et effuderunt sanguinem innocentem,] id est,eos qui innocentes erant, suo malo exemplo fecerunt peccare, & ita occiderunt eos. [Sanguinem]dico.

i Filiorum suorum, & filiarum suarum,]id est, subditorum.

k Quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Sculptile Chanaan, est denarius siue pecunia, quia commutatur. Chanaan enim interpretatur commutatus vel commutatio. Huic sacrificatur, cum acquirendæ & conseruandæ pecuniæ totus impenditur affectus. Vnde *Eph.* 5. b. dicitur : Auaritia quæ est idolorum seruitus.

Denarius dicitur sculptile Chanaam.

l Et interfecta est terra,] id est,Ecclesia quæ est frugifera, cuius fructibus viuitur.

Ecclesia vulneratur & læditur in sanguinibus.

m In sanguinibus,]id est,consanguineis.In consanguinitate etiam multùm læditur & vulneratur Ecclesia. Vnde clamat suprà in *Psal.* 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, &c. *Mich.* 3. c. Audite Principes domus Iacob. Et sequitur: qui ædificatis Sion in sanguinibus. *Habac.* 2.c. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus. Hoc faciunt Prælati qui nepotulis & consanguineis conferunt Præbendas & beneficia Ecclesiastica.

Et isti interficiunt terram Ecclesiæ gladio schismatis,quod scindit & separat membra Ecclesiæ, & gladio mali exempli, quod fulget ad perniciem, *Ezech.* 21.b. Exacutus est gladius & limatus, vt cædat victimas, exacutus est, vt splendeat, limatus est.

n Et contaminata est]terra Ecclesiæ.

o In operibus eorum,] scilicet sanguinem istorum, scilicet in vitiis eorum. *Ierem.* 16.d. Contaminauerunt terram meam. *Psalm.* 78. Polluerunt Templum sanctum tuum ; & quasi quæratur an sint opera eorum mala, subdit.

p Et fornicati sunt in adinuentionibus suis.]Duæ enim meretricis sunt in mundo cum quibus fornicatur, scilicet vanitas, & voluptas. Vanitas enim est illa mulier, de qua *Prouerb.* 27. c. Tecta pestillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur, qui retinet eam quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ euacuat, quasi dicat, vanitatem lucratur, & bonam conscientiam perdit. Voluptas verò est illa mulier, *Prouer.* 7. c. quæ apprehensum deosculatur iuuenem & procaci vultu blanditur.

Duæ meretrices sunt in Mundo.

Et benè dicit : in adinuentionibus suis, quia & in vanitate & in voluptate multos modos adinueniunt, in quibus delectabilius fornicantur, quam si ab aliis inuenti & vsitati ante fuissent, quia dicit *Orig.* quod omne animal diligit quod genuit.

q Et]quia sic faciunt,iratus est Dominus,non misericorditer ad correctionem,sed furore,ad perditionem, *Ierem.* 10.d. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo.

r In populum suum,] id est, inter Clericos & Prælatos, qui sui proprij esse deberent, *Zach.* 1.c. Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas. Et qui magis sunt opulenti quàm Clerici & Prælati? ipsi enim habent optima quæque in terra, *Amos* 6.a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion, id est, in Ecclesia, & confidiiis in monte Samariæ,id est, in dignitate Prælationis Ecclesiasticæ, optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israël : Transite in Calanne,& videte & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima quæque regna eorum, si latior terminus eorum termino vestro est: Qui separati estis in diem malum, &c.

s Et abominatus est hæreditatem suam,] id est, Clericos : De qua *Isaia* 19. d. Hæreditas mea Israël. Et hoc propter malitiam eorum, quia sicut dicitur *Prouerb.* 11. c. Abominabile Domino cor prauum, *Ezech.* 8.c. Vide tu quid isti faciunt abominationes magnas quas domus Israël facit hic,vt procul recedam à sanctuario meo?Propter hoc etiam subditur.

Δ hæreditatem suam, innuit quod non omninò deseruit, quin scilicet, adhuc respiceret eum. Secundum est traditio in manus inimicorum. Vnde addit. *a* Et tradidit eos in manus gentium,] *Iud.* 2. c Iratus Dominus tradidit eos in manus diripientium. Tertium est seruitus: Vnde dicit. *b* Et dominati sunt eorum qui oderunt eos] quod fuit grauius pœna. Grauius est enim seruire Domino irato & odienti, quàm alij. Quartum est afflictio: Vnde subdit.

c Et tribulauerunt eos inimici eorum,] *Iud.* 10. b. Afflictique sunt, & vehementer oppressi, &c. Quintum est vilificatio. Vnde subdit.

al. † respexit eos. al. † cum audiret.

d Et humiliati sunt sub manibus eorum] humilitate subiectionis non virtutis. Dominus autem vt dictum est, non omninò derelinquebat eos, sed.

Et *a* tradidit eos in manus gentium, & *b* dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et *c* tribulauerunt eos inimici eorum: & *d* humiliati sunt sub manibus eorum, sæpè *e* liberauit eos. Ipsi *f* autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & *g* humiliati sunt in *h* iniquitatibus suis. *i* Et † vidit cum *k* tribularentur: † & *l* audiuit orationẽ eorum. Et *m* memor fuit testamẽti sui: *n* & *o* pœnituit eum secũdũ *p* multitudinem misericordiæ suæ.

e Sæpè liberauit eos] non respiciens ad prædicta mala, sed de misericordia sua dabat eis auxilium & liberatores, vt patet in lib. Iud. in multis locis. Ipsi autem ingrati eius misericordiæ non dimittebant mala consueta. Vnde subiungit.

f Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo] scilicet eorum, quia proprio consilio adhærebant, & Dei consilium de æternis non sustinebant. Vnde supra: Non sustinuerunt consilium eius.

g Et propter hoc humiliati sunt in iniquitatibus suis,] id est, afflicti & puniti. Vnde alia litera habet, propter, & est expositio huius. Sed tamen in ista afflictione non defuit eis Dei misericordia. Vnde addit.

i Et vidit] id est, misericorditer eos respexit.

k Cum tribularentur,] *Iud.* 3. b. Suscitauit eis Saluatorem. Et *eod.* 2. c. Cumque suscitasset eis Dominus iudices in diebus eorum, flectebatur misericordia.

l sit ita respiciens eos, audiuit orationem eorum.

m Et memor fuit testamenti sui,] id est, promissionis factæ patribus de nouo Testamento, & de filij Incarnatione, & ideo pepercit eis. Si enim omnes eos propter peccata sua occidi permisisset, non nasceretur de eis Christus, & ita vana fuisset promissio, *Exod.* 32. c. Recordare Domine Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti per temetipsum, &c. *Rom.* 11. d. Inimici propter vos, charissimi propter patres.

n Et] quia ita memor fuit.

o Pœnituit eum,] id est, fecit aliter quam videbatur facturus. Pœnitentia enim in Deum non cadit. Pœnituit, dico, non quia illi iustitiam haberent, sed secundùm multitudinem misericordiæ suæ. Quomodo autem se pœnitere ostendit Dominus, subiungit Propheta dicens.

Δ *a* Et dedit

Moraliter. * *a* Et tradidit eos] permissiuè in manus gentium, id est, vitiorum, secundum quod *sup. in Psal.* 80. dicit: Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi. Et propter hoc dimisi eos secundùm desideria cordis eorum. *Rom.* 1. c. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam.

b Et dominati sunt eorum qui oderunt eos,] scilicet Dæmones, vel illi tres hostes nominati, scilicet Mundus, caro, Dæmonia. Mundus trahit ad vanitatem, caro ad voluptatem, Diabolus ad iniquitatem. *Isa.* 19. a. Traham Ægyptum in manus Dominorum crudelium, id est, peccatores in manus Dæmonum.

c Et tribulauerunt eos inimici eorum] ipsi, scilicet Dæmones, vel vitia. Et benè debet tribulari qui vitio seruit. *Rom.* 2. b. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Item illi tres inimici, scilicet Mundus, caro, Dæmonia tribulant. De primo, *Ioan.* 16. g. In mundo pressuras habebitis. De secundo 1. *Cor.* 7. e. Tribulationes carnis habebunt huiusmodi. De tertio, *Luc.* 22. c. Ecce Sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Et dicit hic duo, quia duo quærunt homines in mundo, scilicet pacem & excellentiam. Contra pacem dicit.

c Tribulauerunt eos inimici eorum, *Isa.* 57. d. Non est pax impiis. Contra excellentiam dicit.

d Et humiliati sunt manibus eorum.] *Iud.* 6. a. Hmiliatus est Israël valdè in conspectu Madian. Et notã quod valdè humiliatur peccans.

Quia
- De filio Dei fit filius Diaboli, *Ioan* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis.
- De diuite fit pauper, *Apoc.* 3. c. Dicis, quia diues sum, & locupletatur, & nullius egeo; & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, &c.
- De Rege fit ribaldus. *Iob* 12. c. Baltheum Regum dissoluit.
- De libero fit seruus, *Ioan.* 8. d. Qui fecit peccatum, seruus est peccati.
- De hærede fit exhæres. *Eph.* 5. b. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei.
- De milite fit rusticus, *Mach.* 4 f. Purpura exutum per totam ciuitatem circumduci iubet.
- De Sacerdote fit degradatus, *Osea* 4. b. Repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. *Isa.* 22. f. Expellam te de statione tua.
- De Templo Dei fit phanum Bacchi. 2. *Mach.* 14. c. Templum hoc libero patri consecrabo.
- De membro Dei fit membrum meretricis, 1. *Cor.* 6. c. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?
- De sano fit æger. *Luc.* 10. e. Incidit in latrones qui despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto.
- De pulchro fit turpis. *Ier.* 30. a. Conuersæ sunt facies omnes in auruginem.
- De forti fit debilis. *Thren* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.
- De stabili fit instabilis. *Thren.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Et licet ita valde humiliati fuerint; tamen.

e Sæpè liberauit eos.] Et est argumentum pro iteratione pœnitentiæ, *Ioan.* 11. a. Eamus in Iudæã iterum. *Ier.* 3. a. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamẽ reuertere ad me, &c.

f Ipsi autem] tantis beneficiis ingrati, exacerbauerunt eum in consilio suo, quod multotiens dant contra consilium Domini ipsi Prælati & literati. Si quis quærat consilium ab eis, verum consilio Domini acquiescat, dicentis: Vade & vende vniuersa quæ habes. *Matt.* 19 c. Multotiens dant consilium contrarium, vt temporalia retineant, & in mundo remaneãt. *Isa.* 19. b. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens, sicut Petrus qui consuluit Domino vt crucis patibulum non subiret: Sed respondit ei Dominus, *Mar.* 16. d. Vade post me Sathana, scandalum mihi es, quia non sapis ea quæ Dei sunt. Licèt autem ita exacerbent Dominum, Dominus tamen non penitus eis offenditur, sed de misericordia verberat eos in præsenti ad correctionem. Vnde addit.

g Et humiliati sunt,] id est, viriliter tractati à Domino.

h In iniquitatibus suis,] id est, propter iniquitates quas fecerunt, *Psalm.* 118. Priusquam humiliarer ego deliqui. Et quod ad correctionem sit hæc humiliatio, aperit cum subiungit.

i Et vidit] oculo misericordiæ.

k Cum tribularentur,] quasi dicat in tribulatione eis affuit, *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Est autem duplex Dei visio, scilicet, iustitiæ, & misericordiæ. De prima *Isa.* 59. c. Vidit Dominus & malum apparuit in oculis eius. De secunda *Psal.* 118. Aspice in me, & miserere mei, secundùm iudicium diligentium nomen tuum. *Exod.* 3. b. Vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto & clamorem eius audiui. Ecce ista duo quæ hic dicuntur, visus & auditus. Vnde dicto de visu addit de auditu. *Visio Dei duplex.*

l Et audiuit orationem eorum.] Et notandum quòd primò dicit [vidit] & postmodum [audiuit.] Opus enim videtur & vox auditur. Et primò exigit dominus opus, deinde vocem siue sermonem. Sicut in semetipso exhibuit, *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere & docere. *Cant.* 2. d. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Orationem eorum, scilicet, tribulatorum, *Eccl.* 35. c. Deprecationem læsi exaudiet. Non autem tantum propter tribulationem eorum, sed & propter suam promissionem miseretur eorum. Vnde addit.

m Et memor fuit testamenti sui,] quod fit in Baptismo, vbi ipse promittit nobis vitam æternam, & nos promittimus ei fidem & obsequium.

n Et pœnituit eum,] id est, reuocauit sententiam suam, ne propter peccata damnarentur. Et hoc:

p Secundum multitudinem, &c.] 2. *Paral. in fin.* Indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam. Veruntamen antequam pœniteat Deum de sententia pœnæ, oportet quod pœniteat nos de commissione culpæ, secundũ quod dicit *Ierem.* 18. b. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eam, agã & ego pœnitentiã

* super mulo

a *a* Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui cœperant eos] quod exponit alia litera quæ habet: Dedit eos miserabiles coram omnibus qui cœperant eos. Sed videtur contrarium. *Isa.*10.b.vbi dicitur de Sennacherib: Ad internecionem erit cor eius. Et *Thren.*4.c. Neque senum misserti sunt. Sol. Hæc fuit misericordia, quod populus non penitus delebatur. *Tob.* 1. b. Quoniam memor fuit Dei in toto corde suo, dedit ei Dominus gratiam in conspectu Salmanasar Regis.

Moraliter. * super malo quod cogitaui vt facerem ei. Et cum ita pœnituerint. *a* Dedit eos in misericordias,] id est, gratis misertus est eis. Et hoc. *b* In conspectu omnium qui cœperant eos,]id est, videntibus ipsis Dæmonibus, & dolentibus. Vnde *Mich.vlt.* b. Educet me Dominus in lucem, scilicet gratiæ, & videbo iustitiam eius, id est, iustificationem eius in me. Et sequitur: Aspiciet me inimica mea, scil. caterua Dæmonum, & operietur confusione.

*Et *a* dedit eos in misericordias, in *b* conspectu omnium qui cœperant eos. *c* Saluos fac nos Domine Deus noster, & *d* congrega nos de *e* nationibus. Vt *f* confiteamur *g* Nomini sancto tuo, & *h* gloriemur in laude tua. *i* Benedictus Dominus *k* Deus *l* Israël, à *m* sæculo & vsque in *n* sæculum, & *o* dicet omnis populus, *p* fiat fiat.

Alleluya, Alleluya.

c Saluos fac nos.] Sexta pars, vbi post laudem orat id quod futurum videt, scil. vt Ecclesia de omnibus gentibus congregetur ad salutem. Vnde Propheta in persona electorum dicit: Saluos fac nos Domine Deus noster. Et vt salues. *Sexta pars.*

d Congrega nos] per gratiam in præsenti, per gloriam in futuro iudicio.

e De nationibus,]id est, de omni gente.

f Et confiteamur Nomini sancto tuo]in præsenti.

h Et gloriemur] in laude tua, in futuro. Vt confiteamur Ecce meritum. Et gloriemur: Ecce præmium. Et sicut dicitur in *Gloss.* in his tribus versibus; videlicet in vltimo præcedentis partitionis, & in his duobus iam expositis, notatur triplex Ecclesiæ status scil. status pœnitentiæ, status iustitiæ, status gloriæ. Status pœnitentiæ notatur, cùm dicit: Et dedit eos in misericordias. Status iustitiæ, cùm dicit: Saluos fac nos Domine, &c. Status gloriæ, cùm dicit: Et gloriemur in laude tua. Notantur similiter hæc tria in multis locis in Scriptura, sicut plenius in *Gloss.* habetur. Laudem autem illam breuiter tangit, cùm subiungit.

i Benedictus Dominus Deus Israël,] id est, videntium Deum in via per fidem, & in patria per speciem sicuti est.

m A sæculo,]id est, ab æterno. *n* Et vsque in sæculum,]id est, in æternum. *o* Et dicet omnis populus,]scilicet prædestinatus: fiat fiat. Per geneationem intellige laudis perfectionem, & æternitatem: Et ponitur binarius pro numero infinito, quia semper laudabunt. Sed potest hîc quæri quomodo possumus benedicere Deum, cùm dicatur *Hebr.*7.b. Sine vlla contradictione quod minus est à meliore benedicitur. Et quis est melior Deo? Nullus. Ergo nullus potest Deum benedicere. Sol. Est benedictio laudis siue gratiarum actionis, secundum quod dicitur *Iob* 29. c. Benedictio perituri super me veniebat, id est, pauperis. Et *Apoc.*7. c. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, &c. Et hac benedictione potest homo, & debet Deum benedicere. Item est benedictio quæ est consecratio, *Num.*6. d. Sic benedicetis filiis Israël. Sic semper maior minori benedicit. Vnde, sic Deo non possumus benedicere. Hi tres versus sunt, 1. *Paral.* 16.c. vbi sic dicitur: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius: Et dicite: Salua nos Deus salutaris noster, & congrega nos, & erue nos de gentibus, vt confiteamur Nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis, benedictus Deus Israël ab æterno & vsque in æternum, & dicat omnis populus amen, & hymnum Deo.

Moraliter. Moraliter. *c* Saluos fac nos]dicunt peccatores in præsenti salute gratiæ, in futuro, salute gloriæ. Et dicit: Fac nos saluos, non diuites, vel scientes, vel potentes. Et duo dicit contra duo mala sæculi. Contra periculum Mundi, dicit: Salua. Contra schisma, dicit: Congrega. Ex congregatione sequitur salus, & ex dispersione periculum & periclitatio. Ideo Dominus venit, & passus est, vt dispersos congregaret in vnum, sicut dicitur *Ioan.*11.g. Moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnũ. E contrario autem Sathanas, i. Diabolus venit, vt dispergat. Vnde dicit Dominus, *Matth.*12.c. Qui non est mecũ contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit, *Exod.*5. Dispersi sunt filij Israël à Pharaone per Ægyptũ ad colligendas paleas. Scit enim Diabolus callidus aduersarius, quod multitudo congregata fortis est, & inuincibilis, & terribilis est vt castrorum acies ordinata, vnde semper laborat ad separationem, & schisma. Propter hoc petunt iusti.

d Et congrega nos de nationibus:]Maximè Prælati, & Doctores debent congregari de nationibus, id est, separari à vita sæculari, & tumultu quæ hominem dissoluunt, & separant à seipso. Ideo benè dicitur, *Act.* 13. a. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Nos dicit, non tantùm corpora nostra, quia multi sunt corpore congregati, & corde diuisi. Sed de bonis dicitur, *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, *Ier.*32. a. Dabo eis cor vnum, & animam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & benè sit eis. Congrega ergo nos, Domine. *Cant.*6.d.

f Vt confiteamur]confessione duplici, peccatorum & laudis. *g* Nomini sancto tuo]quod est Iesus, cui debet fieri confessio peccatorum, vt fiat in spe salutis obtinendæ, & confessio laudis, quia illud nomen debemus laudare, quod pro nobis suscepit, *Exod.*39.e. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ipsa opere gemmario sanctum Domini. Hoc est Nomen, quod est super omne nomen, *Phil.*2.b. Nec est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, sicut dicitur *Act.* 4. b. Sunt autem quidam hypocritæ, qui faciunt confessionem, & peccatorum, & laudis, ad hoc vt ab hominibus laudentur, & sancti reputentur: Propter hoc benè addit.

h Et gloriemur, &c.]non in nostra, *Mat.*5.b. videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est, *Psalm.*113. Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam. Hoc est, quod hic dicit: Gloriemur in laude tua, dicentes tam opere, & corde, quàm ore.

i Benedictus]sit Dominus, ergo metuendus, & ei seruiendum est. *k* Deus] ergo colendus. *l* Israël,] id est, videntium Deum non cœcorum, *Mat.*22.c. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Ergo nec cœcorum, qui tenebras colunt; *Ioan.*3.c. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.

m A sæculo, &c.] Ecce ponit hîc terminum à quo, & terminum ad quem. In quo docet nos, & arguit eos qui nolunt moueri à sæculo, sed ibi semper stare: Et nota vita Christiani non est nisi quædam processio à sæculo, nequam, ad sæculum beatum. Hanc autem laudem, scilicet cordis, oris, operis, non debent facere soli Sacerdotes, & Clerici, sed omnes Christiani. Vnde addit.

o Et dicet omnis populus fiat, fiat, *Psal.*116. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

EXPOSITIO PSAL. CVI.

CONfitemini Domino, &c.] Titulus, [*Alleluya, Alleluya.*] Huic Psalmo cum duobus præcedentibus communis est materia, sicut similis est titulus. Inuitamur enim in hoc Psalmo ad vtramque confessionem, & propter hoc competenter duplicatur alleluya. Vel propter duplicem parietem Ecclesiæ confitentis sc. de Iudæis, & Gentibus, sicut Apostolus dixit *Rom.*8.c. Et *Galat.*4.a. Abba pater, licèt idem significet Abba, quod pater. Abba dixit pro conuersione Iudæorum, pater pro conuersione Gentium. Docet autem hic Psalmus quid sumus nos per nos, scilicet infirmi; quid per Dei misericordias, scilicet boni & filij Dei. Et per hoc superbia conteritur, vt gratia glorificetur, quæ de quatuor tentationibus liberat, quas in hoc Psal. ponit. Intentio est monere ad vtramque confessionem. Modus: Septem sunt partiones. Primò, monet redemptos confiteri, quod est intentio sua. Secundò ponit primam tentationem, & liberationem ab ea, quæ tentatio est error, quo aliquis nihil expectat post hanc vitam, hæc tentatio *ibi* ostenditur. Errauerunt. Tertiò, ponit secundam tentationem, quæ est difficultas vincendarum cupiditatum in via, & liberationem ab ea, *ibi*: Sedentes. Quartò, ponit tertiam tentationem, quæ est tædium benefaciendi, & liberationem ab ea, *ibi*: Omnem escam. Quintò, ponit quartam tentationem, quæ est tempestas sæculi, quatiens Ecclesiam, turbans rectorem, qui à tribus præcedentibus liberatus, fortasse dignus est, vt in gubernaculo nauis constituatur, hanc inquam ostendit, & liberationem ab ea, *ibi*: Qui descendunt. Et sciendum, quòd post enarrationem vniuscuiusque tentationis supponitur clamor, liberatio, miserationis confessio. Clamor, *ibi*: Et clamauerunt. Liberatio, *ibi*: De necessitatibus. Confessio, *ibi*: Confiteantur. Sextò, commendat Ecclesiam, ostendendo in nobis gratiam Dei, & ipsum Deum superbis resistere, & humilibus gratiam dare, & ostendit qualiter Ecclesia proficit, *ibi*: Posuit flumina. Septimò, de hæreticis adiungit, quòd scilicet, ipsis destructis erecta est Ecclesia, *ibi*: Et pauci. Hunc Psalmum ita diuidit Augustinus: vnde. *Partitio Psalmi.* *Iacob.*4.b.

Caſſiodorus ſe auctoritatem habere dicit, etiam cæteros diuidendi, quamuis ipſe Caſſiodorus hunc ipſum Pſalmum aliter diuidat. Primò ergo monens ad confeſſionem, dicit;

Allegoricè de confeſſione laudis.

a Confitemini Domino] vtraque confeſſione. Sed primò, allegoricè de ſ.mus de confeſſione laudis. Secundò moraliter de confeſſione peccatorum. Confitemini ergo Domino, Chriſto, id eſt, laudate ipſum ſimul corde, ore, & opere, *Leuit.* 7. Offerebant panes ſimul cũ confeſſione, *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vel, Confitemini, ſcilicet, ſimul fatemini nouum, & vetus Teſtamentum,

PSAL. CVI.

a CONFITEMINI Domino quoniam † b bonus, quoniam in c ſæculum miſericordia eius. d Dicant † qui e redẽpti ſunt f à Domino, quos g redemit de manu † inimici: de h regionibus congregauit eos: † i A Solis ortu & occaſu: ab k Aquilone & mari. l Errauerunt in ſolitudine in † m inaquoſo.

al. † ſuauis eſt.
al. † nunc.
al. † inimicorum.
al. † ab oriente.
al. † ſiccitate.

Domino, id eſt, ad honorem Chriſti, qui vtriuſque eſt conditor. Et hoc eſt contra Iudæos & Manichæos, quia primi nouum, & alij vetus reprobant Teſtamentum. Vel, Confitemini, id eſt, ſimul & concorditer vtrique, ſcilicet, Iudæi & Gentiles, fidem. Confitemini dico. b Quoniam eſt bonus] in ſe, q. d. non ſolùm quia non beneficus, vt mercenarij, *Pſal.* 48. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei: Sed primò, principaliter fatemini, quoniam bonus, vt filij. Secundò.

c Quoniam in ſæculum miſericordia eius,] q. d. ſecundò, quoniam beneficus, hoc eſt, quod dicit, quoniam in ſæculum, id eſt, in æternum durat miſericordia eius, id eſt, redemptio & ſaluatio noſtra quam de miſericordia ſua fecit, *Pſal.* 99. In æternum miſericordia eius. Et ad ipſius laudem hoc debent dicere & narrare illi quibus hoc beneficium fecit: Vnde addit. d Dicant] modò in præſenti hoc quod dico, ſcilicet, quoniam in ſæcula miſericordia eius] illi.

e Qui redempti ſunt] non à quocunque, ſed f A Domino] id eſt, Chriſto, qui eſt Dominus omnium *Epheſ.* 1. b. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, 1. *Pet.* 1. d. Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi Agni incontaminati & immaculati Chriſti Ieſu.

g Quos redemit] ipſe Dominus de manu inimici, *Oſea* 13. a. De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos, *Iſa.* 43. a. Redemi te & vocaui te nomine tuo, ſeruus meus es tu. Et non dicit de manibus, quia adhuc habet manum flagellantem Diabolus, ſed non trahentẽm. *Apoc.* 20. a. Ligauit eum mille annis. Et ne Iudæus qui liberatus fuit à Pharaone, hoc ſibi ſoli attribuat, benè ſubiungit.

h De regionibus congregauit eos,] ſcilicet, de quatuor climatibus Mundi: Vnde ſubdiuidendo.

i A Solis ortu & occaſu] ſcilicet, ab Oriente & Occidente.

k Ab Aquilone & mari,] id eſt, ab auſtro. Et ponit mare pro Auſtro, quia Auſter flat verſus Oceanum, quod antonomaſticè dicitur mare, eo quod maius ſit cæteris, *Act.* 20. c. Non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

Moraliter. De confeſſione peccatorum.

Moraliter. a Confitemini Domino] peccata veſtra, & non timeatis confiteri. b Quoniam ipſe eſt bonus,] id eſt, benignus, non ſæuus. E contrario enim eſt in Curia Dei, & in Curia ſæculi. In Curia enim ſæculi ſi quis confitetur peccatum ſuum condemnatur; in Curia autem Dei qui confitetur peccatum, abſoluitur. Hoc procedit de bonitate Dei, *Pſ.* 31. Dixi confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Sed ſicut modò eſt bonus & benignus confitentibus, ita in futuro erit durus & auſterus in peccato perſeuerantibus. Vnde confitendum eſt ei dum adhuc miſericors & bonus eſt: Vnde ſubdit.

c Quoniam in ſæculum miſericordia eius.] In ſæculum dicit non poſt ſæculum, quia quamdiu durat ſæculi miſeria, durat Dei miſericordia: Cùm autem homo ſublatus eſt per mortem de ſæculo, iam non eſt inuenire miſericordiam. Quod ſignificatur, *Exod.* 16. e. Cùm incaluiſſet Sol, non inueniebatur manna. *Luc.* 17. e. Venient dies in quibus deſiderabitis videre vnum diem Domini. Sed ſunt quidam qui poſtquam confeſſi ſunt ſemel, nolunt ampliùs confiteri, cùm tamen omnis homo etiam poſt peractam pœnitentiam ſe peccatorem debeat confiteri: Vnde ſubdit:

d Dicant] nunc, ſcilicet, peccata ſua in confeſſione.

e Qui] ante per pœnitentiam, redempti ſunt à Domino,] quaſi dicat, quantamcunque ſatisfactionem pro peccatis ſuis egerint, adhuc tamen peccata confiteantur, ſecundum illud Domini conſilium, *Luc.* 17. c. Cùm omnia bona feceritis, dicatis: ſerui inutiles ſumus; Et licet ipſi peccatores faciant pœnitentiam & ſoluant redemptionem, tamen à Domino factum eſſe dicitur, qui dicit *Ioan.* 15. a. Sine me nihil poteſtis facere, *Iſa.* 26. c. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Vnde & adhuc apertius ſubiungit.

g Quos redemit de manu inimici,] id eſt, Diaboli, in cuius manus ſunt omnes peccatores, ſicut iuſtorum animæ in manu Dei? *Sap.* 3. a. Et benè per pœnitentiam quam Deus operatur in nobis dicitur nos redimere, id eſt, iterum emere. Prius enim nos emit agendo pœnitentiam in nobiſmetipſis: Vnde monet, *Apoſt.* 1. *Cor.* 6. d. Empti eſtis pretio magno, ſcilicet, Chriſti ſanguine, glorificate ergo & portate Deum in corpore veſtro, quaſi dicat, iuſtum eſt, vt ex quo de Chriſti ſanguine facta fuit prima emptio, vt de veſtra pœna & labore fiat redemptio. Diabolus autem quos habet in manu ſua diſpergit, & diuidit, ſicut tactum eſt in præcedenti lectione. Et hoc per ſchiſmata, per diuerſas hæreſes, per diuerſa peccata, de quibus oportet vt Dominus redempturus eos congreget ipſos. Vnde addit.

h De regionibus congregauit eos,] id eſt, de diuerſis vitiis in quæ Diabolus diſperſerat eos. Quoſdam enim diſpergit in regionem Ægypti, per infidelitatem: Quoſdam in Chaldæam, per ferocitatem. Chaldæa enim interpretatur ferox. Quoſdam apud Moabitas per luxuriam & inceſtum: Moab enim interpretatur ex patre, quia filia Loth concepit eum de patre, vbi commiſit inceſtum. Quoſdam apud Ammonitas, per iram, quia Ammon interpretatur populus turbidus. Quoſdam apud Syriam, per Superbiam: Syria enim interpretatur ſublimis. Et ſic poteſt dici de multis aliis regionibus. Sed de his congregat eos Dominus ad vnitatem fidei, ad identitatem charitatis. Et hoc facit per pœnitentiam, quæ eſt vexillum eius, *Iſa.* 11. c. Leuabit Dominus ſignum in nationibus & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. De quibus plagis hic ſubiungit Propheta.

i A Solis ortu & occaſu, ab Aquilone & mari.] Per Solis ortum intelligi poteſt præſumptio, quæ quandoque etiam de bono oritur: per occaſum deſperatio: per Aquilonem, aduerſitas; per Auſtrum, proſperitas. Sed pro Auſtro rectè ponit mare, quia proſperitas huius Mundi multis amaritudinibus reſperſa eſt. Item per ortum intelligi poteſt ingreſſus hominis in Mundum: per occaſum, mors: per Aquilonem Infernus: per Auſtrum, Paradiſus: à quibus, id eſt, per quorum conſiderationem congregantur homines ad Deum. Item per has quatuor plagas, quatuor ætates intelliguntur. Ortus eſt adoleſcentia: Occaſus, ſenium ſiue mors: Aquilo, ſenectus: Auſter, ætas diſſoluta. De qualibet congregat Dominus. De prima, *Thren.* 3. c. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. De ſecunda, *Luc.* 12. e. vt ſi in tertia vigilia venerit. De Aquilone, *Iſa.* 48. b. Elegit te de camino paupertatis. De vltima, ſupra *Pſal.* 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. De quatuor ſimul: *Cant.* 6. &c.

Secũda pars. Allegoricè de errore Iudæorum & Gentiliũ.

l Et errauerunt in ſolitudine, &c.] Secunda pars, vbi ponitur prima tentatio, ſcilicet, error, qui allegoricè fuit in Iudæis, & etiam gentibus ante conuerſionem. Dicit ergo: Errauerunt in ſolitudine,] id eſt, ſolitarij, deſerto Deo, *Eccleſ.* 4. c. Væ ſoli.

m In inaquoſo,] id eſt, in corde vel ſtatu qui eſt ſine aqua gratiæ & doctrinæ. Et de hoc errore, *Iſa.* 63. d. Quare errare nos feciſti de viis tuis, induraſti cor noſtrum ne timeremus te?

A a Viam ciuitatis

Moraliter de errore Religioſorũ & ſæcularium.

Moraliter. l Errauerunt in ſolitudine.] Eſt ſolitudo mala, ſcilicet, Mundus; & ſolitudo bona, ſcilicet, Religio. Et in prima ſemper erratur, in ſecunda quandoque. Mundani enim homines errant ſpontè, nec doceri volunt, ſicut *Ioan.* 3. c. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, *Iſa.* 30. b. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Religioſi verò quandoque errant per ignorantiam: Et hoc eſt quod hic dicitur. m In aquoſo,] id eſt, in loco vbi deſunt aquæ doctrinæ, *Pſal.* 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, *Iſa.* 5. d. Propterea populus meus ductus eſt captiuus, quia non habuit ſcientiam. Et nota quòd plures ſunt cauſæ quare erratur in via. Prima eſt ignorantia, vt dictum eſt. Secunda eſt, quia via non eſt trita, 1. *Thr.* 1. b. Viæ Sion lugent eo quod non ſit qui veniat ad ſolemnitatem. Tertia eſt, quia duces cæci ſunt, *Luc.* 6. f. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadũt. Quarta, quia multi nolunt duci, ſed volunt eſſe ductores, cùm tamen neſciant. *Eccleſ.* 10. c. Labor ſtultorum affliget eos qui neſciunt in vrbem pergere. Quinta, quia ſunt multæ ſemitæ iuxta viam. Sic iuxta viam religionis,

Cauſa quare erratur in via.

ſcilicet, iuxta

A *a* Viam ciuitatis habitaculi,] id est, Ecclesiæ militantis, in qua habitandum est [non inuenerunt.] Ciuitas habitaculi dicitur Militans Ecclesia, quia est transitoria & transiens, & non habet nisi habitaculum, quia est in via: Ciuitas verò habitationis est Ecclesia Triumphans. *Gloss.* tamen dicit ciuitatem habitaculi esse Triumphantem Ecclesiam, scilicet supernam Ierusalem. Via quæ ducit ad eam, est Christus, qui dicit *Ioan.* 14. *a.* Ego sum via. Hanc viam. *b* Non inuenerunt] ipsi errantes. Et præter hoc. *c* Esurientes & sitientes] inopia, scilicet, sine cibo verbi Dei, & potu gratiæ. Et ideo. *e* Anima eorum quæ non excessit se, sed mansit.

viam *a* ciuitatis habitaculi *b* non inuenerūt. *c* Esurientes, & *d* sitiētes † *e* anima eorū in ipsis *f* defecit. Et *g* clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de *h* necessitatibus eorum † *i* eripuit eos. Et † *k* eduxit eos in viam rectam, vt *l* irent in *m* ciuitatem habitationis.

n Confiteantur Domino † misericordiæ eius, & *o* mirabilia eius filiis *p* hominum

al. † habitationis.
al. † errant.
al. † liberauit.
al. † deduxit
al. † misera-tiones.

f In ipsis] se sibi sufficere putans [defecit.] Iudæi enim in suis legalibus confidebant, & Gentes in suo libero arbitrio. Vnde dixit quidam.

Det vitam, det opes, animum mihi ipse parabo

Et propter hoc ad viam veritatis Christum non accedebant per fidem, sed tandem cognoscentes defectum suum, ad Dominum qui potens erat supplere clamauerunt. Vnde subdit.

g Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur] in his quæ dicta sunt. *h* Et de necessitatibus eorum,] id est, ineuitabilibus malis. *i* Eripuit eos.] Quasi enim quadam necessitate peccabant gentes, quia proni, & assueti ad idololatriam, & Iudæi, quia tenebantur implere legem, de qua tamen dicit Petrus *Act.* 15. *c.* Hoc est onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. *k* Et] de his necessitatibus ereptos [eduxit eos in viam rectam] quæ est Christus. Hoc est contra illud, quod supra dictum est, Errauerunt, &c.

l Vt irent] bene operando. *m* In ciuitatem habitationis,] id est, in cœlum. Hoc est contra illud supra [Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.] Cœlum autem dicitur ciuitas habitationis, quia ibi est ciuium vnitas. Idem enim volunt, & idem nolunt, & in Deo omnes conueniunt. Ibi etiam est habitatio, quæ non poterit dissolui, sed habitaculum vitæ præsentis dissoluetur. Vnde 2. *Cor.* 5. *a.* dicebat ille cuius conuersatio erat in cœlis: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Et quia hoc fecit Dominus eis, non eorum meritis, sed pura misericordia. *n* Confiteantur Domino misericordiæ eius,] id est, homines propter misericordias eius. *o* Et mirabilia eius] exhibita.

Phili. 3. *d.*

p Filiis hominum,] id est, filij hominū laudent eum propter mirabilia sibi ab eo exhibita. Misericordia Domini fuit hoc, quod inimicos voluit liberare, sed mirabilia eius fuerūt A in hoc,

Moraliter.

* scilicet iuxta Euangelium, & regulam principalem, multæ sunt traditiones quæ tenentur, & via declinatur, scilicet, Euangelium, vel regula *Iob.* 30. *b.* Semitis suis dispauerunt itinera mea, scilicet, traditionibus mandata Euangelica. Hæc est via de qua subiungit. *a* Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,] id est, viam mandatorum quæ ducit ad ciuitatem, & habitaculum Regni cœlestis non potuerunt inuenire, quia suis traditionibus eam occultauerunt, & postposuerunt. *Matt.* 15. *a.* Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Nec mirum est, si *b* Non inuenerunt] quia ignorantes sunt, & inter traditiones, & mandata discernere nesciunt, nec ab aliis docentur. Vndè addit. *c* Esurientes] id habentes defectum solidi cibi. *d* Et sitientes,] id est, habentes defectum lactis simplicis doctrinæ? De qua fame, & siti *Amos.* 8. d. Mittam famem in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Verbum enim Dei cibus est animæ dicente Domino *Matth.* 4. *a.* *Deut.* 8. *a.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et iste panis non sumatur, deficit anima. Vnde sequitur. *e* Anima eorum in ipsis defecit] quia scilicet non fuit sustentata cibo verbi Dei. *Ps.* 110. Percussus sum, vt fœnum, & aruit &c. *g* Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.] Hoc est vnum, & summum remedium, vt cum homo in se defecit, & præter hoc tribulatur, ad Deum recurrat, & auxilium eius petat. 2. *Paral.* 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Sed nunquid frustra clamauerunt? Non, quia sequitur. *h* Et de necessitatibus eorum &c. *Ps.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. De necessitatibus autem eripit, vel dando patientiam in tribulatione, vel dando remedium, vel tollendo hominem de medio scilicet per mortem. Et hoc vltimo verius eripitur homo de necessaribus, quia dum viuit homo semper expositus est necessitaribus septem, de quibus *Iob.* 5. *d.* In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Hæ sunt fames, sitis, frigus, & calor, labor, & dolor, & mors. In hac septima, id est, post hanc non tangit malum iustos, quia sicut dicitur *Sap.* 4. *b.* Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Et hæc vltima tribulatio finis est præcedentium quæ ad ipsam tendunt, sicut ad finem. Et notabile est, quod dicit, eripuit, quasi subitò rapuit, in quo confortari possunt qui tribulationem sustinent, quia sicut dicitur *Eccl.* 11. *c.* Facile est in oculis Domini subitò honestare pauperem. Item [eripuit] quasi cum violentia, in quo arguuntur homines qui suas tribulationes finiri nolunt per mortem, sed semper contra stimulum mortis calcitrantes, licèt sciant quòd non possint eam penitus auferre, tamen quantum possunt laborant differre. Vndè oportet quòd Dominus faciat eis violentiam. Vnde dicitur *Sap.* 4. *c.* Raptus est ne malitia mutaret cor eius.

Septem necessitates de quibus Dominus liberat.

k Et eduxit eos,] id est, extra corpus duxit per mortem, in viam rectam.

l Vt irent] sine obstaculo & dispendio.

m In ciuitatem habitationis,] id est, in cœlum. Ciuitas enim habitationis est cœlum: ciuitas peregrinationis est Mundus. De his duabus *Heb.* 13. *c.* Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ciuitas desolationis vel carceris est Infernus. Vel aliter possumus dicere, & exponere de tribulationibus tentationum, & necessitatibus peccandi.

Aliter.

g Clamauerunt ad Dominum] in oratione, [cum tribularentur] à tentatione, *Matt.* 26. *d.* Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem, id est, vt non superet vos tentatio.

h Et de necessitatibus eorum eripuit eos.] In Mundo multæ sunt necessitates peccandi, id est, occasiones quasi ineuitabiles.

In Mundo sunt multæ necessitates peccandi.

Vna est mala societas. *Ps.* 17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.

Alia est mala consuetudo. *Prou.* 22. *a.* Prouerbium est adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Multæ etiam sunt necessitates peccandi, de quibus Dominus eripit, quasi cum violentia immittendo infirmitates, & tribulationes.

k Eduxit eos] de Ægypto, id est, de Mundo [in viam rectam] de qua *Exod.* 3. *f.* Ibimus viam trium dierum in solitudinem. Hæc est Religio, in qua est via trium dierum, scilicet, triplex votum Vnde addit.

l Vt irent in ciuitatem habitationis,] id est, in Religionem, vbi est ciuium vnitas, exteriùs in habitu, & interiùs in affectu, sicut dicitur *Act.* 4. *f.* Erat illis cor vnum, & anima vna, Item est ciuitas habitationis, quia ibi oportet iugiter & perpetuò habitare eum qui semel intrauit

Vnde de hac vnitate, & habitatione simul dicit *Beatus August.* in regula sua. Hæc sunt quæ vt obseruetis præcepimus in monasterio constituti. Primò, propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna, & cor vnum in Domino. Et ex hoc.

n Confiteantur Domino misericordiæ eius,] quasi dicat, Dominus tales per suam misericordiam educit de sæculo in ciuitatem habitationis. Et de hoc non debent esse ingrati, sed Deum laudare, sicut filij Israël educti de Ægypto per mare rubrum, laudauerunt Deum & cecinerunt Canticum, Cantemus Domino, &c. *Exod. cap.* 15. *a.* Nec solum misericorditer educit de Mundo, sed & mirabiliter deducit eos in claustrum, & conseruat à peccato. Vndè & addit.

o Et mirabilia eius [scilicet, miracula exhibita.

p Filiis hominum] quòd Angelicam vitam ducunt homines fragiles. *Hieron.* In carne præter carnem viuere non humana, sed Angelica vita est *Exod.* 8. *f.*

Faciam mirabilem terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ.

Gessen interpretatur desiderium. Terra ergo Gessen est Religio, in qua sunt viri desiderium, nihil in hoc Mundo quærentes, sed desiderium habentes dissolui, & esse cum Christo, sicut dicit Apostolus *Phil. cap.* 1. *d.* Hanc terram facit Dominus mirabilem, ita quod non sint ibi muscæ, id est, immunditiæ peccatorum mordentes & pungentes conscientiam, sicut in terra Ægypti, id est, in mundanis. *Greg.* Israël sabbatum accepit in munere: Ægyptus percutitur muscarum multitudine.

Δ *Ier.*16.b. Quæ est iniquitas nostra, aut peccatum quod peccauimus? Et sequitur: Sed & vos peius operati estis, quam patres vestri. Et postquam confessus est in generali, confitetur in speciali. Et primò peccatum ignorantiæ: Vndè dicit. *a* Patres nostri,] quæ multa facta sunt eis in Ægypto. Secundò confitetur peccatum ingratitudinis, dicens. *e* Non fuerunt, i. beneficiorum multorum quæ eis ex misericordia fecisti in ipsis mirabilibus quæ faciebat Dominus coram eis in Ægypto: Opus erat intellectu, vt cogitarent ad quorum bonorũ æternitatem, quæ per patientiam expectantur, per illa temporalia Deus eos vocaret. Memoria quoque opus erat in Dei misericordia, vt saltem si æterna bona non intelligerent, temporaliter acta recolerent, & fideliter præsumerent se ab inimicis liberandos, eâ quam iam experti fuerant potestate, & benignitate. Sed nullum horum fecerunt, sed cùm deberent esse patientes, intelligendo, quod ad æterna bona vocarentur, impatientes fuerunt: Vndè Tertiò confitetur, & enumerat peccatum impatientiæ, dicens.

a Patres nostri in *b* Ægypto non *c* intellixerunt *d* mirabilia tua, non *e* fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et *f* irritauerunt *g* ascendentes in *h* mare, *i* mare rubrum. Et † *k* saluauit eos propter *l* nomen suum, vt *m* notum faceret potentiam suam. Et *n* increpuit mare rubrum & *o* exsiccatum est, & *p* deduxit eos in *q* abyssis *r* sicut in deserto. Et *s* saluauit eos de *t* manu odientium *u* redemit eos de manu inimici.

al. † liberauit.

f Et irritauerunt] Deum, scil. ipsi, ascendentes, quantùm ad situm loci, in mare. Quod mare? *i* Mare Rubrum.] Hoc factum est quando venerunt ad Mare Rubrum, & videntes se coangustatos montibus, & mari; dixerunt murmurantes: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto. *Exod.* 14.c. Dominus autem misericors reddidit eis bonum pro malo: Vndè addit.

k Et saluauit eos] non propter merita sua, sed propter honorem ipsius. Hoc est, quod dicit.

l Propter nomen suum] glorificandum. Et:

m Vt notam faceret] posteris, & præsentibus, potentiam suam. Postea ostendit quomodo saluauit eos. Et primò per diuisionem maris rubri: Vndè dicit.

n Et increpuit mare rubrum, i. ac si increparet ipsum.

o Et exsiccatum est] quantum ad vias eorum & diuisum. Secundum in saluatione eorum fuit ducatus per columnam nubis: Vndè addit.

p Et deduxit eos] per ducatum Angeli.

q In abyssis,] i. in profundo maris.

r Sicut in deserto,] i. sicut essent in via plana, & sicca, quia ibi non erat lutum, sicut solet esse in profundo aquarum.

s Et] per ista duo saluauit eos. Sed quia hoc supra dixerat, sed non determinauerat à quibus saluauit eos, nunc determinat, dicens.

t De manu odientium,] id est, Ægyptiorum, qui eos odio habebant, & persequebantur. *u* Et redemit eos] Pharaonis. Et ostendit quid fecit eis, à quibus liberauit eos, Δ

Allegor.

Δ quum enim fuit, quòd homo voluit æquiparari Deo suggerente diabolo: Eritis sicut dij. Et licèt adderet: Scientes bonum & malum, tamen.

a Patres nostri.] Adam & Eua.

b In Ægypto, i. in tenebris peccati sui.

c Non intellexerunt, i. dignitatem quam eis dederas, quæ mirabilis erat, quia homo erat factus ad imaginem Dei, quia cuncta animantia ei obediebant, quia positi in Paradiso. Hæc mirabilia non intellexerunt, secundum quod dicitur in *Psalm.* 48. Homo cùm in honore esset non intellexit.

e Non fuerunt] qua eos in ista dignitate creaueras *f* Et irritauerunt] Deum, ascendentes in mare, i. tantam timiditatem, vel tumorem, quod voluerunt esse sicut dij. Sed istud mare fuit.

i Mare rubrum,] quia Christi sanguine fuit satisfactum pro superbia eorum. Nam. *k* Et saluauit eos] moriens pro eis. *l* Propter nomen tuum] Iesum, quia, scil. Saluator erat, vt *sup.* Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius, sc. in Cruce extentum. *m* Vt notam.] In hoc enim, quod mori voluit, & pati potuit pro inimicis, notam fecit potentiam suam. Vndè dicitur in collecta: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserendo manifestas. *n* Et increpuit,] i. peccatum, vel peccatorem sanguineum, sanctè viuendo, prædicando, & pro peccato moriendo. *o* Et exsiccatum est,] vt non obstante peccato, possent fideles ad terram promissionis transire. *p* Et deduxit eos,] i. fecit, vt vbi erat abyssus peccatorum, esset desertum, i. asperitas pœnitentiæ, & sit tuta via. *Rom.*5.d. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. *s* Et saluauit eos] dæmonum. *u* Et redemit eos, i. diaboli. Duæ sunt manus diaboli. Vna impellens, & altera attrahens. Hæ duæ manus erant liberæ ante Passionem Christi, sed per eam prima fuit omnino ligata, quia nullum potest modò ad peccatum compellere. Et de hac dicit singulariter. Et redemit. Alia autem non fuit omnino ligata, qua multos adhuc attrahit ad peccatum, sed fuit debilitata, quia non ita de facili attrahit sicut ante. Et quid factum est de peccatis, quæ iam commiserant? Δ

Duæ sunt manus diaboli.

Moral.

a Patres nostri,] scilicet, Prælati existentes.

b In Ægypto,] i. in tenebris peccatorum, vel mundanarum curarum. *c* Non intellexerunt] cùm tamen teneantur alios docere. *Agga.*2.b. Interroga Sacerdotes legem, non legem Iustiniani, sed legem Dei. Vndè dicit. *d* Mirabilia tua,] i. mirabilia opera, quæ scripta sunt in lege tua, præcipuè in noua. *Psalm.*118. Mirabilia testimonia tua. *Psalm.* 27. Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius, destrues illos. *e* Non fuerunt, quia cum eis præcipiat Dominus. *Luc.*6.f Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est: Ipsi è contrario sunt crudeles sicut diabolus de quo dicitur. *Ier.*6.f. Crudelis est, & non miserebitur. Crudeles enim sunt Deo, & sibi, & proximo. Deo per ambitionẽ & superbiam, quæ Deo aufert gloriam suam, quam alteri non vult dare *Is.*42. Si per inuidiã, quia inuidia cruciat cor inuidens. Vndè dicit *Poëta*:

Iustius inuidia nihil est, qua protinus ipsum
Auctorem rodit excruciatque suum.

Iob 5.a. Paruulum occidit inuidia. Proximo autem sunt crudeles per auaritiam, quæ subtrahit beneficium. Hæc tria notat, cum subdit. *f* Et irritauerunt] Deum, per crudelitatem, siue impietatem, quæ Deum pium irritat. Vndè in *Ps.*5. Secundum multitudinem eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Dñe. Et crudelitatem diuidit in tres partes prædictas dicens. *g* Ascendentes.] Ecce ambitio, siue superbia. *h* In mare.] Ecce amaritudo, siue inquietudo inuidiæ. *i* Mare rubrum.] Ecce auaritia sanguinea, quæ occidit pauperes, secundum quod dicit *August.* Pasce fame morientem, si non paueris occidisti. *Eccles.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & fraudem facit mercenario, fratres sunt. Et tamen, nec sic irritare Deum deberent, quia Deus non irritauit eos, sed.

k Et saluauit eos] moriendo pro eis. *l* Propter nomen suum,] vt supra dictum est. Vel sic; Licèt Deum irritauerunt, non tamen eos condemnabit, puniendo eos, sed expectat eos ad pœnitentiam. Vndè dicit. Et saluauit eos, i. expectauit ad salutem, cum iam meruissent damnationem. *Thr.*3. e. Misericordia Domini est, quia non sumus consumpti. Hoc est autẽ quodammodo saluare, quia non stat nisi per eos si non saluentur. Et hoc. Propter nomen suum, i. propter rem nominis sui, quod est Saluator. Vndè dicit in *Ezech.*18.g. Quare moriemini domus Israël, quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite. *m* Vt notam] quam parcendo, & miserendo manifestat, vt prædictum est. Nec tantum hoc facit Dominus, scilicet, expectare ad pœnitentiam, sed & increpat peccatores, vt citius reuertantur: Vndè addit.

n Et increpuit,] i. cor peccatorum tumidum, & instabile, & amarum, salsum per cupiditatem, rubrum per auaritiam, vt dictum est. *Is.*56. Cor impij quasi mare feruens. Hoc mare increpat Dominus, quando peccatorem flagellat. *Iob* 33.c. Increpat quoque per dolorem in lectulo. *o* Et exsiccatum est] ab humore peccati. *Nahum.* 1.a. Increpans mare, & exsiccãs illud. *Eccl.* 11.d. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ: Ecce increpatio, & exsiccatio. *p* Et deduxit,] i. in profũdis aquis tribulationũ. *r* Sicut in deserto,] i. in plana via, quia tribulatio est plana via ad cœlum. *Act.* 14.d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnũ cœlorũ. *Ps.*65. Transiuimus per ignem, & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ *s* Et saluabit eos de manu odientium.] Per tribulationes enim flagellati redeunt ad cor, & agunt pœnitentiam. Odientes sunt dæmones, qui habent multas manus quibus rapiunt, retinent, ligant, iugulant. Item vna manus est simonia, alia crudelitas, luxuria, & cætera vitia. *Eccl.*7.d. Vincula sunt manus eius. *u* Et redemit eos de manu inimici] diaboli, secundum illud. *Osea cap.* 5.d. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.

* Sed

Δ rauit eos, dicens: *a* Et operuit] s. Ægyptios. ita quod, *c* Vnus] qui eos secuti fuerant, non remansit. *d* Et] visis his miraculis, crediderunt, s. filij Israel. *e* In verbis eius] i. verbis eius. *f* Et credentes, laudauerunt, laudantes cantauerunt. *g* Laudem eius] s. Canticum quod cantauerunt in exitu de mari.

Exo. 15. a. Cantemus Domino, &c. A nulo(?)ant? Ecce. *a* Et operuit] i. submersit, aqua, Baptismali. *b* Tribulantes eos] sc. peccata. *c* Vnus] quia baptismus omnia peccata abluit & interimit. Post hanc autem eius Passionem, multi conuersi sunt ad fidem eius. Vnde dicit,

Allegor.

al. † cantauerunt laudes.

al. † Festinauerunt.

al. † siccitate.

Et *a* operuit aqua *b* tribulantes eos, *c* vnus ex eis non remansit. Et *d* crediderunt in *e* verbis eius & † *f* laudauerunt *g* laudem eius. † *h* Citò fecerunt, *i* obliti sunt *k* operum eius & non *l* sustinuerunt consilium eius. Et *m* concupierunt concupiscentiam in *n* deserto, & *o* tentauerunt Deum in † inaquoso. Et *p* dedit eis petitionē ipsorum, & misit *q* saturitatē in *r* animas eorū.

d Et crediderunt] quæ per Apostolos prædicauit. *f* Et credentes corde, laudauerunt, ore. *g* Laudem] i. opera, & miracula eius, quib. laudabilis apparet. Vel laudem] scil. Patris, i. filium qui est laus Patris, quia gloria patris filius sapiens. *Prou.* 10,

Moral. *Est manus diaboli quam pauci euadunt.*

* Sed quia singulariter dicit, de manu, sciēdum, quod vna est manus diaboli quam pauci euadunt, s. manus, quæ dat munera. Hæc est manus fortissima, quæ oculos sapientium excæcat, & linguam iustorum abscindit, secundum quod dicitur. *Exo.* 23 a. Munera excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Hac manu ipsum Deum voluit prosternere. *Matt.* 4. b. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. *Isa.* 1. f. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. *a* Et operuit] s. tribulationis, vel pœnitentiæ, s. aqua lacrymarum *b* Tribulantes s. dæmones, vel motus peccatorum, qui à facie tribulationis, vel lacrymarum fugiunt: Sicut dictum est Achab, per quem intelligitur peccatum, vel diabolus 3. *Reg.* 18. g. Iunge currum tuū & descende, ne præoccupet te pluuia. Et bene dicit, quod operuit, in quo notatur abundantia tribulationum, vel lacrymarum: quia sicut parua aqua non sufficit ad operiendum multos, sic parua pœnitentia, vel paruæ lacrymæ, ad operiendum exercitum vitiorum. Vnde dicitur in *Ps.* 118. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei, q. d. multa aqua exiuit. Et sic. *c* Vnus] qui non operiretur aquis lacrymarum. *Ps.* 6. Lauabo per singulas noctes, &c. Postquam autem ita liberati sunt, necesse est, quod sequitur. *d* Et crediderunt] s. vt credant consiliis bonorum, sicut cū homo euasit de nouo infirmitatem, tunc necesse est ei, vt acquiescat consilio Medicorum, alioquin citò recidiuare potest. Verba Domini sunt prædicatio, & consilia Prælatorum & Prædicatorum. Sic inuenimus, quod cum Dñs Saulum increpauisset, & ille conuersus dixisset. *Act.* 9. a. Dñe quid vis me facere? Respondit, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Nec tantū credere his quæ dicuntur, tenentur, sed ea amplecti, & verbo & opere commendare. Vnde addit. *f* Et laudauerunt) i. prædicationem quā audiūt, in qua laudatur Deus *Eccl.* 21. c. Verbum sapiens quodcūque audierit scius laudabit, & ad se adiiciet. *h* Cito.] Tertia pars, in qua narrat qualiter in deserto peccauerunt, & quidam iusti puniti fuerunt; alij autem precibus Moysi misericorditer liberati. Et hoc narrat, vt maximam causam laudis inuēs, maximè ad laudandum Deum inuitet. Primò ergo arguit leuitatem Iudæorum, cùm dicit. Citò fecerunt, id quod sequitur, s. obliti. Vel, Cito, prædicta, i. citò ea facere dimiserunt. Modus est loquendi. Vel, citò, i. faciles fuerunt ad faciendum illa, & similiter faciles ad dimittendum, quia & citò obliti sunt. Ita quod hoc quod dico citò, sit diasyrmicum, determinando, & verbū, & participium. Obliti sunt dico. *k* Operum eius] quæ fecit eis in Ægypto, & in mari rubro. Secūdò, arguit eos de impatientia, cū addit. *l* Et non] quod erat, vt probaret eos differendo eis dare victualia quæ tamen postmodum daturus erat prolatis, & hoc non sustinuerunt, sed murmurauerunt. Et antequā deberent habere voluerunt escas: Vnde tertiò arguit eos de gulositate, dicens. *m* Et concupierunt. Concupiscentiam dicit emphaticè, id est, carnes quas ardenter cupierunt. *Num.* 11. a. Quis dat nobis. &c. Quartò, arguit eos de dubitatione, qua dubitauerunt de potentia Dei: dicit. *o* Et tentauerunt, id est, in loco vbi non habebant aquam. *Exod.* 15. d. & *Num.* 20. a. *p* Et dedit eis] scilicet, escas carnium. *q* Et misit] i. in animalitatem, quæ animans corpus, animal facit, ad cuius sustentationē pertinet esca De hac saturitate, *Nu.* 11. d. Vt det vobis.

Ad literam. *Tertia pars.*

Δ Dominus

Moraliter, *h* Citò fecerunt] ea quæ præmissa sunt, scil. crediderunt, & laudauerunt, quasi dicat, non diu crediderunt verbis eius, nec diu laudauerunt laudem eius. Sic faciunt multi qui incipiunt facere pœnitentiam de consilio Domini, vel intrant religionem, sed citò redeunt ad vomitum. *Eccl.* 6. c. Quia aspera est nimis indoctis hominibus sapientia, & non permanebit in illa excors, quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proiicere illam. Et hoc est quia ingrati sunt beneficiis Dei: Vnde dicit.

i Obliti sunt] creationis, recreationis, iustificationis, quæ si recolerent, pœnitentiam non desererent. Vnde *Heb.* 12. a Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Sed quia obliti sunt operum eius, de agenda pœnitentia, sed abiecerunt, contra illud quod dicitur. *Eccl.* 6. c. Audi fili. & accipe consilium intellectus, & ne abiicias consilium meum, Secundum aliā literam planius loquitur contra diuites, & voluptuosos, quæ est. Festinauerunt obliti, &c. Cùm enim deberent expectare diuitias, & delicias, & fœlicitatem æternę patriæ, festinant hic accipere, & ab illis frustrantur, quia sicut dicitur *Prou.* 28. c. Qui festinat ditari, non erit innocens. Et in *Ps.* 38. c. Quis ascendet in montem Domini, &c. Innocens manibus. Et tamen id ad quod festinant, parum durabit, quia *Prou.* 13. b. Substantia festinata minuetur Tales significati sunt per Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse, qui videntes terram Galaad, & Iazer aptam animalibus alendis, petierunt eam, & noluerunt expectare quousque haberent portionem in terra promissionis: Sed dixerunt. *Num.* 32. d. Nihil quærimus vltra Iordanem, possessionem nostram in orientali eius plaga Et hoc sequitur ex ingratitudine. Vnde dicit: Obliti sunt, quia, Christus pauper pro eis fuit. *Eccl* 9. d. Parua ciuitas, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, & perfecta est obsidio: Inuentusque in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem, id est, Mundum per sapientiam suam, & nemo deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

l Et non de quo *Matth.* 19. c. Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. *Psalm.* 13. Consilium inopis confudistis. *Prou.* 1. c. Despexistis omne consilium meum, &c.

m Et contempto consilio de paupertate concupierunt,] id est, temporales diuitias, quæ dicuntur concupiscentia, quia concupiscere alia faciunt, 1. *Tim.* 6. b. Radix omnium malorum cupiditas. *Augustinus.* Qui diuitias appetit, cupere appetit.

n In deserto] i. in hoc Mundo, qui ab hominibus rationalib. non habitatur, sed ab efferatis, quia boni homines non reputant se habitatores, sed aduenas, & peregrinos. *Heb vlt.* c. Non habemus hîc manentē ciuitatem, sed futuram inquirimus. In hoc deserto concupiscunt. Nec mirū, quia vt dicitur 1. *Ioa.* 2. c. Omne quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, &c. Multotiens autem tales admonentur, vt non ita concupiscant temporalia, sed sustineant consilium Altissimi, vt omnia pro amore illius relinquant: Et ipsi respondent: Non habeo voluntatem, si Dominus vult mihi dare voluntatem talem, tunc faciam, aliter non. Hoc est quod sequitur.

o Et tentauerunt Deum in inaquoso] i. in corde suo sicco & arido ab humore gratiæ, *sup.* Et tentauerunt Deum in cordibus suis. Hoc enim quod faciunt est committere se discrimini inter fluctus maris, scilicet, Mundi, & non velle inde exire donec Deus extrahat illos dando eis voluntatem. Sed quod peius est, hanc voluntatem nolunt multi habere, vnde nec Dominus dat eis, sed quod volunt permittit eos habere: Vnde subdit.

p Et dedit eis petitionem ipsorum] quæ est, vt per campos licentiæ sine fræno obedientiæ discurrant. *Ps.* 80. Et dimisi eos secundum desiderium cordis eorum. Et in hoc iuxta literam duo sunt notanda. Primum est Dei munificentia, qui etiā murmuratorib. dedit quod petebant, multo fortiùs, vt dicitur *Matth.* 7. b. dabit bona bonis petentibus se. Secundum est eorum culpa inexpiabilis, quibus ita dat petitionem ipsorum, secundum quod dicit *Greger.* Medicus infirmo iam desperato quæcunque desiderat porrigit. Vnde & subdit.

Deus quandoque dat malis secundum desideria cordiū eorum.

q Et misit saturitatem] id est, ea quibus saturari cupiunt, licet saturare non possint.

r In animas eorū] nō dicit in animab. sed in animas, cōtra animas eorū. *Rom.* 1. c. Propter quod tradidit illos Deus in

* desideria

A Dominus carnes, & comedatis non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, ſed vſque ad menſem dierum, donec exeat per nares veſtras & vertatur in nauſeã. Poſtea arguit eos de ſeditione, quæ ſequitur ſaturitatẽ. Vnde dicit. Et irrit.] Hoc fecerunt Dathan, & Abiron, qui volebant habere principatum in populo, eo quod erãt de Rubẽ primo genito. Item Chore, & Choritæ qui volebãt habere principatũ Sacerdotij, quia erant de Leui, irritauerunt.

b Aaron, &c.] i. sãctificatũ à Dño. De hac vtraque irritatione habetur. *Num.* 16. Seditionem autem ſecuta eſt pœna: Vnde ſequitur.

Et *a* irritauerunt Moyſen in caſtris, *b* Aaron ſanctum Domini. *c* Aperta eſt terra, & *d* deglutiuit Dathan, & operuit ſuper cõgregationẽ Abyrõ. Et *e* exarſit ignis in ſynagoga eorum, *f* flãma *g* cõbuſſit peccatores. Et *h* fecerũt vitulũ in Oreb, & *i* adorauerunt ſculptile. Et *k* mutauerunt gloriã ſuã, in *l* ſimilitudinẽ vituli † *m* comedentis *n* fœnũ. Obliti ſunt *o* Deũ qui *p* ſaluauit eos qui *q* fecit magnalia in Ægypto, *r* mirabilia in terra † Chã, *ſ* terribilia in mari rubro.

al. † manducantis.

al. † Chanaan.

c Aperta eſt, &c. Hoc etiam habetur *Num.* 16. e. Similiter peccatum Choræ ſecuta eſt pœna: Vnde addit. *e* Et exarſit ignis, &c. i. in congregatione eorum, ſc. inducentis quinquaginta viris, qui offerebant incenſum.

f Et flamma illius ignis. *g* Combuſſit pec. at.] i. Chore, & complices huius. Et hoc habetur, *Num.* 16. e. poſtea oſtẽdit quomodo peccauerunt in idololatria. Et primò arguit eos, qui fabricauerunt vitulum vnde dicit. *h* Et fecerunt] i. in illa parte montis Sinai. Oreb. n. eſt pars montis Sinai. Nec ſolum fecerunt, ſed. *i* Et adorauerunt] Sculptile fit malleationibus, conflatile autem fuſione Hic autem ſumitur ſculptile pro fuſili. Secundo arguit eos de vilitate idoli. Vndè dicit. *k* Et mutau.] i. cultum vnius veri Dei: Magna. n gloria eſt habere vnum verum Deum. *l* In ſimilitudinem] i. in idolum ſimile vitulo. Hoc totum habetur *Exod.* 32. a. Poſtea aggrauat peccatum eorum ab ingratitudine, dicens. *o* Obliti ſunt, &c.] Et quomodo ſaluauit? Ecce. *q* Qui fecit. &c.] vt illi liberarentur.

r Mirabilia, &c.] idem eſt.

ſ Terribila] ſubmergendo Ægyptios, & diuidendo mare, quod terribile eſt videre. Oſtenſis peccatis Iudæorum, Δ oſtendit,

Moral.

* deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Poſt ſaturitatem autẽ, i. poſt abũdantiã tẽporaliũ, ſequitur ambitio, ſecundum quod dicitur *Oſea* 13. b. Saturati ſunt, & impleti & eleuauerunt cor ſuum, i. ad Prælationem. Vnde addit. *a* Et irritauerunt] Moyſes interpretatur aſſumptus de aqua, & ſignificat eos, qui ſeparati ſunt à delicijs & voluptate peccati. Aaron interpretatur mons fortis, & ſignificat eos, qui habent congeriem fortium operum. Illi autem in caſtris militantis Eccleſię irritant, i. commouent vel euacuãt expellendo Moyſen, & Aarõ, quia non poſſunt ſuſtinere. quod eligatur in Prælatum aliquis, qui ſit ſeparatus à carnalibus voluptatib. vel qui ſit fortis in operibus. Et ſi fortè talis ipſis nolentibus præponatur, irritant eum, & affligunt. Vndè *Ioan.* 18. g. dicunt Iudæi nõ hunc, ſed Barrabam: Erat autẽ Barrabas latro ſed inſignis, vt dicit *Mat.* 27. b. *Act.* 3. c. Vos ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis. Sed cum ipſi per ambitionem ſuam prælationem attigerint, Dominus punit eos miſerabiliter, quia in terrenorum cura eos affligit pœna, & pleruũq; moriũtur in culpa. Vnde addit. *c* Aperta] i. terrena cura. *d* Et deglutiuit, &c.] vt reſpirare nõ poſſit. *Nu.* 13. d. Terrã quã luſtrauim⁹ deuorat habitatores, i. terrena cura, quæ vt mola luſtratur, & circuitur, quia in circuitu impij ambulant. Rectè ergo per Dathã, & Abirõ intelliguntur illi, qui ambiunt Prælationes: Vnde & Dathan interpretatur donum ſufficiens: Abiron verò interpretatur pater meus magiſter iniquus. Et tales patres ſunt, quia Prælati. Sed ſunt magiſtri iniqui, quia exemplo ad minus docent iniquitatẽ. Et ſi quãdoque doceãt verbo ęquitatẽ, nõ ipſam faciunt. Vndè *Mat.* 23. a. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi; omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere: Dicunt enim & non faciunt, alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Et quod ſollicitudo terrena eos vſque ad peccatum pertrahat ſubdit. *e* Et exarſit quia cum in terrenis ſe implicant, ignis cupiditatis, & iræ, & quãdoq; luxuriæ ſubintrãt. *Iob.* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui libẽter, &c. Et primò latẽter cõburit eos, poſtea vſq; ad flãmã aperti peccati exit: Vnde addit. Et *f* Flamma. Et licet loquatur de miniſtris Eccleſiæ, tamen dicit, in ſynag. non in Eccleſia, quia congregatio malorum nõ eſt Eccleſia Dei, ſed ſynagoga Sathanæ, ſicut dicitur *Apoc.* 2. c. Dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Sathanæ. *Eccl.* 21. b. Stupa collecta ſynagoga peccantium, & cõſummatio eorum flamma ignis. In hoc autem igne formatur vitulus quem adorant: Vnde addit. *h* Et fecerunt vitulum] laſciuiæ, in Oreb, quod interpretatur menſa, & ſignificat gulam quæ generat laſciuiam, vel maſſa, & ſignificat abundantiam quæ laſciuiam nutrit. *i* Et adorauerunt] i. idolum gulæ de quo *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter eſt. Vel auaritiæ. *Eph.* 5. b. Aut auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus. *k* Et mutauerunt,] ſ. gloriam conſcientiæ, de qua 2. *Cor.* 1. c. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Hanc multi mutant. *l* In ſimilit.] i. laſciuiæ *m* Comedentis] i. deuorantis. *n* Fœnum] i. ipsã carnem, quæ in laſciuia conſumitur. *Iſa.* 40. b. Omnis caro fœnũ. Et ex hoc ſequitur, quod *o* Obliti] quia vt dicit *Greg.* Cùm luxuria ſemel mentem inuaſerit, nullum bonum cogitare permittit: Non ergo Deum qui eſt ſummum bonum. Et tamen non deberent obliuiſci, quia multa beneficia fecit eis: Vnde ſubdit. *d* Qui ſaluauit] Ad literam, quando fugit in Ægyptum, & corruerunt idola Ægypti ad ingreſſum eius. Vel, in Ægypto, id eſt, in mundo tenebris peccatorum pleno. *r* Mirabilia] quod interpretatur callidus, id eſt, in ipſo Mundo, quem callidus hoſtis poſſidebat. Vnde dixit Dominus. *Ioan.* 14. d. Venit Princeps Mundi huius, & in me non habet quicquam, q. d. quia non ſum de Mundo. In mundo ergo fecit Chriſtus, magnalia, i. magna opera, & laude digna. Et mirabilia, i. mirabilia, i. miracula, vnde obliuiſci eius non deberẽt. Et maximè propter hoc quod ſequitur, quod fecit. *ſ* Terribilia] i. in amaritudine Paſſionis ſuæ, quam ſuo ſanguine rubricauit, in qua fecit terribilia hominibus qui terrentur, & horrent imitari Paſſionem eius. Item terribilia dæmonibus, qui per Paſſionem eius non tantum exterriti, ſed & deuicti fuerunt. Et propter hoc non deberemus obliuiſci ipſius qui talia pro nobis paſſus eſt. *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animã ſuam Propter hoc dicit *B. Bern.* Quandiu vixero memor ero laborum quos ſuſtinuit Dominus in prædicando, fatigationũ in diſcurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lacrymarum in cõpatiendo. Recordabor etiam dolorum, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, & flagellorum, horumque ſimilium: Alioquin requiretur à me ſanguis iuſti, qui effuſus eſt ſuper terram. Et notandum, quod multa ſunt, quæ continuant memoriam rerum, quæ notãtur his verſibus.

Quæ continuant memoriam.

Aſſiduum, mirum, cognatum, dulce, decorum.
Triſte, nouum, munus, amor, ætas, ſpes, timor, auctor.

Verſus.

Et hæc omnia in Deo ſunt, vnde iniuſtum eſt eum obliuiſci. Deus enim eſt in nobis aſſiduus, ſecundum illud *Act.* 17. f. In ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Itẽ, mirabilis eſt. *Eſther* 15. d. Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Item, cognatus noſter eſt. *Act.* 17. g. Ipſius enim genus ſumus. Genus ergo cum ſimus Dei, &c. *Heb.* 2. c. Non confunditur fratres eos vocare. Item, dulcis eſt. 1. *Pet.* 2. a. Si tamen guſtatis, quam dulcis eſt Dominus. Item, decorus, quia ſpecioſus forma præ filiis hominum, &c. *Ierem.* 31. e. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ. Item, triſte pertulit pro nobis. 1. *Petr.* 2. d. peccata noſtra ipſe tulit. Item nouum. *Ierem.* 31. d. Nouum fecit Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum. Item munus, quia dedit nobis, & pro nobis ſeipſum. *Epheſ* 5. a. Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Et *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris, &c. Item, amor, quia dilexit nos, vt dictum eſt, vnde debemus eum diligere. *Deut.* 6. a. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Item, ætas puerilis bene retinet, & nos ſumus in Chriſto quaſi modo geniti infantes, ſicut dicit Petrus 1. *Petr.* 2. a. Item, ſpes magnæ rei quam ab eo expectamus. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Item, timor, quia timendus eſt. *Eccleſiaſt.* 1. a. Vnus eſt altiſſimus creator omnium omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis. Ex hac autem auctoritate habetur, quod ipſe eſt auctor, id eſt, magnæ auctoritatis, quia creator omnium, & omnipotens. Sed quia hanc auctoritatem in carne veniens non oſtendit, ideo non eſt in memoria hominum. Sed ſicut dicitur *Eccleſiaſt.* 9. d. Nullus deinceps * recordatus

Et *a* dixit vt *b* disperderet eos, si non *c* Moyses electus eius stetisset in *c* confractione in conspectu eius. Vt *d* auerteret iram eius, ne disperderet eos, & pro *e* nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non *f* crediderunt † verbo eius, & *g* murmurauerunt in *h* tabernaculis suis, non *i* exaudierunt vocem Domini. *k* Et leuauit manum suam super eos, vt *l* prosterneret eos in *l* deserto. Et vt *m* deiiceret *n* semen eorum in *o* nationibus, & *p* disperderet *q* eos in regionibus. Et †*r* initiati sũt Beelphegor,

A ostendit comminationem Dei in illos: Vnde dicit.*a* Et dixit,] Dominus.*b* Vt disperderet eos,] id est, comminatus est disperdere eos. Hoc fuit quando dixit Moysi, *Exod.* 32.b. Descende de monte, quia peccauit populus. Et disperdidisset eos.*c* Si non Moyses electus eius stetisset in cõspectu eius] orans, & hoc, in confractione, id est, in plaga quã Dominus cõminabatur eos confringendos. Et hoc fecit Moyses quãdo dixit: *Exo.* 32. g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Et hoc est, quod sequitur. *d*. Vt auerteret,] q. d. ad hoc stetit Moyses in conspectu eius, vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Sed cum sup. dixerit, Dicit vt disperderet eos, & verbum Domini oporteat verum esse, ad quid rogabat Moyses contrarium? Et si impetrauit quod rogabat, quomodo verũ est quod dixit Dñs. Sol. In verbis Dñi veritas est semper. Sed est duplex veritas, quædã historialis quædã allegorica vel moralis. Altera istarũ sẽper inuenitur in verbo Dñi, sicut *Ioan.* 3.b. Adhuc 40. dies & Niniue subuertetur. Hoc accidit nõ literaliter, sed spirituali. Simile *Isa.* 38.a. Morieris tu & nõ viues. Ita & hic potest dici. * recordatus est hominis illius pauperis, *Isa.* 57.a. Iustus perit & non est qui recogitet.*a* Et propter hoc[dixit] i. cõminatus est.*b* Vt disperderet eos,] i. in duob. perderet, s. in corpore & in anima. Et iam disperdidisset.*c* Si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in cõspectu eius, vt auerteret irã eius ne disperderet eos. [Per Moysen extractum de aquis, intelliguntur viri iusti & religiosi, qui sunt separati a diuitiis & deliciis huius Mundi. Hi sunt electi Dei, quos elegit de Mundo, vt eant & fructum afferant, *Ioan.* 15.c. Hi stant in conspectu Dei, in confractione iræ eius, vt auertant iram eius, ne disperdat peccatores, *Ier.* 18.d. Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuam ab eis. Vel allegoricè de Christo, qui est verus Moyses, qui stetit in conspectu Patris, in confractione sui corporis, quod fregit in cœna, & confractioni exposuit in Cruce vt frangeret iram Patris, & auerteret eam à nobis. Vel Moyses noster est Sacerdos, qui stat in conspectu Dei, in confractione corporis Christi in altari, quod in tres partes confringit. Et hoc vt auertat iram Dei à populo peccante. Sed non est omittendum quod dicit: electus eius, quia multi sunt Sacerdotes & Prælati, non electi à Domino, sed intrusi à Diabolo prece & precio, & ideo non auertunt iram Dei a populo sibi subdito, sed magis accendunt & prouocant, secundum quod dicit *Greg.* Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur, *Ezec.* 22.g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus mihi, & non inueni.*e* Et pro nihilo, &c.] Quarta pars vbi enumerat alia eorum peccata, & Deum placatum esse per Phineem. Et primò arguit eos de contemptu Dei & promissionis eius, quasi dicat non tantùm prædicta mala fecerunt, sed, & pro nihilo habuerunt,] id est, vilipenderunt. Vndè alia litera habet, despexerunt terram desiderabilem, i. terram promissionis. Secundò, de peccato infidelitatis. cùm addit *f* Non crediderunt verbo eius,] promittentis quod eos in terram illam introduceret. Tertiò, arguit eos de murmure, cùm dicit.*g* Et murmurauerunt, &c.] In quibus otiosi stabant. Quartò, de inobedientia, cùm dicit: Non exaudierunt vocem Domini.] Post hoc sequitur comminatio. Vnde dicit.*k* Et eleuauit manum suã per eos,] comminando pœnam. Mos enim est comminantiũ leuare manũ. Et ad quid? Vt prosterneret eos in deserto:] Ecce quod comminatus est eis mortem. Item comminatus est illis vilitatem: Vnde addit. *m* Et vt deiiceret, &c.] id est, inter nationes. Quartò, comminatus est eis captiuitatem. Vnde subiungit.*p* Et disperderet eos in regionibus.] Et hæc cõminatio modo præcipuè impleta est. Et non statim puniuit eos Dominus, immò primò peccauerunt peccato luxuriæ in Madianitis: Vnde dicit.*r* Et initiati sunt Beelphegor,] id est, consecrati, sicut dicit Iosephus, sacrificauerunt idolis, vt illas mulieres possent habere. Beelphegor, dicitur Deus tentiginis, scilicet, Priapus, & simulacrum libidinis. Et non solum immolauerunt sed de immolatis comederunt: Vnde addit:

Δ *a* Et comederunt

al. † in verbis.

al. † consecrati.

Moraliter.

Alleg. De Christo.

Aliter. de quolibet Sacerdote.

Ad literam.

Moraliter *e* Pro nihilo habuerunt terrã desiderabilem,] Terra desiderabilis est terra viuentium. scil. cœlum, de qua verè potest dici illud *Prou.* 8.b. Omne desiderabile ei non potest comparari. Est autem desiderabilis propter pacẽ & delicias, & thesauros, *Prou.* 21.c. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti, sed tamẽ licet sit desiderabilis, multi eã habent pro nihilo, i. vilipendũt eã. Et hoc, quia bona eius ignorantur: Et ideo cœlum dicitur à celando. *Ps.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Abscondit enim eam ab oculis carnalibus, sed tamen reseruat eam timentibus se. Et posset aliquis dicere: Non sunt eis illa bona omninò abscõdita, quia in sacra Scriptura leguntur, & à Prædicatoribus prædicantur. Verum est, sed tamen non propter hoc reuelata sunt malis hominibus, quia: *f* Non crediderũt verbo eius,] scilicet, prædicationi vel sacræ Scripturæ. Et ideo pro nihilo habuerunt terrã desiderabilem: Vnde non intrabunt in eam, *Heb.* 3.d. Quib. autem iurauit nõ introire in requiẽ eius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus, quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. Dico quod non crediderunt, sed: *g* Et murmurauerunt,] contra Dominum.*h* In tabernaculis suis,] id est, in conscientiis. *Eccl.* 10.d. In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti, *Sap.* 1.c. Tumultus murmorationum non abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. Non dicit proximis, sed linguæ propriæ, quæ propter hoc punietur. Vnde diues epulo, quia non pepercit linguæ suæ, punitus est in lingua, *Luc.* 16.f. Licet autem Dominus ita moneat, vt se custodiant à murmurationibus, & bona faciant, tamen: *i* Non exaudierunt,] licet audierint, [vocem Dñi,] quæ multiplex est, s. prædicans, cõminans promittens, deprecans, &c. *Ps.* 94. Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, vt videlicet exaudire possitis. Sed quia non exaudierunt, iratus est Dominus cõtra eos: Vnde: *k* Et eleuauit manũ, &c. ad percutiendũ eos. *Isa.* 9.d. In omnib. his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et quid habet Dñs in manu? Sol: Ventilabrũ & securim, *Mat.* 3.c. Cuius ventilabrum in manu eius. Et *eodem*: Iam. n. securis ad radicẽ arboris posita est. Et notandũ quod quandoq. leuat Dñs manum ad iurandũ; quandoq; ad percutiendum. Ad iurandum, vt *Deut.* 32.f. Leuabo ad cœlũ manũ meã, & dicã, viuo ego in æternũ. *Nu.* 14.c. Non intrabitis in terrã super quã leuaui manũ meã, i. iuraui, vt darem eã vobis. Ad percutiendũ, vt hæc: Vnde addit.*l* Vt prosterneret eos in deserto.] *Act.* 13.b. dicitur: Ecce manus Dñi super te & eris cæcus, & nõ videbis Solem vsque ad tempus.*l* In deserto,] i. in Inferno, vbi est defectus omnis boni. vbi bestiæ, serpẽtes & vermes. Ibi prosternentur, impij, secundum quod dicitur *Isa.* 14.c. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuũ erunt vermes. Et quia in malitia sua imitatores habent nõ ipsi soli, sed & illi imitatores punientur. Vnde addit.*m* Et vt deiiceret semẽ eorum,] i. deorsum iaceret in Inferno, *Mat.* 25.c. Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores.*n* Semen eorum,] de quo *Mat.* 3. b. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à vẽtura ira? Et hoc fiet non in angulo vel occulto, sed: *o* In nationib.] inter omnes qui ad iudiciũ cõueniẽt de quib. *Sap.* 3.b. Iudicabunt sancti nationes. Hæc ergo deiectio pertinet magis ad confusionẽ & ignominiã eorum, quã tamẽ pœna concomitabitur. Inde add.*p* Et disperderet,] i. diuersis pœnis perderet in corpore & anima.*q* Eos in regionib.] vmbræ mortis, i. in partib. Infernalib. *Ps.* 93. In malitia eorũ disperdet eos, disperdet illos Dñs Deus noster. Vel de præsẽti potest legi hæc cõminatio.*l* Vt prosterneret eos in deserto,] i. in hoc Mũdo, in quo prostrati sũt amatores terrenorũ, qui pectore & vẽtre repunt, amplexantes stercora tẽporaliũ. Itẽ, deiiciũtur in nationib. quia ad literã, vilib. officiis & personis se supponũt. Vnde significãtur per filios Israel, de quib. dicitur *Exo.* 1.c. quod ab Ægyptiis affligebãtur operib. duris luti & lateris, omniq; famulatu quo in terræ operib. premebantur. Disperdũtur etiã vel dispergũtur in regionib. propter spẽ lucri sicut dicit Poët. *Impiger extremos currit mercator ad Indos.* Sic dicitur *Exo.* 5.c. quod filij Israël dispersi sũt per omnẽ terrã Ægypti ad colligendas paleas, i. vanitatẽ tẽporaliũ. In tãtũ autẽ serpit auaritia & cupiditas, quod occupat ministros Ecclesiæ, ita vt aliqui propter cupiditatẽ velint sacros Ordines recipere. Vnde satis benè subditur.*r* Et initiati sũt Beelphegor.] Beelphegor interpretatur vir hal ẽs hiatũ, vel Deus hians, vel Dñs vetustatis hiãtis, in quo significãtur illi quos parentes sui faciunt cõsecrari propter cupiditatem temporaliũ. Vnde cõsecrantur mammonæ, & non Deo, secundũ quod dicitur. *Iud.* 17. c. quod Micha impleuit vnius filiorum suorum manum, & factus est ei Sacerdos, nõ Deo.

Dominus leuat manum ad iurandum, & ad percutiendum.

Horat. lib. 1. Epistolarum.

△ *a* Et comederunt,] id est, idolorum, quæ nec viuunt, nec sentiunt. Item, mortuorum, hominum, quos dicunt deos esse, vt Iouem & Mercurium. Vel, sacrificia, id est, pro mortuis oblata. Post idololatriam secutum est quasi omne peccatum: Vnde addit. *b* Et irritauerunt,] id est, in peccatis, quæ ipsi adinueniebant. Post multiplicationem autem peccati sequitur multiplicatio pœnæ. Vnde *c* Et multiplicata,] quia multi ex ipsis ruerunt. Sed Dominus placatus est per zelum Phinees. Vnde sequitur.

al. † manducauerunt. al. † concitauerunt eum in studiis. *2.q.7.c.nos si in fi.2.q.4. c.quod Christus & q.8. c. reos, & q. 8.c.occidit.*

& † *a* comederunt sacrificia mortuorum. Et † *b* irritauerunt eum in adinuentionibus suis, & *c* multiplicata est in eis ruina.

Et *d* stetit Phinees, *e* & placauit, & *f* cessauit quassatio, & *g* reputatum est ei in iustitiã,

d Et stetit Phinees,] coram Domino orando, & contra peccantes accensus zelo Dei, & transfigens coeuntes in locis genitalibus, sicut habetur *Num.* 25.b.

Moraliter. *e* Et placauit,] Dominum sic faciendo. *f* Et cessauit, id est, plaga populi. *g* Et hoc factum, quod fecit Phinees, reputatum, id est, Dominus illum in hoc iustum reputauit. Et hoc. *h* In generatione,] id est, in omnem generationem. *i* Vsque,] quia hoc semper erit in memoria, & propter hoc etiam remunerabitur in æternum.

* *a* Et comederũt,] scil. oblationes, quæ fiunt pro mortuis, vel pro peccatoribus, qui mortui sunt spiritualiter, *Osee* 4. b. Peccata populi mei comedent, id est, oblata pro peccatis, & ad iniquitatem subleuabunt animas eorum: Cùm potiùs deberent eas ab iniquitate purgare, orando, prædicando, confessiones audiendo, quia propter hoc habent ipsi redditus Ecclesiæ, Vnde *Num.* 18.c. Filiis Leui dedi omnes decimas Israël in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi, legitimum sempiternum erit in generationibus vestris, nihil aliud possidebunt, oblatione decimarum contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui. Hæc auctoritas ostendit, quòd laici non debent habere decimas, sed soli clerici Domino in Ecclesia seruientes. Si autem aliter recipiant, reddent rationem ad minus in die Iudicij. Vnde *B. Bern.* Venient, venient ante tribunal Christi, vbi erit pupillorum allegatio dura, accusatio grauis, quorum vixere stipendiis, nec diluere peccata. Cupiditas etiam Sacerdotum, & Clericorum multos modos acquirendi adinuenit, & per simoniam, & per exactionem, & huiusmodi, vnde Deus offenditur: vndè subdit: *b* Et irritauerunt,] *Mich.* 3.a. Qui cõederunt carnẽ populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Et post pauca subdit: Tunc clamabunt ad Dominũ, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Alia litera habet: Concitauerunt. Et concordat ei, quod dictum est, quia vt dicitur *Ierem.* 6.c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Arguit etiam in hoc multos Clericos scholares, qui Deum offendunt, eò quòd peruersè student, *Ps.* 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.

c Et] quia sic Deum irritauerunt, multiplicata, culpæ in præsenti, & pœnæ in futuro, quia vt dicit Apost. 1. *Tim.* 6.b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa, & inutilia & nociua: Ecce ruina culpæ. Quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ: Ecce ruina pœnæ. Notabiliter etiam dicit de Sacerdotibus, & Curatis, multiplicata, quia ruunt pro peccatis propriis, & pro peccatis subditorum, *Osee* 4.b. Corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum, quia scilicet non prædixerat tibi ruinam, & per defectum eius corruisti in peccatum, *Ezech.* 3.c. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, &c. Ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Num.* 25.a. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, & iratus Dominus dixit ad Moysen, tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israël. Sed sicut mali Prælati corruunt cum subditis, eò quod ipsos, nec instruunt nec corrigunt: Ita boni Prælati se, & suos subditos auertunt à ruina, quia eos instruunt, & corrigunt. Vnde benè subdit. *d* Et stetit,] id est, Prælatus habens zelum Dei. Stetit, vt pugil contra vitia, vt extirparet Vnde *Num.* 25.d. dicitur quod interfecit Zambri, & Cozbi. Zambri interpretatur cantatio mea, & significat vitia, quæ suggerit voluptas. Cozbi interpretatur iniquitas, & significat vitia, quæ suggerit malitia, quæ vtraque debet Prælatus extirpare. Item, stetit, coram Domino, vt placaret.

Vnde addit: Et placauit. Vel, stetit, contra Dominum, vt iræ eius obuiaret. Vnde. *e* Et placauit,] supra in eodem *Psalm.* Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in cõspectu eius: Sed dicit Dominus *Ezech.* 22.g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus mihi, & non inueni. Si quis autem talis inueniatur, non solùm placat Deum, sed etiam apud eum per hoc gratiam meretur, & gloriam: Vnde sequitur.

in *h* generatione, & generationem vsque in *i* sempiternum. Et *k* irritauerunt eum ad aquas contradictionis: *l* vexatus est Moyses propter eos, quia *m* exacerbauerunt spiritum eius.

Et *n* distinxit in *o* labiis suis.

al. † seculum.

g Et reputatum,] non tantum in præsenti per gratiam, sed in futuro per gloriam: Quia *h* In generatione,] 1. *Mach.* 2. f. Phinees pater noster dum zelat zelum Dei, accepit testamentum Sacerdotij æterni. In his etiam tribus verbis scilicet: in generatione, & generationem, vsque in sempiternum, triplex status potest notari, scilicet pœnitentium, proficientium & perfectorum. In generatione, scilicet baptismali, vel pœnitentiali: Ecce status incipientium. Et generationem, scilicet iustitiæ: Ecce status proficientium. Vsque in sempiternum: Ecce status perfectorũ, qui est in charitate, quæ nunquã excidit. *1.Cor.* 13.c.

Ad literam. *k* Et irritauerunt.] Quinta pars, vbi agit de aqua contradictionis, & de immolatione filiorum. Vnde vehementius iratus est Dominus contra eos, sed tamen postea misertus est eis. Dicit ergo: Et irritauerunt, quasi dicat, non tantùm irritauerunt Deum in adinuentionibus, vt supra dictum est, sed etiam in petitionibus, petendo aquas, & murmurando, quia iuxta sua desideria non habebant, secundùm quod habetur *Num.* 20.a. Vnde dicit: Et irritauerunt, in Cades, vbi petieruut aquas, quæ dicuntur aquæ contradictionis, quia ibi contradixerunt Domino, & Moysi. Vnde *Num.* 20. b. Dixit Dominus ad Moysen: Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum. *l* Et vexatus,] id est, propter eorum insustinentiæ nimiam importunitatem. *m* Quia] tam importuni fuerunt, quòd exacerbauerunt, in tantum, quòd prorumperet in verba dubietatis, dicens: Audite rebelles, & increduli, num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? Et maxima fuit eorum importunitas, quæ eum potuit exacerbare, qui erat vir mitissimus inter omnes homines, vt dicitur *Num.* 12.a. *n* Et distinxit,] id est, in modo pronunciationis suæ, apertè & distinctè ostendit dubietatem suam, quæ non in serie verborum est aperta, cùm dixit: Num de petra hac poterimus vobis aquam eiicere? Sciendum autem, quod Moyses non dubitauit de potentia Domini, sed fortè de benignitate eius, quòd scilicet minus benignè ageret cum eis propter peccata sua in hoc miraculo, quàm in aliis. Et tamen quia sic dubitauit, punitus fuit, quia nõ intrauit in terrã promissionis ad literã: Sed non fuit priuatus à spirituali terra promissionis, s. à terra viuentiũ. Alij verò quidã intrauerunt, sed tunc: *Num.* 20.b.

△ *a* Non disperdi-

Moral. Moraliter. *k* Et irritauerunt, &c.] Aquæ istæ possunt dici scientiæ sæculares, in quibus sunt multæ contradictiones, ad quas, & in quibus multi irritant, & prouocant Deum, & maximè Aduocati, qui linguas suas vendũt, vt contradicant veritati. Vnde in *Ps.* 5. Linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus; quia dolosis exceptionibus, & allegationibus peruertunt iudicium, tu Deus qui falli non potes, iudica illos. Et addit: Secundũ multitudinẽ impietatum eorũ expelle eos, quoniã irritauerunt te Dñe. Hæc autem contradictio, ad literam facta fuit in Cades, quod interpretatur sancta, & significat Ecclesiam, quæ hodie huiusmodi contradictionibus, & contradictotib. plena est: Vnde addit. *l* Et vexatus,] i. bonus Prælatus, & bonus iudex, propter eõs. *m* Quia exac.] falsis allegationib. vnde vexantur boni iudices, ita quod non possunt iudicare secundũ veritatẽ, sed oportet eos iudicare secundũ allegata, Vexant etiam Prælatos cũ quibus sunt, dando semper consilium litigandi, & exacerbant spiritum eorũ, non finẽtes eos quiescere, & delectari in dulcedine Dei in cõtemplatione, *Eccl.* 28.b. Lingua tertia multos cõmouit, & dispersit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum confudit, qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. Et hoc apparet, quia iam de spiritualibus non est inter eos locutio, sed semper de temporalibus. Vnde addit. *n* Et distinxit,] i. distinctè ostendit exacerbationem spiritus, & vexationem. *o* In labiis suis,] i. in verbis, quia qui de terra est, de terra loquitur. Vnde potest dici illud *Mat.* 26.g. Loquela tua manifestũ te facit. Quia vero Prælati temporalibus intenti, & spiritualia negligentes, doctrinæ non instant: Ideo & ipsi & subditi malè viuũt, & peccata non vitant: Vnde sequitur:

* *a* Non disper-

non a disperdiderunt gentes b quas dixit Dominus † illis. Et commixti c sunt inter gẽtes; & d didicerunt opera eorum, & e seruierunt sculptilibus eorum, & f factum est illis in scandalum. Et g immolauerunt filios suos & filias suas Dæmoniis. Et h effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem i filiorum suorum, & filiarum suarum † quas k sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Et l interfecta est terra in m sanguinibus: & n contaminata est in o operibus eorum: & p fornicati sunt † in adinuentionibus suis. Et q iratus est † furore Dominus in † r populum suum: & s abominatus est hæreditatem suam.

al. † Deus.

al. † quos.

al. † obseruationibus.

al. † animo.

al. † populo suo.

△ a Non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis,] id est, præcepit vt disperderent, ne ritibus eorum adhærerent, & macularentur: Et ipsi contra præceptum Domini pepercerunt eis. Et commixti sunt inter gentes, non tantùm corpore, sed & opere. Vnde subdit. d Et didicerunt opera eorum] quia difficile est tangere serpentem, & non inuenenari, & picẽ & non contaminari. e Et seruierunt sculptilibus eorum.] Et hoc, quia scilicet talia fecerunt.

f Factum est illis in scandalum,] id est, in manifestã causam ruinæ. Scandalum enim, vt *Hieron.* dicit, est obex vel lapillus qui pedem offendit. g Et immolauerunt filios suos & filias suas Dæmoniis,] id est, idolis quibus præsidebant Dæmonia. Quod hoc fecerint, non legitur in historia, sed credendum est Prophetæ, vt ait. *Aug.*

h Et effuderunt sanguinem innocentem, scilicet sanguinem filiorum suorum, &c.] Hoc fuit contra illud præceptum, *Deut.* 18.b. Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem. 4. *Reg.* 16.a. dicitur de Achaz: Insuper & filium suum consecrauit transferens per ignem secundùm idola gentium, &c. i Et interfecta est terra,] Metonymicè dictum est, id est, homines.

m In sanguinibus,] id est, in peccatis eorum. Immolando enim filios suos, animas proprias interficiebant gladio peccati. n Et contaminata est, scil. terra,] id est, homines de terra.

o In operibus eorum,] id est, in peccatis.

p Et fornicati sunt in adinuentionibus suis, quas ab aliis & à seipsis adinuenerunt. Fornicatio est in omni illicito opere. q Et propter ista iratus est furore,] id est, valdè iratus est Dominus. r In populum suum] Iudæorum. Et enumerat quinque mala quæ sequuntur ex tali ira Dei. Prima est desertio Dei. Vnde dicit. s Et abominatus est hæreditatem suam.] Quia autem dicit, populum suum, & △ hæreditatem

Moraliter. * a Non disperdiderunt gentes,] id est, septem criminalia vitia, quæ per illas gentes designantur. b Quas dixit Dominus illis,] vt disperderent, *Deut.* 7.a. Non misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia, suprà, *Psal.* 78. Deus venerunt gentes, id est, ista vitia in hæreditatem tuam, id est, in Ecclesiam, polluerunt Templum sanctum tuum, &c. [Non disperdiderunt] dico, imò quod grauius est.

c Et commixti sunt inter gentes,] id est, inter gentiliter viuentes, qui licet interdum non possint omninò disperdi; tamen debent vitari, & præcipuè à clericis. Sed 1. *Esdr.* 9.a. dicitur, non est separatus populus Israël, & Sacerdotes, & Leuitæ à populo terrarum, & de abominationibus eorum. Et sequitur: Manus Principum & Magistratuum fuit in hac transgressione prima. Et in hoc versu notantur quinque mala. Primò, mala societas, cùm dicit: Et commixti sunt inter gentes. *Num.* 16. d. Recedite à tabernaculis hominum impiorum. Secundò, mala doctrina, cùm dicit: Et didicerunt. Tertiò, malum opus, cùm dicit: Opera eorum. Quartò, mala seruitus, cùm addit: Et seruierunt sculptilibus eorum. Et signanter dicit, sculptilibus, non fusilibus, quia sculptilia sunt magis difficilia ad faciendum quam fusilia, in quo notatur difficultas quæ est in peccato perpetrando. *Ierem.* 9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt. Et in hoc fiunt serui, quia vt dicitur *Ioan.* 8.d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Quintò, notatur scandalum, cùm dicit: Et factum est illis in scandalum, vt non ipsi soli peccent, sed ad maiorem eorum damnationem, aliis dent occasionem ruendi. Vnde dicit: Illis, id est, ad maiorem eorum damnationem. Hæc quinque sibi inuicem connectuntur, & successiuè generantur. Ex mala enim societate sequitur mala doctrina, ex mala doctrina malum opus, ex malo opere seruitus, & ex his omnibus scandalum, *Matth.* 18.a. Væ mundo à scandalis, & væ homini illi per quem scandalum venit. In hoc autem magis peccant Prælati, & Clerici, & nobiles, quàm homines plebei, quia quantò eminentiores sunt aliis, tantò citius offendunt, & offendit in eos pes, id est, affectus minorum. Vnde benè addit.

Nota quinque mala ex quibus consequenter prouenitur in scandalum.

g Et immolauerunt filios suos & filias suas,] scilicet suos subditos, id est, occasio fuerunt vt se immolarent & offerrent [Dæmoniis] per peccatum. Propter hoc dicitur eis. *Osea* 5.r. Audite Sacerdotes, & attendite domus Israël, & domus Regis auscultate, quia vobiscum iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, id est, subditis quos speculari debebatis, & sicut rete expansum subter Thabor, & victimas declinastis in profundum, id est, filios, & filias quos Deo offerre debuistis, fecistis declinare in profundum inferni.

h Et effuderunt sanguinem innocentem,] id est, eos qui innocentes erant, suo malo exemplo fecerunt peccare, & ita occiderunt eos. [Sanguinem] dico.

i Filiorum suorum, & filiarum suarum,] id est, subditorum.

k Quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Sculptile Chanaan, est denarius siue pecunia, quia commutatur. Chanaan enim interpretatur commutatus vel commutatio. Huic sacrificatur, cum acquirendæ & conseruandæ pecuniæ totus impenditur affectus. Vnde *Eph.* 5. b. dicitur: Auaritia quæ est idolorum seruitus.

Denarius dicitur sculptile Chanaam.

l Et interfecta est terra,] id est, Ecclesia quæ est frugifera, cuius fructibus viuitur.

Ecclesia vulneratur & læditur in sanguinibus.

m In sanguinibus,] id est, consanguineis. In consanguinitate etiam multùm læditur & vulneratur Ecclesia. Vnde clamat suprà in *Psal.* 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, &c. *Mich.* 3. c. Audite Principes domus Iacob. Et sequitur: qui ædificatis Sion in sanguinibus. *Habac.* 2.c. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus. Hoc faciunt Prælati qui nepotulis & consanguineis conferunt Præbendas & beneficia Ecclesiastica.

Et isti interficiunt terram Ecclesiæ gladio schismatis, quod scindit & separat membra Ecclesiæ, & gladio mali exempli, quod fulget ad perniciem, *Ezech.* 21.b. Exacutus est gladius & limatus, vt cædat victimas, exacutus est, vt splendeat, limatus est.

n Et contaminata est] terra Ecclesiæ.

o In operibus eorum,] scilicet sanguinem istorum, scilicet in vitiis eorum. *Ierem.* 16.d. Contaminauerunt terram meam. *Psalm.* 78. Polluerunt Templum sanctum tuum; & quasi quæratur an sint opera eorum mala, subdit.

p Et fornicati sunt in adinuentionibus suis.] Duæ enim meretricis sunt in mundo cum quibus fornicatur, scilicet vanitas, & voluptas. Vanitas enim est illa mulier, de qua *Prouerb.* 27. c. Tecta pestillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur, qui retinet eam quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ euacuat, quasi dicat, vanitatem lucratur, & bonam conscientiam perdit. Voluptas verò est illa mulier, *Prouer.* 7. c. quæ apprehensum deosculatur iuuenem & procaci vultu blanditur.

Duæ meretrices sunt in Mundo.

Et benè dicit: in adinuentionibus suis, quia & in vanitate & in voluptate multos modos adinueniunt, in quibus delectabilius fornicantur, quam si ab aliis inuenti & vsitati ante fuissent, quia dicit *Orig.* quod omne animal diligit quod genuit.

q Et] quia sic faciunt, iratus est Dominus, non misericorditer ad correctionem, sed furore, ad perditionem, *Ierem.* 10.d. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo.

r In populum suum,] id est, inter Clericos & Prælatos, qui sui proprij esse deberent, *Zach.* 1.c. Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentas. Et qui magis sunt opulenti quàm Clerici & Prælati? ipsi enim habent optima quæque in terra, *Amos* 6.a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion, id est, in Ecclesia, & confiditis in monte Samariæ, id est, in dignitate Prælationis Ecclesiasticæ, optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israël: Transite in Calanne, & videte & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima quæque regna eorum, si latior terminus eorum termino vestro est: Qui separati estis in diem malum, &c.

s Et abominatus est hæreditatem suam,] id est, Clericos: De qua *Isaia* 19. d. Hæreditas mea Israël. Et hoc propter malitiam eorum, quia sicut dicitur *Prouerb.* 11. c. Abominabile Domino cor prauum, *Ezech.* 8.c. Vide tu quid isti faciunt abominationes magnas quas domus Israël facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? Propter hoc etiam subditur.

Δ hæreditatem ſuam, innuit quod non omninò deſeruit, quin ſcilicet, adhuc reſpiceret eum. Secundum eſt traditio in manus inimicorum. Vnde addit. *a* Et tradidit eos in manus gentium,] *Iud.*2.c. Iratus Dominus tradidit eos in manus diripientium. Tertium eſt ſeruitus: Vnde dicit. *b* Et dominati ſunt eorum qui oderunt eos] quod fuit grauius pœna. Grauius eſt enim ſeruire Domino irato & odienti, quàm alij. Quartum eſt afflictio: Vnde ſubdit.

Et *a* tradidit eos in manus gentium, & *b* dominati ſunt eorum qui oderunt eos. Et *c* tribulauerunt eos inimici eorum: & *d* humiliati ſunt ſub manibus eorum, ſæpè *e* liberauit eos. Ipſi *f* autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo: & *g* humiliati ſunt in *h* iniquitatibus ſuis. *i* Et † vidit cum *k* tribularentur: † & *l* audiuit orationẽ eorum. Et *m* memor fuit teſtamẽti ſui: *n* & *o* pœnituit eum ſecũ[dum] *p* multitudinem miſericordiæ ſuæ.

c Et tribulauerunt eos inimici eorum,] *Iud.*10.b. Afflictique ſunt, & vehementer oppreſſi, &c. Quintum eſt vilificatio. Vnde ſubdit.

al. † reſpexit eos.
al. † cum audiret.

d Et humiliati ſunt ſub manibus eorum] humilitate ſubiectionis non virtutis. Dominus autem vt dictum eſt, non omninò derelinquebat eos, ſed.

e Sæpè liberauit eos] non reſpiciens ad prædicta mala, ſed de miſericordia ſua dabat eis auxilium & liberatores, vt patet in lib. Iud. in multis locis. Ipſi autem ingrati eius miſericordiæ non dimittebant mala conſueta. Vnde ſubiungit.

f Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo] ſcilicet eorum, quia proprio conſilio adhærebant, & Dei conſilium de æternis non ſuſtinebant. Vnde ſupra: Non ſuſtinuerunt conſilium eius.

g Et propter hoc humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis,] id eſt, afflicti & puniti. Vnde alia litera habet, propter, & eſt expoſitio huius. Sed tamen in iſta afflictione non defuit eis Dei miſericordia. Vnde addit.

i Et vidit] id eſt, miſericorditer eos reſpexit.

k Cum tribularentur,] *Iud.*3.b. Suſcitauit eis Saluatorem. Et *eod.*2.c. Cumque ſuſcitaſſet eis Dominus iudices in diebus eorum, flectebatur miſericordia.

l ſit ita reſpiciens eos, audiuit orationem eorum.

m Et memor fuit teſtamenti ſui,] id eſt, promiſſionis factæ patribus de nouo Teſtamento, & de filij Incarnatione, & ideo pepercit eis. Si enim omnes eos propter peccata ſua occidi permiſiſſet, non naſceretur de eis Chriſtus, & ita vana fuiſſet promiſſio, *Exod.* 32. c. Recordare Domine Abraham, Iſaac, & Iacob, quibus iuraſti per temetipſum, &c. *Rom.* 11.d. Inimici propter vos, chariſſimi propter patres.

n Et] quia ita memor fuit.

o Pœnituit eum,] id eſt, fecit aliter quam videbatur facturus. Pœnitentia enim in Deum non cadit. Pœnituit, dico, non quia illi iuſtitiam haberent, ſed ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ. Quomodo autem ſe pœnitere oſtendit Dominus, ſubiungit Propheta dicens.

Δ *a* Et dedit

Moraliter. * *a* Et tradidit eos] permiſſiuè in manus gentium, id eſt, vitiorum, ſecundum quod *ſup. in Pſal.*80. dicit: Et non audiuit populus meus vocem meam, & Iſraël non intendit mihi. Et propter hoc dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum. *Rom.*1. c. Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam.

b Et dominati ſunt eorum qui oderunt eos,] ſcilicet Dæmones, vel illi tres hoſtes nominati, ſcilicet Mundus, caro, Dæmonia. Mundus trahit ad vanitatem, caro ad voluptatem, Diabolus ad iniquitatem. *Iſa.*19.a. Traham Ægyptum in manus Dominorum crudelium, id eſt, peccatores in manus Dæmonum.

c Et tribulauerunt eos inimici eorum] ipſi, ſcilicet Dæmones, vel vitia. Et benè debet tribulari qui vitio ſeruit. *Rom.*2. b. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Item illi tres inimici, ſcilicet Mundus, caro, Dæmonia tribulant. De primo, *Ioan.*16.g. In mundo preſſuras habebitis. De ſecundo 1. *Cor.* 7. e. Tribulationes carnis habebunt huiuſmodi. De tertio, *Luc.* 22. c. Ecce Sathan expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum. Et dicit hic duo, quia duo quærunt homines in mundo, ſcilicet pacem & excellentiam. Contra pacem dicit.

c Tribulauerunt eos inimici eorum, *Iſa.*57. d. Non eſt pax impiis. Contra excellentiam dicit.

d Et humiliati ſunt manibus eorum.] *Iud.*6.a. Humiliatus eſt Iſraël valdè in conſpectu Madian. Et notà quod valdè humiliatur peccans.

Quia
- De filio Dei fit filius Diaboli, *Ioan.*8.f. Vos ex patre Diabolo eſtis.
- De diuite fit pauper, *Apoc.*3.c. Dicis, quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo; & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, &c.
- De Rege fit ribaldus. *Iob* 12. c. Baltheum Regum diſſoluit.
- De libero fit ſeruus, *Ioan.*8. d. Qui fecit peccatum, ſeruus eſt peccati.
- De hærede fit exhæres. *Eph.*5. b. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.
- De milite fit ruſticus, *Mach.*4 f. Purpura exutum per totam ciuitatem circumduci iubet.
- De Sacerdote fit degradatus, *Oſea* 4. b. Repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. *Iſa.*22.f. Expellam te de ſtatione tua.
- De Templo Dei fit phanum Bacchi. 2. *Mach.* 14. e. Templum hoc libero patri conſecrabo.
- De membro Dei fit membrum meretricis, 1. *Cor.*6.c. Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis?
- De ſano fit æger. *Luc.* 10. e. Incidit in latrones qui deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.
- De pulchro fit turpis. *Ier.*30.a. Conuerſæ ſunt facies omnes in auruginem.
- De forti fit debilis. *Thren* 1.b. Abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.
- De ſtabili fit inſtabilis. *Thren.*1.c. Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Et licet ita valde humiliati fuerint; tamen.

e Sæpè liberauit eos.] Et eſt argumentum pro iteratione pœnitentiæ, *Ioan.*11.a. Eamus in Iudæã iterum. *Ier.*3.a. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamẽ reuertere ad me, &c.

e Ipſi autem] tantis beneficiis ingrati, exacerbauerunt eum in conſilio ſuo, quod multotiens dant contra conſilium Domini ipſi Prælati & literati. Si quis quærat conſilium ab eis, vtrum conſilio Domini acquieſcat, dicentis: Vade & vende vniuerſa quæ habes. *Matt.* 19 c. Multotiens dant conſilium contrarium, vt temporalia retineant, & in mundo remaneãt. *Iſa.*19.b. Sapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens, ſicut Petrus qui conſuluit Domino vt crucis patibulum non ſubiret: Sed reſpondit ei Dominus, *Mat.*16.d. Vade poſt me Sathana, ſcandalum mihi es, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt. Licèt autem ita exacerbent Dominum, Dominus tamen non penitus eis offenditur, ſed de miſericordia verberat eos in præſenti ad correctionem. Vnde addit.

g Et humiliati ſunt,] id eſt, viriliter tractati à Domino.

h In iniquitatibus ſuis,] id eſt, propter iniquitates quas fecerunt, *Pſalm.* 118. Priuſquam humiliarer ego deliqui. Et quod ad correctionem ſit hæc humiliatio, aperit cum ſubiungit.

i Et vidit] oculo miſericordiæ.

k Cum tribularentur,] quaſi dicat in tribulatione eis affuit, *Pſal.*90. Cum ipſo ſum in tribulatione, Eſt autem duplex Dei viſio, ſcilicet, iuſtitiæ, & miſericordiæ. De prima *Iſa.*59 .c. Vidit Dominus & malum apparuit in oculis eius. De ſecunda *Pſal.*118. Aſpice in me, & miſerere mei, ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum. *Exod.*3. b. Vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto & clamorem eius audiui. Ecce iſta duo quæ hic dicuntur, viſus & auditus. Vnde dicto de viſu addit de auditu. *Viſio Dei duplex.*

l Et audiuit orationem eorum.] Et notandum quòd primò dicit [vidit] & poſtmodum [audiuit.] Opus enim videtur & vox auditur. Et primò exigit dominus opus, deinde vocem ſiue ſermonem. Sicut in ſemetipſo exhibuit, *Act.*1.a. Cœpit Ieſus facere & docere. *Cant.*2.d. Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Orationem eorum, ſcilicet, tribulatorum, *Eccl.*35.c. Deprecationem læſi exaudiet. Non autem tantum propter tribulationem eorum, ſed & propter ſuam promiſſionem miſeretur eorum. Vnde addit.

m Et memor fuit teſtamenti ſui,] quod fit in Baptiſmo, vbi ipſe promittit nobis vitam æternam, & nos promittimus ei fidem & obſequium.

n Et pœnituit eum,] id eſt, reuocaui ſententiam ſuam, ne propter peccata damnarentur. Et hoc:

p Secundum multitudinem, &c.] 2. *Paral. in fin.* Indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam tuam. Veruntamen antequam pœniteat Deum de ſententia pœnæ, oportet quod pœniteat nos de commiſſione culpæ, ſecundũ quod dicit *Ierem.*18.b. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam, agã & ego pœnitentiã

* ſuper mulo

a *a* Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui cœperant eos] quod exponit alia litera quæ habet: Dedit eos miserabiles coram omnibus qui cœperant eos. Sed videtur contrarium. *Isa.*10.b. vbi dicitur de Sennacherib: Ad internecionem erit cor eius. Et *Thren.*4.c. Neque senum miserti sunt. Sol. Hæc fuit misericordia, quod populus non penitus delebatur. *Tob.* 1.

b. Quoniam memor fuit Dei in toto corde suo, dedit ei Dominus gratiam in conspectu Salmanasar Regis. * super malo quod cogitaui vt facerem ei. Et cum ita pœnituerint. *a* Dedit eos in misericordias,] id est, gratis misertus est eis. Et hoc. *b* In conspectu omnium qui cœperant eos,] id est, videntibus ipsis Dæmonibus, & dolentibus. Vnde *Mich.vlt.* b. Educet me Dominus in lucem, scilicet gratiæ, & videbo iustitiam eius, id est, iustificationem eius in me. Et sequitur: Aspiciet me inimica mea, scil. caterua Dæmonum, & operietur confusione. *c* Saluos fac nos.] Sexta pars, vbi post laudem orat id quod futurum videt, scil. vt Ecclesia de omnibus gentibus congregetur ad salutem. Vnde Propheta in persona electorum dicit: Saluos fac nos Domine Deus noster. Et vt salues. *d* Congrega nos] per gratiam in præsenti, per gloriam in futuro iudicio.

Moraliter.

Sexta pars.

*Et *a* dedit eos in misericordias, in *b* conspectu omnium qui cœperant eos. *c* Saluos fac nos Domine Deus noster, & *d* congrega nos de *e* nationibus. Vt *f* confiteamur *g* Nomini sancto tuo, & *h* gloriemur in laude tua. *i* Benedictus Dominus *k* Deus *l* Israël, à *m* sæculo & vsque in *n* sæculum, & *o* dicet omnis populus, *p* fiat fiat.

Alleluya, Alleluya.

e De nationibus,] id est, de omni gente.

f Et confiteamur Nomini sancto tuo] in præsenti.

h Et gloriemur] in laude tua, in futuro. Vt confiteamur Ecce meritum. Et gloriemur: Ecce præmium. Et sicut dicitur in *Gloss.* in his tribus versibus; videlicet in vltimo præcedentis partitionis, & in his duobus iam expositis, notatur triplex Ecclesiæ status scil. status pœnitentiæ, status iustitiæ, status gloriæ. Status pœnitentiæ notatur, cùm dicit: Et dedit eos in misericordias. Status iustitiæ, cùm dicit: Saluos fac nos Domine, &c. Status gloriæ, cùm dicit: Et gloriemur in laude tua. Notantur similiter hæc tria in multis locis in Scriptura, sicut plenius in *Gloss.* habetur. Laudem autem illam breuiter tangit, cùm subiungit.

i Benedictus Dominus Deus Israël,] id est, videntium Deum in via per fidem, & in patria per speciem sicuti est.

m A sæculo,] id est, ab æterno. *n* Et vsque in sæculum,] id est, in æternum. *o* Et dicet omnis populus,] scilicet prædestinatus: fiat fiat. Per generationem intellige laudis perfectionem, & æternitatem: Et ponitur binarius pro numero infinito, quia semper laudabunt. Sed potest hic quæri quomodo possumus benedicere Deum, cùm dicatur *Hebr.*7.b. Sine vlla contradictione quod minus est à meliore benedicitur. Et quis est melior Deo? Nullus. Ergo nullus potest Deum benedicere. Sol. Est benedictio laudis siue gratiarum actionis, secundum quod dicitur *Iob* 29. c. Benedictio perituri super me veniebat, id est, pauperis. Et *Apoc.*7.c. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, &c. Et hac benedictione potest homo, & debet Deum benedicere. Item est benedictio quæ est consecratio, *Num.*6. d. Sic benedicetis filiis Israël. Sic semper maior minori benedicit. Vnde, sic Deo non possumus benedicere. Hi tres versus sunt, 1. *Paral.* 16.c. vbi sic dicitur: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius: Et dicite: Salua nos Deus salutaris noster, & congrega nos, & erue nos de gentibus, vt confiteamur Nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis, benedictus Deus Israël ab æterno & vsque in æternum, & dicat omnis populus amen, & hymnum Deo.

Moraliter.

Moraliter. *c* Saluos fac nos] dicunt peccatores in præsenti salute gratiæ, in futuro, salute gloriæ. Et dicit: Fac nos saluos, non diuites, vel scientes, vel potentes. Et duo dicit contra duo mala sæculi. Contra periculum Mundi, dicit: Salua. Contra schisma, dicit: Congrega. Ex congregatione sequitur salus, & ex dispersione periculum & periclitatio. Ideo Dominus venit, & passus est, vt dispersos congregaret in vnum, sicut dicitur *Ioan.*11.g. Moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnũ. E contrario autem Sathanas, i. Diabolus venit, vt dispergat. Vnde dicit Dominus, *Matth.*12.c. Qui non est mecũ contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit, *Exod.* 5. Dispersi sunt filij Israël à Pharaone per Ægyptũ ad colligendas paleas. Scit enim Diabolus callidus aduersarius, quod multitudo congregata fortis est, & inuincibilis, & terribilis est vt castrorum acies ordinata, vnde semper laborat ad separationem, & schisma. Propter hoc petunt iusti.

d Et congrega nos de nationibus:] Maximè Prælati, & Doctores debent congregari de nationibus, id est, separari à vita sæculari, & tumultu quæ hominem dissoluunt, & separant à seipso. Ideo benè dicitur, *Act.* 13. a. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Nos dicit, non tantùm corpora nostra, quia multi sunt corpore congregati, & corde diuisi. Sed de bonis dicitur, *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, *Ier.*32. a. Dabo eis cor vnum, & animam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & benè sit eis. Congrega ergo nos, Domine. Cant.6.d.

f Vt confiteamur] confessione duplici, peccatorum & laudis. *g* Nomini sancto tuo] quod est Iesus, cui debet fieri confessio peccatorum, vt fiat in spe salutis obtinendæ, & confessio laudis, quia illud nomen debemus laudare, quod pro nobis suscepit, *Exod.*39.c. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ipsa opere gemmario sanctum Domini. Hoc est Nomen, quod est super omne nomen, *Phil.*2.b. Nec est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, sicut dicitur *Act.* 4. b. Sunt autem quidam hypocritæ, qui faciunt confessionem, & peccatorum, & laudis, ad hoc vt ab hominibus laudentur, & sancti reputentur: Propter hoc benè addit.

h Et gloriemur, & c.] non in nostra, *Mat.*5.b. videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est, *Psalm.*113. Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam. Hoc est, quod hic dicit: Gloriemur in laude tua, dicentes tam opere, & corde, quàm ore.

i Benedictus] sit Dominus, ergo metuendus, & ei seruiendum est. *k* Deus] ergo colendus. *l* Israël,] id est, videntium Deum non cæcorum, *Mat.*22.c. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Ergo nec cæcorum, qui tenebras colunt, *Ioan.*3.c. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

m A sæculo, &c.] Ecce ponit hic terminum à quo, & terminum ad quem. In quo docet nos, & arguit eos qui nolunt moueri à sæculo, sed ibi semper stare: Et nota vita Christiani non est nisi quædam processio à sæculo, nequam, ad sæculum beatum. Hanc autem laudem, scilicet cordis, oris, operis, non debent facere soli Sacerdotes, & Clerici, sed omnes Christiani. Vnde addit.

o Et dicet omnis populus fiat, fiat, *Psal.*116. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

EXPOSITIO PSAL. CVI.

Confitemini Domino, &c.] Titulus, [*Alleluya, Alleluya.*] Huic Psalmo cum duobus præcedentibus communis est materia, sicut similis est titulus. Inuitamur enim in hoc Psalmo ad vtramque confessionem, & propter hoc competenter duplicatur alleluya; Vel propter duplicem parietem Ecclesiæ confitentis sc. de Iudæis, & Gentibus, sicut Apostolus dixit *Rom.*8.c. Et *Galat.*4.a. Abba pater, licèt idem significet Abba, quod pater. Abba dixit pro conuersione Iudæorum, pater pro conuersione Gentium. Docet autem hic Psalmus quid sumus nos per nos, scilicet infirmi; quid per Dei misericordias, scilicet boni & filij Dei. Et per hoc superbia conteritur, vt gratia glorificetur, quæ de quatuor tentationibus liberat, quas in hoc Psal. ponit. Intentio est monere ad vtramque confessionem. Modus: Septem sunt partiones. Primò, monet redemptos confiteri, quod est intentio sua. Secundò ponit primam tentationem, & liberationem ab ea, quæ tentatio est error, quo aliquis nihil expectat post hanc vitam, hæc tentatio *ibi* ostenditur. Errauerunt. Tertiò, ponit secundam tentationem, quæ est difficultas vincendarum cupiditatum in via, & liberationem ab ea, *ibi*: Sedentes. Quartò, ponit tertiam tentationem, quæ est tædium benefaciendi, & liberationem ab ea, *ibi*: Omnem escam. Quintò, ponit quartam tentationem, quæ est tempestas sæculi, quatiens Ecclesiam, turbans rectorem, qui à tribus præcedentibus liberatus, fortasse dignus est, vt in gubernaculo nauis constituatur, hanc inquam ostendit, & liberationem ab ea, *ibi*: Qui descendunt. Et sciendum, quòd post enarrationem vniuscuiusque tentationis supponitur clamor, liberatio, miserationis confessio. Clamor, *ibi*: Et clamauerunt. Liberatio, *ibi*: De necessitatibus. Confessio, *ibi*: Confiteantur. Sextò, commendat Ecclesiam, ostendendo in nobis gratiam Dei, & ipsum Deum superbis resistere, & humilibus gratiam dare, & ostendit qualiter Ecclesia proficit, *ibi*: Posuit flumina. Septimò, de hæreticis adiungit, quòd scilicet, ipsis destructis erecta est Ecclesia, *ibi*: Et pauci. Hunc Psalmum ita diuidit Augustinus: vnde.

Partitio Psalmi.

Iacob.4.b.

Cassiodorus se auctoritatem habere dicit, etiam cæteros diuidendi, quamuis ipse Cassiodorus hunc ipsum Psalmum aliter diuidat. Primò ergo monens ad confessionem, dicit;

Allegoricè de confessione laudis.

a Confitemini Domino] vtraque confessione. Sed primò, allegoricè agemus de confessione laudis. Secundò moraliter de confessione peccatorum. Confitemini ergo Domino, Christo, id est, laudate ipsum simul corde, ore, & opere, *Leuit.* 7. Offerebant panes simul cū confessione, *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel, Confitemini, scilicet, simul fatemini nouum, & vetus Testamentum,

PSAL. CVI.

a CONFITEMINI Domino quoniam † *b* bonus, quoniam in *c* sæculum misericordia eius. *d* Dicant † qui *e* redēpti sunt *f* à Domino, quos *g* redemit de manu † inimici: de *h* regionibus congregauit eos: † *i* A Solis ortu & occasu: ab *k* Aquilone & mari. *l* Errauerunt in solitudine in † *m* inaquoso.

al. † suauis est.
al. † nunc.
al. † inimicorum.
al. † ab oriente.
al. † siccitate.

Domino, id est, ad honorem Christi, qui vtriusque est conditor. Et hoc est contra Iudæos & Manichæos, quia primi nouum, & alij vetus reprobant Testamentum. Vel, Confitemini, id est, simul & concorditer vtrique, scilicet, Iudæi & Gentiles, fidem. Confitemini dico. *b* Quoniam est bonus] in se, q. d. non solùm quia non beneficus, vt mercenarij, *Psal.* 48. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei: Sed primò, principaliter fatemini, quoniam bonus, vt filij. Secundò.

c Quoniam in sæculum misericordia eius,] q. d. secundò, quoniam beneficus, hoc est, quod dicit, quoniam in sæculum, id est, in æternum durat misericordia eius, id est, redemptio & saluatio nostra quam de misericordia sua fecit, *Psal.* 99. In æternum misericordia eius. Et ad ipsius laudem hoc debent dicere & narrare illi quibus hoc beneficium fecit: Vnde addit. *d* Dicant] modò in præsenti hoc quod dico, scilicet, quoniam in sæcula misericordia eius] illi.

e Qui redempti sunt] non à quocunque, sed *f* A Domino] id est, Christo, qui est Dominus omnium *Ephes.* 1. b. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, 1. *Pet.* 1. d. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi Agni incontaminati & immaculati Christi Iesu.

g Quos redemit] ipse Dominus de manu inimici, *Osea* 13. a. De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos, *Isa.* 43. a. Redemi te & vocaui te nomine tuo, seruus meus es tu. Et non dicit de manibus, quia adhuc habet manum flagellantem Diabolus, sed non trahentem. *Apoc.* 20. a. Ligauit eum mille annis. Et ne Iudæus qui liberatus fuit à Pharaone, hoc sibi soli attribuat, benè subiungit.

h De regionibus congregauit eos,] scilicet, de quatuor climatibus Mundi: Vnde subdiuidendo.

i A Solis ortu & occasu] scilicet, ab Oriente & Occidente.

k Ab Aquilone & mari,] id est, ab austro. Et ponit mare pro Austro, quia Auster flat versus Oceanum, quod antonomasticè dicitur mare, eo quod maius sit cæteris, *Act.* 20. e. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Moraliter. De confessione peccatorum.

* Moraliter. *a* Confitemini Domino] peccata vestra, & non timeatis confiteri: *b* Quoniam ipse est bonus,] id est, benignus, non sæuus. E contrario enim est in Curia Dei, & in Curia sæculi. In Curia enim sæculi si quis confitetur peccatum suum condemnatur; in Curia autem Dei qui confitetur peccatum, absoluitur. Hoc procedit de bonitate Dei, *Ps.* 31. Dixi confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed sicut modò est bonus & benignus confitentibus, ita in futuro erit durus & austerus in peccato perseuerantibus. Vnde confitendum est ei dum adhuc misericors & bonus est: Vnde subdit.

c Quoniam in sæculum misericordia eius.] In sæculum dicit non post sæculum, quia quamdiu durat sæculi miseria, durat Dei misericordia: Cùm autem homo sublatus est per mortem de sæculo, iam non est inuenire misericordiam. Quod significatur, *Exod.* 16. e. Cùm incaluisset Sol, non inueniebatur manna. *Luc.* 17. e. Venient dies in quibus desiderabitis videre vnum diem Domini. Sed sunt quidam qui postquam confessi sunt semel, nolunt ampliùs confiteri, cùm tamen omnis homo etiam post peractam pœnitentiam se peccatorem debeat confiteri: Vnde subdit:

d Dicant] nunc, scilicet, peccata sua in confessione.

e Qui] ante per pœnitentiam, redempti sunt à Domino,] quasi dicat, quantamcunque satisfactionem pro peccatis suis egerint, adhuc tamen peccata confiteantur, secundum illud Domini consilium, *Luc.* 17. c. Cùm omnia bona feceritis, dicatis: serui inutiles sumus; Et licet ipsi peccatores faciant pœnitentiam & soluant redemptionem, tamen à Domino factum esse dicitur, qui dicit *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere, *Isa.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Vnde & adhuc apertius subiungit.

g Quos redemit de manu inimici,] id est, Diaboli, in cuius manus sunt omnes peccatores, sicut iustorum animæ in manu Dei? *Sap.* 3. a. Et benè per pœnitentiam quam Deus operatur in nobis dicitur nos redimere, id est, iterum emere. Prius enim nos emit agendo pœnitentiam in nobismetipsis: Vnde monet, *Apost.* 1. *Cor.* 6. d. Empti estis pretio magno, scilicet, Christi sanguine, glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro, quasi dicat, iustum est, vt ex quo de Christi sanguine facta fuit prima emptio, vt de vestra pœna & labore fiat redemptio. Diabolus autem quos habet in manu sua dispergit, & diuidit, sicut tactum est in præcedenti lectione. Et hoc per schismata, per diuersas hæreses, per diuersa peccata, de quibus oportet vt Dominus redempturus eos congreget ipsos. Vnde addit.

h De regionibus congregauit eos,] id est, de diuersis vitiis in quæ Diabolus disperserat eos. Quosdam enim dispergit in regionem Ægypti, per infidelitatem: Quosdam in Chaldæam, per ferocitatem. Chaldæa enim interpretatur ferox. Quosdam apud Moabitas per luxuriam & incestum: Moab enim interpretatur ex patre, quia filia Loth concepit eum de patre, vbi commisit incestum. Quosdam apud Ammonitas, per iram, quia Ammon interpretatur populus turbidus. Quosdam apud Syriam, per Superbiam: Syria enim interpretatur sublimis. Et sic potest dici de multis aliis regionibus. Sed de his congregat eos Dominus ad vnitatem fidei, ad identitatem charitatis. Et hoc facit per pœnitentiam, quæ est vexillum eius, *Isa.* 11. c. Leuabit Dominus signum in nationibus & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. De quibus plagis hic subiungit Propheta.

i A Solis ortu & occasu, ab Aquilone & mari.] Per Solis ortum intelligi potest præsumptio, quæ quandoque etiam de bono oritur: per occasum desperatio: per Aquilonem, aduersitas; per Austrum, prosperitas. Sed pro Austro rectè ponit mare, quia prosperitas huius Mundi multis amaritudinibus respersa est. Item per ortum intelligi potest ingressus hominis in Mundum: per occasum, mors: per Aquilonem Infernus: per Austrum, Paradisus: à quibus, id est, per quorum considerationem congregantur homines ad Deum. Item per has quatuor plagas, quatuor ætates intelliguntur. Ortus est adolescentia: Occasus, senium siue mors: Aquilo, senectus: Auster, ætas dissoluta. De qualibet congregat Dominus. De prima, *Thren.* 3. c. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. De secunda, *Luc.* 12. e. vt si in tertia vigilia venerit. De Aquilone, *Isa.* 48. b. Elegit te de camino paupertatis. De vltima, supra *Psal.* 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. De quatuor simul: *Cant.* 6. &c.

l Et errauerunt in solitudine, &c.] Secunda pars, vbi ponitur prima tentatio, scilicet, error, qui allegoricè fuit in Iudæis, & etiam gentibus ante conuersionem. Dicit ergo: Errauerunt in solitudine,] id est, solitarij, deserto Deo, *Eccles.* 4. c. Væ soli. *Secūda pars Allegoricè de errore Iudæorum & Gentiliū.*

m In inaquoso,] id est, in corde vel statu qui est sine aqua gratiæ & doctrinæ. Et de hoc errore, *Isa.* 63. d. Quare errare nos fecisti de viis tuis, indurasti cor nostrum ne timeremus te?

A *a* Viam ciuitatis

Moraliter de errore Religiosorū & sæcularium.

Moraliter. *l* Errauerunt in solitudine.] Est solitudo mala, scilicet, Mundus; & solitudo bona, scilicet, Religio. Et in prima semper erratur, in secunda quandoque. Mundani enim homines errant spontè, nec doceri volunt, sicut *Ioan.* 3. c. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem, *Isa.* 30. b. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Religiosi verò quandoque errant per ignorantiam: Et hoc est quod hic dicitur. *m* In aquoso,] id est, in loco vbi desunt aquæ doctrinæ, *Psal.* 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, *Isa.* 5. d. Propterea populus meus ductus est captiuus, quia non habuit scientiam. Et nota quòd plures sunt causæ quare erratur in via. Prima est ignorantia, vt dictum est. Secunda est, quia via non est trita, 1. *Thr.* 1. b. Viæ Sion lugent eo quod non sit qui veniat ad solemnitatem. Tertia est, quia duces cæci sunt, *Luc.* 6. f. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadūt. Quarta, quia multi nolunt duci, sed volunt esse ductores, cùm tamen nesciant. *Eccles.* 10. c. Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in vrbem pergere. Quinta, quia sunt multæ semitæ iuxta viam. Sic iuxta viam religionis, *Causa quare erratur in via.*

* scilicet, iuxta

A *a* Viam ciuitatis habitaculi,] id est, Ecclesiæ militantis, in qua habitandum est [non inuenerunt.] Ciuitas habitaculi dicitur Militans Ecclesia, quia est transitoria & transiens, & non habet nisi habitaculum, quia est in via: Ciuitas verò habitationis est Ecclesia Triumphans. *Gloss.* tamen dicit ciuitatem habitaculi esse Triumphantem Ecclesiam, scilicet supernam Ierusalem. Via quæ ducit ad eam, est Christus, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego sum via. Hanc viam. *b* Non inuenerunt] ipsi errantes. Et præter hoc.

al. † habitationis.

al. † erant.

al. † liberauit.

c Esurientes & sitientes] inopia; scilicet, sine cibo verbi Dei, & potu gratiæ. Et ideo. *e* Anima eorum quæ non excessit se, sed mansit.

al. † deduxit

al. † miserationes.

viam *a* ciuitatis habitaculi *b* non inueneru͂t. *c* Esurientes, & *d* sitie͂tes † *e* anima coru͂ in ipsis *f* defecit. Et *g* clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, & de *h* necessitatibus eorum † *i* eripuit eos. Et † *k* eduxit eos in viam rectam, vt *l* irent in *m* ciuitatem habitationis.

n Confiteantur Domino † misericordiæ eius, & *o* mirabilia eius filiis *p* hominum

f In ipsis] se sibi sufficere putans [defecit.] Iudæi enim in suis legalibus confidebant, & Gentes in suo libero arbitrio. Vnde dixit quidam.

Det vitam, det opes, animum mihi ipse parabo

Et propter hoc ad viam veritatis Christum non accedebant per fidem, sed tandem cognoscentes defectum suum, ad Dominum qui potens erat supplere clamauerunt. Vnde subdit.

g Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur] in his quæ dicta sunt. *h* Et de necessitatibus eorum,] id est, ineuitabilibus malis. *i* Eripuit eos.] Quasi enim quadam necessitate peccabant gentes, quia proni, & assueti ad idololatriam, & Iudæi, quia tenebantur implere legem, de qua tamen dicit Petrus *Act.* 15. c. Hoc est onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. *k* Et] de his necessitatibus ereptos [eduxit eos in viam rectam] quæ est Christus. Hoc est contra illud, quod supra dictum est, Errauerunt, &c.

l Vt irent] bene operando *m* In ciuitatem habitationis,] id est, in cœlum. Hoc est contra illud supra [Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.] Cœlum autem dicitur ciuitas habitationis, quia ibi est ciuium vnitas. Idem enim volunt, & idem nolunt, & in Deo omnes conueniunt. Ibi etiam est habitatio, quæ non poterit dissolui, sed habitaculum viæ præsentis dissoluetur. Vnde 2. *Cor.* 5. a. dicebat ille cuius conuersatio erat in cœlis: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius abitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Et quia hoc fecit Dominus eis, non eorum meritis, sed pura misericordia. *n* Confiteantur Domino misericordiæ eius,] id est, homines propter misericordias eius. *o* Et mirabilia eius] exhibita.

Phili. 3. *d.*

p Filiis hominum,] id est, filij hominu͂ laudent eum propter mirabilia sibi ab eo exhibita. Misericordia Domini fuit hoc, quod inimicos voluit liberare, sed mirabilia eius fueru͂t A in hoc,

Moraliter.

* scilicet iuxta Euangelium, & regulam principalem, multæ sunt traditiones quæ tenentur, & via declinatur, scilicet, Euangelium, vel regula *Iob.* 30. b. Semitis suis dispauerunt itinera mea, scilicet, traditionibus mandata Euangelica. Hæc est via de qua subiungit. *a* Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,] id est, viam mandatorum quæ ducit ad ciuitatem, & habitaculum Regni cœlestis non potuerunt inuenire, quia suis traditionibus eam occultauerunt, & postposuerunt. *Matt.* 15. a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Nec mirum est, si *b* Non inuenerunt] quia ignorantes sunt, & inter traditiones, & mandata discernere nesciunt, nec ab aliis docentur. Vndè addit. *c* Esurientes] id habentes defectum solidi cibi. *d* E sitientes,] id est, habentes defectum lactis simplicis doctrinæ? De qua fame, & siti *Amos.* 8. d. Mittam famem in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. Verbum enim Dei cibus est animæ dicente Domino *Matth.* 4. a. *Deut.* 8. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et iste panis non sumatur, deficit anima. Vnde sequitur. *e* Anima eorum in ipsis defecit] quia scilicet non fuit sustentata cibo verbi Dei. *Ps.* 1 10. Percussus sum, vt fœnum, & aruit &c. *g* Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.] Hoc est vnum, & summum remedium, vt cum homo in se defecit, & præter hoc tribulatur, ad Deum recurrat, & auxilium eius petat. 2. *Paral.* 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solu͂ habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. Sed nunquid frustra clamauerunt? Non, quia sequitur. *h* Et de necessitatibus eorum &c. *Ps.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. De necessitatibus autem eripit, vel dando patientiam in tribulatione, vel dando remedium, vel tollendo hominem de medio scilicet per mortem. Et hoc vltimo verius eripitur homo de necessitatibus, quia dum viuit homo semper expositus est necessitatibus septem, de quibus *Iob.* 5. d. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum Hæ sunt fames, sitis, frigus, & calor, labor, & dolor, & mors. In hac septima, id est, post hanc non tangit malum iustos, quia sicut dicitur *Sap.* 4. b. Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Et hæc vltima tribulatio finis est præcedentium quæ ad ipsam tendunt, sicut ad finem. Et notabile est, quod dicit, eripuit, quasi subitò rapuit, in quo confortari possunt qui tribulationem sustinent, quia sicut dicitur *Eccl.* 11, c. Facile est in oculis Domini subitò honestare pauperem. Item [eripuit] quasi cum violentia, in quo arguuntur homines qui suas tribulationes finiri nolunt per mortem, sed semper contra stimulum mortis calcitrantes, licèt sciant quòd non possint eam penitus auferre, tamen quantum possunt laborant differre. Vndà oporret quòd Dominus faciat eis violentiam. Vnde dicitur *Sap.* 4. c. Raptus est ne malitia mutaret cor eius.

Septem necessitates de quibus Dominus liberat.

k Et eduxit eos,] id est, extra corpus duxit per mortem, in viam rectam.

l Vt irent] sine obstaculo & dispendio.

m In ciuitatem habitationis,] id est, in cœlum. Ciuitas enim habitationis est cœlum: ciuitas peregrinationis est Mundus. De his duabus *Heb.* 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ciuitas desolationis vel carceris est Infernus. Vel aliter possumus dicere, & exponere de tribulationibus tentationum, & necessitatibus peccandi.

Aliter.

g Clamauerunt ad Dominum] in oratione, [cum tribularentur] à tentatione, *Matt.* 26. d. Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem, id est, vt non superet vos tentatio.

h Et de necessitatibus eorum eripuit eos.] In Mundo multæ sunt necessitates peccandi, id est, occasiónes quasi ineuitabiles.

In Mundo sunt multæ necessitates peccandi.

Vna est mala societas. *Ps.* 17. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.

Alia est mala consuetudo. *Prou.* 22. a. Prouerbium est adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Multæ etiam sunt necessitates peccandi, de quibus Dominus eripit, quasi cum violentia immittendo infirmitates, & tribulationes.

k Eduxit eos] de Ægypto, id est, de Mundo [in viam rectam] de qua *Exod.* 3. f. Ibimus viam trium dierum in solitudinem. Hæc est Religio, in qua est via trium dierum, scilicet, triplex votum Vnde addit.

l Vt irent in ciuitatem habitationis,] id est, in Religionem, vbi est ciuium vnitas, exteriùs in habitu, & interiùs in affectu, sicut dicitur *Act.* 4. f. Erat illis cor vnum, & anima vna, Item est ciuitas habitationis, quia ibi oportet iugiter & perpetuò habitare eum qui semel intrauit

Vnde de hac vnitate, & habitatione simul dicit *Beatus August.* in regula sua. Hæc sunt quæ vt obseruetis præcepimus in monasterio constituti. Primò, propter quod in vnum estis congregati, vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima vna, & cor vnum in Domino. Et ex hoc.

n Confiteantur Domino misericordiæ eius,] quasi dicat, Dominus tales per suam misericordiam educit de sæculo in ciuitatem habitationis. Et de hoc non debent esse ingrati, sed Deum laudare, sicut filij Israël educti de Ægypto per mare rubrum, laudauerunt Deum & cecinerunt Canticum, Cantemus Domino, &c. *Exod. cap.* 15. a. Nec solum misericorditer educit de Mundo, sed & mirabiliter deducit eos in claustrum, & conseruat à peccato. Vndè & addit.

o Et mirabilia eius [scilicet, miracula exhibita.

p Filiis hominum] quòd Angelicam vitam ducunt homines fragiles. *Hieron.* In carne præter carnem viuere non humana, sed Angelica vita est *Exod.* 8. f.

Faciam mirabilem terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ.

Gessen interpretatur desiderium. Terra ergo Gessen est Religio, in qua sunt viri desiderium, nihil in hoc Mundo quærentes, sed desiderium habentes dissolui, & esse cum Christo, sicut dicit Apostolus *Phil. cap.* 1. d. Hanc terram facit Dominus mirabilem, ita quod non sint ibi muscæ, id est, immunditiæ peccatorum mordentes & pungentes conscientiam, sicut in terra Ægypti, id est, in mundanis. *Greg.* Israël sabbatum accepit in munere: Ægyptus percutitur muscarum multitudine.

A in hoc, quod ita liberauit eos, quia scilicet, pro eis dedit Filium suum ad mortem. Vnde canit Ecclesia in persona defunctorum. Creator omnium rerum Deus, qui me de limo terræ formasti, & mirabiliter proprio sanguine redemisti. Et notandum quod iste est octauus versus huius Psalmi, in quo sicut in primo agit de confessione laudis, & redit octauò ad caput, sicut *Matt.* 5.a. octaua beatitudo. Item quintusdecimus versus similiter est, Confiteantur &c.] & hoc propter quindecim gradus quibus ascenditur ad cœlum: Item vicesimus primus propter dona Spiritus S. de quibus *Matt.* 13.[Confiteantur ergo Domino misericordiæ eius] propter prædicta. Et etiam.

al. † Quoniam al. † impleuit. al. † compeditos. al. † Quoniam amaricauerunt eloquium Domini. al. † exacerbauerunt.

† *a* Quia satiauit animam inanem: & *b* animam esurientem † satiauit bonis. *c* Sedentes *d* in tenebris & *e* vmbra mortis: † *f* vinctos in *g* mendicitate & *h* ferro. *i* † Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & *k* consilium Altissimi † *l* irritauerunt.

a Quia satiauit Dominus animam inanem,] id est, vacuam & sine Deo, qui solus replet animam: Quia vt dicit *Aug.* animam Dei capacē, nihil minus Deo implere potest.
b Et animam esuri, &c.] Licet enim esset anima vacua, tamen erat esuriens, id est, naturaliter appetens bonum & scientiam. Esuriens etiam fuit quando à Deo visitata sanitatem desiderabat. Et hoc est contra illud quod supra dictum est.[Esurientes, &c.

Moraliter. Phil. 2.*a.*
* Nec solum facit eos immunes à peccatis, sed & reficit eos, & satiat consolationibus internis. Vnde & subditur:
a Quia satiauit, &c.] id est, vacuam à mundanis curis & voluptatibus, & ab omni superbia, exemplo illius qui semetipsum exinaniuit.

Allegoricè. de populo Iudæorum & Gentilium.
b Et animam esurientem,] id est, non fastidientem, satiauit bonis spiritualibus. Fastidientem enim non reficit, quia nec ipsa reciperet, quia *Prou.* 27.a. Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet, id est, pœnitentiam pro voluptatibus *Matth.* 5.a. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, id est, pœnitentiam quæ delicta corrigit. *c* Sedentes in tenebris, &c.] Tertia pars, in qua ponitur secunda tentatio quæ est difficultas vincendarū cōcupiscentiarū, quæ ligat hominem ne possit implere quod in via Dei positus videt & audit esse faciendum, quasi dicat, animam inanem & esurientem, sc. vacuam, sed appetentem bonum, satiauit bonis, scilicet, [sedentes in tenebris & vmbra mortis, &c.] quod allegoricè de Gentibus & Iudæis vnum est, qui ante aduentum Christi sedebant, [in tenebris,] ignorantiæ.
e Et in vmbra mortis,] id est, in peccatis & vita vitiosa, quæ est imago mortis futuræ. De his duobus quod per aduentum Christi qui est lux & vita nostra amota fuerint, habetur *Isa.* 9.a. Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem agnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Nec solum ita, sedentes in tenebris &c. sed & *f* Vinctos in mendicitate,] i. in illa fame dicta. *h* Et ferro,] i. ferrea & indomabili consuetudine quam habebant gentes ad idololatriam, & Iudæi ad legalia. Vel [in mendicitate] dicit quantum ad gentes, quæ ab idolis mendicabant & petebant quod eis necessariū erat, ac si dare possent, [Et ferro] quantum ad Iudæos qui duro iugo legis premebantur, & ita vincti erāt suis peccatis exigentibus. Vnde subdit. *i* Quia exacerbauerunt eloquia Dei,] i. Deum in eloquiis suis, vel Deum loquentē sibi per scripturas & per legem naturalem scriptā in cordibus eorum, & dicentem idola nihil esse, & Christū venturum in carne. Sed primum noluerunt credere Gentes, secundum Iudæi: Et sic [exacerbauerunt,] Deum in suis eloquiis. Vnde *Ioan.* 15. c. Dominus quasi exacerbatus dicebat de Iudæis: Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. *k* Et consilium Altissimi,] ſ. Dei, qui nō dicebat tantummodo, sed & consulebat vt errorem talem relinquerent. *l* Irritauerunt,] nolentes ad illud attendere: Et non fuit dignū vt impunè ferrent, quod tanti consiliū irritabant: Vnde

Moraliter. de multis incommodis peccatorum.
Moraliter. *c* Sedentes in tenebris,] Hic tanguntur multa incommoda circa peccatores. [Sedentes] Ecce pertinacia siue perseuerātia in malo. [In tenebris,] Ecce ignorantia. Et vmbra mortis,] Ecce culpa. [Vinctos] Ecce pœna. [In mendicitate,] Ecce penuria. Et ferro, ecce obstinatio. Sedent ergo & morantur in peccatis, secundum quod dicitur *Ioel.* 1.d. Computruerunt iumenta in stercore suo. *Eccl.* 50.d. Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens quā oderim qui sedēt in mōte Seir, & Philisthiim, & stultus populus qui habitat in Sichimis, i. auari, luxuriosi, superbi. Mons enim Seir est congregatio diuitiarum, quia Seir interpretatur hispidus, vel pilosus, ibi sedent ita fixi quod non possunt auelli. Philisthiim interpretatur potione cadentes, & significat luxuriosos. Stultus populus sunt superbi, qui habitant in Sichimis, quod interpretatur humerus: Sunt enim humerosi & non sunt gentes, imo gigantes, quia ambulant in magnis & in mirabilibus super se. *Psal.* 130.
d In tenebris,] Ecce primum quod est in peccato, scilicet, excæcatio mentis. Secundò sequitur: *e* Vmbra mortis,] immo verè mors, quia postquam Diabolus excæcauit hominem per suggestionem & delectationem, interficit eum per consensum & operationem. Vnde signatum est hoc 4. *Reg.* 25.b. quia Babylonij apprehenderunt Sedechiam, suffoderunt oculos, & postea adduxerunt eum in Babylonem: vbi sicut dicit *Ierem.* eum turpi morte mori fecerunt. Et possunt assignari multæ causæ quare peccatum dicitur vmbra, id est, similitudo mortis, & peccator similis mortuo. Primò, quia in peccato est separatio à vita animæ id est, à Deo, qui est vita animæ. *Isa.* 59.a.

De pœn. dist. 3. cap. Adhuc vltra me. Peccatum dicitur vmbra, id est, similitudo mortis & peccator similis mortuo.

Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Secundò, quia peccator efficitur ponderosus per ignauiam. *Iob.* 7.d. Factus sum mihi metipsi grauis, cur non tollis peccatum meum, &c. *Ps.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde? Et hoc notatur hic, cum dicit:
f Vinctos,] Tertiò, quia nerui, nasus & labia retrahuntur & decurtantur per amorem proprium. *Philippens.* 2.c. Omnes quæ sua sunt quærunt. Et hoc notatur hic cùm dicit.
g In mendicitatem,] quia proprius amor semper mendicat. *Prouerb.* 30.b. Sanguisugæ duæ filiæ sunt, dicentes: Affer affer. Hæ sunt amor deliciarum, & mora diuitiarum. Et vterque est ex proprio amore.
Quartò, quia fit immobilis per obstinationem. *Exo.* 15.b. Fiant immobiles quasi lapis. Et hoc tangit hic cum dicit:
h Et ferro,] id est, ferrea voluntate. *Aug. in li. Conf.* Ligatus eram, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Quintò, quia amittit omnem sensum. Nōn enim videt præsentem statum suum, siue potius casum, nec odorat bonum odorem cœlestium, nec fœtorem peccatorum. Item non gustat quoniam suauis est Dominus, nec audiuit verbum Dei. *Psal.* 57. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas. Item tactu non sentit laborem & dolorem in quo est *Prou.* 23.d. Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & ego non sensi. Item non erubescit per impudentiā. *Ierem.* 3.b. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sextò, quia fœtet per infamiam. *Zach.* 5. d. Ædificetur ei domus in terra Sennar, quod interpretatur fœtor dentium. *Ioel.* 2.e. Ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Septimò, quia putrescit per moram, sicut dictum est *sup. Ioel.* 1.d. Computruerunt iumenta in stercore suo, Octauo, quia iam roditur verme conscientiæ. *Ierem.* 2.d. Arguet te malitia tua. Nono, quia abominabilis est per peccati horrorem & vilitatem. *Ierem.* 2.g.
Quàm vilis facta ea nimis, iterans vias tuas. Decimò, quia frigidus est per omnis amoris spiritualis extinctionem. *Ierem.* 6.b. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam. Vndecimò, quia ab amicis etiam contemnitur, scilicet ab Angelis. *Ierem.* 4.g. Contempserunt te amatores tui. Tandem sepelitur in Inferno, sicut diues epulo *Luc.* 16.f. Et sicut in terra comeditur corpus à vermibus, ita anima in inferno. *Isa vlt.* g. Vermis eorū non morietur. *i* Quia exacerbauerunt eloquia Dei.] Peccatores exacerbant eloquia Dei dupliciter. Primò, quia verba eius quæ dulcia sunt & amabilia quasi acerba respuūt. *Ps.* 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. *Isa.* 5. e. Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Secundò, quia prouocant iram eius vt eius acerba & aspera loquatur. *Ps.* 2. Tunc, scilicet in die Iudicij, loquetur ad eos in ira sua. *Ps.* 90. Ipse liberabit me de laqueo venantium & à verbo aspero, scilicet, ab illo. *Matt.* 25.d. Ite maledicti in ignem æternum. *inf. Ps.* 111. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Illud autem merito sustinebunt, propter hoc quod sequitur, quod *k* Consilium, &c.] i. irritum fecerunt, nolentes ei acquiescere, dicenti: Vade, & vende omnia quæ habes: *Matt.* 19.c. &c. *Prou.* 1.c. Despexistis omne consilium meum, ego quoque in interitu vestro ridebo, &c. Multùm indignaretur vnus magnus homo, si vnus de seruientibus suis nollet acquiescere suo consilio; multò fortiùs non est mirum si Dominus irascitur eis, qui consilium suum despiciunt, quod eis vtile est ad vitam, & si non credunt ei, moriuntur, & ipse in interitu ridebit, id est, non curabit succurrere eis. Dominus autem qui non vult mortē peccatoris sed vt conuertatur & viuat, quandoque impedit peccatores

Peccatores exacerbant eloquia Dei dupliciter.

* ne possint

A bant:Vnde subdit de pœna.a Et humiliatū est,&c.] s.humiliatione confusionis,& abiectionis. b Cor eorum,]scilicet,gentium labore idololatriæ, & Iudæorum in labore sacrificiorum.c Et]ita[infirmati sunt]in se: Vnde de synagoga dicitur *Iere.*15.a.Infirmata est, quæ peperit septem filios. 1. *Reg.*12.a. Et quæ multos habebat filios infirmata est.

Et a humiliatum est in laboribus b cor eorum,c & infirmati sunt d nec fuit qui adiuuaret. † Et e clamauerunt f ad Dominum cum g tribularentur, h & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et i eduxit eos de tenebris,k de vmbra mortis, l & vincula eorum dirupit. m Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. n Quia contriuit portas æreas, o & vestes ferreos confregit. p Suscepit eos q de via iniquitatis eorū r propter iniustitias. n, suas f humiliati sunt.Omnem t escā abominata est anima eorū.

d Nec fuit,] ex hominibus supple, sed tantùm ex Deo: Vnde sequitur. al † eos. e Et clamauerunt,] Hoc,vt supra expositum est.

i Et eduxit eos.] i. gnorantiæ ad lumen fidei.k Et vmbra mortis,]scilicet, de peccato ad veritatem vitæ, quæ est vita gratiæ.

l Et vincula,] scilicet,mendicitatem, & ferrum, vt scilicet ampliùs non haberent famem, & defectum verbi Dei, nec indomabilis esset eorum consuetudo mala, sed de cætero assuefacerent se bono. Et quia non suis meritis, sed de diuina misericordia factum est hoc.

m Confiteantur Domino.] Et hoc, vt supra expositum est.

n Quia contriuit.] Hoc primò potest exponi de Christo, & de portis Inferni,quas contriuit,& confregit.Vnde dicit *Isa.*45.a.

Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. *Supra.*Attollite portas principes vestras, &c. Et hoc significatum est *Iudic.*16.a.vbi dicitur, quòd Samson dormiuit in Gaza vsque ad mediam noctem,& inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus, & sera,impositasque humeris portauit ad verticem montis,qui respicit Hebron. Per Samson intelligitur Christus; per Gazam, Infernus; per dormitionem Samsonis, mors Christi. Et cætera potest prosequi qui voluerit.Vel sic.

n Quia contriuit,]id est,consuetas concupiscentias, quæ tenebant eos ne exirent de peccato.

o Et vectes,] id est, Diabolicas suggestiones, quæ quasi vectes fortes portant prædictas æreas. Et ferreos ponit pro fortitudine.

Et est sensus,quòd virtus Dei difficultates vincit: Et his confractis,

p Suscepit eos.]vt poneret eos in via æquitatis suæ.Et benè dico.[Iniquitatis eorum, &c.] non humilitate virtutis, sed humiliatione deiectionis.Vel sic.

r Propter iniustitias suas,]id est,quia vt dicitur *Rom.*10.a. Ignorantes Dei iustitiam suam quærebant statuere.f Humiliati,] bona humiliatione,id est, inuenerunt se nihil posse sine Deo.

Moraliter. o ne possint perficere quod concupiscunt, licèt multùm ad hoc laborent.Et per hoc quandoque reuertuntur ad cor & humiliantur: Vnde sequitur.

a Et humiliatum,] quasi dicat,Dominus præbuit eis difficultates, & labores, & in illis humiliati sunt.*Eccl.*33.d. Iugum, & lorum curuant collum durum.*Psal.*31. Conuersus sum in ærumna mea.Hoc est,quod Dominus promittit *Os.*2. b. Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria,& semitas suas non inueniet,& sequetur amatores suos,& non apprehendet eos, & quæret eos,& non inueniet, & dicet: vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene erat mihi tunc magis, quam nunc. Hoc est quod hic dicit.[Humiliatum est.]Et bene dicit [cor]secundum illud *Matt.*11. d. Discite à me, quia mitis sum,& humilis corde, non tantùm ore,vel corpore,quia est quia nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.*Ecclesi.*19.d.

c Et infirmati sunt,] id est, cognouerunt infirmitatem suam, & paupertatem cùm non poterant facere quod volebant, & cùm Dei flagellum senserunt,sicut dicitur.2.*Machab.*9.b.de Antiocho,quòd hic ex graui superbia deductus cœpit ad agnitionem sui venire diuinâ admonitus plaga,& ait: Iustum est hominem subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire:Orabat autem, &c.] Hoc est quod sequitur.

e Et clamauerunt, &c.] Hoc necesse erat, cùm non esset homo, qui adiuuaret.*Eccl.*15.b.Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat.*Iob.*6.c. Non est auxilium mihi in me,necessarij quoque mei recesserunt à me.Et ideo clamandum est ad Dominum,secundùm illud *Isa.*58.a.Clama, ne cesses.Et hoc fit multipliciter, scilicet, laudando, orando,prædicando,confitendo.

f Ad Dominum,] non ad Baal, sicut 3.*Reg.*18.c. Inuocabant nomen Baal a manè vsque ad meridiem, dicentes:Baal adiuua nos. Hi sunt qui superioritatem desiderant,& gratiam magnatum.Et nota,quòd inuocabant à manè vsque ad meridiem,non in vespera,quia in morte nemo desiderat dignitatem.

g Cum tribularentur,] quasi dicat, non in prosperitate, *Isai.*57.c.Vitam manus tuæ inuenisti,propterea non rogasti.

h Et de necessitatibus.] Hoc,vt supra, expositum est.Et præter illam expositionem possumus dicere,quod necessitates sunt diuitiæ, quia qui multa habent, multis indigent. *Eccl.*40.d.Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas,melius est.n. mori, quam indigere.*Ieron.*Auarus etiam obolo indiget.De his necessitatibus necesse habent liberari, & liberi fieri, qui eis seruiunt.*Matt.*6.c.Non potestis Deo seruire,& mammonæ i Et eduxit eos de tenebris, &c.] Hic versus rectè est contra illum.[Sedentes in tenebris,&c.]Vnde illo exposito, patet expositio istius.Et propter hæc beneficia.

m Confiteantur Domino misericordiæ eius.&c.] Hoc totum,vt supra,expositum est.

n Quia contriuit portas æreas,&c.] Hunc versum exponit Richardus de sancto Victore. Portis transitum obstruimus,vectibus clausuram munimus.Quid itaque per portas nisi contradictio;quid per vectes nisi rebellio accipitur?Per ferrum autem quod omnia metalla domat,audacia; per æs, pertinacia designatur.Porta itaque ferrea,contradictio pertinax; vectis ferreus, rebellio audax. Portas ergo æreas conterit, & vectes ferreos confringit, quando pertinacem contradictionem, & audacem rebellionem internâ compunctione dissoluit.p Suscepit eos,] ad pœnitentiam.

q De via iniquitatis eorum,] Magna Dei misericordia,qui non de via iniquitatis dedignatur suscipere peccatores. *Ierem.*3.a. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te:Et quia oportet, quod se humiliet,qui vult ab ipso recipi,subiungit.

r propter iniustitias,&c.] quasi dicat,aliter non susciperet eos Dominus, quia ipse superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Iacob.* 4. b. Sic habetur.2. *Reg.*12.d. quòd postquam Dauid humiliauit se dicens: Peccaui in Dominum, Dominus suscepit eum ad pœnitentiam. Et respondit ei Nathan: Dominus quoque transtulit peccatum tuum,non morieris.3.*Reg.*21.g.Nonne vidit Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus eius,&c.

t Omnem escam.] Quarta pars, vbi ponitur tertia tentatio, quæ est tædium in quod incidit homo quandoque postquam euasit imperitiam,& concupiscentiam. Allegoricè potest legi de malis Christianis, vel etiam de Iudæis. [Omnem escam,] id est,Eucharistiam,quæ est omnis esca, id est,omniū præcipua.Hanc abominati sunt cum dixerunt, *Ioan.*6.f.Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum?Et dixit eis Iesus:Nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitā in vobis.Vnde, quia noluerunt manducare per fidē,secūdū quod dicit *Aug.*Crede,& mãducasti:Ideo bene subditur: *Quarta pars. Allego. de malis Christianis, vel Iudæis.*

Δ a Et appropin-

Moraliter. t Omnem escam,] scilicet, peccatorum. Est autem escam animæ triplex, quam abominantur peccatores, scilicet, esca verbi Dei, esca Corporis Christi, esca operis boni. De verbo.*Deuter.*8. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo,&c.*Sapient.*16.d.Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed tuus Domine sermo. De Eucharistia.*Ioan.*6. e. Ego sum panis viuus.Et *post.*f. Caro mea vere est cibus.*Sapient.*16. c. Paratum panem de cœlo præstitisti illis, &c. De opere bono. *Isai.* 3. b. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. *Ioan.*4.e.Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius. Hanc triplicem escam abominatur anima peccatoris, quia non habet sanum palatum,sed infirmum, & corruptum.Vnde esca mala magis placet ei quàm ministrat cocus Inferni, scilicet, Diabolus,qui diuersa fercula propinat.Vnum est superbia, de quo *Os.*12.a. Ephraim pascit ventum. Aliud est auaritia. *Isa.*36. c. Comedent stercora sua, & bibent vrinam pedum suorum. *Moral. Triplex esca quam abominantur peccatores.*

Stercora,sunt temporalia.*Phil.*3.b.Omnia arbitratus sum, vt stercora.

* Vrina sunt

a Et appropinquauerunt vsque ad portas mortis,] i. vsque ad peccatum mortale per infidelitatem. Peccata enim mortalia sunt portæ & introitus mortis æternæ. Vnde oramus pro defunctis: A porta Inferi erue Domine animas eorum, id est, à peccato. Et *Matt.16.c.* Portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. Sed de ipsis quidam compuncti postea pœnitentiam egerunt. Vnde subdit.

a & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Et b clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, c & de necessitatibus eorum d liberauit eos. Misit e verbum suum, f & sanauit eos, g & eripuit eos de † interitionib; eorum. h Confiteantur Domino † misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et i sacrificent sacrificium k laudis, l & † annuncient opera eius in m exultatione. n Qui descendunt mare in o nauibus. Et

al. † corruptela.
al. † miserationes.
al. †, nuncient.

b Et clamauerunt, &c.] id est, cum ad prædicationem Apostolorum compungerentur, & spiritum tribulatum haberent. *Act.2.f.* Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos. Quid faciemus, viri fratres? Ecce tribulatio, & clamatio.

c Et de necessitatibus eorum,] id est, de peccatis. d Liberabit eos] id est, cum priùs essent

Act.2.f. serui peccati, secundum illud *Io.8.d.* Omnis qui facit peccatum seruus est peccati, fecit eos liberos per fidem Christi, & pœnitentiam. Vnde respondet eis Petrus pœnitentiam agire, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Vnde & modum liberationis subiungit dicens.

e Misit verbum suum,] sc. Deus Pater Filium: De quo *Io.1.a.* In principio erat Verbum. [Misit,] dico in corda eorum per fidem quem priùs miserat in carne. *Io.1.b.* Verbum caro factum est, ecce prima missio; & habitauit in nobis, id est, in cordibus nostris per fidem, ecce secunda.

f Et sanauit eos.] *Sap.21.b.* Non herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine qui sanat omnia.

g Et eripuit eos, &c.] id est, de peccatis per quæ interit anima, quia peccata diuidunt ab anima Deum qui est vita eius. *Isa.9.a.* Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et nota, quod priùs dixit] liberauit,] quia serui erant peccati, sed per gratiam liberi facti sunt. *Iob.8.e.* Si filius liberauerit verè liberi eritis: Postea dicit, [sanauit,] quia infirmi erant. *August.* Magnus de cœlo venit Medicus, quia magnus vbiq; iacebat ægrotus. Postea [eripuit de interitionibus,] quia interempti erant gladio peccati *Eccl.21.a.*

Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas. *Ezec.21.c.*

Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos faciet. Hoc tamen de Iudæis potest ita exponi.

g Eripuit eos de interitionibus eorum,] id est, de peccatis quæ commiserunt interimendo ipsum. *Act.2.d.* Hunc, sc. Christum definito consilio, & præscientia Dei, traditum per manus iniquorum affligentes interemistis. Et quia tantam cum eis fecit misericordiam, monet eos ad laudem dicens. h Confiteantur Domino, &c.] vt supra expositum est. i Et sacrificent sacrificium,] non iam pecorum, sicut consueuerant. Sed. k Laudis,] quia sacrificium, inquit laudis honorificabit me. l Et annuncient,] aliis [opera eius,] quæ fecit eis. Et hoc. m In exultatione,] id est, exultantes de tantis beneficiis. *Isai.12.b.* Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël.

Moraliter. a Vrina, sunt curæ mundi anxiæ, & vrentes. Aliud est luxuria. *Deut.28.f.* tenera mulier, & delicata inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius super illuuie secundinarum, quæ egrediuntur de medio fœminum eius. Quia ergo ita bonam escam abominantur, & nociuam appetunt. Ideo a Appropinquauerunt, &c.] id est, vsque ad defectum animæ. *Psal.101.* Percussus sum, vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Mors æterna habet tot portas, quot vias. i. quot vitia. Et non dicit, intrauerunt portas, sed [appropinquauerunt,] quod est ex Dei misericordia Dum. n. homo est in peccato, est in via ad portas mortis æternæ, & quantò magis peccat, tantò magis appropinquat. Cùm autem moritur in peccato, tunc intrat portam mortis, & Dominus de sua misericordia multos reducit, qui iam vsque ad portam appropinquauerant. *Sap.16.b.* Deducit ad portas mortis, & reducit. Et quomodo reducit? Immittendo tribulationes exteriores, & interiores, quæ cogunt hominem clamare ad Deum, & reuerti de via sua mala: Vnde sequitur. b Et clamauerunt, &c. Hoc supra expositum est. e Misit verbum suum,] scilicet, verbum prædicationis, quod mittit per Prædicatores. f Et sanauit eos,] infundẽs vulneribus eorum vinum correctionis, & reprehensionis acutæ, & oleum consolationis. Prædicator enim & Prælatus intelliguntur per Samaritanum illum qui *Luc.10.f.* alligauit vulnera sauciati infundens vinũ, & oleum. *Greg.* Necesse quippe est, vt quicunque sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo molliciem pietatis, quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur sananda. Ideo etiam Prædicatores, & Prælati in multis locis canes vocantur, quia mordent dentibus, & lambunt lingua. Si verò non velint sanari, nec per oleũ, nec per vinum, tunc sunt per censuram Ecclesiasticam compellendi. Vnde addit. g Et eripuit, &c.] quasi dicat, violenter eos compescuit ne præcipitarent se in interitum, vel potius, vt extrent de interitu peccati. Peccatores, enim sunt sicut phrenetici, qui se in mortem præcipitare non timent. Sed boni Prælati eos, sicut dilectos filios ligant, & verberant, cum eos pœna spirituali, vt excommunicatione, vel interdicto, aut pecuniaria coercent: Sicut comminabatur Paulus. *1.Cor.5.a.* Ego iudicaui eũ qui sic operatus est, in nomine Dñi nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominẽ Sathanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi. Sicut ergo Paulus volebat eum eripere de interitu animæ etiam per interitum carnis, sic facit ipse Dominus cùm per tribulationes, & infirmitates, & paupertates compellit hominem cessare à peccato. Vnde perit. *Ps.82.* Imple facies eorũ ignominia, & quærent Nomen tuũ Domine. Ex his omnibus laudandus est Deus. Vnde sequitur. h Confiteantur Domino, &c.] vt supra expositum est. i Et sacrificent, &c.] *Osea vlt.a.* Tollite vobiscum verba, & dicite, omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Hæc autem oblatio debet fieri non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem, enim datorem diligit Deus *2.Cor.9.b.* Vnde subdit. l Et annuncient opera eius,] non sua propria. m In exultatione,] *Ps.65.* Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Et addit. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Et nota quòd est multiplex sacrificiũ, quod fit, scilicet.

Sacrificium
- De carne, sc. ieiuniũ. *Rom.12.a.* Exhibeatis corpora vestra, &c.
- De anima, sc. contritio, vel deuotio. *Ps.50.* Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c.
- De rebus, sc. eleemosyna. *Eccl.35.b.* Sacrificiũ iusti acceptum est, &c.
- De ore, sc. oratio. *Ps.49.* Sacrificium laudis honorificabit me.
- De pedibus, sc. peregrinatio. *Eccl.35.a.* Salutare sacrificium, &c.
- De dorso, scilicet, disciplina. *Eccl.7.d.* Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres Domino.
- De renibus, continentia. *Leu.6.b.* Hæc est lex sacrificij, quod offerunt sibi.
- De oculis, lacryma. *Os.9.a.* Non placebunt Domino sacrificia eorum.
- De auribus, auditus sermonum Dei. *Prouerb.4.c.* Fili ausculta eloquia mea, &c. *1.Cor.10.g.* Omnia in gloriam Dei facite.

n Qui descendunt mare.] Quinta pars de sæculi tempestate, quæ est quarta tentatio, & est allegoria de persecutionibus Martyrum, moralitas de tentationibus iustorum, Allegoricè sic legi potest. Supra dixerat de Iudæis conuersis, quòd annuncient opera eius in exultatione. Et præcipuè illi hoc debent facere. [Qui descendunt mare,] scilicet Apostoli, & alij Martyres & Doctores, qui de Ierusalem ad literam quasi in monte congregati erãt; & de Sion mystica, id est, de contemplatione sua descendũt in mare, i. in sæculũ. *Isa.2.a.* De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Et hoc vt fiat. o In nauibus,] i. in Ecclesiis quæ inter

Quinta pars. Alleg. de persecutione Martyrum.

A sæculi

Moraliter. n Qui descendunt mare.] Eodem modo potest legi moraliter de Prædicatorib; quo lectũ est supra de Apostolis, & Martyribus, [quia vt annuntient opera eius, descẽdunt mare] i. sæculum. o In nauibus] i. in Ecclesiis, vt dictum est. Et nota, quod dicit descendunt, quia viri sancti, & Prædicatores boni habitant mente, & desiderio in cœlo, non in terra, ideo descendunt, quando terrenis condescendunt. Et nota, quòd tria genera hominũ descẽdunt mare in nauibus, sc. piscatores, mercatores & piratæ. Boni Prælati, & Prædicatores sinceri quærentes tantum salutẽ animarũ, sunt piscatores, qui hamo verbi Dei, pisces, i. curiosos Mundi attrahunt. Et hi sunt laudabiles. *Ierem.16.c.* Ecce ego mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos. *Matth.4.d.* Faciam vos piscatores hominum, &c. Mercatores sunt mercenarij, qui licèt prædicent bona, non tamen hoc faciunt purè pro salute animarum, sed propter commodum temporale. Et hi sunt tolerabiles propter bonum, quod sequitur

Moraliter. de Prædicatoribus. Tria genera hominum descendunt mare in nauibus spiritualiter.

* de sua

A sæculi procellas laborant. *a* Facientes operat.] scilicet opus Euangelij, scilicet prædicantes. *b* In aq. mul.] id est, in populis multis. *Apoc.*17.d. Aquæ multæ populi multi. Vel [In aquis multis,] id est, in tribulationibus multis quas sustinuerunt. Sed non propter hoc dimiserunt opus Euangelizandi.

a facientes operationem in *b* aquis multis. Ipsi *c* viderunt *d* opera Domini, *e* Et mirabilia eius in *f* profundo. *g* Dixit & *h* stetit *i* spiritus procellæ, *k* & exaltati sunt fluctus eius. *l* Ascendunt vsque ad cœlos, *m* & descendunt vsque ad abyssos, *n* anima eorum in *o* malis *p* tabescebat. *q* Turbati sunt, *r* & moti sunt sicut ebrius *s* & omnis sapientia eorum † deuorata est. Et *t* cla-

Vnde Apostolus dicit 2. *Tim.*2.b. Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum in quo laboro vsque ad vincula, sed verbum Dei non est alligatum, quasi dicat ligatus sum sed tamen ligatus prædicare non cesso. Nec mirum si propter tribulationes nolebant desistere à prædicatione. Quia. *c* Ipsi vid. oper. Domini] scilicet miracula eius, quæ fecit coram eis, sicut *Matt.*17.a. Transfigurationem, & alia multa. *e* Et mirabilia, &c.] aquarum, id est, in Passione sua. Quæ mirabilia etiam res insensibiles sentientes tacere non potuerunt, sed velum Templi scissum est, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, &c. *Matt.*27.f. Ideo dixerunt Petrus & Ioannes, *Act.*3.d. Non possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Dico qui descendunt in mare, sed nunquid tranquillum est eis mare? Non, quia. *g* Dixit] Dominus, id est, præcepit, vel permisit. *h* Et stetit,] id est, immobilis permansit, & inhorruit. *i* Spiritus procellæ,] id est, tyrannica persecutio. *k* Et exaltati sunt, &c.] Quomodo? Ecce. *l* Ascendunt, &c.] cum contra Deum elationes eriguntur, blasphemantes nomen Christi. *m* Et descendunt, &c.] cum veniunt ad desperationem, & metum, vel etiam ad gehennam. Sic etiam inuenimus de multis Tyrannis, quod primò ascendebant, Deum blasphemãtes, sed postea descendebant timentes, & quandoque in infernum ruentes. Sancti verò inter tormenta non excitabantur ad iram, sed ad compassionem. Vnde addit. *n* Anima eorum] scilicet Sanctorum inter tormenta pressorum. *o* In malis,] id est, pro malis persecutorib. *p* Tabescebat] i. resoluebatur ad compassionem. Vnde orabant pro persequentib. Vt habetur de B. Stephano, *Act.*7.g. Vel sic. *l* Ascendunt] fluctus persecutionum, vsque ad cœlos, i. vsque ad maiores, sicut Apostolos. *m* Et descendunt,] id est, vsque ad minores. Vel de ipsis Sanctis dicitur. *l* Ascendunt, &c. inter tormenta oculos cordis ad Deum leuando. *m* Et descendunt, &c.] inquantum homines, tormenta horrendo. Quia & *n* anima eorum,] id est animalitas. *o* In malis,] i. in tormentis. *p* Tabescebat] per horrorem, sicut & anima ipsius Christi, qui dicit *Mat.*26.d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et quomodo tabescebat, subiungit dicens. *q* Turbati sunt, &c.] q.d. vsque ad hoc quandoque veniebant, quod vacillabant, & nesciebant quid agere deberent, vt ebrius. Vnde adhuc dicit. *s* Et omnis sapientia, &c.] s. absorpta à nimia tribulatione. Sic 2.*Cor.*1.b. dicit Apostolus. Non n. volumus vos ignorare fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus, ita vt tæderet nos etiam viuere, & ipsum in nobis etiam responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo. Propter hoc bene dicit [sapientia eorum, non Dei sapientia deuorata est, qui scit semper suos iuuare. Et seq. *t* Et clamauerunt, &c. inter tormenta.

al. † commoti.

al. † absorpta.

A In exitus

Moraliter. * de sua prædicatione Vnde *Phil.*1.c. Quid. n. dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. *Luc.*15.d. Quanti mercenarij &c. Prælati sunt fures, & latrones, qui subditos expoliant, excoriant, mactant, & perdunt. Hi sunt damnabiles, & reprobandi, *Ioan.*10.b. Quotquot venerunt, & *Eccl.*43.c. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius, & audientes auribus nostris admirabimur. Vel aliter. Mare est amara pœnitentia. Nauis, Religio, quam intrant multi, vt per mare pœnitentiæ transportet eos ad portum salutis, de quo postea concludi dicens. [Deduxit eos in portum voluntatis eorũ.] Sed antequam veniant ad portum, oportet eos multa videre, & sustinere in mari, de quibus hic Propheta loquitur antequam de illo portu subiungat. Sed qui vult peruenire ad portum, debet fortiorem, & magis integram nauem eligere, quia qui intrat nauem fractam, periculo se exponit. Frangitur autem nauis Religionis, quando subest parum aquæ, i. doctrinæ & tribulationis. Tunc enim terræ colligatur, i. terrenorum amori, & sic frangitur 3.*Reg.* vlt.g. Naues confractæ sunt in Asiongaber, quod interpretatur sustollens dolorem collium sublimium, i. Religiosorum, qui sustollitur, & subtrahitur, quãdo doctrina subtrahitur, quia doctrina facit hominem cognoscere defectus suos, vt flendum & dolendum est. Vnde *Eccl.*1.d. qui addit scientiam, addit & dolorem. Subtrahitur etiam dolor istorum collium, quando tribulatio, & austeritas Religionis non habetur. Ista doloris sublatione confringuntur naues multæ, & pereclitantur qui in nauibus sunt vnde quærenda est copia aquarum. Vnde bene subdit. *a* Facientes operationem, &c.] Singulariter dicit [operationem] quia vnum est necessarium. Et quid est illud vnũ, & illa operatio? Sol. *Phil.*2.b. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Hæc operatio efficitur. *b* In aquis multis] doctrinæ & tribulationis, quia doctrina docet viam, & tribulatio vrget ne de via exeatur. Vnde *Greg.* Mala quæ nos hic premunt ad Deum nos ire compellunt, *Osea* 2.b. Sepiam viam tuam spinis, i. punctione tribulationum. Licèt autem dicatur [Facientes operationem] non tamen sibi, sed Deo totum debent attribuere, quia ipse est qui facit opera, *Eccl*, 26.c. omnia opera nostra operatus est in nobis Domine. Vnde bene sequitur. *c* Ipsi viderunt,] i. cognouerunt in se *d* Opera Domini,] i. quod Deus illa opera, quæ faciunt, facit in eis. Vnde *Phil.*2.b. Postquam dixit *Apost.* Vestram salutem operamini, subiunxit statim. Deus n. est qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. *e* Et mirabilia eius,] i. mirabilem misericordiam, *Ps.*16. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. *f* In profundo,] i. in eis, qui sunt in profundo peccatorum. De quo *Pr.*18.a. Impius cum venerit in profundum peccatorum, contemnit. In hoc profundo facit Deus mirabilem misericordiam, quia contemnentem non damnat, sed ad pœnitentiam reuocat. *Greg.* Comtemni se videt, & reuocat Vel [In profundo] maris, i. pœnitentiæ vident Sancti mirabilia illa. De quibus. *Exo.*14.c. Aquæ erant eis pro muro à dextris, & à sinistris. Quia homo qui est in pœnitentia defenditur in prosperis ab elatione, & in aduersis à desperatione. Et hoc est in profundo pœnitentiæ, non tantũ in superficie, sicut hypocritæ. Licet autem defendat à peccato, non tamen à tentatione, quin mentem pulset, quia Dominus permittit tentationẽ venire ad bonum hominis qui tentatur. Vnde sequitur.

g Dixit] Dominus [& stetit spiritus procellæ,] i. tentatio. *k* Et exaltati, &c.] s. suggestiones, & motus. Et cuiusmodi tentationes habeant, subdit. *l* Ascendunt vsque &c. tentati de præsumptione. *m* Et descendunt, &c.] tentati à desperatione. *n* Anima eorum, &c.] i. in pœna pœnitentiæ, vel etiam in tentationum labore, per tentationem pusillanimitatis, & acidie. Vel de Contemplatiuis potest dici, quod [ascendunt vsque ad cœlos] de actiuis, quod [descendunt vsque ad abyssos,] *Gen.*28.c. vidit Angelos ascendentes, & descendentes. Et vtrorumque [anima in malis tabescebat] Contemplatiuorum [in malis,] id est, pœna quam pertulit Christus, *Thr.*3.c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absinthij, & fellis, memoria memor ero & tabescet in me anima mea. Actiuorum [anima in malis] proximorum, tam pœnæ, quam culpæ 2.*Cor.*11.g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Secundum autem primam expositionem procedamus ad sequentia.

q Turbati sunt in vi irascibili. Et nota in omni vi turbatio.

Videlicet {
- Admirationis, in rationabili, *Can.*6.d. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
- Doloris, in concupiscibili, *Psal.*6. Anima mea turbata est valde.
- Timor in irascibili, *Matt.*2.a. Audiens autem Herodes turbatus est, & omnis, &c.
- Occupationis, in omni vi, *Luc* 10. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima.

r Et moti sunt sicut ebrius] in concupiscibili, quæ titubat in tẽtatione. *s* Et omnis sapiẽtia eorũ deuorata est, in rationabili, quæ discretionẽ & iudiciũ amittet, & nescit homo quid possit agere, sicut dicit Susãna. *Dan.*13.c. Angustiæ mihi sunt vndique † & quid eligã ignoro. Sed sicut dicitur 2.*Paral.*20.c. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt ad te Domine oculos nostros dirigamus. Vnde sequitur. *t* Et clamauerũt ad Dominũ cùm tribularentur.] Similiter & de susanna dicitur, *ibi.* Exclamauit Susanna voce magnâ. Exclamauerunt autem, & senes aduersùs eam. Hoc concordat ad literam.

† Hic clausula non est de textu nostro.

Mysticè. Mysticè etiam concordat, quia Susanna interpretatur obtinuit gratiã, & significat animã confitentẽ, quæ fortiter clamat, & gratiã obtinet. Vndè postea ista Susãna, dicebat Daniel. Sed non filia Iuda sustinuit iniquitatẽ vestrã, Filia Iuda, i. confessionis est anima cõfitens, quæ non sustinet iniquitatẽ malorum senum, sed exclamat contra eos, Ipsi autem clama-

* bant

A *a* de neceſſitatibus eorum eduxit eos,] dando patientiam vt vincerent, & poſtmodum pro victoria dando coronam. Quam conſiderantes non ſolùm patientes, ſed & libenter tormenta ſuſtinebant, vnde & ſequitur. *b* Et ſtatuit,] i. impetum tormẽtorum leuem eis fecit & tolerabilem. *Greg.* Conſideratio præmij minuit vim flagelli. Vnde de B. Stephano dicitur. Lapides torrentis ei dulces fuerunt. *d* Et ſiluerunt,] i. non clamauerunt. *e* Fluctus eius,] ſ. maris, i. Tyrannorum perſecutiones, quæ debent non clamare, quando in eis qui patiuntur clamorẽ murmuris vel blaſphemiæ non excitant. Eſt ergo ſenſus. [Siluerunt fluctus eius,] i. non fecerunt Sanctos murmurare. Vnde de Martyribus cantat Eccleſia:

Caduntur gladiis more bidentium, Nec murmur reſonat, nec querimonia, Sed corde tacito mens bene conſcia, Conſeruat patientiam.

Hæc autem patientia cauſa eſt cõſolationis in animabus ſanctis. Vnde addit. *f* Et lætati.] *Act.* 5. g. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Parum autem eſſet hoc, niſi præmium æternum haberent. De quo ſubditur. *g* Et deduxit,] i. de maris procellis duxit.

...mauerunt ad Dñm cum tribularentur, & de *a* neceſſitatibus eorum eduxit eos. Et † *b* ſtatuit procellã eius in *c* aurã, *d* & ſiluerũt *e* fluctus eius. Et *f* lætati ſunt quia ſiluerunt, *g* & deduxit eos in *h* portũ voluntatis eorũ. *i* Confiteantur Dño † miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominũ. Et *k* exaltẽt eum in Eccleſia † plebis, *l* & in cathedra ſeniorum *m* laudent eum. *n* Poſuit flumina in *o* deſertum, *p* & exitus aquarum *q* in † ſitim. *r* Terram fructiferam in † *s* ſalſuginem, *t* à malitia † habitantium in ea. *v* Poſuit deſertũm in *x* ſtagna aquarum, *y* & terram ſine aqua

al. † imperauit procellæ & ſtetit.
al. † miſerationes.
al. † populi.
al. † ſiccum.
al. † ſalinas.
al. † inhabitantium.

Moraliter. *h* In portum,] i. ad portum ſalutis quem volebant, & toto corde deſiderabant; & de his omnibus laudandus eſt Dominus. Vnde ſequitur. *i* Confiteantur Domino, vt ſuprà expoſitum eſt. *k* Et exaltent,] i. plebs de Eccleſia, ſcil. minores exaltent eum & glorificent. *l* Et in cathedra,] i. illi qui ſunt in Prælationibus. *m* Laudent eum, quaſi dicat, ab omnibus laudetur pro coronis Martyrum, quia de quolibet ſtatu perduxit ad coronam martyrij, videlicet de ſubditis & de Prælatis. Item de coniugatis & continentibus & Prælatis.

* bant contra eam. Iſti ſenes & inueterati dierum malorum ſunt fomes & mala conſuetudo. *Baruc.* 3. b. Inueteraſti in terra aliena. Et hæ ſunt duæ malæ neceſſitates, quæ tamen contra clamantes non præualent. Sed *a* & de neceſſitatibus eorum,] iſtis [eduxit eos] Dominus. Hoc facit Dominus, quãdo animam de corpore educit; dum enim homo viuit ſemper eſt quaſi vallatus iſtis neceſſitatibus. Vnde quidam dixit:

Pax erit hæc nobis ſemper dum vita manebit,
Cum pecore infirmo quæ ſolet eſſe lupis.

Ideo clamat Apoſt. Infœlix ego homo, &c. *Rom.* 7. *de Pſ.* 141. Educ de carcere animã meam, &c. Et nota quod iſte verſus quater ponitur in hoc Pſal. In primó autẽ dicitur [eripuit,] in duobus ſequentib. [liberauit,] & in vltimo [eduxit.] Primò enim eſt homo eripiendus de ore leonis, ſ. Diaboli, ſecundũ quod dicitur alibi. *Pſal.* 21. Salua me ex ore leonis, & tandẽ educendus de carcere ad beatitudinẽ, *Pſ.* 141. Educ de carcere animam meã. Licet autẽ in hac vita de neceſſitatib. non educat omnino, tamen ipſas neceſſitates enumerat, vt non præualeant, & tẽtationes mitigat, vt non noceant ſed iuuent. Vnde ſequitur. *b* Et ſtatuit procellam,] i. aſperitatẽ tentationis. *c* In auram,] i. in tranquillitatem, *Tob.* 3. d. Poſt tempeſtatem tranquillum facis. Vel, [procellã eius,] ſ. maris, i. ipſam tentationẽ, quæ mare, i. pœnitentiã turbat. [Statuit in auram,] i. ad vtilitatem conuertit. Aura enim iuuat naues quas impedit procella, 1. *Cor.* 10. c. Faciet cum tentatione prouentum, i. faciet vt qui tentatur tentatione lucretur. *d* Et ſiluerunt,] i. motus quos tentatio excitabat, *Marc.* 4. d. Dixit Dominus mari, tace & obmuteſce, *Eccl.* 43. c. In ſermone eius ſiluit ventus: poſt hoc ſequitur in anima quoddam gaudium magnum. Vnde ſubdit. *f* Et lætati ſunt,] fluctus tentationum, *Tob.* 3. d. Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lacrymationẽ & fletum exultationem infundis. *g* Et] in hac tranquillitate [deduxit eos,] ſ. ad portum ſalutis quem deſiderbant, i. ad cœlum, quod eſt portus deſiderabilis. Vnde dicitur in oratione: Vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, &c. In inferno autem non eſt portus, ſed totum eſt abyſſus. Ex hoc autem laudandus eſt Dominus, vnde ſequitur. *i* Confiteantur Domino] ſicut expoſitum eſt. *Pſal.* 7. Nota quod iſte verſus quater poſitus eſt hic, & in principio Pſalmi dicit: *Pſal.* 8. Confitemini Domino quoniam bonus.] Prima confeſſio eſt innocentium, quæ eſt confeſſio laudis. Vnde alibi. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ, &c. Confeſſio verò pœnitentium quadruplex eſt, quia de cogitatione, locutione, opere, omiſſione. *Pœnitentiũ quadruplex confeſſio.* Ideo quater dicitur *Cant.* 6. d. Reuertere, reuertere Suamitis, reuertere, reuertere, &c. *k* Et exaltent eum in Eccleſia plebis.] Non dicit Principum, quia in talibus non frequenter exaltatur Dominus, quia ipſi ſemetipſos exaltant, & per hoc corruunt in Infernum. *Iſa.* 5. d. Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit, propterea dilatauit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimes eius glorioſique eius ad eum, &c.

l Et in cathedra ſeniorum laudent eum.] Non dicit puerorum, quia pueri nõ debent in cathedram. *Philoſoph.* Nemo iuuenes ſibi eligit duces. Vnde Presbyter Græcè idem eſt, quod ſenex Latinè, 1. *Pet.* 5. a. Seniores qui in vobis ſunt obſecro conſenior. Paul. ad Philemon. Cum ſis talis vt Paulus ſenex. Sed iam verificatur illud *Iſa.* 3. a. Dabo pueros principes eorum. *m* Laudent eum,] Ergo ſe dignos faciant vt poſſint laudare, quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15. c.

Aliter. *n* Poſuit flumina, &c.] Sexta pars de tota Eccleſia, vbi Deus ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, *Iac.* 4. b. Et eſt ſenſus. Dixi. Exaltent eum in Eccleſia.] Et ſi quæras, Quare? Quid enim in Eccleſia fecit? Ecce primum, quia, ſ. ſuperbis reſiſtit, quod ait hoc modo. [Poſuit flumina.] Flumina vocat doctrinam, quæ fuit in Iudæis, vbi prophetiæ currebant. Hæc ergo poſita ſunt in deſertum, quia iam non eſt apud Iudæos prophetia, *Iſa.* 50. a. In increpatione mea deſertum faciam mare, & ponam flumina in ſiccum. Idem repetit aliis verbis. *p* Et exitus aquarum,] i. Iudæos, vnde aliis exibant aquæ doctrinæ, poſuit. *q* In ſiccum,] i. fecit eos ſiccos & egenos, *Iſa.* 14. d. Egeni & pauperes aquas quærunt & non ſunt. Nec ſolum doctrinam amiſerunt, ſed fertilitatem operum cum doctrina. Vnde ſequitur. *r* Terram fructiferam,] prius per bona opera, poſuit. *s* In ſalſuginem,] i. in ſterilitatem quæ per ſalſuginem intelligitur, eo quod ſalſus humor fœcunditatem tollit. Hæc ſterilitas eſt in illo populo propter ſua merita. Quia. *t* A malitia habitantium in ea,] terra, i. propter malitiam ipſorum Iudæorum. Ecce quomodo Deus ſuperbis reſiſtit. Deinde oſtendit quod humilibus dat gratiam, malum eorum conuertendo in bonum. Vnde dicit. *u* Poſuit deſertum,] i. gentes. *x* In ſtagna,] vt aquæ doctrinæ à Iudæis effluentes in ipſis remaneant. Et idem repetit. *y* Et terram ſine aqua,] id eſt, Gentilitatem, poſuit.

A *a* In exitus

Moraliter. Moraliter, *n* poſuit flumina, &c.] Eodem modo poteſt moraliter intelligi de doctrina, quæ in multis locis deeſt, & ibi aliquando fuit tempore Apoſtolorum & Martyrum abundantia aquæ ſpiritualis, modo eſt deſertum & penuria. Vnde bene dixit. Poſuit flumina in deſertum & exitus aquarum, illarum. *Amos* 8. b. *q* In ſitim,] non aquæ materialis, ſed audiendi verbum Dei. Vel aliter. Flumina, ſunt diuitiæ quæ fluunt. Quas Dominus poſuit. *o* In deſertum,] quia dedit exemplum deſerendi eas. Et quia oportet vt in fine deſerantur, quia 1. *Tim.* 6. b. Nec aliquid auferre poſſumus. Et quia ſteriles ſunt, quia qui amat diuitias, fructus non accipiet ex eis, *Eccl.* 5. b.

p Et exitus,] i. prouentus diuitiarum. *q* In ſitim,] q. d. qui habet diuitias hoc idem lucratur, quia quanto plus habent, tanto plus cupit, quia *Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.* *Ouid. lib.* 1. *faſtorum.* Et auarus non implebitur pecunia. *Eccl.* 12. d. Terram fruct.] id eſt, Eccleſiam, poſuit permiſſiuè.

s In ſalſug.] quia multos habet ſteriles & infructuoſos propter ſalſum humorem cupiditatis, & auaritiæ ſuper infuſum. Et vnde hæc omnia? *t* A malitia.] Eccleſia, id eſt, propter malitiam Prælatorũ qui in Eccleſia habitant, & dominantur, 2. *Reg.* 21. a. Facta eſt fames in diebus Dauid tribus annis iugiter, & conſuluit Dauid oraculum Domini, dixitque Dominus, propter Saul eſt donum eius. Vel aliter. Terra fructif. eſt Theologia, quæ verſa eſt in ſalſuginem, i. hypocriſim & cupiditatem, quia multi Theologi non faciunt fructum operum quem docet Scriptura; ſed tantum aliquid floris prætendunt vt diuitias aſſequantur, *Matth.* 7. b. Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: Habent enim veſtimenta ouiũ, i. ſimplicium, ſed intus latet rapina, i. ardor habendi & congregandi diuitias. *Quo Theologia verſa ſit in ſanguinẽ.* Et ſequitur. A fructibus eorũ cognoſcetis eos. Salſugo autem dicitur hypocriſis propter infructuoſitatem, *Iob* 15. d. Congregatio hypocritarum ſterilis. Dicitur & cupiditas propter ſalſuginem, quæ ſitim excitat, non ſedeat, ſicut ſup. dictum eſt. *v* Poſuit deſertũ in ſtag.] per deſertum intelligitur religio, quæ primò fuit deſerta quando non erant ibi diuitiæ nec deliciæ, ſed nunc in multis locis poſita eſt. *Per deſertũ intelligitur religio.* *x* In ſtag.] i. in copiã temporalium diuitiarum. *y* Et terram

* ſine aqua, i.

A *a* In exitus,&c.] vt ſ.non tantum retineant aquas,ſed & aliis effundant.Hoc totum dicitur Iudæis, *Matt.*21.Auferetur a vobis Regnum Dei,& dabitur genti facienti fructum eius.Et prophetatum fuit, *Iſa.*41.e. Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, & ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.

a In exitus aquarũ, Et † *b* collocauit illic *c* eſurientes, *d* & *e* conſtituerunt ciuitatem habitationis. Et *f* ſeminauerunt *g* agros, *h* & plantauerunt *i* vineas,& *k* fecerunt fructum † natiuitatis. Et *l* benedixit † eis, & *m* multiplicati ſunt nimis, & *n* iumenta eorum *o* non † minorauit.Et *p* pauci facti ſunt,& vexati *q* ſunt à *r* tribulatione malorum, & *ſ* dolore. *t* † Effuſa eſt *u* conten-

al. † habitare fecit.

al. † frumenti.

al. † eos.

al. † ſunt diminuta.

al. † Effuſus eſt contemptus.

b Et collocauit illic,] ſcil. in exitus, & in plenitudine aquarum doctrinæ. *c* Eſurientes,] ſcilicet, gentes, quia expulſis Iudæis à doctrina Euangelica, Gẽtes in ea ſunt collocatæ, *Luc.*1.e. Eſurientes impleuit bonis,& diuites dimiſit inanes. Illæ gentes. *e* Conſtituerunt,&c.] i.Eccleſiam, in qua ab omnibus, & extra quam,à nullo habitandum eſt. *f* Et ſeminauerunt] Bonis hominibus, vel ſemine verbi Dei. *g* Agros,] i.Mundum,vel homines de Mundo quibus prædicauerunt, *Matt.*13.e.Ager eſt mundus, bonum verò ſemen hi ſunt filij Regni. *h* Et plant.vi.] id eſt. particulares Eccleſias.*Iſa.*5.b. Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt, id eſt, Eccleſia quæ eſt congregatio fidelium videntium Deum per fidem,& viri Iuda germen eius delectabile. *Septuag.* Nouella plantatio dilectiſſima. Ibi enim plantati fuerunt, & germinauerunt viri Iuda, i. confitentes Deum ore, ſicut credebant corde, *Rom.*10.b. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Fides autem ſine operibus mortua eſt,*Iac.*2.d. Vnde addit operibus. *k* Et fecerunt, &c.] i. opera quæ debent facere fideles filij Dei, 1.*Ioan* 5.a. Omnis qui credit,quoniã Ieſus eſt Chriſtus Deo natus eſt.*l* Et]quia fecerunt fructum, benedixit eis, augendo gratiam,quæ eſt benedictio,i.bona datio. E contrario autem maledicit ſterilibus ſicut ficui in qua fructum non reperit. *Matth.*21.b. *m* Et multiplicati,&c.]numero,& merito recepta benedictione gratiæ,quæ dat incrementum rebus, *Prou.*10.c.Benedictio Domini diuites facit, *Act.*2.g.Habentes gratiam ad omnem plebem,Dominus autem augebat, qui ſalui fierent quotidie in idipſum. *n* Et ium.eor.] i. ſimplices,& idiotas inter eos. *o* Non min.] ſed augmentauit, quia plures ſunt conuerſi ad fidem de ſimplicibus,quàm de ſapientibus,& de plebibus,quàm de nobilibus, 1.*Cor.*1.d. Videte vocationem veſtram fratres, quoniam non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt Mundi elegit Deus,&c.

Moraliter. * ſine aqua, i. eandem Religionem,quæ erat ſine aquis diuitiarum & deliciarum, poſuit. *a* In exitus,&c.] i. tantùm dedit eis de diuitiis, quod ab eis exirent ad alios per largitionem eleemoſynarum, *Prou.*5.c.In plateis aquas tuas diuide. Vel ſic [Poſuit deſertum,] i. ipſam Religionẽ pauperem, [in ſtagna aquarum] ſpiritualium, ſc lachrymarum gratiarum & doctrinarum. Et ter.ſi.aqua.]i.eandem religionem non habentem aquas diuitiarum,& deliciarum. *a* In exitus, &c.] vt aliis aquas ſapientiæ ſalutaris per prædicationem effundant. Et quod tales pauperes Religiones deberent abundare in aquis ſapientiæ, & alios irrigare oſtendit Dñs qui de pauperibus piſcatoribus fecit Apoſtolos: Vnde ſequitur. *b* Et collocauit]Dñs [illic,] i. in talib.Religionib. *c* Eſurientes] illos,de quib.*Matth.*5.a.Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Tales.n.intrant pauperem Religionẽ,vt Deo iuſtitiã faciant de ſeipſis.*d* Et ipſi ſic collocati. *e* Conſtituerunt, &c.] i. ciuium vnitatem per concordiam, & morum vniformitatem,non ad horam,nec ad diem,[ſed ciuitatem habitationis] in quo notatur perſeuerantia.*Pſ.*132.Ecce quã bonum,& quam iocundum,&c. *f* Et ſeminauerunt]ſemine verbi Dei.*g* Agros]i. corda auditorum.*h* Et plantauerunt]plantis virtutum.*i* Vineas] i. animas,vel conſcientias. Seminant quidem prædicando, ſed plantant,& inſerunt exempla præbendo.*Iſa.*27.b.qui egredientur impetu à Iacob, implebunt faciem Orbis ſemine. Ad hoc autem,quod ſemen, vel planta fructificet, duo ſunt neceſſaria, videlicet. Primò vt euellantur ſpinæ,& vrticæ vitiorũ,alioquin ſuffocatur ſemen,& planta.*Prou.*24.d. per agrum hominis pigri tranſiui,& per vineam viri ſtulti,& ecce totum repleuerant vrticæ,& operuerant ſuperficiem eius ſpinæ.*Ier.*4.a.Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinis. Secundò neceſſaria eſt pluuia gratiæ, ſine qua non creſcit ſemen, vel planta. *Iſa.*30.e. dabitur pluuia ſemini tuo vbicunque ſeminaueris in terra.Cum hæc duo ſunt ſimul,ſequitur fructus boni operis de quo addit. *k* Et fecerunt,&c.] i. bona opera, quæ ſunt fructus natiuitatis, i.naturales,quia ſimiles ſunt ſemini,*Gen.*1.a.lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum. Hic eſt fructus natiuitatis. De fructu autem innaturali.*Matt.*23.d. Domine nonne bonum

Duo ſunt neceſſaria ad hoc vt ſemẽ vel planta fructificet.

ſemen ſeminaſti in agro tuo, vnde ergo habet zizania? *Iſa.*5.b. Expectaui vt faceret vua,& fecit labruſcas? Et poſt. Expectaui vt faceret iudicium,& ecce iniquitas, & iuſtitiam, & ecce clamor. *l* Et benedixit eis]De quibus dictum eſt, quod ſeminauerunt agros, &c. In hoc enim merentur benedictionem gratiæ Dei,ſecundum,quod dicitur *Pro.*11.d. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentium. Et de benedictione. *m* Multiplicati ſunt] merito,quia vt ſupra dictum eſt: Benedictio Domini diuites facit. *Pro.* 10.c. Multiplicati ſunt]& numero iſti ſeminatores,ſcilicet pauperes Prædicatores. *n* Et,] tamen iument.eor.non min. Iumenta, id eſt,iuuamenta eorum,id eſt,neceſſaria victui,quæ non minorauit Dominus,licèt eos multiplicauerit,quia ita de facili.& magis libenter paſcit centum,vel mille ſicut vnum. Et qui eos multiplicat,etiam neceſſaria eis multiplicare poteſt.& vult. *Matt.*16. b. Modicæ fidei quid cogitatis in cordibus veſtris, quia panes non habetis, nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum,&c.*Mat.*6.d. Reſpicite volatilia cœli quæ non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater veſter cœleſtis paſcit ea, nonne vos magis pluris eſtis illis.*p* Et pauci &c.]Septima pars de hæreticis,quibus quaſi ciuilibus bellis quatitur Eccleſia. Quaſi verò nunc quoque de eiſdem dicat, de quibus ſupra loquebatur,ita coniungit verba multiplicati ſunt, &c. cum tamen de fidelibus dicat, multiplicati ſunt: de hæreticis vero, & pauci]facti ſunt. Ita vero coniunxit propter communia ſacramenta. Pertinent enim ad populum Dei per ſpeciem pietatis, non per veritatem 2.*Tim.*3.a. Speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes. Vnde 1.*Io.*2.c. Ex nobis exierunt, ſed ex nobis non erant. Qui licèt ſint multi, bene tamen pauci dicuntur,quia ab vnitate diuiſi,in qua ſunt,multi.Multi ergo numero,ſed pauci ſunt merito,vel potius nulli. Nec ſolum pauci, ſed. *q* Et vexati ſunt,&c.]ſcilicet Dæmonum *ſ* Et dolore] ſuorum cordium.Neceſſe eſt enim vt dolor,& tribulatio illata inſidiis Dæmonum, eos ſequantur qui auctorem ſalutis relinquunt. Nec tantum tribulationem, & dolorem, ſed & diſcordiam,& contradictionẽ habent inter ſe:Vnde addit.*t* Effuſa eſt] quaſi per totũ. *u* Contritio ſuper Principes,] i.ſuper Hæreſiarchas, quia eorum ſectæ ſunt contrariæ, licèt omnes ſimul ſint contra fidem. Quod ſignificatum eſt in vulpibus Sanſonis,quæ licèt haberent caudas ſimul ligatas, tamen habebant facies diuerſas. Vel ſecundum aliam literam: [Effuſus eſt] A contemptus

Allegoricè de hæreticis.

*Iudic.*15.a.

Moraliter. Moraliter. *p* Et pauci facti ſunt]Immediatè ſup. dixit de pauperibus Religioſis.[Et multi ſunt ni.& ium.eo.non mino.Nunc] autem dicit, quod videtur contrarium, ſed non eſt [Et pauci fa. ſunt] quia Multiplicati in numero, & merito, quantum ad vtrumque pauci facti ſunt, in ſui reputatione. Videtur enim ſibi, quod pauci ſint numero, vnde ſemper ad alios attrahendos laborant, in quo ſe probant pertinere ad tabernaculum Eccleſiæ, & populum Dei. Nam cortina cortinam trahit,& quando audit dicit,veni.*Hiere.*29. b. Hæc dicit Dominus omni tranſmigrationi, id eſt,omni Religioni,multiplicamini ibi & nolite pauci eſſe numero. Item quanto magis multiplicantur merito, tanto videtur eis, quòd pauciores, & pauperiores ſint.*Greg.* Quantò mens dignior efficitur, tantò ſibi indigna videtur. Iſte autem perfectus creſcit in tribulatione, & quando vult perficere, oportet quod tribulationem ſuſtineat. Vnde ſequitur. *q* Et vexa. ſunt] exteriùs.

*Apoc.*22.d.

r A tribulatione malorum] hominum 2. *Tim.*3.c. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur. *Iſa.* 59. c. Et qui receſſit à malo prædæ patuit. Et iterum, vexati ſunt interiùs. *ſ* Dolore] compaſſionis 2. *Cor.*11.f. præter illa quæ extrinſecùs ſunt inſtantia mea quotidiana,ſollicitudo omnium Eccleſiarum;quis infirmatur, & ego non infirmor,quis ſcandalizatur & ego non vror;Poteſt etiã rectè dici de iuſtis in Eccleſia. *p* Et pau.fa.ſunt,] numero, quia ſupra dictum eſt: Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Et vt vexatio daret intellectum auditui, [vexati ſunt.] Sed quia duplex eſt vexatio, interior & exterior. De exteriori dicit. [A tribula. mal.] De interiori addit. [Et dolore.] *Deut.* 32. d. Foris vaſtauit eos gladius, & intus pauor. 2.*Corinth.*7. b. Foris pugnæ intus timores. Et ſi quis quærat, vnde oriuntur hæc mala in Eccleſia? De peccato Prælatorum.Vnde addit. *t* Et effuſa eſt,&c.] id eſt, ſuper Prælatos Eccleſiæ, qui contendunt non pro animabus, ſed pro dignitatibus. *Luc.* 22. c. Facta eſt contentio inter diſcipulos quis eorum videretur eſſe maior. Et dicit [Effuſa,] ad denotandum abundantiam, quia tantùm effuſa eſt, & ita eos occupat contentio iſta, quod omnia alia quæ facere tenentur, poſtponunt. Vnde *Bernard.* Vides omnem Eccleſiæ feruere zelum ſolum pro dignitate tuenda, honori totum datur, vtilitati nihil. Inde eſt quod Dominus contemnit eos

*Iſa.*28.a.

A contemptus super principes.] Probatur enim quòd sint hæretici, reprobantur ab Ecclesia & cõtemnuntur. Et sicut dicitur *Mat.*5.b. Sal infatuatũ foras proiicitur, & ab hominib. cõculcatur. *a* Et errare, &c.] Dñs [eos,] i. reliquit eos sibi non ducens

*Psal.*118. eos, neque regens. Vnde errauere. *b* In inuio,] infidelitatis. *c* Et non, &c.] fidei. De qua *inf.* Viã veritatis elegi. Iste autem error de superbia eorum nascitur, quia putantes se aliquid esse cum nihil sint. *Gal.*6. euanescunt in cogitationib. suis, & obscuratur

*Rom.*1.*c.* insipiens cor eorum, dicentes enim se sapientes esse, stulti facti sunt. Sed è contrario Dñs docet fideles viam, & seruat eos ab errore propter humilitatẽ suam, quia de sua sapientia non præsumunt, sed in captiuitatẽ redigunt omnem intellectum suum in obsequium Christi. Vnde subdit. *d* Et adiuuit,] i. fidelem Ecclesiam, quæ se pauperem sensu reputat. *e* De inopia,] i. propter hoc quod se inopem reputat, non de se præsumens, sed totam spem in Deo ponens. Adiuuit, dico ita quod eam in innocentia seruat, & numerum fidelium multiplicat. Hoc est quod subditur. *f* Et posuit] quod sic legendum est. Posuit illum, vel illam pauperem, s. Ecclesiam, familias, multiplicando fideles, [sicut oues,] i. in innocentia & simplicitate. In hoc etiam quod dicit primò singulariter pauperem, & de eodem addit pluraliter, familias, &c. innuit quod iste, vel ista pauper est familiæ multæ, i. multæ Ecclesiæ, tamen est vna Ecclesia, & vna ouis. Hæc autem tanta mysteria diu latentia, & ideo dulciter inuenta.

h Videbunt recti per fidem,] & [videntes] lætabuntur. *k* Et omnis, &c.] hæreticorum garriens contra vnitatem Ecclesiæ.

l Opilabit,] conuicta & confusa. *Iob.*5.b. Erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. Ex quo ergo Dominus ita adiuuat pauperem, id est, eum qui non de se, sed de misericordia Dei confidit. *m* Quis, &c.] vt, scil. non de se præsumat, sed de misericordia Dei confidat? Hoc est quod sequitur. *n* Et intelliget] non sua merita, & sic totum legitur sub interrogatione. Vel potest ibi terminari interrogatio. [Quis sapiens,] quasi dicat, qui est sapiens custodiet hæc, vt scil. sit humilis & pauperem se reputet. [Et] bene debet hoc facere, quasi fecerit, [intelliget] quod scilicet de errore liberat egenum, & de consuetudine praua & de naufragio, quod denique constituit eum in populo, non illo vbi superbis resistit, sed in populo suo, vbi humilibus dat gratiam.

Moraliter. * sicut dicit alia litera. [Effusus.] Et quia ita sunt intenti circa contentiones, ideo non possunt studere vtilitati animarum, nec meditari legem Dei. Vnde addit. *a* Et errare,] *Matth.* 22.c. Erratis nescientes Scripturas. Fecit dico, punitiuè vel permissiuè. *Isa.*19.c. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecit Ægyptum. *b* In inuio] diuitiarum superbiæ, quæ sunt causæ quare contendunt. De diuitiis. *Gen.*13.b. Erat eorum substantia multa, & non quibant habitare communiter, vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth. De superbia. *Prou.*13. b. Inter superbos semper iurgia sunt. In his inuiis errant multi sequentes diuitias, & vanitatem. Propter primum dicit, *Eccl.*31.b. Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit. Propter secundum. *Ier.*2.a. Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. *c* Et non] paupertatis & humilitatis. De qua *Matth.*7.b. Quam angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam. *Luc.*13. c. Contendite intrare per angustam portam. In hac via non erratur, licèt multi stultitiam & errorem reputent intrare viam istam. *Isa.* 35. c. Hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. Et quod in hac via non erretur, ostẽdit cum subdit. *d* Et adiuuit,] quasi dicat, ipsa inopia est ei adiutorium ne peccet. *f* Et posuit,] i. conuetus qui sunt obedientes alterius voluntati. *g* Sicut oues,] i. dat ei simplicitatem, innocentiam. Item, [sicut,] i. in ouibus & gregibus, & sub pastore, quod est contra Religiosos exemptos. Et quod Dñs dicitur adiuuare pauperem de inopia, quia inopia à Deo data multis modis adiuuat, videlicet.

Quia:
- Humiliat, i. tollit occasionẽ superbiæ quæ est in diuitiis. *Os.* 13.b. Adimpleti sunt & saturati, & eleuauerunt cor suũ.
- Retrahit à luxuria, quia *non habet vnde suum paupertas pascat amorem.* E contrario diuitiæ incitant ad luxuriã. *Ier.*5.b. Saturaui eos, & mœchati sunt. [multa, &c.
- Retrahit à gula, sicut diuitiæ irritãt. *Luc.*12.c. Anima habẽs
- Retrahit hominẽ à vindicta. *Ec.*13.a. Pauper læsus tacebit.
- Retrahit ab auaritia, sicut diuitiæ excitant auaritiam. 1. *Tim.*6.b. Qui volunt diuites fieri, &c. *Gloss.* Qui diuitias appetit cupere appetit.
- Retrahit ab otio, *Prou.* 16. d. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit illum os suum.
- Retrahit à superfluis expensis, sic diuitiæ faciunt eas fieri, *Ps.* 41. Abyssus abyssum inuocat. Abyssus diuitiarum, abyssum expensarum, quia vbi sunt multæ diuitiæ, sunt & multi qui comedunt eas. *Eccl.*5.
- Ab omni malo reuocat, sicut & diuitiæ sunt occasio omnis mali. *Psal.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. 1. *Tim* 6.b. Radix enim, &c.
- Facit Deum sollicitum de homine. *Ps.*39. Ego autem mendicus sum, & pauper, Dñs sollicitus est mei. *Deut.* 10.d. Dñs amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum. *h* Videbunt,] i. boni homines & Deum timentes. Videbunt perfectum sup. dictum Religionis. *i* Et ex.] Boni enim ex hoc lætantur, & mali confunduntur. Vnde subdit. *k* Et omnis,] q. d. mali & iniqui nõ *Psal.*62. habent quid dicant contra eos. Sup. Rex verò lætabitur in Deo, i. homo iustus qui se bene regit. Vel Rex, i. Prælatus ipsius Religionis, qui lætatur in Deo de profectu subditorum. Vnde Apost. *Phil.*4.a. Fratres charissimi, & desiderantissimi, gaudium meum, & corona mea. Et laudabuntur omnes qui iurant in eo, id est, qui se ei voto Religionis astringunt, qui laudantur à bonis, non à malis. Quia obstructum est os loquentium iniqua, 1. *Pet.*2.c. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Vel sic. *h* Videbunt.] Recti sunt qui

tio super Principes *a* & † errare fecit eos in *b* inuio *c* & nõ in via. Et *d* adiuuit pauperẽ † *e* de inopia, & *f* posuit *g* sicut oues familias. *h* Videbunt recti *i* & † lætabũtur, *k* & omnis iniquitas *l* opilabit os suum. *m* Quis sapiens, & custodiet hæc *n* & intelliget † misericordias Dñi.

ad cœlestia per desiderium eriguntur, & ad terrena per amorẽ non incuruantur. *Cant.* 1. b. Recti diligunt te, non tua. Isti vident te clarè, quòd non excæcantur puluere terrenorum, nec stercoribus hirundinum sicut *Tob.*2.b. scilicet tẽporalibus, quæ hirundines, i. sancti pennis virtutum volantes reputant stercora. *Psal.* 3. b. Omnia arbitror vt stercora. Multi sunt autẽ sicut talpa, quæ non videt, nec potest viuere nisi in terra. Sed Sancti sunt vt Aquila, quæ habet acutũ visum. Vnde nunc vident Solẽ, tamen per speculum in ænigmate; in futuro autẽ videbunt facie ad faciẽ. Et de vtraque visione sequitur lætitia. Vnde addit. *i* Et lætabũtur.] Vnde *Prou.*19.d. Lux oculorũ lætificat animã. *Eccl.*11.c. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solẽ. Ideo dicebat, *Tob.*5.b. Quale gaudiũ mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? sic erunt boni in lætitia. Sed non sic impij, nõ sic, quia sequitur. *k* Et omnis,] i. os omnis iniqui opilabitur. 1. *Reg.*2.c. Impij in tenebris conticescẽt; & non dicit claudet, sed [opilabit] in quo notatur maior dolor. *Prou.*20.c. Suauis est homini panis mendacij, i. peccatũ quod per delectationẽ blanditur, & refectionẽ promittit, sed mentitur. Et sequitur. Postea implebitur os eius calculo, in quo notatur pœna peccatorum. Calculus est lapis ignitus, quo si os impletum fuerit vret illud, in quo notatur pœnæ acerbitas. quia ignitus. Item implebitur, notat pœnæ vniuersalitatẽ. Item quia lapis est, notatur pœnæ durabilitas, quia lapis qui implet os, & masticari non potest, transglutiri non potest, nec expui. Et quia pauci sunt qui prædicta considerent, s. profectum religiosorum, gaudia iustorum, pœnam proborum, quærit. *m* Quis sapiens, scil. prædicta? q. d. Quis est ita sapiens vt velit custodire paupertatem in Religione, rectitudinem in corde, visum siue lumen in ratione, lætitiã in mente, pœnam reproborum in memoratione, q. d. pauci sunt tales? *Deut.*32.d. Gens absque consilio & sine prudentia, vtinã saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. *n* Et intelliget] quas multi recipiunt, & pauci intelligũt. Misericordias dicit pluraliter, quia multæ sunt Dei misericordiæ. Et *B. Bern.* septem assignat misericordias, sicut diximus sup. *ibi.* Misericordias Domini in æternum cantabo. Quas & hic propter eos qui non audierunt, vel non recolunt possumus repetere. Dicit igitur *B. Ber.* Septẽ in me inuenio Dei misericordias. Prima est, quod à multis peccatis adhuc in sæculo positum me custodiuit. Prima inquam, non inter omnes quas mihi impendit, sed inter septem prima. Et hoc tribus modis, occasionis subtractione, resistendi data virtute affectionis sanitate. Secunda miseratio fuit expectatio sustinentis, qua tardabat vltionem, quia indulgentiam cogitabat, longanimiter expectans, electionem prædestinationis suæ impleri volens, & qua nos dilexit nimiã charitatem. Tertia misericorda fuit quòd ad pœnitentiam me conuertit concutiens cor meum, & excitans vt aduerteret meorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem, terrens & deducens ad portas inferi, & meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ largiendo. Quarta misericordia fuit, quòd suscepit misericorditer pœnitentem. Sic enim ex toto indulsit & tam liberaliter omnẽ donauit iniuriã, vt iam nec damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Sequitur misericordia quinta per quam mihi continendi deinceps & emendatius viuendi præstitit virtutem, carnem cum concupiscentiis suis, præsens seculum cum curiositatibus suis, & etiam ipsum cum tentationibus suis, conterens Sathanam sub pedibus meis. Sexta misericordia est gratia promerendi bona æterna, quæ gratia in tribus maximè constat, in odio præteritorum malorum, in contemptu præsentium bonorũ, in desiderio futurorũ. Septima misericordia est spes obtinendi. Tria siquidem considero in quib. spes

Marginal notes: al. † seduxit. al. † à mendicitate. al. † iocundabuntur. al. † miserationes. 1. *Cor.*13.*d.* *Calculus quid sit.* *Psal.*88. *Septem Dei misericordiæ.*

spes mea tota consistit, qui sunt charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redditionis: Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax est in promissione, & potens in exhibitione. Hic est funiculus triplex qui difficilè rumpitur, quẽ nobis à patria nostra in hunc carcerem dimissum firmiter obsecro teneamus, vt ipse nos subleuet, & trahat vsque ad cõspectũ magni Dei. Hæc sunt verba *B. Bern.* cum quo ad illum conspectum nos perducat ipse Christus qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

2. Tim. 1. a. *Eccl. 4. c.*

Canticum Psalmi ipsi Dauid.

PSAL. CVII.

a PAratum cor meũ Deus *b* paratum cor meũ, *c* cantabo, *d* † & psallã in *e* gloria mea. *f* Exurge psalteriũ, & cithara, *g* exurgam *h* diluculo. *i* Cõfitebor tibi in populis Domine, † *k* & psallã tibi in nationibus: † *l* Quia magna est super cœlos misericordia tua, *m* & vsq; ad nubes *n* veritas tua. *o* Exaltare super cœlos Deus, *p* & super omnẽ terrã *q* gloria tua, vt *r* liberẽtur dilecti *s* tui.

al. † psalmum dicam. al. † psalmũ dicã tibi inter gentes. al. † quoniã magnificata.

EXPOSITIO PSAL. CVII.

PAratum, &c.] Titulus [*Canticum Psalmi ipsi Dauid.*] in præcedenti Psalmo egit de humilitate Ecclesiæ. In isto agit de liberatore per quẽ exaltata est. Agit enim hic de duab. naturis in Christo, vnde de ipso intitulatur Psal. Et est sensus: [Canticum psalmi, i. Psalmus iste qui agit de mentis iocunditate, quæ de bonis operibus procedit, ad quæ idem Psalmus nos monet, attribuitur, ipsi Dauid, i. Christo, qui in hoc Psalmo loquitur. Intentio est monere nos, vt Christum credamus verũ Deum, & hominem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, gratias agit Christus Deo Patri, qui suscipiens passionem surrexit in gloriã. Secundò, dicit quod salus facta sit omni terræ, super quam est gloria Dñi, *ibi* Vt liberentur, &c. Sciendum autẽ quod sicut vaga lege artis Musicæ inuentores carminum ex diuersis verbis cõpingunt carmina: Ita Psalmus iste cõpactus est ex duabus partibus extremis, 46. s. Miser. mei Deus, miserere, &c. & 59. s. Deus repulisti. Non tamen idẽ est titulus in illis Psalmis, & in isto. Quæ tituli mutatio nos in prædictis Psalmis ad alium mittit intellectum. Cum enim in primo illorũ ostendatur fuga Dauid, & humilitas eius; in altero fortitudo, & victoria, hic vero ostendatur humilitas Christi in carne, & altitudo in Diuinitate, in illis præcedentibus mittimur ad intellectum huius. Loquitur autẽ in hoc Psalmo Christus, quãdoque in propria persona, quandoque in persona mẽbrorũ. Primò ergo in propria persona dicit ad Patrẽ. *a* Paratũ, &c.] ò Deus Pater ad laudãdũ te. Et vt geminatio notet cõfirmationem, repetit, paratum cor meum. Et ideo faciã id ad quod paratum est cor, s. [cantabo, &c.] Vel sic. *a* Paratũ] est [cor meum] ad patiẽdum. *b* Paratũ, &c.] ad resurgẽdũ. *c* Cãtabo] in hilaritate cordis. *d* Et psallã] in sanctitate operis. Et hoc *e* In gloria mea,] i. pro gloria resurrectionis meæ. Vel [pro gloria] victoriæ, & triũphi habiti de diabolo, pro qua ipse gaudẽs passus est, quod idẽ est quod cãtare, & psallere. Hoc signatũ est 2. *Reg.* 6. c. in Dauid, qui reducẽs arcã percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dñm. Per Dauid intelligitur Christus, qui venit de cælo in mundũ, vt reduceret Arcã, i. Ecclesiã suã, in domũ suã cœlestẽ, & in reductione psallebat in organis armigatis, i. ad armũ ligatis, s. in lignis Crucis. Sequitur vox Patris ad Filiũ, vel Filij ad corpus assumptũ. *f* Exurge, &c.] i. ò Fili surge à morte. Et vocat Filiũ psalteriũ, & citharã. Psalterium propter morum & virtutũ concordiã, citharã propter carnis mortificationẽ. Deindẽ respõdet Filius, & est quasi dialogus. *g* Exurgã, &c.] i. manè. Ex hoc loco habetur, quod Christus diluculo surrexit. Et postquã resurrexero dicit Christus. *i* Cõfitebor, &c.] i. in populis Christianis. *k* Et psal. &c.] omnibus quib. Filius nomen Patris per Apostolos manifestauit, & ipsi cõfessi sunt fidem eius. [Confitebor] inquã [& psallã.] *l* Quia, &c.] i. quia tu de misericordia tua exaltasti humanitatem meã super cœlos, vbi etiam Angeli beneficiis tuis fruuntur. *m* Et vsque, &c.] i. vsque ad Apostolos est. *n* Veritas tua,] i. impletio promissionis tuæ. Vel [veritas tua] quam per Spiritũ tuũ docuisti eos, sicut ego promiseram eis. *Io.* 16. c. dicens: Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatẽ. Hæc veritas vere fuit in Apostolis sicut in nubibus, quia sicut nubes impletur aqua, & postmodũ pluit super terrã; ita Apostoli impleti veritate, & doctrina Spiritus S. pluerunt super terrã Ecclesiæ pluuiã doctrinæ, *Isa.* 60. b. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Sequitur vox Ecclesiæ quasi promissa audiẽtis, & applaudẽdo dicẽtis ad Christũ. *o* Exaltare, &c.] i. ò Christe manifesta quod tu sis exaltatus super cælos. *p* Et super, &c.] exaltetur [gloria tua,] i. Resurrectio, & Ascensio, & sessio tua ad dexteram Patris, quæ ad gloriam tuam pertinent, prædicetur, & manifestetur per Apostolos, de quibus dixisti [vsque ad nubes, &c.]

Partitio Psalmi.

Alleg. de Christo.

Moraliter. *a* Paratum, &c.] supra inuitauit Propheta ad confessionem cum dixit ter: Confitemini Domino, &c.] Hic respondet auditor dicens: [Paratum cor meum Deus] quoad contritionem. *b* Paratum, &c.] quoad fidem, quæ parat, & purificat, *Act.* 15. b. fide purificans corda eorum. *c* Cantabo] quoad confessionem. *d* Et psallam,] quoad satisfactionem. Et hæc. *e* In, &c.] i. in puritate conscientiæ meæ, 2. *Cor.* 1. c. gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Vel secundum *Bern.* sic. *a* Paratum, &c.] ad aduersa, paratum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia, paratum tibi Dñe vacare paratum proximis ministrare, paratum ad omnia quæcunque præceperis. Vnde non semel, sed secundò dicitur. *b* Paratum, &c.] qui autem habet cor, ita paratum ad omnia, talis potest habere pacem cordis, & gaudium. Vnde bene post hæc subdit. *c* Cantabo.] Et qui habet cor tale, & intus gaudium, potest operari, & bonam conscientiam habere: Vnde addit. *d* Et psallam, &c.] Sed quia hoc promittendo dicit, & multi promittunt, & non soluunt: Bene subdit. *f* Exurge, &c.] i. statim exurgant bona opera. Per psalterium decachordum intelligitur impletio decem mandatorum. Per citharam, carnis mortificatio. *Sup.* Confitemini Domino in cithara, in psalterio. Sed quia nihil possumus facere sine gratia Dei, addit. *g* Exurgam] de vitio, s. ad bona opera. *h* Diluculo,] i. in ortu gratiæ, *Sup.* Ortus est Sol & congregabuntur, s. feræ, & bestiæ peccatorum, & in cubilibus suis collocabuntur, q. d. peccatã fugient, & homo exurget ad bona opera. Vnde sequitur, *ibit* Exibit homo ad opus suum, &c. Sunt autem quidam qui malis non purgatis volunt bona opera facere, quòd est contra naturã, quia prius eradicandæ sunt spinæ, & vrticæ, & deindè bonæ plantæ plantandæ. Sic priùs dicitur: Declina à malo, & postea additur, & fac bonũ: Vnde subdit. *i* Confitebor, &c.] Ecce peccati eradicatio per cõfessionem. *k* Et, &c.] Ecce bona operatio. Sed nota, quod dicit. [Confitebor tibi in pop.] i. in oculis omnium: quòd est contra quasdã personas qui volunt confiteri in cameris, & in locis suspectis. Item dicit [psallã,] i. bona opera faciã non ad vanã gloriã, sed [tibi] i. ad honorem tuum: Et hoc [in nationib.] vel [in plebib.] alia *litera*. Iuxta illud *Matt.* 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominib. &c. Hæc autem duo, s. confessio, & bona operatio facienda sunt in spe veniæ, & cũ timore vindictæ: Vnde addit. *l* Quia, &c.] nõ tantum super peccatores, sed etiam [super cœlos,] i. super iustos, & contẽplatiuos, qui quantumcunque iusti sint, necesse habet non iustitiam allegare, sed misericordiam implorare. Quia vt dicit *Greg.* vita sanctorũ succũbit si pietas desit, *Iob* 9. b. Si habuero quippiam iustũ, non respondebo, sed meum iudicẽ deprecabor. *m* Et vsq;] i. vsq; ad peccatores puniendos *Iud.* 1. d. Hi sunt nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur. Sic ergo dixit Dei misericordiam esse super iustos, & Sanctos, & veritatem iustitiæ super peccatores malos. Sed ne credatur, quod tantum primis fiat misericordia, & tantum aliis iustitia, quasi cancellatis manibus, aut sermonibus addit. *o* Exaltare, &c.] i. fac, vt ipsi cœlestes homines te exaltent bonis operibus, & sic iustitiam facientes, de iustitia remunerentur. Exaltatur autem Dominus in bonis hominib. per bonam famam, per cultum, per iudicium, per fidem, per contemplationem, *Ps.* 9. Exaltate Dominum Deum nostrum. *p* Et super, &c.] i. super peccatores, qui sunt omnis terra, id est, omnino terreni: Sit *q* Gloria tua,] i. misericordia, quæ dicitur gloria, *Rom.* 3. d. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Et dicitur misericordia Dei gloria eius, quia sicut dicitur *in Collect.* Omnipotentiam suam parcendo maximè, & miserendo manifestat.

Moraliter.

r Vt liberentur.] Secunda pars, in qua ostendit, quod salus facta sit omni terræ. † Et subdit de humilitate Christi, & maiestate eius. Est enim sensus: Exaltare, &c. & super omnem ter. glor. t. vt liberentur dilecti tui, de manu Diaboli, qui eos tenebat quosdam in peccato, quosdam in limbo, *Zachar.* 9. c. Tu quoque eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Propter hoc in persona antiquorum Patrum clamat Ecclesia in aduentu: Veni ad liberandum nos. Et vt hæc A liberatio fiat:

Secunda pars. al. † Super quam est gloria Domini. *Allegoricè de Christo.*

Moraliter. *r* Vt liberentur, &c. Suprà petiit, vt gloria Domini, id est, eius misericordia appareret super omnem terram, id est, super peccatores. Et ad quid petiit declarat dicens: Vt liberentur, a seruitute peccati, & Diaboli.

Moraliter.

s Dilecti tui,] id est, ipsi homines peccatores quos diligit, non inquantum peccatores, quia odisti omnes qui operantur iniquitatem, sed inquantum creaturæ tuæ. Quia sicut dicitur *Sap.* 11. d. Diligis omnia quæ sunt, &c. Et intantum dilecti, quod te fecisti seruum, vt eos liberares, mori voluisti, vt eos redimeres, *Apoc.* 1. b. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, *Ose.* 3. a. Diligit Dominus filios Israel, i. Christianos, qui oculo fidei vident Deũ, & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum, i. temporalia, *Psal.* 3. Vt quid diligitis vanitatem. Et nota quod Deus Pater liberat. *Matth.* 17. g. ergo liberi sunt filij. Liberat filius, *Io.* 8. e. Si filius vos

A liberatio fiat. *a* Saluum fac] me dicit Christus, i. suscita me hominem. *b* Dextera tua,] i. per dexteram. s. per Verbum carni vnitum, quod est dextera Patris, per quam operatur, quia dixit & facta sunt. Vel in persona membrorum, dicit Christus [Saluum] me [fac dextera,] id est, propitiatione [tua.]

a Saluum fac *b* dextera tua, & *c* exaudi me *d* Deus locutus est in sancto, *e* suo. *f* † Exultabo, & *g* diuidam Sichimam, *h* & conuallem tabernaculorum † demetiar. *i* Meus est Galaad *k* & meus est Manasses, *l* & † Ephraim *m* susceptio capitis mei. *n* Iuda Rex meus *o* Moab † lebes *p* spei meæ.

al. † lætabor.
al. † metibor.
al. † Ephrẽ.
al. † olla.

c Et exaudi me] hoc precantem. Sic locutus est Christus ad Patrẽ. Deindè quasi assecurans Ecclesiam conuertit ad eam sermonem, quasi dicat, Deus Pater hoc quod peto faciet, quia promisit. Hoc est, quod sequitur. *d* Deus] Pater [locutus est,] id est, promisit, non solum in Prophetis, sed. *e* In Sancto suo,] i. in Filio suo, *Heb.* 1.b. Olim Deus loquens Patribus in Prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio. Ex quo ergo promisit soluet. Vnde. *f* Exultabo] in Resurrectione. Vel, [Exaltabor] secundum aliã *literam*. Et hæc diuersitas literæ bene congruit, quia exultatio sequitur de exaltatione. *g* Et] exaltatus in Resurrectione, & Ascensione, diuidam Sichimam, i. Iudæos, vel Synagogam. Sichimam enim interpretatur humerus, vel laboriosa, & significat Iudæam, vel Synagogam sub iugo legis laborantem. Hanc diuisit Christus, quia quidam crediderunt, & quidam in fidelitate remanserunt. *h* Et conuallem, &c.] i. Gentilitatem, quæ dicitur vallis propter abiectionem, & vilitatẽ, & quia elementis seruiebat. Tabernaculorum, quia non semper in illa valle habitauerunt, sed castrametati sunt postea in monte cum ad fidem conuersi in cumulo bonorũ operum præstiterunt. Hanc Christus dimensus est diuidens singulis gratiam mensuratè. Et illam dimensionẽ, & diuisionẽ exponit, quia quidã fuerunt Martyres, velut pelles rubricatæ in tabernaculo Domini; quidã Confessores cõtemplatiui velut pelles hyacinthinæ, quidam actiui, velut saga, *Exod.* 26. Vnde subdit *i* Meus est Galaad,] i. Martyres. Galaad. n. interpretatur aceruus testimonij. Hi sunt Martyres qui passionibus suis Christo testimoniũ reddiderũt. Vnde & martyr, idẽ quòd testis *Act.* 4. g. Virtute magna reddebãt Apostoli testimoniũ resurrectionis Iesu Christi. *k* Et meus, &c.] i. contemplatiuus. Manasses enim interpretatur obliuio, & contẽplatiui in somno, & quiete cõtẽplationis obliuiscũtur se, & sua, & quicquid aliud est à Deo. *l* Et Ephraim] meus est, i. actiui qui fructum multum faciunt in Ecclesia. Et est. *m* Susceptio, &c.] i. Dei Patris, quem ipsi recipiunt per fidem. Vnde è contrario dicitur de Iudæis, *Io.* 1.a. In propria venit, & sui eũ nõ receperunt. Et ipse suscepit eos in filios. Vel sic. *l* Ephraim, &c.] i. ex eo, quod caput meum suscepit spineam coronam, & colaphos, & sputa, secuta est magna fructificatio, quia illa humilitate totum Mundũ lucratus sum. Et quis procurauit hoc? Iudas proditor, Vnde sequitur. *n* Iuda Rex meus,] i. dux, & procurator huius Passionis meæ, in qua tantum lucratus sum. Et quid prosecutus est quod incœpit Iudas? Iudæi pessimi. Vnde subdit. *o* Moab olla spei meæ,] i. Iudæi, quib. ego dixi *Io.* 8.f. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Moab enim interpretatur ex patre, & genitus fuit in incestu, ad literam, vnde bene significat illos Iudeos, qui per peccatũ se fecerũt filios Diaboli. Ipsi fuerunt ollã Christi, quia inter eos Christus fuit coctus igne tribulationis, sicut caro in olla. Sed tamen [olla spei meæ] inquit,

A quia per

Moraliter. * vos liberauerit, verè liberi eritis. Item liberat, & Spiritus S. 2. *Cor.* 3.d. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Præter ergo liberat ab infirmitate, Filius ab ignorantia: Spiritus S. à malitia. *a* Saluum fac,] s. me in præsenti per spem, *Rom.* 8.e. Spe enim salui facti sumus, & in futuro per gloriam, *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit, &c. *b* Dextera tua.] De qua *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius. Non sicut sinistra, quia non petit iustus temporalem salutem, de qua ibid. *Prou.* 3.b. In sinistra illius diuitiæ, & gloria. *c* Et exaudi me,] i. ad exitum audi, vt ad hanc salutem me perducas. Et cum dicit [exaudi] innuit se frequenter precari, & postulare illam salutem. Quod debet facere omnis qui illã desiderat, quia dicit Dominus: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, *Io.* 16.e. Sed multi pereunt, & negligunt petere salutem. Vnde *ibid.* Vsque modo non petitis quicquã in nomine meo, i. quod pertineat ad salutẽ, quia nomen Iesus idẽ est quod Saluator. Multoties autem prosperitas, & successus temporaliũ causa est quatuor homines non petunt in Deo salutem. Vnde *Isa.* 57.b. Viã manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Et è contrario tribulatio est causa, vt quærant salutem, *Psal.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Et alibi, *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuũ Domine. De hoc habemus signũ pariter & exemplum, *Mat.* 8.c. vbi cum Iesus cum discipulis suis ascendisset nauiculam, & essent in mari, volente Domino factus est motus magnus in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, & tunc suscitauerunt Dominum, dicentes: Domine salua nos perimus. Ita homo loquitur. *d* Deus locutus, &c.] s. in homine iusto, *Psal.* 84. Audiam quid loquitur in me Dñs Deus. Et quid locutus est? Ista quæ sequuntur. *f* Exultabo] de iustis, *Isa.* 62 .b. Gaudebit sponsus super sponsam. *g* Et diuidam, &c.] i. malos, & reprobos qui laborauerunt, vt inique agerent, *Ier.* 9.b. Hi diuidentur à societate Christi, & Sanctorũ, qui ponitur à sinistris, *Mat.* 25.c. *Luc.* 12.f. dicitur de malo seruo. Diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet. Et nota, quod Sichimitæ multa mala fecerunt, ad literã, quæ isti faciunt spiritualiter, propter quæ diuidẽdi sunt. Ipsi enim Dinam oppresserunt, *Gen.* 34. a. Et propter ipsam non propter Deum circuncisi sunt. Et ipsi primò elegerunt Regem, s. Abimelech, qui per rhamnum significatur, *Iud.* 9.a. *h* Et conuallẽ, &c.] Cõuallis est duplex vallis: Cõuallis tabernaculorum est duplex descensus pœnitẽtium, s. humilitas, & compassio. Per humilitatem descendunt in seipsis, per cõpassionem condescendunt in proximis. Pœnitẽtes autem dicuntur tabernacula Domini, in quibus ipse militat contra Diabolum, & quia ipsi militant cõtra vitia. Vnde *Gen.* 25.d. Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis; Iacob, i. luctator, vel supplãtator, est pœnitẽs, qui supplantat Diabolum, & vitia. Sed priusquam supplantare possit omnino, oportet eum esse in lucta, & in pugna, & militare in tabernaculis, *Iob* 7.a. Militia est vita hominis super terrã. Et *Gen.* 33.d. dicitur, quod Iacob recedens ab Esaũ venit in Sochot, qui interpretatur tabernacula. Bene etiã dicuntur pœnitentes tabernacula, quia non debent habere spatiosa cœnacula, sed domos humiles sicut sunt tabernacula, vt facto ostendant se non esse ciues huius mundi, sed peregrinos & aduenas, *Heb. vlt.* c. Non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futurã inquirimus. Horum tabernaculorũ conuallem, i. duplicẽ descensum prædictum, Dominus dimetietur tripliciter. Primò, examinãdo, *Ps.* 74. Ego iustitias iudicabo. Secundò, commendando, *Mat.* 25.c. Esuriui, & dedistis mihi mãducare, &c. Tertiò, remunerãdo, *Mat.* 25.b. Intra in gaudiũ Dñi tui, *Mat.* 7.a. In qua mensura mẽsi fueritis remetietur vobis, *Luc.* 6.f. Mensurã bonam, & confertã, & coagitatam, & supereffluentẽ dabunt in sinum vestrũ. Et ne quis de bonis superbiat, & sibi ea ascribat, subdit. *i* Meus est Galaad,] i. à me habet homo testimoniũ bonorũ operũ, *Ioan.* 15.a. Sine me nihil potestis facere. *k* Et meus, &c.] i. à me habet homo, vt posteriorũ oblitus, cum Apostolo, ad anteriora extẽdat seipsum, *Phil.* 3 c. *l* Et Ephraim,] i. fructificatio, & omnis profectus nõ est ab homine, sed. *m* Susceptio, &c.] i. Dei, q.d. suscipitur a Deo largiente, 1. *Cor.* 3.b. Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed Deus incremẽtum dedit. Ita neque qui plãtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremẽtum dat Deus. Hæc tria ergo sunt quasi tres possessiones, vel prouinciæ Dñi in regno suo, quod est homo, videlicet bona operatio, mundi obliuio, profectus in bono. Quibus ne noceãt latrunculi, superponit eis Dñs regẽ, de quo subdit. *n* Iuda, &c.] i. cõfessio regit mihi istas prouincias, quia latrones suspẽdit, & destruit, s. suggestiones malas, & vitia, & bonos promouet, & dirigit, s. bonas cogitationes, & bona opera, *Prou.* 20.b. Rex qui sedet in solio iudicij, i. confessio sedens in cõtritione, quæ iudicat conscientiam, dissipat omne malum intuitu suo, i. malum cogitationis, locutionis, & operationis. Et quod de cõfessione intelligẽdum sit, patet per hoc quod statim subdit. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? q.d. non est qui non habeat peccatum quod eum oporteat cõfiteri. De Iuda etiam dicitur 1. *Mach.* 3.a. Iudas persecutus est iniquos, perscrutãs eos, & qui conturbabant populum suum eos succendit flãmis, & repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt, & directa est salus in manu eius. Quæ omnia de confessione plana sunt. Ad hoc autem quod Rex iste bene regat, necessaria est sapientia, quæ eum doceat quid bonum, quid malum. Vnde addit. *o* Moab, &c.] Moab interpretatur aqua paterna, & significat sapientiam Patrum, quæ in sacra Scriptura cõtinentur. Lebes est studium, in quo caro hominis decoquitur, & cõsumitur, secundùm illud. *Eccl. vlt.* d. Frequens meditatio carnis est afflictio. *Eccl.* 31.a. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, *Ezec.* 11.a. Hæc est lebes, vos vero carnes. Et addit. *p* Spei meæ] quia per sapientiam, & studium scripturarum spes roboratur, *Rom.* 15. a. Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Hoc enim posset esse thema de beata Magdalena, vel de quocunque Sancto qui fuit magnus peccator. Ipsa enim beata Magdalena fuit [Moab,] id est, nutrita in diuitiis, & deliciis paternis. Et ipsa fuit lebes, per

Pœnitentes dicuntur tabernacula Domini.

Thema de S. Magdalena.

* luxuriam

A quia per illam decoctionẽ certiſſimè expectauit gloriam reſurrectionis. Et per hoc etiam expectabat fieri dilatationẽ Eccleſiæ: Vnde ſubdit. a In Idumæam, &c.] Idumæa interpretatur terrena, vel ſanguinea, & ſignificat gentilitatẽ, quæ erat terrena per terrenorum amorem, & ſanguinea per crudelitatem.

> In a Idumæam extendam calceamentum meum mihi, † b alienigenæ c amici facti ſunt. d Quis deducet me in ciuitatem munitam, † quis e deducet me vſque in Idumæam? f Nonne tu Deus qui g repuliſti h nos, i & non † exibis Deus in k virtutibus noſtris. l Da nobis m auxilium de n tribulatione, † quia o vana ſalus hominis. In p Deo q faciemus virtutem, r & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.
>
> *In finem Pſalmus Dauid.*

al. † allophyli ſubditi.
al. † aur.
al. † egredieris.
al. † &.
al. † tribulantes nos.

Vſque in hanc extendit Chriſtus calceamentũ ſuum, i. fecit prædicari humanitatem, & incarnationem ſuam. Caro enim eius fuit quaſi calceamẽtũ tegens Diuinitatem ſuã ſicut pedem. *Gre.* Venit ad nos calceata Diuinitas. Vnde dixit *Ioan. Baptiſta Luc.* 3.c. Venit fortior me poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamẽti eius, i. myſterium, & rationem Incarnationis eius exponere. Ipſi verò nõ repulerũt hoc calceamentũ, ſed ſuſceperunt per fidem: Vnde ſequitur. b Mihi alienigenæ, &c.] i. mihi per fidem & amorem adhæſerunt Gentiles. Ex Paſſione autem ſua, non tantum fides gentium ſubſecuta eſt, ſed & liberatio electorum, quorum animæ in limbo tenebantur. Quorum neutrum per hominem potuit fieri: Vnde de vtroque ſubdit quærẽs. d Quis deducet, &c.] Ciuitas munita eſt Infernus, quæ munita erat à Diabolo, ita quod nullus poterat eam capere, & captiuos liberare, ſed tandem venit fortior illo Chriſtus, &

Luc. 11.c.

vniuerſa arma eius diripuit in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuit, i. animas quæ ibi tenebantur, & in domo Patris ſui in diuerſis manſionibus prout meruerant collocauit.

Ioan. 14. a.

Hæc eſt diſtributio ſpoliorum. Et in hanc ciuitatẽ munitam deduxit eum Deus, ſ. virtus Diuinitatis. Similiter & vſque in Idumæã,] i. in Gentilitatẽ, vt dictũ eſt: Vnde dicit. f Nonne tu Deus] ſ. deduces me illuc? Ductor. n. eris meus ſemper, licet videaris in Paſſione me dereliquiſſe. Hoc eſt, quod ſubdit. g Qui repuliſti,] i. repellere viſus es. h Nos] ſ. me Cap. & Martyres membra dum nos paſſionib. expoſuiſti. i Et non exibis, &c.] i. non oſtendes nec manifeſtabis teipſum dando nobis fortitudinem corporum ad reſiſtendum hoſtibus, ſicut ante conſueuiſti facere antiquo populo. Et hoc legi poteſt interrogatiuè, vel remiſſiuè & in idẽ redit, ſ. quod non faciet hoc Deus. Martyres. n. non ſunt liberati in corpore, ſed per patiẽtiã vicerunt: Vnde ſubdit Chriſtus. l Da nobis] ſ. mihi & Martyrib. meis. m Auxiliũ de tribulatione] i. auxiliatricẽ tribulationẽ, vt per eã vincamus tortores: Et neceſſe eſt, quod des. o Quia vana] eſt [ſalus hominis] in ſe, quia homo non ſufficit per ſe. *Pſ.* 32. Non ſaluatur Rex per multã virtutẽ. ſ. ſuam. Sed in Deo magna eſt, & firma ſalus hominis: Vnde addit. p In Deo, &c.] non in nobis. Virtutem fecerũt Chriſtus & Martyres, cùm per patientiã vicerunt, & animas ſuas immaculatas cuſtodierũt. *Luc.* 21.d. Trademini à parẽtibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis. Et ſequitur: Capillus de capite veſtro non peribit, in patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. r Et ipſe] tandẽ ad nihilum deducet inimicos noſtros] condemnans eos in futuro iudicio.

Moraliter.

* luxuriã. ſ. intùs ardẽs, & extrà ſordens. Sed de lebete facta eſt phiala, ſecũdũ quod dicit. *Zac.* vlt.d. Erũt lebetes in domo Dñi quaſi phialæ corã altari. Vnde de ipſa cãtãtur in hymno.

Poſt fluxa carnis ſcandala,
fit ex lebete phiala,
in vas tranſlata gloria,
De vaſe contumelia.

Hoc inquam dicit Chriſtus, [ſpei meæ,] qui facit ſperare in me. Quis. n. nõ ſperaret de Dei miſericordia, qui videret tãtã peccatricẽ reconciliatã Deo, & factã tantã amicam ipſius? *Oſ.* 2.c. Dabo eis vallẽ Achor ad aperiendã ſpẽ. Sed qui cõſiderat quod ipſa cõſecuta eſt miſericordiã, & ſic ſperat, debet etiam conſiderare eius pœnitentiã, vt ſimile faciat: Vnde bene ſubditur ſecundũ vtrumq; ſenſũ quẽ in hoc verbo poſuimus. a In Idumæã &c.] Per Idumæã quæ ſanguinea, vel terrena interpretatur, intelligũtur peccatores, ad quos extendit Dñs calceamentũ ſuum, i. exempla Sanctorum quæ in ſacra Scriptura habentur. Calceamentũ. n. fit de corio mortui animalis: Mortua animalia ſunt Sancti, qui mortificauerunt corpora ſua. Et ad literam ſecundũ corpus mortui ſunt, coriũ relictũ eſt nobis ad facienda calceamenta, i. conuerſatio relicta eſt nobis ad exemplũ, quo munire debemus pedes noſtrorum affectuũ, cõtra frigus pigritiæ, contra lapides duritiæ, cõntra æſtum luxuriæ, cõtra ſpinas diuitiarũ, & huiuſmodi. Propriè etiam pœnitentia Magdalenæ dicitur calceamentũ Domini, quia quaſi calceauit eum, quando vt dicitur *Luc.* 7.f. Stans retro ſecus pedes Dñi, lacrymis rigauit pedes eius & capillis terſit, & oſculata eſt, & vnguẽto vnxit. Exemplo autem eius, & aliorum Sanctorũ multi ad pœnitentiam ſunt conuerſi. Vnde ſubdit Chriſtus. b Mihi alienigenæ,] id eſt, peccatores, filij Diaboli. c Amici, &c.] i. filij dilecti, & me diligentes ex toto corde. Vel ſecundũ communẽ vſũ dicendi [Amici facti ſunt,] i. reconciliati qui priùs erant inimici. Secundũ quẽ modum loquendi dicitur *Luc* 23.b. Facti ſunt amici Herodes, & Pilatus in ipſa die, nam ante inimici erant ad inuicem. Sic ad exemplũ Magdalenæ, & aliorũ Sanctorum antiquorũ cõuerſi ſunt peccatores. Sed quia iam pauci ſunt qui talia dant exempla, & pauci etiam ſunt qui conuertantur, quærit Dominus. d Quis deducet, &c.] i. in cor vallatum multis vitiis, & in mentẽ peccatoris obſtinatã? Aut. e Quis deducet, &c.] i. in mentẽ terrenã, & terrena amantẽ, & ſanguine peccati cruentatam? q.d. nullus, vel pauci hoc faciunt.

Per Idumæã intelliguntur peccatores.

23. q. 3. cap. 6.

Ioannes præcurſor Domini mortuus eſt, qui viam Domino præparauit in eremo. Multi. n. etiam ex his qui ſe Baptiſtas dicunt, modo potius Deũ abducũt, & effugant ab Idumæa, quàm adducãt eũ ibi. Sic de filiis Eli dicitur 1. *Reg.* 2.d. quòd erat peccatũ eorũ grande nimis corã Domino, qui detrahebãt homines à ſacrificio Dei. Sed vir iuſtus, & pœnitẽs, de ſe nõ præſumẽs & peccatoribus cõpatiẽs dicit, quod ſequitur. f Nonne tu Deus] q.d. nos nõ ſumus idonei neque digni, vt deducamus te in ciuitatẽ munitã, & in Idumæã, ſed tu qui nõ indiges humano auxilio, nũquid propter hoc dimittes Idumæam vt non eas in eam? Nonne tu Deus, qui per te potes quicquid vis deduces teipſum, vt capias eam, quaſi dicat ſic facies. *Iſa.* 27.b. gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter. g Qui repuliſti nos] quaſi non egens noſtro auxilio. i Et non exibis Deus] ad capiendã eam. k In virtutibus noſtris [neque capies eã per fortitudinẽ noſtrã, ſed per tuã. *Pſ.* 97. Saluauit ſibi dextera eius. *Iſ.* 43.d. Ego ſum, ego ſũ qui deleo iniquitates tuas propter me. Nos verò potius indigemus tuo auxilio: Vnde. l Da nobis auxiliũ] non à proſperitate Mũdi quæ nociua eſt, ſed. n De tribulatione] quæ iuuat, quia retrahit hominẽ à peccato, & ad Deũ redire compellit. *Pſ.* 106. Et adiuuit pauperẽ de inopia. Dico quod [de tribulatione] & non de proſperitate. o Quia vana] ſ. proſperitas humana, & auxilium humanum inutilia ſunt. Vnde dicit *Baſilius*: Non quæramus auxilium à corporis robore, nec à lætitia carnis, quæ ab hominibus glorioſa dicuntur, ſed à tribulatione, ſicut fecit Paulus qui dicit: Cum infirmor tũc potens ſum 2. *Cor.* 12.d. quia *Heb.* 12. b.
tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem. *Rom.* 5.a. Et dicit conſequenter. Æger es, æquanimiter tolera, quia quem diligit Dominus caſtigat. Pauper es, lætare, quia manet te hæreditas Lazari. Ita Dei nobis ſperemus auxilium, ſi humana velut nihil profutura cõtemnamus. *Ier.* 17.a. Maledictus qui confidit in homine. Sic verò adiuti à Deo. p In Deo] non in noſtra potentia, vel ſapientia. q Faciemus virtutẽ,] id eſt, virtuoſam operationẽ. Quam in eo dicimur facere, quia ipſe potiùs eam fecit quam nos. Vnde dicit Apoſtolus. *Col.* 1.d. Laboro certando, ſecundum operationem eius quam operatur in me in virtute. Nec timere nos oportet impedimentum Diaboli, vel malorũ hominum: Quia. r Et ipſe, &c.] ſcil. Dæmones, vel malos homines, vel prauos motus. Qui nunc ad nihilum deducuntur, cum fortiter reſiſtendo vincuntur & contemnuntur *Iud.* 5.c. Conculca anima mea robuſtos *Gen.* 3.c. Inimicitias ponã inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum. Deducentur etiam inimici ad nihilum, quando condemnabuntur, quia tunc mallent non eſſe quàm eſſe, quando fient mali ſocij eius qui non eſt. *Ezech.* 28.e. nihili factus es & non eris in perpetuum. Vel in bono ad nihilum deducit Dominus peccatores, cum humiliat, vt ſe nihil reputent 2. *Cor.* 12. Tametſi nihil ſum. *Iſa.* *Iob* 18. c.
40.d. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo.

EXPOSITIO PSAL. CVIII.

DEus laudẽ meam, &c] Titulus. *In finem Pſ. Dauid.* Titulus ſatis ſupra expoſitus eſt. In præcedenti Pſalmo egit de Reſurrectione, & Aſcenſione Domini. Hic agit de cauſa meritoria iſtorum, ſc. de Paſſione, & patientia eius. In quo etiam cõtinetur increpatio Iudæ & Iudæorum, & agitur de pœna Iudæ, & per hoc de pœna malorum. Subdit etiam de Reſurrectione Domini, & per hoc de beatitudine bonorum. Intentio eſt monere nos, vt Iudæ malitiam declinemus, & Chriſti humilitatem, & patientiam imitemur. Modus. Tres ſunt partitiones: In prima incipit ab oratione, & poſtea increpat Iudæos qui reddunt mala pro bonis. In ſecunda eſt execratio Iudæ, de quo tamen ſolo non omnia quæ ibi dicuntur, accipi poſſunt, ſed ſicut Petrus perſonam Eccleſiæ portat, ita & Iudas inimicorum, quibus congruunt, non ſolum

Partitio Pſalmi.

ſolum ea quæ apertius legimus in hoc Pſalmo de ipſis, ſed etiam ea quæ expreſſius de ipſo Iuda dicuntur, *ibi*: [Conſtitue ſuper eum. Tertio petit, vt ipſe conſequatur gloriam Reſurrectionis, & inimici diploidem confuſionis, *ibi*: Et Domine, &c.] Propheta ergo loquens in perſona Chriſti in Paſſione conſtituti dicit.

Allegoricè in perſona Chriſti.

PSAL. CVIII.

a DEVS *b* laudem meam ne *c* tacueris quia *d* os peccatoris, *e* & os doloſi *f* ſuper me apertum eſt. *g* Locuti ſunt *h* aduerſum me *i* lingua doloſa, *k* & ſermonibus *l* odij *m* circundederunt me, *n* & expugnauerunt *o* gratis. *p* Pro eo vt me diligerẽt *q* detrahebant mihi *r* ego autẽ orabam. Et *s* poſuerũt aduersũ me mala pro bonis, & *t* odium pro dilectione mea.

a O Deus Pater!

b Laudẽ meam, &c.] id eſt, ne taceri facias quin me reſuſcites. Et opus eſt, vt non taceas laudẽ, quia mali Iudæi non tacent vituperium. Hoc eſt, quod dicit. *d* Quia os peccatoris,] id eſt, aperti, & manifeſti detractoris dicentis. In Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia: *Matth.* 12. b.

e Et os doloſi,] id eſt, occulti detractoris, & adulatoris dicentis: Magiſter ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, *Matt.* 22. b. Os inquam iſtorum. *f* Super me apertũ eſt] me deridendo *ſup.* Dilatauerunt ſuper me os ſuum, dixerunt, euge, euge, &c. De his duobus peruerſo ordine replicat dicens. *g* Locuti ſunt, &c. Ecce quod ſecundo dixerat [doloſi.] *k* Et ſermonibus, &c.] Ecce quod primò dixerat [quia os peccatoris, &c.] Et hoc vt diximus, fecerunt dicentes. In Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia: Et quando clamabant, crucifige, crucifige, *Ioan.* 19. a. Hi ſunt ſermones odij. *m* Circundederunt] per hoc notat multitudinem populi hoc clamantis, *Pſal.* 21. Circundederũt me vituli multi. Et alibi *Pſal.* 117. Circundederunt me ſicut apes. Vel hoc, quod dicit [Os peccatoris, &c.] dicitur de Iuda; qui fuit peccator in ſe, & doloſus in Domino, quia proditor. Hic aperuit os ſuper Dominum, cum dixit. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? *Matth.* 26. b. Quod autem ſequitur, [Locuti ſunt, &c.] de Iudæis dicitur, ſicut expoſitum eſt. Et poſſent dicere Iudæi: Malefactor noſter erat, vnde meritò talia ei fecimus. Contra quod dicit. *n* Et expugnauerunt me,] i. impugnauerunt. *o* Gratis,] i. ſine cauſa *Io.* 10. f. Multa bona opera oſtendi vobis à Patre meo, propter quod horum me vultis lapidare? Vel. *n* Expugnauerunt,] i. vicerunt ſecundum ſuam opinionem, quia cum eum crucifixum viderunt, crediderunt eum non reſurrecturum. Vnde & ipſi abeuntes munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus; *Matt.* 27. g. Et hoc fecerunt. *o* Gratis,] i. ſine cauſa, & loco gratiarum quas referre deberẽt de bonis quæ fecerat eis Chriſtus, vt prædictũ eſt. In quo notatur magna ingratitudo Iudæorum. Vnde in ſequentibus triplicem ingratitudinem eorum oſtendit. Prima fuit ingratitudo oris, quia cum eis gratias referre deberent, detrahebant ei: Vnde dicit, *p* Pro eo, vt me, &c.] i. loco eius, quod me diligere deberent. Vel [pro eo] pro quo me diligere deberent, quia, ſc. eorum infirmos curabam. *q* Detrahebant mihi,] *Io.* 9. *e.* Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Et iterum *Ioan.* 9. c. Non eſt hic homo à Deo qui ſabbathum non cuſtodit. Et tu Domine quid faciebas? Nunquid eis ſimiliter detrahebas? Reſpondet Dominus.

Triplex ingratitudo Iudæorum.

r Ego autem orabam,] ſcilicet pro peccatis eorum, *Luc.* 23. e. Pater dimitte illis hanc noxam, quia neſciunt quid faciunt. Secunda, fuit ingratitudo operis. De qua addit. *ſ* Et poſuerunt, &c.] facientes me crucifigi: Et me etiam priùs lapidantes, ſecundũ quod prius dictum eſt, quod dicitur *Io.* 10. f. Multa bona opera oſtendi vobis à Patre meo, propter quod horum me vultis lapidare? Tertia, fuit ingratitudo cordis. Vnde dicit. *t* Et odium, &c.] *Ioan.* 15. d. Vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis. Sumitur de *Pſal.* 34. Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Moraliter *a* Deus laudem meam, &c.] Hoc dicit iuſtus, ſiue pœnitens, quem homines peccatores in ſe, & doloſi in proximos vituperant, & detrahunt ei dè facili, quod notat cum dicit. *f* Apertum eſt] q. d. nunquam ſciunt veritatẽ loqui, ſed quodcunque malũ venit eis ad os ſecundum quod vulgariter dicitur. Vnde *Iob* 19. b. Aperuerunt ſuper me ora ſua. Et tales quia ita vituperantur in linguis malis, laudat Dominus. Vnde exemplum habemus, *Num.* 12. a. vbi dicitur, quod Dominus dixit. At nõ talis ſeruus meus Moyſes qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Et *Dan.* 13. e, cum ſacerdotes mali vituperarent Suſannam, Dominus eam laudauit, quia ſuſcitauit ſpiritum Danielis ad laudandum eam, & liberandam. Vnde dicit *Dauid* 2. *Reg.* 16. c. Dimitte eum, vt maledicat mihi, ſi fortè reddat mihi Dominus benedictionem pro maledictione hac hodierna. E conuerſo qui a malis hominibus laudantur, à Deo non commendantur. *ſup. Pſal.* 52. Confuſi ſunt hominibus placent, quoniam Deus ſpreuit eos. Et alibi *Pſal.* 9. Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator. *Luc.* 16. d. Quod hominibus altum eſt, abominatio eſt apud Deum.

Moraliter in perſona iuſti ſiue pœnitentis.

g Locuti ſunt aduerſum, &c.] *Ier.* 9. a Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non veritatis. *Pſ.* 119. Domine libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua doloſa. Et notãtur in hoc verſu breuiter octo vitia quæ fuerunt in Iudæis, & ſunt in detractoribus. *g* Locuti sũt.] Ecce loquacitas contra ſilentiũ. *h* Aduerſum me,] Ecce temeritas contra reuerentiam, quæ Domino, & bonis viris debetur. *i* Lingua doloſa,] Ecce fraus contra iuſtitiam. *k* Et ſermonibus,] Ecce procacitas contra modeſtiam. *l* Odij Ecce inimicitia contra charitatem.

Octo vitia Iudæorum & detractorum.

m Circundederunt me,] ecce iniqua circunuentio contra veritatem. *n* Expugnauerunt me,] Ecce bellum contra pacẽ.

o Gratis,] ecce ingratitudo contra gratiam. *Col.* 3. c. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, & grati eſtote. *p* Pro eo, vt me diligerent, &c.] id eſt, quia me diligebant, vt dicebant, mala de me dicebant. Sic enim dicunt detractores. Nouit Deus, ego diligo illum hominem, & propter bonum ſuum, dico. Vellem quod, corrigeretur de hoc vitio, vel de illo, quia talis, vel talis eſt. Et tantò fortiùs detrahunt, quantò faciliùs eis creditur contra eũ cuius amici eſſe creduntur. Quia de talibus rectè poteſt dici illud. *Pſ.* 56. Lingua eorũ gladius acutus. Ex hoc enim facilius cædit, & intrat lingua detractoris, quia amicum ſe ſimulat. Sed tamen dicitur *Mich.* 7. a. Nolite credere amico. Tales, faciunt ſicut Iudas, qui oſculo filium hominis tradidit. Et ad hoc oſculatus eſt, non quod eum diligeret, ſed quòd eum faciliùs traderet. Iuſtus, tamen non reddit malum pro malo, ſed bonum pro malo. Vnde addit.

r Ego autem orabam,] ſcilicet, pro detractoribus meis: Aliter non eſſet diſcipulus Chriſti dicentis. *Matth.* 5. g. Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Hoc executus fuerat Ieremias, qui dicit *Ier.* 18. d. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuam ab eis; nec tamen ſic orando pro detractoribus, poſſunt boni viri eorum detractiones compeſcere, ſed eo ipſo, quod erant pro eis, vocãt eos hypocritas: Vnde ſubdit. *ſ* Et poſuerunt. &c.] i. ſuperpoſuerunt, quod mala intentione hoc facerem, quod bonũ eſt, ſ. orare pro inimicis, vel alia bona, *t* Et odium, &c.] i. dixerunt, quod licet orarem pro perſequentibus, tamen odiebam eos. Sic dicunt multoties mali contra iuſtos. Et hoc totũ eſt ad bonũ iuſtorũ. Vnde *Matt.* 5. a. Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos mẽtientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Vel ſic. [Odiũ pro dilectione mea,] i. oderunt me, quia eos charitatiuè corripiebam. *Amos* 5. a. Odio habuerũt me in porta corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt. Vel de ipſo Chriſto poteſt legi, qui dicit de peccatoribus. *ſ* Et poſuerunt, &c.] Dominus enim multa bona fecit hominibus, creando, recreando & facit quotidie ſuſtentando, ad pœnitentiam expectando, & multis aliis modis, pro quib; ipſi deberent retribuere ei bona, quæ poſſunt facere, quæ tamen nihil ſunt in reſpectu bonorum acceptorũ. Vnde dicit *Pſal.* 115. Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Sed tamen multi ponunt aduerſus eum mala pro bonis, qui, ſ. peccare non deſiſtunt. *Heb.* 6. b. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes *Zach.* 11. c. Si bonum eſt in oculis veſtris mercedem meam afferte, ſ. animas veſtras pro quibus mortuus ſũ, quia Chriſtus paſſus eſt pro nobis, & addit. Si non, quieſcite, q. d. nolite ampliùs me crucifigere, & aduerſum me ponere mala pro bonis. Et notabiliter dicit [poſuerunt] quaſi videlicet in commenda, vel in theſauro, quia iterum reddetur eis totum in pœna, quod modo ponunt in culpa. *Rom.* 2. a. Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua, ſcilicet, reddet, id quod depoſuerat, quod Dominus cuſtodit ei. *Deut.* 32. e. Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? *Eccl.* 28. a. Peccata illius ſeruans ſeruabit. *t* Et odium pro dilectione mea,] Chriſtus enim nos dilexit, vt nos eum diligeremus, & proximum 1. *Ioan.* 4. b. Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniã diligo Deum, & fratrem ſuũ oderit, mendax eſt, &c. Sed multi reddunt odium Deo, & proximo. *Pſal.* 73. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. *Prou.* 29. b. Viri ſanguinum oderunt ſimplicem,

Aliter.

Secunda pars. Allegoricè seu ad literam de pœnis Iudæ & Iudæorum.

A a Constitue.] Secunda pars vbi est execratio Iudæ, & prophetia de malis, quæ mali pro impietate recipient. Primò ergo allegoricè seu ad literam de Iuda & Iudæis exponamus, quorum pœnæ hic enumerantur; primò spirituales, postea temporales. Prima pœna spiritualis eorum est seruitus Diaboli. Vnde dicit Christus, non optando, sed prædicendo, vel Propheta dicit hoc prophetando: Constitue, ô Deus Pater.

a Constitue *b* super eum *c* peccatorem, *d* & Diabolus stet *e* à dextris eius. Cum *f* iudicatur *g* exeat *h* condemnatus, & *i* oratio eius *k* fiat in peccatum. *l* Fiant dies eius pauci, *m* & Episcopatum eius accipiat alter.

b Super eum,] scilicet super Iudam & super populum Iudaicum.

c Peccatorem,] id est, Diabolum, qui antonomasticè dicitur peccator, secundùm illud 1. *Ioan.* 3. b. Diabolus ab Initio peccat, quasi dicat, facies, id est, permittes vt Diabolus sit Dominus eorum. Vnde de Iuda dicitur *Ioan.* 31. c. Introiuit in eum Sathanas. Secunda pœna est peruersitas voluntatis, vnde dicit.

e Et Diabolus, &c.] id est, in potioribus bonis eius, q. d. quæ sunt Diaboli habeat pro dextera, sicut Iudas, quòd Christum tradere potuit, & Iudæi, quod ipsum crucifigere potuerunt, habuerunt pro dextera, *Iob* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Tertia pœna est damnatio: Vnde dicit. *f* Cùm iudicatur] particulari iudicio, scilicet in morte, vel in generali.

g Exeat condemnatus.] Iudas seipsum iudicauit, dicens: *Matt.* 27. a. Peccaui, tradens sanguinem iustum; & exiit condemnatus. Primò à seipso, sicut ibi sequitur, quòd proiectis argenteis in Templo abiens laqueo se suspendit. Secundò, condemnatus à Deo, quia desperauit. Quarta pœna est frustratio orationis: Vnde dicit.

i Et oratio, &c.] id est, cum peccato, id est, cum defectu, vt non habeat effectum. Et specialiter intelligitur de illa oratione Iudæ qua orabat, & desiderabat apud se, vt inueniret occasionem tradendi Dominum, & hoc fuit in peccatum, quia sic orando peccauit. Iudæorum etiam oratio qua quotidie Christianis imprecantur, est eis in peccatum. Enumeratis pœnis spiritualibus, subiungit de temporalibus. Et primam ponit vitæ breuitatem, dicens.

l Fiant dies, &c.] Sic fuit ad literam de Iuda, quia citò post proditionem suspendit se, & suspensus crepuit medius. Et de Iudæis pauci fuerunt dies eorum sacrificij, quia sacrificium est ab eis ablatum. *Osea* 3. b. Diebus multis sedebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, &c. Secunda pœna est depositio honoris, & dignitatis. Vnde subdit. *m* Et Episcopatum, &c.] quod de Iuda verum fuit, quia Matthias accepit Episcopatum, id est, Apostolatum eius, sicut habetur *Act.* 1. d. vbi Petrus inducit istum versum. De Iudæis similiter verum est, quia transiit ab eis Sacerdotium, & Gentiles habent Sacerdotium, & Episcopatum. Tertia pœna est mors temporalis; de qua subdit.

Δ a Fiant filij

Moraliter. De miseriis peccatorum.

Moraliter. Hic describuntur calamitates, & miseriæ peccatoris. *a* Constitue super eum peccatorem,] scilicet malum Prælatum, quod magna, vel maxima miseria est. Pœna enim magna est habere Prælatum cupidum, vel auarum; sed maior est habere stultum Prælatum, maxima autem est habere perniciosum. De primo 2. *Paral.* 12. b. Nō stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesach; veruntamen seruient ei vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. De secundo. *Zach.* 11. d. Sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet: ecce descriptio stulti Prælati. De pernicioso, *Iob* 34 d. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. *Nehem.* 9. g. Fruges eius multiplicantur Regibus quos posuisti super nos proper peccata nostra, & corporibus nostris dominantur, & iumentis nostris secundùm voluntatem suam, & in tribulatione magna sumus. E contra benedictio Dei est habere bonum Prælatum, 2. *Paral.* 9. b. quia enim diligit Deus Israël, & vult seruare eum in æternum; idcirco posuit te super eum Regem, vt facias iudicia atque iustitiam. Sequitur vt postquam malum Prælatum habeat, qui videlicet non custodit oues ab inuasione lupi, vt morsibus lupi infernalis exponatur. Vnde addit.

d Et Diabolus stet] vt ei aduersetur.

e A dextris eius] vt non permittat eum aliquod dextrum opus facere, *Zach.* 3. a. Sathan stabat à dextris eius vt aduersaretur ei. Et nota quod Diabolus quibusdam est à sinistris, quibusdam à dextris, quibusdam ante faciem, quibusdam post tergum, quibusdam supra, quibusdam infra. A sinistris est illis quos persequitur in temporalibus, sicut *Iob* 1. & 2. A dexteris, illis quos persequitur in spiritualibus. Ante faciem eis qui versutias eius cauent. *Ezec.* 28. a. Ante faciem Regum dedi te. A tergo est illis qui non præuident. *Prou.* 4. c. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruat. Supra autem est eis quos conculcat. *Iob* 20. d. Vadent & venient super eum horribiles. *Psal.* 55. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, i. Diabolus. De quo *Matt.* 13. d. Inimicus homo hoc fecit. Infra & sub pedibus est eis qui eum conculcant. *Rom. vlt.* c. Conteret Dominus Sathanam sub pedibus vestris. *Psalm.* 17. Supplantasti insurgentes in me subtus me. Et *ibid.* Cadent subtus pedes meos. Maximè autem in die iudicij stabit Diabolus à dextris peccatoris vt accuset eum; ne ad dexteram Dei collocetur. Vnde sequitur.

Diabolus quibusdam stat à sinistris, à dextris, ante, à tergo, supra & infra.

De pœn. dist. 3. c. nihil inde.

f Cum iudicatur,] scilicet in die iudicij.

g Exeat] à facie Domini.

h Condemnatus] illa sententia, *Matt.* 25. d. Discedite à me maledicti in ignem æternum. Item, exeat de conuentu iustorum, secundùm quod dicitur *Leuit.* 24 Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum vniuersus populus. Tunc autem ita eiecti clamabunt, & non exaudientur, sicut dicitur *Prou.* 1. d. Vnde sequitur.

i Et oratio eius] qua tunc dicet cum fatuis virginibus: Domine Domine aperi nobis.

k Fiat in peccatum,] id est, non tantum inutilis, sed etiam abominabilis vt peccatum, *Prou.* 28. b. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Notandum autem quod etiam in præsenti fit oratio in peccatum, propter quinque causas, videlicet: *Matt.* 25. A.

propter
- Irrationabilitatem petendi. *Iac.* 4. a. Petitis & non accipitis, eò quod malè petatis.
- Humanam impatientiam, *Ionæ* 4. c. Petiuit animæ suæ vt moreretur, 3. *Reg.* 16. a. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.
- Infidelitatem. *Isa.* 45. d. Rogant Deum non saluantem.
- Indignitatem celebrantis, 1. *Cor.* 11. Probet seipsum homo, &c. *Greg.* Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur.
- Negligentiam. *Ier.* 48. b. Maledictus qui fecerit opus Domini negligenter.

l Fiant dies eius pauci.] Hoc accidit frequenter de peccatore, secundùm quod supra dictum est: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos, *Eccl.* 8. c. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, *Prou.* 10. d. Dies impiorum breuiabuntur.

Dies bonorum dicuntur parui, non pauci sed multi.

Et nota, quod dicit pauci, non parui, quia dies bonorum parui sunt, & non pauci, sed multi: Sicut dicit Iacob, *Gen.* 47. b. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt parui, & mali, *Zach.* 4. c. Qui despexit dies paruos? Parui igitur sunt dies bonorum, sed tamen multi sunt, secundùm illud *Gen.* 25. a. Mortuus est Abraham plenus dierum; etiam boni habent dies multos, secundùm illud *Sap.* 4. c. Consummatus in breui expleuit tempora multa.

m Et Episcopatum eius accipiat alter,] id est, dignitatem & coronam, quam fortè prius per aliqua bona opera meruerat. *Apoc.* 3. c. Tene quod habes, scilicet bona opera, non perde per sequens peccatum. Quare? Ne alius accipiat coronam tuam.

Ad literam hic maledicit malis Episcopis & Prælatis. Fiant, inquit, dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter, qui scilicet id faciat, quod ad officium Episcopi pertinet. Et hoc ad literam fit aliquotiens, & bonum esset, quod frequentius fieret. *Eccl.* 10. a. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, scilicet qui opera pietatis faciant curando, & sanando subditos.

Malus enim Prælatus est ficus plantata in vinea Domini, de qua *Luc.* 13. b. Ecce tres anni sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Fructus trium annorum est ille de quo dixit Dominus Petro, *Ioan. vlt.* c. Pasce agnos meos, pasce agnos meos, pasce oues meas, scilicet triplex pastus.

Pastus verbi, pastus exempli, pastus temporalis subsidij: Si in Prælato non inueniatur iste triplex fructus, frustra terram occupat, & succidendus est. Propter hoc dicit Dominus, *Isa.* 22. d. Vade & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum Templi, & dices ei: Quid tu hic, aut quasi quis hic? &c. Et subdit: Ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus.

a Fiant filij eius orphani, *b* & vxor eius vidua.† *c* Nutantes transferantur filij eius, *d* & mendicēt, *e* † eiiciantur de habitationibus suis. *f* Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, *g* & diripiant alieni labores eius. Non sit illi *h* adiutor, *i* nec sit qui misereatur pupillis eius.

23.dist. c. 1. in fin.

al. † *commoti amoueantur.*

A *a* Fiant filij eius orphani,] q.d. moriatur. Et quia etiam per mortem matris possent fieri orphani, determinat quod de morte patris, & non de morte matris intelligitur, cum subdit. *b* Et vxor eius vidua] quod fit per mortē viri, quod planū est de Iuda & etiam de Iudæis, quia multi eorum interfecti sūt à Tito, & Vespasiano. *Exod. 22. d.* Percutiam vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Quarta pœna, est punitio filiorum, quæ in plures diuiditur pœnas. Prima est instabilitas, vnde dicit. *c* Nutantes transferantur filij eius] de loco ad locum. Secunda pœna, est mendicitas, vnde addit. *d* Et mendicent.] Hæc sustinuerunt filij Iudæ, & filij Iudæorum in captiuitate sua, quando capti sunt à Tito & Vespasiano; sed hic duo possunt quæri. Primò, quid faciat ad pœnam patrum iam mortuorum pœna filiorum viuentium? Secundò, quare pro peccato patrum puniuntur filij? Videtur enim iniustitia, cùm scriptum sit *Ezec. 18. e.* Filius non portabit iniquitatem patris. Ad primum dicendum est, quòd patres mortui in hoc affliguntur, quòd timent filiis suis, quia cùm eos non videant secum in pœna, nec cum bonis in gloria, sicut diues Lazarum, & Abraham, *Luc. 16. f.* Timent ne tandem veniant cum eis in tormenta, & hoc timere est eis pœnà. Ad secundum dicendum, quòd filius non portat iniquitatem patris, vt puniatur æternaliter pro patre, sed quandoque punitur temporaliter pro eo, licèt ipse non peccauerit cum patre; si verò imitetur patrem in peccato, tunc & temporaliter & æternaliter punitur. Vnde benè debuerunt puniri filij Iudæ, & vxor eius qui ea comedebant quæ ipse Domino furabatur, & filij Iudæorum, quia patres fecerunt Christum occidi, & filij eius Resurrectionem volebant sepelire. Vnde benè eis accidere debuit, quod ipsi imprecati sunt sibi, *Matt. 27. c.* Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tertia pœna filiorum fuit amissio possessionum, vnde dicit.

e Et eiiciantur, &c.] i. de possessionibus immobilibus. Quarta fuit amissio mobilium, quod fit duobus modis, scilicet per fraudem, & per violentiam. De primo dicit.

f Scrutetur fœnerator, &c.] quod fortè ad literam fuit verum de substantia, quam Iudas dimiserat filiis suis. De secundo addit. *g* Et diripiant alieni labores eius.] Hoc fecerunt Romani, & successoribus Iudæ, & aliis Iudæis. Vel mysticè, fœnerator spiritualis est Diabolus, qui peccatum dat ad vsuram. Vel ipse etiam Dominus dicitur fœnerator, qui committit talentum suum ad vsuram. *Mat. 25. b.* & *Luc. 19. c.* De vtroque istorum potest dici: Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & Iudæ Iudæi, quia Deus in iudicio districtè requiret quod ei commisit, & Diabolus puniet pro omni peccato. Quarta pœna est defectus consolationis, quæ fit duobus modis, scilicet adiuuando, & compatiendo. Primum remouet, dicens.

h Non sit illi adiutor.] Secundùm cùm subdit: Nec sit qui misereatur pupillis eius. Quinta, est defectus, & annihilatio ipsius posteritatis, vnde subdit.

A *a* Fiant

Moraliter. * *a* Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.] Filij Prælatorum sunt subditi, & vxor Ecclesia. Et melius est istis filiis, vt sint orphani, & vxori vt sit vidua, quam Prælatum malum habeant. Item filij cuiuslibet hominis sunt eius opera, vxor est anima. Dominus tamen principaliter est pater istorum filiorum, & sponsus huius vxoris, quia filij non possunt generari, nec sponsa concipere potest, nisi ipso principaliter operante. Filij ergo sunt orphani, quando non sunt Dei opera. Vxor est vidua, quando à sponso Deo separatur per peccatum. *Iob 24. d.* Pauit sterilem, & quæ non parit, & viduæ non benè fecit. Vel de filiis, id est, de imitatoribus malorum possunt intelligi prædicta. Iudas discipulus Christi, & Episcopus fuit, & ideo malos Episcopos significat, quorum filij sunt subditi, vel imitatores, vel etiam nepotuli; de quibus *Iob 21. a.* Sublimati sunt impij confortatique diuitiis, semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, i. nepotum in conspectu eorum. Vxor eorum est Ecclesia, de qua & in qua deberent generare filios spirituales. Sed multi non habentes membrum generatiuum, accipiunt hanc vxorem contra legem. *Deut. 23. a.* Nō intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Dei. Vnde melius esset Ecclesiæ, quòd esset vidua, quam quòd tales maritos haberet: Ideo dicit Propheta: Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. De quibus etiam subdit. *c* Nutantes transferantur, &c. Ipsi enim sunt nutantes, id est, fluctuantes, & instabiles in proposito. *Tob. 7. c.* vt cùm nutaret nullumque daret petenti responsum, dixit ei Angelus, noli timere. Sunt etiam nutantes, vt ebrij, & dormitantes & furiosi, sicut de Dauid dicitur *1. Reg. 21. d.* Collabebatur inter manus eorum. Transferuntur à Mundo cùm moriuntur, & feruntur in Infernum, vt *Luc. 16. f.* dicitur de diuite, quòd mortuus est, & sepultus in Inferno.

d Et mendicent,] ibi, sicut ille diues quæsiuit guttam aquæ, nec tamen habere potuit. Hæc est amara mendicitas. *Prou. 20. a.* Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, scilicet, in ardore gehennæ, & non dabitur ei. Et possent dicere mali diuites, nos benè sumus hic in diuitiis & deliciis nostris, non mouebimus nos, propter hoc subiungit, quod violenter expellentur: Vnde dicit.

e Et eiiciantur de habitationibus suis,] scilicet de diuitiis, & deliciis, & palatiis, quæ habitare se diu putabant. Exemplum *Luc. 12. c.* dicedat diues: Anima mea, multa habes bona posita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare.

Dicit autem Deus: Stulte hac nocte repetent animam tuā à te. *Ps. 68.* Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. *Ierem. 22. d.* Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio.

f Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius.] Hoc ad literam aliquando accidit, quia mortuo diuite Iudæi calumniantur, & vexant hæredes eius, & imponunt ei, quod ab eis receperat ad vsuram. Vel, fœnerator, id est, Princeps, qui est fœnoris occupator, & in veritate vsurarius est, quia permittit vsurarios dare ad vsurā, & particeps est eorū. Iste scrutatur omnē substantiam diuitis mortui, quia in multis locis hæc est consuetudo, quòd cùm moritur diues homo, statim tota substantia eius accipitur in manu eius, & dicitur quod vsurarius erat. Vnde ad Regem pertinet substantia eius. Et sic accidit, quod sequitur.

g Et diripiant alieni labores eius,] scilicet bedelli, & milites. *Luc. 12. c.*

Quæ autem parasti cuius erunt? *Eccl. 10. b.* Cùm moritur homo, hæreditabit serpentes, id est, Dæmones de anima sua, & bestias, id est, Principes de pecunia sua, & vermes ad literam de carne sua. Vel de Diabolo legi potest. Qui est fœnerator dans peccatum ad vsuram, momentaneam delectationem, & exigens pœnam æternam. Qui scrutatur etiam omnem substantiam, scilicet, ipsa bona opera, si fortè inueniat ibi aliquod latens peccatum: *Diabolus dicitur fœnerator.*

Vnde significatus est per Laban, qui quærens idola sua, scrutatus est totam supellectilem Iacob. *Gen. 31. e.*

Scrutare quicquid tuorum apud me inueneris, aufer. Et præmisit ante: Apud quemcunque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris.

Sic apud quemcunque inuenta fuerint idola peccati, necabitur gladio vltionis diuinæ coram omnibus qui erunt congregati ad iudicium: Et tunc diripient alieni labores eius, sc. Dæmones. *Prou. 5. b.* Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis. Posset autem aliquis cogitare, quod in morte, vel in iudicio haberet amicos qui eum iuuarent: Vnde contra hoc benè sequitur.

h Non sit illi adiutor.] Hoc verum est, quia post mortem non habet homo adiutorem, nisi bona opera, si fortè fecerit, ea, nec similiter in die Iudicij. Vnde Barlaam narrat exemplū bonum de tribus amicis, quorum primus dixit amico suo in necessitate posito, quia Dominus suus volebat, quod redderet rationem villicationis suæ, quod non iuuaret eum nisi de vno linteo. Secundus dixit, quòd tantum iret cum eo vsq; ad mediā viam. Tertius de quo minus confidebat dixit, quod iret cum eo ante Dominum suum, & staret pro eo, & faceret pacē ei. Et idem exponit dicens, quòd primus amicus est Mundus qui non dat nisi linteum in morte, quando hominem Deo oportet reddere rationem villicationis suæ. Secūdus amicus est parentela eius, quæ ipsū deducit vsq; ad sepulchrū tantū. Tertius est opus misericordiæ, & bona opera, quæ facit homo, quæ si habet, tutum eum faciunt coram Deo. Hoc est, quod de peccatore, qui istum tertium amicum non habet, dicit: [Non sit illi adiutor.] *Isa 10. a.* Quid facietis in die visitationis, & calamitatis delonge venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram. *i* Nec sit qui misereatur pupillis eius.] In præsenti ad literam accidit hoc de pupillis malorum diuitum. Et in futuro non erit qui misereatur & compassione moueatur super peccatis malorum. Supra enim diximus

* pupillos

A *a* Fiant nati,&c.]Et exponit ſe cùm addit. *b* In generatione &c.]ſc. vt non habeat poſteros niſi vnam generationem, quaſi dicat ſi habeat filios non habeat nepotes.Determinatis pœnis, oſtendit quod Iudas & Iudæi male puniti non tantum fuerunt pro proprijs peccatis, ſed etiam pro peccatis parentum : Vnde dicit. *d* In memoriam redeat]ſcilicet vt puniatur in eo. *e* Iniquitas &c.] ſc.Iudæ, vel populi Iudæorum. *f* In conſpectu Domini] vt vindicet eam in eum, de Iuda autem propriè dicit, redeat.Cum enim Iudas erat verus diſcipulus Domini , & charitatem habebat, quaſi receſſerat iniquitas patrum eius de conſpectu Domini, quantū ad ipſum, quia ſi perſeueraſſet, non fuiſſet punitus pro ea.Sed cum ipſe diſceſſit à Domino, & ad patrum iniquitatem reuerſus eſt, ipſa iniquitas patrum quam ipſe imitatus eſt, rediit in conſpectu Domini in memoriam,vt in ipſum vindicaretur. Similiter vindicatur in alios qui patrum peccata imitantur. In talibus enim locum habet quod dicit Dominus. *Exod.*20.a. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis , zelotes , viſitans iniquitatem patrum in filiis,in tertiam & quartam generationem. Quod de quibus intelligi debeat,addit.Eorum qui oderunt me. Quia in eos qui ad eum conuertuntur,& ipſum diligunt non viſitat peccata patrum.Nam de talibus dicitur:*Ezec.*18.e.vt dictum eſt. Filius non portabit iniquitatem patris. *g* Et peccatum &c.] ad literam,vel Synagogæ. *h* Non deleatur] in eo,ſed vigeat vt puniatur. Sic habuimus pœnas Iudæ, & Iudæorum, tam ſpirituales,quam temporales,quas in præſenti ſuſtinuerunt. Deinde aſſignat Propheta, vel ipſe Chriſtus aliquas pœnas quas in futuro ſuſtinebunt.Prima eſt,æterna damnatio. Vnde dicit. *i* Fiant] ſ.peccata eorum. *k* Contra Dominum,]i. coram ipſo,ab oppoſitis,vt vindicet.*l* Semper,]id eſt in æternum. Ipſi etiam fient contra Dominum ſemper,per malam voluntatem Deo contrariam,quam habebunt damnati. *Eccl.* 40.a. Erit iracundia perſeuerans , & contentio. Secunda eſt amiſſio gloriæ.Vnde addit. *m* Et diſp. &c.ſc.de terra viuentium,*Deut.*25.d. Memento quæ fecerit tibi Amalech, in via quando egrediebaris ex Ægypto.Vox poteſt eſſe Dei Patris ac Filium. Amalech, lingens ſanguinem interpretatur, & ſignificat Iudam, & Iudæos, qui ſanguinem Chriſti, & mortem eius auidè quæſierunt , & Chriſtus memor erit qui iſti ei fecerunt in via, id eſt in vita ſua,quando egrediebatur ex Ægypto,i. de Mundo,*Ioan.*16.f.Exiui à Patre,& veni in Mundum,iterum relinquo Mundum,& vado ad Patrem.Hoc dixit diſcipulis in Cœna,audiente Iuda, qui poſtmodum inſidiatus eſt ei in via cum Iudæis , & ipſe tradidit eum, & ipſi interfecerunt eum per manus Gentilium. Et ſequitur ibi, *Deut.*25.d.Delebis nomen eius ſub cœlo,caue ne obliuiſcaris. Et oſtendit quare ita punitur fuit Iudas, & Iudæi.Prima cauſa fuit obduratio contra Dei miſericordiam , quam notat cum dicit.*n* Pro eo,&c.]Ipſe Iudas,vel populus Iudæorum. *o* Facere miſericordiam,] quia Iudas illa quæ deberet dare pauperibus,ſicut dicebat ei Dominus,furabatur,& dabat vxori ſuæ, & filiis.In ipſum etiam Chriſtum,tam quam Iudæi non ſunt recordati facere miſericordiam , qui tot eis miſericordias fecerat,curando infirmos eorum.& docendo, & paſcendo eos.Secunda cauſa eſt crudelitas,de qua addit. *p* Et,] repete,pro eo[perſecutus eſt,]tam Iudas, quàm populus,*h* Hominem inopem,]videlicet Chriſtum,qui ita fuit inops vt non haberet vbi caput reclinaret. *r* Et mendicum,] qui à Samaritana aquam petit. *ſ* Et compunctum corde,] i. qui compatiebatur corde peccatis hominum. Hunc inquam perſecuti ſunt, *t* Mortificare]i. vt mortificarent.Hæc omnia ad crudelitatē pertinent. Specialius autem poſſumus in hoc verſu notare ſex mala,& reprobanda in Iuda, & Iudæi,& è contrario ſex bona, & approbanda in Chriſto,[perſecutus eſt] Ecce perſecutio in Iudæis,[hominem,] ecce inhumanitas,[inopem,] ecce crudelitas,[Et mendicum,] ecce contumelia,[& compunctum] ecce inclementia, [mortificare,] ecce homicidium.Iterum [perſecutus eſt ,] ecce patientia in Chriſto[hominem,] ecce manſuetudo , [inopem,] ecce paupertas , [Mendicum ,] ecce verecundia [Compunctum,] ecce cordis afflictio,[Mortificare,] ecce paſſio.Po ſt

De pœn.diſt. 4.in prin. a &c.ſi Iudas.

al.† pauperum.
al.† morti tradidit.

Mat.8.c.
Sex mala reprobanda in Iuda , & Iudæis, & ſex bona in Chriſto comprobanda.

Fiant *a* nati eius in interitum *b* in generatione vna *c* deleatur nomen eius.In *d* memoriam redeat *e* iniquitas patrum eius *f* in conſpectu Domini, & *g* peccatum matris eius non *h* deleatur. *i* Fiant *k* contra Dominum *l* ſemper , & *m* diſpereat de terra memoria eorum , pro *n* eo quod non eſt recordatus *o* facere miſericordiam. Et *p* perſecutus eſt *q* hominē † inopem & *r* mendicū, *ſ* & compunctū corde ††mor-

hæc addit,& alias cauſas, quarum prima eſt, ardens amor peccati.Vnde dicit. A *a* Et dilexit * pupillos,ſiue orphanos,eſſe opera quæ non ſunt in Deo, ſc.peccata.De quibus addit.*a* Fiant &c.]ſcilicet,mala opera ipſa[in interitum] ſcilicet ipſius qui ea fecit : Cauſa enim erunt mortis æternæ. Vnde dicit Dominus *Ioan.*8.c.In peccatis veſtris moriemini,*Rom.*6.d.Stipendia peccati mors.Sed de bonis dicit Apoſt. 1.*Tim.*2. Saluabitur per filiorum generationem.Vnde dicit.*b* In generatione vna] ſcilicet in operibus factis in vnitate fidei,& charitatis.*c* Deleatur,&c.quaſi dicat non habeat iſtam generationem quæ vna & ſola ſaluat hominem , & aſcribi facit in numero Beatorum , in libro viuentium. *Pſ.* 111. Generatio benedicetur. *Luc.* 10.c. Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Sed è conuerſo poſſunt lugere reprobi : Quia *b* In gener. &c.] ſecundum illud. *Pſ.* 68. Deleantur de libro viuentium , & cum iuſtis non ſcribantur. Vbi ergo ſcribentur ? Sol.*Ierem.* 17.b.Recedentes à te,in terra ſcribentur.Quia verò plerunque peccant homines , & moriuntur in peccatis , vel propter negligentiam Prælatorum , vel propter malum exemplum ipſorum : Ideo bene de peccato,& de pœna Prælatorum ſubditur.

Moraliter.

d In memor.&c.] vt puniatur , quia modo videtur obliuioni tradita , cùm diſſimularetur. *e* Iniquitas &c.] ſcilicet Prælatorum.*f* In conſp.&c.] Et bene redibit in memoriam, quia à filiis ſuis accuſabuntur.*Sap.*4.b.Ex iniquis enim omnes filij qui naſcentur,teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes interrogatione ſua.*Eccl.*41.b.De parte impio queruntur filij,quoniam propter illum ſunt in opprobrio. *g* Et peccatum &c.] ſcilicet.*h* Non deleatur.]Quod eſt illud ſchiſma, *Ioan.*9.c. Schiſma erat inter eos.Quod ſignificatum eſt.*Gen.* 25. vbi dicitur de Rebecca , quod collidebantur paruuli in vtero eius. Per Rebeccam intelligitur Eccleſia , cuius filij colliduntur per ſchiſmata, & diſſenſiones.Et verè redibit in memoriam iniquitas patrum & peccatum matris non delebitur , quia ſemper erunt in oculis Domini Vnde ſequitur.
i Fiant &c.]id eſt,ſemper ſint in conſpectu Domini:*Deut.* 32.e. Nonne hæc condita ſunt apud me ? *Pſ.*33.Vultus Domini ſuper facientes mala , vt perdat de terra memoriam eorum.Hoc eſt quod ſubdit.*m* Et diſpereat,&c.] Memoria enim malorum hominum perit,non tantum de terra viuentium, ſed etiam de terra morientium, ſecundum quod dicitur in *Pſ.*9.Periit memoria eorum cum ſonitu campanarum in obitu, quia poſtquam ſepultus eſt , non eſt , qui faciat memoriam eius. *Eccleſ.*10. e. Perdidit Deus memoriam ſuperborum , & relinquet memoriam humilium ſenſu. Et cauſam ſubiungit. *n* Pro eo &c.] ſcilicet , dare eleemoſynam pauperibus. Quod ſi feciſſet , pauperes facerent memoriam de ipſo in terra morientium;& in terra viuentium. De primo *Act.*9. g. Circunſteterunt Petrum omnes viduæ flentes , & oſtendentes , tunicas , & veſtes quas faciebat illis Dorcas. De ſecundo patet in Legenda S.Martini, quod cùm dediſſet pauperi partem ſui pallij,nocte ſequenti vidit Ieſum in cœlo dicentem : Martinus adhuc cathecumenus, hac me veſte contexit. *Prou.*10.b.Memoria iuſti cum laudibus, nomen impiorum putreſcet.Et hæc accidet impio,pro eo quod non eſt recordatus, quaſi lectionem facere miſericordiam. Hanc lectionem legit magiſter noſter. *Matt.* 9. b. Diſcite quid eſt, miſericordiam volo,& non ſacrificium. Et *Luc.*6.f.Eſtote miſericordes,ſicut & Pater veſter miſericors eſt.Hanc lectionem deberent recordari Clerici & Prælati, qui ſe dicunt diſcipulos Domini , quia & ipſis præcipuè legitur.Et ſunt plures qui eam aliter repetunt , quam legerit eam Magiſter. Dixit enim : Eſtote miſericordes.Non dixit, loquimini. Multi verò de ea loquuntur,& non ſunt miſericordes : Vnde & hic dicit:Non eſt recordatus,&c non dicit dicere,vel loqui de ea. Et adhuc aliquo modo ſuſtinerent pauperes,ſi Prælatis & Clericis ſufficere ſubtrahere eis beneficium miſericordiæ,ſed non ſufficit eis, imò cum miſericordia addunt tyrannidem calumniæ,& rapinæ. Vnde ſubdit.*p* Et perſecutus &c.] non diuitem , quia non audet,ſed, inopem,qui mutire non audet,eo quod nec opem,nec opes habet, *Iſa.* 3. c. Quare atteritis populum meum,& facies commolitis ? Aliquando autem homo inops ſuperbus eſt, vnde non eſt ita mirum ſi aliquis perſequatur eum ? Contra hoc bene dicit:
r Et mendicum,]qui mendicare non erubeſcit , in quo notatur humilitas.Quandoq;etiā inops, & mendicus laſciuus poteſt eſſe,& inſolens,vnde & perſecutionem aliquam meretur , ſed de iſto dicit : *ſ* Et compunctum corde.] Magna ergo malitia eſt perſequi hominem deſtitutum omni ope,& cunctis opibus, humiliter mendicantem , & corde afflictum, & dolentem.Sed adhuc euadere poſſet iſte pauper,ſi non ad mortem perſequerentur eum ; Vnde addit: *t* Mor-

* tificare,]

tificare. Et *a* dilexit maledictionem & *b* veniet ei, & *c* noluit benedictionem, † *d* & elongabitur ab eo. Et *e* induit maledictionem sicut vestimentum, & *f* intrauit sicut *g* aqua in *h* interiora eius, & sicut *i* oleum in *k* ossib. eius. *l* Fiat ei sicut *m* vestimentum quo † operitur & *n* sicut zona quia semper præcingitur. *o* Hoc *p* opus eorum qui detrahunt mihi, *q* apud Dominum.

al. † prolongabitur.

al. † operietur.

A *a* Et dilexit. maled.] i. peccatum, ex quo sequitur maledictio. De maledictione Iudæ. *Mat.* 29. b. Væ homini illi per quem filius hominis tradetur. De maledictione Iudæorum. *Mat.* 27. c. Sanguis eius super nos, &c. *b* Et væ ei,] *Matt.* 23. d. Veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. Secunda causa est contemptus boni spiritualis. Vnde subiungit. *c* Et no. ben.] Iudas noluit illam benedictionem, de qua *Matt.* 5. a. Beati pauperes spiritu. Quia vt haberet pecuniam, primo fuit latro, & deinde proditor, *Mat.* 26. b. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Iudæi etiam noluerunt illam benedictionem. De qua *Ioan.* 20. g. Beati qui non viderunt & crediderunt. Et *Luc.* 10. d. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. *d* Et] quia noluit, elongabitur ab eo, quia benedictio fidei gentib. data est, & ab eis qui nolebant eam ablata, *Act.* 13. g. Quoniam indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, *Mat.* 21. d. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Vndè per Iacob signatur populus Gentilis, qui supplantauit Esau, i. populum Iudaicū in benedictione. Tertia causa, est generalitas peccati, quia Iudas & Iudæi peccauerūt in corpore & in sēsualitate, & in ratione, vnde subdit. *e* Et induit &c.] in quo quia induit vestimēto ad corpus pertinet, peccatū corporis intelligitur. *f* Et intrauit,] eadē maledictio, scilicet, peccatū. *g* Sicut aqua] diffundens se. *h* In interiora eius,] id est, in animam quantū ad sensualitatem. *i* Et sicut oleum,] quod penetratiuum est, & delectabile. *k* In ossib. eius,] id est, in ratione, quæ per ossa intelligitur. Quia sicut in ossibus est fortitudo corporis, ita in ratione est fortitudo animæ. Quarta causa est gloriatio de peccato, quæ notatur cùm dicit: *l* Fiat ei,] scilicet Iudæ vel populo Iudæorum illa maledictio. *m* Sicut &c.] Idem videtur dicere quod supra. Induit male. si. vestimentum. Sed differt. Nam supra dixit, induit, vt tunicam. Hic vero dicitur, sicut vestimentum quo operitur, scilicet, vt pallio, quod quia super cæteras vestes apparet, intelligitur operiri maledictione, vt pallio qui de iniquitate in conspectu hominum gloriatur. Quinta causa est promptitudo ad peccandum. Vnde addit. *n* Et sicut, &c.] Zona enim nos præcingimus, vt prompti simus. Ille ergo habet maledictionem peccati sicut zonam qui peccatum suum iam traxit in consuetudinem, per quæ fit habilis & promptus ad peccandum. Et hoc non soli Iudæ conuenit, sed multis aliis, vnde subdit. *o* Hoc] scilicet induere maledictionem sicut vestimentum, & cætera quæ prædicta sunt, est: *p* Opus eorum,] omnium, qui detrahunt mihi, &c. Vel sic possumus continuare. Supra enumerauit multas pœnas Iudæ & Iudæorum; hîc verò ostendit quod omnia illa acciderunt eis,] propter infidelitatem. Vnde addit. *o* Hoc,] scilicet, totum quod præcessit, est. *p* Opus eorum qui, &c.] quasi dicat, qui mihi detrahunt per infidelitatem, non credentes quæ vera sunt de

A me quantum

Moraliter. * tificare,] quasi dicat ad mortē est ista persecutio Prælatorum in subditos pauperes & mendicos afflictos corde. Vnde *Mich.* 3. a. Audite Principes domus Iacob scilicet Principes terreni, & Duces domus Israël, scilicet Prælati Ecclesiæ. nunquid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonū & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnem eorum desuper ossibus eorum, qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt. Non dicit quod auferant eis pecuniam vel vestes suas, quia ista sunt accidentalia, & quodammodò superflua, sed dicit, pellem, & carnem, & ossa, quæ sunt substantialia, sine quibus homo viuere nō potest, per quæ intelligitur illud modicū substātiæ quod habet pauperes, quod qui aufert ab eis, aufert vitā, & sic persequitur eos vsque ad mortem, *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est: qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Nec solùm auferendo quæ habent pauperes persequuntur eos Prælati & Clerici, sed etiam non tribuendo eis bona Ecclesiastica, quæ ipsi detinent. Vnde super locū illum, *Luc.* 12. c. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, dicit *Ambros.* Proprium nemo dicat quod commune est plusquàm sufficit sumptum violenter obtentum est. Item non magis est crimen habenti tollere, quàm cum possis & abundans sis indigentibus denegare. Esurientium panis est quem detines; nudorum indumentum est, quod tu recludis; miserorum redemptio & absolutio, pecunia quam in terra fodis. Tantorum ergo te scias bona inuadere, quantum possis præstare quod velis, id est, vtinam velit.

a Et dile. maled.] scilicet, peccatum, vt supra dictum est. *Mich.* 3. a. Audite Principes domus Iacob, & Duces domus Israël, qui odio habetis bonum, & diligitis malum. Et ideo.

b Et veniet ei,] *Malach.* 2. a. Maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis quoniam non posuistis super cor.

c Et noluit benedi.] gratiæ Dei. *Ps.* 128. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos. *d* Et] ideo, elongabitur ab eo, *Deut.* 30. d. Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim vitam & bonum, benedictionem & maledictionem. Et *Deut.* 11. d. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. In vobis ergo est eligere quod volueritis, & maledictus est, qui partē suam facit deteriorem. *Eccl.* 15. d. Apposui tibi ignē, & aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Et ostendit qui diligit maledictionem, quia ostendit eam exterius in conuersatione. Vnde dicit *e* Et induit &c.] Vestimentum munit, & ornat, sic peccatum munit homines contra Deum, ne Deus ad ipsos attingat. Vnde supra. Quis deducet me in ciuitatem munitam? *Sap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit sapientia Dei, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Item munit contra frigus timoris Dei, *Psal.* 13. Non est timor Dei ante oculos eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Item ornat hominem, quantum ad opinionem suorum similium. Vnde dicit *Aug.* Fingebam me fecisse quandoque quod non feceram, ne quanto innocentior, tanto viderer abiectior. Hoc vestimentum texitur diuersis filis peccatorum, variatur per adinuentiones peccatorum. De hoc vestimento dicitur in *Psal.* 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. Et *Iudas in Epistola. g* Odientes eam quæ carnalis est, maculatam tunicam, *Isa.* 9. a. Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis. Nec tantùm ostentat eam in conuersione, sed & cōtinuè respicit in cogitatione & amplectitur in affectione. Hæc duo sūt signa amoris. De primo dicit.

Vestimentum dicitur peccatum,

f Et intrauit sicut aqua in interiora eius.] De secundo addit. Et sicut oleum in ossibus eius. Per interiora enim cogitationes intelliguntur: per ossa, quæ fortiora sunt, affectiones possunt intelligi. Iniquitas ergo siue maledictio peccati, sicut aqua intrat in interiora cogitationum. Aqua enim de facili intrat in ventrem, euiscerat, infrigidat, & corruptionem generat. Sic peccatum citò cadit in cogitatione. *Gen.* 8. d. Sensus enim & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Euiscerat. *Greg.* Cum luxuria semel mentem inuaserit, nullum bonum cogitare permittit. Infrigidat à calore amoris Dei. *Ierem.* 6 b. Sicut cisterna frigidam aquam, sic frigidam fecit malitiam suam. Corruptionem generat. *Ps.* 53. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis. Item sicut oleū intrat in ossibus affectionis per consensum. Oleum enim cū cadit, suauiter cadit & diffunditur, nec sentitur, quia tumultum non facit. Sic peccatum furtim intrat in affectum & consensum antequam sentiatur. Vnde *Prou.* 23. d. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt Coluber, & sicut Regulus venena diffundit. Istud oleum lubricare facit, id est, cadere in terram; sic peccatum in Infernum *Thren.* 4. d. Lubricare fecit vestigia mea. Hoc oleo inunguntur pugiles Diaboli. *Psal.* 140. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Qui vncti sunt oleo non possunt capi, quia semper illabuntur de manibus volentium capere, sic homines vncti oleo adulationis, non possunt capi à Domino, nec ab aliquo corrigente. *Ps.* 9. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur: Exacerbauit Dominum peccator scilicet magis & magis peccando. Vnde Dominus vel vir iustus dimittens peccatores secundum desideria cordis sui, subdit.

Peccatum assimilatur aquæ.

Peccatum assimilatur oleo.

l Fiat ei,] peccatum. *m* Sicut vestimentum quo operitur,] vt omnibus appareat peccatum suum, secundum quod dictum est supra, quasi dicat qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. *Apoc. vlt.* c. *n* Et sicut zona &c.] scilicet, vt semper voluntarius & paratus ipse sit ad peccatum. *Eccl.* 36. d. Et deflectens vbicunque obscurauerit, quasi succinctus latro, exiliens de ciuitate in ciuitatem.

o Hoc opus,] scilicet, ita apertè peccare & ita paratum esse ad peccandum, est.

p Eorum qui detrahunt mihi, dicit iustus. Sed tamen est.

q Apud Dominum,] id est, in præsentia Domini, qui

* omnia scit

A me quantùm ad diuinitatem, & quantùm ad humanitatem, faciunt supra dicta. Illi verò qui non credunt ipsum esse æqualem Patri, & quod Verbum erat apud Deum, detrahunt eius diuinitati, & detrahunt apud Dominum. Et non tantùm istorum, sed. *a* Et eorum qui loquuntur mala aduersus animam meam,

Apsychon.

al. † misericordiam.

al. † quoniã

a & qui loquuntur mala *b* aduersùs animam meam. Et *c* tu Domine, Domine *d* fac *e* mecum † *f* propter nomen tuum, quia *g* suauis est misericordia tua. *h* Libera me † quia *i* egenus, & *k* pauper sum *l* ego, *m* & cor meum conturbatum est intra me. *n* Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum, & *o* excussus sum, *p* sicut locustæ, *q* Genua mea *r* infirmata sũt à ieiunio,

detrahentes humanitati, sicut Apollinaris qui dixit Christum esse ἄψυχον, id est, sine mente, sine anima.

Sicut & Apelles dicebat ipsum non assumpsisse corpus verum, sed phantasticum. Item aduersùs animam Christi mala loquebantur, qui dicebant eum inuitum tradidisse animam, & non habere potestatem resurgendi, contra illud *Ioan.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

Moraliter. * omnia scit, & videt, & audet. Vnde *Sap.* 1. c. Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationem non abscondetur. Custodite ergo vos à murmurationibus, & à detractione parcite linguæ, quia sermo obscurus in vacuum non ibit.

a Et qui loquuntur, &c. animam meam,] Hoc proprium est dæmonum. Vnde de Diabolo dicitur *Apoc.* 12. c. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte.

b Aduersùs animam meam,] dicit non aduersùs corpus, quia sicut dicit *Greg.* Parum se fecisse æstimat, cùm animam non sauciat.

Alleg. *c* Et tu Domine.] Tertia pars, vbi Christus petit liberationem à Passione, per Resurrectionem, & petit etiam confusionem Iudæorũ. Præfecerunt, [Et tu Domine, Domine] bis dicit [Domine,] vt deuotione exprimat. Item vt ostendat se ei subiectum in corpore, & anima, intus & extra. Postea petit Resurrectionem, dicens.

d Fac illud nobile opus Resurrectionis meæ. Et hoc.

e Mecum,] quia indiuisa sunt opera Trinitatis. Pater enim suscitauit Filium, & Filius seipsum. Et quod ita intelligi debeat, præposita coniunctio monstrat. Non enim dicit tu fac, sed [& tu fac] quasi dicat ego & tu. Postea ostendit causas finales Resurrectionis.

Prima, est laus Dei. Vnde dicit. *f* Propter nomen tuum,] id est, vt tuum Nomen laudetur. Secunda, est diffusio suauitatis, & misericordiæ Dei. Vnde addit.

g Quia suauis est misericordia tua,] quasi dicat suauis est in se, sed vt aliis ipsa suauitas diffundatur, hoc, [fac mecum,] quia per hoc multi sentient suauitatem misericordiæ tuæ. Sic primò illi quorum corpora cum Christo surrexerunt, & discipuli, quorum fides confirmata fuit per Resurrectionem, & deinde omnes qui in eum crediderunt. Tertia causa, fuit ipsius Christi liberatio à morte. Vnde subdit.

h Libera me,] à passionis angustia, à sepulchro, ab inferno. Et hoc petit merito suæ humilitatis. Vnde dicit. *i* Quia egenus,] sine amicis. *k* Et pauper,] sine diuitiis.

Quadruplex necessitas resurrectionis Christi. *l* Ego,] cum pondere, qui sum Dominus omnium, 2. *Cor.* 8. b. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam cùm esset diues, factus est egenus pro nobis. Et ostendit quadruplicem necessitatem suæ Resurrectionis. Prima, est turbatio suæ Passionis. Vnde dicit.

m Et cor meum conturbatum est intra me,] sicut enim dicit *Gl.* Potuit cor eius turbari, sicut caro eius crucifigi. Cõturbatum erat cor eius, quando dicebat *Matt.* 26. d. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Cor tamen hic supponit pro sensualitate. Secunda fuit velocitas suæ mortis. Vnde dicit.

n Sicut vmbra cùm declinat,] quæ citò transit, ablatus sum. Citò enim mortuus fuit Christus. Vnde *Mar.* 14. d. Mirabatur Pilatus si iam abiisset. Tertia causa, fuit dispersio Apostolorum. Vnde addit:

o Et excussus sum,] in membris meis, Apostolis.

p Sicut locustæ,] Locustæ veniunt abundanter flante Anstro, & flante Aquilone disperguntur. Sic Apostoli qui ante Passionem conuenerant ad Dominum, in Passione dispersi sunt, *Zach.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues. Vel sicut exponit *Gl.* Sic excussus est Dominus in membris suis, sicut locustæ, quando ad modũ locustarum de loco ad locũ salientium fugiebant Apostoli, & Martyres de ciuitate in ciuitatem. Et hoc quod de membris suis intelligi debeat, apertius demonstrat cùm pluraliter dicit. Sicut locustæ, per hoc membrorum multitudinem ostendens. Quarta necessitas Resurrectionis eius, fuit infirmitas fidei in Apostolis. Vnde dicit. *q* Genua mea,] id est, Apostoli, in quibus priùs stabam.

r Infirmata sunt à ieiunio,] id est, à defectu fidei, quæ est cibus confortans animam. Vnde dicit *Aug.* Crede, & manducasti, 1. *Pet.* 5. c. Resistite fortes in fide. Ostensa necessitate qua Christus debuit suscitari, ipse dicens suam orationem non repellendã esse, quasi optando iam quod petierat, dicit.

A Et caro

Moraliter. *c* Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum.] Hoc debet esse oratio Christiani, vt petat propter nomen Dei, non propter sua merita. *Psal.* 78. Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Et *alibi Psal.* 30. Propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Deduces, scil. per vias rectas. Et enutries, consolationibus, & doctrinis. Sed debet dicere. *c* Domine, Domine non semel, sed bis, vt ore confiteatur & opere exhibeat se seruum Dei, sicut Dauid *Psal.* 115. Ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ. Item vt Dominus intus, & extra dominetur in eo. Item vt sit Dominus quoad prohibitiones & præcepta. Vnde 1. *Reg.* 3. b. Bis dixit Dominus Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Et quid debet orare? *d* Fac mecum,] quasi dicat operare in me, & ego operabor tecum, quia sine te non possum benefacere. Quia dicit *Apost.* 1. *Corinthior.* 3. b. Dei adiutores sumus. Sed multi nolunt ipsum iuuare, sed volunt quod ipse solus faciat. Sed sapientes dicunt: Fac mecum, non solus. Et non dicit, fac hoc, vt illud, sed simpliciter, fac: In quo notat quòd non tantum vnum, vel duo possumus sine ipso, sed omninò nihil *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere *Isa.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Item non oportet quod determinet quid petit fieri, quia omnibus debet notum esse, & in *Psal.* 73. exprimitur: Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. Hoc debemus petere, vt in nobis faciat salutem animæ nostræ. Et dicit: *e* Mecum,] vt ipsum iuuemus, & cooperemur, sicut dicit *Apostol. Phil.* 2. b. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Hanc faciet libenter.

f Propter nomen tuum,] quod est Iesus, id est, Saluator, vt non accipias in vanum istud nomen. Et quia posset aliquis putare quòd licèt sine Deo non posset saluari, tamen Deus teneretur ipsum saluare propter merita sua. Sed stultus esset talis: Vnde vir iustus non suam iustitiam, sed Dei misericordiam allegans, subiungit.

g Quia suauis est misericordia tua,] Supr. *Psal.* 85. Quoniã tu Domine suauis, & mitis, &c. *Sap.* 12. a. O quam bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in nobis. Nec solùm Dei misericordiam, sed propriam miseriam debet allegare, qui saltẽ vult impetrare: Vnde subdit. *h* Libera me,] ab omni malo.

i Quia egenus, & pauper sum ego,] Egenus multis egens.

k Et pauper,] nihil habens. Hæc sunt exterius, & interius. Vnde addit. *m* Et cor meum conturbatũ est intra me,] quasi dicat in meipso inuenio causam perturbationis, scil. fomitem peccati, & actuale peccatum. *Psal.* 41. Ad meipsum anima mea conturbata est. Et qui hoc allegat potest exaudiri, quia sicut dicitur in *Psal.* 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Et alibi *Psal.* 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Cum his allegare debet breuitatem vitæ & tentationum insultus. De prima dicit. *n* Sicut vmbra cum declinat ablatus sum,] quasi dicat iam sum in occasu, & incertus sum de hora mortis. Et quanto diutius viuo, tanto magis ad mortem accedo, sicut vmbra quando declinat, longior fit. *Ier.* 6. a. Væ mihi quia factæ sunt longiores vmbræ vesperi: Et quanto longior efficitur, tendit ad finem sui. Sup. *Psal.* 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. *Iob.* 7. b. Dies mei velocius transierunt quàm à texente tela succiditur. De secundo, scilicet, de tentationum insultu, addit.

o Et excussus sum sicut locustæ,] quæ scilicet, de arboribus excutiuntur, & de facili cadunt: Ita Diabolus excutit hominem, vt à statu iustitiæ eum ad ima deiiciat. *Luc.* 22. c. Simon ecce Sathan expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Et homo de facili cadit, nisi Dominus ipsum iuuet: Vnde ibi addit Dominus. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. *Naum.* 3. c. Omnes munitiones tuæ quasi ficus cum grossis suis, quæ si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. *Apoc.* 6. d. Stellæ ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos. Postquam autem homo allegauit miseriam suam, & defectum, & periculum tentationum, potest etiam aliqua commemorare de bonis quæ fecit, vt fiducialiter magis petat: Vnde addit. *q* Genua mea infirmata

* sunt

A *a* Et caro mea,] quæ in sepulchro iacebat mortua. *b* Immutata est,]in Resurrectione, id est, in melius mutata, *Isa.* 51.a. Darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu.Et hoc. *c* Propter oleum,i.propter abundantiam charismatum.*Psal.*27.In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea.

a & caro mea *b* immutata est propter *c* oleum. Et *d* ego factus sum opprobrium illis, *e* viderunt me & *f* mouerunt capita sua *g* Adiuua me *h* Domine *i* Deus *k* meus, *l* saluum me fac † secundùm misericordiam tuam. Et † *m* scient quia *n* manus tua hæc, & tu *o* Domine fecisti eam. *p* Maledicent illi & *q* tu benedices, qui *r* insurgunt in me, cōfundātur, seruus autē tuus lætabitur. *s* Induantur qui *t* detrahunt mihi † pudore, & *u* operiantur sicut diploide confusione sua *x* Confitebor *y* Dño † nimis in ore meo,

al. † propter.
al. † sciant.
al. † reuerentia.
al. † vehementer.

Deinde redit ad petitionem suam, & allegat quod debet impetrare, ostendens quod Iudæi despexerunt eum, & illuserunt & contaminati sunt. Vnde dicit. *d* Et ego factus sum, &c.] *Thr.*3. b.Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum tota die.Et *eod.* g. Ego sum psalmus eorum. *e* Viderunt me] *Isa.* 53. a. Vidimus eum & non erat aspectus.*f* Et mouerunt capita sua,] subsannantes & contemnentes *Matt.*27.e Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, vah qui destruis Templum Dei,&c. Facta allegatione,facit petitionem,dicens.

g Adiuua me Domine Deus meus,] Quomodo [Saluum me fac]i.libera me a Passione per Resurrectionem Et ostendit causam efficientem, dicens:Secundum misericordiā tuā. Et causam finalē,cùm subiungit.*m* Et scient,]Iudæi cum me adiuueris.*n* Quia manus,&c.]i.quia ego sum Filius tuus,per quem operaris.Filius enim est manus Patris.Vnde infr.petit *Dauid*. Emitte manum tuā de alto,&c.*Ezec*.2.d.Vidi,& ecce manus missa est ad me,&c.*o* Et tu Domine fecisti eam,]quādo verbum caro factum est.Prius enim erat,quia ab æterno, sed facta non erat.Facta est igitur secundū humanitatē,non facta autē secundū diuinitatē. Vel sic.*m* Et scient quia manus tua,]nō manus ipsorū est[hæc] vel fecit[hæc] videlicet quod paterer,q.d.cùm me viderint resurrexisse,tūc sciēt quod nō necessitate,sed tua voluntate passus sum,& ipsi non fuerunt nisi ministri, secundùm illud *Act.*4.f. Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quē misisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israël facere, quæ manus tua & consilium tuū decreuerūt fieri. *o* Et tu Domine fecisti eam]scilicet misericordiam. Misericordia enim mirabilis fuit, vt filius seruos redimeret.*Rom.* 8.f.Qui proprio filio suo non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum.Postea agit de confusione inimicorum, & de victoria sua. Et ostendit inimicos confusione dignos,quia quod intēdebant nocere ei,totum versum est in contrarium, Vnde dicit. *p* Maledicent[Iudæi [illi] scilicet manui tuæ, id est,mihi [& tu benedices. Secundo ostendit & petit confusionem eorum;dicens. *r* Qui insurgunt in me,&c.]scilicet, ego,[lætabitur]in dextera tua collocatus. Ecce contrarium accidit eis suæ opinionis. Putauerunt enim Christum confundere,& sibi gaudium magnum facere, sed ipse gaudium obtinuit, ipsi vero confusionem. Vnde magnitudinem confusionis aperiens,subdit.

Ioan.1.b.

s Induātur]scilicet.[pudore,]id est,vndique confundantur.

t Qui detrahunt mihi]scilicet Iudæi.Quod factum est cum eum resurrexisse audierunt,& Apostoli hoc vbique prædicauerunt.*Isa.*29.g. Non modò confundetur Iacob, nec vultus eius erubescet,sed cùm viderit filios suos,id est,Apostolos,opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum.Sed quia parum esset si statim in præsenti confunderentur,ostendit æternitatem confusionis, dicens. *u* Et operiantur sicut diploide confusione sua,] Diplois,est pallium duplex.Et dicitur à dia,quod est duo,& plois,quod est vestis,& signat illam duplicem confusionem,scil.in præsenti & in futuro. Ipsa & æterna duplex erit, in corpore & in anima. Sic ergo ostensa gloria sui & suorum, & miseria inimicorum promittit se laudaturum, cùm dicit.

x Confitebor Dño,]sc.confessione laudis.*Mat.*11.d.Cōfiteor tibi pater,&c.Et hoc non parum vel indeuotè,sed.

z Nimis,]i. extense.Vnde alia litera habet, [vehementer.]

a in ore meo,]non tantùm in corde.*Matth.* 5.a.Aperiens os

A suum docebat

Moraliter.

* sunt à ieiunio,]Ad literā enim macerant iusti & debilitāt corpus suum per abstinentiam. Vnde dicit *Apost.*1.*Cor.*9.d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Hoc est quod subdit. *a* Et caro mea immutata est]quia quæ priùs erat domina, modò facta est serua, & seruit spiritui. Hæc mutatio dexteræ Excelsi. Et hoc.

c Propter oleum,]id est,propter arida cibaria.Multi enim sunt qui abstinent à carnibus & sanguine,& pro condimento habent oleum,quod exiccat pectora & debilitat,*Isa.*10.f. Computrescet iugum à facie olei. Vel mysticè. *c* Propter oleum,] id est,propter gratiam & misericordiam Dei, quasi dicat prædicta bona non mihi attribuo,sed misericordiæ & gratiæ Dei. Sicut Apostolus cum dixisset, 1.*Cor.*15.b. Abundantius illis omnibus laboraui,statim subiunxit. Non autem ego,sed gratia Dei mecum. Sunt autem multæ proprietates olei quare per oleum intelligitur gratia Dei. Oleum enim illuminat,sic & gratia. Vnde petimus sic. *Spiritus S.gratia illuminet sensus & corda nostra.* *Ioan.*12. e. Ambulate dum lucem habetis.Item oleum condit, sic gratia amaritudines. *Ps.* 67.Parasti in dulcedine tua pauperi Deus,id est,humili.Item oleo pugiles ne retineantur inunguntur; sic pugiles Dei inunguntur gratiā,ne capiantur à Diabolo.*Isa.*10.f. Computrescet iugum à facie olei. Isto etiam oleo inunguntur Reges spirituales,1.*Pet.*2.b.Vos estis genus electum,Regale sacerdotium. *Psal.*44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Item oleum sine strepitu cadit;sic gratia inuisibiliter admittitur,& etiam admissa amittitur.*Iob* 9.b.Si venerit ad me,non videbo eum, si abierit,non intelligam. Item oleum est mitigatiuum & sanatiuum; sic gratia Dei. *Psal.*146. Qui sanat contritos corde. Item emollit;sic gratia dura corda emollit, *Ezech.*36. f. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Cum his omnibus accedit ad meritum, quod pro bona sua vita deridetur à malis hominibus,vnde subdit.

Gratia Dei assimilatur oleo propter plures eius proprietates.

d Et ego factus,&c.]*Iob.*12.a. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Lampas est, vir iustus, plenus oleo gratiæ, qui tamen contemnitur, non tantùm apud cogitationes diuitum,sed factis & nutibus stultorum, vnde subdit. *e* Viderunt me & mouerunt capita sua]deridendo & subsannando.*Isa.*37.d.Despexit te,subsannauit te virgo filia Sion,post te caput mouit filia Ierusalem. Filia Sion,& Ierusalem,est anima iusti, propter contemplationem,& pacem.Post allegationes suas, repetit orationem dicens. *g* Adiuua me] in malis vitandis, in bonis agendis,in opprobriis sufferendis.

h Domine]cui seruio. *i* Deus]quem colo. *k* Meus]quem diligo.

l Saluum me fac]2.*Para.*in fine. Indignum saluabis me secundum misericordiam tuam. Ad *Tit.*3.b. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.*m* Et scient]aduersarij,tam Dæmones quam homines. *n* Quia manus tua hæc,] id est, quia tu adiuuas me. *Psal.*88. Manus enim mea auxiliabitur ei,nihil proficiet inimicus in eo. *o* Et tu Domine fecisti eam] manum,id est, auxilium, *Ezech.*40.a. Facta est super me manus Domini,& adduxit me illuc, in visionibus Dei adduxit me in terram Israël. Mali autem videntes bonum iustorum, non gaudent, sed inuident & detrahunt. Vnde addit.

p Maledicent] detrahentes [illi,] id est, auxilio & gratiæ tuæ,quam videbunt in me.*Psal.*111.Peccator videbit & irascetur. Sed nunquid nocet eorum maledictio bonis benedictionem. Vnde addit. *q* Et tu]Domine [benedices] *Matt.*5. b. Beati estis cùm maledixerint vobis homines. Vnde dixit Dauid.2.*Reg.*16.c. Dimitte eum vt maledicat mihi, si fortè respiciat Dominus, & reddat mihi benedictionem pro maledictione hac hodierna. Et hoc cognito,confunduntur maledicentes, & gaudent illi quibus maledicunt. Vnde addit.

r Qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur.]Nec parum confundantur, sed.

s Induantur qui detrahunt mihi pudore,] id est, ex omni parte confundantur,Non tenuiter,sed intensè.Hoc est quod sequitur.

u Et operiantur sicut diploide confusione sua] vt dupliciter confundantur, scilicet coram Deo & hominibus. Et potest legi de bona vel de mala confusione. *Eccl.* 4.c.Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.De hac diploide. *Isa.*40.a. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. E contra de bonis dicitur,*Baruc.*5.a. Circundabit te diploide Deus iustitiæ, & imponet mitram capiti tuo. *Isa.*61.c. In terra sua duplicia possidebunt. Pro his omnibus dicit se laudaturum Deum, vnde subdit. *x* Confitebor Domino]confessione laudis. Et nota singula verba [Confitebor] hoc contra taciturnos & torpentes. *Iona* 1.b. Quid torpore deprimeris,surge inuoca Deum tuum.*y* Domino]non sibi.Sicut ille de quo *Ezec.*29.a. Ego feci memetipsum. *z* Nimis]contra tepidos, 1.*Cor.*14.c. Psallam, spiritu, psallam & mente. *a* In ore meo] non per

* vicarium

A suum docebat eos dicens. Beati pauperes,&c. *Ioan.7.f.* Stabat Iesus, & clamabat. Et vbi laudare, & prædicare velit, dicit: *a* Et in medio multorum laudabo eum,] sicut supra dictum est. Confitebor tibi in Ecclesia magna, *Marc.14.* Quotidie apud vos eram docens in Templo: Laudabo ergo eum,. *c* Qui,] id est, quia ipse astitit à dextris pauperis, scilicet, mei qui fui pauper rebus & amicis in Passione. *d* Vt saluam faceret, &c.] Iudæis animá meá non corpus, quia *Iob 9.* c. Terra tradita est in manus impij, scilicet, Corpus Christi in manus Pilati.

& in *a* medio multorum *b* laudabo eum. † *c* Quia astitit à dextris pauperis, vt *d* saluam faceret à persequentibus animam meam.

al. † Quia.

Psalmus David CIX.

Dixit *f* Dominus *g* Domino meo *h* sede à dextris meis. *i* Donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum. Virgam *k* virtutis tuæ emit-

* vicarium *Leuit.vlt.d.* Nec altero commutabitur,

Moraliter. *a* In medio multorum] contra murmurantes in angulis horas suas, *Matth.6.a.* Amant in synagogis, & angulis platearum stantes orare. Quod etiam dicit multorum, est contra auaros de sua scientia *2.Corinth.10.g.* Non quærens quòd mihi vtile est, sed quod multis. *b* Laudabo eum, *Psal.33.* Semper laus eius in ore meo. *c* Qui astitit, &c.] Astat enim ei Dominus quem homines derelinquunt. Vnde dicit *Apost.2.Tim.4.c.* In prima mea defensione nemo mihi affuit, & sequitur; Dominus autem astitit mihi & confortauit me. Sed quare dicit potiùs à dextris quam à sinistris, *Supr.* enim dicit. *Psal.90.* Scuto circundabit te veritas eius. Et *2.Cor.6.b.* Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. Sol. Diabolus plures facit insultus à dextris, id est, in spiritualibus, & ideo à dextris maiori indiget homo auxilio. Vel possumus dicere quod in viro iusto nihil est sinistrum, sed totum dextrum, *Iud.3.b.* Vtraque manu vtebatur pro dextera. Et ad quid astitit subiungit.

d Vt saluam faceret, &c.] non vt diuitem faceret bursam, *Iob 2.b.* Vniuersa quæ habet homo, dabit pro anima sua.

e A persequentibus, &c.] Dæmonibus *Thren.4.d.* Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli. Citiùs enim venit Diabolus ad infirmum quam Sacerdos, quantumcunque acceleret. Et sequitur *ibi:* Supra montes persecuti sunt nos, id est, in dignitatibus, in deserto insidiati sunt nobis, id est, in Religione, Ab his persequentibus saluas faciat animas nostras Saluator noster Iesus Christus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

EXPOSITIO PSAL. CIX.

Dixit Dominus, &c.] *Titulus Psal. David.* Titulus patet. In *præced. Psal.* egit Propheta de Christi Passione, in isto agit de Christi diuinitate, & de verbi Incarnatione, vt sic interscalariter loquendo videatur esse de Angelis ascendentibus, & descendentibus, quos vidit Iacob *Gen.28.c.* Intentione hortatur subiici Christo. Modus. Tripartitus est Psal. Primò Propheta refert verba Patris de Filio, in quibus natura Diuinitatis, & humanitatis ostenditur. Secundò, Pater ostendit naturam Diuinitatis simpliciter, *ibi:* Tecum principium. Tertiò, Propheta agit de humanitate Christi, *ibi:* iurauit. Naturam ergò Diuinitatis aperiens Propheta, ait:

Partitio Psalmi.

Psal.108. *f* Dixit Dominus] Pater. *g* Domino meo] Filio, hoc quod sequitur, Sede, &c. Et est congrua continuatio ei quod supra dixerat Filius, Deus laudem meam ne tacueris. Et hic inducit Propheta Patrem laudantem, & respondentem Filio.

a Sede à dextris meis.] Ecce magna laus & honor. Et sciendum quod more nostro ponit hic Propheta, dixit: vt videlicet homo instruatur. Non enim Pater hoc protulit ore, sed effectu, vel dispositione æterna. Vnde sic debet legi. Dominus Domino dixit, id est, Pater genuit Filium, per quem fieret quod sequitur. Eadem enim ratione qua filius dicitur Verbum, eius generatio dicitur dictio. *Eccl.24.a.* Ego ex ore Altissimi prodij, *Psal.44.* Eructauit cor meum verbum bonum, id est, Filium. Vel. *f* Dixit,] id est, æternaliter disposuit.

g Domino meo,] i. Filio. Non dicit Dominus meus, sed dicit Domino meo, quia solus Filius factus est Emanuel, *Isa.7.c.* Et si Pater est Dominus noster per Regnum & potestatem, solus tamen Filius est Dominus noster per naturæ participationem. *h* Sede à dextris meis,] i. in æqualitate, inquantum Deus, *Ioan.18 b.* Omnia mea tua sunt. Vel inquantum homo, à dextris, i. in potioribus bonis Patris, *Act.7.g.* Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei, *Marc.vlt.d.* Et sedet à dextris virtutis Dei. Sede, inquam.

i Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ,] i. plenariè tibi subiiciam, vel adoptatos, vel victos, vt sub te omnes locum teneant, siue gratiæ, siue pœnæ. Et potest intelligi. Pedum tuorum. Quantum ad Deitatem, & quantum ad humanitatem: deitas enim est pes sustentans. Et dicit in plurali, quia multipliciter sustentat, *Heb.1.b.* Portans omnia verbo virtutis suæ. Sub deitate ponuntur omnes inimici, quantùm ad manifestationem, quia ante positi erant secundùm potestatem. *Eccl.24.a.* Superborum, & sublimium colla propria virtute calcaui. Item humana natura est pes, quia est inferior in Christo. Et dicit de hac in plurali, pedum, propter corpus, & animam. *Isa.41.a.* Semita in pedibus eius non apparebit, id est, semita peccati in corpore, & anima Christi. Sub his pedibus ponentur omnia, maximè in die Iudicij. *Isa.63.a.* Calcaui eos in ira mea, id est, calcabo. Et quod dicit, sede, &c. donec, &c. non intelligendum est quòd amplius non sit sessurus. Li [donec] enim non est exclusiuum, sicut in multis locis ponitur: Sicut ibi in *Ps. 122.* Oculi nostri semper ad Dominum, donec misereatur nostri. Et *Mat.1.d.* Non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Et *1.Tim.4.d.* Donec venio attende lectioni. *Chrysost.* ponit tale exemplum. Non loquebatur ei, donec mortuus est, & nunquid tunc? Non oportet, quia inquit Chrysostomus, negauit, quod fieri potuit, quod verò non potuit fieri, cur negaret? Hucusque fuerunt verba Patris ad Filium, quæ recitauit Propheta; nunc autem conuertit se Propheta ad loquendum in Christo, dicens:

k Virgam virtutis tuæ, quasi dicat, Deus Pater dixit inimicos ponendos scabellum: Sed non in futuro tantùm implebitur, sed & in præsenti incipiet. Et vnde incœperit ostendit, dicens: [Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,

Moraliter. Moraliter. *f* Dixit Dominus, &c.] Hoc dicit Dauid, qui interpretatur manu fortis, vel aspectu desiderabilis, & significat bonũ affectum in anima, qui fortis est manu, id est, ad eliciendum opus bonum, & ideo desiderabilis est Angelis ad videndum. Hic dicit: Dixit Dominus, id est, intellectus, vel synderesis, vel ipse Spiritus sanctus.

g Domino meo, &c.] id est, libero arbitrio, quod est Dominus in regno animæ.

h Sede à dextris meis,] id est, in bonis spiritualibus requiesce. Liberum enim arbitrium ad modum auis volitat huc, & illuc, quia nihil est mente fugacius. Sed fatua est auis, quæ residet in sterquilinio vel laqueo: Sic fatuum est multorum arbitrium, qui multa loca circumeundo volitant, modò cogitantes pœnitentia tali, vel tali facienda, modò de religione illa vel illa intranda: Et tandem nec hic, nec ibi resident, sed sicut scabrones in sterquilinio, & laqueis diuitiarum, & peccatorum aliorum faciunt sessionem, *Thren.3.g.* Sessionem eorum & resurrectionem vide. *Liberum arbitrium ad modum auis volitat.*

Diuitiæ autem, & temporalia stercora sunt secundùm iudicium Pauli, *Phil.3.b.* Omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora. Item laquei sunt, *1.Tim.6.b.* Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & laqueum Diaboli. *Sap. 14. b.* Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Hæc autem sunt à sinistris, sicut dicitur *Prou.3.b.* In sinistra illius diuitiæ, & gloria. A dextris autem non sunt laquei, nec immunditiæ, sed munditia, & vita æterna. Vnde *ibid.* Longitudo dierum in dextera eius.

Ideo debet sedere liberum arbitrium à dextris, id est, illa eligere, quæ ad illam vitam perducunt, & in illis manere, non ad horam, sed semper. Vnde sequitur.

i Donec ponam] dicit bonus affectus inimicos tuos scabellum pedum tuorum, id est, donec subiecti sint tibi penitus inimici tres, de quibus dicitur: Mundus, caro, Dæmonia, &c. Hæc autem superat bonus affectus, & ponit sub pedibus liberi arbitrij, quia sicut animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, sic cor affectum dulcedine Dei abominabitur voluptatem peccati, quia gustato spiritu desipit omnis caro. *1.Cor.2.d.*

Nec solùm peccare contemnit animus sic affectus, sed etiam in eis quæ in mundo agere licet, occupari renuit, vt dicitur de B.Aug. displicebat ei quicquid agebat in sæculo præ dulcedine Dei, & decore domus Dei, quam dilexit. *k* Virgam virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion.] Hoc est bonum thema in Natiuitate B.Virginis, vt prophetando dicat Propheta Christo. [Virgam virtutis tuæ,] id est, Beatam Virginem. *l* Emittet * Dominus *B.Virgo dicitur virga virtutis.* *Aliter.*

k Virgam virtutis, &c.] Moraliter. Virga est correctio, *1. Corint.4.d.* Quid vultis? In virga veniam ad vos, &c. *Psalm.88.* Visitabo in virga iniquitates eorum. Hæc tunc est virga virtutis diuinæ, cùm correctum emendat. Hæc est enim virtus Dei. *Prouerb.23.b.* Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virgâ, non morietur; percuties eum virgâ, & animam eius de inferno liberasti. Hanc. *l* Emittet *Moral.* *Virga dicitur correctio.*

A Sion,] i. potentiæ tuæ regnũ, non quo regnas ſine principio apud Patrẽ, ſed tẽporale quod cœpit à Chriſtianis, cuius tamen non erit finis. Incipiet à Ieruſalẽ, ſecundũ quod dicitur *Iſa* 2.a. De Sion exibit lex, & verbũ Dñi de Ieruſalem. Et *Luc. vlt.* g. Oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorũ in omnes gentes, incipientibus à Ieruſalẽ. Et ſic emiſſa virga, ô tu Chriſte. *a* Dominare,] i. dominaberis, ſicut alia litera habet. *b* In medio, &c.] i. in cordibus eorũ, qui prius erant inimici. Vel, [in me. inimicorũ tuorũ,] i. Eccleſia conſtituta inter malos. Vel communiter: In medio inimic. tuo.] i. ſuper inimicos.

al. † & dominaberis.
al. † ſplendore.

tet Dominus ex Sion, † *a* dominare in *b* medio inimicorũ tuorum. *c* Tecum principium in die *d* virtutis tuæ in † *e* ſplendoribus Sanctorum, ex *f* vtero *g* ante Luciferum genui te. *h* Iurauit Dominus, & non *i* pœnitebit eum, *k* tu es Sacerdos in æternum ſecundum *l* ordinem Melchiſedech

Ipſe enim Chriſtus dominabitur omnibus bonis per volũtatem, & inimicis per poteſtatẽ. Vnde *Iſa.* 45.d. Mihi curuabitur omne genu, *Apoc.* 19.c. Rex regum, & Dominus dominantiũ. * Dñs ex Sion,] i. de Iudæis, de quibus nata eſt. Quod autẽ B. Virgo nata ſit virga, habetur & authoritate & ratione. Dicit enim *Iſa.* 11.a. Egredietur virga de radice Ieſſe &c. Quod exponit Eccleſia cum ſic cantat: Virgo Dei genitrix virga eſt flos filius eius, *Num.* 24.c. Conſurget virga ex Iſraël. Ratione autẽ ſimilitudinis idipſũ poteſt oſtendi: Virga.n. non recipit virtutem fructificãdi ex cõmixtione ſeminũ, ſed ex pluuia & rore cœli; ſic B. Virgo non concepit ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, *Iſa.* 45.b. Rorate cœli deſuper, & nubes pluãt iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Item *Pſ.* 84. Dñs dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuũ. Non dicit reddet, ſed dabit, quia non ſuſcepit ſemen vt aliæ terræ. Dicitur autem non tantùm virga, ſed virga virtutis Dei. Et hoc tripliciter: Virtus n. Dei dicitur triplex, ſcil. Dei potentia, & Dei miſericordia & virtus à Deo infuſa. De prima *Pſ.* 20. Exaltare Dñe in virtute tua. Secundũ hoc B. Virgo dicitur virga virtutis, quia in ipſa virtus Dei, i. potentia, mirabilia operata eſt, ſ. quod Deus homo, quod Verbũ caro, quod Mater virgo, & alia plura. Vnde dicitur ei, *Luc.* 1.d. Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Secundũ hoc bene ſignificata eſt per virgam Aaron, qua operatus eſt mirabilia in terra Ægypti. De ſecunda virtute, ſcil. de miſericordia, dicitur in Collecta. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerendo manifeſtas. Et in *Pſ.* 53. In virtute tua iudica me, i. in miſericordia. Secundũ hoc B. Virgo dicitur virga virtutis, quia in ipſa fecit nobiſcum miſericordiã, ſumendo pro nobis carnem ex ea. *Luc.* 1.g. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, &c. Itẽ, quia ipſa mater miſericordiæ, & aduocata noſtra, & impetrat nobis miſericordiam, Sicut dicit *B. Bern.* Securum acceſſum habes homo ad Deum, vbi habes ante Filium matrem, &c. Et ſecundum hoc ſignificata eſt per virgam Aſſueri. De qua *Eſth.* 5.a. dicitur, quod extendit contra eam virgam auream, & hoc fuit in ſignum clementiæ. Sic Deus B. Virgo nobis dedit, vt ipſa mediante, gratiam eius inueniremus apud Deum, *Eſth.* 15.c. Accede igitur, & tange ſceptrum. De tertia virtute Dei, ſcil. de virtute infuſa, *Pſalm.* 67. Dominus dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ. Sic optimè fuit B. Virgo virga virtutis, quia plena fuit omni gratia, & virtute. Vnde dixit ei Angelus, *Luc.* 1.c. Aue gratia plena. Secundum hoc bene ſignificata eſt per virgam Aaron, *Num* 17.c. quæ germinauit, & floruit, & fronduit, & fructum fecit.

Virtus Dei dicitur tripliciter.

Aliter.
Moraliter.

O tet Dominus ex Sion] cum fit ex pura intentione, & ex charitate. Sion enim interpretatur ſpeculatio, quia homo qui alium corrigit, ſemper debet Deum habere præ oculis, vt eum moueat honor Dei, & vtilitas proximi. Vnde *Iſa.* 11.a. Egredietur virga de radice Ieſſe, i. de incendio dilectionis. Hac virga debent percuti pueri ſenſu, *Prou.* 22.c. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Vnde & bene ſubdit. *a* Dominare,] i. dominium exerce. Non in benè agentibus, ſed. *b* In me, &c.] quaſi dicat, in illis qui ſunt peccatores, & mali debet fieri correctio, & exerceri dominatio, *Gen.* 9.a. Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ. *Greg.* Terror ac tremor, quia eſſe ſuper animalia præcipitur, profecto eſſe ſuper homines prohibetur. *Idem.* Ex qua parte beſtiales ſunt ſubditi, ex ea debent etiam formidini ſubiacre proſtrati. *Idem.* Summus itaque locus benè regitur, cum is qui præeſt vitiis potiùs quam fratribus dominatur. *c* Tecum principium.] Secũda pars, vbi inducit Patrem loquentẽ ad Filium, & oſtendentem naturã Deitatis ſimpliciter. Et primò oſtẽdit quòd eſt æternus, & omnipotens cum Patre. Vnde dicit ei Pater. Tecum principium, id

Secunda pars.

eſt, eadem authoritas dominandi & principandi eſt mihi tecum. Pater dicitur principium, *Ioan.* 1.a. In principio erat Verbum. Et Filius dicitur principium, *Ioan.* 8.d. Ego principium, qui & loquor vobis. Sed Pater eſt principium non de principio, Filius autem principium de principio. Et nota quod dicit: Tecum principium ſine verbo, in quo notatur æternitas, quæ tempus non concernit. Et bene dico: Tecum principium, & hoc apparebit. *d* In die,] i. in die iudicij, quando manifeſtaberis in virtute iudicandi. Et hoc. *e* In ſplen. &c.] id eſt, quando Sancti ſplendebunt ſicut Sol. *Matth.* 13.f. Fulgebunt iuſti ſicut Sol. Secundò, oſtendit conſubſtantialitatem Filij cum Patre. Vnde dicit Pater. *f* Ex vter.] i. ex ſecreta ſubſtantia mea. *g* Ante Lucif. &c.] i. ante omnem creaturam, vt ex parte totum intelligatur. Oſtendit autem hic quod ſingularis eſt generatio, cùm dicit: Genui. Et naturalis, cùm dicit. Ex vtero. Et quòd æterna, cùm dicit: Ante Luciferum. Moraliter loquitur Dominus, & ad hominem iuſtum, dicens:

De iurain. c. etſi Chriſtus.
Qui ſi ſint legit c. per venerabil.
De conſ. diſ. 2. c. Sacerdo.

c Tecum principium] q.d. cogita & tracta tecum, quod tu adhuc es in principio bonæ vitæ, & hoc non cum es in nocte peccati, ſed cùm es. *d* In die, &c.] Id eſt, in fulgore virtuoſæ vitæ, ſecundum illud *Eccleſ.* 18.a. Cùm conſummauerit homo, tunc incipit, *Pſal.* 76. Et dixi nunc cœpi. Et *alibi Pſ.* 37. Tota die contriſtatus ingrediebar. Et hoc facies.

e In ſplen. &c.] Id eſt, te adhuc incipientem reputabis, ſi comparas diem virtutis tuæ ſplendoribus Sanctorum, id eſt, vitam tuam vitæ eorum, quæ ita ſplendida & fulgens fuit, quòd in reſpectu illius vita tua tenebroſa eſt. Vnde *Iob* 33.d. Reſpiciet homines, id eſt, Sanctos, & dicet, peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi. Et *Iob* 5.a. Voca ergò, ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere, quaſi dicat, nullum de Sanctis inuenies qui vitam tuam non excedat, & ideò quantumcunque iuſtus tibi videaris, merito poteris te reputare incipientem. Sed nec hoc principium debes tibi aſcribere, ſed Domino, à quo habes illud, vnde ſubdit.

Moraliter.

f Ex vtero, &c.] Vterus Domini ex quo gignit, & in quo portat peccatores, eſt eius patientia, *Iſ.* 46.a. Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo. In hoc vtero patientiæ portat Dominus peccatores expectando ad pœnitentiam, & ex eo gignit, cùm eis voluntatem bonam immittit. Et hoc eſt.

g Ante Luciferum,] id eſt, cùm ipſi adhuc ſint tenebræ, & non lux, *Epheſ.* 5.b. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Hæc quæ hic hortatur Dominus facere ſupra dicit eſſe Propheta feciſſe, dicens: Et dixi nunc cœpi, & non mihi hanc inceptionem aſcripſi, ſed dixit *Pſalm.* 76. Hæc mutatio dexteræ Excelſi.

h Iurauit Dominus.] Tertia pars, vbi agit de humanitate Chriſti, & primò agit de eius Sacerdotio. Vnde dicit: Iurauit Dominus Pater, id eſt, firmiter ſtatuit, & promiſit, hoc quod ſequitur: Tu es Sacerdos, &c.] *Heb.* 7.c. Illi quidem ſine iureiurando Sacerdotes facti ſunt; hic autem cum iureiurando. In tribus locis legitur Dominus iuraſſe, ſcil. hic filio. Et *inf.* Dauid. Iurauit Dominus Dauid veritatem. Et Abrahæ. *Geneſ.* 22.c. Per memetipſum iuraui, &c.

Tertia pars.

i Et non pœnitebit eum,] id eſt, non detractabit. Pœnitentia enim non cadit in Deum 1. *Reg.* 15.f. Neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam. Sed videtur contrarium *ibid.* c. Pœnitet me quod conſtituerim Saül Regem. Et *eod. in fin.* Lugebat Samuel Saül, quoniam Dominum pœnitebat, quod conſtituiſſet Regem Saül ſuper Iſraël. Sol. Loquitur humano more. Et quod fuit illud iuſiurandum, ſubdit.

In tribus locis Dominus legitur iuraſſe.

k Tu es Sacerdos,] ô Chriſte in æternum, non ad tempus, ſicut Sacerdotium Aaron ad tempus fuit. Vnde *Heb.* 9.c. Iuſtitiis carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis. Sed contrarium videtur *Eccl.* 45. Statuit ei Teſtamentum. Solut. Æternum fuit non duratione, ſed figuratione. Sacerdos dico. *l* Secundùm ordinem Melchiſedech] qui obtulit Abrahæ panem

A & vinum

Moraliter. *h* Iurauit Dominus.] Quoniam iurauit Dominus pro Sacerdotibus, ſed modo propter eorum malitiam iurat contra eos. Sicut *Ezech.* 34.b.

Moraliter.

Viuo ego dicit Dominus pro eo, quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, ecce ego ipſe requiram ſuper paſtores gregem meum, *Malach.* 2.a. Et nunc ad vos, ô Sacerdotes mandatum hoc, ſi nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor vt detis gloriam Nomini meo, *Iob* 12.d. Ducit Sacerdotes eorum ingloriòs, & optimates ſupplantat: Nec mirum, quia modo ſunt multi. Non. *l* Secundum ordinem Melchiſedech,] ſed contra ordinem eius. Ipſe enim fuit Rex Salem, id eſt, pacis, & iuſtitiæ, ipſi autem ſunt duces belli, & iniuſtitiæ. Item Melchiſedech fuit ſine Genealogia, iſti

gia, iſti

A & vinum, *Gen.*14.d. In figura Sacerdotij Chriſti, qui panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ſuum conſecrauit. *Mat.*26.c. Melchiſedech etiam videtur fuiſſe gentilis, & per hoc ſignificatur tranſlatio Sacerdotij de Iudæis ad Gentes.

Chriſtus comparatur Melchiſedech:

- Propter ritum Sacerdotij, *Ioan.*6.f. Panis quem ego dabo, caro mea eſt, &c. *Leu.*26.b. Vetuſtiſſima veterum comedetis, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis. Non dixit vetera, quaſi ſicut à tempore legis, ſed vetuſtiſſima, ſ. ante legem, vt in tempore Melchiſedech.
- Quia fuit ſine genealogia, *Heb.*7. ſicut Chriſtus, *Mat.*12.d. Quæ eſt mater mea, &c. Et *Deut.*33.a. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos.
- Quia Rex Salé, i. pacis, ſic & Chriſtus. *Iſ.*9.b. Princeps pacis, *Heb.*7.a. Melchiſedech Rex Salem Sacerdos, &c.
- Quia ipſe benedixit Abrahæ, *Gen.*14.d. Melchiſedech Rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei. Et Chriſti eſt benedicere, *Num.*6.d. Ego benedicam eis.
- Quia datæ ſunt ei decimæ. Sic Chriſto, *Phil.*2.b. Qui operatur in vobis velle, & perficere.

Deinde conuertit ſe ad Deum Patrem, dicens: *a* Dominus,] id eſt, iſte Sacerdos, exiſtens. *b* A dextris tuis,] ſicut ſupra dixiſti ei, Sede à dextris meis.

al. † Conquaſſauit.
al. † Gentibus.
al. † copioſa.
al. † Bibet.
al. † exaltabit.

a Dominus *b* à dextris tuis, † *c* cōfregit in *d* die iræ ſuæ *e* Reges. *f* Iudicabit in † nationibus, *g* implebit ruinas, *h* conquaſſabit capita in *i* terra † multorum. *k* De torrente in *l* via † bibit *m* propterea † exaltauit *n* caput.

o *Alleluia.* PS. CX.

Confitebor *p* tibi *q* Dñe

c Confregit,] id eſt, infirmos reddidit. *e* Reges, id eſt, illos, qui vt regnarent, & magni viderentur nomen Chriſti delere volebant. De quibus *ſup.* dictum eſt. Aſtiterunt Reges terræ, &c. (*Pſalm.*2.) Hoc autem fecit, *d* In diæ iræ ſuæ,] occulte, cùm offendentes in lapidem humilem ceciderunt, de quo habetur *Matt.*21.d. Nam in iudicio quando veniet manifeſtus lapis cadens ſuper eos, qui nunc ſuper lapidem cadunt, conteret eos, *Iob* 28.a. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidet torrens à populo peregrinante. Interim verò.

f Iudicabit in nationibus,] id eſt, diiudicabit, & diſcutiet minora peccata populorum Gentilium. Et ſi qui ad eum reuerti voluerint, nunquid repellet? Nunquid, imo. *g* Implebit ruinas,] id eſt, illos qui ſe humiliant, & à ſuperbia, qua contra Deum erecti fuerunt, cadunt humiliter, implebit chariſmatibus ſuis ſicut Paulum. Et nunquid erunt aliquæ tales ruinæ? Erunt vtique. Quia. *h* Conquaſſabit] humiliando capita multorum, quæ contra Deum eriguntur. Et hoc. *i* In terra,] i. dum ſunt adhuc ſuper terram in vita iſta. Sed poſſet aliquis quærere. Quomodo poterit Chriſtus hoc facere? Vnde huic quæſtioni reſpondens, dicit, quod hoc meruit in Paſſione, & humilitate. Vnde dicit:

k De torrente in via bibit] vel bibet, Torrens eſt, qui de guttis pluuiarum collectus redundat, currit, & deficit; per hunc ergo rectè curſus, & fluxus humanæ mortalitatis accipitur, vbi homines naſcuntur, viuunt, & moriuntur, & iterum ſuccedunt, & decedunt, nec permanent. De hoc ergo torrente Dominus bibit naſcendo, laborando, moriendo. Et hoc.

l In via] huius vitæ. De qua dicitur *in Pſal.*18. Exultauit vt gigas ad currendam viam. Et quia hoc fecit. *m* Propterea exaltauit] Deus Pater. *n* Caput] eius dando ei poteſtatem, *Phil.*2.a. Factus eſt obediens vſque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c.

Moraliter. * iſti verò abundant in prole carnali, & ædificant Sion in ſanguinibus, i. Eccleſiam in conſanguineis, quibus dant præbendas, & dignitates in Eccleſiis ſuis, *Iob* 21.a. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum, *Abac.*2.c. Væ qui ædificat Sion ſanguinibus & præparat vrbem in iniquitate, *Mich.*3.c. Audite hæc Principes domus Iacob, & Iudices domus Iſraël, qui abominamini Iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate. Et bene dicit, omnia recta peruertitis, quia ipſi pueros præficiunt in dignitatibus, & ſenes ſubiiciunt illis, *Eccl.*10.b. Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Nec tantum irat contra eos, ſed & punit eos. Vnde ſequitur.

*Pſalm.*72.

a Dominus à dextris tuis, &c.] Reges enim, i. Prælatos Eccleſiæ confringit Dominus à dextris, i. in proſperitate. Prodiit enim ex adipe iniquitas eorum, *Iob* 31.a. Ad dexteram orientis calamitates meæ illicò ſurrexerunt.

d In die iræ] dies iræ Dei, eſt proſperitas, *Iob* 3.a. Pereat dies in qua natus ſum, i. proſperitas. Quæ rectè dicitur dies iræ, ſecundū quod dicit *Greg.* Continuus ſucceſſus temporalium æternæ reprobationis eſt indicium. Vel pauperi, & humili loquitur hic, dicens. *a* Dominus] eſt à dextris tuis, vt te adiuuet, *ſup.* Qui aſtitit à dextris pauperis, &c. Et alibi, *Pſ.*15. A dextris eſt mihi ne commouear. Sed non ſic de diuitibus & ſublimibus, quia. *c* Confregit,] i. confringet. *d* In die iræ ſuæ,] i. in die iudicij. *e* Reges] terrenos, & Eccleſiaſticos, & etiam omnes ſuperbos. *Sap.*6.a. Iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet, & potentes potenter tormenta patiuntur. *Iſa.*2.c. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur. In die illa. *f* Iudicabit in nationibus,] i. nationes cum aſſeſſoribus ſuis, i. cum Sanctis ſuis. De quibus *Pſ.*50.b. Iudicabunt ſancti nationes. Et de bonis. *g* Implebit ruinas] Angelorum. Quod alibi orat Propheta, *Pſ.*50. Benignè fac, &c.

h Et conquaſſabit capita, &c.] ſcilicet reproborum. Capita multorum ſunt Prælati diuites, *Amos* 6.a. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, optimates capita populorum, *Sap.*6.a. Audite Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt vobis poteſtas à Deo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabitur, quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius non rectè iudicaſtis, &c. Alia litera habet: Conquaſſabit capita in terra copioſa,] i. Prælatos in opulentia terrena, 4.*Reg.*25.b. Rex Iuda excæcatus eſt in Reblata, quæ interpretatur multa hæc: Et Saül, & filij eius occiſi ſunt in monte Gelboë, qui interpretatur aceruus arenarum. (1.*Reg.*31.) *i* In terra] non viuentium, ſed mortuorum. De qua *Iob* 10.d. Antequam vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, &c. (*Aleph, Beth.*) Vel ſic: In terra, i. propter terrena, quæ dilexerunt, ſcil. diuitias, & delicias, & honores terrenos, *Luc.*6.d. Væ vobis diuitibus, qui hic habetis conſolationē veſtram. Nec mirum, ſi ita conquaſſabuntur & damnabuntur, quia hic noluerunt ſtrictam viam tenere, quæ ducit ad vitam. De qua via ſubdit, quod Chriſtus eam tenuit dicens. *k* De tor. in via bi.] ſcil. Chriſtus de Paſſione, vt dictum eſt. Et *m* Propheta exaltauit caput,] *Eccl.*11.a. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Vnde illi qui nolunt hic bibere de torrente tribulationis, non exaltabuntur eorum capita, ſed conquaſſabuntur. Si enim Chriſtū oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam, quomodo qui nihil volunt pati, intrabunt in alienam? (*Luc.*24.d.) *Ier.*49.c. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibētes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? Propterea cognatis ſuis qui volebant exaltare caput, dicente matre eorum. *Mat.*20.c. Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo; reſpondit Dominus: Neſcitis quid petatis, poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? quaſi dicat, non poteſtis exaltari mecum in regno, niſi priùs bibatis de ſupplicio. Propterea dicit vnus eorum, ſ. Ioannes, *Apoc.*20.c. Ego Ioannes particeps in tribulatione, & regno.

EXPOSITIO PSALMI CX.

Confitebor tibi Domine, &c. Titulus, *Alleluya.* In præcedenti Pſal. commendauit Chriſtum ab vtraque natura, hic commendat eum ab operibus, in perſona Eccleſiæ ſiue populi Chriſtiani loquens: Hoc autem nomen laudis Angelicæ, ſcil. Alleluya, etſi generale ſit omnibus Pſalmis, ibi tamen præcipuè apponitur vbi magna exultatione gaudetur, ſicut hic populus Chriſtianus liberatus per Chriſtum, laudat ipſum. Intentio eſt monere ad laudem Dei. Modus. (*Partitio Pſalmi.*) Tripartitus eſt Pſal. Primò, populus Chriſtianus dicit ſe confiteri in congregatione iuſtorum. Secundò, dicit aduentus Chriſti munere ſatiatos fideles adeò, vt populus gentium hæreditatem Abrahæ promiſſam acquirat, *Ibi*: Memoriam fecit. Tertiò, aſſerit eoſdem redemptos, & nouum Teſtamentum manſurum, *Ibi*: Redemptionem. Primò ergo promittit fidelis populus ſe laudaturum dicens,

p Confitebor] confeſſione laudis. Et oſtendit quid laudandus eſt, dicens.

p Tibi Domine,] qui es laudabilis, 1.*Tim.*1.d. Soli Deo honor, & gloria. Et oſtendit quomodo, quia deuotè: Vnde addit:

Moraliter. Moraliter. Poteſt legi de confeſſione peccatorum, vt dicat peccator pœnitens & attritus.

o Confitebor,] i. ſimul omnia peccata corde, & ore fatebor ſpe veniæ, gratiæ, gloriæ cōſequendæ, *Prou.*28.b. Qui abſcōdit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiā conſequetur. *p* Tibi,] quia licèt peccator confiteatur Sacerdoti, hoc tamē facit Deo, cuius loco eſt Sacerdos. Vnde quod audit in confeſſione ſcit non vt homo, ſed vt Deus, & ſi reuelat, depoſitione dignus eſt. Quid autem intelligatur per tibi, aperit, dicens. *q* Domine] vt me tuum

A dit. *a* In toto corde meo. *Aug.* Quid valet ſtrepitus labiorum, vbi cor eſt mutum? *Iſa.*29.d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Sed non tantùm deuota debet eſſe laudatio, ſed & diſcreta, Vnde addit.

b In concilio,] id eſt, non temerè ſed ex diſcretione. Quidam enim volunt laudare forſitan toto corde, ſed tamen non in concilio iuſtorum, qui, ſcilicet ſingularitates adducunt, quas teſtimonio, vel exemplo Sanctorum nō poſſunt cōfirmare. Debet etiam laudatio eſſe Catholica, vnde addit.

al. † rectorum. *Gimel, Daleth, He, Vau, Saen, Heth, Teth, Ioth.*

in *a* toto corde meo, in *b* concilio † *c* iuſtorum, & *d* congregatione. *e* Magna opera Domini, *f* exquiſita in *g* omnes voluntates eius, *h* confeſſio & magnificentia opus eius, & *i* iuſtitia eius *k* manet in ſæculum ſæculi. *l* Memoriam fecit mirabilium ſuorum, *m* miſericors & miſerator *o* Dominus eſcam dedit timentibus *q* ſe. *r* Memor erit in ſæculum *ſ* Teſta-

d Et congregatione,] ſcilicet, in Eccleſia fidelium, vbi congregantur iuſti. Poſtea oſtendit cauſas laudis: Primò, commendat illum à magnitudine operationis, dicens:

e Magna opera Domini,] ſ. creationis. De quibus *Gen.*1.a. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et opera recreationis, *Pſal.*73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ, *Ioan.*9.a. Me oportet operari opera eius qui miſit me. Secundò commendat eum à profunda ſapientia, qua operatus eſt, cum dicit: *f* Exquiſita,] *Pſal.*103. Omnia in ſapientia feciſti. Sed quia minus eſſet ſapientiam habere, ſi ea, quæ ſciret non poſſet operari, ideo commendat eum à plenaria poteſtate, dicens. *g* In omnes, &c. q.d. omnia quæcumque voluit, ſapienter fecit: Voluntates, dicit pluraliter, propter diuerſa volita. Vel ſic. *e* Magna] ſunt opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius, ſi exquiramus voluntatem & intentionem quare fecit illa. Vnde Paulus ſic exquirens, & non potens inuenire ad plenum, exclamauit dicens, Rom. 11. d. O altitudo diuitiarum, ſapientiæ, &c. Poſtea ſpecificat de aliquibus eius operibus, ac ſi quæreretur ab eo, quæ ſunt opera illa magna, dicens: *h* Confeſſio, &c.] Magnum enim opus Dei fuit, quod Paulus & alij perſecutores Eccleſiæ conuerſi, confeſſi ſunt fidem Chriſti, & magnificè operati ſunt miracula faſientes, & omnia aduerſa pro Chriſto patientes. Hæc eſt confeſſio & magnificentia, quæ ſunt opus Dei, quia Chriſtus operatus eſt ea in illis. Vnde dixit Apoſtolis, *Ioan.*55.a. Sine me nihil poteſtis facere. Tamen quia adiutores eius fuerunt, retribuet eis. Vnde ſubdit. *i* Iuſtitia eius,] quia reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *k* Manet, &c.] i. in æternum. Poſtquam enim reprobos condemnauerit, & iuſtos glorificauerit, de iuſto iudicio in æternum habebit quilibet quod acceperit. Vnde dicit reprobis. Ite maledicti in ignem æternum.

*Matth.*25.*b.* Et iuſtis: Venite, percipite Regnum, ſ. illud, de quo dicitur *Dan.*7.d. Regnum eius quod non corrumpetur. Et *Exod.*15.c. Dominus regnabit in æternum & vltra.

Moraliter. * ſeruum facias. In quo notatur humilitas, quæ debet eſſe in pœnitente, vt ſe non filium, ſed ſeruum reputet, *Luc.*15.d Non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenariis tuis *Pſal.*31. Dixi, confitebor aduerſùm me iniuſtitiam meam Domino, &c. Confeſſio autem debet procedere ex contritione. Vnde addit. *a* In toto corde meo,] q.d. non ore tantum, ſed corde contrito, *Iob* 10. a. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo, &c. *Iob* 7. c. Non parcem ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei. Debet etiam eſſe ſecreta & diſcreta confeſſio. Vnde dicit:

b In concilio.] Non in foro, nec cuilibet confitendum eſt, *Eccl.*11.d. Non omnem hominem inducas in domum tuam, quia multæ ſunt inſidiæ doloſi. Sed eligendus eſt bonus Confeſſor. Vnde dicit: in concilio non quorumcunque, ſed.

c Iuſtorum,] qui non trahuntur amore carnis ad dandum conſilium ſecundum voluntatem petentis, ſed ſecundum veritatem, *Eccl.*.6.a. Multi pacifici ſint tibi conſiliarius autem vnus de mille. Et licèt ſecreta debeat eſſe, non tamen facienda eſt in loco ſuſpecto. Sed in *d* Congregatione,] i. in Eccleſia; coram oculis omnium, *Pſal.*34. Confitebor tibi in Eccleſia magna; confeſſio autem non ſufficit ſine ſatisfactione, vnde bene ſubdit de opere ſatisfactionis. *e* Magna opera Domini,] i. opera, quæ fiunt Domino, vt ei ſatisfiat, debent eſſe magna, ſicut peccata fuerunt magna. Vndè *Rom.*6.d. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Hoc eſt quod dicit Ioannes *Mat.*3.b. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Nec hoc debet ſufficere verè pœnitenti, ſed vltra debet addere, quidquid poteſt quod ſcit Deo placere. Vnde addit. *f* Exquiſita, &c.]

Debemus enim exquirere omnem Dei voluntatem, vt eam faciamus. Sicut Paulus qui dixit *Act.*9. a. Domine quid me vis facere? *Pſal.*142. Doce me facere voluntatem tuam, *Rom.*12.a. Probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Ne autem de confeſſione & ſatisfactione ſuperbiat homo, debet recognoſcere quod totum eſt à Deo. Vnde ſequitur. *h* Confeſſio, &c.] ſiue enim confiteamur, ſiue magna faciamus, totum ab ipſo eſt, *Eccl.*9.c. Vidi ſub Sole, nec velocium eſſe curſum, nec fortium bellum, *Rom.*9.d. Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis, *Phil.*2.b. Ipſe operatur in vobis velle & perficere, *Iſa.*26.c. Omnia opera noſtra operatus eſt in nobis Domine. De illis autem operibus, quæ ita ei aſcribimus, habebimus mercedem æternam, ſed illa de quibus ſuperbimus, admittimus: Vnde ſubdit.

i Iuſtitia eius,] id eſt, opera bona quæ ei attribuuntur.

k Manet, &c.] id eſt, in æternum, quantum ad præmium vel fructum, *Eccl.*44.b. Quorum pietates non defuerunt, cum ſemine eorum perſeuerauit bona hæreditas. Opera autem eorum qui de eis gloriantur non permanent, ſed pereunt. Vnde *Mat.*6.a. Receperunt mercedem ſuam. *Iob* 8.c. Cum adhuc ſit ſcirpus in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit, ſic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit. *l* Memoriam fecit, &c.] Secunda pars, vbi dicit aduentus Chriſti munere ſatiatos fideles, quòd promiſſum erat in veteri lege, vnde dicit: Memoriam fecit mirabilium ſuorum, id eſt, eorum, quæ ſcripta fuerūt in veteri Teſtamento, quæ prius fecerat in figura memoriam fecit in noua rei completione, Res enim completa docuit qui præcedentia mirabilia deſignarent. Vnde *Ioan.*12.c. Quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quoniam hæc ſcripta erant de eo 1.*Cor.*10.c. Omnia contingebant illis in figura, *Oſee*, 12.c. In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. Sic ergò fecit.

Secunda pars. Alleg.

m Miſericors] natura.

n Miſericors] in affectu.

o Dominus] Chriſtus. Et oſtendit vnum, de illis mirabilibus quorum fecit memoriam. *p* Eſcam dedit] ſcilicet antiquis, manna, & modernis Corpus, & Sanguinem ſuum. *Ioan.*6 f. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. *q* Timentibus ſe,] Talium enim eſt hæc eſca, 1.*Cor.*11.f. Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & ſanguinis Domini; probet autem, &c. *Iob* 3.d. Antequam comedam ſuſpiro, *Exod.*12.b. Edetis carnes aſſas igni cum lactucis agreſtibus, id eſt, Euchariſtiam cum animæ amaritudine. Hoc autem dicit Propheta eum eſſe facturum, & probat, dicens. *r* Memor erit, &c.] quaſi dicat. Illa faciet, quia promiſit in veteri Teſtamento & promiſſum ſuum non obliuiſcetur reddere. Hoc eſt, quod dicit: Memor erit in ſæculum,] id eſt, ſemper. *ſ* Teſtamenti ſui,] id eſt promiſſi in veteri Teſtamento. Vel hoc quod dicit: In ſæculum, iungatur, cùm hoc, quod dicit: teſtamenti, quod, ſcilicet durabit in ſæculum, i. in æternum. Quia ſicut dicitur *Mat.*5.c. Iota vnum aut vnus apex non prætèribit à lege, *Mat.*24. Cœlū & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. [Memor.] (A inquam

l Memoriam, &c.] Moralitas eſt ſecundum literam. Sunt enim multi, qui dimittunt facere pœnitentiam, reſtituere vſuras intrare pauperem religionem, eo quod timent mori fame. Et contra tales dicit, quod ſicut dicit Dominus, quondam pauit populum ſuum manna in deſerto quadraginta annis, adhuc, paſcit eos qui eum timent. Et hoc eſt. Mem. fe. mirab. ſuo.] antiquorum. *m* Miſericors,] id eſt, miſerias releuans. *n* Et miſerator,] id eſt, ſæpè iterans miſericordias ſuas. *o* Dominus] qui ſeruos ſuos debet paſcere. Quis enim eſt Dominus qui ſeruos non paſcat? *Mat.*6.d. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini, reſpicite volatilia cœli, quæ neque ſerunt, neque congregant in horrea, ſed Pater veſter cœleſtis paſcit ea. Nonne vos magis pluris eſtis illis? Quomodo fecit memoriam? Sic.

Moraliter.

p Eſcam, &c. Vnde *ſup.* Timete Dominum omnes Sancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Et illis non poteſt deeſſe, quia promiſſit, vnde ſubdit. *r* Memor erit in ſæculum,] id eſt, ſemper.

ſ Teſtamenti ſui] noui. Vbi dixit *Mat.*6.d. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, &c. Et *poſt pauca.* Primum quærite Regnum Dei, & iuſtitiam eius & hæc omnia adiicientur vobis, 1. *Petr.*5. b. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Notandum etiam quòd iſte verſus: Memoriam fecit, &c. dicitur poſt cœnam, vel poſt prandium, cùm ieiunatur, quaſi dicat hæc cœna vel refectio carnalis, facit in nobis memoriam illius Cœnæ magnæ & refectionis cœleſtis, quam parauit nobis Deus. De qua *Iſa.*25.c. Faciet Dominus omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium, vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, & vindemiæ defaca-

* tæ. Et ſi hæc

A inquam erit, vt quæ ibi promittuntur & figurantur, impleat. Hoc est, quod subdit. *a* Virtutem, &c.] i. quod per opera quæ antiquitus fecit figurabatur. *b* Annunciabit, &c.] per se & per Apostolos. *c* Populo suo] Christiano, vnde de ipso dicitur, *Luc. vlt.* d. Incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnib. Scripturis quæ de ipso erant, vel sic. *a* Virtutem, &c.] i. virtuosa opera & miracula quæ fecit, *Mat.* 11. a. Cæci vident, & claudi ambulant, leprosi mundantur, &c. Hæc. *b* Annunciabit, &c.] Christiano. Ad quid? *d* Vt det illis, &c.] scil. fidem vel regnum cœlorum, quod Iudæis reprobatis datum est Gentibus in hæreditatem, secundùm illud *Mat.* 21. d. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti, &c. vel sic.

Caph, Lamech, Mem, Nun, Sameth, Eyn, al. † iniustitia, Pe, Zadik, Kuph, al. † non habet Dns.

menti sui, *a* virtutem operum suorũ *b* annunciabit *c* populo suo. Vt *d* det illis hæreditatem gentium, *e* opera manuũ eius *f* veritas & *g* iudiciũ. *h* Fidelia omnia mandata eius *i* cõfirmata in *k* sæculum sæculi, *l* facta in veritate & † *m* æquitate. *n* Redemptionẽ misit † Dominus *o* populo suo, *p* mandauit in *q* æternum *r* testamentum suum. *s* Sanctũ & terribile *t* Nomen eius,

a Virtutem, &c.] secundùm quod dupliciter expositum est. *b* Annunciabit, &c.] i. discipulis suis quos de Iudæis elegit: Et hoc faciet. *d* Vt det illis, &c.] i. gentes quasi hæreditatem colendas vomere prædicationis. Et licet illis det hæreditatem, tamen multa pati eos oportebit, sicut & ipse passus esset, vnde subdit. *e* Opera, &c.] sunt veritas & iudicium, i. operibus suis ostendit quod verum erat iudicium quo prædixerat discipulos passuros ad exemplum, & imitationem Magistri, *Mat.* 10. c. & *Io.* 15. c. Non est seruus maior Domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur: vel sic.

e Opera, &c.] scil. opera redemptionis sunt. *f* Veritas] & non figmenta, vt dicunt hæretici, dicentes quod non verè passus est Christus. E contrario autem opera Antichristi erunt falsitas, quia veniet in signis & prodigiis mendacibus, vt dicitur 2. *Thess.* 2. c. Nec solùm opera eius sunt veritas in redemptione, sed. *g* Et iudicium, &c.] i. in retributione. Veritas enim respicit primum Christi aduentum, Iudicium verò secundum. Et quia ita iudicabit, bonum est facere hic quod ibi retributione bona dignum habeatur. Et quid sit illud ostendit, s. mandata Dei, vnde dicit. *h* Fidelia omnia, &c.] q. d. bonum est facere mandata eius quia fidelia sunt: Reddũt enim quod promittunt, i. præmium æternum, *Mat.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, *Ps.* 18. Testimonium Dñi fidele. Non solùm fidelia, sed, &, *i* Confirmata] vt durent.

k In sæculum, &c.] i. in æternum, *Heb.* 9. e. Testamentum in morte testatoris confirmatum est. Nec mirum si sint fidelia, quia sunt. *l* Facta, &c.] scil. ab eo qui non mentitur, *Tit.* 1. a. Meritò etiam confirmata sunt, quia facta sunt, non tantum in veritate, sed. *m* Et æquitate.] Quæ enim æqua sunt & iusta, confirmanda sunt, *Psalmo* 118. Omnia mandata tua æquitas.

Moraliter.

* tæ. Et si hæc delectat, multò magis illa, *Luc.* 14. d. Beatus qui manducabit panem in regno cœlorum. Et bene dicit, mirabilium, quia ibi sunt mirabilia fercula, *Isa.* 60. a. Tunc videbis & affluẽs, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Reuertamur autem ad processum primum prosequentes. Sequitur. *a* Virtutem, &c.] q. d. multi sunt de Synagoga Sathanæ, qui non volunt credere quod Dñs pascat suos: Sed Dñs hic ostendit populo suo, & facto probat virtutem operum suorum, scil. quod omnia potest, *Luc.* 22. d. Quando misi vos sine baculo & sine pera, nunquid aliquid defuit vobis, *Mat.* 6. d. Respicite volatilia cœli quæ non serunt, &c. Et hoc facit Dñs. *c* Populo suo,] non vt in temporalibus beneficiis constituat retributionem eorum, sed vt magis eos alliciat, & trahat ad amorẽ æternorum; vnde subdit. *d* Vt det illis, &c.] i. cœlum, quod est hæreditas gentium, i. peccatorum in filios adoptiuorum, *Rom.* 8. c. Si autem filij & hæredes, *Ps.* 46. Elegit nobis hæreditatem suam. Hæc autem hæreditas non datur gentibus in gentilitate manentibus, id est, in peccato; vnde addit exemplum Domini ad benefaciendum, dicens. *e* Opera, &c.] q. d. si vultis habere hæreditatem, assimilamini Patri, & facite veritatem, i. bonam vitam tenete, & iudicium, vt scil. bona opera vestra iudicetis, & examinetis, *Iob.* 9. d. Verebar omnia opera mea, 1. *Cor.* 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Item hic notantur tria, in quibus consistit vera pœnitentia. *e* Opera, &c.] Ecce satisfactio. *f* Veritas] in ore, ecce confessio. *g* Iudicium in corde, ecce contritio, quæ iudicat, & punit. Nec dubitare debet aliquis facere pœnitentiam, sicut Dominus præcepit, quia bene remunerabuntur illi qui faciunt eam; vnde dicit. *h* Fidelia, &c.] siue de pœnitentia, siue de aliquo quocunque faciendo. Quare

Tria in quibus consistit vera pœnitentia.

fidelia? Quia reddunt quòd debent, & custodiunt custodientes se. *Prou.* 4. a. Fili serua mandata mea, & viues, posside sapientiam, ne dimittas eam, & custodiet te, 2. *Tim.* 2. b. Fidelis sermo, nam si commortui fuerimus, & conuiuemus, *Sup. Psal.* 88. Testamentum meum fidele ipsi. Non autem bene seruat ea, qui licet ea facere incipiat, tamen declinat ab eis: Et talis non peruenit ad illam hæreditatem, quia *infr.* dicitur: Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Et *Deut.* 27. d. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius. Propterea bene subiungit. *i* Confirmata,] s. in te, vt non separentur à te. *k* In sæculum, &c.] i. nunquam, *Psal.* 118. Inclinaui cor meum. *k* Ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Sunt autem quidam hypocritæ qui videntur mandata Dei facere, sed corruptam habent intentionem: Contra quod addit. *l* Facta, &c.] q. d. si vis quòd mandata Dei te ducant ad hæreditatem cœlestem, oportet quòd ea facias in veritate, i. in puritate conscientiæ, non in falsitate hypocrisis. Vnde dicit Dominus *Mat.* 15. a. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me, sine causa colunt me. Debent fieri etiam in, *m* Æquitate] vt tantùm fiat de pœnitentia, quantùm requirit culpa, *Matt.* 3. b. Facite dignos fructus pœnitentiæ. *n* Redemptionem, &c.] Tertia pars, vbi asserit redemptum populum Dei, & Testamentum nouum æterna gratia consecratum, q. d. vt prædicta fierent, redemptionem misit Dominus Pater, scil. Filium, qui nos redemit, *Marc.* 10. g. Filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis, 1. *Cor.* 1. d. Factus est nobis a Deo sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: Hanc redemptionem misit Dom. pop. suo Iudæorum, *Ps.* 120. Apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio. Vnde dicit *Matth.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Sed quoniam Iudæi non receperunt eum, sicut *Ioan.* 1. a. dicitur: In propria venit, & sui eum non receperunt: Ideò peruenit ad gentes, secundùm illud *Isa.* 9. b. Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israël. Vnde sic legendum est.

Isa. 29. *A.*

Tertia pars

o Populo suo] Christiano, vel magis strictè: Populo suo, s. populo iustorum, quibus solis prodest ista redemptio. Quod est contra Origenistas, qui dicunt omnia esse saluanda, *Iob* 15. d. Non credat frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. *p* Mandauit] primò per Prophetas, deinde per proprium Filium suum, secundum illud *Heb.* 1. a. Multifariè multisque modis olim Deus loquens in patribus, &c. Quid mandauit? *r* Testamentum suum nouum.] Mandauit, dico. *q* In æternum.] s. duraturum: Quod dicitur ad differentiam veteris Testamenti, quod non durauit in æternum: Re enim ipsa ostendebat se transitorium esse, eò, quod transitoria promittebat: In nouo autem Testamento æterna promittuntur, & nihil ibi promittitur quo oculus auaritiæ prouocetur, vnde dicitur Testamentum consummatum, *Heb.* 8. c. & *Ier.* 31. f. Secundum Septuaginta. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consummabo super domum Israël, & super domum Iuda Testamentum nouum, &c. Et qui hoc Testamentũ tenuerunt, bene erit eis, qui autem non tenuerint, malè habebunt: Quia. *s* Sanctum, &c.] Sanctum quidem est bonis, sed terribile malis. *t* Nomen eius,] de quo *Phil.* 2. b. Dedit illi nomen quod est super omne nomen, &c.] Sanctum est, quia sanctificat. Vnde *Ps.* 53. Deus in nomine tuo saluum me fac. [Terribile,] quia iudicat, *Ps.* 46. Dominus excelsus, terribilis, *Ec.* 1. a. Vnus est altissimus Creator omnium, omnipotens, Rex potens, & metuendus nimis. Vtile autem est timere eum, vnde subdit.

A Initium

Moraliter. *n* Redemptionem, &c.] s. pœnitentiam, & opera misericordiæ, vt si postquam redempti fuerunt sanguine Christi, iterum seruituti Diaboli & peccati se submiserunt, habeant etiam, quomodo iterum redimantur, *Prou.* 16. a. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. Misericordia, id est, operibus misericordiæ, *Dan.* 4. c. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Veritate, scilicet, confessionis, quæ verè peccata dicit, & exire facit de vera contritione, & terminatur in veram satisfactionẽ. *Eccl.* 4. c. Pro anima tua, sc. redimenda non confundaris dicere verum. Postquam verò homo sic redemptus est, non debet se iterum vendere Diabolo, vt inimicus Dei fiat, sed debet in æternum Deo adhærere. Vnde subdit. *p* Mandauit in æternum] non ad horam. *r* Testamentum suum,] s. illud quod fecit *Ioan.* 14. d. dicens: Pacem relinquo vobis, &c.] Hoc testamentum mandat Dominus in æternum, vt in æternum seruemus ei pacem, & non moueamus ei guerram peccando, *Ioan.* 5. c. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Decet autem vt ita faciamus, quia sancti vocati sumus, vnde subdit. *s* Sanctum & terribile, &c.] scilicet, nomen Christi, à quo Christiani vocamur.

Moraliter.

 * Ergò cùm

Res * Schin * Tau al.† laus. Aleph Beth

initium sapientiæ a timor Domini. b Intellectus bonus omnibus facientibus eum, † c laudatio eius manet in sæculum sæculi.

Alleluia reuersionis Aggei & Zachariæ.

d PSAL. CXI.

BEatus vir qui timet e

A a Initium sapientiæ timor Domini.] Idem habetur *Eccl.* 1. b.& *Prou.*1.a.Principium sapientiæ timor Domini. Et videtur quod non timor, sed fides sit initium sapientiæ, quia ipsa est prima virtus.Sol.Dicitur quidam quodin via generationis est fides prima,quia alias generat; timor autem prima est in via purificationis, quia purificato intellectu à reliquiis peccati, primò videt Deum. Alij dicunt, quod in eis qui conuertuntur de infidelitate ad fidem, prima est fides, in eis autem qui de peccato mortali ad gratiá supposita fide informi, timor est prima. Ipse etiã timor præcedit opera fidei, secundùm quod dicitur *Act.*9. a. quod Paulus tremens ac stupens dixit? Domine quid me vis facere? Et secundùm hoc possumus dicere, quod sapientia dicitur hic fides operans per dilectionem. Credens enim non dicitur sapiens, nisi secundùm quod credit, operetur. Vnde *Mat.*7. d.Qui audit verba mea hæc & non facit ea, similis est viro stulto, &c. *Eccl.*1. b. Dilectio Dei honorabilis sapientia, *Io.* 4.c.Qui habet mandata mea & seruat ea,ille est qui diligit me. Vnde bene sequitur.

b Intellectus, &c.] scil. intellectus fidei vtilis est illis qui operantur per dilectionem. Vnde è contrario dicitur *Iac.*2.d. Fides sine operibus otiosa est. Et *ibid.* fides sine operibus mortua est. Sed quia hæc omnia à Deo habentur, laude est gnus. Vnde sequitur.

c Laudatio eius,&c.]quia hîc incipit,& in futuro consummatur. Hîc laudamus eum, quia nos liberat, in futuro, quia coronat. Beati enim qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Psal.iste periodalis est,à laude incipiens, & in laudem terminatur.

Moraliter. * Ergò cùm sanctum Nomen habeamus, decet vt sanctè viuamus, ne nomen Domini in vanum accipiamus: Nec solùm decens, imò & facilè est, quia Dæmones timent illud nomen; vnde non audent accedere ad eos, qui rem vel nomen Domini dignè seruant, & sunt veri Christiani; vnde *in Psalm.*90. Scuto circundabit te veritas eius,non timebis à timore nocturno, &c.

Hoc est quòd cùm dixisset, [sanctum, addidit, & ter. nomen eius.] Sed quia multi non sunt modò veri Christiani, verè potest dici illud *Rom.* 2. d. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Vt autem à peccato cauere possimus, & nomen Domini sanctum in nobis custodire, necessarius est timor, de quo addit.

a Initium sapientiæ,&c.]Et possumus dicere, quod sapientia non dicit hîc actum vel habitum, sed discretè factum, secundùm quod dicitur communiter: Iste fecit magnam sapientiam, quando aliquid magnum discretè fecit. Sic timor est principium eius, quia timor facit declinare a malo, quod est principium faciendi bonum, *Eccl.* 1.c. Timor Domini expellit peccatum. Facit etiam timor hominem esse sollicitum de bono, *Eccl.* 15. a. Qui timet Deum faciet bona.Et sciendum quòd est.

Timor {
- Mundanus de pecunia, *Luc.*12.d. Nolite timere pusillus grex,&c. Hæc omnia adiicientur vobis.
- Humanus,de vita, *Mat.* 10.c. Nolite timere eos qui occidunt corpus.
- Seruilis, de gehenna, *Ioan.*4. d. Perfecta charitas foras mittit timorem.
- Initialis,partim de Deo,partim de gehenna,*Eccl.*1.c.Timor Domini expellit peccatum.
- Filialis,de offensa, *Psal.* 18. Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi.

Sunt autem multi qui se putant esse sapientes, quia sunt intelligentes, licet non habeant vitam bonam; propter quod bene subditur.

b Intellectus bonus] supple est, omnibus facientibus eum, id est, qui faciunt ea, quæ facienda esse intelligunt. Nam non facientibus, intellectus malus est & nociuus, quia dicit *Iac.*4.b. Scienti bonum,& non facienti, peccatum est illi, *Luc.* 12. f. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit multis. *c* Laudatio eius] qui facit intellectum, manet in sæculum sæculi: Sed laudatio intelligentis, & non facientis transit in isto sæculo, quia laus impiorum breuis; sed laus iusti in æternum durabit. Dominus enim incipiet eum laudare quando dicet illud *Mat.* 25. c. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. *Prou. vlt.* d. Date illi de fructu manuum suarum, & laudent eum in porris opera eius. Et 1. *Cor.*4.a.Tunc laus erit vnicuique à Deo. *c* Laudatio eius] qua laudabit Deum, manet in sæculum sæculi, *Psal.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te, *Aug. de ciuitate Dei,in fin.* Vocabimus & videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus, hic finis sine fine, &c.

Iob 20. *a.*

EXPOSITIO PSAL. CXI.

BEatus vir, Titulus, *Alleluia reuersionis Aggai & Zachariæ.* In præcedenti Psal.egit de confessione laudis in isto agit de eadem cum timore. Vnde continuatio potest haberi, *Iob* 37.d.Ab Aquilone venit aurum,& à Deo formidolosa laudatio. Isti duo Prophetæ de quibus in titulo fit mentio, non fuerunt tempore Dauid,sed multum post eum,& de renouatione Templi prophetantes, vt habetur 1.*Esdr.*5.a.post Babylonicam captiuitatem coadiutores fuerunt in ædificatione Templi. Sed potiùs agitur hic de significato quàm de significante,quod ex significatione nominum perpendi potest. Aggæus enim interpretatur montanus, Zacharias, festiuus, vel hilaris. Est ergò sensus tituli. Alleluja,i.laus reuersionis, i.pro reuersione Aggæi. i.populi montani, qui est in eminentia virtutum, destructa captiuitate Babylonis per pœnitentiam, & Zachariæ, id est, populi festiui & hilaris, de bonis sibi à Deo collatis. Et quia est reuersio ad pœnitentiam incipit per timorem, à timore incipit dicens: Beatus vir qui ti.Do. Intentione autem monet ad laudẽ Dei. Modus Tripartitus est Psal. Primò,breuiter tangit bona timentium Deum. Secundò, eadem latius exequitur de aduentu Christi per quem illa suscipiunt,præmittens, *ibi.* Exortum est.Tertiò,mala impiis asserit euentura, *ibi*: Peccator videbit, &c. Et licèt tantum principium secundæ partis allegoricè de Christo legatur, tamen totum possumus legere allegoricè, vt de Christo dicatur. *Partitio Psalmi.*

d Beatus vir] scilicet, Christus. De quo *Ierem.*31. d. Fœmina circumdabit virum. *e* Qui timet Dominum] sicut A de ipso *Allegoricè.*

Moraliter. Moraliter. *d* Beatus,&c.] Idem *Prou.*28.c. Beatus homo, qui semper est pauidus. Sed quomodo Beatus est qui timet,cùm timor pœnam habeat? vt dicitur 1.*Io.*4.d.Timor pœnam habet. Sol. Triplex est beatitudo. Prima est intrantium, de qua hîc,& *Rom.*4.a. Sicut,& Dauid dicit beatitudinẽ hominis,cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.Secunda beatitudo est certantium. Et hæc habet octo partes.De quibus *Mat.*5.a. Beati pauperes spiritu, &c. In quibus pugiles in certamine spiritualiter armantur. Prima pars, s. paupertas, quæ tondit pugilem,i.abiicit vel subiicit temporalia, quæ per capillos significantur, *Ier.* 7. f. Vnde capillum tuum & proiice. Secunda est mansuetudo, hæc vngit pugilem. Tertia est luctus,quæ lauat pugilem. Quarta est esuries iustitiæ, hæc restringit pugilem. De his tribus dicitur *Matt.* 6. c. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuũ & faciem tuam laua. Quinta est misericordia quæ facit pauperes amicos suos,vt iuuent eũ, *Luc.*16.c. Facite vobis amicos,de mãmona iniquitatis. Sexta est mundiria cordis,quæ conscientiam serenat & securat de victoria, *Prou.*15. b. Secura mens quasi iuge conuiuium, 2.*Cor.*1.c.Gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ. Septima est pax cum Deo & hominibus. *Rom.* 12.d. cum omnibus hominibus pacem habentes. Octaua est patientia,quæ sustinet ictus, *Rom.*5. a. Tribulatio patientiam operatur, patientia verò spem, spes autem non confundit.Tertia est peruenientium. De qua dicit *Boët.* Beatitudo est status omnium bonorum collectione perfectus.Sed quare dicit: Beatus vir,& non dicit,beata mulier? Sol. *Eph.*5.c. Vir est caput mulieris. Ergò quod de ipso dicitur,de ipsa intelligitur. Vir etiam non notat hîc tantum sexum, sed plura alia. Vnde versus: *Triplex beatitudo.*

Vir notat ætatem, sponsum, sexum, probitatem.

De ætate.*Eph.*4.c.Donec occurramus omnes in virum perfectum.De sponso,*Io.*4.c.Quinque enim viros habuisti,& nunc quẽm habes non est tuus vir.De sexu,*Leu.*13.f.Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit.De probitate *Iob* 1.a.Vir erat in terra Hus,&c. Et *Philosop.* dicit. Vir est,qui contra fortunæ biformes insultus vniformi constantia militat præmunitus.

e Qui timet,&c.] non hominẽ, *Isa.*51.c. Nolite timere opprobriũ hominum,& blasphemias eorum ne metuatis, *Prou.*29.d. Qui timet hominem citò corruet, *Eccl.*34.c.Qui timet Deum nihil trepidabit. Quare non dicit, beatus qui diligit, vel qui sperat? Sol. Ista sunt ad bonum assequendum, timor verò est ad malum fugiendum: Et si timor facit beatum, multò magis illa. Vnde per minus intelligitur maius, *Prou.*14.d.Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis, *Eccles.* 27. a. Si non in timore Domini te tenueris instanter, citò subuertetur domus tua. De timore autem venitur ad dilectionem, & de declinatione mali, ad executionem boni. Vnde addit.

a de ipſo dicit *Iſa.*11.a.In man.eius vo.i.]implebit voluntariè quod ei mandauit Dominus de redemptione noſtra, quia *Phil.*2.a. Factus eſt obediens vſque ad mortem, quia mortem Crucis,quod fuit genus mortis viliſſimum, vnde addit.*b* Ni,]vt notetur exceſſus,de quo dicit *Thr.*3.c.Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ. Sed quia vt dicitur *Ioan.*12. d. Si granum frumenti cadēs in terram,mortuum fuerit, multum fructum affert, ideo bene de fructu & ſemine eius addit,*c* Potens, &c.] Tunc dicitur ſemen potens in terra,quando ibi bene fructificat & multiplicatur: ſic ſemen Chriſti, i. fideles,potēs fuit.Vndè quod ſit hoc ſemen,ſubbit.*d* Gen. rect.]Recti corde,genti infantes Chriſti per fidem.*e* Benedicetur,non tamen à Deo,ſed & ab hominibus. Vnde de benedictione hominū,& multiplicatione iſta habetur. *Act.*2. g. vbi dicitur, quod fideles habebant gratiam ad omnem plebem.Et ſubiungit:Dñs augebat qui ſalui fiebant quotidie in idipſū,vel ſic:*c* Potens,&c.]ſ.Apoſtoli,de quo *Iſa.*1.c.Niſi Dñs reliquiſſet nobis ſemen,&c. Qui Apoſtoli fuerunt ita potentes in terra,quòd nō ſolum terrena eis eſſent ſubdita, ſed etiam cœleſtia.In terra.n.poſiti,habebant claues Regni cœlorum,vt quodcunq;ſoluerent ſuper terram,eſſet ſolutū & in cœlis,ſicut dictū eſt Petro.*Mat.*16.c.Et omnib. Apoſt. *Io.*28.e. Vel, ſemen, i. verbum Dei, quod potens fuit,quia multos conuertit. Quod. n.dicitur de ipſo *Mat.*7.d.erat docens ſicut poteſtatem habens, intelligitur non de doctrina tamen quam in propria perſona docuit,ſed & de illa quam per Apoſtolos docuit.De cuius poteſtate dicitur *Luc.* 21.c. Dabo vobis os & ſapientiam,cui nō poterunt reſiſtere omnes aduerſarij.Et *Act.*6.c. Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur.*d* Generat.rect.] i.illi quos Apoſtoli recti gignent per Euangelium in fide,ſicut dicit Apoſt. 1.*Cor.*4.d. Nam per Euangelium ego vos genui.*e* Benedicetur,] ſicut dicit Dñs.*Io.*20.g. Quia vidiſti me Thoma credidiſti,beati qui non viderunt,& crediderunt.Vel *e* Benedicetur,]i.bona datione ditabitur,ſ.gratia.Et verè,quia.*f* Gloria, &c.] i.in Eccleſia:vnde bene poſſunt ditari, qui de eadem domo ſe faciunt per fidem. Et quæ gloria & quæ diuitiæ ſunt in hac domo: Gloria tribulationum,& diuitiæ virtutum. De gloria *Gal.vlt.*d. Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Dñi noſtri I.C.2.*Cor.*12.c.Libēter gloriabor in infirmitatib.meis. De diuitiis,*Iac.*2.a.Nonne Deus elegit pauperes in hoc Mūdo,diuites autem in fide,& hæredes Regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Vt autem in Eccleſia poneret Chriſtus iſtam gloriā,& iſtas diuitias,factus eſt vilis & pauper: ſicut dicit Apoſt. *Eph.*5.c.Chriſtus dilexit Eccleſiam,& tradidit ſemetipſum pro ea,ſ.ad mortem Crucis,vbi fuit verè vilitas & paupertas.Et ad quid hoc fecerit,ſubdit:vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, ecce gloria,non habentem maculā peccati,neq;rugam hypocriſis,ecce diuitiæ, 2.*Cor.*8.b.Scitis fratres gratia Domini noſtri,quia cum eſſet, &c.Et licet multi ſint in Eccleſia numero qui hanc gloriam non quærunt, nec has diuitias habent, tamen ſemper ipſa Eccleſia hoc habebit: vnde ſubdit. *h* Iuſtitia eius,]domus, vel,eius Chriſti,ſ.iuſtitia,quam fecit nobis.*i* Manet,&c.] De qua iuſtitia, 1.*Cor.*1.d. Qui factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia, &c.*Rom.*3.d.Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.

M. † cupiet. Gimel Daleth He Van Sain Heth

Dñm in a mādatis eius † volet b nimis. c Potens in terra erit semē eius d generatio rectorum e benedicetur. f Gloria g & diuitiæ in domo eius, & h iustitia eius t manet in sæculū sæculi. k Exortum est in l tenebris lumen

Moral. * a In mandatis,&c.]vel multum,Sup.*Pſ.*1.In lege Domini voluntas eius.*Eccl.*28.a.Beatitudo,& mors imminent in mādatis Dei.Et bene dicit,volet,quia vbi nō poteſt homo plus facere, ſufficit bona voluntas,*Rom.*4.a.Ei,qui non operatur, credenti autem in eum,qui iuſtificat impiū,reputatur fides eius ad iuſtitiam. *Luc.* 2. b. Pax hominib.bonæ voluntatis. *Greg.ſuper Mat.*4.Bona voluntas eſt,aduerſa alterius vt noſtra ſuſtinere,de proſperitate proximi, vt de noſtro profectu gratulari, damna aliorum noſtra credere,lucra aliorum noſtra reputare.Et bene dicit: Volet nimis,quia plus debemus velle quàm poſſumus facere.Et talis viri, ſ. timentis & & volentis.*c* Potēs,&c.]Quia *Prou.*14.c.In timore Dñi fiducia fortitudinis,& filiis eius erit ſpes.Per ſemē poſſunt intelligi bona opera,vel filij ſpirituales.Et de vtroq; poteſt legi: Opera.n.bona dicūtur ſemē,quia vt ſemē proiicitur in terra, & expectatur fructus in anno futuro, ſic viri Sancti opera bona & ſeipſos hic abiiciunt per humilitatem,& ſic potens fit ſemen ſuum in terra, quia germinat & multiplicatur, & tandem fructum centuplum recipiet, vnde addit.*d* Generatio rectorum,]i.bona opera eorum.*e* Benedicetur,]i.bona donatione ditabitur & remunerabitur, quando dicet eis Dominus: Eſuriui,& dediſtis mihi manducare, &c. Venite benedicti Patris mei,percipite Regnum &c.Hæc eſt benedictio,& bona datio.Filij autem ſpirituales, i.imitatores bonorum,ſemen ſunt iuſtorum.*Prou.*20.b. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua,beatos poſt ſe filios derelinquet. *Sup. Pſ.* 104. Semen Abraham ſerui eius,&c. Hoc ſemen eſt potens in terra,& neceſſaria eſt ei duplex potentia ſiue fortitudo: Quia enim iſtud ſemen eſt in terra, vt in exilio, neceſſaria eſt ei potentia qua erigatur & tendat ad ſupernam patriam. Sed cùm ad hoc nititur, aduerſarius è contra nititur impedire,vnde ei neceſſaria eſt potentia qua poſſit aduerſarium ſuperare.Hanc duplicem fortitudinem ſiue potentiam dicebat Caleph ſe habere & ſeruare *Ioſ.*13.c.dicens:Illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat,tam ad bellandum,quam ad gradiendum.Sed quia hoc non poteſt homo à ſe habere,benè addit de gratia.*d* Generatio rect.]idem eſt quod ſemen.*e* Benedicetur,] benedictione gratiæ, *Pſ.*3.Super populum tuum benedictio tua, *Prou.* 10. c. Benedictio Domini, diuites facit.Vnde ſequitur.*f* Gloria & diuitiæ in domo eius,] ſ.timentis Deum.& qui habet benedictionem gratiæ. Hoc eſt quod dicitur *Iob.*1.b.Nunquid Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum & domum eius, vniuerſamque ſubſtantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti & poſſeſſio eius creuit in terra.Hoc eſt quod dicit: Gloria & diuitiæ in domo eius, hoc eſt in conſcientia. In conſcientia enim iuſti eſt gloria. De qua 2. *Cor.*1.c.Gloria noſtra hoc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Et *Prou.* 19.b. Gloria eius iniqua prætergredi. *g* Et diuitiæ,] quia ibi eſt Deus, licet ſit pauper in temporalibus. *Ieron.*Pauper in cella,diues in conſcientia.Et cum Deo ſunt diuitiæ virtutum, quia vt dicitur *Sap.*7.b. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa.*Prou.*21.c.Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti. Theſaurus deſiderabilis, eſt Chriſtus,in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, vt dicitur *Col.*2.a.In quem Angeli deſiderant proſpicere,vt dicitur 1. *Pet.*1. c. Cum hoc theſauro deſiderabili eſt oleum gratiæ, quod ſumunt prudentes virgines in vaſis ſuis.*Matt.*25. a. Sed non ſufficit habere diuitias, niſi ſeruentur.Vnde addit.*h* Iuſtitia manet in ſæculum ſæculi,] *Iob.*27.a. Iuſtitiā meam quam cœpi tenere,non deſeram.*k* Exortum,ſtc &c.]Secūda pars,vbi latius exequitur bona timentium Deum, & præmittit de aduentu Chriſti, à quo illa bona ſumunt principium quæ iam dixit,& illa quæ dicturus eſt,vnde dicit: Exortum eſt in tenebris lumen, id eſt, Chriſtus Sol iuſtitiæ, [qui dicit *Ioan.*8.b. Ego ſum lux Mundi] ex vtero beatæ Virginis ortus eſt,*Mal.*4.a.Vobis timentibus Nomen meum orietur Sol iuſtitiæ.*l* In tenebris,] ad literam,quia de nocte natus eſt Chriſtus.Vel.In tenebris infidelitatis.*Ioan.*1.a. Lux in tenebris lucet,*Iſa.*9. a. Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnam.

Math.25.d.

Alleg.

Chriſtus eſt lumen
- Quia Patri coæuus,*Heb.*1.a. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, &c. *Sap.* 7. d. Emanatio quædam eſt claritatis Omnipotentis Dei.
- Quia eſt ſpecioſus, *Sap.*7. d. Specioſior eſt Sole,& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum.
- Quia eſt diffuſiuus ſine ſui diminutione,*Eccl.*1.b.Effudit illam ſuper omnia opera ſua,&c.
- Quia non inquinatur ab immundis, *Sap.*7.d. Attingit vbique propter ſui munditiam.
- Quia inuiſibilia fecit viſibilia,*Ioan.*15.b. Omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis.
- Quia delectabilis ad videndum. *Eccl.*11.c. Dulce lumen,& delectabile eſt oculis,&c.
- Quia odioſus eſt malè agentibus,*Ioan.*3. c. Qui male agit,odit lucem, &c. Et *Sap.* 2.c.Grauis eſt nobis ad videndum,&c.

Moral. A Exortum di-

k Exortum eſt in tenebris lumen,] Hoc etiam de Chriſto poteſt dici moraliter: Sciendum enim quod triplex eſt Chriſti natiuitas.Sicut enim in Chriſto tres ſubſtantias fides Catholica confitetur,diuinitatem, carnem, & ſpiritum,ita tres in Chriſto natiuitates Scriptura ſacra teſtatur.Diuinam ex Patre, carnalem ex matre,ſpiritualem in mente. Ex Patre naſcitur Deus,ex matre naſcitur caro,in mente naſcitur ſpiritus. Prima eſt æterna,ſecunda humana, tertia gratuita.De prima dicit Pater ad filium illud *ſup.Pſ.*109.Ante luciferum genui te: Et hæc eſt non in tenebris.

De ſecunda expoſitum eſt allegoricè. De tertia nunc exponamus.

k Exortum eſt lumen,] i. Chriſtus. *l* In tenebris,]i.in corde

A Exortum]dico. *a* Rectis] corde, id est, ad vtilitatem eorum qui corda sua direxerunt ad Deum per fidem. *Cant.*1. b.Recti diligunt te.Et quod est illud lumen,subdit. *b* Misericors, & miserator & iustus] Et in his verbis notat duas causas Incarnationis. Vnam quantùm ad homines, scilicet misericordiam Dei. Aliam quantum ad aduersarium, scilicet iustitiam, quasi dicat

a rectis, † *b* misericors, & *c* miserator & *d* iustus, † *e* Iocundus homo qui *f* miseretur & *g* commodat,† *h* disponit *i* sermones suos in *k* iudicio,† quia in *l* æternum non commouebitur. In *m* memoria æterna erit iustus,*n* ab † auditione mala non *o* timebit.

al. † corde. al. † Dominus suauis. vir. *Teth.* *Ioth.* al. † dispo-net. al. † quoniã in sæculum. *Caph.* *Lamech* *mem Num.* al. † auditu malo.

Oportuit Christum incarnari, vt de sua misericordia subueniret humano generi, quia ipse est misericors in sua natura.

c Et miserator] in opere : Et misericordiam quam misericors habebat,nobis miserator exhibuit, quando nobis carnem sumere voluit, vt nostras tenebras gratia suæ visitationis illustraret.

Vnde *Luc.* 1.g.Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris,&c.Potuisset autẽ si voluisset aliter liberasse hominem; sed Diabolus conqueri posset, nisi homo pro homine satisfecisset,quod iniustè ablatus esset ei.Vnde alia causa fuit Dei iustitia,vt ipse incarnaretur. Propter hoc addit.

d Et iustus] Licet enim misericorditer homini subueniret, nihilominus tamen eum à Diabolo iustè liberauit.

e Iocundus homo,]id est,Deus factus homo,iocundus est hominibus. Magna enim iocunditas est hominibus videre Deum consortem suæ naturæ.Vnde *Bar.*4.g.Circumspice Ierusalem ad Orientem,id est,ad Christum nascentem *Zach.* 6.d.Oriens nomen eius]& vide iocunditatem à Deo tibi venientem.Iste autem homo duo bona facit.De quibus subdit.

f Qui miseretur, & commodat] Misertus est Dominus, quando per misericordiam liberauit hominem de manu Diaboli : Commodauit autem Spiritum sanctum quem dedit discipulis. Et hoc facit quotidie.

f Miseretur]peccata condonando.

g Commodat] gratiam conferendo. Mutuare enim est committere alij in spe recipiendi. Et Dominus dat talentum suum homini, vt tandem recipiat cum fœnore multorum bonorum operum.Hic est enim homo,qui peregrè proficiscens, vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta,& alij duo,&c. *Mat.*15.b. Et *Luc.*17. b.dixit eis. Negotiamini dum venio. Et ne quis negligens fieret,subiungit. *h* Disponit]idem Dominus.

i Sermones suos]quos dicturus est. *k* In iudicio]quando veniet rationem ponere cum seruis suis, quando dicet bonis,*Mat.*26.b.Euge serue bone,& fidelis,quia in pauca fuisti fidelis. Et malis,Serue male,& piger,&c.Et post addit. Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Ne autem aliquis putet,quòd tunc posset eum flectere prece vel pretio, addit.

l Quia in æternum non commouebitur,] quasi dicat verè in iudicio quod ita districtè faciet Iudex,quod non commouebitur, id est, non flectetur tunc à sententia iusta, nec in æternum,à sententiæ executione.*Prou.*6 d.Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus,nec suscipiet pro redemptione dona plurima.Et sicut non poterit flecti à punitione malorum, multò fortiùs nec à retributione bonorum. Et ideo sanctis.

m In memoria æterna erit iustus,]id est,semper habebunt memoriam de iustitia eius, & in præsenti & in futuro. In præsenti vt timeant simul,& sperent. In futuro, vt gratias agant, & laudent eius iustitiam. Vnde in *Psal.*70. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.Ipse autem qui sic iustè iudicaturus est, priùs tamen iniustè iudicatus est, quod tamen patienter sustinuit, vnde subdit. *n* Ab auditione mala,]id est, quando audiuit se iudicari,malè ad mortem.

o Non timebit] Tunc enim non timuit, sciebat enim quod per hoc veniret ad iudiciariam potestatem. Vnde *sup.in Ps.* 9. Parauit in iudicio thronum suum, *Glo.* id est, iudiciariam potestatem,quando iudicatus est. Per patientiam enim cœlum acquisiuit, & potestatem iudicij. Nam quia in humilitate iudicatus, in Maiestate iudicabit, *Isa.*53.c. De angustia, & de Iudicio sublatus est,Non ergo timuit ab auditione sui iudicij, sed certus expectauit quòd veniret tempus quo & tempore iudicantes se iudicaret.Vnde dicit.

A *a* paratum cor

Moraliter. * prius tenebroso per peccatum, vbi Corpus cõcipitur per affectum,nascitur per effectum,nutritur per profectũ.Vnde antequã oriatur,oportet cor applicare,& pro posse suo erigere.Vnde dicit.*a* Rectis] corde,id est,eis qui quantum in se est,cor ad superna erigunt.Et ad hoc multùm iuuat verbum Dei quando libenter auditur.Propter hoc dicitur: 2. *Pet.* 1.d. Habemus firmiorem Propheticũ sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Ecce omnia dicit Petrus, quæ hic dicuntur à Propheta tangens ortum luminis *ibi*.Lucifer oriatur.Et tenebras luci,*Ibi*:In caliginoso loco, Et erectionem cordis,*Ibi* : Attendentes. Cor naturaliter latum est sursum, & strictum deorsum.Hoc est, quod simplum debet esse ad superna, strictum ad infima temporalia. Sed multorum corda sunt subuersa, sicut conqueritur Ieremias de seipso, *Thren.*1.g.

Subuersum est cor meum in memetipso *Prou.* 16. b.Cor stultorum dissimile erit.Est autem duplex rectitudo cordis. Vna est intellectus, apprehendere res prout sunt, alia est voluntatis,scilicet,exequi iustitiam.Istis oritur Dominus per gratiam.

b Misericors,] pœnitentibus.*c* Et miserator,] proficientibus.

d Et iustus,]retributor peruenientibus. Vel sic : *b* Misericors,] Innocentibus. *c* Miserator,] pœnitentibus. *d* Iustus peruersè agentibus.*Ierem.*23. b.Hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster. Quis autem consequatur misericordiam,& tandem per iustitiam gloriam,subdit.

e Iocundus homo,]id est,Deo placens,qui miseretur,&c. Vel *e* Iocundus,] debet, id est,hilaris,homo qui miseretur condonando,compatiendo,subueniendo.

g Et commodat,] pecuniam,auxilium,consilium, & sua omnia in necessitate mutuando: Quia.2. *Cor.* 9. b. Hilarem datorem diligit Deus. *f* Qui miseretur,] primò sibi,& deinde pauperi, *Prou* 11. c. Benefacit animæ suæ vir misericors,*Eccl.*30.d.Miserere animæ tuæ placens Deo.

Non autem sufficit misereri misero tantum in corde compatiendo, nisi etiam subueniendo miseria releuetur. Vnde bene addit.

g Et commodat se, & sua,*Deut.*15. d. Dabis mutuum quo eum indigere prospexeris. Et sequitur : Nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis. Et ne quis dicat, hoc est consilium,non præceptum, sequitur *eodem Deut.* b. Ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi.*Luc.*6.c.Date mutuum, nihil inde sperantes.Multi autem commodant diuitibus sed pauci pauperibus: Contra illud *Eccl.*8.c. Noli fœnerari fortiori te,quòd fœneraueris, quasi perditum habe.Fœnerare enim siue fœnerari propriè idem est quod commodare, secundum illud *Luc.*7.c.Peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia, *Eccl.* 29.a.Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo,*Pro.* 19.c.Fœneratur Domino qui miseretur pauperi *Prou.* 22.a. Qui accipit mutuum,seruus est fœnerantis. Ergo à primo, qui miseretur pauperis facit Deum seruum suum.Et qui ita miseretur,& commodat.]

h Disponit sermones suos in iudicio,] id est,quid respondebit ad id quod dicetur in iudicio futuro, quando dicetur ei:redde rationem villicationis tuæ. Quando,vt dicitur *Sap.* 1.c.In cogitationibus impij erit interrogatio, *Abac.*2.a.Contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Homines enim misericordes modò formant non tantùm sermones quos respondebunt,sed & illos quibus alloquetur eos Dominus,dicens:Esuriui, & dedistis mihi manducare.*Mat.* 25. c. Sapiens est qui cogitat ad ea quæ responsurus est in illa magna disputatione extremi Iudicij. Qui modò non recogitat,tunc confusus obmutescet,& conclusus,sicut ille,de quo dicitur *Mat.*22.b.Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem, at ille obmutuit mirum?Non cogitauerat de ista quæstionẽ. *Luc.*16.a.

l Quia in æternum non commouebitur,] id est,non separabitur à Deo, cùm illis immisericordibus quibus dicetur, Ite maledicti,&c.Sed ei adhærebit inseparabiliter, cum eis quibus dicet : Venite benedicti Patris mei, & percipite Regnum,&c. Idem *Prou.*10.d.Iustus in æternum non commouebitur.Dico quod non commouebitur,sed. *Matth.*25.c.

m In memoria æterna,] coram Deo erit iustus,*Pro.* 10. b. Memoria iusti cum laudibus, sci.cum illis : Esuriui,& dedistis, &c.Nomen autem impiorum putrescet.

n Ab auditione mala non timebit,] scilicet, ab illo verbo audiendo. Ite maledicti in ignem æternum,*Psalm.* 90. Ipse liberauit me de laqueo venantium, id est, Dæmonum & à verbo aspero.Notandum autem,quòd triplex erit auditio:

Excitatiua cùm dicetur: Surgite mortui.Secunda disceptatiua, cùm dicetur : Esuriui, & non dedistis mihi manducare.

Tertia diffinitiua,cùm dicetur : *Matt.*25.a.

Ite maledicti in ignem æternum,&c.

* *a* Paratum cor

A *a* Paratum cor eius,&c.] id est, expectare ab eo auxilium. Quod ostendit,cùm dixit:In manus tuas commendo spiritum meum: Nec debiliter paratum,sed,*c* Confirmatum est, &c.] in charitate & patientia, ita quod, *d* Non commouebitur, &c.] habita victoria,despiciat,i.despectos ostendat.

al. † est. *Sammech Eyn.* al † videat. al. † sparsit. *Pe Zadik kuph 26.dist. c.fren.* § *in ipso. Res Schin Tau.* al.† frendet

a Paratum † cor eius *b* sperare in Domino,*c* confirmatum est cor eius,non *d* commouebitur, *e* donec † despiciat *f* inimicos suos, † *g* Dispersit, *h* dedit *i* pauperibu. *k* iustitia eius *l* manet in *m* sæculum *n* sæculi, *o* cornu eius *p* exaltabitur in *q* gloria. *r* Peccator *s* videbit & *t* irascetur, *u* dentibus suis † fremet & *x* tabescet, *y* desiderium peccatorum *z* peribit.

a L *Alleluia. PSAL.CXII.* Laudate pueri Dominũ,

f Inimicos suos. Iudæos. Quod factum est: quando(slicet sepulchrum facerent custodiri) Resurrexit, & postea in cœlos ascendit.Et tunc.*g* Dispersit,]dona Spiritus S. Et *h* Dedit pauperibus,]i. Apostolis humilibus, & ad literam pauperibus *Isa. 66.* a. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum,&c. *Eph.* 4. b. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et licet Iudæi ipsum quasi iniustum morti tradidissent, tamen. *k* Iustitia eius,&c.] quia ipse est qui peccatum non fecit,inuentus est dolus in ore eius, 1. *Pet.*1.d. & 3.c.dicitur : Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Et propter hoc:*o* Cornu eius,]i.potestas.*p* Exaltabitur in gloria] quid per hoc meruis exaltationem gloriæ,*Phil.*2.a.Factus est obediens,vsque ad mortem,&c.Propter quod & Deus exaltauit illum,&c.1.*Reg.*2.b.Dominus dabit imperium Regi suo, scilicet,Christo. Quod exponens,subdit:Et sublimabit cornu Christi sui.

Moraliter. * *a* Paratum cor eius,]q.d.qui erunt parati,non timebunt ab auditione mala,sed intrabunt cum eo ad nuptias,*Matth.*25.a. Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Vnde qui sic.parati sunt, possunt sperare de introitu,non timere de expulsu.Ideò dicit. *b* Sperate in Domino,] retributore, non in Mundo deceptore, nec in diuitiis fallacibus 1.*Tim.*vlt.d. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere,neque sperare in incerto diuitiarum,sed in Deo viuo.Vel sic:*a* Paratum cor eius sperare in Domino,] id est , paratum est ad sperandum.Triplici autem consideratione paratur cor ad spem,scil. consideratione pietatis Dei *Eccl.* 4. b. Miserebitur tui magis quà mater.Et cõsideratione propriæ fidei & laboris.*Rom.*5.a. Tribulatio patientiã operatur,patientia autẽ probationẽ,probatio verò spem.Item consideratione succursus Sanctorum: Vnde dicit.B.Virgo, *Eccl.*24.c.Ego mater pulchræ dilectionis & agnitionis,& sanctæ spei.*Oseæ* 2.c. Dabo eis vallem Achor ad aperiendam spem. Vallis, Achor vbi proprietarius lapidatus est,est Religio.Sunt autẽ aliqui qui sperant tantũ in prosperitate, sed veniente aduersitate desperant. Vnde contra hoc subiungit.*c* Confirmatum est cor eius,]scil.in spe,*Ps.*70. Ego autem semper sperabo, *Iob.*13.c.Etiam si occiderit me,in ipsum sperabo. Ita confirmatum est,quod.*d* Non commouebitur,] à spe ista.*e* Donec despiciat,&c.]quod fit in præsenti, cùm homo contemnit Diabolum,Mundum,carnem,& omne peccatum : Et fiet in futuro,cum despiciet,id est,deorsum,in Inferno positos aspiciet, inimicos suos. Dæmones.*Supra.* Et super inimicos meos despexit oculus meus. Notantur autem in hoc versu quinque bona,scil. fides,cùm dicit:Paratum cor eius,*Act.*15.b.Fide purificans corda eorũ, Spes,cùm dicit: Sperare in Domino. Charitas, cùm dicit : Confirmatum est cor eius *Ephes.*3.d. In charitate radicati & fundati ,Perseuerantia cum dicit: Non commouebitur. Securitas, cum dicit: Donec despiciat inimicos suos.*g* Dispersit,]Hic datur forma dandi eleemosynam.Dispersit,diuersis dando,non totum parentibus.Vel, Dispersit,multa dando , *Tob*.4.b.Si multum tibi fuerit,abundanter tribue.*h* Dedit,]non vendidit propter laudem,*Matth.*6.a.Amen dico vobis,receperut mercedem suam. *i* Pauperibus,] non diuitibus,*Isa.*58.b. Frange esurienti panem tuum,& egenos vagosque induc in domum tuam *Ieron.* Species sacrilegij est res pauperum , non pauperibus dare, *Luc.*14.c. Cum facis conuiuium voca pauperes,debiles, claudos,cæcos, & beatus eris, quia non habent tibi retribuere, retribuetur enim tibi , in resurrectione iustorum. *k* Iustitia eius,]vt se magis reputet reddere,*Eccl.*4.a.Declina sine tristitia aurem tuam pauperi , & redde debitum. *Aug.* Aliena rapere conuincitur,qui superflua pauperibus non largitur.

Considerati one triplici paratur cor ad spem.

Forma dandi eleemosinam.

l Manet,]non ad horam,sed *m* In sæculum,]consecutiuum. *n* Sæculi,] præsentis,q.d.Per totũ hoc sæculum quamdiu vixerit, iustus erit,& in futuro sæculo in æternũ manebit mercès iustitiæ suæ,*Eccl.*11.b.Datio Dei permanet iustis,& profectus illius successus habebit in æternũ.*o* Cornu eius,]hoc hic nõ apparet.*p*.Exaltabitur,]nõ hic,sed *q* in gloria,]æterna,quoniam qui se humiliat, opera misericordiæ aliis impendendo, exaltabitur, *Luc.* 18. c. *Psal.* 74. Omnia cornua peccatorum confringam,& exaltabuntur cornua iusti.*r* Peccator videbit, &c.] Tertia pars,vbi mala impius asserit euentura.Sed primò allegoricè de Iudæis exponamus.Peccator,scil. Iudæus. *s* Videbit,] gloriam Christi, sc.in quanto honore habebitur post Resurrectionem , & quomodo Apostoli prædicabunt & facient miracula.Et Iudæus.*t* Irascetur,]intantum,quod *u* Dentibus suis.&c.] exteriùs.*x* Et tabescet,] interiùs,*Act.*7.g. Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis,& stridebant dentibus in eum,scil.in Stephanum. *y* Desiderium peccatorum,]id est, Iudæorum , Christum morti tradentium , quod fuit peccatum maximum,vnde antonomasticè dicuntur peccatores. *z* Peribit,] quia non accidet eis quod desiderabant, sed contrarium. Desiderabant enim nomen Christi extinguere,*Ier.*11.d.Cogitauerunt super me consilia,dicentes:mittamus lignum in panem eius,& eradamus eum de terra viuentiũ,& nomen eius non memoretur amplius, Sed per hoc magis dilatatum fuit nomen eius.Moraliter. *r* Peccator,]scil. Diabolus, vel etiam homo peccator.*s* Videbit]gloriam iusti, quando exaltabitur cornu eius in gloria. *t* Et irascetur,] tam contra seipsum , quam contra iustos quibus inuidebit,*Sap.*5. a. Videntes turbabuntur timore horribili , & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis,gementes, præ angustia spiritus, dicentes intra se pœnitentiam agentes,&c.*u* Dentibus, &c.] in Inferno,vbi erit fletus & stridor dentium, *Matt.*13.f.*x*.Et tabescet,] Nec mirum,quia nihil habebit quod optet: Quia, *y* Desiderium peccatorum peribit,] ita quod nec mortem quam desiderabunt possint habere.*Apoc.* 9. b. Desiderabunt mori,& fugiet mors ab eis, vel de pœnitenti potest legi. *r* Peccator,] Diabolus vel homo. *s* Videbit,] profectum bonorum. Et hoc enumerat pro pœna peccatoris quia videt & inuidet,& sic torquetur.Vnde dicit.*Sen.*Vtinam inuidi vbique oculos haberent, vt omnium fœlicitate torquerentur. Vnde pœnam eorum aperit cùm subdit. *t* Et irascetur,] in corde suo.*u* Dentibus, &c.] Hoc frequenter accidit inuidis. Sed non nocet nisi sibi:vnde addit:. *x* Et tabescet,] in se,non potens aliis nocere : vnde subdit.*y* Desiderium,&c.] i.non poterunt implere quod desiderant, & inde cruciabuntur in ipsis.

Alleg. Tertia pars.

Moraliter.

Horat. *Horat. lib.1. epistolarum.*

Inuidus alterius marcescit rebus optimis.

Idem :

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Alius :

Iustius inuidia nibil est,quæ protinus ipsum
Auctorem rodit excruciatque suum.

Et potest exponi:Desiderium peccatorum peribit,] i.illa quæ desiderant peccatores,sc.temporalia 1.*Io.*2.c.Transi. Mundus & concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis,& superbia vitæ,*Iob.*10.c. Cum habuerit,quod cupierat,possidere non poterit.Econtra, desiderium iustorum non peribit: Quia *Prou.*10.d.Desiderium suum iustis dabitur: Et quod est illud? *Prou.* 11.c.Desiderium iustorum omne bonum est.

EXPOSITIO PSAL. CXII.

Laudate pueri, &c.] Titulus *Alleluia.* Hunc titulum ipse Psalmus exponit,qui est de laude Dei & incipit.Laudate. Alleluia enim interpretatur, laudare Dñm,vel inuisibilem.Intentione monet ad laudandum Deum, Modus.Duæ sunt partiones.Primò,monet ad laudem,& ostendit,à quibus,quis, & quamdiu,& vbi,& quare laudetur. Secundò , idẽ facit quod monet,*ibi*:Quis sicut.Primò ergo ostendit,à quibus laudetur, cũ dicit.Laudate pueri Quis laudetur,cũ dicit:Dñm,& nomẽ Dñi. Quamdiu laudandus sit ostendit,cũ dicit : Ex hoc nunc, &c.Vbi, cũ dicit:A Solis.&c. Quare,cum subiungit Excelsus super,&c.Dicit ergo:*a* Laudate pueri Dñm,] Ad literã enim pueri sunt congregandi ad Ecclesiam,vt instruantur, & bene seruando innocentiam suam laudent Deum,*Ioel.*2.d. Coadunate senes,congregate paruulos,& sugentes vbera, &c.Allegoricè impletũ est hoc : Laudate pueri,&c.*Matt.*21.b quãdo pueris laudantibus dixit Dominus Iudæis indignantibus. A Nunquam legistis ...

Partitio Psalmi.

Ad literam.

Alleg.

Moraliter.*a* Laudate pueri Dñm,] Qui volunt Dñm laudare, debent esse pueri,i.puri à peccato,quia non est speciosa laus in ore peccatoris.*Eccl.*15.c. & in *Ps.*59. Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas,*Ps.*32. Rectos decet collaudatio.Huius signum habemus *Dan.*3.e.

Moral.

Vbi dicitur : quod tres pueri laudauerunt Deum in fornace ignis. Tres pueri sunt qui habent triplicem puritatem , cordis , oris , operis. Hi laudant Deum

* in fornace

Alleg. A Nunquam legiſtis quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem,&c.Et poſſet hoc eſſe bonum thema in feſto Innocentium,qui præconium Domini non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt, in effuſione ſui ſanguinis, ſicut & *Gen.*4.b.dicitur,quod ſanguis Abel clamauit ad Dominum de terra. Similiter poteſt dici, quod ſanguis innocentum clamauit. Sed differenter, quia ille vindictam, iſte veniam. Et hoc exemplo Chriſti, de quo *Heb.*12.f. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel.

al.† laudate,

a laudate nomen Domini. Sit *b* Nomen Domini *c* benedictum, *d* ex hoc nunc & vſque in *e* ſæculum. A *f* Solis ortu vſque ad occaſum †*g* laudabile nomen Domini, *h* Excelſus *i* ſuper omnes gentes Dominus *k* & ſuper cœlos gloria eius. *l* Quis *m* ſicut Dominus *n* Deus *o* noſter, *p* qui in altis habitat,

a Laudate nomen Domini]Hoc fecerunt pueri Hebræorum, dicentes : Oſanna filio Dauid,Benedictus qui venit in nomine Domini , ſicut dicitur *Mat.*21.a. Et Eccleſia ita cantat de pueris. Pueri Hebræorum tollentes ramos oliuarum, &c. Ipſi etiam pueri Hebræorum,id eſt, filij eorum, poſt Reſurrectionem Domini prædicantes, dixerunt id quod ſequitur. *b* Si nomen Domini]Chriſti Ieſu. *c* Benedictum,] id eſt,nomen illud benedixerunt & prædicauerunt. Vnde dixit Petrus,hoc nomen benedicendo: *Act.*4.b.quod in nomine Ieſu claudus ambulaſſet. Et addidit : Neque enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. *d* Ex hoc nunc, &c. Quia laus nominis Chriſti quæ tunc incœpit, nunquam de cætero ceſſabit. Semper enim laudabitur in Eccleſia Militante, & in æternum in Eccleſia Triumphante. Et hæc laus erit vbique terrarum:Vnde
Aliter. addit. *f* A Solis ortu vſque ad occaſum, laudabile Nomen Domini] & laudatum per Apoſtolos, quia. In omnem terram exiuit ſonus eorum, *Mal.*1.c. Ab ortu Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus. Poteſt etiam & aliter exponi verſus iſte allegoricè, quia Chriſtus eſt Sol. Ortus huius Solis,eſt Chriſti Natiuitas. Occaſus Paſſio eius. In natiuitate eius fuit paupertas. In morte ignominia.Et propter vtrumque laudabilis eſt Dominus, non tantùm propter
Aliter. de Magis. magnifica eius opera,*Eccl.*1.a.Oritur Sol,& occidit & ad locum ſuum reuertitur, Oritur in Natiuitate Chriſtus, occidit in Paſſione, ad locum ſuum reuertitur in Aſcenſione. Poteſt iterum legi de tribus Magis, quibus fuit Nomen Chriſti laudabile. *f* A Solis ortu vſque ad occaſum] quia ab Oriente venerunt verſus Occidentem,laudantes nomen Domini,adorando.Et quare ſit ita laudandus Dominus vbique, ſubiungit dicens. *h* Excelſus ſuper omnes, &c.]id eſt,ſuper omnia terrena. *k* Et ſuper cœlos,&c.] id eſt,ſuper omnia cœleſtia.

Et per hæc duo quæ dicit, excludit errorem duplicem.Quidam enim adorabant terrena vt idola, vel talia. Alij autem adorabant,cœleſtia,vt Solem, & Lunam. Contra primos dicit,quòd Dominus excelſus eſt ſuper terrena. Contra ſecundos,quod ſuper cœlos gloria eius,*Exod.*20.a.Ego ſum Dominus Deus tuus non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper,& quæ in terra deorſum,&c.Vel ſic.

h Excelſus ſuper omnes gentes Dominus,id eſt, regnat ſuper gentes Chriſtus. *k* Et ſuper cœlos gloria eius,]id eſt,ſuper Apoſtolos, quos ſpecialius inhabitat, & in eis gloriatur. Vnde *ſuprà* dicitur, Regnabit Deus ſuper gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

* In fornace ignis,id eſt, in Mundo, *Ioan.*5.d. Totus Mundus
Moral. Proprietates boni pueri quas habere debemus. in maligno poſitus eſt,id eſt, in malo igne. Sunt autem multæ bonæ proprietates pueri,quas habere debemus, quæ notantus his verſibus.

Credulus,incultus,ſimplex,placabilis,inſons.
Caſtus,amatus,ouans,humilis,memorans,nouus.& flens.

Credulus *Prou.*14.b. Innocens credit omni verbo. Et de Paulo dicitur: *Act.*26.e. quod non fuit incredulus. Dicit enim ſic. Non fui incredulus cœleſti viſioni. Incultus ſicut Chriſtus, qui pannis fuit inuolutus,vt habetur *Luc.*2.a.Simplex.*Rom.*16. c.Volo vos ſapientes eſſe in bono,ſed ſimplices in malo. Placabilis.*Eccl.*39.c. In præcepto eius placor fit.Et hoc præcipitur,*Leu.*16.d. Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum.Inſons, id eſt,innocens.*Sup.* Cuſtodi innocentiam. Caſtus, *Sap.*4.a. O quàm pulchra eſt caſta generatio 1.*Tim.*5.d. Teipſum caſtum
Pſalm.36. cuſtodi. Amatus. *Oſea.*11.a. Quia puer Iſraël, & dilexi eum. Ouans,id eſt,gaudens.*Prou.*17.d.Animus gaudens ætatem floridam facit.Humilis,*Mat.*18.a.Quicunq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte,hic maior eſt in Regno cœlorum,*Luc.*2.g. dicitur de Chriſto:Erat ſubditus illis. Memorans,2.*Tim.*3.d. Permane in his quæ didiciſti.Et ſequitur:Quia ab infantia ſacras literas noſti. Nouus, *Eph.*4.f.Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. 1.*Pet.*2.a. Sicut modò geniti infantes.Flens *Sap.*7.a. Primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. Qui ergo tales pueri eſtis.*a* Laudate nomen,&c.]non præbendas & diuitias. Hoc Nomen laudant, qui in Nomine Domini Ieſu,id eſt.pro ſalute ſua laudabiliter viuunt. Et hoc nomen blaſphemant, qui malè viuunt, vnde *Rom.*2.d.dicit Apoſtolus ad Iudæos, per quos intelliguntur Clerici : Nomen inquit, Dei per vos blaſphematur inter Gentes. Sunt autem quidam qui proponunt ipſum ſic laudare, ſed ſemper differunt & procraſtinant:Vnde contrà hoc bene ſubdit.

b Sit nomen Domini,&c.] quaſi dicat, ſtatim in hoc nunc incipiamus laudare,& benedicere:Quia.

Qui non eſt hodie,cras minus aptus erit.

*Prou.*27.a.Ignoras quid ſuperuentura pariat dies,*Eccl.*5.b.Ne tardes conuerti ad Dominum,&c.*Eccl.*51.b.Benedicam Nomen Domini cùm adhuc iunior ſum, Sunt & alij qui ſatis manè incipiunt,ſed perſeuerare negligunt: Contra quod addit.

e Et vſque in ſæculum,] *Eccl.*11.a.Laudabit vſque ad mortem anima mea Dominum.Et poſt.b. Laudabo nomen tuum aſſiduè, *Matt.*10.c.Qui perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit.Idem etiam confirmat,cùm ſubdit.

f A Solis ortu, &c] Per Solis enim ortum intelligitur natiuitas hominis quando in hanc lucem primò intrat:Per occaſum verò mors intelligitur.Vel per Solis ortum proſperitas, per occaſum verò aduerſitas deſignatur. Et ſiue ſic,ſiue ſic ſemper.

g Laudabile nomen,&c.]quia & per totam vitam hominis, & in omni fortuna, *Pſal.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.Laudare autem debemus propter bona quæ hic facit nobis:Vnde dicit.

h Excelſus,] multa mirabilia faciendo.*i* Super omnes,&c.] quia omnes eius beneficia participant : quam altitudinem mirabatur *Aug.* ſicut de ipſo dicitur:Nec ſatiabatur illis diebus,dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij diuini ſuper ſalutem generis humani. Et vt propter hoc laudemus eum monet *B.Greg.*dicens: Non ceſſemus gratias agere, quia non ceſſat benefacere, *Pſal.*12. Cantabo Domino qui bona tribuit mihi.

Iterum non tantum propter hæc quæ modò facit, ſed propter ea, quæ facturus eſt in patria æterna. De qua ſubditur.

k Et ſuper cœlos gloria eius,] quam nobis, ſi boni fuerimus, præparauit, quæ ad literam eſt,ſuper cœlos, id eſt,in cœlis:Secundùm quod dicitur *Luc.* 2, b. Gloria in Excelſis Deo. Item ideò benè dicitur : ſuper cœlos,] quia iſta gloria celatur modò,& abſconditur à nobis *Pſal.*30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Illam verò abſconſam dulcedinem gloriæ modò odoramus,& aliquando deguſtabimus,ſed quando reuelabitur,ſatiabitur: Sicut *ſuprà* dicit:Satiabor,cùm apparuerit gloria tua.

l Quis ſicut Dominus, &c. Secunda pars, vbi facit id ad *Secunda*
quod alios ſupra monuit,ſcilicet, laudare Dominum.Et alle- *pars.Pſal.*
goricè laudat eum,ſcil. Chriſtum ab vtraque natura, quam *16.Alleg.*
vtramque nullus ſimul habet,nec habuit,niſi ipſe,vnde quærit : Quis,eſt, vel fuit, vel vnquam erit. *m* Sicut Dominus,] Chriſtus ?

n Deus,]Ecce Diuinitas.*o* Noſter,]cõformitate noſtræ naturæ,ecce humanitas,*Iſa.*7.c.Ecce Virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel,i,nobiſcum Deus. Quam vtramq;naturam adhuc magis exprimit cùm ſubiungit *p* Qui A in altis

l Quis ſicut Dominus,] Moraliter vox eſt hic ſeruorum *Moral.*
Dei,de ſuo Domino,& de eius altitudine gloriantium,& dicentium: Quis ſicut Dominus Deus noſter? quaſi dicat nullus,*Iob.*36.c.Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua,& nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.Vnde magna dignitas eſt tanto Domino ſeruire *Boëtius.*Cui ſeruire regnare eſt,*Eccl.*23.d.Gloria magna eſt ſequi Dominum. Quis ergo,ſicut Dominus, cui ſeruire debemus?

n Deus,]quem colere.*o* Noſter,]quem amare debemus.

p Qui in altis habitat,] id eſt,in Sanctis,qui ſunt alti per vi- *Mat.8,c.*
tam,& meritum, *Pſal.* 21. Tu autem in ſancto habitas. Sed *Mich.*27.a.dicitur Periit ſanctus de terra.Vndè videtur quòd poſſumus modo dicere, quòd filius hominis non habet vbi caput reclinet : Veruntamen ne omnes videamur damnare, poſſumus dicere,quòd periit Sanctus de terra, quantam ad apparentium eo quòd multum eſt in terra de palea,quæ occultat grana. Et ne de altitudine Mundi (de qua *Luca* 16.d. Quod hominibus altum eſt,abominatio eſt apud Deum,)intelligatur quod hic dicitur : In altis habitat, ſubdit.

* Et humilia

Alleg. A in altis habitat,& humilia respi.] Ipse primò habitauit,& semper habitat, in altis,i.in Angelis:Sed postmodum in fine sæculorum,ipse respexit humilia per Incarnationem: Secundum quod sup.dicitur *Ps.* 101. Dominus de cœlo in terram aspexit,vt audiret gemitus compeditorum,& solu.fil.&c.*Bar.* 3.d.Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est: Et hoc.*b* In cœl. & in terra,] i. respectus iste vtilis fuit cœlo & terræ. Cœlo, ad reparationem ruinæ Angelorum: Et terræ ad redemptionem generis humani. Vel sic. *a* Humilia respicit,] sc. humilitatem e.Virg.*Luc.*1.e. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

al.† qui erigit.
al.† exaltat.
al. † Ex

a & humilia respicit in *b* cœlo & in *c* terra. † *d* Suscitans à terra *e* inopem,& de *f* stercore † *g* erigens *h* pauperem. Vt *i* collocet eum cum *k* Principibus, cum *l* Principibus populi sui. *m* Qui habitare facit sterilem in *n* domo, *o* matrem filiorum *p* lætantem.

Alleluya. PS. CX III.

IN *q* exitu Israël,†*r* de Ægypto,*s* domus Iacob *t* de

Et hoc.*b* In cœlo ,] i. in sua virginitate. *c* Et in terra,] i. in suo coniugio : Quia in vtroque humilitatem seruauit.*d* Suscitans à terra,] i.de B.Virgine.*e* Inopem,] sc.seipsum,quando natus est pauper de ipsa.Suscitans,dicit bene, propter miraculum,quia de virgine natus est.De terra. B. Virgo dicitur terra, quia istum benedictum fructum nobis portauit & attulit *Ps.*66.Terra dedit fructum suum.Et *alibi Ps.* 48. Veritas de terra orta est : Inopem, 2. *Cor.*8.b. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam pro nobis egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus. *f* Et de stercore,] peccatorum & temporalium.*g* Erigens,] ad superna.

h Pauperem ,] i. humanum genus: Ipse enim promittebat æterna, & docebat contemni temporalia & peccata *Matt.*4. c.Pœnitentiam agite , appropinquabit enim Regnum cœlorum *Matt.* 19. c. Vende omnia quæ possides & da pauperibus,& habebis thesaurum in cœlis. Et *Matt.*6.c.Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, &c. Propter hoc subdit. *i* Vt col. eum,] pauperem sc.genus humanum.*k* Cum Principibus,]i. Angelis in cœlo.*l* Cum Princip.] dico,populi,non alieni,sed sui,Angeli enim dicuntur Principes,quia præponuntur super homines: Quilibet enim vnum habet angelum bonum ad sui custodiam, Super Prouincias etiam præponuntur : Vnde *Dan.*10.c. Princeps Regni Persarum restitit mihi viginti vno diebus, & ecce Michael vnus de Principibus primis venit in adiutorium.Et postea d.dicit:Nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michael Princeps vester, sed antequam ibi collocet eos, hic eos examinat & exercet in tribulationibus & bonis operibus:Vnde subdit.*m* Qui hab.fac.ster.] i.Ecclesiam de Gentibus , quæ prius fuit sterilis à bonis operibus. Sed nunc facit eam Dominus habitare.*n* In domo,]i.in Ecclesia generali collecta de vtroque populo. Non sterilem sed.

Angeli præponuntur ad custodiam hominibus & prouinciis.

o Mat. fil.] i.multorum fidelium.*p* Lætantem ,]·de prole: vnde monet eam ad laudem & lætitiam.*Isa.* 54.a.Lauda sterilis quæ non paris,decanta laudem & hymnum quæ non pariebas,quoniam multi filij desertæ magis quam eius,quæ habebat virum,i.plures sunt fideles facti de Gentibus,quam de Iudæis.Quod significatum est 1.*Reg.*1.a.vbi dicitur quod Anna fuit primò sterilis,sed postea peperit 7. filios. Et dicitur postea in Cantico : Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.

1.Reg.2.a.

Moral. * *a* Et humilia respicit,]quia placet ei semper humilitas *b*]in cœlo,] vnde superbos Angelos eiecit.*c* Et in terra,] vnde & de Paradiso terrestri superbum & inobedientem Adam eiecit, & puniuit totam posteritatem eius.*Is.*vlt.a.Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, sc.ad humilem : Vnde alia *litera* habet : Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & quietum &c. Vel *b* In cœlo,] i. in contemplatiuo.

c Et in terra,] id est , in actiuo, quia nec contemplatiuus, nec actiuus placent Deo sine humilitate. *d* Suscitans à ter. ino. & de sterc. eri. pau.] In hoc versu liberatio à duobus luxuria,Verè enim inops est auarus,secundum quod dicit *Iero.* Auaro deest tam quod habet quàm quod non habet.Istum quandoque suscitat Dominus de terra,i. de sepulchro auaritiæ, *Amos* 7.a.Quis suscitabit Iacob quia paruulus est,misertus est Dominus super hoc,Ecce suscitatio.Bene suscitauit Dominus Zachæum,qui dicit *Luc.*19. b.si quid aliquē defraudaui,reddo quadruplum. Et sequitur:Hodie salus huic domui facta est. *f* Et de ster.eri. pau.] pauper est luxuriosus, cuius omnem spiritualem substantiam ignis luxuriæ consumpsit,*Iob,*31.d. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Hic iacet in stercore,i.in fœtore, *ibi.*1.d. Computruerunt iumenta in stercore suo.*Greg.* Iumenta in stercore computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.Et talem quandoque erigit Dominus,vt *Luc.*15.d.de filio prodigo,qui consumpsit substantiam suam cum meretricibus viuendo luxuriosè,habetur quod dixit:Ibo ad patrem meum, & quod iuit & susceptus est, & data est ei stola prima. Sic autem erigit & suscitat. *i* Vt collocet eum cum Principibus,] i.cum Angelis in gloria,sicut supra expositum est,vel aliter: Ita eripit eos de peccatis,& tantum in præsenti exaltat,quod etiam facit eos Prælatos in Ecclesia.Hoc est:Vt collocet eum cum Principibus cum Principibus populi sui,i.cum Prælatis, qui sunt Principes Ecclesiæ.Sic suscitauit Paulum & Petrum, quos de statu peccati eripuit,& promouit ad statū Prælationis.Sed nota, quod arguit illos hic qui se dignitatibus ingerunt, nec expectant,quòd Dominus collocet eos ibi,Contra illud *Heb.*5.a.Nec quisquam sumit sibi honorem,sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *m* Qui habitare facit sterilem in domo,&c.] i.illum,qui erat sterilis & infructuosus , sine fructu pœnitentiæ, in Ecclesia facit esse fructuosum , intantum vt sit mater filiorum,i.bonorum operum.Facit dico,matrem, non tristem in pariendo, sed lætantem in filiis *Ioan.*16. e.Mulier cùm parit tristitiam habet,cùm autem peperit puerum,iam non meminit pressuræ 2.*Cor.*9. b. Hilarem datorem diligit Deus: Prælatum etiam facit Dominus habitare,in domo,Ecclesiæ,vt matrem filiorum lætantem, quando libenter & gaudenter subditorum necessitatibus condescendit. *Greg.* Curandum quippe est vt Rectorem subditis,& matrem pietas & patrem exhibeat disciplina.

In prol. Bibl. c.8.

Verbera patris,habes,vbera matris habe. *Versus.*

Talem matrem se exhibebat *Apost.*dicens 2. *Cor.*12. e. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris.

EXPOSITIO PSAL. CXIII.

IN exitu Israël,&c.] Titulus, *Alleluya.*Supra inuitauit Gentes ad laudem : In isto Psalmo inuitat literaliter Iudæos, recolendo Dei beneficia sibi facta: Spiritualiter autem Christianos , qui sunt nouus populus Domini , quibus per quædam beneficia antiquo populo collata in hoc Ps.ostendit Propheta : quæ & quanta beneficia Dominus spiritualiter conferat ; Vnde & alleluia , quæ est vox laudis, præponitur. Intentionem vocat ad laudem & cultum veri Dei. Modus. Tripartitus est Psalmus.In prima parte dicit Propheta quæ mirabilia fecit Deus,Iudæis in figura,Christianis in spiritu.In secunda , quare Deus hoc fecerit, quærit,*ibi* : [Quid est tibi mare.]Et soluit,*ibi*:A facie.In tertia simulacra Gentium inania esse demonstrat,& Religionem Christianam commendat,*ibi*, simulacra. Dicit itaque. *Partitio Psalmi.*

q In exitu Israël de Ægypto,]id est,dum ille populus ad literam veniret de Ægypto.

s Domus Iacob de populo Barbaro ,] Idem est:Barbari enim sunt omnes præter Græcos, Hebræos , & Latinos. De hoc exitu habetur *Exod.*12.In exitu,inquam,isto. *Ad literam.*

A Facta est

Allegoricè. *q* In exitu Israël ,] id est , populi Christiani, Deum videntis per fidem.*r* De Ægypto,]vel ad literam,quia de Ægypto, & aliis gentibus conuersi sunt ad fidem. Vel de Ægypto,id est,de tenebris infidelitatis. Et in exitu. *s* Domus Iacob ,] id est , Ecclesiæ, contra vitia luctantis.*t* De populo barbaro,] id est,infidelium vel Dæmonum.Omnis enim lingua quæ Deum non confitetur,barbara est. *Allegoricè.*

Δ Facta est Iu-

Moraliter.*q* In exitu Israël de Ægypto]i.cùm homo Deum habens præ oculis, cui timor Dei est ante oculos eius, exire vult de tenebris & ergastulo peccatorum,de Mundo ad claustrum. Et *s* Domus Iacob,]id est,cùm illi qui volunt resistere & luctari contra vitia & Diabolum supplantare, volunt exire. *t* De populo barbaro,] i. de cœtu peccatorum, quorum lingua est,eo quòd non laudat,sed magis blasphemat. In isto inquam exitu. *Moraliter.*

* Facta est Iu-

Anagogicè etiam posset legi breuiter. *Anag.*

q In exitu Israël,&c.]Cùm enim anima sancta exit de corpore,tunc exit Israël. *r* De Ægypto,quia exit de tenebris ad lucem, vt videat Deum facie ad faciem, 1.*Ioan.*3.a.Videbimus eum sicut est.Tunc etiam exit.

s Domus Iacob,]id est,anima luctans.

t De populo barbaro,]id est,euadit manus Dæmonum, & vitiorum , & coniungitur ciuibus cœli , scilicet, Angelis, & sanctis animabus , vbi non est barbara lingua , sed omnes Deum laudant,*Coloss.*3b.

Vbi non est barbarus,& Scytha.

Et tunc fit.

⊙ Iudæa,]id est,

A *a* Facta eſt Iudæa,]id eſt, terra promiſſionis. *b* Sancti eius] ſcilicet Iſraël vel Iacob,id eſt, populi Iudæorum,qui in terra promiſſionis ſanctificatus eſt colendo verum Deum. Et illam etiam ſanctificauit,quæ prius erat polluta per idololatriam. *c* Iſrael]ſupple factus eſt. *d* Pot.eius]terræ,quia eam poſſedit,eiectis aliis populis gentium,quæ ibi habitabant.

populo barbaro. *a* Facta eſt Iudæa *b* ſanctificatio eius. *c* Iſraël poteſtas eius.† *e* Mare *f* vidit & *g* fugit, *h* Iordanis *i* côuerſus eſt retroſum.*k* Montes † *l* exultauerunt vt arietes, & *m* colles ſicut *n* agni ouium. *o* Quid eſt tibi mare quòd *p* fugiſti, & *q* tu Iordanis quia *r* conuerſus eſt retrorſum?*ſ* Montes † exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium. A *t* facie Domini

al.† Iſraël regnabit in ea.

De conſ. diſ. 2.ca.reuera.

al.† geſtierunt velut.

al.† quare geſſiſtis velut.

Allegoricè.

e Mare vidit,] id eſt, ad modum videntis obediuit. Simile. *Pſal.* 76. Viderunt te aquæ Deus. *g* Et fugit,] id eſt,diuiſum eſt, vt populus pertranſiret. *Exo.* 24. c. Abſtulit illud Dominus flante vento vehementi,& vrente tota nocte. Breuiter tangit Propheta illa beneficia,quædam etiam prætermittit: Vnde & ſtatim adiungit. *h* Iord.conu. eſt retroſ.] quantùm ad ſuperiorem partem: pars enim inferior deſcendit in mare mortuum. *k* Montes exul.vt ari.& col.ſicut ag.oui.]De hoc ad literam nihil inuenitur in hiſtoria, niſi quod ſcopuli Arnon inclinati fuerunt. *Num.*21.d. vnde patet quod & ibi facta, & hic dicta, figuræ ſunt,ideò myſticè exponamus. Vide locis ſuis.

△ *a* Facta eſt Iudæa,] id eſt, Apoſtoli, qui de Iudæa fuerunt. *b* Sanctif eius,] quia ſanctificauerunt populum Chriſtianum baptizando,prædicando,& manus imponendo.*Ioan.* 4.c.Salus ex Iudæis eſt. Et. *c* Iſraël,]id eſt,ipſi Apoſtoli. *d* poteſtas eius,] quia potenter curauerunt eorum infirmitates. Vnde *Act.*4.g. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.Vel ſic. *a* Facta eſt Iud.]id eſt,confeſſio nominis Chriſti: *b* Sanctificatio eius] Quia *Rom.*10.b. Ore confeſſio fit ad ſalutem. Et. *c* Iſraël,]id eſt,ipſum videre Deum per fidem. *d* Pot.eius,] quia per hoc magnam poteſtatem acceperunt:De qua *Ioan.*1 a. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. *e* Mare vidit, & fugit] Per mare intelliguntur perſecutores fidelium, qui eos multis vndis amaris,ſcilicet perſecutionibus tundebant. Ipſi viderunt, quomodo Apoſtoli & fideles conualeſcebant, & confundebant eos,& fugerunt,id eſt,eis ceſſerunt,non valentes reſiſtere ſpiritui,qui loquebatur,& operabatur. *h* Iordanis,]Id eſt, humilis deſcenſus ad Baptiſmum.*i* Conuerſus eſt retrorſum] vnde deſcendebat, ſcilicet,ad Chriſtum, vnde venit Baptiſmus,ducẽs baptizatos.*Eccl.*1.b. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Nec eſt alia via ad Regnum promiſſum,*Ioan.* 3.a.Niſi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto,non poteſt introire in Regnum Dei.Et de his. *k* Montes,]id eſt,Apoſtoli. *l* Exultauerunt vt arietes,]id eſt,ſicut boni duces gregis Chriſti, & cornibus duorum Teſtamentorum, ſuum gregem defendentes à lupis rapacibus,id eſt, ab hæreticis. Vnde ſup. habuimus.*Pſ.*28.Afferte Domino filij Dei,afferte Domino filios arietum,id eſt,illos,quos Apoſtoli genuerunt Chriſto.De quibus filiis addit. *m* Et colles,] id eſt,minores ſubiecti montibus prædictis. *l* Exultauerunt]ſupple cum arietibus. *n* Sicut agni ouium,]id eſt, ſicut ſimplices & innocentes & matrem Eccleſiam cognoſcentes,& à prædictis arietibus generati:hic enim ſunt in agnis ouium. Hi omnes tam maiores, quam minores exultauerunt de confuſione,& fuga inimicorum,& de victoria & profectu Eccleſiæ. *Iſ.*9.a. poſtquam de Incarnatione tetigit: dicens:Habitantibus in regione vmbræ mortis,lux orta eſt eis: Subjunxit, Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam?quaſi dicat immò. Vnde ſubdit: Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda,&c.

Aliter.

Act.6.c.

Moraliter. * *a* Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius,] id eſt, ſanctificatur in confeſſione,quæ ipſum purgat,& ſanctificat à peccatis.2.*Cor.* 7.a.Mundemus nos ab omni iniquitate carnis & ſpiritus,perficientes ſanctificationem in timore Dei. Poſtquam autem exiuit de peccato,& confeſſus eſt homo,neceſſarium eſt ei vt potens ſit contra inſultus Diaboli,& ad bona opera facienda. Hanc autem potentiam confert memoria Dei. Vnde ſubdit. *c* Iſraël poteſtas eius] quaſi dicat videndo Deum, & recogitando,quòd Deus omnia videt,efficitur potens ad reſiſtendum Diabolo,& ad bonum faciendum. De primo dicit quidam.

Cùm quid turpe facis, quòd me ſpectante ruberes:
Cur ſpectante Deo,non magis ipſe rubes?

*Aug.*Et ſi lateat,& à nemine hominum videatur,qui faciet de illo deſuper inſpectore quem latere nihil poteſt:Et poſt addit.Illum cogitet omnia videre,ne velit fœminæ malè videri. De ſecundo dicit *Boëtius*:Magna nobis indicitur bene faciendi neceſſitas, cùm ante oculos verſamur Iudicis cuncta cernentis. Propter hoc dicit Dauid ſup. *Pſ.*15. Prouidebant Dominum in conſpectu meo ſemper.Hoc etiam notat cùm ſubdit.

e Mare,]id eſt,peccator.*Iſa.*57.g.Impij quaſi mare feruens.
f Vidit]ſcilicet Deum, & recogitauit de eo.
g Et fugit] de peccato ad ipſum Deum, qui eſt refugium herinaciis, id eſt, peccatoribus vt ſup. dictum eſt. *Iſa.*26.c. A facie tua Domine concepimus & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis.*Iere.*31.d.Poſtquam oſtendiſti mihi,percuſſi femur meum,confuſus ſum & erubui.Et vbi debet peccator fugere,oſtendit cùm ſubdit.
h Iordanis conuerſus eſt retrorſum.]Iordanis interpretatur deſcenſio eorum, ſiue riuus Iudicij, & ſignat illos, qui ſe iudicant & humiliant videntes peccata ſua: Iſti conuertuntur retrorſum,id eſt, ad Deum, à quo receſſerant. Conuerti retrorſum, idem eſt quod reuerti.*Iſa.*31.c. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſraël De hac autem conuerſione debent gaudere Prælati:Vnde ſubdit.
k Montes exultauerunt,] de conuerſione & profectu ſubditorum,vt arietes veri.Montes.n.debent eſſe Prælati per altitudinem vitæ,ſicut ſunt per culmen dignitatis,aut poteſtatis. Et debent eſſe arietes, ducendo gregem & defendendo, & fœcundando. In his debent gaudere. Sed multi magis gaudent cùm malefecerint;cùm ſubditos ſpoliauerint.*Iſa.* 32. d. Gaudium onagrorum paſcua gregum. Et ideò in perſona pauperum ſubditorum dicit. *Abac.*3. c. Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum venientibus, vt turbo ad diſpergendum me. Et quare maledixerit,ſubdit. Exultatio eorum ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.
m Et colles,]id eſt, minores Sacerdotes, exultant de hoc, ſicut agni ouium. Arietes generant agnos,ſed lupi lupos. Ita boni Prælati conſtituunt Sacerdotes bonos, & innocentes, ſed mali Prælati faciunt Sacerdotes malos *Ezech.*19.a.Eduxit vnum de leunculis ſuis, & leo factus eſt, & didicit prædam capere,hominéſque comedere.

Anagogicè. ⊙ *a* Iudæa,]id eſt,glorificatio,ſiue gloria æterna.*b* Sanctificatio eius.] quia in ea perenniter ſanctificatur,& confirmatur. *c* Iſraël pot. eius,]id eſt, videre Deum eſt in poteſtate eius. *Ioan.* 17. a. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te verum Deum.Et tunc.
e Mare vi.& fu.]Mare eſt tumultus Dæmonum,qui fugiunt quando animam exit de Ægypto,id eſt, de Mundo ad cœlum.*Iſa.*25.b.Tumultum alienorum humiliabis.Et tunc *h* Iordanis con.eſt retror.] quia tunc,qui ſe hic humiliauerit, non ampliùs humiliabitur ſed exaltabitur. Et quantò magis hic ſe humiliauerit, tantò magis exaltabitur in cœlo. Et tunc.
k Montes,] id eſt,Angeli.*l* Exultabuntur vt arietes,]qui fuerunt duces eorum. Multum enim gaudebunt Angeli quorum miniſterio, & auxilio illic bene vixerunt,& ad Regnum perducti fuerunt. Nec mirum,cùm gaudium ſit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.*Luc.*15.b.*m* Et colles,]id eſt,minores ſancti.
n Sicut agni ouium,] *Sap.*19. b.Tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, quia liberaſti illos. *o* Quid eſt tibi mare, quod fugiſti,& tu Ior.quia con.es retror.Mon.exultaſtis ſic. arietes,& col.ſic. agni ouium;Hæc eſt ſecunda pars, vbi primò quærit, cur iſta prædicta fiant, vt admirationem excitet. Cum autem hi duo verſus ſupra expoſiti fuerint, vbi ſine quæſtione ponuntur, non oportet eos ampliùs exponere, niſi quod hic quærit cur factum ſit quod ibi factum eſſe confirmatur.Quæſtioni autem iſti reſpondet cùm ſubiungit.
t A facie Domini mota eſt terra,] Et quia *Gl.* non tangunt hic expoſitionem literalem, nec nos eam vlterius proſequemur, ſed ſecundum allegoriam primò procedemus.Reſpondens: Quid eſt tibi mare,&c.dicit.
t A facie Domini, &c. quaſi dicat, quod mare fugit,id eſt, A quod perſecu- *Alleg.*

Moral. Moraliter.*o* Quid eſt tibi mare,]id eſt,peccator.
p Quia fugiſti,]à peccato ad Deum.
q Et tu Iordanis,] id eſt,pœnitens,Iudicans,& humilians teipſum.
r Quia conuerſus es retrorſum,] ſicut ſupra expoſitum eſt.Et vos.
ſ Montes & colles,]id eſt, maiores & minores Prælati exultaſtis, de hoc, ſicut ſupr. in ſenſu morali dictum eſt.

Ecce reſponſio. *t* A facie Domini mota eſt terra,] id eſt, * peccator

Anag. Item anagogicè poteſt exponi.*o* Quid eſt tibi mare, &c.] Per iſtos duos verſus, vt ſupra. *t* A facie Domini mota eſt.] ⊙ terra,]Recepta

A quod persecutio Tyrannorum cessit, & quod Iordanis, id est, Baptismus conuersus est retrorsum, ducens homines ad Christum, vnde ortum habebat Baptismus, & quod montes, & colles, id est, Apostoli, & alij sancti de profectu Ecclesiæ exultauerunt, totum factum est à facie Domini, id est, à præsentia eius, qua cum suis fidelibus erat semper, sicut promiserat *Mat.* vlt.d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Ab hac ergo facie.

a mota est, terra, à *b* facie Dei Iacob. *c* Qui *d* conuertit petram in *e* stagna aquarum & † *f* rupem *g* in fontes aquarum. *h* Non nobis Domine, non *i* nobis, sed *k* Nomini tuo da gloriam.

al. † rupes. *a* Mota est terra, [i. corda terrena, quæ prius erant pigra ad bonum opus, mota sunt à sua superstitione & commota ad pœnitentiam, sicut supra *Psal.* 59. dicit, loquens ad Dominum. Commouisti terram, & conturbasti eam. Commota autem hac terra, cessauit persequi Christianos, & conuersa est ad Baptismum, vnde fuit exultatio montibus & collibus. Et quasi quis quæreret, quia dixit, à facie Domini, cuius Domini subiungit.

b A facie Dei Iacob, [quasi dicat iste Christus à facie cuius mota est terra, non est Deus recens, sed Deus Iacob, quem Iacob coluit, in quem credidit. Et in hoc confundit Iudæos, qui se dicunt esse filios Iacob, & tamen in Christum non credunt, sicut & de Abraham dicebat eis *Ioan.* 8.g. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Et quando mota est terra, subdit. *c* Qui conuertit, &c.] petram vocat dura corda Iudæorum, quæ quantum ad quosdam conuersa sunt in aquas Baptismi. Rupem verò dicit arida corda Gentilium, a quibus Deus diuini eloquij manare fecit fontes irriguos. *Isa.* 35.c. Quæ erat arida in stagnum, & sitiens in fontes aquarum, supple versa est. Vel ipsum Christum vocat petram, & rupem quia cum ignoraretur, durus videbatur. Vnde quidam turbati, & ignorantes dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? *Iob.* g. Hanc duritiam liquefecit, vt in eis fieret fons aquæ salientis in vitam æternam, cum post Resurrectionem suam aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas, *Luc.* vlt. g.

Ioan. 4. b. Imò & ante Resurrectionem, quia cum illi dixissent, vt dictum est, Durus est hic sermo, & multi propter hoc abirent retrò: Ipse dixit ad 12. Nunquid & vos vultis abire? Et Petrus respondit pro omnibus Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei, hæc autem omnia fecit Deus Iudæis & Gentibus, non i eorum meritis, sed pura misericordia. Vnde ne de Dei dono inflentur, subdit Propheta.

h Non nobis. &c.] Vnde Iudæis gloriantibus dicit *Apostolus Roman.* 3.d. Vbi est gloria tua? Exclusa est, sed quia hoc ipsū non gloriari donū Dei est. Et e st. ideo petēdo dicit. *i* Nō nobis, &c.] Item petendo hoc dicit propriam aliam causam, A quia

Moral. * peccator terrena amans, & eis inhærens per amorem, à respectu Dei motus est ad pœnitentiam. *b* A facie, &c.] quia ipse est Deus luctantiū & laborantiū, vnde dicit *Matt.* 11. d. Venite ad me omnes, &c. Otiosi verò qui non luctantur contra vitia, sed se eis subijciunt, habent deos alienos, sicut de gulosis dicitur *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est. De luxuriosis, in *Ps.* Et initiati sunt Beelphegor. Auari autem seruiunt

Psal. 105. mammonæ, superbi Baal, & sic de aliis. Hic autem notandum, quod quadruplex potest assignari facies Dei, id est,

Quadruplex facies Dei. Christi scilicet facies viuentis, morientis, iudicantis, regnantis. Prima est facies paupertatis. Secunda doloris. Tertia indignationis. Quarta est delectationis. Primam faciem benignè ostendit nobis in natiuitate & in tota vita sua, quia pro nobis factus est egenus, vt illius inopia, &c. 2. *Cor.* b. Qui in tota vita sua non habuit vbi caput reclinaret. *Mat.* 7. c. In alieno enim natus fuit, in alieno semper conuersatus, & tandem in alieno sepultus. Ab hac facie, & à respectu ipsius debet moueri terra cordis nostri ad contemptum terrenorum. Secundam faciem, scil. doloris ostendit nobis in Passione, Et vt in eam respiciamus, monet *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam attendite, &c. Ab hac facie, & à respectu eius, debet moueri terra nostra ad compassionem & patientiam.

Sed quidam sunt magis insensibiles quàm terra, & duriores lapidibus, quia ab hac facie quando Christus patiebatur, terra ad literam, mota est, & petræ scissæ sunt, &c. & ipsi nec mouentur per compassionem, nec scinduntur per dolorem, nec aperiuntur per deuotionem. Et tales sunt præcipuè Clerici, & Prælati, de quibus *Amos* 9. b. Nihil patiebantur super contritione Ioseph, quapropter, &c. Item ad patientiam tribulationum debet mouere terram nostram huius faciei respectus, vndè *Heb.* 12.a. Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit à peccatoribus contradictionem, &c. *Bern.* Deuotus miles sua non sentit, cum benigni ducis vulnera intuetur. Tertiam faciem, scil. indignationis ostendet reprobis in iudicio. *Apoc.* 6.d. Dicent montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, &c. Istam faciem si præuideamus, mouebitur terra nostra ob timorem, & pœnitentiam. *Iob.* 31. c. Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, &c. *Greg. ibi*: Qui extremi Iudicij aduentum intenta mente considerat, profectò videt, quia tantus pauor imminet, quantum non solum tunc videre, & sed & nunc præuidere pertimescit. *Isa.* 26. d. A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus spiritum salutis, id est, pœnitentiæ quæ sanat vulnera peccatorum. Quartam faciem ostendet nobis Dominus in patria, scil. faciem delectationis, de qua in *Psal.* 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, quando, scil. videbimus eum facie ad faciam, 1. *Cor.* 13. d. Ad huius faciei respectum debet moueri terra nostra ad amorem æternorum. Hanc videtat Petrus in transfiguratione Domini. Vnde statim motus ad desiderium, & amorem eorum quæ viderat, dixit, Domine bonum est nos hic esse, &c. *Mat.* 17. a.

Facies Domini est
- Præsentia eius, *Matt.* vlt. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.
- Familiaritas eius, *Exod.* 33. b. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum.
- Clementia eius, *Psal.* 29 Auertisti faciem tuam à me, &c. *Isa.* 64. c. Abscondisti faciem tuam à nobis, &c.
- Ira eius, *Ierem.* 25. g. A facie iræ furoris Domini,
- Cognitio eius præsens, *Isa.* 64. a. A facie tua montes defluxerunt.
- Cognitio futuri, 1. *Cor.* 17. d. Tunc autem facie ad faciem.
- Ipse Christus. *Psal.* 79. Ostende nobis Domine faciem tuam, & salui erimus.
- Ipsa diuinitas, *Exod.* 33. d. posteriora mea videbis, faciem autem meam non videbis.

c Qui conuertit petram,] i. dura corda peccatorum: *d* In stagna aquarum,] i. in abundantiam lacrymarum. *Exod.* 36. f. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Sic cōuertit Dominus cor Magdalenæ, quæ lacrymis suis lauit pedes Domini, *Luc.* 7. f. Et cor Petri, quod induratum fuerat vsque adeo quod ipsum Dominum negauit: sed respexit Dominus Petrum, & egressus foras fleuit amarè, *Luc.* 22. g. *f* Et rupem in fontes aquarum] Idem est cum præmisso, nisi quod ibi dicit, in stagna, hic dicit, in fontes: In quibus duo genera pœnitentium, & flentium notantur. Sunt enim quidam qui habent aquam lacrymarum in maxima abundantia, quod notatur per stagnum. Alij autem non habent in abundantia, sed sed habent frequenter, & quasi iugiter, licèt tenuiter, & hoc notatur, cum dicit, in fontes. Sunt autem multi qui conuertuntur, & plorant, sed de his vanam gloriam quærunt, propter quod benè subdit, & ab hoc se custodiri postulat, dicens: *g* Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.] Et merito tu, non nos, debes habere gloriam, quia quod facimus tu ipse facis, non nos propriè. Hoc est quod addit: * Super

Allegor. ⊕ terra.] Recepta enim anima in cœlo ab Angelis, terra corporis mouetur ad corruptionem, & putredinem. Et hoc à facie Dñi, i. à misericordia eius, vt melius reformetur, & inde humiliemur, vt Deus glorificetur propter mirabiliorē resurrectionem, vt merces fidei augeatur. De hac motione 1. *Cor.* 15. f. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione, &c. *b* A facie Dei Iacob.] Iacob post multas tribulationes venit ad multa bona, & post luctam mutatum est nomen Iacob in nomen Israël. Et nos similiter. post multum laborem veniemus ad multam requiem. Et si in præsenti fuerimus Iacob, in futuro erimus Israel, videntes Deum sicuti est. *c* Qui,] id est, quia ipse. *d* Conuertit petram,] id est, duritiam & laborem, pœnitentiæ. *e* In stagna aquarum,] id est, in abundantiam deliciarum æternarum, vnde benè dicit stagna, quia stabiles erunt in æternum. Vnde subdit. *f* Et rupem,] id est, omnem duritiam præsentem. *g* In fontes aquarum,] id est. in delicias indeficientes. *Ioan.* 16. d. Tristitia vestra vertetur in gaudium. 2. *Cor.* 4. d. In enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitatem æternæ gloriæ pondus operabitur in nobis, &c. *Iob.* 22. d. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, id est, pro peccato iniunget pœnitentiam, & tribulationem, & pro pœnitentia reddet abundantiam diuitiarum & deliciarum. Tunc autem confitabuntur, quod non suis meritis, sed pura Dei misericordia gloriam illam assecuti fuerint, vnde sequitur eorum confessio: *h* Non nobis, &c.] Hoc est illud ad

A quia sic tacitè petit illa bona, q.d.da nobis bona pro quibus Nomen tuum glorificetur. Quæ omnia nobis facis. *a* Super,]id est, de misericordia tua quâ vocas impios,& eis parcis. *b* Et veritate tua,] quâ promissa imples, & etiam impios non venientes ad fidem iudicas, & reprobas. Misericordia propriè exhibita est gentibus. Vnde *Rom.*15.b.

a Super misericordia tua,& *b* veritate tua *c* ne quando *d* dicant gentes vbi *e* est Deus eorum. *f* Deus autem noster in *g* cœlo,† omnia *h* quæcunque voluit fecit. *i* Simulacra gentium, *k* argentum, & aurum, *l* opera manuum hominum. *m* Os habent,& non loquentur *n* oculos habent,& non videbūt. *o* Aures habent, & non audiēt.

al.† sursum.

Gentes super misericordia honorare Deum,Veritas autem Iudæis,vnde *Mat.*15. c Non sum missus, &c.Da, inquam Nomini tuo gloriam.

c Ne quando,] id aliquando. *d* Dicant gentes,] id est, non credentes.Dicant dico hoc. *e* Vbi est,&c.] quasi hoc sæpè dicunt Gentes quæ habent deos visibiles, non putantes Deum quem inuisibilem colimus, maximè cum bonos vident affligi. Et ideo ad gloriam Nomini tuo,vt per visa opera credant Deum esse qui non videtur.

f Deus autem noster,licèt non videatur ab oculis mortalibus est. *g* In cœlo,[licet Deus vbique sit,tamen in cœlo specialiter esse dicitur, quia ibi magis relucet potestas eius, & præclariora opera, & quia familiaris est Angelis. *h* Omnia quæcunque, &c.] quia omnia creauit, & fecit per Filium, scil. Christum. Vel de Filio potest legi hoc.Quasi quærunt, vbi est Deus eorum. Sed nos scimus vbi est Christus, Deus noster, quia est in cœlo,vbi post Passionem,& Resurrectionem suam ascendit videntibus discipulis. Nec mireris si ascendit : quia omnipotens est. Omnia enim quæcunque voluit fecit.Prius voluit pati vt homo *Isa.*53.c.Oblatus est,quia ipse voluit.Et postea voluit ascendere, & ascendit in cœlum verus homo virtute diuinitatis suæ.

Moraliter. * *a* Super misericordia. &c.] non super opere vel merito nostro, q. d. quod conuersi sumus, de tua misericordia est, quod agimus pœnitentiam, veritas quidem est siue iustitia quæ delicta corrigit, non tamen est nostra veritas, sed tua, qui operaris in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate,sicut dicit Apost, *Phil.*2.b.Et hoc faciens Domine. *c* Nequando dicant,&c.] de nobis *e* Vbi est, &c.} id est,ne aliquando tandem quando omnia aperta erunt, innotescat quod hoc faciendo non tibi seruiuimus, sed infideliter egimus furando tuam gloriam quam tibi reseruasse debuissemus, vt fideles serui.Sic dicit *B.Ber.*Fidelis reuera seruus es si de gloria Domini tui, & si non exeunt ea, te transeunte tamen per te, nihil manibus tuis adhærere contingat. Hypocritæ non sic faciunt,quia in lacrymis,& in omnibus quæ faciunt, non Dei gloriam,sed suam propriam quærunt. Vnde de lacrymis eorum dicere possunt Dæmones,quod dixerunt Pastores Gerare, *Gen.*26.d. Cum enim pastores Isaac fodissent,& reperissent aquam, pastores Gerare dixerunt,nostra est aqua.Sic dicunt Dæmones de lacrymis hypocritarum.*Eccl.*12.d.In oculis suis lacrymabitur inimicus, id est, lacrymæ tuorum oculorum suæ erunt. Nec potest dicere hypocrita hoc. Super misericordia tua,&c. Quod.n.hoc facit magis est ex indignatione Dei,qui permittit eos decipere homines ad suā maiorē damnationē, quam ex misericordia.Item non est ibi veritas Dei,sed fallacia humana.Vnde ad eorum magnam confusionem benè omnibus gentibus manifestum erit quod non fuerunt serui Dei.Et cum ipsi dicent illud *Matt.*7.c.Domine,nonne in nomine tuo prophetauimus,&c.Tunc respondebit Dominus,vt ibi dicitur:Nunquam noui vos,discedite à me qui operamini iniquitatem : Iniquitas enim est, vbi non est intentionis, & operis æqualitas.Et tunc poterunt dicere gentes,vbi est Deus eorum.Et subdit.

f Deus autem noster, [q.d. nescio vbi est Deus hypocritæ, quia vanitatem & ventum colebat ; sed de nostro Deo scio, quòd Deus noster in cœlo,q.d. vero Deo seruiuimus,sed illi vano & falso.Auarorum Deus est in arca. *Ephs.*5. b. Auaritia est idolorum seruitus.Deus gulosorum est coquina,*Phil.*3.d. Quorum Deus venter est. *h* Omnia quæcunque voluit fecit.] Talis Deus colendus est.Non sic Deus auari facit quod vult, quia vinculis, & seris tenetur,& naturaliter vellet exire,& Alleg. dispergi,secundùm illud *Psal.*111. Dispersit dedit pauperib.

⊙ *Titum.* 3. b. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, secundùm suam misericordiam saluos nos fecit. In quibus autem consistat illa æterna gloria subiungit. Dico gloriam habitā. *a* Super misericordia tua:] Ecce fruitio & delectatio. *b* Et veritate tua.]Ecce cognitio.*Ioan.*17.a.Hæc est vita æterna,vt cognoscant te,&c. *e* Ne quādo dicant gentes,&c.Ecce securitas. *Sap.*3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.In quo autem,siue per quem hæc habebunt, subiungit dicens. *g* Deus autem,] erit noster, id est nostra merces,& possessio.Vnde in ipso omnia habebimus,Et vbi? *g* In cœlo,] vbi omnia quæcunque voluit fecit, id est,quæcunque volet faciet, etiam in omni genere voluntatis. Vnde vt hæc voluntas fiat,petimus, Aduenial Regnum tuum, cœleste : & tunc, fiat voluntas tua. *i* Simulacra gentium,] Tertia pars,vbi simulacra gentium inania esse demonstrat, & Religionem Christianam commendat Vtitur autem demonstratiuo genere priùs in Vituperatione falsorum deorum, post in laudem veri Dei : Ostensa namque ex operibus præsenti & potestate inuisibilis Dei, tanquam aliquis quæreret, possuntne gentes ostendere deos suos, inquit, possunt vtique:Nam simulacra gentium sunt argentum, & aurum in materia : In forma verò sunt.

Mat.6.b. *Tertia pars de vanitate idolorum.*

l Opera manuum hominum,] hoc addidit,quia similitudo formæ ab hominibus facta magis trahit hominum vanitatem, quàm à Deo facta pretiosa materia.*Isa.*46.b. Qui confertis aurum de sacculo,& argentum statere ponderatis,conducentes aurifices vt faciant Deum.*Exod.*20.a. Non facies tibi sculptile,&c.Notandū tamen hic,quod cū gentes habeant simulacra ærea,& lignea,& fictilia, hæc pretiosiora ideo ponit,vt qui in his erubescit,facilius erubescat in cæteris.Deinde formam membrorum carentem eorum officiis exequitur, dicens : *m* Os habent,&c.] quod proprium est hominis, qui etiā ex eo quòd fabricauit illud simulacrū,melior est. *n* Oculos habent & nō videbūt,aures habent,& non audient,nares habent,

Moraliter. *de auaris.*

Moraliter. *i* Simulacra gentium,&c.]Hoc verum est ad literam,de cupidis,& auaris,quia auaritia est idolorum seruitus,*Eph.*4.b.Ipsi enim adorant, & colunt,& super omnia diligunt aurum, & argentum.*Osea* 8.a.Argentum suum & aurum fecerunt sibi idola,vt interirent,quia vt dicitur *Prou.*11. d.Qui confidit in diuitiis suis,corruet.Et sicut de Deo dicitur quod videre ipsum est tota merces, sic de auro & argento verum est,quia non plus prodest diuiti quam videre tantum illud.*Eccl.*5.c. Quid prodest possessori,nisi quod cernit diuitias oculis suis? Sed nota quod quondam adorabatur aurum, & argentum in imagine,nunc autem adoratur in massa quod turpius est. Vel de Prælatis potest exponi. *i* Simulacra,]enim sunt multi Prælati, scil.illi qui sunt inutiles.*Zach.*11d. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Ipsi etiam ad literam se faciunt adorari,& simplices credunt esse aliquid numinis, cum vident eos inauratos,& purpuratos,& inflatos,& ornatos,sed 1.*Cor.*8.a.Idolum nihil. Quod autem dicit *k* Argentum,& aurum,] ostendit quomodo fiunt tales Prælati, quia de auro, & argento simoniacè ingrediendo,expensas superfluas faciendo, muneribus sibi alios inclinando.Item quidam fiunt de auro mundanæ sapientiæ : quidam de argento procacis eloquentiæ, sicut Aduocati;quidam de luto consanguinitatis:Et omnes tales sunt.

De Prælatis.

l Opera manuum hominum,]quia consimiles,id est,homines mundani & carnales eos elegerunt. De bonis autem Prælatis dicitur in *Psal.*101.Opera manuum tuarū sunt cœli. i.cœlestes Prælati, de quibus dicitur *Ps.*18. Cœli enarrant gloriam Dei.

l Item in *Psal.*2.dicit bonus Prælatus, ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montē sanctum eius,i.Prælatus super Ecclesiam Dei.Isti *m* Os habent,&c.]docēdo,vel arguendo,vel increpando,vel sententiā dādo. Sed habent os, i.prolocutores, qui pro eis loquuntur,sicut imago S. Nicolai super calciatam,quæ tantū videtur signare populum,sed aliquis stat ibi iuxta,qui petit eleemosynas transeuntib, imago autem nihil petit: Sic tales Prælati tantum signant populū & oportet quòd alius expleat vices prædicationis. Et hoc fuit figuratum *Exod.*4.d.vbi dixit Dn̄s Moysi:Ipse loquetur pro te ad populū,& erit os tuum *n* Oculos habent,]i.officiales, vel Archidiaconos, qui debent videre & inuestigare quomodo se habent subditi. Sed istis oculis non vident animas, sed denarios.Nō possunt dicere illud *Iob.*29 c.Oculus fuit.*Zach.*11. d.Oculus eius dexter tenebrescēs obscurabitur. Dexter oculus est quo debent prouidere,& præuidere spiritualia, sinister quo temporalia. Isto clarè vident,sed dexter excæcatus est.Dominus autem sinistrum non reputat.

Vnde eos qui non videt dextro oculo cæcos dicit,& Dæmonibus exponi permittit,tā ipsos Prælatos quā gregē eorū.

Vnde *Isa.*56.d.Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus, speculatores eius cæci omnes.

o Aures habent,] supple ad audiendum computationes,& verba scurrilia,& detractoria,& adulatoria,*Isa.*5.c.

Cytara & lyra, & tibia,& tympanum,& vinum in conuiuiis vestris & opus Domini non respicitis. *p* Et non audent,]

A habent, & non odorabunt, &c.] Hæc omnia communia ſunt hominibus cum beſtiis. Nam & ſimiæ manibus contrectant. Per quæ patet, non ſolùm homines, ſed & beſtias anteponendas eſſe ſimulacris. Niſi enim eis beſtias anteponendas intelligeret, nequaquam poſt enumerationem membrorum & officiorum, de clamore ſupponeret, qui iam de locutione præmiſerat, dicens: os habent, &c. vbi igitur dixit: os habent, &c. homines illis præpoſuit, vbi verò poſt omnia addidit. *f* Non clamabunt] quod ſalte beſtiarum eſt, beſtias etiam prætulit, & in aliis quæ habent communiter cum hominibus innuit præferendas. Sic igitur per ea quæ dicta ſunt, probatur ſimulacra gentium eſſe inutilia. Primò enim remouet ab illis incorruptibilitatem, quam ſolus Deus habet, cùm dicit, argentum & aurum, & ideo materialia, & per hoc corruptibilia. Omnis enim corruptio incipit ex parte materiæ, ſicut ex parte formæ incipit eſſe. Propter hoc benè dicit Petrus ea eſſe corruptibilia, 1. *Pet.* 1.d. Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, &c. Secundò, remouet ab eis dignitatem creandi, cùm dicit: opera manuum hominum. Tertio, dignitatem loquendi, cùm dicit: os habent, &c. Os tamen dicitur æquiuocè de illis, & de homine. Quartò, dignitatem bonorum, ſcilicet vſum quinque ſenſuum remouet ab eis, cùm dicit, oculos habent, & cætera quæ ſequuntur. Oſtenſa inutilitate ſimulacrorum, poſtea prædicit cæcitatem idololatrarum, dicens. *i* Similes illis fiant, &c. quòd verè fit, quia illa nec vident, nec ſentiunt, ſic illi qui ea colunt oſtendunt ſe nec videre, nec ſentire. Nam ſi viderent, & ſentirent, inutilitatem ſimulacrorum perciperent.

a nares habent, & non *b* odorabunt, Manus *c* habent, & non † palpabunt, *d* pedes habẽt, & non *e* ambulabunt, non *f* clamabunt in † *g* gutture *h* ſuo. *i* Similes illis fiant qui *k* faciunt ea, & *l* omnes qui confidunt in eis. *m* Domus Iſraël, *n* ſperauit in Domino, *o* adiutor † & *p* protector *p* eorum eſt. *q* Domus Aaron *r* ſperauit in Domino, *ſ* adiutor † & protector eorum eſt. *t* Qui timent Dominum *u* ſperauerunt in Domino, *x* adiutor † & protector eorum eſt.

al † contrectabunt ſaucibus ſuis.
al. † eorum.
al. † eorum.
al. † eorum.

Moral. de Prælatis.

* dient,] ea quæ debent audire.

Mali prælati non audiunt:
- Lectionem, *Deut.* 17.d. Poſtquam ſederit in ſolio Regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis,
- Conſilium, *Eſt.* 1.c. Faciebat cuncta conſilio ſcientium leges ac iura maiorum, ſcilicet Chriſti, & Apoſtolorum. Sed nunc ipſi conſilium Altiſſimi irritauerunt, & conſilio Aduocatorum adhæſerunt.
- Correctionẽ, ſicut Petrus Pauli, quando ei reſtitit, in faciem quia reprehenſibilis erat, *Gal.* 2.c. Sed modò omnes habent infirmitatem quæ dicitur, noli me tangere, quæ ad literam eſt diuitum.
- Clamorem pauperum, quorum bona habent. Vnde eis præcipuè dicit *Ieron.* Paſce pauperem, ſi non paueris, occidiſti.
- Petitiones viduarum, & pupillorum, *Iſa.* 1.f. Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. *Ierem.* 7.e. Non audierunt, neque inclinauerunt aures ſuas. *Iſa.* 42.c. Surdi audite, & cæci intuemini.

Et quod hæc de Prælatis intelligenda ſint, exponit. *Iſa.* 42.c. Quis cæcus niſi ſeruus meus, & ſurdus niſi ad quem nuncios meos miſit. *a* Nares habent] ad odorandum eſcas, & vinum, & ſuaues odores, ſed. *b* Non odorabunt] ſpiritualia, ſcilicet odorem Paradiſi cum ſponſa, quæ dicit *Cant.* 1.a. In odore vnguentorum tuorum curremus. *c* Manus habent, &c. Manus Prælatorum ſunt eorum miniſtri, de quibus *Mat.* 18.a. Si autem manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice eam abs te. Iſtis manibus non palpant palpanda, ſcilicet vulnera, & miſerias infirmorum releuando, ſed palpant lucrum, ſcilicet temporalia. *Abac.* 2.b. Vſquequo aggrauat contra ſe denſum lutum? Qui habet manus inuolutas chirotecis perforatis, non benè poteſt palpare. *Gen.* 27.c. Pelliculas hœdorum circundedit manibus. Pellis piloſa in manu, ſignificat mortalia temporalia in poſſeſſione. Sunt autem multi tales qui etiam prædicant contemptum temporalium, ideo de illis poteſt dici quod ſequitur in *eod. ca.* Vox quidem vox Iacob eſt, ſed manus ſunt Eſau. *d* Pedes habens] ſcilicet affectus, ſed corruptos. *e* Et] ideo [non ambulabunt] poſt Deum proficientes, & euntes de virtute in virtutem. Nec mirum, quia ſpinæ infixæ ſunt in pedibus eorum, ſcilicet diuitiæ in affectibus, propter hoc dicit Dominus quod de facili non ambulant in Paradiſum, *Mat.* 19.c. diues difficile intrabit in regnum cœlorum, quia ſcilicet habet ſpinas in pedibus, & non potes ire. *f* Non clamabunt] quod tamen præcipitur *Iſa.* 58.a.

Hugonis Card. Tom. II.

Clama ne ceſſes, ſcilicet canendo, prædicando, legendo, &c.

g In gutture] non eſt mirum, quia aliis occupatur guttur eorum, ſcilicet in cibis examinandis. *Iob.* 33.a. Guttur eſcas guſtu diiudicat. *Pſal.* 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, ſcilicet ad multas eſcas recipiendas, & quandoque ita fœtet os talium, ſicut ſepulchrum. *h* Suo] ſed clamant in alieno, ſcilicet per vicarium, quem ipſi ad clamandum quandoque mittunt, vt ipſi in otio remaneant. Sed in illo otio multa peccata faciunt quæ docet otioſitas. Exemplum de Dauid 2. *Reg.* 11.a. qui cùm debuiſſet ire in prælium, miſit vicarium, ſcilicet Ioab, & ipſe interim otioſus perpetrauit adulterium, & tandem homicidium. Dicitur enim ibi ſic: Ego tempore quo ſolent Reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab. Et ſequitur: Dauid autem remanſit in Ieruſalem, &c. *i* Similes illis fiant] ſicut in culpa, ita & in pœna. *k* Qui faciunt ea] qui tales Epiſcopos & Prælatos eligunt. *Sap.* 14 a. Idolum maledictum eſt, & ipſum, &c. ſcilicet idolum. De quo *Zach.* 11.d. O paſtor, & idolum, &c. *l* Et omnes, &c.] vt per eos exaltentur ſuper terram. *Ierem.* 17.a. Maledictus qui confidit in homine, &c. *Iſa.* 42.c. Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili.

m Dominus Iſraël] Poſtquam ſimulacra Gentium inania eſſe demonſtrauit, modò vtilitatem Chriſtianæ Religionis oſtendit, quaſi dicat gentes cõfidunt, & ſperant in ſimulacris, quæ non poſſunt iuuare, Domus autem Iſraël, id eſt, generalis Eccleſia. *n* Sperauit in Domino.] Et hæc ſpes non videtur, vnde expectat per patientiam. Quæ patientia vt perduret vſque in finem, ipſe Dominus eſt. *o* Adiutor] in bonis agendis, & adipiſcendis. *p* Et protector,] in malis vitandis. *p* Eorum,] ſperantium. Et ne quis forte putet quod id quod minores expectant in ſpe, iam habeant maiores in re, de maioribus idem dicit. *Allegorice.* *Rom.* 8.

q Domus Aaron,] id eſt, etiam ordo Prælatorum & ſacerdotum. *r* Sperauit in Domino] & ipſe adiutor, & protector eorum eſt, vt & ipſi in ſpe, & patientia perſeuerent. Ne autem ſpes eorum præſumptio videatur, oſtendit quòd ſpes non eſt ſine timore: vnde dicit. *t* Qui timent Dominum] quaſi dicat tam maiores quàm minores timent Dominum: Et ipſi timentes non deſperant, ſed. *u* Sperauerunt in Domino, & non fraudabuntur à ſpe ſua, quia ipſe adiutor, & protector eorum eſt. Nos tamen Dei miſericordiam noſtris

A meritis

Moraliter. Moraliter. *m* Domus Iſraël, &c.] Per domum Iſraël intelligitur Religio, quæ videt Deum in contemplatione, & guſtans quoniam ſuauis eſt Dominus, ſperat in Domino ex toto, non ponens ſpem ſuam in diuitiis. *Eccl.* 31. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum nõ abiit, &c. Qui autem ſperant in eo, non fraudantur à ſpe ſua, vnde addit. *o* Adiutor, &c.] *Pſal.* 17. Protector eſt omnium ſperantium in ſe. Nota quod Religioſi ſunt milites Chriſti, qui ſumunt bellum contra Mundum, carnem, Diabolum. Miles autem in bello, aut impetit, aut impetitur. Qui igitur fortiorem ſe impetit, indiget adiutore: Qui autem impetitur, indiget protectore: Ideo dicit quod Dominus eſt adiutor eorum & protector. Notandum autem quod duo ſunt maximè quæ excitant in homine ſpem. Primum eſt experientia diuinæ bonitatis, & hoc in contemplatione percipitur. De hac loquitur iſte primus verſus: Domus Iſraël ſperauit, &c. Et hoc dictum eſt *ſup.* Et ſperent in te qui nouerunt Nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. Secundum eſt cumulus bonorum operum, de quo habetur in ſeq. verſ. *Duo excitant ſpem in homine.* *Pſal.* 9.

q Domus Aaron, &c.] Aaron enim interpretatur montanus, vnde ſignificat culmen bonæ vitæ, in quo ſi quis eſt meritò ſperat in Domino. Vnde & *ſup. dicit Pſal.* 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſic ſperate in Domino. Et quia ſpes non confundit, addit. *Rom.* 5.a.

ſ Adiutor & protector, &c. [*vt ſup.* Et hæc duo quæ ad ſpem nos excitant, in diffinitione habentur quam ponunt Magiſtri: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis præcedentibus, & gratia prouenientis. Sed quia, vt dicit *Greg.* ſpes ſine timore luxuriat in præſumptionem, & etiam timor ſine ſpe degenerat in deſperationem, propterea ſimul habendæ ſunt: vnde eas coniungens, ſubdit. *Definitio ſpei.*

t Qui timent Dominum, ſperauerunt in Domino.] Hæ ſunt duæ molæ inter quas debet moli cor hominis, vt inde panis fiat delectabilis Domino, quæ non debent à ſe inuicem diſiungi, ſicut prohibitum eſt *Deut.* 24.b. Non accipiet loco pignoris ſuperiorem & inferiorem molam. Superior eſt ſpes, inferior eſt timor, & talium. *x* Adiutor, & protector eorum eſt] non ſolùm in ſpirituali bello, vt dictum eſt, ſed etiam in temporali ſubſidio, ſecundum quod ſuprà dictum eſt *Pſal.* 36. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Et iterum *Pſalm.* 110. Eſcam dedit timentibus ſe. Nota quòd ter dicit hic, Adiutor & protector eorum eſt, vt

* ſit Deus

A meritis non præuenimus, vnde dicit.*a* Dominus,] qui quasi diu videbatur oblitus. *b* Memor fuit nostri,] vt misso Filio nos conuerteret. vnde sup. illam obliuionem molestè sustinens dicebat *Psalm.* 12. Vsquequo Domine,&c. Et hic quasi respondens dicit, quod non in finem, quia Dominus memor fuit nostri, quia vbi venit plenitudo temporis,&c. *Gal.* 4.2.c. Et] per eundem Filium benedixit nobis conuersis. Quibus nobis subdit.*a* Benedixit domui Israël,] id est, vniuersali Ecclesiæ videnti Deum per fidem. *e* Benedixit,&c.] id est, Pontificibus & Prælatis. Et nullo excluso. *f* Benedixit omnibus,&c.] *Gen.* 22. d. In semine tuo benedicentur omnes gentes, id est, in Christo qui descendit de Abraham. Et in ipso omnes fideles benedicti sunt benedictione gratiæ. Illam autem benedictionem multiplicari & augeri petit Propheta, cùm subiunxit.

al. † nos
al. † domum
al. † domum
al. † omnes timentes
al. † magnis.
al. † à

a Dominus *b* memor fuit nostri, & benedixit † *c* nobis. Benedixit † *d* domui Israël, *e* benedixit † domui Aaron. Benedixit † *f* omnibus qui timent Dominum, *g* pusillis cum † maioribus. *h* Adiiciat Dominus super vos, *i* super vos, & *k* super filios vestros. Benedicti *l* vos † Domino, *m* qui fecit cœlum, & *n* terram. *o* Cœlum cœli *p* Domino, *q* terram autem *r* dedit filiis hominum.

h Adiiciat Dominus super vos,] maiores.*i* Super vos,&c.] minores subditos. Vel sic.*h* Adiiciat Dominus,&c.] ô Iudæi qui credidistis. *i* Super vos,] ô Gentiles conuersi. *k* Et super filios vestros,] qui vsque in finem sæculi sunt vos imitaturi in fide. Et ita fecit Dominus, quia adiecit,& ad numerum, & meritum ipsorum, vt sc. crescerent,& numero,& merito. Vnde de Iudæis dicitur *Act.* 2. g. Dominus autem augebat qui salui fierent,&c. Et præmiserat de ipsis, quod erant habentes gratiam ad omnes populum. De Gentibus autem dicitur *Act.* 13. g. Audientes Gentes gauisæ sunt,& glorificabant verbum Domini, &c. In figura huius multiplicationis Rachel quæ significat Ecclesiam, dixit *Gen.* 30. d. Addat mihi Dominus filium alterum. Et quod ita sit sicut petit, ostendit dicens,*l* Benedicti vos,] vel sic dico, benè adiiciat, sc. ad benedictionem quam habetis iam, quia estis benedicti vos à Domino, sc. vos, tam patres, quàm filij. Quomodo? Quia id quod estis patres, sc. maiores,& filij, sc. minores in fide ab ipso recepistis, vnde addit.*m* Qui fecit cœlū,]i. superiores Prælatos.*n* Et terram,]i. inferiores subditos. Isti.n. tam minores, quā maiores à Deo habent fidem,& doctrinam. Sed differenter, quia maioribus magis reuelat Dominus, & quasi ipse per se docet eos, sicut planum est de Apostolis. Minores autem docet per medium, sc. per ipsos maiores, vt per omnes creaturas. Quod vult dicere litera quæ sequitur.*o* Cœlum cœli, &c.] Ac si dicat, maiores in Ecclesia qui dicuntur non tantum cœlum propter cœlestem vitam,& quia minores quasi terram infundunt lacte simplicis doctrinæ quasi pluuia, sed & dicuntur cœlum cœli, quia sunt digniores cœlo visibili. Isti inquam sunt.*p* Domino,] supple dociles, quia ab eo per inspirationem docentur.*q* Terram autem,]i. quamlibet creaturā visibilē.*r* Dedit filiis hominum,]i. minoribus quibus vi-

A sibilia

Moraliter. * sit Deus adiutor in bellis trium turmarum, de quibus *Iob.* 1. d. Chaldæi, i. Dæmones fecerunt tres turmas, quæ sunt luxuria, auaritia, superbia. Primò frequenter insultat luxuria in feruore iuuentutis; deinde auaritia, quæ duæ si vincantur, fortius insurgit superbia, quæ est quasi retrograda in exercitu Diaboli. Vnde dicit *Greg.* Valde cauendum est vitium quod de victoria surgit vitiorum. Vnde etiam versus:

Versus.

Cùm benè pugnaris, cùm cuncta subacta putaris
Quæ magis infestat vincenda superbia restat.

Necessarium ergo est triplex adiutorium in tribus viribus animæ, ne concupiscibilis vincatur à turma luxuriæ, aut rationabilis à turma auaritiæ, aut irascibilis à turma superbiæ. Et hoc adiutorium dicit Religiosus, vel iustus se habuisse, dicens.

a Dominus memor fuit nostri,] q.d. adiuuit nos, sicut diues dicitur memor esse pauperis, quando dat illi, sup. *Ps.* 105. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.*c* Et benedixit nobis,]i. bona dedit spiritualia. *Prou.* 10. c. Benedictio Domini diuites facit. Et *sup. Ps.* 3. Super populum tuum benedictio tua, [nobis,] Quibus? Ecce.*d* Benedixit domui Israël,&c.] i. contemplatiuis Deum intuentibus, & actiuis, qui montem, & cumulum bonorum operum sibi constituunt, *Gen.* 59. c. Benedicet tibi Benedictionibus cœli desuper, hoc quantum ad contemplatiuos, benedictionibus abyssi iacentis deorsum,

Duplex Dei benedictio.

quantum ad actiuos. Vel per domum Israël Religiosi; per domum Aaron Prælati intelliguntur. His & illis Dominus.

Sed duplex est eius benedictio, sc. dextræ,& sinistræ: Dextra, dat bona spiritualia, & æterna. Sinistra, dat temporalia. *Prou.* 3. b. Longitudo dierum in dextera eius,&c. vtraque benedictione benedixit Ecclesiæ,& Religiosis,& Prælatis antiquis, quia abundauerunt in spiritualibus bonis, propter hoc data fuerunt eis temporalia bona. Moderni verò negligunt benedictionem dexteræ,& appetunt benedictionem sinistræ: & multi perdunt illam propter istam,& non acceptantes benedictionem dexteræ, dicunt cum Esau, *Gen.* 27. f. Nunquid vnam benedictionē tantùm habes pater? q.d. nos non possumus, nec volumus laborare ad acquirendum illam vnam, de qua dicit *Dauid. Ps.* 26. nam petij à Domino,&c. sed aliam da nobis. Quod & in facto alio Esau figuratum est, in eo, sc. quod vēdidit primogenita sua pro lentis edulio, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset, *Gen.* 25. d. Et iterū in facto filiorum Ruben,& Gad: *Num.* 32. a. qui noluerunt expectare quod daretur eis sors in terra promissionis, sed petierunt,& acceperunt extra terrā promissionis, terras aptas animalibus alendis. Benedictionē autem istam sinistræ participant omnes tam boni quàm mali, licet alij plus, alij minus, quia Dominus ita largus est quod etiā inimicos suos pascit,& dat eis munera temporaliū bonorū, *Matth.* 5. b. Qui Solē suū facit oriri super bonos,& malos,& pluit, &c. Sed benedictionem dextræ tantū habent boni, de qua subdit:*f* Benedixit omnib.&c.[quia omnes timentes Deum,& soli tales habēt hāc benedictionē, quia vt dicitur *Eccl.* 1. c. Qui sine timore est, nō poterit iustificari. Et omnib. talibus est eius benedictio, quia non est personarū acceptor Deus, sed in omni gēte qui timet Deū,& operatur iustitiā, hic acceptus est illi, sicut dicitur. *Act.* 10. Et hoc magis exprimit cùm addit.*g* Pusillis,&c.] quia, vt dicitur *Sap.* 6. b. Pusillum & magnū ipse fecit,& æqualiter est ei cura de omnibus. Vel pusillos,& maiores eosdē possumus dicere, sc. iustos, qui sunt pusilli per humilitaté, sed magni per vitæ veritatem. De paruitate eorum dicit Dominus *Luc.* 12. d. Nolite timere pusillus grex,&c. De maioritate. *Matt.* 5. c. Qui autē fecerit sic docuerit,&c. Cùm autem videmus, vel audimus Dominum sic benedictionem suam aliquibus dare, debemus cōgratulari eis & multiplicationem bonorū eis exorsire, vnde in persona congratulantium prædictis benedictionibus addit:

h Adiiciat Dñs,&c.] i. maiorem gratiam det vobis, vel etiam vos numero simul & merito multiplicet:*i* Super vos, & super filios vestros,] id est, imitatores vestros, vel opera vestra bona. Hanc multiplicationē optabat Apost. dicens 1. *Thess.* 3. d. Vos autem Dñs multiplicet,&c. Sed vbi nihil est, non potest fieri adiectio: vnde cùm dicit, adiiciat, supponit quod iam sit ibi aliquid, quod & aperit, cùm subiungit *l* Benedicti vos,[nō alij, quia sicut dicitur *inf. Ps.* 118. Maledicti qui declinãt à mãdatis tuis. Sed vos, qui vt dictum est sup. speratis in Dño, estis benedicti. Sed sicut dicitur *Iere.* 17. a. Maledictus qui confidit in homine. Et similiter qui in Mundo confidit. *Isa.* 31. a. Væ qui descendūt in Ægyptū ad auxiliū in equis sperantes.*l* A Dño] à quo omnis vera benedictio, *Eccl.* 11. c. Benedictio Domini in mercedem iusti festinabit. Mundus autē maledicit illis quib. Dñs benedicit,& è conuerso. *Mat.* 5. a. Beati estis,&c. Benedictio autē Mūdi magis est maledictio, vnde *Prou.* 27. c. Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens maledicenti similis est. *Ps.* 143. Beatū dixerunt populū cui hæc sunt, sc. tēporalia bona. Sed beatus populus cuius Dñs Deus eius. Cuius, sc. benedictio potest valere, cum sit Creator & Dominus omniū, vnde subdit.*m* Qui fecit cœlum & terrā]i. omnē creaturā cœli & terræ, *Iere.* 10. b. Dij qui non fecerunt cœlū & terrā,&c. Vel cœlū & terrā, i. contemplatiuos,& actiuos. Contēplatiui.n. Deo,& cœlestib. intendunt. Vnde dicit *Apost. Phil.* 3. d. Cōuersatio nostra in cœlis est. Actiui autē circa terrena & corporalia occupātur, sicut de vtrisq; dicitur *Luc.* 10. g. de Maria & Martha. Dicitur. n. quod Maria sedebat secùs pedes Dñi,& audiebat verbū illius: & in hoc vicē contēplatiuorum gerebat. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Et vtrumq; officium Dominus ordinauit, videlicet vt contemplatiui vacent Deo, & actiui infirmitatibus hominum seruiens. Hoc est quod subdit.*o* Cœlum cœli,] i. contemplatiui, qui cœlestes sunt,& in se cœli similitudinem gerunt,*p* Domino,] supple vacant, vel intendunt. Et sine determinatione dicitur, vt significantius dictum intelligatur, sicut *Cant.* 2. d. Dilectus meus mihi, & ego illi.*q* Terram autem,] i. actiuos.*r* Dedit filiis hominum,] vt humanis infirmitatibus subueniant,& seruiant. Vel sic ad literam: *o* Cœlum cœli,] cedit.*p* Domino, in partem suam.*q* Terram autem dedit filiis hominum,] ita est ad literam. Vnde potest videri quod non bonam partem fecerit nobis Deus: Sicut etiā dicit B. Bern. iunior frater suus, quando B. Bernar. cū fratribus suis

* voluit

A sibilia ista sunt litera, vt per cognitionem creaturæ veniat ad cognitionem Creatoris. Vel non mutato sensu prædicto, maiores dicuntur cœlum cœli respectu inferiorum, quibus pluuiam doctrinæ infundunt. Et licèt ipsi minores terra sint, tamen quia spes est, vt proficiendo fiant cœlū, & hoc intendunt maiores, ideo dixit cœlum cœli, & nō cœlum terræ: Vel de ipso Christo potest legi, qui præ omnib. aliis est & dicitur cœlū cœli. Hic est, & fuit Domino, i. ad honorē Domini patris. Vnde dicit *Io*.8. f. Ego honorifico, &c. terram autem, id est, Ecclesiam, dedit filiis hominum, id est, Apostolis & Prædicatoribus excolendam. Vel terram, sui Corporis, dedit Christus filiis hominum ad comedendum, *Mat*. 26. c. Comedite Christus filiis hominum ad crucifigendum, *Iob*.9.c. Terra data est in manus impij. Pro his autem omnibus laudandus est Deus. Sed non à peccatoribus, imò ab illis qui sunt in gratia, vnde subdit. *a* Non mortui,] in peccato.

Aliter. de Christo.

al. † Dominum.

al. † exaudiuit.

al. † deprecationis.

al. † inuocaui.

Non *a* mortui *b* laudabunt te Domine *c* neque omnes qui descendunt in Infernum. *d* Sed nos qui *e* viuimus *f* benedicimus † Domino, ex *g* hoc nunc & *h* vsque in sæculum.

Alleluia. *PS. CXIV.*

Dilexi *i* quoniam † *k* exaudiet *l* Dominus *m* vocem † *n* orationis meæ. *o* Quia inclinauit aurem suam *p* mihi, *q* & in diebus meis † *r* inuocabo. *s* Circundederunt me *t* dolores mortis,

b Laudabunt te, &c.] quia, vt dicitur *Eccl*.15.c. Non est speciosa laus, &c.] *c* Neq; omnes] i. omnes non qui descendunt in abyssum vitiorum, quia sicut dicitur *Prou*.18.a. Peccator cùm venerit in profundum, &c. id est, non laudat. Non illi laudabunt. *d* Sed nos,] dicit Propheta, annumerans se cum iustis. *e* Qui viuimus,] vitā gratiæ, non culpæ, postea victuri vitā gloriæ. *f* Benedicimus Domino,] id est, laudamus. *g* Ex hoc præsenti tempore. *h* Et vsque in sæculum,] quia in sæcula sæculorum durabit laudatio, sicut dicitur *sup*. *Psal*.83. In sæcula sæculorum laudabunt te.

Moral. * voluit intrare Religionem, & dixerunt iuniori, quod dimittebant ei totam hæreditatem suam, respondit: Non bonam partem facitis mihi, qui vobis cœlum accipitis, & mihi terram datis. Similiter posset dici Domino. Sed non est ita, quia si partimur Domino terram, ipse partietur nobis cœlum, *Eccl*.14.c. In diuisione sortis, &c. *Isa*.58.c. Egenos vagósq; &c. Ibi *Glos*. Da tectum, & accipe cœlum. Et hæc omnia oportet nos facere, dum tempus habemus, scilicet dum viuimus. Venit enim nox quando non licet operari, scilicet in morte. Vnde subdit. *a* Non mortui,] ad literam laudabunt te, id est, non facient opera meritoria, ad laudem tibi, ad meritum sibi. *c* Neque omnes, &c.] Vnde *Eccl*.9.c. Quodcunque potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud Inferos, quò tu properas.

Ioan.6.a.

d Sed nos, &c.] *Psal*.145. Laudabo Dominum in vita mea, id est, dum viuo in hoc corpore, vel in vita mea, id est, quādo viua. Et hoc erit laus eius. *Isa*.38.d. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie, viuens, scilicet vitā naturæ, & viuens vitā gratiæ. Et qui in hac duplici vita incipit eum laudare perseueranter, laudabit eum interminabiliter in tertia vita, s. in vita gloriæ, vnde & hic dicit. *g* Ex hoc nunc,] quo, scilicet, laudamus eum in vita naturæ, & in vita gratiæ. *h* Et vsque, &c.] futurum, quo laudabimus eum in vita gloriæ, & in Isa. quando dixit: Viuens viuens, &c. subiunxit de tertia visione, dicens: Domine saluum me fac, & Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini, scilicet in illa domo non manu facta in cœlis, vt dicitur 2.*Cor*.5.a. In qua mansiones multæ sunt, vt dicitur *Io*.14.a. de qua *sup*. *Psal*. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Ad quam domum & laudem nos perducat Dominus Christus laudandus in sæcula sæculorum, Amen.

EXPOSITIO PSAL. CXIV.

Dilexi, &c.] Titulus [*Alleluia*.] Hoc tit. inuitat ad laudem Dei, quæ & dignitas operum, & pretium est laborū. Dignitas operum est in via. Nullum. n. opus dignū est nisi ad laudē Dei referatur. Pretiū laborū est in patria, in premiū. Et sic benè continuatur præced. Psal. in quo de Dei laude actū est, & in fine Psalmi de vtraq; laude, s. viæ, & patriæ expressū est, cū dicit, Benedicimus Dño ex hoc nunc, &c. Modus: Bipartitus est Psal. Primò Propheta tāquā ouis quæ errauerat reportatus, sicut habetur *Luc*.15.a. Et, tāquā filius prodigus qui perierat inuētus, vt *ibid*.g. habetur, de ista reductione de vitiis ad virtutes gratias agit. Secūdò reductionē de hac peregrinatione ad requiē patriæ peccatur, *ibi*: ò Dñe. Et primò potest exponi allegoricè de Ecclesia generali hæc 1. pars, vt sic dicat.

Partitio Psalmi.

i Dilexi.] Non dixit quid, quia nihil est diligendum nisi Deus, aut propter Deum. Ecclesiā autem non diligit amore mercenario, scil. pro bonis præsentibus sicut imperfecti, sed spe boni futuri. *k* Quoniā, &c.] Loquitur quasi in tēpore ante Incarnationē, in quo Dñs adhuc erat exauditurus. Nondū enim adhuc exaudierat vocē Ecclesiæ, i. congregationis bonorū quam petebāt Christi aduentū. Sic ergo legendum est: Exaudiet, &c. supple petentis Christi aduentum. Vel loquitur etiā post aduentū, & dicit: Quoniā exaudiet, &c. postulantis æterna. Et hoc spero. *o* Quia] iam [inclinauit aurem, &c.] mittendo filium suum in carnē ad passionē pro me. *Rom*.8.f. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam cum illo non omnia nobis donauit? *q* Et] in hac spe in diebus meis, i. in tempore gratiæ, de quo 2.*Cor*.6.a. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. *r* Inuocabo] intus vocabo, vel intensè vocabo Dominum. Et necesse habeo inuocare, quia. *s* Circundederunt me] vndique. *t* Dolores mortis,] i. tribulationes quæ vsque ad mortem corporum membra Ecclesiæ, scilicet sanctos Martyres inuaserunt, & adhuc quotidie non cessant, quia Ecclesia est A nauis

Alleg. de Ecclesia.

Vel de Christo allegoricè potest legi dilexi, dicit Christus, i. me diligere ostendi; quid, & vbi se diligere ostendit? In Passione ostendit se diligere Deum patrem, & hominem, quia passus est vt Deo Patri obediret, & vt hominem redimeret, quod vtrumque ex dilectione fuit. De primo, *Io*.14.d. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, supple moriar. Vnde *Gloss. interl*. q. d. Cur ergo morieris si non habes peccatum? quia Pater mandauit. De secundo, *Ioan*.15.b. Maiorem dilectionem habet nemo, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Passus est ergo Christus ex vi dilectionis, sed in spe resurrectionis, vnde addit. *k* Quoniam, &c.] pro resurrectione deprecantis. Et hoc scio. *o* Quia] iam [inclinauit aurem suam mihi] audiens me in his quæ postulaui ab eo: Sicut in resuscitatione Lazari, & in aliis. Vnde *Ioan*.11.e. dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebam, quia semper me audis. *q* Et] ideo [in diebus meis,] id est, in tempore vitæ meæ corporalis, quam de voluntate mea temporalem assumpsi. *r* Inuocabo Deum Patrem. Et merito, quoniam. *s* Circundederunt me dolores mortis; ad literam: *Thren*. 1. d. Attendite,

Alleg. de Christo.

i Dilexi, &c.] Moraliter. Potest legi eodem modo de viro iusto, sicut allegoricè lectum est de Ecclesia. Sed aliquantulum diffusius, & apertius persequamur. Dilexi, dicit iustus, & hoc est proprium iusti, quia vt dicitur *Cant*.1.b. Recti diligunt te, *Mat*.22.d. Hoc est primum, & maximum mandatum, scil. diligere Deum. Vnde cùm diligere sine determinatione ponitur, de dilectione Dei intelligitur. Et sicut non exprimit quid diligendum sit, ita nec exprimit quare principaliter diligendus est Deus, scil. propter suam bonitatem. Sed duas causas motiuas & antecessorias ponit, scil. spes de futuro bono, & recordatio de præterito. De prima causa dicit, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. De secunda addit: quia inclinauit aurem suam mihi. Dicit ergo. *l* Exaudiet,] i. ad exitum audiet: in quo notatur perseuerantia orationis, quæ necessaria est, *Luc*.11.b. Si perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illa surgens eo quod amicus eius sit, propter importunitatem, &c. *Iac*.5.d. Multùm valet deprecatio iusti assidua. *l* Dominus] qui potest dare. *m* Vocem.] Ecce magna consolatio quod Dñs etiam vocem orationis exaudit: Ergo multò fortiùs deuotionem cordis. *n* Orationis meæ] dicit vir iustus, *Ioan*.9.f. Scimus quia peccatores Deus non audit. Quod tamen intelligendū est quando peccatores pro aliis orant. Quandoque enim Deus audit peccatorē, sibiipsi veniam, & misericordiam postulantē, vnde & subdit: *o* Quia, &c.] suæ misericordiæ: *p* Mihi] in peccatis tacenti, sed tamen surgere volenti, & misericordiā humiliter postulanti Inclinatio enim Dñi nihil aliud est quam sua condescensio. Nostra autē inclinatio, est nostra humiliatio. Si ergo nos inclinemus per humilitatem, & ipse se inclinabit nobis. Vnde petebat *sup*. Inclina Dñe aurem tuā, & exaudi me, &c. Ecce humiliatio. Hæc ergo prædicta ad se inuicē cōsequentur ordine retrogrado, quia enim iā Dominus exaudiuit hominē, speret quod adhuc exauditurus sit. Et hæc duo sunt motiuā ad Dei dilectionem. Et propter hæc omnia confidentius orare debet, & perseuerantius, vnde addit. *q* Et, &c.] i. quandiu vixero. Hoc est quod *sup*. diximus: Si perseuerauerit pulsans, &c. Et necesse habeo inuocare, i. intus vocare Deū. quia exteriùs. *s* Circundederunt, &c.] sicut *sup*. de Ecclesia expositū est. Vel dolores mortis, sunt infirmitates & miseriæ humanæ quæ nobis inflictæ sunt propter mortem peccati primorum parētum, & nos ad mortē corporis ducunt. Vel per dolores mortis, carnalis cōcupiscentia intelligitur, quæ ad literā mortem * accelerat

Moral. de viro iusto.

Psal.85.

Luc.11.b.

Alleg. de Ecclesia.

A nauis Petri in medio mari huius sæculi fluctibus vndique verberata. Nec solùm tribulationibus circundatur, quæ corpora persequuntur, sed & tentionibus, quæ animabus inferuntur, vnde addit. *a* Et pericula Inferni,&c.] Tentationes dicuntur pericula Inferni, quia in tentatione est periculum, ne anima per consensum obligetur ad Infernum. Sed tamen Dominus custodit nauiculam Petri, scilicet sponsam Ecclesiam in hoc periculo, vt non periclitetur, sicut dixit Petro *Luc.*22.c. Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, ego autem, &c. Dicit autem Ecclesia, inuenerunt me, quasi non ego ea Reprobi enim inueniunt ista pericula, quia quærunt occasiones peccati. Illud enim non dicitur inuentum, quod licet habeatur prius, non quærebatur, sicut habetur in Ouid. *Sed non inuenta reperta es.* Electi autē Ecclesiæ filij nō quærunt occasiones peccatorum, in quibus sunt pericula Inferni, sed quærunt tribulationes, in quibus est via Paradisi, vnde & subdit. *d* Tribulationem,&c.] quasi quæsiui,& inueni. Et vt non deficerem, nomen Domini inuocaui.

al. † erue.
al. † saluum me facit.

& *a* pericula Inferni inuenerunt me *b* Tribulationem, & *c* dolorem *d* inueni, & *e* nomen Domini inuocaui. O *f* Domine † libera *g* animam *h* meam *i* misericors *k* Dominus & *l* iustus, & *m* Deus noster *n* miseretur. *o* Custodiens paruulos Dominus, *p* humiliatus sum & † liberauit me. *q* Conuertere anima mea in *r* requiem tuam,

Alleg. de Christo.

⊖ dite,& videte si est dolor, sicut dolor meus. *a* Et pericula Inferni,&c. id est, homines qui erant in periculo, ne ad Infernum traherentur per potestatem Diaboli, inuenerunt me. Sicut Andreas *Ioan.*1. f. Inuenimus Messiam. Latro etiam qui erat in periculo Inferni, inuenit eum in Cruce, *Luc.*23.f. Illi etiam qui erant in limbo Inferni inuenerunt eum, quia descendit ad Infernum, vt eos extraheret *Zach* 9.c. In sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua, id est, sensibilis pœna. Et ne quis crederet quod tribulationem mortis inuitus sustinuisset, addit. *b* Tribulationem & dolorem inueni.] quia eam, scil. veni quærere in terra, non coactus, sed voluntarius. *e* Et] in tribulatione illa [nomen Domini,] Patris [inuocaui,] dicens *Mat.*17.f. Eli Eli lamma zabatani.

Moraliter de viro iusto.

* accelerat, & inducit, & viuentem hominem affligit, vnde *Eccl.*31.c. Vigilia, & cholera, & tortura homini infrunito. Hoc est de gula. De luxuria autem, 1.*Cor.*6. d. Qui fornicatur in corpus suū peccat. *a* Et pericula Inferni, &c.] scilicet pericula auaritiæ, quæ dicitur Infernus, quia insatiabilis est *Prou.*27. c. Infernus, & perditio nunquam replentur, similiter sensus hominum insatiabiles. Laquei etiam auaritiæ dicuntur pericula Inferni, quia multos ad Infernum trahunt, 1.*Tim.*6.b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli & in desideria multa & inutilia, & nociua, &c. Hoc de se potuit dicere Dauid, & quilibet diues potest similiter dicere, & pericula Inferni, &c. Stultus ergo est qui propter transitorias diuitias periculis Inferni se exponit. *Eccl.*3.d. Qui amat periculum, &c. Nec solùm in diuitiis est periculum de futuro, sed & afflictio in præsenti, vnde addit. *b* Tribulationem,] scilicet tribulationem corporis, & dolorem cordis, quæ inueniuntur in diuitiis. Nec mirum, quia diuitiæ sunt spinæ, & pungunt corpus labore, & cor dolore. Est enim labor in acquirendo & custodiendo, timor in possidendo, dolor in amittendo. Vel de quolibet etiam iusto exponitur.

b Tribulationem,] corporis exteriorem. *c* Et dolorem,] cordis interiorem. *d* Inueni,] i. pro bona inuentione reputaui *Iob.* 6.b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat *Greg.* Sancti pœnas temporales libentius tolerāt, quia per eas æternas euadere non dubitant. Ipsæ autem pœnæ & tribulationes cogunt hominem ad Deum refugere, & clamare, vnde subdit: *e* Et nomen,&c.] *sup.* In tribulatione mea inuocaui Dominum,&c. Bonum est autem inuocare, quia, *Ioël.*2.g. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini,&c.

Peccata circundant.

- Ab anteriori, per contemptum æternorum, *Psalm.*105. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
- A posteriori, per amorem terrenorum. *Ierem.*7.e. Facti sūt retrorsum, & non in ante.
- A dextris, per prosperitatem blandientem, *Prou.*1.d. Prosperitas stultorum perdet eos,
- A sinistris, per aduersitatem frangentem, *Iob.*36.c. Caue ne declines ad iniquitatē. hāc enim cœpisti sequi post miseriā, & *Pro.*6.b. Furator vt esurientem impleat animam.
- A superiori, per præsumptionē de impunitate, *Ezech.*12.f. In longum differentur dies, & peribit omnis visio.
- Ab inferiori, per desperationem de venia, *Gen.*14 b. De

Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. *f* O Domine,] Secunda pars, vbi reductionem de hac peregrinatione ad requiem patriæ precatur tā Ecclesia quàm Christus quàm vir iustus. Sed quia expositio allegorica de Ecclesia parum differt à morali de viro iustó: Ideò non oportet eam prosequi, sed tantum allegoriam de Christo prosequamur. Supra dixit Christus in Passione constitutus: Tribulationem & dolorem inueni, scilicet in Passione, & nomen Domini inuocaui, sic, scilicet dicens: O Domine Pater. *g* Libera animam meam,] s. à morte, vel vt non moriar, secundum quod ex sensualitate petiit. *Mat.*26.d. Transeat à me calix iste. Et *sup.* Erue à framea Deus animam meam. Vel vt in morte non detinear, sicut *sup.* ex ratione petiit. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Et *alibi* dixit: Non derelinquas animam,&c. Et hoc vltimo modo verius exponitur quod hic dicitur: Quod notatur, quia non dixit, libera corpus, sed libera animam meam. Vnde & patiens in corpore dixit *Luc.*23.g. Pater in manus tuas,&c. quasi dicat, corpus dedi, & exposui crucifixoribus, sed spiritum tibi commendo. Et quasi ad discipulos, vel ad Matrem quæ stabat iuxta Crucem eius, dicit: *i* Misericors Dñs,] q.d. non dubitetis, ó tu Mater, & ó vos discipuli, quia Dominus Pater liberabit me, quia ipse Dñs Pater est misericors, vnde respiciet miseriam, & dolorem meum.

Secunda pars.

Alleg. de Christo.

*Psa.*21.
*Psa.*34.
*Psa.*15.

l Et iustus.] Vnde, quia sine meritis meis sustineo Passionem, & ignominiam, suscitabit me ad requiem, & gloriam. Non tantum misericors habitu, vel affectu, sed. *m* Et Deus noster miseretur,] effectu. Vnde de liberatione mea certus sum, quia tam de misericordia, quàm de iustitia est ipse Dominus Pater:

o Custodiens,&c,] i. humiles: ego autem. *p* Humiliatus,&c.] & ideo, [liberauit me,] i. liberabit. Ponendo autem præteritū se certum esse ostendit. Hoc est quod dicit Apost, *Phil.*2.a. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, &c. Certus ergo de liberatione sua alloquitur animam suam, & consolatur, dicens: *q* Conuertere,&c,] de labore, & dolore. *r* In requiē tuā.]Hoc propriè soli animæ Christi conuenit, quia æterna requies propriè sua

A est

Moraliter. de viro iusto.

Moraliter. Dicit vir iustus suspirans ad patriam cœlestem: *f* O Domine libera,&c.] de corpore mortis huius, vbi sicut in carcere tenetur. Sicut dicebat *Apost Rom.*7.d. Infelix ego homo,&c. Et quasi congratulans aliis iustis, dicit se securum esse de liberatione, & de deductione ad patriam, quia *i* Misericors,&c.] Hoc sciunt omnes. Sed ex hoc confidit vir iustus, qui suprà dixit se tribulationem & dolorem sustinere, & hoc reputat sibi fieri ex iustitia Dei, qui eum hic pro delictis castigat. Idem ergo est, ac si dicat, hoc quod Dominum scio iustum esse, & misericordem, & quod iam iustitiam eius in mea castigatione experior, securum me facit de misericordia, qua liberabor, & ad requiem introducar, quia & hoc ipsum quod hic corrigit, misericordia est, vnde addit: *m* Et Deus, &c.] *Aug.* Magna misericordia est in præsenti misericordiam non consequi, 2.*Mac.*6. c. Statim vltiones adhibere, &c. *Heb.*12. b. Flagellat omnem filium, &c. Notanda autem sunt singula verba, cùm dicit: *f* O Domine,] exprimitur confessio seruitutis, quod non potest dicere qui seruit mammonæ, quia nemo potest duobus dominis seruire. *g* Libera,]ecce confessio infirmitatis & captiuitatis. *h* Animam meam,] non dicit corpus, ecce confessio immortalitatis animæ, *Mat.*10.c. Animam non possunt,&c. *i* Misericors,] in creando. Hoc contra Manichæos, qui dicunt Deum malum esse, & duo ponunt principia, *k* Dominus,] in gubernando & præcepta dando. *l* Et iustus,] in puniendo, contra Origenistas, qui dicunt etiam Dæmones saluandos. *m* Et Deus,&c.] carnem nostram sumendo, hoc contra Arrianos. *n* Miseretur,] errantem reuocando, & pœnitentē recipiendo. Hoc contra Catharos, qui veniā negant. Nec solùm sic miseretur: sed & custodit. Vnde sequitur. *o* Custodiens,&c.] i. humiles, qui se custodiæ eius committunt, 1. *Pet.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei,&c. *Prou.*9.a. Si quis paruulus est,&c. Et quia sic custodit humiles: *p* Humiliatus,&c.] ipse liberauit me à laqueis Diaboli. Vnde & in vita B. Antonij vel Mauri dicitur, quod ostēsi sunt ei laquei multi, & stupefactus quæsiuit: Domine quis euadet omnes istos laqueos? Et responsum est ei. Sola humilitas. Cū autem liberatus est homo à peccatis, tunc debet vacare Deo & sibi, vnde benè addit. *q* Conuertere, &c.] i. tota mēte & toto desiderio verte ad Deū cōtemplandū, qui est requies tua, extra quē non est quies, *Eccl.*24.a. In omnib. requiē quæsiui, supple, & non inueni, & ideo in hæreditate Dñi morabor

Anagogicè de iustis morientibus.

Isti autem tres vltimi versus magis propriè possunt exponi anagogicè de ipsis iustis morientibus, morte corporis, qui tunc possunt dicere:

q Conuertere,&c.] æternam. *r* Tuam] i. tibi paratā, *Apoc.*14.c.

⊖ Beati

A est tamen ibi intrauit per arctam viam Passionis, sicut dicitur *Luc.24.d.* Oportuit Christum pati,&c. Ergo secundum quod dicit *B. Ber.* quomodo sine passione & tribulatione intrabit homo in alienam,vel non in suam?Dico,conuertere,ô anima,i.simul cum corpore vertere in illam requiem.Et hoc. *a* Quia,&c.]dans tibi potestatem hanc,vt ad corpus reuertaris, & cum eo in requiem conuertaris. Et quasi quis quæat? O tu Christe, quare ita dicis animæ tuæ?Subdit.*b* Quia. &c.] i.eripiet.Et. *c* Oculos,&c.] quas fundo in Passione pro peccatis humani generis. *Heb.5.b.* Cũ clamore valido,&c. Illas autem lacrymas, vt dictum est,effundebat pro peccatis hominũ, non pro suis, quia ipse peccatum non fecit, vnde addit. *d* Pedes meos,] supple,eripuit Dñs. *e* A lapsu] peccati.Ipse enim non ambulauit per viam peccatorum, de qua in *Psal.34.* Fiat via illorum, &c. Et ideo placuit Deo semper & placebit. Vnde bene in Baptismo Christi paterna vox audita est: Hic est Filius meus dilectus,&c.*Mat.3.d.*& *Luc.3.e.* Tu es Filius meus dilectus in te,&c.q.d.Pater, iste filius meus non baptizatus est, vt à peccatis mundaretur,sicut alij homines,qui & ante Baptismum placuit mihi, quia semper sine peccato fuit. Et sicut ante,ita & post & in æternum placebit. Vnde bene addit Christus. *f* Plac.Dom.]Patri. *g* In regione,&c.]s.in cœlo, vbi post Ascensionem meam ad dexteram eius sedebo.

a quia Dominus benefecit tibi. *b* Quia eripuit animam meã de morte, *c* oculos meos à lacrymis, *d* pedes meos à *e* lapsu. *f* Placebo Dño in *g* regione viuorum. *Alleluya.*

PSAL. CXV.

CRedidi *b* propter quod *i* locutus sum, *k* ego autem *l* humiliatus sum nimis. *m* Ego dixi in *n* excessu meo, *o* omnis homo *p* mendax.

Moraliter. * rabor,i.in Deo qui est hæreditas mea,*Ioan.16.g.* Hæc locutus sum vt in me pacẽ habeatis,&c. *Aug. in lib. Confess.* Inquietum est cor nostrum Dñe donec perueniat in te.Et mirũ est, quod cùm omnia requiẽ quærant,s.lapis,auis,nauis,fera,&c. solus homo laborẽ quærit.*Isa.57.d.* Impij quasi mare feruẽs, &c.Est autem magnũ beneficiũ Dei,quòd dat homini,vt possit quiescere in ipso,vnde addidit. *a* Quia,&c.] *Exod.16.f.* Videte quod Deus,&c. Et dicit *Greg.* Israel accepit sabbatũ in munere, Ægyptus percutitur muscarũ multitudine. *Heb.4.a.* Quib. iuraui in ira mea,&c.Et sequitur: Itaque sabbatismus relinquitur populo Dei,q.d.non alij.*Ioan.14.d.* Pacẽ relinquo, &c. Istum vers.propriè potest dicere homo religiosus, qui mundum, & diuitias, & delicias Dei beneficio reliquit,vt in solo Deo quiescat. Sed diuites & mundani,qui sæcularib.negotiis implicati sunt, possunt dicere conuertere,&c. in laborẽ tuũ, benefecit dico. *b* Quoniam,&c. i.à peccato, quod est mors animæ. Et per hoc. *c* Oculos,&c.]quas oportet fundere pro peccatis. Et quomodo vtrunque fiat, subdit, quia,s.eripuit. *d* Pedes,&c.]vt non laberer in foueã peccati de via iustitiæ. Ac per hoc. *f* Placebo,&c.]i.in Ecclesia,in qua regnat super terram corporum & spirituum suorum viuentium per gratiam. Nam qui labuntur Domino non placent, sicut dicit Dominus. *Ierem.* 14. b. Populus iste dilexit mouere de via, scilicet, iustitia pedem, & Domino non placuit.

Anagogicè. ⊖ Beati mortui qui in Domino moriuntur,amodò enim iam dicit Spiritus,&c. *a* Quia, &c.]te custodiendo à peccato, & ad gloriam æternam te vocando, quod petit, *inf.* Benefac Domine bonis, &c. *b* Quia,&c.] quiã s.ponit in æterna vita, *1.Cor.15.g.* Absorpta est mors in victoria.*Apoc.2.c.* Qui vicerit,non,&c. *c* Oculos, &c.] quia ibi erit gaudium interminabile.*Apoc.21.a.* Absterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis eorum,&c.*Isa.25.* Auferet Deus omnem lacrymam ab omni facie. *d* Pedes, &c.] Statuentur enim tunc supra petrã Christum pedes affectus, & intellectus. Et non poterit affectus corrũpi,nec intellectus decipi.Et tũc *f* Placebo,&c.]i.in cœlo,de quo *sup.* Credo videre bona Dñi,&c. Cœlũ autẽ bene dicitur regio, quia ibi omnes erunt Reges. Mundus autẽ non est regio,sed carcer non solùm hominum, & Dæmonum.

EXPOSITIO PSAL. CXV.

CRedidi.] Titulus[*Alleluya*,] in præced.Psal.habitum est de agone pœnitentium; in isto habetur de constantia Martyrum. Et hæc duo bene inuicem se sequuntur, secundũ quod dicitur *Exod. 26.* quod sagis cilicinis pelles rubricatæ supponebantur. *Partitio Psalmi.* Hic ergo pro victoria Martyrum, gratias agit, & Deũ laudat in persona eorundem Martyrũ, quod innuitur in tit.Per hoc etiam patet intentio,scli.laudare Deum. Modus: Bipartitus est Psalmus.Primò in persona Martyrum, beneficia Dei sibi facta commemorat promittendo se per retributionem calicem bibere Passionis. Secundò in persona eorundem se filium Ecclesiæ & seruum Dei dicit,*ibi*: O Domine,quia ego. Primò ergo Martyr Christi pro omnibus loquens inter beneficia Dei,quę ad martyriũ promouẽt,fidem ponit, quæ est fundamentum. Vnde dicit credidi. Secundò, *Alleg. in persona Martyrum.* ponit confessionem ipsius fidei,cùm dicit: propter quod locutus sum. Tertiò,patientiam passionum,cùm dicit:Ego,&c. Dicit ergo. *h* Credidi]in corde. *i* Propter, &c.] in ore. Vera enim fides causa est confessionis. Et non sufficit fides, nisi quando oportet sequatur confessio,*Rom.10.b.* Corde creditur ad iustitiã,&c.Non enim salus est, sed magis damnatio ei qui licèt credat in corde, in ore tamen propter timorem, vel erubescentiam confiteri non audet, vnde dicit Dominus, *Luc. 9. d.* Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, &c. Et quia Martyr Christi hoc ipsum credit quod præmium est confitentibus, & peccatum non confitentibus non tantùm dixit: Credidi & locutus sum,sed dicit: credidi propter quod locutus sum, licet ex hac locutione contra me concitarem crudelitatem Tyrannorum infidelium, vnde sequitur.

k Ego,&c.] i. multas tribulationes, & iniurias passus sum propter verbum Dei,quod credens confitebar,& prædicabã. Sed quod dicit,ego autem discretiuè debet legi,q.d.ego non verbum Dei, secundùm quod dicit egregius Martyr,& testis Christi, & Apost.2.*Tim.3.* b. Laboro in Euangelio vsque ad vincula,quasi malè operans,&c. Et dicit nimis ad denotandã immensitatem tribulationum,& tormentorum,in quibus ex humana infirmitate pauebãt Sancti, qui pauor dicitur excessus mentis,de quo subdit. *m* Ego]in tanta tribulatione constitutus. *n* Dixi,&c.] i.respiciendo in pauore infirmitatẽ meã cognoui,& dixi. *o* Omnis homo]ex se. *p* Mendax]est.Vel sic. Dixi in excessu meo,i.ad supernorũ contemplationẽ erectus cognoui.Et dixi quod omnis homo mẽdax ex se. Sicut Petrus qui de se præsumpsit,mendax inuentus est.Et in hoc notatur humilitas Martyrũ,quia nihil sibi attribuebãt.Vnde verus & humilis Martyr quasi nihil à se habens,quærit:Quid retribuã Dño?Sed antequã procedamus, videamus quid est quod dicit:Omnis homo mẽdax.Potest.n.obiici,quia *sup.*dicitur:Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ.Et hic dicitur,omnis homo mendax,ex quo videtur sequi.Ergo omnẽ hominem perdes. Sol. Est multiplex mendaciũ.Verbi de quo est illud:Perdes omnes,&c. Et est mendaciũ mutabilitatis,de quo dicitur hic:Omnis homo mendax.Sic etiam omne tẽporale mendacium est.Itẽ peccatum dicitur mẽdaciũ, *Ioan.8.f.* Cum loquitur mendaciũ,&c. Et sic etiã est omnis homo mendax. Quia *Prou.20.b.* Quis potest dicere mundum est cor meũ,&c.Et *1. Ioan.1.* Si dixerimus quoniam peccatũ non habemus,nosipsos seducimus, &c. Item diuitiæ dicuntur mendacium. *Osea 12. a.* Tota die mendacium, & vastitatem multiplicat. Item A mendacium

Moraliter primum versum sic exponit *B.Bern. h* Credidi] sequendo veritatem ad iustitiam. Et postea. *i* Locutus sum] confitendo peccata ad salutẽ. Et *l* Humiliatus,&c.]ad perfectionem, q.d.*Psal.118.* In veritate tua humiliatus sum. Vnde ex sua miseria perpendens alienas,subdit. *m* Ego,&c.] Sic se excedens, & veritati adhærens seipsum diiudicat, & neminẽ excipit, vt neminem decipiat, sciens quia omnes peccauerunt,& egent gloria Dei,*Rom.3.d.* Nec se excipit à miseria,ne excipiatur à misericordia. Vel sic possumus dicere vt dicat pœnitens. *h* Credidi] scil. vtilitatem confessionis. *i* Propter, &c.]confitendo peccata. Illa autem vtilitas est remissio peccatorum,de qua *Prou.28.b.* Qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem confessus fuerit,&c. Sunt autem quidam qui confitentur peccata sua ad iactantiam. Et hæc confessio non est ad salutem,sed debet esse in humilitate cordis, vnde addit. *k* Ego autem] in confessione mea. *l* Humiliatus sum.] Et hoc nimis, i. valde, quia s. superbus fui peccando,& Deo non obediendo. Et ideo etiam quia magnam pœnam merui, quæ non potest redimi nisi magna pœnitentia.*Eccl.7.b.* Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta impij ignis, & vermis, scilicet ignis gehennæ, & vermis conscientiæ. Et de hac superbia potest intelligi quod sequitur.

m Ego dixi,&c. quasi dicat, ita superbus fui, quod nolui, correctionem admittere.

Sed *n* Dixi in excessu meo,] scil. in excessu superbiæ.

o Omnis homo mendax,] i. nulli volui acquiescere in his, quæ mihi dicebant facienda,secundum quod dicitur *Ier.43.a.* Cum complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini, dixit Azarias, & Ioannam, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, mendacium tu loqueris, *Prou. 5. c.* Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus, &c. Vel sic, *m* Ego dixi in excessu meo,] scilicet, in excessu contemplationis, de quo *2.Corinth.5. c.* Siue mente excedimus Deo, *Thren.3.d.* Leuauit se super se. Ibi cognoui, & recognoui, quia dixi, quòd omnis homo mendax, i. vanus, siue vanitas, quia non est in eo veritas ex se. *Rom.3.a.*

 * Est autem

A mendacium dicitur idolum, *Isa.*44.c. Neque dicet, fortè mendacium,&c. *Ierem.*8.b. Apprehenderunt mendacium,&c. Videns igitur Martyr Christi suum ex se defectum, sed tamen de Deo confidens, dicit: *a* Quid,&c.] bonis supradictis, quæ retribuit mihi? Non dicit, dedit, sed retribuit, s. bona pro malis, q.d. non possum retribuere, cum ex me non processerit, nisi peccatū & mēdaciū. Ad quæstionem respōdet. *b* Calicem, id est, Passionē Saluatoris imitabor, de qua dicit *Matt.*26.c. Potestis bibere calicem, &c. *sup.* De torrente in via bibit. Passio autem dicitur calix, quia placita potio est, & quia sub mensura bibitur, id est, transitoria est, quia citò finitur. Accipiam dico, non confisus de meis viribus aut patientia, sed de Dei auxilio, vnde. *c* Et nomen.] Et ipsius auxilio. *d* Vota,&c. Vota] à volendo, i. illa quæ desidero, s. passiones & tribulationes. *e* Reddam] ei à quo accepi, vt sustinerem. Et hoc faciam, non in abscondito, sed *f* coram,&c.] vt habeat exemplum patientiæ. Et hoc faciam, vt Deo placeam, quia. *g* Prec.] est, i. chara & grata. *h* In conspectu,&c.] Propter hoc enim libenter moriebantur Martyres pro Christo, vt ei placerent, *Ierem.*25.g. Completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & dissipationes vestræ, &c.

al. † Istum versic. non habet.

al. † non habet quia.

a Quid retribuam Dño, pro omnibus quæ retribuit mihi? *b* Calicem salutaris accipiam, *c* & nomen Domini inuocabo. † *d* Vota mea Domino, *e* reddam *f* coram omni populo eius, *g* pretiosa in *h* conspectu Domini mors sanctorum eius. O *i* Domine † quia *k* ego seruus tuus, *l* ego seruus tuus, & filius *m* ancillæ tuæ.

Moraliter.

* Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, *Ps.*9 t. Veruntamen vani filij hominum,&c. Et ex quo ita sum mendax, & vanus & quasi nihil. *a* Quid] ergo [retribuam,&c.] i. iterato & multotiens tribuit. In creatione enim nostra tribuit nos nobis, & omnes creaturas quæ factæ sunt propter hominem. In recreatione autem dedit nobis seipsum Filius, siue Pater Filiū. Et hæc fuit retributio, i. iterata tributio. Quotidie autem non cessat iterum tribuere. Super hoc dicit *B. Bern.* Si totum debeo pro me facto, quid addam pro me refecto, & sic refecto? Nec enim tam facile fuit reficere quam facere, quia dixit & facta sunt. In refectione autem & fecit mira, & pertulit dura, nec tātū dura, sed & indigna. In 1. opere me mihi dedit, in 2. se mihi reddidit. Datus ergo, & redditus, me pro me bis debeo, quid Deo retribuam, pro se? Nā etiam si millies me rependere possem, quid sum ego ante Deum?

Triplex calix Iudæ.

b Calicem,&c.] s. pœnitentiæ & tribulationis. Vel Calicem Sanguinis Domini salutaris, i. Christi Iesu, non Iudæ proditoris. Cuius triplex est calix. Primus est fraudis, scil. hæresis, *Ier.*51.a. Calix aureus Babylon. Secundus est furoris, *Ier.*25.d. Sume calicem vini, &c. Tertius est soporis. Primus calix inebriat & infatuat vim rationabilem, secundus irascibilem, tertius concupiscibilem. Contra primum valet calix salutaris, s. Eucharistia, de quo *sup.* Calix meus inebrians,&c. q.d. intellectum illuminat contra errorem. Contra secundum est calix timoris, de quo *sup.* Calix in manu Dñ, vini,&c. Timor enim refrænat irascibilē. Contra tertium est calix Passionis, de quo *Matt.*20.c. Potestis bibere calicem,&c. Sunt autem aliqui hypocrytæ, qui videntur calicem pœnitentiæ exteriùs accipere, sed tamen non est eis salutaris, quia non bibunt pro sua salute, sed pro vana laude. Vnde ne talis videatur iste, bene subiungit. *c* Et nomen,] i. intus in corde vocabo nomen Domini Iesu, totam intentionē in salutem ponendo, non nomen meum in vanitatem, sicut illi de quibus *sup.* Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et sicut illi qui dixerunt, *Gen.*11.a. Celebremus nomen nostrum, &c. Verè enim diuidentur, sicut dicitur *Matt.*24.d. Diuidet eum, partémque eius, &c. Item multi in necessitate sua inuocant Dominum, sicut in infirmitate, vel periculo aliquo, & vouent ei multa, sed cum de necessitate illa euaserint, nihil volunt ei reddere. Sed de talibus non est iste, quia subdit. *d* Vota, &c. *Iob* 22. d. Rogabis eum, & ipse exaudiet te,&c. sup: a: redde Altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis, q.d. nisi reddideris ea, quæ in præcedenti tribulatione vouisti, si iterum ingruat tibi necessitas, faciam tibi surdam aurem, *Ecc.*5.a. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, displicet enim Deo, &c. Et hoc faciam. *f* Coram.&c.] vt exemplo meo prouocem alios, *Matth.*5.b. Si luceat lux vestra,&c. Sunt autem multi quos malus timor retrahit ne vota reddant, Timent enim mori si intrent Religionem, vel si eant vltra mare, vel si alia faciant quæ vouerunt. Propter hoc subdit. *g* Pretiosa, &c.] q.d. etiam si me mori oporteat, non differam soluere vota mea, quia pretiosa erit Deo mors mea, *Prou.*14. d. Sperat iustus in morte sua, *Deut.*33.c. Lætare Zabulon in exitu tuo, *Sap.* 4. b. Iustus si morte præoccupatus fuerit,&c. Vel sic, vt non de corporali morte tantùm, sed de spirituali intelligatur. *d* Vota,&c.] vt *sup.* scil. intrando Religionem, quia pretiosa est in conspectu, &c. i. ipse ingressus Religionis, in quo spiritualiter moriuntur Sancti eius, voluntariè amittētes motum, & sensum, quia in Religione non mouentur secundum propriam voluntatem, nec secundum propriū sensum reguntur, aut discernunt. De primo, *Ioan.vlt.*f. Alius te ducet quo tu non vis. De secūdo. *Col.* 2. d. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquā viuentes mundo decernitis? Et *B. Ber.* dicit ad subditos: Qui semel vestri curam nobis cōmisistis, quid rursum de vobis vos intromittitis? Hæc mors licet abominabilis, & contemptibilis sit in conspectu hominū, tamen pretiosa est in conspectu Dñi, i. plena magno pretio, quod sufficiat coram Deo ad omnium peccatorum abolitionē, & ad regni cœlestis, & iudiciariæ sedis emptionem. De primo, 1. *Reg.*15.e. Melior est obedientia quam victimæ. Idē dicit Salomon, *Eccl.*4.d. Postquā de vanitate mundi disputauit concludens sic: Sed & hæc vanitas & afflictio spiritus. Et statim dat consilium de ingressu Religionis sic: Custodi pedē tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias, multo enim melior est obedientia, quam stultorum victimæ. Stultorum enim infinitus est numerus, vt dicitur *Eccl.* 1. d. Qui dicunt, quod non oportet, nec expedit eos intrare Religionem, quia multas eleemosynas faciunt in sæculo, quæ non possent facere in Religione. Et quod ingressus Religionis plus valeat ad peccatorum remissionem quam aliqua pœnitentia in mundo, ipsi Prælati Ecclesiæ confitentur, quia quantumcunque peccauerit homo, si in confessione dicat se velle intrare Religionem, non iniungitur ei alia pœnitentia. Sed si dicat se velle ire vltra mare, tale quid potest commisisse, quod bene iniungitur ei maior pœnitentia. De secundo autem, quod sc. sufficiat ad emptionem regni cœlestis, & iudiciariæ sedis. *Mat.*19.d. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me,&c. Et *Mat.*5.a. Beati pauperes spiritu,&c. Et *Aug* in persona Domini dicit: Venale habeo. Quid? Regnum cœlorum. Quo emitur? Paupertate regnum, labore requies, morte vita. Ecce quod hæc mors est bene pretiosa in conspectu Domini.

Aliter de morte spirituali, & quā pretiosa sit in conspectu Domini.

Pretiosa:
- Quia est introitus in veram vitam, *Iob* 11. d. Cùm te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer.
- Quia est introitus in requiem, *Apoc.*14. d. Beati mortui qui in Domino moriuntur.
- Quia est introitus ad securitatem, *Iob* 11. d. Defossus securus dormies.
- Quia est introitus in abundantiam, *Iob* 5.d. Ingredieris in abundantia sepulchrum.
- Quia est introitus ad claritatem, *Iob* 11. d. quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam.
- Quia est introitus ad pacem & societatem, *Ps.* 147. qui posuit fines tuos pacem.
- Quia est introitus ad æternitatem. *Eccl.*2.a. Coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua.

i O Dñe.] Secunda pars, vbi in persona Martyrum dicit se esse seruum Dei, & filium Ecclesiæ. vnde dicit Martyr Christi, ô Domine Christe, qui me eruisti sanguine tuo. *k* Ego] sum seruus tuus. Et non est hic, quia secundùm Aug. vel si secundùm alios legamus, tunc continuatur ei quod prædixit: Calicem salutaris accipiam,&c. Quia ô Domine ego sum seruus tuus in anima qua tibi obedio.

Alleg. in persona Martyrum.

l Ego,&c.] in corpore quo tibi seruio, quod pro amore tuo morti expono. *m* Et] sum filius ancillæ tuæ, i. Ecclesiæ, quæ modo est ancilla, quia seruit. In futuro autem erit sponsa quando erit in amplexu sponsi. Hæc est enim Rachel, pro qua seruiuit Iacob noster, i. Christus, quæ in morte parit Benjamin, quia Ecclesia in morte Martyrum parit filios dextræ, licet prius sint Bennoni, i. filij doloris, hoc ergo feci, quia seruus tuus. Sed nunquid sine vtilitate mea? Non, quia

*Gen.*35.c.

A Dirupisti

Moraliter. *i* O Dñe] præmissa exposita sunt de Religioso & pœnitente, & hæc exponenda sunt, vt orans dicat, ô Dñe: Imperfectè loquitur, sicut mos est deuotorū, & compunctorum quod gemūt, & vnum verbum dicunt, q.d. non exprimi oportet quid petamus apud Deum qui nouit corda hominū. *Mat.*6. d. Scit n. Pater vester quid opus sit vobis. *k* Quia ego seruus tuus] nō dicit filius, præ humilitate, sicut *Luc.*15.d. Pater peccaui in cœlum, & coram te, &c. *m* Et filius ancillæ tuæ.] i. religionis quæ tibi seruit. *Sap.*9.a. Noli me reprobare à pueris tuis, quoniā seruus tuus sum. & filius ancillæ tuæ. Vel ancilla dicitur B. Virgo, quæ dicit *Luc.* 1.d. Ecce ancilla Dñi. Huius filius dicitur, qui eam imitatur in humilitate, in charitate, fide, & spe, & alijs virtutibus. Vnde ipsa dicit *Ecl.*42. c. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei, &c. Item quicunque deuotè seruit ei, & Filio suo, filius eius est. Vnde *Matth.* 12. d. dicit Christus:

Moraliter de religioso, & pœnitente.

B. Virgo dicitur ancilla.

Quicun

A *a* Dirupisti,&c.] i. omnia peccata quibus vinctus eram. In martyrio enim dimittuntur peccata, sicut in Baptismo. Et ideo licenter pro te patiendo. *b* Tibi, &c.] id est, meipsum dabo in sacrificium ad laudem tuam. *c* Et] vt hoc possim, [nomen, &c.] sicut supra expositum est. Vel sic potest exponi. *a* Dirupisti,&c.] id est, corpus meum quod est vinculum animæ secundum illud *Sap.*8.c. Corpus quod corrumpitur, &c. hoc vinculum dirumpitur in morte, præcipuè in martyrio. Hoc volebat rumpi Apost. dicens *Rom.*7.d. Quis me liberabit,&c. Et *Philip.* d. Cupio dissolui,&c. Cætera quæ sequuntur, non mutantur. *d* Vota,&c.] Idem est sup. & eodem modo exponatur.

a Dirupisti vincula mea, tibi *b* sacrificabo † hostiam laudis, † & *c* nomen Domini inuocabo. *d* Vota mea Domino reddam † in *e* conspectu omnis populi eius, in atriis *f* domus Domini in *g* medio tui Ierusalem.

Alleluya. PS. CXVI.

h LAudate *i* Dominum *k* omnes *l* gentes † *m* laudate *n* eum *o* omnes *p* populi. *q* Quoniam confirmata est super nos *r* misericordia eius,

al. † sacrificium.
al. † non habet.
al. † secundum aliam literam iste vers. subiungitur sequenti.
al. † collaudate.

Sed aliquid addit, sc. vbi reddenda sunt vota vnde dicit. *f* In atriis,] nostris,] id est, in Ecclesia Militante, quæ est atrium domus Dei cœlestis. Et dicitur pluraliter in atriis, quia in multis particularibus Ecclesiis passi sunt Martyres. Vna enim est Ecclesia generalis, & plures habet particulares. Vnde de vnitate singulariter subdit. *g* In medio tui,] ô Ierusalē. id est, ô Ecclesia Militans, in qua Sancti vident, & habent pacem pectoris, & contemplantur pacem æternitatis. Extra quam non est offerendum nec votum reddendum: *Iob.*28.a. Auro locus est in quo conflетur, id est, sanctis Martyribus Ecclesia, in qua per ignem martyrij probantur, & purgantur. Hæretici autem & si igne conburantur, non tamen purgantur, quia sunt extra locum Ecclesiæ.

Moral. * Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est,&c. *a* Dirupisti, &c.] vt liber ad Religionem possem venire. Sunt autem multa vincula hominis quæ eum tenent ne exeat de sæculo, vnde dicit *Gaufra.* Væ miseris, quantos hodie vincula periculosa delectant, carnalis necessitudinis, voluptatis, & consuetudinis, & huiusmodi. Et non dicit, denodasti, sed dirupisti, quod vtilius est secundùm quod dicit *Iren. in primo prologo* † Hærent in salo nauiculæ funem magis
Biblia,c.8. præscinde, qua solue. Nec solùm prædicta vincula sūt, sed & omne peccatum vinculū est, sicut in allegorico sensu dictum est. *Prou.*5.d. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Et hunc versum debet verè dicere quilibet Prædicator. Primò, dirupisti vincula mea, & ideò dignè.

b Tibi,&c.] prædicando. Non enim antequam dirupta sunt vincula, potest homo dignè prædicare. Si enim ligatur amore diuitiarum, quomodo prædicabit paupertatem? Si amore carnis, quomodò cōtinentiā? Et sic de aliis. *Rom.*2.d. Qui prædicas non furandum,&c. *Marc.*7.d. Solutum est vinculum linguæ eius,&c. Sed quia vt dicit egregius Prædicator 2. *Cor.*3. b. non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis,&c. Et ideò benè addit. *c* Et nomen,] id est, intus in corde vocabo, non tantùm ore laudabo. Qui autem vult Deum in corde vocare, oportet quod habeat pacem cordis, quæ maximè in Religione bona habetur, vnde dicit. *d* Vota,&c.] sc. tria vota, quæ sunt in Religione, sc. votum paupertatis, votum continentiæ, votum obedientiæ. Hæc etiam benè & competenter de Prædicatore intelligenda sunt. Non enim est bonus Prædicator, qui non admonet audientes ad perfectionem, & ad consilia Dei implenda. Si autem admonet ad id quod non facit, iterum bonus Prædicator non est. Ad hoc ergo quod homo sit bonus Prædicator, exigitur, quod impleat consilium Domini dicentis, *Matt.*19. c. Vade, vende omnia,&c. & vota sua reddat Domino. Nec tantum dicit, vota mea faciam, sed reddā. Quidā enim vouent, sed nolunt vota reddere. Contra illud *Deut.*23.d. Cū votum voueris Domino Deo tuo,&c. Et *Eccl.* 5.a. Quodcunque voueris, redde. Multo enim melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Et hoc faciendum est. *e* In conspectu, &c.] vt omnes ædificentur, & exemplū habeant, vt dictū est *Luc* 11.c. Nemo accēdit lucernā, & in abscondito ponit, &c. Locum autem determinat vbi hæc vota reddi debent, dicens. *f* In atriis,&c.] Dn̄s Dn̄i cœlū est, cuius atria sūt Religiones, quia sicut per atriū intrabatur in Templū, ita per Religionē intratur in cœlū. Et diuersa
Ps.64. atria diuersæ sūt Religiones, sicut sup. habitū est, *ibi*: Beatus quē elegisti, & assūpsisti,&c. Et quod hæc tria dicātur Religio, melius determinat cū subiūgit. *g* In medio,&c.] Ierus. n. dicitur Religio, quia ibi est pacis æternæ visio & cōtēplatio, & pacis pectoris possessio sicut dicit *Greg.* Israël sabbatum accepit in munere, &c.

EXPOSITIO PSAL. CXVI.

LAudate Dominum,&c.] Titulus [*Alleluia.*] Titulus patet quia laus Dei est hic Psalmus. In præcedenti Psalmo egit de victoria Martyrum, hic in persona eorum omnes inuitat ad laudandum Deum. Et est Psalmus iste primus atomus, id est, indiuisus, quodam compendio vniuersa, quæ continentur in aliis concludens. Est enim quasi punctus, & centrum aliorum Psalm. quia omnes species aromatum, quæ sunt in aliis, referuntur ad misericordiam, & veritatem, quæ continentur in isto Psalm. Et est mirabilis & perutilis variatio, contra tædium, modò latè, modò paucis salutaria dicere. Quia vero in persona martyrum in præcedenti Psalmo dixerat: Vota mea reddam, &c. ne quis fortè putaret Ierusalem solus Iudæos esse, qui & ipsi hoc nomine gloriantur, ideò in hoc Psalmo omnes gentes inuitat ad laudandum Deum, vnde dicit:

h Laudate conuersæ, corde, ore, & opere. Est ergo hic aperta Prophetia de vocatione Gentium, vnde dicit *Ier.*16.d. Dominus fortitudo mea, & robur meum, ad te gentes venient ab extremis terræ, *Rom.*15.b. Gentes autem super misericordia honorare Deum. Et hoc est quod hic dicitur: Laudate, &c. Et de Gentibus, & Iudæis quasi de diuersis ouibus fiat vnum ouile sub vno Pastore Christo, addit.

m Laudate, vel collaudate, &c.] i. Iudæi, qui quasi ratione vtentes, eo quod sub lege viuebant, dicuntur populi respectu Gentium, quæ pecora irrationabilia per campos diuersorum errorum vagantur, nulla lege vtentes. Vos ergo, populi, tales collaudate, id est, cum gentibus laudate eum, scilicet, Deum. Quare? *q* Quoniam,&c.] tam de Iudæis, quàm de Gentibus conuersis. *r* Misericordia eius] cùm in aduentu Christi misericordiam quam per Prophetas promiserat, exhibuit. Hæc fuit firmata in Incarnatione, sed confirmata in Passione, vnde dixit *Ioan.*19. f. Consummatum est. Tunc enim ianua fuit aperta, & romphæa remota, & hæc misericordia sic confirmata, in æternum manebit eo custode qui

A dedit

Vel sic vt in persona Martyrum magis appropriatè legatur. Alleg. in persona Martyrum.
q Quoniam,&c.] i. per Spiritum S. nobis desuper de misericordia datum cōfirmati sumus in amore Christi, ita vt neque

Moraliter: nota singula verba sic. Θ mors

h Laudate,] hoc est contra ingratos, 1. *Thess.*5. d. In omnibus gratias agite, *Eccl.*20. b. Non erit gratia in bonis illius. Moraliter.
i Dominum] hoc contra auaros qui laudant denarios, *Ose.* 2.b. Dedi eis aurum & argentum, quæ fecerunt Baal.
k Omnes] contra singulares, qui dicunt cum Pharisæo, *Luc.*18.b. Non sicut cæteri hominum.
l Gentes,] contra Iudeos de lege gloriantes. *Rom.*3.d. An Iudæorum tantùm Deus, nonne & gentium? Et *m* Collaudate,] id est, pro inuicem laudate, hoc contra inuidos, qui non laudāt Deum pro bonis proximorum, sicut Paulus 1. *Thess.*3. c. Quā gratiarū actionē possumus Deo retribuere pro vobis? *m* Eum] scil. Deum, hoc contra adulatores qui laudant peccatorem, sup. *Psalm.*9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *o* Omnes] contra discordes, 1. *Esd.*3. a. Congregatus est populus quasi vir vnus in Ierusalem. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum. *p* Populi] hoc contra incompositos moribus, qui non sunt populi, id est, rationales, sed pecora, 2. *Pet.*2.c. Hi autem velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem, & in perniciem, & in corruptione sua peribunt. In summa autem notandum, quod hic omnes ad laudem inuitat, quod omnes debent facere propter multas rationes. Primò, quia Deus omnes creauit, *Psal.*99. Iubilate Deo omnis terra,&c. Et addit causam: Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. Secundò, quia omnes pascit. *Psal.*135. Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cœli. *Hymn.* Per quem nec ales esurit. Tertiò, quia omnes sustinet, *Heb.*1. a. Portans omnia verbo virtutis suæ. Quartò, quia omnes redemit, & ideo passus est in vmbilico terræ, *Heb.*2.c. Pro omnibus gustauit mortem. Quintò, quia paratus est omnes suscipere. *Act.*10.e. In veritate comperi, quòd non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, hic acceptus est illi. Sextò, quia omnibus dat affluenter, & non improperat, sicut dicitur *Iac.*1.a. 1. *Cor.*12.b. Diuidens singulis prout vult. Septimò, quia omnes docet, *Mat.*23. a. Vnus est magister vester. Octauò, quia omnes defendit. *Psal.*124. Dominus in circuitu populi sui. Et alibi: Custodit Dominus omnes diligentes se. Hæc autem omnia non meritis nostris facit, sed de misericordia. Vnde benè addit. *q* Quoniam confirmata est super nos misericordia eius] ita scilicet quod nos nunquam derelinquet. *Thren.*3. c. Misericordiæ Domini est, quòd non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.

Omnes inuitat ad laudem.

Psal.144.

A dedit. Quia *a* Et veritas,&c.] i.Christus filius Dei,qui est via veritas & vita, vt dicitur *Io.*14. a. *b* Manet,&c.]cum Patre, Sicut enim nunquam sine Filio fuit Pater , sic nec vnquam sine veritate fuit.

Aliter in persona Martyrum. ⊖ neque mors, neque vita posset separare à charitate Christi, sicut dicit Apost. *Rom.*8. g. Sed in hac fortitudine ab ipsò accepta, deuicimus rabiem, & potentiã Tyrannorũ. Sicut clamauit Dacianus in Passione B. Vincent. dicens: Vincimur. Sed quid, nunquid Martyres pro agone habebunt præmia, & Tyranni pro Tyrannide supplicia? Ita: Quia. *a* Et veritas Domini,] qui victores Martyres coronat , & deuictos Tyrannos damnat. *b* Manet,&c.] & in seipsa, & per effectum in ipsis saluatis, & damnatis, quia hi ibunt in vitam æternam, illi verò in supplicium detrudentur æternum, sicut dicit Dominus, *Mat.*25.d.

& *a* veritas Domini *b* manet in æternum. *Alleluya.*

PSAL. CXVII.

CONfitemini *c* Domino quoniã *d* bonus, quoniã in *e* sæculũ misericordia eius. *f* Dicat nũc Israël quoniam *g* bonus, quoniã in sæculũ misericordia eius. *h* Dicat nunc domus Aaron, quoniã in sæculũ misericordia eius. *i* Dicat nunc omnes qui timẽt Dñm, quoniam in *k* sæculũ misericordia eius.† *l* De tribulatione *m* inuocaui Dominum :

al. † in.

Moraliter. * *Psal.*102. Misericordia Dñi ab æterno,&c. Hæc est magna misericordia quam petebat super se cõfirmari Propheta, dicens Miserere mei Deus,&c. s.secundùm illam quæ semper durabit, non secundùm paruam quæ citò transit , quã Deus dat temporalia ista quæ Deus dat. Hanc tamen multi petũt, & habent quibus dicitur *Os.* 6. b. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & sicut ros , &c. Nubes enim matutina & ros consumitur,& euanescit adueniente Solis ardore, sic diuitiæ temporales adueniente morte transeunt,licèt multi faciant ac si putent eas semper permansuras. Et hanc temporalem misericordiam super se confirmari non dicit Propheta,sicut ille qui dicebat, *Luc.* 12. c. Anima mea habes multa bona ; sed Dñs ostendit quòd non erat confirmata,qui ei dixit:Stulte hac nocte repetẽt animam tuã à te,& quæ parasti cuius erunt? *Ps.*75.Dormierunt somnum suum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Propter ergo paruam & instabilem misericordiam amittunt magnam , & confirmatam in æternum super eos qui paruam non quærunt. Vnde signanter dicit super nos. Sed addens de veritate simpliciter dicit. *a* Et veritas Domini manet in æternum.] Non dicit super nos,quià super bonos,& malos manebit veritas , dans bonis præmia æterna , & malis reddens æterna supplicia , sicut suprà expositum est.

EXPOSITIO PSAL. CXVII.

COnfitemini Domino. Titulus[*Alleluya.*] Titulus patet. In præcedenti Psalmo egit de confirmatione misericordiæ Dei,in isto ostendit per quid fuerit confirmata, quia per Incarnationem , vnde iterum hortatur Propheta ad laudandum. Vndè ? Propter misericordiam factam nobis in primo aduentu, de quo iste Psal.quintus est.Primus enim est:Cœli enarrant. Secundus:Eructauit. Tertius:Deus noster refugiũ. Quartus : Qui regis Israël. Hic est quintus, & est decoratus multis figuris , habens quosdam versus eiusdem finis , alios eiusdem principij , alios repetitos , & huiuscemodi ornatus habet. Iam patet intentio. Modus. Quadripartitus est Psalm. Primò,monet laudare propter misericordiam qua in tribulatione exauditus est, & adiutus. Propter quod secundò dicit confitendum in solo Deo,tribulationem illam,& qualiter sit adiutus exponens,*ibi* Bonum est confidere.Tertiò,quod monet alios , se facturum promittit , scil. laudare causa salutis, quæ per quem , & quam mirabiliter sit facta , adiungit, *ibi*: Aperite. Quartò , gaudens de aduentu Christi idem quod monuerat monet, sed addit quod frequenter,& solenniter, & in atriis Dñi fiat,*ibi* : Benedictus. Exponitur autẽ allegoricè de Ecclesia. Moraliter de viro iusto siue pœnitente. Dicit ergo Propheta in persona Ecclesiæ ad fideles filios Ecclesiæ.

*Psal.*18. *Psal.*44. *Psal.*45. *Psal.*79.

Partitio Psalmi.

Alleg. De Ecclesia. *c* Confitemini,&c.]confessione fidei & laudis.*Ier.*33.b.Adhuc audietur in isto loco quem vos dicitis,&c. Et hoc facere debetis.*d* Quoniã bonus,] est in se,sicut ipse dicit *Luc.*18. d.Nemo bonus nisi solus Deus.Vnde & laudãdus est ab omnibus. Etiamsi nulla spes retributionis haberetur , magis tamen laudandus est , quia ipse bonus in se ex natura , alios facit bonos ex gratia, vnde subdit. *e* Quoniam,&c.]id est,effectus misericordiæ , qui effectus probat causam. Quod videtur petere *sup.*cùm dicit : Ostende nobis Domine,scil. per effectum misericordiam tuam. Quomodo autem laudandus est , & quando , & à quibus subdit. *f* Dicat nunc,] domus Israël,q.d.dicendo hoc. *g* Quoniã,&c.]vt expositum est,laudet eum Israël,i.videntes eum per fidem.Et hoc non differat sed dicat nunc, i. statim,dum licet,dum mereri possumus eũ, laudando.Si autem communiter populus Christianus hoc debet facere , multo fortius Prælati & Sacerdotes Ecclesiæ. Vnde addit specialiter de ipsis.*h* Dicat,&c.]i. Prælatĩ, & ministri Ecclesiæ , qui officium Aaron susceperunt. Dicat,inquam,quoniam in sæculum misericordia eius, vt expositum est. In his autem duobus versibus ponitur domus pro familia,sicut & in *Exod.*12.g.dicitur,quod agnus comedebatur in vna domo.Et quia *sup.* dixit : Dicat, &c. ne propterea,quod per Israël frequenter intelliguntur Iudæi, putaretur tantum à Iudæis laudandus,apertè de omnibus subdit.*i* Dicant,&c.] siue de Iudæis,siue de gentibus sint. *k* Quoniam,&c. Ecce hi quatuor versus eundem finem habẽt:scilicet quoniam in sæculum misericordia eius.Et posset aliquis quærere. Quomodo scis de misericordia Dei ? Ad quod respondens Ecclesia, subdit.*l* De tribulat,&c.]quando,sc.Martyres tribulabantur.

A Et exau-

Moraliter. de viro iusto siue Pœnitente. Moraliter monet ad pœnitentiam.*c* Confitemini,] peccata Domino,qui iam ea nouit. Confessio autem est media inter contritionem,& satisfactionem.Vnde per medium dantur extrema intelligi.Nec valet illa confessio,quæ non progreditur ex corde contrito,vel saltem attrito , & dolente de peccato , & iterum cum proposito satisfaciendi , iterum debet homo confiteri in spe veniæ.Vnde benè dicit,Cõfitemini,&c. id est, benignus ad remittendum peccatum, & gratiam conferendam.*Rom.* 11. c. Vide bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem,in te autem bonitatem. Propter hanc bonitatem debet homo securè confiteri. Sed multi nolunt, sed cõtemnunt eius bonitatẽ.Vnde *Rom.*2. a.An diuitias bonitatis eius,& patiẽtiæ, & longanimitatis contemnis?Ignorans quoniã benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit,secundum autem duritia tuam,&c.Qui enim nunc non vult ad bonitatem Dei conuerti , tunc non inueniet misericordiã, sed iram.Quod etiam videtur dicere,cùm subiungit. *e* Quoniam, &c.] sc.præsens misericordia eius , in futuro autem iustitia eius.Vnde sup. *Ps.*74. Cùm accepero tempus. &c.*Soph.*2.a. Quærite mansuetum si quo modo abscondamini in die furoris Domini,*Isa.*55.b. Quærite Dominum , dum inueniri potest,&c. Qui autem debeant confiteri, subiungit. *f* Dicat,] sc.peccata sua in confessione. Hic ponit tres versus de confessione trium,sc.Israël, Aaron,& omnium timentium.Per Israël intelliguntur Clerici , per Aaron Prælati,per alios,populi subditi.Et tam hi,quam illi necesse habent confiteri.Et 1. ponit Clericos,2.Prælatos,3. subditos. Ante enim debẽt monere ad confessionem maiores peccatores,& generaliores. Prælati autem & Clerici magis peccant quam subditi,secundùm quod dicitur 1.*Esd.*9.a.Manus Principum,&c. De Clericis autẽ primò ponit propter generalitatẽ,quia omnes Prælati sunt clerici,& non è cõuersò.Multi.n.sunt Clerici mediocres,qui nõ sunt Prælati.De omnib; ergo tam maioribus,quàm minoribus quam etiam mediocribus dicit quod. *i* Dicant,] in confessione peccata sua nunc, i. in præsenti, dum confessio valet ad pœnitentiam impetrandam.*Isa.*38.d. Viuens viuens ipse confitebitur tibi.Tibi enim in futuro confitebuntur peccata sua , non ad vtilitatem , sed ad confusionem æternam.*Sap.*5.a,Ergo errauimus à via veritatis. Omnib. autem necessaria est confessio , quia nullus est sine peccato: *Rom.*3.c.Omnes enim peccauerunt,& egent gloria Dei.Vnde & ipse Ioannes virgo , & Deo familiariter dilectus , dicit 1. *Ioan.*1.d. Si dixerimus quoniã peccatũ non habemus,ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est. Et statim de cõfessione subdit.Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus , vt remittat nobis peccata nostra. Dicant ergo tam hi quam illi peccata sua, quoniam bonus est Dominus,i. suauis & mitis ad remittendum,*sup.Psal.*31.Dixi confitebor aduersùm me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatẽ peccati : Dic tu prior iniquitates tuas,vt iustificeris,q.d.ante dicas peccata tua in confessione , quàm Deus reuelet illa in iudicio futuro,& hoc vt iustificeris.Tunc autẽ si expectes,nõ iustificaberis in reuelatione Iudicij, sed condemnaberis.Propter hoc dicitur,vt vel dictum est,nunc,scilicet,dum tempus est pœnitentiæ , quoniam in sæculum misericordia eius , & post hoc sæculum iustitia.Sed quia confessio,vt iam dictum est, non sufficit sine contritione,vnde confessionem sequitur vox pœnitentis,dicentis.*l* De tribulatione,] scilicet,cordis,i. de corde tribulato. *m* Inuocaui Dominum ,] petent ab eo veniam, & gratiam sup.*Ps.* 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus,&c. In tali fiducia videtur alibi petere,dicens:Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt,scilicet,per contritionem; ideò de necessitatibus meis erue me,i.à pœnis quas exigunt peccata, vel ab ipsis peccatis, quæ per prauam consuetudinem in necessitates vertuntur,vt quasi de necessitate peccetur. Sed nec contritio, nec confessio sufficiunt,nisi sequatur satisfactio,si spatium vitæ habeatur. Vnde addit.

a Et

A a Et exaudiuit Dominus]ponendo in latitudine,i.dilatando me, quia quantò magis tribulabantur fideles, tantò plures conuertebantur ad fidem, & magis dilatabantur & numero, & merito. Vnde supra idem dicit quod hic. Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ,in tribulatione dilatasti mihi.

Psal.4.

& a exaudiuit me in b latitudine † Dominus. Dominus mihi c adiutor † non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi d adiutor, & e ego f despiciam inimicos meos. g Bonũ est cófidere in Domino, quã h confidere in homine. i Bonũ est sperare in Do-

al. non habet † Dominus.

al. † est.

Vel ponendo in latitudine patriæ, quãtum ad Ecclesiam Triumphãtem. Sicut enim tota die legimus de sanctis Martyribus, quod in agone martyrij inuocabãt Dominum, & Dominus exaudiebat eos, ducendo animas ad latitudinem supernæ patriæ, de qua dicit *Greg.* Qui verè fieri diues desiderat, hæreditatem de tribulatione liberabat Dominus sanctos, sed & adiuuabat in bonis agendis, & in ipsis tribulationibus perferendis, vnde subdit Ecclesia.

c Dominus,&c.] ideo non timebo, &c. i. quilibet inimicus carnalis, secundùm quod Dominus dicit *Matth.*10. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Et repetit. d Dominus mihi adiutor] ideo [ego despiciam inimicos meos] sicut Laurentius de craticula despiciebat Dacianum, & deridebat, dicens: Assatum est iam, versa, & manduca.

Moraliter. * a Et exaudiuit me,&c.] non in tribulatione, sed magis.

b In latitudine,] id est, in impletione mandatorum ex charitate, *Psal.*118. Latum mandatum tuum nimis, *Prou.*4 b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. In satisfactione autem & in pœnitentia est difficultas, tamen ex ipso labore pœnitentiæ cum impugnationibus tentationum. Sed propter hoc non desperat, nec resilit bonus pœnitens, sed dicit quod sequitur.

c Dominus mihi, &c.] quicumque monens ad peccatum. Vel, homo, id est, Diabolus qui à deuicto homine sumpsit nomen, vt homo diceretur, vnde *Matth.*13. d. Inimicus homo hoc fecit. Et duplex Dei adiutorium necessarium est, scilicet contra fraudulentiam, & contra violentiam. Vnde iterat, dicens:

d Dominus mihi,&c.] q. d. primò est adiutor contra fraudulentiam hostis callidi, secundò contra violentiam fortis armati, de quo *Luc.*11.c. & *Iob* 41. d. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei. e Et ego,] talem habens adiutorem. f Despiciam inimicos meos,] scil. Mundum, carnem, Diabolum. Mundum debemus despicere propter sui vanitatem, carnem propter sui vilitatem, Diabolum propter sui malignitatem. g Bonum,&c.] Secunda pars, vbi primò dicit, in solo Deo confitendum esse. Et hoc dicit Ecclesia, siue Martyres in tribulatione passionis positi, q. d. non timemus eos qui corpus occidunt, sed illum timemus, & in ipso fiduciam habemus, qui potest corpus, & animam mittere in gehennam & perducere in gloriam, vnde dicit bonum, i. melius est confidere in Domino, qui potens est prædicta facere.

Allegor.
De Ecclesia.
Matt.10.c.

h Quàm confidere in homine,] qui non potest nocere, nec iuuare nisi corpus. Nec solùm de hominibus, sed & de Angelis est hoc verum, vnde subdit. i Bonum est, id est, melius sperare in Domino,&c. id est, in Angelis, qui dicuntur Principes, & Prouinciarum, & personarum, sicut habetur *Dan.*10. e. & in pluribus locis. Ibi enim dicitur: Ecce Michaël vnus de Principibus primis, &c. Et *in fine cap.* Nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michaël Princeps vester. Licèt enim Angeli. vel etiam homines iuuent, tamen in ipso Domino magis, quam in ipsis est sperandum, à quo & ipsi Angeli, & homines boni habent, vt iuuare possint. Ostenso quod in solo Deo sperandum sit, exponit tribulationem, de qua *suprà* dixit. De tribulatione inuocaui Dominum. Vnde dicit Ecclesia, vel quilibet Martyr. l Omnes gentes circuierunt me] fidelem, vt me deciperent, & ad errorem suum traherent. Et tamen non fecerunt, quod Volebant, sed magis conuersi sunt ab errore suo ad veritatem fidei, vnde subdit. n Et in nomine Domini,] sc. Iesu Christi est supple. o Quia vltus sum in eos,] i. conuersi sunt, & conuersi pœnas à se pœnitentiæ exigentes vltionem sumpserunt de hoc quod circuierunt me. Vel siue, quia, legitur secundùm aliam literam, sic: In nomine Domini vltus sum in eos. Et idem sensus. Deinde in persona capitis confortans Ecclesiam & Martyres suos, dicit. p Circundantes circundederunt me, &c.] Dicit Christus de Iudæis, sicut supra dixit *Psal.* 21. Tauri pingues obsederunt me. Et in eodem *Psalm.* Concilium malignantium obsedit me. Et in hoc quod non repetit hic gentes, dat intelligere, quod de Iudæis loquitur. q Et in nomine Domini quia vltus sum in eos.] Hoc sicut supra expositum est exponatur. Vel sic. In nomine Domini, q. d. ipsi modo videant quid lucrati sint, quia vltus sum in eos, per Titũ, & Vespasianum. Duobus autem modis circundederunt Iudæi Christum. Primò occultè, volentes eum capere in sermone, sicut dicitur *Mat.*22.d. quòd Pharisæi conuenerunt in vnum, & interrogauit Iesum vnus ex eis Legis doctor, tentans eũ, Magister, &c.

Iudæis duobus modis circundederunt Christum.

mino, quã k sperare in Principibus. Omnes l gentes † m circũierũt me, & in n nomine Dñi, † quia o vltus sum † in eos. p Circũdãtes circũdederũt me, & in q nomine Dñi, quia vltus sum † in eos. r Circundederunt me sicut apes, †

al. † circundederunt.

al. † non habet † quia.

al. † non habet † in.

al. † fauum.

Secundò, circundederunt eum apertè persequendo. Et propter hoc non semel dicit hic, circundederũt, sed secundò repetit, dicẽs. r Circundederunt me sicut apes] vt me apertè blasphemiis & conuitiis pungerent. Et rectè apibus comparantur Iudæi, propter duas causas, quia scilicet apes mellificant aliis, non sibi, & quia apes pungendo alios seipsas euiscerant; sic Iudæi mellificauerunt nobis dulcedinem in Passione Christi, & ipsum nobis dulciorem fecerunt. Vnde eis potest dici: *Sic vos non vobis mellificatis apes.* Item vt Christum pungerent clauis Passionis se euiscerauerunt, & animas sua perdiderunt.

Apibus comparantur Iudæi.

Moral. de pœnitente.

A Et exarserunt

Moraliter. g Bonum est,&c.] Suprà dixerat bonus pœnitens: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et iterum: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos, scil. Mundum, carnem, Diabolum, qui Dei auxilio deuincuntur, non auxilio humano; ideo dicit: Bonum est confidere in Domino, qui est omnipotens adiutor.

h Quam confidere in homine] qui nihil ex se potest. *Ier.*17. a. Maledictus qui confidit in homine. 1. *Mac.*3.b. Non in multitudine exercitûs victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. 2. *Paral.* 25. c. Si putes in robore exercitûs bella consistere, superari te faciet Dominus. Confidere ergo debemus in Domino, quantùm ad victoriam, sperare in eo quantùm ad gloriam, coronam quam confert victoribus. Vnde addit.

i Bonum est,&c.] id est, gloriam expectare ab eo, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis.

k Quam sperare in Principibus] sæcularibus vel Ecclesiasticis, à quibus multi sperant gloriam præsentem. *Psalm.*145. Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Et ideo bonum est sperare in Domino, quia in necessitate positi sumus, à qua non possumus per alium liberari; vnde addit.

l Omnes gentes,] id est, omnia vitia quæ faciunt hominem gentiliter viuere. m Circumierunt me] quasi exercitus castrum obsidendo. Eexercitus enim Diaboli est exercitus vitiorum, quæ hominem obsident in tentatione, exemplo ipsius Diaboli, de quo 1. *Pet.* 5. b. Circuit quærens quem deuoret, *Iob* 19.b. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. *Dan.*1.a. Venit rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam. Breuiter autem notandum, quod in his tribus versibus quadruplicem tangit circuitum. Primum, cùm dicit: Omnes gen. cir. me. Secundum & tertium, cùm addit: Circundantes circun. me. Quartum, cùm subiungit: Circundederunt me sicut apes. In quo notatur quòd quatuor modis circumeunt hominem vitia, scil. in cogitatione, in locutione, in operatione, in omissione, vt istis quatuor modis possit trahi ad peccatum. Sed ille qui confidit in Domino, istos circuitus non timet. Vnde in quolibet istorum versuum postquam dixit de circuitu subiungit.

Hominem circumeunt vitia quatuor modis.

n In nomine Domini, &c.] q.d. in nomine Domini vincam omnes insultus vitiorum, sicut dicit Dauid Goliæ, per quem intelligitur Diabolus, 1. *Reg.* 17.f. Tu venis ad me cum gladio & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israël. Hanc autem expositionem apertiùs innuit alia litera, quæ habet: In nomine Domini circuiui eos. Benè autem concordat quod hic dicitur, vltus sum in eos, quia in contritione sumitur vindicta de peccatis, quià ibi est dolor contra delectationem quæ fuit in peccato, & contraria contrariis curantur. Benè autem addit in fine.

r Circundederunt me, &c.] Apis enim parum mellis portat, sed habet aculeum in cauda quo pungit eum qui mel vult accipere. Sic vitia prætendunt delectationem, sed in fine pungunt per pœnæ æternæ obligationem. Propter hoc dicitur *Eccl.*21.a. Quasi à facie colubri fuge peccata; quia velut coluber blanditur facie, sed cauda pungit, sic peccatum. *Prou.* 23. d. Ingreditur blandè, sed in fine mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet.

* Sunt au.

Vel aliter de tentationib. r Circund. me,&c.] Sicut etiã apes mellificãt non sibi, sed aliis, sic tẽtationes & insultus vitiorũ iustis nõ nocẽt, sed prosunt, quia vt dicit *Aug.* Tẽtatio cui nõ

⊖ consen

Allegor. de Chriſto. A a Et exarſerunt] igne zeli & inuidiæ. b Sicut ignis in ſpinis, volentes eum ad nihilum redigere, ſicut ignis ſpinas cõſumit. Item ignis in ſpinis ſtrepitum & crepitum facit, ſic Iudæi contra Chriſtum inuidia & ira ſuccenſi clamabant: *Ioan.19.c.* Crucifige eum, *Eccl.7.a.* Sicut ſonitus ſpinarum ſub olla ardentiũ, ſic riſus ſtulti, .i. Iudæi qui Chriſtum irriſit, dicens: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud, ſalua temetipſum; ſi filius Dei es, deſcende de cruce, *Mat.27.e.* c Et in nomine Domini, &c.] dupliciter, vt ſuprà dictum eſt, ſcil. in bonos per pœnitentiam, & in malos per captiuitatem. d Impulſus euerſus ſum] dicit Chriſtus, qui impulſus eſt à Iudæis in Paſſione, & euerſus, cùm ipſe qui erat omnium altiſſimus, & primus, factus eſt omnium nouiſſimus & abiectio plebis. e Vt caderem] in morte, ſed non vt putauerunt, cecidi, vt deleretur nomen meum: Quia.

al. † tanquã cumulus arenæ impulſus ſum.
al. † laudatio.
Pſal.21.

& a exarſerũt b ſicut ignis in ſpinis, & in c nomine Dñi quia vltus ſum in eos.† d Impulſus euerſus ſum vt e caderem, & Dñs f ſuſcepit me. g Fortitudo mea h & † laus mea Dominus. & i factus eſt mihi in ſalutem. k Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtor. l Dextera Domini m fecit virtutem, n dextera Domini exaltauit me, o dextera Domini fecit virtu-

al. † lætitiæ.

De Eccleſia. f Et Dominus ſuſcepit me] in ipſa morte, & in Reſurrectione ſuſcepit me de monumento, & in Aſcenſione de mũdo. Vel de Eccleſia poteſt legi, quæ impulſa tribulationibus euerſa fuit, i. conculcata & deſpecta vt caderet, i. ad nihilum deueniret. Sed non ſic fuit, quia Dominus ſuſcepit eam in curam & cuſtodiam; & ideo non cecidi, dicit Chriſtus, vel Eccleſia, quia Dominus qui ſuſcepit me, eſt g Fortitudo mea, & laus mea,] i. ab illo habeo fortitudinem & laudem, non mihi aſcribo, ſed ei à quo habeo, ſine quo nec fortem, nec laudabilem me eſſe reputo. i Et] ipſe [factus eſt mihi in ſalutem] qui in ſe non factus eſt, Chriſto factus eſt Deus Pater in ſalutem, cùm ipſum à morte ſuſcitauit. Item Eccleſiæ, cum ipſam in maris tribulationum à periculo liberauit. Hoc ſupra *Pſal.30.* petiit in perſona Chriſti, & Eccleſiæ: Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias. Et ideo, eſt k Vox exultationis & ſalutis, in tabernaculis iuſtorum,] i. in Eccleſiis in quibus iuſti militant Deo, & laudant Deum, & exultant de Chriſti Reſurrectione, & de Eccleſiæ exaltatione, ſicut de primitiuis Eccleſiæ dicitur, *Ioan.* 20. e. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Et quomodo hoc factum ſit, ſubdit. l Dextera Domini, &c.] Si in perſona Chriſti loquentis legatur, tunc dextera Dei Patris poteſt dici eius propitiatio & auxilium, de quo dicit Chriſtus, quod m Fecit virtutem,] reſuſcitando me; quod exponens, ſubdit. n Dextera Domini exaltauit me] in Reſurrectione. Et repetit. o Dextera Domini fecit virtu.] in quo notatur maior Reſurrectionis admiratio. Vel de ſeipſo qui eſt dextera Patris dicit Chriſtus. l Dextera Domini,] id eſt, ego filius Dei, brachium & dextera eius per quem omnia operatur. m Fecit virt.] in Paſſione, quando mortem moriendo deſtruxit. *Oſea* 13. d. Ero mors tua ó mors. n Dextera Domini exaltauit me] in Reſurrectione, quando meipſum ſuſcitaui virtute diuinitatis, iuxta illud quod prædixi, *Ioan.* 10. d. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. o Dextera Domini fecit virtutem] in Aſcenſione, quando propria

A virtute

Moraliter de pœnitente. * Sunt autem multi qui bene dicunt, quod ita pungunt peccata, ſed tamen nimis de ſe confidentes nolunt vitare occaſiones ex quibus ſurgunt tentationes, quod ſtultum eſt, quia non poteſt vitare peccata, qui non vitat occaſiones tales, vnde benè ſequitur.

a Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis,] q. d. non poteſt eſſe quòd vitent peccatum ſi occaſionibus ſe exponant, ſicut non poteſt eſſe quod ſpinæ non ardeant niſi ignis addatur. Propter hoc dicitur, *Eccl.* 9. b. Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

Aliter de tentationibus. O conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. *Pſ.26.* Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. a Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis,] quia ſpinas vitiorum quandoque conſumunt tentationes in homine, præcipuè ſuperbiam, quia homo humiliatur quando ſentit tentationem, 2. *Cor.*12.b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi Angelus Sathanæ ſtimulus carnis meæ. Hæc autem vtilitas tentationis non eſt niſi in eis qui in Deo ſperant, & de ſe non præſumunt. Vnde quid de ſe ſentiat ſubdit. d Impulſus] à tentatione [euerſus ſum vt caderem] q.d. per me non potui reſiſtere tentationi. f Et Dominus ſuſcepit me,] vt non caderem, *Iſa.*41. c. Ne timeas, quia ego tecum ſum, ne declines quia ego Deus tuus confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera iuſti mei, id eſt, propitiatio Chriſti. Et cùm Dominus ſuſcepit impulſum, tunc ei vtilis eſt impulſio. Sicut nauis quæ tendit ad portum, vtilis eſt venti impulſio cùm habet bonum gubernatorem. Sed ſi non eſt gubernator, impulſio nocet ei, *Prou.*11.b. Vbi non eſt gubernator, populus corruet. Item hic notandum, quod qui eſt in ſummo, ſi impellatur, de facili præcipitatur. Et ideo Diabolus libenter ponit homines in dignitatibus, 2. *Paral.* 25. d. Adduxerunt captos ad præruptum cuiuſdã petræ, præcipitauerúntque eos de ſummo in præceps. Ibi autem impelluntur præcipuè à curis ſæcularibus, *Ierem.*18.c. Oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libantes, & impingentes in viis ſuis, & in ſemitis ſæculi. Viæ ſæculi ſunt diuitiæ, deliciæ, & honores, ſiue auaritia, luxuria, & ſuperbia, de quibus in fine dicent mali, ſicut dicitur *Sap.*5.b. Ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus; quod nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Semitæ autem ſæculi ſunt ſubtiles adinuentiones, per quas citiùs venitur ad iſta habenda. Iuſtus autem cùm impellitur, non cadit in has vias, quia Dominus iuuat eum. Vnde ſubdit.

g Fortitudo, &c.] Et ponit hic tria contra tria prædicta mala: Fortitudo mea eſt Dominus, hoc contra auaritiam, quæ dicit: Fortitudo mea denarius, *Prou.*18.b. Subſtantia diuitis vrbs roboris eius.

h Et laus mea Dominus.] Hoc contra ſuperbiam, quæ dicit: Laus mea vulgus, non Dominus. Laudatur enim peccator in deſideriis animæ ſuæ, *Eccl.*8.b. Laudabuntur in ciuitate quaſi iuſtorum operum. *Pſalm.9.*

i Et factus, &c.] Hoc contra carnem, quæ dicit: *Eccl.*30.c. Non eſt cenſus ſupra cenſum ſalutis corporis. Dominus autem factus eſt in ſalutem, non carnis quantum ad præſens, ſed animæ. Nam carnem præcipit affligi, vt ſpiritus ſaluus fiat, *Eccl.*30.c. Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ. Sanctitas eſt ſine terrenitate & carnalitate viuere. Iuſtitia eſt vindictam de carne ſumere. Et in hoc eſt ſalus animæ. Et hoc eſt gaudium iuſtorum, de quo ſubiungit.

k Vox exultationis, &c.] id eſt, inter iuſtos, qui hîc ſunt peregrini, & in tabernaculis ſe reputant habitare, dicentes illud *Heb.vlt.c.* Non habemus hîc manentem ciuitatem, &c. Vel, tabernacula iuſtorum, eſt conſcientia eorum, in quibus eſt vox exultationis & ſalutis, ſc. teſtimonium ipſius conſcientiæ, quod ſalui erunt. Vnde & exultant, & glorientur 2.*Cor.*1. c. Gloria noſtra hæc eſt, &c. Notandum autem, quod quidam habent vocem exultationis, ſed non ſalutis, vt hiſtriones & mundani homines, *Iob* 21.b. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, &c. Quidam verò habent vocem ſalutis, & non exultationis, vt pœnitentes, *Iob* 30.d. Verſa eſt in luctum cithara mea, *Iob* 7.c. Confabulabor in amaritudine animæ meæ. Alij autem habent ſimul vocem exultationis, & ſalutis, vt perfecti in via, & glorificati in patria, *Iſa.*51.b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Quidam autem neutrum habẽt, vt deſperantes in Mundo, & damnati in Inferno, *Matth.*25.c. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. De quo autem ſit hæc exultatio, & ſalus ſubdit. l Dextera Domini fecit virtutem:] Ter dicit dextera, contra tria prædicta, ſc. impulſionem; euerſionem, caſum. Contra impulſionem neceſſaria eſt dextera retinens. Contra euerſionem, dextera ſuſtinens. Contra caſum, dextera ſubleuans. Eſt ergo ſenſus: Dextera Domini fecit virtutem, retinendo me impulſum. n Dextera Domini exaltauit me] priùs euerſum. o Dextera Domini fecit virtutẽ] ſubleuando me ne caderem, vel qui iam cecideram. Vel ſic totum dicatur. l Dextera Domini fecit virtutẽ,] i. miſericordiam non percutiendo me reum, & expectando ad pœnitentiam. n Dextera Domini exaltauit me,] de luto & fæcibus peccatorum, eleuans ad ſtatum gratiæ. o Dextera Domini fecit virtutem,] cuſtodiendo me in eodem ſtatu, & liberando ab inſultu tentationum. Vel, l Dextera Domini,] dicitur largitas eius, de qua poſſunt dicere aliqui, quòd fecit virtutem in eis, quando propter abundantiam temporalium boni fiunt, vt Abraham. Sed in pluribus hæc dextera facit vitium, ſecundum illud *Ier.*5. b. Saturaui eos, & mœchati ſunt. n Dextera Domini exaltauit me, [hoc non poteſt dicere Prælatus intruſus, ſed dextera, id eſt, poteſtas Regis, vel pecuniæ, vel conſanguinitatis, exaltauit me. Quare? *Pſalm.*25. Quia dextera eorum repleta eſt muneribus, 3. *Regum* 13. g. Quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat Sacerdos excelſorum. Sed o Dextera Domini fecit virtutem, &c.] cùm tales expellit de Prælatione, ſecundùm illud ſuprà, *Pſalm.*58. Diſperge illos in virtute tua, & depone eos

o protector

A virtute ascendi in cœlum. Et sic patet, quod. a Non moriar] sicut putauerunt Iudæi, id est, non detinebor in morte. b Sed viuam, &c.] per me & per Apostolos, qui sunt organa mea.

d Opera Domini,] quæ Iudæi voluerunt sub silentio sepeliri. Et posset quæri, quare Christus passus fuerit cum statum postea erat surrecturus. Vnde causam subdit. e Castigans,] id est, corrigens delicta generis humani. Castigauit me Dominus.] Pater, id est verberauit exponendo me tribulationi. Vnde dicit. *Is.* 53.c. Propter scelus populi percussi eum. Et *ibid.* b. Disciplina pacis nostræ super eum, [Castigauit,] dico.

tem. a Non moriar, b sed viuam, c & † narrabo d opera Domini. † e Castigans f castigauit me Dominus, & g morti non tradidit me. h Aperite mihi i portas iustitiæ, k ingressus in eas l confitebor m Domino, † hæc n porta Domini o iusti intrabunt in † eam. p Confitebor q tibi † r quoniã exaudisti me, s & factus es mihi in salutẽ,

al. † enarrabos.
al. † Emendans emendauit.
al. † Piæ portæ.
al. † Domine.

Aliter. in persona Ecclesiæ, Dextera Domini sup. Act 4.g.

g Et morti non, &c.] supple ne me detineret, sed quasi commodauit, vt me citò redderet, secundum quod sup. *Psa.* 15. habetur: Non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. In persona autem Ecclesiæ, vel Martyrum potest legi sic, vt dicat. Dextera Domini, id est, Christus, fecit virtutem, per patientiam Martyrum deuincens Tyrannos. Dextera Domini, scilicet Christus, exaltauit me, ipsos Tyrrannos subiciens fidei. Dextera Domini, ipse Christus, fecit virtutem, id est, multa miracula per Apostolos. Vnde. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Iesu Christi. Et per hæc quæ fecit. Christus.

a Non moriar,] id est, non destruar, vt putauerunt Iudæi, & Tyranni. b Sed viuam,] id est, crescam, & proficiam. c Et narrabo, &c.] id est, Christi, scilic. Incarnationem, Passionem, Resurrectionem, Ascensionem, Spiritus sancti missionem. Tribulationes autem illatæ mihi à Tyrannis non erunt mihi ad interitum, sed ad profectum. Hoc est quod sequitur.

e Castigans,] exteriùs per flagella. f Castigauit me,] interiùs delendo peccata, & augendo merita. g Et morti non tradidit me,] id est, destructioni. Nam Ecclesia per tribulationes non est destructa, sed magis multiplicata, sicut filij Israel. *Exod.* 1.b. Quantò magis opprimebantur, tantò magis multiplicabantur.

⊖ protector meus Domine. *Isa* 22.f. Expellam te de statione tua. Et merito contra tales facit dextera Domini virtutem, quia sicut in *Psalm.* 143. dicitur. Dextera eorum dextera iniquitatis. Sed secundum prædictum sensum subdit pœnitens. a Non moriar,] morte æterna. b Sed viuam,] vita gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, *Galat.* 2.d. Viuo ego, iam non ego. Et talis qui viuit vita gratiæ potest prædicare. Vnde subdit. c Et narrabo opera Domini,] Supra *Psa.* 113. Non mortui laudabunt te Domine, &c. Propter hoc bene, *sup. Psal.* 50. primo dicit. Spiritum rectum innoua in visceribus meis, &c. Et post addit, Docebo iniquos vias tuas. Et bene dicit.

d Opera Domini.] Hoc est contra scrutatores, qui narrant non opera, sed secreta Domini. *Isa.* 40.f. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint. Vnde autem fuerit iustificatus subiungit, scilicet, per disciplinam Domini, & correctionem. Vnde dicit. e Castigans castigauit me Dominus, &] per hoc [morti non tradidit me.] Minus dicit, & plus significat. Ac si dicat, à morte eripuit me per castigationem. Hæc est doctrina Spiritus sancti *Prouerb.* 23.b. Noli subtrahere a puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius de Inferno liberabis. *Iudit.* 8.d. Flagella Domini quasi serui qui corripimur ad emendationem non ad perditionem nostram euenisse credamus. *Apoc.* 3.d. Ego quos amo arguo & castigo.

Alleg.

h Aperite mihi portas, &c.] Tertia pars, vbi quod monet alios se facturum promittit, scilicet, laudate Deum causa salutis, quæ per quem sit facta, & qualiter sit facta ostendit, & quibus etiam sit facta, quia per Christum passum, iustis facta est, per Apostolos manifestata est. Vnde dicit Ecclesia sic ad Apostolos, [Aperite mihi portas iustitiæ,] id est, doctrinam sacræ Scripturæ exponite, per quam homo iustificatur.

k Et ingressus in eas,] id est, illis intellectus.

l Confitebor Domino,] id est, laudabo eum. Sed quia hæ omnes portæ ad vnam Portam, scilicet, Christum referuntur, addit. n Hæc porta, [est Domini, id est, Christus, per quem itur ad Patrem, & intratur ad Regnum.

o Iusti intrabunt in eam,] id est, per eam, vt per Christum viam veniant ad ipsum veritatem, & vitam. Vel ipsi Apostoli dicuntur portæ. Et exponitur sic. O vos Apostoli dicit Ecclesia. h Aperite mihi, &c. [id est, vosipsos ea quæ scripsistis exponẽdo, vt ego, & membra mea miremur vos in doctrina, & operibus vestris. Cætera exponantur vt priùs. Vel aliter, & loquitur Ecclesia, vel cœtus Martyrum ad persecutores suos, non imperando, sed prædicendo hoc modo. O vos persecutores: h Aperite mihi portas iustitiæ,] id est, tribulationes, & persecutiones mihi inferetis, quibus iustificabor.

k Et ingressus in eas,] tribulationes patiendo. l Confitebor Domino.] Bene enim Deum confitetur, qui pro eo patitur. Vnde in Collecta de Innocentibus dicitur: Deus cuius præconium innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Confitebor,] etiam gratias agendó, & ad literam. Deum laudando in persecutione. Et hoc debeo facere, quia ipse pro me fecit idem. Hoc est quod sequitur.

n Hæc porta,] est, Domini, sc. mors, per quam ipse intrauit in gloriam suam. *Luc.* 24.d. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Propter hoc dicit Petrus loquens Ecclesiæ. 1. *Pet.* 2. d. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius. Vnde & subditur.

o Iusti intrabunt in eam,] portam, id est, in tribulationem, & Passionem, vt per eam intrent ad Regnum, ad quod per multas tribulationes oportet intrare, vt dicitur *Act.* 14.d. Et quoniam hæc omnia bona super dicta à Deo sũt, non ab hominib. conuertit sermonẽ ad Dominum, dicens. p Confitebor tibi,] confessione laudis. r Quoniam exaudisti me,] vt aperirentur mihi portæ Scripturæ, secundum primam expositionem, vel vt possem sustinere, secundum vltimam.

s Et] secundum vtrumque modum, [factus es mihi in salutem,] id est, meus Saluator. Et quomodo hoc fuit subdit: A Lapidem

Moraliter. h. Aperite, &c.] Supra dixerat quod per castigationem Domini à morte liberatus fuerat: Hic autem per alia verba petit castigationem, dicens: Aperite: Quibus dicitur hoc nisi eis qui claues portant Ecclesiæ, qui habent officium claudendi & aperiendi, scilicet Prælatis? Aperite, ergo inquit ô vos Prælati: i Mihi portas iustitiæ,] id est, pœnitentiam, & correctionem mihi imponite: Quæ dicitur porta iustitiæ, quia iustitiam facit de peccatis, & per eam intratur ad Regnum, secundum quod dicitur *Matth.* 3.a. & 4. c. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim Regnum cœlorum. Pluraliter autem dicit, [portas,] quia pœnitentia tres habet partes, scil. contritionem, confessionem, satisfactionem, quæ notantur in tribus verbis. Cum dicit,] Iustitiæ,] notat satisfactionem. Per [Confitebor,] confessionem. Per [Ingressus,] contritionem. Introitum autem ad Regnum notat, cùm subiungit: Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. *Moraliter. in persona pœnitentis.*

Aliter. Vel potest hoc esse vox animæ iusti cùm egreditur de corpore. h Aperite mihi, &c.] Vnde & iste versus canitur in exequiis defunctorum, quasi dicat, sicut terra aperitur corpori, ita cœlum aperiatur animæ. Et bene dicit: i Portas iustitiæ,] quia tunc non est tempus misericordiæ, sed iustitiæ. Exemplum *Matth.* 25.a. Domine aperi nobis. Et dicit Dominus: Nescio vos. Sed qui hic iustitiam fecerit, tunc securè poterit dicere: Aperite mihi, &c. *Iudic.* 13. b. dixit Iudith: Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus. Iudith interpretatur confessio, quam Deus concomitatur, & ideo securè præcipit portas aperiri. Et sequitur eodem Iudith. Occurrerunt ad eam omnes a minimo vsque ad maximum. Et hoc est quod dicitur in exequiis mortuorum. Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini suscipientes animam eius.

k Et ingressus in eas,] quando dictum fuerit mihi: Intra in gaudium Domini tui: *Matth.* 25.b.

l Confitebor Domino.] id est, laudabo Dominum. *Isa.* 51.b. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea. m Domino,] non alij, quia 1. *Tim.* 1.d. Soli Deo honor, & gloria. Dixi, portas iustitiæ, quia. n Hæc porta Domini,] scilicet, iustitia, quia iniustus non intrabit ad eum. Sed. o Iusti intrabunt ad eam,] id est, per eam, quia iustus in iustitia sua saluabitur, sicut dicitur. Et vt iustificari possim: p Confitebor peccata mea: q Tibi,] id est, ministro habenti auctoritatem tuam. Et illa confessio fit illi ministro, non vt homini, sed vt Deo, nec scit peccata, vt homo, sed vt Deus: Vnde si reuelaret, deponendus esset, & puniendus. Vnde dicitur bene Sacerdoti illud *Isa.* 16.a. Absconde fugientes, & vagos ne prodas, habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatores. Et quia hic pluries repetit: Confitebor, commendatur frequentia confessionis. *Io.* 11.a. Eamus in Iudæam iterum.

r Quoniam exaudisti me.] Hæc duo semper simul sunt, confessio, & exauditio. Qui enim confitetur peccatum, & veniam petit, exauditur. *Psalm.* 31. Dixi confitebor, &c. & tu remisisti, &c. Quod bene significatur *Iudic.* 1.a. vbi dicitur: Dixit Iudas Simeoni fratri suo; Ascende mecum. Iudas confessio; Simeon, exauditio interpretatur. In quo autem exauditur, subiungit: s Et factus es mihi in salutem,]

a Lapidem quem reprobauerunt *b* ædificantes, *c* hic *d* factus eſt in caput anguli. A *e* Domino factum eſt † *f* iſtud, & eſt † mirabile in oculis noſtris. † *g* Hæc eſt dies † quam fecit Dominus: *h* exultemus, *i* & † lætemur in *k* ea. O *l* Domine ſaluum me fac, *m* O Domine *n* bene proſperare

al.† eis. al.† mirabilis. al. † Hic. al. † quem al. † iocundemur in eo.

A *a* Lapidem quem reprobauerunt, &c.] Hic eſt antitheſis ſcilicet caſus pro caſu, accuſatiuus pro nominatiuo. Sic enim legitur, Lapis, hic ſcilicet Chriſtus qui eſt lapis viuus, quem, tamen, reprobauerunt, id eſt, repulerunt Iudæi. *b* Ædificantes,] in cultu viuis Dei, ſed tamen non conſummauerunt ædificium, quia lapidem conſummationis abiecerunt à ſe. 1. *Pet.* 2. a. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatũ, à Deo autem electũ, & honorificatũ, *Eph.* 2. d. Super ædificati ſuper fũdamentũ Apoſtolorũ, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto, Ieſu. *c* Hic] inquam lapis. *d* Factus eſt, &c.] id eſt, fecit vtraque vnum, ſicut dicitur *Eph.* 2. c. Et ibidem addit. Vt duos condat in ſemetipſo, ſupple parietes, ſcilicet Iudæorum, & Gentium, vt fiat vnum ouile, & vnus Paſtor, ſicut dicitur. *Ioan.* 10. c. Verſus iſte conſortatiuus eſt Iudæorum. Vnde Dominus oppoſuit eum Iudæis, *Mat.* 21. c. Iſtud autẽ, quod videlicet reprobatus à Iudæis, & crucifixus, factus eſt in caput anguli *e* A Domino factum eſt iſtud.] Non à Iudæis, & crucifixoribus, ſed, à Domino, qui occultè ædificat Eccleſiam. *f* Et] iſtud, eſt mirabile in oculis noſtris ſpiritualibus qui ſumus credentes, & miramur Chriſti clementiam, quod Deus homo factus pati voluit pro ſalute noſtra. Supra *Pſal.* 97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. In oculis Auguſtini erat hoc mirabile, de quo legitur. Nec ſatiabatur illis diebus dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij diuini ſuper ſalutem generis humani. Idem autem quod ſapiebat Propheta hic & ſapit Eccleſia. Vnde ſubdit. *g* Hæc eſt dies quam fecit Dominus,] id eſt, hoc tempus gratiæ in quo Incarnatio, & Paſſio factæ ſunt. Vnde, *h* Exultemus,] exteriùs.

i Et lætemur,] interiùs. *k* In ea,] die, ſcilicet, in hoc tempore. Sed quare dicit, quam fecit Dominus. Nonne omnes dies fecit Dominus? Vtique. Hanc verò diem, id eſt, hoc tempus dicitur ſpecialiter feciſſe propter opera priuilegiata quæ in eo fecit. Iſte autem verſus multotiens cantatur in die Reſurrectionis, quæ ſpecialiter, & propriè dicitur dies, eo quod verum lumen tunc ortum eſt, & verus Sol ortus eſt de ſepulchro, & tenebras infidelitatis amouit, de quibus *Gen.* 1. a. Tenebræ erant ſuper faciem Abyſſi. Thomas interpretatur Abyſſus, ſuper cuius cordis faciem erant tenebræ infidelitatis, quando dixit. Niſi videro, &c. Non credam. Sed illas amouit cùm ei apparuit, & dicit. Noli eſſe incredulus ſed fidelis. In die autem ſunt duodecim horæ, vt dicitur *Ioan.* 11. b. Nonne duodecim ſunt horæ diei? Sic in Chriſti Reſurrectione fuerunt duodecim apparitiones, quaſi duodecim horæ in die. Primò enim apparuit Mariæ Magdalenæ. *Ioan.* 20. c. Secundò, tribus mulieribus, *Mat.* vlt. b. & dixit. eis Auete. Tertiò, Petro. *Luc.* vlt. e. Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Quartò duobus diſcipulis euntibus in Emaus, *Luc. vlt.* e. Quintò, vndecim congregatis, vt in eodem dicitur. Stetit Ieſus in medio diſcipulorum, &c. Vnde quinque apparitiones fuerunt prima die Reſurrectionis. Sextò, apparuit die octauo. *Ioan.* 20. f. Poſt dies octo erant diſcipuli congregati, &c. Septimò, ſuper mare Galilææ, *Ioan. vlt.* b. Stetit Ieſus in litore, &c. Octauo, in Galilæa, *Matth. vlt.* d. Vndecim diſcipulis, &c. Nonò, in die Aſcenſionis, *Act.* 1. a. Conueſcens præcepit eis, &c. Et *Lucæ vlt.* g. Sedete in ciuitate, &c. Decimò, *Marc. vlt.* Duxit eos in montem, &c. Vndecimò. 1. *Cor.* 15. b. Deinde viſus eſt Iacobo. Duodecimò, ſicut ibidem legitur. Plus quam quingentis fratribus ſimul. Vt ab hac ſalute quá ſic Chriſtus operatus eſt in medio terræ, non ſit expers Eccleſia, orat cùm ſubiungit. *l* O Domine ſaluum me fac,] id eſt, fac, vt ſalutem illam conſequar quam operatus es. *m* O Domine,] Chriſte.

Dies Reſurrectionis ſpecialiter, & & propriè dicitur dies. Ioann. 20. f. In Chriſti Reſurrectione fuerunt duodecim apparitiones.

n Bene proſperare,] id eſt, fac vt iter tuum quo veniſti ſaluare, & ſaluum facere quod perierat, proſperum fiat, ſcilicet, vt nos ad ſalutem perducas, ſicut promittit pater *Iſ.* 55. d. dicens. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud.

Moraliter.

* quaſi dicat, in hoc exaudiſti me, quia à peccatis liberaſti me, & ſaluum me feciſti. Et non dicit, quia Dominus dederit ei ſalutem, ſed quod maius eſt, quòd Dominus eſt ſua ſalus, ſicut ſupra. *Pſalm.* 26. Dñs illuminatio mea, & ſalus mea. Illuminatio quoad intellectũ per fidem, ſalus quoad affectũ per charitatem. *Act.* 4. b. Non eſt in aliquo alio ſalus. Dominus autem factus eſt nobis in ſalutem multiplicem, videlicet.

In ſalutem
- Temporalem. *Iac.* 1. c. a. Qui dat omnibus affluenter, &c.
- Corporalẽ. *Pſa.* 102. Qui ſanat omnes infirmitates tuas.
- Gratiæ. *Ioan.* 1. De plenitudine eius omne accepimus, &c.
- Gloriæ. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum.

Ieſum. &c. Nec mirum ſi factus eſt nobis in ſalutem, quia ipſe eſt caput noſtrum, & nos membra eius, & ab ipſo capite deſcendit nutrimentum, & medicina ſalutaris ad membra quæ ei adhærent, ſed ad membra amputata per peccatum non tranſit. Vnde *Coloſ.* 2. Nemo vos ſeducat inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei. Hoc eſt quod ſequitur:

a Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.] Iſte enim lapis, vt dictum eſt, Chriſtus eſt, qui dicitur lapis firmus, & terræ permixtus. De primo *Matth.* 7. d. Fundata erat ſupra firmam petram. De ſecundo, *Matt.* 8. c. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. In terra enim nihil habuit, licèt in terra habitauerit. Hunc lapidem non tantum reprobauerunt Iudæi, ſed adhuc reprobant ædificantes, ad literam, ſcilicet, facientes palatia, & terrena congregantes. *Iſa.* 5. c. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Hi reprobant Chriſtum pauperem, qui non in Palatio, ſed in diuerſorio habitauit, & in præſepio, non in lecto eburneo reclinatus fuit. Hi facto ſuo dicunt Deo: Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, ſicut dicitur *Iob* 21. b.

c Hic,] tamen lapis, licèt reprobatus à ſtultis, factus eſt in caput anguli, id eſt, hominis ſapientis. Homo dicitur angulus creaturarum, eo quod eſt extrema creatura. Et ſicut in angulo duæ concurrunt lineæ, ſic in homine ſolo duæ naturæ corporalis, & ſpiritualis. Et huius anguli caput eſt Chriſtus, ſicut dicitur 1. *Cor.* 11. Caput omnis viri Chriſtus, id eſt, virtuoſi hominis.

Homo dicitur angulus creaturarum.

Diabolus autem caput eſt reproborum. *Iob* 41. d. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ne autem homo de hoc euaneſcat, & ſuperbiat, quòd Deo quaſi ſuo capiti aptari & coniungi dicitur, ſubdit.

e A Domino factum eſt iſtud,] non ab homine.

f Et eſt mirabile in oculis noſtris,] quia inde Sancti admirantur de diuina bonitate, non gloriantur de ſua virtute. Vnde in *Cantic. Abac.* 3. a. ſecundum aliam literam. Conſideraui opera tua, & expaui.

Et bene dicit: In oculis noſtris, quaſi dicat, non in oculis carnalium, qui cæci ſunt, & non vident quæ Deus operatur in homine, & ita nec mirantur. Vnde *Greg.* Carnalium mentes bona penſare non valent, niſi quæ carnaliter vident quæ Deus operatur in eis.

Quia ipſe etiam operatur in eis lucem, & illuminat corda eorum. Vnde addit:

h Hæc eſt dies quem fecit Dominus,] ſcilicet, gratia, per quam illuminatur anima, & per quam ipſe homo, efficitur lux.

Peccatum autem eſt nox, quam fecit Diabolus, quod homines excæcat, & facit eos tenebras. *Eph.* 4 b. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et de hac gaudent iuſti? Vnde addit.

h Exultemus, & lætemur in ea,] Exultemus corpore, ſcilicet, in operibus bonis.

i Et lætemur,] corde, ſcilicet, in affectionibus.

k In ea,] id eſt, propter iſtam diem. *Ioan.* 8. g. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Sed licet homo habeat gratiæ lumen, tamen in periculo eſt propter inſidias Diaboli. Vnde ſubiungit orationem.

l O Domine ſaluum me fac.] Bene enim indiget Saluatore res pretioſa quæ eſt in domo fragili, & inter latrones inſidiantes vndique: Sic eſt de anima, quæ eſt in corpore fragili, 2. *Cor.* 4. b. Habuimus theſaurum iſtũ in vaſis fictilibus, & latrones, ſcilicet, Dæmones vndique inſidiantes *Iob.* 19. b. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum. Et nota quod dicit: Saluum me fac, non diuitem, vel ſcientem, vel potentem: Sed ſicut *ſup. Pſa.* 26.

Vnam petij à Domino, &c. Saluti autem contraria eſt proſperitas Mundi, ſed aduerſitas ei proxima eſt. Vnde *ſup. Pſal.* 59.

Da nobis auxilium de tribulatione. Vnde notabiliter ſubdit.

m O Domine bene proſperare,] id eſt, bonam proſperitem da nobis non malam. Malè enim proſperantur homines mundani, & proſperitas impedit eorum ſalutem, ſicut dicitur *Prou.* 1. d.

Proſperitas ſtultorum perdet illos *Ierem.* 12. a. Quare via ſtultorum proſperatur? Bona autem proſperitas eſt in ſpiritualibus bonis. Et eſt triplex. Eſt enim proſperitas pugnæ, viæ, patriæ. Proſperitas pugnæ conſiſtit in plenitudine victoriæ.

Triplex proſperitas.

victoriæ. Prosperitas viæ, in collatione gratiæ. Prosperitas patriæ, in collatione gloriæ. De prima habetur in *Psal.44.* Intende prosperè procede, & regna. De secunda *Psal.67.* Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. De tertia, *Alleg.* *Apoc.7.d.* Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

a Benedictus] Quarta pars, vbi gaudet de aduentu Christi, & idem monet quod priùs monuerat, addens quod frequenter & solenniter & in atriis Domini fiat. Gaudens ergo Propheta, vel Ecclesia de aduentu Christi, dicit.

a benedictus *b* qui venit in nomine Domini. *c* Benediximus † *d* vobis de *e* domo Domini, *f* Deus Dominus *g* & illuxit nobis. *h* Constituite diem † solennem in *i* condensis, vsque *k* ad cornu altaris. *l* Deus *m* meus *n* es tu, *o* & confitebor tibi: *p* Deus meus es tu, & exaltabo

al. † vos.

al. † festum in confrequentationibus.

a Benedictus] sit Iesus Christus. *b* Qui venit, &c.] Patris, videlicet non in suo nomine, vt Antichristus veniet. Vnde de vtriusque aduentu dicit *Io.5.g.* Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Nec solùm Christus benedictus est, sed & nos de benedictione eius accepimus, & omnes fideles in participatione Sacramentorum benedictionem recipiunt. Vnde in persona Prælatorum, & Sacerdotum Sacramenta ministrantium, & loquentium ad subditos subiungit. *c* Benediximus] nos Sacerdotes. *d* Vobis] ô subditi. *e* De domo Domini,] id est, de Ecclesia, de qua sumitur Baptismus, Eucharistia, & alia Sacramenta, in quibus benedictio gratiæ datur, vel augetur si iam habebatur. Sed ista benedictio non est à Sacerdotibus, licèt per eos ministretur. Vnde bene sequitur.

f Deus Dominus] quasi dicat non nos propriè benediximus vobis, imo [Deus Dominus] scilicet Christus. Et notatur hic duplex natura in Christo, Diuina, cùm dicit [Deus] Humana, cùm dicit Dominus. *g* Et illuxit nobis,] id est, hanc benedictionem nobis inspirauit, & per eam nos illuminauit radiis gratiæ suæ. Vel sic. *g* Illuxit nobis] tam maioribus, quàm minoribus dando lumen fidei, secundum illud *Isa.9.a.* Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Ex hoc autem laudandus est Deus, vnde consequenter inuitat ad solennizandum in solennitatibus. Etiam frequenter recipitur ista benedictio in perceptione Sacramentorum. Vnde dicit.

h Constituite, &c.] ad literam, id est, Natiuitatem, Passionem, Resurrectionem, & Ascensionem, & alia fasta instituite celebranda, & instituta celebrate. Et hoc. *i* In condensis] quasi dicat densè, & crebrè veniatis ad solennitatem. Vnde alia *litera* habet: In confrequentationibus: Iterum, in condensis, virtutum, & bonorum operum. Et hoc facite. *k* Vsque,] id est, non exeatis de Ecclesia, sicut Cathecumeni, sed expectate communionem Corporis, & Sanguinis Christi, quæ conficiuntur in altari, & in cornu altaris sumuntur ad literam. Vel per altare, intelligitur Sacramentum, per cornu altaris, efficacia ipsius Sacramenti, quasi dicat. Vsque ad cornu altaris, facite solennitatem, vt percipiatis non tantum Sacramentum, sed & rem ipsius, & efficaciam. Vel per altare, intelligi potest humanitas Christi, per cornu, eius Diuinitas. Et est sensus. Ita facite festos dies, vt perueniatis vsque ad humanitatem, & Diuinitatem Christi, credendo in præsenti, & in futuro cognoscendo, & fruendo. Et qui sic faciet, poterit dicere sicut sequitur. *l* Deus meus] ideo, confitebor tibi, confessione laudis. Et hoc fiet maximè in futuro, Et innuens affectus magnitudinem, repetit.

p Deus meus es tu, &c.] in me, & aliis exaltatum prædicabo.

Moraliter. in persona Prælatorum. Moraliter. *a* Benedictus, &c.] Thema posset esse in receptione legali venientis, vel Episcopi, vel cuiuscunque Prælati. Omnis enim talis benedictus est si venit in nomine Domini, scilicet Iesu, quod interpretatur Saluator, scilicet si venit purè propter salutem animarum. Sed certè maledictus est qui venit in nomine contrario. Quidam enim veniunt in nomine Baal, quod interpretatur superior, scilicet illi qui veniunt vt dominentur, vt pro magnis habeantur. Alij veniunt in nomine Nabuzardam Principis coquorum, id est, ventris. Alii in nomine mammonæ, scilicet vt pecuniam acquirant. Deinde subdit in persona ipsorum Prælatorum bonorum. *c* Benediximus vobis] quasi dicat verè in nomine Domini Iesu, scilicet pro salute animarum quærenda venimus. Quod patet per fructum, sicut dicitur *Mat.7.c.* A fructibus eorum cognoscetis eos. Huius autem fructus sunt prædicatio, & oratio, & Sacramentorum collatio. Hoc est quod dicunt, benediximus vobis, nos qui sumus. *e* De domo Domini] prædicando, pro vobis orando, & Sacramenta conferendo. Hoc est enim officium Prælatorum. Sed quia non sumus sufficientes etiam cogitare *2. Cor.3.b.* aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo

est. Ideo bene subiungit. *f* Deus Dominus] supple benedixit per nos. Vnde.

g Et illuxit nobis.] Duplex est lux quæ necessaria est, maximè Prælatis, scilicet lux scientiæ, & lux gratiæ. Prima expellit tenebras ignorantiæ, secunda tenebras culpæ. Prima respicit intellectum, secunda affectum. Christus autem est vtraque lux, & suos illuminat vtroque modo. Vnde e contrario dicunt mali, *Sap.5.a.* Iustitiæ lumen non luxit nobis, quantum ad affectum; & Sol intelligentiæ non est ortus nobis, quantum ad intellectum. Sunt autem multi Prælati qui & similiter possent dicere, quia teste conscientia eorum, eis deest & scientia, & gratia, vnde timere possunt, ne si quandoque benedicunt populo, ipsa benedictio vertatur in maledictionem, sicut dicit Dominus, *Mal.2.a.* Maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis, quia non posuistis super cor quasi dicat non ex corde benedicitis, sed ore tantum, quia salutem eorum non desideratis, sed gloriam vestram, *Psal.61.* Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, *Isa.19.b.* Ad conterendum erit cor eius, & ad interemptionem gentium non paucarum &c. Quid autem benedicentes debeant prædicare subdit. *Duplex lux Prælatis necessaria.*

h Constituite diem solennem.] Dies solennis est pœnitentia, *Ioan.6.a.* Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. Per Pascha intelligitur pœnitentia, in qua transit homo de vitiis ad virtutes, *Num.29.a.* Dies decima erit vobis sancta, atque venerabilis, & affligetis, animas vestras. Ibi dicit *Origenes*: O mira festiuitas, dies festus vocatur animæ afflictio. Item *Num.28.a.* super illud: Hostias meas obseruate in diebus festis meis, dicit *Gloss.* Puto, quod per singulos fideles qui conuertuntur ad Dominum, & in fine proficiunt, festiuitas oritur Domino. Item in ipsa *Gloss.* Lætantur Angeli ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. Hunc diem debemus constituere, vt firmiter, & stabiliter obseruemus eum. Et hoc. *Pascha dicitur pœnitentia.*

i In condensis] virtutum, & bonorum operum, vt non paucæ sint virtutes, & operationes bonæ, sed condensæ, sicut condensa fuerunt peccata. Hoc est quod dicitur *Mat.3.b.* Facite dignos fructus pœnitentiæ. Et hæc pœnitentia debet pertingere. *k* Vsque ad cornu altaris.] Per altare mens intelligitur, sicut diffusè habetur in *Gloss.* Huius altaris cornu est eminentia mentis, scilicet contemplatio supernorum, ad quam debent pœnitentes se erigere, secundum quod dicitur. *Mat.4.c.* Agite pœnitentiam, appropinquauit enim Regnum Cœlorum. Item dies solennis, est dies mortis, vel dies Iudicij, sicut solennitas Patri dicitur dies quo mortuus est. Hunc debemus constituere, id est, in animo præfigere, in condensis cogitationibus, vt condensè, & frequentissimè recolamus, vel recogitemus diem mortis, & diem Iudicij: Sicut. *Ieron.* qui dicebat: Siue comedo, siue bibo, siue aliud quidpiã facio, semper videtur auribus meis intonare vox illa: Surgite mortui, venite ad Iudicium. Et hoc debemus facere.

k Vsque, &c.] id est, quousque perueniamus ad illud sublime altare, & cœleste sacrificium, vbi secundum quod dicit. *Aug.* in holocaustum diuino igne succendemur, *Psal.42.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutẽ meam. Sunt autem multi, qui præcipuè vacantibus sedibus Ecclesiarum, quarum sunt Canonici, constituunt diem solennem in condensis, id est, densè, & crebrò faciunt festa, & conuiuia, vsque ad cornu altaris, id est, vsquequo stent cornuti ad altare. Propter hoc enim faciunt, vt corda aliorum flectant ad consentiendum promotioni eorum, vt cornuti fiant. Sed de talibus dicit Dominus, *Amos 3.d.* Amputabo cornua altaris, & cadent in terra, & percutiam domum hyemalem cum domo æstiua, &c. *Contra Prælatos qui faciunt conuiuia Clericis.*

Est altare.
- Materiale, de quo sumimus, *Exod.20.* Altare de terra facietis mihi, &c.
- Quod sumimus, scilicet Corpus Christi, *Heb.vlt.b.* Habemus altare de quo ede, &c.
- In quo sumimus, mens nostra, *Exod.27.a.* Non solidum, sed inane, & concauum, &c.
- Quo sumimus, fides nostra, *Eccl.35.b.* Oblatio iusti impinguat altare, &c. *Mat.5.d.* Si offers munus tuum ad altare, &c.
- Propter quod sumimus, scilicet tota Trinitas.

De quo *Exod.20.d.* Non ascendes per gradus ad altare meum, id est, non facies gradus in Trinitate. De hoc dicitur in *Psalm.42.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat, &c.

* Secundum autem duas primas expositiones bene sequitur.

l Deus meus est tu] quasi dicat in illa solenni die hoc dicite, Deus, Creator venerandus.

m Meus] Redemptor amandus.

n Es tu] non aliud. *o* Et] ideo, confitebor tibi, quasi dicat colendo, & amando te, opere, & ore confitebor quod tu solus es Deus meus, quia vt dicit *Aug.* quod vnusquisque colit; & veneratur, hoc sibi Deus est.

p Deus meus es tu, & exaltabo te,] portando te

A dicabo. *a* Confitebor, &c.] Hic est versus intercalaris, qui *sup.* expositus est, & hic competenter repetitur, quia post beneficia rectè sequitur læta confessio. Et dicit *Aug.* quod hæc confessio in patria non strepitu verborum dicetur, sed ipsa dilectio ista est vox. Tunc autem redibimus ex toto ad ipsum, à quo incepimus esse, vnde innueus quod ad illud principium sit semper redeundum, & tendendum & laudem ipsius psal. terminat, sicut incœpit, hortans ad laudem Dei dicens: Confitemini Domino, &c.

te, *a* Confitebor tibi † quoniam *b* exaudisti me, *c* & factus es mihi in salutem. Confitemini *d* Domino *e* quoniam bonus, *f* quoniam in sæculum misericordia eius.

al. † Domine.

Moraliter. * in corpore meo, & omnibus terrenis superponendo te in corde meo, secundum quod supra diffusè satis dictum est, *ibi*: Magnificate Dominum mecum, & exaltamus nomen eius in idipsum. *Psalm. 33.* Sed quidam in malo exaltant eum à se, scilicet scrutatores, *Psalm. 63.* Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, *Cant. 6.b.* Ipsi me auolare fecerunt. *Prou. 23.a.* Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potest: quia facient sibi pennas, vt Aquilæ, & volabunt in cœlum. Nec tantum in præsenti, exaltabo te, sed & in futuro. *a* Confitebor tibi] confessione laudis. *b* Quoniam, &c.] deprecantem pro salute æterna. *c* Et factus, &c.] quia ipse Dominus est saluator in via, & salus in patria, *2. Par. 20.b.* Clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos saluosque facies, interim autem quousque ad illam æternam laudem, & salutem perueniamus, non est omnino tacendum à laude Dei. Vnde hortatur dicens. *d* Confitemini, &c.] Vel de confessione peccatorum potest legi, sicut & supra. Et est versus iste primus, & vltimus in hoc Psalm. quia & in principio bonæ vitæ, & in fine laudare debemus Deum, & nos confiteri peccatores esse, secundum illud *Luc. 17.c.* Cum omnia benefeceritis, dicatis, serui inutiles sumus.

Alleluia. Aleph: doctrina.

PSAL. CXVIII.

BEati *h* immaculati in *i* via, qui *k* ambulant *l* in lege Domini. *m* Beati qui scrutantur testimonia eius, in *n* toto corde ex-

d Domino] non Diabolo, sicut illi qui confitentur peccata sua per iactantiam. *e* Quoniam bonus.]

Est Dominus.
- Intellectui, cùm sit veritas, *Ioan. 14.a.*
- Affectui, cùm sit charitas, *1. Ioan. 4.a.b.* Deus charitas, &c.
- Tactui, id est, suauis, *Sap. 12.a.* O quam bonus, & suauis, &c.
- Visui, *1. Pet. 1.c.* In quem desiderant Angeli prospicere.
- Gustui, *Eccl. 49.a.* In omni ore quasi mel indulcorabitur memoria eius.
- Odoratui, *Eccl. 24.b.* Quasi balsamũ non mixtũ odor meus.
- Auditui, cùm sit verbum Patris, *Eccl. 6.a.* Verbum dulce multiplicat amicos, *Ioan. 6.g.* Verba vitæ æternæ habes.

f Quoniam, &c.] quasi dicat misericordia Dei non est temporalis misericordia, quæ teneri non potest, sicut dicitur *Osea 7.d.* Misericordia vestra quasi nubes matutina, & sicut ros manè pertransiens. Sed est æterna, nec amitti potest. *Cant. 3.b.* Tenui eum, nec dimittam, *Psalm. 102.* Misericordia Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum.

EXPOSITIO PSAL. CXVIII.

BEati immaculati in via, &c.] Titulus, *Alleluya. Aleph.* In præcedenti Psalmo egit Propheta de aduentu Christi, in hoc autem Psal. inuitat nos ad laudem, sicut patet in titulo. In præcedenti docuit fidem, in isto docet operari per fidem, quòd bene sequitur. Nam vt dicitur *Iac. 2.d.* Fides sine operibus mortua est. Operatio autem vera est laus Dei. Vnde *Psal. 145.* Laudabo Dominum in vita mea. Psal. autem iste quantò in superficie verborum est apertior, tantò mysteriorũ sublimitate est profundior. Similibus quidem verbis est contextus, sed tamen nulla confusione permixtus, imo sub diuersis literis Hebræi Alphabeti, quas omnes in Hebræo per totum Psal. octo versuum principia repetunt, tanquam sub diuersis titulis rerum diuersitas continetur. Legis etiam nomina quæ pro varia significatione diuersa sunt posita, quamuis sæpe eadem repetantur, tamen accommodantur diuersis, vel materia, vel intentione, vel etiam modo. Sicut est, quòd aliquando Propheta quòd accepit profitetur, aliquando dicit se sperare quod metuit, & huiusmodi, quæ suis locis in serie apertiùs ostendetur. Tanta namque in hoc Psal. varietas est, vt Moralis doctrina quæ in aliis Psal. tanquam stellis minoribus aliquatenus lucet, in isto velut Sole pleni luminis meridiano feruente calore perfectè splendeat. Et cuius in cæteris aliqua suauitas redolet, in isto velut Paradisus omnium pomorum delectet. In literis quibus & omnibus digestus est Psalmus, schola Christi, & perfecta monstratur, scilicet vt sicut pueri vsum discendi in primis literis sumunt, ita nos huius perfectæ doctrinæ elementis vsum viuendi discamus. Litera verò in singulis octonariis vna significat vnitatem, quæ omnia tegit, & octonarius numerus partium suarum æqualitate perfectus in singulis literis perfectionem, scilicet quod sub vnaquaque litera est perfecta doctrina, per quam, & perfecta fit purgatio quæ per Circuncisionem figurabatur in lege, & per sacrificium pecudum in octaua, & habetur noua vita, quã octauo post diluuium humanæ generationis exordio figuratam Christus octaua die resurgens, in nobis per viuificationem animæ cœpit, & post horum septem dierum reuolutionem veniens etiam per corporum incorruptionem perficiet in octaua. Pro quib. omnib. titulus inuitat ad laudem. Habet autem Psal. iste partes viginti duas secundum numerum, scilicet literarum. Quarum prima est, Aleph, quæ interpretatur doctrina, & significat versus, quibus perscribitur plenos esse doctrina, quæ tanquam prologus cuncta breuiter quæ in sequentibus continentur octonariis, tangunt. Cùm enim omnes tam boni quam mali velint esse beati, tamen viam qua itur ad beatitudinem, quidam ignorant, vnde in persona omnium fidelium loquens, quæ sit ad illam vera via diffinit, & ait.

g Beati, &c. Et quia vt prædictum est, in hoc Psal. instruimur perfectè in morib. ideo meritò moraliter, & non aliter, nisi in paucis locis vbi ipsa allegoria quandammodo moralis est, exponitur. Dicit ergo. *g* Beati] sunt qui sunt. *i* In via Christo, quæ dicitur via, veritas, & vita: *Io. 14.a.* In eo autem sunt iusti per fidem, & dilectionem, *1. Io. 4.c.* Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et tales sunt beati. Nam econtrario maledicti sunt qui ab ipso recedunt, *Osea 7.d.* Væ eis quoniam recesserunt à me. Qui autem sint in eo diffinit per actus. Primò fidei, secundò charitatis. *h* Immaculati] per remissionem peccatorum, quæ est per fidem, *Act. 15.b.* Fide purificans corda eorum, *Rom. 5.a.* Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus, &c. Sed quia fides sine operibus mortua est, bene subdit de operibus. *k* Qui, &c.] bene operando. *l* In lege Domini] quæ est charitas, *Io. 13.d.* Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, &c *Rom. 13.c.* Plenitudo legis est dilectio. Vel sic. *g* Beati] sunt, qui sunt. *h* Immaculati in via] Mundi, quæ multos maculat, *1. Reg. 21.b.* Via hæc polluta est, *Eccl. 31.a.* Beatus est diues qui inuentus est sine macula, &c. Qui autem sunt qui immaculati sunt in hac via. *k* Qui, &c. Nam vt dicitur supra in *Ps. 18.* Lex Domini immaculata, &c. Hæc autem lex ligat sensus hominis, vt non effluant in immunditiis viæ Mundi. Hæc est Religio, de qua *Iac. 1.d.* Religio autem munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, &c. Et post. Et immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Sed quoniam in lege nemo perfectè ambulat, nisi qui legem cognoscit, bene subiungit.

m Beati qui scrutantur, &c.] Nota tamen quod coniunxit ita. Qui ambulant & scrutantur, ne videatur ad beatitudinem nõ sufficere vita sine scientia, aut doctrina, sed diffinito quod beati sunt immaculati qui ambulant in lege Domini, iterum addit quod [Beati] sunt, qui scrutantur testimonia eius. Et est rectè ordo seruatus. Ante enim vita quam scientia, vel doctrina quærenda est, *1. Tim. 4.d.* Attende tibi, & doctrinæ. *Act. 1.a.* Cœpit Iesus facere, & docere. Bene autem dicit, scrutantur, in quo notatur difficultas Scripturæ, & diligentia inquirentis. *Prou. 2.a.* Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies, *Ioan 5.f.* Scrutamini scripturas, *Psalm. 1.* Et in lege eius meditabitur die, ac nocte. Plures autem sunt qui.

Scrutantur
- Vt sciant, hæc est curiositas, *Eccl. 3.c.* In pluribus operibus eius non sis curiosus.
- Vt laudentur, hæc est vanitas, *Mat. 24.a.* Ament vocari ab hominibus Rabbi.
- Vt lucrentur, hæc est cupiditas, *Prou. 13.c.* Noli vendere sapientiam.
- Vt peruertant, vt hæretici, *Gal. 2.a.* Subintroierunt falsi fratres.
- Vt ædificentur, hæc est prudens humilitas, *Ioan. 5.f.* Scrutamini Scripturas.
- Vt ædificent, hæc est charitas, *1. Tim. 4.d.* Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

Sunt autem quidam qui scrutantur testimonia legis diuinæ, non vt secundum illa viuant, sed vt docti appareant, vt ambitiosi, & cupidi: Alij vt calumnientur, vt hæretici. Et hi non sunt beati, sed illi qui ideo scrutantur, vt ibi Deum, & eius voluntatem inueniant, & cognoscant: Vnde subdit.

n In toto corde exquirunt eum] vt, scilicet, per testimonia eius in cognitionem ipsius veniant. Et dicit, [toto corde] quia qui corde scisso quærit, non inuenit: Vnde *August.* Mens diuisa non impetrat, *Osea. 10. a.* Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ex hoc sequitur quòd non inueniunt eum qui est vita. *Infrà.* In toto corde meo exquisiui te. Et verè qui eum exquirunt, beati sunt, & alij non.

a Non

a Non enim qui operantur iniquitaté, in viis eius ambulauerunt:]Et ideò nó pertinet ad illam beatitudinem,de qua præmisit:[Beati immaculati in via,&c.] Et ibi dixit singulariter, via,hic autem pluraliter,viis,quia & vna est via Christus, & plures viæ Prophetæ,sc.& Apostoli,& omnes Prædicatores, qui ducunt ad Christû,in quib. ambulat qui eos imitatur, & secundum eorum doctrinam operatur. Vel viæ eius sût eius mandata. Sed quomodò verum est quod dicit: Non enim qui operantur iniquitatem, &c. Multi enim modo operantur iniquitatem qui ante ambulauerunt in viis eius. Sol. Non reputantur ambulasse, qui non ambulauerunt fructuosè. Vnde Ezec. 18.c. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem,&c.Et sequitur: Omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. Et ne quis fortè putaret, quod simul posset operari iniquitatem, & in viis Dei ambulare, & ita etiam falsum esset quod dicit:Non enim qui operatur iniquitatem,&c.ideò hoc probat consequenter,dicens: b Tu mandasti. &c.] q.d.simul non possunt seruire duobus Dominis.Sic enim tu mandasti, per legem, & per Euangelium,per Prophetas, & Apostolos,c Mandata tua custodiri,] vel,custodire, non in parte,sed d Nimis,] i. valde, vt nec ad modicum ab eis recedat quis.Ecc.18.c.Non impediaris orare semper,& non verearis vsque ad mortem iustificari. Item [nimis,]i.feruenter,contra tepidos,Apoc.3.c.Vtinam frigidus esses,aut calidus,sed quia tepidus es incipiam te euomere de ore meo.Cant.1.a. Adolescentulæ dilexerunt te nimis,i. importunè,vel improbè.1.Tim.4. Insta opportunè, importunè. Luc.11.b.Propter improbitatem eius surget,& dabit ei quotquot habet necessarios. e Vtinam dirigantur,&c. Hucusque qui sunt beati per actus eorum docuit : nunc quia non satis est doceri contra superbiam liberi arbitrij, sibi optat ea per quæ fiunt beati.q.d.tu mandasti mandata tua custodiri nimis, sed ad hoc sine gratia non sufficio : Vnde dico : Vtinam viæ meæ,]i.actus huius vitæ, qui per se sunt tortuosi,dirigantur à te,quia à me non possunt dirigi.Prou.16.b.Cor hominis disponit vias suas, sed Domini est dirigere gressus. Ierem. 10. d. Scio Dñe,quia non est hominis via eius,nec viri est,vt ambulet, & dirigat gressus suos. Aug. Iube Domine quod vis, & fac quod iubes.Dirigantur, inquam:f Ad custodiendas,] i.vt custodiam.g Iustificationes tuas,] i. mandata quæ iustificant. Inf. Iustificationes tuas custodiam.Sap.6.c.Dilectio custodia est legum illius,custoditio autem legum consummatio incorruptionis est.Vel,Iustificationes,i.illa quatuor quæ conueniũt in iustificatione impij,sc.gratiam,fidem,siue motum fidei;cótritionem,& remissionem peccati,quæ sunt custodienda,non tam recipienda, Apoc.3.c.Tene quod habes,vt nemo accipiat coronam tuam,Iob.27.a.Iustificationem meá quá cœpi tenere non deseram.Non autem possunt custodiri iustificationes, nisi præ oculis habeantur:Vnde bene subdit:h Tunc non cófundar,] de non custoditis iustificationibus.i Cum perspexero]i.perfectè aspexero,sicut in speculo.k In omnib. mandatis tuis.] Perfectè aspicit qui ea opere implet : qui verò aspicit, & non implet,imperfectè aspicit, & imperfectus est etiam si alios doceat.Mat.5.c.Qui soluerit vnum de mandatis his minimis, & docuerit sic homines,minimus vocabitur in Regno cœlorum: qui autem fecerit sic,& docuerit,hic magnus vocabitur.Iac.1.d. Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis,& permanserint in ea non auditor obliuiosus factus, sed factor operis,his beatus in facto suo erit.Hoc est quod hic dicit:Tűc non confundar,&c.Amos 7.c.Qui vides gradere,sc qui vides respiciendo in lege,gradere operando. Non.n. perfectè aspicere potest homo vno oculo clauso,& alio aperto.Multi autem aperiunt oculum intellectûs, & claudunt oculum affectûs,qui est oculus dexter,ineuntes fœdus cũ Naas Ammonite,i.cum Diabolo,dicente 1.Reg 11.a.In hoc feriam vobiscũ fœdus, vt eruam omnium vestrûm oculos dextros,ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel, q. d. vt non perfectè aspiciendo confundamini. Zach.11.d. O pastor & idolũ, qui sc. habes oculos,& non perfectè vides. Et vnde hoc subdit : Gladius super brachium eius,& super oculum dextrum eius,sc.gladius Diaboli impediens operationem, & affectionem.Vnde subdit:Brachiũ eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur: Vnde sequitur quod non poterit perspicere.Et dicit.k In omnibus mandatis,]quia non sufficit nisi omnia impleantur. Vnde Iac.2.b.Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniũ reus.Et si hoc fecero,vt dictum est,nó confundar,imo fiet quod sup.rogaui,sc.dirigetur cor meum ad custodiendas iustificationes.Hoc est quod sequitur.l Confitebor tibi,&c.] quasi dicat diriges cor meum.Et in illa directione cordis,non ero ingratus,sed, confitebor tibi, i. laudabo te.n In eo quod didici,] perspiciendo.o Iudicia,] quæ sunt Abyssus multa.

quærunt eum.a Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. b Tu † mandasti, c mandata tua custodiri d nimis.e Vtinam dirigantur viæ meæ, f ad custodiendas g iustificationes tuas. Tunc h non confundar, † cùm i perspexero in k omnibus mandatis tuis.l Confitebor tibi † in m directione cordis,in eo quod † didici o iudicia p iustitiæ tuæ.Iustificationes tuas custodiam,non me derelinquas † r vsquequaque.

Beth, confusio,vel domus.

IN quo corrigit † adolescentior viam suam,

al. † præcepisti.
al. † dum inspicio in omnia mandata tua.
al. † Domine.
al. † didicerim.
al. † valde.
al. † iunior.
Matt.6.c.

p Iustitiæ tuæ,]i procedentia de tua iustitia.Isti duo versus sunt contra eos qui nimis citò volunt esse magistri,vel Prædicatores,quod cadit ad eorum confusionem. Sed sapiens dicit.h Tunc non confundar,]propter ignorantiam.i Cum perspexero, &c.i. cum totá S.Scripturam diligenter videro. Sed l Confitebor tibi,]i,laudabo te legendo,& prædicando.m In directione cordis,]i. sine errore intellectus.n In eo,] quod non sum inscius,sed.o Quod didici iudicia iustitiæ tuæ,]quæ qui non didicerint errant.1.Tim.1.b.Quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium volentes esse legis Doctores non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.Eccl. 18.c.Antequam loquaris disce.Item hoc est quod dicit.l Confitebor tibi,&c.] est contra multos quorum vox est in Choro,& mens in foro,qui non confitentur,i. laudant Deum in directione cordis,quia non quod profertur in ore versatur in corde,secundum doctrinam August. Sed supra dicitur Psal.32. Rectos decet collaudatio.Vel de confessione peccatorum potest dici.

l Confitebor tibi,] peccata mea. m In directione cordis;] sperando veniam a Deo,& deuotè petendo misericordiam. Et hoc.

n In eo,] id est,propter hoc.

o Quod didici iudicia iustitiæ tuæ,]id est,iudicia,quæ facies quando iustus iudex apparebis.Ps.94.Præoccupemus faciem eius in confessione. Post confessionem autem rectam debet sequi satisfactio iusta. Vnde bene sequitur, iustificationes tuas,&c.Vel secundum alium sensum sic continuatur. Quod postquam dicit, Didici iudicia, &c. quis sit iustitiæ cognitæ fructus,supponit dicens,iustificationes tuas custodiam: *Alia litera*,Præcepta tua, quod idem est.Et quia eas custodire non possum sine adiutorio tuo,sicut dicitur Ioan.15.a.Sine me nihil potestis facere.q Non me derelinquas,] Iosue 1.a. Non te dimittam,neque derelinquam, confortare, & esto robustus, Heb.13.a. Non te deseram, neque derelinquam.Sed contra. Nonne & ipsum Christum dereliqui Deus,quanto magis,& nos? Matt. 27. f.Vt quid me dereliquisti. Ps. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Sol. habetur per hoc quod dicit.

r Vsquequaque,] quasi dicat etsi ad horam derelinquas,vt probes,sicut Iob.1.vel vt mihi infirmitatem meam notam facias,sicut Petro.Luc.22.

q Non]tamen derelinquas vsquequaque,]id est,ex toto,sicut Iudam.Ioan.13. De hac hora,vel relictione.Isa.54.c.Ad punctum in modico dereliqui te.Isa.60.c.Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, ponam te in superbiam sæculorum. Alia *litera* habet: Ne derelinquas me nimis,]& satis in idem redit 1.Cor.10.c.Fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis,&c.

IN quo corrigit, &c. Beth.] Primo octonario præponitur: Aleph, quod interpretatur doctrina.Huic autem secundo octonario præponitur,Beth,quod interpretatur confusio,vel domus. Et hoc bene congruit, quia à doctrina intelligit homo, & cognoscit Deum, & seipsum, & inde confunditur super peccatis suis,& redit ad domum Ecclesiæ,& ad domũ cœli.Eccl.4.c.Est confusio adducens gratiá & gloriá.Iob.vlt.c. Auditu auris audiui te,scilicet,per doctriná, & nunc oculus meus videt te,scilicet, per intelligentiam,idcirco ipse me reprehendo,ecce confusio, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere,ecce reuersio ad domum.Ierem.31.d. Postquam ostendisti mihi, sc.per doctriná,percussi femur meũ per pœnitentiam,confusus sum,& erubui, &c.Videns ergo confusionem suam vult corrigi.Et primò ponitur hîc interrogatio deliberationis, cùm dicit,in quo corrigit adolescentior viam suam?

Secundò propositæ quæstionis ponitur solutio, cùm dicit,in custodiendo sermones tuos,dicit.

f In quo corrigit adolescentior viam suam? Et nota quòd non dicit,in quo corrigit quis,sed,adolescentior,quia licet in omni ætate quantumcunque sera vtile sit corrigi, tamen vtilius est in adolescentia, ante videlicet quam consuetudo præualuerit.Vnde Poeta. Ouid.li.1.de remedio amoris.

Principiis obsta, serò medicina paratur.
Cùm mala per longas conualuere moras.

*Prou.*22.2.Adoleſcēs iuxta viā ſuā etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea.Itē in adoleſcentia eſt homo pronior ad peccatū, vnde magis neceſſaria eſt correctio.*Pr.*30.c.Tria sūt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro,via Aquilæ,&c.Ita habet *Bed.*Verior tamen *litera* habet.In adoleſcentula. In hoc etiam quod dicit,adoleſcentior,arguuntur ſenes inueterati dierum malorum qui,difficilè corriguntur,ſed adoleſcētes de facili , quia ſunt ſicut noua cera,ſenes autem ſicut vetus cera quæ ſeſe non continet,& ſicut vetus corium quod ſuturam non patitur.*Pr.*21.d.Qui rectus eſt corrigit viam ſuam.Sed quia ſenex curuus eſt,ideo non corrigit.*Eccl.*1.d: Peruerſi difficilè corriguntur.*Eccl.*7.b.Conſidera opera Dei,quod nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.Sequitur reſponſio. *a* In cuſtodiendo,&c. } O Domine,i.præcepta tua.De quib.*Pr.*8.a.Iſti ſunt omnes ſermones mei,& non eſt in eis prauum quid aut peruerſum.Et nota quod dicit,in cuſtodiendo,&c.non tātùm in audiendo,vel ſcribendo.*Luc.*11.d.Beati qui audiunt verbū Dei,& cuſtodiunt illud.*Rom.*2.b.Non tantum auditores legis iuſti ſunt apud Deum,ſed factores legis iuſtificabuntur. *b* In toto corde,&c.] q.d.quia correctio eſt in cuſtodiendo ſermones,imò.*c* Ne repellas me,&c.]i.adiuua me in intelligendis,& cuſtodiendis mandatis tuis Et qua confidentia hoc petat præmittit dicens.*b* In toto corde meo,&c.]in toto dicit, non in dimidio,vel duplici.*Eccl.*1. Ne acceſſeris ad illum duplici corde.*Deut.*4.c.Cùm quæſieris tibi Dūm Deum tuum, inuenies eū,ſi tamen toto corde quæſieris,&c.*Aug.*Pro quāta parte aliud quæris,Deum non quæris.1.*Reg.*7.a.ait Samuel ad vniuerſam domum Iſraël.Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum,auferte Deos alienos de medio veſtrûm, Baalim,& Aſtaroth,i.ambitionem, & auaritiam. Baalim enim interpretatur ſuperior, Aſtaroth ouile , Sed modò in multis contrarium inuenitur, quia in toto corde recedunt à Domino , & ſequuntur Diabolum. Quod ſignificatum eſt. 2.*Reg.* 15.c.vbi dicitur. Venit nuncius ad Dauid dicens , toto corde vniuerſus Iſraël ſequitur Abſalon.*c* Ne repellas me]*Oſ.*4. b.Repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi,imò dicitur *Sap.* 9.a.Noli me reprobare à pueris tuis,quoniam ſeruus tuus ſū ego.*Iſa.*63.d.Quare errare nos feciſti à viis tuis,induraſti cor noſtrum ne timeremus te?*d* A mandatis tuis,] videlicet.

Mandatis.
- Credendis.*Eccl.*23.a.Homo ſenſatus credit legi Dei.
- Diſcendis.*Pſal.*Da mihi intellectū,vt diſcam mandata tua.
- Faciendis.*Phil* 2.b. Operatur in nobis velle , & perficere.
- Docendis.*Pſal.*50.Docebo iniquos vias tuas.
- Diligendis.*Pſ.*Dilexi mādata tua ſuper aurū,& Topazion.

Ne autem fortè dicat ei Dominus illud *Oſ.*4.b.Quia tu ſcientiam repuliſti , repellam te, &c. ideo bene ſubdit.*n* In toto corde meo, &c.] i. memoriæ commendaui , & indignis non dixi.Et hoc.*f* Vt non peccem tibi,]dum aut ignoro quod facere debeo,aut indignis myſteria diuina diſpenſo.*Pro.*7.a.Scribe eam,ſc.ſapientiam in tabulis cordis tui.De ſecundo.*Matt.*7.a. Nolite Sanctum dare canibus , & margaritas veſtras nolite ſpargere ante porcos.Et notandum quòd.

Quidam abſcondunt eloquia Dei.
- Bene
  - Propter ignorantiam. *Eccl.*5. d. Si eſt tibi intellectus reſponde proximo; ſin autem,manus tua ſis ſuper os tuum,&c.& confundaris.
  - Propter ætatem.*Iere.*1.b.A a a puer ego ſum,& neſcio loqui.*Eccl.*32.b. Vbi ſunt ſenes , non multum loquaris.
  - Propter cautelam. *Amos.*5.d.Prudens in tempore illo tacebit,quia tempus malū eſt *Prou.* 19. b. Totum ſpiritū ſuū profert ſtultus,ſapiens autē differt,&c.
  - Propter pudorem.*Dan.*10.c.Demiſi vultum meum ad terram , & tacui.*Eccl.*32.b.Audi tacens,& pro reuerentia,&c.
  - Propter compaſſionem.*Ioan.*16.c.Multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis,&c.
- Male
  - Propter ſexū.1.*Cor.*14.g.Mulieres in Eccleſia taceant.
  - Propter infamiam,quia homo non audet loqui quando eſt infamis , & notabilis de peccato. *Eccl.*15.c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Iſa.* 47. a. Sede tace,intra in tenebras filia Chaldæorum , id eſt,anima peccatrix.
  - Propter timorem,*Iob.*32.c.Timuerunt, nec reſponderunt vltra, abſtuleruntque à ſe eloquium.
  - Propter tumorem, & ſuperbiam,*Iob.*38.a. Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?
  - Propter colorem,*Eccl.*4.d.Non abſcondas ſapientiam in decore eius.
  - Propter pigritiam. *Mat.*25.b. De ſeruo pigro qui abſcondit pecuniam Dñi ſui.

g Benedictus, &c.] Præmiſit de cuſtodiendis in adoleſcentia mandatis, & quod Deum toto corde exquiſierit , & quod duplici modo, vt dictum eſt eloquia Dei abſconderit , pro quibus nunc gratias agens dicit, Benedictus es Domine,in natura,vel in tuis. Et quia fruſtra abſconduntur in corde eloquia Dei,niſi ſequantur opera iuſtitiæ,ſubdit : *b* Doce me,&c.] i.opera quæ me iuſtum probent.Et facit hic,ſicut ſapiens poſtulator:Primò,de ſuſceptis bonis gratias agit, & poſtmodum maiora petit. Si enim de iam ſuſceptis ingratus eſſet,nō mereretur accipere ampliora. *Eccl.*1.b.Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.

in *a* cuſtodiendo † ſermones tuos. In *b* toto corde meo exquiſiui te , *c* ne repellas me *d* à mandatis tuis.In *e* corde meo abſcondi eloquia tua , vt non peccem *f* tibi. Benedictus *g* es Dñe, *h* doce me iuſtificationes tuas. In *i* labiis meis pronunciaui *k* omnia *l* iudicia oris tui, in *m* via teſtimoniorum tuo-

al.† verba tua.

Sed poteſt hic quæri, à quo eſt benedictus Deus? dicitur enim *Heb.*7.b. quod minus eſt à meliore benedicitur. Sol Duplex eſt benedictio.Vna conſecrationis , & alia laudis. Primo modo non benedicitur Deus , ſed ſecundo,in quo bene poteſt quis benedici à minore , i. laudari. Dñe : Ecce dominiū. Doce me,Ecce magiſterium.*Ioan.*13.b.Vos vocatis me Magiſter,& Domine,& bene dicitis,sū etenim.*Mat.*23.a.Vnus eſt Migiſter veſter.Doce me,per tuum Paracletum,de quo *Ioan.* 14. d. Ille docebit vos omnia.Et *Ioan.* 16.c.Docebit vos omnē veritatem,*Pſal.*93. Beatus homo quem tu erudieris Dñe,& de lege tua docueris eum.Iuſtificationes tuas:Non dicit quæſtiones,ſed iuſtificationes,i.iuſtitiæ factiones,ſecundum quod etiam in Ethica dicitur, quod ciuilis doctrinæ finis non eſt cognitio,ſed operatio.*Rom.*2.b.Nō.n.auditores legis iuſti sūt, ſed factores legis iuſtificabuntur.Deinde,qui ſi iā exauditus, & per vnctionem doctus de omnibus , addit:*i* In labiis meis pronunciaui,&c.] Ecce competens ordo,vt priùs doceatur, & poſtmodum edoctus doceat, *Eccl.*18.c.Antequam loquaris diſce. Sed dicit *Ieron.*Sola ſcripturarum ars eſt quam ſibi paſſim omnes vendicant.

Scribimus indoctique poëmata paſſim. — *In prol.Bibl. c.6.*

Hanc garrula anus,hanc delirus ſenex,hanc ſophiſta verboſus,hanc vniuerſi præſumunt,lacerant,docent antequam diſcant.Et iterum competenter cū ſupra dixiſſe::In corde meo abſcondi eloquia tua,hic ſubiungit:In labiis meis pronunciaui,quia non eſt ſemper tacendum,ſed tēpus tacendi,& tēpus loquendi,vt dicit *Eccl.*3.b.Et quod indignis ſubtrahitur,dignis debet miniſtrari.Propter hoc bene dicitur *Mat.*2.b.Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,vt ſc.eam tempore opportuno communicent,& tēpore debito claudant, *Mat.*24.d.Quis putas eſt fidelis ſeruus,& prudens quē conſtituit Dñs,ſc.ſuper familiam ſuam,vt det illis cibum in tēpore. Pronunciaui,q.d. publicè prædicaui.*Cant.*7.d.Egrediamur in agrum, *Luc.* 8. a. Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuū Sed obiici poteſt,quid eſt quod dicit:*k* Omnia iudicia,] cum dicatur *Rom.*11. d. O altitudo diuitiarum ſa.&c.Et ſup.in *Pſ.*35.Iudicia tua abyſſus multa.Et *Eccl.*1.a.Sapientiam Dei præcedentem omnia , quis inueſtigabit?Sol.Loquitur de iudiciis ſcibilibus,& vtilibus,& maximè de illis quæ fient in die iudicij , quod & aperit,cum dicit: *l* Iudicia,&c.]quæ ſ.dixiſti per Prophetas,& Apoſtolos, & quæ ore proprio dices.*Iob.*19.d. Scitote eſſe iudicium.Iudicium autem debet fieri ſecundum depoſitionem teſtium. Vnde qui bonos habet teſtes ſecurus , & gaudens expectat iudicium.

Propter hoc bene ſequitur. *m* In via teſtimoniorum tuorū delectatus ſum.]Via teſtimoniū Dei,eſt S.Scriptura,quæ cōtinet teſtimonia iuſtorum,& dirigit ad Regnū.Teſtimonia sūt multa,vt eſt illud: Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorū eſt Regnum cœlorum:*Mat.*5.a.Ecce teſtimoniū pro pauperib.iuſtis.Et ſequuntur multa alia teſtimonia *ibid.*Beati mites,quoniā ipſi poſſidebunt terrā. Beati qui lugent,quoniam ipſi cōſolabuntur,&c.In hac via teſtimoniorum delectatur iuſtus, qui eam ſcit, & eam tenet, directè currens ad brauium.Sunt autem cauſæ multæ quare in ea delectantur. Prima eſt propter promiſſionū magnificentiā.*Pſ.*121.Lætatus ſum his quæ dicta ſunt mihi,in domum Dñi ibimus.*Iſa.*64.a.A ſæculo non audierunt,neq; auribus perceperunt,oculus nō Deus abſq; te quæ præparaſti expectantibus te. Secunda eſt arræ ſuauitas. *Pſ.*18.In cuſtodiēdis illis retributio multa.Tertia eſt propter pignoris ſecuritatem,2.*Cor.*5.b.Dedit nobis pignus,i.Spiritum ſanctum in pignore. Quarta eſt propter mentis approbationem,2.*Cor.*1.c. Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Quinta eſt propter altitudinis ſapientiæ Dei intelligentiā.*Pſal.*A mandatis tuis intellexi,*Eccl.*23.d.Nihil dulcius quā reſpicere in mādatis Dñi.Sexta eſt,propter ſecretorū reuelationē.*Ioan.*15.b.Omnia quæcūq; audiui à Patre meo nota feci vobis.Vel teſtimoniorū viā appellat humilitatē Incarnationis,Natiuitatis,Paſſionis,& huiuſmodi,quibus quantum nos diligeret teſtatus eſt.*Pſ.*92.Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.In hac ergo duplici via teſtimoniorum delectatur iuſtus.

In teſtimoniis Dei delectatur iuſtus propter multas cauſas.

iustus. a Sicut in, &c.] spiritualibus. De quibus Apost. 1. Cor. 1. a. Gratias ago Deo, quod in omnib. diuites facti estis in ipso, &c. vel de corporalibus diuitiis potest exponi, non quia sit recta cōparatio earum ad spiritualē delectationē, & ad gratiam, sed quædam similitudo, eo quod multum delectantur homines in diuitiis tēporalibus, sed iusti multū plus in spiritualibus. Vnde dicit *Aug.* Magis diligit charitas Dñm, quam cupiditas aurum, *Pr.* 7. b. Melior est sapientia cunctis opibus, &c. *Pr.* 3 b. Melior est negociatio eius negociatione argenti, & auri. *Iob* 19. c. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum. Vel in persona Martyrum potest hic versus legi, qui delectati sunt in via testimoniorum, i. martyriorum, & suppliciorū suorum, *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus, *Act.* 5. g. Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu concilij, quoniā, &c.

al. † iocundatus sum quasi.
al. † garriā. 38. *dist. c. omnes.*
al. † verborum tuorū.
al. † viuam.
al. † verba tua.

rum † delectatus sum *a* sicut in omnibus diuitiis. In *b* mandatis tuis † exercebor, & *c* cōsiderabo *d* vias tuas. In *e* iustificationibus tuis meditabor, non *f* obliuiscar † sermones tuos.

Gimel, plenitudo, vel retributio.

g Retribue seruo tuo † *h* viuifica me & *i* custodiā † sermones tuos. *k* Reuela

Deinde quia delectatio otiosa nō est opus delectationis supponit dicens. *b* In mādatis, &c.] cogitando, & operando, & præcipuè in mandatis pietatis, secundùm quod docet Apost. 1. *Tim.* 4. b. Exerce teipsum ad pietatē, & in hoc exercitio. *c* Cōsiderabo] perfectius cognoscens. *d* Vias tuas.] Sed quomodo potest hoc fieri, cū dicatur *Iob* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum. Et *sup. Ps.* 76. Vestigia tua non cognoscentur. Sol. Via gratiæ qua Dñs venit ad nos ignoratur, sed via per quam nos imus ad eum scitur, scil. humilitas, charitas, & huiuusmodi, *sup.* Notas mihi fecisti vias vitæ. Iterum potest obiici, quia hic videtur ordo peruersus. Primò enim est considerare, postea exerceri. Sol. In omni scientia præter quam in Theologia, theorica præcedit practicam; hic autem practica præcedit theoricam. Vnde *Inf.* A mandatis tuis intellexi: Sed quia non quicquid est in S. Scriptura mandatum est, & sicut scriptum est, ita ad literam obseruandum, non tamen inutile est ibi aliquid, aut superfluū, sed aliquid significat faciendum, aut in nobis futurum, & ideò mens iusti ibi debet meditari, & significatum scrutari. Vnde bene subdit. *e* In iustificationibus, &c.] Iustificationes sunt, cæremonialia sacrificiorū, & alia multa in lege scripta, sicut est illud *Exod.* 21. a. Quod puer Hebræus tantùm sex annis seruit, & septimo liberatur. In quo significatur quod B. populus Christi qui in hoc sæculo per sex ætates distincto seruit, in resurrectione liberabitur. Et multa sunt talia quæ in ænigmate dicta, mgnam in se futuræ spei habent meditationem. Et quia Deus ea dixit, non sunt negligenda, sed iugiter cogitanda. Vnde subdit. *f* Non obliuiscar,] i. iugiter cogitabo quæ dixisti, & inde sensū vtilem eliciā. Dicit ergo iustus. *e* In iustificationib. &c.] Possumus autē, & iustificationes appellare, vt sup. illa quæ pœnitentē iustificant. In his dēt homo meditari, vt in eis proficiat, 1. *Tim.* 4. d. Hæc meditare, in his esto, vt perfectus, &c. sup. in *Psal.* 76. Meditatus sū nocte cū corde meo, & exercitabar, proficiēdo, & scopebā, i. purgabā spiritū meū à carnalib. desideriis, & immūdis cogitationib. *Isa.* 59. b. Quasi colūbæ meditantes gememus. Et 38. c. Meditabor vt colūba, quæ s. meditatur apprehēdens vmbrā Accipitris in aqua; sic iustus meditatur tentationē diaboli, & insidias eius deprehendere in S. Scriptura, *Cant.* 5. c. Oculi tui vt colūbæ super riuos aquarū, quæ lacte sunt, &c. Sic ergo debet esse meditatio nostra in iustificationibus, non in ambitionib. in quibus multi meditantur. *Mat.* 6. d. Quis vestrûm cogitans potest adiicere, &c. 2. *Mach.* 4. a. Ambiebat Iason summū Sacerdotiū. Itē non in cupiditatibus sicut multi. *Ier.* 6. c. A minore vsque ad maiorē omnes auaritiæ studēt. *f* Non obliuiscar, &c.] *Iac.* 1. d. Non auditor obliuiosus factus, sed factor, &c.

Retribue seruo tuo. Gimel.] Proposuit se corrigere Propheta cōfusione ductus ex cognitione Dei, & suiipsius, & custodire sermones Dei. Sed quia propter multos defectus humanos ad hoc non sufficit homo sine Dei auxilio. Ideo in hoc octonario contra multiplicem defectum petit multiplicem gratiam. Et propter hoc competenter huic præponitur litera Gimel, quæ interpretatur plenitudo, vel retributio, & significat quod hic petit sibi retribui, siue dari plenitudinem gratiæ diuinæ contra defectū humanæ indigētiæ. Et est rectus ordo literarum, vt post Aleph & Beth sequatur Gimel, quia primò docetur homo, deinde de suis defectibus confunditur, & tertiò fit ei retributio. Et quod hic dixit. *h* Retribue] potest legi in persona peccatoris, vel incipientis, vel perfecti. Et secundùm hoc li [re] notat diuersa. Si. n. loquatur peccator li [re] notat proprietatē, sicut exponitur illud sup. *Psal.* 115. Quid retribuā Dño pro omnib. quæ retribuit mihi. *Gloss.* Retribuit Deus hominibus bona pro malis, passus pro eis cui homines retribuunt mala pro bonis. Si loquatur incipiens, li, re, nota iteratiouē, 2. *Reg.* 12. b. Si parua sūt hæc adiiciam tibi multo maiora. Sed si loquatur perfectus, li, re, notat conformitatem, *Ps.* 17. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam. Contra ergo multiplicem defectum petens multiplicem gratiam: Primò petit in vtili dicens, Retribue seruo tuo, postea autem specificat: Primò petens viuificationem fidei contra mortē peccati dicens: *h* Viuifica me,] s. per fidei gratiam, *Abac.* 2. a. Iustus autem in fide sua viuet. Secundò, contra ignauiam petit gratiam operandi dicens: *i* Et custodiam, &c.] quos custodiendo adolescentior corrigit viam suam. Et bene sequitur operatio post fidem, quia fides sine operibus mortua est: *Iac.* 2. d. Tertiò, contra defectum ignorantiæ petit donum intelligentiæ: Vnde dicit, *k* Reuela oculos. &c.] Et hoc bene sequitur post id quod dixerat. Custodiam sermones tuos, quia non possunt custodiri nisi sciantur, nec possunt sciri, nisi reuelentur oculi, *Luc. vlt.* c. Oculi eorum tenebātur, ne eum agnoscerent. Sed cum ita sciantur sermones Dei per auditum, sicut per visum, quare non similiter dicit: Reuela aures meas, sicut dicitur 1. *Reg.* 9. Dominus reuelauerat auriculam Samuelis. Et *Iob* 36. b. Reuelauit quoque aurem eorum vt corripiat. Sol. Certius est videre, quā audire: Ideo dicit potius, Reuela oculos quam aures. Loquitur autem hic de oculis interioribus: Qui clauduntur multis modis:

Oculi interiores clauduntur multipliciter.

Clauduntur enim:
- Propter prauam consuetudinem, *Gen.* 27. a. Senuit Isaac, & caligauerunt oculi eius, &c. Per Isaac qui interpretatur risus, significantur illi qui in deliciis suis ridentes senescunt, & ibi lumen amittunt.
- Propter carnalem affectionem, quod significatum est, *Iud.* 16. e. vbi dicitur quod Dalila tradidit Samsonem in manus Philisthinorum, &c. Samson interpretatur Sol eorum, & significat Prælatos. Dalila interpretatur situla, & significat carnalem affectionem, quæ extrahit à Prælato quidquid velt, sicut situla à puteo. Hæc tradit Prælatum in manus Philistinorum, i. Dæmonum, qui eum statim excæcant.
- Propter multiplicem curam rerum temporalium, *Ier. vlt.* b. Excæcatus fuit Sedechias in Reblata, quod interpretatur multa hæc.
- Propter terrenorum amorem. Vnde *Tob.* 2. b. habetur quod Tobias excæcatus fuit, &c. Per hirundines intelliguntur contemplatiui, qui volant ad cœlum. Per stercora temporalia, quæ ipsi vilia reputant, *Phil.* 3. b Omnia detrimentum feci, &c.
- Propter nimiam discussionem, *Act.* 9. a. Subitò circumfulsit eum lux de cœlo. Postea sequitur: Apertisq; oculis nihil videbat, *Prou.* 25. d. Perscrutator Maiestatis, &c.
- Propter ignauiam, & torporem, *Apoc.* 3. c. Scio quod neq; calidus es, neq; frigidus. Et *postea*: Nescis quod miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Miser per naturæ fragilitatē; miserabilis per eiusdem vulnerationem; pauper per operum carentiam; cæcus per ignorantiam, nudus per virtutum absentiam.
- Propter certam malitiam, *Sap.* 2. d. Malitia eorum, &c.
- Propter gloriā Dei manifestandā, *Iob* 9. a. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, vt cæcus nasceretur, sed, &c.
- Propter acceptionem munerum, *Gen.* 20. d. Ecce dedi fratri tuo mille argenteos, hoc erit, &c. *Eccl.* 20. d. Xenia & dona excæcant oculos Iudicum.
- Propter carnalē sensum, 1. *Cor.* 2. d. Animalis homo non percipit ea, &c. *Iob* 15. d. Operuit faciē eius crassitudo.
- Propter honorem, & Prosperitatem. *Psal.* 48. Homo cum in honore esset non intellexit.

Istis modis clauduntur oculi hominis interiores, & Dominus releuat, & aperit eos multis modis, scilicet.

Dominus aperit oculos interiores multis modis.

Dominus aperit oculos:
- Per pœnam, *Gen.* 3. b. Aperti sunt oculi eorum. Ibi dicit *Greg.* Pœna oculos aperit, quos culpa claudit, *Isa.* 28. e. Vexatio dabit intellectum auditui.
- Per propriæ fragilitatis considerationem, *Ioan.* 9. f. Lutum fecit, & liniuit, &c. Per cœli perturbationem, *Apoc.* 3. d. Collyrio iunge, &c. Per pœnitentiæ amaritudinem, quod signatur *Tob.* 11. c. vbi dicitur, quod Tobias posuit fel piscis super oculos patris sui.
- Per fel quod est amarum, significatur pœnitentiæ; per piscem Sancti, qui supernatant Mundum.
- Per internæ suauitatis prægustationem, *Ps.* 43. Gustate & videte, &c. Et 1. *Reg.* 14. d. habetur, quod Ionathas gustauit mel, & illuminati sunt oculi eius.
- Per orationem propriam, vel alienam. De propria 3. *Reg.* 3. b. de Salomone cui data est à Deo Sapientia. De aliena, 4. *Reg.* 6. d. de puero Elisæi, cui orante Elisæo aperuit Dominus oculos, &c.
- Per gratiæ infusionem 4. *Reg.* 4. f. Elisæus incubuit super

puerum,& oscitauit, &c. Puer mortuus est peccator, cui incubat Dñs vocando ad pœnitentiam. Qui septies oscitat, cum S. Spiritus septem dona recipit, & sic illuminatur per gratiam. Dicit ergo: Reuela oculos meos. *a* Et illis reuelatis, considerabo mirabilia de lege tua noua, in qua sunt mirabilia, quia ibi datur præceptum de diligendis inimicis, & de reddendo bono pro malo. *Mat.* 5. g. Et consilium de omnibus relinquendis. *Luc.* 14. g. Omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus, &c. Istud consilium multis est mirabile, licèt ipse Deus det tale consilium. *Isa.* 28. b. A Dño Deo exercituum exiuit, vt faceret mirabile cõsilium. Nec solùm est mirabile, sed terribile videtur multis, *Ps.* 65. Terribilis in consiliis, &c. Quartò, contra incolatum huius miseriæ petit sensum dulcedinis bonitatis Dei. Vnde subdit. *b* Incola,] i. peregrinus.

al † Inquilinus.

oculos meos, & *a* considerabo mirabilia de lege tua. † *b* Incola *c* ego sum in terra, non *d* abscondas à me mandata tua. *e* Concupiuit anima mea desiderare *f* iustificationes tuas, in *g* omni tẽpore. *h* Increpasti superbos, *i* maledicti qui *k* declinant à mandatis tuis. *l* Aufer à me opprobrium, & *m* contemptum, quia *n* testimonia tua exquisiui. *o* Etenim sederunt Principes, & *p* aduersum me loquebantur;

c Ego sum in terra,] quasi dicat, non sum de mundo hoc, licèt in eo sim, non quasi ciuis, sed sicut aduena, & peregrinus. Et ideo. *d* Non abscondas à me mandata tua,] sed mihi ea manifesta, vt in eis delecter, & reficiar dum sum in hoc exilio, & ad patriam tendo. *Heb.* 11. c. Non acceptis repromissionibus, sed à longè eas, &c. *Psal.* 109. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Paulus autem non tantùm incola fuit in mundo, sed & mortuus, secundùm quod dicit, *Gal.* 6. d. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et quia incola sum in terra vilis, & abiectus à mundo, non abscondas à me tali mandata tua. *Mat.* 11. d. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus, & abiectis. Et vt ex humilitate mereamur audiri, quintò insufficientiam suam confitetur dicens.

e Concupiuit anima mea, &c.] q. d. non sufficienter desidero bona quæ cognosco, sed tamen considerare concupisco. Et nota quod sunt quidam qui nec cognoscunt, nec desiderant, vt simplices, & idiotæ. Quidam cognoscunt, nec tamen desiderant, vt infirmi. Sed horum quidam desiderare non volunt, & hoc est malitia, & quasi desperata infirmitas. Alij concupiscunt desiderare, & hoc est conualescentia. In hoc ergo quod dicit: concupiuit desiderare, simul notat, & humilitatem, & desiderium, licèt imperfectum. Quæ duo oportet habere eum qui vult impetrare à Domino, *Eccl.* 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, ecce humilitas. Et de desiderio subdit: Et donec appropinquet. *Gloss.* Ad Deum non consolabitur, & non discedit donec aspiciat Altissimus. Hic etiam allegat pro eo, quod *sup.* petierat: Non abscondas à me mandata. Et non debes abscondere, sed eorum, & dulcedinem mihi aperire, quia concupiuit anima mea, &c. Dixisti enim, *Mat.* 13. b. Qui habet dabitur ei. *Gloss.* Qui habet amorem verbi, dabitur ei sensus intelligendi. Et nota differentiam inter desiderium, & concupiscentiam. Concupiscitur enim, & quod habetur, & quod non habetur; desideratur autem tantùm id quod non habetur: Sed quia sunt quidam instabiles, qui modò feruent, modò tepent. Bene subdit.

Differentia inter desiderium, & concupiscentiã.

g In omni tempore.] *Luc.* 11. b. Si perseuerauerit pulsans, &c. Propter improbitatẽ eius surget, &c. Sed quid cõcupiscit desiderare? *f* Iustificationes tuas,] i. opera iustitiæ, non mundi vanitates: De quibus *Prou.* 21. d. Desideria occidunt pigrũ. Et postea sequitur: Tota die concupiscit, & desiderat. *Eccl.* 23. a. Aufer à me ventris concupiscentias. Sed quid est quod dicit: anima mea: Cõtrarium. n. videtur haberi, *Eccl.* 18. d. Si præstes animæ tuæ cõcupiscentias illius, faciet te, &c. Sol. Ibi sumitur anima pro animalitate, hic verò pro synderesi. *Isa.* 26. b. Anima mea desiderabit te in nocte, scil. aduersitatis, non tãtùm in die prosperitatis. Ideo dicit hic, omni tẽpore. *h* Increpasti superbos.] Supra confessus est insufficientiam suam cùm dixit: Concupiui, &c. hic cõsequenter ostendit causam huiusmodi insufficientiæ, sc. peccatũ primorũ parentũ, dicens: Increpasti, q. d. hæc est pœna peccati primorũ parentũ, qui per superbiam peccauerunt suggerente Diabolo. Eritis sicut dij. *Gen.* 3. a. Quos increpauit Dominus, dicens: Adam vbi es, i. in quantam miseriã deuenisti. Et post increpationem, addidit pœnã, cuius nos omnes participes sumus, & adhuc eam sentit progenies, vt à peccato superbiæ caueat. Et hoc est increpare superbos. *Zach.* 3. a. Increpet in te Dñs Sathan, &c. quod ad literam exponi potest de Diabolo sic, i. puniat te pro superbia tua. Vel de quolibet homine peccatore, qui est Sathan, id est, aduersarius Iesu Christi per superbiam. *Iac.* 4. b. Et 1. *Petr.* 5. b. Deus superbis resistit, *Iob* 40. b. Disperge superbos in furore tuo, & omnem arrogantem humilia, respice cunctos superbos, & confunde eos. Et vt sciatur qui sint superbi, & quæ est increpatio, apertius subdit dicens.

i Maledicti,] maledictione culpæ, & pœnæ, ecce increpatio.

k Qui declinant a mandatis tuis] ecce superbia, nolle obedire mandatis diuinis. *Deut.* 27. d. Maledictus qui non permanserit in sermonibus legis huius. Primi autem declinantes sunt Prælati, & post eos declinant subditi. *Ierem.* 6. g. Omnes isti Principes declinantium, id est, sunt de numero declinantium, *Esdr.* 9. a. Manus Principum, & Magistratuum fuit in trãsgressione hac prima. *Osee* 5. a. Victimas declinastis in profundum, id est, subditos quos Deo offerre debuistis. Et notandum quod per omnes casus flectitur declinatio eorum. Declinant enim per nominatiuum per superbiam, volentes sibi facere nomen, sicut Iosephus, & Azarias, 1. *Mach.* 5. g. *Psal.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Declinant, & per genitiuum per luxuriam; ad literam generando filios, & filias, & etiam nimis carnaliter diligendo consanguineos. *Osee* 4. d. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, id est, Clerus. Declinant & per datiuum, res pauperum malè expendendo, & munera recipiendo. De primò *Hieron.* Histrionibus dare est Dæmonibus sacrificare. De secundo, *Isa.* 1. f. Principes tui infideles socij furum omnes, &c. Item per accusatiuum, iniustè accusando. *Mich.* 3. b. Si quis non dederit in ore eorum quippiam sanctificant, &c. Item per vocatiuum, eo quod voant ad lites. *Act.* 24. a. Citato Paulo, cœpit accusare Tertullus. Vel per accusatiuum declinant detrahendo. Per vocatiuum adulando. Per ablatiuum rapiendo à subditis bona eorum. *Mich.* 4. a. Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos.

Prælati declinant per omnes casus.

l Aufer à me.] Supra contra multiplicem defectum multiplex remedium petiit. Sed duplex est defectus, siue miseria, videlicet interior, ad quam omnia supra dicta pertinent, & exterior de qua hic incipit agere, quæ est persecutio hostium, & contemptus. Et hanc petit auferri à se, non quia non sit paratus sustinere, sed ne peccatum hostium augeatur. Et potest hoc legi allegoricè in persona Martyrum, vel moraliter in persona generalis iusti eodem modo. Vnde dicit. *l* Aufer a me opprobrium] oris.

Duplex defectus.

m Et contemptum] cordis habitum propter hoc.

n Quia testimonia tua exquisiui,] id est, martyria tua; quia enim Martyres toto corde quærebant pro testimonio Christi pati, & adhuc iusti idem cupiunt, ideo opprobrio, & contemptui erant, & sunt superbis contemnentibus crucem Domini, & totam Christianam humilitatem, per quam solam sanatur superbia. Quod autem dixit, opprobrium sibi esse probat dicens.

Alleg. in persona Martyrum.

o Etenim sederunt Principes,] tanquam ex mora machinantes, & more iudiciario vtentes. *p* Et aduersùm me loquebantur] iidem iudices qui accusatores, quod grauius est. Iste versus de S. Stephano cantatur, quia ei propriè conuenit. De quo dicitur *Act.* 6. d. Intuentes eum omnes qui sedebant in concilio viderunt faciem eius. &c. Et *eod.* c. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, &c. & aduersus eum loquebantur, *eod.* d. Statuerunt falsos testes qui dicerent. Hic homo

A non

Moraliter. In persona generalis iusti sic legitur. *l* Aufer à me opprobrium, &c. Hoc enim dicit incola ad patriam suspirans vbi non erit in opprobrium, sed in honore. Est autem triplex opprobrium, scil. ignominiæ, culpæ, & pœnæ. De primo *Psal.* 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris. De secundo, *Eccl.* 20. d. Opprobrium nequam in homine mendacium. De tertio, *Ierem.* 23. g. Dabo vos in opprobrium sempiternum, &c. Et in quolibet istorum concomitatur contemptus. Primum, contemptus ab hominibus. Secundum, contemptus ab Angelis. Tertium, contemptus ab omnibus. Aufer ergo à me, dicit incola, opprobrium, & concontemptum, reducendo me ad patriam, vbi erit honor perpetuus. *Psal.* 8. Gloria, & honore coronasti eum, *Cant* 8. a. Deosculer te, & iam me nemo despiciat. Et quærenti quare hoc sibi fieri debeat, duabus rationibus respondet. Vna, quia in lege Dei meditatur. Vnde dicit. *n* Quia testimonia tua exquisiui. Sup. *Psal.* 118. Beati qui scrutantur testimonia eius. *Ecclesi.* 24. c. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt: Sed qui exquirunt eam, scilicet sapientiam, elucidant eam. *Iob* 28. c. Sapientia trahitur de occultis. Alia ratio est, quia persecutionem patitur propter Deum. Vnde dicit.

Moral. in persona iusti.
Triplex opprobrium.

o Etenim sederunt Principes, & aduersùm me loquebantur,] quod non tantùm de Principibus hominibus, sed de Dæmonibus verum est, qui sedent, & obsident viros iustos, & aduersùs eos loquuntur per diuersas tentationes suggerentes peccata. *Ephes.* cap. 6. b. Non est nobis

* colluctatio

Alleg. A non cessat loqui. Quid autē iusti, & Martyres, & Præcipuè B. Stephanus in persecutione fecerint, subdit. *a* Seruus, &c.] Quomodo autē exercebatur subiungit. *b* Nam &c.] supra dicta. *c* Medit. &c.] id est, cogito quæ sint præmia Martyrum, & sic vinco per patientiam ferocitatem Principum. *Rom.* 8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram, &c. Nec solum patientiam habendo exercebatur, sed & dilectionem ad hostes seruando. Vnde subdit. *d* Et, &c.] q. d. in hoc mihi consului, & consilium Saluatoris tenui, quod seruaui iustificationes tuas, inter quas præcipuum est diligere inimicos. De B. autem Stephano specialiter potest dici, quod tripliciter exercebatur in iustificationib. Dei. Primò disputando. Vnde. *Act.* 6. c. Non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Secundò, compatiendo, quia pro suis persecutoribus orauit. *Act.* 7. g. Tertiò patiendo, quia lapidatus est, vt ibidem habetur.

al. † meditabatur. al. † Etenim al. † consolatio mea. al. † sunt. al. † pronũciaui. † B. Stephanus tripliciter exercebatur in iustificationibus Dei. al. † iustitiarum. al. † insinua mihi. *Moral.*

a Seruus autem tuus † exercebatur in iustificationibus tuis. † Nam *b* & testimonia tua *c* meditatio mea est *d* & † consilium meum iustificationes tuæ. † *Daleth, timor vel natiuitas.*

ADhæsit *e* pauimento *f* anima mea, *g* viuifica me secundum *h* verbum tuum. *i* Vias meas † *k* enunciaui & *l* exaudisti me, *m* doce me iustificationes tuas. *n* Viam † iustificationum tuarum † instrue me, & *o* exercebor in *p* mirabilibus tuis.

* colluctatio aduersus carnem, & sanguinem supple tantum, sed aduersus Principes, &c. Si vero tentationes haberet, & succumberet non sibi meritorium, sed damnosum esset. Vnde quod in tentatione profecerit, ostendit *a* Seruus &c.] quasi dicat quantò magis tentabar, tantò magis proficiebam. Sicut de filiis Israel dicitur *Exo.* 1. b. quod quantò magis Ægyptij opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur, & crescebant, *Greg.* Tentatio cui non consentitur, non est peccatum, sed materia exercendæ virtutis. Iustificationes autem in quibus homo debet exerceri cum tentatur, sunt confessiones, quia frequenter debet confiteri, & se accusare & sic iustificare, *Ps.* 113. facta est Iudæa sanctificatio eius, *Isa.* 43. d. secundum aliam literam. Dicitur prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Et non confundar confiteri, quia non cogito, nec appeto laudari ab hominibus, sed tantum à te. Hoc est quod sequitur. *b* Nam, &c.] id est, de hoc cogito quomodo tu mihi sis testis in conscientia, non contra me, sed pro me. *Rom.* 8. c. Ipse Spiritus reddit testimoniū spiritui nostro, quod &c. 1. *Ioan.* 5. b. Tres sunt qui testimoniū dant in cœlo. Pater, &c. Pater testimoniū dat pro nobis, si quantū possumus facimus. Filius, si quantū scimus operamur. Spiritus sanctus, si quod nobis suggerit adimplemus. Hæc testimonia Dei meditari debemus. Item testimonia dilectionis Christi sunt eius Natiuitas. Passio, Descensus ad Inferos, Resurrectio, Ascensio, Spiritus S. missio, vltimus Aduentus. Hæc sunt septem signacula, de quibus dicitur *Apoc* 5. b. Hæc debemus cogitare. *Deut.* 11. c. Ponite hæc verba mea in cordib. & in animis vestris. Et sequitur. Docete filios vestros vt illa meditentur. Qui autem hæc meditatur, concutitur ad timorem, & accenditur ad amorem, quæ duo excitant hominem ad bonum agendum. Vnde subdit. *d* Et, &c.] quasi dicat ex illa meditatione firmaui consilium, vt iustificationi meæ intenderem. *Ios.* 9. d. Timuimus valde, & prouidimus animabus nostris. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me sermonem meum, &c.

ADhæsit pauimento, &c. Daleth,] Supra contra suum defectum petit auxilium. Sed quoniā expertus est duplex esse impedimentum bene operandi, ideo timet. Vnde huic octonario præponitur, Daleth. litera quæ interpretatur timor, vel natiuitas. Quæ duo bene iunguntur. Nam initium sapientiæ timor Dñi, vt dicitur in Psalmo. Et facit natiuitatē spiritualē. Vnde *Is.* 26. d. secūdum vnam literam. A timore tuo Domine concepimus, & quasi &c. Primum impedimentum bene operandi est fomes seu amor carnalis. Secundum est acedia. De primo dicit, *ibi*, Adhæsit, &c. De secundo, *ibi*, Dormitauit, &c. Dicit ergo. *e* Adhæsit &c.] id est, carni. *f* Anima mea,] quasi dicat modò spero, quia vt prædixi, modò consilium meū iustificationes tuæ, sed tamen timeo, quia impedimentum video bene operandi, & pronum me sentio ad relabendum, quia adhæsit anima mea, per carnalem affectum, pauimento, id est, corpori vel carni. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit. Pauimentum autem dicitur à pauere, vel pauire quod est ferire, eo quod terra, vel lapis feriendo teritur, vt pauimentum fiat lene, & nitens, & solidum, sic caro conculcanda est, & disciplinis ferienda. Et quantò magis conculcatur, tantò magis solidatur, & leuius portat sup. incedentē spiritum, & ædificium bonorum operum. *Esther.* 1. b. Lectuli aurei, & argentei super pauimentum, vel sicut etiam tangit *Gl.* pauimentum sūt terrena, scilicet diuitiæ, deliciæ, & honores. Quæ dicuntur pauimentum multis rationib. Pauimentum enim est planum, & defacili transcurritur; sic temporalia citò transeunt. *Sap.* 5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum, &c. Nec solùm transeunt, sed magis propriè transeuntur, & citò. *Luc.* 12. c. Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem parasti cuius erunt? *Iob.* 20. c. Cùm habuerit quod cupierat, possidere non poterit. Item pauimentum conculcatur, sic ista temporalia à Sanctis, *Apoc.* 12. a. Luna sub pedibus eius, *Phil.* 3. b. Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora. Item pauimentum plenum est puluere, sic dignitates plenæ sunt impiis, qui dicuntur puluis. *Ps.* 1. Non si impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit ventus, &c. 2. *Reg.* 22. d. Delebo eos vt puluerem terræ, Item pauimentum durum est, & ideo non facit fructum, sic temporalia, *Eccl.* 21. b. Via peccantium complantata est lapidibus, *Eccl.* 5. b. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Item pauimento adhæsit anima multorum, *Iob.* 25. b. Non habentes velamentum, id est, charitatem, amplexati sunt lapides. Dicit autem hic iustus sub præterito confitens de auaritia. Adhæsit, &c. Et hoc est contra naturam, quod anima adhæret pauimento, quæ præcipitur adhærere Deo, *Deut.* 10. d. Dominum Deum tuum timebis, & ei soli seruies, ipsique adhærebis, Et *Deut.* 4. a. Vos autem qui adhæretis Deo viuitis vniuersi 1. *Cor.* 6. d. Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Qui autem hic pauimento siue carni, siue temporalibus adhæret, moritur per peccatum, *Rom.* 8. c. Si secundum carnem vixeritis moriemini, 1. *Tim.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Et quia sic antequam pœniteret mortuus fuerat. Ideo petit viuificari, dicens.

Eph. 5. f. *Pauimentum vnde dicatur.*

Temporalia & terrena dicuntur pauimentum.

g Viuifica me,] non secundum meum meritum, sub *h* Secundum verbum tuum,] id est, secundum promissum tuum. *Ezech.* 18. e. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius &c. Vel, Secundùm verbum tuum, id est, auxilio verbi tui, *Ioan.* 6. g, Verba quæ ego loquor, spiritus, & vita sunt. Et quod promissum sibi debeat solui, ostendit dicens.

i Vias meas,] pauimenti. *k* Enunciaui,] id est, peccata in quibus malè ambulaui confessus sum, & ideo me debes viuificare, *Prou.* 28. b. Qui abscondit scelera sua non diligetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Iob.* 31. d. Si abscondi, vt homo peccatum meum.

l Et exaudisti me,] delendo peccata quæ confessus sum.

Hoc enim sequitur. Vnde sup. *Psal.* 10. Dixi confitebor aduersum me iniustitiameā m Domino, & tu remisisti, &c. Quia verò vias meas malas tibi enūciaui, tu mihi tuas bonas anūncia. Hoc est quod sequitur. *m* Doce me iustificationes tuas,] Hæ sunt viæ Domini, non tantum cognoscendæ, sed tenendæ. Vnde mutato nomine viarum, vocat eas iustificationes, quia ambulantes in eis iustificaui, & ad Regnum cœli ducūt. *Mat.* 3. a. & 4. c. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cœlum. Hoc est triuium de quo *Exod.* 3. f. Dominus Deus Hebræorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in deserto. Hæc etiam triplex via notatur in hoc versu. Vias meas enunciaui, in confessione, & exaudisti me, in contritione. *Psalm.* 50. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Vel, iustificationes, id est, mandata. Vel iustificationes, id est, spiritualem intellectum legis, quia litera occidit, spiritus autem viuificat 2. *Cor.* 3. b. Sed quia sunt aliqui qui cognoscunt iustificationes, sed tamen modum procedendi in eis ignorantes minus proficiunt, ideo etiam se in modo instrui petit dicens.

n Viam iustificationum tuarum instrue me, &c.] id est, modum, & ordinem adimplendi eas. *Seneca.* Bona male locata mala reputato.

Bona enim ordinari debent. Vnde *Cant.* 2. a. Ordinauit in me charitatem. Cognitis autem iustificationibus, & earum ordine, sequi debet vsus operis. Vnde addit.

o Et exercebor, &c.] sicut exercetur homo in palestra, vt habilior fiat 1. *Timoth.* 4. b. Exerce teipsum ad pietatem.

p In mirabilibus tuis, &c.] id est, in ipsis iustificationibus, quæ inexpertis mirabiles videntur, *Isa.* 25. a. Quoniam fecisti mirabilia. Iustificationes etiam peccatorum dicuntur mirabiles, quia ibi apparet mirabilis Dei misericordia. *Psa.* 16. Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. Habito de primo impedimento bene operandi, & de his, quæ contra illud petit, sequitur de secundo impedimento, quod est tædium seu acedia. De quo dicit.

a Dormitauit

a Dormitauit anima mea præ b tædiis, c confirma me in verbis d tuis; Viam iniquitatis f amoue g à me, & † in h lege tua i miserere mei. k Viã veritatis elegi. l iudicia tua non sum oblitus. m Adhæsi n testimoniis tuis Domine, o noli me confundere. Viam p mandatorum tuorum q cucurri cum r dilatasti cor meum.

al. † de.

al.† dilatares.

He est, vel viuo.

LEgem s pone mihi Dn̄e t viam, iustificationũ tuarũ, v & exquirã eã x semper. y Da mihi intellectũ & x scrutabor legẽ tuã a custodiam

a Dorm.&c.]q.d.modò instructus in mirabilib.tuis exercebor, sed adhuc non secututus, quia olim anima mea parum, vel nihil operans. Dormitauit.i.à spe comprehendi iustificationes illas refrixit. b Præ tæd.]dilationis, Prou.13.b. Spes quæ differtur affligit animam, Matt.25.a. Morã a.faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Nota a.quod non dicit dormiuit, sed dormitauit. Dormire namque est pigri, & obliuiosi, Prou.6. b. Vsquequo piger dormis. Domitare a.est expectantis & fessi. Neutrum tamen debet cadere in vigilib. Ecclesiæ, i.in Prælatis, & Clericis, Ps.120. Ecce non dormitabit, neque, &c. Prou.2. Non dormitent palpebræ tuæ. Homini quidem existenti in alto loco, periculo si est dormire, sic dormitauerunt qui ascenderunt equos. Act.20. b. Sedens quidã adolescens super fenestrã, &c. Ideo a.nõ debet pastor dormire, quia lupus non dormit, i.Diabol. Is.5.g. Nõ dormitauit neque dormiet. Hoc dicitur de Sennacherib, per quem intelligitur Diabolus ob quod amouet bonus pastor, 1.Pet.5.b. Vigilate, quia, &c. Luc.2.b. Pastores erant vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Quia verò timet iterum obdormire, petit confirmari dicens. c Confir.me]in vigili custodia mei, & meorũ. Eccl 15.a. Firmabimur in illo, & non flectetur. Et hoc, d In ver.] i. per verba tua, s.per meditationem legis tuæ, Ps.32. Verbo Dñi cœli firmati sunt. Vel. Confirma, &c. vt à meditatione eorum nõ recedam, & sic non obdormiã Eccl.vlt.c. Verba sapientum quasi stimuli. s.pungentia & excitatiua, & quasi claui in altum defixi, s.confirmantia, Eccl.43.b. In verbis Sancti stabunt ad Iudicium, & non deficient in vigiliis suis, q. d. verba S.Scripturæ sanctis seducunt Iudicium ad memoriam, & ideò non sinunt eos dormitare. Quia quantumcunque vigilet homo, non sufficit per se ad sui vel aliorum custodiam, secundum quod infr. Ps.126. dicitur: Nisi Dñs custodierit ciuitatem frustra, &c Ideo adhuc bene subiungit. e Viam, &c.] i. elonga. g A me] ne.s.in eam incidam. h Et, &c.] i.secundum legem misericordiæ quam dedisti, quam tulisti. i Mise.mei] remittendo priora peccata, vt non exigentib. illis in alia iterum incidam. Lex.n.Dñi est misericordia, quæ sola ipsum ligat, & eum de Dño fecit seruum, Phil.2.a. Exinaniuit semetipsum, &c. Pr.vlt.d. Lex clemẽtiæ in lingua eius. Vel sic, e Vi. iniquit.]quæ iam fuit, & timeo ne adhuc sit in me. f Amo.&c.] dimittendo peccatum. h In leg.tua] vt sup. i Mis.mei]misericorditer gratiam infundendo, q.d.aufer malum, confer bonum, extirpa vitia, planta virtutes in horto tuo. Sed quia oportet, quod homo faciat, quod in se est se præparãdo ad gratiã bene subdit. k Viã, &c.]q.d.tu Dñe fac quod tuum est, nã ego de meo libero arbitrio feci, quod meum est, eligendo viam veritatis, quam tamen per me intrare, nec incedere possum. Via veritatis, Christus, & doctrina, & vita eius, Ioan.14.a. Ego sum via, veritas, & vita. Et sequitur: Nemo venit ad me Patrem, nisi per me, s.viam, Matth.22. Scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, Elegi. In hoc notatur libertas arbitrij, Ier.21.c. Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viã mortis, Deut.30.d. Elige ergo vitam, vt & tu viuas. De via autem mortis. Prou.7.d. Statim eã sequitur quasi bos ductus ad victimam. E contra dicitur Eccl.18. d. Post concupiscentias tuas non eas. Sed vt viam mortis fugiamus, necesse est præcogitare Iudicium peccatorum. Vnde bene subdit. l Iudicia, &c.] Iob 19.d. Scitote esse iudicium. Hic autem pluraliter dicit [Iudicia] propter duplex iudicium. Vnum in præsenti quo occulta iudicat; & aliud in futuro, in quo iudicabit apertè. Sunt quidam qui frequenter eligunt viam veritatis, sed plus non faciunt. Vnde iste ostendit post electionem suam securam esse operationem subdens. m Adhæsit.&c.] Et quia præmiserat de Iudicio, posset aliquis suspicari, quod timore pœnę postmodum operaretur, quod remouet, cum dicit, Adhæsi, charitatem, quam timor introduxit sicut seta filum. Eccl.25. b. Timor Dñi initium dilectionis eius. n Test. tu] i. doctrinæ Euangelicæ, cui multi non adhærent, imò quod peius est contradicunt, Os.4. a. Populus tuus sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti, i.Christo. Dicunt enim Christo cum Iudæis, illud Ioan. 8. b. Testimonium tuum non est verum. Et quia hoc feci. o Noli, &c.] sicut confundes illos, qui contradicunt testimoniis tuis, Is.45.c. Confusi sunt, & erubuerunt omnes simul, abierunt in, &c. Ps.24. Confundantur omnes iniqua agentes. Quantum adhæserit subdit. p Viam, &c. Hæc est arcta via, quæ ducit ad vitam. q Cucurri,] i.strenuè & promptè ambulaui, Prou.4.b. Viam sapientiæ mõstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, &c. Non autem possumus currere nisi ipse vos ducat, & viam monstret. Vnde cum dixisset hic, cucurri, addit.

r Cum, &c.]q.d.aliter currere non potuissem nisi dilatasses cor meum per charitatem, quæ quanto magis dilatat cor, tantò citiùs facit currere. Ioan.20.a. dicitur de Petro & Ioanne. Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius, &c. Ibi Greg. Qui amat ardentiùs, currit velociùs, & peruenit citius. Psal.4. In tribulatione dilatasti mihi; quia in tribulatione prouocatur charitas, & vis eius augmentatur. Vnde & alibi in Psal.17. Disciplina tua ipsa me docebit, dilatasti gressus meos subtus me. Gen.9.d. Dilatat Dominus Deus Iaphet. Bene autem latum est cor quod omnes suscipit, amicos scilicet, & inimicos. Matth.7.

LEgem pone He.] Cum sup.petierit viuificari, & ostenderit à qua morte, scil.ab amore carnali, & tædio spirituali: Conuenienter de vita in qua viuere vult supponit, Legem, &c. Vnde & competenter præponitur litera, He, quæ interpretatur, est, vel viuo, quod in idem redit. Nam qui verè est, viuit, & qui viuit, verè est. Quæ sit ergo vita in qua viuere velit, dicit petens sic. s Legem pone.] Exleges enim, i. filij Belial, qui sunt sine iugo, nec verè viuunt, nec verè sunt. Sunt enim socij eius qui non est, i. Diaboli, Iob 18.c. Qui vt habetur in Gloss. idcirco iam non est, quia à summa essentia recessit, & hoc fuit, quando sine lege volens esse, similis esse voluit Altissimo. Isa.14.d.1.Tim.5.a. Quę in deliciis est viuens, mortua est. Ergo inquit, vt viuam, legem, &c. scil.nouam legem, quod notat cum dicit, pone, scil.stabiliter, quia vetus lex non fuit firma, sed lex fidei fundamentum est firmũ. Heb.11. a. Fides est substantia rerum sperandarum, 1.Cor. 3. b. Vt sapiens architectus fudamentum posui, scil. fundamentũ fidei. Et ad differentiam legis veteris addit. t Viam, &c.] Hæc est fides operans per charitatem, & hæc iustificat. Lex autem vetus non iustificabat. Rom.3.d. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Item Rom. 5. a. Iustificati igitur ex fide, &c. Heb.11. b. Sine fide impossibile est quemquam placere Deo. Vel: Via iustific.est patientia, & innocẽtia. Luc.1. a. Erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnib. &c.sc.Zacharias, qui interpretatur memor Dñi, & Elizabeth, Dei mei saturitas, Psal.83. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. Et Bern.addit: Nec eos qui ambulant in pœnitentia. Sed posset aliquis dicere, Dominus non vult ponere legem suam contemnentibus. Vnde addit. v Et exquiram.] Ecce diligentia, quasi dicat, non contemnam, non negligam, sed diligenter exquiram, vt sciam, & vt faciam eam. Et hoc faciam non ad horam, sed x Semper,]i.quandiu viuã. Iob 17.b. Tenebit iustus viã suã; sed quæritur, quomodo dicit, exquiram, qui sup.dixit cucurri, quomodo.n.exquiritur quod habetur? Sol. Sicut aliquis sitiens acceptũ poculum, & haurit bibendo, & poscit desiderando, sic iste legẽ & habet agendo & exquirit perficiendo. Via etiã arcta est, & longa, & licet habeatur, tamen de facili perditur, præcipuè quia parũ trita est, & paucorũ vestigia apparent in ea. Mat.7.b. Quã angusta est via quæ ducit ad vitã, & pauci, &c. Thr.1.b. Viæ Siõ lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem. Ideo semper exquirẽda est. Vnde Luc.13.e. Contendite intrare per angustã portã. De non exquirentib. verò dicitur inf. Longè à peccatorib. salus, quia iustificationes tuas non exquisierũt. Et vt sufficiẽter exquirere, & inuenire possim y Da mihi, &c.] nõ tantũ nouã sed veterẽ, vt sciã quid in ea lateat. Et quare data sit, huic petitioni respõdet Dñs, sup. Intellectũ tibi dabo, &c. Et inf. Intellectum dat paruulis. Mat.11. Reuelasti ea paruulis. z Et scru.&c.]vt dictũ est nouã, & veterẽ, sed veterẽ vt in ea noua inueniatur, quæ latet ibi in figuris. Nam rota est in rota. Ezec.1.d. Aspectus earũ, & opera quasi si sit rota in medio rotæ. Et nota quod dicit, da mihi, &c. propter hoc.n.dat Deus intellectũ homini, vt scrutetur legẽ suã, non legẽ Iustiniani, non vt illũ expendat in aliis scientiis. Sed quid est quod dicit, scrutabor legẽ tuam? Videtur.n.contrariũ dici, vel innui. Prou. 25.d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria. Et Isa.40.f. Qui dat secretorũ scrutatores quasi nõ sint, Eccl.3.c. Altiora te ne quæsieris. Sol. Patet per hoc quod dicit, secretorum, & Majestatis, & non dicit legis. Et sicut vitium est nimis arduè perscrutari, ita & nimis parũ, quia Dñs dicit, Io.5.f. Scrutamini Scripturas; sed non debemus transcendere terminos positos, secundùm quod dicitur Exod.19. d. Contestare populum ne velit transcendere terminos ad videndũ, &c. De medio ergo quod seruandum est dicitur hic: Scrutabor legem tuã, quod maximè exigitur à Prælatis, & Prædicatorib. qui debent eam scire. Vnde Mal.2.1.b. Labia Sacerdotis custodiũt scientiã, & legem requirent ex ore eius, 1.Pet.3.c. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti rationem reddere de ea quæ in vobis est fide, & spe. Nec tantum scrutanda est, sed & custodienda. Vnde bene subiungit. a Et custodiam illã Luc.11.d.

Beati

Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Sed multi ſunt qui eam cuſtodiūt in quaternis,& in ciſtis. Vnde bene determinat quomodo cuſtodienda eſt. *a* In toto] diligendo te Deū toto corde meo,tota anima, tota mente,& proximū ſicut meipsū. In his.n.duob.mandatis tota lex pendet, & Prophetæ, ſicut dicitur *Mat.*22.d.

illā in *a* toto corde meo. *b* Deduc me in *c* ſemita *d* mādatorū tuorū,*e* quia ipsā volui.*f* Inclina cor meū in teſtimonia tua,*g* & nō in auaritiā.*h* Auerte oculos meos *i* ne videāt vanitatē, in via *k* tua viuifica me.*l* Statue ſeruo tuo eloquiū tuū, *m* in timore tuo.*n* Amputa opprobriū meū,quod *o* ſuſpicatus ſū, quia *p* iudicia tua † *q* iocunda.*r* Ecce concupiui mandanta tua, in † *s* æquitate tua *t* viuifica me

al. † ſuauia.
al. † iuſtitia.

Vel in toto corde meo, i.in omni vi animæ,ſ.in rationabili per fidē, in iraſcibili per ſpem, in concupiſcibili per charitatem. Et quia hoc meis viribus perficere non ſufficio. *b* Deduc me,]i. in arcta via. *d* Mandatorū]quæ tamē corde dilatato curritur.Sed quia Dñs nolentē non deducit, bene addit. *e* Quia ipſā,] q.d. cum Apoſt.*Rom.*7.c. Velle mihi adiacet, perficere autē bonum non inuenio. Ergo tu qui ſolus potes.*d* Deduc me.] *Sap.* 10. b. Iuſtū deduxit Dñs per vias rectas.*Deu.*8.c. Ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque horribili. *Exo.*31.b. Dñs qui ductor eſt noſter,ipſe erit tecū.*Iſa.*64.c.Spiritus Dñi ductor eius fuit. *c.* In ſemitam,&c.]De hac ſemita,*Pr.*16.c. Semita iuſtorum declinat mala. *d* Mandatorum]quæ ſunt decem,*Exo.*20.Et vnūquodque ſuam habet ſemitam. Chriſtus autē de mandatis fecit ſemitas. *Mat.*5.e Dictum eſt antiquis .Non mœchaberis,ego autē dico vobis,quoniā omnis qui,&c.Itē,ſemitā mandatorū,i.cōpendiū & perfectionē oſtendit *Mat.*19.c.*Mar.*9.c.*Luc.*18.d.quādo adoleſcenti dicenti,quod omnia mādata ſeruaſſet à iuuentute ſua, dixit:Adhuc tibi vnū deeſt.Vade & vende omnia quæ habes,& da pauperib.&c.q.d.licet ſis in via mandatorū,non tamen es in ſemita,quæ rectior, mundior,& delectabilior eſt. Et quia de ſe dixerat:quia ipſam volui,ne fortè putet quis quod etiam bonā voluntatē ſibi aſcribat,audiat quid ſubiūgit. *f* Inclina cor,]q.d. etiā a me non habeo,vt bonū velim,& ideò tu [inclina, &c.]vt magis ea velim.*Phil.*2.b.Deus eſt qui operatur in nobis,& velle,& perficere. Per hoc ergo quod primò dicit, volui, & poſtmodū addit, inclina, &c. oſtendit quod facit,quod in ſe eſt de bono volēdo,ſed tamē per ſe nō ſufficiet, vnde & a Deo petit bonā voluntatē.Simile habetur *Mar.*9.d.Credo Dñe,adiuua incredulitatē meā. In hoc autē quod dicit,Inclina,notatur humilitas,quæ neceſſaria eſt volēti ſcire teſtimonia Dei.*Pr.*11.a.Vbi humilitas,ibi ſapiētia.*Eccl.*6.d. Si inclinaueris aurē tuā, excipies doctrinā.*g* Et non,]q.d multorum corda inclinātur in auaritiā, ſecundùm quod ſup.Pſ.Oculos ſuos ſtatuerūt declinare in terrā. Et taliū corda non inclinari poſſunt in teſtimonia Dei, quæ contra auaros loquuntur. Quod etiam dicit,In teſtimonia,&c. contra multos eſt , qui S.Scripturā addiſcunt propter pecuniā. *Ier.*6.c.A minore vſque ad maiorē omnes auaritiæ ſtudent;quia verò cor trahitur ad cōcupiſcendū,quod reſpiciunt oculi.Ideo conſequenter petit. *h* Auerte oculos,]i. oculos corporis.

Oculi auertendi ſunt à vanitatibus propter multas cauſas.

i Ne videant.] Hoc petit propter multas cauſas , quæ tales poſſunt aſſignari. Prima eſt,quia ex aſpectu vanitatis prouocatur concupiſcentia. *Eccl.*9.b. Ne circunſpicias mulierem alienā propter ſpeciem, &c. Secunda cauſa eſt,quia ex hoc exprimitur turpis imaginatio. 1.*Reg.*7. a. Auferte deos alienos de medio veſtri. *Mat.*24.b. Cum videritis abominationem ſtantem in loco ſancto , qui legit intelligat. Tertia, quia ex hoc generatur praua cogitatio.*Prou.*23.d. Oculi tui videbunt extraneas,& cor tuum loquetur peruerſa. Quarta, quia ex hoc dilaceratur cor & deprædatur, *Thr.*3.f. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.Quinta,quia ex hoc ſenſus & ratio amittitur, *Dan.*4.g. Leuaui oculos meos in cœlum,& ſenſus meus redditus eſt mihi, Ergo à contrariis, qui ad vanitates inferiores reſpicit amittit ſenſum. Vnde bene dicitur in *Pſal.*39. Et nō reſpexit in vanitates,& inſanias falſas. Sexta eſt, quia ex hoc naſcitur abortiuum,i. bonum propoſitū extinguitur. Sicut ad literam contingit , quod cum mulieres prægnantes aliquid vident,& concupiſcunt , ſi non poſſint habere , faciunt abortiuum ; ſic qui videt venitates aliquando perdit bonum propoſitū *Mat.*24.b. Væ prægnantibus,&c. Septima,quia ex hoc propoſitum malum concipitur. *Gen.*30.f. Ad aſpectum virgarum ex parte decorticarū,oues,&c. Vel,Oculos interiores, ſcil.intentionē, auerte ne videant vanitatē, ſcil.ne propter vanitatem intendam bona mea facere. *Mat.*6.c. Si oculus tuus nequam fuerit , totum corpus tuum tenebroſū erit.*Bern.* Angelus ab Angelo non quærit gloriā , & homo ab homine laudari cupit. Sed hoc amoto , quid quærendum ſit oſtendit, cum ſubiungit. *k* In via,] i.in charitate ſine qua mortua ſunt opera, 1.*Cor.*12.d. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro, ſcil. charitatem. Vnde ſubdit. Si linguis hominum loquar , & Angelorum , charitatem autem non habeam , &c. vbi manifeſtè probat , quod ſine charitate nihil eſt homo ; qui autem per charitatem viuificatur , vanitatem non ſequitur. Vndè *Bern.* Non eſt, quo ſe miſceat vanitas , vbi totum occupat charitas. Deinde per quid auertantur oculi à vanitate, & ad charitatem vertantur ſubiungit. *l* Statue, &c.] Ignitum enim eloquium Dei vehementer , & ad amorem accendit, & paleam vanitatis comburit. *Cant.*5. b. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Multi autem eloquia Dei ſine timore ſuſcipiunt , & tanquam inanes fabulas negligunt. Contra quod dicit:Statue, quaſi immobiliter, non neglectori , ſed diligenti , ſeruo tuo eloquium tuum , quaſi dicat, per eloquium tuum fac me ſeruum tuum , vt quod audio , faciam . Et hoc eſt ſtatuere eloquium. *Eccl.vlt.* c. Colluctata eſt cum ſapientia mea , & in faciendo illam confirmatus ſum. Et hoc.

m In timore tuo,]quaſi in baſi, & fundamento. *Eccl.*1.c. Radix ſapientiæ timor Domini. Si in hac radice firmatum fuerit eloquium , ſtatuitur ; ſin autem veniunt volucres cœli, & comedunt illud, ſicut dicitur *Matth.*13.a. *Eccl.* 27. a. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter , citò ſubuertetur domus tua. Sæpe autem contingit, vt quod videt homo in ſe,vel quod ne fiat , admonetur per eloquium diuinum , ſuſpicatur in aliis eſſe, Et hæc ei ſuſpicio eſt peccatum,cùm in temerarium iudicium declinat ; quod à ſe amoueri petit hic cum ſubiungit.

De ſuſpicione & temerario iudicio amputando.

n Amputa opprobrium , &c.] id eſt, fac ne malum ſuſpicer de alio , vel ſi fortè ſurrepat ſuſpicio , fac ne creſcat in iudicium. Quod ſi faciam, eſt opprobrium meum, quia & falſum iudico , & me talem qualem eum ſuſpicor , eſſe vel non fuiſſe oſtendo.*Eccl.*20.d. Opprobrium nequam in homine eſt mendacium.*Eccl.*3.d. Multos ſupplantauit ſuſpicio eorum , & detinuit in vanitate ſenſus eorum. Huius ſuſpicionis originem nobis oſtendit, & amputauit Dominus, *Matth.* 7. a. Vbi cum dixiſſet in 5.& 6. cap. multa documenta , vt eſt illud : Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus , vt videamini ab eis. *Matth.*6.a. Et illud : Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, *Matth.* 6. d. & multa alia. Adiunxit : Nolite iudicare, quaſi dicat, non iudicetis alter alterum , quod hæc in eo ſint. Et ſequitur ibi de falce qua amputauit. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, ſcilicet in futuro iudicio. Vnde & hic de iudiciis ſubdit. *p* Quia iudicia, &c.] quaſi ideo meæ ſuſpicionis iudicia amputa, quia iudicia mea de occultis temeraria ſunt. De quibus occultis ad te ſolum pertinet iudicare, quia iudicia tua vera ſunt, & iocunda amatori veritatis. Vnde *Pſalm.*57. Lætabitur iuſtùs cum viderit vindictam. Vel de ſuo proprio peccato dicit. *n* Amputa,&c.]id eſt,quodcunque peccatum meum ; peccatum autem carnis magis propriè dicitur opprobrium , quia vt dicit *Greg.* Inter alia vitia eſt maioris infamiæ , licèt minoris culpæ , amputatur autem per pœnitentiam. *Cant.*2.c. Tempus putationis aduenit. Ideo in Quadrageſima cantatur in Eccleſia,

Peccatum carnis dicitur opprobrium

Vtamur ergo parcius, verbis, cibis, & potibus.

Quaſi amputemus de quolibet voluptuoſo aliquid.Et quotidie cantamus,

Carnis terat ſuperbiam potus,cibique parcitas.

Sed quia ſunt quidam qui dicunt ſe non habere peccatum, bene addit. *o* Quod ſuſpicatus ſum.]Ac ſi dicat illud,1.*Cor.*4.a.Et ſi nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, ſed ſemper mihi ſuſpectus ſum. Et hoc peto hic fieri.

p Quia iudicia tua] quæ facis in præſenti, ad correctionem ſunt.

q Iocunda] etiam in præſenti , & ſunt iocunditatis æternæ cauſa. Vnde dicitur in *Pſal.*96.Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Et alibi : Iudicia Domini vera, iuſtificata in ſemetipſa; deſiderabilia ſuper aurum,& lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel,& fauum. Et quod ſint iocunda in meipſo oſtendo. Quia.

r Ecce concupiui]in quibus implendis eſt labor,quod ad iudicia pertinet. Vel ſecundum priorem ſenſum præcedentis verſus, in quo petiit à ſe amputari temerarium iudicium,quod plerunque ex inuidia oritur , hic petit ſibi charitatem infundi, quæ non æmulatur , ſed omnia in meliorem partem interpretatur, vnde dicit. *r* Ecce]quia per ea quæ prædixi patet, quod [concupiui mandata tua] geminæ dilectionis, in quibus cætera omnia continentur. Et quia concupiui , ideo da mihi ea. Et hoc eſt quod ſequitur, *s* In æquitate,] id eſt, in charitate, quæ æqua eſt, & omnibus communis , 1. *Cor.* 13. b.Charitas non quærit quæ ſua ſunt.

t Viuifica me]quia ſine ipſa nihil ſum, vt *ſup.*dictum eſt.Vel ſecundùm *Gloſſ.* In æquitate,id eſt, in Chriſto, qui eſt æquitas, quia cum Patre Deus, ſecundùm quod homo meus proximus. De qua æquitate *Iob* 23. b. Æquitatem proponat contra me, &c. Et 33.c.Si fuerit pro eo Angelus loquens, &c.

t Viuifica me.]Ecce in vita concludit, ad quam ſicut prædictum eſt, litera quinta mittit.

Et veniat

Vau, eſt, vel &, vel ipſe.

ET *a* veniat ſuper me miſericordia tua Dñe, *b* ſalutare tuũ ſecundùm *c* eloquium tuum. Et *d* reſpondebo *e* exprobrantibus mihi *f* verbũ, † quia *g* ſperaui in † ſermonibus tuis. Et *h* ne auferas de ore meo verbum veritatis *i* vſquequaque, quia in *k* iudiciis tuis *l* ſuper ſperaui. *m* Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in *n* ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

al. quoniã.
al. † verbis.

ET *a* veniat, &c.] Vau, in præcedentib. octonariis de lapſu correctionem, auxilium in indigentia, contra tædiũ confirmationem, & ad vltimũ in itinere vitæ ſuæ legẽ ſibi dari orauit, quæ omnia intelligit non niſi de pura miſericordia ſibi dari, ideo, & miſericordiã & auctorẽ eius hic petit. Qũia verò Deus petentib. adeſt, ſicut dicitur in *Pſ.* 33. Aures eius in preces eorũ. Et *Iſa.* 65. d. Antequam clament ego exaudiã, adhuc illis loquentib. ecce adſum, ideo bene huic octonario præponitur litera, Vau, quæ interpretatur eſt, vel &, vel ipſe. Secundum enim interpretationẽ quã dicitur eſt, vel &, ſignificat eum adeſſe petitioni, vtrumque enim coniunctionem notat. Item per & oſtenditur, quod non ſolus Pater rogatur, & venit, ſed & Filius. Per eam verò interpretationem qua Vau dicitur ipſe, oſtendit non ſolùm eum adeſſe qui dat, ſed & eum in quo dat, ſ. Spiritũ S. eſſe notabilem. Eſt autẽ hæc petitio ſuperiori annexa; non enim dicit, veniat, ſed & veniat, exponens quodámodo quod ſuprà dixerat. In iuſtitia, vel in æquitate tua viuifica me. Quomodo? Sic. *a* Et veniat, &c.] vt mihi caput fiat. [Miſericordia tua Dñe.] Quæ miſericordia? *b* Salutare tuũ,] i. Chriſtus. Et exponitur hoc allegoricè de aduentu in carnẽ, vel moraliter de aduẽtu in mentẽ. Veniat, dico. *c* Secundũ eloquiũ, &c. [i. ſecundũ quod promiſiſti. *Pſ.* 97. Notum fecit, vel faciet Dñs ſalutare ſuũ, &c. *d* Et] ſi venerit ita ſuper me, reſpondebo, i. habebo quid reſpondeam. *e* Exprobrantibus mihi,] i. Iudæis, quibus crucifixus eſt ſcandalum, & Chriſtianis exprobrant. Quid reſpondebo? *f* Verbũ] illud quod de verbo quod erat in principio ſcriptũ eſt. Verbũ caro factũ eſt, &c. *Ioan.* 1. a. Vel de miſericordia creata dicit. *a* Et veniat, &c.] quod bene coniungitur ei quod ſup. dixerat. Viuifica me, quia Dei miſericordia eſt per quam ſpiritualiter viuit homo *Pſ*.... Veniãt mihi miſerationes tuæ, & viuã. *Thr.* 3. c. Miſericordiæ Dñi eſt, quia non ſumus cõſũpti. Duo autẽ petit hic, ſ. miſericordiã & ſalutẽ. Primũ pertinet ad remiſſionẽ peccatorũ, ſecundum ad collationẽ gratiæ. De primo dicit. *a* Et veniat, &c.] Peccator. n. in limo profundi infixus non venit ad miſericordiã, ſed ipſa deſuper venit ad eum. *Pſ.* 58. Miſericordia eius præueniet me. Quia autẽ miſericordia pertineat ad remiſſionẽ peccati oſtendit *ſup. Pſal.* 50. Miſerere mei Deus, &c. Et addit: Et ſecũdũ multitudinẽ miſerationũ tuarũ dele iniquitatẽ meã. De ſecũdo dicit. *b* Salutare tuum,] i. gratia veniat, quæ eſt ſalus & ſanitas animæ. *Mar.* 6. b. Oleo vngebãt multos ægros, & ſanabãtur. Per oleũ gratia intelligitur, quæ omnib. ſupernatat. *c* Secundũ eloquium,] i. ſicut promiſiſti gratiã te daturũ, & miſericordia tua, obtenta cũ ſalute, tunc. *d* Reſpondebo, &c.] Exprobrãtes ſunt Dæmones, hæretici, & detractores, qui exprobrant Sãctis. *Pſ.* 78. Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris. 1. *Pet.* 4. c. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, 1. *Reg.* 7. b. Ego exprobraui agminib. Iſraël hodie. Iſtis diuerſa verba ſunt reſpõdenda. Dæmonibus verbum cordis per humilitatẽ; hæreticis verbum oris per ſapientiã; detractoribus verbũ operis per ſanctã conuerſationem; Dæmonibus enim concluditur per humilitatem, hæreticis per ſapientiã, detractoribus per apertã ſanctitatẽ. De primo, 1. *Reg.* 17. f. dixit Dauid: Non in gladio, nec in haſta ſaluat Dñs, ipſius enim eſt bellũ, & tradet vos in manus noſtras, ecce verbũ humilis corde. Sicut. n. ſuperbus inſipiens dicit in corde ſuo, non eſt Deus, ita ſenſatus humilis dicit in corde ſuo, eſt Deus. Et ibid. dixit Dauid ſuperbo Goliæ, per quẽ intelligitur Diabolus: Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego autẽ venio ad te in nomine Dñi exercituũ Dei agminum Iſraël quibus exprobraſti hodie, & dabit te Dñs in manu mea. De ſecundo dicitur, *Pr.* 26. a. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur, i. ſapienter diſputando conuince hæreticum. De tertio, ſ. de verbo operis. *Ag.* 1. a. Factũ eſt verbum Dñi in manu Aggæi Prophetæ. Et *Mal.* 1. a. Onus verbi Dñi ad Iſraël in manu Malachiæ Prophetæ, 1. *Pet.* 2. c. Conuerſationem veſtrã inter gentes habentes bonã, vt in eo quod detractãt de vobis tanquã de malefactorib. ex bonis operibus vos conſiderantes glorificẽt Deum. Quodlibet autẽ horum verborum non eſt ab homine, ſed à Deo. Vnde bene addit. *g* Quia ſperaui, &c.] q. d. ideo diuerſos aduerſarios cõfutabo, quia ſpero, quod pro me loquaris, & humilitatem in corde meo, & ſapientiã in ore, & ſanctitatẽ in opere, quæ magis ſermones tui ſunt quã mei, & ideo ſpero in eis, quod me poſſint defendere ab exprobrantibus, *Pr.* 30. a. Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt omnibus ſperantibus in ſe. Sic ergo ſecundum diuerſitatẽ exprobrantium, aſſignatũ eſt triplex verbũ, Primum eſt interius, tertiũ externus, ſecundum vero inter vtrumque quaſi medium, à primo trahens originẽ, ſcil. à verbo cordis, quia ex abundantia cordis os loquitur; à tertio verò ſumens perfectionem, & decorem, quia rectos decet collaudatio. Vnde dimiſſis extremis, & ſumpto medio procedit dicens. *h* Et ne auferas, &c.] q. d. quia ſperaui in ſermonibus tuis, vt ſcil. dares ſermonem rectum, & bene ſonantem mihi, & ideo, ne auferas de ore meo verbum veritatis. In hoc petit etiam triplex prædictum verbum, nam ſine ipſo non habetur veritas in ore. Qui enim habet ſuperbiam in corde, habet non veritatem, ſed vanitatẽ in ore. 1. *Tim.* 1. b. Cõuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores. Item qui non habet bonã conuerſationẽ, habet murum in ore, i. ranam vel lutum non veritatem, quia peccatori dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, &c. Ad hoc ergo quod non auferatur verbũ veritatis de ore, oportet vt non auferatur verbũ humilitatis de corde, nec verbũ ſanctitatis de operatione. Vnde bene addit. *i* Vſquequaque,] i. vllo modo, q. d. nec iſto, nec illo modo auferas, i. auferri permittas. *Prou.* 12. c. Verbum veritatis firmũ erit & perpetuũ. Vel vſquequaque, ſecundũ *Gloſſ.* i. ſemper, quaſi etſi ad tẽpus forſitan auferas, vt à Petro, qui præoccupatus à puſillanimitate ſpiritus, verbũ veritatis amiſit, Chriſtũque negauit. *Mat.* 26. g. Sed non vſquequaque, quia poſtmodum fleuit, & ad veritatẽ rediit, ita quod verbo Dñi firmatus volentib. auferre verbũ veritatis de ore eius, dixit. *Act.* 4. d. Non poſſumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Et nota quod Dñs multis rationib. aufert verbum veritatis de ore hominis, Prima eſt propter vtilitatẽ ipſius qui debet docere, vt *ſup.* Peccatori dixit Deus, &c. *Greg.* Iuſtum eſt vt non habeat linguã qui non habet vitã. *Eccl.* 32. a. Non impedias muſicã. Secũda eſt propter eius ignorantiã. *Eccl.* 20. a. Eſt tacens non habẽs ſenſum loquelæ. *Iſa.* 56. d. Speculatores canes muti. Tertia, propter auaritiam ſpiritualẽ vel temporalẽ, *Eccl.* 20. d. Exenia, & dona excæcant oculos Iudicũ. *Prou.* 11. d. Qui abſcondit frumentũ, maledicetur in populis. Per frumentũ ſacra doctrina intelligitur, quæ cum abſcõditur, maledicitur, qui abſcondit, & ab eo aufertur. *Mat.* 25. c. Tollite ab eo talẽtum. Quarta, propter ingratioſitatẽ. *Eccl.* 20. Lingua acharis quaſi fabula vana. Quinta, propter dicentis importunitatẽ. *Eccl.* 20. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola, quia non dicit eam in tempore ſuo. Sexta, propter ætatis inſufficientiam. *Ier.* 1. b. A a a Dñe neſcio loqui, quia puer ego ſum. Septima, propter incredulitatem. *Luc.* 1. b. Ecce eris tacens & non poteris loqui pro eo quod non credidiſti verbis meis. Octaua, propter audientium malitiã. *Ezec.* 3. g. Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, nec eris, &c. *Iſa.* 5. b. Mandabo nubib. meis ne pluant ſuper eam imbrẽ. Nona, propter formidinem. *Ezec.* 3. b. Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum. Propter hoc, *Mat.* 10. c. cum dixiſſet Dominus: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, &c. ſtatim ſubiunxit. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Et hanc vltimam rationẽ allegat hic cum ſubiungit. *k* Quia in iudiciis tuis,] i. in flagellis, quibus me permittis affligi. *l* Super ſperaui,] q. d. ſup. dixi quod ſperaui in ſermonibus tuis, ſed flagella addita non minuunt ſpem meam, ſed augent. Et hoc eſt [ſuper ſperaui. *Rom.* 5. a. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quia tribulatio patientiam, &c. *Pſal.* 26. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. *Iob* 13. c. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. *Greg.* Tanto ſpes in Deum ſolidior ſurgit, quanto quis pro eo grauiora ſuſtulerit. Vnde ſuper ſperaui, i. plus merito ſperaui, ſciens illud *Rom.* 8. d. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, &c. *m* Et] quia ſperaui, cuſtodiã legem tuam ſemper, quã qui deſperant abiiciunt, quia impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. *Prou.* 18. a. Sed qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, &c. *Iſa.* 40. g. Vel ſic ordina: Ne auferas, &c. Et cuſtodiam, &c. Nam eo ipſo quod prædicabo verbum veritatis, aſtringar ad cuſtodiam legis. *Prou.* 6. a. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. *Greg.* Lex eſt ipſis prædicatoribus poſita, vt quod ore prædicant opere impleant. Dicit ergo. Cuſtodiam legem tuam ſemper, quomodo ſemper?

n In ſeculum, &c.] hic & in futuro. Hoc dicit, non quantum ad cætera mandata, ſed quantum ad charitatem, quæ eſt plenitudo legis. *Rom.* 13. c. *Sap.* 6. c. Dilectio cuſtodia eſt legum illius; quæ in hoc ſæculo, & in futuro cuſtoditur à Sanctis, 1. *Cor.* 13. c. Charitas nunquam excidit. Debet enim legem Dei cuſtodire diligens Prædicator in corde, & opere. In corde, vt tempore opportuno eam doceat. *Agg.* 2. b. Interroga Sacerdotes legem.

Et *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. In opere autem debet eam cuſtodire, vt auditoribus exemplum præbeat, & ipſe præmium habeat. 1. *Tim.* 4. d. Hæc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Hucuſque plura petiit, vnde vt ſe exauditum eſſe aperiat, narrat poſtmodum incipit quid ſibi à Deo datum fuerit dicens.

Matt. 12. f.

Dominus aufert verbum veritatis de ore hominis, multis rationibus.

Qualiter ſit reſpondendũ Diabolo hæreticis & detractoribus exprobrantibus.

a Et ambu

a Et ambulabam in latitudine.] i. in charitate proficiebam. Et quomodo hoc obtinuerit subiungit. *b* Quia mandata tua exquisiui,] i. ex toto corde quæsiui, & petiui. Sic enim monueras & promiseras. *Mat.* 7. a. Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis. Dicit ergo: Ambulabam contra pigros, qui non ambulant, sed dormiunt. *Prou.* 6. b. Vsquequo piger dormis? In latitudine, contra auaros, *sup. Psal.* 17. Eduxit me in latitudinem, quia mandata tua, hoc contra inobedientes; exquisiui, contra imprudentes. *Bar.* 3. b. Audi Israel mandata vitæ, auribus percipe, vt scias prudentiam. Et hic sciendum quod est duplex latitudo, bona & mala. Et quælibet multiplex.

al. † in.
al. † vehementer.
al. † nimis.
al. † memento.

Et *a* ambulabã in latitudine, quia *b* mandata tua exquisiui. Et *c* loquebar † de *d* testimoniis tuis in *e* conspectu Regum, *f* & non confundebar. Et *g* meditabar in mandatis tuis quæ *h* dilexi †. Et *i* leuaui *k* manus tuas meas *l* ad mandata tua quæ dilexi † *m* & exercebor in iustificationibus tuis.

n M *Saen, huc vel duc te.*
MEmor † esto verbi tui

In prima ambulant iusti, in secunda reprobi.

Est enim latitudo.
- Bona
  - Arcæ, i. Ecclesiæ. *Gen.* 6. c. Quinquaginta cubitorum latitudo eius, & significat remissionem. In latitudine ergo Ecclesiæ ambulat qui dimittit alij. *Luc.* 6. f. Dimittite, & dimittetur vobis.
  - Dei, *Iob.* 11. Longior terra mensura eius, & latior mari. In hac latitudine ambulat qui dicit cum Apostolo, *Rom.* 11. d. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c.
  - Crucis, *Eph.* 3. d. Vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis quæ sit longitudo & latitudo, & sublimitas, & profundum. In hac latitudine ambulat pœnitens. *Gal.* 6. b. Bonum autem facientes non deficiamus.
  - Terræ, s. viuentium. De qua *sup. Ps.* 26. Credo videre bona Dñi in terra viuentiũ In hac latitudine ambulant beati, in quorum persona dictũ est Abrahã, *Gen.* 13. d. Perambula terrã in longitudine & latitudine, quia daturus sum eam tibi.
  - Cordis. *Ier.* 17. a. Super latitudinem cordis eorum. *Isa.* 60. a. Mirabitur & dilatabitur cor tuum. In hac latitudine ambulant qui dicunt illud, *Tor.* 3. e. Scrutemur vias nostras. Et in *Ps.* 100. Perambulabam in innocentia cordis mei.
  - Vrbis. *Apoc.* 21. e. Ciuitas in quadro posita est, id est, in virtutibus quatuor Cardinalibus. In hac ambulant illi, de quibus *Ps.* 83. Ibunt de virtute in virtutem.
  - Viæ mandatorum quæ lata est. Contra, *Mat.* 7. b. Arcta est via, &c. Sol. Arcta est in principio, lata autem in progressu, *Prou.* 4. b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. Hic ambulat qui dicit illud *sup.* Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.
  - Ianuæ Sacramentorum. *Ezec.* 40. b. Mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius latitudinem 25 cubitorũ. Ibi dicit *Gloss. Greg.* Quod quinquies quinque significant quinque Sacramenta, quæ omnibus sunt necessaria. Ordo enim non est necessarius laicis, nec matrimonium Clericis. In latitudine Sacramentorum ambulant, qui in communitate Ecclesiæ tenent quod promiserunt in Sacramentis, secundùm illud: Redde Altissimo vota tua.
- Mala
  - Scripturæ. *Zach.* 5. Latitudo eius decem cubitorum, id est, præceptorum. In ipsa ambulat, qui hæc dilatat. *Gen.* 26. c. Fodit puteum, & vocauit nomen eius latitudo. Item in ea ambulat qui in lege Dei meditatur die ac nocte.
  - Libertatis, i. licentiæ peccandi. *Amos* 6. a. Si latior est terminus eorũ termino vestro. Hic ambulant lasciui. *Os.* 4. d. Quasi vacca lasciuiens declinat Israel, i. Clerus, nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine, id est, pasci permittet.
  - Luxus, id est, superfluitatis ciborum, & vestium, quæ notantur in Raab meretrice, quæ interpretatur latitudo cum qua periclitati sunt nuncij Iosuæ, id est, Christi. (*Iosuè* 2.)
  - Maris, i. mundanæ curiositatis. *Ps.* 103. Hoc mare magnum, & spaciosum manibus; ideò dicitur filius Dan. *Iud.* 18. c. Intrabitis ad securos in regionem latissimam. In ea ambulant curiosi, qui nauigant mare, enarrant pericula eius. *Ps.* 76. In mari via tua, &c. (*Eccl.* 43.) Infernũ *Isa.* 5. d. Dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. In hac latitudine ambulant damnati. *Iob* 24. c. Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viã vinearum. Ad nimium calorem transeat de aquis niuium, & vsque ad Inferos peccatum illius.

c Et loquebar,] q. d. bene ostendo me exauditum esse, quia in hoc quod petij verbum mihi dari, vt responderem exprobrantibus, exaudisti me. Vnde dico. Et loquebar, &c. Vel sic continuandum est, dixi:

b Mandata, &c.] i. ex toto quæsiui, scil. verbo, corde, & opere, & etiam consuetudine, quod per partes ostendo. Ore, quia loquebar, &c. Corde, quia & meditabar in mandatis tuis, &c. Opere, quia & leuaui manus meas, &c. Cõsuetudine, quia & exercebor, &c. Dicit ergo. *c* Et loquebar] confitendo fidem, vt fecerunt Martyres. Vnde sequitur. *d* De,] vel in testimoniis tuis, i. Martyres, vel de testimoniis tuis, i. de his qui testari debent fideles. *Rom.* 10. b. Ore autem confessio fit ad salutem. Non tantum coram plebe, sed & *e* In conspectu Regum] secundùm quod dicitur *Mat.* 10. b. Ante Reges & Præsides ducemini. *f* Et] tamen non confundebar, scil. loqui testimonia crucifixi. 2. *Tim.* 1. b. Noli erubescere testimonium Domini nostri Iesu Christi. Iste versus potest esse thema de B. Catharina, vnde & de ipsa cantatur in Introitu Missæ. Ipsa enim coram Rege disputauit de testimoniis Christi, & fidei, & non fuit confusa, sed Philosophos confudit, & ad fidem conuertit. Vnde de ipsa potest dici illud *Iud.* 14. d. Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. Item hic arguit negligentiam Prælatorum cum dicit.

c Loquebar] ipsi verò tacent. *Isa.* 56. d. Canes muti, non valẽtes latrare. *Isa.* 6. Væ mihi, quia silui. Secundò, arguit loquacitatem, cùm dicit. *d* De testimoniis tuis,] loquaces verò de nugis loquuntur. *Hier.* Os tuum consecrasti Euangelio, noli illud nugis, aut fabulis aperire. Tertiò, arguit pusillanimitatem, cùm dicit. *e* In conspectu Regum.] *Eccl.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis. *Prou.* 29. d. Qui timet hominem, citò corruet. Quartò, arguit malam verecundiam, cùm addit. *f* Et non confundebar.] *Isa.* 50. c. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. *Luc.* 9. d. Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet cùm venerit in Maiestate sua. *g* Et] vt meliùs loquerer meditabar in mandatis tuis, *sup. Psal.* 1. In lege eius meditabitur die ac nocte. In mandatis dicit, non in secretis, sicut quidam faciunt ac si indigeret Dominus consilio. *Rom.* 11. d. Quis consiliarius eius fuit? *h* Quæ dilexi.] *inf.* Dilexi mandata tua super aurum, & topazion. Et quare hoc? Quia etsi grauia sint, tamen vtilia sunt. *Osea* 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. Triturare labor est, sed diligitur à vacca, quia ibi est cibus, 1. *Cor.* 9. b. Non alligabis os bouis triturãtis. Similiter in mandatis. *Ps.* 18. In custodiendis illis retributio multa: Parum autẽ valet non loqui, & meditari mãdata nisi opere impleãtur, & etiã homo in fine. Vnde subdit. *i* Et leuaui.] Ecce pura intẽtio. *k* Manus meas.] Ecce operatio. *l* Ad mãdata tua.] Ecce quod operandũ, *Exo.* 17. f. Cũque leuaret Moyses manus vincebat Israël. *Thr.* 3. e. Leuemus corda nostra cũ manib. ad Deũ; non solũ autẽ actus, sed & cõsuetudo boni operis necessarius est; vnde addit. *m* Et exercebor, &c.] Idẽ vocat iustificationes, & mãdata; vel iustificationes possumus dicere opera pietatis. *Luc.* 11. f. Date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis. Ecce quomodo iustificant opera pietatis. In his exercere se debet homo, 1. *Tim.* 4. b Exerce teipsum ad pietatem, &c.

MEmor esto, &c. Saen.] Postquam concesso sibi auxilio misericordiæ, se resistere aduersariis, virtutesque actionis, & contemplationis habere confessus est, conuenienter agit de spe, quæ non de præsentibus, sed de futuris est ad quæ vocamur. Vnde huic septimo octonario præscribitur, Saen, septima litera, quæ interpretatur huc, vel duc te, quasi dicat, non est hic quiescendum, sed ad æterna tendendum, quæ demonstrat vir sanctus, cùm dicit huc. Conuersatio enim in cœlis est. *Phil.* 3. d. Vnde & illuc aspirans dicit.

n Memor esto verbi tui,] id est, promissionis factæ.

a Seruo tuo]

m Memor esto verbi tui, &c.] Licet Gloss. non tangat, posset hoc exponi de aduentu Christi, vt in persona antiquorum Patrum dicat Propheta: Memor esto verbi tui, &c. id est, Filij incarnandi. De quo *Ioan.* 1. a. In principio erat Verbum, & Verbum erat, &c. (*Aliter.*)

b In quo

n Memor esto verbi tui.] Secundùm Gloss. quæ de promissione æterna exponit, procedamus. Dicit ergo vir iustus: Memor esto verbi tui, id est, promissionis æternæ patriæ factæ, non cuicunque, sed. (*Secundum Gloss.*)

a Seruo tuo] cuius oculi in manibus Domini sui. Dicit autem, memor esto, non quia obliuio cadat in Deum, sed consueta, & morali locutione, qua moueri solet humanus affectus, id quod tardatur ac si obliuioni traditum esse petit. Vnde is est sensus. Memor esto verbi, id est, citò da quod promisisti. Et quasi tribus mediis probat, quod debet esse memor. Primò, à causa efficienti, cum dicit, verbi, id est, promissionis tuæ. Secundò, à causa meritoria extrinseca, cùm dicit, seruo tuo. Tertiò, à causa meritoria intrinseca, cum addit, in quo mihi spem dedisti.

al. † quoniam verbū.
al. † valdè.
al. † Tædium.
al. † à.
al. † incolatus mei.

a seruo tuo, in *b* quo *c* mihi *d* spem *e* dedisti. *f* Hæc me *g* consolata est *h* in humilitate mea, † *i* quia eloquiū tuū *k* viuificauit me. *l* Superbi iniquè agebant vsque † *m* quaque *n* à lege autem tua non declinaui, *o* Memor fui iudiciorum tuorum *p* à sæculo Domine, *q* & consolatus sum. † *r* Defectio tenuit me † *s* pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam, *t* Cantabiles mihi erant *v* iustificationes tuæ, in *x* loco † peregrinationis meæ. *y* Memor fui † nocte *z* Nomini tui Domine,

Allegoricè. al. † in.

A *b* In quo mihi spē dedisti] cum vt incarnaretur promisisti. *f* Hæc] spes, me consolata est in humilitate mea] id est, cum vilis essem, despectus Ab Angelis, conculcatus à Dæmonibus. Vnde in persona humanæ naturæ dicitur, *Thren.* 1.d. Vide Domine, & considera quomodo facta sum vilis. E contrariò quasi pro tempore Incarnationis, dicit in *Psal.* 72. Et cum gloria suscepisti me, id est, naturam meam. Vnde dixit quidam, nubere non potuit caro gloriosius.

Secundum Gloss.

Θ *a* Seruo tuo] qui tibi seruit, vt debet *Ioan.* 12.d. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Ecce promissio facta seruo Dei, non seruo pecuniæ per auaritiam, aut seruo Veneris per luxuriam, *Eph.* 5. b. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus non, habet hæreditatem in Regno Dei. Item non seruo ventris per gulam, *Heb. vlt.* d. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo corporis deseruiunt, *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione. Item non seruo creaturarum per idololatriam. *Rom.* 1.c. Seruierunt creaturæ potiùs quàm Creatori. Item non seruo Mundi per ambitionem, *Thren. vlt.* c. Ægypto dedimus manus & Assyriis, vt saturaremur pane. Item non seruo Diaboli per superbiam, *Iob* 41. d. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Item non seruo peccati per prauam delectationem, *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *b* in quo] verbo.

c Mihi] seruo. *d* Spem] adipiscendi vitam æternam.

e Dedisti] gratis infundendo, *Rom.* 15.a. Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus. *f* Hæc] scilicet, Antonomastica spes, quam Deus dat, non Mundus. *g* Consolata, &c] quæ duplex est, scilicet, humilitas deiectionis, & humilitas gratiæ. In vtraque habetur consolatio per spem. De prima in *Psal.* 26. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. *Iob* 13. c. Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo, *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. De secunda *Isa. vlt.* a. Ad quem respiciam nisi ad humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Spes autem quam Mundus dat non consolatur, sed fallit. De quo *Eccl.* 13.a. Supplantabit te, & subridens spem dabit tibi, *Eccl.* 34.a. Vana spes & mendacium insensato viro. *b* In humilitate] non in diuitiarū iactantia in qua non est cosolatio, sed desolatio æterna, *Luc.* 9. d. Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram, *Psal.* 76. Renuit consolari anima mea, supple in temporalibus. Nam in spiritualibus spes consolatur me. Vnde subdit, *ibi*: Memor fui Dei, & delectatus sum. Et verè consolata est. *i* Quia eloquium tuum] quod continet promissa tua. *k* Viuificauit me] *Ioan.* 4.d. Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Et quid mirum cum eloquium Dei vita sit? Vnde *Ioan.* 6.g. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus vita sunt. Dicit spem consolatam esse eum in humilitate, nunc autem postmodum probat humilitatem suā dicens. *l* Superbi iniquè agebant] Superbos autem dicit, vel Dæmones, vel homines persecutores humilium, qui iniquè agunt, non parum, sed. *m* Vsquequaque] cum non eis sufficit esse impios, nisi & pios ad impietatem trahere procurent. Quomodo autem in hac humilitate consolatus fuerit, & confirmatus per spem futurorum, subiungit dicens.

Superbia dicitur maximum peccatū quadrupliciter.

n A lege, &c.] quasi dicat frustra iniquè agebant, quia à lege tua non declinaui. Hic notandum quod in *Gloss.* dicitur, quod peccatum maximum est superbia. Et possumus dicere, quod hoc est quadrupliciter, scil. Origine, genere, numerositate, temporis antiquitate. Origine dico, quia vt dicitur *Eccl.* 10,b. Initium omnis peccati superbia. Genere, quia vt dicitur in *Gloss.* Superbia natione cœlestis sublimium mentes inhabitat. Numerositate, quia ferè omnes superbi sunt. Vnde & in *Gloss.* addit: Sub cinere latitans, & cilicio. Temporis antiquitate, quia hoc fuit primum peccatum in Diabolo, cum dixit *Isa.* 14. d. Ascendam in altum, &c. *Gen.* 3.a. Cum suggessit Diabolus: sicut dij, scientes bonum & malum. Propter hoc monet, *Tob.* 4.c. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et huius peccati magnitudo satis ostenditur, *Num.* 15. d. Anima quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus Deum rebellis fuit, peribit de populo suo: Ecce quod cum alia peccata in lege sacrificia habeant ad expiationem, sola superbia quasi maxima non habet. Vnde propriè talibus dicitur Dominus resistere. *Iac.* 4.b, Deus superbis resistit. *n* A lege, &c.] quin, scil. eam custodirem, sciens illud quod supra dictum est, *Psal.* 118. Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Vt autem non declinet homo à lege, vtile est iudicium legiferi reminisci.

o Memor fui, &c.] O Domine: quod autem dicit.

p A sæculo] potest determinare hoc quod dico, memor fui, scil. à sæculo, id est, ex quo cœpit mundus administrari, hoc dicere potest generalis iustus. Vel potest determinare li, iudiciorum, vt sit sensus: Memor fui iudiciorum tuorum, quæ sunt à sæculo, & hoc potest dicere quilibet iustus, qui recolit, & cogitat iudicia, maximè quæ semper fiunt in vasa iræ apta in interitum. *Rom.* 9.e. id est, in peccatores deditos perditioni. *Iob* 19.d. Scitote esse iudicium. *Prou.* 28.a. Viri impij non cogitant iudicium. *q* Et consolatus sum.] Contra: Imò debuit dicere, & territus sum. Sol. Mali terreri debent, sed iusti non, secundùm illud *Luc* 21. f. His autem fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra. Vel sic.

o Memor fui iudiciorum tuorum] quæ fiunt in bonis, & iustis. *p* A sæculo,] id est, à principio mundi, quoniam omnes Sancti per multas tribulationes intrauerunt in cœlum, &c. omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur, 2. *Tim.* 3.c. Et *Rom.* 8.f. Proprio filio suo non pepercit. *Luc. vlt.* d. Oportuit Christum pati. *q* Et] ex hoc consolatus sum, secundùm illud sup. *Psal.* 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat. Licèt autem homo iustus consoletur de iudicio siue futuro, siue præsenti, tamen condolere debet peccatoribus. Vnde subiungit.

r Defectio tenuit me, &c.] id est, ita condolui, quod quasi deficiebam præ dolore.

s Pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam,] *infr.* Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. *Thren.* 2. d. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritione filiæ populi mei, &c. *Aug.* Plangis mortuum, magis plange viuum; annon sunt in te viscera Christianæ miserationis, vt plangas corpus à quo recessit anima, & non plangas animam à qua recessit Deus? Non autem ita de peccatis aliorum dolendum est, vt ipse de his dolens in Deo non exultet, & non gaudeat magis de pœnitentia ipsorum peccatorum. Vnde subdit.

t Cantabiles mihi erant, &c.] id est, gaudebam de tribulatione, & in pœnitentia mea, & aliorum, quæ iustificat, id est, iustitiam facit de excessu peccatorum. De hoc gaudio. *Act.* 5.g. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et hoc.

x In loco peregrinationis meæ,] id est, in præsenti sæculo, vbi peregrinamur à Domino, vbi pœnitentia agenda, & tribulationes sufferendæ sunt. *Iob* 28. a. Auro locus est in quo confletur, id est, iusto locus est vbi probetur, & purgetur, *Sap.* 3.b. Tanquam aurum in fornace probauit illos.

t Cantabiles] ergo dicit contra acidiosos, & tristes, 2. *Cor.* 7. c. Tristitia sæculi mortem operatur.

v Iustificationes] contra iniuriosos, 1. *Cor.* 6.b. Vos iniuriam facitis, & fraudatis.

x In loco peregrinationis meæ] contra mundi ciues, *Heb. vlt.* c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Non autem potest homo in talibus gaudere, nisi propter spem remunerationis. Vnde subdit.

y Memor fui nocte,] id est, in præsenti miseria, & ærumna.

z Nominis tui Domine] quod est Iesus, siue Saluator. *Act.* 4.b. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. *Psalm.* 53. Deus in nomine tuo saluum me fac.

Item *Psalm.* 44. Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione, & generatione, Et quia memor fui huius nominis, id est, rei ipsius nominis.

a Et custodiui

a Et custodiui legem tuam.] Qui enim bene memor est salutis æternæ, nullo modo consentit in præuaricationem legis diuinæ. Vnde de Moyse dicitur *Hebr.* 11.c. Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorū improperiū Christi, aspiciebat enim in remunerationem. Sed posset quæri, *supr.* dixit. Memor fui in nocte, id est, in præsenti miseria, & ærumna, quomodo Deus permittit iustos affligi, & in tali nocte esse? Vnde quasi ad hoc soluendum dicit hoc totum cedere sibi ad vtilitatem dicens. *b* Hæc] scil. nox. *c* Facta est mihi,] id est, ad vtilitatem meam quod non fieret si reprobus essem. Sed ideo facta est mihi. *d* Quia iustificationes tuas exquisiui,] id est, ex toto corde quæsiui, secundùm quòd dicitur *Rom.* 8. e. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti. Vel sic potest legi.

& *a* custodiui legem tuam. *b* Hæc *c* facta est mihi, † quia *d* iustificationes tuas exquisiui, *Heth, pauor.*

e PORtio † mea Domine, *f* dixi *g* custodire legem tuam. † *h* Deprecatus sum *i* faciem tuam in *k* toto corde meo, *l* miserere mei secundum *m* eloquium tuū. † *n* Cogitaui vias meas, *o* & † conuerti pedes meos in *p* testimonia tua,

al. † quoniā iustitias.
al. † Pars mea Dominus.
al. † Precatus.
al. † Quia.
al. † aucrti.

b Hæc,] scilicet nox tribulationis. *c* Facta est mihi,] id est, ideo persecutio mihi infligitur. *d* Quia iustificationes, &c.] id est, quia studeo, vt bonus, & iustus sim, secundum quod dicitur *Isa.* 59.c. Facta est veritas in obliuionem, & qui recessit à malo prædæ patuit.

e POrtio mea Domine, &c. *Heth.*] Post spem, desiderium illius sperat, ostendit. Sed qui desiderat, sollicitus est ne desideratum amittat, vel saltem ne nimis differatur. Vnde huic octonario præponitur, Heth, octaua litera, quæ interpretatur pauor, qui differt à timore, qui in quarta litera prædictus est. Illo enim præuidet ne grauatus corpore cadat, isto sollicitus est acquirere bonum, quod amat, vnde hic timor cautelæ, qui dicitur pauor. Vel dicitur hic pauor admirationis super portione, quæ Deus est, secundum quod dicitur *Osee* 3. b. Pauebunt ad Dominum, & bonum eius. Tanquam ergo Leui cui non est sors inter fratres, dicit vir iustus nihil amans Mundi vel vitij.

e Portio mea] es, ó Domine! *Thren.* 3.c. Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Sed quia hanc portionem non habebit, qui non meruerit. Ideo consequenter multiplex meritum suum ostendit. Primum est propositum conseruandi legem Dei. Vnde dicit. Dixi, id est, statui, custodire legem tuam. Secundum est meritum orationis, de quo subdit, Deprecatus sum faciem tuam, &c. Ostendit autem orationem suam rectam esse cum dicit, Faciem tuam. Et deuotam cùm subiungit. In toto corde meo, & instantem cùm subinfert. Miserere mei secundum eloquium tuum. Tertium est meritum discretionis, quod notatur cum subdit, Cogitaui vias meas. Quartum est meritum conuersionis. Vnde dicit, Et conuerti pedes meos, in testimonia tua. Quintum est meritum constantiæ ad patiendum, de quo sequitur, Paratus sum & non sum turbatus. Sextum est meritum perfectæ custodiæ mandatorum. Vnde subdit, vt custodiam mandata tua. Septimum est meritum pugnæ contra primos motus. Vnde dicit. Funes peccatorum circumplexi sunt me,] id est, motus peccati vndique infestauerunt me. Et, tamen, legem tuam non sum oblitus. Octauum est meritum sedulæ laudis Dei. De quo subdit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi, id est, ad laudandum te, super iudicia, id est, de iudiciis iustitiæ tuæ. Nonum est meritum vnitatis Ecclesiæ, quod notatur cum subiungit, Particeps ego sum omnium timentium te, corde. Et custodientium, opere, Mandata tua. Sed ne sibi ista merita temerè arrogare videatur, omnia misericordię Dei attribuit, cum subdit, Misericordia Dei plena est terra. Confisus autem de misericordia, petit ampliorem cognitionem dicens, Doce me iustificationes tuas. A principio ergo perfectius prosequemur. Et dicat vir iustus. *e* Portio mea Domine] scil. es tu. Vir enim iustus non reputat aliquid quod sit in terra, nec appetit, sed solum Deum amplectitur, & præcipuè clericis hoc conuenire deberet. Dixit enim Dominus ad Aaron, *Num.* 18. c. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël. *Ezech.* 44.g. Possessionem non dabitis eis in Israël, ego enim possessio eorum. Ideo Clerici hoc profitentur cum recipiunt primam tonsuram dicentes versiculum qui habetur *sup. Ps.* 15. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es

Multiplex meritum.

qui restitues hæreditatem meam mihi. Sed multi videntur transgressores professionis suæ. Vnde ne per transgressionem ab hac portione defraudetur, subdit.

f Dixi,] id est, firmiter statui.

g Custodire,] id est, vt custodirem legem tuam, non pecuniam, aut alias res temporales, *Eccl. vlt.* d. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Ex hoc infert *B. Bern.* Ergo sine hoc nihil homo, qui perfectè custodit legem, custodit & suam portionem. Perfectio enim & plenitudo legis est dilectio sine charitas, vt dicitur *Rom.* 13.c. Deus autem charitas est, vt dicitur 1. *Ioan.* 4. c. Ergo qui custodit legem, custodit Deum sibi in portionem, *Prou.* 27.c. Qui seruat ficum, id est, charitatem, comedet fructus eius, scil. æterna iocunditate fruetur; & qui custos est Domini sui glorificabitur. Non autem multum desideranti sufficit custodire legem, vt portionem consequi mereatur. Sed & postulationem addit. Vnde subdit.

h Deprecatus sum,] id est, deuotè precatus: Faciem tuam, scil. vt te possim videre facie ad faciem, 1. *Cor.* 13.d. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, *Psalm.* 26. Faciem tuam Domine requiram. Vel, faciem Dei Christum appellat, quem in carne videre desiderat, q. d. dixi custodire legem tuam. Sed quia litera occidit, 2. *Cor.* 3. b. Ideo deprecatus sum faciem tuam; scil. Filium videre in carne, qui legem spiritualiter intelligi faciat, & fides impetret, quod lex imperat, deprecatus sum dico.

k In toto corde meo] quod necessarium est; quia vt dicit *Aug.* mens diuisa non impetrat. *Osee* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Oratio autem esse debet instans. Vnde inculcat dicens.

l Miserere mei,] *Rom.* 12. 2. Orationi instantes. Debet nihilominus esse humilis, quod etiam notat, cum dicit: Miserere mei. Hoc enim dicendo, miseriam suam recognoscit. *Eccl.* 5.d. Miserabilis prorsus infirmitas. *Iob* 14. a. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Debet iterum oratio fieri cum fiducia impetrandi, quod & notat hic cum subiungit.

m Secundum eloquium tuum,] quasi dicat, fiducialiter peto misericordiam, quia tu eam promisisti. Sic *Deut.* 4.e. Cùm quæsieris Dominum Deum tuum inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum. *Ezec.* 18.c. Si impius egerit pœnitentiam, &c. Et sequitur: Vita viuet & non morietur. Et in fine capituli: Nolo mortem morientis, dicit Dominus; reuertimini, & viuite. Propter hoc modum reuersionis subiungit dicens.

n Cogitaui vias meas.] *Isa.* 38.c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Ansel.* Terret me vita mea. Nec mirum, quia vita peccatoris monstris plena est. Propter hoc dicitur *Iere.* 2.e. Vide vias tuas in conualle, id est, in humilitate duplici, scil. cordis quantum ad contritionem, & oris quantum ad confessionem, vt scil. in contritione humilietis in conspectu Domini, & in confessione in conspectu Sacerdotis. Sed hæc duo debet sequi satisfactio operis siue opus satisfactionis. Vnde subdit.

o Et conuerti pedes meos,] quasi dicat, diligenter considerans vias meas horrui, & ideo conuerti pedes meos ad literam.

p In testimonia tua,] i. in viam testimoniorum tuorum, vt secundùm quod docent ambularem. Vel pedes, i. affectus. *Isa.* 23.b. Ducent eam longe pedes sui, quia scil. in regionem dissimilitudinis, & tandem in terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, scil. in infernum. Quod itur dicit: Cogitaui, &c. est contra eos qui impræmeditati vadunt ad Confessionem, ac si vilicus, vel quilibet dispensator non præmeditetur computum suum. Sacerdotes enim suscipiunt computum Domini; & quicunque confitetur coram eis se multis debitis obligatum, eo ipso statim ab obligatione absoluitur. *Psalm.* 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, &c. Debet ergo cogitare quilibet vias suas, vt de his sciat computum reddere. Debet etiam peccator cogitare vias suas, vt cogitet quò ducunt, quia ad pœnam gehennalem. *Eccl.* 31.b. Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum Inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Prou.* 5. a. Pedes eius descendunt ad mortem, & ad Inferos gressus eius penetrant. Et si hoc faceret peccator, faceret & id quod sequitur. *o* Et conuerti pedes meos, &c.] *Nahum. vlt.* b. Omnis qui viderit te resiliet à te. *Greg.* Si ad quas currunt impij pœnas aspicerent, puto gressus reflecterent. Qui autem conuertunt pedes suos vt ambulent in via testimoniorum, multos obices, & aduersariorum, & tentationum sibi occurrentes inueniunt. Vnde & plures quandoque impediuntur, & quandoque retrograduntur, sicut dicit Apost. *Gal.* 5.L. Currebatis bene, quis vos impediuit non obedire veritati? Propter hoc bene subiungit.

a Paratus ſum.] ſ.multa pati aduerſa. *Supr.* Quoniam ego in flagella paratus ſum. Et quod plus eſt. *b* Non ſum turbatus] *Ier.* 17.c. Non ſum turbatus te Paſtorem ſequens, i. imitans, qui, ſc. ex ſimplicitate factus agnus coram tondente ſe obmutuiſti. *Iſa.* 53. c. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. 1. *Pet.* 2. d. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquẽs exemplum, &c. Et addit. Qui cũ malediceretur, nõ maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Paratus ſum, dico hoc pati. *c* Vt cuſtodiam mandata tua,] I. propter mãdata paratus ſum pati, 1. *Pet.* 3. c. Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati, *Matth.* 5. a. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. In hoc ergo verſu notantur quinque quæ competunt obedientiæ, Paratus ſum, Ecce promptitudo. Et non ſum turbatus, Ecce hilaritas. Vt cuſtodiam, Ecce perſeuerantia. Mandata, Ecce diligentia, quaſi non tantum præcepta, ſed & minima mandata. Tua, Ecce diſcretio. Primum eſt contra pigros. Secundum contra acedioſos, & murmuratores. Tertium contra inconſtantes. Quartum contra negligentes. Quintum contra fatuos. De primo 2. *Cor.* 9. a. Parati ſitis ne cum venerint Macedones, inueniant vos imparatos. Macedones, interpretatur comburentes, & ſignificat Angelos, quia Dominus facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem vrentem. De ſecundo 1. *Paral. vlt.* d. In ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc. De perſeuerantia: *Iob* 27. a. Non recedam ab innocentia mea, iuſtificationem meam, quam cœpi tenere non deſeram. De mandatis, *Matth.* 5. c. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, &c. De diſcretione, dicit tua. Non enim omni mandato debetur obedientia. *Eccl.* 4. d. Non ſubiicias te omni homini pro peccato.

a Paratus ſum, & *b* non ſum turbatus vt custodiam mandata tua, *d* Funes peccatorum circumplexi ſunt me, *e* & † legem tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, *f* ſuper iudicia † iuſtificationis tuæ, *g* Particeps ego ſum omnium timentium te, & coſtodientium mandata tua. *h* Miſericordia tua Domine plena eſt terra, † *i* iuſtificationes tuas doce me.

Teth, bonum.

k BOnitatem † feciſti cũ ſeruo tuo Dñe, ſecundũ *l* verbum

al. † legis tuæ.

41. *diſt. cap. Presbyter. De celebr. Miſſ.*

al. † iuſtitiæ.

al. † &.

al. † Suauitatem.

Quinque competunt obedientiæ.

d Funes peccatorum, &c.] Supra dixit ſe paratum eſſe pati aduerſa; hic autem determinat, quæ patitur dicens, Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Peccatorum poteſt eſſe maſculini generis, vel neutri. Si eſt maſculini, is eſt ſenſus, Funes peccatorum, id eſt, eorum qui peccatores ſunt. Hi ſunt Dæmones, & mali homines, quorum funes dupliciter accipi poſſunt, ſcilicet, quibus ligant Sanctos in pœna, vel quibus ligare quærunt in culpa. Primis funibus circumplectuntur iuſti, id eſt, ligantur. Sicut ligatus fuit Petrus à Nerone, ſecundum quod prædixerat ei Dominus: *Ioan. vlt.* f. Alius te cinget, &c. Et ipſe Ieſus ligatus fuit his funibus: *Ioan.* 18. b. Comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum. Secundis funibus, ſcilicet, culpæ, circumplectuntur iuſti, id eſt, obſidentur, & circundantur, ſed non ligantur, quia *Prou.* 1. b. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Mali autem in illis ligantur, *Prou.* 5. d. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. Si autem ſit neutri generis, tunc is eſt ſenſus, Funes peccatorum, id eſt, quæ ſunt peccata, circumplexi ſunt me. Secundum hoc idem eſt ſenſus, vt *ſup. vlt.* expoſitum eſt. Et hi vt dictum eſt circumplectuntur etiam iuſtum, quia motus, & tentationes peccati non poſſunt vitare, ſecundum quod conqueritur Paulus, *Rom.* 7. d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et poſt addit: Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati, q. d. etſi lex peccati in ſenſualitate impugnet, tamen ratio vincit, in qua lex Dei manet: Vnde & hic eodem ſenſu ſubiungit.

e Et legem tuam non ſum oblitus:] Nam etiam media nocte, ad literam, ſurgebam ad confitendum tibi. Tunc enim maximè ſurgendum eſt, quia illud tempus maximè habile eſt tentamentis quando nullus eſt teſtis erroris, *Pſal.* 103. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox, & in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ, *Luc.* 22. f. Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum. Et tunc ſurgendo debilitamus hoſtem noſtrum, ſcilicet hominem exteriorem. Vnde etiam hoc tempore primogenita Ægypti legimus eſſe percuſſa, *Exod.* 12. d. Per quæ intelliguntur primi motus peccati. Vel mediã noctem vocat grauiorem tribulationem, in qua inquit, ſurgebam ad confitendum tibi, quia non ſic flagellabas vt deiicerer, ſed exercebas, vt ſurgerem, & fortiùs confiterer, & de omnibus gratias agens, etiam de aduerſis. Hoc eſt quod ſequitur.

f Super iudicia iuſtificationis tuæ,] id eſt, de eo quod me iudicabas flagellando, vt iuſtificares, *Thren.* 2. f. Conſurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, *Pſal.* 69. Exultauerunt filiæ Iudæ, id eſt, animæ confitentes laudem tuam, propter iudicia tua Domine, *Iob* 35. c. Qui dedit carmina in nocte. Nec ſolus confitebor, ſed cum Angelis, & hominibus. Quia.

g Particeps ego ſum omnium timentium te.] Particeps in Eccleſia Triumphante, vbi omnia communia ſunt. Vnde in *Pſal.* 121. Ieruſalem quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio in idipſum; particeps etiam in Eccleſia Militante, cuius bona ſpiritualia communia ſunt, & omnium eorum particeps eſt homo, quæ ſibi placent, *Apoſt.* 1. *Cor.* 3. d. Omnia veſtra ſunt, Timentium corde, & cuſtodientium, opere mandata tua, Rectè poſt timorem ſequitur cuſtodia mandatorum. Quia vt habetur *Eccl.* 7. c. Qui timet Deum nihil negligit. Item hic ponit vnum donum Spiritus Sanctus, ſcilicet timorem & vnam virtutem, ſcilicet obedientiam. Per timorem poſſumus intelligere omnia dona, per obedientiam, omnes virtutes quas habent omnes iuſti, quorum omnium particeps eſt quilibet iuſtus. E contra mali malorum ſunt particeps quibus conſentiunt, & de quibus gaudent, *Prou.* 1. b Sortem mitte nobiſcum, marſupium ſit vnum omnium noſtrum, *Prou.* 28. d. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt, Ne autem in ſua iuſtitia, vel in participatione bonorum aliorum nimis confidere, & de eis præſumere videatur. Bene ſubiungit.

h Miſericordia tua Domine plena eſt terra ad literam, id eſt, habitantes in terra, quia omnia dat nobis Deus de ſua miſericordia. Vel terra, id eſt, Eccleſia, *Iſa.* 6. b. Plena omnis terra gloria eius. Terra etiam, id eſt, peccator plena eſt miſericordia Dei, ſecundum dicit Ieremias, *Thren.* 3. c. Miſericordia Dei eſt, quod non ſumus conſumpti Iterum ne temerariè de miſericordia Dei in præſumptionem degenerare videamur, addit.

i Iuſtificationes tuas doce me] vt ſciam, & faciam eas, & nunc de miſericordia meritò ſperare debebo, ſecũdum quod ſupra habetur, *Pſal* 4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino, q. d. aliter non ſperandum. Non enim ſanantur vulnera ſociati niſi infundantur ſimul vinum cum oleo, vt habetur *Luc.* 10. f. Per oleum miſericordia ſiue ſpes de miſericordia. Per vinum, pungens pœnitentia, & timor de iuſtitia Dei, *Eccl.* 5 b. Ne dicas, miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur., miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.

BOnitatem feciſti. Teth,] Supra dixit de ſpe & deſiderio quod habebat de æterna beatitudine. Sed quia videt, quod adhuc non habet eam in re, ſed multis tribulationem in hac valle miſeriæ circundatur, petit hic iocunditatem mẽtis, quæ facit tribulationes læto animo tolerari. Et propter hoc huic octonario bene præponitur, Teth, litera quæ interpretatur bonum, vel excluſio, quia per charitatem excluſo timore, bonum & iocundum eſt pati. Sed antequam petat iocunditatem mentis, ſiue patientiam, reddit gratias de iam ſibi collatis, vt ampliora accipiat, & oſtendit quid ſibi fecerit Dominus cum dicit, Bonitatem feciſti. Et cui, cum addit, Seruo tuo Domine. Et quomodo, cum ſubiungit, ſecundum verbum tuum. Dico ergo.

k Bonitatem] vel iocunditatem, vel ſuauitatem feciſti. O Domine cum ſeruo tuo, q. d. faciendo me de ſeruo filium, per charitatem foras mittentem timorem ſeruilem, iocunditatem infudiſti menti meæ. Et hoc. *l* Secundùm verbum tuum] quo dixiſti, *Ioan.* 15. b. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Et nota quod eſt libertas, & ſeruitus.

Libertas:
- Culpæ, *Iob* 11. c. Vir vanus in ſuperbiam erigitur.
- Naturæ, *Eccl.* 15. d. Appoſuit tibi ignem, & aquam &c. Et iterum, Ante hominem vita & mors.
- Gratiæ, *Ioan.* 8. e. Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.
- Gloriæ, *Roman.* 8. d. Creatura liberabitur à ſeruitute.

Seruitus:
- Culpæ, *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.
- Pœnæ, *Roman.* 8. d. Creatura liberabitur à ſeruitute.
- Gratiæ, } Gloriæ, } *Matth.* 25. b. Euge ſerue bone, &c.

Et notandum quòd eſt ſeruitus criminis, ſeruitus timoris, & ſeruitus filialis amoris. De prima *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. De ſecunda. *ibid.* Seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. De tertia, *Mat.* 25. b. Euge,

Euge serue bone & fidelis. Cum seruo criminis facit Deus bonitatem, vocando & recipiendo eum ad pœnitentiam, *Rom.2.a.* An diuitias bonitatis & patientiæ & longanimitatis contemnis? *Rom.11.c.* Vide bonitatem & seueritatem Dei. Cum seruo timoris facit Deus bonitatem, faciendo eum de seruo filium. De seruo timoris, seruum amoris, vt dictum est, *Sap.1.a.* Sentite de Domino in bonitate, quasi dicat in amore, non in timore Cum seruo amoris facit bonitatem, quando de valle huius miseriæ transfert eum ad stolam gloriæ, & dat ei illud quod desiderabat, secundum quod dicitur *Prou.11.c.* Desiderium iustorum omne bonum. Et quodlibet horum, secundum verbum tuum Triplex est enim verbum:

al.† suauitatem & eruditionem.

al.† suauis.

al.† suauitate.

tuam † *a* bonitatem & *b* disciplinam & *c* scientiam doce me, quia *d* mandatis tuis credidi. *e* Priusquam humiliarer ego deliqui, *f* propterea eloquium tuum custodiui.† *g* Bonus es tu, & in † *h* bonitate tua *i* doce me iustificationes tuas. *k* Multiplicata est super me *l* iniquitas superborum, ego *m* autem in *n* toto corde meo scrutabor *o* mandata tua:

Nota triplex verbum.

Inspirationis, scilicet charitas. Vnde frequenter dicitur in Prophetis: Factum est verbum Domini ad me, dicens. Est & verbum promissionis. Vnde *suprà.* Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Et etiam verbum generationis, quod erat in principio apud Deum, sicut habetur, *Ioan.1.a.* Commendat autem hic Deum in bonitate, cùm dicit, Bonitatem. A iustitia, cùm dicit: Cum seruo tuo. A veritate, cùm dicit: secundum verbum tuum. Item hic tangitur Trinitas. Per, bonitatem, Spiritus S. Per, fecisti, Pater, qui est auctor omnium. Per verbum, Filius. Commemorans autem quæ iam accepit, iterum ea sibi dari & augeri petit, dicens.

a Bonitatem & disciplinam & scientiã doce me.] Bonitatem docet eum cui charitatem inspirat, vt sicut iam dictum est, non ex timore operetur: sed ex amore tanto vt patienter sustineat tribulationis flagellum. Vnde statim addit.

b Et disciplinam] per patientiam. Bonitas enim non docetur nisi amando, nec disciplina nisi patienter suscipiendo. Ne autem homo de his superbiat quæ pro amore sustinet, necesse est vt & defectus suos & Dei circa se beneficia cognoscat. Vnde subdit.

De scientia discretionis.

c Et scientiam] illam videlicet quam quærebat *Aug.* dicens: Domine nouerim, te nouerim me. Scientia etiam discretionis necessaria est amanti & patienti, vt ne quid nimis, ne quid minus quàm oporteat, faciat. Vnde *Eph.5.a.* cùm dixisset. Ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, &c. Posteà. d. subiungit. Videte quomodo, cautè ambuletis: non quasi insipientes: sed vt sapientes. *Ber.* Non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendum de corde nostro charitatem, quàm si efficere possit vt in ea incautè & non cum discretione ambulemus. Propterea & ad *Rom.12.a.* cum de amore siue de bonitate & disciplina præmisisset: Obsecro vos per misericordiam Christi vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem &c. etiam de discretione subiunxit. Rationabile sit obsequium vestrum. *Gloss.* id est, cum discretione, ne quid nimis sit, sed cum temperantia Plures autem hanc discretionem amittunt tam minus faciendo, quam nimis. Iam enim nemo carnem suam odio habet, & plurimi nimis ei parcunt. Et notandum quod sicut in præcedenti versu dictum est, quod tangebatur ibi Trinitas in Deo: ita in isto tangitur trinitas in anima. Bonitatem, in concupiscibili. Et disciplinam, in irascibili. Et scientiam, in rationabili. Simile, *Eph.5.c.* Fructus lucis est in bonitate & iustitia & in veritate. Hæc autem præmissa haberi non possunt sine fide. Vnde fidem suam allegans, addit.

d Quia mandatis tuis credidi] quasi dicat propter hoc, doce me, supra dicta, quia credidi mandata esse tua licèt per hominem ea mandaueris, *Isa.7.b.* secundum Lex. Nisi credideritis non intelligetis, *Eccl. 33.a.* Homo sensatus credit legi Dei.

e Priusquam] quasi dicat credidi, & in fide per disciplinam Domini sum humiliatus, quam tamen disciplinam propter peccatum primi hominis iustè inflictam esse cognosco. Hoc est. Priùs quàm humiliarer ego deliqui, in Adam in quo viriatus est omnis homo: & ideo vanitati subiectus. Et.

f Propterea] ne iterum humiliarer.

f Eloquium tuum custodiui.] Ecce in hoc versu confitetur quòd vbi non est humiliatio seu correctio, est delictum, sicut in vulgari dicitur. Vbi non est catus, mures se ostendunt. Vnde *Iob.21.b.* De quibusdam dicitur. Domus eorum securæ sunt & pacatæ, non est virga Dei super eos. Et postea subiungitur: Tenent timpanum & citharam: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. Confitetur etiam, quod propter humiliationem custodiuit eloquium, quia vt dicitur in vulgari: adductus timet aquam calidam, *Prou.20.d.* Liuor vulneris absterget mala, *Isa.26.b.* Cum feceris iudicia in terra, iustitiam discent habitatores Orbis. Exemplum habemus de Manasse, *2.Paral.33.* In prosperitate sua deliquit, & in afflictione Domino obediuit. Vnde ibi dicitur, quod factus Rex fecit malum coram Domino iuxta abominationes Gentium. Et multa alia mala ibi enarrantur de ipso, & in fine dicitur: Idcirco superinduxit: Dominus ei Principes & exercitus Regis Assyriorum, qui postquam coangustatus est, orauit ad Dominum Deum suum & egit pœnitentiam valde coram Deo. Hoc autem intelligendum est de electis non de reprobis qui obstinati sunt, & quantò plus flagellantur, tantò peioris voluntatis fiunt, *Prou.27.d.* Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas faciente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. *Ierem.5.a.* Percussisti eos, & non doluerunt; attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti: De electis ergo tantum dicitur.

f Propterea eloquium tuum custodiui.] Quomodò? Per contemptum Mundi & carnis. *Deut.33.a.* Qui dicit patri suo & matri suæ, nescio vos & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum. In hoc versu captat beneuolentiam Iudicis à sua persona, confitendo peccatum suum, dicendo humiliationem & correctionem quæ secuta est, vnde dicit se custodisse eloquia Dei. Consequenter captat beneuolentiam à persona ipsius Iudicis, cum subiungit. Bonus es tu, &c. Tertiò à persona aduersariorum, cum addit. Multiplicata est, &c. Dicit ergo.

Triplex bonum & his tribus modis Deus dicitur bonus.

g Bonus es tu] quasi dicat ego deliqui, sed ô tu Domine bonus es naturaliter & propriè. Et ideo.

h In bonitate tua] non in legis acerbitate, doce me iustificationes tuas. Quia autem hic dicit.

g Bonus es tu] est contra Manicheum qui dicit malum principium. Dicitur autem bonum tripliciter, scilicet vtile, iocundum, honestum. Et Deus his tribus modis bonus est. Est enim bonus, id est, vtilis Dominus, *Thr.3.c.* Bonus Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Item est bonus, id est, vtilis Iudex, eo quòd absoluit reum confitentem crimen suum. Vnde in *Psalm.117.* Confitemini Domino quoniam bonus. Item bonus miles est, id est, vtilis, *Isa.63.a.* Propugnator sum ad saluandum. Item bonus Medicus. *Psalm.146.* Qui sanat contritos corde, &c. Item bonus Magister, *Luc.18.d.* Magister bone, &c. *Isa.48.c.* Ego Dominus docens te vtilia. Item est bonus consolator, *Naum.1.b.* Bonus Dominus & confortans in die tribulationis. Item est bonus, id est, iocundus & delectabilis omni sensui. Primo visui, *Ierem.31.e.* Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, *Psalm.44.* Speciosus forma præ filiis hominum, *1.Pet.1.c.* In quem desiderant Angeli prospicere. Item iocundus est auditui. Vnde *Cant.5.b.* Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Item gustui. *Ioan.6.e.* Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. *Bernard.* Christus mihi mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, *Psal.33.* Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Item tactui, *sup.* Suauis Dominus & mitis, *2.Reg.23.* Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus. Item odoratui. *Eccl.34.b.* Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Tertio modo dicitur Deus bonus, id est, honestus, *Heb.1.a.* Qui cùm sit splendor gloriæ, *Prou.10.a.* Gloria patris filius sapiens. In hac ergo multiplici bonitate. *Psal.85.*

i Doce me iustificationes tuas,] id est, opera iustitiæ, non in terrore & austeritate, sicut docuisti legem veterem, secundùm illud *Heb.12.e.* Moyses dixit, exterritus sum & tremebundus, *Psal.93.* Beatus homo quem tu erudieris Domine, &c. Et necesse habeo quòd doceas me iustificationes, quia callidi hostes volunt me seducere & trahere ad iniustitias Hoc est quod sequitur.

k Multiplicata est super me, &c.] id est, iniqui superbi tam Dæmones quàm homines vi & numero multiplicati sunt contra me. Vel ipsa iniquitas eorum, multiplicata est super me, quia videntes bonum propositum meum, eo ipso prouocantur & iniquius mouentur contra me secundum quod de Diabolo dicit *Gregorius.* Illos pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. *Ezech.3.c.* Assumpsit me spiritus & eleuauit me, & audiui post me vocem commotionis magnæ. Et licet abundauerit contra me.

l Iniquitas superborum] non tamen refrigescet in me, charitas.

m Autem] pro sed.

n Ego in corde meo scrutabor] vel, scrutabar.

o Mandata tua] vt ea sciam & faciam. Et bene dicit, in toto corde, vt non aliud in corde quam Dei mandata habeamus, *Esdr.7.b.* Esdras parauit cor suum ad intelligendũ, quasi dicat nihil

nihil in corde suo alienum reliquit: Sicut cum paratur domus omnes sordes & indecentia eiiciuntur. Item benè dicit, scrutabor: quia scrutanda sunt propter vtilitatem quæ inde sequitur, vt dicitur *Ioan.*14.c. Qui habet mandata mea & seruat ea, hic est qui diligit me: & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. Deinde causam & modum multiplicationis iniquitatis superborum subiungit, dicens.

a Coagulatum est sicut lac cor eorum, *b* ego vero legem tuam meditatus sum. *c* Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. † *d* Bonum *e* mihi *f* lex *g* oris tui, *h* super millia auri & argenti.

al. † Bona.

Ioth, confessio vel desolatio.

i MAnus tuæ fecerunt me & † *k* plasmauerunt me, *l* da mihi intellectum vt *m* discã mandata tua. *n* Qui timent te videbunt me & † *o* lætabuntur: quia in *p* verba tua † *q* supersperaui.

al. † finxerunt.

al. † iocundabunt.

al. † speraui.

a Coagulatum est sicut lac cor eorum.] Lac ex adiunctione fermenti coagulatur, sicut cor malorum ex adiunctione vitiorum, vel ex societate vitiosorum induratur & arescit per inuidiam vt de bono alterius doleat, *sup.* Mons coagulatus mõs pinguis, quasi dicat illi qui sunt diuites & potentes habent cor coagulatum. Contrarium dicit sponsa. *Cant.*5.b. Anima mea liquefacta est. Et *Iob* 23.d. Deus molliuit cor meum. Item dicit hic. *b* Ego vero legem tuam meditatus sum] vt, scilicet cor meum ad ignem verbi tui molliretur & liquefieret. *suprà*, Beatus vir qui non abiit, &c. sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et quia hoc mihi ex humiliatione quam intulisti prouenit. Ergo. *c* Bonum, &c.] quia qui non humiliantur, legem Dei non meditantur, sicut dicitur in *Psal.* In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, &c. Et post pauca addit. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam. Et *alibi*: Noluit intelligere vt bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, *Iob.*28.b. Non inuenitur in terra suauiter viuentium. E cõtra de humilitate dicitur, *Isa.*28.e. Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui, *Ierem.* 6.b. secundum aliam literam. Per omne flagellum erudieris Ierusalem. Vbi litera nostra habet. Audietur in ea coram me semper infirmitas & plaga, erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, *Ierem.*31.c. Castigasti me & eruditus sum. Dico ergo, bonum, esse mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et ideo, bonum, quia inde bonum acquiritur. Vnde subdit. *d* Bonum mihi, &c.] Et dicit bonum concretiuè, vt magis exprimat bonitatem. *e* Mihi] dicit, contra eos qui aliis imponunt legem Dei, non sibi, *Mat.* 23.a. Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. *f* Lex] dicit, contra exleges: de quibus *Osea* 10.a. Non timemus Dominum, & qui faciet Rex nobis? Lex autem non quælibet, sed lex.

Psal.67. Psalm.1. Psal.72. Psalm.36.

g Oris] tui; id est, Euangelium quod ore tuo protulisti, Bonum, dico. *h* Super millia, &c.] id est, super omnibus diuitiis: quia, vt dicitur in *Gloss.* plus diligit charitas legem Dei quàm cupiditas millia auri & argenti. *Prou.*10.b. Melior est sapientia cunctis opibus, *Sap.*7.a. Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.

MAnus tuæ fecerunt me, &c. *Ioth.*] Supra petierat vir iustus iocunditatem mentis. Sed quia videt se grauari duobus modis scilicet ignorantiã quantùm ad intellectum: & pigritiã siue acidia quantùm ad affectum. Ideo isto octonario petit illuminationem intellectus per intelligentiam mandatorum, & confortationem affectus per diuinæ misericordiæ effectum. Primum petit cùm dicit: Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Secundum petit cùm dicit: Fiat misericordia tua vt consoletur me. Sed quia hæc nemo impetrat, nisi peccata confiteatur; quod maximè fit in aduersis, ideo bene huic octonario præponitur litera, Ioth, quæ interpretatur confessio vel desolatio, quod bene conuenit, quia in desolatione positi, confiteri solent Dei potentiam & suam culpam, & clamare ad Dominum. Vnde *inf.* Ad Dominum cùm tribularer clamaui. Sic etiam desolatus citiùs statum à quo cecidit recognoscit, quod & bene competit aliis interpretationibus literæ, Ioth, quæ aliter interpretatur scitientia vel principium. Post humiliationem ergo de qua præmiserat antequam intellectus illuminationem petit, quasi causam motiuam quæ iudicem mouere debeat, rectè prioris intelligentiæ quæ fuit in homine, principium repetit, & creationis suæ dignitatem rememorat, dicens.

Psalm.119.

i Manus tuæ fecerunt me] secundum animam ad imaginem tuam.

k Et plasmauerunt me] secundum corpus. Postea autem causa motiua, incipit formare petitionem. Primò petens illuminationem intellectus. Vnda dicit. Da mihi intellectum. Et determinat quo fine hoc petat, dicens. Vt discam mandata tua. Postea ostendit quæ vtilitas inde sequetur. Vnde dicit; Qui timent te, videbunt me & lætabuntur, spirituali lætitia in Domino. Lætabuntur: dico de hoc, Quia in verba tua supersperaui. Et postea ostendit quo merito hoc petat, scilicet, merito fidei & cognitionis. Vnde dicit. Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua. Item merito humilitatis. Vnde addit. Et in veritate tua humiliasti me. Memorans ergo principium suum & dignitatem hominis, dicit.

i Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt,] Primum quoad corpus. Secundum quoad animam. Item *Iob* 10.b. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum circuitu. Vbi dicit *Greg.* Vt dignior præ cæteris conditio hominis ostendatur, manibus dicitur factus, *Isa.*64.c. Et nunc Domine Pater noster es tu, scilicet quoad animam; nos vero lutum, & fictor noster tu, quoad corpus, & opera manuum tuarum omnes nos, quoad vtrumque: Et *Isa.*66.a. omnia hæc manus mea fecit. Manus Dei sunt sapientia & benignitas, De prima, *Psalm.* Omnia in sapientia fecisti. De secunda, *Psalm.* Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Cum ergo manus tuæ me fecerunt, &c. Ergo opera manuum tuarum ne dispicias, Sed.

Psalm.103. Ibidem.

l Da mihi intellectum] restituendo mihi intellectus perspicacitatem, quam per peccatum primi parentis amisi. Tu ergo, da, qui promisisti in *Psaml.*31. Intellectum tibi dabo. Et hoc.

Psal.137.

m Vt discam mandata tua] non inanes scientias. Quia ergo dicit primò, Manus tuæ fecerunt me, est contra ingratos, qui non recognoscunt in se beneficium Dei, *Psal.*94. Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, &c. Quia autem addit. Et plasmauerunt me, arguit superbos, qui non recognoscunt in se vilitatem materiæ. Vnde monet Ecclesia, Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris, *Eccl.*10.b. Quid superbis terra & cinis? Quia dicit. Da mihi intellectum, est contra confidentes de proprio ingenio, *Eccl.*5.c. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei vt intelligas. Vt discam mandata tua, contra curiosos & perscrutatores, 2. *Tim.*3.b. Ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, *Eccl.*7.a. Quid necesse est homini maiora se quærere? Dico quod des intellectum, & inde sequetur, quod.

n Qui timent te] videbunt me, assecutum quod peto.

o Et] inde, lætabuntur, quasi dicat ideo libentius debes mihi dare quod postulo, vt eos qui te timent lætifices. *sup.* Videbunt, iusti & lætabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum, id est, omnes iniqui quibus odiosus est iustus & grauis ad videndum, sicut dicitur, *Sap.*11.c. Et nota quod dicit in præsenti, qui timent, & in futuro, videbunt, quia timor est tantum in præsenti; visio autem est & in præsenti & in futuro, sed perfectior erit in futuro: quando perfecta charitas foras mittit timorem, qui timor pœnam habet: sicut dicitur 1. *Ioh.*4.d. Vnde notandum quod est triplex visio. Exterior, de qua *Mat.*5. b. Videant opera vestra bona & glorificent Patrem vestrum. Interior, de qua *Ioa.*14.b. Qui videt me, videt & patrem meum. Superior, de qua 1.*Cor.*13.d. Tunc autem facie ad faciem, supple videbimus. Secundum hanc triplicem visionem qui timent Deum, videbunt iustum, & lætabuntur, quia inde est eis lætitia, quia vident bona opera, & quia vident, & cognoscunt bonam mentem, & tandem multò magis gaudebunt, quia videbunt eorum gloriam, *Isa.*60.a. Tunc videbis & afflues & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Triplex visio.

p Quia in verba tua, [id est, in ea bona quæ promisisti: non tantum speraui, sed.

q Supersperaui,] id est, supra merita mea speraui, sciens quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vel, supersperaui, id est, plus quam promisisti speraui. Plus enim dat Deus quam promittat, & etiam quam rogetur, & etiam quam tollat. Vnde versus.

Rom.8.d. *Versus.*

Plus dare quam tollat, rogitetur pollicetur.
Iob Salomone Deus virga florente probatur.

Iob enim in duplo redditur plusquam amiserat. *Iob. vlt.* c. Salomoni autem qui petiit tantum sapientiam, dedit sapientiam, diuitias, & gloriam, sicut habetur. 3. *Reg.*3.b. De Virga autem Aaron promisit tantum quòd germinaret, & ipsa germinauit & floruit, & folia & fructum attulit,

attulit, sicut habetur *Num.*17.c. Sunt autem plurimi stulti, qui ab hac spe cadunt propter flagella Dei quæ eis infliguntur, desperantes: vnde consequenter ostendit se talem non, sed cognoscere quod Dominus iustè flagellat suos. Hoc est quod subiungit. *a* Cognoui,&c.] quibus in præsenti flagellas omnem filium quem recipis, sicut dicitur *Heb.*12.b.*Prou.* 16. b. Pondus & statera iudicia Domini sunt *b* Et in &c.] id est, iustè me & alios quantumcunque iustos afflixisti. Vel sic: In veritate tua humiliasti me, id est, per talia iusta iudicia me fecisti humilem: vnde ea mihi esse vtilia recognosco. *Iob.* 6.a. Sagittæ Domini in me sunt, id est, tribulationes affligunt, quarum indignatio ebibit spiritum meũ, id est, spirituositatem & superbiam, Propter hoc dicit Petrus.1.*Pet.*5.b. Humiliamini sub potenti manu Dei quæ scilicet flagellat. Et quia inter tribulationes & flagella etiam iustos tentat acedia & tristitia, ideo consequenter petit consolationem, quæ fit per Dei misericordiam, sicut tribulatio per eius iustitiam: Vnde dicit:

al. † iusta.
al. † nunc.
al. † exhortetur.
al. † verbũ.
al. † quoniã
al. † gesserunt.
al. † præceptis.
al. † ad me qui timent.
al. † cognoscunt.
al. † salutari tuo.
al. † speraui *Ps.*24.

a Cognoui Domine, quia † æquitas iudicia tua: & in *b* veritate tua humiliasti me. *c* Fiat † misericordia tua vt † consoletur me: secundum † *d* eloquium tuum seruo tuo. *e* Veniant mihi miserationes tuæ & viuam: quia *f* lex tua meditatio mea est. *g* Confundantur superbi † quia *h* iniustè iniquitatem † fecerunt in me: *i* ego autem exercebor in † mandatis tuis. *k* Conuertantur † mihi *l* timentes te: & qui † *m* nouerunt *n* testimonia tua. *o* Fiat cor meum immaculatum in *p* iustificationibus tuis, vt *q* non confundar.

Caph incuruatus.

r DEfecit in † *s* salutare tuum anima mea: & in *t* verbũ tuum † supersperaui.

c Fiat,&c.] quasi dicat in veritate tua humiliasti me: Sed ne in humiliatione deficiam, quia vniuersæ viæ tuæ misericordia & veritas, fiat misericordia tua mihi seruo tuo, non vt tribulationem auferat, quæ est ad purgationem & profectum meũ, sed vt consoletur me. Hæc autem misericordia fit, cùm Deus animæ tribulati fidem spem & charitatem infundit, vel iam infusas adauget & custodit, & per effectus ostendit, quas quandoque acedia, vel destruit, vel refrigescere & languere facit. Quod significatum est *Neem.* 4. vbi dicitur quod Neemias qui interpretatur consolator, reparauit muros Ierusalem, id est, virtutes animæ, quos Nabuchodonosor destruxerat, qui interpretatur, sedens in angustia, & significat acediam. De huiusmodi consolatione, *sup. Psal.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam, Fiat, dico. *d* Secundum,&c.] id est, sicut promisisti. *Isa.*1.a. Consolabitur Dominus Sion & consolabitur omnes ruinas eius. Dominus autem consolatur, non tantum vt dictum est per se, s. virtutes & consolationem infundendo, sed etiam per Angelos & per homines. Per Angelos: Vnde *Luc.*22.e. habetur, quod apparuit Angelus Domini de cœlo confortans eum. Et *Act.*12. a. Ecce Angelus Domini astitit & lumen refulsit in habitaculo. Item per homines. Vnde *Heb.* vlt.d. Rogo vos fratres Et sufferatis verbũ solatij. Sic ergo habemus quod misericordia Dei consolatur in tribulatione præsenti. Quod autem multo maius est, saluabit in futuro: Vnde illum effectum misericordiæ postulans subdit: *e* Veniant, &c.] quasi dicat fiat misericordia tua in præsenti, sed in futuro, veniant mihi miserationes tuæ & viuam. Non addit qua vita, & ideo intelligitur æterna, quæ sola vera & sine additamento dicitur vita, in cuius comparatione hæc dicitur vita, mors est. Vnde cantat Ecclesia: Media vita in morte sumus. 2. *Reg.*14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. Propter hoc dies mortis Sanctorum vocatur natalis eorum, quia tunc primò nascuntur ad veram vitam. Et meritò mihi debent miserationes tuæ venire.

Consolatur Deus per Angelos & homines.

f Quia, &c.] id est, ita eam desidero quod non cogito nisi legem tuam, vt secundum eam faciam voluntatem tuam, *sup.* Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. *g* Confundantur,] quasi dicat dixi *sup.* Qui timent te videbunt me & lætabuntur: Et modo dixi, quod per miserationes Dei viuam, sed è contrario, superbi confundantur, bona confusione, optat vt confundantur. Vel vt sit non optatio, sed prophetica pronunciatio, confundantur, æterna confusione. Et notandum quod signanter dicit & coniungit: Confundantur superbi, quia pro gloria habebunt confusionem *Phil.*3. d. Gloria eorum in confusione. *Ose.*4. b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo *Iob.*40.b. Respice cunctos superbos & confunde eos. Et hoc. *h* Quia, &c.] id est, contra me: Sicut *sup.* dictum est: Superbi iniquè agebant vsque quaque Et sicut ibi sequitur: A lege autem tua non declinaui, ita & hic subiungitur:

i Ego &c.] non reddens iniquis mala pro malis, sed benefaciens inimicis, sicut mandasti. *Mat.*5.g. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Sed quia habenti veram charitatem, non sufficit sui solius perfectio: ideo hãc perfectionem in aliis esse desiderans, & eos ad hoc exhortans, subiungit. *k* Conuertantur mihi,] vt exemplo meo similiter exerceantur in mandatis tuis. *l* Timen.te,] i. incipientes, qui adhuc seruiliter timent, vt s. cum inimicos perfectè dilexerint, perfecta charitas foras mittat timorem. *m* Et, &c.] licet adhuc non operentur: *n* Testim.tua,] de Christo per Prophetas prædicta, & in eo mõstrata per miracula. Hoc dicere propriè conuenit capiti Christo, ad quẽ conuertuntur timentes: Et sic exponit Gl Notandum autem, quòd hic monet duo genera hominum ad conuersionem, s. timentes & scientes, videlicet laicos & Clericos. Timentes quasi semper conuertuntur, scientes rarò. Quod bene ostenditur *Ioan.*7. g. vbi dicitur: Nunquid ex Principib. aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ maledicti sunt, quia s. credunt in eũ: *Luc.*7.e. Omnis populus audiens & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis, Pharisæi autem & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Vt autem impetret supra dicta, orat: 1.*Ioan.*4.d.

o Fiat,&c.] q.d. non audeo dicere quod sit cor meũ immaculatum, secundum illud *Prou.*20.b. Quis potest dicere, mundũ est cor meum,&c. Sed oro, vt fiat immaculatum, non meis meritis, sed *p* In,&c.] i. vt tu iustifices me, & sic mundus ero, *Ps.*50. Omnes iniquitates meas dele, cor mundum crea in me Deus. Et hoc fiat. *q* Vt] superbis ad corruptionem, vel etiã ad damnationem confusis, ego non confundar, sed glorier in munditia cordis mei. *Psal.*31. Lætamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. 2.*Cor.*1.c. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et nota, quod hic petit munditiam cordis, quod est contra hypocritas qui exteriora tantum mundant. Vnde *Mat.*23.c. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus autem plenã sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Et quia cordis munditiam non quærunt sed tantùm exteriorem, vt habeant gloriã coram hominibus, ideo cùm veniet Iudex qui reuelabit abscondita cordiũ, confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, &c. E contrario vero, Iustus non confundetur quando apparebit cor eius immaculatum, quia beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: *Mat.*5.a. *Ps.*36. Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit, non confundentur in tempore malo. 1.*Cor.*4.*a.* *Iere.*20.*c.*

DEfecit *Caph.*] Supra petierat Propheta se reduci ad suũ principium per reparationẽ intellectus & affectus. Sed quia videt hoc non posse fieri sine Christi aduentũ, ideo desiderat & hic desiderare se ostendit Christi aduentũ: primũ, secundum antiquos: secundum, secundùm modernos. Et quia interim multis tribulationibus pressus, ex dilatione aduentus desiderati iam lassatus est, ideo huic octonario præponitur litera Caph, quæ interpretatur incuruatus, quia longa militia fessi incuruari solent. Quod bene quantũ ad antiquos expectantes primum aduentum conuenit, qui incuruati poterant dici ab onere legis. *Iere.*27.b. Quicunque non curuauerit collum suũ,&c. *Eccl.*33.d. Iugũ & lorum curuãt colũ durũ. Vnde dixit Petrus *Act.*15.c. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iugum super ceruicem discipulorũ, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Itẽ modernis omnibus miserùs pressis hoc conuenit, qui adhuc pondere corporis, quod corrumpit & aggrauat animam, quodammodo incuruantur velint nolint ad hæc infima. *Ps.*37. Miser factus sum & curuatus sũ vsque in finem, i. vsque ad mortem. Sic incuruari dicebat se *Apoc. Ro.* 7.c. ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Et iterum: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c. Vnde & statim quasi coactus clamat: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondet. Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Quam liberationem expectãs, dicit, *Phil.* 3.d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Hanc igitur liberationem, & hanc gratiam & saluationẽ vir iustus expectans & ardenter desiderans dicit: *r* Defecit, &c.] præ desiderio. *Psal.*83. Cõcupiscit & deficit anima mea tendens. *s* In salutare tuum,] i. in Christum filium tuum Saluatorem nostrum. *Gen.*49.c. Salutare tuũ expectabo Domine. Et quasi exponendo, subdit: *t* Et in verbum, &c.] id est, *Sap.*9.*c.*

Alleg. in filium. Vel verbum tuum,id eſt,in promiſſionem tuam,ſuper ſperaui,id eſt,plus ſperaui me habiturum quam dici poſſit vel cógitari.1.*Cor*.1.c. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.Dicens ergo,Defecit,notat magnitudinem ſuæ charitatis.

al. † verbum.

Anima tendens in Deũ deficit multiplici defectu. Quoniam factus ſum tanquam vter in gelicidio.

al. † delectationes.

a Defecerunt oculi mei in † b eloquium tuum: c dicentes, quando conſolaberis me. d Quia factus ſum ſicut vter in pruina, e iuſtificationes tuas non ſum oblitus. f Quot ſunt dies g ſerui tui: h quando facies de perſequentibus me iudicium. i Narrauerunt mihi iniqui † k fabulationes: l ſed non vt lex tua,

Dicens verò, ſuperſperaui,notat magnitudinem ſuæ ſpei. Et nota, quod anima tendens in Deum multiplici defectu deficit. Primus eſt defectus conſumptionis quem facit humilitas. Vnde in *Pſ*.38.Subſtantia mea quaſi nihilum ante te.*Gen*,18.d. Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis & cinis.*Iſa*. 40.d. Omnes gentes quaſi non,ſint,ſic ſunt coram eo.Secundus defectus mutationis, ſcilicet quando ex vehementia amoris deficit amans ab eo quod naturaliter appetit & fluit in voluntate amati. Sic exponit *Glo*.hic. Defecit anima,à ſe,id eſt,ab animalitatis appetitu.1.*Cor*.6.d. Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt.Tertius eſt defectus imbecillitatis, ſicut dicitur *Ezech*.2.a. Vidi & cecidi in faciem meam. Ibi dicit. *Greg*. In quantam miſeriam cecidimus, quod bonum ferre non poſſumus ad quod creati ſumus. Quartus eſt defectus cognitionis vel ſtupefactionis *Act*. 9. a. Circumfulſit eum, ſcilicet Paulum lux de cœlo apertiſque oculis nihil videbat.*Mat*.15.a.Nubes lucida obumbrauit eos.Quintus eſt ex tædio longæ expectationis.*Iob*.10.a.Tædet animam meam vitæ.Sextus eſt defectus ab amore Mundi,quoniam

Alterius vires ſubtrahit amor.

Greg.Quantò creſcit amor ſpiritualium,tantò decreſcit amor temporalium.Et nota quod in loquendo de anima quæ corpus ſenſificat, practicum ſe demonſtrat.Deinde oſtendit ſe theoricum, de oculis ita dicens:*a* Defecerunt,&c.] quaſi dicat non tantum anima deſiderio laſſata defecit, ſed etiam, oculi mei, eadem deſiderij fortitudine, defecerunt. *b* In eloqu.] id eſt,in promiſſum tuum.*c* Dicentes, &c.] ſcilicet mittendo Salutare tuum? Dominus reſpondet huic quæſtioni. *Iſa*.vlt.d. Quomodo ſi cui mater blandiatur,ita ego conſolabor vos,& in Ieruſalem conſolabimini,videbitis & gaudebit cor veſtrum quaſi dicat quando videbitis facie ad faciem Deum in æterna Ieruſalem,tunc conſolabimini. Oculi loqui non ſolent, ſed lingua,vnde hæc vox oculorum gemitus & oratio intelligitur. Dicens, quando, moram ſignificat quæ ideo fit vt res dilata dulcior ſit.Et nota quod pluraliter dicit, oculi,ſed ſingulariter,conſolaberis me, quia oculus carnis,& oculus mentis vno fungẽtes deſiderij officio,[ſicut ſup.dicitur *Pſ*.62.Sitiuit in te anima mea,quàm multipliciter tibi caro mea,] vnus oculus fiunt,ſcilicet per vnanimem voluntatem,ſicut & alibi dicitur *ſup.Pſ*.83.Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et hæc concordia Deo multùm placet. Vnde *Cant*.4.c.dicitur: Vulneraſti me in vno oculorum tuorum, id eſt, in concordia carnalis & ſpiritualis oculi.Vel in perſona Eccleſiæ poteſt exponi verſus iſte:*a* Defecerunt,&c.] Oculi Eccleſiæ ſunt Clerici qui deficiunt hodie:*b* In,&c.] Domine,quia iam pauci ſunt qui ſciant prædicare.Et qui ſciunt prædicare,multotiens deficiunt in operatione.De primo defectu. *Iſa*.56.d.Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare. Cauſam autem ſubiungit,dicens: Videntes vana,dormientes & amantes ſomnia. Vident enim vana,cum ſtudent ſe ſæcularibus ſcientiis,dormiunt, cùm delitiis torpent,amant ſomnia,cùm diuitias terrrenas diligunt.De ſecundo defectu *Eccl*. 43.d. Multa dicimus & deficiunt in verbis, quando, ſcilicet id eſt, quod dicimus non facimus: Sicut Magi Pharaonis in tertio ſigno. Tria enim ſigna debent eſſe in Prælato,videlicet ſcientia, eloquentia & vita. Magi Pharaonis,id eſt, ſapientes ſæculi, bene oſtendunt duo prima, ſed in tertio deficiunt: *c* Dicentes, &c.] quaſi dicat non eſt mirum ſi deficiunt in eloquium diuinum,quia de terra loquuntur dicentes, quando conſolaberis me,dando mihi præbendam,vel beneficium. Et tamen dicitur,*Luc*.6.d.Væ vobis diuitibus qui hic habetis conſolationem veſtram. Sed ipſi è contrario dicunt illud, *Gen*.27.b. In me ſit iſta maledictio. Sed in præmiſſo ſenſu procedamus,in quo conſolationem diuinam requirit. Secundum hoc addit:*d* Quia,&c.] quaſi dicat quando conſolaberis me?Et conſolari debes,quia carnales conſolationes renuo, Hoc eſt, quia factus ſicut vter in pruina. Vter qui fit de corio mortui animalis,ad pruinam poſitus reſtringitur,& ſignificat illos qui corpus quod eſt mortale caſtigant, & à noxiis deſideriis reſtringuntur, exponendo illud pruinæ,id eſt, tribulationibus & diſciplinis.Et hoc oportet facere hominem qui conſolationem Dei vult habere.Vnde dicit.*B.Bern*. Delicata eſt diuina conſolatio,nec conceditur admittentibus alienam. *Pſ*. 76.Renuit cõſolari anima mea,ſcilicet,in his tẽporalibus.

De Clericis

Exo.7.e.

Et ſtatim ſequitur: Memor fui Dei & delectatus ſum.Sciendum quod vter triplici de cauſa exponitur aëri vel propter nouitatem ad reſtringendum, vt ſcilicet beneficio pruinæ reſtringantur pori & conſolidentur ad vinum retinendum.Vel propter vetuſtatem ad conculcandum.Vel propter duritiam ad mollificandum. Hoc habito breuiter nota quod verſus iſte quadrupliciter exponitur,ſecundũ *Gl*.Primò,per vtrem intelligitur carnalitas,per pruinã gratia. Et eſt ſenſus: ideo conſolare. *d* Quia,&c.] id eſt,quia caro mea mortificata eſt per gratiam Dei in me:Et ſic.*e* Iuſtificationes tuas &c.] Pruina autem vocatur gratia Dei, propter originem,propter candorem, propter refrigerationem. Gratia enim de cœlo eſt,ſicut pruina.Vnde *Iacob*.1.c.Omne donum perfectum deſurſum eſt,&c.Propter candorem.Vnde *Eccl*.9.b.Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Propter refrigerationem. Vnde *Luc*. 1. d. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.Et quod per pruinam ſignificetur gratia,bene ſignificatur: *Exod*.15.c.vbi dicitur,quod apparuit manna in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.Secundò,exponitur quaſi ad literam. Et eſt ſenſus:Ideo conſolare quia factus ſum, &c.id eſt, quia hic inter homines abiectus ſum & inutilis reputor,ſicut vter vetus qui proiicitur, & tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Tertiò, per vtrem intelligitur iuſtus, continens Dei mandata & præcepta, per pruinam iniqui in infidelitate & malitia algentes. Eſt eſt ſenſus: Ideo conſolare, quia factus ſum ſicut vter,Dei continens mandata in pruina,id eſt,inter iniquos,& tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus, ſic dicitur *Phil*.2. b. Et ſitis ſine querela & ſimplices filij Dei ſine reprehenſione in medio nationis prauæ peruerſæ,inter quos lucetis ſicut luminaria in Mundo,verbum vitæ continentes. Quartò, per vtrem qui fit de corio mortui animalis, ſignificatur iuſtus qui mortale corpus caſtigat vt moriatur peccato; per pruinam mala ſæculi vbi peccatum quæ talis vter non ſentit.Et eſt ſenſus.Ideo conſolare, quia factus ſum,&c.]id eſt,quia mortem Domini in corpore meo circunfero, & tanquam mortuus mala ſæculi,vel peccati gelu non ſentio,ſed tamen viuens in Chriſto, iuſtificationes tuas, &c. Et quia ſcit huius Mundi mala & tentationes quamdiu mundus durabit non eſſe finiendas, ideo de fine Mundi quærit dicens:

Vter triplici de cauſa exponitur aëri.

Per vtrem quatuor ſignificantur.

Pruina dicitur gratia Dei.

f Quot ſunt dies ſerui ſui?] Non ait, quot ſunt anni,ſed quot ſunt dies.Huius enim vitæ celeritatem, non annuas moras,ſed diurnas æſtimat eſſe.Et quod dicit:

g Serui tui,] pro generali iuſto ſupponit. Et ne quis Eccleſiam aliquo tempore non futurã ante iudicium putet, addit.

h Quando facies de perſequentibus. &c.] Moueri poteſt, quare hoc quærat, cum dicat Dominus. *Act*. 1. a. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ Pater poſuit in ſua poteſtate. Ad quod dicendum eſt,quod hæc illam interrogationem diſcipulorum prophetat: Vult autem dies ſuos claudi vt à perſequentibus liberetur, & de illis iudicium fieri,non tantum vt in futuro damnetur Diabolus cum Angelis ſuis, ſed vt etiam hic citò ſub pedibus conteratur. Vel diſtinctè poteſt legi, vt per primam clauſulam, quot ſunt, &c.quærat de bono, quod faciendum eſt ſibi ex Dei miſericordia.Per ſecundam,ſcilicet quando facies, &c. quærat de iudicio,quod fiet impiis de iuſtitia. Et eſt ſenſus. Seruo tuo, quando neceſſe eſt fac pro miſericordia,impiis verò pro iuſtitia. Vel poteſt legi,non de generali iuſto, ſed de quolibet ſingulari, qui dicit: Iuſtificationes tuas non ſum oblitus,] quia neceſſe habeo; cuſtodire eas: qui pauci ſunt dies mei. Hoc quod dicit.

f Quot ſunt dies ſerui tui,] quaſi dicat, pauci. *Iob*. 10. d. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Et iterum 14.a.Breues dies hominis ſunt.

h Quando facies de perſequentibus me iudicium.] Hæc eſt vox Martyrum.*Apoc*.6.c. Vſquequo Domine ſanctus & verus non vindicas ſanguinem noſtrum ab his qui ſunt in terra,ſupra *Pſal*.78.

Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt,introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.

Et bene dico, perſequentibus, nam vt perſequerentur.

i Narrauerunt mihi iniqui,] hæretici, vel Iudæi, vel ſæculares Philoſophi. *k* Fabulationes,] alia litera, delectationes, quod bene competit, quia fabulationes delectationem habent. *l* Sed tamen non ita vt lux tua,] quæ plena eſt gratia & pace, *Prouerb*. 13. c. Doctrina bona dabit

dabit gratiam. *Pſ.* 18. Lex Domini immaculata conuertens animas. A fabulationibus volebat Apoſtolus, vt fideles auditum auerterent, ſicut dicit 1. *Tim.* 1. a. Rogaui te vt remaneres Epheſi cùm irem in Macedoniam, vt denunciares quibuſdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis. In lege autem Domini non ſunt fabulationes, ſed totum veritas, vnde ſubdit: *a* Omnia mandata tua veritas.] Et ideo magis delectant cor bene diſpoſitum quam fabulationes. Intellectus enim delectatur in veritate, & affectus in bonitate. Veritas, vt in auctore. *Ioa.* 14. a. Ego ſum veritas. Et in opere. *Ioan.* 4. d. Eos qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Et in cognitione, *Ioan.* 8. d. Cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Ioan.* 17. c.

al. † præcepta.
al. † iniuſti.
al. † reliqui.

Omnia † *a* mandata tua veritas: † *b* iniqui perſecuti ſunt me *e* adiuua me. *d* Paulominus *c* conſummauerunt me in terra: *f* ego autem non † dereliqui mandata tua, Secundum *g* miſericordiam tuam *h* viuifica me: *i* & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

Lamech, cor, vel ſeruio, vel cor ſeruitutis.

IN *k* æternum Domine, *l* verbum tuum *m* permanet in cœlo. In *n* generatione & generationem veritas tua: *o* fundaſti terram & *p* permanet.

Sermo tuus veritas eſt. Et quia hæc veritas delectat me, ideo. *b* Iniqui perſecuti ſunt me.] Simile ſup. *Pſ.* 37. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem. 2. *Tim.* 3. c. Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur. Sed quia ipſi me perſecuti ſunt: Tu Domine. *e* Adiuua me,] *Pſal.* 45. Adiutor in tribulationibus *Iſa.* 50. c. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus. Et neceſſe eſt, quod tu adiuues me, quia. *d* Paulominus,] id eſt, fere. *e* Conſummauerunt me in terra,] quaſi dicat fere in nihilum redegerunt me. 1. *Eſdra* 9. Nunquid iratus es nobis ad conſummationem? Huic autem quæſtioni reſpondet. Dominus, *Ierem.* 4. f. Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam. Vel eſt vox Eccleſiæ, quæ videns ſtragem Martyrum, timebat quandoque ſe in nihilum redigi, ſecundum illud 3. *Reg.* 19. c. Altaria tua deſtruxerunt & Prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam. Sed ibi ſequitur conſolatio: Adhuc reliqui mihi ſeptem millia virorum, &c. Hoc eſt, quod hic ſubditur.

f Ego autem.] Quaſi fere ad nihilum redegerunt, ſed tamen non ex toto, quia ego non dereliqui mandata tua. *Pſal.* Et cuſtodiui legem tuam ſemper. Sed ne ſibi, vel ſuis meritis hoc attribuere videatur bene ſubiungit. *g* Secundùm miſericordiam tuam,] non ſecundùm meritum meum.

h Viuifica me,] quaſi dicat illi volunt me facere terram & interficere, ſed tu Domine, viuifica me, id eſt, viuidum & fortem fac contra tribulationes. *i* Et ſic cuſtodiam teſtimonia oris tui,] id eſt, te confitebor coram Regibus & Principibus ſicut tu docuiſti, Et ſi eſt qui velit inferre, pro te ſuſtinebo martyria. 2. *Paral vlt.* Indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te: Ecce idem quod hic. Poteſt etiam hoc legi in perſona peccatoris petentis veniam & promittentis ſatisfactionem dicentis. *g* Secundum miſericordiam tuam,] quia non vis mortem peccatoris. *h* Viuifica,] per gratiam, me, mortuum per peccatum, *Ezech.* 18. g. Nolo mortem morientis, dicit Dominus, reuertimini & viuite. Poſt hoc autem debet ſequi. *i* Et cuſtodiam teſtimonia oris tui,] quia non ſufficit reſurgere à peccato, nisi poſtmodum homo perſeueret in pœnitentia. *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. Pœnitentiæ autem opera ſunt teſtimonia oris Dei, quia Chriſtus qui eſt os Patris ore ſuo prædicauit ea & teſtificatus eſt, quod qui in eis permanſerit, habebit vitam æternam *Matth.* 4. c. Cœpit Ieſus prædicare & docere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cœlorum.

IN *æternum Domine. Lameth.*] Supra petierat vir iuſtus feſſus in expectando finiri dies ſuos vt eſſet cum Chriſto, quando dixit: Quot ſunt dies ſerui tui? Sed ne forſitan recuſare laborem videatur, hic oſtendit ſe ſecundùm Dei voluntatem paratum eſſe manere adhuc in carne & ſubire laborem, ſecundùm quod dicit *Apoſt Phil.* 1. d. Coarctor è duobus deſiderijs habēs diſſolui & eſſe cùm Chriſto, multò magis melius, permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Et *B. Martinus* dicebat: Domine iam ſatis eſt, quod huc uſque certaui, ſed quoad ipſe iuſſeris militabo: Si adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem, fiat voluntas tuas. Propter hoc huic 12. octonario bene præponitur 12. litera, Lameth, quæ interpretatur cor, vel ſeruio, vel cor ſeruitutis, quia mandata Dei in quibus ſeruiendum eſt ei, & prudenter intelligenda ſunt, & ſollicite cuſtodienda. Eloquiis enim Domini caſtis, nihil eſt adulterina interpretatione miſcendum. Qui ergo ſupra dixerat: Paulominus conſummauerunt in terra: Nunc admirans Dei potentiam & bonitatem, qui non permiſit ipſum conſumi, ſic incipit loqui. *k* In æternum Domine verbum tuum, &c.] quaſi dicat paratus ſum tibi ſeruire cui omnia & cœleſtia & terreſtria ſeruiunt & obediunt. Et exponitur hoc primò ad literam, quia verbum Domini permanet in cœlo in æternum, id eſt, ordo cœleſtium ſtatutorum non mutatur. Annus enim labitur per menſes & dies, & eiſdem viciſſitudinibus redit conuerſio Solis & lunæ, & huiuſmodi, ita quod nihil reperitur in cœlo, quod Dei ordinationi non obediat; ſolus enim Sathanas in cœlo fuit, in quo verbum non manſit, & ideo de cœlo cecidit. Vt nunc ſecundum cætera quæ ab aſſignato ordine non recedunt ſimpliciter & abſolutè dicatur: *l* Verbum tuum permanet in cœlo,] & hoc non in ſæcula, ſed in ſæculum, quia ipſum cœlum præteribit: veruntamen quia & in cœlo locus eſt vitiis, ſicut in cadentibus patet, melius videtur de virtutibus cœli, id eſt, de angelis & de Sanctis exponendum, quam de cœli elemento. De cœlo ergo i. de Angelis dicitur quod, in cœlo permanet verbum Dei in æternum, quia iam nihil poſſunt facere aut velle, niſi quod Deus ordinat & vult: Vnde vt & nos eius voluntatem omnino faciamus, ſic petimus: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, vt ſcil. ſicut Angeli in cœlo ſunt conformes voluntati diuinæ, ita ſint & homines in terra. Vel de Sanctis qui ſunt cœli, qui enarrant gloriam Dei poteſt legi, in quibus. *Matth.* 6. b

l Verbum Dei,] id eſt, obſeruantia mandatorum ipſius, permanet in æternum, quia nunquam ab ea per tranſgreſſionem recedunt. *Eccl.* 37. c. Ante omnia verbum verax præcedat te. Poſt cœlum vero terram intuens, ſubdit.

n In generatione & generationem,] id eſt, in omni generatione, eſt, veritas tua. Nunquam enim generationi alicui defuerunt Sancti in quibus eſſet veritas Deus. Vel, in generatione & generationem, id eſt, in duobus populis legis & Euangelij, vel Iudæorum & Gentium, eſt veritas Chriſtus, quia in eo tanquam duo parietes in angulari lapide ſunt coniuncti, ſicut dicitur *Eph.* 2. a. Qui fecit vtraque vnum, &c. Et cur hoc, ſubiungit. *o* Fundaſti terram,] id eſt, Eccleſiam in fide Chriſti.

p Et in ea permanet,] Non enim ad literam de terra intelligendum eſt, quæ mouenda eſt, quia cœlum & terra tranſibunt: Chriſtus autem & fides quæ eſt in eum, fundamentum eſt præter quod nemo poteſt aliud ponere. 1. *Cor.* 3. c. In quo hi qui non ſunt ancillæ filij, ſed liberæ, permanent in æternum, ſicut dicitur. *Ioan.* 8. c. Filius

Aliter. Moraliter.

k In æternum Domine, &c.] Poſſunt hæc aliter exponi etiam magis moraliter. Sed primò ſciendum, quod in his tribus verſibus tangitur Trinitas. In primo Filius exprimitur, cùm dicit: Verbum tuum, &c.] In ſecundo Pater, cùm dicit: In generatione & generationem veritas tua. In tertio Spiritus S. cùm dicit: Ordinatione tua, &c. *l* Verbum,] ergo Patris, ſcilicet Chriſtus:

m Permanet in æternum in cœlo,] id eſt, in anima ſancta. *Iſaia* vlt. a. Cœlum mihi ſedes eſt. Et dicit, in æternum, quia licet quandoque Deus expellatur per peccatum, tamen quantùm in eo eſt ſemper vellet ibi manere, non Filius, ſed tota Trinitas. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, &c. Et addit: Et ad eum veniemus, & manſionem, &c. Cùm autem ibi permanet verbum, in anima, generat cognitionem & amorem. Hæc eſt duplex generatio, de qua ſubdit.

n In generatione & generationem veritas tua.] Generatio cognitionis ſiue ſcientiæ eſt in rationabili. Generatio amoris ſiue virtutis eſt in concupiſcibili. Et in vtraque neceſſe eſt vt ſit veritas Dei: Vtramque enim contingit adulterari: Generationem ſcientiæ, per vanitatem, generationem virtutis, per hypocriſim. Glorioſi enim adulterium committunt cum ſcientia, Contra quod 2. *Cor.* 2. d. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, &c Hypocritæ autem committunt adulterium cum virtute. 1. *Tim.* 3. a. habentes ſpeciem pietatis, virtutem eius abnegantes. Sed illi qui verè humiles ſunt, non ita faciunt, ſed quibus bene ſubditur:

o Fundaſti terram,] id eſt, eos qui ſe terram & conculcandos reputant, fundaſti in baſe humilitatis. Et ideo.

p Permanet.] non vento mota, *Pſal.* 103. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, nō inquinabitur in ſæculum ſæculi. Vel, fundaſti, in fide, quæ eſt fundamentum ſalutis. 1. *Cor.* 3. b. Vt ſapiens Architectus fundamentum poſui. Quia humilitas

☉ *Ioan.*8.c.Filius manet in domo in æternum.Ita enim ordinauit Dominus. Vnde subdit.*a* Ordinatione tua.] Hæc enim omnia,sc.quod verbum in cœlo, quod veritas in generatione,& generationem, & quod terra fundata est, sunt dies, quam fecit Dominus, cuius Sol iustitiæ Christus nunquam excidit.Vel,diem,vocat Sanctos, qui in medio prauæ,& peruersæ nationis lucent, vt dicitur *Philip.*2. b. Et *Eph.*5.b.Eratis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Domino.Vel diem vocat claritatem æternam, cuius similiter Sol,Christus erit, & est,*Zach.*14.b.Erit dies vna, quæ nota est Domino. Quocumque istorum triũ modorum accipiatur dies, perseuerat ordinatione tua, ô Deus,quia Deus omnia suo nutu disponit. Vnde causam subiungit,dicens.

al.† dispositione tua permanet.
al.† vniuersa.
al. † forsitã.

† *a* Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam † *b* omnia seruiunt tibi. Nisi, quod *c* lex tua meditatio mea est.*d* tunc † forte *e* periissem in humilitate mea. In *f* æternum non obliuiscar *g* iustificationes tuas, quia in ipsis *h* viuificasti me. *i* Tuus sum ego *k* saluum me fac, quoniam *l* iustificationes tuas exquisiui. *m* Me expectauerunt peccatores, vt perderent me, *n* testimonia tua *o* intellexi.

Omnis *p* cõsũmationis vidi fi-

b Quoniam omnia seruiunt tibi,] id est,obediunt tuæ voluntati absolutè. *Psal.* 134. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo,& in terra, in mari,& in omnibus abyssis.Hæc satis Moraliter exposita sunt,secundum Gloss.

Aliter. Moraliter. * militas etiam sine fide non valet,Sine fide enim impossibile est placere Deo.*Heb.* 11. b. Et hanc consequenter vocat diem, quia mentem illuminat. Vnde dicit. *a* Ordinatione tua,] id est,lux fidei,quæ perseuerat ordinatione Dei,quando superordinat charitatem.*Cant.*2.a. Ordinauit in me charitatem Hæc sc. dies fidei, significatur per primam filiam Iob,quæ vocata est dies. Secunda Casia. Tertia cornustibij, Sic prima filia Dei est fides, quæ illuminat.

Secunda spes, quæ in altum tendit. Vnde bene intelligitur per Casiam. Casia enim summus Deus,vel principium Domini interpretatur.Tertia est charitas, quæ per cornustibij intelligitur. Stibium enim vnguentum est,& charitas est vnctio, quæ docet de omnib. 1.*Io.* 2. d. Veræ autem fidei & charitatis signa sunt opera. Vnde subdit. *b* Quoniam omnia seruiunt tibi,] quoniam scilicet sunt in homine, aliter non esset ibi fides perseuerans per ordinationem charitatis.*Iac.*2.c Ostende mihi fidem ex operib.Et iterum d.Fides sine operibus mortua est.Et *Greg.* dicit: Probatio dilectionis,exhibitio est operis.*Aug.* Charitas operatur magna si est, si autem operari renuit, charitas non est.In bello autem præcipuè oportet diem istum perseuerare, id est,longos motus, & feruentes fidei esse in tentatione, & in morte, quod significatur *Iosue* 10. c. vbi dicitur. Non fuit tam longa dies ante,& postea obediente Domino voci hominis. Ideo inter claustrales,cum aliquis est in articulo mortis, & laborat in extremis, omnes alij veniunt ad eum, dicentes. Credo in Deum, ac si dicant,ô fides succurre ei in hoc bello. In hoc, quod dicit, quoniam omnia seruiunt tibi,posset excipi,præter hominem *Rom.*16.c.Domino non seruiunt, sed suo ventri. Non tamen deberet homo se excipere, sed magis quam alia creatura seruire.Vnde iste volens seruire,Dei beneficium circa se factum commemorat, vt sic ad seruiendum deuotius,& ardentius animetur.Vnde subdit.*c* Nisi,quod lex tua,] non tantum,vt eam sciam, sed vt eam faciam. *d* Tunc,] id est, quando paulominus consummauerunt me in terra, vt dictum est sup.*e* Periissem, &c.] id est,in deiectione,& afflictione, mea. Vel tunc,id est, quando non meditarer in lege. Exerceamur enim in meditatione legis diuinæ,ne tentatio nos inueniat imparatos,& ignaros.Sed de ipsa legis meditatione contra tentationes arma sumamus. Sicut Dominus.*Mat.*4.a. auctoritatibus legis,à triplici tentatione Diaboli se defendit, dicens.Scriptum est,&c.Lex enim Dei armat animam in meditatione & in sermone.In meditatione, vt hic dicitur,& 1. *Pet.*4.a.Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.In sermone,vt 2.*Mach.vlt.*b.Singulos eorum armauit, non clypei, & hastæ munitione, sed sermonibus optimis,& hortationibus. Et quia ita periissem, nisi esset meditatio legis.Ideo.*f* In æternum,]Iustificationes legis sunt illa, quæ futura significabant, vt Agnus paschalis, & huiusmodi, quæ sunt primordia fidei,sine quibus nemo perfectè gratiam nouit.Horum & eorũ, quæ significabant,sc. iustificationem, quæ facta est in noua lege, quæ non debemus obliuisci in æternum, sed quamdiu viuimus recolere,& in æterna etiam vita,liberationẽ,& iustificationẽ nouæ legis recolemus,& inde gratias agemus Redemptori, sicut, & filij Israel in terra promissionis memores erant liberationis suæ de Ægypto. Dicit ergo.In æternum iste bonum cor habet,quod verbum Dei audium retinet, & auget.De quo *Luc* 8.c.Hi sunt, qui in corde bono, & optimo verbum Dei retinent, & fructum afferunt in patientia, &c.Sicut *Iac.* 1. d. Considerauit se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. *g* Iustificationes tuas,] sc. quod me iustum fecisti,non ego, quia *Iob.*9.c.Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. *g* Quia in ipsis.] *Iob.*10.c. Vitam & misericordiã tribuisti mihi.*Ioan.*6.g. verba quæ ego loquor spiritus,& vita sunt.Et quia,Viuificasti me.*i* Tuus sum ego,]non duobus dominis seruio, *Matth.*6.c. Et quia tuus sum.*k* Saluum me fac,] quia dum meus esse volui, perij. Et debes saluum facere. *l* Quoniam iustificationes tuas,] Vel sic. Ideo sum tuus, quoniam iustificationes tuas, non meam voluntatem.*Matt.*6. d. Primum quærite Regnum Dei, & iustitiam eius.In hoc versu videtur respondere quæstioni factæ.1.*Reg.*30.c. vbi dicitur.Cuius es tu,vel vnde, & quo pergis? Ita quæsiuit Dauid. Et hæc tria quærit Christus à nobis. Ad primum primò respondet, cùm dicit.Tuus sum ego; ad secundum,cùm addit.Saluum me fac,quasi dicat ego sum de terra saluandorum, sc. ciuis Ierusalem. Causam viæ, vel finem propinquum ostendit, cum subiungit. Quoniam iustificationes tuas. Sed ille à quo quæsiuit Dauid, contrarium respondit. Et multi similiter possent respondere. Dixit enim,puer Ægyptius ego sum,idest, fatuus mandanus,seruus sum viri Amalochitæ,id est,Diaboli lingentis sanguinẽ,exiuimus ad Australem plagam, id est,ad prosperitatem mundanam.Dixi. Saluum me fac.Et necesse habeo vt saluum me facias,quia. *m* Ne expectauerunt,] insidiantes latenter,vt perderent me faciendo consentire peccato. Hic versus cantatur de B. Agnete Virgine. Et posset esse Thema in festo illius, quam expectauerunt paccatores, id est, Lenocinatores,quibus fuit exposita in lupanari. Sed Angelus Domini ei affuit, qui confortauit, & liberauit eam.Peccatores,hi sunt Dæmones, motus carnales,& mali homines, qui omnes expectant iustum, vt eum perdant ad peccatum trahendo. De Diabolo enim dicitur *Iob.*40.c.Absorbebit fluuium, id est, dissolutos,& non mirabitur,& habet fiduciam, quod influat Iordanis,id est,vir iustus in os eius.*Psal.*9.Insipiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca sua,insidiatur, vt rapiat pauperem.De secundis,scil,de carnalibus motibus.*Abdias* c.Neque stabis in exitibus viarum, vt interficias eos, qui fugerint.Hoc dicitur de Idumæis, id est,sanguineis,per quos motus carnis intelliguntur,qui modò insidiantur, quia caro concupiscit aduersùs spiritum. Sed veniet tempus quo hoc cessabit, sc. post mortem iusti,quia iustus si morte præoccupatus fuerit in refrigerio erit.*Sap.*4.b. De malis hominibus,*Thren.*2.e. Omnes inimici tui sibilauerunt,& frenduerunt dentibus suis,& dixerunt,deuorabimus.En iste dies, quam expectabamus,inuenimus, vidimus. Sed contra omnes sequitur medicina. *n* Testimonia tua,] id est, Martyria.*o* Intellexi,] id est,intus legi. Martyria corporis inferunt mali homines, sed Martyrium cordis inferunt praui motus, & Dæmones. Et qui exteriùs hoc respicit, citò in perditionem labitur. Sed, qui intelligit, id est,intus legit,cogitans de præmio, totum vincit. Sic Stephanus cũ superius intendens in cœlũ, vidit gloriam Dei, &c. Vnde non tantùm Martyrium corporis, sed, & cordis superauit,cùm flexis genibus pro lapidantibus orauit.*Act.*7. g.*Greg.*Consideratio præmij, minuit vim flagelli *Ro.*8.d.Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hanc autem expositionem confirmat,cum subiungit. *Gal.*9.c.

p Omnis consummationis vidi finem,]id est,oculos cordis, intellectum scilicet & affectum ad æternam gloriam contemplandam,& desirandam erexi, quæ est finis sine fine,ad quam omnis perfectio, & consummatio virtutis tendit. Vel ipse Christus finis iste,& est idem sensus. Et nota,quòd sicut est consummatio virtutis,& boni operis cuius finis est vita æterna,vel Deus,ita est consummatio malitiæ cuius finis est gehenna. Et huius etiam consummationis finem bonum est considerare.

Vnde non simpliciter dixit, consummationis, sed adiunxit, omnis,vt de omnibus intelligatur. De hoc fine.*Philip.*3. d.Inimicos Crucis Christi.Ecce consummatio malitiæ.

De cuius fine addit. Quorum finis interitus.Item possumus ita exponere, quòd Christus est omnis consummatio id est, omnium consummatio. *Ecclesiast.*43.d. Consummatio sermonum ipse est. Huius finis temporalis fuit Passio, & mors, quæ bonum est considerare omni homini, & præcipuè afflicto, & tentato, ne deficiat in tribulatione. *Iacob.* 5. b. Finem Domini vidistis, & cætera. *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus

semetipsum

semetipsum à peccatoribus contradictionem vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et qui sic finem Christi temporalem, & ipsum Christum omnis consummationis finem sine fine oculis cordis viderit, dicet quod sequitur. *a* Latum mandatum,] quasi dicat licet arcta sit via, quæ ducit ad vitam, tamen per gratiam huius visionis, mandatum tuum, factum est mihi, latum nimis, id est, facile factu. Hoc mandatum charitas est, qua nihil latius, cum & ipsa vsque ad inimicos diligendos extendatur. *Mat.*5.g.Et in ipsa tota lex pendeat, & Prophetæ. *Mat.*22.d. Et etiam vniuersa delicta operiat, vt dicitur *Prou.*10.b. Vniuersa delicta operit charitas. Vel etiam ita potest legi litera. Omnis consummationis. Quomodo? Latum mandatum, quasi dicat cognoui, quod mandatum latum charitatis finis est, & perfectio omnis consummationis, quia omnia in charitate debent fieri, & pro charitate, scilicet pro amore Dei 1. *Tim.*1.a.Finis præcepti est charitas. *Aug* In omnibus quibus vtitur transitoria necessitas, supereminear, quæ permanet charitas. Per hunc versum, quasi ex aduerso arguuntur, qui bona, quæ incipiunt non consummant, contra illud 1.*Mach.*4.f. Consummauerunt omnia opera, quæ fecerant. E contra de multis potest dici. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit, vel potiùs noluit consummare. *Luc.*14.f.Et *Gal.*3.a. Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. Et nota, quod multipliciter dicitur consummatio.

al.† valde.

nem, *a* latum mandatum tuum † nimis

Mem, viscera vel ex ipsis, vel ex intimis, vel ignis.

QVomodo dilexi legem *b* tuam Domine, *c* tota die *d* meditatio mea est. *e* Super inimicos meos † prudentem me fecisti † maneato tuos quia in æternum mihi est.

al. † sapere.
al.† mandatum tuum, quoniam.

Dicitur enim consummatio.
- Lex noua. *Isa.*10.f.Consummationem, & abbreuiationem faciet Dominus.
- Operis Christi. *Ioan.*17.a.Opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.
- Prophetiarum. *Ioan.*19.f.Consummatum est.
- Ecclesiæ. *Gen.*6.c. In cubito consummabis eam.
- Sermonis. *Eccl.*43.d.Consummatio sermonum ipse est.
- Præceptorum, vt hic. Omnis consummationis vidi finem.
- Finis Mundi. *Mat.*24.a.Quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?
- Mors hominis. *Eccl.*16.c. Interrogatio hominis in consummatione est, quasi dicat, in fine oportet eum reddere rationem.
- Timoris. *Eccl.*21.b. Consummatio timoris Dei sapientia & sensus.
- Numerationis. 1. *Esdra* vlt.c.Consummati sunt omnes viri, &c.
- Iudicij. *Eccl.*18.c.Memento iræ in die consummationis.
- Culpæ. *Gal.*3.a.Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini.
- Damnationis. *Sap.*5.d.Filij adulterorum in consummatione erunt.

QVomodo dilexi. *Mem.*] Hæc est 13.litera, quæ interpretatur viscera, vel ex ipsis, vel ex intimis, vel ignis, per quæ omnis charitas intelligitur, quæ tanquam ex intimis medullis cordis accenditur. Ipsa enim est de qua Ieremias sub hac litera dicit. *Thr.*1.c.De excelso misit ignem in ossibus meis. Vbi etiam bene addit. Et erudiuit me, quia vnctio charitatis, quæ docet de omnibus, facit super senes intelligere, & eloquia Dei dulciora facit super mel, & fauum, sicut hic inferiùs dicitur. Cũ ergo de seruandis mãdatis in præcedenti octonario præmiserit, rectè de charitate legis supponit, vt intelliatur non ex timore, sed ex amore seruire, vnde & illũ octonarium finiuit in latum mandatum charitatis, vt hæc viscera intimæ dilectionis ostendat, vnde latum sit ostendit, ab admiratione incipiens, ita. *b* Quomodo dilexi legem tuam.]Ecce, quod dilectio latitudo est mandati. Cum dicit. Domine, quasi testem ipsum ostendit quem diligendo legem quoque ipsius diligit. Deinde modum exponit, dicens. *c* Tota die,] id est, continuè. *d* Meditatio mea est,] id est, de ea, & in ea meditor, Benè autem pro tempore, ait, die, quia nouum Testamentum meditanti semper est dies, & nox ignoranti. Benè etiam ait, tota, quia, omnis sancta actio legis est meditatio, vt dicit *Aug.in Glo.* Quicquid sanctè agitur meditari legem est. Et nota, quod notanter dixit. Quomodo dilexi, quasi dicat nõ timui, vt Iudæi, nec spreui, vt Pagani. Sed obiici potest, quomodo diligitur lex, quæ homini aduersatur, sicut dicitur *Matt.*5.d.Esto consentiens aduersario tuo citò, id est, legi diuinæ. Sol. habetur *Prou.*7.b.Argue sapientem, & diliget te. Sed de stulto contrarium dicitur, *Prou.* 15. b. Non amat pestilens eum, qui se corripit. Bene ergo dicit, dilexi legem, quia lex diligibilis est, eo quod lumen præstat eunti, secundum illud *Prou.*6.c.Mandatum lucerna est & lux. *Sap.*6.d. Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis. Debet autem quilibet apud se quærere, & inuestigare, quomodo dilexi legem tuam. Quidam enim diligunt eam mercenariè, vt quæstuosi. Prædicatores. 1.*Tim.*vlt.b. Qui à veritate priuati sunt existimantes quæstum esse pietatem. *Mich.*3. d. Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. Alij autem diligunt legem curiosè, quærentes ibi Philosophicas quæstiones. 1. *Mich.*1.b. Ædificauerunt Gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum, & faciebant sibi præputia. Gymnasium vbi erant luctæ, ad quæstiones pertinet, præputio ad immundam vitam. Vnde ibi sequitur. Et recesserunt à testamento sancto. Hæc curiositas non debet esse in lege Dei. Vnde *Nehemiæ* 13.b.dicit Nehemias. Malum mihi visum est valde, & proieci vasa domus Tobiæ foras de Gazophylacio. Tobias interpretatur, ductus ad luctum, vel conuersus ad vniuersa, & significat Philosophos. Vasa domus eius sunt rationes, & auctoritates Prophetarum, quæ debent æmulatores legis proiicere de Gazophylacio, id est, de sacra Scriptura. Alij autem diligunt legem vane, qui sc. inde inflantur. 1.*Cor.*8 a.Scientia inflat. *Prou.*25.c. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud. Tunc maximè inflat mel, quando cum pane calido comeditur; sic scientia cum inani gloria. Alij legem diligunt luxuriosè, sc. vt in ea delectentur, sicut in carmine. Vnde *Ezech.*33.g.Est eis, quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur. Alij simulatoriè, vt boni videantur. *Isa.*58. a. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas nolunt.

Alij nequiter, sc. vt alios possint peruertere. sicut hæretici. *Psal.* Et in eo parasti vasa mortis, sc. in actu scripturæ. His prædictis modis non est diligenda lex, sed diligenda est, vt sponsa, & soror, & amica. *Sap.*8.a. Quæsiui eam sponsam assumere, & amator factus sum formæ illius. *Psal.*7.

*Prou.*7.a. Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca amicam. Item, vt dilecta à Domino nostro. *Sap.*8. a. Dominus omnium dilexit eam. Item, vt quædam lapidicina omnium bonorum. *Iob* 28.a.Habet argentum venarum suarum principia. Et subiungit. Glebæ illius aurum. *Ps.* Beati, qui scrutantur testimonia eius.

Item sicut miles diligit arma sua, siue vt armatura. *Heb.* 4. c.Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior, &c. Item vt thesaurus. *Prou.*2.a. Si quæsieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, &c. Quia igitur sic, dilexi, tota die, quia *Matt.*6.c. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, cor tuum. Tota die, Ecce perseuerantia. Meditatio. Ecce contemplatio. *Psal.* Oculi mei semper ad Dominum. Et *alibi.* In lege eius meditabitur die ac nocte. Et quia ita lex tua meditatio mea est. *Psal.*24. *Psal.*1.

e Super inimicos meos.] Vnde? Mandato tuo. Quare, quia in æternum mihi est. *Qui dicantur inimici*

Inimici generaliter Pagani, & hæretici sunt, qui legem, vel non intelligunt, vel non operantur. Iudæi. etiam, quia etsi zelum legis habent, non tamen secundum scientiam, quia suã volunt constituere iustitiam, sicut dicitur *Rom.*10.a.

Iste verò iustus longè prudentior per fidem Christi iustitiam quærit. Illi generati in seruitute, quos filiis Agar Apostolus comparat. *Gal.*4.d.ex Dei mandato temporalia quæsierunt, ideo non fuit, illis in æternum. Iste verò ipsum mandatorem præmium vult habere, vnde mandatum illi est in æternum. Hæc est dilectio, quæ in tabulis cordis scripta manebit in æternum, cuius præmium est ipse dilectus. Habemus autem, & alios inimicos, scilicet Mundum, carnem, Diabolum, qui prudentiam, & calliditatem, multam habent, & nituntur vt nos decipiant.

Sed, qui in lege Dei meditatur, super istos prudentior efficitur.

Prudentia Mundi est congregare diuitias; prudentia carnis, sequi delicias: prudentia Diaboli, est exercere sæuitias. De prima. 1.*Cor.*3.d. Nemo vos seducat, si quis inter vos videtur esse sapiens in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens.

Sapientia enim huius Mundi stultitia est apud Deum. *Luc.* 16.b.Filij huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Sed videtur hoc contrarium ei, quod hic dicitur, super inimicos meos prudentem me fecisti. Solutio habetur per hoc, quòd non dicit simpliciter, prudentiores, sed restringit, dicens. In generatione sua, scilicet, ad malum faciendum, quia vt habetur *Ierem.quarto.* f. Sapientes sunt, vt faciant mala. Sed, qui sunt de generatione filiorum Regni cœlestis, prudentiores sunt simpliciter super illos, vt hic dicitur in textu. De prudentia carnis. *Roman.*8.b. Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita, & pax. De prudentia Diaboli. *Genes.*3.a. Sed, & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Vnde *Apost.*2.*Cor.*c. Non ignoramus cogitationes eius.

f Super omnes,]

Allegoricè. a Super omnes,] q. d. benedico, quod ſuper inimicos meos prudentem me feciſti, quod patet, quia ſuper ſapientiores eorum, ſcil. Scribas, & Phariſæos. b Intellexi,] id eſt, ſuper eos, de quibus dicitur, *Matth.* 13. a. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, &c. Et hoc ideo.

a Super omnes docentes me b intellexi, quia c teſtimonia tua meditatio mea eſt. d Super ſenes ‡ intellexi, quia mandata tua † quæſiui. Ab e omni via mala prohibui pedes meos, vt f cuſtodiã verba tua. A g iudiciis tuis nõ declinaui h quia tu i legẽ k poſuiſti mihi. Quam l dulcia m faucib. meis n eloquia tua, o ſuper mel † ori meo.

al. ‡ ſeniores.
al. † exquiſiui.
al. † & faucium.

c Quia teſtimonia tua,] vt ea ſpiritualiter intelligam, non ſicut illi, qui tantùm literæ adhærent; qui de teſtimoniis Dñi falſa ſentiunt, & docent: quos autem dixerit, docentes, determinat cum ſubiungit. d Super ſenes.] Quare? Quia mandata tua, non hominum, ſicut illi, qui tranſgrediuntur, quæſiui. Hæc in perſona noui populi leguntur, qui Chriſtum habens meliùs intelligit, quàm Iudaicus ſenior. Huius enim meditatio eſt ſpiritus, non litera. Magis autem propriè ad caput Chriſtum pertinent, qui ſolus ſuper omnes Prophetas docentes intelligit, quem Pater docuit, vt dicitur, *Ioan.* 8. d. Vnde melius, quam illi teſtimonia de ſe nouerat. Vnde, & cum eſſet annorum 12. puer inter ſenes ſedebat in Templo, & ſuper eos intelligebat, ſicut habetur *Luc.* 2. g. Vnde ibidem ſequitur. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis eius. Semper autem in ſacra Scriptura aduertendum eſt, quod Chriſtus, & Eccleſia ſunt vnus, ſecundum illud Sacramentum, *Gen.* 2. d. Erunt duo in carne vna. Iſte vero vnus loquitur, quandoque quæ membris, & quandoque quæ capiti conueniunt. Quæ verò ſequuntur, melius corpori conuenire videntur. Ab omni via mala. Hæc tamen, quia magis videntur Allegoricè expoſita, poſſumus Moral. exponere ſic.

Moraliter. a Super omnes, &c.] Hoc poſſunt dicere multi ſimplices tam Clerici, quàm laici, & præcipuè boni Religioſi. Docentes enim ſunt Sacerdotes, Epiſcopi & alij Prælati, qui alios qui habent docere ex officio, inter quos multi magis ſciunt, & volunt docere canes ad venandum, & aues ad volandum, quàm ſubditos ad bene viuendum. Et ſuper eos intelligunt ſimplices, quia Deus docet eos. *Ioan.* 6. e. Erunt omnes docibile Dei. *Iſa.* 54. d. Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Domino, *Eccl.* 39. d. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quam ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Aliquando etiam de ſcholaribus contingit, quod diſcipulus ſuperat in ſcientia Magiſtrum ſuum. Similiter, & in ſcholis virtutum; quod ſignificatum eſt 4 *Reg.* 2. b. vbi dixit Eliſæus Eliæ. Obſecro, vt ſpiritus tuus fiat duplex in me. Et vnde veniat iſta perſpicacitas intelligentiæ, ſubdit.

c Quia teſtimonia tua,] id eſt, quia cogito iugiter, quomodo bona opera facere poſſim. Opera enim teſtimonia ferent de nobis coràm iudice. Et ſecundum eorum teſtimonium retribuet nobis Deus, *Pſ.* 27. Secundum opera manuum eorum tribue illis, *Prou.* 31. d. Laudent eam in portis opera eius, ſcil. in exitu huius vitæ, & in ingreſſu futuræ. Hæc autem dicuntur teſtimonia magis Dei, quam noſtra, cum dicit, tua, quia à Deo ſunt bona opera, ſicut dicit *Iſa.* 26. c. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine, & ipſe ea examinabit. Vnde *Sap.* 6. a. Data eſt vobis poteſtas à Domino, ſc. benefaciendi, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, quaſi teſtes, & cogitationes ſcrutabitur. De quibus etiam, *Rom.* 2. c. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. d Super ſenes.] Idem eſt, quod in præcedenti verſu. Senes enim ſunt Prælati. Vnde Presbyter Græcè, ſenex Latinè. Sunt mali ſenes, qui non intelligunt, de quibus *Dan.* 13. a. Iniquitas egreſſa eſt de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum, *Ier.* 23. d. A Prophetis Ieruſalem egreſſa eſt pollutio. Super tales intelligunt ſimplices; quia mandata Dei quærunt. Illi quidem potius non intelligunt, quia mandata Dei tranſgredi ſatagunt. Vnde *Dan* 53. a. Euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum. Ecce, quòd ſicut corpore, ita, & anima ſenes erant & curui. Curuitas enim ſignum eſt ſenectutis. *Iſa.* 51. g. Dicunt animæ, incuruare, vt tranſeamus. Sequitur.

e Ab omni via.] Supra de intellectu tractauit, hic de affectu, & operatione agit. Non enim ſufficit intelligere bonum, niſi affectu amplectatur, & opere impleatur. Vnde dicit. Ab omni via, id eſt, affectus, qui prohibendi ſunt, quaſi cùm violentia, eo quòd proni ſunt ad malum. Vnde *Eccl.* 18. d. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, *Gen.* 8. d. Senſus, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt adoleſcentia ſua. Non prohibent pedes a via mala illi, qui dicti ſunt, *Sap.* 5. b. Laſſati ſumus in via perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Et dicit, ab omni, quia eſt triplex via mala. Lutoſa, per luxuriam: petroſa, & ſpinoſa, per auaritiam, & cupiditatem: montuoſa, per ſuperbiam. Et non ſufficit prohibere pedem ab vna, vel duabus, niſi ab omni prohibeatur. Multi tamen vitantes viam luxuriæ, intrant viam auaritiæ. Vel ſi vitant vtramque inde ſuperbientes, peſſimam viam ſuperbiæ ingrediuntur. Hoc eſt quod dicitur *Iſa.* 24. c. Qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo. *Triplex via mala.*

f Vt cuſtodiam,] quæ docent declinare viam peccati. *Deut.* 7. b. Si poſtquam audieris hæc iudicia, & cuſtodieris ea, & feceris, cuſtodiet tibi Dominus Deus tuus pactum, & miſericordiam, *Luc.* 11. d. Beati, qui audierunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Prohibui, dico, pedes meos, ita quod.

g A iudiciis tuis,] id eſt, à regula viuendi, quam conſtituiſti, non deflexi iter meum, licèt iuxta iter ſcandalum poſuiſſent mihi. Et bene dico me habere regulam viuendi. *Pſal.* 139.

h Quia tu] ipſe, non Moyſes, nec alius.

i Legem,] Euangelicam.

k Poſuiſti mihi.] Hæc eſt regula omnis Chriſtiani ſecundùm quam viuere debet, *Gal. vlt.* d. Quicumque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia. Vel ſic.

e Ab omni via.] Et hoc, quia, à iudiciis tuis, id eſt, ea ſemper timui, & dilexi. Duo ſunt iudicia facienda à Domino. Vnum particulare, quod fit cuilibet in morte. Et aliud generale, quod fiet omnibus ſimul in Reſurrectione. Et hæc iudicia non declinant iuſti, & non volunt declinare, quia teſtem habent conſcientiam, quod iudicatur pro eis. Vnde ſubdit. *Duo iudicia faciẽda ſunt à Domino.*

h Quia tu legem] ſcribens eam in corde meo, vt non ſicut ſeruus timeam, ſed vt filius diligam, & confidam, *Rom.* 8. c. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater.

Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quoniam ſumus filij Dei: Si autem filij, & hæredes. Ergo non eſt talibus iudicium declinandum, in quo hæreditas eis adiudicanda eſt. Propter hoc de iudicio dicitur *Eccl.* 41. a. O mors, bonum eſt iudicium tuum homini indigenti. Et poſt addit. Noli metuere iudicium mortis. Et de vtroque poteſt intelligi illud ſupra. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Mali verò libenter declinarent ab his iudiciis, quando dicent montibus, & petris, cadite ſuper nos, ſicut habetur, *Apoc.* 6. d. *Oſea* 10. c. *Luc.* 23. e. Hoc etiam debet dicere quilibet Prælatus & Iudex. *Pſal.* 96.

g A iudiciis tuis,] id eſt, iudicaui, ſicut tu præcipiſti.

h Quia tu legem,] ſecundùm quàm iudicare debeo, *Deut.* 1. c. Ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, Dei enim iudicium eſt, 2. *Paral.* 19. b.

Videte quid faciatis, non enim hominis iudicium exercetis, ſed Dei. Sed è contrario modò in multis locis verificata eſt prophetia illa, *Abacuch* 1. b.

Lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem iudicium, quia impius præualet aduerſùs iuſtum, propterea egredietur iudicium peruerſum. Et hoc faciunt Aduocati. Vnde ibidem præmittitur. Factum eſt iudicium, & contradictio potentior. Cùm enim fit iuſtum iudicium, ſtatim Aduocati contradicunt, & appellant, & contradictio potentior eſt.

l Quàm dulcia,] dixerat ſe non declinare à iudiciis Dei, ſed ea diligere, vt filius. Hic autem oſtendit, quòd tantum diligebat, quòd ea audire, meditari, & prædicare dulce eſt ei.

Vnde dicit. Quàm dulcia, id eſt, valde dulcia ſunt.

m Faucibus meis,] ſpiritualibus ad deglutiendum, quod fit in audiendo, & meditando.

n Eloquia tua,] quæ ſunt & de miſericordia, & de iuſtitia tua. Sunt dulcia.

o Super mel ori meo,] ad loquendum. Non dicit, ſicut mel, ſed ſuper mel, ſicut *ſup.* Super millia auri, & argenti. Hæc enim licèt præcipuum aliquid habere videantur, ſpiritualibus tamen æquari non poſſunt. Dicit ergo.

l Quam dulcia.] *Eccl.* 23. d. Nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini. m Faucibus,] animæ, quæ ſaporant ſpiritualem dulcedinem, *Iob* 12. b. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis ſaporem? Super mel ori meo.] *Apocal.* 10. d. Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, & in ore tuo erit, ſicut mel. Quod eſt contra eos, qui ieiunant & habent in ore amara verba. *Eccl.* 3. a.

Comedi

Comedi illud, sc. volumen, & factum est in ore, quasi mel. Et sequitur in 3. cap. Abij amarus in indignatione spiritus mei. Et ne quis credat solum per studium eloquia Dei intelligere, & eorum dulcedinem degustare, benè subiungit.

a A mandatis.] Non dicit, mandata intellexi, sed, à mandatis, quia qui mandata implet, illuminatur ad intelligendũ secreta. Vnde *Eccl.* 1. d. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiam, & Dominus præbebit illam tibi. *Gloss.*

A *a* mandatis tuis intellexi, *b* propterea † odiui omnem viam iniquitatis.

al. † odio habui.

Nun, vnicus, vel Pascua.

c LVcerna pedibus meis verbum *d* tuum, & lumen *e* semitis meis. *f* Iuraui, & statui *g* custodire *h* iudicia iustitiæ tuæ. *i* Humiliatus sum † *k* vsquequaque. *l* Domine, viuifica me secundum *m* verbum tuum.

al. † nimis.
al. † vsque valde.

Aug. Faciendo venit iste ad altitudinem sapientiæ, quia nisi per obseruantiam mandatorum non venitur ad sapientiam occultorum. Quantò autem maiorem percipit dulcedinem sapientiæ, tantò magis crescit amor iustitiæ, & per consequens detestatio omnis malitiæ. Vnde subiungit. *b* Propterea odiui.] Propterea quia eam odeat, supra petebat. Viam iniquitatis amoue à me, & *infr.* Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.

Ps. 138.

LVcerna pedibus meis. Nun.] Superiùs dixit se quæsiuisse, intellexisse, & ex dilectione seruasse mandata. Hic docet humilitatem, initium, & perfectionem bonorum attribuens Christo, quo illuminante, mandata quæsiuit, intellexit, dilexit, & fecit. Vnde huic octonario præponitur 14 litera. Nun, qui interpretatur vnicus, vel pascua, quia ipse Christus, cui hîc attribuit bona sua, est vnicus Filius Patris verus Dauid, humilis in carne, vt humilitatem doceret, qui oues patris sui ducens ad pascua Scripturarum, secundum eas aduentum suum probabat, & cæteris fidei sacramentis oues pascebat, sicut de Dauid dicitur 1. *Reg.* 16. b. Adhuc reliquus est paruulus, & pascet oues. Et de Christo. *Ioan.* 10. c. Ego sum Pastor bonus & cognosco oues meas, &c. Rectè ergo, Nun, litera præponitur, quia iste vnus à quo omne bonum habet initium, & perfectionem, semper debet haberi præ oculis, & sic reficit, & pascit animam. *Luc.* 10. g. Vnum est necessarium, *Ioan* 10. b. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur; & ingredietur, per cognitionem, & egredietur, per orationem, & pascua inueniet, per cordis delectationem. Ei ergo attribuens supra dicta bona dicit.

c Lucerna pedibus meis] spiritualibus erat.

d Verbum tuum] id est, filius.

e Et lumen semitis meis.] Idem verbum est, & lucerna, & lumen, sed lucerna dum nostro ore recensetur, in nobis enim tanquam in vase fictili lucet, in se verò est lumen inextinguibile. Vel lucerna secundum veterem legem vbi erat operta doctrina lumen secundum Euangelium, vbi est aperta. Benè etiam ordinat prius dicens. [Lucerna pedibus] & postea, [lumen semitis] quia si lucerna fuerit pedibus mentis, i. affectibus, quocunque pergis operum semitæ lucent. Nec solùm de Verbo increato, sed & de verbo creato potest legi, sc. de verbo Euangelicæ prædicationis. *c* Lucerna pedibus meis] i. affectibus, ne in tenebris huius Mundi offendat ad scandala, quæ ponunt inimici in via. Ideo benè dicitur *Eccl.* 37. c. Ante omnia verbum verax præcedat te, sc. sicut lucerna in tenebris ambulantem. 2. *Pet.* 1. c. Habemus firmiorem Propheticum sermonem cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco donec dies illucescat. Et benè pòstquam dixit: [A mandatis tuis intellexi] subiungit de lucerna, quia vt habetur *Prou.* 6. c. Mandatum lucerna est, & lex lux. Vnde adhuc subdit.

e Et lumen semitis meis] i. operibus, quando dicat non solùm docet me bonum appetere interiùs, sed & operari exteriùs. *Isa.* 60. a. Ambulabunt gentes in lumine tuo, *Ioan.* 12. e. Ambulate dum lucem habetis. Vel per pedes, operationes communes, per semitas opera consiliorum possunt intelligi. Vnde bene iungit pedibus lucernam, & semitis lumen, quia qui consilia implét, maiori lumine illustrantur, quam qui tantùm communibus præceptis implendis insistunt, *Mich* 7. c. Secundum tempus ascensionis tuæ de terra Ægypti ostendam tibi mirabilia Et hoc congruum est, vt Dominus eis, qui familiarius ei adhærent, maiora reuelet, *Ioan* 15. b. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo nota feci vobis. Qui autem sic illuminatur, dicit, & facit, quod sequitur.

f Iuraui, & statui] id est, firmiter, quasi per sacramentum statui, quid? *g* Custodire] inter quælibet pericula, & aduersa. *h* Iudicia iustitiæ tuæ] id est, iusta iudicia tua. Hoc fit per fidem, dum sub Deo iusto iudice, nec bonum sine remuneratione, nec malum sine punitione prætereundum creditur, & etiam quæ in præsenti fiunt, tam in iustis quàm in impiis iustè fieri creduntur. Illum versum semper deberent habere in corde Reges & Principes, & Prælati Ecclesiæ, hoc enim dicit Dauid, ad literam, qui Rex erat, & Prælatus populo Dei. Et Reges, & Prælati antequam inungantur, vel promoueantur, iurant se seruaturos statuta Ecclesiæ, 3. *Par.* 24. c. Imposuerunt ei diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum Regem. Benè autem coniungit. Iuraui, & statui, quia multi iurant, & non statuunt, id est, non firmiter statuunt, quod statuunt, nec stabiliter tenent, quod iurauerunt. Sicut Sedechias, de quo *Ezech.* 17. f. Viuo ego quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius. Sed & hoc debent aduertere illi quorum est statuta facere, quod prius, quàm aliquid statuant, debent omnia mala si possunt præscindere. Vnde de Iosia Rege dicitur. 4. *Reg.* 23. e. Pithones, & Ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ fuerant in terra Iuda, & in Ierusalem, abstulit Iosias, vt statueret verba legis. Et quia omnibus custodientibus iudicia iustitiæ Dei, & maximè Regibus, & Prælatis necessaria est humilitas, benè subiungitur.

Peccatur iurando multis modis.

i Humiliatus sum.] Sed antequam prosequamur hunc versum, notandum est, quòd est iuratio mala, & contingit peccare iurando multis modis. Vnde versus.

Stulta, dolosa, placens, mendax, temeraria, frustra. *Versus.*
Detestans, iterata, procax, super idola membra.
Non sine peccato est omnis iuratio talis.

Stulta est, quæ fit de incognitis. *Gen.* 25. d. Iura ergo mihi, dixit Iacob ad Esaü, iurauit ergo Esaü, & vendidit primogenita. Dolosa fuit iuratio Herodis. *Marc.* 6. c. Iurauit illi, quia quicquid petieris dabo tibi. Placens. *Zach.* 1. c. Ipsi verò adiurauerunt in malum, *Isa.* 8. c. Quicquid loquitur populus iste, coniuratio est. Mendax *Zach.* 8. c. Iuramentum mendax ne diligatis. Temeraria, *Sap.* 14. d. Periurant citò. Sic iurauit Saül, & retractauit, 1. *Reg.* 14. f. Viuit Dominus, quia si per Ionathan filium meum factum est hoc, absque retractatione morietur. Frustra. *Eccl.* 23. b. Si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. *Exod* 20. b. Non enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Dei sui frustra. Detestans. *Matth.* 26. g. Tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem. Iterata, *Eccl.* 23. b. Vir multum iurans replebitur iniquitate. Procax, *Prou.* 21. d. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum, *Ierem.* 5. a. Quod si etiam viuit Dominus, dixerint, & hoc falsò iurabunt. *Eccl.* 20. a. Odibilis est, qui procax est ad loquendum. Multò fortius ad iurandum. Super idola. *Sap.* 14. d. Iurauerunt iniustè in idolo. *Matt.* 5. f. Reddes Domino iuramenta tua. Super membra *Matt.* 5. f. Dico vobis non iurare omninò neque per cœlum, neque per terram, &c. Et post. Neque per caput tuum. *Iacob.* 5. c. Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque per aliud quodcunque iuramentum.

i Humiliatus sum.] Hoc legitur de humiliatione virtutis, vel de humiliatione afflictionis. Qui enim custodit iudicia, & etiam, qui alios iudicat, necesse est, vt se humiliet. Et tunc placet Deo quod agit. *Eccl.* 3. c. Quanto magnus es, scilicet, siue in vita, siue in potestate, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur, 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et benè addit.

k Vsquequaque,] id est, ex toto, quod est contra Hypocritas, qui humiliantur tantum vel corpore, vel veste, vel loco, & cor semper superbum est. *Eccl* 19. d. Est, qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. *Chrysost* Corpus quandoque recumbit in nouissimo loco, sed cor sedet in cornu. Et quia sic humiliatus sum, ideo. *l* Domine viuifica me,] vita gratiæ, augendo in me gratiam. Et hoc secundum. *m* Verbum tuum] id est, sicut promisisti. *Isa* 66. a Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum. Alia *litera* Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, &c *Ps* 33. Humiles spiritu saluabit *Iac.* 4. b. & 1. *Pet.* 5. b Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Vel de humiliatione afflictionis legitur: Humiliatus sum vsquequaque Qui enim vult custodire iustitiam, à malis affligitur, secundum quod dicitur *Isa* 59. c. Qui recessit à malo, prædæ patuit. Huic expositioni magis concordat alia *litera*, quæ sic habet Afflictus sum vsque nimis, viuifica me, id est, viuidum, & potentem me fac

Pſalm.90. me fac, vt poſſim ſuſtinere,& ſuperare. Et hoc ſecundum verbum tuum,]i.ſecundum promiſſum tuum,*Suprà*.Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, &c. 1. *Cor.* 10. c. *20. q. 3. c. præſens.* Fidelis Deus, ſcil. ſoluendo promiſſum, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum vt poſſitis ſuſtinere. Oſtendit autem ſe inter tribulationes non deficere, ſed magis Deum laudare, cum ſubiungit: Voluntaria oris mei. Humilitatem etiam ſuam in hoc oſtendit, quod non beneplacita eſſe dicit ea, ſed petit, vt fiant beneplacita. Eſt ergo ſenſus, ac ſi dicat. Licet afflictus ſim, tamen à te viuificatus ſum, vnde tibi hoſtiam laudis offero. Sed quia me indignum miniſtrum reputo, ideo tu ipſam oblationem tibi facias beneplacitam. Hoc eſt ergo quod dicit.

a Voluntaria oris mei *b* beneplacita fac Domine, & *c* iudicia tua doce me. Anima *d* mea in *e* manibus † meis ſemper, & *f* legem tuam non ſum *g* oblitus. *h* Poſuerunt peccatores *i* laqueum mihi, † à mandatis tuis non erraui. *k* Hæreditate *l* acquiſiui teſtimonia tua in æternum, † quia *m* exultatio cordis mei ſunt. *n* Inclinaui cor meum ad *o* faciendas iuſtificationes tuas in *p* æternum *q* propter retributionem.

al. † tuis.
al. † legis tuæ.
al. † de.
al. † quoniam.

Oſea 14. b. *a* Voluntaria oris mei,] i. vitulos labiorum meorum, i. hoſtiam laudis, quam non coactione neceſſitatis, ſed voluntate charitatis tibi offero. *b* Beneplacita fac Domine. Et] cum tibi bene placuerit, iudicia tua doce me,quæ ſunt inſerutabilia. *Rom.* 11. d. Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius! Incomprehenſibilia ſunt, quia non ex toto comprehenſibilia. Vndè licèt prius ſe ea accepiſſe ſæpè dixerit, vnde & illa ſe cuſtodire iurauit, hic iterum petit ſe ea doceri, vt videlicet eorum cognitio augeatur in ipſo.Vel aliter in perſona pœnitentis.*a* Voluntaria oris mei] q.d.ſupra dixi: Viuifica me, quod fit per contritionem, in qua remittitur peccatum, & gratia infunditur. *De pœnitente.* Nunc autem de confeſſione poſtulo, quæ ſequitur contritionem, vt ſic fiat, quod tibi placeat. Hoc eſt. Voluntaria oris mei Confeſſio enim debet eſſe ex ore,ſcil.aperta & voluntaria, non coacta, vel extorta, ſicut in illis, qui non confitentur, niſi timore mortis in infirmitate. *Pſalm. 35.* *Eccl.*17.d.Viuus & ſanus confiteberis.*Pſalm.*53.Voluntariè ſacrificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine.

c Et iudicia tua doce me] vt ſciam meipſum iudicare, q. d. tunc erit tibi beneplacita confeſſio, ſi me ipſum bene iudicauero,ſecundum quod ſupra dictum eſt.Dixi confitebor aduerſum me in iuſtitiam meam Dño, & tu, &c. 1. *Cor.* 11. g. Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Propter hoc dicitur *Prou.*21.c.Gaudium iuſto facere iudicium.Hoc etiam poteſt dici in perſona Clericorum,& monachorum *a* Voluntaria.] Sunt enim quædam voluntaria oris, quædam neceſſaria. Neceſſaria ſunt ea, quæ ſunt ſub præcepto, vel voto, ſicut horæ canonicæ. Voluntaria ſunt quæ ſupererogantur. Et ad hæc pronior eſt homo, quam ad neceſſaria. Vndè *Prou.*20.a.Multi viri miſericordes, virum autem fidelem quis inueniet. 2.*Cor.* 8 a. Supra virtutem voluntarij fuerunt. Voluntaria autem iſta oris non ſunt Deo beneplacita, niſi ei ſoluantur, & neceſſaria, nec voluntarium poteſt ſolui pro neceſſario. Vndè *Matth.* 15. a. Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? *Leu.* 22.c. Bouem, & ouem aure, & caudâ amputatis voluntariè offerre potes votum autem ex his ſolui non poteſt.

De Clericis & Monachis. Volũtaria & neceſſaria.

c Et iudicia tua doce me.] Hoc etiam neceſſarium eſt Clericis, qui habent laicos iudicare. Propter hoc petiit Salomon ſcientiam iudicandi. 3. *Reg* 3. b Dabis ergo ſeruo tuo cor docibile, vt poſſit iudicare populum tuum,& diſcernere inter bonum, & malum. *d* Anima mea, &c.] q. d. doce me, & potes. Non enim contradico ſermonibus Sancti, vt dicitur *Iob* 6.b. Quia anima mea, quæ doctrinam debet ſuſcipere eſt. *e* In manibus tuis ſemper,] i. tibi ſubiecta eſt volens. *Sap.*3.a.Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Vel ſicut vſitatum eſt magis.

e In manibus meis,] q. d. doce me iudicia, quia anima mea parata eſt ad ſuſcipiendam doctrinam. Et hoc eſt in manibus meis, hoc eſt, in mea poteſtate. *Prou.*23.a.Sume cultrum gutturi tuo ſi tamen habes in poteſtate animam tuam Cultrum,i. diuinum ſermonem,ſ. gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei,ſ.vt ſecet cor per compunctionem, & effundat ſanguinem peccati. Et ſic anima ſuſcipiat doctrinam, quia in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Vel,in manibus, i. in operibus, quaſi dicas quæcunque facio, facio pro ſalute animæ meæ, non pro victu, vel fauore humano. Sic erat de illis, quibus dicebat Apoſtolus *Phil.* 2. b. Itaquè chariſſimi, ſicut ſemper obediſtis, non in præſentia mei tantùm, ſed multò magis nunc in abſentia mea, cum metu, & timore veſtram ſalutem operamini. 1.*Reg.* 19.a Dicitur de Dauid.Poſuit animam ſuam in manu tua, & percuſſit Philiſtæum, i. diabolum, qui percutitur cum pœnitentia agitur. *Iob* 13. b. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam in manibus meis porto? Hic notat opus pœnitentiæ, cùm dicit, lacero carnes: & intentionem cum dicit, animam meam, &c.

f Et legem tuam, quaſi dicat, ideo etiam doce me amplius iudicia,quia etiam legem tuam inquantum eam didici. *g* Non ſum oblitus] Conſuetudo enim boni Magiſtri eſt, quod eum qui quod audiuit benè retinuit, de aliis libenter docet. Vndè & à pueris lectio prius auſcultatur antequam eis alia tradatur. Et cum primam benè ſciunt, tunc eis alia traditur. Sic videtur dicere Dominus *Matth.* 25. c. Omni habenti dabitur, & abundabit, & cætera. *Prouerb.* 1. a. Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit. Et quod non ſit oblitus legem Dei, probat per effectum, dicens.

h Poſuerunt peccatores laqueum mihi] & tamen, à mandatis tuis non erraui, quaſi dicat, in hoc laqueos mihi poſitos vitaui, & à mandatis non erraui, bene apparet, quòd legem tuam, quæ eſt lux, & laqueos facit videri, non ſum oblitus. Dicit ergo. Poſuerunt peccatores, ſcilicet, dæmones & mali homines.

i Laqueum mihi, ſcilicet, illecebras ſæculi, de quibus 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod eſt in Mundo, concupiſcentia oculorum eſt, & concupiſcentia carnis, & ſuperbia vitæ. Hæc dicuntur laquei, quia alliciunt, & capiunt imprudentes. Quod concupiſcentia oculorum ſit laqueus, dicit *Apoſt.* 1. *Tim* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, &c. Quod concupiſcentia carnis ſit laqueus. *Eccl.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus, venatorum eſt, & ſagena cordis eius. Quod ſuperbia ſit laqueus habetur in *Pſalm.* 139. Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Qui ergo legis Dei non eſt oblitus, his laqueis non capitur, vt erret à mandatis Dei, quia in lege Dei præcipuè commendantur contraria iſtis, ſcilicet, paupertas, tribulatio, ſiue anguſtia, & humilitas. Vndè ad hæc recolenda monet nos Dominus.*Thren.*3.c. Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſinthij, & fellis. De paupertate apertè expreſſit. Tranſgreſſio autem eius eſt excelſus, & quodammodo nimia eius humilitas, quæ primum fecit nouiſſimum, & Creatorem ſubdidit creaturæ. In abſinthio, & felle, quæ ſibi ſitienti in Cruce propinata ſunt intelligitur carnis afflictio. Hæc debemus recolere, & in his ipſum imitari, qui hæc pro nobis pertulit Ieſum Chriſtum, ſicut & iſte fecit, qui ſubiungit.

k Hæreditate,] i. firma poſſeſſione.

l Acquiſiui teſtimonia tua,] i. Martyria, vt ſcilicet, iugiter pro te ferendo paupertatem, contumeliam, & corporis anguſtiam teſtis efficiar Paſſionis tuæ, ſecundum quod dicit *Apoſt.*2. *Cor.*4.c.Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes. *Galat.*6.d.Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Hæc ergo debemus acquirere hæreditate in æternum, quia Chriſtus nobis ea reliquit,ſicut pater filiis. Hæc enim competebãt ei iure hæreditario ex parte matris, Regnum verò ex parte Patris. Et ſi volumus habere hæreditatem ex parte patris, oportet prius,vt acquiramus hæreditaté,quæ ex parte matris. Vndè *Rom.* 8 c. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & ſimul glorificemur. Acquiſiui, dico.

m Quia exultatio cordis mei] licèt ſint afflictio corporis. Vndè *Act.* 5.g. Cum Apoſtoli cæſi fuiſſent pro nomine Ieſu, ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et in hac exultatione.

n Inclinaui cor meum] vt humiliter ſeruirem.

o Ad faciendas iuſtificationes tuas,] i.opera bona,quæ à te ſunt, & quæ iuſtificant, & præcipuè illa, quæ fiunt circa neceſſitates proximorum. Vndè *Luc.*11.f.Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Pſ.*111. Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.Et dicit. *p* In æternum] non,quia illa opera ſecutus ſit quis in æternum, ſed quia charitas ex qua fiunt, & remuneratio propter quam fiunt, manebunt in æternum. De qua etiam remuneratione ſubdit.

q Propter retributionem,] ſcil. æternam, non propter temporalem, quæ facit mercenarium. De his iuſtificationibus & de retributione habetur *Matth.*25. c. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare,&c.Et poſt:Venite benedicti,&c.

Iniquos odio

INiqnos odio habui, &c. Samech.] Hæc eſt 15. litera, quæ interpretatur audi, vel firmamentum, quod benè conuenit, quia ille ſolus firmatur in bono, qui auribus mentis diligenter audit quid ſequi debeat, quid vitare. In hoc autem, quòd hæc litera huic octonario præponitur, monemur vt diligenter conſideremus quæ hic dicuntur. Loquitur enim hic primò de odio iniquorum, dicens: *a* Iniquos odio habui] quod diligêter animaduertendum eſt, vt ſcilicet, odio habeantur, non inquantū homines: ſed inquātum iniqui, vt, ſcilicet, odio habeamus in eis vitia, & amemus naturam. De dilectione naturæ præmiſerat cùm dixit: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas. Quod expoſitum eſt de operibus pietatis ex charitate factis circa neceſſitates proximorum: Hic autem de odio vitiorum dicit: Iniquos odio habui, id eſt, illos qui æquitati legis Dei aduerſantur: Vel contradicendo vt hæretici & Iudæi, de quibus *infra*: Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt. Vel contrariè operando: ſicut illi de quibus *Tit.* 1. d Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et hæc expoſitio ex Græco habetur, vbi ſic eſt litera. Exleges odio habui. *b* Et] id eſt, quia, legem tuam dilexi.] Nota quòd tria ſunt genera iniquorum, qui odibiles ſunt. Et notantur, *Eccl.* 50. d. Duas gentes odiuit anima mea: tertia autem non eſt gens quam oderim: qui ſedent in monte Seir, ſcil. auari, & Philiſtiim, potione cadentes, i. luxurioſi: qui per vinum inflammantur ad caſum, & ſtultus populus qui habitat in Sichimis, ſ. ſuperbi, qui non ſunt gentes, ſed leones. Vel. *a* Iniquos odio habui] i. denarios iniuſtè acquiſitos, *Pro* 28. c. Qui odit auaritiam, longi fient dies eius, *Prou.* 15. d. Qui odit munera viuet. *b* Et legem tuam dilexi] *Prou* 13. c. Lex ſapientis, i. Chriſti, fons vitæ vt declinet à ruina mortis. De dilectione legis ſatis dictum eſt *ibi*: Quomodo dilexi. Et ideo ſequentia proſequamur. *d* Adiutor] q. d. quia, legem tuam dilexi: ideo, adiutor, meus, ad bona facienda, *e* Et ſuſceptor meus] ad mala fugienda. *f* Es tu] *Iſa.* 41. c. Auxiliatus ſum tibi: & ſuſcepit te dextera iuſti mei. *g* Et in verbum tuum] id eſt, in promiſſionem tuam *h* Super ſperaui] i. magis ac magis ſperaui, ſicut filius promiſſionis. *ſup.* Memor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Vel ſic: *d* Adiutor] dando gratiam. *e* Et ſuſceptor] gratam habendo meam operationem. Quod fit quando non eſt polluta per peccatum, & quando in humilitate facta eſt. De primo *Iſa.* 1. d. Cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. De ſecundo, *Dan.* 3. d. In anima contrita & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur à te, & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo vt placeat tibi. Vel: *d* Adiutor] reducendo ad pœnitentiam. *e* Et ſuſceptor] recipiendo pœnitentem. De primo dicit *Aug.* de filio prodigo. Nec illam voluntatem redeundi habuiſſet, niſi eam pius pater inſpiraſſet. De ſecundo, *Ierem.* 3. a. Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Et aliqui libri habent: Et ego ſuſcipiam te. Vel ſic ſecundùm *gloſſ.* vnam. *d* Adiutor meus] per legem. *e* Suſceptor] per Euangelium. Quos enim lege iuuiſti, per Incarnationem ſuſcepiſti. *g* Et in verbum tuum] id eſt, in Filium. *h* Superſperaui] de quo *Ioan.* 1. & in *Pſal.* Miſit Verbum ſuum & ſanauit eos. Et quia ita ſpero, & Deum adiutorem & ſuſceptorem habeo.

Samech, audi vel firmamentum.

a INiquos odio habui, *b* & legem tuam dilexi. *d* Adiutor † & *e* ſuſceptor meus *f* es tu, & in *g* verbum tuum † *h* ſuperſperaui. *i* Declinate à me maligni, & *k* ſcrutabor mandata Dei mei. *l* Suſcipe me ſecundum *m* eloquium tuum & *n* viuam, & † *o* non confundas me ab expectatione mea. *p* Adiuua me & *q* ſaluus ero, & *r* meditabor in iuſtificationibus tuis *ſ* ſemper

al. † meus.

al. † ſperaui.

al. † ne.

Tria genera iniquorum.

i Declinate à me maligni] quia ipſo me adiuuante, aduerſùm me præualere non poteſtis. *Pſal.* Dñs mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo Ideo etiam, declinate à me: quia, iniquos odio habui: & conſortium veſtrum remuo. *Pſa.* Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. *Eccl.* 13. c. Quæ communicatio Sancti ad canem? *Pſal.* Odiui Eccleſiā malignantium & cum impiis nō ſedebo. Malignos autem vocat omnes malos homines, & præcipuè hæreticos & contentioſos, qui cōtentione Scripturas lacerant. Et ne tanquam Phariſæus ſuam munditiam ſuperbè iactaſſe videatur, cur hoc dixerit, ſubiungit.

k Et ſcrutabor mandata Dei mei.] Non dixit, & faciam: ſed, ſcrutabor, Maligni enim ſuis perſecutionibus bonos exercent ad facienda mandata: ſed tamen à ſcrutandis eis eos auertunt, quia eos aliis intendere cogunt.

Declinandi ſūt maligni

- Quia corrumpunt fidem, *Ierem.* 2. d. Filij Memphæos & Thaneos conſtuprauerunt te vſque ad verticem.
- Quia bonos mores corrumpunt 1. *Cor.* 15. d. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.
- Quia ſæpè boni puniuntur iuxta eos, *Num.* 16 Recedite à tabernaculis impiorum & nolite, &c.
- Quia retrahunt à bono ſtudio, vt hic. Et *Oſea* 2. c. Loquar ad cor eius.
- Quia confunduntur & ſic emendantur, 2. *Theſſ.* 3. d. Si quis non obedierit verbo noſtro, &c.

[Vel maligni] ſunt, Dæmones, qui cùm quis vult ſcrutari legem Dei in ſtudio, vel in oratione, occurrunt ei proijcientes in cor eius puluerem vanitatū, aut etiam noxiarum cogitationum, quæ ſtudij & orationis effectum impediant, ſicut dicitur *Eccl.* 10. a. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Et quia ita faciant homines, exemplum habetur, *Iob* 1. b. vbi dicitur: Quadam die cùm veniſſent filij Dei vt aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Sathan. Vnde talibus dicendum eſt Diſcedite à me maligni, ſicut dixit Dominus, *Mat.* 4. b. Vadè retrò Sathanas. Et *Luc.* 13. f. Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. *Cant.* 4. d. Surge Aquilo & veni Auſter, *k* Et ſcrutabor, &c.] Per hoc quod dicit, ſcrutabor, arguuntur illi qui perfunctoriè tranſcurrunt Scripturam. Et cùm poſſint habere totum fructum vel magnam partem fructus qui eſt in agro Domini: paucas ſpicas colligunt. *Iſa.* 17. b. Quaſi ſpicas legens in Raphaim. *l* Suſcipe me.] Dixit adiutor & ſuſceptor meus es tu: & quaſi ex obliquo aduerſariis impedientibus colloquiū ſuum cum Deo, quaſi indignans increpando interpoſuerat. Declinate, &c. Nunc autem ad ſuum colloquium cum Deo rediens, orationem continuat: & à ſuſceptore ſe ſuſcipi, ab adiutore ſe adiuuari poſtulat, in hoc & in ſequenti verſu. In hoc dicit: Suſcipe, &c. In ſequenti, Adiuua me, &c. Dicit ergo: *l* Suſcipe me, tu qui, vel quia es ſuſceptor, id eſt, magis ac magis, ſuſcipe. Et hoc modis omnibus exponi poteſt, quibus expoſitum eſt illud, Suſceptor meus. Et hoc:

m Secundùm eloquium] quaſi dicat, de omnibus illis ſuſceptionibus facta eſt promiſſio in Scriptura.

n Et viuam] in præſenti vitâ gratiæ, & in futuro vitâ gloriæ, quam deſidero, quam expecto. Et ideò cùm tu promiſeris, & ego ſpem habens in tua promiſſione ſecurus expectem.

o Non confundas me ab expectatione mea.] De qua *Prou.* 10. d. Expectatio iuſtorum lætitia. Et quaſi ſi reſponderet Dominus: Fruſtra expectat vitam & lætitiam æternam, qui hic per bona opera eam non meretur, ſecundùm quod in *Pſalm.* dicitur: Expecta Dominum & cuſtodi viam eius. Et ſecundùm quod dicitur: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis præcedentibus & gratia proueniens: Iſte videns ſe ex ſe non ſufficere: adiutorem inuocat, vt eum adiuuet ad opera meritoria facienda, dicens: *p* Adiuua me.] Et ſic per auxilium gratiæ tuæ *q* Saluus ero] non per ſufficientiam operum meorū: Quia non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, ſicut dicit *Apoſt. Tit.* 3. b. Vel ſic continua. Dixerat: Non confundas me, &c. Nunc autem ac ſi tacitè reſponderit Dominus: Si non vis confundi ab expectatione tua, non intermittas meditari iuſtificationes meas. Iſte ſciens meditationes frequenter animæ languoribus impediri, ait. *Pſa.* 36,

p Adiuua me] contra languores animæ, ſicut Medicus adiuuat ægrum.

q Et ſaluus ero.] Et ſic. *r* Meditabor in iuſtificationibus tuis. Memoriter tenens qualiter me iuſtificaueris. Et hoc non ad horam: ſed:

ſ Semper] id eſt, quamdiu viuam in hac vita, & poſtmodum in æterna de hoc cum Angelis laudes cantabo. Item ſic poteſt exponi.

p Adiuua me] contra inimicos qui me volunt perdere. Hoc fit per fidem, 1. *Ioan.* 5. a. Hæc eſt victoria quæ vincit Mundum, fides noſtra. *q* Et ſaluus ero] per ſpem, *Rom.* 8. e. Spe ſalui facti ſumus. *r* Et meditabor in iuſtificationibus tuis] per charitatem, ſecundùm dicitur in *Pſal.* 38. In meditatione mea exardeſcet ignis, 1. *Ioan.* 5. a. Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. Et benè dicit.

ſ Semper, quantùm ad charitatem, quia charitas nunquā excidit, 1. *Corinth.* 13. c. Item hic notantur plures virtutes. Adiuua me, Ecce humilitas & confeſſio infirmitatis, quæ

A tiam] intelligendum est feci opera iustitiæ. Et ideo.
a Non tradas me] secundum animam, & si secundum corpus.
b Calumniantibus me] dæmonibus vel malis hominibus, quibus traderetur, si timendo pati mala crederet, & crederet inimicis, vt faceret mala Orat ergo vt qui dedit vincere carnem, ne voluntate trahatur, det etiam pati ne dolore frangatur. Dico non tradas, Sed.
c Suscipe seruū tuum, &c.] Beneuolentiam captat cum seruum se nominat. Et hoc ipsum nomen liberationis est in iudicium. Seruus enim non tantum à seruiendo, sed à seruando dicitur, eo quòd captus ab imminenti seruatur interitu. Me ergo seruum non alterius, sed tuum, suscipe vt patronus bonus Dominus, in bonum, quia illi impellunt in malum. Ideò suscipe, vt. *d* Non calumnientur me superbi.] Ex Græco venit iste modus loquendi nobis inusitatus, sed, scil. [non calumnientur] quod est non calumniando capiant me. Superbi sunt, vt dicit *August. in Gloss.* Gentiles, Iudæi, Heretici, Schismatici, quos omnes superbia de corpore Christi præcidit. Habent autem singuli proprias, contra humilitatem Christianam calumnias, quarum maxima est, quòd dicunt nos mortuum colere, sicut dicit *Apost.* 1. *Cor.* 4. d. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Sed quod his est ad scandalum, & ruinam nobis est ad profectum, & ad medicinam. Vndè addit. *Apost.* Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Eodem modo hic post calumniam superborum ex eodem ex quo summam sumunt calumniam, iustus se ostendit certitudinem, & medelam suscepisse, dicens. *f* Oculi mei, &c. in salutare tuum,] id est, in Christum quasi dicat, vt à morsibus calumniantium non timeam, serpentem æneum respicio, sicut *Num.* 21. c. præsignatum est.

al. † ne.
al. † nocentibus.
al. † Excipe.
al. † bono vt.

† non *a* tradas me † *b* calumniantibus me. † *c* Suscipe seruum tuū in † bonum, non *d* calumnientur me *e* superbi. *f* Oculi mei defecerunt in *g* salutare tuum, & in *h* eloquium iustitiæ tuæ. *i* Fac cū seruo tuo secūdū *k* misericordiā tuā, & *l* iustificationes *m* tuas *n* doce me. *o* Seruus *p* tuus sū ego

h Et in eloquium iustitiæ tuæ,] id est, in verba Euangelica ipsius Christi, per quem iusti efficiuntur. Dicit autem oculos non corporis, sed animæ. Et pluraliter dicit [oculi mei] quia iustus in anima duos habet oculos dextrum, & sinistrum. Dexter est, qui videt Christi gratiam iam nobis factam, & præuidet faciendam. Sinister, qui malorum supplicia à Christo iudice inferenda intuetur. Vndè dexter oculus dicitur gratiæ, sinister pœnæ. Hos in Christum dicit defecisse, quia licet ardenter intueantur in eum, non tamen possunt ad plenum gratiam & iustitiam ipsius videre.

Item est oculus.
- Discretionis, vel præuisionis, vt hic. Et *Prou.* 4. d. Oculi tui recta videant, &c.
- Dilectionis. *Cant.* 4. c. Vulnerasti cor meum soror mea, sponsa, &c.
- Intentionis. *Luc.* 10. e. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.
- Prouisionis. *Iob* 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo. Et *Matth.* 18. b. Si oculus tuus, &c.
- Concupiscentiæ. *Gen.* 4. b. Aperti sunt oculi amborum.
- Corporalis. *Thren.* 3. f. Oculus meus deprædatus est animam meam.

Aliter in persona pœnitentis.

• iudicium, & iustitiam, potest dicere Domino. *a* Non tradas me calumniantibus me,] scil. dæmonibus quibus tradentur peccatores. *Psal.* 62. Tradentur in manus gladij partes vulpium erunt. His, non tradas me, sed. *c* Suscipe seruum tuum, ad te reuertentem in bonum, vt scilicet, des mihi gratiam benè operandi, qui præcepisti. *Psal.* 36. Declina à malo & fac bonum. Et quia scio, quòd Pharao contemptus surgit in scandala, & diabolus, qui vt ait *Greg.* illos pulsare negligit quos quieto iure possidere se sentit, cùm expulsus fit per pœnitentiam de corde meo, dicit illud *Luc.* 11. c. Reuertar in domum meam priorem. Ideò rogo quod. *d* Non calumnientur me,] id est, non per calumniam suam me capiant. *e* Superbi,] id est, dæmones, quos ille qui priùs fuit expulsus secum adduxit ad fortius me tentandum, secundùm quod dicitur *Luc.* 11. d. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Ergo, ne mihi simile accidat, suscipe me, in custodiam, præcipuè, quia, seruum tuum, ne fiam seruus diaboli, si fortè me non susceptum tradas calumniantibus me. Hoc etiam facias, quia inter angustias tentationum totam fiduciam meam pono in te. Hoc est quod sequitur. *f* Oculi mei defecerunt] præ desiderio respicientes. *g* In salutare tuum,] in Christum videlicet, vt ab eo mihi veniat auxilium, 2. *Paral.* 20. c. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt ad te nostros oculos dirigamus. *Psal.* 22. Ad te leuaui oculos meos. Duo sunt oculi in anima, scilicet, intentio in affectu, & cognitio in intellectu. De primo, *Luc.* 11. e. & *Matth.* 7. Si oculus tuus fuerit simplex, &c. De secundo, *Isa.* 64. b. Oculus non vidit absque te quæ præparasti expectantibus te. Isti oculi deficiunt in salutare Dei.
h Et in eloquium iustitiæ tuæ,] sicut qui vult respicere vltra magnum mare deficiunt oculi eius, ita homini desideranti, & contemplanti quod oculus non vidit, nec auris audiuit, 1. *Cor.* 2. c. In salutare tuum, hoc quantùm ad oculum affectus. Et in eloquium iustitiæ tuæ, hoc quantùm ad oculum intellectus. Et qui dignior est, præponitur. Secundùm autem primam, & secundam expositionem congruè subiungit.
i Fac cum seruo tuo.] Non quod fieri sibi petit, sed ex præcedenti ostenditur. Cùm enim dixerit: Defecerunt oculi mei, &c. & statim ait: Fac, idem est, ac si dicat, fac vt clarè videam illud Salutare in quod defecerunt oculi mei. *Luc.* 18. g. Quid vis vt faciam tibi? Domine vt videam. Quid enim aliud peteret cæcus, quam vt videret? Ideò ergo, quia hoc solùm volebat, & Dominus à quo petebat quid vellet, sciebat, non oportuit vt exprimeret quid sibi fieri petebat. *Psal.* 26. Vnam petij à Domino, hanc requiram. Et sequitur: Vt videam voluntatem, &c. *Ioan.* 14. a. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Si ergo oculos intelligamus, quos secūdùm primam expositionem diximus, dextrum, & sinistrum, siue gratiæ & pœnæ, cùm dicit: Fac secundùm misericordiam, primum qui est dexter, siue gratiæ petit illuminari. Cùm autem dicit Et iustificationes tuas doce me, sinistrum qui est pœnæ, & respicit Iudicium futurum, illuminari petit, secundùm illud *Eccl.* 18. c. Ante iudicium para iustitiam. Si autem secundùm aliam expositionem sumamus oculos, eodem modo, cùm dicit: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, primum qui est affectus petit illuminari. Cùm verò dicit: Et iustificationes tuas doce me, secundum, qui est intellectus, illuminari petit. Primus illuminatur per amorem, secundus per apprehensionem. De primo *Eccl.* 2. b. Qui timetis Dominum diligite illum & illuminabuntur corda vestra. De secundo, *Isa.* 60. a. Surge illuminare Ierusalem. De vtroque simul. *Psal.* 26. Dominus illuminatio mea, &c. Cùm autem dicit: Fac, Dei potentiam, & suam propriam impotentiam confitetur, q. d. ego facere non possum, *Ioan.* 15 a Sine me nihil potestis facere, Et *Phil.* 2. b. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere. Cùm verò dicit: Cum, se cooperatorem Dei recognoscit. Homo enim per applicationem liberi arbitrij, debet Deo cooperari, & non totum Deo dimittere, sicut illi qui dicunt: Si Deus daret mihi voluntatem, ego facerem hoc vel illud 1. *Cor.* 3. b. Dei adiutores sumus. Exemplum de rustico, qui flens rogabat Dominum vt saccum suum qui ceciderat releuaret. Cui dixit quidam transiens, stulte conare leuare saccum, & applica humerum tuum ad saccum, & tunc iuuabit te Dominus ad leuandum. Propter hoc benè dicit: Fac cum seruo tuo, quasi dicat, scilicet quantùm in eo est, paratus est seruire. Sed quia nec hoc Dei auxilium se mereri reputat iustus, addit: *k* Secundùm misericordiam tuā:] Non dicit secundùm merita mea: Et sic dicendo, infinitum petit. *Eccl.* 2. d. Secundùm magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Hoc etiam dicens: Secundùm misericordiam tuam, suam confitetur miseriam, & mercedem sperat indebitam. Tria autem quæ sequuntur sunt ex parte Dei. *l* Iustificationes] Ecce largitas Dei qui iustificat impios, & Solem suum facit oriri super bonos, & malos: *Matth.* 5. g. *m* Tuas] Ecce potentia. *Rom.* 8. f. Deus qui iustificat. *n* Doce,] Ecce sapientia. *Matth.* 23. a. Vbi est Magister vester. Et sic tangitur hic Trinitas. Dixit: Fac cum seruo tuo. Et posset quærere Dominus: Quid est seruus meus? Vndè respondet cum subiungit. *o* Seruus tuus sum ego,] & ideò, da mihi intellectum vt sciam testimonia tua. Quod opus est contra superbos calumniantes. Dicit itaque: Seruus tuus sum ego, scilicet, conditione, necessitate, humilitatis charitate. Vndè *Richardus de sancto Victore.* Quosdam seruos effecit ipsa natiuitas, quosdam belli necessitas, quosdam humilitatis charitas. Seruiam igitur Creatori meo iure conditionis; obsequar Regi meo ex reuerentia Maiestatis, subiiciar Saluatori ex feruore charitatis: Fortiter se vendicat à seruitute peccati, qui se nō dubitat nominare seruum Dei. *p* Tuus] non Baal, sicut illi de quibus 4. *Reg.* 10. e. Proferre vestimenta seruis Baal, secundū illud *Mat.* 11. a. Ecce qui mollibus vestiūtur in domibus

mibus regum fuut. Item non seruus ventris, sicut illi. *Rom.vlt.* c. Huiuscemodi Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri. Nec seruus Pharaonis, i. diaboli. 2. *Petr.* 2. d. A quo quis superatus est, eius & seruus est Nec seruus peccati. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et ideò, quia seruus tuus sum. *a* Da mihi intellectū] ecce petit quod supra dixerat se habere, *ibi*: super senes intellexi In quo dat intelligere, quòd eius quod habet petit incrementum, secundùm illud *Deut.* 3. d. Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam. Et sequitur. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam.

a da mihi intellectum, vt *b* sciam *c* testimonia tua. *d* Tempus faciendi † Domine, *e* dissipauerunt legem tuam. Ideò *f* dilexi *g* mandata tua *h* super aurum & Topazion *i* Propterea ad *k* omnia mādata tua dirigebar, *l* omnem viam iniquam odio habui:

m MEM *Pe, errani, vel os aperui.* Mirabilia *n* testimonia tua†

al. † Domino.

al. † Domine.

b Vt sciam] non tantùm vt videar scire. *Sap.* 15. a. Nosse te consummata iustitia est, & scire iustitiam tuam & veritatem tuam, radix est immortalitatis.

c Testimonia tua,] scilicet, vt sciam de te testimonium reddere, sicut *Act.* 23. d. dixisti Paulo. Sicut testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. *Matth.* 10. c. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Posset iterum Dominus respondere. Verè seruus meus es, & ideò faciam tecum, sed non modò, expecta adhuc. Propterea competenter subiungit. *d* Tempus faciendi Domine] supple est modò. Olim enim tempore veteris legis fuit tempus iubendi, quandó dabat Dominus præcepta grauia, & onus imponebat, quod nec Petrus, nec patres sui portare potuerunt, sicut dicit *Act.* 15. c. Sed modò tempore gratiæ, quando gratia Christi temperat grauedinem legis, tempus est faciendi. Et ideo etiam erit sine dilatione faciendi. Quia.

e Dissipauerunt legem tuam.] Hæc dissipatio maximè erit tempore Antichristi. Vndè necesse erit vt Dominus faciat cum seruis suis, & iustificationes suas doceat eos, ne in errorem inducantur electi, sicut dicitur *Matth.* 24. b. Possumus & hoc exponere in persona antiquorum expectantium primum aduentum, qui tempore Incarnationis erant, vt Simeon, & alij.

d Tempus faciendi Domine] scilicet, faciendi Incarnationem, *Ps.* 125. Magnificauit Dominus facere cum eis. *Luc.* 1. e. dicit B. Virg. Quia fecit mihi magna qui potens est. Vel faciendi, passionem. *Isa.* 28. f. Peregrinum est opus eius ab eo. Vel in persona Martyrum & Sanctorum expectantium stolam coporis.

d Tempus faciendi] iudicium. *Psal.* 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens.

e Dissipauerunt legem tuam] peruersè exponendo, vt Iudæi & Hæretici; non recipiendo, vt Pagani, transgrediendo, vt mali Christiani, secundùm quos specialiter potest exponi.

d Tempus faciendi] quia tempus illud datum est nobis ad pœnitentiam faciendam, & præcipuè in Quadragesima locum habet hoc, quando legitur & cantatur. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. 2. *Cor.* 6. a. In cœlo erit tempus ouandi & spatiandi; sed hic est tempus faciendi & tempus laboris. *Iob* 4. b. Homo natus est ad laborem & auis ad volandum. Vndè filius Dei factus homo, dicit, *Ioan.* 9. a. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox quando nemo potest operari. Si igitur oportuit Christum operari, quomodo licet homini esse otiosum? Et licet sit tempus faciendi, tamen multi non faciunt, sed dissipauerunt legem tuam, scilicet, transgrediendo. *Isa* 14. a. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Et quia dissipauerunt, ideo sunt de familia Pharaonis, qui interpretatur dissipator.

f Ideò] quia scilicet, [tempus] est [faciendi.

g Dilexi mandata] vt ea ex amore facerem. Vel [ideò,] id est, quia dissipauerunt legem tuam, dilexi mandata tua.] Et notat [ideo] non causam, sed occasionem, quia peccata malorum plerumque sunt iustis occasio bene agendi secundùm illud *Rom.* 11. b. Sed illorum delicto salus est gentibus. *Psal.* 9. Dum superbit impius, incenditur pauper, scilicet, ad diligendum mandata quorum dilectio est vtilis. *Ieron.* Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. [Dilexi] dico.

h Super aurum & topazion] quia vt *supr.* dictum est. *Psal.* 11. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum. Per aurum ergo & lapidem pretiosum multum siue topazion significantur diuitiæ temporales, super quas Sancti diligunt mandata, & super omnia mandatum de diligendo proximo. *Prou.* 12. d. qui negligit damnum propter amicum, iustus est. Et *Ecclesi.* 29. b. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. In veteri lege cùm sub velo latebat gratia, non poterat ita dici: Dilexi mandata tua super aurum; sed magis poterat dici, propter aurum. Tunc enim propter terrenam mercedem conabantur facere mandata, nec tamen faciebant, quia non amabant. Nunc verò rectè dicitur, super aurum, &c. Quoniam cùm amantur, omnis terrena merces vilis est, & incomparabilis reputatur.

i Propterea,] scilicet, quia super aurum diligebam mandata.

k Ad omnia mandata tua] facienda [dirigebar] vt ea recta intentione, scilicet, propter cœlestem mercedem, implerem, non incuruatus ad terrenam. *Cant.* 1. b. recti diligunt te. Vel sic: Ad omnia mandata tua dirigebar, vt ex rectis rectus fierem, sicut dicitur. Hoc dirigetur ad regulam. Et nota quod dicit: ad omnia, non tantum ad quædam, sicut multi qui cùm debent dirigi in confessione, quod sibi placet, hoc tantum sibi volunt iniungi. *Prou.* 18. a. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde suo. *Eccl.* 8. d. Non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. Et vt dirigerer.

l Omnem viam iniquam odio habui] hic etiam dicit: Omnem, non viam tantum, quia *Matthæi* 7. c Non potestis Deo seruire & mammonæ. 3. *Regum.* 18. d. Vsquequo claudicatis in duas partes [Iniquam, per peccatum. Omne enim peccatum est via iniqua, 1. *Ioan* 3. a. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas [Odio habui. Hoc enim, scilicet, peccatum debemus odio habere. *Psalm* 69. qui diligitis Dominum odite malum. Quod est contra inuidos, qui bonum odio habent, non iniquitatem, 1. *Ioann* 3. d. Diligatis alterutrum, non sicut Cain. Et nota quod illud quod odio habetur, aut fugitur, aut interficitur, aut captiuatur, aut reconciliatur, 1. *Corinth.* 6. d. Fugite fornicationem, *Genes.* 19. d. Nec stes in omni circa regione. Interficitur diabolus cùm vincitur. *supr. Psalm.* 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, quod de dæmonibus potest intelligi; vel de primis motibus, qui statim sunt interficiendi antequam crescant. *Psalm.* 136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Captiuatur intellectus, qui vult probare fidem per rationem, 2. *Corinth.* 10. b. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Pacificantur quandoque spiritus & caro, quando caro consentit obedire spiritui, quod significatur per animalia quæ pacata fuerunt in arca. Noë *Genes.* 7. c. Et *Isaiæ* 11. b. dicitur. Vitulus & vrsus pascentur simul.

Mirabilia, &c. Pe.] Hæc est 17. litera, quæ interpretatur erraui, vel os aperui. Et benè huic octonario præponitur, in quo supra dictorum calumniantium errori se compati, & os cordis sui ad eos patere ostendit, sicut dicit *Apost.* 2. *Corinth.* 6. c. Os nostrum patet ad vos ô Corinthij. Quâ etiam occasione os suum aperit ad suum, & omnium errorem antiquum recolendùm & plangendum. Et qualiter sicut ait sub hac litera *Ierem. Thren.* 2. e. Inimici aperientes os suum sibilauerunt in eum. Vndè & hîc huic literæ miserabilem subiicit Psalmum, cum dicit *inf.* Aspice in me, & miserere mei, & redime me à calumniis hominum, &c. Dolet ergo errorem populi, sed de remedio non desperat: Vndè verò spei occasionem sumat, præmittit dicens.

m Mirabilia testimonia tua,] q.d. pudet me erroris, non audeo oculos ad cœlum leuare, sed te tuæ miserationis conuenio testimoniis, quibus me ad sperandam veniam prouocasti. Illa testimonia vehementer admiror, dum video, quæ & qualia, & quot & quanta fecisti in tuæ testimonia bonitatis. Vndè dico [Mirabilia testimonia tua] Nec tamen mirum, quia à mirabili fiunt mirabilia. *Gen.* 32. g. Cur quæris Nomen meum quod est mirabile? *Isa.* 9. b. Vocabitur nomen eius Admirabilis [Mirabilia] Non tibi Domine, sed nobis, quia *Eccles.* 39. c. dicitur. Nihil est mirabile in conspectu eius.

n Testimonia tua.] Sunt multiplicia Dei testimonia, quæ omnia mirabilia sunt, scilicet, naturalia, legalia, Euangelica, moralia. *o* De primis, *Rom.* 1. c. Inuisibilia Dei à creatura Mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerūt, &c. In creaturis quidem qui scit animaduertere, possunt

Multiplicia Dei testimonia mirabilia.

inueniri

inueniri testimonia potentiæ Dei, & sapientiæ,& bonitatis.Potentiæ in creatione,sapientiæ in decore,bonitatis in ordinatione.Sed dicitur *Sap.*13. a.De his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui est : neque in iis operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex. Item legalia testimonia fuerunt mirabilia, sicut oblatio Isaac. *Gen.* 22. Et Et agnus paschalis *Exod.*12.Et serpês æneus.*Num.*21.c. Et de prophetia Balaam. *Num.* 34. c.Orietur stella ex Iacob, &c. Itê testimonia Euangelica, sicut stella quæ testimonium perhibuit. *Matth.* 2. a. Et Angelus pastoribus.*Luc.*2. b. & in morte,& in vita eius multa visa sunt testimonia mirabilia. Item moralia sunt, sicut illud *Ioan.* 13. d. In hoc cognoscent omnes quod mei discipuli estis si dilectionem habueritis ad inuicem.

† *a* ideo scrutata est ea anima mea. † *b* Declaratio sermonum tuorum illuminat, & † *c* intellectum dat paruulis. *d* Os meû aperui, & *e* attraxi *f* spiritum, quia *g* mandata tua desiderabam. † *h* Aspice in me, & *i* miserere mei, secundum *k* iudicium diligentium nomen tuum

al.† propter hoc.
al. † Manifestatio verborum.
al.† intelligere facit paruulos.
al.† Respice.

Testimonia Dei mirabilia.
- Nouitate. *Marc.*1. c. Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate spiritibus immundis imperat & obediunt ei.
- Profunditate *Rom.*11. d.O altitudo diuitiarû, &c. *Prou.*18. a. Aqua profunda, verba ex ore viri multò ergo fortius ex ore Dei.
- Sententiarum multiplicitate.*Prou.*13. d. Multi cibi in noualibus patrû, i.in Sacra Scriptura. *Osea* 8. d.Scribam eis multiplices leges meas.
- Conformitate. Sunt enim paruulis lac,magnis & adultis solidus cibus. *Cant.* 5. a.Bibi vinum meum cum lacte meo. Vino adulti, lacte, paruuli vtuntur.
- Erudiendi potestate.*Ps.*18. Testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. Vnde & *sup.* Super omnes docentes me intellexi testimonia tua meditatio mea est.
- Efficacia miraculorû.*Ioan.*5. f.Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. Et quia ita [mirabilia] &

a Ideo scrutata est anima mea] *sup.* Beati qui scrutantur testimonia eius. *Ioan.* 5. f. Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere. Si enim Iudæi scrutati fuissent testimonia Christi, veritatem cognouisse potuissent [Anima] id est, voluntas, non tantùm oculus, sicut *Matth.* 22.d. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima,id est,voluntate.*Isa.*26. b. Anima mea desiderabit te in nocte. Scrutando autem hæc,inuenit quod.

b Declaratio sermonû tuorû illuminat] Sermones dicit quos Sancti prophetauerunt.Vt *Isaia* 7.c.Ecce virgo concipiet & pariet filium quorum declaratio est Euangelium quo manifestè completa sunt quæ Prophetæ dixerunt. Hæc declaratio tenebras nostras illuminat.

c Et intellectum dat paruulis] i. humilibus, vt intelligant quare lex data sit quæ iustificare non posset.Ideo vtique, vt magnos, i. superbos faceret paruos,vt eos ad faciendam legem vires de suo non habere monstraret, & sic egeni ad gratiam fugerent.Non enim rectè possunt fieri mandata, nisi per Spiritum in corde charitas sit diffusa, vt dicitur *Rom.* 5. a.Propter quod subiungit.

d Os meum aperui:]Os,scil.cordis aperui,petendo,quærendo, pulsando.

e Et attraxi:]sicut sitiens attrahit aquam ad os.

f Spiritum) quod facerem quod per me facere non poteram. Et hoc.

g Quia mandata tua desiderabam] scire, & facere.Vel possumus sermones Dñi vocare, quicquid est in Sacra Scriptura,quos clarificant Magistri,& Prædicatores,dum apertè exponunt, & dum quod dicunt, in opere ostendunt. 2. *Thess.*3. a.Orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur. *Sap.*6.b. Clara est,& quæ nunquam marcesces sapientia. Et quid mirum?quia Dominus emundat argentum suum secundum illud *Malac.*3. a. Sedebit côflans, & emundans argentum, supple à scoria Philosophiæ. Sed nunc potest dici illud *Isa.*1. f. Argentum tuum versum est in scoriam, quia plus diligitur Philosophia, quam Theologia. Immo etiam multi Theologi magis innituntur Philosophiæ,legendo, & disputando, & prædicando, quam Theologiæ. Et tales non declarant, sed magis obscurant sermones Domini, sicut de Helu dicit Dominus.*Iob.*38.a. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? *Eccles.*24. c. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Ergo qui obscurant, habebunt mortem.*Prou.*14 a.Quærit derisor sapientiam,non inuenit, doctrina prudentium facilis. Philosophantes enim in Theologia, derisores sunt, quia Deum derident, & audientes deludunt.Et tales licet sapientiam,quærere videantur non inueniunt eam.Vnde 1. *Timoth* 6. a. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,superbus est,nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, &c. Qui enim relictis sermonibus, & verbi Iesu Christi, qui nunquam philosophicè prædicauit, verbis Philosophiæ vtuntur, sermonibus Christi videtur non acquiescere,nec doctrinæ quæ est secundum pietatem, sed ei quæ est secundum curiositatem. Et talis vt dicit *Apost.*superbus est, & ideo nihil sciens, &c. Nec partem nec in hoc verbo [Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis,] quasi dicat, non superbis disputatoribus tantum intellectum quantum humilibus & paruulis. Vnde *Matth.*11.d.dicit humilis Magister : Confitebor tibi pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudêtibus, & reuelasti ea paruulis. Et hoc etiam significauit *Luc.vltim.* vbi habetur, quòd duo euntes in Emaus dum fabularentur, & secum quærerent, id est, disputarent, & & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent:sed postquam coegerunt eum secum hospitari, per fractionem panis, id est, per opera pietatis cognouerunt eum. *Eccl.*34. d. Piè agentibus dedit Deus sapientiam. Quia igitur intellectum dat paruulis, ego vt paruulus.

Contra Theologos & Prædicatores innitentes magis Philosophia quã sacra Scriptura in eius expositione.

d Os meum aperui.] Sicut paruulus lactens os aperit ad vbera, ita ego vt sugerem lac sacræ doctrinæ *Isa.*60. a. secundum aliam literam : Filiæ tuæ lac sugent. *Iob* 29.d. Super eos stillabat eloquium meum expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Et sic aperto ore.

e Attraxi spiritum, i. spiritualem intellectum, de quo 2.*Corinth.* 3. b. Litera occidit, spiritus autem viuificat. *Iob* 28. c.Trahitur sapientia de occultis.Vel [Spiritû] sanctum, qui ab humilibus attrahitur, sicut dicitur *Isaia vlt.* a. secundum aliam literam. Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, &c. Hi vt spiritum attrahant, aperiunt os suum, vt peccatum confiteantur, vt pastum recipiant diuinæ consolationis, & ad laudandum Deum. E contra multi attrahunt spiritum vanæ gloriæ, sicut iactantes se,& pro inani gloria, prædicantes. *Ierem.* 2. e. In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. *Et* 14. a. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi Dracones.*Prou.*10. a. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos.

g Quia ,mandata tua desiderabam.] Argumentum est quod propter desiderium confertur homini gratia.*Isa.*26. Memoriale tuum in desiderio animæ. Ex hoc desiderio accensus,subiungit : *h* Aspice in me] *Sap.*4. c.Respectus eius in electos illius. Sed obiicitur. Ad quid quærit hoc, cùm Deus omnia aspiciat; secundùm quod dicitur, *Prou.*15. a. Oculi Domini côtemplantur bonos, & malos. Solutio. Ibi in prouerbiis loquitur de oculis præscientiæ, de quibus *Amos* 9. b. Ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum:Hic autem loquitur de oculis,siue de aspectu prædestinationis, & misericordiæ. Vnde subdit.

i Et miserere mei] *Ierem.* 24. b.Ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc. [Aspice] dico, [& miserere.

k Secundum iudicium diligentium nomen tuum,] id est secundum quod iudicas eos aspiciendos, & aspicere solos qui diligunt nomê tuum,quos vt te diligerent prius dilexisti. 1. *Ioan.* 4. b. Non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Vel[secundum iudicium diligentium nomen tuum) id est, secundum iudicium Confessorum, qui cum audiunt peccata compatiuntur, & statim dimitterent, & gratiam peccatori conferrent, si in eis esset hoc facere, tamen Dominus magis misericors est omnibus hominibus. Vel [diligentium nomen tuum,] i. Sanctorum, qui quia quandoque peccauerunt, compatiuntur, & parcunt peccatoribus. Vnde dicit *Aug.* loquens vt puto ad B. Virg. Non frangas pontem misericordiæ per quem transisti.Et in quo attendatur affectus huius misericordiæ, subiûgit:

a Gressus meos dirige] quia ego non possum eos dirigere, quia vt habetur *Ierem.* 10. d. Non est hominis via eius eius, néc viri est vt ambulet. *Prou.* 16.d. Domini est dirigere gressus. Gressus autem sunt animæ voluntates & & motus. *Greg.* Velle aliquid iam mente ire est. Et hoc. *b* Secundum eloquium tuum] scilicet; vt rectè incedam sicut docet eloquiū tuum. *Cant.* 7.a. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia Principis, id est, ô anima Dei filia. *Deut.* 33.d. Ferrum & æs calceamētū eius. Ideo securè & constanter trāsit spinas & lapides & lutum, secūdùm quod dicitur *Luc.* 10. c. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Et hoc est quod sequitur.

a Gressus meos dirige secundū *b* eloquium tuum, *c* non dominetur mei omnis † *d* iniustitia. *e* Redime me à calumniis hominum vt *f* custodiam mandata tua. *g* Faciem tuam illumina super seruum tuū, & *h* doce me *i* iustificationes tuas. *k* Exitus aquarum † deduxerūt oculi mei *l* quia nō custodierunt legē tuā.

al. † iniquitas.
al. † descenderunt.
al. † transierunt.

c Et non dominetur mei omnis iniustitia] *Eph.* 6.c. Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. *Gregor.* Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Et bene dicit [Non dominetur] non vt non sit, quia ex toto caueri non potest, sed dominium eius vitari potest. *Gen. cap.* 4 a. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et dicit omnis] Et licèt negatio præcedat hoc signum vniuersale, tamen vniuersalis negatiua est. In Theologia enim frequenter æquipollent omnis non, & non omnis.. Hic ergo vniuersaliter negatur dominium omnis iniquitatis, quia non sufficit omnia peccata præter vnum vitare, si vnum regnet, sicut dicit *Iacob* 2. b. Si quis totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.

d Iniustitia,] id est, peccatum per quod iniuria fit Deo, & ideo amittitur hæreditas quæ tenetur ab eo, scilicet, hæreditas æterna. Propter quod dicit *Apostolus Ephes.* 5. b. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatem in Rego Christi & Dei. *Sap.* 1. d. Iniustitia mortis est acquisitio, scil. mortis æternæ. Vel [omnis iniustitia] dicitur fomes à quo omnis iniustitia habet ortum Dico [dirige gressus meos] Sed quia multa sunt impedimenta in via.

e Redime me à calumniis hominum,] i. à falsis impositionibus eorum erue me, ne terroribus vincar. Et dicit [hominum] non dæmonum, quia quandoque grauius persequuntur homines quàm dæmones, quia vt dicit. *Ier.* nulla pestis efficacior ad nocendum quàm familiaris inimicus. Propter hoc Diabolus tentare volens Euam, non in propria forma venit, sed formam serpentis assumpsit qui mulieri similis videbatur. [Redime] ergo [me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua] quæ nō facilè custodiunt oppressum calumnia. Idem *supra* petit, dicens, Suscipe seruum tuum in bonum, non calumniētur me superbi. Hunc versum possunt & deberent dicere Prælati, quos oportet tota die interesse litibus, & calumniis determinandis, scilicet. [Redime me à calumniis &c.] *Ezech.* 22. g. Populi terræ calumniabantur calumniam & rapiebant violenter. Et bene dicit [redime] quia serui solent redimi, & Prælati, se fecerunt seruos calūniarum. *Osea* 13. d. De morte redimam eos. Lites autem dicuntur mors. *Eccl.* 26.a. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, super mortem autem omnia grauia.

f Vt custodiam mandata tua] de dilectione proximi & cura animarum. *Psalm.* 77. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis sui. Patres nostri sunt Prælati, quibus mandauit Dominus multa nota facere filiis, id est, subditis. Sed qui litibus & causis huiusmodi temporalibus occupantur, eius mandata non possunt custodire: Nam spiritualia totum vendicant Prælatum. Vnde & Petrus alios constituit ad dirimendum lites, si quæ orirentur, vt totus verborū prædicationi deditus esset, sicut habetur in itinerario Clementis. Sic etiam dixerunt Apostoli *Act.* 6. a. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, &c. Et *Exod.* 18. c. dixit Ietro Moysi. Stulto labore consumeris. Et post. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, &c. Sed quia etiam amotis calumniis hominum, non potest quis custodire mandata sine auxilio Dei & doctrina interiori, subiungit.

g Faciem tuam illumina seruum tuum] id est, opitulando tuam manifesta præsentiam.

h Et doce me] dando vnctionem [quæ docet de omnibus. 1. *Ioan.* 2. d.

i Iustificationes tuas] vt faciam eas. Vel.

g Faciem tuam illumina, &c.] i. Filium mitte in carnem, qui nos doceat iustificationes tuas, & fulgore gratiæ nos illustret. Filius enim dicitur facies Patris, quam illuminari petebat, *supra Psalm.* 79. Ostende faciem tuam & salui erimus. Et hoc desiderabat, & quasi importunus petebat. *Isaia sexagesimo secundo* a. dicens. Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur, &c. Vel sic Moraliter.

g Faciem tuam illumina super seruum tuum] homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei. Ad imaginem in naturalibus, ad similitudinem in gratuitis. Speciosa igitur est anima in qua facies Dei depingitur & illuminatur.

Cui diabolus inuidens accedit ad eam cum suo carbone, id est, cum deformi peccato, & nisi conspuat in eum & eum respuat, ipsam denigrat & eius pulchritudinem, tollit, sed non imaginem, quia vt supra dicitur *Psalm.* 38. In imagine pertransit homo. *Iœel.* 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam. *Isa.* 13. b. Facies combustæ vultus eorum. Quid igitur tali faciendum est? Eundum est ad illuminatorem Christum. Et primò oportet surgere. *Isai.* 60.a. Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, quasi dicat iacens non potest illuminari. *Ephes.* 5. d. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Secundò, postquam resurrexit debet ire. *sup. Psalm.* 33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur, quasi dicat, delebitur earum turpitudo. Tertiò rogandus est illuminator, vt dicatur. *Psal.* 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, iluminet vultum suum super nos. Et tandem poterimus dicere. *Ps.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c. *Prou.* 29. b. Pauper & & creditor obuiauerunt sibi, vtriusque illuminator est Dominus. Pauper est peccator, creditor Sacerdos. Hi sibi obuiant in Confessione: Et vtrumque illuminat Dominus. Peccatorem, dando veniam, & infundendo gratiam. Confessorem ampliando gratiam. Item maria interpretatur illuminatrix, quòd bene competit, quia ad prædictam illuminationem impetrandam multùm iuuat peccatorem. Postea autem sequi debet satisfactio. Vnde bene subdit [Et doce me iustificationes tuas.] Secundùm autem quamlibet istarum expositionum, bene subiungit.

k Exitus aquarum deduxerunt oculi mei] quasi dicat, non repellas orationem meam, qua ero [Faciem tuam illuminat, &c.] propter præcedentia peccata mea, quia de his doleo intantum, quòd [exitus aquarum,] id est, copiosam effussionem lachrymarum [deduxerunt] id est, de corde interiùs contrito eduxerunt [oculi mei] per quos ad cor intrauit peccatum, sicut dixit. *Ier.* 11. f. Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximam suam planctum, quia ascendit mors per fenestras vestras. Ideò [deduxerunt.]

l Quia non custodierunt legem tuam] ipsi oculi, quam non custodire dicuntur, quando sunt occasio, vt lex non custodiatur. Sunt enim portæ exterioris ciuitatis Dei, quæ deberent claudi vt intus in corde lex Dei esset immaculata & imperturbata ab hostibus exterioribus. Sicut super *Psal.* 36. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabūtur gressus eius. Quādo autē incautè aperiūtur istæ portæ & subintrat hostis, scil. diabolus & peccatum, tunc oculi, non custodiunt, sed potius destruunt legem. Sicut in persona peccatorum deplorat. *Iere. Thr.* 3. f. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Vel, vt fletus iste non iam contritionis quàm compassionis dicatur, sic potest legi [Quia non custodierunt legem tuam] ipsi præuaricantes. De quibus supra habitum est. Et est sensus facere debes quod deprecor, quia peccatis proximorum & inimicorum intantum compatior, quod [exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam] *Gregorius.* Apud Deum perfectè diluit propria, qui piè plangit aliena. 1. *Timoth. cap.* 4. c. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Hos [exitus aquarum petebat, & sic compatiebatur *Ieremias capitul.* 11. a. dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum & plorabo die ac nocte super interfectos filiæ populū.

Iere. 13. c.

Ieremiæ 13. c. Deducat oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini.

IVstus es Domine. Sadik.] Supra ostendit propheta se fleuisse, *ibi*. [Exitus aquarum, &c.] Et quia post fletum sequitur consolatio, sicut dicitur *Matth*. 5. a. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et *Tob*. 3. d. Post lacrymationem,& fletum exultationē infudis. Ideo huic octonario præponitur litera Sadik] quæ interpretatur consolatio. Vnde sumatur hæc consolatio ostendit, dicens. *a* Iustus es Domine, &c.]

al. † valde.
al. † tabefecit.
al. † tuus.
al. † verborum tuorū.
al. † valde.
al. † Iunior.

Sadik, consolatio.

a IVstus est *b* Domine, *c* & rectum *d* iudicium tuum. *e* Mandasti iustitiam *f* testimonia tua, & veritatem tuam † *g* nimis. † *h* Tabescere me fecit zelus meus, † quia *i* obliti sunt † verba tua inimici mei. Ignitum *k* eloquium tuum † vehementer, & *l* seruus tuus dilexit illud. † *m* Adolescentulus sum ego, & contemptus.

Qui enim pro commissis suis se flere, dixit, & se pro eis puniri, cogitans Deum iustum esse, qui non puniet bis in idipsum, qui pœnitentibus veniam promittit, spem veniæ concipit, & consolationem recipit in hac Dei iustitia. Quandoque enim de misericordia, quandoque de iustitia Dei consolatio accipitur, sicut in *Glo*. satis prolixè tractatur. Qui enim pro suis peccatis dolore cordis atteritur, cùm cogitat quod non obliuiscetur misereri Deus, hunc misericordia consolatur. Qui verò vt diximus seipsum iam punit, & iustitiam in terra sua facit, vel qui etiam non est conscius peccatorum, & tamen à Deo affligitur, & cogitat quòd hoc pro occultis peccatis quæ ignorat sibi à iusto iudice infertur ne in æternum pro eis puniatur, isti ambo de Dei iustitia consolationem consequuntur. Quam se consecutum ostendens, dicit [Iustus es Domine] qui peccatores punis, & punientes se remuneras. *c* Et rectum iudicium tuum] quo iubes peccatorem se affligere pro peccatis quæ recolit, & pro eis quæ ignorat ipsum corripis, & affligis. *Daniel* 9. d. Iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ fecit *Baruch*.2. b. Vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos, quoniam iustus est Dominus in omnibus operibus suis. *Daniel*.3.d. Vniuersa quæ fecisti nobis Domine in vero iudicio fecisti. Dicit ergo.

a Iustus es] ergo timeant iniusti.

b Domine] ergo timeant superbi qui dicunt, non seruiemus.

c Et rectum] ergo timeant distorti. *d* Iudicium tuum] quia Iudex es, ergo timeant iudicandi. Sequitur.

e Mandasti iustitiam testimonia tua] quasi dicat, quia iustus est Dominus, ideo nihil mandat nisi iustitiam [iustitiam dico.

f Testimonia tua, & veritatem tuam] id est, ipsa iustitia quam mandasti, & testimonia, & veritas tua, quia mandando iustitiam probas te iustum, & sic veritas de te innotescit. Vel: [Mandasti] id est, præcepisti [testimonia tua] id est, præcepta quæ sub attestatióne probata sunt. [Testimonia] dico iustitiam, & veritatem tuam] quia in eis iustitia, & veritas continentur. Iustitia, quia omnia æquè decernunt. Veritas,quia promissa reddunt. Quod autem subditur. *g* Nimis] dubium est an velit dicere, mandasti nimis, an iustitiam, & veritatem nimis. Et ad vtrumque potest competenter iungi. Nam inculcare veritatem, & iustitiam nimis, districtio est, nimis vero mandare cautela. Si ergo dicatur [Nimis mandasti] hoc est per Angelos, & per Prophetas, & per cæteros, & multis temporibus mandasti, & tandem per Filium tuum. *Hebr*. 1. a. Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. In hoc versu notantur tria nobis esse mandata, scilicet, iustitia, testimonia, & veritas, Iustitia, vt fiat in operibus. Testimonia, vt custodiantur à Iudicibus. Veritas, vt prædicetur à Prædicatoribus. Et hoc [Nimis] id est, nullo obstante, quia etiam propter scandalum non debent intermitti. Secundum illum versum.

Versus. Deus mandat tria, & Diabolus similiter tria.

Scandala non metuunt Doctor, iudex, bona vita. Vel sic. *Iustitia, vita, doctrina scandala cedunt.*

Vel aliter, Mandasti iudicium, omnibus iudicantibus [Testimonia] credentibus [Veritatem docentibus. Diabolus vero mandat contraria, scilicet, iniustitiam. *Sap*.2. c. Sit fortitudo nostra lex iustitiæ. Et voluptatem. *Eodem* b. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Et falsitatem. *Ioan*. 8. f. Cùm loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Et hoc. [Nimis] scilicet, vt omnibus innotescat. *Isa*. 3. b. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt. Et quia tu mandasti, & tamen mandata tua non seruantur, ego qui zelo, & diligo mandata tua, doleo, & transgressoribus compatior. Hoc est quod subiungit.

h Tabescere me fecit zelus meus] vel [tuus.] Propter hoc [quia obliti sunt verba tua inimici mei.] Zelus iste non liuoris, sed amoris dicitur. De quo bene dicitur & [meus, & [tuus] quia hominis est zelus, eo quod in ipso est, & Dei est, quia ab ipso, & ad eum est. Iste facit iustum tabescere, id est, liquefieri ex compassione, quando iniustos videt oblitos esse verborum, & mandatorum Dei. Et quia obliti sunt, ideo inimici ab ipso vocantur, iuxta illud *sup*. Iniquos odio habui. De ista tabefactione idem dicitur *sup*. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Et *inf*. Vidi præuaricantes;& tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Alia litera habet, Consumpsit me zelus tuus, quod idem est. *Sup*. *Psalm* 78. zelus domus tuæ comedit me. Quod autem hic dicitur, Tabescere me fecit zelus meus, vel [tuus] est contra eos qui non compatiuntur peccatoribus *Isa* 57. a. Iustus perit, & non est qui recogitet. *Bernard*. Cadit asina, & est qui releuet, perit anima, & non est qui cogitet. [Obliti sunt] contra illud, *Deut*. 8. c. Obserua, & caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, atque iudicia. Nec mirum si tabescere me fecit zelus,] quia

k Ignitum] est [eloquium tuum vehementer] & ideo calefacit, & liquefacit. *Cant*.5. b. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. *Eccl*. 28. a. Tabedo, & mors imminent in mandatis, quasi dicat, accendunt hominem, & zelum prouocant, ita quòd pro eis mori paratus sit: Sicut dixit quidam 2. *Machab*. 7. a. Parati sumus mori magis quam patrias Dei leges præuaricari. Hoc etiam quod subiicitur:

l Et seruus tuus] quicunque [dilexit illud. Vel sic potest continuari.

i Obliti sunt verba tua] quod tamen mirum est, quia [ignitum eloquium tuum] non parum, sed [vehementer] & ideo non debuisset calor eius recessisse de cordibus eorum. *Ierem*. 5. d. Ecce do verba mea in ore tuo in ignem, & populum in ligna. Qui applicat ignem lignis, non possunt non ardere: Vnde cum modò multi Prædicatores non accendant auditores, videtur vel quod non habeant ignem; vel quòd populus non est ligna, sed lapides, immo plus quàm lapides, cum dicatur *Ierem*. 23. f. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petras? *Zach*. 7. c. Cor suum posuerunt vt adamantem ne audirent legem, & verba quæ misit Dominus in Spiritu suo sancto, Ecce ignis, sed non ligna. *Ecclesi*. 48. a. Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat.

l Et seruus tuus dilexit illud.] Vnde, quia illi non diligunt, se non esse seruos Dei ostendunt. Et ideo vocauit eos inimicos,dicens. [obliti sunt verba tua inimici mei. Dilexit,] non timuit, sicut Iudæi de quibus dicitur,*Heb*. 12.e. Qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbum. Quòd autem homo non diligit verbum, ex hoc accidit quòd non est expertus virtutem verbi, aut quòd infirmitatem suam non sentit, & ideo non quærit ignem medicinalem, secundum quod dicit *Origen*. Iesus ægris suis non herbarum succis, sed verborum sacramentis medicamenta conquirit. Et post addit: Ex agris,& montibus herbas non colligit, nisi qui vires earum nouit; sic cum ex libris colligere negligit, aut parui pendit, qui inesse virtutem medicaminis nescit. Et posset quis dicere isti, si ignitum est eloquium Dei, & tu qui es seruus Dei diligis illud, quare ergo inimicos tuos non accendis eloquio Dei? Vnde respondens, dicit.

m Adolescentulus sum ego]& ideo [contemptus: Et tamen [iustificationes tuas non sum oblitus,] sicut illi maiores. Hic possunt intelligi duo populi, maior sub lege, minor

Vel sicut priùs tetigimus, hoc dicit iuuenis qui se à prædicatione excusat. *m* Adolescentulus sum ego, & contemptus] quasi dicat, etsi habeam eloquium Dei ignitum, tamen quia non sum maturæ ætatis, ideo sum contemptus, licet dicat Apostolus 1. *Timoth*. 4. c. Præcipe hæc & doce, nemo adolescentiam tuam contemnat. Est autem triplex adolescentia, siue iuuentus quæ contemni facit Prædicatorem, scilicet, ætatis, scientiæ, & vitæ. De duobus primis satis patet. De tertia quæ est vitæ: *Isa*. 65.d. Puer centum annorum morietur. Qui igitur Prædicator est, debet esse sciens & bonæ famæ, & virilis ætatis. *Eccl*. 26. c. Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem

Triplex adolescentia quæ contemni facit Prædicatorem.

stabilem.

ª minor sub gratia. Iste ætate sequitur, sed fide præcedit, contemptus est, sicut Ioseph inter fratres. *Gen.* 37. a. Et Dauid inter suos. 1. *Reg.* 17. d. Et ideo maior factus est, quia contemptibilia Mundi elegit Deus 1. *Cor.* 1. d Reprobans eos qui suam iustitiam volunt statuere, *Rom.* 10. a. Iunior verò iste non suam, sed Dei iustitiam statuit, de qua subiungit, *b* Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua] spiritualis, est, [veritas] quia per eam est cognitio veritatis, & ipsa est testimonium iustitiæ Dei. Pro ipsa minor patitur à maiore, sicut Iacob ab Esaü, vnde subdit: Tribulatio & angustia inuenerunt me.

a Iustificationes tuas non sum oblitus. *b* Iustitia tua iustitia in æternum, & *c* lex tua *d* veritas. *e* Tribulatio & † angustia inuenerunt me, *f* mandata tua, meditatio mea est. † *g* Æquitas testimonia tua in *h* æternum, *i* intellectum da mihi & *k* viuam.

al. † necessitas.
al. † Iustitia.

l  *Kuph, conclusio.*

Clamaui in *m* toto corde

⊖ Stabilem. Lucerna splendens. Ecce scientia. Super candelabrum, id est, super Ecclesiam. Ecce vita siue fama. *Luc.* 11. e. Nemo accendit lucernam & in abscondito ponit, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen, videant species faciei: Ecce maturitas. Super ætatem stabilem. Ecce ætas & virilitas *Iob.* 12. b. In antiquis est sapientia. *Eccl.* 25. a. Quam speciosa veterans sapientia & gloriosus intellectus & consilium! *Eccl.* 32. a. Loquere tu maior natu, decet enim te primum verbum; sed nunquid adolescens nunquam loquetur? Immo si præcipiatur vt obediat. *Eccl.* 32. b. Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit. *Ierem.* 1. b. A a a Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum. Et sequitur. Noli dicere quia puer ego sum, &c. *Dan.* 13. e. Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris. Ecce quòd cùm præcipitur eis debent obedire. Si autem aliter loqui præsumunt, malè faciunt, & contemptibiles sunt, & fructum impediunt quem tempore debito facturi erant, sicut qui colligit fructus antequam sint maturi. *Sap.* 4. d. Fructus eorum inutiles & acerbi ad manducandum. *Isa.* 18. c. Ante messem totus effloruit, *Isa.* 17. d. Manè semen tuum efflorebit, ablata est messis in die hæreditatis. *Isa.* 28. a. Erit flos decidens gloriæ quasi temporaneum ante maturitatem Autumni.

a Iustificationes tuas non sum oblitus] quasi dicat, licet propter ætatem excuser à prædicatione, non tamen negligens in studio & sancta meditatione, sed Christum semper habeo in corde qui iustificat, qui etiam est iustitia, 1. *Cor.* 1. d. Factus est nobis à Deo sapientia & iustitia, &c. Vnde bene subdit.

b Iustitia tua] id est, Christus, iustitia in æternum. *Heb.* 13. b. Iesus Christus & ipse, heri, & hodie, ipse & in sæcula. *Sap.* 1. d. Iustitia perpetua est & immortalis. *c* Et lex tua] de hac iustitia procedens, sc. Euangelium, est. *d* Veritas] *Ioan.* 17. c. Sermo tuus veritas est. *Ioan.* 18. g. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Econtra. *Prou.* 26. d. Lingua mendax non amat veritatem Lingua mendax est lingua Aduocati, quæ omnem veritatem odit. Qui autem diligit veritatem, pro ea patitur tribulationem, vnde subdit. *e* Tribulatio, & angustia inuenerunt me] 2. *Timoth.* 3. c. Omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Hoc est quod dicitur à quibusdam. 1. *Malac.* 1. b. Disponamus testamentum cum gentibus quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos mala multa. Dicit ergo [Tribulatio] exterior & angustia interior [inuenerunt me] paratum & expectantem. *sup.* Ego in flagella paratus sum. Et nota quod quidam inueniuntur à tribulatione, scilicet qui eam expectant & patienter suscipiunt. Alij inueniunt eam, scilicet qui eam quærunt & contra se prouocant. *sup.* de vtraque. Pericula Inferni inuenerunt me, tribulationem & dolorem inueni. Sed sunt quidam quos tribulatio quasi paratos ad sustinendum inuenit, sed nimis sæuiens eos citò deiicit: Vnde iste se non deiectum ostendens subiungit. *f* Mandata tua meditatio mea est] quando dicat non propter tribulationem dimitto bonam voluntatem implendi mandata, sed cogito quomodo melius ea valeam adimplere. Simile habetur *sup.* Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Ipsa etiam meditatio mandatorum contra tribulationes est remedium, sicut dicitur in *Glo.* Et hoc innuit cum subiungit.

g Æquitas testimonia tua] quasi dicat, cogitando & meditando mandata, solatium contra tribulationes inueni, aduertens, quod [testimonia tua] id est, martyria quæ fiunt per tribulationes, sunt [æquitas.]

h In æternum] id est, semper iusta sunt. Et vt magis exprimeret, non dixit, æqua, sed æquitas. Ecce concludit quod in principio proposuerat. Iustus es Domine & rectum iudicium tuum. Vel sic [Testimonia tua] id est, martyria & tribulationes sunt, æquitas in æternum, id est, causæ æternæ iustitiæ, quia iustificant hominem vt in æternum iustus sit. Hoc est quod dicitur *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum cœlorum. Et qui hoc aduertit & intelligit, de tribulationibus non tristatur. Vnde petit.

i Intellectum da mihi] vt intelligam id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis, sicut dicitur. 2. *Cor.* 4. Et vt etiam intelligam, quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. *Rom.* 8. *d*

k Et] per hunc intellectum [viuam] id est, ipsa tribulatio erit mihi ad vitam, non ad mortem. Ad mortem quidem est tribulatio, quando inde homo murmurat & tristatur, 2. *Cor.* 7. c. Tristitia sæculi mortem operatur. *Iob.* 4. d. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt.

Clamaui in toto corde, &c.] In præcedenti versu postulauit Propheta sibi dari intellectum vt viueret, quo habito vult operari. Nam ad opus ordinatur intelligentia, iuxta illud. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Et iterum. Intellectus bonus omnibus, facientibus eum. Sed quoniam quanto magis vult homo bona operari, tanto plus Diabolus conatur seducere, & à bono auertere. Quod significatur *Exod.* 14. vbi Pharao cum toto exercitu suo persequitur filios Israel, de Ægypto fugientes, ad terram promissionis properantes. Vbi dicit *Glo.* Pharao contemptus surgit in scandala. Propter quod dicitur. *Eccl.* 2. a. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Præponitur autem huic octonario hæc litera [Kuph] quæ interpretatur conclusio, quoniam Diabolus iustos ex omni parte conatur concludere ne possint ad bona exire. Vnde *Thr.* 3. b. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Concludit enim à superiori, per ambitionem dignitatum; ab inferiori, per concupiscentiam voluptatum; ab interiori, per concupiscentiam oculorum; à posteriori, per reminiscentiam peccatorum; à sinistris, per aduersa, à dextris, per prospera. Vnde *Eccl.* 9. d. Ciuitas parua & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus & vallauit eam, extruxit munitiones per gyrum & perfecta est obsidio. Quod attendens Salomon, scilicet hominem sic conclusum dixit *Prou.* 4. d. Omni custodia serua cor tuum. Sed quoniam vir fidelis non præsumit de suis viribus, sciens à solo Domino posse liberari, ad eum solum recurrendum elegit, sicut custos castri obsessi, ad Dominum castri mittit nuncios pro succursu, quia vt dicitur *inf.* Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Propheta ergo in persona generalis iusti vndique obsessi, & quasi infirmi, nimime de sua virtute confidentis, dicit.

Diabolus concludit iustos ex omni parte.

l Clamaui] ad Deum sicut obsessus ad Dominum suum, petens auxilium, sicut ægrotus ad Medicum, petens consilium; sicut infantulus ad nutricem, petens edulium *Baruch.* 3. a. Et nunc Domine Deus Israel anima in angustiis & spiritus anxius clamat ad te. Sed quia multi clamant ad Dominum qui non exaudiuntur, quia non bene clamant. Vnde *sup.* Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret ad Dominum, nec exaudiuit eos. Ideo Propheta modum clamandi ostendit, dicens. *m* In toto corde] quasi dicat, non tantum ore, sed corde. Nec corde diuiso, quia mens diuisa non impetrat, vt dicit *Cas.* Sed [toto] quod est, quando aliunde non cogitatur, vt dicit *Cas.* Est autem clamor cordis, vt dicit *Aug.* Magna intentio cogitationis, qui clamor fit cogitationum sublimitate, contentuque virtutum, qui etiam silente corporis voce, semper à Deo auditur. Vnde *sup.* Clamor meus in conspectu eius, i. in corde, vbi ipse conspicit, introiuit in aures eius. Talis fuit clamor Moysi. *Exod.* 14. d. Et Annæ vxoris Elimelech, 1. *Reg.* 1. d. Et Susannæ. *Dan.* 13. e. Et nota quod est clamor prædicationis. *Isa.* 40. b. Clama. Et dixi, quid clamabo? Omnis caro fœnum. *Ps.* 68. Laboraui clamans, &c. Et est clamor accusationis. *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum & Gomorræorum multiplicatus est, descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Et est clamor quærimoniæ, *Gen.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra, *Iac.* 5. a. Ecce merces operariorũ vestrorũ qui messuerũt regiones vestras quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorũ in aures Dñi Sabaoth introiuit. Et est clamor orationis. *Ps.* 141. Voce mea ad Dñm clamaui. *Ps.* 87. Ad te Dñe clamaui, & manè oratio mea præueniet te. Et est clamor timoris. *Matt.* 14. c. Videntes

Clamor cordis quid sit.

Clamor multiplex.

cum

eum supra mare ambulantem turbati sunt, dicentes, quia phantasma est, & præ timore clamauerunt. Et est clamor doloris. *Matth* 27. f. Iesus autem clamans voce magna, emisit spiritum. Et est clamor admirationis. *Matth.* 27. e. Circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eli Eli lamma, &c. quasi dicat, mirã dum est. Quid autem clamauerit, subdit.

al. † exquiram.
al. † vt.
al. † intempesta nocte.
al. † verbis tuis speraui.
al. † matutinum.

meo *a* exaudi me *b* Domine, *c* iustificationes tuas † requirã. *d* Clamaui ad te *e* saluum me fac, & *f* custodiam mandata tua. *g* Præueni † *h* immaturitate, & *i* clamaui quia in † *k* verba tua supersperaui. *l* Præuenerunt oculi mei *m* ad † te *n* diluculo, vt *o* meditarer *p* eloquia tua. *q* Vocem meam † audi secundum *r* misericordiam tuam Domine, & secundum *f* iudicium tuum *t* viuifica me. *u* Appropinquauerunt persequentes me † iniquitati, à *x* lege autem tua longè facti sunt

al. † exaudi.
al. † iniquè.

a Exaudi me] i. ad exitum audi. *b* Domine] qui potest Dominus. Domine est nomen potestatis, vt dicit *Ambrosius*. Et posset aliquis quærere, quid facies cùm fueris exauditus, nũquid otiosus eris? Respondet quòd non immo in bonis operibus exercebor. Vnde sequitur.

c Iustificationes tuas requiram] ad faciendum, non tantum ad studendum. Iustificationes autem dicuntur mandata, quæ facientes iustificant, & etiam viuificant. Vnde *Matth.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Sequitur. *d* Clamaui ad te;] Repetitio clamoris nota est magnæ affectionis, & continuationis. Taliter enim & tamdiu clamandum est donec exaudiamur. *Isa.* 58. a. Clama, ne cesses. *Ionæ* 2. b. Clamaui ad Dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me. Quid autem petat clamãdo subiungit.

e Saluum me fac] in præsenti salute gratiæ. De qua *Rom.* 8. c. Spe salui facti sumus & in futuro salute gloriæ, De qua. *Ierem.* 17. b. Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero. De vtraque dicitur supra. *Psal.* 87. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte corã te. Interim autem, id est, inter illas duas salutes, debent seruari mandata, quia per hæc seruatur gratia, & venitur ad gloriam, *Prou.* 3 a. Præcepta mea cor tuum custodiat, longitudinem enim dierum, & annos, vitæ, & pacem apponent tibi. Ideo sequitur.

f Et custodiam mandata tua] corde, & opere. *Ambrosius.* In hoc quod dicitur, [clamaui] notatur promptitudo affectus. In hoc autem quod sequitur [Custodiam mandata] sedulitatis obsequium ad quod est omnis homo. Vnde. *Ecclesiastes vlt.* d. Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo. Sequitur. *g* Præueni in maturitate] Quinque modis exponitur hoc in Glosa. De quadruplici immaturitate. Primò dicit, quod clamore mentis præuenit horam humanis actibus opportunam. Vnde sensus est [Præueni] Tempus aptum ad operandum.

i Et clamaui] clamore mentis, scil. magno o audi affectu, vt dicit *Glosa*. *h* Immaturitate] id est, in nocte antequam sit tempus operandi Est enim immaturitas, vt dicit *Augustinus*, nox intempesta, i. humanis actionibus importuna. Vnde alia translatio habet; Præueni intempesta nocte] *Threnor.* 2. f. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum. *Isa.* 26. b. Anima mea desiderabit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. In secunda expositione dicitur, quod præuenit diem Iudicij in nocte huius sæculi clamando ad Dominum. Vndè *Augustinus*. Nox est totum sæculum, in quo clamamus præuenientes diem in quo merces dabitur. Est igitur sensus.

g Præueni] diem Iudicij.

i Et clamaui] corde, & ore.

h Immaturitate] seu [intempesta nocte] i. toto hoc sæculo. Quod nocti comparatur. Primò, propter somnolentiam. 1. *Thess.* 5. b. Qui dormiunt, nocte dormiunt. Secundò, propter ferarum frequentiam. *Psalm.* 103. Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ, dæmones, hæretici, latrones. Tertiò, propter ignorantiam, quia omnia modò sunt incerta, in futuro vero quasi in luce manifesta erunt. 1. *Corinth.* 4. a. Nolite ante tempus indicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. In tertia expositione dicitur, quod præuenit tempus gratiæ desiderando aduentum Christi, & prophetando de eodem. Vndè sensus est,

Hoc sæculum comparatur nocti.

g Præueni] tempus gratiæ. *i* Et clamaui desiderando aduentum Christi, & prophetando de ipso. *h* Immaturitate, siue [intempesta nocte] i. toto tempore quod fuit aduentum Christi, quod respectu temporis gratiæ dicitur nox. *Rom.* 13. d. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. *Threnor.* 3. c. Pars mea Dominus dixit anima mea propterea expectabo eum. In quarta expositione dicitur quod præuenit horam aliarum actionum, id est, antequam aliud faceret clamabat ad Dominum, iuxta illud *Matth.* 6. d. Primum quærite Regnum Dei. Vndè sensus est. *g* Præueni] horam aliarum operationum.

i Et clamaui] corde, & ore, iuxta illud 1. *Cor.* 14. c. Orabo spiritu, orabo & mente.

h Immaturitate,] i. maturè, i. in principio totius operationis: Ac si diceret, primum opus meum fuit clamare ad Dominum. Et hæc expositio concordat Græcæ translationi, quæ sic habet: Præueni ante horã, & clamaui. *sup.* Media nocte surgebã ad cõfitẽdũ tibi. In quinta expositione dicitur, quod præuenit senilẽ ætatem, in pueritia senilem grauitatem tenendo. Vnde sensus est: *g* Præueni immaturitate, i. ætate immatura, maturitatem ætatis, id est, senectutem grauiter & maturè in annis puerilibus conseruando. *Sap.* 4 b. Senectus venerabilis, est non diuturna, neque numero annorum computata: Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata *Cassiodorus*. Magnum est, & laudabile si in feruore ætatis sint homines temperati & reluctantem carnem coerceant rationis imperio, parcaque frugalitate castigent, & seruituti redigant, ne effrænata libertate luxuriet. Propter quod dicitur, *Thr.* 3. c. Bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua, *Prou.* 22. a. Adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Sequitur. *k* Quia in verba tua supersperaui,] id est, super omnia alia, vel super omnes alios speraui, credens, firmiter, & sperans, quòd potes facere quod promittis, *Ioan.* 17. c. Sermo tuus veritas est.

l Præuenerunt oculi mei] interiores intellectus cogitando, siue meditando, & affectus desiderando, directi, [ad te cognoscendum, & diligendum.

n Diluculo] temporis, vel virtutis. Tunc enim est bona hora meditandi, & orandi. *supr.* Quoniam ad te orabo Domine, manè exaudies vocem meam, manè astabo tibi &c. *August.* Pudor est si radius Solis in strato otiosum te inuenit. Primitias ergo cordis, & vocis tota die Deo sacrifica, & tunc nox vertetur tibi in lucem, non temporis, sed gratiæ. *Prou.* 8. b. Ego diligentes me diligo, & qui manè vigilant ad me inuenient me. Vel sic. *l* Præuenerunt oculi mei, exteriores, horam vigiliarum, vel alios, surgentes. *m* Ad te laudandum. *n* Diluculo] temporis, vel virtutis. Ad quid? *o* Vt meditarer illa hora.

p Eloquia tua] ad intelligendum, & faciendum ea. Vel sic in persona Ecclesiæ.

l Præuenerunt oculi mei,] i. Prædicatores.

m Ad te] confitendum, & prædicandum. *n* Diluculo] virtutis, vel ætatis, vel etiam temporis quâ horâ Christus resurrexit: Ideo boni Prædicatores tali hora surgunt. Ad quid?

o Vt meditarer] in eis [eloquia tua: Quæ meditatio est inflammatio amoris, iuxta illud *Psal* 38 In meditatione mea exardescet ignis. Sequitur. *q* Vocem meam audi] quasi dicat ita studiosè vigilo & clamo ad te non tamen in hoc confido, sed magis in misericordia tua: Ideo [vocem meã audi,] i. ostende te audisse faciendo quod peto. *r* Secundũ misericordiam tuam Domine] quæ semper parata est iuuare petẽtes. Vnde *sup.* Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua adiuuabat me. *Dan.* 9. e. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis: Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac. Hæc est virtus orationis, vt non ex merito orantis, sed ex misericordia illius qui oratur vires sumat. *Eccl.* 34. d. Oratio humiliantis se penetrabit nubes. *f* Et secundum iudicium tuum] non quo in futuro iudicabis, sed quo supplicibus parcis, & damnãtes clementer absoluis, vt dicit *Cassiodorus*. *t* Viuifica me] mortuum lege peccati, de qua morte dicitur *Sap.* 2. d. Inuidia diaboli intrauit mors in Orbem terrarum. Et posset aliquis quærere; Quare ita clamas? Quia *u* Appropinquauerunt persequentes me iniquitati,] i. profectui, & effectui, & augmento iniquitatis suæ: Nam per hoc augetur iniquitas eorum, & elongantur à charitate. Vnde sequitur. *x* A lege autem tua longè facti sunt] de qua dicitur *Gal.* 6. a. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sequitur.

Prope

a Propè es tu,] q.d. illi appropinquauerunt, sed non nocuerunt, quia [propè es tu Domine, mihi tribulato, intus adiuuans & confortans. *sup. Ps.90.* Cum impio sum in tribulatione, &c. Nota, Dominus prope est vere orantibus ad audiendum *Ps.144.* Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus in vocantibus eû in veritate *Isa.55.b.* Inuocate eum dum prope est. Item propè est patientibus siue tribulatis ad auxiliandū. *Ps.33.* Iuxta est Dñs his qui tribulato sūt corde *Isa.43 a.* Cū trāsieris per aquas tecū ero, & flumina nō operient te. *Bern.*

Prope est Dominus multis

al. † Ab.

> *a* Prope es tu Domine, & *b* omnes viæ tuæ *c* veritas † *d* Initio *e* cognoui de *f* testimoniis tuis *g* quia in æternum fundasti ea, *Res, caput.*
>
> *h* Vide humilitatem meam *i* & eripe me, *k* quia legem tuam non sum oblitus

Quātumcunq; sæuiat tribulatio, non putes te derelictum si memineris scriptum esse. Cum ipso sum in tribulatione. Itē propè est laborātibus ad remunerandū *Ph.4 a.* Modestia vestra nota sit omnib. homin. b. Dñs prope est. *Is.51.b.* Prope est iustus me⁹, egressus est Saluator me⁹. *Eccl.11.c.* Benedictio Dñi mercedem iusti festinat. *Ioel.3.a.* Citò velociter vicissitudinem reddet in caput eorum. *Iacob.5.b.* Ecce iudex ante ianuam assistit. Item propè est de se loquentibus. *Luc.24. b.* Factum est dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Item propè est infirmantibus. *Luc.10. f.* Samaritanus quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius. Item propè est pœnitentibus ad se reuertentib. Exemplum, *Luc.16. c.* de filio Prodigo, cui reuertenti, pater incubuit super collum. Item de latrone. *Luc.23.f.* cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso. Item propè est omnibus etiam malis existentibus ad recipiendum, quandocumque redire volunt. *Act.17. f.* Non longè est ab vnoquoq; nostrûm in quo mouemur, viuimus & sumus. *Apoc.3.d.* Ego sto ad ostium & pulso. Væ illi qui per annum facit eum expectare ad ostium suum. *Cant.5. a.* Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenū est rore, & cincinni mei guttis noctium. De hac propinquitate habemus exemplum in vitis patrum, vbi dicitur, quod quidā frater tentabatur de fornicatione, & veniens in Ægyptum rogauit quendam Sacerdotē paganorum, vt daret ei filiā suam in vxorem, qui accepto consilio à Deo suo promisit ei daturū se filiam suū si negaret Deum, & Baptismum & fidem, & propositū monachale: qui libenter consensit, & statim vidit columbam de ore suo exeuntem & in cœlū volantē. Et cū renunciasset hoc sacerdos paganus Deo suo: dixit ei: Noli ei dare, quia adhuc non recessit ab eo Deus suus. Audiens hoc frater, dixit in corde suo, hæc est maxima bonitas Dei, ipsum negaui, & adhuc non recessit à me, & reuersus ad eremū, retulit cuidam seni, qui orauit pro eo, dicēs frequenter in oratione: Domine da mihi hāc animā. Sic fecit per tres hebdomadas. Finita primā vidit columbā altè super caput volātē. Finita secūdā, vidit frater columbā descendentē propriùs iuxta caput suum. Finita tertiā, vidit frater columbam stantē super caput suū, & statim intrauit per os eius. Et cū renunciasset hoc seni, dixit ei Senex: Suscepit Deus pœnitētiam tuā, attende tibi de cætero, & esto sollicitus vt Diaboli tentationibus resistas. Igitur. *a* Propè es tu Domine] vnicuiq; homini adiuuando, confortando, conseruando subueniendo, inspirādo, cognoscendo quicquid facit aut cogitat. Vnde *Boët. de consol.* Magna nobis indicta est necessitas probitatis, nisi dissimulare velimus, cū cuncta agam⁹ ante oculos Iudicis cuncta cernentis. *b* Et omnes viæ tuæ veritas] i. omnia opera tua per quæ venitur ad te per cognitionē & amorem, & tu ad nos per potentiæ, sapientiæ bonitatis tuæ declarationem. *Rom 1.c.* Inuisibilia Dei, &c. sunt vera & in veritate à te qui veritas es facta. Item, [omnes viæ tuæ] i. beneficia tua promissa & flagella cōminata quib. venit ad nos, & nos ad te, [sunt. *c* veritas] i. in veritate exhibita vel exhibenda, q.d. quicquid promittis siue bonū siue malū, in veritate reddis, licet tardè aliquando. *Eccl.5.b* Altissimus est patiens redditor. *Gl.* Quæri potest, quomodo hic dicantur omnes viæ Domini veritas, cum alibi dicatur. *Ps.24.* Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Sed sciendum, quod erga Sanctos omnes viæ sūt misericordia, & omnes veritas, quia & in iudicando subuenit & ita non deest misericordia, & in miserē do exhibet quod promisit, ne desit veritas. Nota quod multæ sunt viæ Dñi. Vna, quā venit ad nos carnem assumendo in Virgine, & de Virgine, de qua *Ps.17.* Impolluta via eius

Boëtius lib. vlt. de conso. in fi.

Secunda, qua fuit per Mundum nobiscum viuēdo, de qua *Ps.18.* Exultauit vt gigas ad currendam viam. Item *Ps.109.* De torrente in via bibit. Tertia, qua iuit in Infernum pro nobis moriendo, de qua *Ps.67.* In mari via tua. *Heb.10.d.* Christus initiauit nobis viam nouā & viuentem per velamen, i. carnem suam. Quarta, qua rediit de Inferno in cœlum, de qua *Iob. 28. b.* Semitam auis ignorauit. Prima fuit in humilitate, ideo pacifica: Idcirco in Natiuitate cantauerūt Angeli: Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et de hac via dicit *Ps.13.* Viam pacis non cognouerunt, superbi, [inter quos sunt semper iurgia, vt dicitur *Prou.13. b* Secunda fuit in paupertate, ideo plana. *Isa. 40. a.* Erunt aspera in vias planas. Tertia fuit in asperitate ideo dura. *Ps.16.* Propter verba labiorū tuorum ergo custodiui vias duras. Quarta fuit in potestate, ideo recta. *Sap.10. b.* Iustum deduxit Dñs per vias rectas. De his quatuor viis dicitur *Prou.30. c.* Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viā Aquilæ in cœlo; viam Colubri super petram; viā nauis in medio mari, viam viri in adolescentula. Hæc vltima est humilitas in Incarnatione. Via nauis in medio mari, est via paupertatis in Mūdi conuersatione. Via colubri super petram, est via asperitatis in Christi Passione. Via Aquilæ in cœlo, est via potestatis in Christi Resurrectione & Ascensione. Omnes istæ viæ fuerunt in veritate. Ideò de omnibus hic dicitur: [Et omnes viæ tuæ veritas.] Sequitur. *d* Initio, &c.] Ostendit Propheta quomodo sciit quod omnes viæ Domini sint veritas, verbum suum dirigens ad ipsum Dñm sicut priùs. Vnde quasi Dominus quæsiuisset ab eo, quādo & quomodo scis, quod omnes viæ meæ sunt veritas, respondet, quia ab initio hoc sciuit. & per ipsius Dñi testimonia. Et hoc est, reuera scio, quod omnes viæ tuæ sunt veritas, quoniā [initio] i. ab initio huius operis. *e* Cognoui] hoc. *f* De testimoniis tuis] i. per testimonia tua: Vnde in principio libri dixit Propheta de Dño: Beatus vir qui non abiit in concilio impiorū, & in via peccatorum non, stetit. Et credendū est [testimoniis tuis.] *g* Quia in æternū fundasti ea] i. sunt immutabiliter vera. Vnde *sup. Ps.92.* Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, vel sic. *d* Initio] i. ab initio humani generis: Ex tunc. n. fuit Ecclesia siue generalis iustus, in cuius persona loquitur Propheta. *e* cognoui de testimoniis tuis] id est, de verbis tui quibus] testificatus es te daturū bonis præmium, malis supplicium. *g* Quia in æternum fundasti ea] i. quia inuiolabiliter sunt vera, & per Christum qui est fundamētū, propter quod aliud nemo ponere potest, vt dicitur *1. Cor.3. c.* monstrata sunt vera. Vel testimonia vocat præcepta, vt dicit *Gloss.* quæ dicuntur fundata in æternum, quia pro eis neglectis, vel seruatis merces, vel pœna æterna redderur. Vnde sensus est. *d* Initio] i. in Adā qui pro neglectis punitus, & in Abel qui pro seruatis remuneratus: Vel, [initio] i. per antiquos Patres, qui ea tenendo venerunt ad æterna bona. *e* Cognoui de testimoniis tuis] i. de præceptis tuis. *g* Quia in æternū fūdasti ea] i. talia fecisti vt per ea veniatur ad æternitatem, si contemnantur pœnæ, si custodiantur ad æternitatem gloriæ.

Multæ sunt viæ Domini.

Luc.2. b.

Vide humilitatem meam.] In præcedenti octonario actum est de clamore conclusi petentis liberari & exaudiri. Et quia nemo liberatur, neque exauditur nisi per humilitatem qua semper exauditur. Vnde *Iudith.9.d.* Humiliū & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Eccl.35 d.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & ideo nō discedet donec Altissimus aspiciat. *Ps.114.* Humiliatus sum & liberauit me. Ideo huic octonario præponitur hæc litera, [Res] quæ interpretatur caput, & significat humilitatem, quæ est caput omnium virtutum, vt dicit *Gloss.* sicut superbia initium omnium malorum, vt dicitur *Eccl.10.b.* Dicit ergo. *h* Vide] q.d. propè es tu Dñe: Igitur, [vide humilitatem meam] qua clamo ad te, & per quam propè es, & quam libenter respicis. *Luc.1.c.* Respexit humilitatem ancillæ suæ, *sup. Ps.101.* Respexit in orationem humilium & nō spreuit præce. eorum. *i* Et] gratia ipsius: [eripe me] à circundantibus me. *k* Quia legem tuam non sum oblitus] quæ dicit: Qui se humiliat exaltabitur. *Luc.14. c.* & *18. c.* Et *iterum* Gloriam præcedit humilitas. *Prou.25. d.* Et *iterum.* Humilem spiritu suscipiet gloria. *Prou.29. d.* Nota quòd Deus multipliciter videt. Ad illuminandum, *Ioan.9. a.* Præteriens Iesus vidit hominem cæcum, &c. Item ad conuertiēdū. *Matth.9.a.* Cùm transiret inde Iesus vidit hominem sedentē, &c. Itē ad liberandū. *Exod.3.b.* Vidi afflictionem populi mei, &c. Item ad promouendū. *Luc.1.c.* Respexit humilitatem ancillæ suæ. Item ad discernendū. *Ps.13.* & *52.* Respexit super filios hominum vt videret, &c. Item ad remunerandum. *Gen.4. a.* Respexit ad Abel & ad munera eius. Itē est humilitas afflictionis. *Ps.* In veritate tua humiliasti me.

Deus multipliciter videt.

Humilitas multiplex.

Item infe-

Item infectionis quæ est à fomite. *Ps.* 37. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem. Item simulationis. *Eccl.* 19. d. Est qui nequiter se humiliat. Item deiectionis. *Luc.* 14. c. Qui se exaltat humiliabitur. Item virtutis. *Prou.* 15. d. Gloriam præcedit humilitas. Et hæc est triplex vt dicit *Rabanus*. Necessaria, sc. subdere se maiori. Abundans, sc. subdere se æquali. Superabundans, sc. subdere se minori. Hãc habuit Christus & docuit, verbo, quando dixit: Sic decet nos implere omnẽ iustitiã. *Matth.* 3. d. Exemplo quando lauit pedes discipulorum. *Ioan.* 13. a. De hac dicitur *Prou.* 15. a. In abundanti iustitia virtus maxima est. Ad hanc hortatur Petrus. 1. *Pet.* 2. c. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Item nota quod est lux naturæ, quæ fuit data homini in eius creatione, habens tantum duo præcepta. Vnum affirmatiuum. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos eadem facite illis *Matth.* 7. b. Alterum negatiuum. Quod ab alio oderis tibi fieri, vide tu ne aliquãdo alteri facias. *Tob.* 4. c. De hac lege dicitur *Rom.* 1. b. Cũ gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi lex sunt. Item est lex Scripturæ, quæ fuit data Iudæis in deserto habens decem præcepta. De qua *Ioan.* 1. b. Lex per Moysen data est. *Rom.* 5. d. Lex subintrauit vt abundaret delictum. Item est lex gratiæ quæ data fuit discipulis in monte, & scripta in Euangelio. De qua *Isa.* 2. a. De Sion exibit lex. *Rom.* 3. d. Vbi est gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non. Sed per legem fidei. Item lex culpæ siue fomitis, quæ non est data, sed ex peccato causata. De qua *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Sequitur.

al. † Miserationes.

Lex multiplex.

a Iudica iudicium meum & *b* redime me, propter *c* eloquium tuum *d* viuifica me. *e* Longè à peccatoribus salus, quia *f* iustificationes tuas non *g* exquisierunt † Misericordiæ *h* tuæ *i* multæ Domine, secundum *k* iudicium tuum viuifica me.

a Iudica iudicium meum] Ostendit, qualiter vult eripi, s. vt sua causa iudicetur, vt ipse redimatur, vt ipse viuificetur; siquidem hæc tria petit in hoc versu, iudicari, redimi, viuificari. Exponitur autem versus iste tripliciter de triplici iudicio. Primò, de iudicio discussionis causæ quam habet homo contra diabolum qui vult eum exhæredare. Et quia vir iustus scit se habere iustam causam, ideo petit eam iudicari à iusto Iudice, qui non potest corrumpi, quia iustus est; nec falli quia sapiens est; nec vinci, quia potens & fortis est. Vnde *sup.* *Ps.* 7. Deus iudex iustus, fortis, & patiens, & ideo sapiens. Est igitur sensus. *a* Iudica Iudi. meum] i. dicta vel da sententiam de causa mea quã habeo contra diabolũ, quia licet ego peccauerim, tamen ipse non habet iustam causam vexandi me. Vnde *Ioan* 14. d. Venit Princeps Mundi huius, & in me non habet quicquam. Et *Martinus*. Quid astas cruenta bestia, nihil in me funestum reperies. Vel. *a* Iudica iudiciũ, &c.] i. discerne causam meã & cognosce qualis sit. *b* Et redime me] à vexatione eius iniusta. *sup.* Redime me Dñe à calumnis hominum vt custodiam mandata tua. Secundo modo exponitur de futuro Iudicio, quo Dominus iudicabit fines terræ, quia vir iustus conscius innocentiæ suæ & sperans in misericordia Dei, petit festinari, vt sic liberetur à malis. Vnde sensus est. *a* Iudica iudicium, &c. i. accelera futurum iudicium quo inter alios iudicabor. Siquidem omnes astare oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, seu bonũ seu malum. 2. *Cor.* 5. b. *b* Et redime me] à malis illatis, innatis, & contractis, quod reuera erit, quando hoc mortale induet immortalitatem. 1. *Cor* 15. g. Quam liberationẽ petit naturaliter omnis homo. *Rom.* 8. d. Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati, n. subiecta est omnis creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam, in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. Tertiò exponitur de iudicio examinationis. Et est sẽs. *a* Iudica. &c.] examina discretionẽ fidei meæ, quã distinctè credo articulos fidei. *b* Et redime me] sanguine tuo à debito mortis. *Os.* 13. De morte redimã eos. *c* Propter eloquiũ, &c.] verificandũ, quo dixisti. Qui credit in me, non morietur in æternum, sed habebit vitã æternã *Ioan.* 11. c. Viuifica me] vita gratiæ in præsẽti, & vita gloria in futuro *Ioan.* 6. g. Verba quæ locutus sũ vobis, spiritus & vita sũt, *e* Lõgè à peccatorib.] In principio hui' octonarij allegauit vir iustus meritũ humilitatis suæ petẽs eripi à cõclusione inimicorum, & posuit vnam causam, quia legem Dei nõ erat oblitus. Postea ostendit qualiter volebat eripi, vbi subdit [iudica, &c.] sc. per discretionem, redemptionem, viuificationem, quæ tantum bonorum est, quia [longè] est [à peccatoribus] qui peccandi habent consuetudinẽ [salus] gratiæ & gloriæ, quia dator vtriusque salutis ab eis diuisus est propter peccatorum multitudinem. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et meritò elongata est salus à peccatoribus. *f* Quia iustificationes tuas] id est, mandata tua & legem tuam, quæ facientes iustificant (*Rom.* 2. b. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur) *g* Non exquisierunt] id est, ex corde non quæsierunt ad faciendũ, licet fortè ad sciendum aliqui peccatores quærant. *Isa.* 58. a. Me de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit, rogant me iudicia iustitiæ & appropinquare Deo volunt. Sed minimè appropinquant, nisi ore tenus tantum. Vnde *Ier.* 12. a. Prope es tu ori eorum, & longè &c. Nota quod triplex est salus. Vna corporalis, de qua *Io.* 5. c. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Hæc non semper longè est à peccatoribus, immo frequenter propinqua ad malum eorum. Alia est spiritualis, de qua *Ier.* 17. b. Sana me Domine & sanabor. Hæc longè est à peccatoribus. Tertia est cœlestis, de qua *Psal.* 37. Non est sanitas in carne mea. Prima est tam bonorum quàm malorum, secunda tantum bonorum, tertia est beatorum. Prima est naturæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima tollit morbos corporum; secunda morbos spirituum; tertia vtrosque, quia absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. *Apoc.* 21. a. Est, & quarta salus, quæ est fons aliorum, scil. Christus, de qua *Ioan.* 4. c. Salus ex Iudæis est. Quæ & si secundùm iustitiam longè sit à peccatoribus, tamen secundùm misericordiam prope est. Vnde sequitur. *h* Misericordiæ tuæ] quibus misereris, sunt. *i* Multæ Domine] quia multis, & in multis, & multotiens, & multis modis, & multis de causis misereris. Sunt & magnæ, quia magnas miserias miserendo releuat, & magna peccata miserendo relaxat. Vnde Propheta, quia multa & magna peccata fecerat, dixit. Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam, & secundùm multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Sunt etiam multæ & magnæ misericordiæ Dei, quia multi, & magni sunt effectus misericordiæ ipsius ad homines. Primus est ipsius hominis creatio. 1. *Cor.* 15. b. Gratia Dei sum id quod sum. Secundus, hominis redemptio. Sola quippe gratia sua, sicut fecit hominem, sic redemit. 1. *Ioan.* 3. c. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. *Eph.* 2. a. Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum etiam essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo cuius gratia sumus saluati. Tertius est hominis peccatoris expectatio. *Isa.* 30. d. Expectat vos Deus vt misereatur. Vndè *Rom.* 2. a. An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis ignorans quoniam benignitas eius ad pœnitentiam te adducit? Quartus vindictæ dissimulatio. *Sap.* 11. d. Omnium misereris, quia omnia potes, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Quintus est fugientis peccatoris reuocatio. *Isa* 30. c. Aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Sextus est reuertentium clemens susceptio. *Luc.* 15. d. Cùm adhuc longè esset vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius. Septimus est conseruatio. *Thren.* 3. c. Misericordiæ Domini est, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Octauus est velox auxiliatio. *Ps.* 93. Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua adiuuabit me. *Eccl.* 35. d. Speciosa est misericordia in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Nonus est viuificatio. *Ps.* 108. Vide quoniam mandata tua dilexi Dñe, in misericordia tua viuifica me. Decimus est saluatio. *Ps.* 35. Saluum me fac Deus secundùm misericordiam tuam. Propter hoc effectus magnos & multos dicit Propheta. Homines & iumenta saluabis Dñe, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam. Et alibi. *Psal* 85. Magna est misericordia tua super me, & eruisti animam meam ex Inferno inferiori. Et ne fortè misericordia videatur omnino excludere iudicium, subiungit. *k* Secundùm iudicium tuũ viuifica me] vitã gratiæ in præsenti, & vitã gloriæ in futuro. Est autem iudicium Dñi multiplex, s. iudiciũ discussionis siue disceptationis, de quo *Ioel.* 3. a. Cõgregabo omnes gentes, & deducam illas in vallem Iosaphat & disceptabo ibi cum eis. *Ps.* 41. Non intres in iudicium cum seruo tuo. Domine. Hoc fiet cum dicet Dñs. Esuriui & non dedistis

Quadruplex salus.

Misericordia Dei multa, & magna secundum multiplices eius effectus.

Dei multiplex iudicium.

ſtis mihi manducare,&c. *Matth.* 25.d. Super quem locum dicit *Gloſſ.* Si tanta diſtrictione agitur cum illis qui non ſunt largiti ſua, quid fiet contra illos qui rapiunt aliena Item eſt iudicium exercitationis, de quo *Ioan.* 9. g. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant,& qui vidẽt cæci fiant. *Ioan.* 3. c. Qui non credit iam iudicatus eſt. Item eſt iudicium diſcretionis, de quo *Pſ.* 44. Iudica me Deus & diſcerne

al. † perſequentes & tribulantes.
al. † in ſenſatos.
al. † nõ obſeruantes pactum.

a multi † qui perſequuntur me & tribulant me, à *b* teſtimoniis tuis non *c* declinaui. Vidi † *d* præuaricantes & *e* tabeſcebam, *f* quia eloquia tua non cuſtodierunt. *g* Vide quoniam *h* mandata tua dilexi Domine, in *i* miſericordia tua viuifica me. Principium *k* verbum tuorum *l* veritas,

cauſam meam. Item eſt iudicium miſerationis. *Pſ.* 53. Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me. Item eſt iudicium retributionis, quod fiet in futuro, quando reddet vnicuique iuxta opera ſua. Nec erit ſine miſericordia, quia bonis ſupra meritum, malis citra meritum reddet, de quo *Pſ.* 97. Iudicabit populos in æquitate. Vnde vir iuſtus ſciens, quod non fiet illud iudicium ſine miſericordia, maximè illis qui fecerunt miſericordiam, confidenter dicit [ſecundùm iudicium tuum viuifica me] Vel de iudicio miſerationis poteſt exponi ſecundum *Gloſſ.* Et eſt ſenſus [Secundùm iudicium tuum] quo in præcedenti parcis peccantibus viuifica me, vitam gratiæ inſpirando. Et poſſet aliquis quærere, quare petis hoc? Quia. *a* Multi] ſunt [qui perſequuntur me exteriùs,& tribulant me, interiùs. *ſup.* Multæ tribulationes iuſtorum. *Ier.* 20. c. Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu, perſequimini & perſequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei. Nota, primus perſecutor tribulator iuſti ſpiritus, eſt caro, quæ perſequitur blandiendo & alliciendo. *Gal.* 5. c. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Quæ perſecutio figurata eſt. *Iudic.* 16. c. in Dalila & Samſone. Hæc illum crinibus ſpoliauit in gremio recumbentem, & caro ſpoliat ſpiritum virtutibus, & ſanctis meditationibus ſibi conſentientem. Deinde tradidit Philiſtæis, i. dæmonibus qui eum excæcant, i. rationis vſum & cœleſtium contemplationem auferunt. Deinde ponunt eum ad molam, i. ad curam & ſollicitudinẽ temporalium. Ideo dicit, *Mich.* 7. b. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. *Eccl.* 9. a. Nõ des mulieri, i. carni poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. Secundus perſecutor eſt Mundus, quæ perſecutio figurata eſt. *Geneſ.* 31. c. in Laban, qui perſecutus eſt Iacob tribus diebus. Laban enim interpretatur candidatio, hic eſt Mundus qui in ſuperficie candidus apparet, ſed interius ſordidus eſt. Iacob interpretatur luctator vel ſupplantator; hic eſt vir iuſtus qui luctando Mundũ & carnem ſupplãtat. Laban ergo, i. Mundus ſiue gloria temporalis perſequitur Iacob, i. virum iuſtum qui peregrinatur in Mundo. Iuxta illud Incola ego ſum apud te & peregrinus ſicut patres mei. Iacob ergo fugientem cum liberis ſuis & vxoribus, i. virum iuſtum à Mundo recedentem cum bonis operibus ſuis, quæ in vita actiua & contemplatiua genuit, perſequitur Mundus. Et hoc per tres dies, ſcil. peccatum cordis, oris, & operis. Nam ſi quartâ die perſecutus eſſet eum, id eſt, peccato conſuetudinis, vix euaſiſſet. Sed liberatur vir iuſtus per acetuum teſtimonij, i. per Sacram Scripturam. Tertius perſecutor eſt diabolus, de quo. 1. *Pet.* 5. d. Aduerſarius veſter diabolus,&c. Et figuratur iſta perſecutio in perſecutione Saulis & Dauid. Siquidem Saul ſola inuidia perſequebatur Dauid, ſic diabolus virum iuſtum. *Sap.* 2. d. Inuidia diaboli intrauit mors in Orbem terrarum; imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius. *Iſa.* 52. d. In Ægyptum deſcendit populus meus à principio vt colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Quartus perſecutor ſunt parentes. *Mich.* 7. b. Inimici hominis domeſtici eius. *Iere.* 9. b. Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat,& in omni fratre ſuo non habeat fiduciam, quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit omnis amicus fraudulenter incedet. Quinta perſecutio eſt Tyrannorum, qui bona Eccleſiæ diripiunt & Martyres occiderunt. Sexta eſt Hæreticorum, qui fidem Eccleſiæ corrumpunt & Confeſſores afflixerunt. Septima eſt falſorum fratrum qui mores & vitam Eccleſiæ malis exemplis corrumpunt. Octaua eſt Aduocatorum qui pacẽ Eccleſiæ perturbãt *Eccl.* 28. c. Lingua tertia multos cõmouit. *Pſ.* 67. Diſſipa gentes quæ bella volunt. Nona eſt Prælatorum qui Eccleſiam cõfundunt, conſanguineos ſuos de terra ſua, & de parentela ſua in ſuis Eccleſiis promouendo. Contra quos dicitur *Abac.* 2. c. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus & præparat vrbem in iniquitate. His omnib. adiuncti ſũt maligni Spiritus, qui per ſe & ſuos Eccleſiã & filios Eccleſiæ perſequuntur. Vnde *Eph.* 6. b. Induite vos armaturam Dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quia nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, i. aduerſus homines tantum, dicit *Gloſſ.* ſed aduerſus Principes & poteſtates aduerſus Mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. De omnibus his dicitur ſup. *Pſ.* 37. Inimici autẽ autem mei viuunt & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati. Et licet tot ſint tamen.

Nouem perſecutores iuſti ſpiritus.

b A teſtimoniis] i. ab obſeruantia mandatorum tuorum, vel à ſtudio teſtamentorum, quæ tuæ veritati perhibent teſtimonium.

c Non declinaui] quin ſemper & mandata facerem & in lege ſtuderem. Vnde ſup. *Pſ.* 1. In lege Domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte. Sequitur.

d Vidi] q. d. non tantum [non declinaui à teſtimoniis tuis] inter tot tribulationes & perſecutiones, immo etiam tantum zelum habui tunc quod de inimicorum malitia dolui. Et hoc eſt [Vidi præuaricantes] i. præcepta legis Naturalis, Moſaicæ, Euangelicæ tranſgredientes *e* Et tabeſcebam] i. præ dolore deficiebam *ſupra.* Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Item tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Sic Phinees, *Num.* 25. b. Sic Moyſes, *Exod.* 32. d. Quando proiecit tabulas. Sic *Paul.* 2. *Cor.* 11. g. Quis ſcandalizatur & ego non vror? Et ſubiungit cauſam doloris ſui.

f Quia eloquia tua non cuſtodierunt] id eſt, præcepta tua quæ ideo data ſunt vt ſeruentur *ſupra.* Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Præcepta Domini quandoque dicuntur eloquia, quia apertè ſignificant, & loquuntur. Quandoque verba, quia ſunt notæ & ſignificationes voluntatis Dei ad homines. Quandoque teſtamenta, quia promiſſiones & legata Dei ad amicos ſuos continent. Quandoque iuſtificationes, quia facientes iuſtificant. Quandoque mirabilia, quia inſolita & noua præcipiunt. Quandoque æquitas, quia æqualitatem habent. Quandoque veritas quia dicunt res ſicut ſe habent. Quandoque iuſtitia, quia nihil iniuſtum vel ordinatum continent. Quandoque præcepta, quia vt fiant, dantur. Sequitur. *g* Vide] i. te videre oſtende. *h* Quoniam mãdata tua dilexi Domine] i. ex dilectione impleui. *Prou.* 3. a. Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat, longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi. Vnde ſequitur.

Præcepta Domini diuerſimodè appellantur.

i In miſericordia tua viuifica me] vitâ gratiæ in præſenti, & vitâ gloriæ in futuro, non meritis meis. *ſup. Pſal.* 62. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas. Sequitur.

k Principium verborum tuorum] i. quæ in principio & primo homini facienda & ſeruata mandaſti: Vt, De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, &c. Sunt. *Gen.* 8. b.

l Veritas,] i ad veram gloriam cuſtodita, ducentia, vel ad veram pœnam neglecta. Vel, [Principium verborum tuorum veritas] i. verba quæ in principio primis parentibus dixiſti, vera ſunt, ſcilicet. Quacunque hora comederis morte morieris, ſicut dixiſti ita euenit. Ipſi reuera comederunt mortui ſunt cum tota poſteritate ſua, i. mortis neceſſitati addicti. *Rom.* 5. b. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſit in quo omnes peccauerunt. Item, [Principium verborum tuorum,] i. primum verbum tuum à quo omnia verba formantur, ſ. filius eſt [veritas.] *Ioan.* 14. a. Ego ſum via, veritas, & vita. Et ideo neceſſe eſt vt omnia verba Dei ſint vera, quia à vero non exit niſi verum, ſicut à bono non exit niſi bonum. Item, [principium verborum tuorum eſt, [veritas] id eſt, à principio verborum tuorum, i. Scripturarum, quod eſt Geneſis, vera dixiſti vſque in finem, *Mat.* 5. c. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Item [principium verborum tuorum veritas] i. primum verbum quod dixiſti ſcriptum in Euãgelio, verum eſt. *Luca* 4. c. Traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum inuenit locum vbi ſcriptum erat: Spiritus Domini ſuper me, &c. Hoc dixit quando erat duodenis: Vnde ante hoc non legitur aliquid dixiſſe, voce humana. Item, [principium verborum tuorum veritas] id eſt, à veritate procedunt verba tua,& ideo veracia ſunt & neminem fallunt, quia ſicut promittis ita fit, & ſicut prædicis ita euenit. Vnde ſequitur.

In æternum

a In æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ] durabunt,ſcil. quia ſententiam datam , ſiue de bonis , ſiue de malis, nec tempus, nec ratio,nec res vlla poterit ſubuertere vel immutare.ſup.*Pſal.*35.Iuſtitia tua ſicut montes Dei. *Eccl.*11. b. Si ceciderit lignum ad Auſtrum ſiue ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit. Item [In æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ[i. quibus iuſtitiam iudicas , ſupple durabũt ſine vlla immutatione. *Iacob.* 1. c. Apud quem non eſt tranſmutatio.Vel iudicia iuſtitiæ] vocat præcepta quæ homines iuſtificant. Et hæc ſunt [in æternum] id eſt ad æternitatem ducunt.

in æternum *a* omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Schin , ſuper vulnus.

l PRincipes *c* perſecuti ſunt me *d* gratis,*e* & à *f* verbis tuis *g* formidauit cor meum. † *h* Lætabor ego *i* ſuper eloquia tua *k* ſicut qui inuenit ſpolia multa. † *l* Iniquitatem *m* odio habui & *n* abominatus ſum , *o* legem autem tuam dilexi. *p* Septies in *q* die † *r* laudem dixi tibi , *ſ* ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

al. † Exultabo.
al. † Iniuſtitiam. 26.*q.*7. *c. affectum.*
al. † laudaui te. 91. *diſt. cap. presbyter.*

PRincipes.] Superius dixerat vir fidelis ſe ſuſtinere multas tribulationes , & habere multos perſecutores , *ibi* : Multi qui perſequuntur me & tribulant me. Et quia poſſet putari quod inuitus & dolens ſuſtinuiſſet eas, ideo in hoc octonario dicit tribulationes ſibi fore gratas, quia ſunt medicamenta contra vulnera peccatorum , tumorem reprimentia , dolorem mitigantia , ſaniem expellentia , fracturam conſolidantia : Ideo præponitur ei hæc litera ,] Schin] quæ interpretatur , ſuper vulnus, quia ſicut emplaſtrum à Medico ponitur ſuper vulnus vt ſanet : ſic tribulationes à Deo immittuntur vt ſanent vulnera peccatorum. Vnde *ſup. Pſal.* 59. Da nobis Domine auxilium de tribulatione , *Iob.* 5. c. Increpationem Domini ne reprobes , quia ipſe vulnerat & medetur, percutit & manus eius ſanabunt. Ideo ipſemet *Iob.*6.b. dicit: Qui cœpit, ipſe me conterat,ſoluat manum ſuam & ſuccidat me , & hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcat. Item [Schin] interpretatur iuſtitia, quia non iniuſtè nec immiſericorditer flagellat Dñs, i mmò iuſtè. Vnde *ſup.* Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum.Continuatur ergo littera ſic : Multi ſunt qui perſequuntur me & tribulant me : Nec tantum minores quorum perſecutio leuis eſſet , ſed etiam maiores , quorum perſecutio maior eſt. Et hoc eſt.

b Principes] i. Dæmones,qui malis hominibus principãtur.
c Perſecuti ſunt me] per ſe mala occultè ſuggerendo , & apertè quandoque ſæuiendo *Eph.*6.b. Non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem,& ſanguinem, tantum ſupple, ſed aduersùs Principes & Poteſtates, aduersùs Mundi rectores tenebrarum harum. 1.*Pet.*5.b. Sobrij eſtote & vigilate , quia aduerſarius veſter, &c. Et quia iuſtè poſſent eũ perſequi,ſicut illi qui perſequitur latrones,ideo addit.
d Gratis]id eſt,ſine culpa mea,& ſine ratione ſua.*Iſa.*52.b. In Ægyptum deſcendit populus meus vt colonus eſſet ibi,& Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Item.
b Principes] terreni.
c Perſecuti ſunt me] rerum iniuriis , verborum contumeliis, verborum moleſtiis affligendo.
d Gratis] id eſt , ſine vlla cauſa. Et ideo hæc perſecutio eſt ſuper vulnus , id eſt , emplaſtrum , vel medicina vulneris peccatorum,quia talis perſecutio ducit ad Regnum. 1.Pet.2.c Hæc eſt gratia ſi propter conſcientiam Dei ſuſtinet quis triſtitiam patiens iniuſtè : Quæ enim gratia ſi peccantes & colaphizati ſuffertis ? Sed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis , hæc eſt gratia apud Deum. Item,
b Principes] id eſt , ſenſus carnales.
c Perſecuti ſunt me] vanitates hauriendo.
d Gratis,id eſt,ſine vtilitate.Propter quod dicitur *Eccl.*10. c.Væ tibi terra cuius Rex puer eſt,i.ratio,& cuius Principes manè comedunt id eſt , in temporalibus delectantur. Et licèt multi & magni me perſequãtur,libenter ſuſtineo.
e Et] id eſt , quia.
f A verbis tuis] non à flagellis hominum.
f Formidauit cor meum.] Et iam ſecurus ſum à flagellis, quia qui timet Deum, nihil aliud timet,& qui non timet Deum , omnia timet , vt dicit *Aug. Prou.* 14. c. In timore Domini fiducia fortitudinis,& filiis eius erit ſpes.*Ieronym.* Magna ſecuritas eſt nihil timere præter Deum.Ideo dicitur,*Matt.*10.c.Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt occidere,ſed potiùs timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.*Gloſſ.* Timor Dei excludit timorem hominum.Licèt enim iuſtus expellatur,proſcribatur, & occidatur,vigiliis torqueatur, ignibus torreatur , membris dilanietur, tamen plus timet verba Dei quàm minas hominum , & ſic vincit. Et hoc totum facit fides. Vndè. *Hebr.* 11.f. Sancti per fidem vicerunt regna. *primo Ioann. quinto* a. Hæc eſt victoria quæ vincit Mundum fides noſtra. Et quia virum iuſtum in flagellis poſitum eloquia Domini conſolantur , quia promittunt auxilium certantibus & vincentibus coronam, ideo ſequitur.
h Lætabor ego] inter perſecutiones.
i Super eloquia tua] me in tribulatione conſolantia, & coronam ſi vicero promittentia. *Apoc.*3.d. Qui vicerit,dabo illi ſedere mecum in throno meo. 2. *Tim* 2.a.Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit *Iacob.*1.b.Beatus vir qui ſuffert tẽtationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ,quã repromiſit Deus diligentibus ſe.
k Sicut qui inuenit ſpolia multa] victis hoſtibus : Vbi eſt duplex gaudium : Vnum de victoria hoſtium, alterum de inuentione ſpoliorum. Sic vir iuſtus perſeuerans in tribulationibus & per patientiam vincens , duplex habebit gaudium. Vnum, quia vicit perſeuerando, & fortiter patiendo. Alterum, quia infunditur ei cœlitus conſolatio ſpei de corona habenda. *Rom.* 5. a. Tribulatio patientiam operatur , patientia autem probationem , probatio vero ſpem , ſpes autem non confundit , ſed infundit , vt dicit *B. Bern.* Aliquando etiam poſt tribulationes & perſecutiones datur intelligentia Scripturarum patienti vnde naſcuntur ei lætitia & conſolatio. *Iſaia* 9. a. Lætabuntur coram te ſicut qui lætantur in meſſe , & ſicut exultant victores capta præda , quando diuidunt ſpolia. Sequitur.
l Iniquitatem.] Quia dixerat ſe formidaſſe à verbis Dei, poſſet credi quòd ex illa formidine odiret vir iuſtus verba Dei : Multoties enim quod timetur , oditur : Ideo oſtendit quòd illa formido non facit odium,ſed amorem, ſicut timor quo filius timet patrem, & vxor virum, non facit odiũ, ſed potiùs amorem : Imò talis timor ex amore eſt , vt dicit *Auguſt.* Nam quem amat , timet ne amittat. Vndè quod dicitur *1.Ioan.*4.d.Timor non eſt in charitate, de timore ſeruili intelligitur. Et hic agitur de formidine filiali, quã non perit amor , ſed nutritur , vt dicit *Auguſt.*. Et hoc eſt [iniquitatem ,] quaſi dicat, formidaui à verbis tuis , & ideo iniquitatem quam eloquia diuina deteſtantur, non naturam.
m Odio habui] quod eſt odium perfectum De quo *inf. Pſ.* 138. Perfecto odio oderam illos, ſcil. inimicos Dei.
n Et abominatus ſum]& ideo euomui,relinquendo,confitendo, fugiendo. *Prouerb.*29. d. Abominantur iuſti virum impium , & abominantur iniqui eos qui in recta ſunt via.
o Legem autem tuam] tam nouam quàm veterem. [dilexi] quia docet fugere malum & facere bonum. *Prou.* 3. a. Fili ne obliuiſcaris legis meæ & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Item *eodem* c.Cuſtodi legem atque conſilium meum , & erit vita animæ tuæ , & gratia faucibus tuis.Quia autem vir iuſtus iniquitatem odit,& legem Dei diligit, non ſibi aſcribit , ſed Deo , quem ideo continuè laudat. Et hoc eſt quod ſequitur.
p Septies]id eſt,in omni tempore vitæ meæ,quod ſeptem diebus agitur.
q In die] i. in luce virtutum poſitus.
r Laudem dixi tibi] cui attribuo quod iniquitatem odio habui & legem tuam diligo. Vel. *p* Septies in die]i.ſeptiformi gratia ſpiritus illuſtratus.
r Laudem dixi tibi] à quo eſt omne bonum : Et ideo ſolus laudandus es. *Iſa.* 42. b. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.Item,
p Septies in die] i.ſeptem vicibus, vt mos eſt Religioſis.
r Laudem dixi tibi] præter laudes nocturnas. Verbi gratia. Laudes matutinales , ſummo diluculo , quia tunc reſurrexit Dominus. Poſtea primam , quia tunc traditus fuit Pilato.Deinde tertiam, quia tunc clamauerunt Iudæi, crucifigatur, Poſtea ſextam, quia tunc fuit crucifixus. Poſtea Nonam , quia tunc expirauit. Poſtea veſperas , quia tunc depoſitus fuit de Cruce. Poſtea Completorium , quia tunc ſepultus.Matutinas vero nocturnales cantat Eccleſia ad deſignandam vigiliam Domini & diligentiã Iudæorum in eius cuſtodia.Vel idcirco ſepties in die laudat Eccleſia Deum , vt ſeptem virtutes illi tribuat quibus ſeptem vitia expellat , & ſeptem beatitudines acquirat. *Prouerb.*24. b. Septies cadit iuſtus & reſurgit. *Ioſue* 6. b. Cum ſeptimo circuitu clangerent buccinis Sacerdotes , &c. poſtquam in aures multitudinis vox ſonitus increpuit , muri ilico corruerunt. [Laudem dixi tibi] dico.
ſ Super iudicia iuſtitiæ tuæ] id eſt , propter flagella & verbera quibus corrigis & iuſtificas filios tuos , ſup. *Pſalm. nonageſimo ſexto.* Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia

iudicia tua Domine. Item flagella Dei dicuntur iudicia iustitiæ, quia iustè infliguntur. *Daniel.* 3. d. Vniuersa quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio tuo fecisti.

a Pax multa,] quasi dicat, ideo legem tuam dilexi, quia [pax multa] est interiùs in mente, licèt non exteriùs mundo.

a Pax multa *b* diligentibus legem tuam, & *c* non est illis scandalum. *d* Expectabam *e* salutare tuum Domine, & *f* mandata tua dilexi. *g* Custodiuit anima mea *h* testimonia tua, & *i* dilexit ea † vehementer. *k* Seruaui mandata tua & *l* testimonia tua, *m* quia omnes viæ meæ in *n* conspectu tuo. †

Tau, errauit, vel consummauit.

o Appropinquet † deprecatio mea in *p* conspectu tuo Domine, *q* iuxta eloquium tuum *r* da mihi intellectum. *s* Intret postulatio mea in *t* conspectu tuo † secundum *u* eloquium tuum eripe me.

al. † valde.
al. † Custodiui.
al. † Domine.
al. † oratio.
al. † Domine.

b Diligentibus legem tuam,] i. ex amore eam facientibus, & ex amore in ea studétibus. Quia vt dicit *Ambrosius*, charitas pellit omnes tribulationes, non vt non noceant, quia licèt exteriùs tribulationes insurgant, tamen vir iustus interiùs non turbatur. *Prou.* 12. c. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, ad litteram illi qui libenter student in lege Dei pacem habent à mundo, quia non curant de ipso, & à carne, quia per studium legis diuinæ, & amor Mundi, & lasciuia carnis frangitur. Vndè *Ieronymus*. Ama studia litterarum, & carnis vitia non amabis. *Eccl. vlt.* d. Modicum laboraui & inueni mihi multam requiem. Loquitur de labore studij. *Eccl.* 6. c. In nouissimis inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem.

c Et] etiam [non est illis scandalum] licet inquietudo, quia etsi exteriùs tribulentur, & etiam aliquantulum moueantur, non tamen per scandalum offenduntur. Sic arbor, etsi à vento moueatur, non tamen eradicatur. Vel. [Non est illis scandalum] ipsa lex, quia qui diligit legem Dei, si quid est in ea quod non intelligat, illud tamen veneratur & honorat; & si quid in ea sonare videtur absurdè, iudicat magnum & difficile & se nescire, & ideo non scandalizatur. *Exod.* 12. b. Non remanebit ex eo quicquam vsque manè, sed si quid residuum fuerit, igne comburetis.

d Expectabam,] quasi dicat, ideo iniquitatem odio habui, & legem tuam dilexi, quia [expectabam] spe subnixus.

e Salutare tuum Domine,] i. Christum, qui in primo aduentu saluauit animas, in secundo saluabit corpora. *Phil.* 3. d. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. *Thren.* 3. c. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

f Et mandata tua dilexi] per quæ salus acquiritur. *Prou.* 3. a. Præcepta mea cor tuum custodiat, longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi. Nota.

Expectat. { Deus | Diabolus | Iustus | Impius } Deus expectat ad miserendum. *Isaia* 30. d. Expectat vos Deus vt misereatur vestri. Item *Isaia* 5. b. Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ & non feci? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Diabolus expectat ad perdendum. *Psalm.* Me expectauerunt peccatores vt perderent me. *Thren.* 3. e. En ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Iustus expectat gaudium. *Prou.* 10. d. Expectatio iustorum lætitia. Impius expectat supplicium. *Prou.* 11. c. Desiderium iustorum omne bonum, præstolatio impiorum furor.

g Custodiuit,] quasi dicat, dilexi mandata tua, & ideo [custodiuit anima mea] corde, per iugem memoriam, & opere, per efficientiam.

h Testimonia tua,] i. Scripturas sacras quæ de te testificantur.

i Et dilexit ea vehementer,] i. multum. Et ideo.

k Seruaui mandata tua] de Deo & proximo diligendo, ad quæ omnia alia reducantur. *Matth.* 22. d. Ex his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Diliges Dominum Deum tuum, &c.

l Et testimonia tua,] i. Sacra eloquia, vt supra.

m Quia omnes viæ meæ,] i. cogitationes meæ & desideria & opera quibus itur, vel ad cœlum, vel ad Infernum, sunt.

n In conspectu tuo,] i. non latent te. *Prouerb.* 15. a. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prouerb.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius. Ideo cautè agendum est. *Boëtius* in fin. de Consolatione: Magna nobis probitatis necessitas indicta est, nisi dissimulare velimus, cum cuncta agamus ante oculos Iudicis cuncta cernentis.

Appropinquet deprecatio mea.] In præcedenti octonario dixit vir iustus tribulationes & persecutiones sibi fore gratas quas propter Dominum sustinuit fortiter & libenter, per quod reductus est ab errore suo & appropinquauit Deo: De qua appropinquatione agitur in hoc octonario, cui præponitur hæc littera, [Tau] quæ interpretatur errauit vel consummauit, quia hic dicit vir iustus se olim errasse, sed nunc velle Deo appropinquare, per quod habetur consummatio. Continuatur ergo sic: Iniquitatem odio habui, dicit vir iustus, & legem tuam dilexi, septies laudem dixi tibi, custodiui & seruaui mandata tua, & testimonia tua, idcirco.

o Appropinquet deprecatio mea] vsque ad thronum miserationis tuæ, id est, me appropinquare faciat. *Iob.* 23. a. Quis mihi tribuat vt cognoscam & inueniam illum & veniam vsque ad solium eius? *Eccl.* 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur. [Deprecatio dico] facta.

p In conspectu tuo Domine] id est, in corde secreto, vbi solus Deus conspicit. Talis deprecatio quæ de corde nascitur non de ore tantum, venit vsque ad Deum. *sup. Psal.* 87. Intret in conspectu tuo oratio mea. Ibi *August.* Magna est virtus puræ orationis, quæ quasi persona quædam ad Deum intrat, & ibi mandatum peragit, quo caro peruenire nequit. Quæ autem sit ista deprecatio ostendit, subdens.

q Iuxta eloquium tuum] id est, iuxta promissum tuum

r Da mihi intellectum] quo intùs in Scripturis & creaturis te legam. Quod est illud promissum? *Sup. Psal.* 31. Intellectum tibi dabo. *Eccl.* 43. d. Omnia Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam. Vel sic.

r Da mihi intellectum] quo sapiam & intelligam.

q Iuxta eloquium tuum] non iuxta eloquium Philosophorum, quod vanum & vacuum est, & ideo non replet nec reficit animas, nec regit ad finem, & idcirco de facili erratur in eo: Sed verbum diuinum plenum & verum & certum, & ideo reficit & regit studentem in eo. Vnde sup. *Psalm.* 32. Rectum est verbum Domini, &c. *Eccl.* 24. c. Qui audit me non confundetur. Ideo dicit Petrus ad Iesum. *Ioan.* 6. g. Verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus? *Cassiodorus.* Petit vir iustus vt iuxta eloquia Dei sapiat, ne per humanam prudentiam euanescat Sequitur.

s Intret postulatio, & cætera] Gradatim procedit vir iustus. Prius enim dixerat [Appropinquet deprecatio] nunc dicit. [Intret postulatio] quod plus est. Et nota quòd deprecatio hic est pro adipiscendis bonis; postulatio de amouendis malis: Cùm tamen in multis locis è contrario sumantur vocabula ista. Dicit ergo. [Intret] ad te, [postulatio mea,] i. oratio pro amouendis malis, tam culpæ quàm pœnæ. [Postulatio] dico facta.

t In conspectu tuo,] i. in corde vbi tu conspicis. Vel. [Intret postulatio mea in conspectu tuo,] i. vsque ad conspectum tuum, vt scilicet, conspicias eam, id est, exaudias. *Ecclesiast.* 35. c. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes appropinquabit.

u Secundum eloquium tuum,] id est, promissum quo promittis tribulatis auxilium & liberationem & etiam glorificationem. *sup. Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione, &c.

x Eripe me à] periculis. Vel. [Eloquium] dicit legem Dei. Et est sensus, secundum eloquium tuum,] id est, per eloquium tuæ legis [eripe me] à concupiscentia carnis, quæ concupiscit aduersus spiritum. *Galat. quinto* c. Nota processum. Supra petiit vir iustus sibi dari intellectum iuxta eloquium Dei ad cognoscendum superna, hic per idem eloquium petit à labe carnis & à periculis liberari. Et bene hæc duo coniunguntur & ordinantur, quia intelligentia supernorum de facili cauet terrenorum pericula laqueorum. Vndè *Prouerbiorum* 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ibi *Gloss.* Facilè euitat laqueos in terris, qui semper habet oculos in cœlos. Loquitur de oculis mentis, qui sunt cogitatio & desiderium. Quippe loca superiora spatiosa sunt, nec ponuntur ibi laquei. Vndè aues superiùs volantes non timent laqueos qui semper circa terram absconduntur. *Iob* 17. b. Abscondita est

dita est in terra pedica eius, & muscipula eius super semitam. Et nota, oratio dirigitur ad Deum, per rectæ mentis deuotionem. *Psal.* 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Appropinquat Deo per Mundi elongationem. *Psal.* 54. Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine.

De virtute orationis.

Eccles. 35. c. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Placet Deo, & aspicitur à Deo per humilitatem. *Iudith.* 9. d. Semper placuit Deo

al. † Eructabunt.
al. † eloquia tua.
al. † iudicia.
al. † saluum me facias quia.

† *a* Eructabunt labia mea *b* hymnum cum *c* docueris me iustificationes tuas, *d* Pronunciabit lingua mea † *e* eloquium tuum, quia *f* omnia mandata tua † æquitas, *g* Fiat manus tua vt † *h* saluet me, *i* quoniam mandata tua elegi,

mansuetorum & humilium deprecatio. *Eccles.* 35 d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & donec Altissimus aspiciat non discedet. *Psalm.* 101. Respexit in orationem humilium. Intrat per compunctionem. *Psalm.* 78. Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. *Eccles.* 35. c. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum. Impetrat per perseuerantiam. *Luc.* 11. b. Si perseuerauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessario. Sequitur.

a Eructabunt.] Ostendit quare petat vir iustus sibi dari intellectum, & eripi à malis, vt Deum laudet, & facta eius prædicet, quasi dicat, da mihi intellectum & eripe, quia tunc, [Eructabunt labia mea,] id est, de pleno corde extra aliis ructabunt.

b Hymnum,] id est, laudem diuinam & iocundam. *Cassiodorus.* Hymnum eructat quando non humano sensui, sed diuino famulatur. Et hoc faciam.

c Cùm docueris me iustificationes tuas,] id est, præcepta tua, facientes iustificationem. *Ambros.* Aliter non eructat, nisi ipse qui vnus est Magister doceat. *Gregor.* Mutum est os quod loquitur nisi Deus aspiret verba quæ loquitur. Ideò dicit Propheta. *Psal.* 50. Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. *August.* Docet Deus, quando ille qui audit & discit venit ad eum, vt non solum memoria teneat, sed & iustificationes faciat, & sic non in se, sed in Domino glorians hymnum eructet. Sequitur.

d Pronunciabit] Non solum laudabo, dicit vir iustus cùm docueris me iustificationes tuas, sed edoctus aliis prædicabo, iuxta illud. *Apocalyp. vlt.* d. Qui audit, dicat veni. Et hoc est, [Pronunciabit lingua mea, diuinis eloquiis erudita.

e Eloquia tua] non mea, vel Philosophica, quæ plus habent vanitatis quàm veritatis, vel vtilitatis. *Ier.* 23. d. Non mittebam Prophetas & ipsi currebant, non loquebar ad eos & ipsi prophetabant? Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem eos vtique à via sua mala. Et meritò, [pronunciabit.]

f Quia omnia mandata tua,] sunt, [æquitas,] i. æquitate plena, hoc est, quicquid præcipis est æquum. Sciens autem vir iustus, quòd multa pericula prædicanti occurrunt, & quod per se est insufficiens prædicare & auersantibus obuiare, petit auxilium Dei, Dicens:

g Fiat manus tua,] id est, auxilium tuum. Et conuenit hæc expositio alij editioni quæ sic habet: [Sit mihi manus tua auxiliatrix.

h Vt saluet me] à periculis & malis ingruentibus, vt sine timore pronunciem eloquia tua. Et hac fiducia peto hoc.

i Quoniam mandata tua] præ omnibus aliis, [elegi] ad faciendum, ad meditandum, ad prædicandum Item, [fiat manus tua,] id est, Filius tuus incarnetur, & fiat homo, [vt saluet me] salute gratiæ, primò, & postea salute gloriæ: Et ita Creator fiat Saluator. Et hoc peto [quoniam mandata tua elegi,] id est, extra omnia alia legi, in quibus promissa est Incarnatio: Et ideò fiducialius petit hic vir iustus. Dicitur autem filius Dei, manus Dei, quia per ipsum operatur omnia Pater. *Psal.* 103. Omnia in sapientia fecisti. *Ioan.* 1. a. Omnia per ipsum facta sunt. Hæc est manus Moysi, quæ de sinu extracta apparuit leprosa, & postea in sinum reducta, apparuit sana. Sic filius de sinu Patris in Mundum veniens, reputatus est à Iudæis vt leprosus. Vnde. *Isa.* 63. b. Nos reputauimus eum quasi

Filius Dei dicitur manus.

leprosum & percussum à Deo. Sed postea resurgens & ascendens omnino apparuit san'. Vndè *Eccl.* 36. a. Innoua signa, immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum. Huius manus sunt quinque digiti. Primus, i. auricularis est huius humilitas, qui quo fuit gracilior, eò fuit ad aurem obedientiæ habilior. Cuius tres fuerunt articuli. Primus, quo se matri subdidit. *Luc.* 2. g. Et erat subditus illis. Secundus, quo se subdidit Ioanni in Baptismo. *Matth.* 3. d. Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Tertius, quo subdidit se discipulis, vt lauaret pedes eorum. *Ioan.* 13. a. Gracilis fuit primus articulus, sed secundus gracilior, tertius fuit gracillimus. Secundus digitus qui Medicus appellatur, fuit eius pietas, quâ venam cordium peccatorum tetigit tanquam pulsum infirmorum. Et hic quoque tres habuit articulos. Primus fuit facilis exauditio, secundum quod ei dicit Pater. *Eccl.* 4. a. Fili rogationem contribulati ne abiiciar, & non auertas faciem tuam ab egeno. Secundus familiaris allocutio, sicut ibidem dicitur ei: Congregationi pauperum effabilem te facito. Quod & fecit benignus Iesus. *Luc.* 6 d. Beati pauperes, quoniam vestrum est Regnum Dei. Tertius fuit cum peccatoribus conuiuatio. *Matt.* 9. b. Quare, inquiunt Pharisæi, cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? & ipse respondit: Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Tertius digitus fuit eius operatio, excedens cæteros. Vndè ait. *Ioan.* 15. d. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. Et hic tres habuit articulos. Primus fuit opus potentiæ, de quo *Ioan.* 6. c. Vnum opus feci & omnes miramini Secundus fuit opus iustitiæ, de quo *Isa.* 28. f. Irascetur vt faciat opus suum, alienum est opus, &c. Tertius fuit opus misericordiæ. *Abac.* 3. a. Domine opus tuum, in medio annorum viuifica illud *Psalm.* 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Vel certè primus articulus est opus creationis, de quo *Ps.* 101. Opera manuum tuarum sunt cœli. Item *Ps.* 8. Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. Secundus, opus redemptionis. *Psalm.* 73. Operatus est salutem in medio terræ. Tertius, opus glorificationis, de quo *Apocalip.* 21. b. Ecce noua facio omnia. Vel certè primus articulus fuit, quo operatus est potenter. *Matth.* 8. d. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei, quid venisti huc ante tempus torquere nos? Secundus, quo operatus est, vtiliter. *Matth.* 11. a. Cæci vident, &c. Tertius, quo operatus est humiliter. *Matt.* 17. b. Videte, nemini dixeritis visionem. Quartus digitus fuit eius prædicatio, qui bene dicitur index, quia prædicando occulta priùs indicauit. Vnde Samaritana dixit. *Ioan.* 4. d. Cùm venerit Messias, ipse annunciabit, i. indicabit nobis omnia. Iste etiam digitus tres habet articulos. Primus fuit hortatorius. *Matth.* 4. c. Agite pœnitentiam. Secundus, comminatorius. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus. Tertius consolatorius. *Luc.* 12. d. Nolite timere pusillus grex. Quintus digitus fuit eius Passio quasi pollex, duos tantù habens articulos. Primus fuit, quia audiuit sapienter mala verba Iudæorum. Vnde nec respondebat eis quicquā. *Ps.* 37. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur, ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum & factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Secundus fuit quia sustinuit patienter verbera eorum. *Ps.* 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. *Prou.* 23. d. Verberauerunt me & non dolui, traxerunt me & non sensi. 1. *Petr.* 2. d. Cùm malediceretur non maledicebat, cùm pateretur non comminabatur. *Sap.* 2. d. Contumelia & flagello interrogemus eum. *Isa.* 42. a. Tacui, semper silui, patiens fui Hæc manus nos protegit. *Isa* 49. a. Sub vmbra manus suæ porrexit me. Hæc manus nos eripit & liberat. *Psalmus* 143. Emitte manum tuam de alto & eripe me, & libera me de aquis multis. Hanc manum porrigit nobis, vt ad se attrahat. *Iob* 14. d. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Porrigamus autem illi & nos manum nostram si trahi & extrahi de luto volumus. Sit minor digitus obedientia habens tres articulos; vt sit humilis facilis, hilaris. Secundus, id est, Medicus sit temperantia, tres articuli, abstinentia, continentia, modestia. Tertius digitus, id est, medius, aliis longior, iustitia, tres articuli, ablatorum restitutio, debitorum solutio, maleficiorum punitio. Quartus digitus i. Index sit prudentia, tres, articuli, præteritorum memoria, pœnitentia, intelligentia, futurorum prouidentia. Quintus digitus, i. pollex sit fortitudo, duo, eius articuli, audax aggressio arduorum, fortis perpessio durorū. Sequitur. Cōcupiui] quasi dicat, rogo vt fiat man' tua. Et diu etiam

Quinque digiti manus Christi cum suis articulis quid significent.

Digiti nostri manus quinque.

etiam hoc desiderati,quia [Concupiui salutare tuum Domine,] id est, Christum per quem fit salus. *Matt.* 1.d. Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

b Et] ideo [lex tua] vbi aduentus Christi continetur.

c Meditatio mea est] *Eccles.* 14. c. Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectiones Dei. *Ioan.* 5. f. Scrutamini Scripturas, ipsæ enim de me loquuntur *Ambros.* Quoniam cupit salutem Dei, meditatur in lege, nec inde auertitur aliquâ curâ huius sæculi. Sequitur.

a Concupiui salutare tuum Domine & *b* lex tua *c* meditatio mea est *d* Viuet anima mea, & *e* laudabit te, & *f* iudicia tua *g* adiuuabunt me. *h* Erraui sicut ouis † quæ periit † *i* quære seruum tuum Domine, *k* quia mandata tua non sum oblitus.

al.† perdita. al.† require. al.† non habet Domine.

d Viuet] quasi dicat, fiat manus tua, quia per eam [viuet anima mea] vitâ gratiæ in præsenti, & vitâ gloriæ in futuro.

e Et laudabit te] tunc primò. *Eccles.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. *Psalm.* 6. Non est in morte qui memor sit tui in Inferno autem quis confitebitur tibi?

f Et iudicia tua,] id est, flagella tua, quibus in præsenti iudicas, discernendo filios à non filiis. Nam filios flagellas, non filiis parcis *Hebr.* 12. b. Fili noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate filij, quasi filiis offert se Deus nobis. Quis est filius quem non corripit pater? Quia si extra disciplinam estis, cuius omnes participes facti sunt, ergo omnes adulteri & non filij estis.

Flagella Dei adiuuant multipliciter.

g Adiuuabunt me] multipliciter. Primò, quia carnem humiliant, ne præualeat spiritui. 2. *Corinth.* 12. d. Cùm infirmior tunc potens sum. Item. 2. *Corinth.* 4. d. Licèt is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Secundò, quia spiritus à superbia præseruatur. 2. *Corinth.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ qui me colaphizet. Tertiò quia totum hominem custodiunt. *Exod.* 14. e. Erat eis aqua murus à dextera eorum & læua. Quartò, quia diabolus per horum patientiam flagellatur. *Sap.* 12. d. Cùm nobis disciplinam das, inimicos nostros multipliciter flagellas. Quintò, quia erudiunt. *Ierem.* 6. b. Per omne flagellum erudieris Ierusalem. *Isa.* 28. e. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. Sextò, quia accelerant ad patriam. *Psal.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Septimò, quia à pœna Inferni liberant. *Greg.* Sancti pœnam præsentem lucrum putant, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Octauò, quia cor dilatant. *Psalm.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Nonò, quia amorem Dei ostendunt. *Apoc.* 3. d. Ego quos amo arguo & castigo. Propter hæc & multa alia bona quæ faciunt iudicia Dei in præsenti bonis, dicit Propheta. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Vel.

f Iudicia tua] quibus iudicabis in futuro bonos & malos, singulis reddens iuxta opera sua.

g Adiuuabunt me] in præsenti per timorem quo cauentur mala, *supr.* Confige timore tuo carnes meas; à iudiciis enim tuis timui. Et in futuro, quia à miseria & malo consortio liberabunt, & vitam æternam dabunt. *Isa.* 11. a. Iudicabit in iustitia pauperes, &c. *Iob* 33. d. Videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. Sequitur.

Error hominis errori ouis comparatur.

h Erraui] Nouissimè aperitur persona quæ per totum Psalmum loquebatur, scilicet, generalis iustus, qui ne de bonis prædictis superbire videretur hic humiliter se errasse confitetur, nec posse redire nisi à Domino quæreretur, sicut ouis errans, ad ouile non reuertitur nisi à Pastore reducatur. Dicit ergo [Erraui sicut ouis quæ periit] rectè error hominis errori ouis comparatur. Nam ouis perdita, per se non valet reuerti ad caulam nisi à pastore requiratur. Sic nec homo post peccatum redire valet ad Ecclesiam per se, nisi à Christo requiratur. Vndè *supr. Psal.* 77. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ecce error. Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & abundauit vt auerteret iram suam, & recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. Ecce requisitio pastoris, & impotentia ouis. Item ouis perdita lupis exponitur: Sic & homo perditus per peccatum, lupis, id est, dæmonibus exponitur, *supr. Psalm.* 43. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos. Item *supr. Psalm.* 78. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ. Item ouis perdita, nec fugâ, nec vi suâ potest effugere lupum: Sic nec homo post peccatum diabolum. *infrà Psalm.* 141. Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. *Amos* 2. d. Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam, & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam. Item ouis perdita aliquando deuoratur, aliquando vulneratur, & tabesceret moriens nisi à pastore propriis humeris reportaretur: Sic homo post peccatum, aliquando moritur in peccatis & damnatur. Et hic est ouis deuorata, de qua dicitur, *Exodi* 15. b. Extendisti manum tuam & deuorauit eos terra. Aliquando pœnitet de peccatis & redire cupit quantùm potest, sed non præualet per se: Et hic est ouis vulnerata & languens, de qua, *Romanorum* 7. c. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio, Item, *Canticorum* 5. c. Nunciate dilecto, quia amore langueo. Hanc pius Pastor venit quærere, & inuentam super proprios humeros ad caulas Ecclesiæ reportauit, quia pœnam in Cruce sustinuit pro omnibus peccatoribus qui volunt de suis criminibus pœnitere. Talibus si quidem valet Domini Passio. Et de his dicitur, *Deuter.* 32. b. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis, circunduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui, sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. *Lucæ* 15. a. Quis ex vobis homo qui habet centum oues & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat illam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum suam, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. quis, homo; Pastor, Christus; domus Ecclesia; amici, Sancti; vicini, Angeli qui de reuersione peccatorum gaudent, sicut dicitur in eadem parabola. Errare vero est a recta via deuiare, & per deuium ambulare. Est autem duplex via recta per quam itur in cœlum, scilicet, via Baptismalis, id est, innocentia, de qua dicitur, *suprà Psalm.* 83. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. Iterum *Psalm.* 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Et via pœnitentialis, id est, pœnitentia, de qua dicitur, *Matthæi* 7. b. Arcta est via quæ ducit ad vitam. *Isaiæ* 30. e. Hæc via, ambulate in ea. De vtraque, *Sapient.* 10. b. Iustum, id est, Christum deduxit Dominus per vias rectas. Igitur omnes errant, qui ab his viis deuiant. Hi sunt omnes qui mortaliter peccant, de quibus dicitur, *Isa.* 53. b. Omnes nos quasi oues errauimus, Vnusquisque in viam suam declinauit. Item *suprà Psalm.* 106. Errauerunt in solitudine, viam ciuitati habitaculi non inuenerunt. Et iterum: *Ibidem.* Effusa est contentio super Principes, & errare eos fecit in inuio & non in via. Et nota quod dicit: [Erraui sicut ouis quæ periit] non quæ perit, quia iam ex parte inuenta & reducta est ad ouile, Vndè vt totaliter reducatur, orat subdens.

Errare quid sit. Duplex via recta.

i Quære seruum tuum Domine] qui non potest quærere te, quia infirmus & confractus est. Precem eius exaudiuit pius Pastor, & venit in Mundum quærere ouem erraticam. *Luc.* 19. b. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. 1. *Petr.* 2. d. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis ad Pastorem & Episcopum animarum vestrarum. *Isa.* 40. c. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quæsiuit autem Dominus hominem perditum, sicut piscator quærit hominem submersum in aquis, aut sicut venator feram. Vndè *Ierem.* 16. c. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos: Et post hæc mittam eis multos venatores & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Rationem autem qualemcunque quare Dominus debeat seruum suum quærere, subiungit dicens.

k Quia mandata tua non sum oblitus.] Licet non fecerim cùm erraui. Vndè etsi aliquando peccet homo, non tamen debet dimittere alia quæ tenetur facere.

EXPOSITIO

EXPOSITIO PSALM. CXIX.

AD Dominum.] Vir iustus dum est in hoc Mundo, peregrinus est. Vndè 2. *Cor.* 5. b. Dum sumus in hoc mortali corpore, peregrinamur à Dominó. Et in *Psalm.* 38. 2. Incola ego sum in terra & peregrinus sicut omnes patres mei. Totum autem desiderium viri peregrini est, vt peracta peregrinatione, ad patriam reuertatur. Nec interim pacem habet nec gaudium donec finita peregrinatione peruenerit in patriam suam.

Canticum graduum. CXIX.

AD *a* Dominum † cum *b* tribularer *c* clamaui, & † *d* exaudiuit me. *e* Domine *f* libera animam meam à *g* labiis † iniquis, & à *h* lingua dolosa. *i* Quid † detur tibi, aut quid † apponatur tibi, ad *k* linguā dolosā?

al. † Ad te Domine.
al. † exaudisti.
al. † iniustis.
al. † dabitur.
al. † apponetur.

Duo necessaria peregrino.

Inter alia verò duo sunt peregrino necessaria, scilicet, viæ cognitio, & viæ distinctio. Cognitio quidem viæ ne erret. Distinctio, ne laboret. De via actum est in præcedentibus Psalmis, scilicet, a Beati immaculati, vsque huc. Nunc incipit agere de distinctione viæ, quæ quindecim gradibus continetur. Vt quæ dicenda sunt pleniùs cognoscantur, videndum est quid sit gradus, quis ascensor graduum, vnde sit ascensus, & quo, & qua, & vbi, & per quem & ad quid. Gradus apud Latinos æque est ascendentium & descendentium; apud Græcos autem tantum est ascendentium. Hic autem dicitur gradus profectus virtutum, in quibus, quia sola charitas mouet pedem, qui plus diligit, plus ascendit. Quis ascendit? Vir iustus. Vndè ascenditur, & quò: A minore virtute ad maiorem. Ad quid? Ad Deum diligendum & videndum. Vbi? In corde. Per quem; Per Christum, qui descendit vt nos ascendere faceret. Vndè *sup. in Psalm.* 83. Dicitur. Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in loco quem posuit. Et, Benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Et *alibi. Psalm.* 47. Deus in gradibus eius cognoscetur. Et cùm plures sint gradus, quia plures sunt virtutes in quibus proficiunt viri iusti, tamen hic non ponuntur nisi 15. Cantica graduum, in figura duorum Testamentorum. Patres enim veteris Testamenti hebdomadi, i. septenario seruiebant, obseruantes septimam diem, septimam septimanam, septimum mensem, septimum annum, septimum decadis, qui dicitur Iubilæus: Patres verò noui Testamenti Ogdoadi seruiunt, i. octonario, seruantes octauam diem, i. Dominicam, ob reuerentiam Dominicæ Resurrectionis & missionis Spiritus S. & octauas Martyrum celebrant expectantes generalem resurrectionem, octaua ætate futuram: Et ideo per septenariū & octonariū duo testaméta significantur. Vndè Ez. 40. Legitur sub eadem figura quòd ascensus portarum exterioris atrij erat in septem gradibus, interioris autem in octo. Propter quod dicitur *Eccles.* 11. a. Da partes septem necnon & octo. Beatitudinem ergo quam Psalmus superior vnica meritorum varietate cantauit, isti quindecim psalmi, quasi quindecim gradibus distinctius explicant, quorum vna est intentio & vnus titulus, sed in materia differunt, sicut in suis locis monstrabitur. Hoc igitur primum Canticum gradus, vel primus gradus Cantici, est à malis sæculi exire & vniuersæ vanitati renunciare, quia vt dicit *Cassiod.* Initium profectus spiritualis, est carnalia vitia relinquere, & Domino supplicare. Vndè in veteri lege, quando gentile mancipium emebatur, radebantur vngues & tondebatur priusquam in obsequio poneretur, quia prius oportet exuere veterem vanitatem, vt Domini obsequio mancipemur. Intentio autem auctoris in hoc Psalmo, est monere ad ascensum virtutum & gaudium spirituale. Modus. Bipartitus est psalmus. Primò, vir iustus volens ascendere, videns multa obstacula & maximè detractorum & prauorum consiliatorum, petit à linguis eorum liberari. Secundò, conqueritur de permixtione malorum, *ibi*: Heu mihi. Finis circa intentionem attenditur. Quia igitur solo Dei auxilio vir iustus innititur, dicit se volentem ascendere, nec valentem propter multiplices laqueos irretientes eum, ad Dominum orasse vt eum liberaret: Et hoc est.

Per septenarium & octonarium duo Testamenta significantur.

Partitio Psalmi.

a Ad Dominum] qui omnia potest & omnia scit & benignus est.

b Cum tribularer] suggestionibus dæmonum, linguis aduersantium, & iniuriis persequentium.

c Clamaui] corde, vt Susanna. *Daniel.* 13. c. Quia non clamor, sed amor clamat in aure Dei. Ore vt Christus. *Ioan.* 11. c. Opere, vt Moyses. *Exod.* 17. f. Qui eleuatis manibus orabat, & sic Amalech vincebatur. 2. *Par.* 20. c. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum residui habemus vt oculos nostros dirigamus ad te.

Nota tria circa clamorem orationis.

d Et exaudiuit me,] i. affectum audiuit liberando me, & ad gradum ascensionis constituendo. Et optantur hic tria circa clamorem orationis. Primum rectitudo, per hoc quod dicitur. Ad Dominum: Necessitas, per hoc quod dicitur: Cùm tribularer. Deuotio, per hoc quod dicitur: Clamaui. Et ideo fructuosa est talis oratio. Vndè sequitur: Et exaudiuit me. Necessitas ergo clamare facit ad Dominum. Vndè *Osea* 6. a. In tribulatione sua manè consurgent ad me. *Iona* 2. a. Clamaui ad Dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre Inferi, clamaui & exaudisti vocem meam. *Gregor.* Mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt. Et dicit *August.* Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Ideo orat. *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent Nomen tuum Domine qui aliter nolunt. Iusti verò & in prosperitate & in aduersitate clamant ad Dominum, & quærunt eum. Vndè *Ps.* 33. Benedicamus Domino in omni tempore. Sed cùm surgit necessitas, intenditur clamor, & semper audiuntur, quia Dominus aut omninò tollit necessitatem, aut dat patientiam & fortitudinem sustinendi, quod est melior modus liberandi, vt dicit *Greg. sup. Ps.* 33. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Sunt autem quatuor genera tribulationum iustorum. Primum datur ad peccatorum purgationem. Talis fuit tribulatio Mariæ. *Num.* 12. c. De hoc dicitur *Tob.* 3. b. Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quia si vita eius in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione fuerit, liberabitur; & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam licebit venire. Secundum datur ad humiliationem & conseruationem vt in Paulo 2. *Cor.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ qui me colaphizet. Tertium datur ad augmentum coronæ & probationem, vt in Iob. Vndè *Tob.* 12. c. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. *Sap.* 3. b. Sicut aurum in fornace, &c. *Eccl* 2. a. In igne probatur aurum & argentum; homines verò receptibiles in camino humiliationis. Quartum datur ad diuinæ gloriæ manifestationem, vt in cæco nato. *Ioan.* 9. a. Quis peccauit, hic, aut parentes eius vt cæcus nasceretur? Dixit eis Iesus: Neque hic, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Propter hæc quatuor dicitur supra in *Ps.* 106. Quater: Clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur, &c. sequitur.

Necessitas clamare facit ad Dominum.

Quatuor genera tribulationum iustorum.

e Domine libera,] quasi dicat, quia me posuisti in gradu ascensionis, incipiunt contra me irrisiones, detractiones, auersiones à quibus per me expediri nequeo, idcirco, [Domine,] qui omnia scis, & potes, & benignus es.

f Libera me animam meam] quam creasti ad imaginem tuam, quam redemisti Sanguine tuo. *g* A labiis iniquis] quæ derident, quæ iniqua suadent, quæ prohibendo deterent. *h* Et à lingua dolosa quæ sub spe consulendi plus nocet, dùm dicit Vide quid facias, magnum si quidem est, fortè deficies & turpe erit. De his duobus dicitur. *Eccl.* 51. a. Confitebor tibi Domine. Et *infr.* Quia liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ & à labiis operantium mendacium. Hæc duo frequenter conuersis occurrunt, scilicet, labium iniquum & lingua dolosa, vt à bono impediatur. Vndè & his duobus corruit primus homo. Si quidem labium iniquum fuit: Quare præcepit vobis Deus ne comederetis? Et, Nequaquam moriemini. Lingua dolosa fuit qua palliato sine consilij dictum est: Eritis dij, &c. *Gen.* 3. a. Deinde vir iustus more deliberantis & quærentis remedium, sibiipsi quasi alij loquens ait.

Duo sunt quæ frequenter accurrunt conuersis.

i Quid detur, &c.] Vel Dominus loquitur volens eum exercere, quasi dicat, tu petis auxilium: Et quid detur tibi, aut qui apponatur tibi? quasi dicat, quod poterit tibi dari auxilij, vel consilij, vel remedij quo muniaris?

k Ad linquam dolosam,] i. contra linguam dolosam quæ iniqua suadet, vel consulendo nocet, vel deterrendo prohibet: Consilium summum est claudere aures. *Ecclesiast.* 28. d. Sepi aures spinis & noli audire linguam nequam. *Prouerbiorum* 4. d. Remoue à te ós prauum & labia detrahentia sint procul à te. *Psalm.* 100. Qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. Nota quod est multiplex lingua mala. Prima, lingua auaritiæ, quæ semper loquitur de terrenis. *Isaia* 39. a. Erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. *Ioan.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur. 1, *Ioan.* 14. a. De Mundo sunt & de Mundo loquuntur, & Mundus eos audit. De hac lingua dicitur. *Isaia* 11. d. Dissoluet Dñs linguam maris Ægypti. Secunda, lingua luxuriæ, quæ, scilicet, prouocat ad luxuriam. *Eccl.* 9. b. Colloquium illius, i. mulieris, quasi ignis exardescet. Tertia est inuidiæ, quæ semper detrahit bonis. *Ps.* 56. Lingua eorum gladius acutus. *Ier.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum.

Multiplex est lingua mala.

Quarta eſt ſuperbia, quæ ſemper de magnis & impertinentibus loquitur. *Pſalm.* 11. Diſperdet Dominus vniuerſa labia doloſa & linguam magniloquam, &c. Quinta eſt lingua gulæ, quæ ſemper loquitur de cibis & potibus & de differentiis eorum. Sexta eſt lingua perfidiæ, i. hæreticorum. *Pſal.* 51. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Item poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra. Septima eſt lingua fraudulentiæ, i. Aduocatorum, de qua *Eccl.* 28. b. Lingua tertia multos commouit & diſperſit illos de gente in gentem. Octaua eſt lingua diaboli, i. ſuggeſtio peccati, de qua *Iob* 40. d. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Ab his linguis liberat multis modis.

> *a* Sagittæ potentis acutæ, cum *b* carbonibus. † deſolatoriis.
> *c* Heu † mihi, quia *d* incolatus meus † prolongatus eſt,

al. † vaſtatoriis.
al. † me quod.
al. † longinquus.

Multis modis liberat Dominus à linguis malis.

Primò, facit vt homo non audiat. *Pſalm.* Factus ſum ſicut homo non audiens. *Iſaia* 33. c. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte habitat in excelſis.

Secundò, quando facit quòd homo non curat. 1. *Cor.* 4. a. Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die.

Tertiò, quando facit quod non creditur illis: 1. *Ioan.* 4. a. Nolite credere omni ſpiritui.

Quartò, quando facit quod tales ſpernuntur & vituperantur. *Eccl.* 28. b Lingua teſtificans adducet mortem, ſi ſufflaueris, quaſi ignis exardeſcet, & ſi expueris ſuper illam, extinguetur.

Quintò, quando facit hominem confidere in ipſo Deo, ſcilicet, qui videt conſcientiam eius. *Iob* 16. d. Ecce in cœlo eſt teſtis meus. Ibi *Greg.* Qui teſtem in cœlo habet, ſi reprehendatur ab hominibus, non curet.

Sextò, quando reuocat ad memoriam quod de Chriſto mala dixerunt. *Ioan.* 15. c. Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, &c.

Septimò, quando facit cogitare quod per hoc reuertitur ad Deum. *Gregor.* Qui per laudes à ſe exire potuit, contumeliis compulſus ad ſe redit. *Pſalm* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

Octauò, quando facit hominem cogitare quod ipſe meruit, quia frequenter de aliis maledixit. *Eccleſiaſt.* 7. c. Cunctis ſermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne fortè audias ſeruum tuum maledicentem tibi. Scit enim conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti aliis. Sequitur.

a Sagittæ potentis, &c.] Poſſunt eſſe verba viri iuſti, vel Domini ſuæ interrogationi reſpondentis, quaſi dicat, tu quæris quod remedium poteris inuenire, ne impediaris ab aſcenſu? Duo poteris habere, ſcilicet, verba S. Scripturæ exhortatoria ad perſeuerantiam, & exempla Sanctorum qui aliquando mali fuerunt, & poſtea multùm profecerunt in virtutibus, vt Paulus, Matthæus, Maria, Dauid, & multi alij priùs delicati: Et hoc eſt: Sagittæ potentis acutæ, i. verba S. Scripturæ dabuntur tibi in munimentum contra linguam doloſam.

b Cum carbonibus deſolatoriis,] vel, vaſtatoriis, i. cum exemplis Sanctorum de morte peccati ad vitam gratiæ conuerſorum. Et reſpondent hæc duo duobus verbis quæ poſuerat in interrogatione, ſcilicet, dari & apponi. Nam ſagittæ dantur in arma, & carbones apponuntur in conſolationem vt alios accendant. Dicuntur autem verba Domini ſagittæ acutæ.

Primò, quia penetrant vſque ad cor. *Hebr.* 4. c. Viuus eſt ſermo Domini & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus. *Eccleſ.* 12. d. Verba ſapientis quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi.

Secundò, quia vulnerant ad ſalutem, i. ad mortem peccati. *Iſaia* 13. d. Suſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficient.

Tertiò, quia citò volant. *Pſalm.* 147. Emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo eius. Et de Prædicatoribus dicitur *Iſaia* 60. b. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? Arcus vnde emittuntur iſtæ ſagittæ, eſt ſacra Scriptura. *Iob* 29. d. Arcus meus in manu mea inſtaurabitur. *Gen.* 9. b. Ponam arcum meum in nubibus cœli. *Iſaia* 7. d. Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc. Huius arcus lignum durum, eſt vetus Teſtamentum, chorda mollis nouum Teſtamentum. Dicuntur autem aliquando ſagittæ ipſi Prædicatores. Vndè *Pſalm.* 126. Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum. Prædicatores filij Apoſtolorum & Prophetarum, qui grana à paleis ſeparauerunt. *Iſaia* 49. a. Poſuit me vt ſagittam electam. Item pœnitentiales ſeu infirmitates dicuntur ſagittæ. *Iob* 6. a. Sagittæ Domini in me ſunt quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, i. ſuperbiam meam euacuat. Item tentationes apertæ & occultæ. De aperta dicitur in *Pſalm.* 90. A ſagitta volante in die. De occulta in *Pſalm.* 63. Intenderunt arcum ſuum rem amaram vt ſagittent in occultis immaculatum. Item *Pſalm.* 10. Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra. Item mala exc[illegible]. *Pſalm.* 63. Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum. Item detractiones. *Ier.* 9. c. Sagitta volnerans lingua eorum. Exempla verò Sanctorum dicuntur carbones deſolatorij, vel vaſtatorij, quia per applicationem inflammant & incendunt ad amorem Dei, & vaſtant & deſolantur in ſibi proximis carnalem affectionem, & ſæcularem amorem. *Iſaia* 47. d. Non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt ſedeant ad eum. Ibi alia *tranſlatio.* Habens carbones ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium. Et poſſet eſſe thema de B. Laurentio. *Prou.* 25. c. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitierit, da ei aquam bibere, prunas enim congregabis ſuper caput eius, id eſt, exemplo tuo ad amorem prouocabis illum.

Sagitta dicuntur multipliciter in S. Script.

Exempla Sanctorum dicũtur carbones deſolatorij, vel vaſtatorij.

c Heu mihi.] Secunda pars vbi conqueritur vir iuſtus de permixtione malorum. Licèt enim acceptis ſagittis, & carbonibus repulerit linguam doloſam, & iam gradum primum aſcenderit, tamen, quia adhuc triticum in area multitudine palearum promittitur. Et quanto magis vir iuſtus proficit, tanto amplius malos & eorum aſtutias cognoſcit. Et etiam Euangelica ſimilitudo docet, qua dicitur. Cùm creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt zizania. *Matth.* 13. d. Iuſtus ergo dum proficit, videns multa mala quæ prius non nouerat, clamat, dicens. [Heu mihi] inter malos poſito.

d Quia incolatus meus prolongatus eſt,] id eſt, huius ſæculi peregrinatio. Dum enim ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, vt dicitur *ſecundo Corinthiorum quinto* b. Et conqueritur vir iuſtus de prolongatione incolatus.

Primò, propter deſiderium patriæ ad quã anhelat intantum quod breue tempus ex nimio deſiderio videtur ſibi longum. Vndè *ſup.* *Pſalm.* 41. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, &c.

Vir iuſtus conqueritur de prolongatione incolatus.

Secundò, propter defectum bonorum.

Tertiò, propter abundantiam malorum. Et de his duobus dicitur *Oſea* 4. a. Non eſt veritas & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum & mendacium & homicidium & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

Quartò, propter defectum iuſtitiæ, quia ſcilicet, maior opprimit minorem. Nec eſt qui ſuper hoc faciat iuſtitiam. *Abac.* 1. a. Quare non reſpicis ſuper iniquè agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, &c. *Eccleſiaſt.* 8. b. Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.

Quintò, propter inordinationem, quia frequenter mali promouentur, & boni deprimuntur. *Eccl.* 10. b. Eſt malum quod vidi ſub Sole, & quaſi per errorem egrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum.

Sextò, propter periculorum multiplicitatem, quæ vix enumerari poſſunt, quia euitato vno caditur in aliud. Vndè *Iſaia* 14. c. Formido & fouea & laqueus ſuper te qui habitator es terræ, & erit qui fugerit à voce formidinis cadet in foueam, & qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo.

Septimò, propter corporis grauitatem. *Sapient.* 9. c. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.

Octauò, propter mutabilitatem, quia hodie eſt homo ſanus, cras infirmus; modò lætus, ſtatim triſtis; hodie diues, cras pauper; hodie eſt pax in terra, cras guerra; hodie eſt calidum; cras frigidum; hodie ſiccum; cras pluuioſum, & de aliis.

Nonò, propter miſeriæ multiplicitatem. *Iob* 14. a. De his duobus. Homo natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.

Decimò, propter tentationum aſſiduitatem. *Iob* 7. a. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram.

Vndecimò, propter bonæ ſocietatis defectum, quia pauci ſunt boni in Mundo. *Eccleſiaſt.* *nono* d. Eſt ciuitas & pauci in ea viri. *Thren.* *primo* a. Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.

Duodecimò

Duodecimò propter malorum, & infidelium multitudinem *Eccl.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus. *Iob* 30. d. Frater fui Draconum, & socius Strutionum. *Ezec.* 2. c. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum Scorpionibus habitas. Et de hoc subiungit hic quasi assignans causam.

a Habitaui cum &c.) vel in tabernaculis Cedar, id est, cum malis, & inquietis hominibus, qui significantur per Cedar, qui interpretatur tenebræ, & fuit filius Ismaelis persecutoris Isaac. Per eum sicut per Ismael significantur mali, & carnales, qui pertinent ad vetus Testamentum, persequentes bonos, & spirituales significatos per Isaac, pertinentes ad nouum, vt dicitur *Gala.* 4. d. Deinde ne videretur cõqueri de corporali peregrinatione, subiungit.

al. † habitaui cũ tabernaculis. *al.* † peregrinata est. *al.* † loquerer *al.* † debellabant. *al.* † in.

† *a* habitaui cum habitantibus Cedar, *b* multùm † incola fuit anima mea. Cum his qui *c* oderunt pacem *d* eram pacificus, cum † *e* loquebar illis, † *f* impugnabant me *g* gratis.

Canticum graduum. CXX.

h LEuaui *i* oculos meos † ad *k* montes, *l* vnde *m* ve-

b Multùm] q. d. non est mirum si doleo, & gemo, quia multùm incola fuit anima mea in hoc Mundo, vbi est peregrina quandiu est ibi 2. *Cor.* 5. b. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Veruntamen anima, quæ de Deo cogitat, & Deum amat, & in eo sperat, & Mundum spernit, iam quodammodo est cũ Deo, sicut dicit Apost. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. Sed illa quæ de Mundo cogitat, & Mundum amat, illa reuera peregrina est à Deo. Vnde *Aug.* Sicut corpus peregrinatur locis, ita anima affectibus; si Deum amat, ascendit ad Deum; si terrã amat, peregrinatur à Deo. *c* Cum his,] q. d. non solùm cum carnalibus habitaui, immò etiam cũ dischołis, & schismaticis, qui scindunt Catholicam vnitatem, & ideo graue est mihi volenti seruare pacem: Et hoc est, cum his qui oderunt pacem, & ideo turbabant alios. *d* Eram pacificus] ferens malos. Ita seruatur pax, quando scilicet mali patienter sustinentur à bonis, *Rom.* 14. c. Quę pacis sunt sectemini. *e* Cùm loquebar illis] admonendo, & corrigendo.

f Impugnabant me] verbis, & factis.

g Gratis.] id est, sine causa, vel sine adeptione commodi, vel vitatione incommodi. Sic & Iudæi Christum. Vnde *supra Psalm.* 118. Principes persecuti sunt me gratis.

EXPOSITIO PSAL. CXX.

LEuaui, &c.] Hic est secundus gradus, id est secundus Psalmus gradualis, in quo vir iustus diuinũ petit auxilium. Primus gradus est exire de malis sæculi. Secundus est petere diuinum auxilium. Congruè igitur sequitur iste gradus præcedentem, nam de Mundo exeunti ocurrunt pericula, & ideo necesse habet diuinum auxilium implorare: Sicut olim filij Israel de Ægypto exeuntes, videntes Ægyptios persequentes, ad Dominum clamauerunt, auxilium postulantes. Vir ergo iustus, qui supra gemebat inter malorum insidias, hic contra eos orat iuuari, & sic patet continuatio Psalmi. Titulus autem est qui supra, scilicet. Canticum gradus, id est, exultatio mentis de ascensu spirituali, id est, de profectu virtutum. Intentio etiam eadem, scilicet monere ad profectum, siue ad ascensum spiritualem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò orat. Secundò quod orauit affirmat, ostendens virtutem auxilij impetrati, *ibi*, Dominus custodit. Primò ergo ad Sanctos quasi ad baliuos dirigit orationem, dicens.

Partitio Psalmi.

h Leuaui,] id est sursum direxi.

i Oculos meos] interiores, id est, desideria & cogitationes.

k Ad montes] spirituales, id est, ad sanctos: Qui dicuntur montes propter eminentiã vitæ, propter constantiã patientiæ, quia prius radios Solis recipiunt, quia ab eis ros, & lux ad valles descendit. Super hos montes fundata est Ecclesia. Vnde *Psalm.* 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed primus mons super quem primò fundata est Ecclesia, est Christus, *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis dieb' præparatus mons domus Domini in vertice montium, *Matth.* 5. b. Non potest abscondi ciuitas super montem posita. Vnde ab hoc, & his montibus, dicitur Ecclesia, terra montuosa, *Deut.* 11. b. Terra inquit, ad quam ingredimini possidendam, non est sicut terra Ægypti de qua existis, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuiam. Dicuntur autem montes, Dæmones & homines superbi, *Isa.* 64. a. Vtinam inquit, dirumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent. Ad hos non sunt leuandi oculi, quia tales non sunt orandi, nec imitandi, nec in auxilium inuocandi. Sed ad priores montes debemus leuare oculos. Primò, vt visã eorum rectitudine, nostram rectitudinem cognoscamus, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. *Iob* 33. d. Respiciet homines, scilicet Sanctos, & dicet, peccaui & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.

Sancti dicuntur montes.

Secundò, vt visã eorum sanctitate, erubescamus, & bonã confusione confundamur, *Ezech.* 43. c. Fili hominis ostende filiis Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis.

Tertiò, vt acuamur ad pugnam & patientiam, 1. *Mach.* 6. d. Ostenderunt Elephantis sanguinem vuæ, & mori, id est Christi, & Sanctorum, ad acuendum eos in prælium, *Osea* 9. c. Quasi vuas in deserto inueni Israel quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum. *Greg.* Si facta antiquorum patrum ad memoriam reuocamus, non erunt grauia quæ toleramus.

Quartò, vt in eis legamus quid agere, & qualiter viuere debeamus. *Iob* 31. d. Librum scribat ipse qui iudicat, vt in numero meo portem illum. Liber est Christus, liber est quilibet Sanctus. *Greg.* Viua lectio est vita Sanctorum, *Isa.* 34. a. Plicabuntur quasi liber cœli.

Quintò, vt bonum concipiamus ex aspectu eorum, *Genes.* 30. f. Posuit Iacob virgas in canalibus vnde effundebatur aqua, vt cùm venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent.

Sextò, vt eorum gloriam admiremur, & desideremus, sicut Regina Saba gloriam Salomonis, 3. *Reg.* 10. a. *Isa.* 38. c. Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso.

Septimò, vt Deo gratias referamus, sicut vigintiquatuor seniores. *Apoc.* 4. d. dicentes, auditis quatuor animalibus Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem. Octauò, vt inde auxilium recipiamus. Et hoc est, quod sequitur.

l Vnde,] id est, à quibus sanctis.

m Veniet auxilium mihi] sicut à montibus humoris, & splendoris beneficium descendit ad valles: Vt *supra Psal.* 71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Et nota, quod leuare oculos quãdoque accipitur in malo. *Isa.* 3. c. Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum, &c. *Eccl.* 26. b. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum. Quandoque in bono, vt hic. Et 2. *Paral.* 20. c. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus, residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Similiter declinare oculos quandoque accipitur in malo. Vnde *sup. Psal.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. *Prou.* 17. d. Oculi stultorum in finibus terræ. Quandoque in bono *Luc.* 18. c. Publicano, qui defixis oculis in terram orabat. Item per montes possunt intelligi duo Testamenta, vetus scilicet, & nouum, ad quorum comparationem aliæ sententiæ dicuntur valles. Et de his dicitur in *Psalm.* 101. Inter medium montium pertransibunt aquæ, de medio petrarum dabunt voces. Ad hos montes ascendit Maria, concepto Iesu: *Luc.* 1. d. id est, anima visitata Spiritu S. Ad hos montes fugit Loth, vt saluaretur, *Gen.* 19. f. Super hos montes requieuit Arca post diluuium, *Gen.* 8. a. Hi sunt montes Garizim, & Hebal. *Deut.* 27. b. Garizim interpretatur diuisio, vel abscisio. Hoc est nouum Testamentum docens diuisionem, & abscissionem à peccato, & Mundo. Hebal interpretatur vetus vorago, vel aceruus lapidum. Hoc est vetus Testamentum. Quod rectè dicitur vorago propter profunditatem iudiciorum, & obscuritatem figurarũ. Et aceruus lapidum, propter multitudinem comminationum, & duritiam iudiciorum. Ad hos montes leuandi sunt oculi quia inde venit lumen veræ cognitionis, *Gen.* 18. a. Cùm leuasset Abraham oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum. Per tres viros, tres personæ intelliguntur, quarum visio, siue cognitio datur illis qui ad hos montes oculos suos leuant. Dicit ergo vir iustus. *h* Leuaui oculos meos] interiores, scilicet, intellectum & affectum.

Leuare oculos & declinare in bonam & malam partẽ accipitur.

Per montes possunt intelligi duo Testamenta.

k Ad montes] videndos, & cognoscendos.

l Vnde veniet auxilium mihi] id est, multiplex cognitio, quæ auxiliatur ad Gloriæ assecutionem, & gehennæ euitationem. Cognitis enim promissionibus, & comminationibus quæ sunt in duobus Testamentis, multũ iuuamur ad fugam mali & amorem boni. Sed ne crederet aliquis, quod Sancti, vel Scriptura hoc haberet ex se, vt scilicet iuuare posset, & ita poneretur spes in eis, ostendit quòd omne auxilium à Dño est, qui auxiliatur per eos, & ipsi quod iuuant à Domino est, qui auxiliatur per eos, & ipsi quod iuuant à Domino habent. Et hoc est.

m Auxilium

a Auxilium meum] per quoscunque detur. b A Domino] & non ab illis, licèt per eos fit tanquam meditatores. Illi enim ministri sunt illuminationis, Deus autem auctor, qui est lux vera (vt dicit *Aug.*) illuminans omnem hominẽ venientem in hunc Mundũ, *Ioa.* 1. a. Qui fecit cœlũ & terrã] i. omne inuisibile, & omne visibile, omne spirituale, & omne corporale. Et nota, quòd auxilium hominis à Deo est, à quo est omne bonum, *Iac.* 1. c. Omne datum optimum &c. Item in Deo. *Os.* 13. c. Perditio tua Israël, (supple ex te est tantum in me auxilium tuum. Item est cum Domino, quia & Deus hominem iuuat, & homo Deum, 1. *Cor.* 3. b. Dei adiutores sumus. Item per Deum, vnde omnes orationes ferè terminantur: Per Dominum nostrum. Sequitur. d Non det.] Vir iustus lætus, & securus de auxilio Domini, qui nunquam deserit sperantes in se, sibi ipsi loquitur, dicens: Non det, i. non dabit, Dñs scilicet. e In commotionẽ] ruinæ. pedem tuũ, i. affectum tuum, q. d. Dñs non sinet te cadere quandiu sperabis in eo. *Prou.* 3. c. Custodi legẽ meã atque consilium, & erit vita animæ tuæ. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Dominus erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne corruas. f Neque dormitet,] i. non dormitabit, i. non permittet te dormitare i. pigritare, quod plus est, q. d. non sinet te cadere à fide, neque impigritari, Dominus. g Qui custodit te] omni tempore. *Isa.* 27. a. nocte & die seruo eam, i. animam, vel Ecclesiam. h Ecce] q. d. benè dico, quod nõ dormitabit, quia ecce, i. palã est, quod: i Non dormitabit,] i. non sinet dormitare te.

al. † Auxiliũ hominis est à Deo, in Deo, cum Deo & per Deum.

niet auxilium mihi. a Auxilium meum b à Domino, qui c fecit cœlum & terram. Non d det in e commotionem pedem tuum, f neque dormitet qui g custodit te. h Ecce non i dormitabit, k neque dormiet, qui l custodit Israel. Dominus m custodit te, Dominus † n protectio tua, super o manum † dexteram tuam. p Per diem q Sol non vret te. r Neque Luna per s noctem. t Dominus u custodit te ab omni malo, x custodiat animam tuam Dñs. Dominus y custodiat introitum tuum, & z exitum tuum, a ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

al. † tegumentum tuum. al. † dexteræ tuæ.

k Neque dormiet,] i. neque sinet dormire.

l Qui custodit Israel.] Non dicit qui custodit illum, vel illam. sed, qui custodit Israel. Ac si diceret, si vis ab eo custodiri, esto Israel, i. vir videns Deum, nunc per fidem, postea per speciem. Hic est custos, de quo dicitur *Isa.* 21. c. Ad me clamat ex Seir. Custos qui de nocte, custos qui de nocte. Et dixit custos, venit manè, & nox, si quæritis quærite, conuertimini, & venite. Et attende, quod non ait per præteritũ, non dormitauit, neque dormiuit, sed per futurũ non dormitabit neque dormiet. Dormitauit enim mortalis, dormiuit mortuus, sicut ipsemet dicit. Ego dormiui & sopotatus sum. Sed resurgens ampliùs non dormitabit, neque dormiet, quia mors illi vltra nõ dominabitur, vt dicitur *Rom.* 6. b. Sed quia adhuc infinitè dictum est: Qui custodit, diffinitè ostendit. m Dominus custodit te.] Et hæc est Secunda pars, vbi quod orauit affirmat, dicens: Cui subest posse & scire: Custodit te, diligentem se. *Infra.* Custodit Dominus omnes diligentes se. n Dominus protectio tua.] Vel, protegit te, alia litera, sperantẽ in se. Supra protector est omnium sperantium in se. o Super manum dexteram tuam, i. plus quàm dextera tua. Ideo dicit *Psal.* 43. Non in arcu meo sperabo, & gladius meus nõ saluabit me. Et *alibi Psal.* 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et licet Dominus fecerit dexteram, & sinistram, & totum quod sumus, non dicit simpliciter, Dominus protectio tua, vel Dominus protectio manus tuæ, sed, Dominus protectio tua super manũ dexteram tuam. Vel, super manum dexteræ tuæ, vt dicit alia *litera.* Reuera aliquid occultum latet hic, quod inuestigandum est. Dextera, æterna fælicitas: Sinistra, terrena substantia. Vtraque à Deo est, sed sinistra inferior ad consolationem, dextera superior ad fruitionem. Vnde *Prou.* 3. b. Longitudo dierũ in dextera eius, sed in sinistra illius diuitiæ, & gloria. Et *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Est igitur sensus: Dominus est protectio tua. Vel, Dominus protegit te super manũ dexteram tuã, id est, ita, vt possit esse ad dexteram, id est, in æterna fælicitate. Vel per manum dexteram, intelligitur bona operatio: Per sinistram, intentio mala, vel bona temporalia. Vnde *Matth.* 6. a. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, mala intentione, vel pro terrenis bona non facias, ponendo ibi finem. Est igitur sensus: Dominus protectio tua, est, super manum dexteram tuam, id est, Dominus protectio tua, est, super manum dexteram tuam, id est, Dominus protegit bonam operationem tuam, super te existens, vel super meritum tuum, vel super intellectum tuũ. Et ideo. p Per diem] prosperitatis. q Sol non vret te,] i. æstus inanis gloriæ, vel auaritiæ, vel luxuriæ, quod tamen frequenter fit, quia ex prosperitate oritur in multis inanis gloria, in multis comitatur auaritia, in multis luxuria. *Ecc.* 43. a. Tripliciter Sol exurẽs mõtes, scil. per superbiã siue inanẽ gloriã. Vnde. *Isa.* 7. a. Requieuit Syria super Ephraim. *Deu.* 32. b. Incrassatus est dilect⁹, & recalcitrauit. Itẽ per auaritiã, *Ecc.* 5. b. Auarus nõ implebitur pecunia. Quia;

Quo plus sunt pota plus sitiuntur aquæ. Ouid. lib. 1. de fastis.

Item per luxuriã, vt patet in Salomone *Eccl.* 47. c. Collegisti quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum cõplesti argentum & inclinasti femora tua mulierib. r Neque Luna,] i. tristitia, vel desperatio, vrêt te. s Per noctem] aduersitatis, *Isa.* 27. a. Die & nocte seruo eam. Multos lædit, & deijcit aduersitas, sed multò plures prosperitas. Vnde *supra.* Cadent à latere tuo sinistro scilicet, mille, & decem millia à dextris tuis. Ideo dicit *Gregor.* Cùm omnis fortuna timenda sit, plus timenda est prospera, quã aduersa. Vel aliter: Per Solem intelligitur Diuinitas; per diẽ, sapientes; per Lunam Christi humanitas; per noctem, simplices. Sol lucet in die Luna in nocte, quia Christi Diuinitas nota, vel notificanda est sapientibus, humanitas simplicibus. Vnde *supra.* Dies diei eructat verbũ, id est, sapientes sapientibus, Christi Diuinitatem; & nox nocti indicat scientiam, id est, paruuli paruulis Christi humanitatem. Et hoc est, quod dicit *Apost.* 1. *Cor.* 3. a. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Igitur à Sole vritur, qui errat in Diuinitate, à Luna, qui errat in humanitate. Est igitur sensus. p per diem Sol non vret te] id est, non errabis in sapientia Diuinitatis, in qua heretici multi errant. *Greg.* Dum lippientibus oculis claritas Solis intenditur, plerunque ex claritate cæcitas generatur. *Prou.* 25. d. Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum; sic qui perscrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria. Ideo dicitur sponsæ. *Cant.* 6. b. Auerte oculos tuos à me quia ipsi me auolare fecerunt. r Neque Luna per noctem] vret te scilicet, id est, non errabis in scientia humanitatis. Quare autem Sol, & Luna non vrunt iustum, subiungit: Quia t Dominus] qui omnipotens, & omnisciens, & benignus est. u Custodit te ab omni malo.] *August.* id est, à scandalis in Sole, & Luna, & à persecutoribus, ne scilicet noceant. In quibus & si permittat corpus lædi, tamen. x Custodit, &c.] quæ in manu sua est, *Sap.* 3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ *Prou.* 2. b. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, *Phil.* 4. b. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Deinde vir iustus sibi ipsi loquens, orando cuncta concludit, dicens. y Dominus custodiat, &c.] in iustitiam. z Et exitum tuum] à peccato. 1. Cor. 10. Vel introitum tuum, in vitam, Et exitum tuum, à vita. Vel, Introitum tuum, in tentationem, vt non permittat te tentari supra id quod potes. Et exitum tuum, à tentatione, vt victoriam det, & victorem remuneret. Item, Introitum tuum, in Ecclesiam, vt tantum propter ipsum Dominum introeas, non propter quæstum. Et exitum tuum, i. resignationem dignitatis tuæ, vel beneficij, vt tantum ex amore Dei, non ex cupiditate fiat. Quod non benè seruant illi qui Prælationes vel beneficia accipiunt non principaliter propter Deum, sed potiùs propter honores, vel diuitias, vel delicias, vel propter parentes sublimandos, vel propter inimicos suos deprimendos. De quibus dicitur *Mal.* 1. c. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? q. d. nullus, aut rarus. *Ioan.* 10. b. Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones, quia non intrant per ostium Christũ, nec intrant nisi vt furentur bona pauperum. Et licèt Dominus multa temporalia det intrantibus Ecclesiam, vt ei seruiant, non tamen ei seruiunt. Vnde *Psal.* 104. Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt legem eius exquirant, Et ipsi nihil horũ faciunt. Vnde *Isa.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spreuerunt me. Ideo dicitur *Eccl.* 4. d. Intrans in domũ Dñi, custodi pedẽ tuum. *Ioan.* 10. b. Per me si quis introierit, saluabitur. Ergo qui per ipsum non intrat, dãnabitur. Quantùm vel quãdiu petat custodiri ostendit. a Ex hoc nunc & vsque in sæculum,] id est, continuè, & omni tempore. *Mat. vlt.* d. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, sicut pastor cum grege; sicut Dux cũ exercitu; sicut pater cum filiis; sicut magister cum discipulis.

Custodit.
- Dominus.
  - Vt speculator. *Isa.* 21. e. Custos quid de nocte, custos quid de nocte.
  - Vt defensor, *Gen.* 28. d. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, &c.
  - Vt ostiarius, vt hic, *Ioan.* 10. a. Huic ostiarius aperit, &c.
  - Vt Medicus, *Luc.* 10. f. Alligauit vulnera eius, &c.
- Angelus, *Isa.* 62. b. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, &c.
- Prælatus, *Cant.* 5 b. Inuenerũt me custodes, &c.
- Mercenarius, *Cant.* 1. b. Posuerunt me custodem in vineis.
- Quilibet homo, *Prou.* 4. d. Omni custodia serua cor tuum, &c.
- Diabolus, *Apocal.* 18. a. Babylon magna facta est habitatio Dæmoniorum, & custodia omnis spiritûs immundi, &c.

EXPOSITIO PSALM. CXXI.

LÆtatus sum, &c.] Tertius gradus hic est, qui satis eleganter tertio loco ponitur: Nam primus est exire à malis sæculi. Secundus diuinum auxilium implorare contra impedimenta. Tertius est confidere de perueniendo in domum Domini quo ascendit. Et primum canticum fuit gaudium de exitu à Mundo. Secundum fuit gaudium de impetrato diuino auxilio. Tertium est gaudiũ de spe perueniẽdi in locum quo ascendit. Hæc sũt Cãtica graduum, vel gradus Canticorum, quibus vir iustus ascendit vsque ad domum Dei. Et intantum iam profecit ascendens, quòd Dominus ipsum clamantem exaudiuit in primo cantico, & factus est custos eius, & protector: In secundo custos quidem in bonis, protector à malis. In hoc autem cantico gaudet de diuino responso, quòd possit liberè peruenire quò tendit: Secundum quod dicitur *Iob* 36. d. Annunciat de eã amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Titulus. Canticum graduum, vt supra, id est, exultatio mentis de ascensu, siue profectu spirituali, de quo hic agitur, vt suprà. Intentio, monet ad ascensum, & desiderium cœlestis Ierusalem, vt supra. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò dicit se gaudere super certificatione diuina, quòd ibit in domum Domini. Secundò, ascensuros secum monet ad pacem, *ibi*: Rogate quæ ad pacem, &c. Quia igitur iste ascendens à multis audierat de loco ad quem festinat, qualis sit, & quòd possit liberè peruenire, gaudens ait.

> *Canticum graduum. CXXI.*
>
> a † LÆtatus sum in his b quæ † dicta sunt mihi, in c domum Domini ibimus.

al. † iocundatus. *al.* † dixerunt. 24. q. 1. c. *omnibus.*

Partitio Psalmi.

a Lætatus sum in his,] id est, pro his.

b Quæ dicta sunt] à Spiritus S. loquente per inspirationem, à Prophetis, & Apostolis loquentibus in Scripturis suis, qui priores viderunt patriam, & alios vt illuc currant inuitant, *Isaia* 2. a. Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. *Ierem* 51. f. Recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. *In Iud.* 18. c. dicunt filij Dan post reditum de exploratione: Vidimus terram valdè opulentam, & vberem, nolite negligere, nolite cessare, eamus & possideamus eam, nullus erit labor, intrabimus & ad securos in regionem latissimam, tradétque nobis Dominus locum in quo nullius rei est penuria eorum quæ gignuntur in terra. *Hebr.* 4. c. Festinemus ingredi in illam requiem, *Ioan.* 1. e. Rabbi vbi habitas? Dixit eis: Venite & videte. Deinde ostendit qui sunt illi rumores quos audiuit: Vndè lætatur, dicens.

c In domum Domini ibimus. *August.* Duobus pedibus charitatis itur ad hanc domum: Amor namque qualiscunque sit, vacare non potest: Nam si terrenus est, animam ad terrena inclinat si verò cœlestis est, ad cœlestia subleuat. Nota.

Domus
- Inferior
- Exterior
- Interior
- Superior

Dominus inferior, est Militans Ecclesia, quæ adhuc in Mundo militat, & laborat: De qua *Isa.* 46. e. Domus mea domus orationis vocabitur, &c. Et *in Psal.* 92. Domum tuam Domine decet sanctitudo. Domus exterior est S. Scriptura. De qua dicitur *in Psal.* 54. In domo Domini ambulauimus cum consensu. Domus interior est conscientia: De qua dicitur in *Psal.* 100. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Domus superior, est Triumphans Ecclesia: de qua dicitur *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. In prima domo generatur, & nascitur vir iustus. In secunda nutritur, & eruditur. In tertia quiescit & dormit, & etiam vestitur, & ornatur. In quarta gaudet, & lætatur. Et ideo quia anima ad gaudium creata est, & ad hanc domum festinat gaudens. Primò, propter exilij terminationem, de cuius prolongatione supra gemendo dixit: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c. Exilium autem iustorum est Mundus iste, de quo egrediens vir iustus, lætatur & impletur in eo, quod dictum est *suprà*: In exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo Barbaro: Facta est Iudæa sanctificatio eius. Per Israel contemplatiui; per domum Iacob, actiui; per Ægyptum, Mundus; per populum Barbarum, mundani, intelliguntur: Iudæa verò glorificatio interpretatur, qua iusti laudant, & glorificant, quoniam de periculis Mundi exierunt. Vndè *Deut.* 33. e. Lætare Zabulon in exitu tuo. Secundò, de vinculorum ruptione, quæ sunt peccata, & mundanæ sollicitudines, quibus in Mundo vir iustus ligatus tenebatur, & ideò cùm exit de mundo, lætatur. *Infrà.* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Et iterum. Dirupisti Domine vincula mea, & ideo, tibi sacrificabo hostiam laudis, &c.

Anima iustorum gaudens festinat ad domum cœlestis patriæ.

Tertiò de machinamentorum hostium euacuatione. Nam dum in hoc Mundo viuit iustus, multa contra eum machinantur dæmones consilia damnationis. Vndè *Psal.* 82. Super populum tuum malignauerunt consilium. Et quia hæc euadit qui ascendit ad patriam, ideò gaudet. *Isa.* 11. c. Non nocebunt, neque occident in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini. Item *Isa.* 35. d. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi.

Quartò, quia ad propriam hæreditatem redit. *Leui.* 25. b. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam, quia annus Iubilæus est.

Quintò, quia domus ad quam vadit caret omni malo. *Isa.* 25. c. Præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, id est, fomitem & telam quam orditus est super vniuersas nationes i. miseriam, præcipitabit mortem in sempiternum, & auferet Dominus omnem lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi auferet de vniuersa terra.

Sextò, quia illa domus abundat omni bono *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Item *Isa* 51. b. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis: De vtroque dicitur *Rom.* 8. d. Ipsa creatura, id est, homo, liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Dicit ergo vir iustus.

a Lætatus sum] in via ascensionis.

b In his quæ dicta sunt mihi] à Spiritu S. qui hoc testificatur in cordibus iustorum. Vndè *Gal.* 4 a. Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, id est, clamare nos facientem, Abba pater, *Rom.* 8. c. Ipse Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei, si autem filij, & hæredes. Hoc autem testificatur Spiritus S. quinque modis. Primò, quando pœnitentia dulcis est homini. *Deut.* 33. e. Inundationes maris quasi lac sugent. *Prou.* 27. a. Anima saturata calcabit fauum anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Secundò, quando homo abominatur, & fugit quiequid credit Deo displicere. *Psalm.* 118. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis. Tertiò, quando dolet vehementer de malis quæ fiunt ab aliis. *Psalm.* 118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et *iterum* Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Quartò, quando dolet de malo, quod infertur bonis 3. *Reg.* 19. b. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, altaria tua Domine destruxerunt. Quintò, quando dolet, quod non potest plus boni pro Domino facere. *Psalm.* 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. Sequitur.

Quinque modis testificatur Spiritus S. quod sumus filij Dei.

c In domum Domini ibimus.] quidam per viam innocentiæ, vt innocentes: Alij per viam pœnitentiæ, vt pœnitentes. De primis dicitur *in Psalm.* 74. Non priuabis eos bonis qui ambulant in innocentia. *B. Bernard.* Neque eos Domine qui ambulant in pœnitentia. De secundis dicitur, *Mat.* 7. b. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Dicit *Ambrosius*, quod plures sunt qui innocentiam seruauerunt, quam qui pœnitentiam veram fecerint. De vtrisque dicitur *in Psalm.* 65. Transiuimus per ignem, pœnitentiæ, vel Martyrij, & aquam Baptismi, & induxisti nos in refrigerium. Sequitur,

a Stantes erant, &c.] Posset quæri, vbi eras quando illa audisti, vnde sic lætatis quasi securus de peruentione in domum Domini, & quasi elatus gaudio, supra loquens ad ipsam domum, vel ad illos qui in ea sunt, respondet, dicens: Stantes erant pedes nostri, quandò illa dicta sunt mihi. *b* In atriis tuis, &c.] id est, in introitu portarum tuarum. Per hoc exprimitur affectus, & desiderium iusti tendentis ad patriam.

a Stantes erant pedes nostri, in *b* atriis tuis Ierusalem. *c* Ierusalem quæ ædificatur, vt *d* ciuitas, *e* cuius participatio eius in idipsum. Illuc *f* enim ascenderunt *g* tribus tribus Domini *h* testimonium Israël *i* ad confitendum nomini † Domini. † *k* Quia illic *l* sederunt sedes in iudicio, *m* sedes super domum Dauid. † *n* Rogate quæ *o* ad pacem sunt Ierusalem.

al. † Tuo Domine. al. † quoniam. al. † interrogate.

Nam qui festinat ad aliquem locum, ita cogitat quasi iam sit ibi, & reuera iam ibi est mente, licèt non corpore. Et per hoc datur aliis consolatio. Vt quando multi vadunt ad S. Iacobum, qui fortior est inter illos, consolans alios dicit, ecce nos sumus ibi, nihil est vsque illuc. Ita dicit iustus hic loquens.

a Stantes erant pedes nostri,] id est, affectus & cogitationes.

b In atriis tuis,] id est, in penetralibus tuis [Ierusalem] non quæ occidit Prophetas, & lapidat eos qui ad eam missi sunt: *Matth.* 23. d. sed quæ sursum est libera, quæ est mater nostra *Gal.* 4. d. Et dicitur [stantes] quia nihil transit, vel cadit ibi. Vel atria Ierusalem cœlestis, sunt diuersi status in Ecclesia militante, vel virtutes, vel tribulationes, quibus itur in cœlum, *Act.* 14. d. Per multas tribulationes, &c. Et secundum hoc in verbo, stantis, notantur quinq; quæ debent esse in viro iusto. Primò, est erectio ad superna. *Col.* 3. a. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Secundum, est præparatio ad pugnam. *Iob* 7. a. Militia est vita hominis super terram. Tertium, est voluntas seruiendi, vel iuuandi alios. Vndè Stephanus vidit Iesum stantem, *Act.* 7. g. Quartum, est constantia mentis intrepidæ. *Psalm.* 5. Manè astabo tibi, &c. Quintum, est desiderium seu voluntas vlteriùs procedendi, quia de illis procedet in istam Ierusalem, *Ezec.* 2. a. *Psal.* 99. Fili hominis ista super pedes tuos. De istis atriis dicitur supra *Psal.* 83. Introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi. *Item*: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Deinde ostendit qualis sit illa Ierusalem, ad quam tam lætanter festinat dicens.

Quinque debent esse in viro iusto.

c Ierusalem quæ ædificatur] non saxorum molibus, sed de viuis lapidibus, 1. *Pet.* 2. a. Et vos coædificamini tanquam lapides viui in domos spirituales. *Isa.* 54. c. Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris.

d Vt ciuitas,] id est, ad similitudinem ciuitatis, quæ habet diuersos vicos, id est, diuersas mansiones, *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Item vnam legem, scilicet, charitatem, vel vnitatem. Vndè *Psal.* 118. Lex tua veritas. Vel Regem Christum. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt. Vel fontem, B. Virginem, *Cant.* 4. d. Fons hortorum, &c. Item duodecim portas, scil. duodecim Apostolos. *Apoc.* 21. f. Duodecim portæ, duodecim Margaritæ sunt per singulas, & singulæ portæ erant ex singulis Margaritis. Item murum Christum, scilicet *Isa.* 26. a. Saluator in ea ponetur murus, & antemurale. Murus secundùm Diuinitatem, antemurale, secundùm humanitatem. *Zach.* 2. b. Ego murus in circuitu. Item ciues, scilicet, Sanctos, *Eph.* 2. d. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum.

e Cuius participatio eius in idipsum,] id est; cuius bonum communiter ab omnibus & singulis totaliter, & immutabiliter participatur, quod de nulla ciuitate corporali potest verè dici. Nec potuit expressiùs dicere stabilitatem, continuitatem, & communitatem ciuitatis illius, ibi enim bonum singulorum vnum erit, & idipsum omnium; nec modò hoc, nec modò illud, sed semper in idipsum. Vndè *Iac.* 1. c. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, *Act.* 4. g. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Deinde quasi quis quæsiisset, quomodo sciuit, quòd ituri sunt in domum Domini, respondet.

f Illuc enim ascenderunt iam in Dei præscientia, tandem in rei existentia. Vel iam spe, tandem re. Vel cum Domino ascendente.

g Tribus] non omnes, sed tribus Domini.] Et quæ sunt hæ determinat.

h Testimonium Israël,] i. quibus est testimonium Domini, quo cognoscetur, quod sunt Israël secundùm veritatē. Quod nūc nō potest fieri, quia paleæ mixtæ sunt granis, & quandoque, quod est palea putatur granum, & è cōuerso, Sed cùm area Domini fuerit ventilata, tunc grana à paleis distinctè cognoscentur, 1. *Ioan.* 3. a. Charissimi, filij Dei sumus, sed nondum apparet quid erimus, scimus autem quoniam cùm apparuerit similes ei erimus. Vel.

f Illuc ascenderunt tribus tribus Domini,] id est, innocentes, & pœnitentes, tertiam partem, scilicet in peccato manentes traxit draco cauda sua in Infernum, vt dicitur *Apocalyp.* 12. a. Vel.

g Tribus tribus Domini], id est, Angeli & Sancti, qui cum Domino ascenderunt. *Mich.* 2. d. Ascendit pandens iter ante eos, diuident, & transibunt per portam & egredientur per eam, & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite omnium, *Isa.* 63. a. Quis est iste qui venit de Edom, in multitudine virtutis tuæ? *Gen.* 32. In baculo meo transiui Iordanem istum, nunc cum duabus turmis regredior. Et in his omnibus est [testimonium Israël,] scilicet fides operans per dilectionem, vel finalis pœnitentia. *Ezech.* 9. c. Illos in quibus videritis tau, ne occidatis. Tau figuram Crucis habet, & ideo pœnitentiam, & fidem significat. Item vltima litera est in alphabeto Hebræorum, & ideo perseuerantiam designat. Vel.

g Tribus tribus Domini,] id est, perfecti, qui iudicabunt, & imperfecti qui iudicabuntur. Deinde ostendit ad quid ascendunt dicens.

i Ad confitendum nomini Domini,] id est, ad laudandum Dominum nominabilem. Est autem triplex confessio. Prima est confessio peccati, quæ facienda est hic *Psalm.* 31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Secunda fidei, quæ similiter facienda est hic. *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Tertia laudis, quæ fit hic & in patria. *Psalm.* 74. Confitebimur tibi Deus, in via, confitebimur tibi, in patria. Ibi confessio laudis erit continua & sine labore. Vnde *Psalm.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. *August.* de ciuitate Dei in fi. Vacabimus & videbimus, videbimus, & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quid erit in fine fine fine. Et quasi quæsiuisset aliquis iterum: Quomodo scis, quod ibitis in domum Domini, & illuc ascenderunt tribus, tribus Domini? Respondet.

Triplex confessio.

k Quia illic in illa ciuitate.

l Sederunt sedes in iudicio,] id est iusti, in quibus sedet Dominus, qui iudicabunt Mundum. *Sap.* 3. b. Iudicabunt Sancti nationes. *Iob.* 36. a. Iudicium pauperibus tribuet, *Isa.* 3. c. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. *Matth.* 19. d. Cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c. Deinde quæ sint hæ sedes declarat, repetens.

m Sedes super domum Dauid, id est, vir iusti, qui sunt sedes Domini, & sunt [super domum Dauid] id est, in superiori statu Ecclesiæ. Hi sunt qui omnia propter Dñm reliquerunt, & nudum nudi secuti sunt. Hi iudicabunt vt assessores, Dominus autem, vt Iudex. *Ioan.* 5. d. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

n Rogate.] Secunda pars, vbi ascensuros secum monet ad pacem, sine qua non potest videri Deus. *Heb.* 12. d. Sanctimoniam, & pacem sequimini, sine qua Deum nemo videbit vnquam. Ideo monens socios suos, dicit [Rogate] Dominum, vos qui vultis ascendere ad domum Dei, vt det vobis ea. *o* Quæ ad pacem sunt Ierusalem.] i. sine quibus nō potest haberi pax supernæ Ierusalē, vbi est pax summa, pax cōtinua, pax pulchra, *Is.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. *Tob.* 13. d. Beati omnes qui diligūt te, & gaudēt super pace tua. Et quę sunt * illa quæ

Vel sic. *n* Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem,] id est interrogate, vos Iudices.

o Quæ ad pacem sunt Ierusalem,] id est, qui fecerunt, ea quæ pertinent ad pacem Ierusalem, scilicet, opera misericordiæ, quæ qui fecerunt, recipientur in Ierusalem, alij non. Quia iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, vt dicitur *Iac.* 2. c. Vnde *Matt.* 25. d. Illis qui non fecerunt opera misericordiæ de quibus fit disceptatio, dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. Caueant ergo sibi omnes interrogandi, quod habeant ea quæ pertinent ad pacem Ierusalem, id est, opera misericordiæ.

Vel sic. *n* Rogate quę ad pacem sunt Ierusalē,] id est, vt habea

Multa sunt quæ ducunt ad pacem ciuitatis Ierusalem.

• Illa quæ ducunt ad illam pacem,& sine quibus non potest aliquis venire ad illam? Multa sunt. Primum est intercessio amicorum, sicut Abigail pacificauit Dauid iratum contra virum suum. 1. *Reg.* 25. d. Et Ester Assuerum iratum contra populum Iudaicum: *Ester* 7. a. Secundum, est emenda iniuriæ factæ: Tertium, est ab iniuria cessare. De his dicitur *Isa.* 27. b. Tenebo fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi, q. d. emendabit, vel saltem cessabit. Quartum est iustitia. *Isa.* 32. d. Erit opus iustitiæ pax. *Iacob* 3. d. Fructus iustitiæ in pace seminatur. Quintum, est amor legis diuinæ. *Psalm.* 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Sextum, est bona voluntas. *Luc.* 2. b. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Bona autem voluntas, vt dicit *Greg.* in quadam homilia, est aduersa alterius, vt nostra pertimescere; de prosperitate proximi, vt de nostro profectu gratulari, damna aliorum nostra credere, lucra aliorum nostra reputare; nulli quod tibi ab alio vis fieri, facere; nulli quod tibi impendi iustè desideras, negare; amicum non propter Mundum, sed propter Deum amare; amicum amando tolerare, proximorum necessitati secundùm vires succurrere, & etiam vltra vires prodesse velle.

al. † his qui diligunt te. *al.* † propinquos. *al.* † mei. *al.* † Domine. *al.* † cœlo.

a abundantia † diligentibus te. *b* Fiat pax in virtute tua, & *c* abundantia in *d* turribus tuis. *e* Propter fratres meos, & † proximos meos, *f* loquebar pacem de te. *g* Propter domum Domini Dei † nostri, *h* quæsiui bona tibi.

Canticum graduum.

PSALM. CXXII.



AD *k* te † *i* leuaui oculos meos, qui *m* habitas in † cœlis. *n* Ecce sicut oculi seruorum, in *o* ma-

A misericordiæ, alioquin non intrabunt. *a* Et] rogate ea, per quæ est abundantia diligentibus te ô Ierusalem. Hæc sunt opera ipsa misericordiæ, quæ qui facit hic, abundabit ibi in omni bono. Vnde *Luc.* 19. d. Omni habenti dabitur, & abundabit. Vel ipsa charitas est, per quam est omnis abundantia. Qui enim in alio amat bonum, quod non habet, iam habet illud eo ipso quod amat in illo. Vnde *Aug.* Habe charitatem, & omnia tua sunt. Item *Aug.* Attende quanta est charitas, quæ si desit, frustrà habentur cætera; si autem adsit, habentur omnia. Et *Ambr.* Qui charitatem non habet, omne bonum amittit, quod habet.

Θ beat pacem Ierusalem inferior, scil. Militans Ecclesia. *a* Et] i. abundantia diligentibus te ô Ierusalem. Hi sunt qui rogant pro pace ipsius. *Ierem.* 29. b. Quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax vestra. 1. *Esdr.* 9. c. Deprecatio nostra ad Dominum, vt detur pax illius in omni loco. Inter omnia quæ seruant pacem in Ecclesia, est paupertas, quia pro ipsa habenda nullus litigat, nullus appellat, nullus guerram facit. Est enim vt ait Seneca, quieta possessio. Sed nullus rogat pro ea, quia est bonum odibile. Igitur [rogate] omnes ciues Ierusalem, quæ ad pacem sunt Ierusalem, i. paupertatem, vt detur vobis, & abundantia erit diligentibus te ô Ierusalem, non te: Qui enim diuitias in Ecclesia quærunt, non ipsam, sed se diligunt. *Philippens.* 2. c. Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Iam venerunt illa tempora, de quibus dicit *Apostolus* 2. *Tim.* 3. a. Hoc scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines sese amantes, &c. Deinde vir iustus desiderans, quod Ecclesia pacem haberet, & ea quæ pacem conseruant, & faciunt, sc. paupertatem, & charitatem, & pietatem, loquens ad ipsam, ait. *b* Fiat pax in virtute tua] id est, in paupertate, pietate, charitate tua. Hoc est, det tibi Deus paupertatem, pietatem, charitatem, & habebis pacem. *c* Et] per hoc fiat, vel erit abundantia meritorum, vel præmiorum.

d In turribus tuis] i. in perfectis viris, qui alios defendunt. *Cant* 7. b. Collum tuum sicut turris eburnea. *Isa.* 5. a. Plantauit Dominus vineam electam, & ædificauit turrim in medio illius. Perfectus vir nunquam indiget, sed semper abundat, quia paupertatem, quam pro eo habet, diuitias computat. *Tob.* 5. d. Nunquam fuisset illa pecunia, pro qua misimus eum, sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus. 2. *Cor.* 8. O altissima paupertas eorum, abundauit in diuitias simplicitas eorum. Et quia charitas non quærit quæ sua sunt, sed magis quæ sunt aliorum, vt dicitur 1. *Cor.* 13. b. Ideò vir iustus ne suam vtilitatem quærere videatur, subiungit. *e* Propter fratres meos, & proximos meos] id est, propter omnes homines astringendos Ecclesiæ vinculo charitatis, & pacis.

f Loquebar pacem de te] ô Ierusalem, id est, prædicabam pacem tuam aliis, vt allecti amore tui venirent ad te. *Isa.* 52. b. Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem. *Col.* 3. c. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Deinde repetit idem, dicens.

g Propter domum Domini Dei nostri] quasi non propter me, vt hæretici faciunt, qui gloriam, & proprium commodum quærunt, sed propter Ecclesiam ædificandam, & augmentandam, & glorificandam.

h Quæsiui bona tibi] i. optaui bona tibi, ô tu Ierusalem, tam Militans, quam Triumphans. *Tob.* 13. d. Benedicti erunt, qui ædificauerint te; tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum, beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Bona huius domus sunt diuitiæ, & gloria, sicut dicit *Psalm.* 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Item pax, abundantia, & requies. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Et omnia bona quæ possunt excogitari; immò quæ non possunt excogitari. 1. *Cor.* 2. c. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum. Oculus non vidit tantam pulchritudinem, auris non audiuit tantam melodiam, cor non sensit tantam dulcedinem quanta est illa. *Psal.* 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus nomen tuum Domine!

EXPOSITIO PSALM. CXXII.



AD te leuaui. Hic est quartus gradus qui rectè sequitur præcedentes: Nam primus est exire à malis sæculi, siue Mundum relinquere. Secundus, diuinum auxilium implorare: Tertius, de peruentione confidere. Hic quartus est inter quaslibet angustias de Domino constanter confidere. Titulus, & intentio eadem, quæ supra. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, dicit se in Deo tantùm confidere, & non in aliis. Secundò, precatur vir iustus misericordiam Dei, *ibi.* Miserere nostri. Et vide progressum ascendentis. Qui supra ad montes, i. ad Sanctos, nunc ad ipsum Dominum, quod maius est, oculos leuat, & ideò rectè gradus Cantici dicitur. Igitur vir iustus, sicut seruus sapiens, qui flagellatus imperio Domini, ad solum Dominum intendit, donec iubeat parcere, ait. *Partitio Psalmi.*

i Ad te] discretiuè ponitur, quasi non ad alium, nec ad aliud. *k* Leuaui] fide & spe, quasi duabus manibus.

l Oculos meos] interiores, s. affectionem, & intentionem. *m* Qui habitas] in cœlis materialibus per apparentiam essentiæ, sapientiæ, & bonitatis tuæ, quæ tria in cœlorum factione magis elucent. Item in cœlis spiritualibus, i. in Angelis, & Sanctis animabus per gratiam, qui dicuntur cœli ea ratione quâ cupidi dicuntur terra, propter nimium amorem quo vniuntur ipsi. Vel propter hoc, quia sunt alti, per vitæ eminentiam: clari per vitæ munditiam; volubiles, per obedientiam: concaui, per humilitatem; domus Dei, per pietatem; stellati, per virtutum varietatem, quia inde venit pluuia prædicationis; tonitrua comminationis; fulgura miraculorum. Ad istum sunt leuandi oculi de tribulatione. Primò, tanquam ad adiutorem. *Sup.* Auxilium meum à Domino, &c. *Deut.* 33. d. Ascensor cœli, auxiliator tuus. Secundò, vt ad exemplar. *Exod.* 25. d. Inspice & fac secundùm exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Tertiò, vt ad librum, quia ipse est liber continens omnia. *Eccl.* 23. c. Est enim liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis. Item est liber scriptus intus, & foris. *Ezech.* 2. d. *Iob* 31. d. Librum scribat ipse qui iudicat, vt in humero portem illum. Ad hunc librum deberet quilibet homo emendare librum suum, quia per ipsum formabitur iudicium generale. *Apoc.* 20. d. Libri aperti sunt; & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. Quartò, vt thesaurum. Ipse enim est thesaurus omnium bonorum, & ideò libenter, & frequenter deberet quilibet leuare oculos ad ipsum. *Matth.* 6. c. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. *Deut.* 33. d. Oculi Iacob in terra frumenti, vini, & olei. Quintò, vt ad viam, *Ioan.* 14. a. Ego sum via, &c. Sextò, vt ad speculum, in quo videre potest quilibet maculas, & defectus suos. *Sapient.* 7. d. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Septimò, vt filius ad patrem, qui dat ei de pane; vel sicut seruus ad Dominum, expectans mercedem suam. Et de hoc subiungitur. *n* Ecce, &c.] sunt defixi, & attentè aspicientes.

Cœli dicuntur Angeli, vel Sancti.

Leuandi sunt oculi ad Deum multis de causis.

o In manibus dominorum suorum] vt dent eis de pane, vel reddant eis mercedem suam, vel vt iubeant Domini parci eis. Quando enim serui flagellantur, leuant oculos ad Dominum suum, vt iubeat eis parci. Et.

a Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ] aspiciunt. b Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum] sunt leuati. c Donec] id est, vt, vel quousque.

d Misereatur nostri] à præsenti miseria, & opprobrio liberando, & ad gloriam transferendo, vbi honor & gloria. Et nota, quòd de vtroque sexu ponitur similitudo, vt nullus putet se exceptum. Seruus enim & ancilla est omnis homo, quia emptus est, & conductus, vt seruiat: Sed seruus dicitur, propter fortes; & ancilla propter debiles. Item seruus propter seruandi, vel seruiendi fidelitatem; & ancilla propter generandi fœcunditatem. Seruus igitur, & ancilla est omnis homo eiectus de Paradiso, & positus hic in carcere, tota die cæditur, & torquetur, quia tentatio est vita hominis super terram, vt dicitur *Iob* 7. a. Et ideò continuè leuatos habet oculos in manus Domini, quousque pietate motus, iubeat flagellanti, vt cesset: Sicut legitur 2. *Reg.* vlt. c. Cùm extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem populi, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuam. Quamdiu ergo est homo in hac vita, continuè, & semper debet habere oculos ad Dominum. Vnde *Eccl.* 2. c. Oculi sapientis in capite eius, id est, in Christo. Oculi autem stultorum in finibus terræ, vt dicitur *Prou.* 17. d. *Dan.* 4. g. Oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi. Ideò dicitur *Thren.* 3. e. Leuemus corda nostra cum manibus in cœlum. Serui autem stulti, quia in hoc sæculo sunt diuites, & fœlices, rident & non credunt flagellari, qui tamen eò grauius flagellantur, quò perdiderunt sensum doloris. De quibus dicitur *Prou.* 23. d. Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi. *Ierem.* 5. a. Attriuisti eos, & noluerunt accipere disciplinam. *Prou.* 1. c. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Boni autem serui, quia vident continuè se cædi, continuè aspiciunt in manum Domini, expectantes misericordiam eius: Vnde sequitur vox eorum.

nibus dominorum suorum. Sicut *a* oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita *b* oculi nostri ad Dominum Deum nostrum † *c* donec *d* misereatur nostri. *e* Miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum *f* repleti sumus despectione. † *g* Quia multùm repleta est anima nostra *h* opprobrium † abundantibus, & *i* despectio superbis.

al. † quoadusque.
al. † implurimum.
al. † eis quæ abundant.

Canticum graduum. CXXIII.

Nisi quia Dominus *k* erat in nobis, *l* dicat *m* nunc *n* Israël, nisi quia Dominus *o* erat in nobis. † Cùm *p* exurgerent *q* homines † in *r* nos, † *s* fortè viuos † *t* deglutissent

al. † surgerent.
al. † super.
al. † forsitan.
al. † absorbuissent.

Secunda pars. e Miserere nostri, &c.] Et est hæc secunda pars, vbi vir iustus precatur misericordiam, & duplicem misericordiam, sc. vt in corpore liberetur à pressuris, & in anima à periculis. Vnde dicit: Miserere nostri Domine, miserere nostri. *Eccl.* 36. a. Miserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. *Isa.* 33. a. Domine miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis. Et necesse habemus, vt miserearis.

f Quia multùm repleti sumus despectione] id est, multi nostrûm à multis illorum, multis despectionibus, & multis locis, & multis temporibus, & multis modis irridemur. 1. *Cor.* 4. c. Tanquam purgamentum huius Mundi facti sumus, omnium peripsima vsque adhuc. *Iob* 12. a. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Vsque hodie deridet Michol Dauid. 2. *Reg.* 6. d. Et Herodes Iesum. *Luc.* 23. b. id est, mali bonos. *Prou.* 29. d. Abominantur impij eos qui in recta sunt via. Deinde exaggerando subdit.

g Quia multùm, &c.] quasi dicat. Ideò postulo misereri, quia multùm repleta est anima nostra despectione, & opprobrio, non solùm corpus tribulatione, & persecutione. *Neemia* 4. a. Audi Deus meus, quia facti sumus despectui, conuerte opprobrium super caput eorum. *Thren.* 5. a. Recordare Domine, & vide quid acciderit in nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum. Deinde ostendit, à quibus, & quare despiciatur, dicens.

h Opprobrium] sumus abundantibus, id est, diuitibus.

i Et] sumus despectio superbis, quia diuites spernunt pauperes, & superbi contemnunt humiles. *Eccles.* 13. c. Quæ pars bona diuiti ad pauperem? Venatio Leonis onager in eremo; sic pascua diuitum sunt pauperes: Et sicut abominatio superbo humilitas, sic execratio diuiti pauper. Vel sic.

f Multùm repleti sumus despectione] qua ab omnibus despicimur. Quod patet.

g Quia multùm repleta est anima nostra] id est, vota nostra despectione. Diuites vitam pauperum despiciunt, & superbi vitam humilium. Sed in futuro.

h Opprobrium] sempiternum erit abundantibus, & despectio erit superbis, quando scil. pauperes humiles exaltabuntur in gloria, & diuites superbi demergentur in gehenna. Vnde *Sap.* 5. a. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum: videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes; Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est: ergo errauimus. Certè verum est, ideò dicitur *Isa.* 33. a. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris: *Ierem.* 23. g. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. *Malac.* vltim. a. Calcabitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.

EXPOSITIO PSALM. CXXIII.

Nisi quia Dominus.] Hic est quintus gradus Cantici, vel quintum Canticum graduum, quo vir iustus ascendens, non sibi, sed Deo attribuit suã liberationem, pro qua in præcedenti Psalmo orauerat, dicens, Miserere nostri Domine, miserere nostri. Quintus igitur gradus est, Deo attribuere liberationem. Canticum verò, est ipsa lætitia de liberatione. Titulus idem qui prius. Intentio monet, omne bonum Deo attribuere, & sic monet ascendere. Modus. Bipartitus est *Psal.* Primò, vir iustus attribuit Deo suam liberationem. Secundò, gratias agit, *ibi*: Benedictus Dominus. Dicit ergo. *Partitio Psalmi.*

k Nisi quia Dominus erat in nobis] sicut gubernator in naui fluctuante; aut sicut Dux in exercitu confligente; aut sicut caput in corpore, supple non euasissemus pericula occurrentia. Vnde quòd euasimus, per ipsum est. Et hoc.

l Dicat] corde, ore, opere.

m Nunc] post euasionem rei, vel spei.

n Israël] id est, vir videns Deum fide, vel facie. Hoc inquam dicat.

o Nisi quia Dominus erat in nobis] nullatenus euasissemus, quasi dicat vir iustus, omnes fideles Deo attribuunt, quòd euadunt Mundi pericula. Similis modus loquendi *Isa.* 1. c. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, id est, deserti in æternũ. Soli igitur Deo ascribendum est, quod bonum facis, & quod malum caues, & quod pericula euadis, & quicquid habes. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes, quod non accepisti? 1. *Cor.* 15. b. Gratia Dei sum, id quod sum. *Isa.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. *Phil.* 2. b. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. *Rom.* 9. c. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Et reuera hoc fecit Dominus, quia. p Cùm exurgerent] id est, ex malitia interiori in exteriorem surgerent. q Homines] carnales. r In nos.] In quibus Deus erat. Fortè viuos, id est, cognoscentes malum.

s Deglutissent nos] qui similiter sumus homines: Sed contra Dominum, qui in nobis erat, nihil potuerunt.

t Fortè] nota est liberi arbitrij: quia nullus peccat, nisi velit. Vnde *Sen.* Dimitte excusationem, nemo inuitè peccat. Et nota, quòd quidam viui deglutiuntur, quidam mortui, vt dicit *Augustin.* Viui absorbentur siue deglutiuntur, qui scienter peccant: De quibus. *Prou.* 1. b. Deglutiamus eum sicut Infernus viuentem. Mortui deglutiuntur, qui peccant nescienter, sicut Paulus 1. *Tim.* 1. c. Fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et nota, quòd Dæmones primò inuadunt homines per suggestionem; tangunt per malam cogitationem; mordent per malam delectationem; masticant per deliberationem; transglutiunt per consensum; traiiciunt in stomachum per operationem; decoquunt per consuetudinem; vniunt membris per desperationem; egerunt in morte per damnationem. His gradibus descendunt in Infernum peccatores. Sequitur.

Quidam viui, quidam mortui deglutiuntur.

a Cùm irasceretur

a Cùm irasceretur, &c.] Duobus modis fit persecutio contra iustos. Primò, blanditur lingua dolosa quæ sagittis & carbonibus victa, incipit postea aperte sæuire: Et quæ prius blandiebatur, vt seduceret, postea minatur, vt terreat. Sed sicut in primo Cantico dolus, ita in hoc furor per Dominum vincitur: Vnde ait. Cùm irasceretur furor eorum, qui est sine Iudicio rationis, sicut inuidia. Vnde *Iob.* 5. a. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. b In nos] id est, contra nos innocentes, & in quibus Deus erat. c Forsitan aqua] i. populus peccator. d Absorbuisset nos] sicut aqua maris absorbuit Ægyptios, *Exod.* 14. g. Dicitur autem populus peccator aqua, propter quatuor. Primò quia labitur & fluit continuè vnus post alium, *Eccl.* 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit. Secundò, quia post fluxum non redit, 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ, quæ non reuertuntur dilabimur in terram. Tertiò, propter copiam, *Eccl.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus. *Apoc.* 17. d. Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt & gentes & linguæ. Quartò, quia descendunt in mare Inferni. *Eccl.* 1. b. Omnia flumina intrant in mare. Item per aquam potest intelligi carnalis voluptas, quæ multos absorbet. *Gen.* 49. a. Ruben effusus es sicut aqua, non crescas, &c. Item aqua, est diuitiarum affluentia, quæ multos absorbet. *Exod.* 1. d. Præcepit Pharao, vt omnes masculi proücerentur in flumen. *Psal.* 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Item aqua, tribulatio, quæ multos absorbet, *Psal.* 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Sed quoniam quælibet aquarum istarum cito transit, licet cum impetu ruat, Ideò subiungitur.

nos. Cum a irasceretur furor eorum † in b nos, c forsitan aqua † d absorbuisset nos. e Torrentem f pertransiuit g anima nostra, h forsitan pertransisset anima nostra aquam † intolerabilem? i Benedictus Dominus, qui non dedit nos, in † k captionem dentibus eorum. l Anima nostra sicut passer † erepta est, m de † laqueo venantium.

al. † super.
al. † demersisset.
al. † sine substantia.
al. † venerationem.
al. † eruta.
al. † muscipula.
Peccator dicitur aqua propter quatuo.

Item per aquam plura alia possunt intelligi.

e Torrentem] id est, impetum tribulationum, vel tentationum insurgentium. f Pertransiuit] id est, perfectè transiuit, vel per Deum transiuit. g Anima nostra] licèt corpus obrutum fuerit ad tempus. Hunc torrentem primò transiuit Dominus, & sic suis viam monstrauit, *Psal.* 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, *Apoc.* 3. d. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. *Isa.* 43. c. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, in aquis torrentibus semitam, qui eduxit quadrigam, & equum, & robustum. Item in *eod.* a. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. *Ierem.* 31. b. Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater. Hoc est quod dicitur *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet intrare in Regnum Dei. Quæ autem sit aqua hæc, per quam transiuit, diffinit subdens.

h Forsitan pertransisset] interrogatiuè legendum est, quasi dicat, anima nostra petransiuit torrentem, quia, scil. Dominus erat in nobis, & forsitan pertransisset etiam si Dominus non esset in nobis, quasi vtique non fecisset. Vnde in Græco, loco ly forsitan, ponitur ἄρα ara, quod est nota dubitationis. Vnde sensus est ἆρα, id est, putas ne pertransisset anima nostra, q. d. manifestum est quòd non Latini ponunt forsitan, ad ostendendum periculorum quantitatem, & arbitrij facultatem quæ necessaria est, quia si homo vult, potest petire; si vult se iuuare, cum gratia Dei potest transire. 1. *Cor.* 3. b. Dei adiutores sumus. *Psal.* 93. Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabit me. Alia *litera* vbi nos habemus, Aquam intolerabilem, habet [Aquam sine substantia] Et vocat aquam sine substantia, voluptatem, vel diuitiarum, vel etiam tribulationum, vel etiam peccatorum abundantiam, triplici ratione. Primò, quia citò transeunt, nec subsistunt. Vnde *Psal.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, transiui, & ecce non erat. *Sap.* 5. b. Quid profuit nobis superbia; id est, dignitas sæculi, vnde superbitur? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius præcurrens; & tanquam nauis, quæ pertransit; aut tanquam auis, quæ transuolat in aere; aut tanquam sagitta emissa in locũ destinatũ. Quinque ponit quæ citò transeunt, & secundum citius, quàm primum, & tertium, quàm secundum, & quartum, quàm tertium, & quintum, quàm quartum. Sic ordinat, vt velocem transitum istorum ostendat. Secunda ratio est, quia non satiant habentem, sed exinaniunt. Vnde *Osea* 4. c. Comedent, & non satiabuntur. *ibi Gloss.* Voluptas insatiabilis est, & habita, famem, non satietatem parit. Contra. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Matth.* 5. a. Quia iustitia substantia est, quæ satiat, iniquitas non habet substantiam, & ideo ventres deuorantium vacuos relinquit. Totum est de Gloss. Similiter & de diuitiis, & honoribus, quia non satiant. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia, *Prouerb.* 13. c. Iustus comedit, & replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis, *Prou.* 30. c. Tria sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, os vuluæ, terra, & ignis, id est, inuidia, luxuria, auaritia, ambitio. Tertia ratio est, quia fidem, & Deum, & verum esse auferunt, & sine fructu ad Infernum possessores suos nudos deducunt. Vnde *Psal.* 48. Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cùm interierit non sumet omnia, neque descendet cùm eo gloria eius. Hoc patet in diuite epulone, *Luc.* 16. f. Et in alio diuite qui horrea destruxit vt maiora faceret, *Luc.* 12. c. Quod attendens Dauid dicit *alibi*: Propter quid irritauit impius Deum, quasi dicat, nihil est illud. Ideo dicit *Eccl.* 5. c. Est alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima; generauit enim filium, qui in summa egestate erit, sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo, &c. Et *Psalm.* 75. alibi: Dormierunt somnum suum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil in manibus pauperum posuerunt. Sequitur.

i Benedictus.] Secunda pars vbi ascendens agit gratias de sua liberatione, & laqueorum confractione: Non enim sibi, sed Deo hoc attribuit. Vnde dicit [Benedictus sit Dominus, qui non dedit nos] seruos suos. *Secunda pars.*

k In captionem] id est, qui non permisit nos ab hostibus deuorari, qui more ferarum frendentium dentibus lacerare nos volunt, vel more venantium capere vt feras, qui escam in muscipula ponunt. *Ierem.* 7. f. Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Per hoc autem, quod dicit: Qui non dedit nos, innuitur, quòd & homo meruit, & quòd Deus potuit. Sunt duo genera hominum a quorum dentibus magnum est liberari, scil. detractores, & adulatores. De quibus dicitur *Prou.* 30. b. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. *Ioel.* 1. b. Dentes eius, vt dentes Leonis, & molares eius, vt catuli Leonum. Detractio fit tribus modis. Primò, per falsi mali impositionem: Secundò, per veri mali ampliationem: Tertiò, per veri boni diminutionem. Similiter adulatio fit tribus modis. Primò, per mali facti diminutionem: Secundò, per boni facti magnificationem: Tertiò, per falsi boni impositionem. Vnde significatur per secundam bestiam. *Dan.* 7. b. De qua dicitur, quod in parte stetit, & tres ordines dentium erant in ore eius, *Prouerb.* 25. c. Iaculum & gladius, sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

Detractio & adulatio fiunt tribus modis;

l Anima nostra sicut, &c.] Domino faciente.

m De laqueo venantium] id est, Dæmonum, vel malorum hominum, qui bonos more venantium persequuntur. *Thren.* 3. c. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri, formido & laqueus facta sunt vobis vaticinatio & contritio: Et *infr.* f. Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. Nota, passer auis modica, & calida, leuis, agilis, & pennata, habitans in petra: Sic anima quæ vult à laqueo venantium liberari, debet esse modica, per humilitatem, quæ non timet laqueos. Beatus Antonius vidit per reuelationem totum Mundum plenum laqueis, & dixit: Domine quis poterit euadere omnes laqueos istos? & respondit Dominus: sola humilitas. *Apoc.* 3. b. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam virtutem habes. Ideò dicitur 1. *Cor.* 14. d. Malitia paruuli estote. *Matth.* 16. b. Sinite paruulos venire ad me, talium enim est Regnum cœlorum. Item debet esse calida, per charitatem, *Apoc.* 3. e. Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Item debet esse leuis per abiectionem terrenorum. *Matth.* 19. d. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Item debet esse agilis, per obedientiam, *Isa.* 60. d. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, &c. Item debet esse pennata varietate virtutum, & bonorum operum. *Prouerb.* 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

Anima volẽs liberari à laqueo venantium, debet habere conditiones passeris.

Item debet nidificare in petra, id est, in Domini Passione morari, *Cantic.* 2. d. Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. *Psalm.* 130. Petra refugium herinaciis. Est autem multiplex laqueus. Primus est corporalis, *Psalm.* 9. In laqueo humiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cùm dominatus fuerit pauperum. Secundus, malum exemplum.

Laqueus multiplex.

Osea 5. a. Attendite domus Israël, & domus Regis auscultate, quia vobiscum Iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. *Isa.* 42. d. Laqueus iuuenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt. Tertius, est species mulieris. *Ecclesiast.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierē, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius; vincula sunt manus eius; qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa. Quartus, est decor creaturarum, *Sapient.* 14. b. Creaturæ Dei in odio factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. *Psalm.* 56. Parauerunt laqueos pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Quintus, est carnis voluptas, *Iob.* 18. b. Tenebitur planta eius laqueo, id est, finis vitæ, & exardescet contra eum sitis. *Senec.* Non aliter respicio corpus meum, quàm aliquod vinculum libertati meæ circundatum. Sextus, est dignitatum ambitio: *Psalm.* 141. In via qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. *Iob* 18. b. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitas. Septimus, est occulta Dæmonum suggestio, *Prou.* 1. b. Abscondamus tendiculas contra insontem. Et *infrà*. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Octauus, est verborum fallacia, seu deceptio, *Psalm.* 63. Narrauerunt, vt absconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos? Nonus, est hypocrisis, seu simulatio. Isto laqueo capiuntur præbendæ, & dignitates, & decipiuntur Prælati. *Eccl.* 9. d. In medio laqueorum gradieris, & super dolentium arma ambulabis.

a Laqueus contritus est, & *b* nos liberati sumus. *c* Adiutorium nostrum in *d* nomine Domini, qui *e* fecit cœlum & terram.

Canticum graduum.

PSALM. CXXIV.



Qui confidunt in *f* Dño sicut mons *g* Sion, non commouebitur in æternum, qui *h* habitat in Ierusalem. *i* Montes in *k* circuitu

a Laqueus contritus est.] Non dicit ruptus, sed contritus, vt ferreus, in quo fortitudo persecutionis, & virtus liberantis ostenditur.

b Et nos] in quibus est Deus, liberati sumus. Ne autem sibi viderentur ascribere laqueorum contritionem, & suam liberationem, quasi ingrati, & elati, subdit ostendens à quo fuerit laqueorum contritio, & ipsorum liberatio, scilicet, à Deo, qui liberat sperantes in se: Iuxta illud *Ecclesiast.* 2. b. Respicite filij nationes hominum, & scitote, quoniam nullus sperauit in Domino, & confusus est. Dicit ergo.

c Adiutorium nostrum] ad laqueorum contritionem, & nostram liberationem.

d In nomine Domini] id est, in virtute Domini nominabili est, vel fuit.

e Qui fecit cœlum & terram] etiam continentia, & ideò nemo resistere potest ei, *Iob* 9 a. Quis restitit Deo, & pacem habuit? *Deut.* 4. c. Vos tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, *Prou.* 21. d. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

EXPOSITIO PSALM. CXXIV.

Qui confidunt.] In præcedenti Psalmo vir iustus ascendens per gradus Cantici, seu per cantica graduum attribuit Domino suam liberationem, qui sola misericordia sua liberauit eum ab omnibus aduersis, quæ ipsius impediebant ascensum. Liberatus autem ostendit in hoc Psalmo totam fiduciam esse ponendam in Domino, qui semper liberat sperantes in eo. Vnde sextus gradus est, firmiter in Domino confidere, & immobiliter. Titulus. *Canticum graduum* est, id est, lætitia iuncta confidentiæ. Intentio monet confidere in solo Domino. Modus. Bipartitus est Psal. Primò, ostendit confidentes in Domino, non posse moueri more montis. Secundò, rectis corde futuram prosperitatem precatur, & non rectis corde futuram vindictam prædicit: *ibi.* Benefac. Ostendens igitur confidentes in Domino non posse moueri, ait. *f* Qui confidunt in Domino] id est, ex toto corde fidunt, non, supple commouebuntur.

Partitio Psalmi.

g Sicut mons Sion] q. d. qui confidunt in Domino, non possunt moueri à bono, sicut nec mons Sion potest moueri à loco suo. Nec potest intelligi ad literam mons Sion, quia in fine sæculi mouebitur: Vnde debet intelligi spiritualiter, id est, Christus, in quo est fundata Ecclesia, sicut dicit *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Item *Matth.* 5. b. Non potest abscondi ciuitas super montem posita. Et reuera qui in hoc monte verè confidit, non potest moueri: ideò dicitur *Ierem.* 17. b. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cùm venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum, neque aliquando desinet facere fructum. *Eccl.* 11. c. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Et assignatur ratio *infr. eod.* 32. d. vbi dicitur: Qui confidit in illo, non minorabitur. Ideo dicit ipse *Ioan.* 16. g. Confidite, ego vici mundum. Deinde ostendit qui sunt illi qui confidunt, & qui non mouebuntur sicut mons non mouetur. *h* Qui habitat] vel habitant, alia litera, in Ierusalem, non literalem, quia ciues sæpè captiuati sunt, sed spiritualem: De qua dicitur *Gal.* 4. d. Illa quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ est mater nostra. Qui in illa habitant iam per fruitionem nullo modo moueri possunt, quia confirmati sunt: Qui verò habitant ibi per fidem, & spem, & desiderium, & contemplationem, vix moueri possunt: Sicut Apostolus, qui dicebat *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. Ideò alibi dicit, Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Sunt autē quidam qui non in Domino, sed in virtute sua confidunt, & hi faciliter mouentur, vt passer. De quibus dicitur in *Psalm.* 48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum gloriantur, &c. Sunt & alij qui confidunt in diuitijs, & hi citò corruunt: De quibus dicitur *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis, corruet. Alij confidunt in parentibus, & hi maledicti sunt. *Ierem.* 17. a. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Alij confidunt in Principibus suis, & his non est salus. Quod ostendit *Psalm.* 145. dicens: Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Alij in promissionibus hominum, & hi frequenter falluntur: De quibus *Ierem.* 7. a. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini est. Sequitur.

Sunt quidam qui in sua virtute, & non in Domino confidunt.

i Montes, &c.] Hic describit qualis est illa Ierusalem, cuius habitatores moueri non possunt: Et hoc ideo est, quia montes, id est, Angeli, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, & cæteri sancti sunt. *k* In circuitu eius] quasi murus defensionis. Sancti enim Ecclesiam muniunt, & defendunt suis doctrinis, exemplis, miraculis, orationibus. De his montibus dicitur, vt *suprà*. Fundamenta eius in montibus sanctis. Et iterum: Leuaui oculos meos in montes. Et dicuntur sancti montes: Primò, quia sunt immobiles. Vnde, vt *supr.* Iustitia tua sicut montes Dei. Secundò, quia primò recipiunt radios Solis, & inde descendit ad valles. Vnde, vt *supr.* Suscipiant montes pacem populo. Tertiò, propter eminentiam vitæ, & scientiæ, *Isa.* 40. b. Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion. Item sunt montes, virtutes, *Gen.* 22. a. dixit Dominus Abrahæ: Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis, Isaac, & offeres illum mihi in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Abraham est vir iustus, filius eius, bonum opus, quod offerri debet Domino, non alij, & hoc super vnum montium, id est, super vnam virtutum, scil. humilitatem. Qui mons rectè dicitur Moria, id est, visio, quia humilitas facit Deum videre, & videri à Deo: iuxta illud *Luc.* 1. e. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Item sunt montes duo Testamenta: De quibus *Psalm.* 103. Inter medium montium pertransibunt aquæ. Et *Zach.* 6. a. Ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ærei. Et de illis montibus potest intelligi, montes virtutum, & testamentorum in circuitu eius, id est, Ecclesiæ, quasi muri munientes, & protegentes, & decorantes eam. Sunt & alij montes, scil. Dæmones: de quibus dicitur in *Psal.* 45. Transferentur montes in cor maris. Item superbi homines dicuntur montes, *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent. Item diuites dicuntur montes, 2. *Reg.* 1. d. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos. Gelboe enim interpretatur aceruus arenarum, vel pluuiarum. Et hi omnes in circuitu Ierusalem sunt impugnan

Sancti dicuntur montes.

impugnantes vndique eam : Iniqui enim in circuitu ambulant. Sed quia omnis defensio est à Deo, subiungit.
a Et Dominus] quasi murus ex omni parte protegens. *Isa.26.* a. Vrbs fortitudinis nostræ Sion. Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. *Zach.2.*b. Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu. Et ne putaret aliquis, quòd non semper, sed ad tẽpus proteget Dominus populũ suum, ideò addit. *b* Ex hoc nunc, & vsque in sæculum] id est, semper, & continuè. *Matth.* vlt. d. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ sæculi. Et ideò nunquam commouebuntur. *c* Quia non relinquet] diu, licet ad tempus aliquando relinquat. *d* Dominus virgam peccatorum] seu tyrannidem. Sic enim dicitur virga : *Isa.*10.b. Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est.

eius, & Dominus in *a* circuitu † populi sui, *b* ex hoc nunc, & vsque in sæculum. *c* Quia non † relinquet Dominus *d* virgam peccatorum, *e* super sortem iustorum, vt non *f* extendant iusti *g* ad iniquitatem manus suas. *h* Benefac Domine, *i* bonis, & rectis corde. *k* Declinãtes autem in *l* obligationes, *m* adducet Dominus cum *n* operantibus iniquitatem, *o* pax super Israël.

al. † plebis suæ.
al. † derelinquat.

Canticum graduum.

PSALM. CXXV.

IN *p* conuertendo Dominus *q* captiuitatem *r* Sion, *s* facti sumus *t* sicut consolati.

e Super sortem iustorum] id est, super iustos, sorte electos, vt sint hæreditas Domini. Vnde *Ephes.* 1. b. In quo, & nos sorte vocati sumus, id est, sola gratia diuina. *Dan.*12.d. Stabis in sorte tua in fine dierum. *Eccl.*14.c. In diuisione sortis da & accipe, & iustifica animam tuam. Et quare non relinquet? *f* Vt non extendant] id est, patienter, & humiliter, & pacificè sustineant tribulationes, intelligentes eas esse ad tempus. Fortè enim, si crederent iusti tribulationes esse perpetuas, desererent iustitiam, murmurando per impatientiam, vel seipsos vindicando per superbiam. Sed ideò non deficiunt, quia sciunt, quòd parum durabunt istæ tribulationes, & merces pro illis erit æterna. Et ideò Dominus permittit eos tribulari ad tempus, vt maiorem mereantur gloriam. *Isa.54.* b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, *2.Cor.4.* d. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Hebr.* 12. c. Omnis quidem disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Item sic. *e* Non relinquet] id est, non permittet hæreditatem iustorum occupari à malis, licet temporalia eorum aliquando permittat diripi, & auferri ad probationem eorum, vt patet in *Iob* 9. c. Terra data est in manus impij. Et quare hoc facit Dominus? *f* Vt non extendant, &c.] per superbiam, aut auaritiam. *g* Ad iniquitatem] aliena, scil. concupiscendo, aut per potentiam pauperes opprimendo, sicut alij diuites faciunt, vt dicitur *Iac.* 2. b. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicium? Aut ideò non permittit occupari à malis hæreditatem iustorum, vt ipsi hoc scientes. *f* Non extendant, &c.] per impatientiam. *g.* Ad iniquitatem] q. d. vt benè sustineant. *Hebr.*10.g. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam : nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

h Benè, &c.] Secunda pars, vbi precatur bonis futuram prosperitatem, & malis futuram vindictam prædicit. Et primò precatur bonis bonum futurum. Dicit ergo: Benefac Domine, i. bona da Domine temporalia ad sustentationem, spiritualia ad iustificationem, cœlestia ad remunerationem. *i* Bonis, & rectis corde.] Bonos dicit illos qui bona faciunt. Rectos corde illos, qui in suis operibus rectam intentionem custodiunt, *2. Mach.* 1.a. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Isaac, & Iacob locutus est.

k Declinantes autem] à recta via, quâ boni, & recti incedunt. *l* In obligationes] culpæ, & pœnæ. *m* Adducet Dominus] vel permittendo, vel faciendo. *n* Cum operantibus iniquitatem] q. d. illos, qui declinant à recto, puniet Dominus, sicut illos, qui operantur malum : Vtrumque enim malum est, & pœna dignum, s. omissio boni, & transgressio mali. *Ierem.6.* g. Omnes isti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs, & ferrum, vniuersi corrupti sunt. *Isa* 31.b. Consurget Dominus contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem. Hæc venient malis. Sed quid bonis erit, concludit vno verbo.
o Pax super Israel] i. e. super bonis, nunc fide videntibus Deum, & tandem specie visuris. Super his erit pax, id est, Christus, qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. *Ephes.* 2. c. Qui pacem æternitatis dabit super pacem pectoris. *Isa.*26.c. Domine dabis pacem nobis. *Ioann.*14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *Isa.*32.d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Ibi erit pulchra pax, quia ex nulla parte erit turbatio. Anima enim habebit pacem infrà, quia caro omninò obediet spiritui. Vnde *Aug.* de ciuitate Dei: vbi voluerit spiritus, statim erit & corpus. Item pacem supra, quia anima omninò erit Deo obediens. Item pacem intra, quia ratio, & voluntas omninò concordabunt. Item pacem extra, quia nulla creatura nocebit ei, & nihil concupiscet quod non habeat. Et ita pax erit vndique, quod est pulchritudo pacis, & abundantia. Vnde, vt *infrà*. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. *Is.*66.d. Declinabo super eam, scilicet, Ierusalem, quasi flumen pacis.

EXPOSITIO PSALM. CXXV.

IN conuertendo, &c.] In præcedenti Psalmo egit Propheta de confidentia viri iusti, quæ propter firmitatem monti Sion comparatur : In hoc autem Psalmo agit de consolatione reuertentis à spirituali captiuitate. Vnde sicut sextus gradus est confidentia de auxilio Dei, ita septimus consolatio de reuersione spirituali. Titulus. *Canticum graduum*, id est, lætitia habita de reuersione captiuitatis, supple continetur hic. Intentio monet ad gaudium pro spirituali liberatione. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, magnitudo facti, ex magnitudine gaudij ostenditur. Secundò, orat illam reuersionem, & quid in ea futurum sit ostendit, *ibi*: Conuerte Domine. *Partitio Psalmi.*

Veruntamen est captiuitas. { Materialis. Spiritualis. Cœlestis. Miserabilis. } *Quadruplex captiuitas.*

Captiuitas materialis, qua captiuati fuerunt filij Israel. Primò, à Nabuchodonosor. *4.Reg.25.* secundò à Romanis : De qua *Luc.*19.g. Venient dies in te, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt. Item est captiuitas spiritualis bona, qua per fidem intellectus captiuatur in obsequium Christi, *2.Cor.*10.b. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Item est captiuitas cœlestis. *Eph.*4.b. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem. Item est captiuitas miserabilis, qua peccatores à Diabolo captiuantur, & in seruitutem pessimam rediguntur. *Isa.* 15. d. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Rom.*7.d. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. De hac liberat Dominus suos. Vnde *Isa.*49. g. Hæc dicit Dominus, equidem, & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerat, à robusto saluabitur. Et de ista liberatione huius captiuitatis agitur hic : Vnde in persona liberatorum dicit. *p* In conuertendo] id est, cùm conuerteret.
q Dominus] qui solus potest.
r Captiuitatem Sion] id est, filios Sion, id est, Ecclesiæ, qui captiuati fuerant venundati sub peccato.
s Facti sumus] nos liberati.
t Sicut consolati] id est, verè consolati. Hoc loco, *sicut*, non dicit similitudinem, sed veritatis expressionem. Sicut cùm dicitur : Iste facit sicut iustus, in quo iustus non negatur, sed quod verè est, ostenditur. Similiter *Ioann.*1.b. Quasi vnigeniti à Patre, id est, verè vnigeniti. Innuitur autem quædam diminutio consolationis, per hoc quod dicitur, sicut consolati, & non simpliciter consolati. Quamdiu enim iusti sunt in hoc Mundo, gemunt in re, sed consolantur in spe : Cùm autem transierit res gemitus, veniet plenum gaudium, & tunc non erit necessaria consolatio, quia miseria nulla erit : Sed modò est necessaria, & modò habetur in spe. Sed spes quæ differtur, affligit animam, vt dicitur *Prouerb.* 13. b. Ideò bene dicit. *s* Facti sumus sicut consolati] id est, verè consolati, sed non plenè, propter dubitationem, & gaudij dilationem, *3. Reg.* 20. b. Non glorietur accinctus æquè, vt discinctus. Præterea omnis consolatio præsens respersa est multis amaritudinibus. Vnde *Augustin. in lib. Confessionum* : Omnes iocunditates meas respersisti Domine, amaritudinibus, vt quærerem sine offensione lætari, & non inuenirem

uenirem nisi in te Domine. Et *Boëtius*. Nullus adeò compositæ fœlicitatis est, qui non cum aliqua parte sui status rixetur. De huiusmodi conuersione dicitur *Amos* 9. d. Conuertam captiuitatem populi mei Israel. *Osea* 6. d. Iuda pone messem tibi, cùm conuertero captiuitatem populi mei. Sequitur.

a Tunc *b* repletum est gaudio *c* os nostrum, & *d* lingua nostra exultatione; *e* tunc *f* dicent *g* inter gentes, *h* magnificauit Dominus facere cū eis. *i* Magnificauit *k* Dominus facere *l* nobiscum, *m* facti sumus † lætantes. *n* Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut *o* torrens in Au-

a Tunc] id est, in illa, & ex illa conuersione.

b Repletum est gaudio non vano, sed vero, non carnali sed spirituali.

c Os nostrum] cordis, scilicet, non corporis: De quo, vt *suprà*. Aperi os tuum & implebo illud. Et *Matth*. 15. b. Quæ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. Constat, quòd non intelligit de ore corporis, quia si nomino furtum, vel adulterium, vel aliud huiusmodi, non ideò immundus sum, sed dum cogito, & corde tracto talia, etiamsi sileo voce, immundus sum. Vnde ibidem quasi exponendo subiungit: De corde enim exeunt malæ cogitationes, &c. & hæc sunt quæ coinquinant hominem. Igitur os cordis est, vbi concipitur gaudium, quod postea linguæ officio promitur: Vnde subdit.

al. Iocundati.

d Et lingua nostra exultatione.] Impleta est, supple *Matt*. 12. c. Ex abundantia cordis os loquitur. *Iob* 8. d. Deus non proiiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. *Gregor*. Sicut ex gaudio cordis sequitur gaudium oris; sic ex tristitia cordis sequitur tristitia oris. Nam ex fonte sereno, riuulus clarus; & ex fonte turbato riuulus turbidus emanat. Et nota, quòd est risus carnalis, & est risus spiritualis. Carnalis triplex, scilicet, vanus, fictus, manifestus. Vanus est, qui de re inepta oritur, vt quando aliquis cadit in lutum, vel quando simia ludit, vel huiusmodi. De quo *Eccl*. 2. a. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi: quid frustra deciperis. Fictus est, qui tantum in labiis fit, & non ex corde procedit, qualem habent amici ficti, qui omnibus applaudunt, & amplexantur brachiis, cor autem dolos machinatur. De quo *Eccl*. 13. a. loquens de diuite dicit: Si necessarius ei fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicet: quid opus est tibi, & confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, vel ter, & in nouissimis deridebit te. *Prou*. 26. c. Sicut noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit: ludens feci. Manifestus est, qui fit cum cachinno: De quo *Eccl*. 25. c. Fatuus in risu inaltat vocem suam, *Iob* 29. d. Si quando ridebam ad eos non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terra. *Seneca*: Dentes tui sint sine sale, risus sine cachinno, incessus sine tumultu, manus sine desidia. Risus spiritualis similiter triplex est, scilic. verus, occultus, manifestus. Verus est, qui procedit de conscientia bona, 2. *Cor*. 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Prou*. 14. b. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Occultus est, qui corde tenetur. *Isa*. 24. c. Audiuimus gloriam iusti, & dixi secretum meum mihi. *Isa*. 58. c. Replebit Dominus splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. *Ioan*. 16. e. Iterum veniam ad vos, & gaudebit cor vestrum. Manifestus non debet haberi hic, vel modò, sed in futuro, *Eccl*. 3. a. Tempus flendi, & tempus ridendi, *Luc*. 6. d. Beati, qui nunc fletis, quoniam ridebitis. *Prou*. vlt. d. Ridebit in die nouissimo. Sequitur.

Est risus carnalis, & spiritualis.

Risus carnalis triplex.

Risus spiritualis triplex.

e Tunc] scilicet, post conuersionem, & non ante.

f Dicent] conuersi præ gaudio.

g Inter gentes] nondum conuersas, vt conuertantur, *Apoc*. vlt. d. Qui audit, dicat, veni. *Osee* 1. d. In loco vbi dicetur eis, non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis. *Zach*. 8. d. In die illa apprehendent fimbrias viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum. Vel.

f Dicent inter gentes] id est, aliqui de gentibus, nondum conuersi, admirando, & gaudendo.

h Magnificauit Dominus facere cum eis] scilicet conuersis, peccata dimittendo, virtutes conferendo, in filios adoptando, miracula per eos operando, gloriam promittendo, *Rom*. 8. f. Quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit, *Iudith* 13. d. In omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel. Et est firmum testimonium ab aduersariis, *Deut*. 32. e. Non est Deus noster, vt Deus eorum, & inimici nostri sunt Iudices. Ita dicent de aliis, & etiam de seipsis post conuersionem suam, dicent.

i Magnificauit] id est, magna fecit.

k Dominus] cui subest, posse cùm vult.

l Nobiscum] id est, nobis ipsis cooperantibus, iuxta illud *Augustin*. Qui creauit te sine te, non iustificat te sine te. 1. *Cor*. 3. b. Dei adiutores sumus. Illa autem quæ fecit Dominus cum peccatoribus conuersis, sunt peccatorum remissio, virtutum collatio, periculorum euasio, crebræ visitationes, & consolationes, & illuminationes. Et de his nobis factis.

m Facti sumus lætantes.] Non dicit, læti sumus, sed [facti sumus lætantes] quia qui facit beneficium, facit & gaudium, & qui eos liberat, eosdem lætificat. *Tob*. 12. b. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Inter omnia magna quæ fecit nobiscum Dominus, vnde lætandum est, fuit permagnum, quod fecit se Deum hominem, matrem suam Virginem, mentem humanam super his credibilem. Vnde, *vt suprà*. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. *Ioel*. 2. c. Noli timere terra, id est, Ecclesia, vel Beata Virgo, sed exulta, & lætare, quoniam magnificauit Dominus, vt faceret. Hoc magnum ostendit *Isa*. 7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, id est, in natura nostra Deus. Hæc est causa maxima gaudij nostri, *Isa*. 61. d. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. *Cant*. 1. a. Introduxit me Rex in cellaria sua (dicit Ecclesia) exultabimus, & lætabimur in te. Sequitur.

n Conuerte Domine, &c.] Secunda pars, in qua orat conuersionem captiuitatis Propheta in persona generalis iusti: Et de qua iam quasi facta gaudens laudauerat, nunc quasi futuram orat, quia quod factum erat in Dei præscientia, futurum erat in rerum existentia; vel in parte facta erat, in parte futura. De facta gaudebat, pro futura orabat. Vel certè pro tota conuersione orat, vt quod nondum factum est, fiat, & quod factum est, ipse qui fecit, custodiat. Quia, vt dicit *Greg*. Citò bonum amittitur, nisi à largiente custodiatur. Dicit ergo iustus.

n Conuerte Domine, &c.] id est, illos, qui de nobis adhuc captiui tenentur sub Diabolo, & sub peccato, à qua captiuitate nemo potest liberare, nisi solus Deus. Et hoc innuitur per ipsum modum loquendi: sicut infirmus, qui non potest se iuuare, nec videt, qui iuuare possit, nisi solus Medicus, dicit ei: Conuerte me bone Medice, quia non possum me mouere, tu solus potes. *Isa*. 49. g. Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus, equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. In hanc captiuitatem ponit se homo, qui gratis se vendit Diabolo, & Dominus sola gratia sua eum liberat. *Isa*. 52. a. Hæc dicit Dominus, gratis venundati estis, & sine argento redimemini: Non tamen sine pretio. Dictum modum conuersionis, quem desiderat, ostendit dicens.

Secunda pars.

o Sicut torrens] conuertitur in Austro, sic conuerte nos. Et est satis congrua similitudo: Nam sicut Aquilo ventus frigidus aquas ligat, ne currant, sed stant congelatæ in glaciem; Austro verò, qui est ventus calidus, flante, soluitur glacies, & sic fluunt, & currunt aquæ magno impetu: Sic Diabolus, qui per Aquilonem significatur, suggerendo peccata, ligat ad modum glaciei mentes hominum, ne currant ad patriam, sed Spiritu sancto flante, qui per Austrum designatur, liquescunt mentes prius congelatæ, & cum magno impetu currunt ad patriam. Et hoc est, quod dicitur *Ecclesiast*. 3. b. Sicut in sereno glacies soluentur peccata tua. Ideò dicit sponsa *Canticorum* 4. d. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. *Eodem* 5. b. Anima mea liquefacta est, vt locutus est dilectus, id est, filius, qui loquitur gratiam inspirando. *Psalm*. 147. Emittet verbum suum, Deus Pater, id est, Filium, & liquefaciet ea, id est, corda prius gelata: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. *Isa*. capitulo sexagesimo a. Tunc videbis, & affiues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, id est, peccatorum. Post conuersionem debent insistere conuersi bonis operibus, vt sic possint redimere tempus amissum, & promereri gaudium æternum: Ideò sequitur.

Qui

a Qui seminant] opera bona. *b* In lacrymis]id est,in hac vita lacrymosa: Vnde & vallis lacrymarum appellatur. *c* In exultatione metent,] fructum æternæ beatitudinis, quem colligent ex operibus bonis. *Matth.* 5. 2. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. *Isa.*61. 2. Dabo coronam pro cinere,oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Sunt autem multi, qui seminant: Nam

Seminat { Deus / Diabolus / Homo { Malus / Bonus

Seminat autem Deus virtutes, & dona in terra cordis humani. *Matthæi* 13. c. Simile factum est Regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. De hoc semine colliguntur fruges bonorum operum. Vnde *Vrbanus Papa*: Domine Pater seminator casti consilij, suscipe seminum fructus, quos in Cecilia seminasti. Item seminat iustos homines in mundo. *Isa.* 1. c. Nisi Dominus reliquisset nobis semen. *Glos.* id est, Apostolos, quasi Sodoma fuissemus. Item seminat verbum doctrinæ *Luc.* 8. 2. Exiit qui seminat seminare semen suum. Item seminauit Filium in vtero Virginis: *Ioan.* 12. d. Nisi granum frumenti cadens in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet. *Gen.*22.d. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Apostolus exponit, quale sit hoc semen. *Galat.* 3. c. dicens: Abrahæ dictæ sunt promissiones,& semini eius, non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus. De hoc semine collecta est omnis seges iustorum. *Diabolus.* Diabolus verò seminat iniquas suggestiones, vnde crescit seges vitiorum, & concupiscentiarum malarum. *Matt.*13.c. Cùm dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminauit zizania in medio tritici. *Malus homo.* Item seminat malus homo opera carnis, vnde prouenit seges corruptionis, *Galat.*6. b. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, quoniam si seminat in carne, de carne metet corruptionem. Item seminat homo bonus opera iustitiæ, *Oseæ* 10. d. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. *Bonus homo.* *Iac.*3. d. Fructus iustitiæ in pace seminatur. Item seminat opera misericordiæ. *Eccl.*11. c. Mane semina semen tuum,&c. Item seminantur semina doctrinæ, *Isa.*32. d. Beati qui seminatis super omnes aquas inmittentes pedem bouis, & asini, id est, coniungentes in fide Iudæos, & Gentiles. *Eodem* 27. b. Qui egredientur impetu à Iacob, id est, à sancto Iacobo, implebunt faciem Orbis semine. *De conditione boni seminatoris.* Et dicitur bonus homo seminare per similitudinem: Nam sicut ille qui seminat, eligit bonum semen, vt illud seminetur, sic bonus homo eligit bona verba, quæ prædicet, bona opera quæ faciat, bona dona quæ tribuat. *Gen.*43. c. Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris,& deferte viro munera. *Prouer.*3.b. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum, id est, de melioribus bonis tuis. *Galat.*6. b. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, id est, si bona seminat, bona metet, si mala seminat, mala metet. Vnde *ibidem* sequitur: Quoniam qui seminat in carne sua, id est, qui facit opera carnis, de carne metet corruptionem, & qui seminat in spiritu, id est, qui facit opera spiritus, de spiritu metet vitam æternam, bonum autem facientes non deficiamus, &c. *Isa.* 3. b. Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet: Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Item qui seminat, non seminat alienum semen, sed suum, alioquin fructus non erit suus. *Eccles.* 11. a. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, i. tuum da pauperibus, non alienum. *Eccl.* 34. c. Dona iniquorum non probat Altissimus. Item qui seminat eligit terram in quam seminet, similiter bonus homo considerat cui prædicat, aut cui eleemosynam donat. *Eccles* 12. a. Da bono, & ne receperis peccatorem, bene fac humili, & ne dederis impio. *Luc.*14. c. Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne fortè ipsi reinuitent te, & fiat tibi retributio: Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non possunt retribuere tibi, retribuetur enim in resurrectione iustorum. Item qui seminat, manu plena seminat, sic bonus homo abundanter dat. *Tob.*4. b. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Item qui seminat, hilariter seminat, sic bonus homo hilariter dat. *Eccl.* 25. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum. 2. *Cor.*9. b. Non ex tristitia, neque ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Item qui seminat, in pluribus locis dispergit semen, sic bonus homo pluribus debet dare. *Psal.* 111. Dispersit, dedit pauperibus. Item qui seminat, abscondit semen propter aues, sic bonus homo abscondit bona, quæ facit, propter inanem gloriam, *Matt.*6. 2. Cùm facis eleemosynam noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. De his qui non abscondunt semina dicitur *Ierem.* 12. c. Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt. Item qui

stro. *a* Qui seminant in *b* lacrymis, in † *c* exultatione metent. *al.*† gaudio.

seminat, non colligit statim, sed expectat vsque in Augustum, sic bonus homo expectat vsque in futurum. *Psal.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. Item: de fructu operum tuorum satiabitur in futuro terra, id est, anima tua. *Iac.* 5. b. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum; patientes estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit. Item, qui seminat, secundum quantitatem seminis recipit de frugibus, sic bonus bonus homo, 2. *Cor.*9. b. Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, id est, largè, de benedictionibus & metet, id est, largè recipiet vnusquisque prout destinauit in corde suo. Item qui seminat, pro vno grano centum recipit; sic bonus homo pro vno centum. *Gen.*26. c. Seminauit Isaac in terra illa, & in ipso anno inuenit centuplum. *Matt.*19. d. Omnis qui reliquerit domum, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, &c. Multò fortiùs, qui dederit propter nomen eius pauperibus. Item qui seminat, primò remouet spinas; sic bonus homo mundat primò conscientiã suam à peccatis, ne perdat bona quæ facit. *Ier.*4. a. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Item qui seminat, pluuiam, vel rorem desiderat, sic bonus homo gratiam. *Iob* 37. b. Frumentum desiderat nubes. *Isa.* 30. e. Dabitur semini tuo pluuia vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vberrimus, & pinguis. Item qui seminat, propter ventum non dimittit seminare; sic bonus homo non dimittit bona facere propter verba stultorum, *Eccles.*11. b. Qui obseruat ventum, non seminat, qui considerat nubes, nunquam metet. Et nota quod dicit.

b In lacrymis] pluraliter. Nam quinque sunt genera lacrymarum. *Quinque genera lacrymarum.* Et primæ quidem sunt lacrymæ pro incolatu præsentis miseriæ, & hæ potant animam sitientem, *Psal.* 79. Potum dabis nobis in lacrymis, in mensura. Secundæ sunt pro stultitia culpæ propriæ. Hæ lauant hominem, à macula peccati, *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis, &c. *Ierem.*4. d. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Tertiæ sunt pro timore gehennæ. Hæ refrigerant animam ab ardore concupiscentiæ. *Psalm.*114. Et eripuit animam meam à morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu. Quartæ sunt pro desiderio patriæ. Hæ fœcundant animam sterilem. *Psalm.*136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. *Psalm.*41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Quintæ sunt pro miseriis proximorum. Hæ impinguant animam, & charitatis pinguedinem exteriùs demonstrant, *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, vt plorem die, ac nocte interfectos filios populi mei. Hæc quinque genera lacrymarum sunt quinque porticus probaticæ piscinæ Ierusalem, vbi hostiæ lauabantur. *Ioan.*5. a. Habent autem hæ lacrymæ effectus quinque. *De effectibus lacrymarum.* Primò quidem cogunt Deum dare, quod petitur. *Tob.*3. a. Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lacrymis. *Ibi Gloss.* Oratio Deum lenit, lacryma cogit. Hæc vngit, illa pungit. *Isaia* 38. a. Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, ecce ego adiiciam diebus tuis quindecim annos, quasi dicat; quia fleui, faciam quod petisti. Secundò, tenebras fugant ab anima, vt clariùs videat in contemplatione. Vnde *Gregor.* super Iob: Mens lacrymis baptizata, in contemplatione videt limpidius. Et ideò significantur per natatoria Siloe, vbi cæcus visum recepit. *Ioan.* 9. b. Tertiò, sacrificium bonorum operum impinguant. Vnde *Psalm.*19. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. *Gregorius super Ezechiel.* Holocaustum aridum est bonum opus quod orationis lacrymæ non infundunt. Quartò, Diabolum fugant, & contristant. *Psal.* 73. Contribulasti capita Draconum in aquis. *Exod.* 15. b. Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quintò, ignem Inferni extinguunt. *Eccl.*3. d. Ignem ardentem extinguit aqua. *Isidorus.* Magna virtus lacrymæ, eodem momento Deum flectit, oculos rigat, cor abluit, & gehennæ ignem extinguit. Sequitur.

a Euntes] quasi dicat, ex quo seminantium in lacrymis tanta erit merces, ideo liberati, euntes, id est, proficientes.

b Ibant] de virtute in virtutem, id est, continuè proficiebant. *Ioan.* 15. c. Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis. *Prou.* 4. c. Semita iustorum, quasi splendens procedit, & crescit vsque in perfectam diem. *Ps.* 85. Ibunt de virtute in virtutem, &c.

al. † In

c Et flebant,] quia adhuc inter miseros erant, & à patria exulabant, quam tota mente aspiciebant. *Rom.* 8. e. Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.

d Mittentes] id est, præmittentes in terra viuentium.

e Semina sua] id est, opera sua, vel dona sua, scilicet, non de rapina, sed de bono acquisita.

a Euntes *b* ibant, & *c* flebant, *d* mittentes *e* semina sua. *f* Venientes autem *g* venient † cum *h* exultatione *i* portantes manipulos suos.

Canticum graduum Salomonis.

PSALM. CXXVI.

NIsi *k* Dominus *l* ædificauerit *m* domum, in *n* vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi *o* Dominus custodierit ciuitatem, † *p* frustra vigilat qui custodit eam.

f Venientes autem] ad iudicium, quod erit commune omnium. *g* Venient] à morte resurgendo.

h Cum exultatione] euasis periculis, & inuento portu salutis. *Isa.* 35. d. Venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. *Exod.* 66. f. Venient, & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum.

i Portantes manipulos suos] id est, fructus seminum suorum, scilicet, coronam gaudij, & exultationis. *Prou.* 11. c. Seminanti iustitiam merces fidelis. *Prou.* vlt. d. Date illi de fructu manuum suarum, & laudent illam in portis opera eius.

EXPOSITIO PSALM. CXXVI.



NIsi Dominus, &c.] In præcedenti Psalmo qui fuit septimus gradus, actum est de reditu captiuitatis, quæ figurata fuit in veteri Testamento, quod seruit hebdoadi: In hoc autem *Psalm.* agitur de spirituali ædificatione Ecclesiæ facta in nouo Testamento, quod seruit ogdoali. Et congruus est ordo, quia de reuersis à captiuitate fit Ecclesia. Titulus *Canticum graduum Salomonis*, id est, lætitia de ædificatione, & prouectu Ecclesiæ, quam Christus ædificauit, est hic. Figuratur autem spiritualis ædificatio Ecclesiæ facta per Christum, per ædificationem Templi factam per Salomonem. Salomon enim interpretatur, pacificus; & Christus est verus pacificus, qui fecit vtraque vnum. *Eph.* 2. c. Et in se lapide angulari Ecclesiam de duobus populis quasi duobus parentibus construxit. Et ideo huic titulo præter consuetudinē nomen Salomonis apponitur, quia ipse ædificauit Templū in figura Ecclesiæ per Christum ædificatæ. Sicut ergo septimus gradus fuit consolatio de spirituali reuersione, sic octauus est lætitia de spirituali ædificatione, quæ sequitur ex illa, quia reuersus in ædificio Ecclesiæ ponitur. Intentio monet ascendere. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, docet non esse confidendum nisi in Domino, à quo solo est ædificatio, & custodia Ecclesiæ. Secundò, ostendit, quæ sit hæreditas Domini, & quomodo collecta, *ibi*: Cùm dederit, &c. Ne igitur alius ædificator à Christo crederetur esse, dicit.

Partitio Psalmi.

k Nisi Dominus] id est, Christus.

l Ædificauerit] ex viuis lapidibus, id est, cōuersis fidelibus.

m Domum] id est, Ecclesiam, de qua *sup.* dixit ascendens: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.

n In vanum laborauerunt, &c.] ministerio, scil. Doctores, qui sine Christo nihil possunt. Vnde 1. *Cor.* 3. b. Neque qui plantat, neque qui rigat, aliquid est, sed qui incrementum dat Deus. Sicut ergo post reditum de Ægypto Salomon templum Domini, & Neemias post reditum de Babylone, sic post redditum baptismum, vel per pœnitentiam, ædificat Christus Ecclesiam. Vnde *Iob* 2. d. Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis. *Ierem.* 31. a. Rursus ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. Et sicut ædificatio à solo Domino est, ita custodia: Vnde subdit.

o Nisi Dominus, &c.] id est, Ecclesiam, vbi est ciuium vnitas in fide & charitate vna. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. *p* Frustra vigilat, &c.] quasi dicat, sicut Doctores, & Prælati sine Christo non possunt ædificare Ecclesiam, ita nec custodire. *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere. Veruntamen sub Christo sunt ædificatores, & custodes. Vnde *Isa.* 62. b. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & nocte non tacebunt. *Eod.* 60. b. Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges ministrabunt tibi. Sed principalis ædificator, & custos est Dominus, & ipsius dicitur esse omnis domus, vel ædificatio. 1. *Cor.* 3. a. Cùm quis dicat, ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo, quid verò Paulus: ministri eius cui credidistis. Ego plantaui, Apollo rigauit, id est, baptizauit: Deus autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, neque qui rigat aliquid est, sed qui incrementum dat Deus. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Dei enim adiutores sumus, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. In hac autem ædificatione spirituali concurrunt omnes virtutes, & dona. Fides est fundamentum. Vnde *Heb.* 11. a. Fides est substantia rerum sperandarum. Et bene dicitur fundamentum, quia primò ponitur, & fides est prima virtutum. Vnde:

In ædificatione spiritualis domus omnes virtutes concurrunt & dona.

al. † In vanum laborant qui custodiunt.

Fides est fundamentum.

Prima petit campum, dubia sub sorte duelli:
Pugnatura fides.

Item fundamentum non videtur, & fides est eorum, quæ non videntur. Vnde sequitur in diffinitione: Argumentum non apparentium. Et quod dicitur; quòd Christus est fundamentum, non obstat ei, quia Christus per fidem habitat in cordibus nostris, & ita per fidem est fundamentum. Vnde 1. *Cor.* 3. c. Vt sapiens architectus fundamentum posui; fundamentum autem aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, id est, fides eius. Hæc est enim firma petra, de qua dicitur *Matt.* 7. d. Descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram. Hoc fundamentum fit ex duodecim lapidibus, quos filij Israel acceperunt in Iordane, de quibus fecerunt altare Domino, *Iosue* 4. d. *Apoc.* 21. e. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum Iaspis, secundum sapphyrus, &c. Duodecim lapides fundamenti, sunt duodecim articuli fidei, id est, duodecim partes Symboli Apostolici. Super fidem quatuor parietes, id est, Cardinales virtutes eriguntur, quæ nihil valent sine fide. Vnde *Heb.* c. 11. b. Sine fide impossibile est placere Deo. Prudentia ponitur in parte anteriori, quæ præterita corrigit. Temperantia à dextris, ne prosperis effluamus. Fortitudo à sinistris, ne aduersis deiiciamur, *Phil.* 4. c. Scio abundare, & scio humiliari, vbique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat. Paries anterior continuatur duobus lateribus, & econuerso, quia prudentia debet esse temperans, & fortis, & temperantia, & fortitudo prudentes. Similiter posterior paries vtrique lateri coniungitur, quia iustitia fortis est, & temperans, & econuerso, temperantia, & fortitudo iusta. Item anterior, & posterior paries se mutuo respiciunt: Nam prudentia iusta est, & iustitia prudens. Si non esset ista connexio virtutum corrueret ædificium. Ideo dicit *Hieron.* super illud *Isa.* 16. d. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit: Qui habet vnam, habet omnes. De his autem dicitur *Sap.* 8. b. Sobrietatem & sapientiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hi sunt quatuor colores in cortinis tabernaculi, scilicet hyacinthus, purpura, coccus bis tinctus, & byssus retorta. *Exod.* 20. Hyacinthus, prudentia; Purpura, Iustitia: Coccus bis tinctus, corporis & animæ fortitudo: Byssus retorta, interior, & exterior temperantia, siue munditia. Super istos parietes ponitur Spes, quæ est expectatio futurorum bonorum, ex gratia, & meritis proueniens. Tigna & laquearia, id est, diuersæ affectiones consolationum quæ firmiter tenent domum mentis, & consolidant. De his dicitur *Cant.* 1. d. Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cupressina. Floridum reddit lectum conscientiæ Spes odore cœlestium, post quos flores expectatur fructus. Tigna cedrina sunt imputribilia; & hæ sunt consolationes de spe æternorum bonorum prouenientes, quæ sunt incorruptibilia. Laquearia cupressina, quibus adornatur domus, sunt puræ, & feruidæ affectiones mentis, ex conspectis meritis diuersorum Sanctorum, quorum merita & exempla cogitata, domum mentis distingunt & ornant. Tectum domus est charitas quæ omnia tegit. Vnde *Prouerb.* 10. b. Vniuersa delicta operit charitas, 1. *Pet.* 4. b. Charitas operit multitudinem peccatorum. De hoc

Quatuor virtutes Cardinales supra fidem eriguntur.

Spes superponitur.

Charitas est tectum.

hoc tecto dicitur *Matth.*24. b. Qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua. Tectum est eminentior pars domus, & charitas maior est inter virtutes, 1. *Cor.*13. d. Manent autẽ fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas. Et quia domus hæc bellicosa est, eo quod militia est vita hominis super terram, vt dicitur *Iob* 7. a.

al. † Inuanum.
al. † Postea quam sedistis.
al. † sic.
Charitatis sedecim propugnacula.

† *a* Vanum est vobis ante lucem surgere, *b* surgite † *c* postquam sederitis *d* qui manducatis *e* panem doloris. Cùm *f* dederit *g* dilectis suis somnum, *h* ecce hæreditas Domini, filij *i* merces *k* fructus ventris. *l* Sicut sagittæ in manu potentis, † *m* ita filij excussorum.

Ideo charitas vndique habet propugnacula, quæ sunt sedecim partes charitatis. De quibus dicitur 1. *Cor.*13. b. charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam. Ecce quatuor prima. Item non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur. Ecce alia quatuor. Non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert. Ecce alia quatuor. Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. Ecce quatuor alia. Et tot exiguntur propter quatuor parietes, vt in circuitu sint propugnacula charitatis quatuor in quolibet pariete. Septem columnæ, quæ sustinent domum, sunt septem dona. De quibus *Prou.*9. a. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Pauimentum est humilitas, quæ ab omnibus conculcatur. Hanc domum quidam volunt ædificare sibi stipendiis alienis, & de suo nihil volunt expendere. Hi sunt qui dicunt; Orate pro me, & digitum suum nolunt mouere. De quibus dicitur *Eccl.*21. b. Qui ædificat domum suam stipendiis alienis, quasi qui colligit lapides in hyeme, q. d. laborem & expensas amittit talis. Et de his rectè dicitur hic. In vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Et talibus loquens Propheta, subdit. *a* Vanum est vobis, &c.] q. d. vanus & inutilis est labor ædificandi vel custodiendi charitatem, nisi Dominus tibi cooperetur, & tu ei, sicut ait Apost. 1. *Cor.*15. b. Plus omnibus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum. Ideo subditur: *b* Surgite] ad laborem proprium. *c* Postquam sed.] in quiete. *d* Qui man.] i. manducare debetis. *e* Panem doloris] i. opera pœnitentiæ, dicentes. Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Et *iterum*: Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Item verbum sedendi quandoque notat æqualitatem, vt *ibi*: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, i. Pater genuit Filium æqualẽ sibi. Quandoque notat iudiciariam potestatem, *Matt.*19. d. Cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, &c. Quandoque diligentiam audiendi, *Luc.*10. g. quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Quandoque cupiditatẽ, 1. *Mach.*14. b. Seniores sedebant in plateis omnes, & de bonis terræ tractabant. Quandoque humilitatem, & secundum hoc, verbum surgendi notat exaltationem, vt *ibi*: Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Et secundùm hoc ne aliquis ante humiliationem velit exaltari, sicut Lucifer, *Isa.*14. d. dicitur hic: Vanum est vobis ante lucem surgere, i. stultum est velle exaltari antequam Christus fuerit exaltatus, sc. ante humiliationem. *Ecclesi.*11. a. Sapientia humiliati exaltabit caput. *Phil.*2. a. Humiliauit semetipsum, propter quod Deus exaltauit eum, &c. *b* Surgite postquam sede.] i. post humiliationem exaltamini. *Luc.*14. c. Qui se humiliat exaltabitur. *Prou.*29. d. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. *d* Qui manducatis panem doloris] i. qui in hac valle miseriæ pro vitæ substentatione laboratis. *Gen.*3. d. In sudore vultus tui vesceris pane. Vel, panem doloris comedit, qui se de afflictione reficit: sicut *Iob.*10. c. Si iustus fuero, non leuabo caput saturatus afflictione, & miseria. Propriè verò panem doloris comedunt Clerici, qui bona Christi sanguine & Sanctorum laboribus acquisita expendunt. Vnde his dicitur, *b* Surgite] ad legendum, cantandum, prædicandum, laborandum. *c* Postquam sederitis] in lectis vestris, & domibus quiescentes. *d* Qui manducatis panem doloris] id est, bona Ecclesiæ Christi sanguine exquisita expenditis. *Iob.*3. d. Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus. *Prou. vlt.* d. Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit *Sup.* Media nocte surgebam ad confitendum Nomini tuo. Non ita faciunt illi, qui multùm comedunt, & multùm dormiunt, & parum cantant, i. parum laborant in seruitio Christi. De quibus

De columnis.

Verbum sedere multipliciter capitur.

dicitur *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, id est, in Ecclesia, & confiditis in monte Samariæ, id est, in dignitate Ecclesiæ; qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Sequitur.

f Cùm dederit.] Secunda pars, vbi ostendit, quæ sit hæreditas Domini, & quomodo collecta, & quando danda, & quibus, q. d. post sessionem surgendum est, & non ante. Quia, scum dederit, Dominus sc. *g* Dilectis suis somnũ,] id est mortem temporalem, quæ somnus dicitur, quia terminus est laboris, & inde fortior resurgit iustus, & de facili excitatur à Domino, *Ioan.*11. b. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt a somno excitem illum. *Eccl.*5. c. Dulcis est somnus operanti, siue multum, siue parum comedat. *Ierem.*31. e. Quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis fuit mihi.

Secunda pars.

h Ecce hæreditas Domini] parata est, & illis statim dabitur. *Prou.*10. d. Desiderium suum iustis dabitur. Quæ autem sit hæreditas ista ostendit dicens.

i Filij merces] i. quam filius reddet pro mercede amicis suis. Et quæ est merces? *k* Fructus ventris] id est, ipse Christus, qui est fructus ventris Virginis. *Gen.*15. a. Ego sũ merces tua magna nimis. *Isa.*40. c. Ecce saluator venit, ecce merces eius cum eo. Vel sic. *f* Cùm dederit] Dominus.

g Dilectis suis somnum] id est, requiem æternam. De qua *Psal.*4. In pace in idipsum, dormiam, & requiescam. *h* Ecce hæreditas Domini] sc. filij renati ex aqua & Spiritu S. *Ioan.*3. a. Erit tunc *i* Merces fructus ventris] id est, Christi nati de Virgine. Hanc enim mercedem acquisiuit Christus per obedientiam Passionis, sicut dicit Glos. Vnde sup. *Psalm.*2. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *Zach.*11. c. Si bonum est in oculis vestris, afferte mihi mercedem meam: si non, quiescite. Ideò Petrus fideles vocat populum acquisitionis, 1. *Pet.*2. b. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. *Act.*20. f. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Dominus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Qualiter autem, & quorum ministerio fuerit acquisita ista hæreditas, ostendit, scilicet, ministerio Prædicatorum, qui sunt filij Prophetarũ & Apostolorũ. Et hoc est quod sequitur.

l Sicut sagittæ] sunt in manu potentis, in opere arcus.

m Ita filij excussorum] actiuè, & passiuè, id est, Prophetarum & Apostolorum, sc. Prædicatores sunt in manu Domini. Et dicuntur Prophetæ & Apostoli excussores, quia excutiunt puluerem de pedibus suis, id est, inanem gloriã de affectibus suis. Iuxta illud *Matt.*10. b. Excutite puluerem de pedibus vestris. Item excutiunt, id est, separant vitia & peccata à cordibus suis. Iuxta illud *Ierem.*15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Item excutiunt, id est, separant virtutes à vitiis, has eligentes, illa reiicientes. Vnde significantur per Gedeon, qui in tabernaculo excutiebat & purgabat frumenta, vt fugeret Madian, *Iud.*6. b. Item excutiunt, id est, diuidunt bonos à malis. Illos in cœlum, alios in Infernum venturos denunciãtes, *Matt.*13. f. Simile est Regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & de omni genere piscium congreganti, quam cùm impleta esset, educentes, piscatores sc. & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Item excutiunt bonos a malis, id est, separant flagello prædicationis, quia dum prædicãt, qui mali erãt, boni fiunt dimittentes peccata, & adhærentes virtutibus. *Prou.*12. b. Verte impios, & non erunt, impij supple. Item Prophetæ & Apostoli dicuntur excussi passiuè, eo modo, quo vestis à qua puluis excutitur, dicitur excussa, quia quicquid malum erat in eis, Dominus vel flagello, vel virga correctionis aut disciplinæ excussit, aut manu gratiæ suæ extersit. Item dicuntur excussi, sicut excutitur saccus, vt exteriùs exeat quod intus clausum latebat. Verba enim, & dicta Prophetarum, & Apostolorum clausa erant, & quasi in sacco latebant; sed Prædicatores studij diligentia ea aperuerunt, & in lucem posuerunt. Vnde *Dan.*12. b. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. *Prouerb.*27. d. Aperta sunt prata & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus. Item dicuntur excussi, sicut arbor impetu ventorum excutitur, ita quòd folia & fructus putridi cadunt, boni autem remanent: ita Prophetas, & Apostolos, impetus persecutionum ab omni superfluo, & vitioso purgauit. *Eccl.*27. a. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Horum igitur excussorum actiuè, & passiuè filij sunt Prædicatores, qui sagittis comparantur, quia sũt graciles humilitate, tenues paupertate, recti charitate, plani æquitate, longi longanimitate, pennati virtutum varietate, ferrati patientiæ firmitate, acuti intellectus

Prophetæ & Apostoli dicuntur excussores.

Item Prophetæ & Apostoli dicuntur excussi.

ctus ſubtilitate, penetratiui zelo iuſtitiæ, agiles obedientiæ agilitate, immobiles per ſe niſi mittantur ab eo, qui tenet eos in manu ſua, & vadunt directè quocunque ab ipſo mittuntur. *Iob.* 37. b. Nubes ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis. *Matt.*10.b. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. *Rom.*10.c. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? talis ſagitta fuit Ioan. Baptiſta. De quo dicitur *Iſa.* 49. a. Poſuit me ſicut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me. *Abac.* 3. c. In luce ſagittarum tuarum ibunt, conuerſi ſc. *Ier.*51.b. Acuite ſagittas & implete pharetras. 2.*Reg.*1.d. Sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorſum.

al. † homo.
al. † eis.

a Beatus † *b* vir *c* qui impleuit deſiderium ſuum ex † ipſis, *d* non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.

Canticum graduum.

PSAL. CXXVII.

e Beati *f* omnes, *g* qui timent Dominum, *h* qui ambulant in viis eius.

Sequitur: *a* Beatus vir] q.d. filij excuſſorum, id eſt, Prædicatores ſunt quaſi ſagittæ miſſæ à manu Domini. Et beatus eſt beatitudine ſpei, & erit beatitudine rei. *b* Vir] homo virtute virens. *c* Qui impleuit deſiderium, &c.] Prædicatoribus, id eſt, ex conſiliis, & monitionibus, & præceptis, & verbis eorum. Quod faciunt illi, qui amore Mundi corda ſua euacuant. Qui enim amore mundi pleni ſunt, verba ſeu conſilia Prædicatorum non recipiunt. *Luc.*1.e. Eſurientes impleuit bonis, &c. *Luc.*11. d. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Apoc.*1.a. Beatus, qui legit, & qui audit verba Prophetiæ huius, & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt. Vel, ex ipſis, id eſt, ex rebus permanentibus, & immutabilibus, id eſt, æternis, ex quibus ſolis poteſt impleri anima humana. Vnde *Beda* Animam Dei capacem non poteſt implere quicquid Deo minus eſt. *Prou.*13.d. Iuſtus comedit, & replet animam ſuam; venter autem impiorum inſaturabilis. Et verè talis eſt beatus. Quia, *d* Non confundetur, cùm loquetur, &c.] in publico, quia talis verba ſua moderatur, vt nihil in eis reprehenſibile inueniatur. *Eccl.*24.c. Qui audit me non confundetur. Vel, in porta, id eſt, in Chriſto, qui dicit: Ego ſum oſtium, *Ioan.*10. b. In quo loquitur, qui de ipſo loquitur, & honorem eius quærit. *Iſa.*49.g. Ego Dominus ſuper quo non confundentur qui expectant eum. Vel, in porta, id eſt, in Iudicio. *Prou.* vlt. c. Nobilis in portis vir eius quando ſederit cum Senatoribus terræ. *Iſa.*45.c. Non confundemini, neque erubeſcetis vſque in ſæculum ſæculi.

EXPOSITIO PSAL. CXXVII.

Beati omnes, &c. Hic eſt nonus gradus aſcendendi ad Deum, ſc. timor Domini, qui aſcendentem Beatum facit, quia *Prou.*14.c. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. Et iterum ibidem ſequitur: Timor Domini fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Et bene ſequitur præcedentem gradum, ſc. ſpiritualem lætitiam, in qua homo ſentit dulcedinem Dei, & ideò timet ab ipſo ſeparari. Lætitiæ etiam iungitur timor, ne cor humanum per lætitiam euaneſcat. Vnde ſupra *Pſal.*85. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. Ideò etiam ſequitur iſte gradus, vt ille ſolus timeatur, qui ædificat, & cuſtodit ciuitatem, de quo dictum eſt in præcedenti Pſal. Sed videtur quòd timor Domini debeat eſſe, vel primus, vel vltimus gradus. Primus, quia initium ſapientiæ timor Domini. *Eccl.*1. b. Vltimus, quia timor Domini omnibus ſe ſuperpoſuit, *Eccl.*25.b. Et *Iſa.*11. a. ponitur vltimò. Sol. Timor Domini eſt triplex, ſecundùm triplicem ſtatum hominis. Timor initialis, quo ad ſtatum incipientium. Timor ſeparationis ſiue offenſionis, quo ad ſtatum proficientium. Timor reuerentiæ, quo ad ſtatū perfectorum. De medio timore agitur hic, & ideò quaſi in medio graduum ponitur. Titulus. *Canticum graduum*, id eſt, lætitia ſpiritualis de aſcenſu ad Deum, ſupple eſt hic. Intentio monet caſtè timere. Modus. Bipartitus eſt Pſalmus. Primò, ſtatum timentis enumerat. Secundò, bona timenti optat, *ibi*: Benedic. Ad timorem igitur Dei monens, ait.

Timor Domini eſt triplex.

Partitio Pſ.

e Beati] ſunt, vel erunt. *f* Omnes] cuiuſcunque conditionis fuerint. *g* Qui timent Dominum] filiali timore. Sunt enim ſeptem ſpecies timoris. Primus eſt timor naturalis, quo timetur quidquid naturæ nociuum putatur. Hic omnibus communiter ineſt, etiam Chriſto, quo timuit mortem. *Marc.*14.d. Cœpit Ieſus pauere & tædere. Iſte timor eſt indifferens, id eſt, nec meritorius, nec demeritorius. Secundus eſt timor humanus, quo timetur contrarium carnis propter quod delinquitur. Et hic timor malus eſt: de quo dicitur *Matth.*10. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Tertius timor eſt mundanus, quo timetur amiſſio rerum Mundi, quæ nimis amantur, propter quas priùs peccatur quam amittantur. Et hic malus eſt, de quo dicitur in *Pſal.*13. & 52. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Quartus eſt timor ſeruilis, quo tantum pœna timetur. De quo dicit *Aug.* Regnat in eo peccandi voluntas; & ſequeretur opus ſi ſperaretur impunitas. Et hic timor eſt a Spiritu S. ſed non eſt cum Spiritu S. Iſte timor bonus eſt & vtilis, vt dicit *Aug.* per quem fit paulatim conſuetudo iuſtitiæ. De hoc timore dicitur 1. *Ioan.*4.d. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Quintus eſt timor initialis, quo peccatum dimittitur, partim amore iuſtitiæ, partim timore pœnæ. De quo *Eccl.*1.b. Initium ſapientiæ timor Domini. Sextus timor eſt filialis, quo peccatum timetur, ne à ſponſo ſeparemur, vel ne ipſum offendamus. Et de iſto loquitur hic Propheta, ſicut dicit Gloſſ. Septimus eſt timor reuerentiæ, quo non iam peccatum timetur, ſed pater in reuerentia habetur. Hic omnia facit ad honorem patris. De hoc dicitur *Iſa.*11.a. Repleuit eum ſpiritus timoris Domini. Iſte ſolus timor inter omnes erit in patria, omnes alij deficiunt cum via. De timore filiali hic agitur, cuius multiplex eſt effectus. Primus eſt euacuatio timoris mali, id eſt, mundani & humani. Nā vt dicit *Aug.* qui hoc timore Deum timet, nihil timet, & qui Deum non ſic timet, omnia timet. Vnde *Eccl.*34.c. Qui timet Deum, nihil trepidabit, & non pauebit; quoniam ipſe eſt ſpes eius. Secundus effectus eſt cordis lætitia, vnde *Eccl.*1.b. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Et iterum: Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum. Tertius eſt cuſtodia cordis. Vnde *Eccl.*1.b. Timor Domini ſcientiæ religioſitas: religioſitas autem cuſtodiet, & iuſtificabit cor. Quartus eſt finalis benedictio. Vnde *Eccl.*1.c. Timenti Deum bene erit, & in diebus conſummationis illius benedicetur. Quintus eſt plenitudo cognitionis diuinæ. Vnde *Eccl.*1. c. Plenitudo ſapientiæ timere Deum, & plenitudo à fructibus eius. Sextus eſt promptitudo obedientiæ. Vnde *Eccl.*2.d. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius. Septimus eſt diligens inquiſitio voluntatis diuinæ. Vnde *Eccl.*2.d. Qui timent Dominum inquirent, quæ beneplacita ſunt illi. Octauus eſt cordis ſanctificatio. Vnde *Eccl.*2.d. Qui timent Dominum præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Nonus eſt longanimis patientia. Vnde *Eccl.*2.d. Qui timent Dominum cuſtodiunt mandata eius, & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius. Alios vndecim effectus valde notabiles, & vtiles numerat *Eccl.*34.c. dicens. Oculi Domini ſuper timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum Meridiani, deprecatio offenſionis, adiutorium caſus, exaltans animam, illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem. Propter hos effectus, & multos alios, quos habet timor Domini filialis, dicit Propheta.

Septem ſpecies timoris.

De effectu timoris filialis.

Nota alios vndecim effectus timoris.

e Beati omnes, qui, &c.] Et hoc etiam dicitur *Eccl.*34.c. timentis Dominum beata eſt anima eius. De hoc timore etiam dicitur *Eccl.*7. c. Qui timet Deum, nihil negligit, id eſt, in omnibus eſt circumſpectus. Propter hæc omnia bona, dicitur *Eccl.*23.d. Nihil melius quàm timor Dei, & nihil dulcius, quam reſpicere in mandatis Domini. Qui autem ſunt iſti, qui ſic timent Deum, oſtendit ſubdens.

h Qui ambulant in viis eius] ſcil. Domini, id eſt, in viis, per quas Dominus venit ad nos, & nos ad ipſum. Hæ ſunt miſericordia, & veritas. Vnde ſup. *Pſal.* 24. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Nec ſufficit vna ſine altera, vt dicit *Greg.* quia miſericordia ſine veritate citò conuertitur in remiſſionem; veritas verò ſine miſericordia degenerat in ſeueritatem. Ideò dicit Salomon *Prouerb.*3.a. Miſericordia & veritas non te deſerant. Nihilominus mandatorum cuſtodia, Dei via eſt, qua Deus ad hominem venit, & homo ad Deum. De qua dicitur *ſup. Pſal.*118. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et iterum *Pſal.*83. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. Item innocentia via eſt Domini. Vnde *ſup.* Non priuabis eos bonis qui ambulant in innocentia, & *iterum*: Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Item pœnitentia via eſt ad Deum. Vnde *Matth.*7. b. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Item quælibet virtus eſt via, inter quas Charitas excellentior eſt. Vnde 1. *Corint.* 12. d. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. De omnibus

Pſal. 100.

nibus istis viis dicitur *Prouerb.3.c.* Viæ eius viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ. Deinde Propheta conuertens se ad timentes Deum, quasi ad vnum loquens ait. *a* Labores manuum tuarum, &c.] In futuro. *b* Beatus es] Iam in via beatitudine spei. *c* Et bene tibi erit] In patria beatitudine rei. Hoc dicitur contra auaros, qui non audent comedere de rebus suis. De quibus dicitur *Eccl.7.a.* Est aliud malum, quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui Deus dedit diuitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ eius ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Et *eod.5.c.* Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Item hoc dicitur contra Curiales & illos qui semper viuunt de alieno. Contra quos *Seneca.* Miserum est ad alienum assuescere, inæstimabile autem bonum est suum fieri. *Eccl.5.d.* Hoc visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat & fruatur in lætitia ex labore suo. Et *inf.* omni homini cui Deus dedit diuitias atque substantiam, potestatemque tribuit ei, vt comedat & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc donum est Dei. Item hoc dicitur contra otiosos, qui nihil volunt suis manibus operari. Contra quos, *Prou. vlt.d.* Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Item *eod.20.a.* Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Item *eod.6.b.* Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperes quasi vir armatus. Item hoc dicitur contra illos qui omnia sua comedunt, & nihil dant pauperibus vt inueniant in futuro. Contra quos dicitur *Eccl. 11.a.* Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum. *Luc.16.c.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. *2.Timoth.2.a.* Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus suis percipere. *Isa.3.b.* Dicite iusto quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Sed notandum, quòd est triplex labor bonus. Primus est cordis in contritione, vel compassione. De quo *Psal.6.* Laboraui in gemitu meo. Secundus est oris in confessione & prædicatione, & Psalmorum decantatione. De quo *Psal.68.* Laboraui clamans. Tertius est operis. De quo *Psal.80.* Secundùm aliam literam. Manus eius in laboribus seruierunt. *Sap.3.d.* Bonorum laborum gloriosus est fructus. Item *eod.10.d.* Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum. Deinde qualiter talis sit beatus, ostendit, dicens.

al. † fructuum tuorum.
al. † vinea.
al. † fertilis.
al. † nouellatio.

a Labores † manuum tuarum, quia manducabis, *b* beatus es *c* & bene tibi erit. *d* Vxor tua *e* sicut † vitis † abundans, in *f* lateribus domus tuæ. Filij *g* tui *h* sicut † nouellæ oliuarum, in *i* circuitu mensæ tuæ.

Labor bonus triplex est.

d Vxor tua] quasi dicat, Beatus es tu qui times Dominum, quia vxor tua, id est, caro tua, quæ debet esse subdita spiritui sicut vxor viro, *Genes.3.c.* Sub potestate viri eris, & ipse dominabitur tui. *1.Cor.11.a.* Caput mulieris vir.)

e Sicut vitis abundans,] quæ ex suffossione & putatione fœcundatur. *Eccl.20.d.* Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum, & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur. *Deut.28.a.* Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, &c.

Vxor nostra est caro nostra, & qualiter abundet in lateribus conscientiæ nostræ.

f In lateribus domus tuæ,] id est, conscientiæ tuæ. Cuius latera sunt quatuor virtutes Cardinales, in quibus vxor abundat, cùm per carnis ministerium, vel in ipsa carne opera virtutum abundanter fiunt. Verbi gratia. Opus iustitiæ, per præteritorum excessuum punitionem; opus temperantiæ per præsentium oblectamentorum repressionem; prudentiæ verò per futurorum periculorum præuisionem, & præmunitionem; fortitudinis autem per malorum imminentium firmam perpessionem. Vel certè vxor abundabit in lateribus domus, cùm pro meritis quatuor virtutum remunerabitur copiosè quatuor dotibus, quando scilicet, merito iustitiæ reddetur agilitas; temperantiæ, claritas; prudentiæ, subtilitas; fortitudini, impassibilitas. Vt sicut dicitur; Retribuet abundanter facientibus superbiam, sic verè possit dici; Retribuet abundanter facientibus iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam. Bona vxor dicitur, mulier sapiens, sedula, casta, tacita, fœcunda, humilis, viro

Conditiones bonæ vxoris.

consentiens. Talis vxor est caro viri iusti, scilicet, sapiens. *Eccles.25.b.* Beatus qui habitat cum muliere sensata. Quæ est mulier sensata? In quinque sensus bene ordinata, & circumspecta. De qua *Prouerbior.19.b.* Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. Item sedula, non otiosa, sed circa necessaria domus bene intenta. *Ecclesiastic.26.c.* Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. *Prouerbior.12.a.* Mulier diligens corona est viro suo. Item casta & sobria, ad literam. *Ecclesiastic.26.c.* Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, omnis autem pudoratio non est digna continentis animæ. Item tacita, non garrula est. *Ecclesiastic.26.c.* Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. *1.Timoth.2.d.* Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Item fœcunda est, id est, bonis operibus plena. *1.Timoth.2.d.* Saluabitur autem mulier per generationem filiorum si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Et hoc notatur, cùm dicitur: In lateribus. Item humilis est, non superba de prole, sicut Agar, de qua dicitur *Genes.16.a.* Quòd videns se concepisse, contempsit dominam suam. *Genes.3.c.* Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. *1. Petr.3.a.* Similiter & mulieres subditæ sint viris suis. Item consentiens est viro suo, id est, spiritui. *Eccl.25.a.* In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes. Hæc reuera est bona vxor. De qua dicitur *Eccles.26.a.* Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. Et *infra.* Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis. Item vxor viri, est sapientia, pœnitentia, misericordia, innocentia, charitas, & quælibet virtus, quarum cuilibet debet vir iustus amore indiuiduo copulari. Vnde *Sap.8.a.* Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam eam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Hæc vxor in lateribus domus sicut vitis abundat, quando conscientia operum prædictarum virtutum odore exuberans fragrat, vt verè possit dicere.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Et *Osea 10.a.* Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Filij huius vxoris sunt opera bona, de quibus subditur.

g Filij tui,] id est, opera bona ex vxore prædicta genita, sunt.

h Sicut nouellæ oliuarum] id est, similia sunt nouellis oliuis, quæ viridiores & fortiores, & vberiores sunt, vnde venit oleum, quod est luminis pabulum, & fessorum leuamen: sic opera virtutum & intellectum illuminant, & affectum recreant. Sup. *Psalm.51.* Ego sicut oliua fructifera in domo Dei. Et hi filij sunt.

i In circuitu mensæ tuæ,] id est, ex omni parte reficiunt mentem tuam. Siquidem opera virtutum sunt vera & plena refectio mentis humanæ. *Iob 29.a.* Quando erat Omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Vel sic. Reuera.

b Beatus es] qui times Dominum. Nam.

d Vxor tua,] id est, sensualitas tua tibi subdita vt vxor viro. Erit.

e Sicut vitis] bene exculta.

f Abundans in lateribus domus tuæ,] id est, in omnibus membris corporis tui. Hæc est sensualitas tua rationi subdita, disciplinæ fossorio exculta, secundùm officium vniuscuiusque membri crescet & fructificabit, vt si hodie auris libenter audiuit verbum Dei, cras audiat libentius; & si oculus hodie fleuit ad intuitum culpæ propriæ vel miseriæ alienæ, cras vberius; & si pes hodie iuit ad Ecclesiam, cras facilius, & sic de aliis membris. Et:

g Filij tui] id est, opera bona, quæ tu generas, sicut bonus pater generat bonos filios, erunt.

h Sicut nouellæ oliuarum, id est, redolentia, sicut nouellæ oliuæ redolent, quæ magis redolent quàm veteres. Vel.

[Sicut nouellæ oliuarum,] id est, pacis effectiua, sicut oliua pacis est significatiua: & pietate affluentia, quæ per oliuam designantur. Et erunt.

i In circuitu mensæ tuæ] id est, in protectione animæ tuæ, quæ est mensa Domini, & tui, quia ibi Dominus tecum reficitur. *Apoc.3.d.*

Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. *Prouerbiorum 8. d.*

Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.

Et reuera beati sunt qui timent Dominum. Quia.

a Ecce

a Ecce] In breui & in patulo. *b* Sic] vt dicetur inf. Vel, sic, i. ad similitudinem vitis abundantis. *c* Benedicetur] i. in bonis multiplicabitur. *d* Homo qui.] De qua benedictione dicitur *Gen.* 12. a. Benedicam tibi & magnificabo nomen tuum. Sed quia homo non potest per se habere hanc benedictionem, orandus est Dñs vt eam tribuat, vnde orando subiungit *e* Benedicat tibi] i. multiplicet bona tibi. Et ne intelligatur de benedictione temporalium, determinando subiungit. *g* Ex Sion] sc. benedicat, id est benedictione cœlesti, non temporali. *Tob.* 9. c. Benedicat Dñs Deus Israel. *Gen.* 28. f. De rore cœli erit benedictio tua. Vel sic. *e* Benedicat tibi] id est, virtutum, det tibi incrementum. *f* Dominus ex Sion] id est Christus ex Iudæis natus, *Ioan.* 4. c. Salus ex Iudæis est. *h* Et] ex illa benedictione.

al. † omnis.
al. † te.
al. † omnes dies.
al. † pax.

a Ecce *b* sic *c* benedicetur † *d* homo, qui timet Dñm. *e* Benedicat † tibi *f* Dominus *g* ex Sion, *h* & *i* videas *k* bona Ierusalem † *l* omnibus diebus vitæ tuæ. *m* Et *n* videas *o* filios filiorum tuorum, † *p* pacem super Israel.

Canticum graduum.

PSALM. CXXVIII.

q SÆpe expugnauerunt me *r* à iuuentute mea, *s* dicat nunc *t* Israel. *u* Sæpe expugnauerunt me *x* à iuuétute mea, *y* etenim nó potuerunt mihi. *z* Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores,

i Videas] facie ad faciem. *k* bona Ierusalem] i. bona triumphantis Ecclesiæ, hoc est, ipsum Dñm, quem videre est esse beatum, & à quo sunt omnia bona. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt. *Esa.* 60. a. Tunc videbis & affilues & mirabitur & dilatabitur cor tuum. *Io.* 17. a. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et hoc non ad horam, sed. *l* Omnibus] i. sine fine. De nocte non fit hic mentio, quia non erit ibi nox, sed tantum dies, id est, plena cognitio. *m* Et] etiam. *n* Videas] In præsenti Ecclesia militante. *o* Filios filiorum] i. genitos de doctrina tua. *Prou.* 17. a. Corona senum filij filiorum. Vel *n*. Videas] in futuro in cœlesti Ierusalem. *o* Filios] i. fructum operum tuorum. *Tob.* 9. d. Benedictio super vxorem tuam & super parentes vestros, & videatis filios vestros & filios filiorum vestrorum. Et etiam videas. *p* Pacem super Israel] id est, maiorem quam sit in Israel, i. quam possit aliquis contemplari. Iuxta illud. *Is.* 64. b. Oculus non vidit Deus absque te quæ præparasti his qui expectant te. De qua pace *Phil.* 4. b. Et pax Dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Vel, videas pacem super Israel] id est, Christum, qui est pax fidelium & superans omnes fideles. *Ephes.* 2. c. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Vel Videas pacem super Israel, id est, pacem quæ erit in superiore Israel, quæ est pax æternitatis. De qua dicitur *Isa.* 66. d. Declinabo super eam quasi flumen pacis. Et dicitur hoc ad differentiam inferioris Israel, in quo est pax pectoris. De qua *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis.

EXPOSITIO PSALM. CXXVII.

Partitio Psalmi.

SÆpe expugnauerunt me.] Hic est decimus gradus, sc. patientia in aduersis. Qui rectè sequitur præcedentem. Decens enim est vt qui castè Deum timet, omnia pro ipso patienter sustineat. Intentio monet ad patientiam. Titulus qui sup. Modus. Bipartitus est psalmus. Primò, exemplo sui consolatur infirmos, ne deficiant inter aduersa. Secundò, ponit persequentium reprobationem, *ibi*. Dominus iustus, &c. Vir igitur iustus, quasi respondens querelis infirmorum murmurantium, quod tot sustineant mala. Primò, ostendit quod non est super hoc mirandum, nec murmurandum, quia non est nouum hoc, scil. quod boni tribulentur, imò diu est quod incœpit. Et hoc est. *q* Sæpe expugnauerũt me] qui non merui. Nec dicit qui, vt innuat multos esse impugnatores iustorum. Vnde sup. *Psal.* 55. Multi bellantes aduersùm me. Et iterum. *Psal.* 33. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me. Nec incipit modò impugnatio. Imò. *r* A iuuentute mea] quæ ætas vicina est innocentiæ, & ideò magis fauorabilis quam odibilis. Vel à principio conuersionis meæ, quia Pharao contemptus statim surgit in scandala. Et Ægyptij filios Israel statim post exitum de Ægypto persecuti sunt. *Exod.* 14. b. *Iob* 24. c. Mane primo consurgit homicida. Ideò dicit *Eccl.* 2. a. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, Vel, A iuuentute mea, id est, à principio temporis, sc. ab Abel. Ex tunc enim cœpit persecutio iustorum. Vel à iuuentute mea, id est, quia viderant me iuuenem insipientem & impotentẽ ad resistendum, & ideò crudelior est eorum impugnatio. *Ier.* 31. d. Absorbuit me quasi draco, repleuit ventrẽ suum teneritudine mea & eiecit me. *Thr.* 1. f. Audite me obsecro vniuersi populi, & videte dolorẽ meum, virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ. Et quia vir iustus vult omnes ad patientiam monere, subdit. *s* Dicat nunc] dum tribulationes sæuiunt. *t* Israel] id est, vir iustus fide videns Deum. Hoc inquam dicat aliis, vt exemplo meo instruantur ad patientiam. Quid dicat? Sæpe expugnauerunt me] id est, multoties & multis modis, id est, multi inimici. 1. *Mach.* 12. g. Quæsierũt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum conterere eos. *Cant.* 1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. *x* A iuuentute mea.] Sup. *Ps.* 118. Adolescentulus sum ego & contemptus. Et quare tam sæpe, respondet. *y* Etenim non potuerunt mihi] id est, quia non præualuerunt, iam toties attentauerunt si quo modo possent trahere siue deiicere in peccatũ. *Greg.* Diabolus tentationes continuat, vt saltem tædio vincat. Sed vir iustus non mouetur, quia confidit in eo qui non deserit sperantes in se. *Matt.* 16. c. Dabo tibi claues Regni cœlorum, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam. *Eccl.* 4. d. Certa pro iustitia & Dñs expugnabit pro te inimicos tuos. Sequitur. *z* Supra dorsum, &c.] Priùs dixit iustus se bis impugnatum. Primò blanditiis, & postea minis. Et quia modò sic, modò sic, nec præualuerunt, addiderunt tertium genus impugnationis, quod est per verbera. Et hoc est quod persequitur. Supra dorsum, &c. id est, post impugnationem verborum addiderunt impugnationem verberum. Et contra has duas impugnationes habet iustus duo remedia. Contra verba, sapientiam, contra verbera, patientiam. Et hæ sunt duæ alæ, quæ datæ sunt mulieri, id est, Ecclesiæ, vt fugiat à facie Draconis in desertum. *Apoc.* 12. d. Dorsum igitur Ecclesiæ supra quod fabricant peccatores, est sapientia patiens, & patientia sapiens. Sapientia patiens contra verborum impugnationẽ; patientia sapiens, contra verberum impugnationem. Supra hoc dorsum Ecclesiæ fabricauerunt multoties multipliciter, & vsque hodie fabricant peccatores multiplices, sc. hæretici, Iudæi, Pagani, Tyranni diuersa genera persecutionum. Isti sunt quatuor fabri de quib. *Zach.* 1. d. Ostendit mihi Dñs quatuor fabros & dixi, quid isti veniunt facere? Et ait dicens. Hæc sunt quatuor cornua quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros. Duo primi fabri, id est, hæretici & Iudæi fabricant vasa ad potandum de argento & auro sophistico, id est, doctrinam de sapientia non vera. De quibus *Ier.* 51. a. Calix aureus Babylonis inebrians omnem terram. *Is.* 1. f. Argentum tuum versum est in scoriam. *Iob* 13. a. Ostendam vos fabricatores mendacij & cultores peruersorum dogmatum. *Ier.* 51. b. Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax conflatio eius, nec est spiritus in eis. Alij duo fabri fabricant vasa ad pugnandum, sc. gladios & sagittas, vt sagittent in obscuro rectos corde, quia factis impugnant, sicut alij duo verbis. De quibus vasis dicitur *Ier.* 51. c. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te Gentes. Et supra in alio *Psal.* 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis. *Eccl.* 11. d. Attende à pestifero, fabricat enim mala. *Eccl.* 27. c. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet. Sed certè dum hi fabri supra dorsum Ecclesiæ fabricare intendunt vasa mortis, fabricant ignari disponente Domino, vasa vitæ. Vnde rectè figurantur per Ægyptios, à quibus filij Israel vasa argentea & aurea mutuò acceperunt, sicut dicitur *Exod.* 12. f. Dedit enim Dominus gratiam populo Israel coram Ægyptiis vt commodarent eis, & spoliarent Ægyptios. Magnam siquidem gratiam reputant Sancti, quod dat eis Dominus aliquid pro ipso pati. Vnde *Phil.* 1. d. Donatum est vobis non solum vt in eo credatis, sed etiam vt pro eo patiamini. Et satis notabiliter dicitur commodarent, quasi recepturi, quia pro persecutione quam inferunt Sanctis, recipiunt ab eis orationes. 1. *Corinthior.* 4. c. Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus. Fabricant igitur isti fabri supra dorsum Ecclesiæ nescientes vasa virtutum. Vnde *Isa.* 54. d. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Dum enim corpora lacerant & occidunt, eadem vasa gloriæ efficiunt. Vnde *Prouerb.* 25. a. Aufer rubiginem de argento, id est, mortem & mala sequentia de viro iusto, & egredietur vas purissimum, id est, corpus glorificatum. *Iob* 22. d. Dabit pro terra silicem & pro silice torrentes aureos.

Contra impugnationum remedia.

aureos. De his vasis dicitur *Eccl.* 27. a. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sequitur.

a Prolongauerunt iniquitatem suam] quasi dicat, non tantum saepe, imò & diu expugnauerunt me, dicit iustus, hoc est, multae & diutinae sunt eorum impugnationes. Sicut enim restis, vel funis prolongatur, quando vna alij adiungitur, sic ipsi peccatores iniquitatem addunt iniquitati, hoc est, iniquae cogitationi, iniquum consensum, iniquo consensui, iniquum opus, iniquo operi, iniquam consuetudinem, iniquae consuetudini iniquam necessitatem; deinde sequitur vel iniqua palliatio, quod est

† a prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus b iustus c concidet ceruices peccatorum, d confundantur e & † conuertantur retrorsum f omnes qui oderunt Sion. g Fiant sicut foenum † tectorum, h quod prius quam euellatur † exaruit. i De quo non k impleuit manum suam † l qui metet, & sinum suum qui m manipulos colliget. Et non n dixerunt † qui praeteribant, benedictio Domini super vos, o benediximus vobis in nomine Domini.

al. † longè fecerunt iniustitiam.
al. † aduertantur.
al. † aedificiorum.
al. † arescit.
al. † Non replebit.
al. † messor.
al. † transeuntes viâ.

hypocrisis, vel iniqua excusatio, vel iniqua defensio, vel iniqua gloriatio, quam sequitur impoenitentia, seu desperatio, quae est immediata ad damnationem aeternam. De his dicitur *Isa.* 1. b. Super quo percutiam vos vltra addentes praeuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor moerens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. *Oseae* 4. a Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. Sic Adam peccato comestionis addidit peccatum excusationis, *Gen.* 3. c. Mulier, inquit, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Hypocritae, peccato iniquae intentionis & malae actionis addunt peccatum simulationis. Haeretici peccato infidelitatis addunt peccatum defensionis. Et sic multi prolongant iniquitatem suam. Vel sic. a Prolongauerunt iniquitatem suam] dicit iustus, id est, procul a me elongauerunt eam, quia quantò plus mali persequuntur iustum, tantò ampliùs ab eo elongatur iniquitas eorum, dum patienter sustinet verbera, & sapienter respondet ad verba.

b Dominus iustus, &c.] Secunda pars, vbi ostenditur poena persequentium, quasi dicat vir iustus, ita expugnauerunt me peccatores, sed hoc non facient semper, nec impunè. Quia, Dominus iustus, qui habet & posse, & velle. Posse, quia Dominus. Velle, quia iustus.

Secunda pars.

c Concidet ceruices peccatorum] id est, ceruicosos peccatores destruet. *Iob* 13. b. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestrae. In ceruice enim superbia notatur, vt dicit *Gloss.* vnde *Iob* 15. c. Cucurrit aduersùs Deum extento collo, & pingui ceruice armatus est. Sed quantò altius ascendit, tantò profundius descendit. Vnde *Iob* 20. a. Si ascenderit in coelum superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *Ieron.* Nihil magis displicet Deo quam ceruix erecta post peccatum. Sed ne omnino pereant peccatores, vir iustus orat vt ad poenitentiam conuertantur, dicens:

d Confundantur] bona confusione, quae adducit gratiam & gloriam, vt dicitur *Eccl.* 4. c.

e Et conuertantur retrorsum] à via sua mala, ad viam iustitiae.

f Omnes qui oderunt Sion] id est, Ecclesiam fide Deum speculantem, vel in specula existentem. Vel de mala confusione potest exponi. Et tunc non orando, sed praedicendo, & voluntatem suam voluntati diuinae conformando dicit.

d Confundantur] aeterna confusione, quae nunquam delebitur. e Et conuertantur retrorsum] i. inefficaces & impotentes appareant.

f Omnes qui oderunt Sion] id est, odio persecuti sunt finaliter Ecclesiam. *Ierem.* 17. c. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego. *Eodem* 20. c. Qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt. g Fiant sicut foenum tectorum] quod citò oritur, & citò moritur, cuius viror parum durat; sic gloria superborum parum durabit. *Isa.* 28. a. Vae coronae superbiae ebriis Ephraim & flori decidenti. *Ead.* 40. b. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. *Iob* 8. b. Nunquid virere potest scirpus sine humore, & crescere carectum sine aqua? Cùm adhuc sit in flore nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit, sic viae hominum qui obliuiscuntur Deum. Et quia superbi frequenter deueniuntur in confusionem & opprobrium, antequam de vita tollantur. Ideo subdit. h Quod prius quam euellatur exaruit] i. quam citò coepit crescere, tam citò coepit arescere, & quantò citius crescit, tantò citius arescit, & cùm viret ex vna parte, arescit ex alia, sic gloria superborum statim vt incipit desinit, & cùm florent in vno, arescunt in alio. Vnde *sup.* Homo sicut foenum, dies eius tanquam flos agri. 1. *Pet.* 1. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos foeni, exaruit foenum, & flos eius decidit. i De quo foeno] id est, de malis & aridis ab humore gratiae. k Non impleuit] i. non implebit. l Manum suam, &c.] id est, Angeli messores, qui in fine zizania, i. malos colligabunt per fasciculos ad comburendum: triticum autem congregabunt in horreum Dñi, i. bonos in coelum, vt dicitur *Matth.* 13. d. Ipsi de malis qui impugnant bonos, non implebunt manum vel sinum suum, i. non colligent ex eis aliquam bonam operationem, vel cognitionem remuneratione dignam. Vel ipse Christus metet agrum Mundi quem seminauit bono semine, vt dicitur *Matt.* 13. d. Vnde *Apocal.* 14. Misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & demessuit eam. Et idem. m Manipulos colliget] i. bonos secundùm ordinem suum in gloria collocabit. *Isa.* 17. a. Erit sicut congregans in messe quod restiterit, & brachium eius spicas leget, id est, pauperes & paruulos qui per spicas designantur. Magni enim partes vulpium, id est, Daemonum, erunt. Vnde *Mich.* 7. a. Vae mihi quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiae. Dominus ergo de superbis non implebit manum suam, neque sinum suum, id est, nec inter minores, nec inter maiores Sanctos computabit eos. Loquitur enim Dauid iuxta similitudinem alicuius, qui res chariores in sinu suo abscondit, minus charas in manu portat. Ad hunc modum de minoribus Dñs implebit manum suam, & de maioribus sinum. Sed superbi nec in manu inter minores, nec in sinu inter maiores recipientur. Vbi ergo? Ibi erunt vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, *Iob* 10. d. De bonis verò Dñs implebit manum & sinum. Vnde *Isa.* 40. c. Sicut pastor gregem suum pascet in via, se. triplici pastu, scil. doctrinae, poenitentiae, Eucharistiae; in brachio suo congregabit agnos, id est, minores, in sinu suo leuabit foetas, id est, maiores, ipse portabit vtrosque. Deinde ostendit Propheta, qui sunt illi qui non colligentur à Dño, qui per foenum designantur, illi, scil. qui Prophetarum & Apostolorum praedicationem non receperunt, & ideo eorum benedictionem habere non meruerunt. Et hoc est quod sequitur. n Et non dixerunt qui praeteribant] scil. Prophetae, & Apostoli, & eorum sequaces, qui per Mundum currentes ad patriam transierunt, & transeunt, non mussitantes in terra: Benedictio Domini super vos. Et iterum non dixerunt eis. o Benediximus vobis in nomine Domini.] Hoc est, Prophetae & Apostoli illis non praedicauerunt, nec dederunt suam benedictionem. Mos fuit apud Hebraeos, vt viatores benedicerent omnibus operantibus; hic autem econtrario dicitur, quia illis superbis inaniter operantibus, nulla benedictio datur aut dabitur. Boni vero operatores replebuntur benedictionibus. *Deuter.* 33. b. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph. *Eccl.* 37. d. Vir sapiens implebitur benedictionibus.

Et nota, quòd est duplex Dei benedictio, scilicet, benedictio sinistrae, & benedictio dextrae. Benedictio sinistrae, est bonorum temporalium multiplicatio; sic benedixit Dominus Laban propter Iacob. De hac benedictione dicitur *Genes.* 27. f. De pinguedine terrae, & de rore coeli erit benedictio tua. *Iob* vlt. c. Benedixit Dominus nouissimis Iob, id est, in fine multiplicauit eum bonis multis. Benedictio dextrae, est collatio gloriae, *Matth.* 25. c. Venite benedicti Patris mei, &c. *Psal.* 147. Benedixit filiis tuis in te. Item infusio gratiae. *Psal.* 83. Benedictionem dabit Legislator. Et iterum *Psal.* 66. Benedicat nos Deus Deus noster. Item bonorum operum multiplicatio. *Gen.* 22. c. Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum.

Benedictio Dei duplex.

Hominis verò benedictio similiter duplex est. Vna respectu Dei, scilicet, gratiarum actio. *Tob.* 12. b. Benedicite Deum coeli. Item omnis boni ascriptio. *Daniel.* 3. f. Benedicite serui Domini Domino. Item bona de ipso dicta. *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, id est, bona de ipso dicam. Alia est respectu hominis, scilicet, boni optatio. Sic benedixit Isaac filium suum Iacob, id est, bona optauit ei. *Genes.* 27. d. Item boni veri praedictio. Sic Iacob filiis suis benedixit. *Genes.* 49. Item bona datio. Sic Dauid a Nabal petiit benedictionem, 1. *Reg.* 25.

Benedictio hominis duplex.

EXPOSITIO PSALM. CXXIX.

De profundis,&c.] Hic est vndecimus gradus, scil. pœnitentialis supplicatio. Qui rectè post prædictos gradus ponitur, quia nec Deum timens, nec mala patiens propter Deum ; dignus est omnino gratia, vel gloria Dei, quia in toto corpore Christi nullus est sine peccato. Vnde 1.*Io*.1. d. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. & veritas in nobis non est. *Eccl*.7. c. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum , & non peccet. *Iob* 15. c. secundum 70. Nemo mundus à sordibus ; etiā infans, cuius vita vnius diei est super terram. Ideò solùm vnum est remedium,sc.humiliter supplicare. Vnde *Iob* 9.b.Quantus sum ego vt respondeam ei,& loquar verbis meis cum eo?Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor.

De conf. dist. 1.c. si voluisseut, in fin.

Canticum graduum.

PSALM. XXIX.

De *a* profundis clamaui *b* ad te Domine.*c* Domine exaudi vocem meam. *e* Fiant aures tuæ intendentes, in † vocem deprecationis meæ.Si *f* iniquitates *g* obseruaueris *h* Dñe, *i* Domine quis *k* sustinebit? † *l* Quia apud te propitiatio est, *m* & propter legem tuam *n* sustinui te Dñe. *o* Sustinuit anima mea in † verbo eius : *p* sperauit anima mea in † Dño, † *q* A custodia matutina vsque ad noctem, *r* speret Israel in *s* Dño.

al. † orationé serui tui.
al. † Quoniam.
al. † verbú tuum.
al. † Dñm.
al. † vigilia.

Est autem iste Psalmus sextus inter Psalmos pœnitentiales,& vndecimus inter graduales, in quo notatur quod quantumcunque sit homo perfectus,quód notat senarius, tamen debet se reputare peccatorem, quod notat vndenarius, & facere pœnitentiam. Titulus: *Canticum graduum*, id est , lætitia de ascensu ad Deum est hic. Intentio monet ad pœnitentiam. Modus. Bipartitus est Psalmus. In prima parte ponitur pœnitentis deuota oratio. In secunda ostenditur læta conclusio cum certitudine veniæ,*ibi*:Speret Israel in Dño.Pœnitens igitur volens ascendere, considerans infirmitatem suam & miseriæ profunditaté in qua est, clamat ad Deum qui solus potest liberare eum,dicens. *a* De profundis clamaui] corde,vt Moyses, *Exod*.14. d. Et Susanna , *Dan*. 13. c. Ore,vt Dauid:Voce mea ad Dñm clamaui. Opere,vt Sodomitæ, *Gen*.18.c.Clamor Sodomorum venit ad me. Clamandum est autem propter timorem naufragij. *Matt*.14. d.Petrus cùm cœpisset mergi clamauit ,dicens : Dñe saluum me fac. Item propter ignem peccati. *Ioel*. 1.d. Ad te Dñe clamabo , quia ignis comedit speciosa deserti. Item propter violentiam morbi,vnde *Isa*.38.c.Sicut pullus hirundinis sic clamabo, dicit Rex infirmus, Item propter vehementiam doloris , *Isa*.26. c. Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis,sic facti sumus. Item propter desiderium salutis proximi, *Ioan*.7.f. In nouissimo die magno festiuitatis stabat Iesus,& clamabat, dicens. Si quis sitit, veniat ad me & bibat.Et notandum est quod dicit,De profundis] pluraliter, quia multiplex est profundum , de quo clamandum est. Primum est profundum malitiæ, de quo in *Psal*. 68.Infixus sum in limo profundi , & non est substantia. Item est profundum perfidiæ;de quo in *Ps*.68.Neque absorbeat me profundum , neque vrgeat super me puteus os suum. De his duobus simul dicitur *Prou*.18.a. Impius cum venerit in profundum , &c. Tertium est profundum ignorantiæ, *Exod*.15.a Descenderunt in profundum quasi lapis. Quartum est profundum miseriæ , de quo *Psal*.143. & 68. Libera me de aquis multis, & de profundis aquarum. *Iona* 2. b. Proiecisti me in profundum in cor maris. De his quatuor profundis clamandum est ad Dñm,vt liberet,sicut *Apost.Rom*.7 d. Infelix ego homo , quis me liberabit de corpore mortis huius,&c. *Iona* 2.b. De ventre Inferi clamaui , & exaudisti vocem meam. Quintum est profundum cordis, *Ierem* 17. b. Profundum est cor hominis,& inscrutabile. Sextum est profundum humilitatis,de quo *Eph*. 3.d.In charitate radicati & fundati , vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis , quæ sit latitudo, longitudo,sublimitas,& profundum.De his profundis clamandum ad Dñm,vt exaudiat. *Eccl*.35.d.Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Septimum est profundum gehennæ,de quo *Isa*. 7. b. Pete tibi signum à Dño Deo tuo in profundum Inferni. De hoc non est clamandum, quia in Inferno nulla est redemptio.Octauum est profundum diuinæ iustitiæ & clementiæ,de quo *Psal*.91. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.Ab hoc profundo clamandum est,vnde sequitur.*b* Ad te Dñe]& non ad alium,quia tu solus potes liberare clamantes. Ideo oro. *c* Domine exaudi] id est,ad exitum audi.*d*. Vocem meam] pro me editam , vel à me pro aliis editam. *Dan*.9. d. Exaudi Dñe orationem serui tui. *e* Fiant aures tuæ,&c.] id est,misericordia & clementia tua intendat deprecationi meæ,vt sc. relaxet mihi peccata mea. Et necessarium est vt peccata dimittas. Quia *f* Si iniquitates] meas.*g* Obseruaueris] id est,ad vindicandum seruaueris. *h* Domine] iuste. *i* Domine]bone. *k* Quis sustinebit] vindictam iustitiæ ? quasi dicat,nullus poterit sustinere. *Eccl*.16.c. Opera iustitiæ eius quis annunciabit , aut quis sustinebit ? *Malach*.3.a. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad videndum eum ? *Iob* 26. d. Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus , quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? *Amos* 7.c. Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Et licèt nullus possit sustinere , tamen non despero , dicit iustus.

Partitio Psalmi.

Clamandum est ad Deum propter quinque.

Multiplex profundum, de quo clamandum est.

l Quia apud te propitiatio est]vt apud fontem riuulus , id est,misericordia propitians. *Eccl*.17.d.Quàm magna misericordia Dei propitiatio illius conuertentibus ad se. *Ioel*.2. c. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum : quoniam benignus & misericors est , patiens & multæ misericordiæ,& præstabilis super malitia. Vel, Apud te propitiatio est,id est,sacrificiū propitiationis,id est,quo oblato Deus Pater propitiatur peccatoribus , id est , sanguine Christi fuso pro peccatoribus delentur peccata eorum. 1. *Ioan*.1. c. Sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. *Eodem* 2.a. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris , non pro nostris tantùm, sed etiam pro totius Mundi. Hoc est propitiatorium in quo duo Cherubin versis vultibus se respiciunt, id est, iustitia & misericordia Dei. Misericordia siquidem volebat totum condonare, iustitia volebat totum punire , sed ibi inuenit misericordia quod quærebat , & iustitia quod volebat , punitum est sufficientissimè siue iustissimè peccatum Adæ per mortem Christi, & dimissum est peccatum Adæ misericordissimè per mortem Christi. Sequitur.

Exod.25.b.

m Et propter legem tuam] quæ viuificat & peccata condonat vt dicit *Aug*.

n Sustinui te Domine] flagellantem & præmia differentem , expectans misericordiam , libertatem & iustitiam retribuentem. Vnde *supra* : Expectans expectaui Dominum , & intendit mihi. Hæc lex est charitas , de qua *Ierem*.31. f. Dabo legem meam in visceribus eorum. *Galat*. 6. a. Alter alterius onera portate , & sic adimplebitis legem Christi. Et quasi quæreret aliquis. Si verum est quod sustinuit Dominum propter legem suam. Respondet,vtique. *o* Sustinuit , &c.] i. in promisso eius , quod regnum promittit post veniam , vt dicit *Aug*. quod nunquam fallit , quia verum est. *p* Sperauit anima mea in Domino] qui liberat & condonat & coronat. *Isa*.26.b.Domine sustinuimus te , nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Et quamdiu sperauit ?

q A custodia matutina, &c.] id est, à pueritia quando primò incipit se homo custodire,& ratione vigere vsque ad mortem. *Supra* : *Ps*.120.Dñs custodiat introitum tuum & exitum tuum. Aliter non prodest sperare in Domino,nisi continuè speret, Qui enim perseuerauerit vsque ad mortem , hic saluus erit , & non alius. *Matth*.24.b. Ideo præcipit Dominus *Leuit*.1.b. vt caput & cauda hostiæ simul Domino offerantur.Item,sperauit anima mea in Domino, a custodia, vel, vigilia , alia litera, matutina vsque ad noctem,id est,à prima infusione gratiæ,vsque ad casum culpæ.Hoc tempore valet spes,tempore verò peccati non est vera spes,sed potiùs præsumptio. Nam spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniens. Et nota, antiqui noctem distinguebant in quatuor vigilias.Primam vocabant conticinium,secundam intempestum,tertiam gallicantum,quartam antelucanum,de his etiam dicitur *Mar*. 13. d. Vigilate , nescitis enim quando Dñs domus veniat,serò,an media nocte, an gallicantu, an manè.Primam custodiam siue vigiliam faciebant omnes. Secundam adolescentes : tertiam iuuenes, quartam senes. Ergo à prima vsque ad vltimam sperandum est in Dño. Et hoc est quod dicit hic : A custodia matutina,&c.Sequitur. *r* Speret Israel.] Secunda pars,vbi ponitur læta conclusio, vbi pœnitens de se securus prædicat aliis vt semper sperent in Dño,q.d.sicut anima mea sperauit semper in Dño,similiter speret Israel,id est,omnis populus Christianus fide videns Deum. *s* In Domino]non in alio,quia benedictus qui confidit in Domino,maledictus autem qui confidit in homine. *Ierem*.17. a. Quamdiu speret ? Repetendum est. A custodia matutina vsque ad noctem , vt *supra*.Sed quomodo audebat sperare in Domino ? Benè.

Quid sit spes.

Secunda pars.

Quia

a Quia apud Dominum misericordia] fuit, est, & erit, sicut apud fontem viuum, riuulus iugiter emanat, quem sola ingratitudo desiccat, vt dicit *B. Bern.* de quo dicitur *Zach.* 13. a. Erit fons patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. b Et copiosa apud eum redemptio, id est, copiosum pretium nostræ redemptionis, ipsemet Christus, scilicet, 1. *Cor.* 1. d. Factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio, & redemptio. 1. *Cor.* 6. d. Empti estis pretio magno. 1. *Pet.* 1. d. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso Sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi Iesu. Copiosa dicitur redemptio, quia pretium sufficiens fuit ad redemptionem mille millium Mundorum. Cùm enim sit Christus pretium nostrum, qui est verus Deus, & verus homo, in infinitum excedit rem redemptam, sed magnitudo amoris mensuram, aut numerum nescit. *Ioan.* 3. b. Sic Deus dilexit Mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Ideo dicebat *Iob.* 6. a. Vtinam apprehenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Ex illa superabundantia pretij accipit Papa & Episcopi qui sunt thesaurarij Domini Indulgentias quas faciunt. Et posset aliquis dicere, Parum proderit nobis misericordia eius, quia apud eum manebit, sicut aqua stagni, nec deriuabitur vsque ad nos sicut aqua fontis. Et respondet. Imò fluet misericordia eius, sicut fluuius, vnde *Eccl.* 39. c. Benedictio illius quasi fluuius inundabit, & quomodo cataclysmus aridam inebriauit. Et hoc est quod sequitur. c Et ipse] quasi dicat, ab eo, & apud eum copiosa misericordia & redemptio, quia ipse & non alius d Redimet] proprio Sanguine, e Israel] id est, populum fidelem, qui credit in eum.

Quomodo redemptio facta à Domino dicatur copiosa.

f Ex omnibus iniquitatibus eius] id est, ex debito pœnæ, cuius debitor erat pro omnibus iniquitatibus suis. Homo maculatus erat, & obligatus pœnæ propter peccatum. Maculam lauat & delet Christus per gratiam quam infundit, pœnæ debitum soluit per pœnam quam sustinuit, & sic per Christum plenè redimitur homo. *Isa.* 43. d. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, id est, sola gratia mea. *Exod.* 44. d. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me: quoniam redemi te. *Greg.* Nullam reuertentem despicit, qui peccatores redimere venit.

al. † Quoniam. al. † Est. al. † multa. al. † illum.

† a Quia apud Dominum misericordia, † & † b copiosa apud † eum redemptio. Et c ipse d redimet e Israel f ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduũ. CXXX.

DOmine g non h est exaltatum cor meum, i neque † elati sunt oculi mei. k Neque † ambulaui in magnis, l neque in mirabilibus super me. Si m non humiliter sentiebam, sed exaltaui n animam meam.

al. † in altum. al. † ingressus sum.

EXPOSITIO PSALM. CXXX.

DOmine non est exaltatum, &c.] Hic duodecimus gradus, scilicet humilitas. Qui post præced. Psalmum rectè ponitur: quia in illo actum est de pœnitentia, quæ sine humilitate inutilis est. Titulus, qui supra. Intentio monet ad humilitatem interiorem & exteriorem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò remouet à se vir iustus omnem superbiam, vel signa superbiæ. Secundò, exemplo suo inuitat ad spem, ibi: Speret Israel. Igitur vir iustus in cuius persona Propheta hic loquitur volens ostendere se humilem intus & extra, remouet à se contrarium, dicens: g Dñe,] cui soli patent corda & renes hominum. h Non est, &c.] Minus dicit & plus significat, id est, humiliatum est cor meum, quod est verum sacrificium Deo. Vnde *sup.* Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum. Tale cor ascendit ad gloriam. Nam qui se humiliat exaltabitur. *Luc.* 14. c. Et *Prou.* 29. d. Humilem spiritu suscipiet gloria. Et *Eccl.* 11. a. Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Econtrario cor superbum descendit in ruinam. *Prou.* 17. c. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam. *Ibid.* 16. c. Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. i Neque elati sunt, &c.] quod est signum interioris superbiæ, quasi dicat, interiorem & exteriorem superbiam expuli à me. Cui Dñs comminatur. *Isa.* 10. c. Visitabo super fructũ magnifici cordis Assur, & super gloriam altitudinis oculorũ eius. *Exod.* 2. c. Oculi sublimis hominis humiliati sunt, id est, humiliabuntur, & incuruabitur altitudo virorum. Ideo dicitur *Eccl.* 23. a. Extollentiam oculorum meorũ ne dederis mihi, & omne desiderium auerte à me. *Iob* 15. b. Quid te eleuat cor tuum & quasi magna cogitans attonitos habes oculos. De his dicitur *Prou.* 30. b. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in altum surrectæ.

Partitio Psalmi.

Psalm. 50.

Neque ambulaui in magnis,] id est, cum Magnatibus vt in pomposa societate, quod vtrumque est signum superbiæ. *Amo.* 6. a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domũ Dñi, id est, Ecclesiam. De talibus dicit *beatus Bernardus ad Eugenium.* Tu Pastor procedis deauratus multa societate, circumdatus varietate, oues quid faciunt? Si auderem dicere, dæmonum magis quã ouium pastura hæc. Sic factitabat Petrus, sic Paulus ludebat? q.d. Non. Ideo præcipitur *Deuter.* 17. d. ne Rex multiplicet sibi equos, ne reducat populum in Ægyptum, exemplo malo equorum numero subleuatus. Vel, Neque ambulaui in magnis, id est, non superbiui de magnis factis, vel dictis, vel virtutibus. Sicut *Iob* 31. a. Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus. Et *infra* c. Si lætatus sum super diuitiis meis multis, & quia plurima reperit manus mea, si videbam Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra Deum Altissimum. Vel, Neque ambulaui in magnis, id est, non ingessi me in magnos conuentus, siue ad consilia magna non iui non vocatus, quod est superbiæ & elationis signum. *Eccl.* 13. b. Ne improbus sis ne impingaris exẽplo tuo in domo Regis. l Neque in mirabilibus, &c.] id est, non affectaui aliqua facere super virtutem meam, vnde homines admirentur. Sicut multi qui ex factis & dictis magis quærunt gignere in populo admirationem quàm ædificationem. Sicut Simon Magus voluit facere qualia Apostoli faciebant, cùm tamen non esset talis, & ideo in mirabilibus supra se, id est, supra virtutem suam voluit ambulare. *Act.* 8. c. Item in mirabilibus supra se ambulat qui plus quam possit attentat, vt mirandus appareat. Contra quod dicitur *Eccl.* 3. c. Altiora ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. *Ierem.* 48. e. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valdè, sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius ego scio, ait Dominus, iactantiam, & arrogantiam eius, eò quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Monstratur autem exterius elatio cordis multipliciter. Primò in colli erectione, *Iob* 15. c. Cucurrit aduersus Deum erecto collo. Secundò, in oculorum extollentia. *Prou.* 30. b. Generatio cuius excelsi oculi. Tertiò, in gressus compositione, & digiti extensione. *Prou.* 6. b. Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, & annuit oculis, terit pede, digito loquitur. De his tribus simul dicitur *Isa.* 3. c. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, &c. Quartò, in locutione. *Daniel.* 11. f. Aduersus Deum deorum loquitur magnifica. Quintò, in auditu, *Zachar.* 7. c. Aures suas aggrauauerunt ne audirent legem. Sextò, in habitu & gestu corporis. *Eccl.* 19. d. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium & incessus hominis enunciant de illo. Sequitur.

Signa superbiæ & elationis.

m Si non humiliter,] quasi dicat, non ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non, id est, sed, humiliter sentiebam de me, quod est veræ humilitatis. *Augustinus*: Vera humilitas est sensus propriæ vacuitatis. Sic sentiebat de se Abraham cùm dixit: Loquar ad Dominum meum cùm sim puluis & cinis. *Gen.* 18. Et *Paulus* 1. *Corinthior.* 15. b. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Et Christus: Ego sum vermis, & non homo. *Psal.* 21. Econtra sunt aliqui qui de se magna sentiunt, de aliis parua. Contra quos dicitur *Isa.* 5. e. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. *Romanorum* 12. c. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Vel sic, vt totus versus sub vna clausula legatur.

m Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui,] iactando vel gloriando.

n Animam meam,] malè accidat mihi, supple. Animam suam exaltat, qui sibi bonum quod non habet, arrogat, vt Philosophi qui dicunt, Labia nostra à nobis sunt. *Psal.* 11. Vel qui meritis suis imputat, vt Pharisæus, *Luc.* 18. b. Aut qui de bono suo

no suo extollitur corde, aut qui singulariter vult videri. Contra quos dicitur 1. *Cor.* 4. b. Quid habes quod non acccepisti? Si autem accepisti; quid gloriaris quasi non acceperis? Sequitur.

a Sicut ablactatus] quasi dicat, sicut humiliter sensi, & animam meam non exaltaui, sicut ablactatus, id est, puer à lacte matris de nouo separatus incumbit adhuc super matrem suam, quærens adhuc lacte eius refici, & tamen non cibatur lacte, sed cibo meliore & honorabiliore.

c Ita] secundùm hunc modum fit retributio in anima mea, quia cùm se humiliat circa minima, eleuatur ad maiora, & plus datur ei quam speret. Vel sic, vt ad præcedens refera r constructio hoc modo: Si non humiliter sentie-tu bam, sed econtra exaltaui animam meam.

al.† Quemadmodum qui.
al.† lacte.
al.† animam meam.

a Sicut ablactatus] id est, à lacte separatus, erit.

b Super matrem suam] id est, indigens adhuc lactari à matre, propter infantiam languet & petit, supple.

† *a* Sicut ablactatus est † *b* super matrem suam, *c* ita retributio in † anima mea: *d* Speret Israel in *e* Domino *f* ex nunc, & vsque in sæculum.

Canticum graduum.

PSALM. CXXXI.

g  Emento *h* Dñe *i* Dauid

c Ita retributio in anima mea] pereat. Vel planius.

a Sicut ablactatus] id est, de nouo à lacte separatus.

b Super matrem suam,] stat, quærens lac, & non datur ei.

c Ita retributio] fiat in anima mea, id est, cum quæsierit, non detur ei, si eam exultaui. Vel sic.

a Sicut ablactatus, &c.] id est, a matre sua ducitur cum gaudio ad mensam patris, vt Isaac. *Gen.* 21. a.

c Ita retributio, &c.] fiat, vt postquam fuerit à lacte temporalis iocunditatis separata, cum gaudio ducatur ad mensam æternæ iocunditatis. Et nota quòd est mater, à cuius lacte bonum est citò separari, & nunquam lacte ipsius potari, scilicet adulator. Vnde *Prou.* 1. b. Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Quia lac istud venenosum est, & qui potatur ex illo, moritur. Vnde *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammam: lactauerunt catulos suos. Lamiæ dicuntur quasi laniæ. Hæ sunt adulatores, qui adulando laniant vnitatem virtutis. *Iob* 3. b. Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Quare exceptus genubus? Cur lactatus vberibus? Isto lacte ferè omnes Magnates potantur copiosissimè, quia volunt sibi dici placentia licet falsa, & ideo omnes ministri eorum adulatores sunt. *Prou.* 29. b. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Istis nutricibus maledictis imprecatur *Osee* 9. c. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. Vuluam sine liberis vt non possint parere. Vbera arentia, vt etiam quod pariunt non possint nutrire. Propter hoc dicitur *Gen.* 21. a. quòd Abraham fecit grande conuiuium cùm Isaac fuit ablactatus. Isaac enim ablactatur, cùm homo à mundi gaudio separatur, dicens cùm Propheta: Renuit consolari anima mea. Et cum Salomone *Ecclef.* 2. a. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Sunt autem qui nunquam volunt ablactari, etiam senes. De quibus *Isa.* 65. d. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Item est alia mater siue nutrix, à cuius vberibus nunquam ablactari debet homo donec veniat ad mensam patris, scilicet Christus, vel Prædicator. Cuius vbera sunt duo Testamenta, lac eruditio. Vnde 1. *Pet.* 2. a. Quasi modò geniti infantes rationabiles & sine dolo lac concupiscite. De hac nutrice dicitur *Exod.* 2. Vis vt vocem tibi mulierem Hebræam, non Ægyptiacam, quæ nutrire possit infantulum? Si quis ab hac nutrice separatur, confusione replebitur. Vnde 2. *Reg.* 4. b. dicitur, quòd filius Saul cecidit à nutrice, & claudus est effectus vtroque pede, & Miphiboseth appellatus est, quod interpretatur os confusum. Et est lac multiplex.

De duplici matre.

Isa. 30. c.

Lac est:
- Adulationis, *Prou.* 1. b. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. *Et* 16. d. Vir iniquus lactat amicum suum.
- Abundantiæ temporalis, *Exod.* 3. b. Educam vos in terram quæ fluit lacte & melle.
- Carnalis voluptatis, *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos.
- Simplicis doctrinæ, vt hic. Et 1. *Cor.* 3. a. Lac dedi vobis potum, non escam.
- Diuinæ consolationis, *Osee* 2. c. Lactabo eam & ducam eam in solitudinem.

d Speret, &c.] Secunda pars, vbi ponitur conclusio Psalmi, vbi exemplo suo alios inuitat vir iustus ascendens, sperare in Domino. Vnde dicit: Speret Israel, id est, populus Christianus.

e In Domino, & non in alio, 1. *Mach.* 2. g. Cogitate per generationem & generationem: quoniam omnes qui sperant in eum non infirmantur. *Ecclef.* 2. b. Qui timetis Deum sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Et *infrà*: Respicite filij nationes hominum, & scitote: quoniam nullus sperauit in Domino, & confusus est.

f Ex hoc nunc & vsque in sæculum,] id est, in omni tempore, quousque scilicet veniat ad æternitatem, vbi non erit spes, sed res.

EXPOSITIO PSALM. CXXXI.

Memento Domine Dauid.] Hic est tertius decimus gradus, scilicet sollicitudo ædificandi domum Dei. Et rectè ponitur iste gradus post duos præcedentes. Nam in illis ædificauit seipsum vir iustus ascendens per pœnitentiam & humilitatem, de quibus agitur ibi. Hic autem intendit alios ædificare. Et Primò debet homo seipsum ædificare, id est, in ædificio Dei ponere, & postea alios. Vnde 1. *Timot.* 4. d. Attende tibi & doctrinæ, insta in illis, hoc enim faciens & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. *Ecclef.* 2. a. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos. De hoc dicit *beatus Bernardus ad Eugenium*: Omnes de fonte pectoris tui publice bibunt, & tu solus seorsum sitiens stabis? Sed maledictus qui partem suam facit deteriorem, quid ille qui penitùs se reddit expertem? Sanè deriuantur aquæ tuæ in plateis, homines & iumenta & pecora bibunt ex eis, quin & Camelis pueri Abrahæ potum tribuis. Ergo inter cæteros bibe & tu de fonte putei tui. Alienus, inquit, non bibat ex eo, nunquid tu alienus, cui non alienus si tibi es? Denique. Qui sibi nequam, cui bonus? Patet igitur ordo Psalmi. Titulus qui supra. Intentio monet ad ædificationem domus Dei. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò precatur vir iustus vt voluntatem suam de ædificando domum Deo impleat Dominus. Secundò, ostendit domum ædificatam, & vbi sit ædificata, *ibi*: Ecce audiuimus. Tertiò dicit promissiones Dei factas ædificatæ Sion, *ibi*: Iurauit Dominus. Dicit ergo.

Qui alios instruere vult, se primo instruat.

Ecclef. 14. a.

Partitio Psalmi.

g Memento, &c.] Et loquitur Propheta in persona totius Christi, id est, in persona capitis & corporis, sicut dicit *Gloss.* quæ satis confusa & obscura est. Sed vt planior sit expositio, primò exponemus de Christo; secundò de viro iusto, vterque enim per Dauid designatur, sicut dicemus infra. Prophera igitur in persona Christi ad Patrem loquens, cui omnia attribuit, dicit.

Alleg.

g Memento,] id est, memorem te esse ostendito.

h Domine] Pater, qui omnia potes.

i Dauid] spiritualis, id est, Christi. Qui per eum significatur triplici ratione: Primò ratione dignitatis, Dauid enim fuit Rex Ierusalem, & Christus Rex est Ecclesiæ. Vnde supra in *Psal.* 43. Tu es ipse Rex meus & Deus meus, qui mandas salutem Iacob.

Christus per Dauid significatur triplici ratione.

A Secundò ratione,

g Memento, &c.] Moraliter de viro iusto. Dicit ergo Propheta in persona viri iusti: Memento Domine Dauid, id est, viri iusti manufortis, & aspectu desiderabilis. Manufortis, benè operando, aspectu desiderabilis, honestè conuersando. Vel manufortis in actiua, aspectu desiderabilis in contemplatiua. Notandum autem, quòd fortitudo manus iustorum in quatuor consistit. Primò, in magnorum & difficilium operum executione. De quo *supra*: Posuisti vt arcum æreum brachia mea. Secundò, in forti tentatione, vt nullatenus dimittat bonum quod incepit. *Iob* 27. a. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram. *Cantic.* 3. b. Tenui eum, non dimittam. Tertiò, in forti luctatione, 1. *Genes.* 32. f. Si contra Deum fortis fuisti, luctando, scilicet mecum, dicit Angelus, quanto magis contra homines præualebis? Et de Iuda dicitur *Deuteronom.* 33. a. Manus eius pugnabunt pro eo. Quartò in vinculorum ruptione, sicut legitur *Iudicum* 16. b. de Samsone. Rupit, inquit, vincula, sicut si quis rumpat filum stupæ. Erat autem ligatus septem funibus neruiceis, per quos

Moral.

Fortitudo manus iustorum consistit in quatuor.

significantur

Alleg. A Secundò, ratione humilitatis. Dauid enim in dignitate Regia seruauit humilitatem, sic & Christus, vnde pedes lauit discipulis, *Ioan.*13. a. & multa similia fecit propter quæ dicit *Matth.*11. d. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Tertiò, ratione interpretationis nominis. Dauid enim interpretatur manu fortis, aspectu desirabilis; & Christus fuit manu fortis in Passione, vbi fortiter fortem Diabolum debellauit, non manu armata, vt dicit *B. Bernardus*, sed Cruci affixa, non equo residens, sed in Cruce pendens. Item manufortis est modò, suos fortiter custodiendo siue tenendo, *Iob.* 10. b. Cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere. Item manufortis erit in Iudicio, quoniam fortiter percutiet inimicos suos in posteriora. Vnde *sup.* Tanquam vas figuli confringes eos. Propter hoc dicitur *Hebr.*10. f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, *Iob* 13. c. Manum tuam longè fac a me, & formido tua non me terreat. Item aspectu desiderabilis fuit Christus, ad literam, speciosus & gratiosus in conuersatione & allocutione, sed magis in Resurrectione adhuc in pulchritudine animæ, sed permaximè in diuinitate. Vnde dicit Iacob *Genes.*32. g. Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et ideo etiam Moyses orabat, *Exod.*33. c. Si inueni, inquit, gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te. *Psal.*79. Ostende faciem tuam, & salui erimus.

a & omnis mãsuetudinis eius.

De mansuetudine Christi. a Et omnis mansuetudinis eius] memento, scilicet, id est, ipsius memorem te esse ostende propter meritum mansuetudinis eius. Ad literam enim Christus mansuetus fuit, quia nec irritauit, nec irritatus fuit. *Isa.*42. a. Non clamabit, nec accipiet personam, neque audietur foris vox eius, calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium, non erit tristis, neque turbulentus. *Ierem.*11. d. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et dicit, omnis, quia neque contumeliis verborum, neque molestiis verberum, neque iniuriis rerum irritatus fuit. De primo dicitur in *Psal.*37. Qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. De secundo dicit *Isa.*53. c. Sicut ouis coram tondente se obmutescet. De tertio dicitur *Isa.*50. c. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, 1. *Pet.*2. d. Cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur, tradidit autem iudicanti se iniustè. Sequitur.

Moral. Septē ligant & tenent hominē quasi ligatū in Mundo. A Sicut in- * significantur septem funes qui ligant hominem, & tenent hominem quasi ligatum in Mundo, vel in peccato. Primus, est amor sui. Secundus, est amor Mundi. Tertius, amor parentum. Quartus, ambitio honorum. Quintus, praua consuetudo. Sextus, stulta promissio. Septimus, præsumptio.

Primus ligat hominem, allegando infirmitatem seu fragilitatem naturæ, aut complexionis. Dicit enim: Tu es es fragilis, & non poteris sustinere vel consummare quod proponis inchoare, & eris confusus, & dicetur tibi: Ecce homo qui cœpit ædificare & non potuit consummare, *Luc.* 14. f. Sic allegat & ligat prudentia carnis, aduocatus amoris proprij. Sed mentitur iniquitas sibi, quia plus potest homo, quàm dicat prudentia carnis.

Secunda ligat allegando vtilitatem seu necessitatem. Dicit enim: Tu es multum vtilis & necessarius Mundo, tu facis multas eleemosynas, & multa bona, quæ non faceres in Religione. Sed & in hoc mentitur iniquitas sibi, quia non charitas, sed cupiditas allegat hoc.

Tertius ligat allegando pietatem & crudelitatem. Dicit enim: Pium est iuuare tuos, & crudelitas est relinquere inconsultos, sicut dicitur 1. *Tim.* 5. a. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et in hoc similiter mentitur iniquitas sibi, quia non pietas, sed carnalitas loquitur hoc.

Quartus ligat allegando communem vtilitatem. Dicit enim: Si tu esses Episcopus, vel Archidiaconus, vel Decanus, vel aliquid huius, tu faceres multa bona: tu enim dares illud, & constitueres istud. Et in hoc reuera mentitur iniquitas sibi, ambitionis enim est allegatio, non charitatis.

Quintus ligat allegando impossibilitatem. Dicit enim Nullo modo posses hoc facere, quia consueuisti comedere delicata & varia & frequenter, dormire multum, iacere in culcitra, vti lineis, non posses mutare consuetudinem: Consuetudo enim altera natura est. Nec poterit Æthiops mutare pellem suam, *Ierem.*13 d. Et in hoc vtique mentitur iniquitas sibi.

Sextus ligat allegando emendationem. Dicit enim: Tu emendabis te, & adhuc poteris facere multa bona siue in claustro, siue in sæculo. Et in hoc similiter mentitur iniquitas sibi, quia,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Et *Ecclesiast.* 29. c. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes.

Septimus ligat allegando bonitatem seu securitatem status. Dicit enim: Tu es in bono statu, & in satis securo, benè potes sic saluari, & fortè non faceres tot bona in Religione. Et in hoc similiter mentitur iniquitas sibi, quia nemo in via securus. Primum funem facilè rumpit, qui attendit illud *Matth.* 16. d. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Et *Ioan.* 12. d. Qui odit animam suam in hoc Mundo, in vitam æternam custodit eam. Secundum soluit & tertium, qui audit quod dicitur *Matt.*19. d. Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quartum citò solueret qui benè attenderet illud *Matt.*16. d. Quid prodest homini si vniuersum Mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Quintum soluit, qui attendit quod dicit Apostolus *Philip.* 4. c. Omnia possum in eo qui me confortat. Sextum soluit qui audit illud *Eccl.*5. b. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius. Septimum soluit illud *Eccl.*37. a. O præsumptio nequissima, vnde creata es, &c. quasi dicat, vnde est quòd præsumit homo de se, aut de statu suo? Hos septem funes rumpunt septem circuitus, quos fecit Iosue circa Iericho, vt legitur *Iosue* 7. b. Primus circuitus, est consideratio sui, & rumpitur primus funis, scilicet, amor sui. Ex ignorantia enim est quòd homo nimis diligit se. Secundus circuitus est consideratio mundi; & rumpitur secundus funis, quia qui cognosceret Mundum, non amaret ipsum. *Naum* 3. b. Qui viderit te, resiliet a te. Tertius circuitus est consideratio infidelitatis parentum, quam qui benè aduerteret, non amaret eos. *Ierem.* 9. b. Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Quartus circuitus est consideratio periculorum, quæ sunt in dignitatibus, quæ si quis cognosceret, Prælationes minimè ambiret. *Num.* 25. a. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis. Ibi dicit *Origen.* Hæc pericula homines si attenderent, Principatus non ambirent. Quanto in loco superiore Prælatus constituitur, tanto in periculo maiore versatur. Quintus circuitus est consideratio diuinæ misericordiæ, quæ semper iuuat confidentes in eum, *Psal.* 54. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto. *Augustin.* Proiice te in Deum, non est ita crudelis, vt se subtrahat, & te cadere permittat. Sextus circuitus est consideratio breuiatis vitæ humanæ, & incertitudo, quam qui attendit, nihil in futurum sibi promittit. *Eccles.*9. c. Nescit homo finem suum, *Iob* 32. d. Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. Septimus circuitus est consideratio propriæ infirmitatis, quam qui cognoscit, nihil de se præsumit, *Michææ* 6. d. Humiliatio tua in medio tui. Sic rumpit homo funes, & fit Dauid, id est, manu fortis. Et tunc potest dicere vere: Memento Domine Dauid, vt eum iuues, & omnis mansuetudinis eius, vt propter hanc iuues. Dauid enim mansuetè sustinuit persecutionem Saulis, quem etiam in spelunca sibi traditum, noluit interficere, immò illum Regem, & se canem & pulicem appellauit, 1. *Regum* 24. c. Item sustinuit despectionem & vilificationem Semei, 2. *Regum* 16. b. Et vxoris suæ Michol, 2. *Regum* 6. d. Nec illi vel illi voluit respondere, immò Abisai & Ioab volentibus occidere illum, dixit, dimittite, vt maledicat mihi: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid, & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Item sustinuit exhæredationem à filio suo, 2. *Reg.* 15. Et ideo postea restitutus est in Regnum. Ideo dicitur *supra*: Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Talis mansuetudo facit Deum memorem sui. Vnde Iob qui sustinuit mansuetè damna rerum, verbera corporis, conuitia amicorum & vxoris, reddidit Deus in duplum, vt patet *Iob* vlt.

Alleg. ᴬ *a* Sicut iurauit] quaſi dicat, ad hoc memento Dauid ſpiritualis, id eſt, Chriſti, vt impleat, ſicut iurauit Domino, & ſicut votum vouit Deo Iacob, id eſt, quem coluit Iacob, hoc eſt, da vt Chriſtus quod firmiter propoſuit & voluit impleat. Sed nunquid non poterat Chriſtus implere quod propoſuerat, & ſoluere quod promiſerat? Conſtat quòd ſic, quia Deus eſt, & hoc credebat Propheta. Quare ergo precatur hoc? Duplici ratione. Primò vt oſtendat quod quicquid habet Chriſtus, habet à Patre. Vnde *Ioan.* 5. e. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Secundò, vt oſtendat, quòd ſicut voluntas promittendi eſt a Deo, ita & facultas implendi. Vnde *Auguſtin.* Nemo præſumat viribus ſuis reddere quæ vouit. Quid enim te hortatur, vt voueas, ipſe te adiuuat, vt reddas. Hoc eſt quod dicitur *Philip.* 2. b. Ipſe dat, & velle & perficere pro ſua bona voluntate. *Iſa.* 26. c. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Cætera quæ ſequuntur eodem modo exponuntur de capite, & de corpore, & modica eſt differentia in expoſitione.

a Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob. Si *b* introiero in tabernaculum domus meæ, ſi *c* aſcendero † in lectum † ſtrati mei. Si *d* dedero ſomnum oculis meis, & *e* palpebris meis dormitationem. Et *f* requiem temporibus meis † *g* donec inueniam locum Domino, *h* tabernaculum Deo Iacob.

al. † ſuper.
al. † ſtratus.
al. † ſi dedero quo adusque.

Moral. * *a* Sicut iurauit Domino] & ſicut votum vouit Deo Iacob] id eſt, futura quærentium, ſupple ſic reddet, alioquin non eſſet iuſtus, *Matth.* 5. e. Reddes Domino iuramenta tua. *Eccl.* 23. b. Iurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. Et iterum *infra*: Vir multùm iurans replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et *infra*: Si in vacuum iurauerit, non iuſtificabitur. *Eccl.* 5. a. Si quid vouiſti Deo, non moreris reddere, diſplicet enim ei ſtulta & infidelis promiſſio. *Deuter.* 23. d. Quod ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis & facies. Si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.
b Si introiero, &c.] Hic oſtendit vir iuſtus quid iurauit & vouit, ſcilicet, quod non quieſcet donec impleuerit quod promiſit. Et ſuſpenditur litera vſque ibi, donec inueniam locum Domino. Et eſt hic apoſiopeſis. Vnde ſenſus eſt: Si hoc vel illud fecero, de cætero non credatur mihi. Dicit ergo: Si introiero, &c. ad comedendum panem, vel alia quacunque neceſſitate. Item. *c* Si aſcendero, &c.] ad dormiendum, ſicut nec Vrias, 2. *Reg.* 11. c. Item.
d Si dedero, &c.] etiam extra lectum & domum.
e Et palpebris meis dormitationem] quod minus eſt. Dormitio enim continua eſt, dormitatio interpolata.
f Et] ſi dedero [requiem temporibus meis] manum capiti ſupponendo, quod adhuc minus eſt, de cætero non credatur mihi donec perfecero quod promiſi. Et hoc eſt quod ſequitur. *g* Donec inueniam, &c.] id eſt, donec meipſum & alios tales fecero, vt ſint locus habitationis Dei, & exerceant militiam eius. Spiritualiter autem remouet vir iuſtus hic quinque impedimenta ædificandi domum Deo. Primum eſt nimia ſollicitudo rei familiaris, *ibi*: Si introiero. Secundum eſt carnalis delectatio, *ibi*: Si aſcendero. Tertium eſt concupiſcentia oculorum, *ibi*: Si dedero. Quartum eſt leuitas inconſtantiæ, *ibi*: Et palpebris. Quintum eſt torpor, *ibi*: Et requiem. Dicit ergo. *b* Si introiero, &c.] id eſt, ſi quæ mea ſunt ſollicitè quæſiero, ſicut multi faciunt. *Philip.* 2. c. Omnes quæ ſua ſunt quærunt. Nota quod eſt

Tabernaculum
- Materiale *Iſa.* 38. c. Quomodo ablata eſt à me & conuoluta quaſi tabernaculum paſtorum.
- Eccleſia militans. *Iſa.* 4. b. Tabernaculum erit in vmbraculo diei, *Gloſſ.* id eſt, Eccleſia.
- Beata Virgo, *Pſal.* 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus.
- Corpus Chriſti, *Pſal.* 18. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, *Gloſſ.* id eſt, in feruore Paſſionis corpus proprium.
- Corpus humanum. 2. *Pet.* 1. c. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei.
- Cogitatio humana, *Iob* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Greg.* Ignis tabernacula deuorat, cùm æſtus auaritiæ cogitationes humanas deuaſtat.
- Res temporalis. Sic accipitur hic, vt dicit *Gloſſ.*

Vnde intrare in tabernaculum domus ſuæ, nihil aliud eſt quàm ſuum commodum temporale ſollicitè procurare, & de bono communi non curare. Quod multi faciunt. Vnde conqueritur Dominus *Aggæi* 1. c. Domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam. *Iob.* 18. c. Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius. *Greg.* De tabernaculo fiducia auellitur, quando qui multa parauerat, repentinâ morte diſſipatur. Sicut diues, cui dixit Dominus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te, & quæ paraſti, cuius erunt? *Luc.* 12. c. Ideo dicitur *Iob* 8. d. Tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.
c Si aſcendero in lectum ſtrati mei] id eſt, ſi acquieuero carnali delectationi, quaſi dicat, non acquieſcam. Hunc lectum noluit aſcendere Vrias, nec intrare domum. 2. *Reg.* 11. b. Immò dixit: Arca Dei, Eccleſia, & Iſraël & Iuda, id eſt, populus Chriſtianus, habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & ſerui Domini mei, id eſt, bonus Prælatus, & miniſtri ipſius, ſuper faciem terræ manent, & ego ingrediar in domum meam, vt comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea, id eſt, carnali voluptate? Per ſalutem tuam, & per ſalutem animæ meæ non faciam hanc rem. De hoc lecto dicitur *Matth.* 9. a. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, id eſt, conſcientiam. *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea, quæſiui, & non inueni eum. Quippè non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, vt dicit *Iob.* 28.
d Si dedero ſomnum oculis meis [interioribus,] id eſt, non dabo eis concupiſcentiam ſuam, quæ c. ò tranſit, vt ſomnus. Sicut enim qui ſomniat theſauros, dormiens diues eſt, ſed euigilans nihil habet; ſic diuites huius Mundi videntur ſibi eſſe diuites, ſed pauperes ſunt in veritate. *Pſal.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum omnes viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis. *Prou.* 13. a. Eſt quaſi diues, cùm nihil habeat. *Iſa.* 29. b. Erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omniū gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel. Et *infra* c. Et ſicut ſomniat eſuriens & comedit; cùm autem fuit expergefactus, vacua eſt anima eius, ſic erit multitudo omnium gentium. Modò ſomniant auari diuites, quòd poſt hanc ſertilitatem erit caritas, & ideo implent horrea ſua. Sed fortè antequam veniat caritas morientur, ſicut accidit diuiti, *Luc.* 12. c. Ideo dicit Salomon *Prou.* 6. a. Ne dederis ſomnum oculis tuis. Sequitur.
e Et palpebris meis dormitationem] non dabo ſupple, id eſt, non ero leuis & inconſtans, vt modò retraham me ab amore temporalium, & poſtea relabar in idem, & iterum reſurgam, & poſtea cadam, & iterum redeam, & poſtea recidam, ſicut ille qui dormitat, frequenter caput inclinat, & frequenter releuat. *Prouerbiorum* 15. c. Cor ſtultorum diſſimile erit. *Eccleſiaſt.* 17. b. Stultus vt Luna mutatur. *Matth.* 25. a. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes & dormierunt. Sed certè parùm durat ſiue dormitio, ſiue dormitatio. *Prouerb.* 6. b. Paululum dormies, paululum dormitabis.
f Et requiem temporibus meis] non dabo ſupple, id eſt, non ero torpens, vel ocioſus, ſicut ille qui ſuſtinet manibus tempora ſua. Inclinatio ſiquidem capitis ſuper manus ſignum eſt torporis. Vir igitur iuſtus & torporem & otium excutit à ſe, quia nunc eſt tempus laborandi, poſtmodum erit tempus quieſcendi. *Mich.* 2. c. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. *Apoc.* 14. c. Amodo iam dicit ſpiritus, & non antè, vt quieſcant à laboribus ſuis. Et *Matt.* 26. d. dicit Dominus primò diſcipulis ſuis: Vigilate & orate. Et poſtea dicit: Dormite iam & requieſcite.
g Donec inueniam] quaſi, illa non faciam, donec inueniam locum Domino. Et ponitur donec, excluſiuè, quaſi dicat, illa non faciam donec locum inueniam Domino. Similis modus habetur *ſup.* Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Donec ponam, &c.] *Gloſſ.* Sede donec ponam, id eſt, æternaliter ſede, ſicut æternaliter ponam.
h Tabernaculum Deo Iacob.] Dominus inuenit locum in quietis mentibus & pacificis. Vnde *ſupra*: Factus eſt in pace locus eius. Qui ergo vult parare in ſe locum Domino, oportet vt eiiciat à corde ſuo omnem cauſam inquietudinis, hoc eſt amorem vel curam temporalium, & omnem malam concupiſcentiam. Vnde *Gen.* 35. a. dixit Iacob filiis ſuis: Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini ac mutate veſtimēta veſtra, & ſurgite & aſcendamus in Bethel, & faciamus ibi altare Domino. *Matth.* 27. g. Accepto corpore

pore

pore Ioseph inuoluit illud in syndone munda, & posuit in monumento suo nouo quod exciderat in petra. In paucis inuenit locum Dominus, quia pauci habent locum mundum. Vnde *Eccles.* 24. a. dicit Dominus: In omnibus requiem quæsiui, & supplendum est, & non inueni. Item in illis qui strenuè pugnant pro Domino, & cum Domino, inuenit Dominus tabernaculum. *Leu.* 26. b. Ponam tabernaculum meum in medio vestri. Propriè ergo in contemplatiuis habet locum Dominus, in actiuis tabernaculum. Sequitur.

al. † eam.
al. † ea.
al. † eum.
al. † ea.
al. † saltuũ.
al. † intramus in tabernacula.
al. † adorabimus.
al. † Exurge.
al. † iustitia.

Ecce *a* audiuimus † eum in *b* Ephrata, *c* inuenimus † eam in *d* campis † siluæ. † *e* Introibimus in tabernaculum eius; † *f* adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. † *g* Surge Domine in *h* requiem tuam, *i* tu & arca sanctificationis tuæ. *k* Sacerdotes tui *l* induantur † iustitiam.

a Ecce audiuimus, &c.] Secunda pars, vbi ostenditur domus ædificata & locus ædificationis, & precatur vt exaltetur. Dicit ergo, Ecce, quasi iurauit Dauid vt non quiesceret donec esset ædificata domus Domini, & compleuit vt apparet. Ecce audiuimus eum, scil. locum, vel ipsum Deum, vel eam, scil. sedem, vel ea, scil. locum Domini, & domum & sedem. *b* In Ephrata] id est, in lege in qua imago & vmbra futurorum videtur quasi in speculo. Ephrata enim interpretatur speculum. Et in lege audita est eius ædificatio domus Dei, sed in Gentibus inuenta. Vnde sequitur. *c* Inuenimus, &c.] id est, in gentibus incultis & infructuosis, & plenis spinis & vepribus idololatriæ, & omnium peccatorum. Quod enim in figura & imagine prædicatum est Iudæis, in fide gentium est inuentum. Vnde *Isa.* 9. b. Verbum misit Dominus in Iacob, i. ad Iudæos, & cecidit in Israël, i. e. in Gentibus ad fidem conuersis. *Rom.* 9. a. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, Israël verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. *Isa.* 35. a. Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo & florebit quasi lilium. Vel sic. *a* Ecce audiuimus eum] id est, Dominum nasciturum. *b* In Ephrata,] id est, in Bethleem. *Mich.* 5. a. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim egredietur qui sit Dominator in Israël.

c Inuenimus, &c. id est, in Gentibus prius siluis, id est, infructuosis, modò campis, id est, arabilibus vomere prædicationis. Item.

a Audiuimus eum Dominum, scil. loquentem.

b In Ephrata] i. in Clericis qui deberent esse speculum Ecclesiæ. Sed. *c* Inuenimus eum] quiescentem. *d* In campis siluæ] id est, in campestribus, hoc est in laicis. *Isa.* 65. a. Populus qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper, id est, Clerici. *Exod.* 23. a. Erubesce Sidon, id est, Clericus, ait Mare, id est, laicus. Et non solum inuenimus, imò & *e* Introibimus, &c.] scilicet, Dei Iacob, id est, erimus de militibus eius pugnantes pro eo & cum eo. *Iob* 7 a. Militia est vita hominis super terram. Soli igitur milites Christi intrant tabernaculum eius, & quicunque intrant, milites eius fiunt. Intratur autem in tabernaculum eius, per fidem operantem per dilectionem, vt dicit *Aug.* Et nota qui prius loquitur singulariter, Si introiero, &c. nunc loquitur pluraliter. Ecce audiuimus, & introibimus: quia omnes iusti vnum sunt in fide & in charitate. 1. *Cor.* 10. d. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus. *Zach.* 8. d. Venient populi multi & gentes robustæ ad quærendum Deum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini. Vnde & hic sequitur.

f Adorabimus, &c.] id est, in Ecclesia existentes numero & merito & nomine & numine. Extra quam non exaudit Dominus. *Ioan.* 4. c. In Ierosolymis est locus vbi adorare oportet. Et *infra*: Venit ora & nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. *Sup. Psalm.* 137. Adorabo ad Templum sanctum tuum. Pedes Dei dicuntur Apostoli, qui ipsum in omnem terram portauerunt. *Isa.* 52. b. Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem! Hi pedes steterunt in domo Dei, quia in fide & charitate perseuerauerunt, & nunquam post Resurrectionem Domini de ea exierunt. Item tabernaculum Dei est B. Virgo, vbi ipse nudus intrauit, & ibi armauit se sicut granum frumenti in terra. Ibi siquidem scutum nostræ carnis assumpsit, & arma nostrarum infirmitatum. Quod diu desiderauerat *Dauid*, dicens, apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium mihi. Eadem est locus pedum eius, id est, Diuinitatis, & humanitatis ipsius. De quo *Isa.* 60. c. Locum pedum meorum glorificabo. Introeamus igitur securè in tabernaculum, & adoremus in loco pedum Domini, quia ipsa exaudiet, & exaudiri faciet. *Hebr.* 4. d. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

g Surge] Quia vir iustus dixerat se intraturum in tabernaculum Dei, ne putaret aliquis quod per se posset hoc, conuertens se iustus ad Dominum, implorat eius auxilium, dicens: Surge Domine, à morte.

h In requiem tuam,] id est, in glorificatam naturam, vbi nulla est turbatio. *Rom.* 6. b. Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

i Tu & arca sanctificationis tuæ,] quasi dicat, tu prior surge, vt arca, id est, Ecclesia surgat post te & per te. 1. *Cor.* 15. c. Si Christus resurrexit & nos resurgemus. Et dicitur Ecclesia [arca sanctificationis,] id est, sanctificata à Christo per aspersionem sanguinis. *Ephes.* 5. e. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, & sanctificans alios per legationem Sacramentorum. 1. *Cor.* 6. c. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Hoc posset esse thema in Assumptione B. Virginis. Surrexit enim Dominus in requiem suam, & postea surrexit in requiem suam arca sanctificationis, i. B. Virgo in die Assumptionis. Vtraque Ascensio mirabilis fuit. Vnde vtramque mirantur Angeli. De prima quærentes, *Isa.* 63. a. Quis est iste qui venit de Edom. De secunda quærentes, *Cant.* 8. b. Quæ est ista quæ ascendit de deserto. Angeli vsque ad illa tempora non viderant aliquem carne vestitum in cœlum ascendentem, sed tunc viderunt Christum, & postea Matrem eius cum nostra carne gloriosè ascendentem: & ideo mirabantur. Prætererea, mirabantur quomodo de Mundo tam deformi & horribili deserto veniebat tam formosus & tam formosa tota delitiis affluens, cùm in Mundo nullæ sint, sed miseriæ multæ & magnæ. Sicut dicitur *Iob* 14. a. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis. [Arca sanctificationis] dicitur B. Virgo. Arca quidem fœderis in qua fuit recondita vrna aurea habens manna, virgam & tabulas Testamenti. Vrna aurea, Christus homo habens manna misericordiæ, tabulas sapientiæ & scientiæ. Hæc arca hodie surrexit in requiem suam, & impletum est quod dicitur *Genes.* 8. a. Requieuit arca super omnes Armeniæ. Armenia interpretatur mons vellicatus, & significat cœlum Empyreum, vnde Angeli apostatæ vellicati, id est, euulsi fuerunt. Montes Armeniæ sunt virtutes Angelicæ. Igitur hodie super montes Armeniæ requieuit arca, quia hodie super omnes Angelos B. Virgo est collocata. Vnde *Psalm.* 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos Deus, id est, B. Virgo, quæ te magnificauit super Angelos. Dicitur autem [arca sanctificationis.] Vel quia continuit in se, id est, in vtero suo fontem totius sanctificationis, id est, Christum, qui dicit *Ioan.* 17. c. Ego sanctifico me pro eis, vt & ipsi sint sancti in veritate. Vel quia plenariè fuit sanctificata. Primò quidem in vtero matris suæ. Vnde *Psalm.* 45. Fluminis impetus, id est, abundantia Spiritus sancti, lætificat ciuitatem Dei, id est, B. Virginem. Hoc fuit quando Spiritus sanctus superuenit in eam, & virtus Altissimi se obumbrauit in ea. Sed priùs sanctificauit tabernaculum suum Altissimus antequam nata esset ex vtero matris suæ, & hæc sanctificatio fuit mundatio ab originali. Postea verò fuit sanctificata per sacrificia & oblationes, sicut aliæ mulieres Hebrææ, quæ loco circumcisionis virorum, sanctificabantur sacrificiis & oblationibus, & hæc sanctificatio fuit fomitis diminutio. Postea fuit sanctificata conceptione Filij sui, & hæc sanctificatio fuit fomitis extinctio, & ideo plenè sanctificata fuit: ideo arca sanctificationis rationabiliter dicitur.

Ecclesia dicitur arca sanctificationis.

B. Virgo dicitur Arca sanctificationis.

k Sacerdotes tui, &c.] Rogando prædixit Propheta Ecclesiam cum Domino exaltandam. Sed ad hoc quod exaltetur, necesse est, vt membra eius virtutibus exaltemus. Vnde & hoc ipsum orat hic Propheta distinguendo ipsam Ecclesiam in duas partes, in Prælatos & subditos. Pro vtrisque orat Propheta, vt in virtutibus proficiant. Dicit ergo: [Sacerdotes tui,] id est, Prælati Ecclesiastici, sacri duces, sanctitate dotati, sacra dantes, id est, Sacramenta gratis ministrantes.

l Induantur iustitiam.] *Gloss.* id est, ad fidem quæ iustificat, *Roman.* 5. a. Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum. *Abach.* 2. a. Iustus ex fide sua viuit. Sed melius, [Induantur iustitiam] generalem, quæ omnes virtutes complectitur. Hæc est vestis Sacerdotalis. Vnde *Iob* 29. c. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento. Et hæc vestis, secundùm partes suas designata fuit in veteri lege per vestimenta legalium Sacerdotum,

De indumentis Sacerdotum veteris legis, & quid significent.

vt tangit *Gloss.* dicens: Quæ legales Pontifices in vestibus gestabant, illa Euangelici Sacerdotes in cordibus habere debent. Primum igitur indumentum legalium Sacerdotum, erat fœminalia linea. Vnde *Ezech.* 44. c. Fœminalia linea erunt in lumbis eorum, scilic. Sacerdotum, & non accingentur in sudore. Et per hoc designatur continentia mentis, quæ est interiùs, nec videtur, sicut nec fœminalia.

al. † lætentur.

a & sancti tui *b* exultent. *c* Propter Dauid seruum tuum, non *d* auertas *e* faciem

Sine hoc indumento non licebat Sacerdotibus accedere ad ministerium. *Isa.* 1. c. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. *Eod.* 52. d. Mundamini qui fertis vasa Domini. Secundum indumentum erat linea stricta, id est, quædam camisia alba, quæ vocatur gallicè *rochet*, id est, continentia carnis, quæ est exterius. Sine hac etiam non debet ministrare Sacerdos. Vnde *Zach.* 3. b. dicitur: Iesus Sacerdos magnus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: ecce abstuli a te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Tertium indumentum est Alba, quæ totum corpus vestit, & est valde ampla, & valde longa, hæc est operis munditia. Albedo sinceritati, & hilaritati attestatur. Quæ duo monet Dominus in operibus seruare. De primo dicit *Matth.* 6. a. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. De secundo *eod.* 6. b. Cùm ieiunatis non eritis sicut hypocritæ tristes. Et *infra* c. Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua. *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum. *Roman.* 12. b. Qui miseretur in hilaritate. De vtroque simul dicitur *Apoc.* 19. b. Datum est illi, vt se cooperiat byssino splendenti & candido. Byssinus splendens munditiæ hilaritas, byssinus candidus munditiæ sinceritas. Amplitudo huius vestis est abundans iustitia. De qua *Matth.* 5. c. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum. *Prouerbior.* 15. a. In abundanti iustitia virtus maxima est. Longitudo attestatur perseuerantiæ, sine qua non est meritum apud Deum. *Matth.* 10. b. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, & non alius. 1. *Corinth.* 9. d. Omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium; scilicet, perseuerans. Quartum indumentum est balteus, siue cingulum, siue zona, & significat iustitiam, iuxta illud *Isa.* 11. a. Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Dicitur *Exod.* 28. g. quod balteus erat ex quatuor coloribus pretiosis, quia iustitia in quatuor consistit, sine quibus non est salus, scilic. in declinatione malorum, in restitutione ablatorum, in solutione debitorum, in punitione erratorum. De hoc balteo dicit Dominus comminando, *Iob* 12. c. Balteum Regum dissoluet, & præcinget fune renes eorum. Quintum indumentum est tunica hyacinthina, quæ cœli colorem habet, & significat spem, quæ de bonis cœlestibus tantùm est. Ab hac veste dependebant malogranata, & tintinnabula mixta, per quæ significantur operum bonorum merita, quia spes est certa expectatio futurorum bonorum ex gratia & meritis proueniens. Alioquin si desint merita, non est spes, sed præsumptio vana. Vel tunica hyacinthina est Sacerdotum vita, quæ tota debet esse cœlestis. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. *Coloss.* 3. a. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et de hac dicitur *Sapient.* 18. d. quod in veste poderis quam habebat Sacerdos, erat descriptus vniuersus Orbis, quia omnes debent inuenire in vita Sacerdotum quid valeant & debeant imitari. Vnde.

Iustitia in quatuor consistit.

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

sed heu! hodie nullũ maius periculum quàm quod viuitur ad exemplum, vt dicit *Hieron.* Daniel. 13. a. Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. *Osea* 5. a. Audite hæc Sacerdotes, quia vobiscum est iudicium, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super montem Thabor, quod interpretatur lumen veniens. Ideo dicit Dominus *Matth.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæcunque ergo dixerint vobis, facite, secundùm opera verò eorum nolite facere. Loco huius indumenti habent nostri Sacerdotes casulam. Sextum indumentum est superhumerale, loco cuius habent nostri Sacerdotes stolam, per quam longanimis patientia designatur, quæ necessaria est Sacerdotibus. Vnde *Psalm.* 91. Benè patientes erunt, vt diu, vt annuncient. *Prou.* 19. b. Doctrina viri, id est, Christi, per patientiam noscitur. Septimum indumentum est Rationale. Loco cuius habent Archiepiscopi pallium, per quod iudicium, siue prudentia significatur, quæ valde necessaria est Sacerdotibus, qui debent alios prudentes regere & seipsos. *Matth.* 10. b. Estote prudentes sicut serpentes. *Philosophus.* Nemo iuuenes eligit duces, eo quòd non constet eos esse prudentes. Quia dicitur *Iob* 12. e. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Octauum indumentum est cidaris. Loco cuius habent nostri Sacerdotes amictum, per quem designatur fides, quia fides de occultis est quæ non videntur. *Hebr.* 11. a. Fides est argumentum non apparentium, & tamen luminositas eius maior est omni luce rationis humanæ. Vnde *Apoc.* 12. a. dicitur: Mulier amicta Sole, id est, Ecclesia fide, & Luna sub pedibus eius, id est, Lunam rationis habens. 2. *Cor.* 10. b. Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersùs scientiam Dei. Et vide quod amictus capiti imponitur & collo circundatur, quia fides in corde est per iustificationem, & in ore per confessionem. *Rom.* 10. b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Iob.* 39. c. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? Hinnitum collo circundamus, quando quod corde credimus, ore confitemur. Si hoc modo essent induti Sacerdotes, inde sequeretur profectus & gaudium subditorum. Vnde sequitur.

Christi tui. *f* Iurauit Dominus *g* Dauid † veritatem, & *h* non frustrabitur eum,

De iureiur. c. *& si Christus.*

al. † in veritate, & non pœnitebit.

Tertio top. de problemate accidentis cõparato & contracto.

a Et Sancti tui,] id est, minores in Baptismo sanctificati.
b Exultent,] exemplo Sacerdotum, proficientes in bono. *Ierem.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis adimplebitur. *Iudit.* 8. c. Vos qui estis presbyteri in populo Dei, ex vobis pendet anima illorum, &c. Deinde ex persona ipsius Prophetæ rogantis Deum patrem, subditur.
c Propter seruum tuum,] ô Deus pater.
d Non auertas] penitus à Iudæis.
e Faciem Christi tui,] id est, notitiam Filij tui incarnati, quasi dicat, propter me, ô Deus pater, Iudæos licet Christum crucifixerint, penitùs non repellas, sed salua ad minus reliquias. *Isa.* 10. e. Si fuerit populus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. 2. *Paral.* 6. g. Domine Deus ne auertas faciem Christi tui, memento misericordiarum Dauid. Vel in persona Ecclesiæ.
c Propter Dauid seruum tuum] id est, propter filium tuum factum seruum: Ipse enim exinaniuit se, formam serui accipiens. *Phil.* 2. a.
d Non auertas faciem Christi tui,] id est, clementiam filij tui à populo tuo, sed potiùs respice oculo misericordiæ. Vnde *supra*: Respice in faciem Christi tui. Sequitur.
f Iurauit Dominus.] Tertia pars, vbi ostendit promissiones Dei factas ædificatæ Sion, id est, Ecclesiæ. Et respondet Dauid tacitæ obiectioni quæ posset fieri, scilicet, quare dixit: Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui, potiùs quàm propter alium, quia videlicet illi facta fuit specialiter promissio à Deo, & impleta. Et hoc est.
f Iurauit,] id est, immobiliter promisit.
g Dauid] literali, vel spirituali, veritatem.
h Et non frustrabitur eum.] Alia *litera*: Et non pœnitebit eum, id est, non mutabit promissum. Et nota cùm dicitur alicubi Deus pœnitere, operis mutatio, non consilij variatio, vel erroris correctio, vel doloris afflictio designatur. Sicut ergo homo pœnitens mutat quod fecit, sic cùm de Deo dicitur *Genes.* 6. b. Pœnitet me fecisse hominem, sensus est, delebo quem feci hominem. 1. *Regum* 15. f. Triumphator in Israel non parcet, nec pœnitudine flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiam. *Num.* 23. c. Non est Deus quasi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis, vt mutetur. Deinde ostendit quid iurauit Dominus Dauid, hoc scilicet.

Quomodo dicitur Deus pœnitere.

A De fructu

Vel sic. *f* Iurauit Dominus,] id est, Pater firmiter statuit.
g Dauid] id est, Christo veritatem.
h Et non frustrabitur eum] id est, & implebit promissum. Iurauit, inquam, dicens ei.

Θ De fructu

Vel sic. *f* Iurauit Dominus Dauid,] id est, viro iusto, veritatem. *h* Et non frustrabitur eum,] à promisso.

* De fructu

A *a* De fructu,&c.]id eſt,ex te naſcetur qui erit Rex ſuper Iſrael, ſcil. Chriſtus,de quo 2.*Reg*.7.b. Suſcitabo nomẽ tuum poſt te,quod egredietur de vtero tuo,& firmabo nómen Regnum eius.*Iſa*.9.b. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis,& factus eſt principatus eius ſuper humerum eius , & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius , Deus fortis , pater futuri ſæculi, Princeps pacis , multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, ſuper ſolium Dauid, & ſuper Regnũ eius ſedebit,vt confirmet illud & corroboret illud in iudicio & iuſtitia,amodo & vſque in ſempiternum. 3.*Reg*.2.g. Thronus Dauid erit ſtabilis coram Domino in ſempiternum.Et nota quod dicit,de fructu ventris , & non femoris; per hoc ſiquidem notatur quod de fœmina tantũ natus eſt Chriſtus,ad quam vir non acceſſit.Vnde *ſup*.Terra noſtra dabit fructum ſuum : ideò Beata Virgo dicitur apis *Eccl*. 11.a. Breuis in volatilibus apis , quæ de ſe tantum generat,vt dicit *Aug*. in 3.li de mirabilibus Scripturæ diuinæ. Ob hoc etiam Chriſtus dicitur vermis , quia de ſola terra naſcitur , vt dicitur *ibid*. Vnde patet quòd non de Salomone intelligitur hoc, qui non tantum de fœmina natus eſt, & cuius Regnum non fuit ſempiternum.

al. † ex

al. † præelegit.

al. † præelegi.

† *a* de fructu ventris tui *b* ponam ſuper ſedẽ tuam.Si *c* cuſtodierint filij *d* tui *e* teſtamẽtum meũ, *f* & teſtimonia mea *g* hæc quæ docebo eos. Et filij *h* eorum vſque in *i* ſæculũ, *k* ſedebunt ſuper ſedem tuam. Quoniam *l* elegit Dominus *m* Sion, † *n* elegit eam in habitationẽ ſibi. Hæc *o* requies mea in *p* ſæculum ſæculi, hic *q* habitabo quoniam † *r* elegi eam. *ſ* Viduam eius *t* benedicens *u* benedicam, *x* pauperes eius *y* ſaturabo panibus.

ꝺ *a* De fructu ventris tui,]id eſt,aliquos labore tuo mihi genitos in fide , iuxta illud *Iac*.1.c.Voluntariè nos genuit verbo veritatis ſuæ, vel in Cruce potiùs parturiuit. *Iſa*.60.a. Filij tui de longè venient,&c.*b* Ponam ſuper ſedem tuam,]id eſt,faciam Prælatos & Doctores Eccleſiæ, quod verificatum fuit in Apoſtolis, vnde dicitur *ſup*. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij , conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

* *a* De fructu,&c.] id eſt,aliqua de operibus tuis.*b* Ponã ſup.ſedem tuã]id eſt,te propter illa mecũ in iudicio & in Regnó ſedere faciam. Tale opus eſt vincere Mundum & relinquere. *Apoc*.3.d.Qui vicerit dabo ei ſedere in throno meo mecum , ſicut ego vici, & ſedeo cum Patre meo in throno eius. Ideo autẽ dicit,de fructu,& non fructũ ponã,quia nec omnes vocati,ad Regnum perueniunt, iuxta illud *Matt*.20.b.Multi ſunt vocati,pauci verò electi. Item nec omnia opera Deo ſunt accepta. Vnde *Greg*.Aliquãdo ſordet in oculis Iudicis quod fulget in oculis facientis.*c* Si cuſtodierint, &c.] quaſi dicat,non ſolùm Apoſtolos per te genitos ò tu Chriſte faciã Doctores & Prælatos Eccleſiæ,vel in Iudicio tecum ſedere, imò etiã filios filiorum, & filios filiorũ vſq; in ſæculum.Et hoc eſt.*c* Si cuſt. &c.] i.Apoſtoli, & cæteri primò vocati. *e* Teſtamentum meũ] ſcil.vetus. *f* Et teſtimonia mea] id eſt,præcepta Euangelica.*g* Hæc,&c.] per Moyſen & per te ò Chriſte,quia lex per Moyſen data eſt,gratia & veritas per I Chr.facta eſt. *Ioan*.1.b.*h* Et filij eorum] id eſt, ſequaces,ſeu imitatores vel auditores eorum, ſupple ſi cuſtodierint hæc.*i* Vſq; in ſæculum]id eſt,quandiu durat hoc ſæculum. *k* Sedebunt, &c.] id eſt,Doctores Eccleſiæ erunt.Vel vſque in, &c.id eſt,ſine fine regnabunt, vel in fine tecum iudicabũt *Sap*.3. b.Iudicabunt iuſti nationes, & dominabuntur populis,& regnabit Dominus illorum in perpetuum.Vel ſic.*c* Si cuſtodierint]quaſi dicat, non ſolùm de fructu ventris tui, ò tu Dauid, ponam ſuper ſedem tuam , id eſt, non ſolùm Chriſtum Doctorem Eccleſiæ , vel Iudicem aut Regem faciam , imò omnes filios eius, & filios filiorum ſucceſſiuè futuros. Et hoc eſt.*c* Si cuſtodierint] corde credendo, & opere exhibendo.*d* Filij tui,&c.]futuri,vſq; in ſæculum, &c. ipſi omnes.*k* Sedebunt,&c.]id eſt, Doctores, vel Iudices, vel Reges erunt. 3. *Reg*.3. c.Si ambulaueris in viis meis, & cuſtodieris præcepta mea, & mandata mea , ſicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos in conſpectu meo. Vel ſi per Dauid intelligatur vir iuſtus , tunc per filios eius accipiuntur cogitationes ſeu mentis conceptiones ; per filios filiorum , opera quæ ex illis quodammodo generantur. Et eſt ſenſus. *c* Si cuſtodierint filij tui] id eſt , mentis conceptiones. *h* Et filij eorum] id eſt, operationes ex illis prouenientes.*e* Teſtamentum meum,] id eſt Baptiſmale pactũ vel pœnitentiale promiſſum vel Clericale vel ſingulare votũ.*f* Et teſtimonia mea]id eſt,præcepta ſeu monita vel conſilia vel exẽpla, quæ omnia teſtificantur pro facientibus , vel contra non facientes. *g* Hæc] inquam [quæ docebo eos ,] non quæ ipſi inuenerunt , hoc eſt, ſi contra pactum vel præceptum meum non fecerint. *i* Vſque in ſæculum,&c.] id eſt , te regnare, vel iudicare cum Domino facient. Item ſic.*c* Si cuſtódierint, &c.] id eſt, ſi opera tua non diſſipauerint ea, id eſt, ſi talia fuerint cum quibus manſerit teſtamentum meum , & teſtimonia mea, id eſt,lex vetus,& noua,vel pax & opera.*g* Hæc quæ docebo eos ,] *ſu* . Beatus quem tu erudieris Domine , & de lege tua docueris eum. Pax eſt teſtamentum Domini, *Ioan*.14. d. Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Opera ſunt teſtimonia eius. *Ioan*. 10. e. Opera quæ ego facio , ipſa teſtimonium perhibent de me. *h* Et] tunc [filij eorum] i. merces operum. *i* Vſque in ſæculum] id eſt, in æternum.*k* Sedebunt,&c.] i quietem æternam tuæ conſcientiæ præſtabunt. *l* Quoniam elegit] quaſi dicat , hæc promiſit Dominus gratis,non pro meritis, quoniam elegit Dominus, ſola gratia , nullo merito præcedente.

m Sion] id eſt , Eccleſiam per ſpeculum in ænigmate videntem. Ad quid? Elegit eam,&c.] id eſt,vt habitaret ibi. 1.*Cor*.3.c. Templum Dei eſtis , & ſpiritus Dei habitat in vobis. *Apoc*. 21. a. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus , & habitabit cum eis. Eſt autem triplex electio qua Dominus elegit Eccleſiam. Prima eſt electio prædeſtinationis. *Epheſ*.1.a. Elegit nos in Chriſto ante Mundi conſtitutionem. Secunda iuſtificationis. *Ioan*. 15. c. Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos.Tertia glorificationis. *Matth*.13. f. Elegerunt bonos in vaſa ſua. *Matth*.20.b. Multi ſunt vocati , pauci verò electi. *Gloſſ*.ad Regnum. *o* Hæc requies] Verba ſunt Domini,qui ſic Eccleſiam amat,vt dicat ſe requieſcere in ea , ſi tamen ipſa requieſcit in illo, quaſi dicat,vtique elegit Dominus Sion,dicens.Hæc requies mea, id eſt , locus requiei meæ eſt in Eccleſia , quam requiem præparant Domino virtutes , maximè autem Humilitas , Pietas , & Pax , & Prudentia. De primo , *Iſa*. 66. a. Super quem requieſcet Spiritus meus,niſi ſuper humilem & contritum ſpiritu? De ſecundo, *Iſa*.28.c.Hæc requies mea, reficite laſſum. De tertio, *Pſal*.75 . In pace factus eſt locus eius. Et iterum : In pace in idipſum dormiam & requieſcam. De quarto, *Prou*.14.d. In corde prudentis requieſcit ſapientia. Et ne putaretur quod ad tempus haberet Dominus requiem in Eccleſia,& non ſemper,ideo addit.

Triplex electio qua elegit Dominus.

p In ſeculum ſæculi] id eſt,in futuro,& in præſenti,ſeu in æternum. *Matth*.vlt. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. *q* Hic habitabo,] in præſenti per fidem. *Eph*.3. d.dico habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. *Zach*.2.d. Applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa , & erunt mihi in populum,& habitabo in medio tui.In futuro per ſpem quæ ſuccedet fidei.Et hæc habitatio erit continua & perpetua,& quieta. *Ezech*. vlt. d. Nomen ciuitatis ex illa die Dominus,ibid. *Iſa*.62.b. Terra tua non vocabitur ampliùs deſolata , ſed vocabitur voluntas mea in ea , & terra tua inhabitabitur , quia complacuit Domino in te , habitare ſcil. habitabit enim iuuenis cum Virgine,& habitabunt in te filij tui. *r* Quoniam elegi eam] quaſi dicat , hæc habitatio mea non erit ex meritis eius, ſed ex gratia mea,quæ dat ipſi Eccleſiæ benedictionem. Vnde ſequitur. *ſ* Viduam eius] id eſt,illam animam quæ marito antiquo,ſcil.Mundo vel carnali ſenſu penitus viduata eſt,& a mundano auxilio & conſilio deſtituta. *t* Benedicens] benedictione gratiæ in præſenti. *u* Benedicam] benedictione gloriæ in futuro. De . benedictione dicitur *Prou*. 10. b. Benedictio Domini diuites facit. De 2. *Epheſ*. 1. a. Benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus. *Matth*. 25 c. Venite benedicti Patris mei,&c.Vel viduam,dicit animam quamlibet fidelem,quæ à marito ſuo,id eſt,Chriſto eſt dum hic viuit corporaliter viduata, cui tamen ſeruat fidem coniugalem, quia ſperat ipſum aliquando reuerſurum , & eam ſecum in domo ſua ducturum. *Prouerb*.7. c. Non eſt vir in domo ſua , abiit via longiſſima , ſacculum pecuniæ ſecum tulit, in die plenæ Lunæ reuerſurus,&c. *Oſeæ* 3. b. Dies multos expectabis me,non fornicaberis, & non eris cum viro. De hac vidua dicitur *Eccl*.35. c. Non deſpiciet Dominus preces pupilli, nec viduam ſi effundat loquelam gemitus. *Iob* 24.d. Pauit ſterilem,id eſt, carnem, & viduæ, id eſt,animæ non benefecit , 1. *Tim*. 5. a. Quæ verè deſolata eſt , & vidua , ſperet in Deum. Sequitur. *x* Pauperes eius] id eſt , Eccleſiæ,qui ſunt verè pauperes, non de ſuis meritis præſumentes , ſed iugiter defectus ſuos conſiderantes in ſola Dei miſericordia ſpem ſuam ponunt. Hos. *y* Saturabo] dicit Dominus [panibus] tribus,id eſt, Fide, Spe, Charitate replebo. De quibus *Luc*.11.a. Amice commoda mihi tres panes. Vel quinque [panibus ,] quorum

primus

primus est panis pœnitentiæ. De quo 3. *Reg.* 19. a. Respexit Elias, & ecce ad caput eius subcinericius panis, qui fit in cinere, id est de peccatorum memoria quasi de farina & aqua lacrymarum. Vnde *Psal.* 101. Cinerem tanquam panem manducabam. Item. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Secundus est panis doctrinæ, de quo *Eccl.* 15. a. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus. *Matt.* 4. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tertius est panis Eucharistię de quo *Ioã.* 6. e. Panis quem ego dabo, caro mea est. Item *eod.* 6. e. Ego sũ panis viuus qui de cœlo descẽdi. Quartus est panis gratiæ, de quo *Luc.* 11. a Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quintus est panis gloriæ, de quo *Luc.* 14. de Beatus qui manducabit panem in Regno Dei.

al. 4. Ibi suscitabo.
al. † florebit.

a Sacerdotes eius *b* induam salutari, *c* & Sãcti eius *d* exultatione exultabunt. † *e* Illuc *f* producam *g* cornu Dauid, *h* paraui *i* lucernam *k* Christo meo. *l* Inimicos eius *m* induam confusione, *n* super ipsum autem † *o* efflorebit *p* sanctificatio mea.

Canticum graduum.

PSAL. CXXXII.

q Ecce quam *r* bonum, & *s* quam iocundum *t* habitare fratres in vnum.

His panibus saturantur pauperes spiritu. Vnde *sup.* Edent pauperes & saturabuntur, &c. *Isa.* 65. b. Serui mei comedent & vos esurietis. *Luc.* 1. e. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Sequitur. *a* Sacerdotes eius] id est, omnes fideles Ecclesiæ, qui corpora sua offerunt Deo hostiam viuam, sanctam, & Deo placẽtem. *Rom.* 12. a. *b* Induam salutari] i. Christo secundũ illud *Gal.* 3. d. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Rom.* 13. d. Induimini Dñm I. Chr. Christum autẽ indui, est eius virtutib. ac motib. adornari. Vel *a* Sacerdotes eius] i. Prælatos Ecclesiæ sacra dantes, i. Sacramenta gratis ministrantes. *b* Induam sa.] i. pœnitentia finali, vel charitate, quæ sola meretur salutem. *Isa.* 61. d Induit me Dominus vestimentis salutis & indumento iustitiæ circundedit me. *c* Et Sancti eius] i. Baptismo sanctificati. *d* Exultatione exul.] i. iugiter, vel dupliciter, scil. interiùs & exteriùs, vel in præsenti, & in futuro, vel pro duobus, scil. pro stola corporis, & pro stola animæ, vel pro euasione mali & pro adeptione boni. 2. *Par.* 6. g. Sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem, & Sancti tui lætentur. *Isa.* 51. d. Qui redempti sunt à Domino reuertentur & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, & fugiet dolor & gemitus. Idem *eod.* 35. d. *e* Illuc.] i. ad viduam, & pauperes, & Sacerdotes, & Sanctos. *f* Producam] i. extendã dicit Deus pater. *g* Cornu Da.] i. gloriæ Christi sublimitatem, i. illis dabo eandem gloriam & dignitatem, quam dedi Filio meo. Et hoc ideo contingit, quia *h* Paraui] in eis lucernam Christo meo, i. ipsos feci lucernam Filio meo, i. receptaculum gloriæ eius. Lucerna enim propriè est vas vbi lumen ponitur. Idem est ergo, ac si dicat: ideo ad tantã celsitudinẽ venient, quia erũt vasa in quib. lucebit Christus, ipsi attribuentes quicquid boni habebũt, Vel sic. *e* Illuc.] i. in Siõ, i. Ecclesiã. *f* Producã, &c.] i. Ecclesiæ dabo fortitudinẽ Christi, vt sicut cornu carnẽ excedit, sic fortitudo Ecclesiæ excedat fortitudinẽ carnalẽ. *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinẽ. *Luc.* 1. g. Erexit nobis cornu salutis in domo Dauid. Illa autẽ productio in parte facta fuit per Io. Bapt. qui præcessit Christũ nascẽdo, prædicãdo, baptizãdo, moriendo, sicut præiudicem; aut sicut vox verbum; aut sicut seruus Dñm; aut sicut lucerna portatur ante Regem. Vnde subdit *h* Paraui,] prædestinando, sanctificando, docendo, conseruando, regendo. *i* Lucernam,] i. Ioan. Baptistam. De quo *Ioan.* 5. f. Ipse erat lucerna ardens & lucens *k* Christo meo] i. vt per eum Christus hominibus innotesceret. *Iob* 38. d. Nunquid producis Luciferum in tempore suo; *Malach.* 3. a. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam tuam ante faciem meam. Et quod hoc debeat intelligi de Ioanne, patet per illud quod Dominus dicit *Matth.* 11. b. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Inde est quod in profestis diebus vnus cereus accensus defertur ante Euangelium. Hic est enim Ioannes qui solus præcessit primum aduentum Christi. In festis verò diebus præcedunt duo cerei, quia secundum aduentum præcedent Enoch & Elias. *Apoc.* 11. a. Ita sublimabo Ecclesiam, sed. *l* Inimicos eius] scilicet, Ecclesiæ vel Christi: hos, scilicet, qui non sunt filij Ecclesiæ, quia qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, dispergit, *Matt.* 12. c.

Ioannes Baptista præcessit Christum quadrupliciter.

m Induam confusione] æterna. *Iob* 8. d. Qui oderunt te, induentur confusione. *Ier.* 20. c. Confundent vehementer quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Erit autem duplex confusio reproborum. Vna in iudicio in exprobratione misericordiæ quam non fecerunt. *Matth* 25. d. Esuriui & non dedistis mihi manducare. Altera in sententiæ prolatione. *Eod.* Ite maledicti in ignem æternum. Vnde *Psal.* 108. Induatur sicut diploide confusione sua. *Ierem.* 17. c. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. *n* Super ipsum autem] id est, Christum integrum. *o* Efflorebit,] i. apparenter florebit. *p* Sanctificatio mea] id est, effectus sanctificationis meæ, scil. gloria intus in anima, & exteriùs in corpore firmata. Vel *n* Super ipsum] i.e. Christum caput. *o* Efflorebit,] i. efficaciter & excellenter florebit. *p* Sanctificatio mea] id est, potestas sanctificandi, quoniam solus Christus sanctificauit per sanguinem suum Ecclesiam. *Eph.* 5. c. Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret. *Ioan.* 17. c. Ego pro eis sanctifico meipsum, vt sint sanctificati in veritate.

Duplex confusio reproborum.

EXPOSITIO PSAL. CXXXII.

Ecce quam bonum.] Hic est 14. gradus, scil. fraterna charitas, quæ fratres facit habitare in vnũ, vnde sequitur, benedictio vita æterna. Et est hic Psalmus secundus atomus, vt dicit Glossa, id est, indiuisus; tam propter sui breuitatem, tum propter materiæ vnitatem, quæ non variatur, tum quia nec persona, nec modus loquendi mutatur, tum quia charitas diuisionem non recipit. Titulus. *Canticum graduum*, vt supra. Intentio monet ad concordiam & vnanimem habitationem. Rectè autem sequitur iste Psal. præcedentem, quia ibi actũ est de ædificatione domus Domini, quæ perficitur charitate, de qua hic agitur. Propheta ergo, vel in propria persona, vel viri iusti loquens de fratrum cohabitatione exultans, ait. *q* Ecce] aggratulatiuè, admiratiuè, demonstratiue. *r* Quam bonum,] id est, quam vtile. *s* Et quam iocundum] i.e. quam delectabile est. *t* Habitare fratres in vnũ,] i. concorditer, dispositis tamen decenter diuersis officiis singulorum, quod non impedit vnitatem, sed facit, sicut in vno corpore diuersa membra, singula retinent officia, nec ideo minus est corpus vnum. 1. *Cor.* 10. d. Vnus panis & vnũ corpus multi sumus. 1. *Reg.* 6. b. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem non eundem habent actum, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Hæc vnitas, vt dicit *August.* omnibus conuenit Christianis, qui in vnum debent habitare mente, & fide, i. habere vnam mentem & vnam fidem. Iuxta illud *Act.* 4. f. Multitudinis credentiũ erat cor vnum, & anima vna. *Phil.* 2. a. Implete gaudium meum vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes. *Aug.* Proprie hoc conuenit Monasteriis & fratribus in vnum cohabitantibus, non modo corde, sed etiã corpore. Nam talis cohabitatio quando concors est in bono, valdè vtilis est & delectabilis. Vnde *Sen.* Nullius rei sine consortio iocunda est possessio. Primò quidem placet Deo & hominibus. *Eccl.* 25. a. In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Cõcordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier benè sibi consentientes. Ideo dicit *Apost.* *Eph.* 4. a. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Est autem multiplex vnitas. Prima est vnitas carnalis. *Gen.* 2. d. Erunt duo in carne vna. Secunda, vnitas naturalis, de qua in symbolo *Athanas.* Anima rationalis & caro vnus est homo. Tertia mentalis; de qua *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Quarta moralis, de qua *Psal.* 67. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Quinta spiritualis. 1. *Cor.* 6. d. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Sexta personalis, de qua in symbolo eodem: Deus & homo vnus est Christus. Septima essentialis. *Ioan.* 10. f. Ego & Pater vnum sumus. 1. *Ioan.* 5. b. Et hi tres vnum sunt. Octaua est socialis, siue corporalis, & de hac hic agitur secundùm vnam expositionem. Et habet hæc multas vtilitates. Prima est contra casũ suffultio. *Eccl.* 4. c. Melius est duos esse simul quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, i.e. ad casum impulsus fuerit, ab altero fulcietur. Secunda est à casu releuatio. Eodem continuè. Væ soli, quia cùm ceciderit non habet subleuantem se. Tertia est mutua commotio seu prouocatio ad bonum. *Ibid.* Et si dormierint duo simul, fouebuntur mutuò, vnus quomodo calefiet? quasi dicat, nullo modo. Quarta est resistendi fortitudo. *Ibid.* Et si quispiam præualuerit, i.e. præualere voluerit contra vnum, duo resistent ei. *Prou.* 18. c. Frater qui iuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Dicitur *Iudic.* 18. g. de Lais. Percusserunt eos, scil. viros Lais in ore gladij, vrbẽmque incẽdio tradiderunt nullo penitus ferente præsidium, eò quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum

Multiplex vnitas.

num haberent quicquã societatis. Lais interpretur, Leo Vnde licet homo sit fortis vt Leo tamen si solus est, facile à Diabolo superatur. Ideo semper quærit singulare certamen, sicut Golias, 1. Reg. 17. Quinta est patris benedictio, Gen. 49. a. Congregamini, & videte filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. Et statim subiungitur benedictio singulorũ. Sexta est Spiritus S. repletio, Act. 2. a. Erant omnes pariter in eodem loco, & factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Septima est filij Dei associatio, Matth. 18. c. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Octaua est impetrandi facilitas. Matt. 18. c. Dico vobis, si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis est. Glos. in fin. ad Rom. Impossibile est preces multorũ non exaudiri. Ideo Ioel. monens Iudæos ad orandum, dicit 2. d. Vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, &c. Sequitur.

a Sicut vnguentũ in *b* capite, quod *c* descẽdit in barbã barbã Aaron. Quod *d* descendit in orã vestimenti eius, sicut *e* ros Hermon qui *f* descendit † in montem Sion. *g* Quoniã † illic *h* mandauit *i* Dominus *k* benedictionem *l* & vitam vsque in *m* sæculum.

al. † super
al. † ibi.

Canticum graduum.

PSALM. CXXXIII.

Ecce nunc *o* benedicite *p* Dominum, *q* omnes serui Domini. *r* Qui statis *s* in *t* domo Domini, in *t* atriis domus Dei nostri.

a Sicut vnguentum, &c. Ostendit quam vtilis & delectabilis sit cohabitatio fratrum, scil. sicut vnguentum, quod à capite descendit in barbam Aaron, & de barba in oram vestimenti eius, & sicut ros qui de monte Hermon descendit in montem Sion. Quod ad literam non potest intelligi, quia nusquam legitur barba Aaron ita vncta, vt inde vnguentum descenderet vsque ad oram vestimenti sui. Nec ros aliquo modo posset de monte Hermon descendere in montem Sion, cùm sint valde ab inuicem remoti. Nam Hermon est vltra Iordanem, & mons Sion citra. Præterea altior est mons Sion; præterea nullo modo posset transire ros de monte in montem, ergo omnia intelligenda sunt spiritualiter. Igitur per Aaron intelligitur Christus; per barbam eius Apostoli: Barba enim signum est virilitatis & strenuitatis, & maximè adhæret capiti, quæ omnia conueniunt Apostolis: per vestimentum verò designatur Ecclesia quæ vestit Christũ, iuxta illud Is. 49. e. Omnibus his velut ornamento vestieris, & circundabis eos tibi quasi sponsa. Per oram vestimenti significantur minores vel finales Sancti. Per vnguentum gratia, quã Sancti vnguntur, Caput verò Christus est, Col. 1. c. Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Igitur à capite descendit primò vnguentum in barbam, quia a Christo descendit primò, & abundantius gratia in Apostolos, & de Apostolis in Ecclesiam vsque in finales Sanctos qui erunt in tempore Antichristi. Similiter Hermon interpretatur lumen exaltatum, & significat Christum. Ros igitur Hermon descendit in montem Sion, quia Christi gratia descendit in Ecclesiam. Vel ad literam, in montem Sion, quando die Pentecostes super Apostolos in Sion congregatos venit Spiritus S. Act. 2. a. Et quia gratia Christi facit fratrum cohabitationem vtilem & delectabilem: ideo vnum alteri comparatur. Est ergo sensus: Ita est illud bonum & iocundum. *a* Sicut vnguentum] id est, gratia Spiritus sancti existens *b* In capite] id est in Christo *c* Quod descendit] postea in barbam Aaron] id est, in Apostolos Christi, qui immediatè & primò adhæserunt Christo. In quibus etiã fuit duplex virilitas, quæ per geminationem barbæ designatur, scilicet agendi & patiendi *d* Quod] vnguentum [postea descendit in oram vestimẽti eius] id est, in finales Sanctos qui erunt tempore Antichristi, per medium vestis transiens. Item bonum & iocundum est fratres habitare in vnum. *e* Sicut ros Hermon] id est, gratia Christi *f* Quæ descendit, &c.] id est, in Ecclesiam vel in Apostolos in monte Sion congregatos, quæ gratia valde iocundauit Apostolos, & vsque hodie iocundat Ecclesiam, & in vnum conseruat. Sequitur.

g Quoniam illic] quasi dicat, ideo bonum & iocundum est habitare fratres in vnum, quoniam illic, id est, in vnanimi cohabitatione fratrum. *h* Mandauit Dominus benedictionem] id est, præcepit vt benedicerent Deum. *l* Et] ita haberent vitam duraturam. *m* Vsque in sæculum, id est, sine fine Vel *h* illic mandauit] id est, illis commendauit. *i* Dominus] qui omnia potest *k* Benedictionem] id est, virtutum multiplicationem *l*. Et] mandauit, id est, promisit, vitam vsque in sæculum duraturam. De qua vita dicitur 1. Ioan. 3. c. Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Os. 6. a. Viuemus in conspectu eius. Ioan. 17. a. Hæc est vita æterna, vt, &c.

EXPOSITIO PSAL. CXXXIII.

Ecce nunc benedicite, &c.] Hic est decimus quintus gradus, vltimus inter gradus, & charitas Dei, quæ est consummatio viri Euangelici, ad quem omnes gradus præcedentes ordinantur, & ideo vltimo ponitur sicut perfectio omnium. Similiter ponitur vltimo 2. Pet. 1. b. inter ea quæ debet vir iustus Domino ministrare. Ministrate, inquit, in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiã, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate fraternitatis amorem, in amore fraternitatis charitatem. Et quod omnia prædicta sine charitate imperfecta sint, imò inutilia, patet 1. Cor. 13. a. vbi multa bona dicuntur nihil esse vel prodesse sine charitate. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, & cymbalum tinniens, &c. Hic gradus solus facit hominem dignum laudare Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur Eccl. 15. d. Ideo hic agitur de laude Dei. Titulus. Cant. graduum vt sup. Intentio monet ad diligendum Deum, sicut in præcedenti monuit ad diligendum proximum. Modus. Bipartitus est Psal. Primò, inuitat omnes ad benedicendũ Deum. Secundò, optat benedici, ibi: Benedicat te. Et nota quod hic Psalmus est tertius qui agit de charitate Dei. Primus fuit. Quemadmodum desiderat, &c. Secundus: Quam dilecta tabernacula, &c. Tertius hic. Monens ergo Propheta ad benedicendum Deum, ait: *n* Ecce nunc] id est, in præsenti nunc quod demonstrari potest.

o Benedicite Dominum, qui solus est benedicendus.

q Omnes serui Domini] quos emit, quos in prælio cæpit & ad seruiendum reseruauit, quibus priùs ipse seruiuit, & ideo benedicendus est. Et hoc tribus modis, imò quatuor. Primò bene conuersando, vt scil. bona vita conuersatione seruorum, alij exemplo eorum ædificati glorificent & benedicant & Dominum, qui tales seruos habet, sicut Regina Saba 3. Reg. 10. b. Matt. 5. b. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est, 1. Pet. 2. c. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis. Secundò, bona de ipso dicendo. Sup. Psal. 33. Benedicam Dominum in omni tempore. Tertiò, omnia bona ei attribuendo, sicut Isa. 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Dñe. Quartò, de omnibus gratias referendo, Eccl. vlt. c. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. 1. Thess. 5. d. In omnibus gratias agite. Ideo in fine horarum dicitur: Benedicamus Domino. E contrario male dicitur à multis quatuor modis, maximè à Clericis. Primò, malè conuersando, quia vita eorum mala conuersatione multi maledicunt Deum. Rom. 2. d. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Et est sumptum de Isa. 52. b. Ezec. 36. e. Non propter vos ego faciam domus Israel, sed propter nomen meum quod polluistis in gentibus ad quas introistis. Secundò, falsa de ipso dicendo, sicut hæretici, Ierem. 23. e. Audiui quid dixerunt Prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium, &c. Tertiò, blasphemando, Leuit. 24. c. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Quartò, gratias non agendo, Iob. 1. a. Ne fortè benedixerint, id est, maledixerint Deum in cordibus suis. Dicit ergo congratulatiuè & admiratiuè. *n* Ecce nunc] dum tempus est. *o* Benedicite prædictis quatuor modis. *p* Dominum] omni laude dignum. *q* Omnes serui Domini] cuiuscunque qualitatis & ætatis. Dan. 3. f. Benedicite serui Domini Domino. Tob. 13. b. Benedicite Dominum omnes electi eius. Modò est tempus benedicendi Dominum. 2. Cor. 6. a. Ecce nunc tempus acceptabile. Postea erit tempus benedicendi Domino, Matt. 25. c. Venite benedicti Patris mei, &c. *r* Qui statis] parati ambulare, seruire, pugnare. 3. Reg. 10. b. Beati serui tui, qui stant coram te semper. Ephes. 6. c. State succincti lumbos vestros. Item qui statis, cœlum aspiciendo, in bono perseuerando. Item, qui statis, non sedetis, non iacetis, quia non est seruorum iacere, vel sedere, sed ad omnia paratos esse.

Benedicendus est Dominus quatuor modis.

s In domo Domini] id est, in Ecclesia. Et qui statis, id est, perseueratis.

t In atriis domus Dei nostri,] id est, in latitudine charitatis, quæ se extendit ad omnes. Vel per stantes in domo,

Domus multiplex in qua ſtatur.

mo, ſignificantur maiores in Eccleſia: per ſtantes in atriis, minores, id eſt, incipientes. Et nota quod eſt domus inferior, ſcil. Eccleſia Militans, de qua *Pſ.25.* Domine dilexi decorem domus tuæ. In qua ſtatur per gratiæ conſeruationem, ſeu per bonam conuerſationem. Item domus ſuperior, ſc. Eccleſia Triumphans, de qua *ſup.* Beati qui habitant in domo tua Domine. In qua ſtatur per ingem contemplationem, vel per continuam fruitionem. Item domus interior, mens vel conſcientia, de qua *Matt.9.* a. Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. In qua ſtatur per ſui conſiderationē, vel ſollicitam diſcuſſionem. Item domus exterior, caro. De qua *Iob* 4. d. Qui habitant domos luteas. In qua ſtatur per diſcretam caſtigationem, vt Paulus *1.Cor.9.*d. Caſtigo corpus meum, &c. Item domus anterior, Sacra Scriptura. De qua *Pſal.54.* In domo Dei ambulauimus cum conſenſu. In qua ſtatur per aſſiduam meditationem. Item domus poſterior, Synagoga. De qua *Luc.* 13.g. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. In qua ſtatur per figurarum expoſitionem. Item domus infima, Infernus vel ſepulchrum. *Pſal.48.* Sepulchra eorum domus illorum in æternum. In qua ſtatur per timorem. Sequitur.

In *a* noctibus extollite manus veſtras in *b* ſancta, *c* & benedicite † Domino. *d* Benedicat † te Dominus *e* ex Sion, *f* qui fecit cœlum & terram.

al. † Dominum.
al. † tibi.
al. † quoniā benignus.

Alleluia.

PSAL. CXXXIV.

Laudate *g* nomē *h* Domini, *i* laudate ſerui Dominum. *k* Qui ſtatis in *l* domo Domini, in *m* atriis domus Dei noſtri. *n* Laudate Dnm† quia *o* bonus Dominus:

a In noctibus, &c.] id eſt, opera veſtra.

b In ſancta] id eſt, vt intentione æternorum fiant, aliter non valent. Sicut Moyſes leuauit manus ſuas pugnante Ioſue & populo Iſrael contra Amalech. *Exod.* 17. c. *1.Timot.* 2. c. Volo vos leuare puras manus in oratione. *Thre.3.*e. Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum. *Ioſue* 8. d. Leua clypeum qui in manu tua eſt contra Hai. Clypeus eſt oratio, vnde *Sap.*18.d. Properans homo ſine querela deprecari pro populis, proferēs ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, &c. Clypeus ergo in manu eſt oratio aſſociata operi. Clypeus ergo in manu leuatur, cūm oratio & opus ad Deum refertur, & tunc Diabolus ſuperatur. Et nota quod dicit pluraliter, in noctibus. Nam eſt nox culpæ, nox ignorantiæ, nox miſeriæ. De prima dicitur *Iob.*3. a. Pereat nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo. In hac extollendæ ſunt manus, quia etiam in peccato exiſtens debet facere bona quæ poteſt vt ad pœnitentiam habilitetur. Vnde *Greg.* Interim fac quicquid boni potes, vt Deus illuſtret cor tuum ad pœnitentiam. De ſecunda dicitur *Rom.*13.d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et in hac etiam nocte leuandæ ſunt manus, vt merito bonorum operum det Deus ſapientiam, iuxta illud *Eccl.* 1.d. Fili concupiſcens ſapientiam conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. De tertio dicitur *Iſa.*21.c. Venit manè & nox. Et in hac nocte etiam leuandæ ſunt manus, *ſup. Pſal.*11. Media nocte ſurgebam ad confitendum Nomini tuo.

Nox triplex in qua manus ſunt leuandæ.

c Et benedicite Domino] omnia ei attribuendo, bona de ipſo dicendo, gratias de bonis collatis reddendo, bene conuerſando, & bona faciendo. *Tob.* vlt. c. Filiis veſtris mandate, vt faciant iuſtitias & eleemoſynas, & benedicant Deum in omni tempore. Et nota quòd bona etiam facta extra charitatem

Valent
- Ad aſſuetudinem bene agendi, *Prouerb.*22.a. Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.
- Ad præparationem gratiæ. *Zach.*1.a. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.
- Ad multiplicationem temporalium, *Prouerb.* 11. d. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, &c. *Ezech.* 29.d. Dedi ei terram Ægypti, pro eo quod laborauerit mihi.
- Ad dimiſſionem pœnæ temporalis. *3.Reg.*21. g. Non inducam malum in diebus eius, &c.
- Ad diminutionem pœnæ æternæ. *1. Cor.*3. in *Gloſ.* Cum perfidi in æternum, &c.

Secunda pars.

d Benedicat te Dominus, &c.] Secunda pars, vbi Propheta optat benedici fideles, dicens: Benedicat, quaſi dicat, monui vos benedicere Dominum, & vt poſſitis, benedicat te Dominus benedictione venienti. *e* Ex Sion] id eſt, viſibilia & inuiſibilia, ſiue ſpiritualia & corporalia. Vnde patet quòd potens eſt dare benedictionem. Ideo dixit Iacob. *Gen.*32.f. Non dimittam te niſi benedixeris mihi. Et nota quòd ſupra plures benedicere hortatur, dicens: Benedicite: Nunc autem vnum benedici precatur, dicens: Benedicat te Dominus, quia plures ſunt vnum, & vnitati debetur benedictio Dei. Vnde vnus in piſcinam primò deſcendens ſanabatur. *Ioan.*5.a. Simus igitur vnum, & benedictionem Dei recipiemus. Et quia omne munus Dei benedictio eius dicitur, ideo vltimò ponitur, ad quam vir iuſtus tot gradibus aſcendit.

EXPOSITIO PSAL. CXXXIV.

Laudate nomen Domini, &c.] Materia huius Pſalmi eſt laus Dei, ad quam Propheta in hoc Pſalmo inuitat ſeruos Dei, qui per aſcenſum quindecim graduum præmiſſorum digni fiunt laudare Deum: Ideo poſt quindecim gradus immediatè ponitur iſte Pſalmus. Cuius titulus, *Alleluia*, id eſt, laudate inuiſibilem. Et quia alleluia eſt idiomatis alieni, & ignoti, innuitur quòd ſancti in gloria ineffabili laude, & ignoto nobis idiomate, laudant eum, de qua laude dicitur. *Iſa.*35. d. Venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum. *Ibid.*51.b. Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio & vox laudis. *Tob.*13.d. Per vicos eius cantabitur alleluia. Intentio, monet ad laudem Dei. Modus. Tripartitus eſt Pſalmus. Primò, monens laudare Deum propter eius potentiam, enumerat eius magnalia. Secundò idolorum cultores redarguit, *ibi*: Simulacra. Tertiò, omnes ordines Eccleſiæ inuitat ad laudem Dei, *ibi*: Domus Iſrael. Dicit ergo. *g* Laudate] vita & lingua. *h* Nomen Domini] id eſt, Dominum nominabilem, vel Dei potentiam, vt dicit *Gloſ.* Vel, Filium quo Mundo Pater innotuit, *2. Reg.*22.a. Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. *Ioel.*2.g. Omnis quicunque inuocauerit Nomen Domini, ſaluus erit, *Act.*4.b. Non eſt aliud nomen ſub cœlo quo oporteat ſaluos fieri credentes. Deinde oſtendit, qui debeant laudare, dicens: *i* Laudate ſerui Domini] quia, vt dicit *Auguſt.* vos meliores eritis ſi laudatis, non ipſe: Deus enim nec melior fit ſi laudaueris, nec deterior ſi vituperaueris, ſed tu laudando melior eris, vituperando deterior. Ideo dicitur *Iudith* 13.c. Laudate Dominum Deum noſtrum, quia non deſerit ſperantes in ſe. *2. Paral.*16.b. Laudate Nomen ſanctum eius. Et nota quòd ſeruus dicitur à ſeruiendo, vel à ſeruando. Cùm a ſeruiendo dicitur, a ſeruitio nominatur. Quale enim erit ſeruitium, talis erit ſeruus. Seruitium bonum, bonum facit ſeruum, & malum, malum, indifferens indifferentem: verbi cauſa: Seruitium Dei bonum eſt, & bonum facit ſeruum, ſic Chriſtus ſeruus Dei dicitur, & vir iuſtus. *Iſa.*49. b. Hæc dicit Dominus formans me ex vtero ſeruum ſibi vt reducam Iacob ad eum. *Sup. eod* a. Seruus meus es tu Iſrael, quia in te glorificabor. Itē ſeruitium Diaboli vel peccati malum eſt, & malum ſeruū facit. *Ioan.*8.d. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Item ſeruitium hominis ſecundùm ſe indifferens eſt, & ſeruum indifferentem facit. *1. Pet.*2.c. Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis veſtris. Veruntamen genus ſeruitij, & intentio trahunt ſeruum, vel in bonum, vel in malum. Vnde ſi quis ſeruit homini in bono ſeruitio, & bona intentione, bonus eſt ſeruus, ſi verò ſeruiat in ſeruitio illicito, vel non bona intentione, malus eſt ſeruus. Deinde diuidit ſeruos Domini in perfectos & in imperfectos, dicens: *k* Qui ſtatis] q.d. vos ſerui laudate Dominum, qui ſtatis, non ruitis peccando, non iacetis vel ſedetis torpendo, ſed ſtatis perſeuerando erecti ad cœlum.

Partitio Pſal.

Seruitium bonum & malum.

l In domo Domini] id eſt, in Eccleſia Dei, vt columnæ fortes, vel vt parietes. *Iſa.6.* d. Semen ſanctum erit quod ſteterit in ea. Et qui ſtatis.

m In atriis domus Dei noſtri] vos ſimiliter laudate, id eſt, vos minores qui eſtis in ingreſſu. Deinde ad maiorem exhortationem repetit idem, vt continua ſit laus Dei, dicens:

n Laudate Dominum] non dicit qui, quia omnes inuitat. Et ponit cauſam. *o* Quia bonus eſt Dominus] eſſentialiter, quia bonitas eius non eſt qualitas accidens, vel accedens, ſed eſſentia vel natura eius: vnde non aliunde vel accidentaliter bonus eſt, ſed ſeipſo. Omnia alia bona ſunt alterius boni participatione, vnde accidentaliter ſunt bona, non per ſe, & ideo nec propter ſe laudabilia ſunt, ſed propter illud bonum, cuius participatione bona ſunt, quod quantò magis participant, tantò magis bona ſunt, & magis laudabilia. Et ideo, quia ſolus Deus per ſe bonus eſt, ſolus per ſe laudabilis eſt. Vnde *Iſa.*42. b. Laudem meam alteri non dabo. *Luc.*18. d. Nemo bonus, niſi

nisi solus Deus. 2. *Paral.* 7. a. Laudauerunt Dominum quoniam bonus. Sed, quia non potest modo videri à nobis qualiter ipse sit bonus à natura, sed in effectu operum & beneficiorum suorū, ideo addit. *a* Psallite nomini eius] id est, laudate eum nominabilem. *b* Quoniam suaue] gustantibus. Vnde *su-* *Psalm.* 33.
pra. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Item. *a* Psallite nomini eius] id est, opera vestra facite ad honorem nominis eius. *b* Quoniam suaue] i. pius, & misericors. *Cant.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. Hoc nomen est Emanuel, quod ita dulce sonat, vt quidam Eremita cuidam quærenti quomodo esset ei, respondit; ita bene quod nollem esse Angelus. Hoc dicit propter dulcedinem huius nominis Emanuel. Quid enim dulcius, siue suauius esse potest homini, quàm quòd Deus homo est? Sunt & ista nomina valde suauia, scil. Iesus Christus, filius Dei, filius Altissimi, Magister, Dominus, sed nullum tam dulce, vel tam suaue, sicut Emanuel. Hoc est enim nomen, quod est super omne nomen. *Phil.* 2. b. Sequitur. *c* Quoniam Iacob] i. luctantem contra peccatum, & Diabolum, & supplantantem eundem. *d* Elegit sibi Dominus] gratiâ, non merito, vt esset de familia eius. Et elegit gratia, non merito. *e* Israël] id est, quemcunque fidelem Deum fide videntem. *f* In possessionem sibi] id est, vt possideret eum, & possideretur ab eo. *Malach.* 1. a. Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Et *Isa.* 44. a. Audi Iacob serue meus, & Israël, quem elegi. *Deut.* 26. d. En Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. *Iac.* 2. a. Nonne pauperes elegit Deus in hoc Mundo; diuites autem in fide? *Ioan.* 15. c. Ego elegi vos & posui vos, &c. 1. *Cor.* 1. d. Infirma Mundi elegit Deus, &c. Et quasi quis quæreret à Propheta. Quomodo scis, quòd Dominus elegerit sibi Iacob, & Israel in possessionem? Respondet, dicens. *g* Quia ego] spiritu prophetico illuminatus. *h* Cognoui] notitiâ fidei, & prophetiæ, & experientiæ. *i* Quod magnus est Dominus] id est, immensus potentiâ, sapientiâ, misericordiâ, & naturâ, vnde potuit & sciuit, & voluit hoc facere. *infra*. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Ibi *Gloss.* quia non est comprehensibilis cognitione, & loco, & fine carens. *Iob* 36. d. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, numerus annorum eius inæstimabilis. *Dan.* 7. d. Potestas eius, potestas æterna. *Eccl.* 43. d. Dominus terribilis & magnus vehementer. 2. *Reg.* 7. c. Magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tibi. *k* Et Deus noster præ omnibus diis] est potentior, sapientior, benignior. Abusiua est comparatio, quia Deus noster potens, & sapiens, & benignus est per se, & ex se, & illi nihil possunt, vel sapiunt, vel volunt. *Psalm.* 144.

al. † suauis. *al.* † Quoniam. *al.* † super.

a psallite Nomini eius, quoniam † *b* suaue est. Quoniam *c* Iacob *d* elegit sibi Dominus, *e* Israël in *f* possessionem sibi. † *g* Quia ego *h* cognoui, quod magnus *i* est Dominus, & Deus *k* noster † præ omnibus diis. *l* Omnia quæcumque voluit Dominus *m* fecit in *n* cœlo, & in *o* terra, in *p* mari, & in *q* omnibus abyssis.

Dicitur autem Deus quinque modis.
- Natura, *Deut.* 6. a. Audi Israël, Deus tuus Deus vnus est.
- Adoptione, *Psalm.* 81. Ego dixi dij estis, & filij Excelsi omnes.
- Prælatione. *Exod.* 22. d. Diis non detrahes.
- Potestate, *Exod.* 7. a. Constitui te Deum Pharaonis.
- Nuncupatione. *Psalm.* 95. Omnes dij gentium Dæmonia.

Item Deus est magnus.
- Immensitate, *Sap.* 8. a. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.
- Potestate. *Sapient.* 18. c. Omnipotens sermo tuus Domine, exiliens de cœlo à Regalibus sedibus.
- Sapientia, *Iob* 36. c. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.
- Bonitate, *Sap.* 12. a. O quam bonus, & suauis est Domine spiritus tuus in omnibus.
- Fortitudine, *Iob* 9. c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est.
- Iudicio, *Sapient.* 12. b. Quis stabit contra iudicium tuum? *Isa.* 13. f. Quis poterit infirmare, &c.
- Iustitia. *Isa.* 144. Iustus Dñs in omnibus viis suis, &c. Item de fortitudine, iudicio, & iustitia simul, *Luc.* 37. d.

Dignè eum inuenire non possumus, magnus fortitudine, iudicio, & iustitia, & enarrari non potest, &c. *l* Omnia quæcunque. Hic probat, quod dixerat, scilicet, quod magnus est Dominus, quia, omnia quæcuque voluit Dominus, voluntate beneplaciti. *m* Fecit] id est, in esse produxit, siue creando ex nihilo, siue faciendo ex materia.

n In cœlo] spiritualia. *o* Et in terra] corporalia. *p* In mari, & in omnibus abyssis] pisces, & aues. Vel. *l* Quæcunque voluit fecit in cœlo] Luciferum, & complices eiiciendo, & bonos confirmando. *o* Et in terra] Adam & Euam de Paradiso terrestri emittendo, terram diluuio submergendo. *p* In mari] super illud ambulando. *Matth.* 14. c.

q Et in omnibus abyssis] vinctos de inferno educendo. *Zach.* 9. c. Et bene ait: Fecit quæ voluit, quia voluntas eius causa est vniuersalis omnium quæ sunt, & nulla necessitas. *Iob.* 23. c. Anima eius, quæcunque voluit, hæc fecit. Ibi *Greg.* Ea ipsa vis qua cuncta fecit, siue disposuit, anima eius vocatur. *Neem.* 9. b. Tu fecisti cœlum, & cœlum cœlorum, & omnem exercitum eorum, terram; & vniuersa quæ in ea sunt, maria, & omnia quæ in eis sunt. *Ioel.* 2. g. Dabo prodigia in cœlo, & in terra. Nota, quatuor ponit per quæ intelliguntur quatuor genera creaturarum rationabilium, in quibus facit Deus voluntatem suam, licet non omnes faciant eam. Per cœlum intelliguntur boni Angeli, per terram homines boni; per mare peccatores homines; per abyssos Dæmones. In duobus primis facit Deus voluntatem suam, & ipsi faciunt eam. *Matth.* 6. b. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. In duobus aliis fit voluntas Dei, licet ipsi non faciant eam. *Greg.* Inde mali voluntatem Dei peragunt, vnde eam immutare contendunt. Item per cœlum possunt intelligi Clerici, qui debent esse clari famâ, lucidi doctrinâ, alti vitâ, concaui humilitate, calidi charitate, stellati virtutum varietate. Per terram laici laboriosi, fœcundi, solidi, infimi, & infirmi. Per mare inquieti, *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens; quod quiescere non potest. Per abyssum ignari. *Gen.* 1. a. Tenebræ erant super faciem abyssi. In omnibus his fit voluntas Dei. Sed primò in cœlo dicitur fieri, secundò in terra, postremò in mari, & in abyssis, quia si Clerici facerent voluntatem Dei, facerent & ipsi laici, & postea peccatores. Vnde *Psal.* 68 Laudent illum cœli, & terra, mare, &c. quasi dicat, si Clerici laudent, statim laudabunt laici, & deinde peccatores: Sed quia Clerici non faciunt voluntatem Dei, ideo nec laici faciunt, nec peccatores conuertuntur ad pœnitentiam. *Matt.* 23. b. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, quia clauditis Regnum cœlorum ante homines, vos non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Olim dicebatur. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Modò potest dici econuerso. Fiat voluntas tua, sicut in terra, & in cœlo, *Is.* 24. a. Erit, sicut populus, sic Sacerdos. *B. Bern.* Et vtinam non peior, quam populus sit Sacerdos. Olim dictum est de Diabolo, *Apoc.* 12, b. Draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est amplius eorum in cœlo, & proiectus est Draco ille in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt. Sed modò relicta terra redieruut in cœlum, & impletur, quod dicitur *Isa.* 14. d. Ascendam in cœlum, super astra cœli, id est, super altiores, & prudentiores Clericos, exaltabo solium meum. Olim clamabat Aquila, *Apoc.* 8. d. Væ væ habitantibus in terra, nunc posset verius clamari. Væ væ væ habitantibus in cœlo, id est, in consortio Clericorum, vnde etiam inficitur consortium laicorum, *Ierem.* 4. f. Aspexi terram, & ecce vacua erat & nihili, & cœlos, & non erat lux in eis, vidi montes, id est, Prælatos, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt, id est, minores Prælati, intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile cœli recessit, id est, Religiosi. Dicit ergo.

Omnes Deos. De consecr. di. 2. c. omnia.

Quatuor genera creaturarum rationabilium, in quibus Deus facit voluntatem suam.

Matth. 6. b.

l Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit] olim, in cœlo. Primo in Clericis, & postea.

o In terra] id est, in laicis, *Isa.* 66. a. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

p In mari] id est, in hominibus inquietis, & instabilibus.

q Et in omnibus abyssis] id est, in simplicibus & ignaris, & idiotis. *Psalm.* 32. Ponens in thesauris abyssos. *Augustinus*. Simplices & idiotæ rapiunt sibi cœlum, nos autem cum literis nostris ad inferna demergimur. Vel, [in mari, id est in pœnitentibus. *Supra*. In mari via tua. [Et in omnibus abyssis] id est, in peccatoribus. *Psalm.* 41. abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum *Ierem.* 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. *Psal.* 76.

† *a* Educens nubes ab extremò terræ, *b* fulgura in pluuiam fecit. *c* Qui producit vẽtos de *d* thesauris suis, *e* qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus

al. † Suscitans.
al. † educit.

a Educens.] Ad literam secreta naturæ dicit Deum facere, quasi Deus fecit quæcunque voluit. Ipse dicò, educens, id est, ab imo, terræ. *b* Fulgura] id est, conuertit. Sed, quia hæc plana sunt iuxta literam, ideo spiritualiter exponemus. Per nubes igitur intelliguntur Prædicatores, quia pluunt doctrinis, tonant minis, coruscant miraculis, vel operibus miris, eleuantur à terra, volant per aëra, temperant ardorem Solis. De primo, *Isa.* 45. b. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. *Eodem* 5. b. Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem prædicationis. De secundo, *Eccl.* 43. b. In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis. Et *postea*. Vox tonitrui eius verberauit terram. De tertio *supra*. Illuxerunt coruscationes tuæ Orbi terræ. Item *alibi*: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis, *Matt.* 5. b. Vos estis lux Mundi, *Iob* 37. b. Nubes spargunt lumen suum, lustrant mundum per circuitũ quocunque eas voluntas gubernantis direxerit. De quarto, *Psal.* 46. Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. *Gl. ss.* id est, Apostoli fortes, quos neque mors, neque vita potuit à charitate Dei separare. Eleuati sunt vehementer doctrinâ, & miraculis. De quinto, *Isa.* 60. b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. *Eccl.* 43. b. Aperti sunt Thesauri, & euolauerunt nebulæ, sicut aues. De sexto, *Prou.* 3. Sapientia illius eruperunt Abyssi, & nubes rore concrescunt. *Eccles.* 11. c. Si repletæ fuerint nubes, imbrem effundent super terram quo refrigeratur æstus. Per fulgura accipiuntur comminationes, per pluuiam consolationes. De nubibus veniunt fulgura, quia de prædicatoribus exeunt comminationes, quas ne nimis terreant, Dominus conuertit in pluuiam consolationum. Eduxit igitur Dominus [nubes ab extremo] quia de vilibus, & idiotis fecit Prædicatores, 1. *Cor.* d. Infirma Mundi elegit Deus.

Prædicatores dicuntur nubes propter multa.

Psalm. 76.
Psalm. 75.
Rom. 8. g.

b Et fulgura] quia comminationes in consolationes conuertit. *Tob.* 3. d. Post tempestatem trãquillum facit, *Greg.* Si fulgura comminationis Dominus emittit, statim pluuiam consolationis effundit. *Ierem.* 10. c. Eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de Thesauris suis. Per ventum prædicationem intellige. Vnde hic sequitur. *c* Qui producit] id est, prædicationem. *d* De thesauris] id est, de occultis, & preciosis Scripturæ sacræ libris, *Iob* 28. c. De occultis trahitur sapientia. Nescitur vnde ventus veniat, aut quò vadat, sic de prædicatione nescitur quis ministret, aut quem effectum habeat, *Ioan.* 3. a. Vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat. Item vento flante ventilatur area, id est, granum a palea separatur; sic in prædicatione, boni à malis separantur, *Matth.* 3. c. Permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, &c. Item quatuor sunt venti, Orientalis, & Occidentalis, Australis, & Aquilonaris, *Ezech.* 37. c. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Sic quatuor genera prædicationis, sc. increpatorium contra peccata, comminatorium circa supplicia; instructorium circa fidem, & mores; exhortatorium ad profectum de bono in melius. Aliter per terram intelligitur peccatrix anima. Extrema terræ sunt enormia peccata animæ, quæ sic dicuntur. Primò, propter erubescentiã. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? *Eph.* 5. c. Quæ in occulto fiunt ab illis, turpe est etiam dicere. Secundò, propter ignominiã, *Rom.* 1. c. Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Tertiò, quia faciunt animam brutis inferiorem. *Cant.* 1. c. Si ignoras te, ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Per nubes intelligitur confusio mentis, quæ quodammodo mentem ipsam obnubilat. Igitur ab extremis terræ nubes educuntur, quando ex consideratione enormium peccatorum peccatrices animæ confunduntur. 3. *Reg.* 18. g. Ecce nubecula, quasi vestigium hominis ascendebat de mari. De mari nubes ascendit, quando de amaritudine peccatorum confusionis caligo procedit. Et eleganter dicitur, quòd nubes illa erat quasi vestigium hominis, quia ex gratia Dei excitatur confusio, ideo dicitur, quasi vt opus Dei cum opere hominis innuatur adesse. *August.* Qui creauit te sine te, non iustificat te sine te. 1. *Cor.* 3. b. Adiutores Dei sumus. Sequitur.

Per ventum Prædicatio intelligitur.

Sicut quatuor sunt venti, sic sunt quatuor genera prædicationis.

Aliter.

b Fulgura.] Per fulgur intelligitur terror diuinæ animaduersionis, quâ mens confusa de peccatis concutitur, & ex hoc fletus doloris excutitur. Vnde *Deut.* 33. d. Dan catulus Leonis fluit iugiter ex Basan. Basan interpretatur confusio, per catulum leonis, terror accipitur. Hæc duo sunt nubes, & fulgura, de quibus egreditur abundantia lacrymarum. Et hoc est, fluit iugiter ex Basan. *Psal.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Sequitur.

c Qui producit ventos de thesauris suis.] Per ventos intellige diuinas consolationes, quas Dominus inspirando infundit confusionem, & timorem, & dolorem peccatorum. Vnde rectè post nubes, & fulgura, & pluuiam sequuntur venti: *Matth.* 5. a. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. *Tob.* 3. d. Post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem, & fletum exultationem infundit. Non sunt autem isti venti Aquilonares, sed Australes calidi, & humidi, qui flatu suo hortum mentis floridum efficiunt. *Cant.* 4. d. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Non erat de his ventis ille ventus, qui quatuor angulos domus Iob concussit, & domum euertit. Ventus refrigerat, & accendit, sic diuina consolatio refrigerat æstum concupiscentiæ, & accendit ignem charitatis. Hi sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt stent, i. stare faciant coram Dominatore vniuersæ terræ. *Zach.* 6. b. Alij venti mobiles sunt, sed isti mentem, quam flant stabiliunt, & confirmant. Vnde *Iob* 28. d. Qui facit ventis pondus. Tot autem sunt genera ventorum, quot sunt diuersitates consolationum. Hos ventos producit Dominus de thesauris suis, i. de secreta, & chara bonitate sua, qua visitat pẽccatores, & consolatur pœnitentes. 1. *Cor.* 2. a. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *Iac.* 1. c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, &c. *Ioan.* 3. a. Siritus vbi vult spirat. Sequitur.

Iob 1. d.

e Qui percussit primogenita Ægypti.] Ad literam tangit signa, & plagas quibus Dominus percussit Ægyptum in liberatione filiorum Israel, vt legitur *Exod.* a principio vsque ad 15. capit. Quod sæpe repetit Scriptura, ad indicandam potentiam Dei, vt timeatur, & non casu, sed ex iudicio facta putentur. Et quia hæc manifesta sunt secundum sensum historicum, ideo Mysticè exponemus totum. Per Ægyptum enim significatur Mundus. Interpretatur enim confusio, & omnia in Mundo sunt confusa, grana cum paleis, vinum cum acinis, oleum cum amurca, agnus cum hœdo, lupus cum vitulo, mali cum bonis. Interpretatur etiam tenebræ, quia Mundus ita plenus est tenebris peccatorum, & ignorantiæ, vt nemo videat statum suum, nec cognoscat istam confusionem. Item in Ægypto facta est oppressio Iudæorum; & in Mundo fit oppressio bonorum. Vnde *Ioan.* 16. g. In Mundo pressuram, in me autem pacem habebitis. Item decem plagas immisit Dominus in Ægypto, ad educendos filios Israel inde, id est, iustos de Mundo. Prima plaga est mutatio aquæ in sanguinem. Hanc immittit Dominus, quando delitias carnis conuertit in abominationem. Secunda est plaga ranarum. Hanc immittit Dominus, quando garrulitas sensualitatis vertitur in tædium, & quæ priùs, quasi cantilena dulcis audiebatur, nunc molestè, & tædiosè sustinetur. Tertia plaga cyniphum. Hanc immittit Dominus, quando curæ, & sollicitudines Mundi molestè feruntur, & pro posse fugiuntur. Quarta est plaga muscarum. Hanc immittit Dominus, quando permittit immundas cogitationes surgere in mente, quæ perdunt suauitatem vnguenti. *Eccl.* 10. a. Vel potiùs hanc immittit, quando damnum & periculum talium cogitationum aduertere facit. Quinta plaga est mortalitas pecudum: Hanc immittit Dominus, quando mortem ad memoriam reducit. Sexta est plaga vesicarum. Hanc immittit Dominus, quando fastus & gloria Mundi displicere incipit. Septima est plaga grandinis. Hanc Dominus immittit, quando remorsum conscientiæ tribuit, vel timorem Iudicij incutit. Octaua est plaga locustarum, quæ saltum habent deciduum. Hanc Dominus immittit, quando casus dignitatum, & honorum considerari incipit. Nona est plaga tenebrarum. Hanc Dominus immittit, quando ignorantiam futuri status, vel finis attendere facit. Decima plaga est mors primogenitorum. Hanc Dominus immittit, quando filios, & filias, & parentes, & quæcunque amantissima adimit; vel quando maiores, & ditiores in Mundo percutit morte, vel morbo, vel tribulatione, aut persecutione alia, vel iaculo prædicationis seu reprehensionis, vel extremæ animaduersionis. Vnde dicit. Qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsque ad pecus, id est, primos, & potentes Mundi, à sapientibus vsque ad idiotas, omnes percutit Dominus sine personarum acceptione. *Sapient.* 6. a.

Mysticè de decem plagis Ægypti.

Audite

† Et miſit *a* ſigna & prodigia in *b* medio tui Ægypte : in *c* Pharaonem & in omnes ſeruos eius. *d* Qui percuſſit gentes multas : & *e* occidit Reges fortes. *f* Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan : & omnia *g* Regna Chanaan. Et *h* dedit terram eorum hæreditatem : hæreditatem Iſraël † populo ſuo : *i* Domine *k* nomen tuum in † *l* æternum : Domine *m* memoriale tuum in *n* generatione & generationem. † *o* Quia iudicabit Dominus † populum ſuum : & in *p* ſeruis ſuis † *q* deprecabitur.

al. † Immiſit. — *al.* † ſeruo. — *al.* † ſæculũ. — *al.* † Quoniam. — *al.* † plebem. — *al.* † plebem ſuam. — *al.* † aduocabitur. — *al.* conſolabitur.

Audite Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, quoniam data eſt poteſtas vobis & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Et *infra*. Horrendè & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriſſimum in his qui præſunt fiet: Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquã Dominus qui eſt omnium Dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam. (*Num.* 25. a. iubentur ſuſpendi Principes Tribuum) Quia potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatio. Sed heu! hodie vicarij Domini, id eſt, Prædicatores, Doctores & Prælati, pecora fortiter percutiunt, id eſt, minores & ſimplices, cum delinquunt; ſed primogenita & homines, id eſt, potentes & ſapientes, etiam cùm grauius deliquerunt, in bona pace dimittunt. Vnde *Ieron.* ſuper illud *Iſa.* 3. c. Rapina pauperum in domo veſtra, dicit, Prælati noſtri temporis cùm minores peccantes publice arguant & confundant, diuitibus peiora peccantibus nec nutum faciunt. Ioannes Baptiſta audacter reprehendit Herodem : *Matth.* 14. a. Et Elias Achab, 2. *Reg.* 18. c. Vnde de ipſo dicitur *Eccleſiaſt.* 48. b. In diebus ſuis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum. 1. *Reg.* 15. a. præcepit Samuel Sauli : Interfice, inquit, à viro vſque ad mulierem, & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & aſinum. *Iſa.* 34. a. Indignatio Domini ſuper omnes gentes, & furor ſuper vniuerſam militiam eorum. Et *infra* b. Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe de ſanguine agnorum & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum.

a Et miſit ſigna & prodigia] id eſt, minores & maiores plagas, quæ ſigna futuris fuerunt.

b In medio tui Ægypte] quia æqualiter omnes puniebantur maiores & minores. Vnde ſequitur.

c In Pharaonem, & in omnes ſeruos eius.] Sic bonus Prælatus & Prædicator nulli parcit, omnes percutit, quia nullum timet. 1. *Reg.* 15. Samuel audacter percuſſit Agag pinguiſſimum Regem Amalech, cui pepercit Saul occiſo vulgo, propter quod offenſus eſt Dominus illi, ita vt auferret ei Regnum. *Eccleſ.* 7. a. Noli quærere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitatem, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. *Ierem.* 48. b. Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine, id eſt, qui prædicando vel corripiendo parcit propter nobilitatem peccato. *Ioſu.* 10. g. Vniuerſos Reges ac regiones eorum vno impetu cœpit atque vaſtauit. Hunc impetum facit Spiritus ſanctus, qui repentè inſilit. *Abac* 3. c. Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum eius vſque ad collum. *Apoc.* 19. c. Ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus. Sequitur.

d Qui percuſſit gentes multas] id eſt, multitudinem peccatorum gentiliter viuentium ſine perſonæ acceptione.

e Et occidit Reges fortes.] *Ioſue* 11. c. Cœpit Reges eorum, percuſſit atque deleuit.

f Seon Regem Amorræorum, & Og Regem Baſan.] Hos percuſſit Moyſes : *Num.* 21. Et poſſedit Regna eorum cùm prohiberent filios Iſrael tranſire per fines ſuos.

g Et omnia regna Chanaan.] Hoc factum eſt ſub *Ioſue* mortuo Moyſe : *Ioſue* 11. 12. 13. & 14.

Myſtic. Myſticè. Per multitudinem gentium intelligitur multitudo peccatorum ſeu peccantium. Per Reges eorum, intelliguntur Dæmones, vel peccata principalia, vel eorũ auctores, qui alios peccare faciunt. Seon interpretatur calor vel germen inutile, & ſignificat luxuriam vel ſpiritum luxuriæ, qui eſt Rex Amorræorum, i. luxurioſorum, qui ſtatim poſt peccatum pœnitent & amaritudine torquentur. Luxuria enim futura cruciat, præſens non ſatiat, præterita non delectat, ſed magis affligit, vt dicit *Boetius.* Og interpretatur congregans vel coaceruatio, & ſignificat auaritiam vel ſpiritum auaritiæ, qui dicitur Rex Baſan, id eſt, confuſionis, quæ debetur auaris, iuxta illud, Opprobrium abundantibus. (*Pſalm.* 122.) *Luc.* 6. c. Væ vobis diuitibus. Chanaan interpretatur poſſidens vel poſſeſſio vel paratus humiliationi, & ſignificat ſuperbiam, vel ſpiritum ſuperbiæ, qui vult omnia poſſidere, id eſt, ſub pede ponere.

Hos percuſſit Dominus in Cruce maximè. Primum, amaritudine dolorum. Secundum, nuditate & paupertate. Tertium humilitate in capitis inclinatione. *Iob.* capitulo decimo ſecundo c. Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & iudices in ſtuporem, baltheum Regum diſſoluit, &c. Sequitur. *h* Et dedit terram eorum, &c.] Terra iſta eſt cœleſtis patria, in qua Dæmones creati fuerunt, quam pro ſua ſuperbia perdiderũt, quam Deus ipſis deiectis dedit fidelibus in perpetuum poſſidendam pacificè, propter quod dicitur hæreditas. *Eccl.* 10. b. Sedes ſuperborum ducum euertit Dominus, & fecit mites ſedere pro eis. Propter quod inuidia concitantur Dæmones contra bonos qui eorum poſſident hæreditatem : Vnde *Sap.* 2. d. Inuidia Diaboli intrauit mors in Orbem terrarum. Pro his factis ſequitur exultatio & laus iuſtorum : Vnde ſubdit.

i Domine] qui malos deieciſti, & bonos potenter ſublimaſti.

k Nomen tuum, id eſt, operatio potentiæ tuæ nominabilis. *l* In æternum] durabit.

m Domine memoriale tuum,] id eſt, factum dignum memoria, ſcilicet, expulſio malorum & ſublimatio bonorum, vel deletio vitiorum & infuſio virtutum, quæ ſignificata eſt in expulſione Gentium & introductione Iudæorum in terram promiſſionis. *Eccl.* 49. a. In omni ore quaſi mel indulcabitur memoria eius. Vel, [memoriale tuum,] id eſt, Altaris Sacramentum, quod traditum eſt in memoriam Dominicæ Paſſionis. 1. *Corinth.* 11. f. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. *Luc.* 22. b. Hoc facite in meam commemorationem : Eſt.

n In generatione & generationem] id eſt, quamdiu durabit generationis ſucceſſio. *Oſea* vlt. c. Memoriale eius ſicut ſignum Libani. *Auguſt.* Duplex eſt generatio bonorum. (*Duplex generatio bonorũ.*) Vna qua renaſcuntur per Baptiſmum. *Ioan.* 3. a. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in Regnum Dei. Altera qua reſurgent. *Matt.* 19. d. In regeneratione cùm ſederit Filius hominis. In vtraque eſt memoriale Dei, quia non eſt oblitus in hac vocare & in illa coronare. Quia verò non eſt breuiata potentia Dei, quin poſſit facere ſicut ſicut fecit, ſubdit cauſam quare nomen eius erit in æternum, & memoria eius ſine fine, dicens. *o* Quia iudicabit,] quaſi dicat, ideo laudabilis eſt, quia iudicabit populum ſuum, in præſenti iudicio diſcretionis, bonos, ſcilicet aſſumendo, & alios reprobando. Vel [iudicabit] in futuro illos condemnando, & alios glorificando. *p* Et in ſeruis ſuis] id eſt, qui ei fideliter ſeruierunt, ſiue de Iudæis, ſiue de gentibus.

q Deprecabitur] vel aduocabitur, vel conſolabitur, in præſenti gratiam conferendo, & gloriam in futuro. *Iſa.* 65. b. Serui mei comedent, ſerui mei bibent, ſerui mei lætabuntur, ſerui mei laudabunt. Nota quod eſt populus multiplex, ſcilicet, ſuperior, inferior, exterior, interior. Superior duplex eſt. Vnus eſt cœtus Angelorum, de quo *Gen.* 25. a. Mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, prouectæque ætatis, congregatuſque eſt ad populum ſuum. (*Populus quadruplex, & quilibet horum duplex.*) Iſte populus inceſſanter laudat Deum, dicens : Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus, &c. (*Iſa.* 6. b. *Apoc.* 4. c.) Alius populus eſt cœtus ſanctorum, de quo *Romanorum* 11. a. Non repulit Dominus plebem ſuam. Et in *Pſalm.* 34. in populo graui laudabo te. Et iſte populus ſimiliter laudat Deum vita, & lingua. Vnde *Pſalm* 88. Beatus populus, qui ſcit iubilationem. Item populus inferior duplex eſt. Vnus eſt conſortium hæreticorum, de quo *Pſalm.* 113. In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo Barbaro. Iſte populus ſemper blaſphemat. Vnde *Roman.* 2. d. Per vos blaſphematur nomen Dei. Alius eſt cœtus dæmonum. Iſte eſt populus Amalech, lingens ſanguinem, id eſt, in peccato gaudens, vel peccatum ſitiens. Item populus exterior duplex. Vnus populus Iudaicus. *Pſalm.* 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Alius gentilis. *Pſalm.* 17. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi. Item populus interior duplex eſt. Vnus cœtus virtutum, de quo *Pſalm.* 93. Populum tuum Domine humiliauerunt. Alius cœtus vitiorum, de quo *Pſalm.* 44. Obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Item duplex populus interior, eſt cœtus actiuorum, & cœtus

& cœtus contemplatiuorum, de quibus *Pſalm.* 7. Synagoga populorum circumdabit te. Hi omnes ſunt populus Dei, quem Dominus iudicat: In præſenti quidem iudicio diſcretionis, de quo *Pſalm.* 42. Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam. Item iudicio correctionis, de quo 1. *Petr.* 3. d. Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. In futuro autem iudicabit tripliciter. Primo iudicio diſceptationis, de quo *Ioel.* 3. c. Conſurgant & aſcendant gentes in valle Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes. Secundò, malos iudicio condemnationis, quando dicet: Ite maledicti: *Matth.* 25. d. De quo *Ioann.* 3. b. Non miſit Deus filium ſuum vt iudicet mundum. Tertio bonos iudicio abſolutionis, quando dicet: Venite benedicti: *Matth.* 25. c. De quo *Deuteron.* 32. e. Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur. *Iſa.* 42. a. Educet in veritate iudicium.

al. † Idola.

† *a* Simulacra gentium argentum & aurum: *b* opera manuum hominum. Os *c* habent & non *d* loquentur: *e* oculos habent & non *f* videbunt. *g* Aures habent *h* & non audient † *i* neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorū. *k* Similes illis fiant *l* qui faciunt ea: & *m* omnes qui confidūt in eis.

al. † Nares habēt & nō odorabunt, os habent & non loquētur. Manus habent, & non operantur, pedes habent, & non ambulabunt.

Secunda pars. *a* Simulacra.] Secunda pars, vbi poſt laudes Dei, idola & eorum cultores irridendo arguit, quia vt dicit Caſſiodorus, ad perfectam laudem veritatis pertinet deſtructio falſitatis. Et licet hæc eadem ſupra in alio Pſalmo dicta ſint, nunc tamen eadem repetit in hoc Pſalmo ad maiorem verecundiam eorum. Dicit ergo [Simulacra gentium] ſunt [argentum & aurum] in materia, in figura verò, ſiue in forma, ſunt.

b Opera manuum hominum.] Materia quidem à natura eſt: forma verò ab hominibus, quæ magis trahit homines ad vanitatem quam materia pretioſa facta à Deo. Vnde *Iſa.* 46. b. Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis, conducentes artificem vt faciat Deum. Quod eſt contra præceptum Domini. *Exod.* 20. a. Non facies tibi ſculptile, neque aliquam ſimilitudinem. Et cùm gentiles haberent ſimulacra lignea & lapidea & ærea, multo plura quam aurea, tamen hæc ponit, vt qui in his erubeſcit, facilius in aliis erubeſcat. Deinde oſtendit figuram membrorum carere officiis, vnde nec hominibus, nec pecoribus poſſunt comparari. Dicit ergo.

c Os habent,] id eſt, figuram oris.

d Et non loquentur] quod eſt proprius actus oris humani. *e* Oculos habent, id eſt, figuram oculorum.

f Et non videbunt,] quod eſt proprius actus oculorum.

g Aures habent,] i. e. figuram aurium. *h* Et non audient,] quod eſt proprius actus aurium. Et cùm dicit, non loquentur, non videbunt, non audient, non actus tantùm, ſed etiam potentia excluditur. Deinde ponit cauſam quare non poſſunt iſtos actus exercere, quia ille artifex qui fecit figuram membrorum non potuit dare ſpiritum qui per illa membra exerceret officia eorum. Et hoc eſt.

i Neque] quaſi dicat, verè non poſſunt loqui, neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum, qui moueat ipſa ad loquendum. Similiter non eſt in aure, nec in oculis. *k* Similes illis fiant qui faciunt ea.] Oſtenſa inutilitate idolorum, prædicit cæcitatem idololatrarum. Et licet imprecari videatur, tamen prædictio magis eſt. Vnde dicit: Similes illis ſimulacris, fiant qui faciunt ea, ad colendum. *m* Et omnes qui confidunt in eis] Quod reuera eſt, quia ſicut illa, nec vident, nec ſentiunt exteriùs, ſic illi nec vident, nec ſentiunt interiùs. Nam ſi viderent, aut ſentirent, vtique perciperent inutilitatem eorum.

Myſticè de cupidis & auaris. *a* Simulacra gentium, &c.] Myſticè, exponitur de cupidis & auaris, qui aurum & argentum, ſcyphos argenteos & cupas aureas adorant vt deos. Vnde auaritia idolorum ſeruitus appellatur: *Eph.* 5. b. Et *Oſe.* 8. a. Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola vt interirent. Quia vt dicitur *Prouerb.* 11. d. Qui confidit in diuitiis corruet. Item *Oſea* 2. b. Argentum multiplicaui eis & aurum, & ipſi fecerunt Baal, id eſt, Deum. Nam ſicut dicitur, quod videre Deum eſt tota merces eius, ſic auarus nihil plus habet de diuitiis ſuis niſi viſum. *Eccleſ.* 5. c. Vbi multæ opes, & multi qui comedunt eas, & quid prodeſt poſſeſſori niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Hæc ſunt idola Laban, id eſt, Mundi, quæ Rachel, id eſt Religio, furata eſt, & abſcondit ſub ſtramento cameli: *Geneſ.* 31. e. *Ierem.* 16. d. Nunquid non faciet homo deos, & certè ipſi non ſunt dij: *Iſa.* 41. g. Vana opera eorum, ventus & inane ſimulacra eorum.

De Prælatis noſtri temporis, qui comparantur idolis. Competentius autem exponitur de Prælatis noſtri temporis, qui idolis ſiue ſimulacris comparantur, imò idola ſeu ſimulacra appellantur. Primò, quia videntur viuere, & non viuunt. Vnde *Apocal.* 3. a. dicit Ioannes cuidam Epiſcopo: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. Secundò, quia videntur eſſe homines & non ſunt. Habent enim ſpeciem, non veritatem, 2. *Tim.* 3. a. Speciem pietatis habentes, veritatem autem eius abnegantes. Tertiò, quia idola auro, & ſerico veſtiuntur, interius autem ſunt lutea vel lignea. *Dan.* 14. b. Ne erres Rex, iſte enim intrinſecus luteus eſt, & extrin

a Simulacra gentium argentum, &c.] Nota ſeriem literæ, & inuenies ſex reprehenſibilia in Prælatis. Primum eſt ſimonia, quod notatur cum dicitur: [Simulacra gentium argentum & aurum,] quaſi, de auro & argenteo fiunt, cum per ſimoniam Prælationem acquirunt. *Oſea* 8. a. Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola vt interirent. Et tales non per oſtium intrant, ſed aliunde aſcenderunt; & ideo fures ſunt & latrones. *Ioann.* 10. a. Qui non intrat, inquit, per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro. Secundum eſt factura hominum, quod notatur cum dicitur.

Nota ſex reprehenſibilia in Prælatis.

b Opera manuum hominum,] quaſi dicat, non ſunt tales opera Dei, ſed hominum. *Oſea* 8. a. Ipſi regnauerunt & non ex me, Principes extiterunt & non cognoui, id eſt, non approbaui. De bonis verò Prælatis, qui canonicè intrant, dicitur in *Pſal.* 101. Opera manuum tuarum ſunt cœli, id eſt, cœleſtes Prælati. Tertium eſt taciturnitas mala, quod notatur cum dicitur.

Mali Prælati tacent propter quatuor.

c Os habent & non loquentur.] Tacent autem huiuſmodi Prælati propter quatuor. Primum eſt mala vita. *Eccleſiaſt.* c. 15. c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Greg.* Iuſto Dei iudicio fit, vt non habeant linguam, qui non habent vitam. Secundùm eſt cupiditas, ſeu receptio munerum. *Deuteronom.* 16. d. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos iudicum, & mutant verba iuſtorum. *Eccleſiaſt.* c. 20 d. Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum. Tertium eſt timiditas. *Iſaia* 10. d. Sicut colliguntur oua quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam & aperiret os & gannitet, id eſt, qui auderet loqui. Ideo dicitur *Eccleſiaſtic.* 7. a. Noli quærere fieri Iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. De Elia dicitur *Eccleſ.* 48. b. In diebus ſuis non pertimuit Principem, & potentia nemo vicit illum. Sic & Ioannes liberè arguebat Herodem, dicens: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. *Marc.* 6. c. Quartum eſt ignorantia. *Iſaia* 56. d. Speculatores tui cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti non valentes latrare. Ignorantia verò non ſolùm linguam impedit, immò & manum, vt ignorans nec loqui rectè, nec operari bene ſciat. Ideo dicitur *Zachar.* 11. d. O paſtor & idolum. Et *infra.* Brachium dextrum eius ariditate ſiccabitur, oculus eius tenebreſcens obſcurabitur. Quartum quod reprehenſibile eſt in Prælatis, eſt defectus ſcientiæ, quod notatur cùm dicitur.

e Oculos habent & non videbunt.] *Oſea* 4. b. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam à te & ego, ne Sacerdotio fungaris mihi. Quintum eſt inobedientia, quod notatur cum dicitur.

g Aures habent & non audient.] *Ierem.* 7. f. Non audierunt me, nec inclinauerunt aures ſuas. *Iſaia* 42. c. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Et oſtendit qui ſint cæci & ſurdi, ſubdens: Quis cæcus niſi ſeruus meus? & quis ſurdus niſi ad quem nuncios meos miſi? Et *inf.* Qui vides multa, nonne cuſtodies? & qui apertas habes aures, nonne audies? Sextum reprehenſibile eſt, quia non loquuntur huiuſmodi Prælati de ſpiritualibus, ſed ſemper de temporalibus vel carnalibus, quod notatur *ibi.*

i Neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum] id eſt, verba ſpiritualia. *Ioan.* 3 d. Qui de terra eſt, de terra loquitur. *Iſa.* 29. a. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quaſi Phytonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit. *Ierem.* 10. c. Non eſt ſpiritus in eis, vana ſunt, & opus riſu dignum. Sequitur. *k* Similes fiant illis] in culpa & in pœna. *l* Qui faciunt ea] id eſt, qui tales eligunt Prælatos. *Sap.* 14. a. Per manus quod fit idolum maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: ille quidem quia operatus eſt; illud autem cum eſſet fragile, Deus cognominatus eſt. *m* Et qui confidunt in eis.]

ꝺ extrinsecus æreus, & neque comedit aliquando. Quartò, quia idola non intendunt, nec cogitant de profectu suorum, sic nec Prælati. Vnde *Baruch* 6. b. Habent in manu gladium & securim, id est auctoritatem & potestatem iudiciariam, se autem à bello & a latronibus non liberant, multo minus alios. Item Deus ordinauit: Et talis est ordo naturæ, quod superiora intendunt, & prouident inferioribus, & non econuerso. Vnde de cœlorum beneficio fit generatio & pulchritudo & fertilitas omnis in terra, in aqua, in aere: Sic deberet esse in hominibus, quod Prælati prouiderent & intenderent subiectis. Propter quod dicitur *Iob* 38. d. Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra. Quia igitur superiores constituti sunt Prælati, & inferioribus nec prouident nec intendunt, merito idolis comparantur, quibus nihil est simile in natura. 1. *Cor*. 8. a. Scimus, quia nihil est idolum in Mundo, & quod nullus est Deus nisi vnus. Item secundùm ordinem naturæ superiora nihil recipiunt ab inferioribus, sed econuerso inferiora a superioribus: Sic Prælati qui sunt superiores non deberent à subditis aliquid recipere, sed potius eis dare. 2. *Cor*. 12. e. Non quæro vestra, sed vos: Non enim filij debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Item idola prostant, id est, pro quæstu stant, sic & huiusmodi Prælati. Sed aliter, quia idola seu simulacra stant pro quæstu ad opus Ecclesiarum, vel pontium, vel calciatarum, Prælati vero ad opus nepotulorum vel consanguineorum, vel ad faciendum expensas superfluas. Præterea simulacra non extorquent, sed quod sponte datur accipiunt; Prælati vero vi extorquent. Vnde *Mich*. 3. b. Hæc dicit Dominus, super Prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis & prædicant pacem: Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Et *infra* c. Audite Principes domus Iacob, & Iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate: Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. *Suprà eod*. a. Audite Principes Iacob & Duces domus Israel; Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnes eorum desuper ossibus eorum. 1. *Tim*. 6. b. Æstimantes quæstum esse pietatem: Qui dicunt hoc esse ius eorum. Item idola adorantur, & tamen iuuare non possunt, sic Prælatis hic genua incuruantur, & nullum iuuant. *Sap*. 13. d. Non erubescit loqui cum eo qui sine anima est, & pro sanitate infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

a Domus Israël *b* benedicite † Domino: *c* domus Aaron *d* benedicite † Domino. *e* Domus Leui *f* benedicite † Domino: *g* qui timetis Dominum *h* benedicite † Domino. *i* Benedictus *k* Dominus ex *l* Sion: *m* qui habitat in Ierusalem. *Alleluia.*

al. † Dominum.
al. † Dominum.
al. † Dominum.
al. † Dominum.

* in eis.] *Isa*. 42. c. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, vos dij nostri. *Osea* 9. c. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. *Sap*. 15. b. Digni sunt morte qui spem habent in talibus, & qui faciunt eos, & qui colunt. *Psal*. 96. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Sequitur:

a Domus Israel, &c.] Tertia pars, vbi post idolorum destructionem, monet ad laudem Dei primò clericos, *ibi*: Domus Israel, &c. Secundò Prælatos, *ibi*: Domus Aaron, &c. Tertiò claustrales, *ibi*: Domus Leui, &c. Quartò laicos, *ibi*: Qui timetis Dominum, &c. Dicit ergo.

a Domus Israel] id est, vos Clerici qui Deum videtis in creaturis. *Rom*. 1. c. Inuisibilia enim ipsius à creatura, &c. Item in Scripturis. *Ioann*. 5. f. Scrutamini scripturas. Item in fide. 1. *Cor*. 13. d. Videmus nunc per speculum, &c. Item contemplatione. *Psalm*. 33. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.

b Benedicite Domino] vitâ & linguâ. *Suprà Psal*. 62. Benedicam Dominum in vita mea. *Dan*. 3. f. Benedicat Israel Dominum. *Eccl*. 39. b. Benedicite Dominum in omnibus operibus suis, date nomini eius magnificentiam.

c Domus Aaron] id est, vos Prælati, montes fortitudinis, vel montani, id est, fortes & alti.

d Benedicite Domino] linguâ & vitâ, quia benedictio linguæ non sufficit nisi adsit & benedictio vitæ. *Eccl*. 34. d. Vnus ædificans & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem audiet Dominus? *Dan*. 3. f. Benedicite Sacerdotes Domini Domino.

e Domus Leui] id est, vos claustrales, consilia præceptis addentes.

f Benedicite Domino] laudabiliter conuersando. 1. *Paral*. 16. a. Constituit Dauid coram arca Domini de Leuitis qui ministrarent & recordarentur opera eius, & glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israël. 1. *Paral*. 15. a. Illicitum est vt à quocunque portetur Arca Domini nisi à Leuitis. *Ezech*. 40. g. Isti sunt filij Sadoch qui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt ministrent ei.

g Qui timetis Dominum] filiali timore.

h Benedicite Domino] vitâ magis quàm linguâ. *Eccl*. 2. b. Qui timetis Dominum credite illi. *Ierem*. 4. d. Benedicent eum gentes, ipsúmque laudabunt. Ad hoc autem quòd aliquis dignè laudet Deum, duo exiguntur præcipuè, scilicet humilitas. Vnde *Dan*. 3. f. Benedicite Sancti & humiles corde Domino. Item puritas. *Eccl*. 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Item duo præcipuè excitant ad laudandum Deum, scilicet aduersitas. Vnde *Dan*. 3. e. Tres pueri laudauerunt in camino ignis. Item bona societas. Vnde & Petrus inter Apostolos laudauit: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui: *Matth*. 16. c. Et Saul inter Prophetas prophetauit. 1. *Reg*. 10. c. Econtrario retrahit a laude prosperitas. Vnde & Petrus inter garriores Christum negauit in domo Principis: *Matth*. capitulo 26. g.

i Benedictus.] Propheta inter gradus Ecclesiæ inuitauit ad laudandum Deum, scil. Clericos, Prælatos, Claustrales, & laicos. Et quia perfecti Magistri est facere quod alios facere docet: Ideo nunc & ipse facit quod monuit, dicens: Benedictus, id est, omni laude dignus est.

k Dominus] a quo omnia bona proueniunt.

l Ex Sion] veniens, id est, ex Iudæis natus. *Ioan*. 4. c. Salus ex Iudæis est.

m Qui habitat,] id est, habitauit.

n In Ierusalem] ad literam, vbi multa pericula fecit. *Baruch* 3. d. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. *Mich*. 4. c. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet, & veniet potestas prima Regum filiæ Ierusalem. Vel iuxta nominum interpretationes: Sion enim interpretatur speculum vel speculatio, & significat Ecclesiam Militantem, quæ nunc videt Deum per speculum in ænigmate, vt dicitur 1. *Cor*. 13. d. Et à longè speculatur patriam, vt dicitur *Hebr*. 11. c. Ierusalem vero interpretatur visio pacis, & significat Ecclesiam Triumphantem, vbi manifestè videtur Dominus, quæ visio facit pacem omnimodam in vidente, quia Deum videre est beatitudo hominum & Angelorum. *Ioann*. 17. a. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Dicit ergo.

i Benedictus] id est, omni laude prosequendus:

k Dominus] Trinitas Deus:

l Ex Sion] id est, ab Ecclesia Militante, quæ modò laudat quæ non videt, sed videre sperat.

m Qui habitat in Ierusalem] id est, in Ecclesia Triumphante, vbi nullus inquietat. *Tob*. capitulo decimo quarto b. Relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt eam, & gaudebunt in ea omnes Reges terræ, id est, qui bene se rexerint in terra, adorantes Regem Israël. *Eod*. 13. d. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius Dominus Deus noster: Beatus ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem.

EXPOSITIO PSALM. CXXXV.

Confitemini Domino.] Iste Psalmus totus est de laudibus Dei, vbi multa laudabilia dicuntur. Sed maxime hic Dei misericordia commendatur. Vnde cum diuersa sint initia versuum, finis vnus est omnium, quia quicquid hic dicitur, ad misericordiam Dei refertur, per quam subsistunt omnia opera eius quæ hic recitantur. Quanta autem sit virtus huius psalmi, ostenditur 2. *Paralipom*. 5. d. vbi legitur, quod cum filij Israël laudantes Dominum decantassent: Confitemini Domino quoniam bonus, &c. statim impleuit gloria templum Dei. In quo ostenditur quàm præsens sit Dei gratia purè cantantibus Psalmum istum. Titulus autem huius psalmi est [Alleluia.] Quod interpretatur laudate inuisibilem. Intentio monet omnes ad laudem Dei. Modus.

Psalmus CXXXV.

Partitio Psal. Tripartitus est Psalm. Primum, magnificentiam Dei, & totius Orbis conditionem exponit. Secundò dicit, quæ Dominus fecit in Ægypto, in gente Iudæorum, in figura populi Christiani. Siquidem omnia contingebant illis in figura, vt dicitur 1.*Cor.*10.c.*ibi*: Qui percussit. Tertiò de beneficiis exhibitis Christianis agit, *ibi*. [Et dedit terrā, &c.] Inuitans igitur ad laudem Dei omnes communiter, dicit.

a Confitemini tripli ci confessione, scil. peccati, laudis, fidei. *b* Domino] Deo æterno. *c* Quoniam bonus] est, quia ab ipso fluit omne bonum ad nos. *Iac.*1.c. Omne datū optimū, & omne donū perfectū, &c. Et verè bonus. *d* Quoniā in æternū] id est, sine fine est. *e* Misericordia eius] quia hic peccata condonat, & ibi sine fine coronat. Hic dat gratiā, ibi gloriā. Hic incipit, ibi perficit. Est ergo duplex effectus misericordiæ diuinæ. Primus in terra, secundus in cœlo. De primo dicitur. Misericordiâ Domini plena est terra. De secundo. Domine in cœlo misericordia tua. De vtroque. Mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Dicitur autem misericordia, quasi miseriam cordis demens pergratiam iustificationis, vel consolationis. Item dicitur misericordia, quasi mittens seorsum rigorem cordis per pœnæ debitæ mitigationem. Item dicitur misericordia, quasi mira suauitate rigans cor per consolationem, & miseriæ amotionem. Item tripliciter diuiditur misericordia Dei alio modo. Nam est misericordia liberans à culpa, & dicitur spatiosa, quia cor peccatoris, quod erat in angustia ponit in amplitudine. *Psal.*30. Saluasti de necessitatibus animam meam; nec conclusisti me in manus inimicorum meorum, statuisti in loco spatioso pedes meos. *Prou.*18. c. Donum hominis dilatat viam eius. Et de hac propriè intelligitur illud: Domine in misericordia tua viuifica me. Item est misericordia liberans à miseria, & dicitur speciosa, de qua dicitur *Eccl.*35. d. Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Item est misericordia liberans ab omni corruptione, & pœna in generali resurrectione, & dicitur preciosa, quia tunc reddetur homini precium laboris sui. De hac dicitur in *Psal.*88. Misericordia ædificabitur in cœlis. Bonus est ergo Dominus, quia hanc triplicem misericordiam impendit hominibus. Et ideo debent ei confiteri, i. ad honorem eius. Primò, confessione peccati, quæ purificat hominem, de qua. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Et tanguntur hic sex conditiones, quæ perficiunt confessionem. Prima est, quòd sit voluntaria, sicut peccatum fuit voluntarium, quod notatur *ibi*. Dixi, id est, sponte proposui. Secunda est, quòd sit præmeditata, quod notatur per coniunctionem præteriti, & futuri, scil. Dixi confitebor. Tertia est, quòd sit integra, quod notatur per verbi compositionem, confitebor, id est, simul omnia corde, & ore fatebor. Quarta est, quod sit accusatoria, quod notatur *ibi*, aduersum me. Quinta est, quod sit propria, quod notatur *ibi*, iniustitiam meam. Sexta est, quod sit recta, id est, ad honorem Domini, & in spe veniæ, quod notatur *ibi*, Domino. Et talis confessio est efficax. Vnde sequitur; Et tu remisisti impietatem peccati mei. Secundò, debent confiteri confessione laudis, quæ sequitur illam, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.*15. c. De hac dicitur *Isa.*51. a. Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te. Tertiò, debent confiteri Domino confessione fidei, de qua *Rom.*10. b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē. Deinde ostēdit Propheta magnificentiā eius cui confiteri monet. Vnde subdit. *f* Confitemini] triplici dicta confessione. *g* Deo] id est, ad honorē Dei. *h* Deorum] id est, hominum iustorum, qui dicuntur dij adoptione *supra*. Ego dixi dij estis, & filij Excelsi omnes. *Ioan.* 10. g. Si illos dicit Deos ad quos sermo Dei factus est, &c. Vel] Deorum] id est, Prælatorum, qui dicuntur dij potestate, vel nominatione. *Exod.*22. d. Diis tuis non detrahes. *Exod.*7. a. Constitui te Deum Pharaonis, id est, dedi tibi potestatem super Pharaonem, & reuerentiam. Vel, [deorum] id est idolorum, & dicuntur dij nuncupatione. *Psal.*95. Omnes dij gentium Dæmonia, 1. *Paral.*16. c. Omnes dij populorum idola, Dominus autem cœlos fecit. *Ier.*10. b. Dij qui non fecerunt cœlum, & terrā, pereāt de terra. De omnibus illis potest intelligi, quod dicitur [Deo Deorum.] Nam super omnia habet potestatem Deus, qui solus verè est Deus, 1. *Cor.*8. b. Etsi sunt, qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, siquidem sunt dij multi, nobis tantum vnus Deus est, qui alios iudicat. Vnde *Psalm.* 81. Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.

Margin notes (left): Partitio Psal. — al. † sæculū. — al. † fecit. — Effectus misericordiæ duplex. — Psal.m.32. — Psal.m.35. — Psalm.30. — Triplex misericordia. — Psalm.118. — Psalm.32. Nota ex quæ perficiunt confessionem. — Psal.81.

PSAL. CXXXV.

a Onfitemini *b* Dño *c* quoniam bonus, quoniam in † *d* æternum *e* misericordia eius. *f* Confitemini *g* Deo *h* deorū, quoniā. *i* Cōfitemini *k* Domino *l* dominorū, quoniā. *m* Qui † facit mirabilia magna solus, quoniam.

i Confitemini] peccata, laudes, fidem.
k Domino] id est, ad honorem Domini.
l Dominorum] id est, qui dominantur aliis dominis, qui sunt domini secundum quid, ipse autem Dominus est simpliciter omnium. *Esther* 13. c. Dominus Deus Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, tu fecisti cœlum, & terram, & quicquid cœli ambitu continetur; Dominus omnium es, nec est, qui resistat Maiestati tuæ. *Apoc.*19. c. Habet scriptum in vestimento suo, in femore eius, Rex regum, & Dominus dominantium. *Deut.* 10. d. Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, & Dominus dominantium. *Eph.*4. b. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma.
m Qui facit.] Ostendit Propheta, quod ipse est Deus deorum, & Dominus dominorum per opera sua, quæ ipse solus facit, & nullus alius potest per se facere. Nam etsi sancti miracula inueniantur fecisse, & Magi Pharaonis mirabilia, tamen non sua virtute, sed aliena hoc fecerunt. Et natura opera sua facit virtute diuina, non sua tantùm. Vnde *Ioan.*15. a. Sine me nihil potestis facere. Igitur illi soli confitemini, qui facit virtute propria, non mutuata.
n Mirabilia magna solus] non indigens auxilio aliorum. *Deut.* 10. d. Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui. *Iob* 9. b. Qui facit magna, & inscrutabilia, quorum non est numerus. Magnum, & mirabile est, quod fecit cœlum, & terram, &c. elementa de nihilo. *Gen.*1. a. Magnum, & mirabile est, quod fecit hominem de limo terræ, & fœminam de costa eius. *Gen.*2. Magnum, & mirabile fuit inundatio diluuiij. *Gene.*7. Diuisio maris rubri. *Exod.* 14. e. Et Iordanis retrorsum conuersio. *Iosue* 3. d. Magna, & mirabilia sunt miracula, quæ fecit in Euangelio, scil. illuminatio cæcorum, curatio leprosorum, suscitatio mortuorum. Magnum, & mirabile fuit, quod pauit de quinque panibus quinque millia hominum. *Ioan.*6. b. Magnum, & mirabile, quod quotidie facit de vno grano putrido centum, vel mille recentia nasci. Inter omnia maius, & mirabilius ēst, quod fecit Deum hominem, virginem matrem, cor humanum credere hoc. Hæc est fides, quæ iustificat peccatores; propter hoc dicitur *Apoc.* 15. b. Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus. Et *Eccl.* 43. d. Ipse enim Omnipotens super omnia opera sua, terribilis, & magnus Dominus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Et sciendum, quod sicut in fine omnium versuum ponitur vbique, [quoniam in æternum misericordia eius,] sic in principio omnium subaudiendum est, licet non sit positum. [Confitemini Domino,] vt dicit *August.* Vnde sensus est. [Confitemini Domino] qui facit mirabilia magna solus.

Margin note (right): Mirabilia magna solius Dei.

Mysticè. *a* Confitemini Domino] id est, laudate Dominum, i. e. laudabilem prædicate, duplici ex causa, scil. *c* Quoniam bonus] est, bona sua, scil. bona naturæ, bona fortunæ, bona gratiæ conferendo, & bona gloriæ promittendo confitentibus.
d Quoniam in æternum, &c.] peccata dimittendo, à pœna eripiendo, supra meritum remunerando, citra meritum puniendo. Has duas causas ponit Propheta, vt in eis studeamus imitari Deum, scil. in bonitate nostra communicando, & in misericordia iniurias dimittendo, miseris subueniendo. *Matth.*5. g. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, qui Solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. *Luc.*9. e. Date mutuum nihil inde sperantes, & eritis filij Altissimi. Et *infr.* Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.
f Confitemini Deo] Creatori, formatori, glorificatori.
h Deorum.] i. e. Angelorum, qui participatiuè dij dicuntur. *i* Confitemini Domino,] factori, & remuneratori.
l Dominorum] i. Apostolorum, & Prælatorum, qui debent peccatoribus dominari. *Genes.* 6. d. Crescite, & multiplicamini, & repleteterram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Bonis autem non debet dominari, sed magis subiici, vt dicit *Augustin.* 1. *Petr.* 5. a. Neque vt dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo. *m* Qui facit mirabilia magna solus] quia mortem moriens superauit, & vitam resurgens reparauit. Et per hoc fidelibus spem vitæ

æternæ,

a lia magna ſolus] & ideo, confitemini Domino. Et ſic per omnes verſus eſt faciendum. Ergo ſecundum *Auguſt.* hæc clauſula, quoniam in æternum, eſt de quolibet verſu. Vnde Mònachi, qui dicunt eam in quolibet verſu, bene faciunt. Solus autem Deus dicitur mirabilia facere, quia, & ea, quæ facit miniſterio hominum, vel Angelorum, ipſe ſola ſua virtute facit. Quædam etiam magna facit ipſe ſine miniſterio alicuius, de quibus ſubditur.

a Qui fecit cœlos in *b* intellectu, quoniam. *c* Qui firmauit terram *d* ſuper aquas, quoniam. *e* Qui fecit *f* luminaria magna, † quoniã *g* Solem in poteſtatem diei, quoniam. *h* Lunam, & ſtellas in *i* poteſtatẽ noctis, quoniam.

Qui fecit cœlos] id eſt cœlos intelligibiles, ſcil. cœlum Empyreum, quod licet corporeum ſit, tamen tantæ eſt ſubtilitatis, vt a mortali videri non poſſit. Et dicit pluraliter, cœlos, licet vnum ſit Empyreum, propter multitudinem contentorum. Item, qui fecit cœlos, Aereum, Igneum, Æthereum, Sidereum, Cryſtallinum, Empyreum. *b* In intellectu,] id eſt, in præſentia ſua. *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum, & terram. *Pſalm.* 103. Omnia in ſapientia feciſti. Item, qui fecit cœlos, Sidereum, & alios inferiores. In intellectu, Angelico. Tribus enim modis fecit Deus res, ſcilicet in præſentia ſua, in cognitione Angelica, in ipſa natura.

c Qui firmauit terram.] Contra *Iob* 26. b. Qui appendit terram ſuper nihilum. Non ergo fundata eſt ſuper aquas. Item terra infimum locum tenet, ergo aqua eſt ſuper terram, non terra ſuper aquas. Item *Pſalm.* 103. Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, id eſt, non ſuper aliud fundamentum. *Gloſ.* ſuper, ponitur pro iuxta, ſicut dicitur Pariſius ſita ſuper Sequanam, id eſt, iuxta. Vel ideo firmari ſuper aquas dicitur, quia quantumcunque fodiatur in terra, ſemper reperitur aqua. Igitur omnes creaturas per ſe fecit Dominus ſine miniſterio alterius, quarum aliquas excellentiores ponit, vt per illas omnia alia intelligantur, ſcilicet intelligibiles cœlos, & viſibilem terram. Sed quia ſunt viſibiles cœli per luminaria, totum corpus cœleſte dans intelligere, ſubdit. *e* Qui fecit luminaria,] ſc. Solem, & Lunam. Ad quid autem fecerit ea, ſubdit. *g* Solem in poteſtatem,] id eſt, vt eſſet lux illuminans diem. *Auguſt.* Sol eſt poteſtas diei quo omnia declarantur. *h* Lunam, & ſtellas,] i. vt poſſent noctem illuminare, & animalia, quæ de nocte paſcuntur, & homines, qui de nocte aliquando ambulant, vel nauigant. Item per cœlos intelligit Propheta cœleſtem Machinam, quæ eſt ſupra Firmamentum. Per terram intelligit quatuor elementa, & omnia quæ ex his facta ſunt. Per luminaria intelligit media. Et eſt ſenſus.

a Qui fecit cœlos] id eſt, cœleſtem Machinam, vel ſpiritualem creaturam. *b* In intellectu] ſuo, i. in ſapientia ſua, non edoctus ab alio, nec ſecutus exemplum alterius. *c* Qui firmauit] i. firmiter fecit. *d* Terram ſuper aquas] i. iuxta aquas. Repete, in intellectu ſuo, i. in ſapientia ſua, non inſtructus ab alio, ſicut ſup. *e* Qui fecit] ſimiliter, in intellectu, id eſt, in ſapientia ſua. *f* Luminaria magna] i. Solem, & Lunam. *Gen.* 1. b. Et fecit, in intellectu, i. in ſapientia ſua. *g* Solem in poteſtatem, id eſt, vt poteſtas eius in die eſſet, & appareret calefaciendo, & illuminando. *h* Lunam, & ſtellas] fecit ſimiliter, in intellectu, id eſt, in ſapientia ſua. *i* In poteſtatem,] id eſt, vt poteſtas earum in nocte eſſet & appareret.

Myſticè. a æternæ, & audaciam pariter, & exemplum non timendi mortem tribuit. *Ioan.* 13. b. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Iudic.* 7. e. dixit Gedeon, i. Chriſtus ſociis ſuis. Quod me facere videritis faciatis, habens in dextera tubam, id eſt, prædicationem pro æternis, & in ſiniſtra lagunculam, id eſt, corpus aduerſitati expoſitum, in quo erat lux Diuinitatis, quæ apparuit in fractione lagunculæ, id eſt, in Paſſione, (*Matt.* 17. f.) quia tunc monumenta aperta ſunt, & petræ ſciſſæ, & Sol obſcuratus. Similiter fecerunt ſocij eius, id eſt, Apoſtoli, & Martyres; qui tradiderunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia *Iſa.* 63. a. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum.

Sancti dicuntur cœli. a Qui fecit cœlos] id eſt, viros Sanctos, qui dicuntur cœli. Primò, quia cæla Helios. 1 *Cor.* 3. d. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Secundò, quia celant nobis ſecreta Dei. *Matth.* 13. b. Vobis datum eſt noſſe myſterium. *Tob.* 12. b. Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt. Tertiò, quia habent celaturam Chriſti. *Gal.* 6. d. Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Quartò, quia ornati diuerſis ſideribus, id eſt virtutibus. *Gen.* 15. b. Numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum. Quintò, quia alti per conuerſationem. *Phil.* 3. d. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Sextò, quia concaui per humilitatem, *inf.* In humilitate noſtra memor fuit noſtri. Septimò, quia clari per continentiam, per doctrinam, per bonam famam. *Phil.* 2. b. Sitis ſinceri ſine querela, ſimplices filij Dei ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo. *Matt.* 5. b. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona. Item *in eod.* Vos eſtis lux mundi. *Dan.* 12. b. Qui docti fuerint, fulgebunt, quaſi ſplendor Firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudierint multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. De his cœlis dicitur: Laudate eum cœli cœlorum. (*Pſal.* 148.) Item, Cœli enarrant gloriam Dei. (*Pſal.* 18.) Hos fecit Deus. *b* In intellectu,] i. intellectuales, non carnales. Intellectus enim ſeparatus eſt à carne, quia non vtitur ea vt inſtrumento; ſicut ſenſus. *Pſal.* 103. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. *Eccl.* 47. a. Surrexit Nathan Propheta in diebus Dauid, & quaſi adeps ſeparatus eſt à carne. Vel, in intellectu, i. vt intelligerent. *Luc.* 24. g. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt Scripturas. *Prou.* 14. d. Acceptus eſt Regi miniſter intelligens. *Iſa.* 44. d. Ego ſum Deus faciens omnia, extendens cœlos ſolus. *c* Qui firmauit terram,] i. firmiter ſtabiliuit Eccleſiam. *d* Super aquas,] diuerſarum gentium. *Apoc.* 17. d. Aquæ multæ, populi multi. Item, ſuper aquas, doctrinarum. *Prouerb.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Item, ſuper aquas, carnalium concupiſcentiarum, vel temporalium diuitiarum, vt eas ſuppeditet, & conculcet. *Iob* 12. c. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur, & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram, i. Eccleſiam, vel fidelem animam. Item, ſuper aquas, tribulationum, vt non timeat eas. *Gen.* 7. c. Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra. Vel, ſuper aquas, Baptiſmi, i. ſuper fidem, quæ datur in Baptiſmo, quæ eſt fundamentum ſuper quod Eccleſia eſt fundata. *ſup.* Domini eſt terra, & plenitudo eius, Orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo, quia ipſe ſuper maria fundauit eam, &c. (*Pſalm.* 23.) 1. *Cor.* 3. b. Vt ſapiens architectus fundamentum poſui, ſcil. fidem Chriſti. Dicitur autem Eccleſia terra. Primò, propter ſtabilitatem. *Eccleſ.* 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat. *Pſal.* 103. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi. (*Eccleſia dicitur terra.*) Secundò propter fertilitatem. *Iſa.* 4. a. Erit fructus terræ ſublimis. Et quantò plus teritur, tantò plus fertilis efficitur. *Exo.* 1. b. Filij Iſrael quantò plus opprimebantur, tantò magis creſcebant & multiplicabantur. Quid mirum? Aurum enim in fornace purius efficitur; & arca Noë aquarum multiplicatione eleuatur. Tertiò, propter firmitatem. *Ierem.* 1. d. Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & murum æneum. Quartò, propter ariditatem. *Gene.* 1. a. Vocauit aridam terram, i. omni humore malo carentem. (*Pſalm.* 94.) *ſupra.* Et aridam formauerunt manus eius. Quintò, propter inferioritatem. Omnibus enim elementis inferior eſt. Sic Eccleſia ſemper in maioribus ſuis locum inferiorem eligit. *Eccl.* 3. c. Quantò magnus es, humilia te in omnibus. Sextò, quia mari vndique circundatur. Vnde *Iob* 17. a. in perſona Eccleſiæ; In amaritudinibus moratur oculus meus. Et *Matt.* 14. d. Nauicula Petri fluctibus agitatur tota nocte, ſed non ſubmergitur. Septimò, quia terra omnes cadentes ſuſcipit vndecunque cadant. Sic Eccleſia nulli claudit gremium. *Iſaia* 60. c. dicitur ad Ieruſalem. Portæ tuæ aperientur iugiter, die ac nocte non claudentur. Vnde, & Sponſus Eccleſiæ dicit *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, &c. Sequitur. *e* Qui fecit luminaria] Apoſtolos, Martyres, Prælatos, Doctores, Prædicatores, qui vitâ, & doctrinâ totum Mundum illuminant cum boni ſunt, ſed multi patiuntur eclypſim, *Matth.* 5. b. Vos eſtis lux Mundi *Eccl.* 43. b. Mundum illuminans in excelſis Dominus. *Phil.* 2. b. Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes.

g Solem in poteſtatem] fecit, ſc. Sol fons eſt totius caloris, & totius ſplendoris. Et dicitur Sol, quaſi ſolus lucens, quia ipſo lucente alia luminaria non apparent. Et per hoc ſignificat Chriſtum, qui eſt fons, & origo omnis boni, & ſolus per ſe lucet. *Matt.* 10. c. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Hic factus eſt. (*Per Solem Chriſtus intelligitur, per Lunam B. Virgo intelligitur, & per Stellas Angeli.*)

i In poteſtatem] quia ipſe ſolus diem gratiæ, ſiue iuſtitiæ facit in bonis quos iuſtificat, & illuminat. Et fecit.

h Lunam, & ſtellas.] Per Lunam intelligo Mariam, quæ poſt Solem plus habet luminis. *Eccl.* 43. a. A Luna ſignum diei feſti, luminare, quod minuitur in conſummatione. Per Stellas intelligo Angelos. *Eccleſ.* 43. b. Species cœli, gloria Stellarum. Hanc, & hos fecit Dominus.

al. † ſolus

i In potestatem,] id est, vt per eos ignorantia Mundi illuminari posset, vel vt super peccatores haberent potestatem, vel vt peccatores per eos haberent posse aliquod bonum faciendi, vel ad Dominum reuertendi. De isto Sole dicitur *Amos* 8.c. Occidit Sol in meridie, ad literam, circa sextam horam occubuit Dñs in Cruce. *Apoc.* 6.d. Factus est Sol niger, sicut saccus cilicinus. De Luna dicitur ibidem, scilicet *Apoc.* 6. d. Et Luna tota facta est sanguis prae dolore filij sui quem vidit in Cruce mori. Vnde Simeon prophetando dixit ei, *Luc.* 2.e. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. De stellis dicitur *Apoc.* 12. a. Quòd Draco cauda sua traxit de coelo tertiam partem stellarum, id est, magnam partem Angelorum. De his tribus simul dicitur. *Ierem.* 31. f. Dat Solem in lumine diei; ordinem Lunae, & stellarum in lumine noctis. Diuersitas ergo luminarium in coelo est diuersitas Sanctorum in Ecclesia. *Ephes.* 4.c. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum. Secundum *Aug.* per luminaria significantur virtutes, & dona, quae illuminant animam, & decorant. Per Solem intelligitur donum sapientiae, & virtus charitatis, quia sicut Sol inter luminaria praeeminentiam habet, sic inter dona, sapientia, & inter virtutes, charitas. Hoc fit in potestatem diei, quia per haec duo fit anima dies, id est clara in cognitionem, & feruida in amorem coelestium. Per Lunam intelligitur donum scientiae, & per stellas alia dona, & virtutes, quae ad inuicem differunt in claritate, sicut stellae, vt dicitur 1. *Cor.* 15. f. Haec facta sunt in potestatem noctis, quia per haec docetur regnum vitae temporalis. Et hoc est, quod ait Apostolus 1. *Cor.* 12. b. Alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij autem sermo scientiae secundùm eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in vno spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonum. Haec autem operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis provt vult.

Diuersitas luminarium in coelo diuersitas est Sanctorum in Ecclesia.

a Qui percussit Ægyptum b cum † primogenitis eorum, quoniam. c Qui eduxit Israel † de medio eorum quoniam. In d manu potenti, & † brachio excelso, quoniam. e Qui diuisit mare rubrũ in f diuisiones, quoniã.

al. † primitiuis.
al. † per medium.
al. † forti.

a Qui percussit.] Secunda pars, vbi dicitur, quae fecit Dñs Ægyptiis, & Iudaeis. In praecedenti autem parte ostensum est, quae fecit Dominus per se, in hac ponuntur, quae fecit per Angelos, vel per homines. Et vtraque faciunt ad ostensionem magnificentiae Dei. Confitemini igitur illi, qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, id est, Ægyptiorum. Ad suppositum enim fit relatio. *Exod.* 12.d. c Qui eduxit Israel, &c.] i. Ægyptiorum. d In manu potenti,] id est, in ostensione potentiae suae, in forti percussione Ægyptiorum. e Qui diuisit mare rubrum;] non quòd aqua sit rubea, vel rubra, sed littora eius. f In diuisiones,] duodecim pro numero Tribuum, vt quaelibet Tribus haberet viam suam ad transeundum citius, & expeditius, quam si omnes transirent per eandem viam.

Ad literam. Secunda pars.

▲ Et eduxit Israel.

Mysticè: a Qui percussit Ægyptum, id est, Mundum tenebris peccatorum, & ignorantiae obuolutum, & moerore miseriae confectum. Hoc enim significat interpretatio Ægypti.

Mysticè Dominus percussit Aegyptũ, id est Mũdũ, cum primogenitis suis, scilicet tribus peccatis principalibus.

b Cum primogenitis eorum,] quae sunt luxuria, auaritia, superbia, quae sunt radices omnium peccatorum. 1. *Ioann.* 2. c. Omne quod est in Mundo, est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbiae vitae. Superbiam percussit Dominus Regnum respuendo. *Ioann.* 6. b. Iesus cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum & facerent Regem, fugit in montem. Pedes discipulorum lauando. *Ioann.* 13. a. Humilitatem docendo: *Matthaei* 11. d. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Tentari sustentando. *Matth.* 4. a. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Carnem assumendo, de paupere foemina nascendo: *Matth.* 1. a. In cruce moriendo. *Matth.* 27. f. Iesus iterum clamans voce magnâ, emisit spiritum. Auaritiam percussit nihil in Mundo possidendo. *Matth.* 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres coeli nidos, Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. *Ioann.* 14. d. Venit Princeps Mundi huius, & in me non habet quicquam. Item omnia relinquere consulendo. *Matth.* 19. c. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quae habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Item diuitibus comminando. *Luc.* 6. d. Vae vobis diuitibus. Item pauperes commendando. *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu. Item diuitias spinas vocando. *Matth.* 13. c. Item nudus in cruce moriendo. *Matth.* 27. f. Luxuriam percussit, mundiciam custodiendo, quia virgo fuit. Item Matrem virginem eligendo. *Luc.* 1. c. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilaeae, &c. Item virginitatem laudando. *Matt.* 19. b. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum coelorum. Item Ioannem à nuptiis reuocando, quae quandoque sine peccato omni possunt fieri. Item ieiunando: *Matt.* 4. a. Amaritudines alias sustinendo. De huiusmodi percussione dicitur *Exod.* 11. b. Media nocte ingrediar Ægyptum, & morientur primogenita, media nocte natus est Dominus in Mundum. *Isa.* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & corruent simulacra eius.

c Qui eduxit Israel de medio eorum] bonos de medio malorum, Clericos de consortio laicorum, claustrales de contubernio saecularium, ne eorum moribus imbuerentur. *Ecclesiast.* 13. a. Qui tangit picem inquinabitur ab ea, & qui communicat superbo induet superbiam. Sic qui communicat auaro induet auaritiam, & qui communicat luxurioso induet luxuriam. *Psalm.* 17. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. 1. *Reg.* 15. b. dixit Saul Cineo. Abite, recedite atque discedite ab Amalech, ne fortè inuoluam te cum eo. *Amos* 2. c. Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Ægypti. *Ierem.* 1. b. Recedite de medio Babylonis. Principium Babylonis sunt primi motus, quos Sancti allidunt ad petram. Vltimum Babylonis est poena gehennae, à quo nemo potest exire semel ingressus. Medium Babylonis progressio primorum motuum per delectationem, per consensum, per opus, per consuetudinem. Et de hoc medio monet exire Propheta. Sed propter principium, medium, & finem, dicitur *Zach.* 2. b. ter. O ó ó fugite de terra Aquilonis. *Apocal.* 8. d. Vae vae vae habitantibus in terra. De diuisione Clericorum à laicis & claustralium à saecularibus, dicitur propriè *Num.* 16. b. Audite filij Leui, num parum vobis est, quod separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in tabernaculo, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Videtur, quod non sufficiat hoc illis, quia Clerici laicos imitantur, & claustrales moribus saecularium se conformant. *Psalm.* 105. Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. *Osea* 8. c. Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus, quasi vas inmundum, quia ipsi accesserunt ad Assur.

Dominus, educit in omni statu bonos de medio Aegypti, & Babyloniae.

d In manu potenti, & brachio excelso,] id est, in Cruce extento. *Exod.* 6. a. Eruam te de seruitute, ac redimam in brachio excelso. *Isa.* 30. a. Auditam faciet Dominus gloriam vocis suae, & terrorem brachij sui.

e Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.] Per mare rubrum intelligitur praesens saeculum, vt dicit *Gloss.* Quod est plenum amaritudine. *Eccl.* 1. c. Vidi cuncta, quae fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. *Psal.* 103. Hoc mare magnum, & spaciosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus. Hoc diuidit Deus in diuisiones, quia facit de Mundo transire ad coelum diuersis, & variis modis. Quidam enim in coniugio saluantur, quidam in viduitate, quidam in virginitate, quidam in Religione, quidam in praelatione, quidam in subiectione. *Matt.* 24. d. Duo erunt in agro, vnus assumetur, alter relinquetur. Duae erunt molentes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. De Augustino legitur in lib. Confess. quòd conferebat cum sociis suis, qui esset optimus modus viuendi. Sic affecto, vt ipse erat ad ambulandum in via Dei, in qua alius sic, alius sic ibat. Item per mare rubrum intelligitur Baptismus, vt dicit *Gloss.* August. quod diuidit Dominus in diuisiones, quia quidam baptizatorum transeunt ad vitam, quidam ad mortem. Quod figuratum est in *Ezech.* 47. Quia medium aquarum ibat ad Orientem, & medium ad Occidentem. Item per mare rubrum intelligitur poenitentia, in qua duo sunt, scilicet amaritudo contritionis, & rubor confessionis, satisfactio vtrumque participat. Mare rubrum diuiditur, quando ex quibus causis sit erubescendum, & ex quibus dolendum attenditur. Nam ex vtraque parte multae sunt causae. Primò, debet peccator erubescere, quia omnis creatura ordinem, & locum suum seruat, & seruitium suum sine intermissione reddit Deo, ipse autem non sic. Vnde inferior est peccator omni creatura, qui factus fuit super omnem creaturam, quia homo est dignissima creaturarum: Ideo ad erubescentiam ipsius dicitur,

Per mare rubrum intelligitur praesens saeculum.

Sex causae quare debet erubescere peccator de peccato.

Δ *a* Et eduxit Israel per medium eius] aquis hinc, & inde stantibus ad modum murorum. *Exod.*14. e. *c*. Et excussit Pharaonem,]Regem Ægypti.*d* Et virtutem] id est, exercitum [eius] *e* In mari rubro] vbi Israel liberè transiuit.

f Qui traduxit populum suum] post transitum maris.

g Per desertum]quadraginta annis.

h Qui percussit] pro Iudæis.

i Reges magnos] potentiâ, qui volebant impedire trãsitum Iudæorum.

k Et occidit Reges fortes.] Et ostendit quos occiderit.

Et *a* eduxit Israël per *b* mediũ eius, quoniam. Et † *c* excussit Pharaonem, *d* & † virtutẽ eius in *e* mari rubro,quoniã. *f* Qui traduxit populũ suũ per *g* desertũ, quon.ã. *h* Qui percussit *i* Reges magnos,quoniam. Et occidit *k* Reges fortes,quoniã.

al. † percussit.
al. † exercitum.

Δ *a* Seon Regem

Myst.

⊕ dicitur, *Prou.*6.a. Vade ad formicam ô piger,& considera vias eius,& disce sapientiam,quæ cùm non habeat ducem,nec præceptorem,nec principem,parat æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat. Magna confusio, formica facta est magistra hominis, qui habet ducem rationem , quæ dirigit ; & præceptorem legem, quæ præcipit ; & Principem Christum , qui retribuit. *Iob* 12. b. Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi,loquere terræ,& respondebit tibi,& narrabunt pisces maris. *Iob* 9. a. Qui præcipit Soli, & non oritur, & stellas claudit sub signaculo.Item *eodem* 38. a. Quis conclusit ostiis mare ? Et circundedit illud terminis,& posui vectes,& ostia,& dixi,hucusque venies,& hic confringes tumentes fluctus tuos. Item breuiter de omnibus dicitur *Iob* 14.a.Posuisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Sed misero homini posuit Deus terminos præceptorum, & consiliorum, quos pessimè præteriuit,& præterire non cessat.Vnde *Isa.*24. a. Transgressi sunt leges meas,mutauerunt ius,dissipauerunt fœdus.Itẽ, debet erubescere peccator, quia frequenter offendit Creatorem suum, à quo tot bona quotidie recipit , quod nulla alia creatura facit præter Diabolum.Vnde conqueritur per *Mich.*6.a.Populus meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi , responde mihi, quia eduxi te de terra Ægypti, & de seruitute liberaui te, q.d. multa bona feci tibi, & econtrario reddis mihi mala. Secundò, quia illud fit in ipso, quod nullus pater familias permitteret fieri in domo sua,scilicet,quod ancilla imperat Dominæ suæ, & seruus Domino suo. Et meliùs,& ampliùs honoratur ancilla, quàm Domina, & seruus , quàm Dominus. Vnde *Prou.*30.c.Per tria mouetur terra,& quartum est,quod sustinere nõ potest.Per seruum cùm regnauerit; & per stultum cùm saturatus fuerit pane;& per odiosam mulierem cùm fuerit assumpta in matrimonium , & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Per hæc quatuor intelligitur sensualitas,siue caro.Per dominam vero intelligitur ratio,quæ deberet in homine dominari. *Eccl.*25. d.Mulier si primatum habuerit,contraria est viro suo. Tertiò, quia abiecta dignitate sua transformauit se in bestiam,in Leonem per superbiam, in Mulum, per inuidiam,qui inuidet equo ; in Tigridem per iracundiam ; in Bubalum per acidiam ; in Taxum per auaritiam ; in Vrsum per gulam ; in asinum, vel in equum per luxuriam. *Psal.*48. Homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. *Dan.* 4. f. Regnum tuum transibit à te,& ab hominibus eiicient te, & cum bestiis, & feris erit habitatio tua ; fœnum, quasi bos comedes,&c. Quartò, quia pro vili, & modico precio seipsum dat,qui tam caro precio est emptus , scil. sanguine Christi, *Prouerb.*6. d. Precium scorti vix est vnius panis, mulier autem viri preciosam animam rapit. *Eccl.*10.c.Argentum electum lingua iusti , cor impiorum pro nihilo. *Psal.*43.Vendidisti,id est, vendi permisisti, populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Quintò,quia turpitudinem,quam facit, turpe est etiam nominare, *Ephes.*5.c. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est etiam dicere. *Rom.*1. c. Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Sextò quia intantum contempsit Deum,quod fecit coram eo, quod coram vno rustico facere non auderet. *Isa.*29. e.Væ,qui profundi estis corde,vt à Domino abscondatis consilium , quorum sunt in tenebris opera, & dicunt,quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio , quasi si lutum contra figulum cogitet,& dicat opus factori suo, non intelligis. Causæ autem propter quas dolere debet peccator , sunt

Sex causæ quare debeat dolere peccator de peccato.

damna, quæ facit peccatum. Primo , peccator per peccatum amittit Deum , & thesaurum virtutum. Vnde *Thren.*1. d. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas in Sanctuarium eius. Secundò, pœnæ æternæ se obligat. Vnde 4. *Reg.*4. a. En venit creditor,id est,Diabolus, vt tollat duos filios meos, id est , corpus, & spiritum. *Prou.*22. a. Diues, & pauper obuiauerunt sibi. Item *eodem* 29. b. Pauper, & creditor obuiauerunt sibi.Tertiò,amissa non potest per se recuperare , cum tamen per se perdiderit. *Psal.*77. Spiritus vadens , & non rediens , est homo. *Threnor.* 1. e. Dedit me Dominus in manu de qua non potero surgere.Quartò, seruus efficitur peccati , & Diaboli tributarius. 2. *Pet.* 2. d. A quo quis superatus est , eius & seruus est. *Rom.*6. c. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum , serui estis eius cui obedistis , siue peccati ad mortem , siue obeditionis ad iustitiam ? *Ioan.*8. d. Qui facit peccatum , seruus est peccati. Quintum est damnum temporis. Dum enim est in peccato , omnia opera sua perdit, quia omnia sunt mortua , & præterita , quæ fecit mortificata. *Thren.*1. e. Vocauit aduersùm me tempus , vt contereret electos meos. *Prou.*5. b. Ne des alienis honorem tuum,& annos tuos crudeli. Sextum damnum est , quia se obligat pœnæ æternæ , quam promeretur. *Rom.*6. d. Stipendia peccati mors. Nec scire potest si ante mortem pœnitebit. *Eccl.*9. c. Nescit homo finem suum, qualisque erit, vel quando. *Eodem* a. Nescit homo vtrum amore , vel odio dignus sit. *Ioel.* 2. c. Quis scit si conuertatur , & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem. Istæ sunt duodecim diuisiones maris, quas fecerunt duodecim tribus Israel. sc. sex affectiones ruboris, & sex doloris. Iudas autem prior ingressus est. Vnde & Iudas genuit Phares, id est, confessio diuisionem , per quam itur in terram promissionis. Vnde sequitur.

a Et reduxit Israel] id est, populum Christianum.

b Per medium eius] id est,per pœnitentiam in Ecclesiam de peccato. *Psal.*80. Ego sum Dominus Deus tuus , qui eduxi te de terra Ægypti,modo dilata os tuum,id est,desiderium, quod circa terrena & carnalia fuit angustum, & implebo illud, qui solus implere possum. *Beda.* Animam Dei capacem , nihil minus Deo implere potest. *Psal.* 102. Qui replet in bonis desiderium tuum , &c. *Sap.*10. d.Transtulit illos Deus per mare rubrum,& transuexit per aquam nimiam. *Exod.*14.e. Diuisa est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. *i.* Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro]id est, deiecit Diabolum, & potentiam eius, vel Diabolum , & peccata , per quæ potens est Diabolus. *Ieron.* Diabolus non est timendus quem sola peccata nostra fecere potentem. Vel Diabolum , & socios eius , id est, peccatores.

e In mari rubro] id est, in pœnitentia , vel in Passione sua,vel in Baptismo aquæ. *Exod.*15.a. Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare. *Sap.* 10. d. Inimicos illorum demersit in mare. *Iudith* 9. b. Tenuit pedes eorum Abyssus, & aquæ operuerunt eos.

f Qui traduxit populum suum] id est, populum Christianum in eum credentem.

g Per desertum] huius sæculi , ne ibi pereat, vel amore adhæreat. *Sap.*10. d. Deduxit eos in via mirabili, & fuit eis in velamento diei , & luce stellarum nocte. *Isa.* 43. Ponam in deserto viam,& in inuio flumina. Mundus autem dicitur desertum , quia deserens Deum desertus est ab eo. *Ioan.* 1. a. In Mundo erat, & Mundus per ipsum factus est , & Mundus eum non cognouit. Item in deserto non habitant , nisi feræ ; sic in Mundo non habitant nisi feri. Vnde clamat Propheta. Saluum me fac Deus , quoniam defecit Sanctus. *Thren.* 1. a. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo.

Mundus dicitur desertum.

h Qui percussit Reges magnos.]Ad literam, septem fuerunt gentes in terra illa, & quælibet habebat Regem suum , quos percussit Dominus per Iudæos , & occidit etiam. Vnde sequitur. *Psalm.*11.

k Et occidit Reges fortes]scil. Chananæũ, Ethæum, Euæũ, Pherezæum, Gergesæum, Amorræum, Iebusæum.Per illos septem Reges significantur septem peccata capitalia,quæ Dominus in Euangelio,& verbo, & exemplo percussit,& in multis occidit. Chananæus interpretatur possidens,vel possessio , & significat auaritiam, quæ vult omnia possidere. Sed hunc Regem percussit Dominus, quia nihil in Mundo habere voluit. *Matth.*8. c. Vulpes foueas habent, &c. *Ioann.* 14. d. Venit Princeps Mundi huius, & in me non habet quicquam. Ethæus interpretatur stupidus, vel formidans,& significat acidiam,quæ stupet, ⊕ & formidat

Per septem Reges septem vitia capitalia significantur , quæ Dominus percussit, & occidit.

Pſalmus CXXXV.

Myſtic. a Seon Regem Amorrhæorum.] *Num.*21.e. b Et Og Regem Baſan.] *Num.*21.g.

e & formidat aggredi omne bonum. Hunc percuſſit Dominus, pernoctans in oratione, *Luc.*6.c. Et circumiens totam Galilæam docens, & prædicans in ſynagogis Iudæorum. *Matth.*4.d.

a Seon Regem Amorrhæorum, quoniam. Et b Og Regem Baſan, quoniã. Et c dedit d terrã eorũ hæreditatẽ, quoniã. e Hæreditatẽ Iſrael ſeruo ſuo, quoniã. f Quia in humilitate noſtra g memor fuit noſtri, quoniã. Et h redemit nos i ab inimicis noſtris, quoniã. k Qui dat eſcã l omni carni, quoniã.

Euæus interpretatur lapides colligens, & ſignificat gulam, quæ tot lapides colligit vnde lapidetur, quot ſuperfluas potationes, vel comeſſationes facit, quia licèt bibendo, vel comedendo delectationem ſentiat, poſtea ſuſtinet torſiones, & infirmitates multas. Vnde *Prouerbior.*23.d. Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt Coluber. *Exod.*20.c. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo. Hunc percuſſit Dominus in deſerto ieiunando: *Matth.* 4.a. Et dicendo: Videte ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate: *Luc.*21.g. Pherezæus interpretatur diuidens ſeu diuiſio, & ſignificat inuidiam, quæ diuidit inter fratres. Et primò diuiſit inter primos fratres, Cain, ſcilicet, & Abel. *Gen.*4. Etiam inuidia primam diuiſionem, id eſt, mortem, quæ eſt diuiſio corporis, & animæ, introduxit in terram. Vnde *Sapient.*2.d. Inuidia Diaboli intrauit mors in Orbem terrarum. Hanc percuſſit Dominus pro inimicis moriendo, & charitatem prædicando, per quam tollitur inuidia. Gergeſæus interpretatur colonum eiiciens, vel habitatorem, & ſignificat ſuperbiam, quæ primum colonum cœli eiecit de cœlo, ſcilicet, Luciferum; & Adam, quem Dominus, vt colonum in Paradiſo poſuerat, eiecit inde ſimiliter. Vnde *Iſa.*52.b. In Ægyptum deſcendit populus meus, vt colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Hunc percuſſit Dominus quando de cœlo deſcendit, formam ſerui accipiens. *Phil.*2.a. Et matri, & Ioſeph ſeipſum ſubiiciens. *Luc.*2.g. Et erat ſubditus illis. Item ſuſcipiens à ſeruo Baptiſmum. *Matth.*3.d. Item pedes diſcipulorum lauando, *Ioan.*13.a. Item dicendo: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: *Matth.*11.d. Et iterum. Qui ſe humiliat exaltabitur. *Luc.*14.c. Breuiter hunc percutit tota vita, & doctrina Chriſti, & tamen adhuc non poteſt mori. Amorrhæus interpretatur amaricans, & ſignificat iram, quæ mentem amaritudine replet. Hanc percuſſit Dominus dulciter reſpondendo. Si malè, inquit, locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autem bene, quid me cædis? *Ioan.*18.d. *Prouerb.*15.a. Sermo durus ſuſcitat furorem, mollis reſponſio frangit iram. Iebuſæus interpretatur conculcatio, & ſignificat luxuriam, quæ maximè conculcat, & viliſicat hominem. Hanc percuſſit Dominus de virgine naſcendo. Item dicendo. Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: *Matth.*5.e. Et non ſolùm ipſe percuſſit hos Reges per ſe, imo etiam, & milites eius percuſſerunt eoſdem, & adhuc percutere non ceſſant, & vix poſſunt etiam vulnerari. *Quomodo milites Chriſti percuſſerunt ſeptem Reges, id eſt, ſeptem vitia.* Paulus auaritiam percuſſit, dicens. Nihil intulimus in hunc Mundum, haud dubium quia nec quid auferre poſſumus. Habentes ergo alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus, 1. *Timoth.*6.b. Et *ibid.* Radix omnium malorum eſt cupiditas, &c. *Iob* eandem percuſſit dicens. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Et iterum Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum: *Iob* 1.d. Salomon etiam percuſſit eandem, dicens. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. *Eccl.*5.c. Item acidiam percuſſit Paulus, cum dixit. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. *Rom.*13.c. Item *Rom.*15.d. Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus, inobedientiam gentium verbo, & factis, in virtute ſignorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti, ita vt à Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti. Hanc etiam percuſſit Salomon, *Prouerb.*6. Vſquequo piger dormis. Et iterum *ibid.*a. Vade ad formicam ô piger. *Item* 20.a. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Item gulam percuſſit Paulus, dicens. Non in comeſſationibus. *Romanor.*13.d. Item Salomon eandem percuſſit, dicens. Propter crapulam multi obierunt, &c. *Eccleſiaſt.*37.d. Item inuidiam percuſſit Iacobus. *Iacob.*4.c. Nolite detrahere alterutrum fratres. Item luxuriam percuſſit *Paulus* 1. *Corinthior.*6.d. Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. Item iram percutit Paulus: *Roman.*12.d. Date locum iræ. *Iacob.*1.c. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Item ſuperbiam percutit, *Iacob.*4.b. Deus ſuperbis reſiſtit, &c. Omnes iſti Reges originem ducunt ex duobus, ſcilicet, ex corruptione carnis, & ex ſuggeſtione Diaboli. Illud mouet exteriùs, iſtud interiùs. Has duas radices peccatorum oportet excidere, qui vult plenè peccata vitare. Et hoc fecit Dominus. Vnde ſequitur.

a Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan,] percuſſit, vel occidit Dominus. Seon, interpretatur germen inutile, & ſignificat carnis concupiſcentiam, quæ eſt fons interior omnis mali. Vnde *Roman.*7.b. Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret; Non concupiſces. Ibi *Gloſſ.* Bona eſt lex, quæ dum concupiſcentiam prohibet, omnia mala prohibet. Hæc dicitur regnare ſuper Amorrhæos, id eſt, peccatores amaritudine prauæ conſcientiæ infectos. Og, interpretatur coaceruãs, Baſan cõfuſio. Hic eſt Diabolus Rex, & coaceruator confuſionis quem Dominus percuſſit repellens per Scripturam eius tentationes. *Matth.*4.a. Sed occidit eum in Cruce, alligans ibi fortem. *Iſa.*49.g. Nunquid tolletur à forti præda, &c. Sequitur.

c Et dedit terram.] Tertia pars, in qua oſtendit beneficia data populo Chriſtiano ab eodem a quo prædicta fuerunt. *Tertia pars.* Et ita oſtenditur vnus auctor omnium, vnus Deus noui, & veteris Teſtamenti. Et quia litera plana eſt, proſequemur myſterium. Dicit ergo.

c Et dedit,] ex ſola gratia, nullo merito ſufficiente præcedente. *Myſtic.*

d Terram eorum,] ſcilicet, terram viuentium, quæ fuit Diaboli, & ſociorum eius ante caſum, hæreditatem.

e Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo] id eſt, populo Chriſtiano ſeruienti Deo, qui per Iſrael ſignificatur, quia ipſe ſolus inter omnes populos Deum vidit oculo veræ fidei. *Iſa.*9.b. Verbum miſit Dominus in Iacob, id eſt, Chriſtum, & doctrinam eius ad Iudæos, & cecidit in in Iſrael, id eſt, ad vtilitatem populi Chriſtiani. Quod autem geminat hæreditatem, hæreditatem, indicium eſt firmitatis in poſſidenda illa hæreditate. Vel fortè per hoc innuitur duplex pars cœleſtis hæreditatis, ſcilicet, ſtola corporis, & ſtola animæ. Vnde Iſaiæ capitul.61.c. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt. Via autem, per quam itur ad cœleſtem hæreditatem, & virtus, quæ facit dignum illa hæreditate, eſt humilitas. Vnde dicit.

f Quia in humilitate noſtra,] id eſt, nobis à Chriſto tradita. *Matth.*11.d. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.

g Memor fuit noſtri.] *Eccl.*20.b. Eſt, qui ab humilitate ſua leuabit caput. 2. *Paral.*32.f. Humiliatus eſt ipſe, & habitatores Ieruſalem, & idcirco non venit ira Dei ſuper eos in diebus Ezechiæ. 1. *Pet.*5.b. Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die viſitationis.

h Et redemit nos] Chriſtianos ſanguine ſuo.

i Ab inimicis noſtris,] vel Dæmonibus, vel peccatis. *Exod.*15.b. Dux fuiſti in miſericordia tua populo tuo quem redemiſti. *Iſa.*52.b. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini. Non tamen ſine precio. 1. *Cor.*6.d. Empti eſtis precio magno. 1. *Pet.*1.d. Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati, & immaculati Chriſti Ieſu.

k Qui dat eſcam,] corporalem, & ſpiritualem.

l Omni carni,] id eſt, omni generi hominum. *Iob* 36.d. Dat eſcam cunctis mortalibus. *Eodem* 38.d. Qui præparat coruo eſcam ſuam. *Quadruplex eſca ſpiritualis, quam dat Deus.* Eſca ſpiritualis, quam Dominus dat ſuis, quadruplex eſt. Prima eſt gratia, de qua *Pſal.*103. Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Secunda eſt doctrina ſua, de qua *Matth.*24.d. Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore. 1. *Cor.*3.a. Lac vobis potum dedi, non eſcam. Tertia eſt ſacra Euchariſtia, de qua *Ioan.*6.f. Caro mea verè eſt cibus. *Sap.*16.c. Panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore. Quarta eſt gloria, de qua *Pſal.*77. Eſcam Angelorum manducauit homo. *Pſal.*110. Eſcam dedit timentibus ſe. De omnibus dici-

tur

mur in *Pſalm.* 106. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum. Et quia ſic fecit Dominus, laudandus eſt. Item Propheta conuertens ſermonem ſuum ad omnes Chriſtianos, qui hæc beneficia perceperunt, & percipiunt quotidie, inuitat eos ad laudem Dei dicens.

a Confitemini *b* Deo cœli, quoniam. *c* Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius.

Pſalmus David propter Ieremiam. CXXXVI.

SVper *d* flumina Babylonis illic *e* ſedimus, & *f* fleuimus dum *g* recordaremur† tui Sion. In *h* ſalicibus in *i* medio eius *k* ſuſpendimus organa noſtra.

a Confitemini] peccata, laudes, fidem. *b* Deo cœli.] *Dan.* 3. b. Benedicite Deum cœli, &c. Non quia alius ſit Deus cœli, & alius Deus terræ, ſed quia in cœlo magis relucet potentia, ſapientia, bonitas Dei. Vel vt ad cœli bona hominum deſiderium eleuetur, ſicut Propheta de ſeipſo dicit. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. *Ierem.* 23. e. Cœlum, & terram ego impleo. *Iſa.* vlt. a. Cœlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. Item nomine cœli intelligitur cœtus iuſtorum, quorum ipſe eſt Deus per cultus exhibitionem. *c* Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum miſericordia eius.] Ecce Pſalmus iſte à laude Dei incepit, & in laudem Dei finit, quia ipſe eſt Alpha, & Omega, principium, & finis. Et debet laudari pro principio, & pro fine omnis boni, quia vtrumque ab eo eſt. *Phil.* 2. b. Qui dat velle, & perficere pro ſua bona voluntate. Ideo primitiæ, & decimæ debentur ei iure ſempiterno.

al.† non habet tui.

Apoc. 1. b.

EXPOSITIO PSALM. CXXXVI.

SVper flumina.] Sicut olim duæ fuerunt ciuitates ad inuicem repugnantes, ſcilicet Ieruſalem, & Babylonia. Ita modò duæ ſunt ciuitates. Vna bonorum, altera malorum, permixtæ quidem loco, ſed diuiſæ merito, coniunctæ corpore, ſed ſeparatæ mente. Et ſicut Ieruſalem materialis olim ter fuit deſtructa. Primò quidem à Nabuchodonoſor. 4. *Reg.* 25. c. Secundò ab Antiocho. 1. *Mach.* 1. d. Tertiò, à Romanis. Ita nunc Ieruſalem ſpiritualis tripliciter impugnatur, ſcilicet à carne, Mundo, Diabolo, vel à Tyrannis, hæreticis, & fratribus falſis, quorum omnium Diabolus Rex eſt. Ideo tres Pſalmi ponuntur in hoc libro, qui agunt de hac triplici deſtructione Ieruſalem, tam materiali, quàm ſpirituali, ſed de materiali propter ſpiritualem. De deſtructione facta per Romanos agitur in illo Pſalmo. Vt quid Deus repuliſti in finem. De deſtructione facta per Antiochum agitur in illo Pſalmo. Deus venerunt gentes. De deſtructione facta à Nabuchodonoſor agitur hic. Quam Ieremias alphabeto quadruplici deplorauit. Vnde Titulus huius Pſalmi eſt. Pſalmus Dauid propter Ieremiam. Et eſt ſenſus Iſte Pſalmus, eſt Dauid, id eſt, editus iuxta Ieremiam, id eſt, agens de deſtructione Ieruſalem, quam fleuit Ieremias. Materia ergo huius Pſalmi eſt deſtructio Ieruſalem, non materialis, ſed potius ſpiritualis. Intentio eſt monere, non conformari huic ſæculo, ſed ad ſupernam Ieruſalem ſuſpirare. Modus agendi. Bipartitus eſt Pſalmus. Primò oſtendit bonos, quaſi captiuos in hoc Mundo flere, tum pro incolatu præſentis miſeriæ, tum pro dilatione patriæ. Secundò, contra hoſtes ad Dominum deprecatur, *ibi.* [Memor eſto.] Propheta ergo in perſona iuſtorum pro incolatu huius miſeriæ, & dilatione lamentantium, dicit.

Pſal. 73.

Pſalm. 78.

In Thren.

Partitio Pſalmi.

d Super flumina Babylonis] id eſt, bona temporalia, quæ more fluminum defluunt. 1. [illegible]. 2. c. Tranſit Mundus, & concupiſcentia eius.

e Illic ſedimus] non erecti per ſuperbiam, nec deiecti per deſperationem, ſed humiliati, attendentes præſentem miſeriam in qua ſumus, & futuram gloriam à qua diſtamus. Per hoc, quod dicit, ſuper flumina ſe ſedere, notatur contemptus temporalium, & eleuatio mentis. Per hoc, quod dicit, illic, notatur elongatio mentis ab illis. Illic enim demonſtrat rem longè poſitam. Et bene per Babylonem ſignificatur Mundus. Interpretatur enim confuſio, & in Mundo omnia ſunt confuſa, ita vt bonum à malo omnino nequeat diſcerni. Vnde frequenter bona reputantur mala, & mala bona. Et væ illis qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes dulce amarum, & amarum dulce. *Iſa.* 5. e. In mundo, quæ deberent eſſe ſuperiora ſunt inferiora, & econuerſo. Pueri enim ſunt Archidiaconi, Decani, Præpoſiti, & etiam Epiſcopi, & prudentes, & ſeniores ſunt ſubditi. *Eccl.* 10. b. Vidi ſtultum poſitum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Et *infra*. Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes, quaſi ſeruos ſuper terram. Item anteriora ſunt poſteriora, & econuerſo, quia temporalia ſpiritualibus præponuntur, & econuerſo. *Ierem.* 7. e. Facti ſunt retrorſum & non ante. Item dextrum reputatur ſiniſtrum, & econuerſo, quia aduerſitas temporalis malum dicitur, & proſperitas bonum, cùm tamen econtrario ſit, quod ſignificatur *Gene.* 48. c. in cancellatione manuum Iacob: Nam dextram manum poſuit ſuper minorem, & ſiniſtram ſuper maiorem: Item infirmi dicuntur fortes, & econuerſo. 1. *Reg.* 1. a. Infirmi accincti ſunt robore. *Iſa.* 40. g. Qui dat laſſo virtutem. Propter huiuſmodi dicit *Iſa.* 21. b. Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Huius Babylonis flumina ſunt quatuor. Primum eſt amor diuitiarum, in hoc ſe balneant auari. Secundum eſt amor delitiarum, in hoc ſe balneant voluptuoſi. In hoc præcepit Pharao ſubmergi omnes maſculos Hebræorum. *Exod.* 1. d. Tertium eſt ambitio dignitatum, in quo ſe balneant ambitioſi. Quartum eſt amor vanarum ſcientiarum, quæ magis inflant, & inquinant, quàm potent, vel lauent. His fluminibus iraſcitur Dominus, ſicut dicitur *Abacuch.* 3. b. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? Hæc flumina tranſire iubemur. *Iſa.* 47. a. Tranſi flumina, denuda turpitudinem tuam. *Soph.* 3. b. Vltra flumina Æthiopiæ inde ſupplices mei filij diſperſorum meorum deferent munus mihi.

De pæn. d. 3. *c. in ſacris ſcribus. De conſ. d.* 1. *c. bi duo.*

Flumina Babylonis. id eſt mundi, quatuor.

f Et fleuimus] fletu hominis pro peccatis propriis; fletu compaſſionis, pro peccatis, & miſeriis aliorum; fletu deuotionis, pro beneficiis exhibitis, & præmiis obtinendis.

g Dum recordaremur tui Sion] id eſt, Eccleſiæ Triumphantis, vbi in ſpeculo videtur Deus ſine medio. *Ierem.* 51. f. Aſcendat ſuper cor veſtrum Ieruſalem. Item nota, quòd ſunt flumina Ægypti, ſcilicet ſeptem peccata mortalia, de quibus *Eccl.* 1. b. Omnia flumina intrant in mare. *Iſa.* 7. c. Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminis Ægypti, id eſt, in deſperatione. Item ſunt flumina Damaſci, ſcilicet, doctrinæ hæreticorum, de quibus 4. *Reg.* 5. d. Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharſar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael: Ita dicunt hæretici, & credunt ſtulti, quia aquæ furtiuæ dulciores; *Prouer.* 9. d. Item ſunt flumina Aſſyriorum, iurgia ſuperborum: *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam, & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquas fluminis? Item ſunt flumina Iſraëlis tria, ſcilicet Baptiſmus, de quo *Pſalm.* 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Item gratia Spiritus Sancti. *Ioan.* 7. f. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de ſpiritu quem accepturi erant. Item doctrina Chriſti. *Geneſ.* 2. b. De loco voluptatis egrediebatur fluuius, qui diuiditur in quatuor capita, quæ ſunt quatuor ſenſus, ſcilicet hiſtoricus, allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus. Item ſunt flumina Babylonis quatuor, quæ dicta ſunt, ſcilicet, affluentia diuitiarum temporalium; influentia delitiarum carnalium, defluentia bonorum ſæcularium, confluentia ſcientiarum inutilium. Iuxta hæc flumina habitant homines Mundani infructuoſi. Vnde ſequitur.

Flumina Iſraelis tria.

h In ſalicibus] id eſt inter ſalices, id eſt, inter homines mundanos, infructuoſos, & ſteriles, qui rigantur fluminibus Babylonis.

i In medio eius] poſitis, id eſt, ex omni parte concupiſcentiæ ſæculi circumdatis. Quidam ſunt in finibus Babylonis, qui ſcil. non ſunt ita cupidi, ita auari, ita ambitioſi, ita inuidi, ita malitioſi.

k Suſpendimus organa noſtra, id eſt, dimiſimus cantica lætitiæ, vel doctrinæ, quia non ſunt digni, vel quia impediunt Doctores. *Greger.* Propter peccata populorum claudit Deus ora Prophetarum. *Leuitic.* capitulo vigeſimo ſexto c. Dabo vobis cœlum ferreum, & terram æneam. *Deuteronom.* 28. b. Sit cœlum, quod ſuper te eſt æneum, & terra, quam calcas, ferrea. De iſtis ſalicibus dicitur *Iob* capitulo quadrageſimo c. Protegunt vmbræ vmbram eius, ſcilicet Behemoth, circumdabunt eum ſalices torrentis. *Iſa.* 15. d. Ad torrentem ſalicum ducent eos. Vel ſic.

h In ſalicibus] id eſt à ſalicibus, id eſt ipſis mundanis hominibus vanis, & ſterilibus exiſtentibus.

i In medio eius,] id eſt Mundi.

k Suſpendimus organa noſtra,] id eſt, ſubtraximus laudes, & cantica. Et quare?

a Quia illic,]

a Quia illic] id est, in Babylonia, id est, in vanitate Mundi. *b* Interrogauerunt nos] tentantes, & deridentes : Illi. *c* Qui captiuos duxerunt nos] scil. mali, quorum exemplis & verbis captiuantur boni in peccatum. *d* Verba cantionum] id est, rationes fidei & professionis nostræ. Sic enim quærunt mali a bonis : Quid valet fides vestra? quid est anima? quid est alia vita? quid est Infernus? quid est Paradisus? & huiusmodi quæstiones faciunt in derisionem bonorum. Vel sic:

al. † Quoniam.

al. † canticorum,

al. † adduxerunt.

al. † obliuiscatur me.

al. † nisi.

al. † iocunditatis.

al. † Memento.

† *a* Quia illic *b* interrogauerunt nos qui *c* captiuos duxerunt nos, *d* verba † cantionum. Et qui † *e* abduxerunt nos : hymnum *f* cantate nobis de canticis Sion. *g* Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Si *h* oblitus fuero tui Ierusalem : † *i* obliuioni detur dextera mea. *k* Adhæreat lingua mea faucibus meis : † si non *l* meminero tui. Si non *m* proposuero Ierusalem : in principio † lætitiæ meæ. † *n* Memor esto Domine filiorum Edom : in *o* die Ierusalem.

a Illic] id est, in Mundo vbi sedemus flentes super flumina Babylonis, non immersi in eis. *b* Interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos] id est, olim in peccatum induxerunt. *Thren.* 1. b. Propter multitudinem iniquitatum eius paruuli eius ducti sunt in captiuitatem. Vel *c* Captiuos duxerunt nos] id est, in captiuitatem peccati, & Inferni ducere tentauerunt. *d* Verba cantionum] id est, rogauerunt nos, vt sicut ipsi cantaremus & gauderemus, biberemus & comederemus, cùm tamen Dominus magis velit nos in Mundo lugere. *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris. *Eod.* 4. c. Miseri estote, lugete & plorate, risus vester in luctum conuertatur. *Isa.* 22. d. In die illa vocauit Dominus ad fletum planctum & luctum, & ad caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum : comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Has cantilenas interrogant Mundus & Diabolus. *Gen.* 34. a. Tristem deliniuit blanditiis. Ibi dicit *Greg.* Quatuor modis nititur Diabolus iustos à pœnitentia reuocare. Modò enim nihil esse quod perpetratum est, modò Deum misericordem; modò peccata aliorum maiora loquitur; modò tempus subsequens ad pœnitentiam pollicetur, vt sic mens per hæc seducta a lamentis pœnitentiæ suspendatur. Item *Greg.* Despecta est vox confessionis, quam format gaudium prosperitatis. *Amos* 5. g. Aufer à me funiculum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non exaudiam. *e* Et qui abduxerunt] id est, à Deo & consortio bonorum separauerunt, vel separare voluerunt. Vel [adduxerunt] alia litera, ad istas miserias in quibus sumus quamdiu viuimus in hoc Mundo. *Baruch.* 4. e. Ducti sunt vt grex direptus ab inimicis. 1. *Mach.* 2. a. Vasa gloriæ captiua adducta sunt. Ipsi interrogauerunt nos, dicentes:

De pœn. dist. 3. c. in saluibus.

f Hymnum cantate nobis de canticis Sion] id est, quæ cantantur in Ecclesia. *Isa.* 30. c. Loquimini nobis placentia. *Amos* 6. b. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. *Iob* 30. d. Versa est in luctum cithara mea, & canticum meum in vocem flentium. *Prou.* 25. c. Acetum in nitro qui cantant carmina corde pessimo. Ideo sequitur competens responsio iustorum. *g* Quomodo inquiunt, cantabimus canticum Domini in terra aliena?] quasi dicat, non est in Mundo gaudendum, vel cantandum, sed magis lugendum & gemendum. *Isa.* 59. b. Rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi Columbæ meditantes gememus, &c. *Supra Psal.* 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, &c. Et quare gemendum? Quia in valle miseriæ & calamitatis inter tot pericula hostium aduersantium. Item quia extranei & in terra aliena expulsi à patria nostra. Et ideo [quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? *h* Si oblitus fuero tui Ierusalem.] Quia verò periculum est ne dum quis timens malis displicere, affectet amicitias eorum, incipiat delectari in Babylonia, passus ista, vndique interrogatores, adulatores, irrisores & reprehensores, quasi inter eos periclitans animam erexit ad recordationem Sion (in hostili enim terra dulcis est recordatio patriæ, & constrinxit se iuramento, dicens: Si oblitus fuero, quasi dicat, illis non cantaui, sed si inter verba illorum oblitus fuero tui Ierusalem, vt illis placere velim.

i Obliuioni detur dextera mea] id est, virtus & operatio mea virtuosa per dexteram significata : [Dextera enim manu fieri dicitur, quicquid virtuosè & laudabiliter fit; obliuioni detur, hoc est non acceptetur, vel remuneratione careat. Deus enim obliuisci dicitur, cùm nobis non subuenit effectualiter. *Psal.* 12. Vsquequò obliuisceris me in finem? Item *Psalm.* 43. Obliuisceris inopiæ nostræ. Vel tunc obliuisci dicitur, cùm opera nostra non approbat, eo modo quo dicitur nescire: *Matth.* 25. a. de reprobis virginibus, cùm ait: Nescio vos. Et *Matth.* 7. c. Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & Dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, id est, non approbo vos, nec opera vestra. Propheta ergo in persona viri iusti innuens qua firmitate inhæreat amori cœlestis Ierusalem, & quàm recta intentione pro illa operetur, astringens se maledicto, dicit : [Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea.] Vel sic potest exponi.

i Obliuioni detur dextera mea] id est, Filius Dei obliuiscatur mei, qui Filius dicitur dextera & brachium Patris, per quem facta sunt omnia, & saluauit genus humanum sibi. *Psal.* 97. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Item *Psal.* 43. Brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, &c. Hæc etiam dicitur nostra, per carnis assumptionem. *Psalm.* 17. Dextera tua suscepit me. Dicit ergo.

h Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea] id est, Filius Dei, dextera Patris, & mea per carnis assumptionem, mei non recordetur, & me sui participem non faciat. Vel sic secundum *Gloss.*

i Obliuioni detur dextera mea] id est, vita æterna, quæ dicitur dextera nostra. Nam sinistra est vita temporalis. Quicquid enim facis pro vita æterna, dextera operatur. Si autem alia intentione facis, sinistra operatur, & si in ea delectaris quasi in dextera, perdis æterna.

k Adhæreat lingua mea] id est, obmutescam & mutus fiam in laudibus Dei, si non fuero tui memor. Mutus enim fit, qui memor Dei non est. Nam vt quid sonat, vt quid loquitur, qui canticum Sion non loquitur. Canticum Ierusalem lingua nostra est, scilicet lingua fidelium. Canticum dilectionis huius sæculi, lingua barbara est. Mutus ergo est Deo qui oblitus est Ierusalem. Ideo dicit.

l Si non meminero tui] scilicet cum amore. Ideo sequitur.

m Si non proposuero Ierusalem, in principio lætitiæ meæ] quasi dicat, ô Ierusalem, si non est mihi præcipua lætitia de te, & in te. Ibi enim est summa lætitia, vbi Deo perfruemur, vbi de fraternitate cohærente securi sumus, nihil ibi delectabit nisi bonum, morietur autem omnis necessitas, & orietur summa fœlicitas, supple obliuioni detur, &c.]

n Memor esto Domine filiorum Edom.] Hæc est secunda pars, vbi contra hostes deprecatur, quasi dicat, Ego ita me habeo vt dixi. Sed ô [Domine memor esto filiorum Edom.] Secundùm literam, Edom, qui & Esau dictus est. Filij autem Esau, id est, Idumæi, impedimento fuerunt filiis Israël reædificantibus Ierusalem in reditu è Babylonia, vel in destructione Ierusalem fuerunt coniuncti Babyloniis. Et est sensus. Domine memor esto illorum, i. puni eos, propter id quod fecerunt in restitutione Ierusalem quam impediunt, vel in die qua euertere volunt Ierusalem coniuncti Babyloniis. Ecce quid — Ad literam. Secunda pars.

Mysticè. *n* Memor esto, &c.] Edom vel Esau omnes carnales significat, Iacob autem spirituales, Esau autem appellatus est Edom à cibo quodam lenticulæ rubro, pro quo primogenita vendidit minori fratri, scilicet Iacob, qui dedit cibum voluptatis & accepit honorem dignitatis, & factus est maior dignitate, qui erat minor tempore. Maior itaque est carnalis homo, minor spiritualis, quia prius est quod est animale, & postea quod est spirituale. Omnis enim homo qui nascitur, priùs carnalis est & animalis. Si autem à captiuitate reuertitur, in reditu in Ierusalem renouatur per interiorem hominem. Sicut autem Esau persequebatur Iacob, ita carnales contrarij sunt spiritualibus. Ideo dicit. Memor esto filiorum Edom] id est, carnalium, qui sunt inimici nostri, & libera nos ab eis. — Mystic. Gen. 25. d. 1. Cor. 15. f.

o In die] scilicet, sequestrationis Ierusalem, id est, quando separabuntur mali, vt puniantur, à bonis, vt præ-

Moraliter. *n* Memor esto, & cæter.] Per Edom qui interpretatur terrenus vel sanguineus, carnalitas significatur, quæ per illicitos motus tanquam per filios suos nos seducit. Et est sensus [Domine memor esto filiorum Edom] i. e. illicitorum motuum vt eos allidas. *o* In die Ierusalem] i. in bonis, qui sunt dies Ecclesiæ, quia dies diei eructat — Moral.

a Ecce qui faciunt. Nam huiusmodi Idumæi sunt. a Qui dicunt exinanite, exinanite] idest pereant omnes qui sunt in ea, scil. Ierusalem. c Vsque ad fundamentum] id est, penitus deficiatis qui estis in Ierusalem, nec vnus quidem remaneat. Sicut de domo dicitur. Destruatur etiam vsque ad fundamentum. Et de cisterna. Exhauriatur vsque ad fundum. Talia dicunt isti. Sed ô. d Filia Babylonis misera] in tua exultatione & præsumptione. Idumæã dicit filiam Babylonis, quia eam secuta est & ei coniuncta. f Beatus qui retribuet tibi retributionem] id est, pœnam quam tu mereris pro impietate tua. Quæ autem sit ista retributio, exprimit, dicens. h Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos] Idumæorum, scil. ad petram, ex iusta vindicta. Potest

al. † Dicentium euacuate euacuate vsque dum.
al. † infelix.
De pœn. dist. 3. c. in felici- bus.
al. † infantes tuos.
al. † non habet omnia.
al. † Et corã Angelis.

† a Qui dicunt b exinanite exinanite, vsque c ad fundamentum in ea. d Filia Babylonis † e misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuã, g quam retribuisti nobis. h Beatus qui tenebit, & i allidet † paruulos suos ad petram.

Psalmus ipsi Dauid.

CXXXVII.

k Confitebor tibi Domine in l toto corde meo, m quoniã audisti † omnia verba oris mei. † In n conspectu Angelorum psallam tibi:

etiam exponi de Babylonii ac paruulis eorum, quos crudeliter interfecerunt Medi & Persæ, in Babylonis destructione. *Isa.* 13. d. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient. Et tunc sic. d. Filia Babylonis] id est, gens Babylonica e Misera] propter destructionem per Cyrum & Darium factam. f Beatus qui retribuet tibi retributionem] vt supra expositum est. i Et allidet paruulos suos] vel, tuos, ad petram. Ex crudelitate enim accipiebant pueros per pedes, & allidebant capita eorum contra parietem. Et hoc secundum literam.

Mystic.

⊖ nis, vt prænuentur. a Qui dicunt] de ipsa Ierusalem sc. Ecclesia.

b Exinanite exinanite] id est, annihilamini. Et hoc dicitur ad similitudinem cisternæ, vnde si aqua hauritur, vsque ad fundamentum peruenitur. Sed quid prodest talibus vitam tollere, quibus Christus est fundamentum, qui est vita æterna? Deinde conuertens sermonem ad eorum ciuitatem, ait.

d Filia Babylonis misera] es: ipsa exultatione tua & ipsa præsumptione. Nota, ciuitas malorum & Babylon dicitur, & filia Babylonis; sic & ciuitas iustorum Ecclesia dicitur Sion & filia Sion, sed per successionem facta est filia Babylonis, & per eius imitationem, sicut Ecclesia per successionem & imitationem erit filia Sion. Sequitur f Beatus qui retribuet tibi] sc. allisionem spiritualem pro allisione carnali. g Quam retribuisti nobis] sc. odium pro dilectione. h. Beatus qui allidet paruulos suos] vel tuos, ad petram] id est, scil. qui captiuos reducet ad viam veritatis ciues tuos, qui dum sunt paruuli reduci possunt, non omnino obstinati in malitia.

Moral.

* diei eructat verbum. a Qui] sc. motus illiciti, dicunt exinanite exinanite vsque ad fundamentum, id est, totaliter exterminate Ierusalem interiorem. Nam ex coaceruatione vitiorum, surrepit confidentia & robur exterminandi ciuitatem animæ interiorem. Sed. d Filia Babylonis misera] id est, caro, quæ coulusionem peccatorum ingerit, cui digna compensatio datur, vt sicut concitat ad vitia, ita repressa virtutibus subdatur, quod carni retribuere beatorum est. Vnde sequitur.

Cordi nec pueroru qui- bus possunt assimilari praui motus cogitationum.

h Beatus qui tenebit, &c. id est, qui etiam paruulos qui ex carne nascuntur, scilicet, motus malos antequam crescant retinet, ne sint liberi. i Et allidet paruulos tuos ad petram. Christum, vt confracti dispereant. Dicuntur autem mali motus paruuli, propter proprietates paruulorum malas. Paruuli enim primò fœtent vrina & immunditia; sic mali motus in anima fœtent in conspectu Dei. *Isa.* 34. a. De cadaueribus eorum ascendet fœtor. *Ioel.* 2. c. Et ascendet putredo eius, quia superbè egit. Secundò, paruuli fœdãt gremium matris, & aliquando pertractando eos cõblandiuntur sibi quod stercora in faciem eius mittunt: sic mali motus in anima fœdant gremium & faciem animæ stercorizant, si immorari permittuntur, & citiùs non expellantur, & à consensu homo non caueat, quia solus cõsensus & voluntas peccandi reos nos non facit. Iuuenalis.

Iuuenalis Satyra 13.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet.

Tertiò, habent semper manus immundas; sic mali motus & malæ cogitationes in anima opera immunda. Habent enim opera nostra radicem suam ex corde vel intentione bona vel mala, *Matt.* 15. De corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, &c. *Matt.* 6. c. Si oculus tuus, id est, intentio tua, simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, &c. Quartò, paruuli stant in luto & in terra; sic mali motus & malæ cogitationes in anima de terrenis exoriuntur, & circa hæc terrena & lutosa versantur. Quia omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut, &c. 1 *Ioh.* 2. c. A quibus terrenis & lutosis se eripi orabat Propheta, dicens: Eripe me de luto fæcis vt non infingar, sc. per amorem. Sicut & Paulus, qui omnia vt stercora arbitrabatur. *Phil.* 3. b. Quintò, paruuli sunt debiles in principio ætatis, sed crescentes paulatim fortiores fiunt, sic mali motus in anima in principio debiles sunt, sed si permittuntur crescere, subitò de capillo transeunt in trabem, & dominium sumunt in anima, ita vt postea difficiliùs expellantur. Ideò, principiis obsta. Sextò, generant vermes, quorum natura semper est rodere, sic mali motus generant mortus conscientiæ & corrosionem. Vnde de damnatis & impiis, *Isa.* 66. g. Vermis eorum non morietur. Reprimantur ergo paruuli motus ab anima, quæ tot mala inferunt, & Deo nimis displicent. Si enim sibi non displicerent, per Isaiam non diceret. Mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. *Isa.* 1. c. Et iterum per *Ioel.* 4 Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Quia verò vt inquit *Iero.* ad Eustochium, Impossibile est in sensum hominis non irruere motum medullarum calore, ille laudatur, ille prædicatur beatus qui statim vt cœperit cogitare interficit cogitatus, & allidit eos ad petram, petra autem est Christus, qui omnibus inuocantibus eum in veritate suum libenter impartitur auxilium Cum quo beati regnant in patria in sæcula sæculorum.

Psal. 68.

1. Cor. 10. a.

EXPOSITIO PSAL. CXXXVII.

Confitebor, &c. Titulus, *Psalmus ipsi Dauid.* Expositio tituli patet ex sæpe iam dictis. Captiuus qui supra fleuerat sedẽs super flumina Babylonis, iam quasi reædificata Ierusalem & Templo restaurato, & quasi factus conciuis illius ciuitatis quæ non fuit captiua, laudat Deum pro libertate, dicens: Confitebor, confessione laudis, eo modo quo *Matt.* 11. d. Christus dicit Confiteor tibi Pater, &c. Quod nullo modo de confessione fraudis intelligi potest. Et de quo laudet Deum, manifestum est, quia reuelasti inquit ea paruulis. Intentio psalmi est, monere ad laudem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, commendat beneficia sibi data. Secundò, dicit quomodo hæc ad omnes dilatentur, *ibi.* Confiteantur. Dicit ergo.

Partitio Psal.

k Confitebor tibi Domine] id est, laudabo te. Quod intelligi non potest de confessione fraudis, sicut exponit *Iero.*

l In toto corde] vt nulla pars occupata in huius sæculi ambitione relinquatur, & ideò non potest esse fraus. Ac si dicat, totum cor in aram tuæ confessionis impono, totum accende flamma tui amoris. Si de confessione peccatorum intelligitur, ex toto dicit; quia sicut multæ ægritudines in vno corpore, sic multæ passiones in vna anima. Et sicut sanari non dicitur corpus multis ægritudinibus ægrum, nisi secundùm omnes sanetur, sic nec anima sanari dicitur nisi omnia peccata peccator confiteatur. Benè ergò dicit. In toto corde meo. Et quare?

m Quoniam audisti omnia verba oris mei.] Interioris, vbi propè est Deus. Longè à Deo te non facit nisi iniquitas sola. Ad ostendendum etiam pietatem & largitatem Dei, virtutemque cordialis orationis, omnia verba oris sui dicit exaudita, est enim Dominus promptus facere voluntatem timentium suorum. Ideò quia sic exaudisti.

n In conspectu Angelorum psallam tibi] id est, coram Angelis est psalterium, & gaudium meum, quod est de superioribus, non coram hominibus qui de inferioribus gaudentes nesciunt gaudium iusti, sed putant miserum quem vident flagellari. Vel, In conspectu Angelorum, &c. id est, in laudando Deum præpono mihi Angelos, vt imiter eos quibus æquari expecto, sicut nunc laude, ita post dignitate. Angeli autem in laude Dei nihil aliud sibi præponunt quam solum Deum. Vel sic. In conspectu Angelorum, id est, in ea puritate qua Angeli conspiciunt, & laudant, scilic. vt in te solo sibi acquiescant. Vnde Moyses iubetur construere tabernaculum secundùm exemplar, quod in monte monstratum est, *Exod.* 25. d. Vel sic. In conspectu Angelorum, q.d. laudabo te gratias agens de ministerio Angelico nobis exhibito. Quæ autem beneficia circa nos munifie-

rio Angelorum proueniant. Notandum quòd Angeli sunt ministri nostri quantùm ad esse, naturæ, gratiæ & gloriæ. Status enim naturæ nostræ lapsæ, est triplex, scilicet, pugnæ, culpæ, & pœnæ. Primò enim Angeli iuuant nos in pugna, siue tentatione. *Exod* 14. c. Angelus Domini qui custodiebat castra Israel, interposuit se inter Ægyptios persequentes, & exercitum fugientem. Istud adiutorium fit tripliciter. Primò, ligando Dæmonis potestatem. *Apoc.* 20. a. Angelus ligauit Diabolum, & misit in abyssum. Et *Tob.* 8. a. Angelus Raphael religauit Dæmonem in superiora deserti. Hæc religatio, est potestatis eius restrictio. Secundò, liberat, tentationem minuendo, *Gen.* 32. f. Angelus qui luctabatur cum Iacob, tetigit neruum femoris eius.

Angelorum suffragia quantum ad triplex esse.

al. † In.

a adorabo ad Templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. † *b* Super misericordia tua & *c* veritate tua, quoniam *d* magnificasti super omne *e* nomen sanctum tuum. In *f* quacunque die *g* inuocauero te † exaudi me, *h* multiplicabis in anima mea virtutem. *i* Confiteantur tibi Dñe omnes Reges terræ, † quia *k* audierunt omnia verba oris tui. Et *l* cantent *m* in viis Domini, quoniam magna est gloria Dñi. Quoniam *n* excelsus Dominus & humilia respicit, & † *o* alta à *p* longè *q* cognoscit.

al. † cito.
al. † quoniam.
al. † canticis Domino.
al. † excelsa.

Tertiò, muniendo signo Crucis. *Apoc.* 7. a. Clamauit Angelus dicens, nolite nocere terræ donec signemus, &c. *Ezech.* 9. b. Signa signo Tau frontes virorum. Secundus est status culpæ, in quo Angelus tripliciter iuuat. Primò, præseruando a peccato futuro. *Nu.* 22. f. Angelus euaginato gladio prohibuit Balaam Prophetam pretio conductum, ne populum Dei malediceret, voce asinæ. Asina, sensualitas est. Sessor, est ratio, quæ aliquando alienata fertur ad perpetrandum. Gladius euaginatus, terror Iudicij, quem Deus peccatori comminatur. *Exod.* 15. b. Euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea. Secundò, Angelus corripit peccata præterita. *Iud.* 2. a. Angelus ascendit ad locum fluentiũ & increpauit filios Israel de ingratitudine & præuaricatione, dicens. Eduxi vos de terra Ægypti, &c. Et sequitur. Eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Quia increpantibus Angelis peccata præterita, debemus moueri ad fletum contritionis. Tertiò, Angelus cogit exire à peccato præsenti. *Gen.* 19. c. Angelus coegit Loth exire de Sodomis. Tertius status naturæ lapsæ, est status pœnæ, à qua liberat Angelus confortando. *Luc.* 22. e. Angelus Domini confortauit Christum in sudore sanguinis. Item pœnam extinguendo. *Dan.* 3. e. Angelus Domini descendit in fornacem, & excussit flammã ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Item conseruando. *Psal.* Angelis suis mandauit de te. Secundus, est status gratiæ, qui comprehendit incipientes, & proficientes, & perfectos, quibus necessarium est ministerium Angelicum. Incipientibus in contritione, confessione, & satisfactione, quia sanat oculos cordis ad contritionem, purgat labia ad confessionem, congaudet ad satisfactionem. De primo, *Tob.* 11. c. ad documentum Angeli ex felle sanatus est Tobias. De secundo, *Isa.* 6. c. Angelus purgauit labia Prophetæ. De tertio. *Luc.* 15. b. Gaudium est coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente. Proficientibus autem adsunt Angeli, excitando intellectum, pascendo affectum, ducendo & reducendo effectum. De primo. *Zach.* 4. a. Angelus Domini excitauit me quasi hominem qui excitatur à somno. Et *Act.* 12. b. Excitauit Petrum. De secundo. 3. *Reg.* 19. a. Angelus ministrauit Eliæ subcineritium panem De tertio. *Tob.* 5. c. Angelus Dñi duxit & reduxit Tobiam. Et Iudith Angelus Dñi duxit & reduxit incorruptã. *Iud.* 13. c. Perfectis verò necessarium est ministerium Angelicum inflãmando ad amorem, præsentando bona opera, visitando corda. De primo, *Psal.* Qui facis Angelos tuos ignem vrentem. De secundo, *Tob.* 12. a. Quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationem tuam Deo. De tertio *Gen.* 28. c. Iacob vidit Angelos ascendentes & descendentes. Angeli descendunt, cùm animæ dulcedinem afferunt, sed ascendunt, cùm animam in contemplationem efferunt. Tertius, est status gloriæ, in quo Angelus tripliciter iuuat, sc. viã præparando, in via dirigendo, & animam deferendo. De primo, *Malach.* 3. a. Ecce ego mittam Angelum meum qui præparabit viam, &c. De secundo, *Exo.* 23. c. Ego mittam Angelum qui præcedat te. De tertio. *Luc.* 16. e. Anima pauperis portata est ab Angelis in locum quietis. Et sic patet quomodo in conspectu Angelorum psallere de-

Psal. 90.

Psal. 103.

bemus, & quod tam Angelis quam Deo gratias agere pro tantis patrociniis teneamur.

a Adorabo ad Templum sanctum tuum] videlicet materiale, propter efficaciam orationis, 3. *Reg.* 8. c. Quicunque orauerit in Templo hoc, &c. Item propter deuotionem excitandam. 3. *Reg.* 8. b. Impleuerat enim gloria domum Domini. Vel, ad Templum, scil. in corde. Intra nos enim est quo adoremus, 1. *Cor.* 3. d. Templum Domini sanctum est, quod estis vos. Templum enim Dei est sedes Dei, anima autem iusti est sedes sapientiæ. Vel, Templum Dei sunt Angeli, in quibus Deus habitat. Qui ergo gaudent de spiritualibus, non de terrenis, ad illud Templũ Angelicum adorant, futuri socij eorum pro quibus venit Dominus Angelorum. Sunt enim Angeli Templum sursum, quia Deus in illis habitat, fideles autem sunt Templum deorsum.

b Super misericordia tua & veritate tua.] Hoc est de quo confitetur, id est, laudat Deum, scilicet, super misericordia, id est, de misericordia, qua peccatorem respicis & ei parcis.

c Et veritate] quâ promissionem reddis, & quâ remuneras. Hæ sunt duæ viæ quibus Dominus ad nos venit, ex quibus ad Deum imus. Has ergo Deo reddamus. Misericordiam in subueniendo, veritatem in iudicando. Sed in quo maximè appareat misericordia & veritas Dei in nobis, ostendit.

d Quoniam magnificasti] id est, magnum fecisti.

e Nomen sanctum tuum] id est, Christum, super omne nomen, cœlestium, terrestrium & infernorum. *Phil.* 2. b. Hæc autem magnificentia apparuit in Incarnatione mirifica, in Natiuitate miraculosa, in prædicatione fructuosa, & huiusmodi. Propterea orat exaudiri in virtute huius mirifici nominis super nos magnificati. Ideo sequitur.

f In quacunque die] id est, vt quando sine nube cupiditatis.

g Inuocauero te, exaudi me] effectualiter, id est, extra audi, faciendo mihi quod peto. Et hoc debes facere, quia non peto terrena, sed virtutes, quibus non potest subesse malum. Et quid sit illud in quo petit exaudiri dicit.

h Multiplicabis in anima mea virtutem.] Non petit temporales diuitias, non salutem corporis, sed multiplicitatem virtutis. *i* Confiteantur, tibi, &c.] Hæc est Secunda pars, in qua inuitat omnes iustos ad laudem Dei, q. d. exemplo meo, confiteantur tibi Domine omnes Reges terræ, id est, moderati viri, qui Reges terræ dicuntur, quia se bene regere norunt, & hi solùm Deum laudare meritoriè possunt, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccl.* 15. c.

Secunda pars.

k Quia audierunt omnia verba oris tui] id est, obedierunt. *Luc.* 11. d. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et notanter dicit, omnes Reges, &, omnia verba, quæ priùs erant abscondita in vna gente Iudæorum, quibus credita sunt eloquia Dei, sed modò vbique reuelata sunt, & ad omnes gentes missa. Quod significatum est in vellere Gedeonis, qui iturus contra Madianitas, petiit signum à Domino, scilicet, vt vellus irrigaretur, sicca manente area; deinde petiit vt vellere siccato compluerctur area. Area, est Orbis terrarum, vellus gens Iudæorũ in medio Orbe terrarum habens gratiæ Sacramentum, non in manifesto, sed in nube secreti, tanquam pluuia in vellere, sed expresso vellere, id est, reuelato figurarum secreto, pluuia in toto Orbe manifesta est, non operta. Solus Christus, suauitas pluuiæ est, id est, gratiæ. Hunc solum ergo nescis, id est, scripturas, ô Iudææ propter quem factæ sunt, quem Orbis terrarum recipit, quo irrigata est area. Et ita vellere siccato, omnes Reges terræ audierunt verba oris tui. Dico, confiteantur Reges.

Et cantent] more eorũ qui ad terminum optatæ patriæ appropinquant. *m* In viis Domini] id est, in misericordia, & veritate, quæ sunt viæ Domini. *Psal.* Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Et quid cantare? Hoc, scilicet, quod sequitur. Quoniam magna est gloria Domini. Et quia non solum gloria Domini est magna in se, sed etiam in effectu. Ideo sequitur. *n* Quoniam excelsus Dominus, &c.] tamen humilia respicit, oculo misericordiæ, quia humilitas est color oculi Dei, Angelorum, & hominum gratissimus. *o* Et alta] id est superbos. *p* A longe cognoscit] quia per gratiam non est cum eis, quos tamen perfectè videt. Vel alia *litera.* Alta à longè, id est, valde superbos, qui ex nimia superbia non conspiciunt ad pedes suos clarâ fronte. *q*. Cognoscit.]His enim quasi nescientibus euenit tribulatio, quia eam non cognoscunt. Econtra in medio tribulationis sunt, qui in hac vita degentes

Psal. 34.

gentes eam totam tribulationem eſſe agnoſcunt. Vnde ſi contingit ipſis tribulatio ex diuina laudatione ſiue ex bono opere, adeſt Deus auxiliator. Vnde addit. *a* Si ambulauero in medio tribulationis]ſc.veram patriam quærens. *b* Viuificabis me] id eſt,ſaluabis me à tribulatione imminenti.Aliter non viuificat aliquem niſi in medio tribulationis. *c* Et ſuper iram inimicorum, &c.]id eſt,ſuper id quod poſſunt inimici,eſt manus tua. Poſſunt enim vt plus occidere, ſed non à te ſeparare. Vel,ſuper iram inimicorum, &c.] i. amplius vindicas inimicos meos, dũ non diutius licet conterere me, quia vel moriuntur, vel conuertuntur. Ecce enim qui Martyres perſequebantur,memorias Martyrum inquirunt. Vel Super iram,&c.i.hoc ipſum quod iraſcuntur mihi, tua eſt in illis animaduerſio. Eſt enim eis iraſci pœna,non tantùm culpà. *d* Extendiſti manum tuam] faciendo de eis vindictã. *e* Et ſaluum me facit dextera tua.] Non ſiniſtra, quæ temporaliter ſaluat, ſed dextera, quæ æternaliter ſaluat. Non habet Deus in ſe dexteram vel ſiniſtram, ſed dextera Dei dicitur felicitas æterna, ſiniſtra felicitas temporalis,&c. *f* Dñs retribuet pro me,&c.] id eſt, pœnam, mihi aduerſantibus, quia ego non poſſum, nec debeo retribuere mala pro malis, quia mihi vindictam, & ego retribuam. *g* Domine miſericordia tua in ſæculum] quia ſemper paratus es retinere ad te venientes. *h* Opera manuum tuarum ne deſpicias] me, ſcil. qui ſum opus manuum tuarum, ne deſpicias, ſubtrahendo à

*Deut.*32.*e.*
*Rom.*12.*d.*

me manum protectionis tuæ, Vel ſic. *f* Dominus retribuet pro me]quod ego non poſſum nec debeo.*Rom.*12.d. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, &c. *g* Domine miſericordia tua in ſæculum]id eſt,in æternum, ideo nolo diem hominis,qui temporalis eſt. Ergo.*h* Opera manuum tuarum ne deſpicias, quia à te creati ſumus & iuſtificati. Opera ergo tua in nobis videas, quia opera noſtra ſi videris damnas, tua ſi videris coronas. Vel ſecundùm myſticum intellectum tangit illud quod in Euangelio legitur de Chriſto, qui cùm vellet ſoluere cenſum pro ſe & pro Petro illis qui tributum exigebant, dixit Petro, vade & mitte hamum in mare, & piſcem qui primò aſcenderit,tolle,& aperi os eius & inuenies ſtatherem,i. duas didrachmas. Stather enim ponderis genus eſt,habens quatuor drachmas. Et addidit. Da illis pro me & pro te.Hoc ſpiritualiter fecit Chriſtus, qui quod non rapuit,pro nobis ſoluit. Chriſtus ergo eſt primus piſcis, hamo mortis captus,primus ſurgens de mari,quia primogenitus à mortuis. In cuius ore inuenimus duas didrachmas,i.quatuor drachmas, ſc. quatuor Euangelia, quibus à vexationibus huius ſæculi liberamur, ne iam debitores remaneamus, ibi enim omnia noſtra peccata ſoluuntur. Pro nobis ergo reddidit, qui pro ſe nihil debuit,in quo Princeps Mundi peccatum non inuenit quare occideret. Ideo iſte humiliter ait. Dominus retribuet pro me,pretium redemptionis,quia opera manuum tuarum non deſpicis.

*Matt:*17.*d.*

a'. † Domine retribues.
a.† æternũ.

a Si ambulauero in medio tribulationis *b* viuificabis me, *c* & ſuper iram inimicorum meorũ *d* extẽdiſti manũ tuam, & *e* ſaluum me fecit dextera tua.† Dñs *f* retribuet pro me.*g* Dñe miſericordia tua in † ſæculũ,*h* opera manuum tuarũ ne deſpicias.

In finem Pſalmus Dauid.

PSAL. CXXXVIII.

i DOmine probaſti me & *k* cognouiſti me: *l* tu cognouiſti *m* ſeſſionem meam & *n* reſurrectionẽ meam.

EXPOSITIO PSALM. CXXXVIII.

DOmine probaſti me.]Titulus. *In finem Pſalmus Dauid.* Pſalmus iſte obſcuriſſimus eſt,& profunditate myſteriorum plenus, in quo Dauid in perſona Chriſti loquitur.Chriſtus autem & Eccleſia tanquã ſponſus & ſponſa ſunt vna caro, ideo in hoc Pſalmo aliquando eſt vox capitis,aliquando membrorum.Quicquid ergo hic loquitur ex perſona ſuſceptæ carnis & ad caput pertinet quod iam aſcendit in cœlum, & ad membra quæ adhuc peregrinantur in terra,in perſona ſuperioris captiui qui iam ſpe in Ieruſalẽ reſtitutus memor diſceſſionis ſuæ in qua Deum latere non potuit, & in qua cum ſe victa ſit manu Dñi,deliberat non eſſe vlteriùs ab eo fugiendũ,ſed ad eum pergendum, & hoc ex perſona totius humanæ naturæ reuertentis ad Deum, tanquam ex voce filij prodigi de longinqua regione redeuntis ad patrem.Senſus tituli talis eſt.Pſalmus iſte dirigens nos in finem,I. in Chriſtum, attribuitur toti Chriſto, in cuius perſona loquitur

Partitio Pſalmi.

hic propheta.Intentione monet non fugere à Deo,ſed ad ipſum. Modus. Quatuor ſunt partitiones Pſalmi. Primò, agit de notitia Dei, quæ comprehendit omnia opera & ſuperioris captiui reuerſi & exultantis, quæ quaſi cogit eum qui latere non poteſt, reuerti, maximè cum manus Dei ibi eum tetigerit. Secundò, dicit non eſſe à Deo fugiendum,ſed ad ipſum recurrendum, *ibi.* Quò ibo. Tertiò dicit quanta ſit exultatio reuertenti ad Deum, *ibi.* Confitebor. Quartò, quomodo mali ei non noceant aperit, *ibi.* Si occiderit. Agit ergo Propheta prius ex perſona capitis loquentis ad patrem.O *i* Domine.] Hoc dicit Chriſtus Patri ſecundum quod homo,non enim Dominus eius eſt pater eius, niſi quia dignatus eſt naſci ſecundum carnem. Pater,eſt Dei,Dominus,hominis. Ergo quia pater & Dñs eſt,pater eſt formæ Dei,Dñs eſt formæ ſerui.Vnus tamen & idem Dei & hominis filius,qui ſecundum quod homo ad Patrem ait. *i* Domine probaſti me] experimentis, vt in tentatione Diaboli in deſerto. *Matt.*4. a. In perſecutionibus Iudæorum, vt in Paſſione. *k* Et cognouiſti me] in reſurrectione. Non dicit eum nouiſſe tunc quod ante non nouerat, ſed aliis tunc notum fecit quem ante non fecerat,ita vt probatum aliis oſtendit. Ac ſi dicat. Cognouiſti me, i. me cognoſci feciſti. Sicut ad Abraham dixit *Geneſ.* 22.c.Nunc cognoui quod timeas Deum,i.cognoſcere feci. Et *l* Tu Dñe,cognouiſti,id eſt, quod voluiſti & approbaſti ſecundum voluntatem tuam factum eſt.Quid cognouiſti? *m* Seſſionem meam] id eſt, humiliatem in Paſſione. *n* Et reſurrectionem meam]id eſt, glorificationem in Reſurrectione. Poteſt & hoc accipi ex voce membrorũ. Vt enim Chriſtus caput ſedit & reſurrexit, ſic & ſui ſedent humiles in patientia,ſurgent recti in ſpe vitæ æternæ. *Rom.*5.a. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatiò patientiam operatur,patientia autẽ probationem,probatio verò ſpem,ſpes autẽ non confundit.Item ſedent confitentes peccata ſua,ſurgent iuſtificati gratia ſua.Dicamus ergo & nos. *i* Dñe probaſti me,&c.]quod, ſc. in humilitate patientiam habeo & peccata confiteor. *n* Et reſurrectionem, &c. ſcil. quod per gratiam iuſtificatus ſurgo,& in ſpem vitæ æternæ erigor. *i* Domine probaſti me,&c.] Moraliter notandum quod eſt duplex de homine probatio,Dei videlicet & hominis. Probat Deus & probat homo. Deus probat actiuos,contemplatiuos,& Prælatos. In Prælatis probat fidem. *Iac.*1. a. Probatio fidei veſtræ patientiam operatur. 1.*Pet.*1.b. In quo exultabitis modicum nunc ſi contriſtari oportet,vt probatio fidei veſtræ multo pretioſior ſit auro quod per ignem probatur.Item patientiam. *Zach.*13.d: Vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum.Et *Dan.*12.c. Eligentur & dealbabuntur,& quaſi ignis probabuntur.Item officium. 2.*Cor.*9. d. Probationem miniſterij glorificantes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ. Item timorem. *Exod.*20.c. Vt probaret vos venit Deus, &c. Item in contemplatiuis probat innocentiam.*Iob* 23.c.Ipſe ſcit viam meam & probauit me.Item dilectionem.*Sap.*11.b. Hos tanquam pater monens probaſti.Et *Gen.*27 c.Accede huc vt tangam te fili mi, & probem, &c. Item intentionem. *Prou.* 17. a. Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda probat Deus. Item voluntatem. *Ierem.* 11. d. Tu Dñe Sabaoth qui iudicas iuſtè, & probas corda & renes. Item probat Deus actiuos in aduerſitate. *Pſalm.* Probaſti cor meum, &c. Et *Eccleſiaſt.*2. a. In igne probatur argentum & aurum, &c. Item in tentatione. *Eccleſ.*27. a. Vaſa figuli probat fornax. *Tob.*12.c.Quia acceptus eras Deo,&c.Item in proſperitate. *Iudic.*7 a.de lambentibus aquas dicit. Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos. Aquæ, ſunt fluxibiles proſperitates. Item in conuerſatione. *Deuter.*1.b. Date ex vobis viros prudentes & gnaros, quorum conuerſatio probata ſit in tribubus. Item probat Deus hominem vt vas, vt amicum. Primò, vt vas per ſonum, ſi clarè ſonat percuſſum,gratias,ſcilicet,agendo,cum Iob dicendo,Dominus dedit, Dominus abſtulit, &c. ſit nomen Domini benedictum. Item de diuinis loquendo. Vnde *Ieronym:* Beata lingua quæ non niſi de diuinis nouit conſtruere ſermonem. Sed multi ſunt fiſtulæ Diaboli. *Iob* 40. b. Oſſa ſius velut fiſtulæ æris. Item probat vt vas per infuſum. *Eccleſiaſt.* 21.c. Cor fatui quaſi vas confractum, quod lutum, i. ſpurcitiam retinet, non aquam puram, i. ſapientiam. Vnde ſequitur. Omnem ſapientiam non tenebit. Item probat vt vas per ignem. *Sap.*3. b. Tanquam aurum in fornace, &c. Sed de illis qui per impatientiam incinerantur,& ignem tribulationis ferre nequeunt, dicitur *Iſa.* 1.f. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. *Ierem.*6.g. Argentum reprobum voca eos. Item probat Deus hominem vt amicum, in neceſſitate ipſum non deſerendo. *Eccleſ.* 12. b. Non cognoſcetur in bonis amicus, & non

Moraliter Duplex probatio de homine.
Deus probat in prælatis.
Deus probat in contemplatiuis.
Deus probat actiuos. Pſal.16.
Item Deus probat hominem vt vas. Iob 1. d.

Probat Deus hominem vt amicum.

abſcondetur in malis inimicus. Quod in bonis nō cognoſcatur amicus, determinatur *Deut.6.a.* vbi dicit *Orig.* ſuper illud, Diliges Dūm Deum tuum, &c. Cum quis in proſperitate diligitur, incertum eſt an proſperita, an perſona diligatur. *Eccl.37.a.* Sodalis amico coniocundabitur in oblectationibus, & in die neceſſitatis aduerſarius erit. Hoc probatum fuit tēpore Martyrum, quando Eccleſia fuit in paupertate. Signum amicitiæ etiā eſt quando homo patitur damnum pro Chriſto. *Cant.* vlt.c. Si dederit homo omnem ſubſtantiā domus pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Itē periculis ſe exponendo. *Eccl.6.b.* Amicus fidelis fortis protectio, qui inuenit illum inuenit theſaurū. *Greg.* Quomodo quiſq; amat, pœna interrogat.

a Intellexiſti cogitationes meas de † lōge, b ſemitā meā, & c funiculū meū d inueſtigaſti. Et e omnes

al. † longinquo. *al.* † limitem.

Deus probat hominem vt militem.

Item probat Deus hominē vt militē, terribilia aggrediēdo. *Iob 39.c.* Audacter in occurſum pergit armatis, contemnit pauore, nec cedit gladio. Ita faciunt milites Chriſti. *Pſal.* Si conſiſtant aduerſum me caſtra, &c. Vnde *Sen.* ait. Hunc volo cuius dentes crepuere ſub pugno, qui ſanguinē ſuum vidit, ſed aduerſarium toto tulit corpore, & proiectus animū non proiecit. Item viriliter reſiſtendo. *1.Mach.3.a.* dicitur de Iuda, Induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica, &c. Item induſtria in modo pugnandi & inſidias cauendi. *Eccl.9.* Dicebam ego ſapientiam meliorē fortitudine. *Prou.22.a.* Callidus videt malum & abſcondit ſe.

Pſal.26.

De probatione hominis.

Circa ſecundum, ſc. de probatione hominis. Quæ eſt triplex. Primò, quantum ad ſeipſum; ſecundò, ad proximum; tertiò, quantum ad Deum. Quantum ad ſeipſum, primò probat cognitionē. *2.Cor.vlt.b.* Voſmetipſos probate, ſi eſtis in fide tentate. Item probat affectionē vel voluntatem. *1.Cor.11.g.* Seipſum autem probet homo, &c. Item propoſitū. *Iudic.8.d.* Quod facere propoſui probate ſi ex Deo eſt, &c. Item operationem. *2.Tim.2.b.* Sollicite cura teipſum probabilē exhibere Deo operarium inconfuſibilē. Item quantum ad proximū, vt probet homo ſuggeſtionē antequam ei conſentiat. *Iob 4.a.* Probate ſpiritus an ex Deo ſint. Item fidelitatem antequā ſe ei credat. *Gen.42.f.* Si probabo quod pacifici ſitis. Pacificum enim vocat fidelem. Item in patientia. *Sap.2.* Contumelia & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerētiam eius & probemus patientiam illius. Item conuerſationē eius. *1.Theſſ.5.d.* Omnia autem probate, quod bonū eſt tenete. Item probat homo quantum ad Deum, diuinam potentiā, quæ ducit ad timorem. *3.Reg.8.e.* Diſcant vniuerſi populi terrarū timere Nomen tuum, ſicut populus tuus Iſrael, &c. *Exod.15.a.* Omnipotens nomen eius, &c. Item ſapientiam. *3. Reg.10.a.* de Regina Saba, quæ venit probare ſapientiā Salomonis. Itē probat bonitatem. *Malach.3.c.* Inferte omnē decimam in horreum meum, & ſit cibus in domo mea, & probate ſuper hoc, dicit Dñs, ſi non aperuero vobis cataractas cœli, &c. Item probat voluntatem. *Rom.12.a.* Nolite cōformari huic ſæculo, ſed renouamini nouitate ſenſus veſtri, & probetis quæ ſit voluntas Dei bona, &c.

Homo probatur ad modū auri, equi, & clerici.

Vel dic. Probatur homo ad modum auri vt purgetur. *Iob 23.c.* Ipſe probauit me quaſi aurum. Item ad modum equi vt ematur. *Pſ.25.* Proba me & tenta me, &c. Item ad modum Clerici, vt ordinetur. *Iac.1.b.* Beatus vir qui ſuffert tentationem, &c.

Aurum probant tria.

Et nota quod tria probant aurum. Ignis fornacis, i. tribulationis. *Eccl.2.a.* In igne probatur aurum. Et *27.a.* Vaſa figuli probat fornax. Item tactus lapidis, i. laus humana, quia ſicut aurum in tactu lapidis probatur, ſic homo in ore laudantium. *Prou.27.* Quomodo probatur in conflatorio argentum, in fornace aurum, ſic homo ore laudantium. Item conſeruatio in luto, vbi non putreſcit, ſic homo in temporalibus. Sed de putreſcentibus dicitur *Ierem.6.g.* Argentum reprobum vocate eos, quia Dñs proiecit illos.

Equus in tribus probatur.

Item equus in tribus probatur. Si ductibilis ſit, &c. i. obediens. *Pſ.80.* Probaui te apud aquas contradictionis. Item ſi timet calcaria, i. præcepta Dei, & facit ea. *Greg.* Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Item ſi bene comedit, i. ſi animam oratione, quæ eſt cibus, reficit. *1.Cor.11.g.* Probet autem ſeipſum homo, &c.

Clericus in tribus probatur.

Item Clericus in tribus probatur, ſcil. in legendo, cantando, & conſtruendo. Legere pertinet ad diſcretionem, & ſecundum hoc dicitur. *Ioan.4.a.* Probate ſpiritus an ex Deo ſint. Et *1.Theſſ.5.d.* Omnia autem probate. Cantare pertinet ad gratiarum actionem. Sic probati ſunt pueri igne Babylonis. *Dan.3.e.* Conſtruere pertinet ad ſtudium ſupernorum. Sic probantur illi qui accipiunt hic penſionem gratiæ, vt poſt habeant coronam gloriæ. *Tob.3.d.* Hoc habet pro certo omnis qui colit te, quia ſi vita eius in probatione fuerit, coronabitur. a Intellexiſti, &c.] Hoc ex perſona membrorum, vbi incipit agere de exilio ſuo ſub ſimilitudine prodigi filij, q.d. probaſti me & cognouiſti me, & etiam intellexiſti cogitationes meas de longè, vel de longinquo, cum adhuc in peregrinatione ſum, antequam ad patriam veniam, vt filio iuniori redeunti occurrit pater, quia intellexit eius cogitationes de longinquo, qui apud ſe dixerat, egeſtate confectus, Surgam & ibo ad patrem meum. Hanc cogitationem prænoſcens pater, ei occurrit. *Luc.15.d.*

b Semitam meam] ſcil. malam, quam occultus iui, patrem meum deſerendo. c Et funiculum meum] quo ſc. traham peccata in lōgum. *Iſa.5.e.* Væ qui trahunt peccata ſicut reſtem longum. Funiculum ergo meum inueſtigaſti quouſque perueni. Longè quidem ieram, ſed tamen ibi eras, à cuius oculis longe non eram. Vt deprehenſus fugitiuus loquitur, ſequente ſe legitima vindicta Dei vindicantis. d Inueſtigaſti] id eſt, perfectè cognouiſti, ſicut res quæ inueſtigatur vſque ad minima, perfectè cognoſcitur, quia inueſtigatio propriè dicta, quæ importat diſcurſum vnius rei notæ ad aliam cognoſcendam, non eſt in Deo. e Et omnes vias

Alleg.

a Intellexit, &c.] Hoc poteſt allegoricè exponi etiam de perſona capitis Chriſti ſic. Intellexiſti cogitationes meas de longè, non loco, ſed tempore, quia omnia antequam ſint, videt. b Semitam meam] i. præcepta arctiora. c Et funiculum] i. hæreditatem æternam, quam pro illis obſeruatis promittit.

Funiculus multiplex.

Eſt enim funiculus multiplex, ſc. naturæ, gloriæ, gratiæ, culpæ, & pœnæ. De primo. *Eccl.* vlt.c. Antequā rumpatur funiculus argenteus. Funis ligat, & ſic eſt quædam colligatio naturalis inter animam & corpus. De funiculo gloriæ. *Pſalm.* Funes ceciderunt mihi in præclaris, &c. *Pſalm.15.* Sicut enim fune aliquid tenetur & menſuratur; ſic homo in gloria detinetur, & habet certam menſuram præmij ſecundum quantitatem meriti. Item ſunt funes gratiæ. *Iob 40.c.* An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Fune enim gratiæ ligatur lingua, i.e. ſuggeſtio Diaboli. Et nota quod iſte funis eſt in inchoatione boni, quod fit per pœnitentiam. *Ier.38.d.* Traxerunt Ieremiam funibus de lacu. Per Ieremiam ſignatur peccator, qui extrahitur funibus pœnitentiæ de peccato. Item in progreſſu boni, & hoc ad exemplum Paſſionis Chriſti. *Ioſue 2.c.* Submiſit per funes exploratores. Exploratores ſunt pœnitentes, qui explorant terram promiſſionis per exemplum Paſſionis. Item in conſummatione. *Eſther 1.a.* Tentoria erant ibi facta de funibus, byſſinis & purpureis. In conſummatione enim duo ſunt, munditia vitæ, & imitatio Paſſionis Chriſti, quæ ſignatur per byſſinam & purpuram. Et nota quod funes gratiæ ſunt tres, caſtitatis, humilitatis, & charitatis. Funibus caſtitatis renes Regum præcinguntur. *Iob 12.b.* Baltheum Regum diſſoluet, & præcinget fune renes eorum. De funiculis humilitatis capita in quibus ſolet regnare ſuperbia, reſtringuntur. *3.Reg.20.c.* Audiuimus quod Reges Iſrael clementes ſint, ponamus ergo ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris. Hoc ſignum eſt humilitatis. Item eſt funiculus charitatis, quo iuſtus trahitur ad gloriam & ei terra promiſſionis menſuratur. De primo, *Oſeæ 11.b.* In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. De ſecundo, *Pſ.77.* Diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Item ſunt funiculi culpæ. Et hi multiplices ſunt. Quia ſunt funes vanitatis. *Iſa.5.c.* Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Iſtis ſunt ligati viri ſuperbi & mulieres ſuperbæ. *Baru.6.c.* Mulieres circundatæ funibus in viis ſedent, ſuccidentes oſſa oliuarum. Item ſunt funes carnalitatis, quibus ligantur ipſi carnales & laſciui. *Prou.7.c.* dixit mulier, i. laſciuia, quæ dicit ad iuuenem: Intexui funibus lectum meum. Item funes cupiditatis. *Prou.5.d.* Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque reſtringitur. Item adinuentionum. *Iud.15.c.* Ligauerunt Samſonem duobus funibus nouis. Duo noui funes, ſunt adinuentiones in duobus generibus peccatorum, ſc. ſpiritualium & carnalium. Item obſtinationes. *Pſal.* Funes peccatorum circumplexi ſunt me. *Pſal.118.* Item ſunt funes pœnæ. Et hi ſunt multiplices. Quia ſunt funes pronitatis ad peccatum. *2.Reg.22.a.* Funes Inferni circumdederunt me, &c. Pronitas enim peccati trahit peccatorem ad profundum peccati, deinde ad profundum Inferni. Item infirmitas ad reſiſtendum peccato. *Iud.16.b.* Si fuero ligatus ſeptem neruiceis funibus, i. ſeptem infirmitatibus quæ relinquuntur ex ſeptem generibus peccatorum. Item paupertatis, quia Diabolus ſpoliat hominem gratuitis, vt eum in peccato teneat. *Iob 36.a.* Si fuerint in catenis & vinciantur funibus paupertatis, Dñs indicabit eis opera eorū. Itē pœnæ æternæ. *Iſa.3.d.* Et erit pro zona funiculus. Dicat ergo Chriſtus homo Deo Patri ſiue in perſona capitis, ſiue in perſona membrorum. Funiculū meū inueſtigaſti. Sequitur. e Et omnes, &c.] Viæ pertinent ad humanos actus, quibus in Mundo conuerſatus eſt.

a Quia

Aleral. * omnes vias meas.]Vias, id est, opera. *a* Præuidisti,] antequam item in eis, & permisisti ire in laborem vt redirem si nollem laborare, & hoc modo fateor, scilicet, me uolle laborare.

b Quia non est sermo in lingua mea,]supple sufficiens ad explicandum celsitudinem tuæ sapientiæ; ideo subditur.

vias meas *a* præuidisti, quia non *b* est † sermo in lingua mea. *c* Ecce tu † Domine cognouisti omnia nouissima & *d* antiqua, *e* tu † formasti me, & *f* posuisti super me manum tuam. † *g* Mirabilis facta est scienti tua ex me, † *h* confortata est, & non *i* potero ad eam. *k* Quo ibo à Spiritu tuo, & quo *l* à facie tua fugiam? Si *m* ascendero in cœlum *n* tu † illic es; si *o* descendero ad Infernum, *p* ades. Si † *q* sumpsero pennas meas † *r* diluculo, *s* & habitauero in extremis maris. *t* Etenim illuc *u* manus tua deducet me, *x* & † tenebit me dextera tua. *y* Et dixi, † *z* forsitan tenebræ *a* conculcabunt me: & *b* nox *c* illuminatio mea in deliciis meis.

al. † dolus.
al. † nō habet Domine.
al. † finxisti.
al. † Mirificata.
al. † inualuit.

c Ecce tu Dñe cognouisti omnia nouissima,] quando scilicet, porcos paui. *d* Et antiqua,]quando partem substantiæ meæ petij. Hoc secundum parabolam. Mysticè autem antiqua nostra fuerunt, quando per antiquum peccatum lapsi sumus, nouissima vero est pœna, quando in hanc mortalitatem venimus, quæ est vltima, si redire velimus, alioquin restat æterna.

e Tu formasti me,] ad istos labores ad quos omnes nati sumus.

f Et posuisti super me manum tuam,] grauantem superbum salubriter, vt erigat humilem. Propterea.

g Mirabilis facta est scientia tua ex me,]id est, ex peccato meo mirabilis & incomprehensibilis facta est mihi scientia tua. Mihi enim non facile est contemplari te, quem superbus reliqui, quando dixi. Da mihi portionem substantiæ meæ.

h Confortata est,] id est, inualuit adeo, quod.

i Non potero ad eam,]attingere ex me, id est, mirabilior est scientia tua quàm ego possum cogitare. Propter quod *Luc. 15.c.* *Ieron.* transtulit. Mirabilior est scientia tua à me. Hebræi enim non habent comparatiuum gradum, sed vtuntur positiuo pro eo cum ablatiuo casu. Vt supra habetur, Bonum est confidere in Domino, id est, meliùs. Mysticè in his verbis Gentilis populus suæ cæcitatis recordatur, quæ *Psalm. 117.* non solùm super Iudæos, sed etiam super Gentes olim inualuit. Vnde & eadem verba, quæ Iudæorum cæcitatem figurant ponit hic, scil. Posuisti super me manum tuam. In *Exod.* legitur Dominus dixisse Moysi. Non poteris videre faciem meam, sed ponam te in foramine petræ, protegam te dextera mea donec transeam, tollamq; manum meam, & cùm transiero posteriora videbis. Moyses, est Iudaicus *Exod. 33.d.* populus. Manus Domini super eum vt non videat faciem transeuntis, cæcitas est in Iudæis, vt non cognoscant Diuinitaté Christi, donec per Passionem transeat de hoc Mundo ad Patrem. Post transitum tollit Dñs manum suam, & videt Moyses posteriora quia post Resurrectionem ablata *Rom. 11.d.* est cæcitas eorum qui crucifixerunt Dominum. Sicut ergo super Gentilem populum posita manu Dei incomprehensibilis facta est scientia Dei. Ita grauata manu super Moysem, scil. super Iudæos, non potuerunt videre Christum *Rom. 11.d.* esse Deum donec transiit ad Patrem. Tunc enim prædicante Petro multi de illis conuersi sunt. Conclusit ergo Deus omnia in infidelitate, vt omnium misereatur.

Secunda pars. *k* Quo ibo, &c.] Hæc est secunda pars, vbi iam deliberat non esse à Deo fugiendum, sed ad eum eundum. Dicit ergo. Quo ibo à spiritu tuo, quo plenus est mundus. *Sap. 1. b.* Spiritus Domini repleuit Orbem terrarum.

l Et quo à facie tua fugiam,]id est, ab ira tua, vel præsentia tua, quasi dicat, hoc est impossibile. Et se vertens hac & illac quasi quærens locum fugæ, dicit.

m Si ascendero in cœlum,] id est, si me extulero, inuenio te repressorem. Si de iustitia mea superbiero.

n Tu illic es,] cuius verè est iustitia.

o Si descendero ad Infernum,] id est, si peccando venero in profundum malorum tiolens confiteri, dicam, quis me videt.

p Ades] vt vindices. Quò ergo iturus sum vt te iratum non sentiam? Inuenit iste consilium quò fugiat, quasi sic potero.

q Si sumpsero pennas meas,] id est, duas alas Charitatis, quas perdideram. Et hoc.

r Diluculo,] virtutum. Alia litera, in directum, scil. vt nec erigar superba præsumptione, nec mergar desperatione.

s Et habitauero in extremis maris] mente, non in medio, quia ibi mergerer, sed in extremis, id est, in fine sæculi, vbi sit mihi requies. Illuc ergo iam volemus spe & desiderio, habentes alas geminæ charitatis. Sed quia ipse Dominus nos illuc ducit, inde sequitur.

t Etenim illuc manus tua deducet me,] vt erigar quasi in aëre, non tangens cœlum per elationem, nec terram per desperationem.

x Et dextera tua] id est, gratia tua, tenebit me, ne recedam, sed perseuerem. Seu quia considerat longinquitatem viæ, & quomodo refrigescit charitas, subdit. *y* Et dixi,] id est cogitaui volare, & dixi mihi. *z* Forsitan tenebræ,] id est, tot mala sæculi.

al. † Ibi.
al. † recipiā.
al. † in directum.
al. † adducet
al. † fortasse.

a Conculcabût me. Abundat enim iniquitas sæculi, qua pennæ charitatis refrigescere possunt. Et quia in nocte desperaui transire mare per me.

b Nox,] id est, hæc tota misera vita facta est mihi.

c Illuminatio mea in delitiis meis] id est, per delitias meas.

Alleg. A *b* Quia non est sermo,] sine dolus in lingua mea, sicut in lingua Adæ & filiorum eius. Ego autem filius tuus veritatem loquor, quamuis dixerim quædam quæ videntur sibi contraria. Vt illud: Pater maior me est. Et illud: Ego & Pater vnum sumus, quæ vera sunt, secundùm quod *Ioan. 14.d.* homo & secundùm quod Deus. *c* Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima & antiqua.] Nouissimum est: Verbum caro factum est, scilicet, Puer natus est nobis. *Ioann. 1.c.f.* Antiquum est: In principio erat Verbum. Hæc sunt noua & vetustissima, de quibus in lege Moyses ait: Vetustissima veterū comedetis, & nouis superuenientibus vetera proiicietis. Alia enim sunt vetera, alia noua, alia vetustissima. *Ioan. 1. b.* *Isa. 9.b.* Vetera, sunt promissiones legis & Prophetarum, de venturo tunc Christo. Noua, sunt promissionum impletio, *Ioan. 1.a.* veritatis exhibitio. Vetustissima, quæ ad Diuinitatis æternitatem pertinent. *Leuit. 26. b.* Nouis ergo superuenientibus, vetera sunt proiicienda, sed vetustissima seruanda, quia exhibita veritate Dominici aduentus figura & promissio cessare debent. Inde est quod tres Missæ in Natiuitate Christi dicuntur. In prima de æterna genitura Filij cantatur, Dominus dixit ad me, &c. In secunda de promissione aduentus: Lux fulgebit, &c. In tertia de impletione *De tribus Missis in Natiuitate Christi.* promissionis: Puer natus, &c. Et quia ille idem qui est Dei Filius, factus est hominis filius, ideo in illo Missæ officio vbi cantatur de æterna genitura, Dominus dixit, &c. legitur Euangelium de temporali Christi Natiuitate. Liber generationis. Et in Missa vbi cantatur de temporali Christi Natiuitate, legitur Euangelium agens de æterna Verbi genitura: Cantatur enim: Puer natus est nobis. Et legitur: In principio erat Verbum. Et quia veritate exhibita figuræ cessare debent: ideo officium Missæ ad promissionem pertinens, sequentibus diebus non repetitur, sed illud quod pertinet ad promissionis completionem, scilicet, Puer natus est nobis: Hæc ergo sunt nouissima Christi & antiqua quæ nouit Pater, & cui Filius reuelat: quæ abscondita sunt sapientibus & prudentibus, *Matth. 11.d.* id est, de scientia intumescentibus, Scribis, scilicet, & Pharisæis, omnibusque hæreticis, qui nouissima & antiqua in Christo recipere refugiunt. *e* Tu formasti me,] secundùm hominem. *f* Et posuisti super me manum tuam,] non super primum hominem.

g Mirabilis facta est scientia tua ex me,] id est, per meam Prædicationem facta est mirabilis hominibus. Scientia enim Patris per Christum facta est mirabilis hominibus, quibus tot arcana patuerunt, sed per primum hominem despicabilis fuit. *h* Confortata est]in pectoribus hominum, cum firmiter crediderunt.

i Et non potero ad eam, quia homo assumptus diuinæ substantiæ non potest æquari in scientia vel in alio.

k Quò ibo,] à præsentia tua? Quasi nusquam.

m Si ascendero.] Hoc factum in Ascensione.

o Si descendero.] Hoc factum est in morte.

q Si sumpsero pennas meas,] id est, Diuinitatem.

r Diluculo,] id est, ante lucem.

s Et habitauero in extremis maris,] id est, super vniuersum Mundum. *u* Manus tua deducet me,] id est, Filius tuus, scilicet, Verbum.

z Forsitan tenebræ conculcabunt me:] Ironicè & irrisoriè opinantium, non dubitatiuè dicit, & ad irrisionem magorū. *b* Et nox illuminatio mea,] id est, illi qui priùs erant

* tias meas. Nostræ enim delitię Christus est, de quo exultamus. Venit mulier, scilicet, sapientia Dei, quæ drachmá vbi est imago Regis, id est, hominem factum ad imaginem Dei, perdiderat, & accendit lucernam quæ de luto est, id est, carnem luce Diuinitatis repleuit, noctemque illuminauit, & nocte illuminata inuenit drachmam.

Moral.
Luc. 15. b.

a Quia tenebræ non † b obscurabuntur à te. c & nox † sicut dies d illuminabitur, sicut e tenebræ eius f ita & lumen eius. † g Quia tu possedisti renes meos: † h suscepisti me i de vtero matris meæ. k Cófitebor tibi † l quoniá terribiliter † magnificatus es m mirabilia opera tua, † & n anima mea cognoscet † nimis. o Nó

Vel sic: Nox quæ priùs erat horror, est illuminata, & delitiæ meæ, id est, cósolatio mea, quod à te sit illuminata.
a Quia tenebræ] sc. homines mali. b Non obscurabuntur à te,] qui flagellando crudis hominem vt cófiteatur peccata, & confitentem vera luce illuminas. Qui enim non confitetur peccata, suas tenebras tenebrat, sed si confitetur, Deus illuminat. c Et nox sicut dies illuminabitur,] a te, sicut & dies huius noctis. Notandum quòd & nox illa quam supra posuit, id est, hæc vita misera, & noctem habet & diem. Nox est sæculi aduersitas; dies vero eiusdem prosperitas. Sed si Deus habitat in anima promittens aliam lucem, illuminat noctem huius noctis sicut diem, docens scilicet, non lætari in prosperis, nec frangi in aduersis, & tunc incipit homo his indifferentur vti, & sic est ei nox huius noctis sicut dies eius, & in omni tempore cum B. Iob benedicit Deo: Ideo subdit.

al. † quoniá.
al. † obtenebrabuntur.
al. † tanquá.
al. † quoniá.
al. † Domine.
al. † Domine.
al. † mirificatus.
al. † Deus.
al. † valdè.

e Sicut tenebræ eius,] scil. noctis, sunt mihi, id est, aduersa. f Ita & lumen eius,] id est, prospera, ideo hoc modo tenebræ non conculcabunt me. Et quasi aliquis diceret. Vnde est hæc indifferentia tibi? Respondet.
g Quia tu possedisti renes meos,] id est, non solùm cor & cogitationes, sed etiam renes, id est, delectationes. Et.

Iob 2. d.

h Suscepisti me.] Præpostere dictum est: priùs enim est suscipere, quàm possidere. i De vtero matris meæ,] id est, de consuetudine ciuitatis meæ Babyloniæ, in qua priùs natus sum captiuus, vbi indifferenter habebam lucem & tenebras noctis.

Tertia pars. n Confitebor tibi, &c.] Hæc est tertia pars, vbi dicit quanta est exultatio & multiplicatio redeunti ad Deum, Deo illuminante, & renes possidente, quasi dicat, quia suscepisti me, ideo confitebor tibi, id est, laudabo te.
l Quoniá terribiliter magnificatus es,] id est, eo ipso quo te miramur terribilis es, & ita cú tremore gaudemus, quia timemus ne superbi perdamus quod humiles percepimus.
m Mirabilia opera tua.] Non solùm tu es mirabilis, sed & opera tua. n. Et anima mea cognoscet nimis.] Ante erat mira scientia tua ex me, & non poteram ad eam, sed modò possum, quia noctem illuminasti, renes possedisti, de vtero suscepisti, id est, quia venit mihi gratia tua & illuminauit me, ideo cognoscit anima mea nimis. Et hoc quia. o Non est occultatum os meum.] Os ossis, non oris dicit. Est ergo quædam firmitas interior, quæ est abscondita hominibus. Sed tu qui fecisti eam vides, quæ frangi non potest. Occidi enim possunt, sed flecti nequeunt. Vnde hominibus tristes esse extra videbantur, Deo autem qui intus videt, gaudent, quasi tristes, semper autem gaudentes. q Et substantia mea,] id est, ego qui in carne corruptibili subsisto, & tamen os nó cedit malis huius inferioris Mundi. r In inferioribus terræ,] id est, substantia corporis mei non latebat te cùm adhuc essem in materia vnde facta est. Non ita mirum est si Angelus est fortis, quàm si caro est fortis: quòd est ex osse occulto, & ex inferioribus terræ.

2. Cor. 6. b.

f Imperfectum meum. Hucusque locutus est ex persona membrorum, hic iam loquitur ex persona capitis ex eadem voce, quasi dicat, mihi fecisti os occultum, sed quid de his fiet in quibus non est hæc fortitudo? Christus qui ab initio Psalmi cœpit loqui, post interposita membrorum verba, dicit Patri ex persona sua. Imperfectum meum viderunt oculi tui, quia etiam titubantes respicit Deus misericorditer ne pereant. Sic respexit Petrum.

Luc. 15. g.

u In libro tuo,] id est, in me dedisti formam iustitiæ hominibus, & qui sum liber vitæ, in quo prædestinati saluantur. Vnde supra, vir iustus dicit. In capite libri scriptum est de me, &c.

Psal. 39.

x Omnes scribentur,] id est, instruentur & nominabuntur, non modò perfecti, sed & imperfecti: non ergo desperent.

Nam, illuminabuntur à me, & sic illuminati erunt in delitiis meis.
a Quia tenebræ,] id est, mysteria scripturarum.
b Non obscurabuntur à te, sed nox] i. e. sermo obscurus.
d Illuminabitur sicut dies] id est, patebit sicut sermo apertus. e Sicut tenebræ, &c. quia veritas est reuelata per Christum in opertis sicut in apertis. Ideo tenebræ non conculcabunt me. g Quia tu possedisti renes meos,] vt sine peccato fieret conceptus meus & ortus meus. h Suscepisti me de vtero matris meæ,] Virginis. Tua enim operatione totú factum est. Ideo, k Confitebor tibi, id est, laudabo te.

est † occultatum os meum à te quod fecisti in † p occulto, & q substantia mea r in inferioribus terræ f Imperfectú meum t viderunt oculi tui, & in u libro tuo x omnes scribentur, † y dies z formabuntur & a nemo in eis. Mihi b autem † nimis c honorati sunt amici tui Deus: † nimis d confortatus est e Principatus eorum.

al. † absconditum.
al. † abscondito.
De consf. dist. 4. c. sicut in sacris.
al. † per dié errabunt.
al. † dij firmabuntur.
al. † valde honorificati sunt.

l Quoniam terribiliter magnificatus es.] Per Adam homo cecidit: & per me eminuit quàm magnificus sis.
m Mirabilia opera tua,] Prædicationis, Passionis, Resurrectionis, &c. n Anima mea, &c.] Quia nemo nouit Patrem nisi filius.
o Non est occultatum os meum à te,] id est, Diuinitas.
p In occulto,] quia fecisti malis occultari. q Substantia mea, secundùm hominem, est. r In inferioribus terræ.] id est, de fragili terra.
f Imperfectum meum, non modò perfectos, sed imperfectos. t Viderunt oculi tui,] misericorditer. y Dies,] id est, maiores, vt Apostoli, secundùm illud. Dies diei eructat verbum. z Formabuntur,] à me, in quo perfectionem gratiæ sumunt. a Et nemo,] meorum formabitur in eis, quia non dicuntur esse Petri vel Pauli, sed Christi, à quo Christiani dicuntur. Et hoc est quod sequitur de Apostolis. b Mihi autem nimis honorati sunt.] Hoc manifestum est de Apostolis, quos amicos vocat *Ioann. 15. b.* Iam non vos dicam seruos, sed amicos. Qui c Nimis,] id est, valde, honorati sunt. Christus enim Apostolos multis modis honorauit.

Matth. 11. a.
Psalm. 18.
1. Cor. 1. b.

Videlicet.
- Vocando eos in propria persona. *Matth. 4. d.* Vocauit Iesus Ioannem, Iacobum, Petrum, & Andræam. Et alibi alios.
- Eligendo eos. *Ioann. 15. c.* Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Et *Ioann. 6. g.* Nonne vos duodecim elegi?
- Potestatem faciendi miracula eis tribuendo. *Matth. 10. a.* Conuocatis duodecim Apostolis, dedit eis potestatem super spiritus immundos, & super omnes languores. Et *Marc.* vlt. d. In nomine meo Dæmonia eiicient.
- Familiaritatem cum eis habendo. *Act. 1. d.* Oportet ex viris qui nobiscum congregati sunt omni tempore quo intrauit & exiuit Dominus Iesus inter nos, &c. Et *1. Ioan. 1. a.* Quod & vidimus, audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, &c.
- In própria persona eos docendo, non per Angelos, sicut Patres veteris Testamenti. *Luc. 10. d.* Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et *Ioan. 13. b.* Vos vocatis me magister, &c.
- Secreta sua eis manifestando. *Ioan. 15. b.* Vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.
- Potestatem iudiciariam eis conferendo. *Matth. 19. d.* Sedebitis super sedes duodecim, &c.
- Eos fratres spiritualiter vocando. *Matth.* vlt. b. Ite, dicite fratribus meis, &c.
- Post Resurrectionem suam eis apparendo, cum eis comedendo, & de Regno Dei loquendo. *Act. 1. a.* & *Luc.* vlt.
- Principes Ecclesiæ constituendo. *Matth. 16. c.* *Psalm. 44.* Constitues eos Principes, &c.
- Eos suos testes constituendo. *Act. 1. a.* Eritis mihi testes, &c. Et sic Christus Apostolos honorauit.

d Nimis confortatus est,] id est, firmiter stabilitus. Quia sunt induti virtute ex alto. *Luc. vlt. g.* Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto.
e Principatus eorum,] quia principes Ecclesiæ fuerunt, & Episcopales Cathedras obtinuerunt, quas in Ecclesiis instituendis diuisis per mundum sedibus sanctarum prædicationum opere fundauerunt. Ipsi enim præstante Deo leguntur Duces Ecclesiarum, arietes gregum, & Principes

Principes fidelium populorum, quorum laboribus sancto Spiritu totius orbis adunata & solidata deuotio est. Et quia Christus sic eos confortauit & honorauit. Sequitur. a Dinumerabo eos] non solum Apostolos; sed eos quos in fide genuerunt. b Et super arenam multiplicabuntur, quia quasi innumerabiles renati sunt per illos. Vel, super arenam, id est, super Iudæos, qui propter sterilitatem Arena dicuntur. Vnde in promissione dictum est Abrahæ, Gen. 22. c. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam maris. Per stellas populus Christianorum intelligitur, qui numerosior est populo Iudæorum per arenam figurato. c Exurrexi] à morte.

al. † Quoniam dices.
al. † accipient.
al. † eos qui oderunt te odio habui.

a Dinumerabo eos & b super arenam multiplicabuntur, c exurrexi & d adhuc sum tecum. Si e occideris Deus peccatores: viri f sanguinum declinate à me. † Quia dicitis in cogitatione: † g accipiant in h veritate ciuitates suas. i Nonne qui oderunt te Domine oderam: & k super inimicos tuos tabescebam. l Perfecto odio oderam illos: & inimici m facti sunt mihi. n Proba me Deus o & p scito cor meum: † q interroga me & r cognosce semitas meas. Et s vide si via iniquitatis in me est, & t deduc me in via æterna.

al. † scrutare.

In finem Psalmus Dauid.

d Et adhuc sum tecum; nondum cum ipsis per notitiam, quia non mox post resurrectionem Christum agnouerunt. Vel, sum tecum, id est, occultus ad dexteram tuam, donec omnibus in Iudicio apparebo. Hoc de capite. Sequitur autem in persona membrorum, quæ patitur malos permixtos bonis.

Quarta pars. e Si occideris Deus peccatores.] Quarta pars quomodo mali non noceant ei. Quæ sumendo duos versus simul sic continuatur. Sum tecum, sed tamen adhuc patior ab hæreticis in corpore meo quod est Ecclesia. Dico ergo. O Deus si, id est, quando occideris peccatores, id est, hæreticos, qui fastu superbiæ ab aliis se diuidunt, qui à superbia occidi dicuntur per amissionem gratiæ. g Accipiant, scilicet, ipsi occisi.

h In vanitate ciuitates suas,] i. populos suos vanos, eorum vana sectantes, qui ipsos apparentia iustitiæ inflatos sequuntur dirupta vnitate. Est autem occasio inflatis hæreticis seducentibus populos separandi se & illos ab vnitate. Tales, scil. quia mali ibi, id est, in Ecclesia sunt, quibus nolunt misceri, & sunt verè in Ecclesia non modò boni quos infamant, sed & certè mali, & hac occasione se & alios corporaliter à bonis diuidunt. Et etiam ideo, quia Deus semouet bonos vt à malis se separent. Ideoque interponit.

f Viri sanguinum declinate à me, quoniam dices, alia litera, in cogitatione. Quasi, ideo accipient hæretici, in vanitate ciuitates suas, id est, ideo seducent in separatione propria vanos populos, quia tu ò Deus, dices, id est, immittes in cogitatione iusti vt dicat malis. Viri sanguinum declinate à me, id est, mones bonos vt à malis se separent, non vtique loco, non corpore, sed mente, non apertè adhuc, ne & bonos deserant, sed puritate vitæ. Quia autem dicit Deus modò malis in cogitatione bonorum, in Iudicio dicet apertè. Amen dico vobis non noui. *Matth. 25. a.* Hæretici igitur qui innocentes sæpe infamant, quos tanquam malos se fugere simulant, videntes malos inter quos triticum gemit, vsurpant hanc auctoritatem, & dicunt imperitis, vt separent se à malis corporaliter, qui cum bonis sunt, quia Deus monet iustos vt dicant. Viri sanguinum declinate à me. Et ideo nisi id fecerint quod Deus monet eos, non esse iustos dicunt. Sed non sicut hæretici putant, illud monet Deus. Non enim monet vt ante nouissimam ventilationem, vt putant hæretici, se corporaliter diuidant à malis, sed per vitæ dissimilitudinem se seiungant à viris sanguinum. Viri autem sanguinum sunt, qui oderunt fratrem, sicut *Ioann.* dicit. Qui odit fratrem suum, homicida est. *1 Ioan. 3. c.*

i Nonne qui oderunt, &c.] Quasi hæretici non intelligentes accusant in bonis communionem malorum. Sed quid mihi calumniantur, dicit corpus Christi, de commixtione malorum? Nonne etiam mixti illis separati sumus ab illis animo & voluntate, odiendo vitam eorumque mores? Ideo dicit. Nonne qui oderunt te Domine, oderam, quasi dicat, sic.

k Et super inimicos tuos tabescebam,] id est, resoluebar interius zelo iustitiæ tuæ iratus contra eos.

l Perfecto odio oderam illos,] id est, iniquitates eorum odi, non naturam. Hoc est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec propter homines vitia diligas. Quomodo ergo commixtione malorum contaminabor, sicut calumniantur mihi hæretici, de quibus adiungit.

m Et inimici facti sunt,] ipsi hæretici, mihi, non tantùm Dei, sed & mei inimici sunt, in quo illos odio habeo:

n Proba me.] Hucusque egit de hæreticis & aliis eorum sequacibus ab Ecclesia separatis. Nunc etiam agit de malis vel fictis sibi coniunctis, quos patitur Ecclesia & gemit; quasi dicat, hæretici se & alios separant, ergo cum separatis occisis & suis sequacibus restant mali inseparati, inter quos genuit Ecclesia, quos & patitur. Quid ait ipsa? Vide. Quid? O tu, Deus proba me.

o Et, pro, id est.

p Scito cor meum,] quia non consentio factis malorum. Tu Deus proba & scito, quod non potest homo, non hæreticus, qui nec probare nouit, nec scire cor meum, sed tu solus qui rimaris occulta cordium.

q Interroga me,] quod ad inquisitionem pertinet minutissimam.

r Et cognosce semitas meas,] id est, facta & cogitata mea occulta. Deus enim septem facit cordi. Primò, rimatur siue intuetur. 1. *Regum* 16. b. Homo enim videt quæ patent; Deus autem intuetur cor. Et hoc per gratiam conuersionis infundendo. Secundò, adaperit instruendo. *Coloss.* 4. a. Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendũ, &c. Et 2. *Mach.* 1. a. Adaperiat Dominus cor vestrum. Tertiò tangit, feruorem immittendo. 1. *Regum* 10. d. Abiit cum Saul pars exercitus, quorum Deus tetigerat corda. Quartò, visitat & probat. *Psalm.* 16. Probasti cor meum, & cætera. Quintò, emollit, ad deuotionem excitando. *Iob* 23. d. Deus emolliuit cor meum. Hoc est quod promiserat Deus per *Ezechiel.* capitulo decimo primo d. & 36. f. Auferam à vobis cor lapideum. Sextò loquitur cordi, & hoc vt delectetur. *Osea* 2. c. Ecce lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Septimò trahit, totaliter sibi vniendo, quia qui adhæret Deo, vnus spiritus efficitur cum eo. Ideo dicitur *Iob.* 34. b. Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet. Est enim Dominus attractiuæ naturæ, quia ad modum adamantis trahit ad se quicquid tangit. Hunc attractum desiderat qui dicit. Trahe me post te. *Cantic.* 1. a. Et anima sic tracta cantat. Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Ecce quid ait proxima Christi inter filias, hæ sunt voces eius. Proba me, Domine, & scito cor meum. Hæc conscientia munda est, & similis filiæ Regis intrinsecùs, quæ est inter filias, sicut lilium inter spinas, quasi dicat, illi sunt inimici tui, tu verò Deus proba me & cognosce semitas meas, id est, perscrutare consilia & cogitationes.

Septem Deus facit cordi. *1. Cor. 6. d.* *Psalm. 72.* *Cantic. 2. a.*

s Et vide si via iniquitatis in me est] faciendo vel consentiendo. Si quid autem inueneris in via mea quod oculis tuis displiceat, quia via mea mortalis est.

t Deduc me in via æterna] quæ est Christus. Christus enim æternus est, qui dixit. Ego sum via, veritas & vita. In hac ergo via nulla est iniquitas, quia si quis peccat, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Ioann. 14. a.* *1. Ioan. 2. a.*

EXPOSITIO PSAL. CXXXIX.



ERipe me.] Titulus. *In finem Psalmus Dauid.* Per Dauid hic intelligitur Christus verus Dauid, qui est finis noster, vt sæpe dictum est, ad quem per totum Psalmum loquitur sancta Ecclesia, quæ est corpus Christi. Et est hic conquestio & gemitus & oratio corporis Christi inter malos constituti, nondum habentis in re, sed in spe bonum vbi est plena exultatio. In hoc ergo Psalmo sonat vox corporis Christi, hæc est vox nostra, si tamen sumus in corpore Christi, vbi quisquis non fuerit, in eis erit inter quos illud corpus gemit, aut in illo corpore erit, aut membrum Christi, aut hostis Christi. Et est sensus tituli. Psalmus hic dirigens nos, in finem, id est, in Christum, vel est, Dauid, id est, Ecclesiæ, quæ hic loquitur vt corpus eius. Intentio monet vt contra mala sæculi ad Deum oremus. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò proponit, qui hostes, quæ mala monent, opponens eis preces. Secundò, quod auxilium habeat contra mala, *ibi*: Dixi Domino. Tertiò quæ sint mala inimicorum aperit, *ibi*: Caput circuitus eorum. Ecclesia ergo inter malos laborans clamat.

Partitio Psalmi.

Psalmus CXXXIX.

CXXXIX.

† a Eripe me Domine ab homine † malo, b a viro † iniquo eripe me. c Qui cogitauerunt † iniquitates in corde: d tota die e constituebant † f prælia. g Acuerunt linguas suas h sicut serpentes: i venenum Aspidum sub labiis eorum. † k Custodi me Domine de manu peccatoris: & l ab hominibus † iniquis m eripe me. n Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: o absconderunt superbi † laqueum mihi. Et † p funes extenderunt in † laqueum: q iuxta † iter scandalum posuerunt mihi. Dixi r Domino Deus meus es tu: † s exaudi Domine vocem deprecationis meæ. t Domine, Domine virtus u salutis meæ: x obumbrasti super caput meum in die belli. † y Non tradas me Domine a z desiderio meo peccatori:

al. † Exime.
al. † maligno.
al. † iniusto erue.
al. † iniustitias.
al. † bella.
al. † Conserua.
al. † iniustis erue.
al. † muscipulam.
al. † restes.
al. † muscipulas pedibus meis.
al. † semitas.
al. † percipe auribus.
al. † Ne.

Iniquus & innocens quis dicatur.

a O Domine eripe me ab homine malo: non ab vno, sed à toto genere malorum cum principe suo Diabolo, qui & homo dicitur in figura: Vnde, inimicus homo, hoc fecit, qui superseminauit zizania. *Matth.* 13. d. Et vir dicitur, quia fortis ad nocendum. Vnde subditur. b A viro iniquo eripe me.] Vir iniquus est qui nocet. Omnis autem malus nocet: Vnde cùm dixisset; Ab homine malo, quasi exponens subiungit, A viro iniquo: volens significare, quod omnis malus, iniquus est, quia sibi vel alij nocet. Alij quidem nocet, vel mox vt malus est, vel postea. Sunt enim quidam mali qui non videntur iniqui, quia non sunt sæui, non asperi, non persequentes & pressuras hominum facientes, sed tamen luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti, qui etsi aliis nocere non videantur, sibi tamen nocent. Et ita non sunt innocentes. Innocens enim est, qui nec sibi, nec alij nocet. Si quis tamen altè consideret, etiam alij nocet, saltem exemplo, quia viuit tecum, & ad id quod agit inuitat. Postea verò nocebit etiam opere. Cùm enim quæ habet voluptuosè viuendo consumpserit, postea rapit aliis, quod effundere possit. Ex voluptate ergo & luxuria quibus aliis nocere non videbatur, procedit quo te pungat: Sicut spinæ in radice sunt lenes, sed inde procedit quod pungit: Incidatur ergo radix, & non est vnde procedat spina. Ita dum aliquis voluptuosè viuit, nulli nocere videtur, sed post rapit quod effundat. Corrigatur ergo voluptas tanquam radix, & non nascetur rapina quæ pungit velut spina.

Mali impugnant bonos tribus modis.

c Qui cogitauerunt, &c. Qualiter mali persequuntur, exequitur. Impugnant enim bonos tribus modis, scil. lingua, manu & corde. Et de corde præmittit dicens: Qui cogitauerunt, quasi dicat eripe me à populo malorum, eripe me hærentem Mundo per amorem. *Psal.* 43. Conglutinatus est in terra venter meus, id est, memoria. *Isa.* 51. b. Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat, scil. idolum. dicens glutino, bonum est. Faber iste est Diabolus. *Isa.* 54. d. Creaui fabrum. Iste dicit de glutino vel amore Mundi, bonum est. *Gen.* 14. b. Quatuor Reges aduersus quinque pugnauerunt. Vallis autem siluestris habebat multos puteos bituminis. Quatuor Reges sunt principalia vitia, quæ impugnant quinque sensus in Mundo, qui est vallis bituminis propter amorem. *Greg.* Amor rerum temporalium est viscus pennarum spiritualium. Item eripe me ligatum per prauam consuetudinem. *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur. *Prou.* 7. d. Statim sequitur eum bos ductus ad victimam, & nescit quod ad vincula, id est, ad prauam consuetudinem stultus trahatur. De his liberat Dominus iustum. *Sap.* 10. c. In vinculis non dereliquit eum. Item, eripe me, oppressum per desperationem. *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum anima mea. Item, eripe me, debilem per naturalium corruptionem & vulnerationem. Vulnerantur naturalia, quando quis peccat. *Luc.* 10. g. Plagis impositis, &c. *Psal.* Vide infirmitatem meam & anxietatem meam. *Iob* 6. Quæ est fortitudo mea vt sustineam, &c. Item, eripe me, conclusum propter perplexitatem. *Thren.* 3. b. Conclusit vias meas lapidibus quadris, circumædificauit me vt non egrediar. *Iob* 15. c. Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucem circumspectans vndique gladium. In *eod.* 16. c. Conclusit me Dominus apud impium: & manibus, &c. Item, & eripe me, retentum per Diaboli potestatem. *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum. Item, eripe me, timidum exire propter satisfactionem. *Iob* 15. c. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum. De hac ereptione. *Ezech.* 37. d. Educam vos de tribulationibus vestris popule meus, & inducam vos in terram vestram. *Amos* 3. d. Quomodo si eruantur duo crura, &c. c Qui cogitauerũt iniquitates in corde,] quasi dicat, ab his maximè eripe me, qui cogitant multis machinationibus nocere. Faciliùs enim vitaretur aperta inimicitia quàm occulta. Ille enim difficilè vitatur qui in labiis bona portat, in corde mala occultat, quia nulla pestis efficacior ad nocendum quàm familiaris inimicus. Et hi tales. d Tota die,] continuè. e Constituebant,] mihi. f Prælia] i. e. schismata & hæreses, contra quæ pugnarem. De cordibus enim talium bella semper proueniunt, etsi verba sint pacata. Per hoc quod ait, tota die, continua eorum nequitia ostenditur, non lassata per moram. Deinde qualiter in lingua prosequantur, ostendit.

g Acuerunt linguas suas] id est, verba suæ nequitiæ polierunt. Addit h Sicut serpentes.] Congruè comparat eos serpentibus. In serpente enim astutia & dolus nocendi est: ideo & serpit, non habens pedes, vt non audiatur; dum venit in itinere, lenis est eius tractus, sed non rectus. Sic mali serpunt ad nocendum, sub leni contractu verborum habentes occultum venenum. Vnde subdit. i Venenum aspidum sub labiis eorum,] sub specie boni suggerendo pessima & animæ mortifera, quia venenum Aspidum insanabile est. Deinde de persecutione quæ fit manu, id est opere, subdit dicens. k Custodi me Domine de manu peccatoris,] i. e. Diaboli, qui validus est ad nocendum, vnde Princeps Mundi dicitur. Ideo iste petit custodiri ab eo, quia per multa Diabolus fallit, quæ iste per se nequit præcauere. l Et ab hominibus iniquis,] i. e. à membris eius, per quos conatur quod per se nequit. m Eripe me,] vt non noceant. Non dico in causis sæculi, sed in via Domini: Vnde subdit. n Qui cogitauerunt supplantare,] i. e. decipere, & a via Dei retrahere & impedire opera mea, parantes peccatorum mihi vicinas foueas. Deinde qui sunt inimici ostendit dicens. o Absconderunt superbi laqueum,] vel muscipulam mihi. *Aug.* Breuiter totum corpus Diaboli explicauit, cùm ait: Superbi. Inde scil. ex superbia est, quod & iustos plerumque se dicunt cùm sint iniqui. Inde est quòd nolunt confiteri peccata. Inde etiam est quòd inuident veris iustis. Omnis enim superbus inuidus est sicut Diabolus, qui inuidit homini quod perdidit. Quia enim amisit regnum, hominem illuc peruenire noluit, & non vult, & id agit nunc vt homo illuc non perueniat, vnde electus est ille. p Et funes?] i. e. peccata sua, quæ mihi suadent facere, de quibus *Isa.* 5. e. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Peccata dicuntur funes, quia in peccatis perseuerantes, addũt peccata peccatis, & vnde deberent corrigi, defensione & excusatione peccatum duplicant, & triplicant, ita producitur funis de tortis filis. Et de talibus funibus ligantur pedes & manus, vt in tenebras exteriores mittantur. Hos funes extenderunt mihi in laqueum. Et vbi, sequitur. q Iuxta iter.] Præcepta sunt iter. Ergo non in itinere, sed iuxta iter.

Secunda pars.

r Dixi Dño Deus meus es tu.] Hæc est secunda pars, vbi dicit quod auxilium sit contra prædicta mala, sc. clamare ad Dominum. Et dicit hoc ex magna fiducia. Etsi enim omnium sit Deus per creationem, propriè tamen Deus est eorum qui eo fruuntur. s Exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ.] Hic deprimit affectum animi sui. Sunt enim deprecationes malorum sine voce, quia ex bono cordis affectu non proueniunt. Deprecatio vero iustorum vocem habet, quia ex medulla dilectionis procedens digna est auditu. Vox enim propriè hominum est & animatorum, sonus verò cæterarum rerum. Qui vero precatur Deum, & non de Deo bene sentit, sonum habet & non vocem, quia ibi vita non est. Qui vero de Deo bene sentit, eius oratio vocem habet, quæ est vita deprecationis. Talis dicit. t Domine, Domine] id est, verissimè Domine, non vt homines domini sunt, qui emunt pecunia, tu vero sanguine tuo. Et repetitio ista affectum piæ precationis ostendit. u Virtus salutis meæ] id est, qui das virtutem perseuerantiæ qua saluus sum. x Obumbrasti super caput meum in die belli] id est, dum pugno contra malos extra, & contra legem membrorum intra, obumbrasti, id est, gratia tua mihi fecisti vmbraculum refrigerans ab æstu tentationum. y Non tradas me Domine peccatori] i. Diabolo. z A desiderio meo] id est, vt æstum non patiar à meipso a meo desiderio, quo locus fit Diabolo, sine quo nihil facit quantumcunque sæuiat hostis. Quem enim desiderium vincit escæ, cadit in laqueum, & nusquam est locus Diabolo nisi ex desiderio tuo. Sed æstum desiderij temperat vmbraculum Dei. Vnde ait. Non tradas me, i.

non

non finas me tradi per meum desiderium Diabolo. *Cassiodor.* A desiderio suo traditur peccatori quisquis per concupiscentias carnis Diabolo relinquitur possidendus, de quibus dicit *Apostolus*, Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.

a cogitauerunt † contra me, ne b derelinquas me, ne fortè exaltentur. c Caput circuitus eorum, d labor labiorum ipsorum † e operiet eos. † f Cadent super eos carbones, † in g ignem h deiicies eos, in i miseriis non subsistent. Vir k linguosus non l dirigetur † in terra. Virum m iniustum mala † capient in interitu. n Cognoui o quia p faciet Dominus iudicium † inopis: q & † vindictam pauperum. r Veruntamen iusti ſ confitebuntur nomini tuo: † & t habitabunt recti cum u vultu tuo.

al. † aduersum. *al.* † teget. *al.* † Decident. *al.* † ignis in terra, & *al.* † super terram. *al.* † venabuntur in interitum. *al.* † egentis. *al.* † causam. *al.* † inhabitabunt.

PSALM. CXL.

x Domine clamaui ad te y exaudi me, z intende voci † meæ cùm clamauero ad te.

al. † deprecationis.

a Cogitauerunt contra me,] scilicet, inimici.

Rom. 1. c.

b Ne derelinquas me ne forte exaltentur] i. ne de me victo triumphent & gaudeant. Seducto enim homine gaudet & triumphat Diabolus & sui. *Psalm.* 12. Exultabunt si motus fuero. *Deuteron.* 32. d. Propter iram inimicorum distuli ne fortè superbirent. *Eccl.* 23. a. Ne derelinquas me ne incidam in conspectu aduersariorũ meorum. Dæmones enim faciunt festum, sicut Rex habito triumpho. Vnde *Iudic.* 16. f. Principes Philistinorum conuenerũt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo, & epularentur, dicentes. Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Et 1. *Reg. vlt.* c. Philistiim præciderunt caput Saul. Hoc faciunt Dæmones, quando præcidunt a capite Christo, & expoliant armis, i. virtutibus. Et de hoc iactant se Dæmones. *Isa.* 10. c. Dixit Assur, in fortitudine manus meæ ego feci, &c.

Tertia pars. c Caput circuitus eorum.] Hæc est tertia pars vbi dicit, quæ sint mala inimicorum, q.d. me protegit vmbra tua in die belli, sed illos tegit caput circuitus eorum, i. superbia. Mali enim vadunt in gyrum erroris, vbi est iter sine fine, huius circuitus superbia est caput, quæ est initium
Eccl. 10. b. omnis peccati. Et quia omnis superbus fictus est, & omnis fictus mendax. Ideo subdit.

d Labor labiorum ipsorum] id est, mendacium. e Operiet eos] id est, proteget & defendet. Mendacium rectè dicitur labor. Laborat enim qui fingit quid dicat, veritas autem facilè dicitur. Vel sic. Labor labiorum, id est, falsa & mendax assertio eorum, operiet eos, quia de sua falsa assertione superantur. Vel sic. Tu Domine es mihi vmbraculum, sed caput eorum qui cogitant contra me mala, est circuitus, id est, Diabolus, qui nunquam rectè incedit, qui est caput eorum. f Cadent super eos carbones] scil. ignis concupiscentiæ, iræ, & luxuriæ antequam veniat ignis æternus. Et, g In ignem] id est, in illos carbones. h. Deiicies eos] permissiuè. Et, i In miseriis non subsistent,] quia superabuntur à pressuris quas iusti superabunt. Vel sic.

f Cadent super eos carbones] id est, Sancti qui ex mortuis reuixerunt, & aliquando tenebræ fuerunt, nunc autem lux in Domino, qui cum alios accendunt, alios deiiciunt. Vnde subdit.

g In ignem deiicies eos] scilic. malos. Cùm enim vident mali Sanctos lucere, inuident. Et sic Sancti super eos cadunt, quia ex bona vita & prædicatione ipsorum, mali
1. Cor. 2. d. ruinam incurrunt. Vnde *Apostolus.* Aliis sumus odor vitæ in vitam, alis odor mortis in mortem. Et hi tales, in miseriis non subsistent, sed impatientes deficiunt, quas boni patienter transeunt. Sequitur. k Vir linguosus non dirigetur in terra.] Vir linguosus dicitur qui linguam habet præcipitem & subitò irrumpit in sermonem. *Prou.* 29. c. Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quàm illius correctio. *Iac.* 1. c. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, &c. Item dicitur vir linguosus, qui postquam loqui cœpit, cohiberi non potest. *Prou.* 25. d. Sicut vrbs patens est absque murorum ambitu, sic homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Et 29. b. Totum spiritum suum profert stultus. Item qui loquitur & respondet æquè de illis de quibus non nouit, sicut & de quibus nouit. *Eccl.* 5. d. Si est tibi intellectus, responde proximo, sin autem, manus tua sit super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato & confundaris, &c. Item qui loquitur in lingua. *Eccles.* 5. c. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Et *eod.* d. Denotatio pessima super bilinguem. Talis bilinguis similis est serpenti, qui non habet pedes & huiusmodi membra, sed totum corpus est ei pedes & manus, & quod minus habet in membris cæteris, suppletur ei in lingua, quia habet duo additamenta quæ post morsum infigit & virus infundit & ita interficit. De quibus *Psalm.* Acuerunt linguas suas sicut serpentes. *Sap.* 1. c. A detractione parcite linguæ. Item qui alium loquentem sustinere non potest, sed verbum eius interrumpit. *Eccles.* 32. b. Audi tacens & pro reuerentia addetur tibi gratia. Nota quædam quæ maximè exigunt silentium. Ætas loquentis. Vnde *Eccl.* 32. a. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum. Dignitas loquentis. Vnde *Iob* 29. b. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo, &c. Verbum eruditionis; quia inuito auditori nemo libenter loquitur. Ideo dicitur *Eccl.* 32. a. Vbi non est auditus, non effundas sermonem: Qualitas temporis. Vnde *Eccl.* 20. a. Est tacens sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Ideo certis temporibus in claustro tenetur silentium, scilicet, tempore refectionis, lectionis & orationis. Hoc est quod maximè ornat Religionem. Vnde *Isa.* 32. d. Erit opus Iustitiæ pax, & cultus iustitiæ, silentium & securitas, &c. Et *eodem* 32. d. In silentio & in spe erit fortitudo vestra Religio enim nuda & inculta & infirma est quæ sine silentio est. *Iac.* 1. d. Si quis se putet religiosum esse & non refrænans linguam suam, &c. Potest & aliter haberi quis sit vir linguosus, per hos versus:

Sit tibi linguosus vir quinque modis odiosus.
Præproperus, præceps, ignarus, fictilis, anceps.

Talis vir, linguosus, cui voluptas est loqui non attendens quid dicat. l Non dirigetur in terra.] Quisquis ergo vult dirigi, magis oportet audire quàm loqui. Sicut *Iacobus* ait: *Iac. 1. c.* Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Perfectius enim esset omnes audire sponsum, vt Ioannes, qui non tantùm gaudebat, quia docebat; quàm quia audiebat. Vnde *Ioan.* 3. d. Amicus sponsi stat & audit, &c. Sed propter imperitos loqui aliquando necesse est vt doceantur. Qui ergo vult docere, semper vult imperitos habere quos doceat. Gaudium ergo sit taciturnitatis & sponsum audiendi in voluntate, vox autem doctrinæ sit in necessitate, & ita non erit vir linguosus. De interioribus ergo sit gaudium; de exterioribus necessitas, non voluntas.

m Virum iniustum mala capient in interitu.] Omnes quidem volunt se abscondere à malo, quod etiam boni fugiunt, sed malum capit eos non ad interitum, sed ad vitam, quia Deus flagellat omnem filium quem recipit. *Hebr.* 12. c. n Cognoui] scil. ego quod illi non præuident, scil. o Quia Dominus,] tandem etsi non modò.

p Faciet iudicium inopis] qui esurit iustitiam & quærit & pulsat. q Et] faciet vindictam pauperum, spiritu. *Rom.* 12. d. Mihi vindictam & ego retribuam.

r Veruntamen iusti.] Conclusio Psalmi, vbi dicit, quod boni à Deo liberati & de hostibus vindicati non sibi dant, sed.

ſ Confitebuntur Nomini tuo,] hic & in futuro laudem attribuendo. t Et habitabunt recti.] Qui ad se flectit cor, torquet, qui verò in Deum intendit, dirigit, & ideo ibi eis requies vbi cor habent. Vnde.

u Cum vultu tuo,] quibus malè erat in vultu suo, in cuius sudore panem ederunt, habitabunt, quia Deum sicut est videbunt, & deterso sudore finitisque laboribus, perenni lætitia implebuntur, & ideo nihil timebunt ab eis in Mundo.

EXPOSITIO PSALM. CXL.

Domine clamaui, &c.] Titulus. *Psalmus David.* Sæpe expositus est iste titulus. Propheta in persona Christi siue membrorum loquitur per totum hunc Psalmum. Intentio monet ad Deum clamare. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò sciens Propheta ho- *Partitio Psalmi.* minem implicari peccatis, orat vt audiatur, subdens à quibus maximè velit liberari. Secundò, dicit quòd à iusto correptus spernet falsos laudatores, *ibi.* Corripiet. In persona igitur hominis circumuenti peccatis, ait. x O Domine clamaui] iam diu, ad te. Quid clamaui? y Exaudi me,] Et iterum adhuc clamo, ideo sequitur. z Intende voci meæ cùm clamauero ad te.] Nondum enim finitus est clamor, quia nondum finita est tribulatio.

a Dirigatur

a Dirigatur oratio mea *b* sicut incensum in conspectu tuo, *c* eleuatio manuum mearum *d* sacrificium vespertinum. *e* Pone Domine custodiam ori meo, & *f* ostium † circunstantiæ labiis meis. † *g* Non declines *h* cor meum in *i* verba † malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis. k Cũ hominibus operantibus iniquitatem: & *l* non communicabo cum electis eorum. † *m* Corripiet me iustus in *n* misericordia & † increpabit me: *o* oleum autem peccatoris *p* non † impinguet caput meũ. *q* Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: *r* absorpti sunt † iuncti petræ *s* iudices eorum. *t* Audient verba mea *u* quoniam † potuerunt: *x* sicut crassitudo terræ † *y* erupta est super terram.

al. † continentiæ circa labia mea.
al. † Vt.
al. † maligna.
1 5. q. 1. c. prædicator.
De consec. c. quanto.
De vsu c. cum tu. De excess. prælat. c. inter.
al. † combinabor.
al. † Emendabit.
al. † arguet.
al. † impinguabit.
al. † iuxta petras.
al. † præualuerunt.
al. † dirupta.

a Dirigatur oratio mea] i. tibi placita sit igne charitatis incensa.
b Sicut incensum in conspectu tuo,] odorifera videlicet sit, in cuius figura in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suauem Deo. *c* Eleuatio manuum mearum,] id est, operatio mea bona, quæ fit pro æternis, sit tibi. *d* Sacrificium vespertinum] id est, placeat tibi vt sacrificium, quod in veteri lege vespere offerebatur, quod erat acceptabilius, quia figura erat illius veri sacrificij, quod in fine Mundi in Cruce est oblatum. In lege namque Sacerdos iugiter & manè & vesperè offerebat, sed quod vesperè offerebat, dignius erat. Vel quia vespera nostra finis est vitæ, potest sacrificium vespertinum dici pœnitentia, qua in fine mundamur. Et eleuatio manuum mearum, sit tibi sacrificium vespertinum, id est, opera mea bona sic tibi sint accepta, vt pœnitentia quæ agitur in vespera, id est in fine vitæ, in quo si perfectè offerimus, rectè purgamur. Hoc dicit vt nemo desperet qui in fine pœnitet. Vel de Christo accipi potest. Hoc enim de capite omnes intelligant Christo, qui ad vesperam animam posuit iterum recepturus, non amisit inuitus, sed tamen nos ibi figurati sumus. Quod enim illius pependit in ligno, de nobis accepit. Vespertinum ergo sacrificium est Passio Christi, oblatio victimæ salutaris, quod fecit in resurrectione munus matutinum. Oratio ergo purè directa de corde fideli tanquam de ara sancta in incensum surgit. Et eleuatio manuum mearum, in Cruce expansarum est, sacrificium vespertinum, quia tunc animam deposuit. Deinde subditur ex voce corporis.
e Pone Domine custodiam ori meo] id est, cordi, ne iniqua cogitet. *f* Et ostium, &c.] ne stulta promant. Et dicitur hoc à similitudine illius qui circumstat ostium vt non intret, vel exeat cui non licet. Mors enim intrat per fenestras vestras. Et aduersarius vester Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et nota quod & cordi & ori petit apponi custodiam. Duplici enim munimine opus est, vt nec cogitatio iniqua sapiat, nec praua voluntas in fatua verba erumpat. Pone Domine custodiam ori meo, ne dicam mendacium. *Sap.* 1. c. Os quod mentitur occidit animam. Et magis in doctrina Religionis, quia hoc est mendacium capitale. *Ierem.* 23. c. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum, quid paleis ad triticum, dicit Dominus? *Isa.* 1. f. Vinum tuum mixtum est aqua. Item ne dicam turpia. *Ephes.* 5. a. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. Item, vt non dicam conuitia vel impropria, vel superba, & ne reuelem secreta & huiusmodi, de quibus *Eccl.* 22. d. Est concordatio ad amicum excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione. Item, ne dicam iurgia. *Eccl.* 28. b. Certamen festinatum incendit ignem iræ, scil. & furoris. Item, ne dicam detractiones. *Rom.* 1. d. Detractores Deo odibiles, &c. Item calumniam vel criminationem. *Leuit.* 19. c. Non eris susurro, nec criminator in populis. Item adulationem. *Ezech.* 13. c. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito. Vt ibi exponit *Greg.* Lingua mala corrumpit omnes literas. Adulatio, blasphemia, conuitium, detractio, excusatio peccati, falsa locutio, gloriatio, ironica locutio, irrisio, cauillatio, ludificatio, murmuratio, nugatio, oratio indebita, periuratio, querulatio, reuelatio secretorum, susurratio, turpiloquium, verbum otiosum, contumelia, zizaniæ seminatio. Meritò ergo contra tot peccata capitalia, ori suo custodiam poni orat vir sanctus. Ostium circumstantiæ, vel continentiæ, secundùm aliam literam, non dixit claustrum, sed ostium. Ostium enim clauditur & aperitur, ita & ostium labiorum aperiatur ad confessionem peccati: & claudatur ad excusationem, & ita erit ostium circunstantiæ, non ruinæ. Et ad quid prodest hoc hostium, subdit.
g Non declines,] ô Deus, hoc Christus dicit ex persona Ecclesiæ. *h* Cor meum] i. cor corporis mei, vt est Ecclesia. *i* In verba malitiæ] scilicet, ad excusationes in peccatis. *k* Cum hominibus operantibus iniquitatem] i. ad hoc pone ostium, vt non excusem peccatum meum, sicut homines qui operantur iniquitatem.

Ierem 9. *f.*
1. Petr. 5. *b.*

Excusant enim se homines à peccato.
- Casu. *Abac.* 1. a. Facies homines quasi pisces maris, quasi reptile non habens principem. Et est opinio talium, qui dicunt omnia aduenire casu & fortuna.
- Paupertate, vt latro & meretrix.
- Diuitiis: Vnde quidam ita se excusant, oportet me habere pompam sociorũ cùm sim diues. De his duobus *Pro.* 30. b. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, &c.
- Necessitate constellationis vel præscientiæ Dei. *Amos* 5. b. Relinquitis facientem Arcturum & Orionas, id est, Deum qui non imponit necessitatem. Nam in quacunque hora ingemuerit peccator, vitâ viuet, &c. *Ezech.* 18.
- Fragilitate, vt Adam. *Genes.* 3. c. Mulier quam dedisti mihi, &c.
- Ignorantia, contra quod dicitur. *Deut.* 30. c. Iuxta te est sermo valde in ore tuo, &c.
- Vehementia tentationis. *Iob* 6. b. Quæ est fortitudo mea vt sustineam? Contra quod est illud. 1. *Cor.* 10. c. Deus faciet cum tentatione prouentum.
- Similitudine aliorum, dicentes illud quod dixit Elias. 3. *Reg.* 19. a. Non sum melior quã omnes patres mei.

Ex his & similibus excusant se peccatores in peccatis, quod est summum vitium. 1. *Reg.* 15. c. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. *Greg.* Qui se accusat Deus eum excusat. *Idem.* Dum laudem quærunt, veram confessionem amittunt.
l Et non communicabo, &c.] sc. peccatorum. Electi eorum sunt qui se iustificant & cæteros despiciunt, sicut Pharisæus. *Luc.* 18. b. Cum talibus non vult iste communicare siue combinari. Dicuntur enim combinari propriè, qui simul in vno vinculo ligantur, vt alter alterum impediat ne sit fuga libera.
m Corripiet me iustus, &c.] Hæc est secunda pars, in qua fidelis iste custodiri petit, quasi dicat non communicabo cum malis, vt defendam peccatum meum, sed potiùs iustus corripiet me, i. Christus vel quilibet frater. *n* In misericordia & increpabit me. Emendari magis se vult misericorditer, quàm laudari fallaciter. Vnde scriptum est: Meliora sunt vulnera amici quàm fraudulenta inimici oscula. *o* Oleum autem peccatoris] id est, falsa laus adulatoris. *p* non impinguet caput meum] i. mentem meam, i. non crescit de falsa adulatione mens mea. Hinc dici solet. Vnxi illi caput. *q* Quoniam adhuc & oratio mea] i. illi peccatores adorabunt pro eis vt ego. Vel sic. *m* Corripiet me iustus, &c. quoniam adhuc] expectatio & oratio mea, erit in beneplacitis eorum. Primis enim temporibus vituperabantur Christiani; sed veniet tempus quo placebit eis oratio mea, vt dicant. Dimitte nobis, &c. Hoc dicent Christo, quem habemus Aduocatum apud Patrem. Vel, Oratio mea, i. mei capitis, scil. oratio quam ipse docuit, vel qua ipse interpellat pro nobis, placebit eis. Et *s* Iudices eorum] id est, potentes qui de moribus iudicant, vt Plato, Aristoteles, &c. *r* Absorpti sunt iuncti Petræ.] scilicet, comparati Petræ, id est, Christo crucifixo, quia per se videntur aliquid dicere, sed iunge, i. compara illos Christo, nihil sunt, mortui iacent, stulta est eorum sapientia, & absorpti sunt, quia fracti victique sicut fragile vas allisum petræ. In cuius figura serpens Moysi deuorauit dracones Magorum. Christus enim surrexit & omnes eum colunt. Stultam enim fecit Deus sapientiam huius Mundi. Et quid erit, dicit.
t Audient verba mea,] ipsi sc. verba mea audient. *u* Quoniam potuerunt] i. potentiam habent & præualent verbis eorum. Verba enim mea ita efficacia sunt, quod pro eis mori non metuunt qui ea prædicant. Quid ergo mortes illorum fecerunt, subdit. *x* Sicut crassitudo terræ] i. verba meorum & mortes eorum prosunt eis. Quia sicut crassitudo terræ. *y* Erupta] vel, dirupta est super terram, vnde prouentus fertilitatis euenit, licet vilis sit res. Ita

Secunda pars.
Prou. 17. *a.*
Matth. 6. *b.*
Exod. 7. *b.*
1. *Cor.* 1. *c.*

Dissipata

a Dissipata sunt,&c.] scilicet, corpora testium Christi sunt dissipata, i. ex dissipatione ossium nostrorum summa vtilitas venit. Et est congrua comparatio. Crassitudo enim terræ est contemptibilis, tamen terra inde accipit pinguedinem, ita ex eo quod contemnitur Mundus accipit seges Ecclesiæ pinguedinem nostri, & feracius pullulat. Contemptibilia enim Mundi elegit Deus. *b* Secus,&c.] i. pro velle profundorum, i. pro voluntate eorum qui sunt Infernum, i. qui sunt profundi in vitiis. Vel, Secus Infernum, non in Inferno, quia etsi communi sorte moriuntur, non tamen descendunt in Infernum vt mali, sed vita æterna datur illis. *a* Dissipata.] Hoc potest legi aliter de Religiosis. Religiosi n. debent esse ossa, quia ossa non sentiunt; sic & claustrales debent insensibiles inueniri quantum ad gloriam & contumeliam. Vnde S. *Ber.* legitur præcepisse cuidam Nouitio vt vna die malediceret ossibus, aliâ benediceret, & in fine anni quæsiuit, quid responderunt tibi? Qui dixit, nihil Cui *B. Ber.* Nec tu aliquid respondeas maledicentibus. Imo dicitur, 1. *Cor.* 4. c. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus. Ossa Diaboli sunt mali, qui comparantur fistulis æris, quæ tactæ resonant, sic & ipsi pulsati contumeliis respondent. Vnde *Iob* 40. b. Ossa eius quasi fistulæ æris. Ossa absconduntur in sepulchris, sic & ipsi in claustris. Vnde quando claustralis videtur extra claustrum, deberet cantari, Requiem æternam. Per se non exeant, nec educi debent sine causa. Vnde sepulchri violator est, qui ossa trahit de sepulchro, sic qui claustrales de claustro sine causa. Educi tamen possunt ex causa, quando scilicet, vocat eos necessitas charitatis. Vnde notantur per ossa dentium, quæ non apparent nisi per risum. Risus autem charitatem notat, quæ sola debet esse causa vt prodeant. *Gen.* 24. g. Exiit Isaac vt exercitaretur in agro. Ager, Mundus. De his dentibus, *Cant.* 4. a. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Greges tonsarum, sunt congregatio Religiosorum, qui tonsi sunt per proprij renunciationem; loti, per conuersationis munditiam. Quando dentes ordinati sunt, decentiam habent, sic ordinis obseruantia decet claustrales. Dentes inordinati indecentes sunt, qui dicuntur superdentes, & signant superbos fratres. Similiter raritas dentium indecens est, & in Monasterio raritas fratrum. *Thren.* 3. b. Confregit ad numerum dentes meos. Quod fit, quando non est debitus numerus fratrum in Ecclesia. Ossa quandiu sunt cum carnibus, non debent extrahi de sepulchro propter fœtorem. Vnde Martha noluit fratrem suum reuelari ne fœteret, dicens. *Ioan.* 11. e Domine quatriduanus est, iam fœtet. Sed si tantum iacuerint in sepulchro, quod aruerint & consumptæ sint carnes, & iam fœtoris nihil habent ossa, scilicet, tunc extrahi possunt. Sic claustrales ex causa possunt educi, quando carnalis affectus penitus in eis est absorptus. Sicut dicitur *Deut.* 33. a. Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos. In Lazaro nondum hoc factum erat. Vnde notat illos in quibus carnalis affectus nondum deletus est, & exeunt ad Mundum. Tamen vocante Domino Lazarus exiuit, quia plurimi tales de licentia Abbatum, prodeunt. Lazare, inquit Dominus, veni foras. Si aliter exire solent, & tunc est periculum. Vnde Dominus non fleuit mortuum, sed suscitandum. Quando ergo ossa arida sunt, non est timendum de fœtore. Sic & tales vocari possunt, & quasi suscitari ad dignitates, qui iam aruerunt. Quibus dicitur *Ezech.* 37. b. Ossa arida audite verbum Domini. Ecce ego immittam in vobis spiritum, & viuetis. Et quia quandoque contingit exeuntes ad Mundum & appropinquantes Mundo claustrales, vt illos qui in ciuitatibus & oppidis sunt, corrumpi & dissipari, rectè dicitur. Dissipata sunt, &c. Et notandum quod multipliciter dicitur Infernus, Mundus; quoniam sicut Infernus plenus est igne, ita Mundus concupiscentiarum carbonibus.

2. Cor. 1. d.

De Religiosis.

Et sicut vna domus ex propinquitate alterius accenditur, ita & hæc. Vnde conqueritur, dicens. Vita mea Inferno appropinquauit. *Psal.* Cadent super eos carbones. *Horat.*

Nam tua res agitur paries dum proximus ardet.

Prou. 6. d. Nunquid potest abscondere ignem in sinu suo?

Psal. 87. *Psal.* 139. *Hor. lib.* 1. *Epist.*

Nā infernus dicitur.

Luxuria. *Prou.* 2. d. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad Inferos semitæ illius. Et 5. a. Pedes eius descendunt ad mortem, & ad Inferos gressus eius penetrant. Et 30. c. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, & os vuluæ, id est, cupiditas & luxuria; terra quæ non satiatur aqua, id est, gulositas quæ non satiatur delitiis; ignis qui nunquam dicit sufficit.

Gula. Vnde de diuite epulone dicitur *Luc.* 16. f. quod sepultus est in inferno.

Superbia, *Isa.* 5. d. Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent sublimes eius, gloriosique eius ad eum.

Omnis peccator. Vnde *Pro.* 1. b. Deglutiamus eum frustra, sicut Infernus viuentem. Et ideo in figura dicitur *Gen.* 1. d. quod Ioseph fratribus suis dixit: Asportate ossa mea vobiscum de loco isto, id est, de Ægypto. Et ideo *Heb.* 11. d. dicitur, Fide Ioseph moriens mandauit de ossibus suis. Quid est ossa Ioseph tolli de Ægypto; nisi claustrales tolli de Mundo? Ergo non permittatis ea ibi remanere, ne dicatis, Dissipata sunt,&c.

Sed ad expositionem priorem reuertamur. *c* Quia, &c. Dicta fragilitate hominis, ad diuina remedia confugit, quasi diceret, hæc prædicta sunt in nobis, sed ô Domine. Non auferas] id est, non auferri sinas à bonis tuis, animam meam, etsi corpus perimitur. Hoc ideo petit, quia sciebat multos aduersis cedere. Ideo nō auferas, quia oculi mei, sunt, ad te Domine, non ad minas persecutorum. Noui enim quid pro mè passus sis, quid promiseris, & per hoc securè speraui in te. Et ideo, nō auferas animam meam, à bonis tuis, sed spes mea semper sit in te, & oculi mei semper ad te intendant. Non enim petit iste contra hoc quod Sancti volunt, scilicet de sæculo eripi & esse cum Christo.

a Dissipata sunt ossa nostra † *b* secus Infernum, † quia *c* ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui † non *d* auferas animam meam. *e* Custodi me à laqueo quē statuerunt mihi, & † *f* à scandalis † operantium iniquitatem. *g* Cadent in † retiaculo eius *h* peccatores: † *i* singulariter sum ego donec *k* transeam.

al. † iuxta. *al.* † quoniā. *al.* † ne. muscipula quam. *al.* † ab. *al.* † coru operantur. *al.* † retia. *al.* † singularis.

e Custodi me, quasi diceret, dico ne auferas animam, sed potius, custodi me à laqueo; id est, à deceptione, quem mali statuerunt mihi. Esca enim ducit ad laqueum.

f Et à scandalis,&c.] id est à manifestis perturbationibus iniquorum. Per laqueos & scandala, totius Mundi mala breuiter notat. Laquei enim sunt blandi nexus decipere volentium, & carnis desideria. Si per hos Diabolus non proficit, nititur scandalis, quæ per iniquos mouet. Est autem scandalum dictum, vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ alteri. Sequitur. *g* Cadent,&c.] quasi diceret me custodi, sed peccatores ruentes de vitio in vitium, cadent in retiaculo eius, scilicet, iniquitatis. Apta verba comparationi ponit: nam quasi quadam circuitione peccatorum clauduntur, dum de vitio in vitium ruunt. Cum istis talibus non vult combinari. Vnde additur.

i Singulariter sum.] quasi diceret illi cadent, sed ego singularis sum, quia cum pessimis non ambulat, neque consentium cum eis habet. Singulariter sum, dico. *k* Donec vt viator, transeam, viam huius Mundi, quam inoffenso gressu transit, quia nulla voluptate capitur. Vel aliter ab illo loco. *e* Custodi me. Et dicit statuentes laqueum, persecutores manifestos; operantes autem iniquitatem, consentientes illis, qui timore persecutionis deficiunt. Et hoc est. Ne auferas animam meam, sed, potius, custodi me à laqueo persecutionis, quem statuerunt mihi. Hoc faciunt persecutores, qui escam vitæ huius quasi in muscipula ponunt. Si amat auis hanc escam, cadit in muscipulam, quia timore mortis persecutioni succumbit. *f* Et] custodi me, à scandalis operantium iniquitatem, id est, à scandalo eorum qui illis consentiendo labuntur, & ita iniquitatem operantur. Hoc ergo de eis dicitur, qui consenserunt illis qui apostatarunt. Et ab vtrisque vult iste custodiri, à terrentibus & à lapsis. Ac si diceret, custodi me à persecutoribus qui terrent, & à lapsis qui territi sunt, vt nec illos timeam, nec istos imiter. Et non modo alij operantur iniquitatem, sed etiam ipsi primi, scilicet, Apostoli hærentes ori eius defecerunt. Et hoc est.

g Cadent in,&c.] iniquitatis. *h* Peccatores] sc. id est, Apostoli, qui vsque eo fuerunt peccatores, vt sic amarent vitam istam, vt eam præponerent æternæ, quia nondum in eis factum erat quod in alio *Psal.* dicitur. Ego confirmaui columnas eius. Deinde ex persona capitis subdens. *Psal.* 74.

i Singulariter, &c.] Nec mutatur vox, propter vnitatem capitis & corporis, quo dicitur, q.d. quare est hoc, sc. quod defecerūt, quia singulariter, vel singularis sum ego, id est, quia solus in tempore Passionis, quia nullus cum eo, vel ante eum pro nomine eius passus est, & Apostoli defecerunt, & in Cruce pendens vnum solum latronem comitem habuit. Singularis sum, dico.

k Donec transeam] de Mundo ad Patrem. Tunc confirmabo columnas, quia in Resurrectione Christi didicerunt non timere mortem. Singulariter sum ego donec transeam; cum verò transiero multiplicabor. Hoc est illud idem quod in Euangelio *Ioan.* 12. d. ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et *iterum.* Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Ergo solus erat antequam esset mortificatus & à terra exaltatus, propterea nondum habebant Apostoli tales vires. Acceperunt vires sequendi, qui non habebant vires præcedendi. Nemo enim ante Christum occiditur propter Christum, id est, propter confessionem nominis Christi, ne pro nomine Christi moriendo antecederet Christum. Etsi enim multi Prophetæ ante Christum passi sunt, non tamen ideo moriebantur, *Ioan.* 12. c.

tur, quia prænunciabant Christum, sed quia peccatis hominum resistebant. Et habentur quidam eorum inter Martyres. Nec etiã Ioannes, quo maior non surrexit inter natos mulierum, pro Christi testimonio occisus est, sed pro Herodis adulterio. Pro lege vero veritatis mortuus est, & pro iustitia martyr fuit, non pro nomine Christi, sic & alij antiqui. Propriè tamen martyres dicuntur qui pro confessione nominis Christi patiuntur.

EXPOSITIO PSAL. CXLI.

VOce mea, &c.] Titulus huius psalmi est. *Intellectus Dauid cum esset in spelunca. Oratio.* Hoc secundum historiam quæ habetur *1.Reg.22.a.* quando Dauid fugiens Saulem, latuit in spelunca, de quo tamen hic non agitur, sed de significato Dauid enim significat Christum: Spelunca, carnem vel sæculum, vel sepulchrum. Dauid ergo in spelunca Christus cum membris in sæculo, vel in carne, vel in spelunca est. Intellectus Dauid, id est, totius Christi, &c. Intentio monet nos orare. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, ponitur oratio contra mala. Secundò, agit de fine malorum, *ib.* Clamaui. In persona ergo totius Christi quasi de spelunca ad Deum clamantis, ait. *a* Voce mea] id est, interiori, non strepitu labiorum, ad Dominum clamaui. Deinde hoc quod dixerat exponit, subdens: *b* Voce, &c.] Quod enim dixit: clamaui, (dicit) deprecatus sum. Quod ideo adiunxit, quia clamant ad Dominum etiam qui blasphemant. Ac si diceret: Clamor meus deprecatio est, non murmur, non blasphemia. Et repetit, voce mea, ad maiorem affectus expressionem. Et quid adhuc? *c* Effundo] cum toto conatu copiosè, vt purum fontem. *e* Orationem meam] factam. *d* In conspectu eius] id est, vbi videt Deus, sc. in abscondito conscientiæ, vbi solus videt ille qui reddet: Ibi ergo effunde precem tuam. Si homines reddunt, ante eos effunde, si vero redditurus est Deus, in occulto ora, sicut præcepit in Euangelio: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, &c. *f* Et tribul. &c.] id est, orationem quæ fit in tribulatione. *g* Ante ipsum, &c.] id est, intus in conscientia, vel in innocentia securus in occulto ad eum dirigo. Et hoc facio dicit Ecclesia. *h* In, &c.] id est, dum ex me virtus deficit. Quod fit, ne de viribus suis præsumat, ne virtutẽ quam habet sibi arroget, & sciat quod alius in eo operatur, secundum illud *Matt.10.c.* Non enim vos estis qui loquimini, &c. Si ergo tuus spiritus deficit, loquitur in te Spiritus Dei. Et quia propter hoc verbum putarent audientes eum deiectum, addit: *i* Et tu, &c.] iustitiæ & præceptorum Dei quas illi non vident, quasi diceret, si illi putant me deiectum, quia spiritus meus defecit, tu me stantem vides cuius spiritus me viuificat. *k* In via, &c.] id est in Christo qui est via. *m* Absconderunt, &c.] non secundum rei veritatem, sed quantum ad opinionem suam, quia in via ponere intendunt, sed extra viam ponunt, vt hæretici, *Psal.139.* Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Christus enim est via, qui non sinit eos laqueum ponere in via, vt sit nobis quà eamus, sinit tamen ponere iuxta viam, ne a via declinemus. Vel via dicitur charitas. Et nota quod pluraliter dicitur, semitas, & singulariter, via, quia & multæ sunt viæ & vna. Multæ, quia multa sunt præcepta. Vna, quia omnia ad vnum, id est, ad charitatem rediguntur. In via ergo hac, id est, in charitate quæ in me omnia tolerat. *l* Qua ambulabam,] pro te patiendo. *m* Absconderunt laqueum] persecutores, vel secundum opinionem suam, vel sub specie boni Diabolus abscondit nobis laqueos.

Partitio Psalmi.

Matth. 6. a.

Iob 8. b.

Abscondita est in via pedica eius, & decipula iuxta semitam.

Hypocrisis in via continentiæ, *Matt.25.a.* quinque virg. &c. Contra quod *Eph.* vlt.c. Succincti lumbos vestros in veritate.

Inanis gloriæ, in via macerationis carnis, *Isa.7.b.* Caput Syriæ Damascus. Syria, excelsa interpretatur: Damascus, saccus cilicij, *Matth.26.c.* Tu autem cùm ieiunas, &c.

Seueritatis, in via iustitiæ. *Eccl.7 c.* Noli esse multùm iustus. Ibi, *Gloss.* Summum ius summa iniuria est. *Prou.3.a.* Misericordia & veritas te non deserant.

Falsæ pietatis, in via misericordiæ, *Eccl 12.b.* Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

Prodigalitatis, in via largitatis, quantum ad duo, quia non attendit homo cui dat, aut quia nimis dat. De primo, *Eccl.12.a.* Si benefeceris, scito cui benefeceris. De secundo, *2. Cor.8.c.* Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate, vt vestra abundantia illorum inopiam suppleat.

Carnalis affectionis, in via charitatis. *2. Mach.1.d.* exemplum inde habetur, vbi dicitur quod in transmigratione in Persidem, Sacerdotes absconderunt ignem altaris in puteo, & post reuersionem à Babylone nepotes Sacerdotum non inuenerunt ibi nisi aquam, quod fit cum charitas degenerat in carnalem affectum.

Præsumptionis, in via spei; & desperationis, in via timoris. *Deut.24.b.* Non accipies loco pignoris alteram molam, &c.

Furoris, in via zeli. *Prou.6.d* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Furor dicit, quia zelus degenerat in furorem.

Præcipitationis, in via audaciæ, *Isa. 16. b.* Arrogantia eius plus quàm fortitudo eius. Vbi *Gloss.* Præcipitata audacia plus audet quàm possit. Exemplum de Asaele, *2.Reg.2.f.* qui interfectus fuit ab Abner, qui eum fugabat.

Astutiæ, in via prudentiæ. *Ier.10.c.* Stultus factus est omnis homo a sapientia sua. *Isa.47.d.* Defecisti in multitudine consilij tui.

Pigritiæ, in via consilij. *Soph.2.d.* Vox cantantis in fenestra, &c. Coruus dicit cras, cras: sic piger. Superliminare est ratio.

Obstinationis, in via constantiæ. *Ezech.11.f.* Auferam cor, &c.

Diabolus abscondit laqueum.

Curiosæ perscrutationis, in via sapientiæ. *Prou.23.a.* Noli laborare vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum, ne erigas oculos tuos ad opes, &c. Et 25. d. Qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria. *Eccl. 7. c.* Non plus sapias quam necesse est, ne obstupescas. Sequitur: *n* Considerabam ad dexteram] quasi dicat, ego illis vndique frementibus & crebris exultationibus ex-

Intellectus Dauid cum esset in spelunca. Oratio. *CXLI.*

a VOce mea ad Dominum clamaui: *b* voce mea ad Dominum deprecatus sum. *c* Effundo † in *d* conspectu eius *e* orationem meam: & *f* tribulationem meam † *g* ante ipsum pronuncio. In *h* deficiendo ex me spiritum meum: & *i* tu cognouisti semitas meas. In *k* via hac qua † *l* ambulabam: *m* absconderunt † laqueum mihi. *n* Considerabam *o* ad dexteram, & *p* videbam, & non *q* erat qui cognosceret me. *r* Periit fuga à me: & non *s* est qui *t* requirat animam meã. *u* Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes mea: *x* portio mea in terra viuentium. *y* Intende † ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. † *z* Libera me à persequentibus me: † quia *&* confortati sunt super me.

probrantibus, ego contemnens præsentia, considerabam, id est, respiciebam. *o* Ad dexteram] id est, ad æterna. *p* Et videbam] ipsam dexteram, quam mali non videbant. Qui enim dexterã attendit, videt, qui vero sinistram attendit, excæcatur. Ideóque mali sinistram attendentes, dexteram non vident, sed excæcantur. Hoc est quod sequitur: *q* Et non erat qui cognosceret me] id est, attenderet ad me, respiciens illa bona quæ sunt in dextera. *r* Periit fuga à me] quasi dicat persecutores intenderunt mihi laqueum, sed tamen non fugi, imò periit fuga à me. A duobus perit fuga, scilicet, à concluso, vel à forti. Conclusus enim fugere non valet, fortis non vult. Et duplex est fuga: Vna quæ fit corpore, quam Dominus permittit dicens: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Alterá, quæ fit animo, quam Dominus in Euangelio vituperat dicens: Mercenarius autem & qui non est pastor, vidit lupum venientem & fugit. Talis quidem fuga ab isto periit, idcóque ait: Perit fuga à me, id est, non fugi. Ab illo enim periit fuga à me, qui non fugit. Quasi circumclusum se dicit, quia sicut circumclusus non fugit corpore, quia non potest, ita iste non fugit mente, quia non vult. Periit ergo ab illo fuga, quia nunquam fugit animo, licet corpore aliquando. Sequitur. *s* Et non est] de illis persequentibus.
t Qui requirat animam meam] non dico ad persequendum, sed ad imitandum. Quæritur enim anima duobus modis, aut a persecutoribus, aut à dilectoribus, sicut fuga perit duobus modis, & à capto. & à forti. *u* Clamaui ad te Domine.] Hæc est secunda pars, vbi agitur de fine malorum, quasi dicat, propter hoc clamaui ad te, ideo omnia tolero, quia tu es: *x* Portio mea] non hic, sed in terra viuentium, vbi seipsum videndum dabit. *n* Considerabam ad dexteram, &c.] Allegoricè potest exponi de persona Christi in Passione dicentis sic: Considerabam ad dexteram, in Passione à discipulis derelictus. *p* Et videbam] si essent ibi Apostoli mei.
q Et non erat qui cognosceret me. Apostoli enim non stabant ad dexteram vt solebant, quia carnali timore dispersi erant. Sed ego persistiti: Vnde. *r* Periit fuga à me] id est, non fugi, nec mente, nec corpore. *s* Et non est qui requirat animam] quia nulla ei consolatio data est, sed solus ad Passionẽ relictus est. *Psal.68.* Sustinui qui simul consolaretur, & non inueni. Ideo. *u* Clamaui ad te Domine, &c.] quia tu es portio mea in terra viuentium. Humiliter dicit & commimiter, cùm non solùm portio, sed tota terra viuentium sua est. *y* Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.] Hoc dicitur ex persona totius Christi, qui humiliatus est nimis, & intus inuisibiliter, & extra à persecutoribus visibiliter. *z* Libera me à persequentibus me] tam Dæmonibus quàm ministris suis, non vt corpus ruat, sed anima. Ad hoc enim Diabolus per filios diffidentiæ agit persecutionem corporis, vt intus fiat ruina cordis. Si ergo cadente corpore stat anima, muscipula est comminuta: Et necesse est, vt me liberes. *&* Quia confortati sunt super me.] Creuit enim numerus persequentium, abundat iniquitas, frigescit charitas: *Matth. 24. b.* Deinde ex persona Ecclesiæ loquens, exponit vnde sit liberandus, dicens.

al. † ante cũ precẽ.
al. † in cõspectu eius annunciabo. Cum deficit à me spiritus meus.
al. † ingrediebar.
al. † superbi.
al. † muscipulam.
al. † orationem.
al. † Erue.
al. † quoniã corroborati.

Duplex fuga, & à duobus perit.

Matth. 10. c.

Ioan. 10. b.

Secunda pars.

Allegor. in persona Christi.

Edue de

a Educe de custodia] vel, de carcere animam, &c. Hæc custodia vel carcer fortè est spelunca illa de qua in titulo dicit. Hic enim carcer vel spelunca Mundus est, vbi omnia vanitas, vnde rogat educi animam, quæ inde multa patitur. Vel carcer est corpus, sed non magnum est de corpore exire quod & mali habent omnes vel citò vel serò, nec est charitas si iustus ad hoc nimis festinat. Dicit enim Apostolus se velle manere in carne si necesse sit propter fratres. Vel potius corpus est carcer secundum quod corrumpit & aggrauat animam. De qua corruptione vult iste educi vt fiat incorruptibilis, & in incorruptibili carne quiescat anima. Sicut ergo corpus animæ carcer est propter corruptionem, ita futuro erit domus propter incorruptionem & libertatem: merita enim carcerem faciunt, sicut vnum habitaculum incluso, carcer est, custodi, domus est. Libertas ergo domum faciet, seruitus carcerem. *b* Ad confitendum, &c.] id est, vt confitear & laudem nomen tuum. *c* Me expectant iusti] videlicet sancti Angeli, & beati omnes qui iam sunt cum Christo. *d* Donec retribuas mihi] in resurrectione generali præmia æterna. Vel, sic de Christo. *a* Educ de custodia] sepulchri, animam, id est, carnem animæ reddendam. *b* Ad confitendum, id est, vt pariter confitentes ibi. *c* Me expectant, &c.] suscitando me tertia die [retribuas mihi,] Resurrectio enim ipsa, Passionis est retributio.

al. † Erue de carcere. *al.* † vt confiteantur. *al.* † sustinebunt. *al.* † quoad vsque *Sap. 9. c.* *al.* † precem. *De pœn. dist. 2. cap. fin.* *al.* † coram te.

a Educe de custodia animam meam † *b* ad confitendum nomini tuo, *c* me † expectant iusti † *d* donec retribuas mihi.

Psal. Dauid quando persequebatur eum filius suus Absalon. CXLII.

e Domine exaudi orationẽ meã, auribus percipe † obsecrationẽ meam, in *f* veritate tua exaudi me in *g* tua iustitia. Et non *h* intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia non *i* iustificabitur † in *k* conspectu tuo *l* omnis viuens, *m* quia *n* persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in *o* terra vitam meam. † *p* Collocauit me in † obscuris sicut *q* mortuos sæculi, & † *r* anxiatus est super me spiritus meus, in *s* me turbatum est cor meũ. † *t* Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis, in † *u* factis manuum tuarum † meditabar. † Expandi *x* manus meas ad te, *y* anima mea † sicut *z* terra

al. † Collocauerunt. *al.* † tenebrosis. *al.* † tædiũ passus est in. *al.* † Memoratus sum. *al.* † facturis. *al.* † meditatus sum. *al.* † Extẽdi. *al.* † velut.

EXPOSITIO PSAL. CXLII.

Domine exaudi, &c.] Titulus. *Psalm. Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absalon.* Hæc historia habetur 2. *Reg.* 15. de qua ad literam hic non agitur, sed de significato melius accipitur. Dauid enim Christum signat & Ecclesiam eius: Absalon verò Iudam & persecutores Ecclesiæ, vel prauos motus. Psalmus iste septimus est pœnitentialium. Qui ideo sunt septem, vt eodem numero quo peccauimus, peccata diluamus. Sicut enim in hebdomada Mundi huius peccauimus, ita hoc numero psalmorum remedium pœnitentiæ peccatis opponitur. In quibus psalmis talis est forma, quia a lacrymis incipiunt & in gaudio finiunt, ne quis de venia desperet. Intentio monet ad pœnitentiam & orationẽ. Modus. Quatuor sunt partes Psalmi. Primò, orat captans beneuolentiam. Secundò, narrat mala sua, & quid contra egerit, *ibi*: Quia persecutus est. Tertiò, ponitur deprecatio causis confirmata, *ibi*: Velociter exaudi me. Quartò, ponitur læta conclusio, *ibi*: Spiritus tuus. Dicit ergo in persona totius Christi. *e* Dñe exaudi, &c. auribus percipe, &c. id est, auditu clementiæ. *f* In veritate tua, &c.] i. vt verax & iustus videaris qui promisisti. *g* In tua iustitia,] i. est, propter tuam iustitiã quæ in me est, quam per fidem Passionis filij tui à te habeo. Vel iustitiam & veritatem dicit, qua parcit pœnitentibus, & damnantes se absoluit. Et accipit pro eodem veritatem & iustitiam. *h* Et non intres in iudicium] i. non districtè mecũ agas in futuro. Indignum est cum seruo in iudicio districtè agere, ne dicam cum amico, & si dicis me amicum, ego seruum, misericordia indigeo, fugitiuus ad te redeo, pacem quæro, quia non sum dignus vocari filius tuus. Non ergo intres mecum in iudicium, quia nec ego tecum intrare in iudicium volo, nec iustitiam meam constituo. Intrant in iudicium cum Dño, qui suam iustitiam constituunt, quod iste humilis non facit. Vnde *Ierem.* 2. f. Quid vultis mecum in iudicio contẽdere, &c. Quia non, &c. intus vbi tu vides. *l* Omnis viuẽs] in carne. Nemo enim hic viuens plenè mundus est. Vnde *Salomon* dicebat. Ante mortem non laudes hominem. Et *Apost.* Nihil mihi conscius sum, non tamẽ in his iustificatus sum. Vel: *k* In cõspectu tuo] i. in tui comparatione. Omnis viuens] non solum homo, sed nec Angeli. Solus enim Deus est in quo peccatum cadere non potest, in cuius conspectu astra non sunt munda. Timendum est valdè intrare in iudicium cum Deo. Primò, quia omnes nascimur filij iræ. *Eph* 2. a. Et ita si Dñs nobiscum districtè ageret, omnes damnaret. Item, quia gratiæ Dei multotiens defuimus. *Heb.* 12. d. Videte ne quis desit gratiæ Dei. Item quia gratiã Dei habuimus multotiens repudiamus. *Heb.* 10. e. Irritam quis faciens legẽ Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit. Item quia multotiens & grauiter peccauimus. 2. *Paral.* in fine. Peccaui super numerum arenæ maris. Ecce multitudo: Et incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi. Ecce grauitas. Item quia adhuc quotidie peccamus. *Eccl.* 7. c. Non est homo iustus in terra qui non peccet. *Io.* 1. d. Si dixerimus quia peccatũ non habemus, &c. Item quia pauca bona facimus in comparatione omissionis & commissionis. De primo *Is.* 5. c. Decẽ iugera vinearũ facient laguncula vnam vini. De secundo *Luc.* 7. Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Item, quia minima bona facimus in cõparatione beneficiorũ Dei. *Iob* 9. a. Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit respondere vnum pro mille. *Is.* 43. d. Narra quid habes vt iustificeris. Item quia parua bona negligenter facimus. *Prou.* 18. b. Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est opera sua dissipantis. Item quia bona facit homo fraudulenter quærens gloriam, quæ Deo debetur. *Ier.* 48. b. Maledictus homo qui facit opus Dñi fraudulenter. Omnia enim bona sunt à Deo. *Is.* 36. a. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Dñe. De omnibus his reddituri sumus rationẽ. *Iob* 31. b. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandũ Deus, & cum quæsierit quid respondebo illi? Consiliũ ergo est. *Eccl.* 18. c. Ante iudicium interroga teipsum. Debet enim homo strictè cõputare omnia tẽpora sua. Primò: quia aliena sunt quæ ei credita sunt, tam spiritualia quam temporalia. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes quod non accepisti? *Eccl.* 25. a. Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum, diuitem mendacẽ, senem fatuum, i. luxuriosum. Diues mendax, qui sibi ascribit quod suũ non est. Item quia omnia sub numero cœpit homo, & sub numero reddet. *Eccl* 42. b. Vbi manus multæ sunt, claude, & quodcũq; trades numera, & appende, datum verò & acceptũ omne describe. Itẽ, quia quanto plura committuntur, ab eo fœnus exigitur, secundum dictum Christi *Matt.* 25. b. Homo quidã peregre proficiscens, &c. tradidit illis bona sua. &c. Item quia de minimis redditurus est rationem vsq; ad nouissimũ quadrantem. *Matt.* 5. d. *m* Quia persecutus, &c.] Hæc est secunda pars, vbi enarrat mala quæ patitur. Quia inimicus, i. quicũq; siue Diabolus, siue alius malus, apertè & occultè. *n* Persecutus est animã meam, &c.] quantum in se est. *o* In terra] i. in terrenis. Quicunque. n. persequitur agit vt relicta spe cœlesti, terrena sapiamus. Sed non hoc mihi cõtingat, dicenti. *p* Collocauit me in obscuris] i. in tenebris vitiorum. *q* Sicut mortuos sæculi] i. cæteros desperatos. *r* Et anxiatus, &c.] vicinitate periculi. Spiritus dico extẽsus super me visa miseria, apud Deum quærens refugiũ. Vel quasi extra me factus. *s* In me turbatũ, &c.] i. sapientia mea confusa est. Vel, turbatum, ad pœnitentiam. Quia. *t* Memor fui, &c.] quibus punitus est Adam, vnde mihi timor est. Recolens antè iste quod Deus fecit cœlũ & terrã, & quod bene fecit antiquis Patribus, quasi obliuiscitur miserias Mũdi, & ex his quæ Deus fecit se consolatur, dicẽs. *u* In factis manuum tuarũ meditabar.] Attendens. n. quæ & quanta antiquis cõtulisti, cõsolationẽ habeo, spe veniæ assumens. Potest etiã de Christo intelligi illud. *p* Collocauit, &c. i. in passione, in sepulchro. *q* Sicut mortuos, &c.] sed non vt mortuus sæculi fuit quãtùm ad se, quia cur moreretur non habuit, sed iuxta opinionẽ crucifigẽtiũ qui eum morte detineri putauerũt. *r* Et anxiatus, &c.] secundũ illud. Cœpit Iesus pauere & tædere. Et item. Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. In quo nos figuramur. Transfigurauit. n. se in corpus humilitatis nostræ. Et nota quod dicit: In me, nõ in aliis, quia omnes deseruerũt eum. Omnes enim qui eum mori viderunt, aliud putauerunt, & victi sunt a latrone qui tunc cõfessus est quando illi defecerunt. *t* Memor fui, &c.] Hoc dicunt mẽbra, non caput in sua persona. Quomodo enim memor est dierũ per quẽ factus est omnis dies, quẽ nunquã obliuiscitur? Et cũ viderem omne bonũ esse à te *x* Expandi] in oratione, manus meas ad te, formam Crucis significans quæ est salus. Vel: Expandi, id est, dilataui affectus vel opera, quæ prius erant contracta. *y* Anima mea, quæ ex se est. *z* Sicut terra, &c.

Partitio Psalmi.

Luc. 15. c.

Eccl. 11. d. 1. *Cor.* 4. a. *Iob* 25 b. *Timendum est valde cum Deo intrare in iudicium.*

Homo debet computare omnia tempora sua.

Secunda pars

Matt. 14. a. *Phil.* 3. d.

supple hæret non mihi, quia eam rigare non possum, tu ergo complue eam, vt fructum faciat.

ta sine aqua tibi. † *a* Velociter exandi me Dñe, *b* defecit spiritus meus. † Non *c* auertas faciem tuam à me, & similis *d* ero *e* descendentibus in lacum *f* Auditam fac mihi manè misericordiã tuam, quia in te speraui. *g* Notã fac mihi † viam in qua † ambulẽ, quia *h* ad te leuaui animam meam. † *i* Eripe me de inimicis meis Domine † *k* ad te confugi, *l* doce me facere volũtatem tuam *m* quia Deus meus es tu. Spiritus *n* tuus bonus deducet me in terram rectam propter *o* nomen tuum Domine *p* viuificabis me in † *q* æquitate tua. *r* Educes de tribulatione animam meam, & in *ſ* misericordia tua † disperdes omnes inimicos meos. Et *t* perdes omnes † qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus Dauid ad Goliam.

al. † Citò.
al. † me.
al. † Domine.
al. † ingrediar quoniã.
al. † Exime.
al. † quia.
al. † iustitia.
al. † interitũ deduces.
al. † tribulantes.

Tertia pars. *a* Velociter exaudi me] Tertia pars, vbi ponitur deprecatio causis confirmata. Dicit ergo: Velociter exaudi me Dñe. Quia differebat Deus ad inflammandum desideriũ, quasi si deficeret pluuia ad sedandam sitim. *b* Defecit spiritus meus.] Ideo impleat me spiritus tuus, iam enim sum pauper spiritu. In quo enim viuit spiritus suus, ille superbus est spiritu suo, & extollitur contra Deum, *Psal.* 13. Auferes spiritum eorum & deficient. *Triplex animæ defectus bonus.* Est enim triplex animæ defectus bonus. Primus, est ex magnitudine deuotionis. Secundus, præ magnitudine admirationis. Tertius præ magnitudine exultationis. In primo liquefit anima. *Ps.* 38. In meditatione tua exardescit ignis. Et *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est. In secundo defectu deficit in se anima. *Cant.* 6. d. Quæ est ista quæ ascendit quasi aurora. Aurora enim habet commixtionem cum tenebris, sic anima. *Prou.* 4. c. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, &c. Et 3. *Reg.* 10. a. Videns Regina Saba sapientiam Salomonis admirabatur, & non habebat spiritum. De tertio defectu legitur *Cant.* 8. b. Quæ est ista quæ ascendit. Et ideo in fine dicit: Assimilare capreæ. Vnde in primo interrogat, in secundo meditatur, in tertio contemplatur. Et quia defecit spiritus meus, i. quia non sum superbus. *c* Non auertas faciem tuam à me] humili, vt olim auertisti à superbo. *d* Et similis ero] sc. si auerteris faciẽ tuam à me. *e* Descendentibus in lacum] i. in peccati profundum. Ille enim descendit in profundum, qui etiam confessionem perdit, vt qui proponit sibi licentiam peccandi sine spe veniæ, habenis iniquitatis effusis, nec audit dicentem. Conuertemini ad me, & ego conuertar ad vos. Non auertas, inquit, sed potius. *Zac.* 1. a. *f* Auditam fac mihi manè] i. post noctem peccatorũ, aut post finem sæculi, quando clare videbimus quod modò credimus. In nocte enim sumus, sed in te speraui donec nocturna pertranseat iniquitas. Nox enim quærit patientiá in expectando, dies verò dabit lætitiam. Et quia non sufficit in hac nocte sperare, sed aliquid opus est agere, quod per me non possum, ideo. *g* Notam fac mihi viam in qua ambulem.] Hoc facit Deus, cum Propheticum sermonem accendit, cui intendere debemus tanquam lucernæ in caliginoso loco, donec illucescat dies, 2. *Pet.* 1. d. Ideo etiam Christus se lumen in testa carnis suæ posuit, ad quod lumen ambulemus. *Ioan.* 1. a. *Psalm.* 35. Hæc est enim illa mulier quæ accendit lucernam. *Luc.* 15. b. Et ad formam serui ambulando peruenimus ad lumen purum, quod est Verbum in principio apud Deum. Et qua fiducia hoc petit, subdit. *h* quia ad te leuaui animã meam] non ad Mundum, nec contra te, sed ad te, apud quem est fons vitæ, vt vas ad te fontẽ attuli, imple ergo illud. *Fons multiplex bonus.* Ad hunc fontem, qui est multiplex, recurrendum est cum vase cordis. Est enim fons gratiæ. *Num.* 20. a. Dñe Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Et mundat. *Zach.* 12. a. Erit fons patens domui Dauid. Et *Iudit.* 12. b. Exibat in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte, &c. Item rigat. *Ioel.* 3. d. Fons de domo Dñi egredietur & irrigat torrentẽ spinarum. Item fructum generat, *Prou.* 6. b. Si impiger fueris veniet vt fons messis tua. Item est fons doctrinæ. *Prou.* 18. a. Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ. Et *Eccl.* 1. a. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et hic erudit: *Prou.* 16. c. Fons vitæ eruditio possidentis. Item vitam adducit. *Prou.* 13. c. Lex sapientis fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Item aquas consolationis tribuit. *Isa.* 12. a. Haurietis aquas de fontibus Saluatoris. Fontes, sunt ipsi Apostoli, qui omnibus tribuunt aquam perfectionis Euangelicæ. *Exod.* 15. d. Venerunt autem in Helim filij Israel, vbi erant duodecim fontes. Item est fons temperantiæ. *Cant.* 4. c. Hortus conclusus, fons signatus. Deo quo hauritur aqua virginitatis. *Gen.* 24. b. Ecce ego sto propè fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Item aqua honestatis. *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras. Itẽ aqua puritatis. *Cant.* 4. d. Fons hortorũ, puteus aquæ viuæ. Item fons misericordiæ. *Sap.* 11. a. Pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Hic est fons qui exiuit de latere Iesu Christi. Et hic fons debet esse desiderabilis. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam? Item indefectibilis, & ideo dicitur ipsi misericordi. *Isa.* 58. d. Eris sicut hortus irriguus, & sicut fons aquarum cui non deficient aquæ. Et propter hoc dicitur *Esther* 11. d. quod fons paruus creuit in fluuium magnum. Item debet esse cõmunicabilis *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras. Item est fons gloriæ. *Apocal.* 7. d. Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et hic delectat. *Psal.* 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Item desiderium ampliat. *Psalm.* 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Item satiat. *Isa.* 49. c. Non esurient, neque sitient, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Isti sunt fontes ad quos properare debemus. Reprobi autem fontem culpæ bibunt. *Osee* 14. d. Adducet ventum Dominus, & desolabit fontem eius. *Fons multiplex malus.* Et hic fons est triplex. Primus est auaritiæ. Hic fons ascendit de terra, *Genes.* 2. a. & irrigat vniuersam terram, quia omnes student auaritiæ. Secundus est fons luxuriæ. *Eccl.* 26. c. Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet. Et loquitur de luxuria. Tertius, est fons mali exempli. *Prou.* 25. d. Fons turbatus, & vena corrupta. A talibus eripi petit vir iustus, dicens.

i Eripe me de inimicis meis Domine] scilicet à Diabolo & a suis quos implet. Non enim in solum Iudam intrauit, sed multi sunt Iudæ quos implet Sathanas, illum non visum expugno, illos visos patior.

k Ad te confugi] non à te, sicut Adam, qui à te fugit & abscondit se inter ligna Paradisi. De quo *Iob* 7. a. Sicut † seruus desiderat vmbram. Ego autem ad te confugi. *al.* † ceruus.

l Doce me facere voluntatem tuam] non meam. Si enim non doces me, faciam voluntatem meam, & deseret me Deus meus.

m Quia Deus meus es tu.] Si ab alio factus essem, ad alium currerem. Tu enim es totum quod habeo, non solum dator hæreditatis, sed ipsa hæreditas. Tu me creasti per Verbum Deum manentem apud te, & recreasti per Verbum carnem factum propter me.

n Spiritus tuus, &c.] Quarta pars, vbi est læta conclusio, *Quarta pars.* quasi dicat, doce me vt Magister meus, quod vtique facies quia, spiritus tuus bonus deducet me, non spiritus meus malus, qui deduxit me in terram peruersam. Et hoc.

o Propter nomen tuum] non propter merita mea, id est, vt rem nominis tui impleas, quod est Iesus.

p Viuificabis me] ego me occidi, sed tu viuificabis. Et hoc.

q In æquitate tua] id est, in tua iustitia, non mea, quia non ex meritis meis, sed propter nomen tuum quod est Iesus. Gratia Dei hic commendatur, quia licet Deus omnia gratis faciat, iustitiæ tamen eius est supplices iustificare, quos Dæmones videt impetere. Vel.

o Propter nomen tuum] id est, vt inde lauderis.

r Educes de tribulatione] huius sæculi, animam meam. Hoc fit, quando datâ veniâ de sæculo iubet exire quasi de carcere. *ſ* Et in misericordia tua, &c.] quia nihil poterunt contra me in futuro iudicio.

t Et perdes omnes qui tribulant animam meam] id est, Diabolum & omnes obstinatos, qui tribulant me. Et quare tribulant me? Quoniam ego seruus tuus sum.

EXPOSITIO PSAL. CXLIII.

Benedictus Dñs, &c.] Titulus. [*Psalmus Dauid ad Goliam.*] Sumptus est de 1. *Reg.* 17. vbi narratur quomodo Dauid interfecit Goliam. Figuraliter Dauid totum Christum significat, scil. caput & membra. Golias Diabolum. Arma Saul, legalia Sacramenta sunt: quibus oneratus erat Iudaicus populus, scil. Circuncisio & sacrificia & alia visibilia Sacramenta. Sed quia lex per ista non potest viuificare vt prementia, non adiuuantia, in tempore gratiæ Christus caput & corpus legis deposuit, Sacramenta & quinque lapides, id est, ipsam legem, sc. quinque libros Moysi tulit de flumine, id est, à populo

illo

illo qui per flumen significatur, quia labitur omne sæculum. Quia ergo in illo flumine, i. in illo populo lapides vacabant inutiles, sed vt lex esset inutilis, Dauid accepit vas pastorale, i. gratiam, sine qua lex non poterat impleri, quia plenitudo legis est charitas, quæ est ex Spiritu S. Hoc est ergo lapides mittere in vase pastorali, quo lac mulgere solebat, legi, scilic admiscere gratiam. Sic armatus procedit totus Christus aduersus superbum. Vnum lapidem misit quo deiecit superbum, quia vnitas Diabolũ vincit. Percussit in fronte, quia ex eo loco corporis sui occidit, i. in illis membris vbi signum Christi non habuit. Deinde illo percusso atque deiecto, gladio eius caput abscidit, quia quando magni eius credunt, quos ille in manu habebat, & de quibus animas trucidabat, contra eum loquuntur, & sic caput eius suo gladio inciditur. Sicut Dauid ergo paruus superbum Goliam de se præsumentem superauit, ita Christus superbum Diabolum occidit, i. humilitas superbiam. Deus enim fit humilis, vt Diaboli superbiam sternat, & vt superbi qui humiles Sanctos dedignarentur sequi, hunc saltem velint imitari. De hac ergo victoria agit hic. Et est sensus tituli. [Psalmus iste est Dauid] Prophetæ, qui loquitur in sua, vel totius Christi persona. [Psalmus dico habitus ad Goliam] i. e. contra Goliam figuralem, in spiritualem, quia agit hic Dauid de sua figurali, & mystica Christi victoria, ex qua & sua processit. Agens ergo gratias Deo de sua victoria, precatur etiam vt ille veniat qui Diabolum vincat & fideles liberet. Et non insolescit Dauid de victoria, vt solet homo, sed virtutem Deo dat. Et est triumphalis psalmus. Intentio monet ad gratiarum actiones pro victoria, sc. quod Dauid figuraliter vicit Goliam. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primo, agitur de victoria, scil. quod Dauid figuraliter vicit Goliam, spiritualiter ipse cum aliis Sanctis Diabolum, quæ, tota victoria inde esse dicitur, quia Christus de eius semine venit vincere superbiam Mundi, vnde aduentum eius precatur. Secundò, præmittit se victori cantare in nouo & veteri Testamento, precans per eum liberari, *ibi.* [Deus canticum nouum.] Dauid ergo non insolescens de victoria, sed humiliter gratias agens Deo, ait:

Rom.13.c.

al. † erutor.

al † sperabo subiiciens populos.

Partitio Psalmi.

PSAL. CXLIII.

a Benedictus Dominus *b* Deus meus, qui *c* docet manus meas ad prælium, *d* & digitos meos ad bellum. *e* Misericordia mea, & *f* refugium meum. *g* susceptor meus † & *h* liberator meus. *i* Protector meus *k* & in ipso † speraui, qui *l* subdis populũ meum sub me. *m* Domine, quid est homo, quia *n* innotuisti ei, *o* aut filius

a Benedictus sit Dominus] omnium. *b* Deus meus] cui me subieci & dedi. *c* Qui docet manus meas, &c.] quod de prope fit. *d* Et digitos meos ad bellum] quod de longè fit. Item prælium geritur, bellum paratur. Et est prælium multiplex, sicut & bellum multiplex. Est enim prælium tentationis, vt hic. Item spiritualis disceptationis, *Ezech.*13.a. Non ascendistis ex aduerso, & opposuistis vos murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Item Diabolicæ impugnationis, *Apoc.*12. b. Factum est prælium magnum in cœlo. Item adipiscendæ virtutis, *Gen.*59. c. Gad accinctus prælhabitur ante eum. Item tribulationis exterioris. *Isa.*3. d. Pulcherrimi viri tui cadent gladio, & fortes tui in prælio. Item extremæ persecutionis. *Luc.*21. c. Cùm audieritis prælia, &c. Item diuinæ seueritatis. *Isa.*27. b. In prælio gradiar super eam, succendam eam pariter. Et loquitur de viuentis *Psal.*23. Dominus potens in prælio. Bellũ etiam est multiplex. Est enim bellum bonorum, & hoc docet Deus, & bellum malorum, & hoc docet Diabolus. Bellum bonorum est contra peccata & concupiscentias. Caro enim concupiscit aduersùs spiritũ, *Gal.*5.c. Et de hoc dicitur *Prou.*21.d Equus, i. pœnitens, paratur ad diem belli, i. tentationis, Dominus autem salutem tribuit. In hoc bello debemus ignea tela Diaboli, i. e. suggestiones extinguere. *Eph.*6. c. Sumite scutum fidei. Item portas hostium, i. mundanorum astutias subuertere. *Iud.*5. a. Noua bella elegit Dominus, & portas hostium subuertit. Item castra exterorum, i. munitiones carnalium desideriorum euertere. *Heb.*11.f. Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. Sic fecerat iustus. *Psal.*75. Confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Item Diabolum penitus expugnare. Vnde Dominus dixit: Estote fortes in bello, &c. Et in signum huius dicitur. *Eccl.* 46. a. Fortis in bello Iesus Naue. Et post parum: Expugnate insurgentes hostes. Et nota quod in isto bello sunt quatuor necessaria: Magnanimitas in aggrediendo, vbi bellator deficiens per inopiam displicet Deo. *Eccl.* 26. d. Et hanc dat Deus. *Psal.*17. Deus qui præcinxit me virtute ad bellum. Item prudentia in progrediendo. *Prou.*20. c. Consiliis cogitationes roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella. Et hanc dat Dominus, vt hic. Item constantiam in sustinendo, *Zach.*10. b. Visitauit Dominus gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Item fortitudo in expugnando. *Isa.*30. In citharis, tympanis & bellis præcipuis expugnabit eos. In bello autem malorum magister est Diabolus. De quo dicitur *Apoc.*13. b. Datum ei facere bellum cum Sanctis. Et hoc est multiplex, scilic. iniquitatis, quod fit per linguam, *Ier.*18. c. Percutiamus eum lingua. Et *ibid.*9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum. 5. d. In bello eruet te de manu gladij. Item persecutionis corporalis. *Marc.*13. a. Cùm audieritis bella, &c. Item carnalitatis in membris regnantis, *Iacob.*4. a. Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris? In hoc prælio, & bello edoctus & adiutus Propheta, gratias agens benedicit Deum, dicens: [Benedictus Dominus, &c.] Digiti autem qui docent, sunt isti. Primò, digitus gratiæ, *Luc.*11. In digito Dei eiicio Dæmonia. Et hunc digitum coacti sunt confiteri Magi Pharaonis, *Exod.*8. e. Digitus Dei est hic. Secundus est digitus intentionis bonæ, & iste est digitus qui debet intingi in sanguine Passionis Christi, vt possit tangere cornu cœlestis altaris Christi: *Leu.*8. c. Tincto digito in sanguine, tetigit cornu altaris. Tertius est digitus moderatæ locutionis. *Iob* 21. a. Superponite ergo digitum ori vestro. Et 29. b. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Quartus est digitus bonæ operationis. *Cant.*5. b. Digiti mei pleni sũt myrrha probatissima. Et *Matth.*23. a. Digito suo nolunt ea mouere. Et de muliere bona dicitur *Prou.* vlt. c. Digiti eius apprehenderunt fusum. Quintus est digitus iustitiæ. *Isa.*40. c. Qui appendit tribus digitis molem terræ, id est, peccatores, qui tribus digitis iustitiæ appenduntur, scil. examinatione, definitione, & executione. Sextus est digitus discretionis. Hoc digito scripsit Deus in terra, *Ioan.*8. a. Et *Deut.*9. b. Moysi dedit duas tabulas scriptas digito Dei. *Prou.*7. a. Liga legem in digitis tuis. Ostendens ergo totum sibi esse ex gratia, subdit. *e* Misericordia mea, & refugium, &c.] Misericordia ei fuit, quando vltimus fratrum in Regem vnctus est. *f* Refugium] fuit ei, quando contra Goliam consilium dedit, vt petra deiiceret eum, cum quo armis pugnare non poterat. *g* Susceptor] eius fuit, quando fecit eum generum Regis. *h* Liberator] quando eum à periculo iræ regiæ liberauit. *i* Protector] eius fuit, quando in spelunca ius in Saulem accepit. Post tanta beneficia sibi collata, scit Dauid à spe tali non esse cessandum. Et ideo post enumerata beneficia, congruè hic addit.

Prælium multiplex.

Bellum multiplex.

Quatuor necessaria in bello spirituali.

Digiti docentes prælium sex.

k Et in ipso speraui] q. d. hæc bona mihi fecit Dominus, & ideo sperabo in ipso.

l Qui subdis] vel quia tu es [qui subdis populum meum sub me.] Hoc vel de futuro accipitur, quia imperaturus erat populis; vel semini suo Christo populos subdendos prædicit. Deinde post tanta beneficia, non solùm se fatetur exiguum, sed & totum genus humanum indignum tantis beneficiis fatetur. Vnde dicit: Domine quid est homo, &c.] Vel ex persona corporis Christi exponi potest quod dictum est. *a* Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.] Tunc enim vir iustus benè à Deo doctus dicitur, quando in eius adiutorio sic opportunè omnia opera facit, vt desideratæ victoriæ consequatur effectum. Aliquãdo pugnatur de longè, videlicet digitis, id est, per salutaria consilia, contra fornicationis vel adulterij occasionẽ, vt est aspectus impudicus. Vnde subdit: *d* Et digitos meos ad bellum. De quo bello *Apostolus*: Caro concupiscit aduersùs spiritum. Et. *e* Misericordia mea] in beneficiis mihi conferendis.

Aliter.

Gal. 5. c.

f Et refugium meum] in periculis per te euitandis.

g Susceptor meus] ne cadam. *h* Liberator meus] in periculis occurrentibus. *i* Protector meus] contra Diaboli insultus.

k Et in ipso speraui] de victoria obtinenda.

l Qui subdis populum meum sub me.] Hominis populi dici possunt animi motus, qui subduntur sibi, quando obediunt rationi.

m Domine quid est homo] qui per se fragilis est, & peccator. [Quid est] id est, quàm magnum, quid est, per hoc quod. *n* Innotuisti ei] per assumptam humanitatem: hoc enim quod est homo, ideo est, quia assumpsit eum. *o* Aut filius hominis] quem tanti facis vt pro eo filium dederis: Cui fit etiam panis, qui est panis Angelorum. Non enim sic æstimat Deus hominem vt homo hominem, qui carius emit equum quã hominem. Subdit autem quid per se sit.

a Homo vanitati similis factus est.] Homo enim qui priùs veritati similis, postea peccando factus est similis vanitati, & tamen innotuisti ei. Vanum est, quod de sua substantia cadens vanescit, vt fumus & vmbra, ita & ipse homo tabescit. Vnde subdit, b Dies eius] id est, vita eius momentanea, sicut vmbra prætereunt, quæ videtur quidem, sed non habet firmitatem manendi. c Domine inclina cœlos.] Hoc priùs ex persona Dauid precantis pro Incarnatione Verbi accipitur, qui hic iam aperit quod supra dixit. Innotuisti ei. Tunc innotuit Deus homini, quando incarnatus apparuit, q. d. talis per se est homo, sed vt per te reformes. [O Domine inclina cœlos tuos & descende] ad nos, quia hæc, nisi inclinatâ Deitate, fieri non poterant. Inclinati sunt cœli, quando & honor supernorum ad hominem descendit, & forma Dei formam serui suscepit. *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Vnde sicut vas quando inclinatur, effunditur quod intus est. Sic cœli quodammodo inclinati sunt, quia fuderunt quod in eis erat optimum, scilicet, Christum. Vnde cantat Ecclesia. *Hodie melliflui facti sunt cœli.* *Rom.* 8. f. Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vnde tempus gratiæ vocatur tempus plenitudinis. *Gal.* 4. a. *Psal.* 113. A facie Domini mota est terra, quasi non potens sustinere pondus beneficiorum. Vel, cœlos, id est, cœlestem naturam. Sicut camelus inclinat se ad recipiendum onus, sic cœli inclinati sunt ad recipiendum nos. Vel, Inclina cœlos, id est, Angelos, qui dicuntur cœli. *Iob* 15. b. Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Vel ex persona Ecclesiæ potest hoc dici. Humilis enim Dauid plenus gratiâ, id est, corpus Christi quod est Ecclesia, præsumens de Deo, pugnans hic inuocat adiutorium Dei, dicens. In lucta sumus, sed vt non deficiamus. [Inclina cœlos] id est, contempera hominibus Apostolos, vt humiles dicant alijs excellentiam tuam. Et per eos.

al. † quoniã æstimas. *De pœn. dist.* 1. *c. fin.*

hominis † quia reputas eum. a Homo vanitati similis factus est, b dies eius sicut vmbra prætereunt. c Domine inclina cœlos tuos & d descende, e tange f montes & g fumigabunt. † h Fulgura coruscationem & † i dissipabis eos, k emitte sagittas tuas & l conturbabis eos. m Emitte manum tuam † n de alto: † o eripe me & p libera me de aquis multis, & q de manu filiorum alienorum. r Quorum os locutum est vanitatem, & s dextera eorum dextera iniquitatis. t Deus canticum nouum cantabo tibi, in u psalterio † decachordo x psallam tibi.

al. † corusca.

al. † disperges.

al. † exime me & erue.

al. † decem chordarum.

d Descende] in notitiam aliorum. Et, e Tange] de tua gratia. f Montes] id est, superbos.

g Et fumigabunt] id est, fatebuntur peccata per compunctionem, & lacrymarum effusionem. *Greg.* Magnus fumus, magni hospitis est nuncius. Contra eos autem qui conspirauerunt contra te.

h Fulgura] vel corusca, id est, clarifica, vel, mica fulmine, coruscationem, id est, crebrescere miraculis, & soluetur conspiratio eorum, quia crebris miraculis territi, nihil audebunt. i Et dissipabis eos] ab inuicem. Hoc est bellum Christi contra Diabolum. k Emitte sagittas tuas] id est, verba tua. Verbum enim Dei sagittæ comparatur. *Suprà.* Sagittæ tuæ acutæ.

Psalm. 44. l Et conturbabis eos] ad pœnitentiam. Deinde Propheta aduentum Christi precatur, & ad Patrem verba conuertit, dicens? Vt hæc fiant.

m Emitte manum tuam] id est, Christum.

n De alto] vbi cum Patre est, vt induat carnem.

p Et libera me de aquis multis.] Aquis voluptatum. *Psal.* 68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Item aquis persecutionum. *Psal.* 65. Transiuimus per ignem & aquam. Item tribulationum. *Cant.* 8. c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Vel de secundo aduentu agit ex persona Ecclesiæ, q. d. Fac ita modo, in fine autem.

m Emitte manum tuam de alto] id est, Christum de cœlo ad iudicium, quia in voce Archangeli descendet de cœlo. Dicat ergo Ecclesia, vel quilibet iustus: Emitte manum tuam & eripe me. Pro cuius declaratione notandum, quod est manus multiplex, scil. manus Diaboli, manus hominis, & manus Dei. Manus Diaboli tria facit. Primò, affligit temporaliter. *Iob* 1. c. Vide ne mittas in eum manum tuam. Secundò, pulsat spiritualiter. *Psal.* 21. Erue à framea, &c. Tertiò, torquet æternaliter. *Psal.* 30. Eripe me de manu inimicorum meorum. Secunda, est manus hominis. Quæ est triplex, scilicet, ociosa, operosa, & affectuosa. Prima in otio delectatur. Secunda bonum operatur. Tertia eleuatur. De prima, *Prou.* 26. c. Abscondit piger manum suam sub ascella, & laborat si ad os suum eam conuerterit. De secunda, *Eccl.* 9. c. Quodcunque potest facere manus tua, &c. Et *Prou.* vlt. c. Manum suam misit ad fortia. De tertia, *Psal.* 142. Expandi manus meas ad te. Tertia, est manus Dei, potens ad tria, scil. ad beneficium, ad supplicium, & ad præmium. Primò, ad beneficium impertiendum triplex, scil. gratiæ, misericordiæ & iustitiæ. Triplicem enim gratiam impertitur manus ista. Primò, Diabolum eiicit de corde. *Iob* 26. d. Obstetricante manu eius, eductus est Coluber tortuosus. Item protegit in aduersitate. *Isa.* 49. a. Sub vmbra manus suæ protexit me. *Psal.* Sub vmbra manuum tuarum protege me. Item ad suauitatem adducit, *Iob* 5. a. Percutit, & manus eius sanabunt. Beneficium misericordiæ est triplex ab ista manu. Primò, hominem tenet ne cadat in tentationem, deducit ambulantem ne erret in via iustitiæ, suscipit per vnitatem vt teneat solium gloriæ. De primis duobus. *Psal.* 138. Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. De tertio, *Psal.* 117. Suscipe seruum tuum in bonum. Beneficium iustitiæ ab ista manu, est triplex.

De triplici manu & earum multiplici effectu.

Psalm. 80.

Primò, animam pœnitentem ingrauidat. *Cant.* 5. b. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Secundò, ad contemplationem eleuat. *Ezech.* 3. d. Spiritus Domini eleuauit me, & manus Dei erat mecum confortans me.

Tertiò, visitat per consolationem, & exaltat visitando. 1. *Pet.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et post. Vt vos exaltet in die visitationis. Secundò, manus Dei est potens ad supplicium. De quo dicitur: Et super tribulantes eos misissem manum meam. Hæc manus aliquando tangit iustum vt probet. *Iob* 19. c. Manus Domini tetigit me. Aliquando increpat pigrum vt exerceatur. *Psalm.* 38. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Aliquando grauat iniquum vt reuocetur. *Psal.* 31. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Aliquando percutit Diabolum vt ampliùs crucietur. *Iob* 26. d. Prudentia eius percussit superbum. Tertiò, manus Dei est potens ad præmium. Et hoc ad tria. Primò, amplectitur in statu fruitionis. *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo, &c. Secundò, benedicit in statu remunerationis generalis. *Psal.* 144. Aperis tu manum tuam, &c. Tertiò, exaltat in tempore visitationis, id est, in tempore Iudicij, quia tunc visitabit Dominus Ierusalem in lucernis. *Soph.* 1. c. Dicit ergo Deo.

m Emitte manum tuam] sic potentem. Et.

o Eripe me & libera me de aquis multis] id est, de populis intus & foris oppugnantibus. Hæ sunt aquæ contradictionis a quibus eruit Dominus suos, scilicet.

q De manu filiorum alienorum] id est, Dæmonum, & malorum hominum, qui filij alieni mentiti sunt Deo.

r Quorum os locutum est vanitatem] videlicet vanum amorem terrenorum mundanis hominibus suggerendo.

s Et dextera eorum dextera iniquitatis] quia ad Mundi vanitatem impellunt homines multis modis. Quid ergo tu inter eos in vase pastorali habens quinque lapides agis? quomodo inter eos te habes? Ecce quomodo. O.

t Deus canticum nouum, &c.] Secunda pars, vbi quasi ille quem precabatur victor & liberator iam venerit, ei se cantare in nouo & veteri Testamento promittit, & per eum precatur liberari ab his qui putant beatitudinem in terrenis. Vnde dicit, Deus canticum nouum cantabo tibi] id est, noui hominis, scilicet canticum noui Testamenti, canticum de noua gratia. Strepitus enim aquarum non facit me obmutescere. *Secunda pars.*

u In Psalterio decachordo.] Hoc alio nomine significat legem, quam per quinque lapides signari diximus. Et est sensus. [In Psalterio decachordo] id est, in lege decem præceptorum.

x Psallam tibi] quia plenitudo legis est charitas, quia qui caret, psalterium portare potest, psallere non potest. Laus enim de Deo decem chordas habere debet, sc. quòd sit vera. *Iob* capitulo decimo tertio b. Deus non indiget vestro mendacio. Opportuna. *Psalm.* 118. Septies in die, &c. Idem. Media nocte, &c. Intenta, *Ecclesiast.* 7. b. Ne iteres verbum in oratione. Sapida. *Psalm.* 46. Psallite sapienter. Deuota. *Prouerbior.* 16. a. Ponderator spirituum est Dominus. Deuotio enim dat pondus orationi. Humilis, *Ecclesiastic.* 7. b. Humilia valdè spiritum tuum. Frequens, *Isa.* 23. d. Benè canta, frequenta canticum. Speciosa, hoc est sine remorsu. *Ecclesi.* 15. c. Non est speciosa

Laus de Deo decem chordas habere debet.

speciosa laus in ore peccatoris. *Psal.* 113. Non mortui laudabunt te Domine. Perseuerans. *Psalm.* 33. Semper laus eius in ore meo. Pura. *Exod.* 30. d. Præcepit Dominus offerri thus lucidissimum. Et vasa templi facta sunt de auro purissimo.

a Qui das salutem Regibus] quasi dicat, cantabo tibi qui das salutem Regibus, i. montibus iam fumigantibus.

b Qui redemisti Dauid seruum tuum] id est, totum Christum, caput, & corpus.

c De gladio maligno eripe me.] Est enim gladius benignus, quo Deus loquitur veritatem. *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium. Hic est gladius bis acutus, vtroque acumine præpotens, scil. veteris & noui Testamenti, quo omnis putredo à membris Christi abscinditur. Malignus verò gladius est quo illi loquuntur vanitatem. Vnde *alibi.* Lingua eorum gladius acutus. Quos ergo superiùs aquas dixit, ipsos hic dicit gladium. Vnde addit hic quod ibi dixit. *e* Erue me de manu filiorum alienorum.] Hac repetitione reddit iniquos detestabiliores.

a Qui das salutem Regibus, *b* qui *c* † redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno † eripe me. Et † *d* erue me de manu filiorum alienorum: *e* quorum os locutum est vanitatem, & *f* dextera eorum dextera iniquitatis. *g* Quorum filij sicut *h* nouellæ plantationes, in *i* iuuentute sua. Filiæ *k* eorum compositæ, † circumornatæ vt similitudo Templi. *l* † Promptuaria eorum *m* plena *n* eructantia ex *o* hoc in † illud. *p* Oues eorum † fœtosæ *q* abundantes in † egressibus suis, *r* boues eorum crassæ. *s* Non est ruina † maceriæ, *t* neque transitus, *u* neque clamor in *x* plateis eorum. *y* Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, *z* beatus populus cuius Dominus Deus eius.

al. † redemit.
al. † suum.
al. † erue.
al. † exime.
al. † constabilite.
al. † & ornatæ.
al. † Cellaria.
al. † hoc.
al. † fœcundæ multiplicantes.
al. † gressibus.
Psalm. 56.
al. † sepis nec exitus.

f Quorum os locutum est vanitatem,] scil. quòd terrena sint beatitudo. Et dextera eorum dextera iniquitatis] quia terrena habent pro dextera. Quod probat, dicens.
g Quorum filij] hoc est dextera eorum, & vanitas quam loquuntur, quia filij eorum.
h Sicut nouellæ plantationes,] id est, pulchri & fortes.
i In iuuentute sua] in quo notatur prosperitas in prole, tam masculina, quam fœminina. Vnde adhuc subditur.
k Filiæ eorum compositæ,] id est, curiosæ sunt & ornatæ, sicut imagines depictæ in Templis, vt arte iuuent speciem. *l* Promptuaria eorum, &c.] Promptuaria vulgus cellaria appellat. Et hæc.
m Plena] vino, oleo, & frumento. *n* Eructantia,] id est, supereffundentia. *o* Ex hoc in illud.] In quo tangitur prosperitas in terræ nascentibus. Et postea in animalibus, cùm subdit.
p Oues eorum fœtosæ,] id est, fœtibus plenæ, hoc est agnis. *q* Abundantes in egressibus suis] quando exeunt de ouili.
r Boues eorum crassæ] quæ etiam pro vitiis ponuntur.
s Non est ruina, &c.] id est, clausuræ murorum factorum sine cæmento, quæ claudit vineas vel hortos. In quo notatur tanta fœlicitas, quòd ipsa maceria non ruit quamuis sit sine cæmento. Vnde addit. *t* Neque transitus] aduersariorum. *u* Neque clamor] alicuius aduersitatis.
x In plateis eorum] ne somnus eorum importuna loquacitate rumpatur, sed silentium sit cùm volunt quiescere. *y* Beatum dixerunt, &c.] Habentes prædicta dixerunt fœlices, & beatos. Sed ego dico.
z Beatus populus cuius Dominus Deus eius,] id est, qui seruiunt Domino fideliter, & deuotè. *g* Quorum filij sicut, &c.] Hæc possunt intelligi Mysticè ab illo loco. Et agit de erroribus malorum, & hæredibus Hæresiarcharum, & pessimis cogitationibus, ostendens eos esse hæreticos, sic. [Quorum] scil. prædictorum [filij] sunt [sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua,] id est, filij eorum sunt sicut nouella plantatio, qui non de Apostolis sunt fundati, sed de peruersitate nouitatis generati, non de antiquis ritibus patrum, sed nouis erroribus pullulauerunt. *k* Filiæ eorum,] id est, cogitationes, vel prædicationes, quæ non habent veram Ecclesiam, sed similitudinem Templi, id est, Ecclesiæ. *l* Promptuaria eorum,] id est, corda. *m* Plena] diuersis erroribus. *n* Eructantia] quia de illis pessimas eructationes exhalant quæ fœtent, & simplices corrumpunt. *o* Ex hoc in illud] quia in vno victi fugiunt ad aliud, instabiles, quia non habent radicem veritatis. *p* Oues eorum fœtosæ.] Vel ad literam, peculium eorum fœtosum est & abundans, cùm ipsi sint steriles. Vel mysticè [Oues,] id est, eorum discipuli fœtosi, quia ipsi plures in errores generant. *q* Abundantes in egressibus suis,] non in ingressibus, quia totum bonum quod habere videntur, egreditur ab eis citò perituris.
r Boues eorum crassæ.] Vel ad literam, non labore macræ, sed otio pingues: Vel mysticè [Boues] sunt Magistri, qui sunt crassi, quia terrenis affluunt. *s* Non est ruina maceriæ.] Maceria est, quæ de solis saxis in hortis vel vineis fit, sed nec illa ruit illis, adeò prosperi sunt.
t Neque transitus, neque clamor] turbidus interrũpit quietem eorum. Vel mysticè, maceria est ars Philosophorum, quæ non potest in eis destrui, vt iustificati transeant ad Christum.
u Neque clamor] Dei, qui est in angusta via quæ ducit ad vitam: Est.
x In plateis eorum,] id est, in lata via eorum quæ ducit ad mortem. Hæc dicunt beatitudinem: Sed Dauid & iustus aliter dicit, scilicet, [Beatus populus cuius Dñs Deus eius.]

Mysticè. — *Matth.* 7. b.

Laudatio ipsi Dauid.

Aleph. C X L I V.

a EXaltabo te *b* Deus meus, *c* Rex, † & benedicam † *d* nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. Beth. *e* Per singulos dies benedicam † tibi, & *f* laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi. Gimel. *g* Magnus Dominus & laudabilis † nimis, & *h* magnitudinis eius non est finis.

al. † meus.
al. † nomen tuum.
al. † te.
ali † valdè.

EXPOSITIO PSALM. CXLIV.



EXaltabo te Deus meus Rex.] *Titulus.* [*Laudatio ipsi Dauid*,] id est, Christo. Sciendum est quòd de victoria quam præcedens Psalmus triumphalis decantat, quasi terminum omnium mundanarum rerum sibi fecit Propheta: Non enim posthac aliquid dicturus est, vel de Ecclesiæ persecutione, vel de ærumnis sæculi, vel de pœnitentia, vel de lamentatione pia, vel de Antichristi elatione, sed septem hi vltimi Psalmi diuinis præconiis & cœlesti lætitia sunt pleni, vt quasi repulsis nubibus peccatorum, serenis mentibus ad laudes Dei veniatur, & quasi completis omnibus quibus humana ignorantia fuerat instruenda, nunc ad sola præconia Dei vacandum est. Sicut enim sunt septem Psalmi pœnitentiæ, sic & septem sunt Psalmi laudis, quibus in die laudandus est Deus. Vnde septies in die laudem dixi tibi. *Psal.* 118. Ideo septem erant lucernæ in Tabernaculo, & septem *Exod.* 25. d. sunt Spiritus gratiarum qui laudes Dei concinunt. *Apoc.* 5. b. In his ergo septem Psalmis sufficienter Deus docuit quomodo velit laudari, ne quis in eius laude errare possit. Ad hoc enim Spiritu S. implet Deus Sanctos, vt laudent eum. Et ne erremus in laudando, iter laudis in Scriptura constituit, qui vt benè laudaretur ab homine seipsum laudauit, vt inueniat homo qualiter laudet eum. Specialiter ergo Psalmus iste intitulatur à laude. Intentio monet ad laudem. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, *Partitio Psalmi.* Propheta præmittit infinitam laudem. Secundò, omnes perfecturos Dei laudem nouem modos dicit, *ibi*: [Generatio.] Tertiò eadem latius explicat, *ibi*: [Miserator & misericors.] Propheta igitur laudans Deum dicit.
c O Rex] Christe, qui de Iuda nasci debes vnde Reges erant. Et. *b* Deus meus] scil. creator & recreator.
a Exaltabo te] prædicando.
d Et benedicam nomini tuo in sæculum sæculi] scilicet, hic & in æternum. Qui enim hic non incipit laudare, in futuro mutus erit. Declarat quod dixerat, in sæculum sæculi.
e Per singulos dies benedicam tibi] scilicet, sine intermissione in lætis & tristibus.
f Et laudabo nomen tuum in sæculum, &c.] Qui enim hic quotidie Deum laudat, in æterno die merebitur laudare continua exultatione, quia semper amabunt quem semper videbunt, qua visione nihil est delectabilius. Eas ergo à laude in laudem, sicut ex virtute in virtutem.
g Magnus Dominus & laudabilis nimis.] Hic subdit laudis causam, dicens: [Magnus Dominus] in essentia, ideò valdè est laudandus.
h Et magnitudinis eius non est finis,] quia incomprehensibilis cogitatione vel loco, ideo non potest laus eius finiri.

Pſalmus CXXXIX.

Iniquus & innocens quis dicatur.

a O Domine eripe me ab homine malo : non ab vno, ſed à toto genere malorum cum principe ſuo Diabolo, qui & homo dicitur in figura : Vnde, inimicus homo hoc fecit, qui ſuperſeminauit zizania. *Matth.* 13. d. Et vir dicitur, quia fortis ad nocendum. Vnde ſubditur. b A viro iniquo eripe me.]

CXXXIX.

† a ERipe me Domine ab homine † malo, b à viro † iniquo eripe me. c Qui cogitauerunt † iniquitates in corde : d tota die e conſtituebant † f prælia. g Acuerunt linguas ſuas h ſicut ſerpentes : i venenum Aſpidum ſub labiis eorum. † k Cuſtodi me Domine de manu peccatoris : & l ab hominibus † iniquis m eripe me. n Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos : o abſconderunt ſuperbi † laqueum mihi. Et † p funes extenderunt in † laqueum : q iuxta † iter ſcandalum poſuerunt mihi. Dixi r Domino Deus meus es tu : † ſ exaudi Domine vocem deprecationis meæ. t Domine, Domine virtus u ſalutis meæ : x obumbraſti ſuper caput meum in die belli. † y Non tradas me Domine a z deſiderio meo peccatori :

al. † Exime.
al. † maligno.
al. † iniuſto erue.
al. † iniuſtitias.
al. † bella.
al. † Conſerua.
al. † iniuſtis erue.
al. † muſcipulam.
al. † reſtes.
al. † muſcipulas pedibus meis.
al. † ſemitas.
al. † percipe auribus.
al. † Ne.

Vir iniquus eſt qui nocet. Omnis autem malus nocet : Vnde cùm dixiſſet; Ab homine malo, quaſi exponens ſubiungit, A viro iniquo : volens ſignificare, quod omnis malus, iniquus eſt, quia ſibi vel alij nocet. Alij quidem nocet, vel mox vt malus eſt, vel poſtea. Sunt enim quidam mali qui non videntur iniqui, quia non ſunt ſæui, non aſperi, non perſequentes & preſſuras hominum facientes, ſed tamen luxurioſi, ebrioſi, voluptatibus dediti, qui etſi aliis nocere non videantur, ſibi tamen nocent. Et ita non ſunt innocentes. Innocens enim eſt, qui nec ſibi, nec alij nocet. Si quis tamen altè conſideret, etiam alij nocet, ſaltem exemplo, quia viuit tecum, & ad id quod agit inuitat. Poſtea verò nocebit etiam opere. Cùm enim quæ habet voluptuosè viuendo conſumpſerit, poſtea rapit aliis, quod effundere poſſit. Ex voluptate ergo & luxuria quibus aliis nocere non videbatur, procedit quo te pungat : Sicut ſpinæ in radice ſunt lenes, ſed inde procedit quod pungit : Incidatur ergo radix, & non eſt vnde procedat ſpina. Ita dum aliquis voluptuosè viuit, nulli nocere videtur, ſed poſt rapit quod effundat. Corrigatur ergo voluptas tanquam radix, & non naſcetur rapina quæ pungit velut ſpina.

Mali impugnant bonos tribus modis.

c Qui cogitauerunt, &c. Qualiter mali perſequuntur, exequitur. Impugnant enim bonos tribus modis, ſcil. lingua, manu & corde. Et de corde præmittit dicens: Qui cogitauerunt, quaſi dicat eripe me à populo malorum, eripe me hærentem Mundo per amorem. *Pſal.* 43. Conglutinatus eſt in terra venter meus, id eſt, memoria. *Iſa* 51. b. Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat, ſcil. idolum. dicens glutino, bonum eſt. Faber iſte eſt Diabolus. *Iſa.* 54. d. Creaui fabrum. Iſte dicit de glutino vel amore Mundi, bonum eſt. *Gen.* 14. b. Quatuor Reges aduerſus quinque pugnauerunt. Vallis autem ſilueſtris habebat multos puteos bituminis. Quatuor Reges ſunt principalia vitia, quæ impugnant quinque ſenſus in Mundo, qui eſt vallis bituminis propter amorem. *Greg.* Amor rerum temporalium eſt viſcus pennarum ſpiritualium. Item eripe me ligatum per prauam conſuetudinem. *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. *Prou.* 7. d. Statim ſequitur eum bos ductus ad victimam, & neſcit quod ad vincula, id eſt, ad prauam conſuetudinem ſtultus trahatur. De his liberat Dominus iuſtum. *Sap.* 10. c. In vinculis non dereliquit eum. Item, eripe me, oppreſſum per deſperationem. *Thren.* 3. f. Lapſa eſt in lacum anima mea. Item, eripe me, debilem per naturalium corruptionem & vulnerationem. Vulnerantur naturalia, quando quis peccat. *Luc.* 10. g. Plagis impoſitis, &c. *Pſal.* Vide infirmitatem meam & anxietatem meam. *Iob* 6. Quæ eſt fortitudo mea vt ſuſtineam, &c. Item, eripe me, concluſum propter perplexitatem. *Thren.* 3. b. Concluſit vias meas lapidibus quadris, circumædificauit me vt non egrediar. *Iob* 15. c. Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem circumſpectans vndique gladium. In *eod.* 16. c. Concluſit me Dominus apud impium & manibus, &c. Item, & eripe me, retentum per Diaboli poteſtatem. *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. Item, eripe me, timidum exire propter ſatisfactionem. *Iob* 15. c. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum. De hac ereptione. *Ezech.* 37. d. Educam vos de tribulationibus veſtris popule meus, & inducam vos in terram veſtram. *Amos* 3. d. Quomodo ſi eruantur duo crura, &c. c Qui cogitauerũt iniquitates in corde,] quaſi dicat, ab his maximè eripe me, qui cogitant multis machinationibus nocere. Faciliùs enim vitaretur aperta inimicitia quàm occulta. Ille enim difficilè vitatur qui in labiis bona portat, in corde mala occultat, quia nulla peſtis efficacior ad nocendum quàm familiaris inimicus. Et hi tales. d Tota die,] continuè. e Conſtituebant,] mihi. f Prælia] i. e. ſchiſmata & hæreſes, contra quæ pugnarem. De cordibus enim talium bella ſemper procedunt, etſi verba ſint pacata. Per hoc quod ait, tota die, continua eorum nequitia oſtenditur, non laſſata per moram. Deinde qualiter in lingua proſequantur, oſtendit.

g Acuerunt linguas ſuas] id eſt, verba ſuæ nequitiæ polierunt. Addit h Sicut ſerpentes.] Congruè comparat eos ſerpentibus. In ſerpente enim aſtutia & dolus nocendi eſt : ideo & ſerpit, non habens pedes, vt non audiatur; dum venit in itinere, lenis eſt eius tractus, ſed non rectus. Sic mali ſerpunt ad nocendum, ſub leni contractu verborum habentes occultum venenum. Vnde ſubdit. i Venenum aſpidum ſub labiis eorum,] ſub ſpecie boni ſuggerendo peſſima & animæ mortifera, quia venenum Aſpidum inſanabile eſt. Deinde de perſecutione quæ fit manu, id eſt opere, ſubdit dicens. k Cuſtodi me Domine de manu peccatoris,] i. e. Diaboli, qui validus eſt ad nocendum, vnde Princeps Mundi dicitur. Ideo iſte petit cuſtodiri ab eo, quia per multa Diabolus fallit, quæ iſte per ſe nequit præcauere. l Et ab hominibus iniquis,] i. e. à membris eius, per quos conatur quod per ſe nequit.

m Eripe me,] vt non noceant. Non dico in cauſis ſæculi, ſed in via Domini : Vnde ſubdit. n Qui cogitauerunt ſupplantare,] i. e. decipere, & a via Dei retrahere & impedire opera mea, parantes peccatorum mihi vicinas foueas. Deinde qui ſunt inimici oſtendit dicens. o Abſconderunt ſuperbi laqueum,] vel muſcipulam mihi. *Aug.* Breuiter totum corpus Diaboli explicauit, cùm ait: Superbi. Inde ſcil. ex ſuperbia eſt, quod & iuſtos plerumque ſe dicunt cùm ſint iniqui. Inde eſt quòd nolunt confiteri peccata. Inde etiam eſt quòd inuident veris iuſtis. Omnis enim ſuperbus inuidus eſt ſicut Diabolus, qui inuidit homini quod perdidit. Quia enim amiſit regnum, hominem illuc peruenire noluit, & non vult, & id agit nunc vt homo illuc non perueniat, vnde eiectus eſt ille. p Et funes ?] i. e. peccata ſua, quæ mihi ſuadent facere, de quibus *Iſa.* 5. e. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Peccata dicuntur funes, quia in peccatis perſeuerantes, addũt peccata peccatis, & vnde deberent corrigi, defenſione & excuſatione peccatum duplicant, & triplicant, ita producitur funis de tortis filis. Et de talibus funibus ligantur pedes & manus, vt in tenebras exteriores mittantur. Hos funes extenderunt mihi in laqueum. Et vbi, ſequitur. q Iuxta iter.] Præcepta ſunt iter. Ergo non in itinere, ſed iuxta iter.

r Dixi Dño Deus meus es tu.] Hæc eſt ſecunda pars, vbi dicit quod auxilium ſit contra prædicta mala, ſc. clamare ad Dominum. Et dicit hoc ex magna fiducia. Etſi enim omnium ſit Deus per creationem, propriè tamen Deus eſt eorum qui eo fruuntur. ſ Exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ.] Hic deprimit affectum animi ſui. Sunt enim deprecationes malorum ſine voce, quia ex bono cordis affectu non proueniunt. Deprecatio vero iuſtorum vocem habet, quia ex medulla dilectionis procedens digna eſt auditu. Vox enim propriè hominum eſt & animatorum, ſonus verò cæterarum rerum. Qui vero precatur Deum, & non de Deo bene ſentit, ſonum habet & non vocem, quia ibi vita non eſt. Qui vero de Deo bene ſentit, eius oratio vocem habet, quæ eſt vita deprecationis. Talis dicit. t Domine, Domine] id eſt, veriſſimè Domine, non vt homines domini ſunt, qui emunt pecunia, tu vero ſanguine tuo. Et repetitio iſta affectum piæ precationis oſtendit. u Virtus ſalutis meæ] id eſt, qui das virtutem perſeuerantiæ qua ſaluus ſum. x Obumbraſti ſuper caput meum in die belli] id eſt, dum pugno contra malos extra, & contra legem membrorum intra, obumbraſti, id eſt, gratia tua mihi feciſti vmbraculum refrigerans ab æſtu tentationum. y Non tradas me Domine peccatori] i. Diabolo. z A deſiderio meo] id eſt, vt æſtum non patiar à meipſo a meo deſiderio, quo locus ſit Diabolo, ſine quo nihil facit quantumcunque ſæuiat hoſtis. Quem enim deſiderium vincit elex, cadit in laqueum, & nuſquam eſt locus Diabolo niſi ex deſiderio tuo. Sed æſtum deſiderij temperat vmbraculum Dei. Vnde ait. Non tradas me, i. non

Secunda pars.

non sinas me tradi per meum desiderium Diabolo. *Cassiodor.* A desiderio suo traditur peccatori quisquis per concupiscentias carnis Diabolo relinquitur possidendus, de quibus dicit *Apostolus*, Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.

al. † aduersum.
Rom. 1. c.
al. † teget.
al. † Decident.
al. † ignis in terra, &
al. † super terram.
al. † venabuntur in interitum.
al. † egentis.
al. † causam.
al. † inhabitabunt.

a cogitauerunt † contra me, ne *b* derelinquas me, ne fortè exaltentur. *c* Caput circuitus eorum, *d* labor labiorum ipsorum † *e* operiet eos. † *f* Cadent super eos carbones, † in *g* ignem *h* deiicies eos, in *i* miseriis non subsistent. Vir *k* linguosus non *l* dirigetur † in terra. Virum *m* iniustum mala † capient in interitu. *n* Cognoui *o* quia *p* faciet Dominus iudicium † inopis: *q* & † vindictam pauperum. *r* Verumtamen iusti *s* confitebuntur nomini tuo: † & *t* habitabunt recti cum *u* vultu tuo.

PSALM. CXL.

x DOmine clamaui ad te *y* exaudi me, *z* intende voci † meæ cùm clamauero ad te.

al. † deprecationis.

a Cogitauerunt contra me,] scilicet, inimici.
b Ne derelinquas me ne forte exaltentur] i. ne de me victo triumphent & gaudeant. Seducto enim homine gaudet & triumphat Diabolus & sui. *Psalm.* 12. Exultabunt si motus fuero. *Deuteron.* 32. d. Propter iram inimicorum distuli ne fortè superbirent. *Eccl.* 23. a. Ne derelinquas me ne incidam in conspectu aduersariorũ meorum. Dæmones enim faciunt festum, sicut Rex habito triumpho. Vnde *Iudic.* 16. f. Principes Philistinorum conuenerũt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo, & epularentur, dicentes. Tradidit Deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Et 1. *Reg. vlt.* c. Philistiim præciderunt caput Saul. Hoc faciunt Dæmones, quando præcidunt a capite Christo, & expoliant armis, i. virtutibus. Et de hoc iactant se Dæmones. *Isa.* 10. c. Dixit Assur, in fortitudine manus meæ ego feci, &c.

Tertia pars. *c* Caput circuitus eorum.] Hæc est tertia pars vbi dicit, quæ sint mala inimicorum, q.d. me protegit vmbra tua in die belli, sed illos tegit caput circuitus eorum, i. superbia. Mali enim vadunt in gyrum erroris, vbi est iter sine fine, huius circuitus superbia est caput, quæ est initium *Eccl.* 10. *b.* omnis peccati. Et quia omnis superbus fictus est, & omnis fictus mendax. Ideo subdit.

d Labor labiorum ipsorum] id est, mendacium. *e* Operiet eos] id est, proteget & defendet. Mendacium rectè dicitur labor. Laborat enim qui fingit quid dicat, veritas autem facilè dicitur. Vel sic. Labor labiorum, id est, falsa & mendax assertio eorum, operiet eos, quia de sua falsa assertione superantur. Vel sic. Tu Domine es mihi vmbraculum, sed caput eorum qui cogitant contra me mala, est circuitus, id est, Diabolus, qui nunquam rectè incedit, qui est caput eorum. *f* Cadent super eos carbones] scil. ignis concupiscentiæ, iræ, & luxuriæ antequam veniat ignis æternus. Et, *g* In ignem] id est, in illos carbones. *h.* Deiicies eos] permissiuè. Et, *i* In miseriis non subsistent,] quia superabuntur à pressuris quas iusti superabunt. Vel sic.

f Cadent super eos carbones] id est, Sancti qui ex mortuis reuixerunt, & aliquando tenebræ fuerunt, nunc autem lux in Domino, qui cum alios accendunt, alios deiiciunt. Vnde subdit.

g In ignem deiicies eos] scilic. malos. Cùm enim vident mali Sanctos lucere, inuident. Et sic Sancti super eos cadunt, quia ex bona vita & prædicatione ipsorum, mali ruinam incurrunt. Vnde *Apostolus.* Aliis sumus odor vitæ in vitam, alis odor mortis in mortem. Et hi tales, in miseriis non subsistent, sed impatientes deficiunt, quas boni patienter transeunt. Sequitur. *k* Vir linguosus non dirigetur in terra.] Vir linguosus dicitur qui linguam habet præcipitem & subitò irrumpit in sermonem. *Prou.* 29. c. Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio. *Iac.* 1. c. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, &c. Item dicitur vir linguosus, qui postquam loqui cœpit, cohiberi non potest. *Prou.* 25. d. Sicut vrbs patens est absque murorum ambitu, sic homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Et 29. b. Totum spiritum suum profert stultus. Item qui loquitur & respondet quæ de illis de quibus non nouit, sicut & de quibus nouit. *Eccl.* 5. d. Si est tibi intellectus, responde proximo, sin autem, manus tua sit super os tuum, ne capiaris in

2. *Cor.* 2. *d.*

verbo indisciplinato & confundaris, &c. Item qui loquitur in lingua. *Eccles.* 5. c. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Et *eod.* d. Denotatio pessima super bilinguem. Talis bilinguis similis est serpenti, qui non habet pedes & huiusmodi membra, sed totum corpus est ei pedes & manus, & quod minus habet in membris cæteris, suppletur ei in lingua, quia habet duo additamenta quæ post morsum infigit & virus infundit & ita interficit. De quibus *Psalm.* Acuerunt linguas suas sicut serpentes. *Sap.* 1. c. A detractione parcite linguæ. Item qui alium loquentem sustinere non potest, sed verbum eius interrumpit. *Eccles.* 32. b. Audi tacens & pro reuerentia addetur tibi gratia. Nota quædam quæ maximè exigunt silentium. Ætas loquentis. Vnde *Eccl.* 32. a. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum. Dignitas loquentis. Vnde *Iob* 29. b. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo, &c. Verbum eruditionis; quia inuito auditori nemo libenter loquitur. Ideo dicitur *Eccl.* 32. a. Vbi non est auditus, non effundas sermonem: Qualitas temporis. Vnde *Eccl.* 20. a. Est tacens sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Ideo certis temporibus in claustro tenetur silentium, scilicet, tempore refectionis, lectionis & orationis. Hoc est quod maximè ornat Religionem. Vnde *Isa.* 32. d. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ, silentium & securitas, &c. Et *eodem* 32. d. In silentio & in spe erit fortitudo vestra Religio enim nuda & inculta & infirma est quæ sine silentio est. *Iac.* 1. d. Si quis se putet religiosum esse & non refrænans linguam suam, &c. Potest & aliter haberi quis sit vir linguosus, per hos versus:

Sit tibi linguosus vir quinque modis odiosus.
Præproperus, præceps, ignarus, fictilis, anceps.

Talis vir, linguosus, cui voluptas est loqui non attendens quid dicat. *l* Non dirigetur in terra.] Quisquis ergo vult dirigi, magis oportet audire quàm loqui. Sicut *Iacobus* ait: *Iac.* 1. *c.* Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Perfectius enim esset omnes audire sponsum, vt Ioannes, qui non tantùm gaudebat, quia docebat, quàm quia audiebat. Vnde *Ioan.* 3. d. Amicus sponsi stat & audit, &c. Sed propter imperitos loqui aliquando necesse est vt doceantur. Qui ergo vult docere, semper vult imperitos habere quos doceat. Gaudium ergo sit taciturnitatis & sponsum audiendi in voluntate, vox autem doctrinæ sit in necessitate, & ita non erit vir linguosus. De interioribus ergo sit gaudium; de exterioribus necessitas, non voluntas.

m Virum iniustum mala capient in interitu.] Omnes quidem volunt se abscondere à malo, quod etiam boni fugiunt, sed malum capit eos non ad interitum, sed ad vitam, quia Deus flagellat omnem filium quem recipit. *Hebr.* 12. c. *n* Cognoui] scil. ego quod illi non præuident, scil. *o* Quia Dominus,] tandem etsi non modò:

p Faciet iudicium inopis] qui esurit iustitiam & quærit & pulsat. *q* Et] faciet vindictam pauperum, spiritu. *Rom.* 12. d. Mihi vindictam & ego retribuam.

r Veruntamen iusti.] Conclusio Psalmi, vbi dicit, quod boni à Deo liberati & de hostibus vindicati non sibi dant, sed.

s Confitebuntur Nomini tuo,] hic & in futuro laudem attribuendo. *t* Et habitabunt recti.] Qui ad se flectit cor, torquet, qui verò in Deum intendit, dirigit, & ideo ibi eis requies vbi cor habent. Vnde.

u Cum vultu tuo,] quibus malè erat in vultu suo, in cuius sudore panem ederunt, habitabunt, quia Deum sicut est videbunt, & deterso sudore finitisque laboribus, perenni lætitia implebuntur, & ideo nihil timebunt ab eis in Mundo.

EXPOSITIO PSALM. CXL.

DOmine clamaui, &c.] Titulus. *Psalmus David.* Sæpe expositus est iste titulus. Propheta in persona Christi siue membrorum loquitur per totum hunc Psalmum. Intentio monet ad Deum clamare. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò sciens Propheta hominem implicari peccatis, orat vt audiatur, subdens à quibus maximè velit liberari. Secundò, dicit quòd à iusto correptus spernet falsos laudatores, *ibi.* Corripiet. In persona igitur hominis circumuenti peccatis, ait. *x* O Domine clamaui] tam diu, ad te. Quid clamaui? *y* Exaudi me,] Et iterum adhuc clamo, ideo sequitur. *z* Intende voci meæ cùm clamauero ad te.] Nondum enim finitus est clamor, quia nondum finita est tribulatio. *Partitio Psalmi.*

a Dirigatur

Psalmus CXL.

a Dirigatur oratio mea] i. tibi placita sit igne charitatis incensa.
b Sicut incensum in conspectu tuo,] odorifera videlicet sit, in cuius figura in veteri lege incensum dicebatur offerri in odorem suauem Deo. *c* Eleuatio manuum mearum,] id est, operatio mea bona, quæ fit pro æternis, sit tibi. *d* Sacrificium vespertinum] id est, placeat tibi vt sacrificium, quod in veteri lege vespere offerebatur, quod erat acceptabilius, quia figura erat illius veri sacrificij, quod in fine Mundi in Cruce est oblatum. In lege namque Sacerdos iugiter & manè & vesperè offerebat, sed quod vesperè offerebat, dignius erat. Vel quia vespera nostra finis est vitæ, potest sacrificium vespertinum dici pœnitentia, quia in fine mundamur. Et eleuatio manuum mearum, sit tibi sacrificium vespertinum, id est, opera mea bona sic tibi sint accepta, vt pœnitentia quæ agitur in vespera, id est in fine vitæ, in quo si perfectè offerimus, rectè purgamur. Hoc dicit vt nemo desperet qui in fine pœnitet. Vel de Christo accipi potest. Hoc enim de capite omnes intelligant Christo, qui ad vesperam animam posuit iterum recepturus, non amisit inuitus, sed tamen nos ibi figurati sumus. Quod enim illius pependit in ligno, de nobis accepit. Vespertinum ergo sacrificium est Passio Christi, oblatio victimæ salutaris, quod fecit in resurrectione munus matutinum. Oratio ergo purè directa de corde fideli tanquam de ara sancta in incensum surgit. Et eleuatio manuum mearum, in Cruce expansarum est, sacrificium vespertinum, quia tunc animam deposuit. Deinde subditur ex voce corporis.

a Dirigatur oratio mea *b* sicut incensum in conspectu tuo, *c* eleuatio manuum mearum *d* sacrificium vespertinum. *e* Pone Domine custodiam ori meo, & *f* ostium † circunstantiæ labiis meis. † *g* Non declines *h* cor meum in *i* verba † malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis. *k* Cū hominibus operantibus iniquitatem: & *l* non communicabo cum electis eorum. † *m* Corripiet me iustus in *n* misericordia & † increpabit me: *o* oleum autem peccatoris *p* non † impinguet caput meu. *q* Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: *r* absorpti sunt † iuncti petræ *s* iudices eorum. *t* Audient verba mea *u* quoniam † potuerunt: *x* sicut crassitudo terræ † *y* erupta est super terram.

al. † continentiæ circa labia mea.
al. † Vt.
al. † maligna.
15.q.1.c.prædicator.
De consec. c. quanto.
De vsu c.cum tu. De excess. prælat. c. inter.
al. † combinabor.
Ierem 9.f.
1. Petr.5.b.

e Pone Domine custodiam ori meo] id est, cordi, ne iniqua cogitet. *f* Et ostium, &c.] ne stulta promant. Et dicitur hoc à similitudine illius qui circumstat ostium vt non intret, vel exeat cui non licet. Mors enim intrat per fenestras vestras. Et aduersarius vester Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et nota quod & cordi & ori petit apponi custodiam. Duplici enim munimine opus est, vt nec cogitatio iniqua sapiat, nec praua voluntas in fatua verba erumpat. Pone Domine custodiam ori meo, ne dicam mendacium. *Sap.*1.c. Os quod mentitur occidit animam. Et magis in doctrina Religionis, quia hoc est mendacium capitale. *Ierem.*23.c. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum, quid paleis ad triticum, dicit Dominus? *Isa.*1.f. Vinum tuum mixtum est aqua. Item ne dicam turpia. *Ephes.*5. a. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, &c. Item, vt non dicam conuitia vel improperia, vel superba, & ne reuelem secreta & huiusmodi, de quibus *Eccl.* 22. d. Est concordatio ad amicum excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione. Item, ne dicam iurgia. *Eccl.* 28. b. Certamen festinatum incendit ignem iræ, scil. & furoris. Item, ne dicam detractiones. *Rom.* 1. d. Detractores Deo odibiles, &c. Item calumniam vel criminationem. *Leuit.* 19. c. Non eris susurro, nec criminator in populis. Item adulationem. *Ezech.* 13. c. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito. Vt ibi exponit *Greg.* Lingua mala corrumpit omnes literas. Adulatio, blasphemia, conuitium, detractio, excusatio peccati, falsa locutio, gloriatio, ironica locutio, irrisio, cauillatio, ludificatio, murmuratio, nugatio, oratio indebita, periuratio, querulatio, reuelatio secretorum, susurratio, turpiloquium, verbum otiosum, contumelia, zizaniæ seminatio. Meritò ergo contra tot peccata capitalia, ori suo custodiam poni orat vir sanctus. Ostium circumstantiæ, vel continentiæ, secundùm aliam literam, non dixit claustrum, sed ostium. Ostium enim clauditur & aperitur, ita & ostium labiorum aperiatur ad confessionem peccati: & claudatur ad excusationem, & ita erit ostium circunstantiæ, non ruinæ. Et ad quid prodest hoc hostium, subdit.
g Non declines,] ò Deus, hoc Christus dicit ex persona Ecclesiæ. *h* Cor meum] i. cor corporis mei, vt est Ecclesia. *i* In verba malitiæ] scilicet, ad excusationes in peccatis. *k* Cum hominibus operantibus iniquitatem] i. ad hoc pone ostium, vt non excusem peccatum meum, sicut homines qui operantur iniquitatem.

Excusant enim se homines à peccato.
- Casu. *Abac.*1. a. Facies homines quasi pisces maris, quasi reptile non habens principem. Et est opinio talium, qui dicunt omnia aduenire casu & fortuna.
- Paupertate, vt latro & meretrix.
- Diuitiis: Vnde quidam ita se excusant, oportet me habere pompam sociorū cùm sim diues. De his duobus *Pro.*30.b. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, &c.
- Necessitate constellationis vel præscientiæ Dei. *Amos* 5. b. Relinquitis facientem Arcturum & Orionas, id est, Deum qui non imponit necessitatem. Nam in quacunque hora ingemuerit peccator, vitâ viuet, &c. *Ezech.* 18.
- Fragilitate, vt Adam. *Genes.*3.c. Mulier quam de disti mihi, &c.
- Ignorantia, contra quod dicitur. *Deut.* 30. c. Iuxta te est sermo valde in ore tuo, &c.
- Vehementia tentationis. *Iob* 6. b. Quæ est fortitudo mea vt sustineam? Contra quod est illud. 1.*Cor.*10. c. Deus faciet cum tentatione prouentum.
- Similitudine aliorum, dicentes illud quod dixit Elias. 3.*Reg.*19. a. Non sum melior quā omnes patres mei. Ex his & similibus excusant se peccatores in peccatis, quod est summum vitium. 1. *Reg.*15.e. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. *Greg.* Qui se accusat Deus eum excusat. *Idem.* Dum laudem quærunt, veram confessionem amittunt.

al. † Emendabit.
al. † arguet.
al. † impinguabit.
al. † iuxta petras.
al. † præualuerunt.
al. † dirupta.

l Et non communicabo, &c.] sc. peccatorum. Electi eorum sunt qui se iustificant & cæteros despiciunt, sicut Pharisæus. *Luc.*18. b. Cum talibus non vult iste communicare siue combinari. Dicuntur enim combinari propriè, qui simul in vno vinculo ligantur, vt alter alterum impediat ne sit fuga libera.
m Corripiet me iustus, &c.] Hæc est secunda pars, in qua fidelis iste custodiri petit, quasi dicat non communicabo cum malis, vt defendam peccatum meum, sed potiùs iustus corripiet me, i. Christus vel quilibet frater. *n* In misericordia & increpabit me. Emendari magis se vult misericorditer, quàm laudari fallaciter. Vnde scriptum est: Meliora sunt vulnera amici quam fraudulenta inimici oscula. *o* Oleum autem peccatoris] id est, falsa laus adulatoris. *p* non impinguet caput meum] i. mentem meam, i. non crescit de falsa adulatione mens mea. Hinc dici solet. Vnxi illi caput. *q* Quoniam adhuc & oratio mea] i. illi peccatores adorabunt pro eis vt ego. Vel sic. *m* Corripiet me iustus, &c. quoniam adhuc] expectatio & oratio mea, erit in beneplacitis eorum. Primis enim temporibus vituperabantur Christiani; sed veniet tempus quo placebit eis oratio mea, vt dicant. Dimitte nobis, &c. Hoc dicent Christo, quem habemus Aduocatum apud Patrem. Vel, Oratio mea, i. mei capitis, scil. oratio quam ipse docuit, vel qua ipse interpellat pro nobis, placebit eis. Et *s* Iudices eorum] id est, potentes qui de moribus iudicant, vt Plato, Aristoteles, &c. *r* Absorpti sunt iuncti Petræ.] scilicet, comparati Petræ, id est, Christo crucifixo, quia per se videntur aliquid dicere, sed iunge, i. compara illos Christo, nihil sunt, mortui iacent, stulta est eorum sapientia, & absorpti sunt, quia fracti victique sicut fragile vas allisum petræ. In cuius figura serpens Moysi deuorauit dracones Magorum. Christus enim surrexit & omnes eum colunt. Stultam enim fecit Deus sapientiam huius Mundi. Et quid erit, dicit.
t Audient verba mea,] ipsi sc. verba mea audient. *u* Quoniam potuerunt] i. potentiam habent & præualent verbis eorum. Verba enim mea ita efficacia sunt, quod pro eis mori non metuunt qui ea prædicant. Quid ergo mortes illorum fecerunt, subdit. *x* Sicut crassitudo terræ] i. verba meorum & mortes eorum prosunt eis. Quia sicut crassitudo terræ. *y* Erupta] vel, dirupta est super terram, vnde prouentus fertilitatis euenit, licet vilis sit res. Ita

Secunda pars.
Prou. 17. a.
Matth.6.b.
Exod.7.b.
1.Cor.1.c.

Dissipata

a Dissipata sunt,&c.] scilicet,corpora testium Christi sunt dissipata, i. ex dissipatione ossium nostrorum summa vtilitas venit. Ereft congrua comparatio. Crassitudo enim terræ est contemptibilis, tamen terra inde accipit pinguedinem, ita ex eo quod contemnitur Mundus accipit seges Ecclesiæ pinguedinem nostri, & feracius pullulat. Contemptibilia enim Mundi elegit Deus. b Secus,&c.] i. pro velle profundorum, i. pro voluntate
2. Cor. 1. d. eorum qui sunt Infernum, i. qui sunt profundi in vitiis. Vel, Secus Infernum, non in Inferno, quia etsi communi sorte moriuntur, non tamen descendunt in Infernum vt mali, sed vita æterna datur illis. a Dissipata.] Hoc potest legi aliter de Religiosis.
De Religiosis. Religiosi.n.debent esse ossa, quia ossa non sentiunt; sic & claustrales debent insensibiles inueniri quantum ad gloriam & contumeliam. Vnde b. Ber. legitur præcepisse cuidam Nouitio vt vna die malediceret ossibus, alia benediceret, & in fine anni quisiuit, quid responderunt tibi? Qui dixit, nihil. Cui B. Ber. Nec tu aliquid respondeas maledicentibus. Imo dicitur, 1. Cor. 4. c. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus. Ossa Diaboli sunt mali, qui comparantur fistulis æris, quæ tactæ resonant, sic & ipsi pulsati contumeliis respondent. Vnde Iob 40. b. Ossa eius quasi fistulæ æris. Ossa absconduntur in sepulchris, sic & ipsi in claustris. Vnde quando claustralis videtur extra claustrum, deberet cantari, Requiem æternam. Per se non exeant, nec educi debent sine causa. Vnde sepulchri violator est, qui ossa trahit de sepulchro, sic qui claustrales de claustro sine causa. Educi tamen possunt ex causa, quando scilicet, vocat eos necessitas charitatis. Vnde notantur per ossa dentium, quæ non apparent nisi per risum. Risus autem charitatem notat, quæ sola debet esse causa vt prodeant. Gen. 24. g. Exiit Isaac vt exercitaretur in agro. Ager, Mundus. De his dentibus, Cant. 4. a. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Greges tonsarum, sunt congregatio Religiosorum, qui tonsi sunt per proprij renunciationem; loti, per conuersationis munditiam. Quando dentes ordinati sunt, decentiam habent, sic ordinis obseruantia decet claustrales. Dentes inordinati indecentes sunt, qui dicuntur superdentes, & signant superbos fratres. Similiter raritas dentium indecens est, & in Monasterio raritas fratrum. Thren. 3. b. Confregit ad numerum dentes meos. Quod fit, quando non est debitus numerus fratrum in Ecclesia. Ossa quandiu sunt cum carnibus, non debent extrahi de sepulchro propter fœtorem. Vnde Martha noluit fratrem suum reuelari ne fœteret, dicens. Ioan. 11. c Domine quatriduanus est, iam fœtet. Sed si tantum iacuerint in sepulchro, quod aruerint & consumptæ sint carnes, & iam fœtoris nihil habent ossa, scilicet, tunc extrahi possunt. Sic claustrales ex causa possunt educi, quando carnalis affectus penitus in eis est absorptus. Sicut dicitur Deut. 33. a. Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos. In Lazaro nondum hoc factum erat. Vnde notat illos in quibus carnalis affectus nondum deletus est, & exeunt ad Mundum. Tamen vocante Domino Lazarus exiuit, quia plurimi tales de licentia Abbatum, prodeunt. Lazare, inquit Dominus, veni foras. Si aliter exire solent, & tunc est periculum. Vnde Dominus non fleuit mortuum, sed suscitandum. Quando ergo ossa arida sunt, non est timendum de fœtore. Sic & tales vocari possunt, & quasi suscitari ad dignitates, qui iam aruerunt. Quibus dicitur Ezech. 37. b. Ossa arida audite verbum Domini. Ecce ego immittam in vobis spiritum, & viuetis. Et quia quandoque contingit exeuntes ad Mundum & appropinquantes Mundo claustrales, vt illos qui in ciuitatibus & oppidis sunt, corrumpi & dissipari, rectè dicitur. Dissipata sunt, &c. Et notandum quod multipliciter dicitur Infernus, Mundus; quoniam sicut Infernus plenus est igne, ita Mundus concupiscentiarum carbonibus.

Et sicut vna domus ex propinquitate alterius accenditur, ita & hæc. Vnde conqueritur, dicens. Vita mea Inferno appropinquauit. Psal. Cadent super eos carbones.
Psal. 87. Ps. 139. Hor. lib. 1. Epist. Horat.
Nam tua res agitur paries dum proximus ardet.
Prou. 6. d. Nunquid potest abscondere ignem in sinu suo?

Nã infernus dicitur. Luxuria. Prou. 2. d. Inclinata est ad mortem domus eius, & ad Inferos semitæ illius. Et 5. a. Pedes eius descendunt ad mortem, & ad Inferos gressus eius penetrant. Et 30. c. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, & os vuluæ, id est, cupiditas & luxuria; terra quæ non satiatur aqua, id est, gulositas quæ non satiatur delitiis; ignis qui nunquam dicit sufficit.
Gula. Vnde de diuite epulone dicitur Luc. 16. f. quod sepultus est in inferno.
Superbia, Isa. 5. d. Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent sublimes eius, gloriosique eius ad eum.
Omnis peccator. Vnde Pro. 1. b. Deglutiamus eum frustra, sicut Infernus viuentem. Et ideo in figura dicitur Gen. 1. d. quod Ioseph fratribus suis dixit. Asportate ossa mea vobiscum de loco isto, id est, de Ægypto. Et ideo Heb. 11. d. dicitur, Fide Ioseph moriens mandauit de ossibus suis. Quid est ossa Ioseph tolli de Ægypto, nisi claustrales tolli de Mundo? Ergo non permutatis ea ibi remanere, ne dicatis, Dissipata sunt,&c.

Sed ad expositionem priorem reuertamur. c Quia, &c. Dicta fragilitate hominis, ad diuina remedia confugit, quasi diceret, hæc prædicta sunt in nobis, sed ô Domine. Non auferas] id est, non auferri sinas à bonis tuis, animam meam, etsi corpus permittur. Hoc ideo petit, quia sciebat multos aduersis cedere. Ideo

a Dissipata sunt ossa nostra † b secus Infernum, † quia c ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui † non d auferas animam meam. e Custodi me à laqueo quẽ statuerunt mihi, & † f à scandalis † operantium iniquitatem. g Cadent in † retiaculo eius h peccatores: † i singulariter sum ego donec k transeam.

Marginal glosses: al. † iuxta. al. † quonia. al. † ne. al. † muscipula quam. al. † ab. al. † operantur. al. † retia. al. † singularis.

nõ auferas, quia oculi mei, sunt, ad te Domine, non ad minas persecutorum. Noui enim quid pro me passus sis, quid promiseris, & per hoc securè speraui in te. Et ideo, nõ auferas animam meam, à bonis tuis, sed spes mea semper sit in te, & oculi mei semper ad te intendant. Non enim petit iste contra hoc quod Sancti volunt, scilicet de sæculo eripi & esse cum Christo.

e Custodi me, quasi diceret, dico ne auferas animam, sed potius, custodi me à laqueo, id est, à deceptione, quem mali statuerunt mihi. Esca enim ducit ad laqueum.

f Et à scandalis,&c.] id est à manifestis perturbationibus iniquorum. Per laqueos & scandala, totius Mundi mala breuiter notat. Laquei enim sunt blandi nexus decipere volentium, & carnis desideria. Si per hos Diabolus non proficit, nititur scandalis, quæ per iniquos mouet. Est autem scandalum dictum, vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ alteri. Sequitur. g Cadent,&c.] quasi diceret me custodi, sed peccatores ruentes de vitio in vitium, cadent in retiaculo eius, scilicet, iniquitatis. Apta verba comparationi ponit: nam quasi quadam circuitione peccatorum clauduntur, dum de vitio in vitium ruunt. Cum istis talibus non vult combinari. Vnde additur.

i Singulariter sum.] quasi diceret illi cadent, sed ego singularis sum, quia cum pessimis non ambulat, neque consensum cum eis habet. Singulariter sum, dico. k Donec vt viator, transeam, viam huius Mundi, quam inoffenso gressu transit, quia nulla voluptate capitur. Vel aliter ab illo loco. e Custodi me. Et dicit statuentes laqueum, persecutores manifestos; operantes autem iniquitatem, consentientes illis, qui timore persecutionis deficiunt. Et hoc est. Ne auferas animam meam, sed, potius, custodi me à laqueo persecutionis, quem statuerunt mihi. Hoc faciunt persecutores, qui escam vitæ huius quasi in muscipula ponunt. Si amat auis hanc escam, cadit in muscipulam, quia timore mortis persecutioni succumbit. f Et] custodi me, à scandalis operantium iniquitatem, id est, à scandalo eorum qui illis consentiendo labuntur, & ita iniquitatem operantur. Hoc ergo de eis dicitur, qui consenserunt illis qui apostatarunt. Et ab vtrisque vult iste custodiri, à terrentibus & à lapsis. Ac si diceret, custodi me à persecutoribus qui terrent, & à lapsis qui territi sunt, vt nec illos timeam, nec istos imiter. Et non modo alij operantur iniquitatem, sed etiam ipsi primi, scilicet, Apostoli hærentes ori eius defecerunt. Et hoc est.

g Cadent in,&c.] iniquitatis. h Peccatores] sc. id est, Apostoli, qui vsque eo fuerunt peccatores, vt sic amarent vitam istam, vt eam præponerent æternæ, quia nondum in eis factum erat quod in alio Psal. dicitur. Ego confirmaui columnas eius. Deinde ex persona capitis subdens. Psal. 74.

i Singulariter, &c.] Nec mutatur vox, propter vnitatem capitis & corporis, quo dicitur, q. d. quare est hoc, sc. quod defecerũt, quia singulariter, vel singularis sum ego, id est, quia solus in tempore Passionis, quia nullus cum eo, vel ante eum pro nomine eius passus est, & Apostoli defecerunt, & in Cruce pendens vnum solum latronem comitem habuit. Singularis sum, dico.

k Donec transeam] de Mundo ad Patrem. Tunc confirmabo columnas, quia in Resurrectione Christi didicerunt non timere mortem. Singulariter sum ego donec transeam; cum verò transiero multiplicabor. Hoc est illud idem quod in Euangelio Ioan. 12. d. ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et iterum. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Ergo solus erat antequam esset mortificatus & à terra exaltatus; propterea nondum habebant Apostoli tales vires. Accepturi erant vires sequendi, qui non habebant vires præcedendi. Nemo enim ante Christum occiditur propter Christum, id est, propter confessionem nominis Christi, ne pro nomine Christi moriendo antecederet Christum. Etsi enim multi Prophetæ ante Christum passi sunt, non tamen ideo moriebantur, Ioan. 12. e.

tur, quia prænunciabant Christum, sed quia peccatis hominum resistebant. Et habentur quidam eorum inter Martyres. Nec etiã Ioannes, quo maior non surrexit inter natos mulierum, pro Christi testimonio occisus est, sed pro Herodis adulterio. Pro lege vero veritatis mortuus est, & pro iustitia martyr fuit, non pro nomine Christi, sic & alij antiqui. Propriè tamen martyres dicuntur qui pro confessione nominis Christi patiuntur.

EXPOSITIO PSAL. CXLI.

VOce mea, &c.] Titulus huius psalmi est. *Intellectus Dauid cum esset in spelunca. Oratio.* Hoc secundum historiam quæ habetur *1. Reg. 22. a.* quando Dauid fugiens Saulem, latuit in spelunca, de quo tamen hic non agitur, sed de significato. Dauid enim significat Christum: Spelunca, carnem vel sæculum, vel sepulchrum. Dauid ergo in spelunca Christus cum membris in sæculo, vel in carne, vel in spelunca est. Intellectus Dauid, id est, totius Christi, &c. Intentio monet nos orare. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, ponitur oratio contra mala. Secundò, agit de fine malorum, ibi. Clamaui. In persona ergo totius Christi quasi de spelunca ad Deum clamantis, ait. *a* Voce mea] id est, interiori, non strepitu labiorum, ad Dominum clamaui. Deinde hoc quod dixerat exponit, subdens: *b* Voce, &c.] Quod enim dixit: clamaui, (dicit) deprecatus sum. Quod ideo adiunxit, quia clamant ad Dominum etiam qui blasphemant. Ac si diceret: Clamor meus deprecatio est, non murmur, non blasphemia. Et repetit, voce mea, ad maiorem affectus expressionem. Et quid adhuc? *c* Effundo] cum toto conatu copiosè, vt purum fontem. *e* Orationem meam] factam. *d* In conspectu eius] id est, vbi videt Deus, sc. in abscondito conscientiæ, vbi solus videt ille qui reddet: ibi ergo effunde precem tuam. Si homines reddunt, ante eos effunde, si vero redditurus est Deus, in occulto ora, sicut præcepit in Euangelio: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, &c. *f* Et tribul. &c.] id est, orationem quæ fit in tribulatione. *g* Ante ipsum, &c.] id est, intus in conscientia, vel in innocentia securus in occulto ad eum dirigo. Et hoc facio dicit Ecclesia. *h* In, &c.] id est, dum ex me virtus deficit. Quod fit, ne de viribus suis præsumat, ne virtutẽ quam habet sibi arroget, & sciat quod alius in eo operatur, secundum illud *Matt. 10. c.* Non enim vos estis qui loquimini, &c. Si ergo tuus spiritus deficit, loquitur in te Spiritus Dei. Et quia propter hoc verbum putarent audientes eum deiectum, addit: *i* Et tu, &c.] iustitiæ & præceptorum Dei quas illi non vident, quasi diceret, si illi putant me deiectum, quia spiritus meus defecit, tu me stantem vides cuius spiritus me viuificat. *k* In via, &c.] id est in Christo qui est via. *m* Absconderunt, &c.] non secundum rei veritatem, sed quantum ad opinionem suam, quia in via ponere intendunt, sed extra viam ponunt, vt hæretici, *Psal. 139.* Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Christus enim est via, qui non sinit eos laqueum ponere in via, vt sit nobis quà eamus, sinit tamen ponere iuxta viam, ne à via declinemus. Vel via dicitur charitas. Et nota quod pluraliter dicitur, semitas, & singulariter, via, quia & multæ sunt viæ & vna. Multæ, quia multa sunt præcepta. Vna, quia omnia ad vnum, id est, ad charitatem rediguntur. In via ergo hac, id est, in charitate quæ in me omnia tolerat. *l* Qua ambulabam,]pro te patiendo. *m* Absconderunt laqueum] persecutores, vel secundum opinionem suam, vel sub specie boni Diabolus abscondit nobis laqueos.

Partitio Psalmi.

Matth. 6. a.

Iob 18. b.

Abscondita est in via pedica eius, & decipula iuxta semitam.

Hypocrisis in via continentiæ, *Matt. 25. a.* quinque virg. &c. Contra quod *Eph.* vlt. c. Succincti lumbos vestros in veritate.

Inanis gloriæ, in via macerationis carnis, *Isa. 7. b.* Caput Syriæ Damascus. Syria, excelsa interpretatur: Damascus, saccus cilicij, *Matth. 26. c.* Tu autem cùm ieiunas, &c.

Seueritatis, in via iustitiæ. *Eccl. 7. c.* Noli esse multùm iustus. Ibi, *Gloss.* Summum ius summa iniuria est. *Prou. 3. a.* Misericordia & veritas te non deserant.

Falsæ pietatis, in via misericordiæ, *Eccl. 12. b.* Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

Prodigalitatis, in via largitatis, quantum ad duo, quia non attendit homo cui dat, aut quia nimis dat. De primo, *Eccl. 12. a.* Si benefeceris, scito cui benefeceris. De secundo, *2. Cor. 8. c.* Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate, vt vestra abundantia illorum inopiam suppleat.

Carnalis affectionis, in via charitatis. *2. Mach. 1. d.* exemplum inde habetur, vbi dicitur quod in transmigratione in Persidem, Sacerdotes absconderunt ignem altaris in puteo, & post reuersionem à Babylone nepotes Sacerdotum non inuenerunt ibi nisi aquam, quod fit cum charitas degenerat in carnalem affectum.

Præsumptionis, in via spei; & desperationis, in via timoris. *Deut. 24. b.* Non accipies loco pignoris alteram molam, &c.

Furoris, in via zeli. *Prou. 6. d* Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Furor dicit, quia zelus degenerat in furorem.

Præcipitationis, in via audaciæ, *Isa. 16. b.* Arrogantia eius plus quam fortitudo eius. Vbi *Gloss.* Præcipitata audacia plus audet quam possit. Exemplum de Asaele, *2. Reg. 2. f.* qui interfectus fuit ab Abner, qui eum fugabat.

Astutiæ, in via prudentiæ. *Ier. 10. c.* Stultus factus est omnis homo a sapientia sua. *Isa. 47. d.* Defecisti in multitudine consilij tui.

Pigritiæ, in via consilij. *Soph. 2. d.* Vox cantantis in fenestra, &c. Coruus dicit cras, cras: sic piger. Superliminare est ratio.

Obstinationis, in via constantiæ. *Ezech. 11. f.* Auferam cor, &c.

Diabolus abscondit laqueum.

Curiosæ perscrutationis, in via sapientiæ. *Prou. 23. a.* Noli laborare vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum, ne erigas oculos tuos ad opes, &c. Et 25. d. Qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria. *Eccl. 7. c.* Non plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Sequitur: *n* Considerabam ad dexteram] quasi dicat, ego illis vndique frementibus & crebris exultationibus exprobrantibus, ego contemnens præsentia, considerabam, id est, respiciebam. *o* Ad dexteram] id est, ad æterna. *p* Et videbam] ipsam dexteram, quam mali non videbant. Qui enim dexterã attendit, videt, qui vero sinistram attendit, excæcatur. Ideoque mali sinistram attendentes, dexteram non vident, sed excæcantur. Hoc est quod sequitur: *q* Et non erat qui cognosceret me] id est, attenderet ad me, respiciens illa bona quæ sunt in dextera. *r* Periit fuga à me] quasi dicat persecutores intenderunt mihi laqueum, sed tamen non fugi, imò periit fuga a me. A duobus perit fuga, scilicet, à concluso, vel à forti. Conclusus enim fugere non valet, fortis non vult. Et duplex est fuga: Vna quæ fit corpore, quam Dominus permittit dicens: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Alterá, quæ fit animo, quam Dominus in Euangelio vituperat dicens: Mercenarius autem & qui non est pastor, vidit lupum venientem & fugit. Talis quidem fuga ab isto periit, ideóque ait: Periit fuga à me, id est, non fugi: Ab illo enim periit fuga à me, qui non fugit. Quasi circumclusum se dicit, quia sicut circumclusus non fugit corpore, quia non potest, ita iste non fugit mente, quia non vult. Periit ergo ab illo fuga, quia nunquam fugit animo, licet corpore aliquando. Sequitur. *s* Et non est] de illis persequentibus. *t* Qui requirat animam meam] non dico ad persequendum, sed ad imitandum. Quæritur enim anima duobus modis, aut a persecutoribus, aut à dilectoribus, sicut fuga perit duobus modis, & à capto. & à forti. *u* Clamaui ad te Domine.] Hæc est secunda pars, vbi agitur de fine malorum, quasi dicat, propter hoc clamaui ad te, ideo omnia tolero, quia tu es: *x* Portio mea] non hic, sed in terra viuentium, vbi seipsum videndum dabit. *n* Considerabam ad dexteram, &c.] Allegoricè potest exponi de persona Christi in Passione dicentis sic: Considerabam ad dexteram, in Passione à discipulis derelictus. *p* Et videbam] si essent ibi Apostoli mei.

Intellectus Dauid cum esset in spelunca. Oratio. CXLI.

a VOce mea ad Dominum clàmaui: *b* voce mea ad Dominum deprecatus sum. *c* Effundo † in *d* conspectu eius *e* orationem meam: & *f* tribulationem meam † *g* ante ipsum pronuncio. In *h* deficiendo ex me spiritum meum: & *i* tu cognouisti semitas meas. In *k* via hac qua † *l* ambulabam: *m* absconderunt † laqueum mihi. *n* Considerabam *o* ad dexteram, & *p* videbam, & non *q* erat qui cognosceret me. *r* Periit fuga à me: & non *s* est qui *t* requirat animam meã. *u* Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes mea: *x* portio mea in terra viuentium. *y* Intende † ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. † *z* Libera me à persequentibus me: † quia *a* confortati sunt super me.

al. † ante eũ precẽ.
al. † in cõspectu eius annunciabo.
Cum deficit à me spiritus meus.
al. † ingrediebar.
al. † superbi.
al. † muscipulam.
al. † orationem.
al. † Erue.
al. † quoniã corroborati.

Duplex fuga, & à duobus perit.

Matth. 10. c.
Ioan. 10. b.

Secunda pars.

Allegor. in persona Christi.

q Et non erat qui cognosceret me. Apostoli enim non stabant ad dexteram vt solebant, quia carnali timore dispersi erant. Sed ego persistiti: Vnde. *r* Periit fuga à me] id est, non fugi, nec mente, nec corpore. *s* Et non est qui requirat animam] quia nulla ei consolatio data est, sed solus ad Passionẽ relictus est. *Psal. 68.* Sustinui qui simul consolaretur, & non inueni. Ideo. *u* Clamaui ad te Domine, &c.] quia tu es portio mea in terra viuentium. Humiliter dicit & communiter, cùm non solùm portio, sed tota terra viuentium sua est. *y* Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.] Hoc dicitur ex persona totius Christi, qui humiliatus est nimis, & intus inuisibiliter, & extra à persecutoribus visibiliter. *z* Libera me à persequentibus me] tam Dæmonibus quàm ministris suis, non vt corpus ruat, sed anima. Ad hoc enim Diabolus per filios diffidentiæ agit persecutionem corporis, vt intus fiat ruina cordis. Si ergo cadente corpore stat anima, muscipula est comminuta: Et necesse est, vt me liberes. *a* Quia confortati sunt super me.] Creuit enim numerus persequentium, abundat iniquitas, frigescit charitas: *Matth. 24. b.* Deinde ex persona Ecclesiæ loquens, exponit vnde sit liberandus, dicens.

Educ de

a Educe de cuſtodia] vel, de carcere animam, &c. Hæc cuſtodia vel carcer fortè eſt ſpelunca illa de qua in titulo dicit. Hic enim carcer vel ſpelunca Mundus eſt, vbi omnia vanitas, vnde rogat educi animam, quæ inde multa patitur. Vel carcer eſt corpus; ſed non magnum eſt de corpore exire quod & mali habent omnes vel citò vel ſerò, nec eſt charitas ſi iuſtus ad hoc nimis feſtinat. Dicit enim Apoſtolus ſe velle manere in carne ſi neceſſe ſit propter fratres. Vel potius corpus eſt carcer ſecundum quod corrumpit & aggrauat animam. De qua corruptione vult iſte educi vt fiat incorruptibilis, & in incorruptibili carne quieſcat anima. Sicut ergo corpus animæ carcer eſt propter corruptionem, in futuro erit domus propter incorruptionem & libertatem: merita enim carcerem faciunt, ſicut vnum habitaculum incluſo, carcer eſt, cuſtodi, domus eſt. Libertas ergo domum faciet, ſeruitus carcerem. *b* Ad confitendum, &c.] id eſt, vt confitear & laudem nomen tuum. *c* Me expectant iuſti] videlicet ſancti Angeli, & beati omnes qui iam ſunt cum Chriſto. *d* Donec retribuas mihi] in reſurrectione generali præmia æterna. Vel, ſic de Chriſto. *a* Educ de cuſtodia] ſepulchri, animam, id eſt, carnem animæ reddendam. *b* Ad confitendum, id eſt, vt paria confitentes ibi. *c* Me expectant, &c.] ſuſcitando me tertia die [retribuas mihi,] Reſurrectio enim ipſa, Paſſionis eſt retributio.

a Educe de cuſtodia animam meam † *b* ad confitendum nomini tuo, *c* me † expectant iuſti † *d* donec retribuas mihi.

Pſal. Dauid quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalon. CXLII.

e Domine exaudi orationẽ meã, auribus percipe † obſecrationẽ meam, in *f* veritate tua exaudi me in *g* tua iuſtitia. Et non *h* intres in iudiciũ cum ſeruo tuo, quia non *i* iuſtificabitur † in *k* conſpectu tuo *l* omnis viuens, *m* quia *n* perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in *o* terra vitam meam. † *p* Collocauit me in † obſcuris ſicut *q* mortuos ſæculi, & † *r* anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in *ſ* me turbatum eſt cor meũ. † *t* Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in † *u* factis manuum tuarum † meditabar. † Expandi *x* manus meas ad te, *y* anima mea † ſicut *z* ter-

al. † Erue de carcere.
al. † vt confiteantur.
al. † ſuſtinebunt.
al. † quoad vſque
Sap. 9. c.
al. † precem.
De pœn. diſt. 2. cap. fin.
al. † coram te.
al. † Collocauerunt.
al. † tenebroſis.
al. † tædiũ paſſus eſt in.
al. † Memoratus ſum.
al. † facturis.
al. † meditatus ſum.
al. † Extẽdi.
al. † velut.

EXPOSITIO PSAL. CXLII.

Domine exaudi, &c.] Titulus. *Pſalm. Dauid, quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalon.* Hæc hiſtoria habetur 2. *Reg.* 15. de qua ad literam hic non agitur, ſed de ſignificato melius accipitur. Dauid enim Chriſtum ſignat & Eccleſiam eius: Abſalon verò Iudam & perſecutores Eccleſiæ, vel prauos motus. Pſalmus iſte ſeptimus eſt pœnitentialium. Qui ideo ſunt ſeptem, vt eodem numero quo peccauimus, peccata diluamus. Sicut enim in hebdomada Mundi huius peccauimus, ita hoc numero pſalmorum remedium pœnitentiæ peccatis opponitur. In quibus pſalmis talis eſt forma, quia a lacrymis incipiunt & in gaudio finiunt, ne quis de venia deſperet. Intentio monet ad pœnitentiam & orationẽ. Modus. Quatuor ſunt partes Pſalmi. Primò, orat captans beneuolentiam. Secundò, narrat mala ſua, & quid contra egerit, *ibi*: Quia perſecutus eſt. Tertiò, ponitur deprecatio cauſis confirmata, *ibi*: Velociter exaudi me. Quartò, ponitur læta concluſio, *ibi*: Spiritus tuus. Dicit ergo in perſona totius Chriſti. *e* Dñe exaudi, &c. auribus percipe, &c. i. cũ auditu clementiæ. *f* In veritate tua, &c.] i. vt verax & iuſtus videaris qui promiſiſti. *g* In tua iuſtitia,] i. eſt, propter tuam iuſtitiã quæ in me eſt, quam per fidem Paſſionis filij tui a te habeo. Vel iuſtitiam & veritatem dicit, qua parcit pœnitentibus, & damnantes ſe abſoluit. Et accipit pro eodem veritatem & iuſtitiam. *h* Et non intres in iudicium] i. non diſtrictè mecũ agas in futuro. Indignum eſt cum ſeruo in iudicio diſtrictè agere, ne dicam cum amico, & ſi tu dicis me amicum, ego ſeruum, miſericordia indigeo, fugitiuus ad te redeo, pacem quæro, quia non ſum dignus vocari filius tuus. Non ergo intres mecum in iudicium, quia nec ego tecum intrare in iudicium volo, nec iuſtitiam meam conſtituo. Intrant in iudicium cum Dño, qui ſuam iuſtitiam conſtituunt, quod iſte humilis non facit. Vnde *Ierem.* 2. *f.* Quid vultis mecum in iudicio contẽdere, &c. Quia non, &c. intus vbi tu vides. *l* Omnis viuẽs] in carne. Nemo enim hic viuens plenè mundus eſt. Vnde *Salomon* dicebat. Ante mortem non laudes hominem. Et *Apoſt.* Nihil mihi conſcius ſum, non tamẽ in his iuſtificatus ſum. Vel: *k* In cõſpectu tuo] i. in tui comparatione Omnis viuens] non ſolum homo, ſed nec Angeli. Solus enim Deus eſt in quo peccatum cadere non poteſt, in cuius conſpectu aſtra non ſunt munda. Timendum eſt valde intrare in iudicium cum Deo. Primò, quia omnes naſcimur filij iræ. *Eph* 2. a Et ita ſi Dñs nobiſcum diſtrictè ageret, omnes damnaret. Item, quia gratiæ Dei multotiens deſumus. *Heb.* 12. d. Videte ne quis deſit gratiæ Dei. Item quia gratiã Dei habitam multotiens repudiamus. *Heb.* 10. e. Irritam quis faciens legẽ Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit & ſanguinẽ teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit? Item quia multotiens & grauiter peccauimus. 2. *Paral.* in fine. Peccaui ſuper numerum arenæ maris. Ecce multitudo: Et incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. Ecce grauitas. Item quia adhuc quotidie peccamus. *Eccl.* 7. c. Non eſt homo iuſtus in terra qui non peccet. *Io.* 1. d. Si dixerimus quia peccatũ non habemus, &c. Item quia pauca bona facimus in comparatione omiſſionis & commiſſionis: De primo *Iſ.* 5. c. Decẽ iugera vinearũ facient laguculam vnam vini. De ſecundo *Luc.* 7. Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Item, quia minima bona facimus in cõparatione beneficiorũ Dei. *Iob* 9. a. Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit reſpondere vnum pro mille. *Iſa.* 43. d. Narra quid habes vt iuſtificeris. Item quia parua bona negligenter facimus. *Prou.* 18. b. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt opera ſua diſſipantis. Item quia bona facit homo fraudulenter quærens gloriam, quæ Deo debetur. *Ier.* 48. b. Maledictus homo qui facit opus Dñi fraudulenter. Omnia enim bona ſunt à Deo. *Iſ.* 26. a. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Dñe. De omnibus his reddituri ſumus rationẽ. *Iob* 31. b. Quid faciam cum ſurrexerit ad iudicandũ Deus, & cum quæſierit quid reſpondebo illi? Conſiliũ ergo eſt. *Eccl.* 18. c. Ante iudicium interroga teipſum. Debet enim homo ſtrictè cõputare omnia tẽpora ſua. Primò: quia aliena ſunt quæ ei credita ſunt, tam ſpiritualia quam temporalia. 1. *Cor.* 4. b. Quid habes quod non accepiſti? *Eccl.* 25. a. Tres ſpecies odiuit anima mea, pauperem ſuperbum, diuitem mendacẽ, & ſenem fatuum, i. luxurioſum. Diues mendax, qui ſibi aſcribit quod ſuũ non eſt. Item quia omnia ſub numero cœpit homo, & ſub numero reddet. *Eccl* 42. b. Vbi manus multæ ſunt, claude, & quodcũq; trades numera, & appende, datum verò & acceptũ omne deſcribe. Itẽ, quia quanto plura committuntur, ab eo fœnus exigitur, ſecundum dictum Chriſti *Matt.* 25. b. Homo quidã peregre proficiſcens, &c. tradidit illis bona ſua. &c. Item quia de minimis reddituri eſt rationem vſq; ad nouiſſimũ quadrantem. *Matt.* 5. d. *m* Quia perſecutus, &c.] Hæc eſt ſecunda pars, vbi enarrat mala quæ patitur. Quia inimicus, i. quicũq; ſiue Diabolus, ſiue alius malus, apertè & occultè. *n* Perſecutus eſt animã meam, &c.] quantum in ſe eſt. *o* In terra] i. in terrenis. Quicunque. n. perſequitur agit vt relicta ſpe cœleſti, terrena ſapiamus. Sed non hoc mihi cõtingat, dicenti. *p* Collocauit me in obſcuris] i. in tenebris vitiorum. *q* Sicut mortuos ſæculi] i. cæteros deſperatos. *r* Et anxiatus, &c.] vicinitate periculi. Spiritus dico exieſus ſuper me viſa miſeria, apud Deum quærens refugiũ. Vel quaſi extra me factus. *ſ* In me turbatũ, &c.] i. ſapientia mea confuſa eſt. Vel, turbatum, ad pœnitentiam. Quia. *t* Memor fui, &c.] quibus punitus eſt Adam, vnde mihi timor eſt. Recolens autẽ iſte quod Deus fecit cœlũ & terrã, & quod bene fecit antiquis Patribus, quaſi obliuiſcitur miſerias Mũdi, & ex his quæ Deus fecit ſe conſolatur, dicẽs. *u* In factis manuum tuarũ meditabar.] Attendens. n. quæ & quanta antiquis cõtulit, cõſolationẽ habeo, ſpẽ veniæ aſſumens. Poteſt etiã de Chriſto intelligi illud. *p* Collocauit, &c. i. in paſſione, in ſepulchro. *q* Sicut mortuos, &c.] ſed non vt mortuus ſæculi fuit quãtùm ad ſe, quia cur moreretur non habuit, ſed iuxta opinionẽ crucifigẽtiũ qui eum morte detineri putauerũt. *r* Et anxiatus, &c.] ſecundũ illud. Cœpit Ieſus pauere & tædere. Et itẽũ. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. In quo nos figuramur. Transfigurauit. n. ſe in corpus humilitatis noſtræ. Et nota quod dicit: In me, nõ in aliis, quia omnes deſeruerũt eum. Omnes enim qui eum mori viderunt, aliud putauerunt, & victi ſunt à latrone qui tunc cõfeſſus eſt quando illi defecerunt. *t* Memor fui, &c.] Hoc dicunt mẽbra, non caput in ſua perſona. Quomodo enim memor eſt dierũ per quẽ factus eſt omnis dies, quẽ nunquã obliuiſcitur? Et cũ viderem omne bonũ eſſe à te. *x* Expandi] in oratione, manus meas ad te, formam Crucis ſignificans quæ eſt ſalus. Vel: Expandi, id eſt, dilataui affectus vel opera, quæ prius erant contracta. *y* Anima mea, quæ ex ſe eſt. *z* Sicut terra, &c.

Partitio Pſalmi.
Luc. 15. c.
Eccl. 11. d.
1. Cor. 4. a.
Iob 25. b.
Timendum eſt valde cum Deo intrare in iudicium.
Homo debet computare omnia tẽpora ſua.
Secunda pars.
Matt. 14. a.
Phil. 3. d.

Psalmus CXLII.

supple hæret non mihi, quia eam rigare non possum, tu ergo complue eam, vt fructum faciat.

Tertia pars. a Velociter exaudi me] Tertia pars, vbi ponitur deprecatio causis confirmata. Dicit ergo: Velociter exaudi me Dñe. Quia differebat Deus ad inflammandum desideriũ, quasi si deficeret pluuia ad sedandam sitim. b Defecit spiritus meus.] Ideo impleat me spiritus tuus, iam enim sum pauper spiritu. In quo enim viuit spiritus suus, ille superbus est spiritu suo, & extollitur contra Deum, *Psal.* 13. Aufe-res spiritum eorum & deficient. Est enim triplex animæ defectus bonus. Primus, est ex magnitudine deuotionis. Secundus, præ magnitudine admirationis. Tertius præ magnitudine exultationis. In primo liquefit anima. *Psal.* 38. In meditatione tua exardescit ignis. Et *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est. In secundo defectu deficit in se anima. *Cant.* 6. d. Quæ est ista quæ ascendit quasi auróra. Aurora enim habet commixtionem cum tenebris, sic anima. *Prou.* 4. c. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, &c. Et 3. *Reg.* 10. a. Videns Regina Saba sapientiam Salomonis admirabatur, & non habebat spiritum. De tertio defectu legitur *Cant.* 8. b. Quæ est ista quæ ascendit. Et ideo in fine dicit: Assimilare capreæ. Vnde in primo interrogat, in secundo meditatur, in tertio contemplatur. Et quia defecit spiritus meus, i. quia non sum superbus. c Non auertas faciem tuam à me] humili, vt olim auertisti a superbo. d Et similis ero] sc. si auerteris faciẽ tuam à me. e Descendentibus in lacum] i. in peccati profundum. Ille enim descendit in profundum, qui etiam confessionem perdit, vt qui proponit sibi licentiam peccandi sine spe veniæ, habenis iniquitatis effusis, nec audit dicentem. Conuertemini ad me, & ego conuertar ad vos. *Zac.* 1. a. Non auertas, inquit, sed potius. f Auditam fac mihi manè] i. post noctem peccatorũ, aut post finem sæculi, quando clare videbimus quod modò credimus. In nocte enim sumus, sed in te speraui donec nocturna pertranseat iniquitas. Nox enim quærit patientiã in expectando, dies verò dabit lætitiam. Et quia non sufficit in hac nocte sperare, sed aliquid opus est agere, quod per me non possum, ideo. g Notam fac mihi viam in qua ambulem.] Hoc facit Deus, cum Propheticum sermonem accendit, cui intendere debemus tanquam lucernæ in caliginoso loco, donec illucescat dies, 2. *Pet.* 1. d. Ideo etiam Christus se lumen in testa carnis suæ posuit, ad quod lumen ambulemus. *Ioan.* 1. a. Hæc est enim illa mulier quæ accendit lucernam. *Luc.* 15. b. Et ad formam serui ambulando peruenIemus ad lumen purum, quod est Verbum in principio apud Deum. *Psalm.* 35. Et qua fiducia hoc petit, subdit. h quia ad te leuaui animã meam] non ad Mundum, nec contra te, sed ad te, apud quem est fons vitæ, vt vas ad te fonté attuli, imple ergo illud. *Fons multiplex bonus.* Ad hunc fontem, qui est multiplex, recurrendum est cum vase cordis. Est enim fons gratiæ. *Num.* 20. a. Dñe Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Et mundat. *Zach.* 12. a. Erit fons patens domui Dauid. Et *Iudit.* 12. b. Exibat in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte, &c. Item rigat. *Ioel.* 3. d. Fons de domo Dñi egredietur & irrigat torrentẽ spinarum. Item fructum generat, *Prou.* 6. b. Si impiger fueris veniet vt fons messis tua. Item est fons doctrinæ. *Prou.* 18. a. Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ. Et *Eccl.* 1. a. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et hic erudit: *Prou.* 16. c. Fons vitæ eruditio possidentis. Item vitam adducit. *Prou.* 13. c. Lex sapientis fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. Item aquas consolationis tribuit. *Isa.* 12. a. Haurietis aquas de fontibus Saluatoris. Fontes, sunt ipsi Apostoli, qui omnibus tribuunt aquam perfectionis Euangelicæ. *Exod.* 15. d. Venerunt autem in Helim filij Israel, vbi erant duodecim fontes. Item est fons temperantiæ. *Cant.* 4. c. Hortus conclusus, fons signatus. Deo quo hauritur aqua virginitatis. *Gen.* 24. b. Ecce ego sto propè fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Item aqua honestatis. *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras. Itẽ aqua puritatis. *Cant.* 4. d. Fons hortorũ, puteus aquæ viuæ. Item fons misericordiæ. *Sap.* 11. a. Pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Hic est fons qui exiuit de latere Iesu Christi. Et hic fons debet esse desiderabilis. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam? Item indefectibilis, & ideo dicitur ipsi misericordi. *Isa.* 58. d. Eris sicut hortus irriguus, & sicut fons aquarum cui non deficient aquæ. Et propter hoc dicitur *Esther* 11. d. quod fons paruus creuit in fluuium magnum. Item debet esse cõmunicabilis *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras. Item est fons gloriæ. *Apocal.* 7. d. Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. Et hic delectat. *Psal.* 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Item desiderium ampliat. *Psalm.* 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Item satiat. *Isa.* 49. c. Non esurient, neque sitient, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Isti sunt fontes ad quos properare debemus. Reprobi autem fontem culpæ bibunt. *Oseæ* 14. d. Adducet ventum Dominus, & desolabit fontem eius. Et hic fons est triplex. *Fons multiplex malus.* Primus est auaritiæ. Hic fons ascendit de terra, *Genes.* 2. a. & irrigat vniuersam terram, quia omnes student auaritiæ. Secundus est fons luxuriæ. *Eccl.* 26. c. Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet. Et loquitur de luxuria. Tertius, est fons mali exempli. *Prou.* 25. d. Fons turbatus, & vena corrupta. A talibus eripi petit vir iustus, dicens.

i Eripe me de inimicis meis Domine] scilicet à Diabolo & a suis quos implet. Non enim in solum Iudam Intrauit, sed multi sunt Iudæ quos implet Sathanas, illum non visum expugno, illos visos patior.

k Ad te confugi] non à te, sicut Adam, qui à te fugit & abscondit se inter ligna Paradisi. De quo *Iob* 7. a. Sicut † seruus desiderat vmbram. Ego autem ad te confugi. *al.* † ceruus.

l Doce me facere voluntatem tuam] non meam. Si enim non doces me, faciam voluntatem meam, & deseret me Deus meus.

m Quia Deus meus es tu.] Si ab alio factus essem, ad alium currerem. Tu enim es totum quod habeo, non solum dator hæreditatis, sed ipsa hæreditas. Tu me creasti per Verbum Deum manentem apud te, & recreasti per Verbum carnem factum propter me.

Quarta pars. n Spiritus tuus, &c.] Quarta pars, vbi est læta conclusio, quasi dicat, doce me vt Magister meus, quod vtique facies quia, spiritus tuus bonus deducet me, non spiritus meus malus, qui deduxit me in terram peruersam. Et hoc.

o Propter nomen tuum] non propter merita mea, id est, vt rem nominis tui impleas, quod est Iesus.

p Viuificabis me] ego me occidi, sed tu viuificabis. Et hoc.

q In æquitate tua] id est, in tua iustitia, non mea, quia non ex meritis meis, sed propter nomen tuum quod est Iesus. Gratia Dei hic commendatur, quia licet Deus omnia gratis faciat, iustitiæ tamen eius est supplices iustificare, quos Dæmones videt impetere. Vel.

o Propter nomen tuum] id est, vt inde lauderis.

r Educes de tribulatione] huius sæculi, animam meam. Hoc fit, quando datâ veniâ de sæculo iubet exire quasi de carcere. s Et in misericordia tua, &c.] quia nihil poterunt contra me in futuro iudicio.

t Et perdes omnes qui tribulant animam meam] id est, Diabolum & omnes obstinatos, qui tribulant me. Et quare tribulant me? Quoniam ego seruus tuus sum.

---

a Velociter exaudi me Dñe, b defecit spiritus meus. † Non c auertas faciem tuam à me, & similis d ero e descendentibus in lacum f Auditam fac mihi manè misericordiã tuam, quia in te speraui. g Notã fac mihi † viam in qua † ambulé, quia h ad te leuaui animam meam. † i Eripe me de inimicis meis Domine † k ad te confugi, l doce me facere volũtatem tuam m quia Deus meus es tu. Spiritus n tuus bonus deducet me in terram rectam propter o nomen tuum Domine p viuificabis me in † q æquitate tua. r Educes de tribulatione animam meam, & in s misericordia tua † disperdes omnes inimicos meos. Et t perdes omnes † qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Triplex animæ defectus bonus.

al. † Citò. *al.* † me. *al.* † Domine. *al.* † ingrediar quoniã. *al.* † Exime. *al.* † quia. *al.* † iustitia. *al.* † interitũ deduces. *al.* † tribulantes.

Psalmus Dauid ad Goliam.

EXPOSITIO PSAL. CXLIII.

Benedictus Dñs, &c.] Titulus. [*Psalmus Dauid ad Goliam.*] Sumptus est de 1. *Reg.* 17. vbi narratur quomodo Dauid interfecit Goliam. Figuraliter Dauid totum Christum significat, scil. caput & membra. Golias Diabolum. Arma Saul, legalia Sacramenta sunt: quibus oneratus erat Iudaicus populus, scil. Circuncisio & sacrificia & alia visibilia Sacramenta. Sed quia lex per ista non potest viuificare vt prementia, non adiuuantia, in tempore gratiæ Christus caput & corpus legis deposuit, Sacramenta & quinque lapides, id est, ipsam legem, sc. quinque libros Moysi tulit de flumine, id est, à populo illo

illo qui per flumen ſignificatur, quia labitur omne ſæculum. Quia ergo in illo flumine, i. in illo populo lapides vacabant inutiles, ſed vt lex eſſet inutilis, Dauid accepit vas paſtorale, i. gratiam, ſine qua lex non poterat impleri, quia plenitudo legis eſt charitas, quæ eſt ex Spiritu S. Hoc eſt ergo lapides mittere in vaſe paſtorali, quo lac mulgere ſolebat, legi, ſcilic admiſcere gratiam. Sic armatus procedit totus Chriſtus aduerſus ſuperbum. Vnum lapidem miſit quo deiecit ſuperbum, quia vnitas Diabolū vincit. Percuſſit in fronte, quia ex eo loco corporis ſui occidit, i. in illis membris vbi ſignum Chriſti non habuit. Deinde illo percuſſo

Rom.13.c.

PSAL. CXLIII.

a BEnedictus Dominus *b* Deus meus, qui *c* docet manus meas ad prælium, *d* & digitos meos ad bellum. *e* Miſericordia mea, & *f* refugium meum, *g* ſuſceptor meus † & *h* liberator meus. *i* Protector meus *k* & in ipſo † ſperaui, qui *l* ſubdis populū meum ſub me. *m* Domine, quid eſt homo, quia *n* innotuiſti ei, *o* aut filius

al. † eruitor.

al † ſperabo ſubiiciens populos.

atque deiecto, gladio eius caput abſcidit, quia quando magni eius credunt, quos ille in manu habebat, & de quibus animas trucidabat, contra eum loquuntur, & ſic caput eius ſuo gladio inciditur. Sicut Dauid ergo paruus ſuperbum Goliam de ſe præſumentem ſuperauit, ita Chriſtus ſuperbum Diabolum occidit, i. humilitas ſuperbiam. Deus enim fit humilis, vt Diaboli ſuperbiam ſternat, & vt ſuperbi qui humiles Sanctos dedignarentur ſequi, hunc ſaltem velint imitari. De hac ergo victoria agit hic. Et eſt ſenſus tituli. [Pſalmus iſte eſt Dauid] Prophetæ, qui loquitur in ſua, vel totius Chriſti perſona. [Pſalmus dico habitus ad Goliam] i. e. contra Goliam figuralem, in ſpiritualem, quia agit hic Dauid de ſua figurali, & myſtica Chriſti victoria, ex qua & ſua proceſſit. Agens ergo gratias Deo de ſua victoria, precatur etiam vt ille veniat qui Diabolum vincat & fideles liberet. Et non inſoleſcit Dauid de victoria, vt ſolet homo, ſed virtutem Deo dat. Et eſt triumphalis pſalmus. Intentio monet ad gratiarum actiones pro victoria, ſc. quod Dauid figuraliter vicit Goliam. Modus. Bipartitus eſt Pſalmus. Primò, agitur de victoria, ſcil. quod Dauid figuraliter vicit Goliam, ſpiritualiter ipſe cum aliis Sanctis Diabolum, quæ, tota victoria inde eſſe dicitur, quia Chriſtus de eius ſemine venit vincere ſuperbiam Mundi, vnde aduentum eius precatur. Secundò, præmittit ſe victori cantare in nouo & veteri Teſtamento, precans per eum liberari, *ibi.* [Deus canticum nouum.] Dauid ergo non inſoleſcens de victoria, ſed humiliter gratias agens Deo, ait:

Partitio Pſalmi.

a Benedictus ſit Dominus] omnium. *b* Deus meus] cui me ſubieci & dedi. *c* Qui docet manus meas, &c.] quod de prope fit. *d* Et digitos meos ad bellum] quod de longè fit. Item prælium geritur, bellum paratur. Et eſt prælium multiplex, ſicut & bellum multiplex. Eſt enim prælium tentationis, vt hic. Item ſpiritualis diſceptationis, *Ezech.*13.a. Non aſcendiſtis ex aduerſo, & oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini. Item Diabolicæ impugnationis. *Apoc.*12. b. Factum eſt prælium magnum in cœlo. Item adipiſcendæ virtutis, *Gen.*59. c. Gad accinctus præliabitur ante eum. Item tribulationis exterioris. *Iſa.*3. d. Pulcherrimi viri tui cadent gladio, & fortes tui in prælio. Item extremæ perſecutionis. *Luc.*21.c. Cùm audieritis prælia, &c. Item diuinæ ſeueritatis. *Iſa.*27.b. In prælio gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter. Et loquitur de viuenti. *Pſal.*23. Dominus potens in prælio. Bellū etiam eſt multiplex. Eſt enim bellum bonorum, & hoc docet Deus, & bellum malorum, & hoc docet Diabolus. Bellum bonorum eſt contra peccata & concupiſcentias. Caro enim concupiſcit aduersùs ſpiritū. *Gal.*5.c. Et de hoc dicitur *Prou.*21.d Equus, i. pœnitens, paratur ad diem belli, i. tentationis, Dominus autem ſalutem tribuit. In hoc bello debemus ignea tela Diaboli, i.e. ſuggeſtiones extinguere. *Eph.*6. c. Sumite ſcutum fidei. Item portas hoſtium, i. mundanorum aſtutias ſubuertere. *Iud.*5. a. Noua bella elegit Dominus, & portas hoſtium ſubuertit. Item caſtra exterorum, i. munitiones carnalium deſideriorum euertere. *Heb.*11.f. Fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. Sic fecerat iuſtus. *Pſal.*75. Confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum. Item Diabolum penitus expugnare. Vnde Dominus dixit: Eſtote fortes in bello, &c. Et in ſignum huius dicitur. *Eccl.* 46. a. Fortis in bello Ieſus Naue. Et poſt parum: Expugnate inſurgentes hoſtes. Et nota quod in iſto bello ſunt quatuor neceſſaria: Magnanimitas in aggrediendo, vbi bellator deficiens per inopiam diſplicet Deo. *Eccl.* 26. d. Et hanc dat Deus. *Pſal.*17. Deus qui præcinxit me virtute ad bellum. Item prudentia in progrediendo. *Prou.*20.c. Conſiliis cogitationes roborantur, & gubernaculis tractanda ſunt bella. Et hanc dat Dominus, vt hic. Item conſtantiam in ſuſtinendo, *Zach.*10. b. Viſitauit Dominus gregem ſuum domum Iuda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Item fortitudo in expugnando. *Iſa.*30. In citharis, tympanis & bellis præcipuis expugnabit eos. In bello autem malorum magiſter eſt Diabolus. De quo dicitur *Apoc.*13.b. Datum ei facere bellum cum Sanctis. Et hoc eſt multiplex, ſcilic. iniquitatis, quod fit per linguam, *Ier.*18.c. Percutiamus eum lingua. Et *ibid.*9.c. Sagitta vulnerans lingua eorum. 5. d. In bello eruet te de manu gladij. Item perſecutionis corporalis. *Marc.*13. a. Cùm audieritis bella, &c. Item carnalitatis in membris regnantis, *Iacob.*4.a. Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris? In hoc prælio, & bello edoctus & adiutus Propheta, gratias agens benedicit Deum, dicens: [Benedictus Dominus, &c.] Digiti autem qui docent, ſunt iſti. Primò, digitus gratiæ, *Luc.*11. In digito Dei eiicio Dæmonia. Et hunc digitum coacti ſunt confiteri Magi Pharaonis, *Exod.*8.c. Digitus Dei eſt hic. Secundus eſt digitus intentionis bonæ, & iſte eſt digitus qui debet intingi in ſanguine Paſſionis Chriſti, vt poſſit tangere cornu cœleſtis altaris Chriſti. *Leu.*8.c. Tincto digito in ſanguine, tetigit cornu altaris. Tertius eſt digitus moderatæ locutionis. *Iob* 21. a. Superponite ergo digitum ori veſtro. Et 29. b. Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. Quartus eſt digitus bonæ operationis. *Cant.*5.b. Digiti mei pleni ſūt myrrha probatiſſima. Et *Matth.*23. a. Digito ſuo nolunt ea mouere. Et de muliere bona dicitur *Prou.*vlt. c. Digiti eius apprehenderunt fuſum. Quintus eſt digitus iuſtitiæ. *Iſa.*40. c. Qui appendit tribus digitis molem terræ, id eſt, peccatores, qui tribus digitis iuſtitiæ appenduntur, ſcil. examinatione, definitione, & executione. Sextus eſt digitus diſcretionis. Hoc digito ſcripſit Deus in terra, *Ioan.*8.a. Et *Deut.*9.b. Moyſi dedit duas tabulas ſcriptas digito Dei. *Prou.*7.a. Liga legem in digitis tuis. Oſtendens ergo totum ſibi eſſe ex gratia, ſubdit. *e* Miſericordia mea, & refugium, &c.] Miſericordia ei fuit, quando vltimus fratrum in Regem vnctus eſt. *f* Refugium] fuit ei, quando contra Goliam conſilium dedit, vt petra deiiceret eum, cum quo armis pugnare non poterat. *g* Suſceptor] eius fuit, quando fecit eum generum Regis. *h* Liberator] quando eum à periculo iræ regiæ liberauit. *i* Protector] eius fuit, quando in ſpelunca ius in Saulem accepit. Poſt tanta beneficia ſibi collata, ſcit Dauid à ſpe tali non eſſe ceſſandum. Et ideo poſt enumerata beneficia, congrue hic addit.

Prælium multiplex.

Bellum multiplex.

Quatuor neceſſaria in bello ſpirituali.

Digiti docentes prælium ſex.

k Et in ipſo ſperaui] q. d. hæc bona mihi fecit Dominus, & ideo ſperabo in ipſo.

l Qui ſubdis] vel quia tu es [qui ſubdis populum meum ſub me.] Hoc vel de futuro accipitur, quia imperaturus erat populis; vel ſemini ſuo Chriſto populos ſubdendos prædicit. Deinde poſt tanta beneficia, non ſolùm ſe fatetur exiguum, ſed & totum genus humanum indignum tantis beneficiis fatetur. Vnde dicit: Domine quid eſt homo, &c.] Vel ex perſona corporis Chriſti exponi poteſt quod dictum eſt. *a* Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.] Tunc enim vir iuſtus benè à Deo doctus dicitur, quando in eius adiutorio ſic opportunè omnia opera facit, vt deſideratæ victoriæ conſequatur effectum. Aliquādo pugnatur de longè, videlicet digitis, id eſt, per ſalutaria conſilia, contra fornicationis vel adulterij occaſioné, vt eſt aſpectus impudicus. Vnde ſubdit: *d* Et digitos meos ad bellum. De quo bello Apoſtolus: Caro concupiſcit aduersùs ſpiritum. Et. *e* Miſericordia mea] in beneficiis mihi conferendis.

Aliter.

Gal. 5. c.

f Et refugium meum] in periculis per te euitandis.

g Suſceptor meus] ne cadam. *h* Liberator meus] in periculis occurrentibus. *i* Protector meus] contra Diaboli inſultus.

k Et in ipſo ſperaui] de victoria obtinenda.

l Qui ſubdis populum meum ſub me.] Hominis populi dici poſſunt animi motus, qui ſubduntur ſibi, quando obediunt rationi.

m Domine quid eſt homo] qui per ſe fragilis eſt, & peccator. [Quid eſt] id eſt, quàm magnum, quid eſt, per hoc quod. *n* Innotuiſti ei] per aſſumptam humanitatem: hoc enim quod eſt homo, ideo eſt, quia aſſumpſit eum. *o* Aut filius hominis] quem tanti facis vt pro eo filium dederis: Cui fit etiam panis, qui eſt panis Angelorum. Non enim ſic æſtimat Deus hominem vt homo hominem, qui carius emit equum quā hominem. Subdit autem quid per ſe ſit.

a Homo vanitati similis factus est.] Homo enim qui priùs veritati similis, postea peccando factus est similis vanitati, & tamen innotuisti ei. Vanum est, quod de sua substantia cadens vanescit, vt fumus & vmbra, ita & ipse homo tabescit. Vnde subdit. b Dies eius] id est, vita eius momentanea, sicut vmbra prætereunt, quæ videtur quidem, sed non habet firmitatem manendi. c Domine inclina cœlos.] Hoc priùs ex persona Dauid precantis pro Incarnatione Verbi accipitur, qui hic iam aperit quod supra dixit. Innotuisti ei. Tunc innotuit Deus homini, quando incarnatus apparuit, q. d. talis per se est homo, sed vt per te reformes. [O Domine inclina cœlos tuos & descende] ad nos, quia hæc, nisi inclinatâ Deitate, fieri non poterant. Inclinati sunt cœli, quando & honor supernorum ad hominem descendit, & forma Dei formam serui suscepit. *Isa.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Vnde sicut vas quando inclinatur, effunditur quod intus est. Sic cœli quodammodo inclinati sunt, quia fuderunt quod in eis erat optimum, scilicet, Christum. Vnde cantat Ecclesia. *Hodie mellifluifacti sunt cœli.* Rom. 8. f. Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vnde tempus gratiæ vocatur tempus plenitudinis. *Gal.* 4. a. *Psal.* 113. A facie Domini mota est terra, quasi non potens sustinere pondus beneficiorum. Vel, cœlos, id est, cœlestem naturam. Sicut camelus inclinat se ad recipiendum onus, sic cœli inclinati sunt ad recipiendum nos. Vel, Inclina cœlos, id est, Angelos, qui dicuntur cœli. *Iob* 15. b. Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Vel ex persona Ecclesiæ potest hoc dici. Humilis enim Dauid plenus gratiâ, id est, corpus Christi quod est Ecclesia, præsumens de Deo, pugnans hic inuocat adiutorium Dei, dicens. In lucta sumus, sed vt non deficiamus. [Inclina cœlos] id est, contempera hominibus Apostolos, vt humiles dicant alijs excellentiam tuam. Et per eos.

al. † quoniã æstimas.
De pœn. dist. 2. *c. fin.*
al † corusca.
al. † disperges.
al. † exime me & erue.
al. † decem chordarum.

hominis † quia reputas eum. a Homo vanitati similis factus est, b dies eius sicut vmbra prætereunt. c Domine inclina cœlos tuos & d descende, e tange f montes & g fumigabunt. † h Fulgura coruscationem & † i dissipabis eos, k emitte sagittas tuas & l conturbabis eos. m Emitte manum tuam † n de alto: † o eripe me & p libera me de aquis multis, & q de manu filiorum alienorum. r Quorum os locutum est vanitatem, & f dextera eorum dextera iniquitatis. t Deus canticum nouum cantabo tibi, in u psalterio † decachordo x psallam tibi.

d Descende] in notitiam aliorum. Et, e Tange] de tua gratia. f Montes] id est, superbos.

g Et fumigabunt] id est, fatebuntur peccata per compunctionem, & lacrymarum effusionem. *Greg.* Magnus fumus, magni hospitis est nuncius. Contra eos autem qui conspirauerunt contra te.

h Fulgura] vel corusca, id est, clarifica, vel, mica fulmine, coruscationem, id est, crebrescere miraculis, & soluetur conspiratio eorum, quia crebris miraculis territi, nihil audebunt. i Et dissipabis eos] ab inuicem. Hoc est bellum Christi contra Diabolum. k Emitte sagittas tuas] id est, verba tua. Verbum enim Dei sagittæ comparatur. *Suprà.* Sagittæ tuæ acutæ.

Psalm. 44.

l Et conturbabis eos] ad pœnitentiam. Deinde Propheta aduentum Christi precatur, & ad Patrem verba conuertit, dicens? Vt hæc fiant.

m Emitte manum tuam] id est, Christum.

n De alto] vbi cum Patre est, vt induat carnem.

p Et libera me de aquis multis.] Aquis voluptatum. *Psal.* 68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Item aquis persecutionum. *Psal.* 65. Transiuimus per ignem & aquam. Item tribulationum. *Cant.* 8. c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Vel de secundo aduentu agit ex persona Ecclesiæ, q. d. Fac ita modo, in fine autem.

m Emitte manum tuam de alto] id est, Christum de cœlo ad iudicium, quia in voce Archangeli descendet de cœlo. Dicat ergo Ecclesia, vel quilibet iustus: Emitte manum tuam & eripe me. Pro cuius declaratione notandum, quod est manus multiplex, scil. manus Diaboli, manus hominis, & manus Dei. Manus Diaboli tria facit. Primò, affligit temporaliter. *Iob* 1. c. Vide ne mittas in eum manum tuam. Secundò, pulsat spiritualiter. *Psal.* 21. Erue à framea, &c. Tertiò, torquet æternaliter. *Psal.* 30. Eripe me de manu inimicorum meorum. Secunda, est manus hominis. Quæ est triplex, scilicet, ociosa, operosa, & affectuosa. Prima in otio delectatur. Secunda bonum operatur. Tertia eleuatur. De prima, *Prou.* 26. c. Abscondit piger manum suam sub ascella, & laborat si ad os suum eam conuerterit. De secunda, *Eccl.* 9. c. Quodcunque potest facere manus tua, &c. Et *Prou.* vlt. c. Manum suam misit ad fortia. De tertia, *Psal.* 142. Expandi manus meas ad te. Tertia, est manus Dei, potens ad tria, scil. ad beneficium, ad supplicium, & ad præmium. Primò, ad beneficium impertiendum triplex, scil. gratiæ, misericordiæ & iustitiæ. Triplicem enim gratiam impertitur manus ista. Primò, Diabolum eiicit de corde. *Iob* 26. d. Obstetricante manu eius, eductus est Coluber tortuosus. Item protegit in aduersitate. *Isa.* 49. a. Sub vmbra manus suæ protexit me. *Psal.* Sub vmbra manuum tuarum protege me. Item ad suauitatem adducit, *Iob* 5. a. Percutit, & manus eius sanabunt. Beneficium misericordiæ est triplex ab ista manu. Primò, hominem tenet ne cadat in tentationem, deducit ambulantem ne erret in via iustitiæ, suscipit per vnitatem vt teneat solium gloriæ. De primis duobus. *Psal.* 138. Illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. De tertio, *Psal.* 117. Suscipe seruum tuum in bonum. Beneficium iustitiæ ab ista manu, est triplex.

De triplici manu & earum multiplici effectu.

Psalm. 80.

Primò, animam pœnitentem ingrauidat. *Cant.* 5. b. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

Secundò, ad contemplationem eleuat. *Ezech.* 3. d. Spiritus Domini eleuauit me, & manus Dei erat mecum confortans me.

Tertiò, visitat per consolationem, & exaltat visitando. 1. *Pet.* 5. b. Humiliamini sub potenti manu Dei. Et post. Vt vos exaltet in die visitationis. Secundò, manus Dei est potens ad supplicium. De quo dicitur: Et super tribulantes eos misissem manum meam. Hæc manus aliquando tangit iustum vt probet. *Iob* 19. c. Manus Domini tetigit me. Aliquando increpat pigrum vt exerceatur. *Psalm.* 38. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Aliquando grauat iniquum vt reuocetur. *Psal.* 31. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Aliquando percutit Diabolum vt ampliùs crucietur. *Iob* 26. d. Prudentia eius percussit superbum. Tertiò, manus Dei est potens ad præmium. Et hoc ad tria. Primò, amplectitur in statu fruitionis. *Cant.* 2. b. Læua eius sub capite meo, &c. Secundò, benedicit in statu remunerationis generalis. *Psal.* 144. Aperis tu manum tuam, &c. Tertiò, exaltat in tempore visitationis, id est, in tempore Iudicij, quia tunc visitabit Dominus Ierusalem in lucernis. *Soph.* 1. c. Dicit ergo Deo.

m Emitte manum tuam] sic potentem. Et.

o Eripe me & libera me de aquis multis] id est, de populis intus & foris oppugnantibus. Hæ sunt aquæ contradictionis à quibus eruit Dominus suos, scilicet.

q De manu filiorum alienorum] id est, Dæmonum, & malorum hominum, qui filij alieni mentiti sunt Deo.

r Quorum os locutum est vanitatem] videlicet vanum amorem terrenorum mundanis hominibus suggerendo.

f Et dextera eorum dextera iniquitatis] quia ad Mundi vanitatem impellunt homines multis modis. Quid ergo tu inter eos in vase pastorali habens quinque lapides agis? quomodo inter eos te habes? Ecce quomodo. O.

Secunda pars.

t Deus canticum nouum, &c.] Secunda pars, vbi quasi ille quem precabatur victor & liberator iam venerit, ei se cantare in nouo & veteri Testamento promittit, & per eum precatur liberari ab his qui putant beatitudinem in terrenis. Vnde dicit, Deus canticum nouum cantabo tibi] id est, noui hominis, scilicet canticum noui Testamenti, canticum de noua gratia. Strepitus enim aquarum non facit me obmutescere.

u In Psalterio decachordo.] Hoc alio nomine significat legem, quam per quinque lapides signari diximus. Et est sensus. [In Psalterio decachordo] id est, in lege decem præceptorum.

Laus de Deo decem chordas habere debet.

x Psallam tibi] quia plenitudo legis est charitas, qua qui caret, psalterium portare potest, psallere non potest. Laus enim de Deo decem chordas habere debet, sc. quòd sit vera. *Iob* capitulo decimo tertio b. Deus non indiget vestro mendacio. Opportuna. *Psalm.* 118. Septies in die, &c. Idem. Media nocte, &c. Intenta, *Ecclesiast.* 7. b. Ne iteres verbum in oratione. Sapida. *Psalm.* 46. Psallite sapienter. Deuota. *Prouerbior.* 16. a. Ponderator spirituum est Dominus. Deuotio enim dat pondus orationi. Humilis, *Ecclesiastic.* 7. b. Humilia valdè spiritum tuum. Frequens, *Isa.* 23. d. Benè canta, frequenta canticum. Speciosa, hoc est sine remorsu. *Eccles.* 15. c. Non est

speciosa

speciosa laus in ore peccatoris. *Psal.* 113. Non mortui laudabunt te Domine. Perseuerans. *Psalm.* 33. Semper laus eius in ore meo. Pura. *Exod.* 30. d. Præcepit Dominus offerri thus lucidissimum. Et vasa templi facta sunt de auro purissimo.

a Qui das salutem Regibus] quasi dicat, cantabo tibi qui das salutem Regibus, i. montibus iam fumigantibus.

a Qui das salutem Regibus, *b* qui *c* † redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno † eripe me. Et † *d* erue me de manu filiorum alienorum : *e* quorum os locutum est vanitatem, & *f* dextera eorum dextera iniquitatis. *g* Quorum filij sicut *h* nouellæ plantationes, in *i* iuuentute sua. Filiæ *k* eorum compositæ, † circumornatæ vt similitudo Templi. *l* † Promptuaria eorum *m* plena *n* eructantia ex *o* hoc in † illud. *p* Oues eorum † fœtosæ *q* abundantes in † egressibus suis, *r* boues eorum crassæ. *s* Non est ruina † maceriæ, *t* neque transitus, *u* neque clamor in *x* plateis eorum. *y* Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, *z* beatus populus cuius Dominus Deus eius.

al. † redemit.
al. † suum.
al. † erue.
al. † exime.
al. † constabilite.
al. † & ornatæ.
al. † Cellaria.
al. † hoc.
al. † fœcundæ multiplicantes.
al. † gressibus.
Psalm. 56.
al. † sepis nec exitus.

b Qui redemisti Dauid seruum tuum] id est, totum Christum, caput, & corpus.
c De gladio maligno eripe me.] Est enim gladius benignus, quo Deus loquitur veritatem. *Matth.* 10. d. Non veni mittere pacem, sed gladium. Hic est gladius bis acutus, vtroque acumine præpotens, scil. veteris & noui Testamenti, quo omnis putredo à membris Christi abscinditur. Malignus verò gladius est quo illi loquuntur vanitatem. Vnde *alibi.* Lingua eorum gladius acutus. Quos ergo superiùs aquas dixit, ipsos quod ibi dixit. hic dicit gladium. Vnde addit hîc *d* Erue me de manu filiorum alienorum.] Hac repetitione reddit iniquos detestabiliores.
f Quorum os locutum est vanitatem,] scil. quòd terrena sint beatitudo. Et dextera eorum dextera iniquitatis] quia terrena habent pro dextera. Quod probat, dicens.
g Quorum filij] hoc est dextera eorum, & vanitas quam loquuntur, quia filij eorum.
h Sicut nouellæ plantationes,] id est, pulchri & fortes.
i In iuuentute sua] in quo notatur prosperitas in prole, tam masculina, quàm fœminina. Vnde adhuc subditur.
k Filiæ eorum compositæ,] id est, curiosæ sunt & ornatæ, sicut imagines depictæ in Templis, vt arte iuuent speciem. *l* Promptuaria eorum, &c.] Promptuaria vulgus cellaria appellat. Et hæc.
m Plena] vino, oleo, & frumento. *n* Eructantia,] id est, supereffundentia. *o* Ex hoc in illud.] In quo tangitur prosperitas in terræ nascentibus. Et postea in animalibus, cùm subdit.
p Oues eorum fœtosæ,] id est, fœtibus plenæ, hoc est agnis. *q* Abundantes in egressibus suis] quando exeunt de ouili.
r Boues eorum crassæ] quæ etiam pro vitiis ponuntur.
s Non est ruina, &c.] id est, clausuræ murorum factorum sine cæmento, quæ claudit vineas vel hortos. In quo notatur tanta fœlicitas, quòd ipsa maceria non ruit quamuis sit sine cæmento. Vnde addit. *t* Neque transitus] aduersariorum. *u* Neque clamor] alicuius aduersitatis.
x In plateis eorum] ne somnus eorum importuna loquacitate rumpatur, sed silentium sit cùm volunt quiescere. *y* Beatum dixerunt, &c.] Habentes prædicta dixerunt fœlices, & beatos. Sed ego dico.
z Beatus populus cuius Dominus Deus eius,] id est, qui seruiunt Domino fideliter, & deuotè. *g* Quorum filij sicut, &c.] Hæc possunt intelligi Mysticè ab illo loco. Et agit de erroribus malorum, & hæredibus Hæresiarcharum, & pessimis cogitationibus, ostendens eos esse hæreticos, sic. [Quorum] scil. prædictorum [filij] sunt [sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua,] id est, filij eorum sunt sicut nouella plantatio, qui non de Apostolis sunt fundati, sed de peruersitate nouitatis generati, non de antiquis ritibus patrum, sed nouis erroribus pullulauerunt. *k* Filiæ eorum,] id est, cogitationes, vel prædicationes, quæ non habent veram Ecclesiam, sed similitudinem Templi, id est, Ecclesiæ. *l* Promptuaria eorum,] id est, corda. *m* Plena] diuersis erroribus. *n* Eructantia] quia de illis pessimas eructationes exhalant quæ fœtent, & simplices corrumpunt. *o* Ex hoc in illud] quia in vno victi fugiunt ad aliud, instabiles, quia non habent radicem veritatis. *p* Oues eorum fœtosæ.] Vel ad literam, peculium eorum fœtosum est & abundans, cùm ipsi sint steriles. Vel mysticè [Oues,] id est, eorum discipuli fœtosi, quia ipsi plures in errores generant. *q* Abundantes in egressibus suis,] non in ingressibus, quia totum bonum quod habere videntur, egreditur ab eis citò penitus.
Mysticè.
r Boues eorum crassæ.] Vel ad literam, non labore macræ, sed otio pingues : Vel mysticè [Boues] sunt Magistri, qui sunt crassi, quia terrenis affluunt. *s* Non est ruina maceriæ.] Maceria est, quæ de solis saxis in hortis vel vineis fit, sed nec illa ruit illis, adeò prosperi sunt. *t* Neque transitus, neque clamor] turbidus interrũpit quietem eorum. Vel mysticè, maceria est ars Philosophorum, quæ non potest in eis destrui, vt iustificati transeant ad Christum.
u Neque clamor] Dei, qui est in angusta via quæ ducit ad vitam : Est.
x In plateis eorum,] id est, in lata via eorum quæ ducit ad mortem. Hæc dicunt beatitudinem : Sed Dauid & iustus aliter dicit, scilicet [Beatus populus cuius Dñs Deus eius.]

Matth. 7. b.

Laudatio ipsi Dauid.

Aleph. C X L I V.

a Exaltabo te *b* Deus meus, *c* Rex, † & benedicam † *d* nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. Beth. *e* Per singulos dies benedicam † tibi, & *f* laudabo nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi. Gimel. *g* Magnus Dominus & laudabilis † nimis, & *h* magnitudinis eius non est finis.

al. † meus.
al. † nomen tuum.
al. † te.
al. † valdè.

EXPOSITIO PSALM. CXLIV.

Exaltabo te Deus meus Rex.] *Titulus.* [*Laudatio ipsi Dauid,*] id est, Christo. Sciendum est quòd de victoria quam præcedens Psalmus triumphalis decantat, quasi terminum omnium mundanarum rerum sibi fecit Propheta : Non enim posthac aliquid dicturus est, vel de Ecclesiæ persecutione, vel de ærumnis sæculi, vel de pœnitentia, vel de lamentatione pia, vel de Antichristi elatione, sed septem hi vltimi Psalmi diuinis præconiis & cœlesti lætitia sunt pleni, vt quasi repulsis nubibus peccatorum, serenis mentibus ad laudes Dei veniatur, & quasi completis omnibus quibus humana ignorantia fuerat instruenda, nunc ad sola præconia Dei vacandum est. Sicut enim sunt septem Psalmi pœnitentiæ, sic & septem sunt Psalmi laudis, quibus in die laudandus est Deus. Vnde septies in die laudem dixi tibi. Ideo septem erant lucernæ in Tabernaculo, & septem sunt Spiritus gratiarum qui laudes Dei concinunt. *Apoc.* 5. b. In his ergo septem Psalmis sufficienter Deus docuit quomodo velit laudari, ne quis in eius laude errare possit. Ad hoc enim Spiritu S. implet Deus Sanctos, vt laudent eum. Et ne erremus in laudando, iter laudis in Scriptura constituit, qui vt benè laudaretur ab homine seipsum laudauit, vt inueniat homo qualiter laudet eum. Specialiter ergo Psalmus iste intitulatur à laude. Intentio monet ad laudem. Modus. Tripartitus est Psalmus. Primò, Propheta præmittit infinitam laudem. Secundò, omnes perfecturos Dei laudem nouem modos dicit, *ibi* : [Generatio.] Tertiò eadem latius explicat, *ibi* : [Miserator & misericors.] Propheta igitur laudans Deum dicit.

Psal. 118.
Exod. 25. d.
Partitio Psalmi.

c O Rex] Christe, qui de Iuda nasci debes vnde Reges erant. Et. *b* Deus meus] scil. creator & recreator.
a Exaltabo te] prædicando.
d Et benedicam nomini tuo in sæculum sæculi] scilicet, hic & in æternum. Qui enim hic non incipit laudare, in futuro mutus erit. Declarat quod dixerat, in sæculum sæculi.
e Per singulos dies benedicam tibi] scilicet, sine intermissione in lætis & tristibus.
f Et laudabo nomen tuum in sæculum, &c.] Qui enim hîc quotidie Deum laudat, in æterno die merebitur laudare continua exultatione, quia semper amabunt quem semper videbunt, qua visione nihil est delectabilius. Eas ergo à laude in laudem, sicut ex virtute in virtutem.
g Magnus Dominus & laudabilis nimis.] Hic subdit laudis causam, dicens : [Magnus Dominus] in essentia, ideo valdè est laudandus.
h Et magnitudinis eius non est finis,] quia incomprehensibilis cogitatione vel loco, ideo non potest laus eius finiri.

a Gloriam regni tui] id est, quã gloriosum est Regnũ tuũ.

Gloria regni Dei consistit in

Diuturnitate. *Dan.* 7. d. Potestas eius potestas æterna, &c. Econtrario de Regno huius Mundi: *Eccl.* 10. a. Regnũ à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & dolos. Hic transitus est de gente ad gentem. *Dan.* 4. f. Regnum tuum transit à te. Hic transitus est de persona ad personam.

Amplitudine. *Ps.* 102. Regnum ipsius, &c. *Dan.* 7. d. Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Regnũ Mundi econtrario angustum est. *Ps.* 77. Diuisit eis terram in funiculo, &c. *Deut.* 32. a. Quando diuidebat Altissimus gentes; quando separabat filios Adam.

Pacis tranquillitate. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in requie opulenta. Econtrario Regnum terrenum conclusum est, & inquietum. *Sap.* 14. d. Alius alium per inuidiam occidit, alius adulterans contristat, & omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, periurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, & nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ, & impudicitiæ.

Securitate perfecta. *Isa.* 32. d. Securitas vsque in sempiternum. Econtrario terrenum diuersis timoribus concutitur. Timentur enim pares, & subditi. Vnde narratur de Dionysio Rege Siciliæ, qui cuidam dicenti sibi, quod felix, & securus esset, fecit supponi gladium pendentem super caput, & foueam fieri sub pedibus. Per gladium maiores, per foueam minores timendos ostendens.

Omnium bonorum abundantia. *Ps.* 33. Inquirentes autem Dñm, &c. Item. *Ps.* 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Hæc est terra fluens lac, & mel. *Deut.* 6. a. i. bona temporalia, & spiritualia. *Isa.* 1. e. Bona terræ comedetis. Econuerso Regnum terrenum in omnibus deficit. *Ps.* 101. Vocauit famem, &c.

Omnimoda libertate. *Rom.* 8. d. Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. *Gal.* 4. d. quæ sursum est mater nostra libera est. Econuerso Regnum terrenum plenum est seruitute. *Eccl.* 10. b. Vidi seruos in equis, i. in honoribus, & dignitatibus, & Principes ambulantes quasi seruos super terram. Hæc seruitus maximè apparet in morte. 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc Mundum.

Confirmate, secundum ritum, & modũ viuendi. *Ps.* 121. Ierusalem quæ ædificatur, vt ciuitas: Vbi, scil. solet esse commune. Econuerso in Regno terreno diuersitas. *Psal.* 54. Vidi iniquitatem, &c. *Nau.* 3. a. Væ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena.

Nobilitate. *Os.* 1. d. Dicetur eis, filij Dei viuentis. *Matt.* 5. b. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Hic econuerso est ignobilitas. *Eph.* 2. a. Omnes nascimur filij iræ.

Prudentia, & discretione. *Isa.* 33. c. Populum imprudentem non videbis, supple ibi. Aliter est hic. Vnde *Os.* 4. a. Non est scientia Dei in terra.

Mundicia, & sanctitate. *Apoc.* 21. e. Ipsa verò ciuitas aurũ mundum simile vitro. Et *ibid.* g. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum, &c. Aliter est hic. *Ier.* 2. e. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, &c. *Isa.* 64. b. Facti sumus, vt immundi omnes nos.

Pulchritudine. *Matth.* 13. f. Fulgebunt iusti tanquam Sol in Regno Patris mei. Sed econuerso hic est infectio turpitudinis spiritualis. *Ioel.* 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam.

Perfecta dilectione. *Isaia* 31. d. dicit Dñs, cuius ignis in Sion, i. Militante Ecclesia: caminus in Ierusalem, i. Ecclesia Triumphante. Per ignem minor dilectio, per caminum maior. Hic autem odium, & inimicitiæ. *Mic.* 7. a. Vir fratrem suum venatur ad mortem.

Magnificentia & honore. *Rom.* 8. f. quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, &c. Hic autem homines iustificantur, & à bono diminuentur. *Eccl.* 43. a. Luminare quod minuitur in consummationem.

Angelorum societate, & aspectu. *Hebr.* 12. f. Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalẽ supercœlestem, &c. Hic autem est visio, & consortium malorũ. *Ezec.* 2. c. Cum scorpionibus habitas. *Ps.* 118. Vidi præuaricantes, & tabescebã, hoc est de aspectu.

Vnius solius dominatione. *Isa.* 2. c. In die illa dominabitur Dñs solus. Hic verò multi. Et ideo dicitur *Matt.* 12. b. Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur. Et hic etiam Domini sunt diuisi. *Ierem.* 16. c. Seruietis diis alienis, id est, diuisis inter se, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.

Regis sapientia & fortitudine. *Ierem.* 23. a. Regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in interra. Hic autẽ ecõuerso sunt Reges fatui, & imbecilles.

Regis benignitate. *Psal.* 24. Dulcis & rectus Dominus.

Regis sempiterna præsentia. *Isa.* 33. c. Regem in decore suo videbunt, &c.

Regis beneuolentia, & amore. *Prou.* 8. b. Ego diligentes me diligo. b Et potentiam tuam loquentur] id est, dicent, quam mirabiliter, & potenter facis, & disponis. Dicent enim, quam gloriosus, & mirabilis est Deus, qui fecit cœlum, terram & diuersis bonis impleuit, quam potens est qui fecit hæc, & continet ea. Et sumitur hoc de mirabilibus. c Vt notam faciant] q. d. loquũtur ad hoc [vt notam faciant, &c.] Et sumitur hoc de virtute terribilium. Sanctis enim Prædicatoribus nota facta est potentia Dei qua vindicabit in malos, & gloria Regni qua coronabit bonos; ne ignorata munus. quæreretur, & nota etiam facta est, quando

Caph. a Gloriam Regni tui dicent, & b potentiam tuam loquentur. Lameth. Vt c notã faciant filiis hominũ potentiam tuam, & gloriam † magnificentiæ Regni tui. Mem. d Regnum tuum Regnum omnium sæculorum, e & dominatio tua in omni generatione, & † generationem. Num. f Fidelis Dñs in omnibus verbis suis, & g Sãctus in omnibus operibus suis. Samech. † h Alleuat Dominus omnes † qui corruunt, & i erigit omnes elisos. Eyn. k Oculi omnium in te sperant Dñe, & l tu das escam † illorum in m tempore opportuno. Pe. n Aperis tu manum tuam:

al. † magnitudinis decoris.

al. † progenie.

al. † Confirmat.

al. † decidentes.

al. † illis in opportunitate.

Apostoli virtutes fecerunt; & per notitiam vtriusque, sc. potentiæ, & gloriæ, quidam timore pœnæ, quidam spe gloriæ conuertuntur. Et nota, quod post potentiam commendat decorem Regni, quod ideo facit, vt potentia nominata amantem non terreat: Habet enim Regnum quo delectemur: Et illud Regnum habet decorem, de cuius magnitudine subdit. d Regnum tuum Regnum omnium sæculorum] quasi dicat, non huius sæculi Regnum prædicari ab eis dico, quod habet decorem, sed non est ibi magnitudo decoris, sed de tuo Regno dico, quod est [omnium sæculorum] i. in æternum. e Et dominatio tua, &c.] per successionem, vel in hac generatione, & futura, per quod ostenditur Regnum esse forte: Et sumitur hoc de magnitudine: Si enim magnum est ad tempus imperare, maius est dominationis terminum non habere. f Fidelis Dñs, &c.] quia aduentus sui dona compleuit, & quicquid promisit dedit, & per data fecit fidem cæteris dandis, quæ promisit, & quasi in chirographo scribi fecit. Et sumitur hoc de abundanti suauitate. Vnde *supra*. Memoriam abundantiæ suauitatis, &c. g Et Sanctus in omnibus operibus suis,] sicut verax est in promissis, ita Sanctus, & firmus in omni operatione. h Alleuat Dominus omnes] non quod omnes alleuet, sed quicunque alleuantur, hoc fit per eum. Alleuare autem Dei dicitur misereri. Et tamen sicut est misericordia liberans, & misericordia mitigans, siue parcens, ita est alleuatio liberans Dei, quando ex toto à pœna liberat; mitigans quando liberat à parte. i Et erigit omnes,] scil. qui ruinam, & lapsum peccati iam passi sunt. Corruentes ergo dicit incipientes labi, & elisos dicit iam lapsos. Et hoc sumitur supra de abundantia suauitatis. k Oculi omnium, id est, intentiones. Hic de iustitia latius agit, vt quem misericordem audit, iustum timeat. Et iustitia est, vt sperantes satiet corporaliter. Ideo sequitur: l Tu das escam illorum,] scilicet, corporalem, & spiritualem. m In tempore opportuno.] Multis enim petentibus salubriter differtur. Dat ergo quasi Medicus ægro, quod conuenit, & quando conuenit, non vt homo desiderat, & petit, ne noceat si dederit. Et quam escam det, subiungit. n Aperis tu, &c.] id est, benignitatem potentiæ. o tuæ,

Moral. Moraliter ne indiscussè transeamus, notandum super illud modo expositum de manu, videlicet. n Aperis tu manũ tuam, quòd Christus dicitur manus Patris, quia per ipsum Pater operatur. *Io.* 1. a. Omnia per ipsum facta sunt. De hac manu. *Ps.* 103. Aperiente te manũ tuam, omnia implebuntur bonitate. Et *alibi*: *Ps.* 143. Emitte manum tuam de alto. Hanc manum aperuit Pater in Filij incarnatione, quam quasi clausam habebat, cum Filius apud Patrem erat, quod notatur *Exod.* 3. vbi dicitur, quod Moyses extraxit de sinu manum leprosam. Hæc lepra fuit infirmitas humanæ naturæ, quam Christus, vt nos curaret, assumpsit:

n tuæ, quia omnia in eius poteſtate ſunt. a Et imples] Ecce eſca. b Omne animal,&c.] i.conuenienti refectione. c Iuſtus Dominus, &c. Hæc laus de iuſtitia: Viæ ſunt diſpoſitiones,& voluntates, quæ omnes iuſtæ ſunt. Iuſtus eſt enim quando cædit, & quando curat. Sic confeſſi ſunt omnes Sancti in tribulationibus, quod iuſta iudicia Dei. d Et Sanctus, &c.] Pius, patiens dator omniũ bonorum. Viæ ad diſpoſitionem pertinẽt, opera ad effectum, hæc ſecundum nos videntur, ſed apud illum hoc eſt velle, quod facere, quia ex eius voluntate res habent eſſe. e Propè eſt Dominus] i. propitius, etſi non ſtatim facit eis, quod petunt. Et hoc ſumitur de iuſtitia. f Omnibus inuocantibus,&c.] non ſecundum vana deſideria, quæ aliud quærunt quam ipſum Deum. Et ipſe faciet aliquando, etſi non ſtatim, vt petunt. g Voluntatem, &c.] ſi tamen ideo timent, vt eius voluntatem faciant, eorum voluntatem facit. h Et deprecationem,&c.] dummodo ſit pia pro ſe,& perſeuerans. i Et ſaluos faciet eos] in præſenti & futuro. k Cuſtodit Dominus,&c. In vtroque eſt æquitas. Æquum eſt enim & diligentes cuſtodire, & peccatores perdere. Apud eum enim ſuauitas eſſe oſtenditur, & apud eum ſeueritas eſſe demonſtratur. l Laudationem Domini.] Expoſitis omnibus locis laudis, ſequitur breuis concluſio, quia concludit, quod non poteſt explicari, quaſi dicat, quoniam omnia ita ſe habent. m Os meum,&c. Et exemplo meo. n Omnis caro] id eſt, omnis homo conuerſus ad Deum. o Benedicat] nomen ſanctum eius. p In ſæculum] id eſt, in præſenti. q Et in ſæculum ſæculi,] id eſt, in futuro.

al. † qui inuocant.

al. † preces.

& a imples b omne animal benedictione. Zadik. c Iuſtus Dñs in omnibus viis ſuis, & d ſãctus in omnibus operibus ſuis. Ruph. e Prope eſt Dñs omnibus inuocantibus eum, f omnibus † inuocãtibus eum in veritate. Res. g Voluntatem timentium ſe faciet, & h deprecationẽ eorum exaudiet, & i ſaluos faciet eos. Schin. k Cuſtodit Dñs omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Tau. † l Laudationẽ Dñi loquetur m os meum, & n benedicat o omnis caro † nomini ſancto eius in p ſæculum,& in q ſæculum ſæculi.

al. † Laudem.

al. † nomen ſanctum.

r Alleluia. (CXLV.

LAuda anima mea Dñm:

Moral.

* Iſa.53.b. Reputauimus eum quaſi leproſum. Manus hæc dum clauſa erat, continebat omnis ſanitatis vnguentum: Ideo clamabant Patres antiqui: Vt quid auertis manum tuam de medio ſinu tui? Et tandem non potuit continere, ſed aperuit, & effudit. Cant. 1. a. Oleum effuſum nomen tuum. Et Cant.5. b. Manus meæ diſtillauerunt myrrham. Hanc manum retraxit Pater in ſinum in Aſcenſione, & iterum adducet ſanam, quando in ſecundo Aduentu, qui apparuit vilis,& abiectus, apparebit in Maieſtate glorioſus. Item aperuit manuum ſuam Chriſtus in Paſſione, quam habebat clauſam, vt nobis apertam in ſalutem daret,& etiam perforatam, vt largè ſanguinem ad noſtram emundationem effunderet. Vnde Zachar. 13. c. Quæ ſunt iſtæ plagæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum qui me diligebant. Clauſam manum habebat, vt Diabolum pugno percuteret. Iſ.51.d. Nunquid non percuſſiſti ſuperbum, & vulneraſti Draconem? Apertam manum habet, quando aliquem percutit, vt filium ad corrigendum. Iob 6.b. Qui cœpit ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Et notandum, quod Dominus illis aperit ſiniſtram, quibus temporalia abundanter dat, dexteram verò claudit dum æterna ſubtrahit. Quod notatur Gen.48.c. in cancellatione manuum Iacob cum poſuit manum dexteram ſuper Ephraim minorem, ſiniſtram verò ſuper Manaſſen: Ac ſi diceret, huius ſunt æterna, illius temporalia, & cui ſubtraho temporalia, reſeruo æterna. Ideo etiam dicitur Gen. 25. a. quod Abraham filiis Concubinarum largitus eſt munera, déditque cuncta quæ poſſidebat Iſaac filio ſuo. Greg. Pueris nummos ſubtrahimus, quibus totam hæreditatem reſeruamus. Hæc manus, id eſt, Filius Dei, habet quinque digitos, quibus nos adiuuit multipliciter. Primus eſt pollex a pollicendo, quia Chriſtus promiſit nobis vitam æternam. Matth. 4. c. Ecce appropinquabit Regnum cœlorum. Ioan.14. c. Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Secundus index ab indicando, quia oſtendit nobis Patrem. Ioan.1.b. Deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe nobis enarrauit illum. Ioan.17.b. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. Tertius medius. 1. Tim.2.b. Mediator Dei,& hominum homo Ieſus Chriſtus. Quartus medicus, quia ſanauit vulnera noſtra. Matth.9.b. Non egent qui ſani ſunt Medico. Quintus auricularis, quia Chriſtus aperuit nobis ſemitas Dei. Iſa.cap.35.b. Tunc aperientur aures ſurdorum. Et aperuit Scripturas, Luca vltimo g. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas. Aperuit igitur Deus hanc manum, & hos digitos. Manus aperuit in Spiritus ſancti miſſione, de quibus gratiarum vnguenta fluxerunt. Cantic. 5. b,

Manus Dei, ſcilicet Filius, habet quinque digitos quibus nos adiuuit.

Manus meæ diſtillauerunt myrrham: quod referri poteſt ad Paſſionem. Sequitur: Et digiti mei pleni myrrha probatiſſima, quod pertinet ad Spiritus ſancti miſſionem: Per diſtinctionem enim digitorum diuerſitas ſignificatur donorum. Vnde ſicut ſunt quinque digiti, ita ſunt quinque effectus Spiritus ſancti. Nam Spiritus Sanctus primo mentem vngit, in quo officiũ pollicis exercet, quo vnguntur Reges, & Sacerdotes: Sic Spiritus ſanctus animam inungit in Regem, dum per ipſum regit, & ordinat cogitationes. Pſal.88. Oleo ſancto meo vnxi eum. Et inungit in Sacerdotem dum affectus immolat. Apocalyp. 1. b. Qui fecit nos Regnum,& Sacertes Deo,& Patri. Secundò, mentem cogitatione veritatis illuminat,& ſic index eſt dum veritatem demonſtrat. Pſal. 24. Vias tuas Domine demonſtra mihi. Tertiò, Deo mentem coniungit, vnit, reconciliat, ſecundum proprietates medij. Ideo ſtetit Ieſus in medio animalium, doctorum, latronum, & diſcipulorum, proprietates medij operans, ſcilicet, per charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis. Col. 3. c. Quartò, mentem leni tactu ſanat, & ſic eſt digitus qui dicitur, medicus. Hoc digito tetigit oculum: Luc.7.c. Lenis etiam tactus reputatur, cùm emendando flagellat. Geneſ.27. c. Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem, &c. Quintò intellectum aperit, qui eſt auris interior, & ſic eſt auricularis. Apocalyp. 2. b. Qui habet aures audiendi audiat. Sed multi ſunt qui potiùs eligunt demonſtrationem digiti hominum ad laudem, quàm demonſtrationem Spiritus ſancti interiorem ad eruditionem. Tales addunt ſextum digitum, dum laudem appetunt, & donum Spiritus ſancti Deo non aſcribunt, ſignificati per monſtrum, habens ſex digitos, quod interfecit Ionathas, qui interpretatur donum Columbæ; 2. Reg. 21. d. Quia enim a dono Columbæ, ſcilicet, Spiritu ſancto omne bonum monſtratum eſſe intelligit, ſuperfluitatem digitorum in ſe interficit. Sunt alij qui non ſolùm volunt digito demonſtrari ad gloriam, ſed alios oſtendunt ad ignominiam. Iſaia 58. c. Si deſieris digitum tuum extendere, & loqui quod non prodeſt, orietur in tenebris lux tua. Sunt alij qui de gratia intumeſcunt, vt Roboam, qui dixit: Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei, hoc eſt maiores in gratia ſuperare: ideo Regnum eius ſciſſum eſt, 3. Reg.12.c. Docet ergo nos tota Trinitas manum extendere, & aperire ad pœnitentiam. Eccl.4.d. Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta.

EXPOSITIO PSAL. CXLV.

LAuda anima mea Dominum.] Titulus eſt [*Alleluia*,] i. laus Dei. Vox iſta eſt quaſi muſica ſalutaris, tanquam harmonia cœleſtis, quæ non ſolum homines, ſed etiam Angelos delectat, laudem Dei exprimens, quæ congruè huic Pſalmo præſcribitur, vbi vir iuſtus exhortatur animam ad laudem Dei, quia in diuerſis aliquando velit nolit, perturbatur anima. Vnde ſup.41. Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Sed vt auferat ei perturbationem, ſuggerit gaudium de ſpe, ſi non in re: Spera in Deo quoniam adhuc confitebor, &c. Intentio monet ad laudem. Modus Tripartitus eſt Pſalmus. Primò propheta ſibi quaſi omnibus conſulit laudare ne in vanis ocietur. Secundò, alios monet non ſperare in homine, *ibi*: [Nolite confidere.] Tertiò, docet omnem ſpem in Deo ponendam, *ibi*: [Beatus vir.] Vir itaque iuſtus animam ſuam ad laudem exhortans, ait. r Lauda anima.] Non hoc caro animæ conſulit, cùm anima ſit dignior. Ipſa enim natura ſpiritualis infinita eſt, & ſubſtantiæ Dei vicina, & purior: Ergo pars animæ ſuperior, ſcilicet, mens, quæ cogitat ſapientiam diuinam, illi inhærens,& in illam ſuſpirans, videt quaſdam animæ partes, ſcilicet, ſenſualitatem perturbari motibus ſæculi, & cupiditate terrenorum ad exteriora rapi, à quibus ad interiora, & ſuperbia reuocat eam. Sic ergo ſecundùm ſenſualitatem exhortans anima ſecundùm rationem dicit: [Lauda anima mea Dominum.] Quid enim tibi placet in hoc ſæculo diuiſa per tot ſæcularium rerum amores: collige te ad auctorem, hic erit tibi pax, & ſecuritas. Deinde reſpondet anima menti quaſi hic prægrauata, & non valens finita conſiſtere, vt dignum eſt,& dicit

Partitio Pſalmi.

dicit. *a* Laudabo Dominum in vita mea] id eſt, in vita præſenti. Et qua firmitate propoſiti teneatur ad laudandum Deum indicat, cùm ſubiungit.

b Pſallam Deo meo quamdiu fuero] id eſt, dum vita viuam ſuper terram, laudabo Dominum Deum meum. Vel ſic.

a laudabo Dominum in vita mea, *b* pſallam Deo meo quádiu † fuero. *c* Nolite confidere in † Principibus, neque in filiis *d* hominum, in quibus non eſt ſalus. † Exibit *e* ſpiritus eius, & *f* reuertetur in terram ſuam, in *g* illa die *h* peribunt *i* omnes cogitationes † eorum. *k* Beatus cuius Deus *l* Iacob *m* adiutor eius, *n* ſpes † eius in Domino Deo ipſius, *o* qui fecit *p* cœlum, & terram, mare, & *q* omnia, quæ in eis ſunt. *r* Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, *ſ* facit iudicium iniuriam † patien-

al. † ſum.
al. † principes, & in filios.
al. † exiet.
al. † eius.
al. † illius in Dominum Deum.
al. † æternum facientem.
al. † accipientibus.

a Laudabo Dominum in vita mea, id eſt, in vita æterna, quæ eſt verè vita, ſc. cum perfectè ei inhæſero. Sed hic modo laudo tenuiter, quia corpus aggrauat animam; ideo hic gemo, ibi plenè laudabo, quia tunc. *b* Pſallam Deo meo quandiu fuero.] Non ideo hoc dicit, quòd aliquando non ſit, quia in æternum erit, & ideo verè diu, ſed quandiu fuero, perfectè, ſcilicet. Pſallere autem à pſallin dicitur, quod eſt tangere, & ad bona opera pertinet, vt ſic indicet ſe laudaturum corde, & ore, & bonis operibus Dominum. Per tactum bona operatio ſignificatur. *ſup. Pſ.* 91. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere, &c. Nota decem, quæ debet homo facere de anima ſua circa Deum. Primò debet eam effundere coram Domino per deuotionem. *Pſalm.* 41. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam. Secundò, debet eam leuare ad Dominum per ſpem, & confidentiam *Pſal.* 24. Ad te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam. Tertiò, ſubiicere eam per humilitatem. *Pſalm.* 61. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea. Quartò, omnem temporalem conſolationem renuere. *Pſal.* 76. Renuit conſolari anima mea. Quintò, ſoli Deo per fidem viuere. *Abac.* 2. a. Iuſtus enim ex fide viuit. *Pſal.* 21. Anima mea illi viuet. Sextò, bona Dei ſcrutari. *Pſalm.* 118. Ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Septimò, in bonis Domini demorari. *Pſ.* 24. Anima eius in bonis demorabitur. Octauò, delectari, & exultare. *Pſal.* 34. Anima mea exultabit in Domino, & lætabitur in ſalutari ſuo. Nonò, debet ipſa anima ad amplexus Sponſi anhelare, & ipſum totis viſceribus deſiderare. *Pſal.* 41. Quemadmodum deſiderat ceruus, &c. Decimò, debet quandiu viuit laudare, vt hic: [Lauda anima mea Dominum.] Et ipſum benedicere cum omnibus interioribus ſuis. *Pſal.* 102. Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Hoc eſt pſalterium decachordum, de quo ſupra dictum eſt, vt tandem ſupra ſe tracta dicat: Quàm dilecta tabernacula tua, &c.

Secunda pars. *c* Nolite confidere in Principibus.] Hæc eſt ſecunda pars in qua monet non ſperandum eſſe in hominibus, ſed in Deo, quaſi dicat, ego laudabo, vos autem puſilli qui nondum de Deo ſperatis [nolite confidere in Principibus] quia tam Principes, quàm homines mendaces ſunt in promiſſis. *Pſalm.* 61. Mendaces filij hominum in ſtateris. Item, quia citò moriuntur. *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus vita breuis. Item: quia in neceſſitate deficiunt: *Deut.* 32. e. Surgant & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. *Ierem.* 2. f. Vbi ſunt dij tui quos feceras tibi? ſurgant, &c. Item, quia nihil poſſunt contra Dominum. *Oſea* 10. a. Non enim timemus Dominum, & quid faciet Rex nobis? *Rom.* 8. f. Si Dominus pro nobis, quis contra nos? Item, quia citò mutantur ab amicitia ad inimicitiam. *Num.* 23. c. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, neque filius hominis, vt mutetur. Item, quia fallaces ſunt. *Iſa.* 36. Ecce confidis ſuper baculum arundineum confractum, cui ſi innixus fuerit homo, perforabit manum eius. Item, quia confidentia hominis confidentiam de Deo tollit. *Iſa* 30 a. Os meum non interrogaſtis ſperantes in fortitudine Pharaonis. Tales Dominus non adiuuat. Sequitur: Erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem. Ideo 1. *Machab.* 8. ex quo Iudas Machabæus poſuit fiduciam in Romanis, deuictus eſt, ipſe, & exercitus eius. Propter hoc dicitur *Ierem.* 17. a. Maledictus homo qui confidit in homine. Non eſt ergo confidendum.

Non eſt confidendum in hominibus.

d In filiis hominum, in quibus non eſt ſalus] ſed in Filio hominis, id eſt, in Chriſto, qui dicitur filius hominis, non inquantum hominis filius, ſed Dei: confidendum eſt in eo, quoniam ipſum conſtat humani generis exiſtere Saluatorem.

Anima tanquam depoſitum reddendum eſt Deo, ſed diuerſimode reddunt tam.

e Exibit ſpiritus eius.] Anima enim tanquam depoſitum reddenda eſt Deo, à quo eſt, ſicut corpus terræ, vnde eſt. Sed ſunt aliqui qui hoc depoſitum reſtituere differunt, non dicunt cum Propheta: Paratum cor meum Deus. Nec parati reddere rationem de quinque talentis, & reddere, quæ ſunt Dei Deo. Iuſtus autem ſemper paratus eſt, ſecundum placitum repetentis, cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sunt alij qui nullatenus reddere depoſitum volunt, qui mori recuſant, dicentes cum diuite, *Luc.* 12. c. Anima mea habes multa bona poſita, &c. Alij depoſitum hoc in malos vſus conſumunt, ſicut filius prodigus. *Luc.* 15. c. Alij reddere depoſitum vellent, ſed qui depoſuit, recipere renuit, quia deterioratum, & corruptum depoſitum inuenit, dicens illud *Matth.* 22. c. Cuius eſt imago hæc? Et quia talis anima eſt Cæſaris, id eſt, Diaboli, Deus eam accipere renuit, dicens: Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Et illud *Zach.* 11. c. Proiice eos ad ſtatuarium. Alij obligant ſe repoſcenti, & non reddunt, quod obligatum eſt, vt illi qui propter venialia detinentur in Purgatorio, de quibus 1. *Corinth.* 3. c. Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Alij pro debito alieno obligati depoſitum reddere non poſſunt, vt illi qui ſuſcipiunt curas animarum, de quibus *Prouerb.* 20. c. Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Alij ſtatim reddunt accepto chirographo, ſicut fecit Gabelus, de quo habetur *Tob.* 1. c. Qui debebat decem talenta Tobiæ ſub chirographo. Gabelus interpretatur vallis Deo feſtinans, id eſt, humilis, qui ad Deum feſtinat, & reddit depoſitum ſuum, ſcilicet animam, quæ eſt drachma per decem talenta ſignificata: Hanc Chriſtus ſub chirographo commiſſam repetit.

Phil. 1. d. 23. q. 4. c. *infideles.*

e Exibit] ergo [ſpiritus] id eſt, anima de corpore ſubitò, quando non vult, vel ſcit.

f Et] exeunte ſpiritu [reuertetur] caro [in terram ſuam] vnde cepit initium.

g In illa die] ſcilicet mortis.

h Peribunt] id eſt, fruſtrabuntur.

i Omnes cogitationes eorum] qui in diuerſos ambitus ſæculi tendebant.

k Beatus cuius Deus, &c.] Hæc eſt tertia pars vbi docet omnem ſpem in Deo ponendam. Et notandum, quod ſupra remotis noxiis, docet hic quid ſalutis ſit, ſcilicet, in quo ſperandum ſit. Et quaſi quis quæreret, in quo ergo eſſet ſperandum, reſpondit: In Domino, quia [beatus] eſt [cuius Deus] eſt, non Angelus. Vel homo, ſed.

Tertia pars.

l Deus Iacob] id eſt, qui ſperat in illo qui fuit Deus Iacob. Ipſe dico.

m Adiutor eius] Iacob, id eſt, adiutor huius veri Iacob, ſicut fuit adiutor illius actualis Iacob. Ipſius Iacob ſic fuit adiutor, vt de Iacob faceret Iſrael, qui iam videret adiutorium, fieret Iſrael, id eſt, videret Deum, qui eſt eius adiutorium. Sic ſi hic non vides, ſed habes adiutorem Deum, eris tandem de Iacob Iſraël, & videbis Deum, & ceſſabit omnis gemitus, & dolor. Dicit ergo: [Beatus] eſt ille, [cuius Deus] eſt [Deus Iacob adiutor eius] id eſt, huius veri Iacob, ſicut illius actualis. Cur eſt beatus? Quia.

n Spes eius] eſt [in Domino Deo ipſius.] Et quia etiam cultoribus Dæmonum ſpes eſt in Deo ſuo, determinat in quo debet ſpes poni, dicens.

o Qui fecit, & cæter.] quaſi in quo Domino Deo? Illo qui fecit.

p Cœlum, & terram, mare,] id eſt, in Chriſto. Et hoc vſque ad finem Pſalmi oſtendit deſcribendo eum per opera. Nam etſi ſint dij multi, & Domini, nobis tamen vnus eſt Deus ex quo omnia. Et eſt hæc laus ab operibus, quia etſi non eius ſubſtantiam, tamen actus eius aliquatenus noſtra capit notitia, de quibus ſubditur.

q Et omnia] fecit [quæ in eis ſunt] ſcilicet in cœlo, & in terra, mari, & ita de eo curat inter alia. [Omnia,] dicit, ne quem alium putes creatorem, vel, id eſt, etiam minutiſſimarum rerum. Et præter cætera hoc addit ad nos pertinens: Ipſe eſt.

r Qui cuſtodit veritatem.] Hic eſt Chriſtus, qui eſt veritas, quia omnis homo mendax. Hic verbis, & amandum prædicat, & timendum. Cuſtodit veritatem] quia.

ſ Facit iudicium] his qui patiuntur [iniuriam.] Quod enim iure quis patitur, non eſt iniuria: aliud eſt enim pati iniuriam, aliud pati ſupplicium. Iniuriam enim patimur iniuſtè, ſupplicium iuſtè.

Dat

Pſalmus CXLVI.

a Dat eſcam] vtramque, corporalem, & ſpiritualem. *b* Eſurientibus] de quibus dicitur. *Matth* 5. Beati qui eſuriũt iuſtitiam. Hæc duo ſc. facere iudicium, & dare eſcam, ad iuſtitiam pertinent. Chriſtus enim iuſtus Iudex vindicat patientes propter nomen ſuum, & dat eſcam diligentibus ſe. *c* Dominus ſoluit compeditos] mortali corpore. Hoc ſoluit, ex mortalibus faciens immortales. Vel [compeditos] culpis [Dominus ſoluit] à peccatis. Et *d* Dominus illuminat] ſapientia. *e* Cæcos] ignorantia, id eſt, eos qui cæci ſunt facit ſapientes. Hæc ad abundantiã ſuauitatis pertinent. Sequitur. *f* Dominus erigit eliſos.] Eliſos per ſuperbiam, erigit per humilitatem. Quos enim Diabolus elidit; Dominus erigit. *g* Dominus diligit iuſtos] per gratiæ infuſionem, & quia diligit, ideo facit iudicium eis iniuriam patientibus. Qui ſunt iuſti? Et quomodo diligit? Ecce: iuſti ſunt pupilli, & viduæ. Hos diligit cuſtodiendo: Et hoc eſt, quod ait. *h* Dominus cuſtodit aduenas] ſcilicet, qui dicunt: Non habemus hic manentem ciuitatem. *i* Pupillum, & viduam ſuſcipiet] id eſt, omni opere, & auxilio deſtitutos in hoc ſæculo, vt ſperent in Deum. Et etiam qui habent terrena, ſed non in eis confidunt, pupilli & viduæ Dei ſunt: Nam ſecundum quemdam modum, omnes orphani ſumus abſente patre noſtro, non mortuo, ad quem clamamus: Pater noſter qui es in cœlis. Vel per aduenas intelligitur Eccleſia Gentium. Omnis enim Eccleſia Gentium aduentitia eſt ad patres, quorum non carne, ſed imitatione eſt filia. Pupilli ſunt omnes fideles in hac peregrinatione, quibus abſens eſt pater: Et omnis fidelis anima eſt vidua, ſponſo abſente, quandiu ſponſus abeſt, vnde magis patrem, & ſponſum deſiderant: Et hos omnes Deus protegit, non viſus, ſed deſideratus. Et ipſe. *k* Diſperdet viam] vel [vias] latas [peccatorum] qui hic noſtram arctam viam irrident, quorum via exterminata eſt. Nobis quid reſtat? Vtique Regnum Dei, de quo ſupponit. *l* Regnabit Dominus] in ſanctis ſuis [in ſæcula.] Hoc de magnificentia ſumitur. Regnabit Dominus in nobis, quando corda noſtra erunt in eo firma, quod non modò eſt. Quis Dominus?

m Deus tuus] ô [Sion] quaſi dicat, ad te pertinet ô Eccleſia, quia tu es Regnum eius, non Babylonia. Deinde quod dixerat [In ſæcula] exponit. *n* In generatione, & generationem] id eſt, ſemper. Vel per Sion intelligi poteſt anima contemplatiua: Nam Sion interpretatur ſpecula, in qua Dominus regnat in præſenti per gratiam, & regnabit in futuro per gloriam. Et hoc eſt [in generatione] præſenti [& generationem] futuram, dummodo, vt inquit Ieronymus, ſimus Reges, & imperemus corpori noſtro, & ſubiiciamus illud ſpiritui noſtro, & cor noſtrum ſit in manu Domini Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum.

al. † ſapientes facit.
al. † proſelytos.
al. † orphanum.
al. † viam.
al. † exterminabit.
al. † æternum.
al. † laus.
al. † Iſraelis colligẽs.
Heb. 13. c.
Matth. 6. b.

tibus, *a* dat eſcam *b* eſurientibus. Dominus *c* ſoluit compeditos, Dominus † *d* illuminat *e* cæcos. Dominus *f* erigit eliſos, Dominus *g* diligit iuſtos Dominus *h* cuſtodit † aduenas, † *i* pupillum, & viduã ſuſcipiet, & † vias peccatorum † *k* diſperdet. *l* Regnabit Dominus in † ſæcula, *m* Deus tuus Sion, in *n* generatione, & generationem.

Alleluia. *CXLVI.*

o LAudate Dominum, quoniam *p* bonus eſt Pſalmus, *q* Deo noſtro ſit iocunda decoraque † laudatio. *r* Ædificans Ieruſalem Dominus, *ſ* diſperſiones † Iſrael *t* congregabit.

EXPOSITIO PSALM. CXLVI.

LAudate Dominum, quoniam bonus eſt Pſalmus.] Titulus. [*Alleluia.*] Sæpe expoſitus eſt, quia laudare Deum ſignificat. Hic ergo iterum agit de laude Dei, vbi Propheta monet laudare colligentem Iſrael. Intentio monet ad laudem Dei. Modus. Bipartitus eſt Pſalmus. Primò oſtendit quos colligat, & quomodo. Secundò, poſt prædicta quaſi adhuc hæſitantes, & dubios increpat, oſtendens vnde poſſint laudare Deum, ſcilicet, ſi fuerint humiles, *ib*: [Præcinite.] Omnes ergo tam maiores, quam minores ad laudem inuitans, ait, ô laudate Dominum. Hoc dicitur omnibus gentibus. Et quaſi quæreremus, quare laudabimus? Laudis cauſam attulit.

Partitio Pſal.

p Quoniam bonus eſt Pſalmus.] Hæc eſt tota merces laudantium, quaſi dicat, ideo laudate, quoniam bonum eſt laudare. Ipſa enim laus Dei eſt noſtra beatitudo. Et notandum eſt, quòd non dixit, quoniam bona eſt laus, ſed vt laudis modum exprimeret, dixit: [Quoniam bonus eſt Pſalmus.] Ipſe enim Pſalmus eſt laus Dei, quæ fit non ſola voce, ſed in organo, manibus voci concordantibus, per quod ſignificatur, quòd voci debent opera conſonare, quorum laus ceſſare non debet etiam vocis laude intermiſſa. Semper ergo laudat, qui ſemper benè operatur, qui verò malè agit, blaſphemat. Hæc laus perficietur in æterna gloria, ad quam peruenturi, modo exerceamur in hac luce bonorum operum. Bonus eſt ergo Pſalmus, quia bona eſt laus Dei. In laude namque Dei, ipſe actus eſt merces, quæ & in futuro erit. Et quia bonus Pſalmus, ideo.

q Deo noſtro, &c.] quod vtique eſt, ſi eſt & decora, id eſt, vitæ moribus ſpecioſa. Iocunda enim eſt Deo, quæ eſt ſpecioſa, quod non eſt in ore peccatorum, qui bonæ cantilenæ malis obſtrepunt moribus. *Eccl.* 15. c. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Nota hic, quod per pſalmodiam, & per laudem Dei anima primò reficitur & paſcitur. *Eccl.* 49. a. In omni ore quaſi mel indulcabitur memoria eius. Hoc dicit de Ioſia. Laus enim Dei eſt quaſi ſpecies aromatica in ore. *Pſalm.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Secundò, à tædio releuatur. *Pſal. ibid.* Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ: Sicut viatores tædio affecti cantant. Tertiò, fit iocundior. 1. *Reg.* 2. a. Exultauit cor meum in Domino, &c. Quartò, minus grauatur. *Dan.* 3. e. Tres pueri poſiti in fornace Domino decantantes non vrebantur. Quintò, ad diligendum Deum inflammatur. 2. *Mach.* 1. e. Ionatha inchoante, & aliis reſpondentibus ignis accenſus eſt. Sextò, à peccato retrahitur. *Iſa.* 48. h. Infrænabo te laude mea ne intereas. Septimò, ſponſum recuperat, ſicut auis parem ſuum recuperat cantando. *Cant.* 2. d. Sonet vox tua in auribus meis. Octauò, mitigatur à tentatione. 1. *Reg.* 16. d. de Saule, cuius vexatio per cantum, ſiue ſonum minuebatur. Inde fabuloſè dictum eſt, quod Orpheus lyra ſonando, & cantu mirifico vxorem ab Inferis infernales furias mitigando reuocauit. Et ſuper illud *Num.* 22. a. Miſit ergo nuncios ad Balaam, &c. dicit *Origen.* in quibuſdam plus valere verba, quam opera. Quod enim exercitus nequit efficere, hoc verbis efficitur. Et *infrà.* Quod ſi magi Pharaonis virtute verborum malorum mutauerunt virgas in ſerpentes, multo magis hoc facit verbum bonorum.

De fructu & vtilitate pſalmodia.

r Ædificans Ieruſalem Dominus] quaſi dicat, ideo laudandus eſt Deus, quia ædificat Ieruſalem ſpiritualem, ſcilicet, cœleſtem Eccleſiam. Quam ſic ædificat, quia congregat.

ſ Diſperſiones Iſrael] id eſt, fideles diſperſos de toto Mundo, collectos ad Regnum. Vel [Ieruſalem] id eſt, generalem Eccleſiam, cuius pars triumphat in cœlis, vbi ciues ſunt Angeli, & pars militat in terris, quæ peregrinatur à Domino. Sed reſpexit Deus peregrinationem noſtram, & diſperſos in Chriſto collegit, quem pater miſit ad captiuitatem noſtram redimendam pretio ſanguinis, quaſi dicat, dicis vt laudemus Deum, & quis eſt Deus noſter? Reſpondet: [Dominus ædificans Ieruſalem] de viuis lapidibus ruinam Angelicam reparans. Et ipſe.

t Congregabit] in vna fide & charitate.

ſ Diſperſiones Iſrael] id eſt, fideles olim diſperſos. Dominus enim ædificat Eccleſiam, ſiue fidelem animam multipliciter. Primò, extrahit eam de lapidicina, id eſt, de maſſa aliorum. *Iſa.* 51. a. Attendite ad petram, vnde excisi eſtis. De iſta ſeparatione, *Eccl.* 47. a. Surrexit Nathan quaſi adeps ſeparatus à carne. Secundò, excutitur tribulationibus, & dolatur malleis ægritudinum, & perſecutionum. *Oſea cap.* 6. b. Propter hoc dolaui in Prophetis, &c. Tertiò, politur doctrinis, & ſculpitur virtutibus. 3. *Reg.* 5. d. Præcepit Rex, vt tollerent lapides, & dolauerunt eos cæmentarij Salomonis. Quartò, ponuntur in ædificio ſpirituali, quando diuerſis officiis mancipantur. *Epheſ.* 4. c. Dedit quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, &c. Ibi ſunt duodecim diuiſiones miniſtrantium. Quintò, ligantur bitumine charitatis inſeparabiliter. Dicitur enim, quòd lapides, ſiue ligna bitumine Aſphalti coniuncta ſeparari non poſſunt, ſed potius franguntur; ſanguis tamen menſtruus bitumen hoc diuidit: ſic vniti Deo per charitatem corpus proprium potius in fruſta diuidi patiuntur, quam à Chriſto lapide, cui vniti ſunt, ſeparari poſſint, ſicut dicebat Apoſtolus *Roman. cap.* 8. g. Certus ſum, quòd nihil poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Solum autem peccatum mortale in ſanguine menſtruo ſignificatum, hoc poteſt glutinum ſeparare, quo Dominus diſperſos congregauit. Et quomodo eos congreget, declarat dicens.

Qualiter Dominus ædificat Eccleſiam ſiue animam fidelem ad inſtar ædificij materialis.

Qui

a Qui ſanat contritos corde, † & qui *b* alligat contritiones eorum *c* Qui numerat *d* multudinem ſtellarum,& † *e* omnibus eis *f* nomina vocat. *g* Magnus Dominus noſter, & magna *h* virtus eius, & ſapientiæ *i* eius non eſt numerus. k Suſcipiens manſuetos Dominus, † *l* humilians autem peccatores vſque in terram. *m* Præcinite Domino in confeſſione, *n* pſallite *o* Deo noſtro in *p* cithara. *q* Qui operit cœlum *r* nubibus, † & *ſ* parat terræ pluuiam. *t* Qui † producit in montibus fœnum

al. † qui,
al. † omnes nomine ſuo vocat.
al. † intelligentiæ.
al. † humiliat.
al. † incipite.
al. † cooperit.
al. † qui.
al. † exoriri facit.

a Qui ſanat contritos corde] id eſt,eos qui offerunt Deo ſacrificium, ſpiritum contribulatum, & cor contritum, quos hic ſanat ex parte, & in futuro plenariè, quando corruptibile hoc induet incorruptionem. Et quomodo cos ſanet,ſequitur. *b* Et alligat contritiones eorum] more Medici, qui frangit quod tortum eſt,vt fiat rectum, ſic facit Deus, quia primò frangit cor per contritionem, deinde alligat vulnera, oleum infundendo pietatis. *Iob* 23. d. Dñs emolliuit cor meum. Debemus ergo nos contringere, & cõterere cor noſtrum pœnitendo, confitendo,puniendo,& & Deus ſic contritum alligabit, & ſanabit, quia Samaritanus eſt, ſanans eum qui incidit in latrones: *Luc.*10.f. *Pſal.* 106. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Sequitur. Et ipſe eſt. *c* Qui numerat multitudinem,&c.Hoc ad literam planum eſt, quia fecit eas in recto numero. *e* Et omnibus eis nomina vocans :] Nomina enim imponuntur à proprietatibus rerum. Ipſe enim cognoſcit vſque ad minimas omnes proprietates,& virtutes ſtellarum. Sed myſticè exponi poteſt. *c* Qui numerat multitudinem ſtellarum] i. electos in Eccleſia, qui lucent in medio nationis prauæ tanquam luminaria in Mundo: *Philip.* 2. b. Tales numerat Deus in ſuos approbando, quia nouit Dominus qui ſunt eius. Si quis verò obſcurus, & non clarus, vt ſtella,bonis ſe interſerit, nouit Dominus qui numerat,quia ſupra numerum eſt. *Pſalm.* 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum. Quia intra parietes præſentis Eccleſiæ plures ſunt quam futuri ſint in Regno Dei: Ideo ait. *c* Qui numerat] i. diſcernit. *d* Multitudinem ſtellarum]id eſt,electorum. *e* Et ſic [omnibus eis] ſic numeratis. f Nomina vocat,] quia nomina eorum ſcripta ſunt in libro vitæ, id eſt, in Dei prædeſtinatione. Reprobos autem hac notitia non nouit,quibus dicturus eſt :Non noui vos. Vocat ergo electos nomine proprio. Vnde *Ioan.* 10. a. ait de ouibus ſuis: Proprias oues vocat nominatim, & educit eas, non ſicut Aſtrologi, qui ſtellas vocant nomine alieno,Iouem,Venerem, & huiuſmodi. Vel poteſt dici, quod Sanctos vocat nomine proprio, qui dat vnicuique proprium donum, alios per humilitatem, alios per caſtitatem vocando. Eſt autem notandum, quod viri ſancti, & electi Dei in ſacra Scriptura aſſimilantur ſtellis propter multa. Primò, quo ad earum eſſentiam. Nam ſtellæ ſecundùm ſuam eſſentiam ſiue naturam,ſunt puræ,ſunt altæ,& ſphæricæ:Similiter Sancti viri ſunt puri per continentiam; alti per contemplationem; ſphærici per charitatem. Secundo,quo ad ſtellarum permanentiam, quia ſtellæ ſunt incorruptibiles, infatigabiles, & ineclypticabiles: Sic Sancti viri ſunt incorruptibiles per tolerantiam, infatigabiles per conſtantiam,ineclypticabiles per patientiam. Tertiò, quo ad apparentiam, quia ſunt paruæ,ſunt pulchræ, ſunt proximæ: Et ſic Sancti viri ſunt parui, per humilitatem; pulchri, per morum exteriorum venuſtatem; proximi, per charitatem. Quartò, quo ad influentiam, quia ſtellæ ſunt virtuoſæ, operoſæ, & luminoſæ: Sic Sancti viri ſunt, virtuoſi per gratiam. *Eccl.*44.a. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes.Operoſi per iuſtitiam. *Hebr.*11.f.Operati ſunt iuſtitiam.Luminoſi per doctrinam, & exemplum. *Matt.*5.b.Vos eſtis lux Mundi,& ſic lux veſtra coram hominibus, &c. Item ſtellæ ſunt motu velociſſimæ: Sic ſancti ſunt motu obedientiæ velociſſimi. *Baruch* 3.d. Stellæ vocatæ ſunt,& apparuerunt, & dixerunt, adſumus,& luxerunt ei cum iocunditate. Item ſunt ſimpliciſſimæ, & non ex contrariis compoſitæ: Sic Sancti in operibus ſuis per intentionem, & non corde duplices. Vnde B. Iob prima hæc ſibi intitulatur virtus. *Iob* 1.a. Vir erat in terra Hus nomine Iob,& erat vir ille ſimplex,&c. Propterea Dominus in Euangelio. Eſtote ſimplices, ſicut Columbæ.Item Stellæ ornant cœlum: Sic Sancti cœlum ſanctæ matris Eccleſiæ. Item ſtellæ ſunt paruæ in aſpectu, licèt in virtute ſint maximæ, ſed paruitas apparet ratione

1.*Cor.*15.*g.*
Myſtic.
*Matth.*7.*d.*
Viri Sancti, & electi aſſimilantur ſtellis.
*Matth.*10.*b.*

diſtantiæ:Sic Sancti apparent parui per humilitatẽ,& ſunt altiſſimi per ſanctitatem. Item ſunt differentes, quia vna maior aliâ Sic Sancti in hac vita differentes in donis gratiarum,& vnus maior alio,& dignior. Et ſic erit in patria, vbi ſecundum differentiam meritorum, diſtribuitur dignitas locorum,& manſionum. *Ioan.*14. a. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Et 1. *Cor.*15. f. Stella differt à Stella in claritate. Item Stellæ ſunt innumerabiles : Sic Sancti, & electi Dei, quorum numerus Deo ſoli eſt cognitus. Vnde bene hic dicit: [Qui numerat multitudinem ſtellarum.] Sequitur. *g* Magnus Dominus] plenus gaudio. Propheta eructat, quod non poteſt explicare, quod tamen cogitabat prout valebat.

h Et magna virtus eius,&c.]id eſt,finis,quia nec facta eius numerari,nec laus,& ſapientia eius poteſt ab aliquo comprehendi, niſi a ſuo intellectu. Et ille ipſe qui numerat ſtellas non poteſt numerari: Nec ipſius numerum, menſuram, & pondus,qui omnia diſpoſuit, poteſt quiſquam metiri, vel numerare,vel appendere. Sicut enim *Sap.*11.d. dicitur: Diſpoſuit Deus omnia in numero, menſura & pondere, id eſt, in ſeipſo,qui eſt menſura omni rei modos præfigens, & numeros, id eſt, omni rei ſpeciem præbens, & pondus, omnem rem ad ſtabilitatem trahens, & terminans, & formans, & ordinans omnia diuerſa,quæ omnia incomprehenſibilia ſunt. Vnde dicebat *Paulus*: O altitudo diuitiarum,&c.Ideo benè dicitur. *g* Magnus Dominus] in eſſentia. *h* Magna virtus eius] id eſt, potentia. *i* Et ſapientiæ eius non eſt numerus] apud creaturam. Sed à quibus apprehendatur hæc ſapientia, & hæc virtus,declarat Chriſtus *Matt.*11. Dicens: Reuelaſti ea paruulis. Ideò ſequitur.

k Suſcipiens manſuetos Dñs,] ad gratiam ſeu intelligentiam arcanorum ſuorum,quæ quidem qui intelligere vult, ſit manſuetus, & humilis, non iudicet, neque accuſet obſcura Scripturarum, quæ fecit Deus, vt dicat aliquis,melius ſic diceretur: Sic enim dictum eſt,vt dici debuit.Non corrigat æger medicamenta, quæ ſapiens Medicus temperat. Si autem reſiſtis,vide quid ſequitur. Quia.

l Humilians peccatores vſque ad terram]id eſt,vt terrena tantùm de Deo ſapiant: Quia enim reprehendunt intelligibilia, ideo ſentiunt terrena,de Deo incorporeo corporaliter cogitantes.Vel [vſque ad terram] i. vſque ad Infernum, qui in terra eſſe dicitur.

m Præcinite Domino.] Hæc eſt ſecunda pars, vbi ex prædictis increpat adhuc hæſitantes, oſtendens vnde poſſint intelligere ſi ſint humiles, & non ſuperbi, quaſi dicat, vt intelligere valeatis : [Præcinite Domino in confeſſione] peccatorum, & laudis, & ſic peruenietis ad intelligentiam veritatis. Et poſt confeſſionem ſequentur bona opera : Vnde ſequitur.

n Pſallite,] operibus,vt manus ſequitur vocem,ita vocem laudis ſequantur opera. Et cui Deo ſit pſallendum, ſubdit.

o Deo noſtro] Noſtro inquam per creationem, noſtro per carnis aſſumptionem. Vnde *ſupra Pſalm.*45. Deus noſter refugium, &c. Et quomodo ſit cantandum,addit.

p In cithara.] Cithara autem, vt dicit *Caſſiodorus*, ſignificat virtutes morales, conſona operatione concinentes, quæ tunc veram citharam reddunt, quando ſe fœderata ſocietate coniungũt. Nam ſicut integra lyra non poteſt dici cui aliqua chorda ſubtrahitur, ſic nec vir Sanctus æſtimatur, cui virtus vlla minuitur. Vt autem hæc cithara harmoniam reddat conſonam,& perfectam, decem chordis intenditur, videlicet obſeruantia decem præceptorum Vnde ſupra *Pſalm.*32. Confitemini Domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi: Dicturus citharam, iunxit pſalterium decem chordarum. Deinde de virtute huius Domini cui pſallendum eſt, ſubdit.

q Qui operit, &c.]hoc ad literam planum eſt.Sed ſpiritualiter. [Qui operit cœlum,]id eſt ſacram Scripturam.

r Nubibus,id eſt, obſcuritatibus figurarũ. Sacra Scriptura, partim eſt facilis, vt paſcat, partim eſt difficilis,& obſcura, vt exerceat. Ad hoc obſcura voluit eſſe dicta Prophetarum, vt haberent poſtea ſerui Dei, quod interpretantur, vt haberent poſtea ſerui Dei, quod interpretando influerent ſuper aures, & corda hominum. Vnde alibi dicit. *Pſalm.* 17. Tenebroſa aqua in nubibus aëris.

ſ Et parat terræ pluuiam,] doctrinæ. [Terræ,] id eſt minoribus ſitientibus, vel terrenis peccatoribus, quibus per nubes, ſuos videlicet Prædicatores, pluuiam doctrinæ,& veritatis infundit. Et de magnis ſequitur. *t* Qui produxit in montibus fœnum.] *Greg. cap.*29. *moralium*: in montibus quippe fœnum,& herba producitur ſeruituti hominum, cùm ſublimes huius ſæculi ad fidei cognitionẽ vocat,ſanctis Prædicatoribus in huius vitæ itinere ſpiritualiter ſibi ſeruientibus,

*Rom.*11.*d.*
Secũda pars.

1.Cor. 4.b. ſentientibus, tranſitoria alimenta largiuntur. *a* Herbam ſeruituti hominum] i. Prædicatoribus qui hominibus ſeruiunt. Vnde *Apoſtolus* ait: Nos autem ſeruos veſtros per Ieſum Chriſtum. Hi ſeminant ſpiritualia, & recipiunt ab exceſſis ſæculi fœnum, & herbam, i. temporalia. Om-

Fœnum multiplex.

a herbam, ſeruituti hominum. † Qui *b* dat iumentis *c* eſcam ipſorum, & *d* pullis coruorum *e* inuocantibus eum. *f* Non in fortitudine equi voluntatem habebit, † *g* neque in tibiis viri *h* beneplacitum erit ei. † *i* Beneplacitũ eſt Dño ſuper timentes eum, & in † eis qui *k* ſperant † ſuper miſericordia eius.

Allel Aggai, & Zachariæ.
PSAL. CXLVII.

† *l* LAuda Ieruſalẽ Dominum, *n* lauda Deum tuum Sion: Quoniam † *o* confortauit ſeras portarum tuarum,

al. † Et dat pecoribus.
al. † potentatu.
al. † nec in tabernaculis viri bene ſentiet.
al. † Bene ſentiet Dñs in timentibus.
al. † his.
al. † in.
al. † Collauda.
al. † confirmauit vectes.

nia enim quæ dantur Eccleſiæ a diuitibus, fœnũ ſunt. Nota tamen, quod eſt multiplex fœnum, ſcil. laſciuiæ carnalis. *Iſa.* 40. b. Omnis caro fœnũ. Item impietatis puniẽdæ. *Zach.* 12. b. In die illa ponam duces Iuda, ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno. Item tranſitoriæ iuuentutis. *Eccl.* 14. c. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet. *Pſalm.* 36. Tanquam fœnũ velociter areſcent. Item bonæ operationis. *Prou.* 27. d. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta ſunt fœna de montibus. Item temporalis proſperitatis, vt hic. Eſt etiam multiplex herba, ſc. multiplicatio parentelæ. *Iob* 5. d. Progenies tua quaſi herba terræ. Item vanitatis mundanæ. *Iob* 40. c. Huic montes herbas ferunt. Et loquitur de Diabolo, cui montes, i. ſuperbi ferunt herbas mundanæ vanitatis. Item defectionis quotidianæ. *Pſ.* 89. a. Mane ſicut herba tranſeat. Item gratiæ. *Iob* 6. a. Nunquid rugiet Onager cum habuerit herbam? Item gloriæ. *Iſa. vlt.* d. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum. Item ſuſtentationis humanæ, vt hic.

Multiplex herba.

b Qui dat iumentis] id eſt, ſimplicibus Eccleſiæ, qui ſunt greges Domini.

c Eſcam] diuini verbi, quia eos paſcit Deus per homines, qui accipiunt fœnum, i. per prædicatores, quia largiuntur eis ſpiritualia, à quibus metunt carnalia. Et pullis coruorum] i. filiis Gentilium. Corui ſunt Gentiles, nigri peccatis. Et verè patres noſtri corui fuerunt, quia idololatræ. Nos ergo pulli coruorum ſumus, quia de coruis, id eſt, Gentilibus peccato idololatriæ nigris venimus.

e Inuocantibus eum] i. deſiderantibus poſt conuerſionem, Dei verbo ſatiari. Dicit *Iſidorus*, quod corui non miniſtrant cibum pullis ſuis donec vident eos nigreſcere plumis, quia tunc recognoſcunt eos tanquam ſuos. Sed antequam habeant plumas nigras, nutriuntur rore cœli, & ſic dicuntur à Deo nutriri. Per hoc autem, quod dicit [inuocantibus eum] non eſt intelligendum, quod iſta inuocatio fiat per aliquam recognitionem in pullis exiſtentem, ſed quia vnaquæque res per appetitum naturalem tendit ad ſuam perfectionem: Sic ergo dicuntur inuocare Deum, à quo recipitur omnis perfectio, & omne bonum. Sed myſticè exponendo, bene Deus dat eſcam ſuæ doctrinæ nobis fidelibus, filiis coruorum, i. Gentilium. Coruus enim, i. Gentilis, non inuocat, ſed nobis pullis eum colentibus & inuocantibus dat eſcam.

Myſtic.

f Non in fortitudine equi.] Poſtquam Dauid narrauit illa quæ fecit Dominus, conſequenter oſtendit quæ poſſunt ei diſplicere, dicens: [Non in fortitudine,] vel [in potentatu equi voluntatem habebit.] Equus, ad ſuperbiam plerumque ponitur indicandam Vnde *ſup. Pſal.* 32. Fallax equus ad ſalutem, &c. [Non in fortitudine] ergo [equi] i. in ſuperbia contumacium, &c. q. d. Deus paſcit iumenta, & pullos, ſed non habet voluntatem, id eſt, beneplacitum in ſuperbis, in equo ſignificatis propter erectam ceruicem.

g Neque in tibiis viri] id eſt, in compoſito habitu hominis præſumptuoſi, & audacis.

h Beneplacitum erit ei] id eſt in eius inceſſu elato, in tibiis ſignificato. Vel ſecundum aliam literam: [In tabernaculis viri] id eſt, in conuenticulis hæreticorum [beneplacitum erit ei.] Sed.

i Beneplacitum eſt Domino, &c timore filiali; q. d. ſuperbi & hæretici & incompoſiti non placent Deo. Sed qui timent Deum.

Matt. 27. a.

k Et ſperant, &c.] fugientes ab irato ad placatum. Iudas enim timuit, ſed non ſperauit in miſericordia eius, ideo deſperatus cucurrit ad laqueum. Timori ſpem coniunxit, quia non valet timor ſine ſpe veniæ, nec ſpes ſine præcedenti timore, aliter enim præſumptio eſſet. Timor autem Domini habet annexam iuſtitiam bonorum operum, & ſpes eſt expectatio futuræ beatitudinis præcedentibus meritis, & gratiâ. Qui autem timent Dominum, inquirunt, quæ beneplacita ſunt illi & cuſtodiunt mandata eius: *Eccl.* 2. d. *Pſal.* 111. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. Huiuſmodi ergo timentibus beneplacitum eſt Domino, & huiuſmodi ſunt qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vnde, *Luc.* 1. e. Miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. *Pſal.* 102. Miſericordia Domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eum, & iuſtitia illius in filiis filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius. Hi ergo ſperent, quia ſperare poſſunt, in quibus bene complacet ſibi Dominus noſter qui regnat in ſæcula ſæculorum.

EXPOSITIO PSAL. CXLVII.

LAuda Ieruſalem Dominum.] Titulus [*Alleluia Aggai, & Zachariæ*] qui in Babylonia prophetauerunt reparationem, quæ vt Ieremias prædixit, poſt 70. annos facta eſt, in qua intellexerunt ſpiritualem inſtitutionem cœleſtis Ieruſalem, eámque ſub figura illius prædixerunt, & pro ea Dominum laudauerunt, quæ poſt 70. annos, id eſt, poſt volubilitatem totius temporis, quod ſeptem diebus agitur, perficienda eſt, & pro ea hic Propheta laudat Dominum, ſicut & prædicti Prophetæ ſub figura laudauerunt. Et eſt ſenſus tituli: Hic eſt [Alleluia, id eſt, laus Dei. Laus dico [Aggæi, & Zachariæ] id eſt, de reparatione cœleſtis Ieruſalem, quam illi prædixerunt, & poſtea Deum laudauerunt. Et facit Pſalmus iſte in nobis amorem futuræ Ieruſalem, quam multipliciter commendat, totuſque hic Pſalmus potentiam Dei prædicat. Intentio monet ad laudandum. Modus. Bipartitus eſt. Primò, dicit bona futuræ Ieruſalem. Secundò, dicit quæ bona hic dantur Sanctis, *ibi*: [Qui emittit.] In captiuitate ergo huius ſæculi adhuc conſtitutus Propheta, videns beatum populum æternæ Ieruſalem præmiſſo gaudio ſpei ante gaudium ſpeciei, quaſi coniungens cor, etſi non corpus Angelis, dicit.

Partitio Pſalmi.

m O Ieruſalem] cœleſtis iam ſecura. *l* Lauda Dominum] hoc ſolùm eſt negocium tuum. Hoc ideo dicit Propheta, vt modò exultemus in ſpe, & deſideremus ipſam qui audimus eam ſic laudantem.

n Lauda Deum tuum Sion.] Eadem eſt Sion, & Ieruſalem. Ieruſalem viſio pacis, Sion ſpeculatio, vel contemplatio. Et viſio pacis eſt contemplatio Chriſti, qui eſt pax noſtra.

o Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum,] non tantùm poſuit ſeras claudendo, ſicut dictum eſt, poſt receptionem illorum ciuium, excluſis fatuis virginibus, clauſa eſt ianua: *Matt.* 25. a. Deus enim confortat ſeras portarum illis qui in præſenti vita confortati ſunt ab eo. Confortat enim Deus ſeruos ſuos multipliciter. Primò, in conflictu vitiorum. Secundò, in ſuſtinentia tribulationum. Tertio, in adeptione virtutum. Quartò, in expugnatione tentationum, & Dæmonum. Primò ergo confortat in conflictu vitiorum. Et hoc quatuor modis, contra quatuor. Primò, contra luxuriam, dando cingulum caſtitatis. *Iſa.* 22. f. Induam illum tunicâ tuâ, & cingulo tuo confortabo eum. Et hoc eſt cingulum illud caſtitatis, de quo *Iudith* 12. Tu gloria Ieruſalem. Et poſt: Eo quod viriliter egiſti, & confortatum eſt cor tuum. Item confortat contra iram, & hoc gratiam patientiæ conferendo. Hanc habebat qui dicebat. *Phil.* 4. c. Omnia poſſum in eo qui me confortat. *Pſalm.* 26. Confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum, ſc. per patientiam. Item confortat contra acidiam, ſcilicet virilitatem immittendo. *Ezech.* 30. g. Confortabo brachia Regis Babylonis. *Iſaia* 35. b. Confortate manus diſſolutas. 2 *Paral.* 15. b. Vos autem confortamini, & non diſſoluentur manus veſtræ. Item contra ſuperbiam humilitatis gratiam dando. *Prou.* 30. a. Viſio quam locutus eſt vir cum quo Deus erat, & qui Deo ſecum morante confortatus ait: Stultiſſimus ſum virorum. Secundò, confortat Dñs in ſuſtinentia tribulationum. *Naum.* 1. b. Bonus Dominus, & confortans in tribulatione Et hoc quadrupliciter, ſcilicet gratiam patiendi conferendo. 2. *Timoth.* 1. c. Gratias ago ei qui me confortauit. Et loquitur de confortatione gratiæ. Item conſolationem immittendo. *Geneſ.* 18. a. Ponam buccellam panis coram vobis, vt confortetur cor veſtrum. Buccella panis eſt Chriſtus qui nobiſcum eſt in tribulatione, vt confortetur cor noſtrum. *Aggai* 2. a. Confortare omnis populus terræ, quia ego vobiſcum ſum, dicit Dominus. Item liberando. 2. *Timoth.* 4. c. Deus aſtitit mihi, & confortauit me. Et poſt: Et liberatus ſum de ore leonis.

Cõfortat Dominus ſeruos ſuos multipliciter.

Item

Item salutem promittendo, & vltionem de inimicis. *Isa.* 35. b. Confortamini, & nolite timere, ecce Deus noster veniet, & saluabit nos. Tertiò, confortat Dominus in adeptione virtutum. Et hoc quadrupliciter, scilicet dando gratiam fructificationis in operibus. *Num.* 13. b. Confortamini, & afferte de fructibus terræ vobiscum. Item gratiam cognoscendi spiritualia. *Ecclesiast.* 7. c. Sapientia confortauit sapientem super decem Principes ciuitatis. Item gratiam desiderandi inspirando. *Dan.* 10. d. Noli timere vir desideriorum, pax tibi, confortare, & esto robustus. Item gratiam flendi, os rogandi dando. *Ose* 12. a. In fortitudine sua directus est, & inualuit contra Angelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum. Quartò, confortat Dominus in expugnatione Dæmonum, & tentationum. Et hoc quadrupliciter, scilicet salutem promittendo. *Zach.* 10. b. Confortabo domum Iuda, & domum Ioseph saluabo. Item animositatem præbendo. *Isa.* 10. g. Confortamini, dies est adhuc, vt in Nobe stetur. Item fortitudinem præstando. *Naum.* 2. a. Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. Tria tangit necessaria sustinenti prælium. Sapientia pugnandi, propter quod dicit: Contemplare viam. Animositas corporis, *ibi*: Conforta lumbos. Fortitudo corporis, *ibi*: Robora virtutem. Item confortat arma ministrando. *Ephes.* 6. b. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius, & induite armaturam Dei. Sic igitur confortatos in via, confortare dicitur Dominus in patria, quia confortatos declarat, & certificat vltra inde ad prælia non profecturos. O ter quaterque beati, qui securè laudant, quia nemo exit vnde doleant, nemo intrat quem timeant, quia non exit inde amicus, nec intrat illuc alienus, sicut modò in via.

al. † satians. *al.* † verbū. *al.* † subsistet. *al.* † velut frusta. *al.* † Qui emittit.

a benedixit filiis tuis in te. *b* Qui *c* posuit fines tuos pacem, & *d* adipe frumenti satiat te. *e* Qui emittit eloquium suum terræ, *f* velociter currit sermo eius. *g* Qui dat *h* niuem *i* sicut lanam, *k* nebulam sicut cinerem spargit. *l* Mittit *m* crystallum suam *n* sicut buccellas, *o* ante faciem frigoris eius, quis sustinebit?

a Benedixit filiis tuis] quos olim peperisti.

b In te] qui non foris peregrinantur. Vel secundùm aliam literam. [Benedixit filios tuos in te] benedictione gloriæ æternæ. Ideo dixit [in te] quia nunquam ab illa Ierusalem exire poterunt, in qua æterno munere consecrantur. *c* Qui posuit, &c.] perfectam. Quidquid enim intus est, pace fruitur, extra est gehenna. Et in pace illa est satietas, & nulla indigentia: Ideo subdit.

d Et adipe, &c.] id est pane, qui de cœlo descendit, qui carne clausus in Mundo, sola fide est cognitus. Tunc autem videbimus sicut est, & illa erit perfecta satietas, securitas, & pax. Ipse est verus panis, qui nos hic corporis sui participatione reficit, quemadmodum ibi satiabit, quos toto lumine suæ deitatis impleuerit. Reuera secura pax, & inuiolata tranquillitas, quando indigentia nobiscum vlla non litigat, nec aliquem lassitudo defatigat, non frigus contristat, non esuries grauat, &c. quæ hic nostræ imbecillitati bellum semper instigant. Ibi autem corporis, & animæ talis est societas, vt nulla inter se diuersitate discordent, sed sibi vtraque gloriosa voluntate consentiant. Est enim pax secundum *August.* securitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Nec ad hæreditatem Christi poterit peruenire, qui testamentum pacis noluit obseruare.

Secunda pars. *e* Qui emittit, &c.] Hæc est secunda pars, vbi subdit, quæ munera hic dantur electis, per quæ veritas futuri possit agnosci, quasi dicat, hæc prædicta erunt in patria. Sed quid interim in peregrinatione dat? Ecce ipse est inquit, [qui emittit, &c.] id est Verbum assumpta carne, vt in terra cognoscatur. Aliter enim non leuaremur ad adipem frumenti satiante m, nisi mitteret Verbum terræ qua grauamur, & impedimur à reditu. In terra enim vbi laboramus fessi, languidi, pigri, frigidi, scilicet in eremo non deserit, sed manna pluit, &c.

f Velociter,] quia citò impleuit Mundum cognitione veritatis: Nam Euangelium breui tempore fuit publicatum vbique in tota terra habitabili, viuente adhuc Petro Apostolo, quia vt supra dictum est: In omnem terram exiuit, &c. Et nota, quod non ait velox, sed velociter. Velox enim fit aliquid velocitate qua plus, vel minus participat, sicut participatione caloris aliquid dicitur calidum, & participatione frigoris frigidum. Est autem aliquid alio magis, vel minus velox, vel calidum, quanto, scilicet, velocitate, vel calore magis, vel minus participat: Sicut calore quo calent cætera, nihil est calidius, ita velocitate qua cætera dicuntur velocia, nihil est velocius. Sicut ergo de aliquo diceretur, calet vsque in calorem, id est, adeo calet, quod ipse calor potest dici, sic de verbo dicitur cucurrit vsque in velocitatem, id est, adeo vt sit ipsa velocitas, quod tamen per quandam similitudinem dicitur. Quod enim velox est, sicut equus, vel Angelus, vel ventus, alicubi est, non vbique: Velocitas autem ipsa vbique est, non est in parte, nusquam arctatur, quæ modo non est in equis, vel in ventis, sed in aliis infinitis, & eisdem temporum punctis vbique terrarum diffunditur. Hoc autem pertinet ad verbum Dei, scilicet, non esse in parte, sed vbique esse per seipsum. Hæc est Sapientia Dei, quæ vt in libro Sapientiæ legitur: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, non tamen motu locali, sed immobilitate, tanquam si moles aliqua saxea impleat locum aliquem, dicitur, quod attingit à fine eiusdem loci vsque ad finem, cùm tamen alterum non deserat, alterum occupando. Non habet ergo motum illud verbum, & sapientia illa, solida est, & vbique est. Sed & de Sapientiæ spiritu dicitur in libro Sapientiæ: Actus mobilis, certus, incoinquinatus, sed hoc facit ipsa velocitas, quod Sapientia dicitur actus mobilis, non vt hoc deserat, illud tangat; sed vt vbique semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Sed quis sufficit illa cogitare? Vtique nullus: Est tamen spes ad capiendum verbum, quia prædestinauit nos Deus: Et hoc est, quod ait.

g Qui dat niuem sicut lanam.] Ostendit hic quid faciet aduentus Christi. Sicut enim nix sursum gelat, & in ima decidit, sic refrigescente charitate, decidit humana natura in terras, & pigro corpore inuoluta, vt nix facta est. Sed in hac niue sunt prædestinati, qui sunt velut lana, de quibus scilic. aliquid facturus est. Lana enim est materia vestis, & de his spiritu adhuc frigidis prædestinatis fit tunica Christi sine macula & ruga: Vnde meritò vestis Christi in monte resplenduit sicut nix, quia de hac niue fit vestis Christi. [Qui dat,] id est, facit.

h Niuem,] id est, congelatos.

i Sicut lanam] quæ est materia vestis. Est ergo sensus quod Deus facit per Verbum suum prædestinatos peccatores sibi vestem ad ornandam Ecclesiam, & ad calefaciendos frigidos: De quibus Dominus dicebat ad *Iob* 38. c. Nunquid ingressus es thesauros niuis? Thesaurus Dei erat vas electionis, prius nix, deinde lana totum mundum calefaciens verborum suorum flamma succensum.

k Nebulam sicut cinerem spargit,] id est, nebulosos, & obscuros peccatores, prædestinatos tamen, spargit, id est, resoluit in cinerem pœnitentiæ. Cinere enim capita aspergebant pœnitentes. Qui enim adhuc in nebula iacet ignorantiæ, veritatem speculari non valens, caput aspergat cinere, &c. Cilicio pœnitentiæ induatur, quia tolerabilius Deo est, vt quis in infirmitate humiliter pœniteat, quàm elatione alta comprehendat, secundùm *Greg.* 18. *Moral.* Nebula enim quia dissolubilis est, obscura, humida, & frigida, peccatum significat obscurum, & frigidum, tamen dissolubile per pœnitentiam.

l Mittit crystallum suam sicut buccellas.] Quod dictum est de niue in lanam, & de nebula in cinerem, dicitur de crystallo in buccellas. Per crystallum frigidam, & duram, obstinatos dicit, de quibus tamen, & alios pascit. Et est sensus [Mittit,] id est, facit.

m Crystallum,] id est, obstinatos quos prædestinauit.

n Sicut buccellas,] id est, sicut frusta panis, quæ alios pascunt verbo Dei quod priùs impugnabant. Vnde dicit *Apostolus*: Multi vnus panis sumus in Christo. Omnes ergo vnus panis sunt, singuli verò frusta sunt. Crystallus erat Paulus obstinatus spirans minarum, & cædis, non sicut nix facilè resolubilis. Soluto & conuerso Magistro suo Gamaliele, adhuc in duritia perseuerans, persecutus Ecclesiam Dei, obnitens veritati, clamans aduersus Euangelium, qui tamen postea factus panis pascens hospitale Ecclesiæ Dei, nine, nebula, & crystallo solutis à Deo. Ideo sequitur.

o Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?] quasi dicat. Si Deus non soluerit niuem, nebulam, & crystallum, quis sustinebit vim frigoris eius, scilicet Dei? Non quod faciat illud frigus, sed quia fieri sinit, quia deserit peccatorem, non vocat, non aperit sensum, non infundit gratiam: Quale est illud: Indurauit cor Pharaonis. Nisi ergo soluat, nullus sustinebit. De hoc frigore dicit *Apostolus*. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ac si diceret, frigesco, in obscuris iaceo, nullus soluit nisi gratia Dei. Ideo sequitur.

a Emittet verbum suum] quasi dicat, etsi nullus possit per se subsistere ante faciem frigoris, non tamen desperandum, quia emittet Dominus verbum suum, id est, Christum, carne assumpta. Et liquefaciet ea] scilicet, niuem, nebulam, & crystallum. Verbo namque Dei veniente, nec frigus, nec obscuritas, nec duritia desperare potest: Salubriter enim liquefiunt, & fluenta spiritualis beneficij profundunt aliis; Vnde subdit.

> a Emittet verbum suum, & b liquefaciet ea, c flabit spiritus eius & d fluent e aquæ. f Qui annunciat verbum suum Iacob, g iustitias, & iudicia sua Israël. h Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

c Flabit spiritus eius, scilicet, calidus Auster.

e Et aquæ, scilicet fluenta doctrinæ & gratiæ.

d Fluent] vt inde bibant alij, iuxta illud: Omnes sitientes venite ad aquas. Vel.

a Emittet verbum suum] i. prædicationem suam, qua mediante, operante Spiritu sancto in voce prædicationis prædicta efficiuntur. Vnde *Ieronym.* Da mihi peccatorem non habere calorem, sed totum frigidum, & in peccatis mortuum, qui Dominum non respicit, si ad sermonem Dei compunctus fuerit, & cœperit agere pœnitentiam, & durissimum cor illius emollitum fuerit, eo tempore completur [Emittet verbum suum, &c] Ita mystice hæc prædicta sanè accipiuntur. Ad literam verò manifesta sunt, quia spargit Deus niuem quasi lanam; nebulam sicut cinerem; crystallum facit, vt frusta candidi panis. Est autem crystallus species quædam in modum vitri, sed candida est. Dicitur autem esse nix glacie indurata per multos annos, vt resolui non possit. Et congruè hæ tres similitudines hic notantur, quæ iuxta literam magna opera Dei monstrant & maiora mysticè occultant.

De triplici aqua, videlicet, gratiæ, culpæ, & miseriæ.

d Fluent aquæ. Aqua communiter designat cursum vitæ humanæ, secundum illud 2. *Reg.* 14. c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram. Sed quia decursus vitæ humanæ est, secundùm gratiam, secundùm culpam, & secundùm miseriam, ideo distinguenda est aqua gratiæ, culpæ, & miseriæ. Et de his tribus aquis potest exponi hic fluxus aquæ ad flationem spiritus Dei. Prima est aqua gratiæ, significata per aquas Siloe, quæ fluunt cum silentio. Et nota, quod ista aqua gratiæ habet diuersas differentias. Et quantùm ad initium vitæ splendida est in cogitatu. *Apocal.* 22. a. Ostendit mihi Dominus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & agni. Sedes Dei, & agni est Euangelium, fluuius aquæ viuæ est doctrina Euangelica, quæ splendida est in cogitatu & tranquilla. *Matth.* 6. d. Nolite solliciti esse, &c. Item est munda in effectu. *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam. Hæc est aqua emundationis, quæ sanguinem peccati abluit. *Ezech.* 16. b. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum. Item est fœcunda in effectu. *Isa.* 44. a. Effundam aquam super sitientem, & fluenta super aridam, scilicet, vt fœcundet. Item quantùm ad progressum aqua ista est calida per amorem. *Genes.* 36. c. Inuenit aquas calidas in solitudine. Est fidelis per timorem. *Isa.* 33. c. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Iste panis est oratio, quæ cor hominis confirmat.

Aqua gratiæ multas habet differentias.

Aquæ fideles, quæ non habent foueas, vel herbas occultas sunt terrores de Deo: Est fluida per pietatem, vt hic. Flauit spiritus eius, &c. Item quantum ad exitum est aqua ista dulcis, benedicta, & viua. Dulcis est morientibus. Ipsi enim habent lignum in aquis Marath positum, id est, lignum Crucis.

Item est benedicta ad iudicium venientibus. *Prou.* 5. c. deriuentur fontes tui foras. Et post d. Sit vena tua benedicta; anima enim sancta est sicut vena aquæ viuæ, quæ benedicta erit in iudicio. Et dicetur ei. Venite benedicti Patris mei.

Item est viua glorificatis in cœlo. *Ioann.* 4. b. Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Flauit ergo spiritus Dei, & fluxerunt aquæ gratiæ in animam.

Item aqua habet etiam multas differentias.

Secunda est aqua culpæ. *Apoc.* 17. a. vbi agitur de aquis, super quas sedebat mulier fornicaria. Et istæ aquæ sunt turbulentæ. *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam. Via Ægypti est via solicitudinis; aqua turbida anxietas temporalium.

Item est immunda, quantùm ad lasciuiam carnalem. *Exod.* 7. d. Moyses virga sua aquam vertit in sanguinem. Moyses Christus, virga eius vindicta. *Isa.* 10. b. Assur virga furoris mei, quæ cùm tentat, percutit. Sed aqua in sanguinem vertitur, cum anima carni consentit. *Ezech.* 17. a. Vidi te conculcatum in sanguine tuo. Item est sterilis per acidiam. 4. *Reg.* 2. d. Aquæ Iericho steriles erant.

Item frigida per inuidiæ malitiam charitatis extinctiua. *Ierem.* 15. d. Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Aquæ infideles sunt inuidi, fallaces, foueas, & herbas occultantes. Item est congelata per obstinationem. *Eccl.* 43. c. Ventus Aquilo sufflauit, & congelauit crystallus ab aqua. Item est amara per iram. *Apoc.* 8. c. Stella ardens in aquas cecidit, & factæ sunt amaræ quasi absinthium. Stella ardens est ira, quæ cùm cadit in aquam, amaritudinem generat, id est rancorem. Item est maledicta per desperationem. *Num.* 5. c. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tuo intumescente computrescat femur tuum. Venter est conscientia, aquæ maledictæ peccatorum fluxibilitates animam desperare facientes. Ex hoc sequitur diruptio vteri, quæ significat vehementiam doloris vermis interioris, & conscientiam corrodentis, & putredo femoris, in quo significatur priuatio spei, eo quod in femore est vis generatiua. Item est mortua in Inferno per pœnæ elationem. *Ios.* 3. d. Aquæ inferiores descenderunt in mare mortuum, i. e. peccatores in amaritudinem mortis æternæ. De istis aquis potest intelligi quod hic dicitur, quia sicut per verbum aquæ gratiæ fluunt in animam, ita aquæ culpæ fluunt ab anima antecedenter.

Aqua miseriarum sunt transeundæ.

Tertia est aqua miseriarum. *Psal.* 68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et istæ fluunt, quia sunt transeundæ. *Isa.* 43. a. Cùm transieris per aquas tecum ero. Et hoc fit multipliciter. Primò, calcando per fidem, quemadmodum de Petro legitur. *Matth.* 14. d. Item transuadendo per fortitudinem, quemadmodum legitur 2. *Reg.* 19. c. vbi dicitur, quod Semei cum mille viris de Beniamin irrumpentes Iordanem, quod fit per fortitudinem, ante Regem, scil. Christum, transierunt vada miseriarum præsentium. Item natando, quod fit per prudentiam. Qui enim natare vult, necesse est quod habeat natandi prudentiam. Et hoc significatum est *Act.* 27. g. vbi dicitur, quod Centurio iussit eos, qui possent natare mittere se in mare. Item nauigãdo, quod fit per pœnitentiam. Nauis pœnitentia est. *Sap.* 14. a. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Item aquas diuidendo per virgam diuinæ iustitiæ. *Exod.* 14. e. Item saltando in baculo diuini adiutorij per contemplationem, quæ significatur *Gen.* 32. c. vbi dixit Iacob: In baculo meo transiui Iordanem istum. Iacob contemplatiuus est, qui Iordanem miseriarum præsentium debet transire. Et hoc appodiando in baculo diuini adiutorij. f Qui annunciat, &c. i. e. nouo populo suo Christianorum, qui significatur per Iacob tanquam luctans contra tentationes vitiorum. Et [annunciat.] g Iustitias, &c.] id est iusta iudicia sua [Israel.]. Idem significatur per Israel, & per Iacob, sc. populus fidelium, cui enunciat iusta iudicia sua, sc. quòd non tantùm iniusti, imò & iusti patiuntur hic pro iusto iudicio Dei, quod iudicium, sicut ait Petrus, incipit à domo Dei in præsenti, id est à fidelibus. Solus enim Christus, quæ non rapuit, soluit, in quo Princeps Mundi nihil inuenit. Et si initium est à nobis, quis finis erit eorum, qui non credunt Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebit? Et hoc iudicium Dei, scil. quod patiuntur iusti, & iniusti pro suo meritò, & quomodo iusti non suis meritis, sed gratiâ Dei liberantur, non omni genti nunciauit Deus, sed soli Israël, id est nouo populo, in quo sunt & gentes: Vnde addit. h Non fecit] Iam enim gentes, quæ abscisæ de oleastro insertæ sunt bonæ oliuæ, non debent dici gentes, sed vnus populus in Christo. Non fecit ergo taliter omni nationi, sicut populo Christiano, cui beneficia excellentiora præstitit. Vnde *Rom.* 8. f. Quomodo etiam cum illo non nobis omnia donauit? Vel ad literam per Iacob, & Israël Iudæos accipit, quibus per seipsum Christus verbum suum annunciauit, & iudicia sua manifestauit, quod non fecit aliis. Vnde addit. [Non fecit taliter, &c.] quia per se non prædicauit alij nationi, vel genti, iuxta illud: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israël. Sed respuerunt eius verbum, ideo dicitur eis: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Vide ordinem, qui est in prædictis quatuor psalmis laudum Dei. Priùs enim de præceptis diuini præconij egit. Secundò de peruersitate Mundi fugienda. Tertiò, de congregatione Ecclesiæ. Quartò, iam collectæ in pace laudes imperat, pro sua securitate, & dilectione. Illi autem choro de Mundi partibus aggregato, tuna exultatione subnectit esse gaudendum, tres alios Psalmos laudis subiungens, vt in hoc opere gratia Trinitatis eluceat.

Alleluia Aggæi, & Zachariæ.
Psal. CXLVIII.

a Laudate Dominum b de cœlis: c laudate eum in excelsis. d Laudate eum omnes Angeli eius: e laudate eum omnes virtutes eius. f Laudate eum Sol, & Luna: & laudate eũ omnes stellæ, & lumen. g Laudate eũ cœli cœlorum, & h aquæ, quæ super cœlos sunt laudent nomẽ Domini. i Quia ipse dixit, & facta sunt, k ipse mandauit, & creata sunt. l Statuit ea in m æternum, & in sæculum sæculi, n præceptum posuit, & nõ præteribit. o Laudate Dominum de terra dracones, & p omnes abyssi. Ignis, q grãdo, nix, glacies, spiritus r procellarũ, quæ s faciũt verbũ eius.

EXPOSITIO PSALM. CXLVIII.

Laudate Dominum de cœlis.] Titulus. [*Alleluia Aggæi, & Zachariæ.*] Aggæus, & Zacharias, qui in Babylonica captiuitate prædixerunt liberationem terrenæ Ierusalem, multùm nos erigunt ad futuram liberationem, siue libertatem, quam sub illa actuali intellexerunt, & propterea Dominum laudauerunt, vt nos exẽplo eorum hac Babylone contemptâ, hîc laudem incipiamus; quam in æternum sortiemus. Vnde hic Propheta per paucorum commemorationẽ vniuersã creaturam hortatur laudare Deum. Omnia enim laudant Deum, vel in se, vel in aliis. Sunt enim quædam, quæ habent spiritum laudandi. Dum, & laudant in illo affectu quo eis placet Deus. Quædam verò non habent intellectum, sed quia ipsa bona sunt in ordine suo, & ad pulchritudinẽ vniuersitatis referuntur, per se non laudant, sed ab ipsis accipitur laus Dei, quia de illis nascitur in nobis laus Dei, ad quam hîc nos monet Propheta. Titulus igitur continet nomina illorum Prophetarum. Et est sensus tituli. Alleluia] id est, laus Dei, [Aggæi, & Zachariæ] pro futura liberatione, pro qua prædicti Prophetæ laudauerunt. Intentio monet ad laudem. Modus. *Partitio Psal.* Bipartitus est Psalmus. Primò, cœlestia hortatur ad laudes. Secundò, terrestria, *ibi.* [Laudate Dominum de terra.] Et congruè primum de cœlis laudatur Deus, postea de terra. Sicut ergo aliquibus bona operantibus applaudentes dicimus, agite, ita Propheta angelis Deum laudantibus congratulans, ait: O vos Angeli, qui estis de cœlis.

a Laudate Dominum. Non præcipit, vel admonet Angelos hoc facere, sed adiungit congratulationem suam eis hoc facientibus. Ibi enumerantur illi quos decet laudare Deum sub nomine cœlorum, Angelorum, virtutum, Solis, & Lunæ, stellarum, & luminis. Primò, enim laudantes Deum ordinatè, sunt cœli conuersatione. *Philip.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est. Item affectione. *Coloss.* 3. a. Quæ sursum sunt sapite. Item charitatis amplitudine omnes amplectendo, sicut sphæra superior continet inferiores, quæ mouentur motu contrario. *Matth.* 5. g. Diligite inimicos vestros. Item maiora bona, & meliora abscondendo, sicut cœlum. *Isaiæ* 32. a. Et erit quasi, qui abscondit se à vento, & celat se à tempestate, id est, à detractione. Itẽ iussa Domini nunciando. *Ierem.* 1. d. Quæcunque mandauero tibi loquens ad eos. Item Domino assistendo. *Iere.* 15. d. Coram facie mea stabis. Item debent esse Angeli inferioribus ministrando, sicut Christus qui venit ministrare, & non ministrari. *Ioan.* 12. d. Qui mihi ministrat, me sequatur. Item faciles ad bonum, & difficiles ad malum, imò impassibiles, per gratiam confirmati. Item sollicitè inferiores custodiendo. *Psal.* 90. Angelis suis mandauit de te. Item Dominum ardenter diligendo. *Psal.* 103. Qui facis Angelos tuos flammam ignis. Item laudantes Deum debent esse virtutes, pugnando pro eo. *Iob* 25. a. Nunquid est numerus militum eius? Item Diaboli potentiam refrænando. *Iob.* 40. d. Ligabis eum ancillis tuis. Item malos puniendo, & bonos remunerando. Item mirabilia faciendo, quæ non sunt contra cursum naturæ, sed contra consuetudinem. Item laudantes Deum debent esse Sol charitatis ardore. *Eccles.* 43. a. Custodiens fornacem in operibus ardoris. Sol æque calidus est, sicut à principio. Item lumine doctrinæ. *Eccles.* 50. a. Quasi Sol fulgens, sic ille refulsit in templo Dei. Item aliis cooperando, sicut Sol. *Gala.* 6. a. Alter alterius onera portate, &c. Item debent esse, vt Luna, quæ est fons humoris pietate. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam. Item docilitate. Luna enim recipit lumen à Sole. *Prou.* 9. b. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Item tractabilitate, quia Luna modò est cornuta, modò plena. 3. *Reg.* 7. g. Salomon fudit vasa Templi in terra argillosa: Et Dominus formauit Adam de limo terræ. Item debent esse stellæ per constantiam. *Eccles.* 10. a. Locum tuum ne dimiseris. Item aliis exemplum præbendo, quia stellæ illuminant noctem. *Philip.* 2. b. Inter quos lucetis tanquam luminaria in caliginoso loco. Item nomina inferiorum, non naturam habendo: Quædam enim stella vocatur Venus, quædam Mars, & huiusmodi; quorum tamen naturam non habent, ita nihil terrenum debent habere, sed totum spirituale. Item debent esse lumen, tenebras erroris à se, & ab aliis expellendo: *Abac.* 3. a. Ante faciem eius ibit mors. Per faciem intelliguntur boni, ante quos debet fugere peccatum. Item auis ad cantandum inuitando, & homines ad operandum. *Psal.* 103: Exibit homo ad opus suum. Item feras fugando, id est, feroces. *Ps.* 103. In cubilibus suis collocabuntur. Dicat ergo:

a Laudate Dominum] cœli, Angeli, virtutes, &c. Angeli dicuntur laudare Deum.

b De cœlis] id est, qui sunt in cœlis: c Laudate eum in excelsis] id est vos, qui estis in cœlis, qui estis in excelsis ordinibus constituti, laudate Dominum.

d Laudate eum omnes Angeli eius.] Omnes Angeli eius dicit, qui sunt in tribus hierarchiis, & nouem ordinibus.

e Laudate eum omnes virtutes eius.] Ad laudem Dei inuitatur specialiter ordo Virtutum, quia per Angelos illius ordinis fiunt effectus mirabiles, in admirationem diuinæ potestatis homines inducentes.

f Laudate eum Sol, & Luna, &c.] Horum omnium seruitium laus Dei est. Grandem honorem habes anima, Sol, & Luna, stellæ, & cœli, pro te currunt, pro te seruiunt. Hæc autem insensibilia, quæ hic numerantur, laudare Deum dicuntur, sicut dicit Ieron. quia à suo officio, & seruitio non recedunt.

g Laudate eum, &c.] Cœlum Empyreum inuitat ad laudem, quod in plurali ponit propter diuersas mansiones electorum. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Est ergo sensus, quod cœlum Empyreum dicitur cœlum cœlorum per continentiam, quia est super alios cœlos. h Et aquæ, &c.] id est, cœlum crystallinum dicitur aqueum propter diaphaneitatem, & similitudinem aquæ, sicut Empyreum dicitur igneum à claritate, laudant Deum; sic, eo modo quo dictum est. Et quasi quis quæreret; quid eis contulit Deus, vt laudent? subdit:

i Quia ipse dixit, &c.] id est, produxit verbum per quod facta sunt omnia, quia verbum per dicere producitur à Patre, & facta sunt, contra eos, qui dicunt Mundum Deo coæternum.

k Ipse mandauit] Verbo suo, [& creata sunt.] Priùs dixit [facta] postea [creata.] Facere enim nos possumus, sed non creare, quia solus Deus creat.

l Statuit] scilicet, prædicta cœlestia.

m In æternum, &c.] id est, semper duratura. Sed si aliquando dicat Scriptura: Erit cœlum nouum, & terra noua, hoc erit à Deo, qui idem cœlum, & eamdem terram statuet in sæculum sæculi. Sic erunt etiam homines in corpore renouati in æternum permansuri.

n Præceptum posuit] id est, legem, & conditionem, vt laudent eum omnia in se, vel in aliis.

o Laudate Dominum, &c.] Hæc est secunda pars, in qua *Secunda Pars* enumeratis cœlestibus descendit ad terrestria. Conuersus ergo ad illa tanquam exhortans nos, vt eorum consideratione laudemus Deum, dicit: O vos, qui estis de terra. [Laudate Dominum.] Primò, dracones, qui sunt animalia in speluncis aquaticis propter eorum igneam complexionem habitantia, omnium animantium terrestrium maxima. Vnde *Gen.* 1. c. vbi habemus: Produxit Deus cete grandia, in Hebræo habetur, Dracones magnos. Horum cibus est Elephas diruptus. Est ergo sensus, quod Dracones laudant Deum, quia intellecta eorum magnitudine, & quomodo in aëra per pennas leuantur, & quod naturali feruore succensi in remedium temperamenti sui aquosis speluncis inhabitent, mirabilia Dei cognoscentes Deum laudamus.

p Et omnes abyssi.] Nomine abyssi profunditates aquarum, maria, aër nebulosus, & similia intelliguntur, sicut nubes, venti, tempestates, pluuiæ, coruscationes, tonitrua, grando, nix, & generaliter quidquid de humido, & caliginoso aëre vult Deus fieri super terram, totum terræ nomine appellauit. Et licet hæc omnia turbata sint, habent tamen locum, & ordinem suum, & ad decorem Vniuersi pertinent: Et sic laudant Deum, id est, nos eorum consideratione.

q Ignis grando] sicut expositum est.

r Spiritus] autem [procellarum] sunt venti facientes procellas in mari. s Quæ faciunt, &c. Hoc ideo dicit, quia aliqui dixerunt Deum regere superiora tantũ, inferiora vero

casibus duci: Ideo dicit, quod faciunt verbum, id est, ei obediunt ad nutum. *a* Montes, & omnes colles,&c.]Hoc clarum est ad literam. *b* Bestiæ] maiores. *c* Et vniuersa pecora]minores. *d* Serpentes,& volucres pennatæ]patet. *e* Reges terræ]tanquam maiores. *f* Et omnes populi]Regibus subiecti. *g* Principes,] qui dominantur sub Regibus. *h* Et omnes iudices] à Regibus, & Principibus instituti ad causas determinandas. *i* Iuuenes,& virgines, &c.] id est, omnis ætas, & sexus. *k* Quia exaltatum est Nomen eius solius,] quia illi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Omnia illum confitentur, omnium pulchritudo vox eorum est. Ideo dicit *August.* Attende cœlum, pulchrũ est; attende terram, pulchra est, ipse fecit, ipse regit, ipsius nutu gubernatur. Cum vides hæc,& gaudes, attolleris in artificẽ, & inuisibilia eius per ea, quæ facta sunt intellecta conspicies. *l* Confessio eius,&c.] ac si dicat, laus ei fiat ab habitantibus in cœlo,& in terra, quia per ipsum facta sunt omnia. *m* exaltauit] id est, exaltabit.

a montes,& omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri. *b* Bestiæ *c* & vniuersa pecora, *d* serpentes, & volucres pennatæ. *e* Reges terræ, *f* & omnes populi, *g* Principes & omnes *h* iudices terræ *i* Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini, quia *k* exaltatum est nomen eius solius. *l* Confessio eius super cœlum, & terram, & *m* exaltauit *n* cornu *o* populi sui. *p* Hymnus omnibus sanctis eius, filiis *q* Israël populo *r* appropinquanti sibi.

Alleluia. Psal. CXLIX.

s Cantate Dño canticum nouũ, *t* laus eius in Ecclesia Sanctorum. *u* Lætetur Israël in eo qui fecit eũ, & filiæ *x* Sion *y* exultent in rege suo. *z* Laudent nomen eius in choro, in *a* tympano, & *b* psalterio psallant ei. *c* Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & *d* exaltabit mansuetos in salutẽ.

n Cornu] id est dignitatem, videlicet, virtutem, & potestatem. *o* Populi sui] scilicet fidelis, qui hic humiliatur, & affligitur, & persecutiones patitur. Huiusmodi enim populi exaltabitur virtus,& potestas in die Iudicij, vbi omnis gloria eius manifestabitur. Dico [exaltabit cornu populi sui] vnde modo fit. *p* Hymnus omnibus,&c.]id est, Sancti eius laudent Deum pro omnibus beneficiis suis. Adiecit. *q* Filiis Israel,] vt ostendat quibus sanctis hymnus ille præstetur, scilicet filiis Israel, qui per fidem vident Deum, & mandatorum obedientia sibi appropinquant: Vnde subdit. *r* Populo appropinquanti sibi.]Longè enim à Deo sunt, qui iussa eius non implent, vt supra. Longè à peccatoribus salus. Est autem Hymnus laus Dei cum cantico. Hunc ergo modò dicant sancti, postea æternum hymnum cum Domino accepturi, qui tam miranda creauit.

EXPOSITIO PSALM. CXLIX.

Cantate Domino Canticum nouum.] Titulus. [*Alleluia.*]vt supra. In præcedenti Psalmo Propheta monuit omnes creaturas ad laudandum Deum, eò quòd ab ipso creatæ sunt; hic proprius, & specialius inuitat populum Israël ad nouum canticum pro nouitate sibi facta, quæ est mirabilior operatio Dei, scilicet sanctificatio Israel, quæ de veteri facta est noua. Intentio monet ad laudem. Modus. Bipartitus est Psalmus. Primò, monet laudare Regem, multis modis, quia eis beneuolus, & beneficus est. Secundò, agit de gaudiis, & potestate Sanctorum, *ibi.* [Exultabunt.] Ait ergo.

Partitio Psal.

s Cantate Domino,&c.] & de mysterio redemptionis, de promissione hæreditatis. Qui vult hoc nouum canticum cantare diligat æterna, & fiat nouus spiritu mentis suæ. Hoc enim Canticum est de æternis. Nam vetus homo Canticum vetus cantat de terrenis: Nouum Canticum est pacis, & charitatis, & diuinæ laudis, quod cantat nouus homo de spiritualibus. Quisquis enim sequitur animositatem, non nouam charitatem, nouum Canticum non cantat. Deinde determinat vbi & à quibus debeat cantari, dicens.

Multi diuersimodè se habent circa laudem Dei.

t Laus eius, &c.] Hæc enim laus non vbique vel à quibuscunque cantanda est, sed in Ecclesia Catholica, & à Sanctis, qui sunt Israel, videntes Deum per fidei veræ cognitionem. Vbi notandum, quòd circa laudem diuinam aliqui cantant canticum vetus, & aliqui nouum, aliqui silent, alij blasphemant, alij insaniunt, alij flent, soli filij Israel cantant. Aliqui igitur silent à laude Dei, vt infideles, de quibus *Psal.* 113. Os habent, & non loquentur. Et hoc est propter ignorantiam, de qua sequitur: Oculos habent, & non videbunt. *Amos* 6. c. Tace, & non recorderis nominis Domini. Aliqui blasphemant Dominum, vt hæretici praua docendo, & prædicando, & mali Christiani ignominiosa de Deo dicendo, qui acerrimè puniendi sunt. Vnde dicitur *Leu.* 24. c. Educ blasphemum extra castra, scilicet Ecclesiæ, & lapidet eum vniuersus populus, siue Christianus malus sit, siue hæreticus. Aliqui insaniunt, & vlulant, vt Clerici ad gloriam cantantes. *Psal.* 39. Non respexit ad vanitates, & insanias falsas. *Amos* 5. f. Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Flent aliqui, quia non possunt complere voluntatem suam malam. *Ezech.* 8. f. Ecce mulieres plangentes Adonidem, scilicet, amatorem Veneris. Alij flent ex desperatione, vt Esau, qui non inuenit locum pœnitentiæ, quamuis cum lacrymis quæsiisset eam. ad *Hebr.* 12. d. Alij flent propter peccata sua, & desiderium patriæ. *Psal.* 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Cantant aliqui per pacatam conscientiam. *Isaiæ* 23. Erit tyro quasi canticum meretricis: Quæ multum gaudet, reuersa ad virum suum; sic anima conuersa ad Dominum, quæ fuit in peccato. Filij autem Israel cantare debent in Domino. *Psalm.* 32. Exultate iusti in Domino. Item de Domino. *Psal.* 70. In te, id est, de te, cantatio mea semper. Item pro Domino, non pro lucro temporali, vt Clerici, similes histrionibus, qui cantant pro pretio. *Malachiæ* 1. c. Quis est in vobis, qui claudat ostia mea, & altaria mea incendat gratuitò? Item Domino, id est, ad honorem Domini, quærendo quæ sunt eius. *Phil.* 2. c. Omnes quæ sua sunt quærunt. Tales inuitat Propheta, qui scilicet sunt Israel. Vnde sequitur.

u Lætetur Israel,&c.] Idem sunt Israel, & filiæ Sion, ac si dicat, omnis populus Christianus vtriusque sexus, vel omnes animæ fideles, isti. *y* Exultent in Regulo suo] id est, in Christo, qui vt Rex pugnauit pro nobis, de Cruce Diabolum vincens, & vt Sacerdos se pro nobis obtulit, nihil in hominibus inueniens quod pro eis offerat.

x Filiæ]ergo [Sion]id est, animæ fideles [exultent.]Dicuntur enim animæ filiæ Sion, quia concipiuntur in cathecumeno. *Gen.* 25. c. Dedit Dominus conceptum Rebeccæ. Item viuunt in Baptismo. *Ezec.* 47. b. Omnia ad quæ venerit torrens, Baptismi scilicet, viuent. Item nutriuntur Sacramento *Psal.* 77. Panem Angelorum manducauit homo. Item erudiuntur prædicatione. *Eccl.* 7. c. Filij tibi sunt, erudi illos. Item roborantur exercitatione bonorum. *Eccl.* 30. b. Tunde latera eius. Item sunt timidæ. *Eccl.* 27. a. Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Item reputare debent se fragiles, & infirmæ ad malum. 2. *Cor.* 12. c. Cum infirmor tunc fortior sum. Item sunt officiosæ. *Psal.* 2. Seruite Domino,&c. Item sunt verecundæ. Contra quod dicitur. *Ierem.* 3. b. Frons mulieris meretricis, &c. Sequitur. *z* Laudent nomen eius in choro]id est, in concordia morum, vel in societate fidelium charitate concordi. *a* In tympano] id est, carnis mortificatione. Pelles enim antequam tympanis aptentur, mortificantur, & extenduntur, & sic faciendum est de corpore nostro, vt acceptam laudem reddat Deo, aliter reprobatur. Vnde *Paulus*, vt bene laudaret Deum in tympano, de seipso ait: Castigo corpus meum,&c. *b* In psalterio] quod manibus pulsatur, id est, in bona operatione. *August.* In tympano corium extenditur, in psalterio chordæ extenduntur, in vtroque organo caro crucifigitur. In tympano ergo, & psalterio, id est, in spirituali operatione [psallant ei.] Et rationem subdit.

Animæ fideles dicuntur filiæ Sion propter multa.

c Quia beneplacitum est Domino.] In prima rerum conditione dicitur, quod omnia placuerunt Deo, qui tamen pœnituisse postea dicitur, & homine pœnitentiam agente nunc dicitur, quòd [beneplacitum est Domino in populo suo] qui, scilicet pœnitentiam egit. Vel potest intelligi.

t Laus in Ecclesia Sanctorum]id est, in superna Ierusalem, vbi exultabunt. *x* Filiæ Sion,&c.]Christo, facie ad faciem viso. Et laudabunt.

z Nomen eius,&c.] perfectæ charitatis. *a* In tympano & psalterio] in præsenti vita pulsato. Et tunc. *c* Beneplacitum] erit [Domino] in eis, quia erunt æquales Angelis. Ideo sequitur. *d* Exaltabit mansuetos, &c.] vitæ æternæ, quæ nunquam deficiet. Dicuntur autem hic mansueti potissimè illi, qui dulciter sustinent oppressiones malorum, qui in Iudicio futuro, & in illa æterna patria erunt exaltati. Vnde subditur.

Secunda pars. a Exultabunt Sancti in gloria.] Hæc est secunda pars, vbi agit de gaudiis Sanctorum, & potestate eorum in præsenti, & in futuro. In præsenti de frequenti laudatione Dei, & de tuta conscientia, de qua hic dicitur: Lætabuntur in cubilibus suis. In patria autem exultabunt,

> a Exultabunt Sancti in gloria, b lætabuntur in cubilibus suis. c Exultationes Dei in gutture eorum, & d gladij ancipites in e manibus eorum. Ad f faciendam vindictam in nationibus, g increpationes in h populis. Ad i alligandos Reges corũ in k compedibus, & l nobiles eorum in manicis ferreis. Vt m faciant in eis iudicium n conscriptum,

quia tristitia eorum versa erit in gaudium. *Ioann.* 16. d. Nam in præsenti est deformitas sine pulchritudine, grauitas sine agilitate, imbecillitas sine potestate, infirmitas sine sanitate, seruitus sine libertate, anxietas sine voluptate, mors sine vita, ignorantia sine doctrina, inimicitia sine charitate, discordia sine pace, dedecus sine honore, inualiditas sine fortitudine, timor sine securitate, tristitia sine gaudio. Quæ omnes tristitiæ in gaudia vertentur, quia ibi erit pulchritudo integra, agilitas libera, & sic de singulis iam positis. [Exultabunt] etenim [Sancti] in cœna agni, de qua dicitur *Apocal.* 19. b. Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. In ista enim cœna erunt proportionabiliter, quæ sunt in nobili cœna, qualia fuerunt in conuiuio Assueri Regis. Requiruntur autem decem circunstantiæ ad nobilem cœnam. Prima temporis opportunitas. Secunda, loci congruitas. Tertia, inuitantis hilaritas. Quarta, ferculorum diuersitas. Quinta, commensalium dignitas. Sexta, ministrantium vrbanitas. Septima, luminarium claritas. Octaua, sonorum varietas. Nona, cœnæ diuturnitas. Decima, quietis securitas. Cœna æternæ vitæ fit post aquas tribulationis, post ventos tentationis, post translactam hyemem persecutionis, sicut nuptiæ temporales, obseruato tempore læto fieri solent. Locus amœnus erit cœlum Empyreum omni consolatione refertum. Inuitator erit, qui dixit: Venite omnes ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *Matth.* 11. d. & iterum: Ecce ego dispono vobis sicut disposuit Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis. *Luc.* 22. c. Diuersitas ferculorum est beatitudo diuersorum obiectorum: Nam primarium obiectum beatorum est essentia diuina, quam perfectiones essentiales ab eo formaliter disiunctæ, quasi circunstant, tanquam pelagus infinitum, secundum *Damascenum.* Et tam illæ perfectiones, quam etiam diuinæ personæ dici possunt obiecta secundaria: Creatura etiam in mente diuina similiter. Est ergo diuersitas ferculorum essentialis, & accidentalis animæ, & corporis, sicut declarant Theologi. Commensales illis fœlicibus nuptiis dignissimi, & nobilissimi, sunt huic obiecto tanquam mensæ nuptiali intendentes. Inter quos primò est diuina voluntas huic obiecto primò per se necessariò, & immobiliter inhærens. Secundò est voluntas creata beata, id est, omnes beati spiritus, quorum primus est Filius Dei Iesus Christus homo, Virgine beata matre eius comitante. Et sic ordine suo Sancti, quibus correspondet præmium patriæ merito viæ. Ministri beatarum animarum in patria sunt Angeli, pro quanto animas beatas in Paradisum portant, secundum illud *Luc.* 16. e. Factum est vt moreretur Lazarus, & portaretur ab Angelis. Ex quarum animarum præsentia, animæ beatæ gaudent, & ministrare fercula gloriæ dicuntur. Luminarium claritas erit lucerna agni, & corporum beatorum.

De gaudio, & exultatione multiplici Sanctorum in æterna patria secundum conditiones ordinata cœna quoad decem.

Hic noctem flammis funalia vincunt.

Sonorum varietas erit citharædorum citharizantium in citharis suis. Cœnæ diuturnitas æternæ vitæ continuitas. Nam actus beatificus Sanctorum, id est, fruitio, nunquam interrumpitur, & in æternum idem est sine interpolatione. Tandem erit securitas nunquam amittendi illam gloriam. Meritò ergo dicitur, quod [exultabunt Sancti in gloria.] Nam exultationis materiam certè habebunt.

b Lætabuntur in cubilibus suis,] id est, in mansionibus sibi ad vsum æternum, siue tectius ad fruitionem æternam collatis. Et dicitur pluraliter [in cubilibus] pro diuersis gloriæ gradibus, siue mansionibus. Item notanter [in cubilibus] quia cubile est locus quietis, & mansio pausationis. De quibus gloriæ gradibus, & mansionibus dicitur. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Et quia tunc in corporibus gloriosis erit laus vocalis, vt dicunt aliqui DD. & probabiliter: Ideo subdit.

c Exultationes Dei, &c.] quia laus vocalis incipit a gutture & arteriis.

d Et gladij ancipites,] id est, ex vtraque parte scindentes, videlicet sententia Iudicij ad iudicandum cum Domino bonos & malos. e In manibus eorum,] id est, in potestate eis data à Christo, quid dicit *Matth.* 19. d. Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israël. f Ad faciendam, &c.] Per hoc intelligitur constantia Sanctorum, & potentia eorum in extremo Iudicio, contra eos qui iniustè oppresserunt eos in hoc Mundo, secundum illud *Sap.* 5. a. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, &c. Ecce quanta gloria Sanctorum, quando qui erant pauperes hic & derisi ab impiis, poterunt vindicare in superbos, & facere.

g Increpationes in populis tunc sibi subditis, malis, scilicet, & iniquis persecutoribus Dei, & suis.

i Ad alligandos, &c.] Quia tunc Tyranni ligabuntur compedibus Inferni, de quibus non erit liberum exire, iuxta illud *Matth.* 22. b. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras, &c. Sequitur.

m Vt faciant, &c.] id est, vt sic eos iudicent quomodo in Scripturis sanctis veteris, & noui Testamenti.

n Conscriptum,] id est, simul, & concordanter scriptum: Nam vtrumque testamentum hoc iudicium, & hanc potestatem Sanctis, & electis Dei pollicetur. Et ne forsitan solos Apostolos iudicaturos putares, quibus hoc Dominus in Euangelio promisit, addit.

o a Gloria

* a Exultabunt Sancti in gloria.] Potest etiam hoc exponi de Sanctis, siue de filiis Israel in patriam suam Ierusalem reuersis ex Babylonica captiuitate, sicut dictum est in principio, qui exultabunt in cubilibus suis, & exultatio erit in corde & lingua, tanquam in cubilibus & faucibus. Vel sic secundum Glossam potest legi de præsenti.

a Exultabunt] hic [Sancti in gloria,] quæ est bonorum actuum frequens laudatio, de qua iusti.

b Lætabuntur] vbi non extra in populari fauore, sed [in cubilibus suis,] scil. in conscientia, quia habent tam bonum Dominum, qui dat peccantibus gratiam.

c Exultationes Dei in gutture eorum,] id est, in lingua. Si enim lætantur in cubilibus & faucibus, id est, in corde, & lingua, vt non sibi tribuant quod sunt, sed Deo à quo acceperunt quod sunt, & sperant id quod nondum sunt. Sequitur. d Et gladij ancipites in manibus eorum] id est, sermo Christi anceps, id est, vtraque parte acutus veteris & noui Testamenti, erit in manibus, id est, in potestate eorum vt prædicent, vbi, cui, quando, & quid velint ad peccatorum conuersionem. Nam sermo Christi veteris, & noui Testamenti, est tam ab antiquis quàm ab Apostolis annunciatus ad conuersionem malorum. De quibus sequitur. f Ad faciendam vindictam in nationibus,] id est, ad hoc, vt occidant illos peccatores illo gladio bis acuto, vt sic viuificentur, secundùm illud: Ego occidam, & viuere faciam. Et quæ vindicta sit, dicit.

g Increpationes,] id est, obiurgationes.

h In populis] conuertendis per istam sanctam vindictam.

i Ad alligandos Reges eorum,] id est, Principes malorum.

k In compedibus,] id est, in præceptis Dei.

l Et nobiles eorum in manicis ferreis.] Manicæ sunt vincula manuum, secundùm illud: Manicas atque arcta leuari vincula iubet. Est ergo sensus, quòd tam pedes, id est, affectus pedum nomine significati, compedibus ligantur, & arctantur ad mandata Dei affectanda, quàm manus, i. opera, manicis, id est vinculis manuum. Et dicuntur mandata Dei manicæ, siue vincula indissolubilia, sicut est illud: Alligatus es vxori, &c. Et illud: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Ideo dicit [ferreis] ad ostendendum indissolubilitatem. His vinculis mandatorum & præceptorum Dei ligantur gentium Reges, & nobiles sæculi, ab infirmis & contemptibilibus huius Mundi, quos elegit Dominus, vt fortia confundat, & impleuit eos Spiritu Sancto, deditque eis frameas bis acutas, vt ad Christi timorem nobilium corda conuerterent, & sæculari nobilitate contempta paupertatem eligerent in Christo, qui voluit Imperatorem per piscatorem conuertere, & non econuerso. Per hos ergo ligauit Reges, & nobiles in vinculis ferreis, ne progrederentur ad illicita. Et hoc est iudicium quod faciunt Sancti habentes gladios in manibus. Ad hoc sc. m Vt faciant in eis iudicium conscriptum,] id est, à patribus sancitum. Ista enim ante scripta sunt, & modò complentur, priùs legebantur, & modò fiunt.

e *a* Gloria hæc est omnibus Sanctis eius.] Omnes enim Sancti cum Christo iudicabunt, & hæc erit maxima gloria eius.

* *a* Gloria hæc est omnibus Sanctis eius,] ita scilicet vt dictum est per omnes gentes: Hoc agunt Sancti, sic gloriantur, sic exultabunt in faucibus, in cubilibus, sic cantabunt canticum nouum, sic dicent alleluia corde, ore, & opere. Vel sic: [Gloria hæc est omnibus Sanctis eius,] id est, ita consequentur æternam gloriam, in qua gloriabuntur, vt prædictum est; ad quam ille nos perducat, qui regnat in sæcula sæculorum.

a gloria hæc est omnibus Sanctis eius. *Alleluia.*

PSALM. CL.

b LAudate Dominum in Sanctis eius: *c* laudate eum in firmamento virtutis eius. *d* Laudate eum in virtutibus eius: *e* laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius. *f* Laudate eum in sono tubæ: *g* laudate eum in psalterio, & *h* cithara. *i* Laudate eum in tympano, & choro: *k* laudate eum in chordis, & organo. *l* Laudate eum in cymbalis benè sonantibus: *m* laudate eum in cymbalis iubilationis, *n* omnis spiritus laudet Dominum.

Explicit Psalterium.

EXPOSITIO PSALM. CL.

LAudate Dominum, &c.] Titulus [*Alleluia.*] vt supra. Psalmus iste tertius est eorum, qui sunt atomi, id est, sine diuisione. Monetur enim ciuitas Dei, scilicet vnitas omnium Sanctorum ore, & animo cantare. In hoc culmen laudis omnis psalmodia perducitur, quæ laus hic nuptiali dulcedine decantatur. Quibus ergo Propheta in principio huius libri rectæ conuersationis formam ostendit, iam in illa cœlesti Ierusalem receptus dicit in eis laudandum esse Deum, qui omnia dedit. Dicit ergo.

b Laudate Dominum in Sanctis eius] id est, pro his quæ Sanctis suis dedit.

c Laudate eum in firmamento virtutis eius,] id est, pro eo, quia morte sua Diabolum vicit, & credentes ad cœlum perduxit. Vel quia Sanctos firmauit sua virtute, ita vt amplius non moriantur. Est enim virtutis magnæ, quòd mors illis vltra non dominetur.

d Laudate eum in virtutibus eius,] scilicet quia omnia sunt subiecta pedibus eius, cui flectitur omne genu, cœlestium, & terrestrium, & infernorum.

e Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius] id est, sicut non est finis eius magnitudinis, quia infinita, sic sine fine laudent eum Sancti eius.

f Laudate eum in sono tubæ, &c.] Per hæc instrumenta mysticè intelliguntur diuersi modi laudandi Deum, siue in præsenti, siue in futuro. Per tubam enim prædicatio significari potest. *Ios.* 6. c. Insonuit vox tubæ, & clamauit omnis populus, & muri corruerunt. Tuba manu tenetur, quia prædicatio operibus sustentatur, sicut dicebat *Apostolus*: Castigo corpus meum, &c. Strictior est tuba ex parte buccinantis, quàm ex altera, quia Prædicator debet strictius se iudicare. Ad sonitum huius tubæ post septem circuitus corruit Iericho, id est, Mundi miseriæ. Primus circuitus est breuitas vitæ, quia facilè contemnit omnia, qui cogitat se moriturum, secundum *Ierem.* Secundus circuitus est consideratio angustiarum, quæ sunt in Mundo. *Ioan.* 16. g. In me pacem, in Mundo pressuram habebitis. Tertius est consideratio periculi, *Eccles.* 43. c. Qui nauigant mare, &c. Quartus, est consideratio eorum qui perierunt in Mundo. *Psalm.* 68. Veni in altitudinem maris, &c. Quintus, est consideratio seruitutis: Seruus enim Domino suo laborat, & Dominus emolumentum habet. *Eccles.* 20. b. Datum insipientis non erit tibi vtile. Sextus, ingratitudo Mundi, *Eccles.* 13. a. Si largitus fueris, assumet te, & si non habueris, derelinquet te. Et sequitur: Et in nouissimo deridebit te. Septimus est consideratio obliuionis sui, & Dei. *Deut.* 8. c. Obserua, & caue ne obliuiscaris Domini Dei tui. Isti sunt septem circuitus, qui sono tubæ fiunt, & Iericho, id est, mundanam conuersationem diruunt. Potest etiam per tubam, & alia instrumenta intelligi laus Regis Christi, quia tuba canit Regi psalterium, Deo, cithara, cum aliis instrumentis, sponso. Tuba enim terribilis, vel in bello sumitur, vel in aduentibus Regum apparatur. Et est sensus.

Septem circuitus considerationum, quibus corruit Iericho, id est, amor mundi prosternitur.

f Laudate eum in sono tubæ,] vt Regem, quia nos in bello Diaboli vincere facit.

g Laudate eum in psalterio,] vt Deum, quia nos fecit summos: Psalterium enim à summo reddit sonitum.

h Et cithara,] vt sponsum, quia nos honorauit, & ab imis liberauit: Cithara enim ab imo sonat.

i Laudate eum in tympano, & choro,] id est, in carne mutata, & in concordia vocum & cordium. Tympanum enim fit de corio in ligno extenso. Chorus verò est temperata vocum humanarum collectio.

k Laudate eum in chordis, & organo. Chordas ponit pro omni instrumento musico, quod chordarum tensione sonat. Organum verò est quasi turris fistulis diuersis fabricata, flatu follium sonans. Et exponens quid sit laudare in chordis, & organo, subdit.

l Laudate eum in cymbalis benè sonantibus. Cymbala benè sonantia, labia nostra sunt, quæ concordia concinna in laudibus Dei benè sonant. Vel ad literam cymbala benè tinnientia sunt ex permixtis metallis paruissimæ phialæ, quæ acutum sonum reddunt, & harmoniam faciunt. Et ne crederes cymbala ista esse sine anima, addit.

m Laudate eum in cymbalis iubilationis,] id est, in labiis iubilum intus conceptum extra monstrantibus, quia iubilus est exultatio interior ab anima proficiscens, postea exteriùs per signa expressa. Sunt hic multa instrumenta musica, non quòd habeant locum in cœlesti patria, sed ponuntur ad designandam multitudinem iocunditatis cœlestis, quia secundùm *Greg.* balbutiendo prout possumus excelsa Dei resonamus per sensibilia nobis nota. Et quia omnia spiritualiter vult intelligi, apto fine concludit.

n Omnis spiritus laudet Dominum,] scil. Angelicus, & humanus, non caro, & sanguis, quæ non possidebunt regnum Dei, sed quod est in natura rerum sublimius, ad laudem monetur, scil. spiritus qui cœlestia sapit, & æterna capit. Breuis, & perfecta scientia in hoc Psalmo docetur, scil. vt Deum spiritualiter omnia laudent. In his ergo potius musicæ perfectio est, scil. flatus in tuba, pulsus in cithara, & cymbalis, vox in choro, quibus musicis instrumentis significatur spiritualis harmonia, quæ non auribus, sed pura mente aduertitur. Et sic est finis diuinæ laudis, cuius non est finis. Vel sic: [Omnis spiritus laudet Dominum,] id est, totus, & perfectè spiritus noster laudet Dominum, quia totum, & perfectum idem sunt, secundùm Philosophum: Ita quod accipitur hic signum totius vniuersalis pro signo totius integralis, quia in Hebræo pro vtroque est vna sola dictio æquiuoca ad vtrumque, sicut etiam *Eccl. vlt.* d. dicitur: Deum time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo, id est, hic consistit tota perfectio hominis, quia in via, istæ duæ partes iustitiæ faciunt perfectum hominem in virtute, sc. Deum timere, & mandata eius obseruare. Perfectio autem, & consummatio æternæ laudis in patria, est toto spiritu laudare Deum. Totus ergo, vel omnis spiritus laudet Dominum. Vide quàm conuenienti verbo liber Psalmorum claudatur: A beatitudine incepit citharœdus noster in principio libri, & ea quæ ad beatitudinem perducant diligentissimè apposuit, dicens: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, &c. Hic in fine libri apponens quod perficit ipsam beatitudinem in patria dicit: Omnis spiritus laudet Dominum, quia ibi totius exercitus beatorum officium est laudare & benedicere Deum, sicut alibi innotuit, dicens: Beati qui habitant in domo tua Domine, &c. Ad cuius laudis, & benedictionis exercitium ille nos perducat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Postilla D. Hugonis Card. super Psalterium.

D 4.

